Retenta opinione,quod non contineatur pupillaris.
Limitatur , quando teſtator & bona filij volunt diſtribui,quia pupillaris continebitur,numer.32.contra num.33.
Ampliatur,& matre exiſtente medio,n.34.
Limitatur,quando ſubſtitutio eſt facta in forma pupillaris,& ſub temporum diſtinctione,quia pupillaris continetur,n.35.contra n.36 decl.n.38.
Limitatur,quando dictū fuit totam hæreditatem diſtri-

bui, vel ſine diminutione, quia pupillaris contineretur, nu. 39. contra nu. 40.
Limitatur ſi dictum ſit, bona diſtribui per commiſſarios filio ſuo ſuccedentes, quia continebitur pupillaris, numero 41.
Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem expirat nec continet poſt ſideicommiſſariam. q. 245. n. 24. contra n. 15.
Diſtinguitur, vt prima opinio procedat, ſi ſubſtitutio eſt concepta verbis directis ciuilibus, ſecunda ſi verba non eſſent directa ciuilia n. 26. reycitur diſtin. n. 27.
Limitatur, quando facta eſt ſubſtitutio in re certa, quia tunc traheretur ad fideicommiſſum, numero 28. contra numero 29.
Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, num. 30. contra nu. 31. ampl. numero 32.
Limitatur, quando dictum fuit, ſi filius meus in pupillari ætate, & ſine liberis deceſſerit, Titius hæres eſto, nu. 32. contra ibid.
Idem ſi dictum ſit, ſi in pupillari ætate, vel ſine liberis, numero 34.
Limitatur ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, quia tunc ad fideicommiſſum traheretur, & ſi verbis directis facta ſit, nu. 35. contra num. 36. decl. n. [illegible] 45. 40.
Idem ſi, omnem clauſula codicillaris ſubintelligeretur, nec eſſet expreſſa n. 41. contra n. 42.
Niſi clauſula codicillaris eſſet concepta verbis præſentis temporis non futuri, n. 43. contra n. 44.
Limitatur in teſtamento inter liberos, nu. 47. contra nu. 51. concordantur opiniones n. 54.
Limitatur, quando in codicillis facta eſt ſubſtitutio, nu. 58. contra n. 59. decl. n. 60. & 61.
Limitatur, quando clauſula omni meliori modo eſt appoſita in teſtamento, nu. 62.
Limitatur, ſi Trebellianica detractio ſit prohibita, numero 105.
Limitatur ſi in ſubſtitutione adſunt verba, pleno iure, vel ſine diminutione, vel integraliter, vel ſimilia verba, nu. 106. contra n. 107.
Limitatur, ſi apparet teſtatorem voluiſſe ſubſtituere etiam poſt ætatem pupillarem, vt ſi dixit velle bona perpetuo manere in familia, n. 108.
Limitatur, ſi ſubſtitutio ſit facta vltra tempus pupillaris ætatis, num. 109.
Limitatur, quando reciproca eſt iuncta compendioſæ, & imparibus eſt facta ſubſtitutio, quia quo ad omnes erit fideicommiſſaria, n. 110.
Limitatur, ſi ab ignara perſona ſignificationis verborũ factum eſt teſtamentum, nu. 111.
Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pupillarem ætatem nunquam continet fideicommiſſariam, ſi teſtator dixit ſubſtituere vulgariter, & pupillariter, q. 245. nu. 112.
Compendioſa communibus verbis facta, continet fideicõmiſſarium, q. 246. nu. 1.
Ampliatur, & ſi dictum ſit, & quãdocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Titium, nu. 3. contra nu. 4. decl. num. 5.
Ampliatur, & ſi verbo communi ſit iunctum verbum directum n. 6. decl. n. 7. & 8.
Limitatur, ſi ſubſtitutio ſit facta impuberi, nu. 9. ſed diſtinguitur, nu. 10. vſque ad n. 18.
Limitatur, quando addita ſunt verbo communi verba, pleno iure, ipſo iure ipſo facto integraliter, totaliter, & ſimilia quia fideicommiſſaria non contineretur, nu. 18.
Limitatur, quando ad vulgarem & pupillarem teſtator reſtrinxit ſubſtitutionem, n. 19. ampl. n. 20. decl. ſi ſubſtitutio ſit facta puberi, n. 21. contra n. 22.
Compendioſa per verbum lego, facta, non continet pupillarem, q. 247. n. 1. contra n. 6. decl. remiſſiue n. 7.
Compendioſa facta pluribus verbis alijs directis, alijs cõmunibus, alijs obliquis vel communibus & obliquis, an ſit interpretanda potius ab vno verbo, quam ab alio, q. 248. remiſſiuè.
Compendioſa pluribus verbis directis, communibus, vel obliquis, facta, tribuit electionem ſubſtituto ſuccedendi, ex qua vult ſubſtitutione, quæſt. 249. nu. 1. alij quod ſit directa, & obliqua ſubſtitutio ſucceſſiuis temporibus n. 6. alij, quod tantum directa ſubſtitutio contineatur, numero 5.
Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit concepta ſolis verbis directo, & obliquo, nu. 9.
Ampl. & ſi verbo communi ſit additum verbum obliquum, num. 10.
Ampliatur ſiue vnico contextu verborum ſit facta ſubſtitutio, ſiue in diuerſis orationibus, n. 11.
Declaratur remiſſiue ibid. in fine.
Compendioſa reſoluta in vulgarem, pupillarem, vel fideicommiſſariam, ſi ſit de ea iudicatur prout de ſimplici vulgari, pupillari, & fideicommiſſaria, n. 251.
Compendioſa quo ad vulgarem in ea contentam, non expirat mortuo inſtituto ante teſtatorem, q. 252. n. 1.
Ampliatur etiã in tacita vulgari comprehenſa in compendioſa, n. 2. contra n. 3.
Ampliatur, & ſi ventri ſit facta ſubſtitutio, quia nõ nato ventre ſubſtitutus ex vulgari admittitur, n. 4.
Compendioſa quo ad pupillarem, expirat mortuo pupillo ante teſtatorem, q. 253. n. 5.
Compendioſa quo ad fideicommiſſariam, expirat mortuo inſtituto ante teſtatorem, quæſt. 253. nu. 7. decl. remiſſiuè numero 8.
COMPROMISSVM *fieri non poteſt de rebus fideicommiſſi, in præiudicium fideicommiſſarij, & aliorum ſubſequentium in gradu, quæſt. 563. numer. 1. contra num. 2.*
Limitatur, quando conſenſus eſt præſtitus à fideicommiſſario nu. 3.
Limitatur, ſi Princeps, vel Iudex per ſententiam coegiſſet partes ad compromittendum, nu. 4. & 5.
Limitatur in promiſſo neceſſario facto vigore ſtatuti, nu. 6. contra nu. 7.
Limitatur, quando aduerſarius poſſidet, & lis eſt mota, numero 8.
Compromiſſum de re fideicommiſſi nocet fideicommiſſario hæredi compromittentis, q. 563. n. 9.
Compromiſſum de re fideicommiſſi non nocet fideicommiſſario, ſi res non erat dubia, vel ſponte fideicommiſſum remitteretur, q. 563. n. 10.
Compromiſſum, & laudum non referuntur ad contenta in teſtamento, niſi ſpecialiter de eo ſit facta mentio, qu. 594. num. 29.
Compromiſſum fieri non poteſt ſuper re prohibita alienari, q. 708. n. 1. contra n. 2.
Limitatur in compromiſſo neceſſario, n. 3. contra n. 4.
CONCEPTVS *pro nato habetur, quo ad ſui commodum, q. 318. n. 11.*
Conceptus habet iura ſucceſſionis, q. 318. n. 12.
CONDITIO *debet referri ad caſum, qui poteſt eſſe, & non eſſe, q. 240. n. 9.*
Conditio in forma ſpecifica, impleri debet, q. 246 n. 16.
Conditio, ſi ſine liberis in vulgari non ſubintelligitur, qu. 252. num. 5.
Ampl. non intelligi nec in vulgari contenta in compendioſa, n. 1. contra n. 5. decl. n. ſequ.
Conditio, ſi ſine liberis, expreſſa in compendioſa, continetur tã in vulgari quam in fideicõmiſſaria, q. 252. nu. 6.
Conditio in fraudem legis adiecta, habetur pro non adiecta, q. 296. n. 72.

Condi-

Digitized by Google

Index Rerum Memorabilium:

Conditio poſt mortem grauati,ſi verificetur,hæres grauati præſtat fideicommiſſum,q.304.

In Conditionibus ſpectatur initium primæ exiſtentiæ,nullo habito reſpectu ad id, quod ex poſt facto ſuccedit, qu.318.nu.65.

Conditio,ſi naſcatur,eſt caſualis,& ſufficit, quod quandocunque impleatur,q.318.n.90.

Conditio ad eſſe & non eſſe,debet ſe habere,quæſt.339.numero 76.

Conditio,ſi ſine liberis, adiecta directæ ſubſtitutioni eam non alterat,q.6.n.17.

Conditio,ſi ſine liberis,ſubintelligitur, quando deſcendens fideicommiſſo grauatur,q.393.

Ampliatur id procedere ex præſumpta mente teſtatoris,nu.2.contra nu.3.

Ampliatur, vt hæc ſit præſumptio iuris, non autem iuris & de iure,nu.4.

Ampliatur, vt hæc cõditio tacita nil differat ab expreſſa,num.5.

Ampliatur, ſubintelligi hanc conditionem, & in teſtamento militis,nu.6.

Ampliatur, & ſi filius in vita tantum ſit inſtitutus, & poſt eius mortem alius ſit ſubſtitutus, n.7.

Ampliatur etiam in particulari fideicommiſſo,n. 8.contra n. .decl.n.ſeqq.vſque ad nu.17.

Ampliatur etiam in naturali filio, grauato in portione, quam pater ei relinquere potuit,n.17.contra nu.18.

Ampliatur etiam in legitimato filio fideicommiſſo grauato.n.19.contra n. . .

Ampliatur, & filios ſuſceptos à filio grauato, dum eſſet in deportatione cenſeri tacitè poſitos in conditione, numero 21.

Ampliatur,& ſi arrogatus filius ſit grauatus,nu.22.

Ampliatur,& adoptiuo filio grauato, n.23.contra n.24.concord.nu. 5.

Ampliatur,& nepote, vel alijs deſcendentibus grauatis, num.26.

Ampliatur, & grauata fœmina, vel deſcendentibus ab ea,num.27.

Ampliatur, & grauata filia excluſa à ſtatuto, numero 28.

Ampliatur & emancipato filio grauato,nu. 29.

Ampliatur,vt nepotes,& omnes deſcendentes ſint tacitè poſiti in conditione ad excluſionem ſubſtituti, n.30.

Ampliatur etiam in fideicommiſſo conſtituto à matre, vel aſcendente per lineam maternam,n.31.

Ampliatur, & ſi vna cum filio ſit extraneus inſtitutus, & grauatus,nu.32.contra n.39.

Ampliatur, & ſi in eodem teſtamento in alia parte teſtamenti fuiſſet expreſſa, conditio ſi ſine liberis, nu.45.contra nu.46.

Ampliatur etiã in ſubſtitutione facta in donatione cauſa mortis,n.47.contra n.48.ampl n.49.

Ampliatur, & ſi in donatione inter viuos ſit impoſitum fideicommiſſum,n.50.

Ampliatur etiam ſtante ſtatuto,quod verba teſtamenti,vt iacent intelligantur,ſine vlla interpretatione, nu.51.contra n.52.concord.nu.53.

Ampliatur,& ſi vxor teſtatoris ſit ſubſtituta,n.54.

Ampliatur,& pia cauſa ſubſtituta,n.55. contra nu. 64.decl.n.69.& ſeqq.

Ampl. etiam ſi alius filius teſtatoris ſit ſubſtitutus, n.72.contra n.74.extenditur,n.75.decl.n.76.

Ampliatur,& ſi nepos ex filio ſit ſubſtitutus,n.77.extenditur,n.78.decl.n.79.& ſeqq.

Ampliatur non tantum in deſcendentibus inſtitutis, & fideicommiſſo grauatis, quam etiam in deſcendentibus ſubſtitutis,& grauatis,n.81.

Ampliatur,& ſi ſubſtitutio reſtrictiuis verbis ſit facta, numero 28.

Ampliatur, & ſi fideicommiſſaria ſit iuncta cum vulgari ſub nu.82.

Limitatur ſpurio filio grauato,nu.83.

Limitatur ſpirituali filio grauato,n.84.

Limitatur, quando pater duobus inſtitutis filijs alium grauauit ſimpliciter,alium ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit,n.85.contra n.86.decl.nu.ſeqq.

Limitatur,quando filius non fuit inſtitutus, ſed tantum in conditione poſitus n.89. vbi exemplum datur.

Limitatur in ſubſtitutione purè facta,nu.90.

Limitatur in ſubſtitutione facta in vita grauati, nu. 90.contra nu.91.

Limitatur ſi filius eſt inſtitutus ſub conditione, quæ in vita eius potuit verificari,n.92.

Limitatur in fideicommiſſo per prohibitionem alienationis conſtituto,n.93.

Limitatur in fideicommiſſo, quod ſuſtinetur vigore clauſulæ codicillaris, quando filius fuit præteritus, numero 95.

Limitatur,ſi nepotibus ex filio grauato, legatum factum fuiſſet,n.96.contra n.97.concord.n. 98.

Limitatur, ſi nepotes teſtator habebat teſtamenti tempore,& hoc ſciebat,n.99.contra nu.100.decl.num.ſeqq.vſque ad nu.108.

Limitatur, ſi ex coniecturis apparet teſtatorem de liberis cogitaſſe,vel aliter eum voluiſſe, num.108.contra numero 109.

Limitatur, quando de filijs ſubſtituti teſtator fecit mentionem,eos etiam ſubſtituendo,n.119.

Limitatur ſi odio teſtator proſequebatur nepotes, n.120.

Limitatur ſi ratio agnationis ſit habita, quia non ſubintelligitur conditio eorum deſcendentium, qui agnationem conſeruare non poſſunt n.121.

Conditio,ſi ſine liberis, ſubintelligitur in legato vſuſfructus,q.394.n.124.

Conditio,ſi ſine liberis, non ſubintelligitur extraneo grauato,q.934.

Limitatur ſi extraneus cum filijs teſtatoris fuit inſtitutus,& grauatus,n.2.contra n.3.

Conditio ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, quando amicus fideicommiſſo eſt grauatus,quæſt.395. num. 1.contra num.2.

Ampliatur,& ſi amicus cum filio ſit inſtitutus, & grauatus nu.3.

Conditio ſi ſine liberis non ſubintelligitur, quando vxor inſtituitur,& fideicommiſſo grauatur, q.396.

Ampliatur,& ſi vxor eſſet ſolum hæres fiduciaria, nu.2.contra nu.3.

Ampliatur & ſi vxor vnà cum filijs ſit inſtituta, & grauata,nu.4.

Limitatur,quando ex ea teſtator filios habebat, & eam fideicommiſſo grauat, quia intelligitur ſi decedat ſine illis filius,n.5.contra n.6.

Conditio ſi ſine liberis non ſubintelligitur grauato fratre, vel conſanguineo,q.397 n.1.contra n.6.

Limitatur,ſi frater vna cum filijs ſit inſtitutus, & grauatus,n.7.contra ibid.

Limitatur, quando teſtator caret liberis, & ſpe liberorum,& ſolum fratrem habet ſuperſtitem, nu. 8. contra ibidem.

Conditio,ſi ſine liberis,non ſubintelligitur, quando filius inſtituit aſcendentem, & eum fideicommiſſo grauat, qu.398.n.1.contra n.2.decl. ibid.

Conditio,ſi deceſſerit ſine patre ſuo ſubintelligitur,quãdo aſcendens inſtituitur, & fideicommiſſo grauatur, qu.398.n.5.contra n.6.

Conditio,ſi deceſſerit ſine fratre,non ſubintelligitur,quæſtion.400.

Conditio ſi ſine filijs deceſſerit grauatus, deficit vno filio relicto,q.401.

Index Rerum Memorabilium.

Ampliatur etſi extraneo ſit conditio adiecta, nu.3.
Limitatur, ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine duobus, vel tribus filijs, nu.4
Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit grauatus, deficit relicta filia, quaſt.4.2. ampl. & declar. per totam quaſtionem, & quaſtiona 403.
Conditio ſi ſine filys maſculis grauatus deceſſerit, deficit extante maſculo ex fœmina, qu.404. num. 1. contra ſub nu.6. ampl. & decl. per totam quaſt.
Conditio, ſi ſine filys deceſſerit grauatus, non deficit relicto ſpurio filio, quaſt. 405. ampl. & declar. per totam quaſtionem.
Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit grauatus, deficit relicto naturali filio, q.406. n.1. contra n. 2. ampl. & decl. per totam quaſt.
Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit grauatus, non deficit relicto filio legitimato per reſcriptum, qu.407. nu.1. contra nu. 9. ampl. & decl. per totam quaſt.
Conditio, ſi ſine filys deceſſerit, deficit per exiſtentiam filiorum legitimatorum per ſubſequens matrimonium, q.408. ampl. & decl. per totam quaſt.
Conditio, ſi ſine filys non deficit, ſi extant filij nati ex clãdeſtino matrimonio, q.409. contra ibid.
Conditio, ſi ſine filys, deficit extantibus filys ex putatiuo matrimonio, quaſtion.410. ampl. & limit. per totam quaſtionem.
Conditio, ſi ſine filijs deceſſerint maritus & vxor, inſtituti, & fideicommiſſo grauati, intelligitur de liberis ex illo matrimonio, q.411. n.21.
Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit maritus appoſita ab vxore, vel e contra, intelligitur de liberis ipſius teſtatoris, q.411. nu.3.
Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit grauatus, non deficit extantibus filijs ſpiritualibus, q.412.
Conditio ſi ſine filijs deficit extantibus nepotibus, quaſtion. 413. ampl. & decl. per totam quaſt.
Conditio, ſi ſine filijs non deficit, cum filij moriuntur ante patrem grauatum, q.414.
Limitatur, ſi conditio ſit concepta ſic, ſi filios non habuerit vel filios non ſuſceperit, quaſt.414. num. 2. contra nu.3. decl. nu. 4.
Limitatur ſi conditio affirmatiuè ſit concepta, ſi filios habuerit, vel ſuſceperit, n.5 decl. n. ſeqq.
Limitatur in conditione, cum filios habuerit vel ſuſceperit, num.9.
Limitatur quando quis eſt grauatus fideicommiſſo, vſq; quo filios habuerit, n.10 decl. ibid.
Conditio, ſi filios non habuerit, dicitur impleta ſtatim cũ grauatus filios habere non poſſe certum eſt, qu.415. contra ibid. decl. nu.2. & 3.
Conditio, ſi ſine filijs dicitur extitiſſe, ſi pater & filius ſimul moriantur, q.416. ampl. & decl. per tot. quaſt.
Conditio, ſi ſine filys deceſſerit gauatus, deficit licet ſtatim poſt patrem filij moriantur, q.417. n.1.
Limitatur, ſi teſtator conſiderauit non tantum conditionis implementum, quam etiam conditionis effectum, num.2.
Limitatur, ſi partus deceſſit ante baptiſmum, & nominis impoſitionem, n.3. contra ibid.
Conditio ſi ſine filys deceſſerit grauatus, deficit poſthumi natiuitate, q.418. ampl. & decl. per tot. quaſt.
Conditio, ſi ſine filys, non deficit, ſi monſtruoſus ſit partus, quaſt.419.
Conditio, ſi ſine filijs deficit, licet filius ex ſecto ventre matris ſit natus, q.420. decl. ibid.
Conditio, ſi ſine filys deceſſerit grauatus deficit, licet filij non ſint haredes patris, q.421. ampl. & decl. per totam quaſtionem.
Cõditio ſi ſine filijs deceſſerit grauatus, deficit licet filij ſint prateriti vel exharedati, q.422. cõtra n.2. concord. n.4.
Conditio, ſi ſine filijs, non deficit ſi extant filij banniti, qu. 423 numer.1. contra numer.2 ampl. & declar. per totam quaſtionem.
Conditio, ſi ſine filys, non deficit, si extant filij nati ex grauato poſt bannum, vel deportationem, q.424. n.1. contra nu.2. decl. n. ſeqq.
Conditio, si sine filijs, non deficit, si extant deportati filij, quaſt.425.
Conditio, si sine filijs non deficit, licet extent filij damnati in metallum, q.426.
Conditio, si sine filijs, an deficiat cum extant filij excommunicati, q.427. n.1.
Conditio, si sine filijs, an deficiat cum extant fily haretici, qu.427. nu.2.
Conditio, si sine filijs deceſſerit, non deficit, si extant filij ingreſſi religionem incapacem bonorum in vniuerſum & in particulari, q.428. n.1. contra n.6.
Ampliatur etiam in tacita conditione, nu.5.
Ampliatur, vt ſubſtitutus admittatur non expectata morte naturali filij, n.7. & 8. contra n.9. decl. n.10.
Conditio, si sine liberis deceſſerit grauatus deficit, cum extant liberi ingreſſi religionem capacem bonorum, q. 428. num. 11.
Ampliatur etiam in tacita conditione, nu.12.
Ampliatur, etſi filius non poſſet ſuccedere, vt quia exharedatus a patre nu.13.
Ampliatur etiam in fideicommiſſo conſtituto pro cõſeruandis bonis in agnatione, n.14 contra n.15.
Conditio, si sine filijs deficit, si grauatus fiat clericus, qu. 429. n.1. contra n.1.
Maximè si ſubſtitutus moriatur ante clericum, numero 7.
Limitatur in clerico non conſtituto in ſacris, n. 3.
Limitatur, si bona non acquirantur Eccleſia, nu. 4 contra ibid.
Limitatur, quando clericus continuà non habitauit in domo Eccleſia dum vixit, & illi Eccleſia non ſe dicauit, num. 5.
Limitatur aliter remiſſiuè, nu.6.
Conditio, si sine, filijs deficit, si grauatus ingrediatur monaſterium, quaſt.429. n.8. ampl. & decl. per totam quaſtionem.
Conditio, si sine liberis, in perſona clerici grauati appoſita de quibus liberis intelligatur, q.431.
Conditio, si sine liberis, non refertur ad inſtitutos in re certa, ſed ad inſtitutos in vniuerſum, quaſt. 432. num. 1. contra nu.2.
Conditio, si in pupillari atate, & sine liberis deceſſerit inſtitutus, non dicitur impleta mortuo inſtituto poſt pupillarem atatem sine liberis, q.433. contra ibid.
Conditio, si inſtitutus, & eius filij sine filijs decedant, deficit, si inſtitutus nunquam filios habuit, quaſt.434. contra ibid.
Conditio, si heres habuerit filios, & illi quandocunque deceſſerint, deficit si inſtitutus nunquam filios habuit, qu. 435. n.1. contra n.5. decl. n. ſeqq.
Conditio, si filios non habuerit comprehendit tam caſum non natiuitatis filiorum, quam obitus ante grauatum, qu.435. n.10 decl. n.11.
Conditionem, si sine filijs defeciſſe probare non tenetur ſubſtitutus, q.436. decl. per tot. quaſt.
Conditio impediens diuinum cultum reijcitur, quaſt.429. numero 20.
Conditio impeditiua matrimonij temporalis, reijcitur, quaſt.429 nu.21.
Conditio, si nubat iniuncta mulieri honeſta grauanda eam ſub fideicommiſſo, ſub hac conditione, eſt nulla, qu. 431. nu.16.
Conditio inſtitutioni appoſita, non cenſetur repetita in ſubſtitutione, q.441. nu.3.

Condi-

Index Rerum Memorabilium.

Conditio mortis, non verificatur in morte ciuili, quæſtion. 442. num. 1.

Limitatur ſi idem effectus reſultat in morte ciuili, qui in naturali, num. 3.

Conditio mortis verificatur etiam in morte violenta, qu. 443. num. 1.

Declar. quando euenit culpa vel facto grauati, num. 2. & ſeqq.

Conditio, ſi ſine teſtamento deceſſerit, facto teſtamento deficit. q. 444.

Ampliatur, & ſi pater fecit pupillarem ſubſtitutionem filio, num 2.

Declara dummodo teſtamẽtum fuerit validum, nec ſufficeret, quod ſuſtineretur, vt codicilli vigore clauſulæ codicillaris, nu. 3.

Declara procedere, dummodò teſtamẽtum habuerit effectum, ob aditionem hæreditatis nu. 4.

Declaratur non procedere, ſi teſtamentum ſit poſtea ruptum, vel irritum factum, nu. 5.

Declaratur, quando iam bona erant alienata, nam quo ad illa non deficiet conditio, nu. 6.

Declaratur procedere, dummodo expreſſè de illis bonis ſit teſtatus, nu. 7. contra nu. 8.

Conditio appoſita ſubſtituto, ſi capax erit, vel ſi legitimabitur ſufficit adeſſe tempore aditionis, quæſt. 446. nu. 1. ampl. num. 2.

Conditio, ſi capax erit, vel ſi legitimabitur eſt iuſta, quæſt. 446. num. 3.

Conditio deferendi nomen & inſignia familiæ eſt iuſta, & ſi non deferatur, incurritur pœna priuationis, quæſt. 447. num. 1.

Ampliatur, vt contrauenient teneatur reſtituere rem, cum fructibus, nu. 2.

Ampliatur, vt nec reſtitutio ſit danda contrauenienti, num. 4. decl. n. 5.

Ampliatur, vt omnes deſcendentes à contrauenient ſint priuati, n. 6.

Ampliatur, vt ſi onus ſit impoſitum hæredi, quod fideicommiſſarius tenetur illud implere, n. 7.

Amplia vt nomen, & inſignia non poſſint in minimo minui, nu. 8.

Amplia, vt nec moram poſſit purgare contrauenient, num. 9.

Amplia, vt requiratur perſeuerantia, nu. 10.

Amplia, vt nec Princeps poſſit remittere hanc conditionem, num. 11.

Declara, vt non inducatur priuatio, niſi facto præcepto à iudice, & per annum illud ſit contemptum, nu. 12. contra num. 13.

Declaratur non procedere, ſi ſubſtitutus ſit de nobiliſſima familia, & teſtator de vili, numero 14. decl. ibidem.

Declaratur non habere locum, ſi nomen & inſignia continerent turpia, nu. 16. contra ibid.

Declara, vt ſi alij vocent ſubſtitutum de propria familia, quod illi non nocet, ſi fecit quod potuit, vt voluntas teſtatoris ſeruetur, nu. 17.

Declaratur non procedere, ſi ſubſtitutus conſentiret, ne conditio impleretur, nu. 18.

Decl. aliter, remiſſiuè, nu. 20.

Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ impoſita hæredi, dicitur impoſita & ſubſtituto, q. 447. nu. 7.

Conditio puellæ impoſita, ſi non nupſerit, vt fideicõmiſſo ſit grauata ea nubente, fideicõmiſſum non debetur, q. 448.

Conditio inſtitutioni appoſita non cenſetur repetita in ſubſtitutione, q. 449. ampl & decl. per totam quæſt.

Conditio caſualis adiecta tam inſtitutioni quam ſubſtitutioni vulgari, ſi deficiat, deficiunt tam inſtitutio, quam ſubſtitutio, q. 449. n. 1.

Conditio caſualis adiecta vni gradui vel perſonæ nõ cenſetur repetita in ſubſtitutione vulgari, quæſt. 449. nu. 3.

Conditio adiecta inſtitutioni in vna perſona, non cenſebitur repetita in eadem perſona vulgariter ſubſtituta cohæredi, q. 449. nu. 4.

Conditio caſualis adiecta inſtitutioni, non cenſetur repetita in ſubſtitutione fideicommiſſaria, nu. 5.

Conditio poteſtatiua appoſita inſtituto, non cenſetur repetita in ſubſtitutum, q. 449. n. 6. contra n. 7. diſt. ponitur, nu. 8. & 9. decl. n. ſeqq.

Conditio appoſita poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem, afficit omnes gradus, q. 449 n. 14.

Conditio appoſita primæ ſubſtitutioni, cenſetur repetita in ſequenti, q. 450. n. 1.

Declara, vt procedat in ſubſtitutionibus copulatis, & cõiunctis, aliud in ſeparatis, & diuiſis, & poſitis in diuerſis capitulis, nu. 3.

Declaratur non procedere, quando conditiones ſunt diuerſæ, num. 4.

Declaratur non habere locum, quando fideicommiſſaria ſubſtitutio eſſet facta, & poſtea vulgaris, numer. 5. decl. nu. 6.

Declaratur non procedere, ſi verba ſecundæ ſubſtitutionis repugnant, nu. 7.

Declaratur, quando diuerſa ratio eſt in vna, & alia ſubſtitutione, nu. 8. & ſeq.

Declaratur, quando adeſt diuerſitas perſonarum in vna & alia ſubſtitutione, & adeſt diuerſitas orationum, numero 10.

Conditio ſuper fideicõmiſſo appoſita, dicitur hæredis gratia appoſita, q. 452.

Limitatur in grauato reſtituere filio teſtatoris, qui præteriri, nec exhæredari potuit, nu. 2.

Conditio adiecta ſubſtitutioni, ſi deficiat, diſpoſitio pro non facta habetur, q. 454. ampl. & decl. per totam quæſt.

Conditiones plures, ſi ſint appoſitæ, defectus vnius reddit totam diſpoſitionem inutilem, q. 454. n. 2. ampl. & decl. remiſſiuè.

Conditio pluribus ſubſtitutis, ſi eſt appoſita, ſi vnus ex eis non implet nocet omnibus, q. 454. n. 3. limit. n. ſeq.

Conditio dandi, vel faciendi relata ad duos, ſi ceſſante mora implere debentis, caſu deficiat, conditio mixta in perſona alterius poterit in diuiduis pro parte impleri, et ſubſtitutus implens partem conſequetur, q. 454. n. 4.

Conditio pluribus appoſita ſufficit, quod ab vno impleatur, ſi talis eſt, quæ alium poſſit impleri, quæſt. 454. numero 7. & ſeq.

Conditio mixta dependens ex facto ſubſtituti, & alterius, ſi caſu deficiat, & ſubſtitutio deficit, q. 454 nu. 11. ampl. & limit. n. ſeqq.

Conditio dependens partim ex poteſtate ſubſtituti, & partim à fortuna, ſi deficiat, deficit ſubſtitutio, q. 454. n. 12. & ſeqq. ampl. & limit. n. ſeqq.

Conditio mixta, ſi caſu deficiat fauore piæ cauſæ, habetur pro impleta, q. 454. n. 22.

Conditio mixta habetur pro impleta, quando partim caſu deficit, & partim fuit impleta, q. 454. n. 17.

Conditio morandi cum aliquo adiecta fauore honorati, ſi caſu ob mortem illius deficiat, relictum tamen debetur, q. 454. n. 18.

Conditio caſualis, ſi caſu deficiat ſubſtitutus non admittitur, q. 454 nu. 20. limit. n. ſeqq.

Conditio in forma ſpecifica impleri debet, nec ſufficit quod per æquipollens impleatur, q. 24. decl. n. 25.

Conditio perfectè, & in propria ſignificatione impleri debet, q. 454. n. 26. decl. n. ſeqq.

Conditio fictè, & impropriè impleri poteſt, quando eadem ratio concurrit, q. 454. n. 28. & ſeq. vbi decl.

Conditio de iure impleri debet, nec ſufficit quod impleatur quoquomodo, q. 454. n. 30. decl. n. ſeqq.

Conditio, vt dicatur impleta probandum eſt fuiſſe ſatisfa-

ctum animo implendi, nec ſufficit fato, & fortuito caſu eſſe impletum, q. 454. n. 32. decl. n. ſeq.

Conditio pro parte impoſſibilis, & pro parte poſſibilis, impleri debet pro parte poſſibili, q. 454. n. 34.

Conditio vſque ad minimum impleri debet, q. 454. n. 35. limit. nu. ſeqq.

Conditio, ſi pro parte ſolum impleta ſit ex patientia hæredis ſufficit, q. 454. n. 36.

Conditio appoſita ſuper facto diuiduo, ſi euenit in parte ſufficit, q. 454. nu. 39.

Conditio mixta pendens ex facto duorum, ſi pro parte impleatur, ſufficit vt debeatur relictum pro ea parte, quæſt. 454. nu. 40.

Conditio poteſtatiua impleri debet, & ſi is qui implere debet ſit impotens, q. 454. nu. 41.

Conditio poteſtatiua per hæredem impleri non poteſt, qu. 454. nu. 42.

Conditio poteſtatiua ſi ante moram non ſit impleta ob mortem implere debentis, relictum non debetur, q. 454. num. 43.

Conditio quæ ſemel defecit, amplius impleri non poteſt, q. 454. n. 44. ampl. & decl. nu. ſeqq.

Conditio pendens ex facto alterius, ſi non impleatur, habetur pro impleta ad commodum honorati, q. 454. num. 47. contra n. 48. Limitat. n. 49. & 50.

Conditio ad aliquem effectũ ſi eſt poſita, ſufficit ſortiri effectum, licet non ſit impleta, q. 454. n. 51.

Conditio, ſi non fuit impleta relictum debetur, ſi apparet teſtatorem fuiſſe relicturum, etiam conditione non impleta, q. 454. n. 52.

Conditio fauore honorati ſi eſt appoſita relictum debetur, licet non ſit impleta, q. 454. n. 53.

Conditio poteſtatiua, ſi caſu deficiat, relictum debetur, ſi honoratus non fuit in mora implendi, qu. 454. num. 54. decl. n. ſeqq.

Conditio poteſtatiua, ſi facto tertij defecit, contra illum agi poteſt ad intereſſe, q. 454. n. 55. & 86.

Conditio ſuper facto ſucceſſiuo appoſita, ſi pro vno anno nõ fuit impleta non nocebit pro futuris annis, q. 454. num. 59. limitatur nu. 60.

Conditionem præſumptiuè fuiſſe impletam ſufficit, & eſt præſumptio legis, quod fuerit impleta, q. 454. n. 61.

Conditio, quæ deficit facto eius, cuius intereſt eam non impleri, habetur pro impleta, num. 63. ampl. & declar. num. ſeqq.

Conditio cauſalis fauore libertatis habetur pro impleta, qu. 454. nu. 71.

Conditio implenda in perſonam vnius habetur pro impleta, quando impeditus fuit honoratus ab eo ne impleretur, qu. 454. n. 72. decl. n. ſeqq.

Conditio poteſtatiua, ſi impleri non poteſt aliquo caſu natura, habetur pro impleta, quæſt. 454. num. 78. ampl. & decl. n. ſeq.

Conditio quæ facto teſtatoris defecit habetur pro impleta, q. 454. n. 85. limit. n. ſeq.

Conditio habetur pro impleta, quando implementum fuit cauſatum facto tertij, n. 87. ampl. & decl. n. ſeqq.

Conditio impoſſibilis reijcitur, quæſt. 454. nu. 97. limitatur num. 98.

Conditio turpis, & inhoneſta habetur pro non ſcripta, qu. 454. num. 99.

Conditio, quæ honeſtè impleri non poteſt reijcitur, quæſt. 454. num. 100.

Conditio, quæ de iure impleri non poteſt, reijcitur, quæſt. 454. num. 101.

Conditio ducendi in vxorem fœminã, quæ duci non poteſt ex prohibitione iuris canonici, reijcitur, q. 454. n. 101.

Conditio ex qua fraudis ſuſpitio oriri poteſt, reijcitur, qu. 454. num. 103.

Conditiones plures per copulam, ſi ſunt appoſitæ vtriuſque implementum requiratur, vt ſit locus ſubſtitutioni, quæſt. 455. n. 1.

Ampliatur, & ſi in primo gradu ſubſtitutionis ſunt appoſita plures, & in ſecundo vna tantum cum verbo relatiuo, vt ſupra n. 4.

Ampliatur, et ſi altera ex conditionibus pendeat ex facto tertij, nu. 5.

Limitatur in conditionibus, ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſine liberis, n. 6.

Limitatur in conditionibus copulatis accidentaliter, ſecundum quodlibet de per ſe, n. 7.

Limitatur in minimis, nu. 8.

Limitatur in conditionibus neceſſarijs, & vbi fuerunt appoſita ad diuerſum effectum, n. 9. & 10.

Limitatur, quando conditiones ſunt contrariæ, vel incompatibiles, n. 11.

Limitatur, in conditionibus intrinſecis, & reſpicientibus cauſam ſubſtituendi, n. 10. contra ibid. & decl.

Limitatur, ſi vna cõditio fuit propter aliam poſita, n. 13.

Limitatur, ſi altera ex conditionibus haberetur pro non ſcripta, quia ſufficit impleri validam, n. 14.

Conditiones plures non per copulam, ſed per punctum poſitæ ſi ſint, requiritur omnium implementum, vt ſit ſubſtitutioni locus, q. 455. n. 15. decl. ibid.

Conditiones plures per alternatiuam poſitæ in ſubſtitutione ſi ſint, ſufficit alteram impleri, q. 455. n. 16.

Limitatur, ſi inter eas adeſt conditio, ſi ſine liberis, quia omnes impleri debent, n. 17. ampl. & decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi in contrarium ſit præſumpta mens teſtatoris num. 27.

Limitatur, ſi voluntas teſtatoris non poſſit verificari in qualibet, num. 28.

Conditio, ſi deficiat in primo gradu vulgaris ſubſtitutioni appoſita, omnes ſequẽtes gradus ſubſtitutionis excluduntur, q. 456. n. 1. ampl. & decl. n. ſeqq.

Conditio adiecta ſubſtitutioni, ſi fuit non ad faciendum diſpoſitionem conditionalem, ſed ad conditionandum relictum primo ſubſtituto, ſi deficiat perempto primo gradu ſubſtitutionis, non excluduntur alij gradus, qu. 456. nu. 4. ampl. n.

Conditio appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, ſi deficiat ſecundus ſubſtitutus non excluditur, ſi conditio reſpicit perſonam primi ſubſtituti, non ſecundi, & ſecunda ſubſtitutio non eſt ſubordinata ad primam, ſed potius ſunt duo ſubſtitutiones, quæ in diuerſis caſibus poſſunt habere effectum, q. 456. n. 6. contra n. 7. decl. n. 8.

Conditio in primo gradu pupillaris ſubſtitutionis appoſita, ſi deficit, an deficiant omnes ſequentes ſubſtitutiones, q. 456. n. 9. remiſsiuè.

Conditio appoſita primo gradui fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ſi deficiat, corruunt omnes ſequentes ſubſtitutiones, q. 456. n. 10. ampl. & decl. n. ſeqq.

Conditio ſi hæres erit appoſita inſtituto grauato & poſtea fiant aliæ ſucceſsiuè ſubſtitutiones, ſi inſtitutus non fuit hæres, ceſſant omnes ſubſtitutiones, q. 456. n. 11.

Conditio, ſi ſine liberis appoſita grauato ſi deficiat, ceſſant omnes ſequentes ſubſtitutiones ſubordinatæ ad primã, qu. 456. n. 12. decl. ibid.

Conditio appoſita in primo gradu ſi deficiat, non ceſſant ſequentes ſubſtitutiones, quando in ſequentibus apponitur alia conditio, quæ euenit, q. 456. n. 15. contra nu. 16. decl. nu. 17.

Conditio per æquipollens poteſt impleri, ſi idem reſultat effectus, q. 463. n. 3.

Conditio voluntaria non impletur per æquipollens, q. 463. nu. 5. decl. n. 7.

Conditio retrahens à religione eſt nulla, quæſtione 463. numero 9.

Conditio quæ pro reiecta habetur non impedit conditionem validam, q. 463. n. 11.

Condi-

Digitized by Google

Index Rerum Memorabilium.

Conditio, ſi nomen familię non aſſumpſeris, non dicitur impleta, ſi grauatus non potuit aſſumere, quia mortuus, q.465. decl. ibid.

Conditio deferendi nomen, & inſignia familia impoſita Titio non cenſetur impoſita & eius deſcendentibus, q.465.n.8. contra n.9.

Conditio, ſi heres erit intelligitur de herede cum effectu, nec ſufficit, quod ſit heres ſcriptus, q.469.n.60.

Conditio, ſi ſine filiis deceſſerit expirat mortuo grauato cum filiis, quicquid poſtea de eis contingat, q.480. ampl. & decl. per totam queſt.

Conditio, appoſita inſtituto, vel ſubſtituto non cenſetur repetita in alium ſubſtitutum, q.480.n.8.

Conditio ſi filij, & filiorum filij deceſſerint ſine liberis, reſpicit non tantum filios, & filiorum filios, quam etiam vlteriores deſcendentes, queſt.480.num.61. contra num.62.

Conditio ſuſpendit actum, q.503.n.29.

Limitatur in conditione de preterito, n.22.

Conditio non retrotrahitur in legatis & fideicommiſſis, q.612 n.13. decl. n. ſeq.

Conditio ad plures relata debet habere omnium concurſum, q.54.n.30.

Conditio, ſi ſine liberis non ſubintelligitur in vulgari ſubſtitutione filio facta, q.58.n.1. contra n.2.

Conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica, q.64. num.27.

Conditio voluntaria extenditur de caſu ad caſum, quando conſtat ex coniecturis de mente teſtatoris, num.28. & 44.

Conditio voluntaria extenditur de caſu ad caſum, quando teſtator conſiderauit effectum, n.29.

Conditio per caſum ſimilem poteſt impleri, n.30.

Conditio ſi naſcatur eſt neceſſaria, quo ad inſtitutionem, & ſubſtitutionem, n.31.

Conditio ſi ſine liberis eſt voluntaria, num.43. contra num.47.

Conditio, ſi ſine liberis ſubintelligitur in pupillari ſubſtitutione, q.136.n.1.

Ampliatur, etſi ſubſtitutus ſit de liberis, n.3.

Ampliatur, vt filij inſtituti excludant ſubſtitutum, non ſolum a portione patris, ſed etiam a portione patrui pariter inſtituti, & cui pupillaris facta fuit, num.4. contra num.5.

Ampliatur, vt nec teneatur ad legata, numero 6. contra num 7.

Limitatur ſi ipſe poſthumus fuiſſet ſubſtitutus, num.8. contra num.9.

Limitatur in filio naturali nato, n.10. contra n.11.

Limitatur, quando poſthumus predeceſſit patri, quia ſubſtitutio reuiuiſcit, n.12. contra n.13 decl n.14.

Limitatur aliter remiſſiue, n.15.

Conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur in ſubſtitutione directa militari, quando ſubſtituitur deſcendenti, q.226.

Conditio in forma ſpecifica impleri debet, q.246.n.16.

Conditio ſi ſine liberis non ſubintelligitur in vulgari comprehenſa in compẽdioſa, q.252.n.1. contra n.5. decl. ibid.

Conditio, ſi ſine liberis, expreſſa in compendioſa continetur, tam in vulgari quam in fideicommiſſaria, n.6.

Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur in pupillari comprehenſa in compendioſa, n.10.

Conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur in fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa n.11.

Conditio debet referri ad caſum, qui poteſt eſſe, & non eſſe, q.340.n.9

CONFESSIO *heredis probat fideicommiſſum ita ordinatum, q.501.n.1. contra num.2. ampl. & decl. per totam queſt.*

Confeſſio facta de his, que in iure conſiſtunt non nocet, q.501 num.4.

Confeſſio facta à Iureconſulto, vel literarum perito de exiſtentia fideicommiſſi nocet, q.501.n.7.

Confeſſio, quod fideicommiſſum reuocatum ſit, reuocari à confitente non poteſt, q.501.n.16.

CONFISCATIO *non fit de bonis fideicommiſſi reſtitutorij, q.529.n.1.*

Ampliatur etiam in crimine leſe maieſtatis, num.2.

Limitatur, quo ad fructus durante vita confiſcati, n.3. decl. num.4 & 5.

Confiſcatio non trahitur ad bona prohibita alienari, nec quo ad fructus durante vita prohibiti, q.529. num.6. contra num.7.

Ampliatur etiam in crimine hereſis, vel leſe Maieſtatis, quia nec tunc fructus confiſcantur, num.8.

Ampliatur, etſi ad certum tempus ſit facta prohibitio fauore prohibiti, n.9.

Limitatur ſi in contractu ſit facta prohibitio alienationis, num.10.

Limitatur in ſtatu Eccleſie in caſibus receptatoris bannitorum, & fauoris eis preſtiti, n.11.

CONIECTVRÆ, *vt inducant reciprocam, debent eſſe multum neceſſarie, q 255.*

Coniecturis, an inducatur reciproca, remiſſiuè, q.255.

Coniecture inducentes fideicommiſſum debent eſſe certe, & neceſſarie, queſt.649, num.14. & num.33.

CONIVNCTI *in inſtitutione, cenſentur coniuncti & in ſubſtitutione, q.261.n.3.*

Coniuncti in re certa non habent ius accreſcendi cum heredibus vniuerſalibus, q.261.n.4.

Coniuncti prius admittentur in fideicommiſſis alijs excluſis, q.494.n.1.

Ampliatur procedere tam in vulgari ſubſtitutione, quam in fideicommiſſaria, n.2. contra n.3.

Declaratur, vt procedat, quando ſubſtitutio eſt facta ſub vnico verborum contextu, alias ſecus, n.4.

Declaratur vt procedat, dummodo ratio recti ſermonis hoc patiatur, alias ſecus, n.5.

Declaratur non procedere, quando in contrarium extat voluntas teſtatoris, vt ſi ad diſiunctos habuit maiorem affectionem, n.6.

Declaratur non habere locum, quando coniuncti ſunt extranei, & diſiuncti ſunt deſcendentes teſtatoris, num.6.

Declaratur, quando agitur de coniunctione ſanguinis, nam tam conſanguineus quam vtrinque coniunctus admitti debet, n.7.

Declaratur non procedere, ſi nominatim facta ſit ſubſtitutio, num.8

CONIVNCTIS *vocatis ad fideicommiſſum, veniunt omnes ſanguine coniuncti, q.369.n.1.*

Coniunctis vocatis, & fœmina veniunt, queſt.369. decl. ibidem.

Coniunctis vocatis affines etiam veniunt, q.369.n.3.

Coniunctis vocatis, & naturales veniunt in defectum legitimorum, q.369.n.4.

CONSANGVINEOS *vocans ad fideicommiſſum, agnatos non cognatos dicitur vocaſſe, queſt.364. num.1.*

Limitatur ſi ex communi vſu loquendi cognati dicuntur conſanguinei, num.2.

Limitatur, ſi in agnatis diſpoſitionem non poſſe verificari ſciebat teſtator, n.3.

In omni tamen caſu, quod venirent & cognati, agnati erunt preferendi cognatis, n.4.

Conſanguineos vocans, & feminas dicitur vocaſſe, q.364. num.5 decl. ibid. remiſſiue.

Conſanguineos vocans matrem & auiam non dicitur vocare, q.364.n 6. decl ibid.

Conſanguineos vocans auunculum non cenſetur vocare, queſt.364. num.7.

Conſan-

Digitized by Google

Conſanguineos vocans naturales etiam dicitur vocare, q.364. n.8. vbi decl.

Conſanguineos vocans ſpurios non dicitur vocare, q.364. num.8.

Conſanguinei vocati ad fideicommiſſum non admittuntur, ſi ſunt vltra ſeptimum gradum, quæſt.364. numero 9.

CONSENTIENS *alienationi rei prohibitæ alienari, dicitur alienare, q.318. n.114.*

Conſentiens alienationi fideicommiſſi, ſibi præiudicat, q.560. num.1.

Ampliatur ſiue conſenſus præcedat, ſiue ſequatur, n.3.

Ampliatur ſiue ſciuerit conſentiens, ſiue ignorauerit fideicommiſſum, n.4. contra n.5.

Ampliatur etiam in fideicommiſſo conditionali, num.6. contra n.7. concor. n.8.

Ampliatur etiam quando duo fratres inuicem grauati ſimpliciter alienant, quia vnus cenſetur alteri conſentire, num.2.

Ampliatur etiam in hærede conſentientis, qui non poterit contrauenire, n.8. ampl. & decl. n. ſeq.

Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſuppoſitæ, licet ſibi præiudicat in re, non tamen in pretio erit præiudicatum, quæſt.560. num.31. contra n.32. concord. n.33. limit. num. ſeq.

Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſuppoſitæ, quando pretium conſequi poteſt, intelligitur de pretio ſoluto, non autem de æſtimatione quanti res de præſenti valet, quæſt.560. num.45.

Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ, vt ſibi præiudicet, requiritur, quod conſenſus ſit expreſſus, nec ſufficeret patientia, & taciturnitas, quæſt.560. n.21. contra n.22. decl. n. ſeqq.

Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ ſibi non præiudicat, ſi ſaluo iure ſuo conſenſerit, quæſt.560. n.29. contra n.30.

Conſentiens ratione officij alienationi rei fideicommiſſo ſuppoſitæ ſibi non præiudicat, quæſt.560. num.26. contra num.23. diſt. ibid.

Conſenſus præſtitus in alienatione bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum à proximiore in gradu, non præiudicat à ſequentibus in gradu, q.50?. n.28.

Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari ſibi præiudicat, nec poteſt emptorem moleſtare, q.719. num.1. & q.318. ſub n.114.

Ampliatur etiam in tacito conſenſu reſultante ex præſentia cum taciturnitate, q.719. n.2. contra num.3. decl. num. ſeq.

Ampliatur etſi in contractu facta ſit prohibitio, n.5.

Ampliatur, etſi eccleſia conſentiret, num.6.

Limitatur in eo qui officij ratione conſenſit, num.7. contra ibidem.

Limitatur in conſenſu præſtito ſuper actu reuocabili, vt ſuper teſtamento, vel donatione cauſa mortis, n.8.

Limitatur, quando concurrit fideicommiſſum in caſum alienationis, & fideicommiſſum in caſum mortis, nam non præiudicatur in fideicommiſſo in caſum mortis, num.9.

Limitatur reſpectu pœnæ impoſitæ prohibito ad fauorem tertij, n.10.

Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari ſibi præiudicat etiam in pretio, q.719. n.13. & 15. & q.560. n.38.

Limitatur, quando reſultat fideicommiſſum, & in caſum mortis, quia morte ſequuta poterit pretium repeti, q.719. n.14. contra n.15.

Limitatur aliter, remiſſiuè, n.16.

Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari efficitur indignus, & cadit à iure ſuo, q.719. n.17.

Limitatur, quando abſens erat pars tempore conſenſus præſtiti, n.18.

Limitatur in conſenſu tacito, reſultante ex præſentia cum taciturnitate, n.19.

Limitatur reſpectu portionum cohæredum alienantium, ſine illius conſenſu, n.20.

Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari non præiudicat ſuis filijs, q.719. n.11.

Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari, non præiudicat ſequentibus in gradu, q.719. n.12.

CONSEQVENS *qui vult, cenſetur velle & neceſſarium antecedens, q.480. n.21. q.241. n.67.*

CONSORTES *ſi vocentur ad fideicommiſſum cenſentur vocati qui ſunt de eadem familia, quæſt.372. num.1.*

Conſortes vocans ad fideicommiſſum dicitur ſibi proximiores vocare, q.372. n.2.

Conſortes vocans ad fideicommiſſum dicitur & fœminas vocare, q.372. n.3. decl. n.4.

CONSVETVDO *nouam ſuccedendi formam inducere poteſt, q.308. n.47.*

Conſuetudo contra bonos mores, & peccati nutritiua non valet, q.308. n.49.

Conſuetudo vnius familiæ, quod maſculi ſuccedant, ſuſtinetur, q.308. n.54 contra n.55. decl. n. ſeqq.

CONTRACTVS *Principum habent vim legis, q.308. num.41.*

CONTRARIORVM *eadem eſt diſpoſitio, q.245. num.8.*

Limitatur, ſi adeſt diuerſa ratio, n.9.

CONTRAVENTIO *vnius ex pluribus ad fideicommiſſum vocati non nocet alijs, q.575. ampl. & decl. per totam quæſt.*

Contrauenians voluntati teſtatoris priuatur ipſo iuris beneficio, q.582. n.2.

COPVLÆ *natura eſt, vt ad omnia præcedentia referatur, q.244. n.15.*

Copula natura eſt copulare ea, quæ ſunt de eodem genere, & qualitate, q.324. n.10.

Copula natura eſt addere, q.324. n.11. q.362. n.6.

Copula natura eſt exæquare omnia copulata, q.325. n.15. q.403. n.9.

Copula, & ſtat ampliatiuè, quæſt.339. num.71. quæſt.650. num.82.

Copula requirit concurſum plurium copulatorum, q.340. n.16. decl. n.18.

Copula natura eſt, vt ponatur inter diuerſa, & addat, q.362. n.6. q.712. n.4.

Copulatiua natura eſt omnes copulatos pro virili vocare, q.379. n.7.

Copula inter contraria poſita, vel incomparabilia reſoluitur in disiunctam, q.455. n.11.

Copulatiua reſoluitur in disiunctam ex præſumpta mente teſtatoris, q.476. n.3.

Copulatiua vna pars aliam declarat, q.712. n.5.

CORRELATIVORVM *vno deſtructo, deſtruitur & aliud, q.257. n.60.*

CORRESPECTIVORVM *vno ceſſante, ceſſat & aliud, q.257. n.59.*

CREDITA *veniunt in fideicommiſſi reſtitutione, quæſt.625.*

Limitatur, ſi ſint exacta, & pecunia conſumpta ſine culpa grauati, n.2. contra n.3.

Credita, quando facta ſunt deteriora ſine culpa grauati, & inexigibilia cedendo actiones liberatur grauatus, ſecus ſi eius culpa id euenit, quæſt.625. num.4. contra numero 5.

D.

DEBITVM *naturaliter ſolui debeat-ne per hæredem, an per fideicommiſſarium? q.522. remiſſiuè.*

Debita

Index Rerum Memorabilium.

Debita teſtatoris poſſunt ſolui in rebus fideicommiſſi, & probibitis alienari, quæſt. 541. ampl. & decl. per totam quæſt.

Debita grauati, & alienare prohibiti poſſunt ſolui in bonis fideicommiſſi, & probibitis alienari, q. 542. ampl. & decl. per totam quæſt.

Debitum ſibi à teſtatore deducat grauatus fideicommiſſo, q. 665.

Ampliatur etiam nullo facto inuentario, n. 2. contra n. 3. decl. n. 4.

Ampliatur, & ſi debitum ſit prælegatum, n. 5.

Ampliatur etiam in debito naturaliter tantum, n. 6.

Ampliatur, vt nec fructus percepti imputentur in creditum, n. 7. contra n. 9. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi hæres iuſſus ſit debitum remittere, numero 14.

Limitatur, ſi prohibita ſit alienatio bonorum, vt perpetuo remaneant in familia, n. 15. contra ibid.

Limitatur, ſi hæres ſuper fideicommiſſi bonis ſit prohibitus controuerſiam, aut moleſtiam aliquam inferre, numero 16.

Debita ſoluta creditoribus teſtatoris per grauatum deducuntur de bonis fideicommiſſi, q. 666. n. 1.

Ampliatur, & ſi eſſent debita naturaliter tantum, n. 2.

Ampliatur, nec fructus eſſe imputandos, n. 3. decl. ibid.

Ampliatur etiam non facto inuentario, n. 4.

Ampliatur, etſi ſolutio ſit facta non inſtantibus creditoribus, n. 5.

Limitatur in ſolutis indebitè, n. 6. decl. n. 7.

Limitatur aliter remiſſiuè, ſub n. 8.

Debita ſoluta à grauato præſumuntur de proprijs pecunijs ſolutæ, q. 665. n. 1. contra n. 2.

Ampliatur etiam non facto inuentario, n. 3.

Limitatur, ſi apparet in hæreditate extitiſſe pecunias, vel mobilia in inuentario deſcripta fuiſſe diſtincta, n. 4. decl. num. 5.

Debita ſoluta per grauatum reſici debent ſoluenti, in pecunia hæreditaria, gemmis & fructibus repertis in hæreditate, q. 667. n. 14. decl. n. ſeqq.

Debitum ſibi à teſtatore hæres grauatus præſumitur ſibi ſoluiſſe, nec cogi poteſt recipere creditum in pecunia, q. 671. contra n. 5.

Amplia, vt æſtimatio bonorum fiat tempore mortis teſtatoris, num. 1. contra quod attendatur tempus reſtitutionis.

Decl. vt ibid. latè.

Debita ſoluta per grauatum retinet ille in tot bonis, nec cogi poteſt in pecunia recipere ſolutum, q. 671. n. 2. contra num. 5.

Amplia, vt attendatur tempus ſolutionis in æſtimandis bonis, non tempus ſolutionis, ibid. & n. ſeqq. latè, & contra alij.

DESCENDENTES *vocans dicitur omnes in infinitum vocare, q. 327.*

Ampliatur, & ſi vocati ſint deſcendentes filij Titij, n. 2.

Declaratur ſi vocati ſunt deſcendentes ex Titio, quia ſolum primi gradus deſcendentes veniunt, q. 321. n. 15. contra n. 38. & q. 327. n. 3. contra n. 8. decl. n. ſeqq.

Declaratur vt tamen veniant in ſucceſſione, prout ab inteſtato venirent, n. 14.

Declaratur, vt ſi adſint deſcendentes mediati, & immediati veniant proximiores, n. 15. decl. ibid.

Declaratur non procedere, ſi ſequeretur abſurdum, n. 16.

Declaratur, quando facta mentione deſcẽdẽtium teſtator exponendo dixiſſet intelligere de maiore natu, n. 17.

Declaratur, quando vocati ſunt filij vnius, & deſcendẽtes alterius cum dictione, vt ſupra, quia deſcendentium vocatio ad filios erit reſtringenda, num. 18.

Declaratur quando in vna ſubſtitutione vocauit filios, in ſecunda deſcendentes, vt ſupra, ſub n. 18.

Declaratur, quando deſcendentes Titij eſſent vocati, etſi ſine liberis decederet alius ſubſtitutus, quia in diſpoſitiua vocatione ſoli filij primi gradus erunt vocati, numero 19.

Declaratur, quando ſunt vocati deſcendentes cum aliqua qualitate ad filios reſtrictiua, n. 20.

Declaratur, quando verbo, deſcendentibus eſſet additum, verbum, meis, vel, ſuis, numero 22. contra num. 23.

Declaratur ſi diſpoſitio ſit reſtricta ad aliquod tempus, nam cenſentur vocati deſcendentes, qui veriſimiliter poſſunt naſci, n. 24.

Declaratur ſi in numero ſingulari facta ſit vocatio, n. 25. ampl. n. ſeq.

Declaratur, quando teſtator habuit pro ſynonymis, verbum filios, & verbum deſcendentes, n. 27. contra n. 29. decl. ibid.

Declaratur, ſi teſtator erat imperitus, num. 31. decl. numero 32.

Declaratur, quando vocati ſunt deſcendentes ex tali matrimonio, n. 33. contra n. 34.

Declaratur, quando facta eſt mentio de liberis, & deſcendentibus, quia pro liberis intelligi debet de liberis primi gradus, n. 35.

Declaratur, quando in vna parte teſtamenti facta eſt mentio de liberis, & deſcendentibus, & in alia ſimpliciter de liberis, quia tunc liberorum appellatione veniunt ſolum liberi primi gradus, n. 36.

Declaratur, quando ſumus in pauperibus, & dubitatur de mente teſtatoris, quia ne patrimonium ſcindatur reſtrictio fit magis quam fieri poteſt, n. 37.

Deſcendentes vocans ad fideicommiſſum, admittuntur etſi hæredes non ſunt, q. 328.

Deſcendentes vocans ad fideicommiſſum tam maſculi, quam fœmina cenſentur vocati, q. 325.

Ampliatur vt veniant propriè, n. 2.

Ampliatur venire & natos ex fœmina, n. 3. contra n. 4. decl. ibid.

Limitatur, quando vocati ſunt deſcendentes ex linea maſculina, vel per virilem ſexum, quia fœmina non veniret, ſub n. 7.

Limitatur ſtante ſtatuto, quod fœminæ ſint excluſæ ſtantibus maſculis, n. 8. decl. remiſſiuè, ſub n. 9.

Limitatur, ſi agnationis conſeruandæ ratio ſit habita expreſſè, vel tacitè, n. 10. decl. n. 12.

Limitatur, quando deſcendentes maſculi ſunt vocati, n. 13. decl. ibid.

Ampliatur & ſi filij maſculi & eorum deſcendentes ſint vocati, quia qualitas maſculinitatis cenſetur repetita in deſcendentibus, n. 14. ampl. ſub n. 15.

Limitatur, quando maſculi ſunt vocati, & in eorum defectum fœminæ, & deſcendentes ab eis, vt ſupra, quia ſoli deſcendentes maſculi fœminarum eſſent vocati, num. 16.

Limitatur, quando fœminis fuit de dote prouiſum, n. 17. contra ibid.

Limitatur aliter remiſſiuè, ibid.

Deſcendentes ex fœmina veniunt vocata linea, q. 346. decl. per totam quæſt.

Deſcendentes ex fœmina non veniunt vocatis deſcendẽtibus per virilem ſexum, q. 346. vide per totam quæſt.

DETERMINATIO *vna reſpiciens plura determinabilia, debet æqualiter omnia determinare, q. 257. num. 8.*

Limitatur, ſi adeſt diuerſa ratio, q. 394. num. 41.

Limitatur, vt hæc regula procedat in expreſſis non tacitis, q. 394. n. 42.

DIES *incerta facit conditionem, q. 488. n. 2. ampl. n. 3. decl. num. ſeqq.*

Dies quando certa, & quando incerta dicatur, ad cognoſcendum

Digitized by Google

ſcendum an ſit locus tranſmiſſioni, quæſt. 488. num. 10.
DIGNIOR de familia, ſi vocetur ad fideicommiſſum, an vocatus dicatur ſenior, vel ditior, vel in dignitate conſtitutus, eſt iudici arbitrium, quæſt. 383. num. 8.
Si habita eſt ratio conſeruandi bona in agnatione ditior eſſet præferendus, n. 9.
Senior etiam poteſt dici dignior, n. 10.
Miles non poſſet dici dignior, n. 11.
Legitimatus non poteſt ſuccedere tanquam dignior, numero 12.
Et ſi conſtaret quis eſſet dignior, melior erit cauſa poſſidentis, n. 13.
DILECTIO maior erga filios, quam vxorem præſumitur, q. 242. n. 62. q. 468. n. 6.
Dilectio maior erga natos quam naſcituros præſumitur, q. 311. n. 61. q. 468. n. 7.
Dilectio non cadit in ignotos, q. 318. n. 6.
Dilectio non cadit in eos, quos teſtator putauit mortuos, q. 318. num. 6.
Dilectio maior colligitur ex ſpeciali nominatione, q. 39. n. 2. q. 468. n. 13.
Dilectio maior in cognitos eſt, quam in incognitos, q. 359. num. 10.
Dilectus in portione patri relicta præſumitur magis filius, quam alius, quæſt. 379. num. 4. quæſt. 468. num. 18. ampl. n. ſeqq.
Dilectio erga filios eſt maxima, proueniens à natura ipſa, q. 429. n. 50.
Dilectus magis dicitur, qui eſt proximior, q. 468. n. 1. decl. num. ſeqq.
Dilectus magis dicitur frater, quam nepos ex fratre, q. 468. num. 5.
Dilectus magis præſumitur, qui eſt magis honoratus, q. 468. n. 8.
Dilectio maior præſumitur erga filium quam erga nepotem, q. 466. n. 10. & ſeqq. vbi decl.
Dilectus magis præſumitur primo vocatus, quæſt. 468. num. 15.
Dilectus magis dicitur is, cui conditio facilius euentura adiecta eſt, q. 466. n. 16.
Dilectus magis in inſtitutione præſumitur & in ſubſtitutione magis dilectus, q. 468. n. 17.
Dilecti magis præſumuntur poſiti in conditione ſubſtituto in portione patris, q. 468. n. 19.
Dilectus magis in vita præſumitur, & in morte prædilectus, q. 468. n. 20.
Dilectio maior præſumitur erga maſculos quam fœminas, q. 468. n. 21. decl. n. 22.
Dilectio maior præſumitur erga deſcendentes, quam tranſuerſales, q. 468. n. 23.
Dilectus magis præſumitur legitimè natus, quam legitimatus, q. 498. n. 24.
Dilectio maior arguitur ex habitatione ſimultanea, & conuerſatione, q. 468. n. 26.
Dilectio maior præſumitur erga hæredes, quam ſubſtitutos, q. 468. n. 27.
Dilectio maior præſumitur erga cohæredes, quam erga venientes ab inteſtato, q. 468. n. 28.
Dilectio maior arguitur ex vicinitate, q. 468. n. 29.
Dilectus magis dicitur, qui eſt de eadem patria, & regione, q. 468. n. 30.
Dilectus magis præſumitur primogenitus, q. 468. n. 31.
Dilectio maior arguitur, ſi cura maior, & diligentia eſt habita, q. 468. n. 32.
Dilectio minor erga naſcituros filios, quam erga parentem eorum præſumitur, q. 476. n. 49.
Dilectio habita erga ſubſtitutum grauatum cenſetur habita ad omnem eius poſteritatem, quæſt. 484. num. 27. & num. 30.
Dilectus minus non debet eſſe melioris conditionis magis dilecto, q. 479. n. 62.
DIRECTA militaris ſubſtitutio, quomodo definiatur, q. 206.
Directa militaris ſubſtitutio eſt ſeparata ſpecies ſubſtitutionis, q. 207.
Directa militaris ſubſtitutio duplex eſt, quæſt. 208. remiſſiuè.
Directa militaris ſubſtitutio, quibus verbis, & coniecturis dicatur facta, q. 209. remiſſiuè.
Directa militaris ſubſtitutio poteſt fieri à militibus, q. 210. vbi declara.
Directò militariter an Principes, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Cardinales, Clerici, Doctores, Aduocati, Medici, Equites, Remiga, & Nautæ ſubſtituere poſſint, remiſſiuè, q. 211.
Directa militaris ſubſtitutio poſt aditam poteſt fieri filio extraneo, q. 212.
Directo militaris ſubſtitutio, an contineatur in reciproca à milite facta, q. 214. remiſſiuè.
Directò militariter ſubſtitutus dicitur ſuccedere teſtatori non ei cui ſit ſubſtitutio, q. 216. n. 1. contra n. 2.
Directa militaris ſubſtitutio non continet bona inſtituti, num. 3.
Directa militaris ſubſtitutio non afficit legitimam filii inſtituti, n. 4. contra n. 5. declara n. ſeqq.
Directò militariter ſubſtituto ſunt reſtituendi fructus reperti in hæreditate tempore mortis inſtituti, q. 217.
Directò militariter ſubſtitutus conſequitur prælegata relicta inſtituto, q. 218.
Ad Directò militariter ſubſtitutum pertinet datum conditionis implendæ cauſa per legatarium inſtitute, quæſt. 221.
Per Directam militarem ſubſtitutus poteſt capere bona teſtatoris propria authoritate, q. 225. n. 1.
Limitatur, ſi poſſiderentur ab alio bona, vt ab hærede inſtituti, quia tunc ſi propria authoritate vellet capere caderet a iure ſuo, num. 2.
Directa militari caducata ob mortem ſubſtituti, an bona remaneant inſtituto, vel deferantur venientibus ab inteſtato, q. 227.
DISPOSITIO teſtatoris non poteſt valere, vel niſi vt teſtamentum vel niſi vt codicilli, q. 260. n. 14.
Diſpoſitio, quæ aliquid præſupponit intelligi debet de perſona, & caſu in quo præſuppoſitum verificari debet, q. 240. num. 10.
DISPENSATIO ſi fiat de incapaci ad partem rei, & poſtea fiat alia diſpenſatio ad totam rem, non facta mentione de prima gratia, ſecunda erit nulla, quæſt. 407. n. 169.
DISPOSITIO, quæ præſupponit aliquid, debet intelligi de perſona, & caſu, in quo præſuppoſitum verificari poteſt, q. 240. n. 10.
Diſpoſitio conſiderari debet ſecundum tempus, in quo confertur, q. 318. n. 63.
Diſpoſitio, quamuis generalis debet intelligi de his, quæ ſunt in poteſtate diſponentis, q. 469. n. 2.
Diſpoſitio quamuis vniuerſalis non includit bona hæredis, q. 649. n. 3.
Diſpoſitio reſtringens facultatem alienandi eſt odioſa, q. 676. decl. per totam quæſt.
Diſpoſitio teſtatoris potius perpetua, quam temporalis præſumitur, q. 688. n. 13.
Diſpoſitio ſpecialis derogat generali, vel ſaltem limitat, q. 720. num. 3.
DIVISIO ſi probibita ſit cenſetur inductum fideicommiſſum inter prohibitos, q. 27 . n. 5.
Diuidi hæreditatem cum alio hærede iuſſo dicitur ille pro dimidia ſubſtitutus per fideicommiſſum, quæſt. 277. num. 12.

Digitized by Google

Index Rerum Memorabilium.

Diuiſio bonorum poſt mortem hæredis inter aliquos ſi fiat, inductum erit fideicommiſſum, q.277.n.68.

In Diuiſione ſi vni fratrum obuenerant bona libera, alteri fideicommiſſo ſubiecta conueniente caſu fideicommiſſi facienda erit æqualatio bonorum inter diuidentes. q.599. n.13. contra n.15.

Maxime ſi a principio bona fuerunt æqualiter æſtimata nulla habita ratione quod eſſent fideicommiſſo ſuppoſita, num.20.

Maximè ſi fratres ignorabant fideicommiſſum, n.26. & ſeq.

Maximè ſi ex clauſulis poſſit dici fideicommiſſum remiſſum, n.28.

Maximè ſi expreſsè promiſſum fuit de euictione in caſum ſi fideicommiſſi bona euincerentur, n.29.

Ampliatur & declaratur a n.20. vſque ad finem.

Diuiſione bonorum fideicommiſſi conditionali non reſultat renunciatio illius, q.593. ampl. & decl. per totam q.

Diuiſio non dicitur prohibita alienatione prohibita, q.707. num.1.

Diuiſio per pactum prohiberi poteſt, quæſt.707. num.4. decl. ibid.

Diuiſio poteſt minoribus prohiberi abſque alia cauſa, q.707. n.5. ampl. & decl. num. ſeqq.

Diuiſio ad tempus prohiberi poteſt hæredibus, q.707. n.11. limit. n.12. & 13.

Diuiſio ad vitam hæredibus prohiberi poteſt, q.707. n.14. contra num.15. decl. num. ſeqq.

Diuiſio perpetuò hæredibus prohiberi non poteſt, q.707. num.19.

Limitatur, quando per modum conditionis prohibitio facta fuit, num.20.

Limitatur, quando teſtator dixit quod bona inter hæredes, & eorum deſcendentes remanerent indiuiſa, n.21.

Limitatur, quando fuit adiecta pœna danda alteri, numero 22.

Limitatur ſi res non patitur commodam diuiſionẽ, n.23.

Limitatur, quando res particularis eſt prohibita diuidi, num 24.

Limitatur ſi clauſula omni meliori modo eſt appoſita, num.25.

DOMESTICOS *vocans ad fideicommiſſum dicitur vocare eos, qui ſunt de familia, q.375.*

DOMINIVM *ambulatorium, & ad tempus eſſe non debet, q.318. n.111. contra ibid.*

Dominium in ſuſpenſo ſtare non debet, q.318. n.66.

Dominium rei fideicommiſſo ſubiectæ alienatæ non tranſit in emptorem, q.553.

Limitatur in fideicommiſſo iniuncto per prohibitionem alienationis, num.3.

Limitatur, purificata conditione, quia tranſit in fideicommiſſarium, num.4.

Limitatur in fideicommiſſo puro, vel in diem certam relicto, num.2.

Dominium teſtatoris tempore eius mortis probandum eſt ab agente ad fideicommiſſum, q.616. n.2. contra n.3. concord. n. ſeqq. decl. n.5. & ſeqq. vſque ad finem.

Dominium teſtatoris, quomodo probetur ab agente ad fideicommiſſum, q.618. n.18.

Dominium vtile conſolidatum cum directo poſt mortem teſtatoris eſt reſtituendum fideicommiſſario, q.629. n.6. limit. n.7.

Dominium non transfertur ex alienatione facta contra expreſſum præceptum teſtatoris, q.717. n.18.

Limitatur, ſi prohibitio facta ſit de re hæredis, n.21.

Limitatur, ſi is cuius fauore facta eſt prohibitio tacet, num.23.

Limitatur, quando prohibitio eſt facta per verba ſubiunctiui temporis, n.24. contra n.25. decl. remiſſiue, n.30.

Limitatur, ſi prohibitio ſit facta per viam modi, n.22.

Limitatur, ſi emptor ignorauit prohibitionem, ſub n.28. contra, ibid.

Limitatur, quando in contractu facta eſt prohibitio, n.29. decl. remiſſiuè num.30.

Dominium non transfertur facta alienatione contra legis prohibitionem, q.717. num.19

DOMINI *appellatione venit vtilis dominus, q.245. num.25.*

DOMVS *ſi vocata ſit ad fideicommiſſum, cenſentur vocati tam deſcendentes, quam tranſuerſales, qui ſunt de eadem familia, licèt non eſſent ſanguine coniuncti, q.351. n.1. contra n.3. decl. per totam quæſt.*

Domo vocata veniunt illi de familia, & agnatione, quæſt.361. num.1.

Domo vocata veniunt omnes ferentes eadem inſignia, q.361. num.2.

Domo vocata veniunt omnes de domo vſque ad decimum gradum, q.361. n.3.

Domo vocata veniunt hi, qui aliàs ad ſucceſſionem vocarentur, q.361. n.4.

Domo vocata proximiores admittuntur, q.361. n.5.

Domo vocata veniunt qui ſunt de domo teſtatoris, q.361. num.6.

Domo vocata veniunt fœminæ, q.361. n.7. contra num.8. decl. n. ſeq.

Domo vocata naturales non admittuntur, q.361. n.13. contra num.14. decl. num. ſeqq.

DONATIO *reciproca non requirit ſolemnitatem à ſtatuto in donationibus requiſitam q.308. n.94.*

Donatio inter virum, & vxorem eſt contra bonos mores, q.308. n.29. contra n.30.

Donatio inter virum, & vxorem iuramento confirmatur, q.308. n.29.

Donatio bonorum præſentium, & futurorum iurata, ſuſtinetur, q.308. n.32. contra n.34.

Donatio bonorum præſentium & futurorum non eſt contra bonos mores, q.308. num.32. decl. ibid.

Donatio hæreditatis valet per viam contractus, q.308. num.37.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, re aliqua reſeruata, valet, q.308. n.87.

Donatio ſi fiat ſub conditione, ſi donans deceſſerit ſine liberis eo ingreſſo monaſterium, an locum habeat donatio? remiſſiue, q.429. num.90.

Donatio propter nuptias poteſt conſtitui in bonis fideicommiſſi, q.533. decl. per totam quæſt.

Donatio propter nuptias non poteſt excedere legitimam, vel loci obſeruantiam, q.533. num.4.

Donatio filiorum ſuperuenientia non reuocatur, ſi donans diu vixit, q.569. num.25.

Donatio inter viuos non venit in reſtitutione fideicommiſſi, q.632. n.1. decl. ibid. remiſſiuè.

Donatio inter viuos quæ morte confirmatur, vt facta à patre filio, vel a marito vxori non venit in reſtitutione fideicommiſſi, q.632. n.2. & ſeqq.

Ampliatur nec filium, nec vxorem teneri reſtituere pro ea parte pro qua ſunt hæredes inſtituti, num.5. contra num.6.

Ampliatur, & ſi confirmata ſit donatio in teſtamento, num.7.

Limitatur, ſi expreſſe ſuper bonis donatis ſit conſtitutum fideicommiſſum, n.8. ampl. n.9.

Limitatur, & ſi teſtatorem pœnituit donationis iam factæ, num.10.

Limitatur ſi teſtator prælegauit bona donata, poſtea fideicommiſſum impoſuit, quia in eo & donata bona veniant, num.10.

Limitatur ſi teſtator in inſtitutione expreſſit bona etiam donata, & poſtea facit ſimpliciter fideicommiſſum, n.11. contra num.12.

Donatio

Digitized by Google

Donatio à patre facta filio, quæ morte confirmatur ſi non fuit inſinuata, quando neceſſaria eſt inſinuatio morte non confirmatur, ſi expreſſè confirmata fungitur vices fideicommiſſi, q.632.n.4.

Donatio facta à teſtatore heredi grauato fideicommiſſo poſt factum fideicommiſſum, venit in reſtitutione fideicommiſſi, q.632.n.15.contra n.17.decl.n.18.

Donatio cauſa mortis non venit in reſtitutione fideicommiſſi, q.632.n.19.decl.num.20.

Donatio cauſa mortis non cenſetur prohibita, alienatione inter viuos prohibita, q.682.n.9.

Donatio cauſa mortis quo ad effectum, cenſetur vltima voluntas. q.682.n.10.

Donatio non erit prohibita, venditione prohibita, q.695. num 1. contra num.2.

Donatio erit prohibita ſi fuit prohibita venditio, & alienatio, q.695.n.3.contra ibid.

Donatio cenſetur prohibita alienatione prohibita, q.695. num.5.

Donatione prohibita, non eſt prohibita venditio, nec alia ſpecies alienationis, q.695.n.19.decl.n.20.

DOS *& legitima in multis differunt, q.296.n.82.*

Dos ſuccedit loco legitimæ, q.297.n.1.

Ampliatur in dote reſeruata à ſtatuto, n.22.

Dos filiæ fideicommiſſo grauari non poteſt, q.297.n.2.

Ampliatur etiam non facto inuentario poſſe deduci, numero 3.

Ampliatur vt nec fructus imputentur in detractionem pro dote, num.4.

Ampliatur in augmento dotis poſt mortem patris facto, num.5.

Ampliatur etiam pia cauſa ſubſtituta, n.6.

Limitatur, ſi filia cum iuramento conſenſit fideicommiſſo appoſito, num.7.

Limitatur, ſupra legitimam tenere grauamen expreſſè impoſitum, n.8.ampl.& decl.n.ſeqq.

Limitatur ſtante ſtatuto, quod fœminæ ſint excluſæ ſtantibus maſculis, n.14.ſed diſtinguuntur quinque caſus, num.15.vſque ad finem.

Dos imputatur in legitimam volente patre, q.297.n.11.

Dos reſeruata à ſtatuto fœminis extantibus maſculis, dicitur patrimonium filiæ, q.497.n.21.

de Dote reſeruata à ſtatuto filiæ extantibus maſculis, idem iudicatur, quod de legitima, q.297.n.22.

Dos minor legitima non debetur filiæ à ſtatuto excluſa, niſi aliter ſtatutum diſponat, q.297.n.26.

Dos conſtitui poteſt in bonis fideicommiſſo ſubiectis, q.531.

Amplia vt id fiat ex præſumpta mente teſtatoris, n.6.

Amplia non ſolum pro dotandis filiabus grauati, ſed etiam pro omnibus deſcendentibus, n.7.contra n.8.decl. num ſeqq.vſque ad num.13.

Ampliatur etiam pro conſtituenda dote filiæ naturali, n.13.contra n.14. ampl.& decl.n.15.

Ampliatur, vt etiam pater moriens poſſit in teſtamento dotem filiæ conſtituere, n.16.

Amplia vt nuptam filiam dotare pater poſſit de bonis fideicommiſſi, n.17. contra n.18. ampl. & decl. n.ſeqq. vſque ad num.18.

Ampliatur etiam pro dotanda filia monaſterium ingreſſura, num.28.

Ampliatur, & pro ſterili muliere dotanda n.29.

Amplia, & ſi ſemel filia fuit dotata, & dotem amiſit ſine culpa ſua, quia iterum erit dotanda, n.30.

Ampliatur, & pro conſtituenda dote eccleſiæ, quam grauatus conſtruxit, num.31.

Amplia, & pro augmento congruo num.32.

Ampliatur, & ſi alius filius teſtatoris ſit ſubſtitutus, num.33.

Ampliatur etiam pia cauſa ſubſtituta, num.34.contra num.35.decl.num.ſeqq.

Amplia, & pro impenſis nuptialibus poſſe alienari, n.39. contra num.40.

Amplia etiam pro apparatibus mulierum poſſe alienari, num.41.

Amplia, & pro intereſſe decurſo ſuper dote poſſe alienari, num.42.decl.n.43.

Ampliatur, & ſi in contractu conſtitutum ſit fideicommiſſum, num.44.

Ampliatur vt filia nupta tranſmittat ius petendi dotem non habitum, n.44.contra ibid.decl.num.ſeqq.

Ampliatur, & ſi puella non ſit nobilis, & agatur contra eam vt reſtituat fideicommiſſum, nam retinere poterit dotem, & reliquum reſtituet, ſub n.47. contra ibid.

Amplia, vt hoc priuilegium cedi poſſit, num.48. contra n.49.decl.num.ſeqq.

Amplia, vt ſi grauatus poſtea fiat diues non teneatur reficere fideicommiſſario, n.52.contra n.53.

Ampliatur, & ſi pauca bona, vel nulla remaneant in fideicommiſſo, n.54.contra n.55.

Amplia, vt vendicare rem alienatam non poſſit fideicommiſſarius oblato pretio emptori, vel marito cui res in dotem data fuiſſet, n.56.contra ibid.decl.n.57.

Ampliatur ſiue fideicommiſſum ſit vniuerſale, ſiue particulare, ſiue purum, ſiue conditionale, num.58.contra in particulari, n.59.

Amplia idem in legatis, ſub n.59.

Ampliatur etiam in bonis primogenituræ, n.60. contra num.61. decl.num.ſeqq.

Ampliatur, & ſi bona generaliter ſint prohibita alienari, n.74.contra n.75. concord.n.ſeqq.& decl.

Limitatur, quando bona ſunt prohibita alienari ſpecificè, ex cauſa dotis, num.67. contra num.71. decl.n.72. & ſeq.

Limitatur, ſi in contractu bona ſunt prohibita alienari, num.80.contra num.81. decl.num.82.

Limitatur, quando matrimonium non fuit ſequutum, quia reuocari poterit alienatio, n.83.

Limitatur, quando recuperata eſſet dos à dotante ob ſolutum matrimonium, n.84.decl.n.ſeqq.vſque ad n.93.

Limitatur, quando facta eſt alienatio cum pacto redimendi, & res fuit recuperata, quia & illa erit fideicommiſſario reſtituenda, n.93 contra ibid.

Limitatur, quando res alienata pro dote, fuit poſtea à grauato empta, quia erit reſtituenda, n.49. contra ibid.

Limitatur, ſi à tranſuerſali ſit conſtitutum fideicommiſſum, n.95.contra n.96.decl.n.ſeqq.vſque ad n.104.

Limitatur, ſi à matre fideicommiſſum ſit conſtitutum, vel ab auo materno, num.104.& 105. decl. num.ſeqq. vſque ad num.114.

Limitatur in fideicommiſſo conſtituto à penitus extraneo, num.114.decl num.115.

Limitatur, quando dos eſſet conſtituta à patre filiæ, nam illa non poterit augere ſibi dotem in bonis fideicommiſſi, num.116.decl.num.117.& 118.

Limitatur, ſi hæres multos fructus recepiſſet ex bonis fideicommiſſi, ex quibus dos conſtitui potuiſſet filiis, n.119. decl. num.120.

Limitatur, ſi extarent bona libera ſufficientia ad dotandam filiam, n.121. decl.n.ſeqq.vſque ad num.144.

Limitatur, ſi filia habeat bona aduentitia, vt dotem maternam, cum qua commodè nubere poteſt, n.144. contra num.ſeqq.decl.num.151.& ſeqq.

Limitatur, quando dos data eſſet in portione cohæredis peruenta ad grauatum, num.153. contra num.154. decl.num.155.

Limitatur, ſi filia fideicommiſſo grauata conſumpſit legitimam, & Trebellianicam, nam in fideicommiſſi bonis non poſſet ſe dotare, num.156.

Limitatur ſi pater conſumpſit legitimam, & Trebellianicam, n.157.contra n.158.decl.n.159.

Limi-

Digitized by Google

Limitatur, ſi exceſſiua dos data eſſet num.160.declaratur num.161.
Limitatur, ſi à deſcendente ſit conſtitutum fideicommiſſum,nu 162.
Limitatur, ſi teſtator in fructibus dotari fœminas voluit ſub n.62.decl.ibid.
Limitatur, ſi alienatio eſſet facta longè minori pretio, quàm res valeret,quia eſſet nulla,n.172.
Limitatur apud Venetos,n.2.contra ibid.
Dos non debetur nepti ab auo, quando pater poteſt dotem filiæ conſtituere,q.531.nu.12.
Dos debetur à patre filiæ quæ nupſit inconſulto patre, qu. 531.n.19.ampl.& decl.n.ſeqq.
Dos debetur ſorori inopi per fratrem, qu. 531.num. 100. limit num.102.
Dos debetur à matre diuite quando pater eſt pauper, qu. 531.num.106.
Dos debetur filiæ Chriſtianæ per matrem Hebræam, qu. 531.n.110.decl.n.ſeqq.
Dotari fœminas ſi teſtator iuſſit, in fideicommiſſi bonis debebitur dos, licet pater habeat bona libera, qu.531. nu.128.contra n.129.decl.n.ſeqq.
Dos relicta nepti ab auo in contemplatione filij, vel neptis dicatur relicta remiſſiuè, queſtion. 531. numero 137. & ſeq.
Dos debetur à patre filiæ diuiti,n.531.n.149.
Dos exceſſiua in bonis fideicommiſſi data retractatur, q. 531.n.160.decl.n.ſeq.
Dos quæ conſtitui poteſt in bonis fideicommiſſi, debet eſſe congrua arbitrio iudicis, ſecundum qualitatem perſonarum, quantitatem patrimonij, numerum filiorum, & regionis conſuetudinem,q.531.nu.163.
Dos an ſit congrua, inſpicitur tempus donationis, numero 164.
Dos cum taxatur congrua, habetur in conſideratione ſolùm bona,non fideicommiſſi,q.531.n.166.
Dos cum taxatur in bonis fideicommiſſi, videndum erit, quid actum fuerit cum alijs fœminis de eadem familia,q.531.nu.166.
Dos in fraudem fideicommiſſi cenſetur conſtituta ſi pater ſecundæ filiæ dedit longè maiorem dotem, quàm primæ.q.531.nu.167.
Dos in omnibus bonis fideicommiſſi aſſignata filiæ retento vſufructu, in fraudem fideicommiſſi dicitur aſſignata,q.531.n.168.
Dos in bonis fideicommiſſi non poteſt vltra legitimam menſuram aſſignari, licet filia nubat viro impari, qu. 531.nu.170.contra n.171.
Dos reſtitui debet in bonis fideicommiſſi,qu.532.n.1.contra num.2.
Ampliatur, & ſi maritus dedit fideiuſſores de dote reſtituenda,nu.3.decl n.4.
Ampliatur, & ſi grauamen fideicommiſſi præcedat dotis conſtitutionem, numero 5.contra numer. 6.declar. ibidem.
Ampliatur, & ſi tempore dotis datæ aderant bona libera,n.7.contra n.8.extend.& decl.n.ſeqq.
Ampliatur, & ſi tempore dotis datæ maritus cõſumpſiſſet omnia bona libera,n.14.
Ampliatur ſiue mulier ſciuerit, ſiue ignorauerit extare fideicommiſſum,n.15.contra n.16.
Ampliatur,etiam in bonis primogenituræ,n.17.
Ampliatur,vt mortua vxore eius hæredes poſſint eodem iure vti,nu.18.
Ampliatur,vt fideicommiſſarius reuocare alienata non poſſit,oblato pretio emptori,vel dote mulieri,cui in ſolutum data fuiſſent bona,n.19.decl.ibid.
Ampliatur, & ſi bona expreſſè fuiſſent prohibita alienari,num.20.
Limitatur ibid.& n.ſeqq.
Limitatur, in dote confeſſata,num.23.contra numer. 2. decl.nu.ſeqq.
Limitatur, ſi culpa mulieri imputari poteſt non exigendo dotem à marito,vel illam ſoluendo,ſi in dies vergebat ad inopiam,n.30.decl.n.ſeqq.
Limitatur, in fideicommiſſo conſtituto à matre, vel aſcendentibus maternis,numer. 38.contra numer. 39. decl.nu.ſeqq.
Limitatur,ſi extant bona libera,nu.33.
Limitatur,ſi à deſcendente ſit conſtitutum fideicommiſſum,nu.41.
Limitatur, in portione habita à marito ex fideicommiſſo reciproco cum hærede,n.42.
Limitatur,in augmento dotis,n.35.decl.num.ſeqq.
Dos reſtitui debet in pecunia,nec vxor tenetur recipere bona in ſolutum,q.532.n.44.decl.n.43.& 44.
Dos materna deducitur de fideicommiſſo,q.661.
Amplia vt dos retineatur cum fructibus,n.2.
Amplia vt bona pro dote æſtimari debeant ſecundum tempus mortis teſtatoris,nu.3.
Amplia etiam nullo facto inuentario,n.4.
Amplia etiam in dote incerta,n.5.
Amplia, nec fructus perceptos ex bonis fideicommiſſi imputandos eſſe in dotem,nu.6.
Limitatur,remiſſiuè, nu 7.
Dotem propriam retinet vxor inſtituta à marito, & fideicommiſſo grauata,qu.662.
Ampliatur,& ſi dos ſit prælegata vxori, & alia ſint facta prælegata,& rogata ſit reſtituere communi filio hæreditatem & prælegata,n.2.decl.ibid.
Ampliatur & ſi verba fideicommiſſi eſſent vniuerſalia,numero 3.
Ampliatur etiam nullo facto inuentario,n.4.
Limitatur, quando dote non apparet, niſi ex confeſſione mariti facta in teſtamento,n.5.
Limitatur, ſi nominatim & in dote ſit factum fideicommiſſum,nu.6.
Dos eſt quid vniuerſale,q.662.nu 3.
Dotes retinentur à grauatis fideicommiſſo in bonis ſtabilibus ſecundum æſtimationem temporis mortis teſtatoris,non reſtitutionis,q.671.contra aliu.n.5.
Declara procedere in dote materna, ſecus in dotibus ſororum,vel filiarum teſtatoris ſolutis.
In DVBIA *re,media via eſt eligenda,q.242.n.27.*

E

ECCLESIA *eſt auctrix iuſtitiæ,nec permittit quid fieri in damnum alterius,q.391.n.66.*
Eccleſia excludit ſubſtitutum,ſi grauatus ſub conditione,ſi ſine liberis deceſſerit fiat clericus,q.429 num.1. contra num. 2.
Maximè ſi ſubſtitutus moriatur ante clericum, numero 7.
Limitatur,ſi clericus ſit ſolum in minoribus conſtitutus, num.3.
Limitatur, ſi clericus bona per ſe retineret,nec ea eccleſiæ acquirantur,nu.3.
Limitatur, ſi clericus continuò non habitauit in domo eccleſiæ,& illi non ſe dicauit,nu.5.
Limitatur,aliter remiſſiuè,nu.6.
Eccleſiam conſtitui morientibus filiis ſine filijs ſi teſtator iuſſit,eccleſia non erit conſtituenda, niſi omnibus mortuis ſine filijs,q.473.n.67.
Eccleſia in tali loco ædificanda ſi ſit ſubſtituta, ſi eccleſia in illo loco nõ poteſt ædificari fideicommiſſum expirat, queſtione 568.
Eccleſia priuatur facto prælati ob contrauentionem voluntatis defuncti,q.582.n.6.& 18.
Amplia,vt nec reſtituatur,q.583.n.2.

Eccleſia poteſt renunciare fideicommiſſo, quaſt. 589. declar. ibid.

Eccleſia alienando rem ſine ſolemnitate, poteſt reuocare alienata, q. 717. n. 4. & n. 9.

Eccleſia res in modica quantitate alienari poteſt, quaſt. 717. num. 6.

EDITIO *ſcripturarum ad probandum bona fuiſſe fideicommittentis ab hærede grauati, an fieri debeat fideicommiſſario? q. 618. n. 52. & 53.*

Ad EFFECTVM *vnum inducta non debent contrarium effectum operari, q. 245. n. 93.*

Effectum contrarium operari non debent ad vnum effectum inducta, q. 245. nu. 93.

ELECTIO *perſonæ fideicommiſſarij, ſi eſt commiſſa arbitrio alterius non valet, qu. 503. n. 50. contra nu. 52. ampl. & decl. n. ſeqq.*

Electio fideicommiſſarij ſecreto alicui commiſſa, cum iuramento ille tenetur declarare voluntatem teſtatoris, q. 503. n. 57. q. 500. vbi ampl.

Electio quæ fieri debet de fideicommiſſario ſufficit, quod fiat de digno, nec requiritur quod dignior eligatur, quæſtione 504.

Amplia, vt dignus dignitate facti poſſit eligi, omiſſo digniore, & digno, nu. 2.

Limitatur in foro poli, quia dignior eſt eligendus, n. 3.

Limitatur ſi iuriſdictio ſit annexa fideicommiſſo, n. 4.

Limitatur, ſi arbitrium eligendi fuit datum, nu. 5.

Limitatur, ſi inuitati ſunt omnes de familia ad fideicōmiſſum, vt ad virtutes incitentur, nu. 6.

Electio indigni ſi fiat ab eo qui facultatem eligendi habet, electio erit nulla, & Iudex eliget, quaſt. 504. numer. 7. declar. nu. 8.

Electio vnius de familia, quando à grauato fieri poteſt, is non poterit cogi ad eligendum ſed omnes de familia admittentur, q. 505. n. 1. declar. nu. 2.

Electio ſi non fuit facta ab eo, qui poteſt eligere ob mortem an omnes de familia, vel proximior, vel maior natu ſit admittendus, vel Iudex facere debeat hanc electionem, q. 505. nu. 3.

Electio de fideicommiſſario, quando fieri poteſt à grauato, in vita ſi fiat electio erit nulla, q. 505. n. 5. ampl. ibid.

Electio fideicommiſſarij dicitur facta ſi quis poteſt eligere hæredem, aliquem inſtituat, abſque ſpeciali diſpoſitione, quaſtione 507.

Electio in actu inter viuos fieri poteſt ab eo, qui poteſt fideicommiſſarium eligere, q. 508.

Electio quando poteſt fieri de fideicommiſſario, ſufficit nominationem facere coram duobus teſtibus, q. 509.

Electio ſi eſt facta de fideicommiſſario variari an poſſit? quaſt. 510.

Eligere qui poteſt aliquem ad fideicommiſſum, poteſt electum grauare fideicommiſſo, q. 511. n. 1.

Limitatur, quando ex neceſſitate tenetur eligere, n. 1. & 5. declar. nu. 8.

Electus dicitur habere ab eligente, non autem à teſtatore, qu. 511. n. 2. & 3. decl. n. 6. & ſeqq.

Electus ad fideicommiſſum à grauato ex facultate ſibi cōceſſa, dicitur ſuccedere teſtatori, quaſt. 274. num. 5. contra num. 6.

Declara, vt procedat quando ex neceſſitate tenetur eligere, ſecus ſi poteſt eligere, n. 7.

Electus ad fideicommiſſum ex diſpoſitione teſtatoris, dicitur ab eo vocatus, q. 274. n. 8.

ELIGI *inimicus, & odioſus non poteſt ab eo, qui poteſt eligere, q. 317. n. 10. contra n. 9.*

Eligi incapax à grauato non poteſt, ſi teſtator eum eligere non poterat, q. 317. n. 19.

Electio non cenſetur data grauato eligendi quem vult ex deſcendentibus, vel familia ſubſtitutis, ſed proximior admittitur, q. 380. n. 1. decl. per totam quaſt.

Limitatur, data licentia expreſsè, vel tacitè alienandi inter deſcendentes vel familiam, quia in remotiorem poterit alienari, nu. 5.

Eligi vnus de familia an poſſit, ſi pluribus ſit relictum fideicommiſſum? & è contra, q. 380. n. 8.

Limitatur ſi teſtator dixit duos, vel plures eligendos eſſe nu. 9. decl. nu. 10.

Limitatur, ſi fideicommiſſum eſt relictum pluribus, vel vni ex eis, quia deficientibus pluribus vni debetur, numero 11.

Limitatur, ſi ex coniecturis poteſt teſtatorem de vno ſolo ſenſiſſe, n. 12.

Limitatur, ſi teſtator dixit eligendum teneri aſſumere nomen, & inſignia familiæ, nu. 13.

Limitatur, ſi bona de vno in alium deuenire dictum ſit num. 14.

Limitatur ſi bis, vel pluries teſtator fecit mentionem de vno eligendo, nu. 15.

Limitatur, quando prohibita eſt detractio legitimæ, numero 16.

EMPHYTEVSIS *eccleſiaſtica pro ſe, & hæredibus conceſſa, dicitur conceſſa hæredibus ſanguinis, non extraneis, q. 336. n. 33. decl. n. 34. & 44.*

Emphyteuſis conceſſa pro maſculis, & fœminis non debetur fœminis, niſi ſucceſſiue poſt maſculos, quaſtion. 379. num. 13.

Idem ſi ſit conceſſa tam maſculis, quàm fœminis, nu. 25. decl. ibidem.

Emphyteuſis conceſſa pro maſculis, & deficientibus maſculis pro fœminis ſi adſit fœmina deſcendens ab vno, excludetur à maſculis alterius, qu. 339. nu. 44. contra n. 48. ampl. num. 49.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filijs maſculis, non debetur maſculis ex fœminis, q. 402. n. 34.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & quibus dederit, tranſit ad hæredes etiam extraneos ab inteſtato, q. 550. n. 4.

Emphyteuſis eccleſiaſtica, non venit in reſtitutione fideicommiſſi, q. 630. nu. 1.

Ampliatur, & ſi conceſſa ſit pro ſe ſuiſque liberis, num. 2. contra num. 3.

Limitatur, ſi ſit conceſſa pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, num. 4.

Limitatur, quando hæreditaria eſt emphyteuſis, n. 5.

Limitatur, quando ex communi vſu talis emphyteuſis eſt hæreditaria, nu. 7.

Limitatur, ſi adeſſet Bulla Apoſtolica de bonis illis alienandis inter viuos, vel in vltima voluntate, nu. 8.

Limitatur, quando in conceſſione fuit adhibita ſolemnitas ſeruari ſolita in alienatione bonorum eccleſiæ, n. 9.

Limitatur, ſi expreſsè teſtator in re emphyteutica grauauit hæredem, & ſit adita hæreditas ſine proteſtatione aliqua, n. 10.

Limitatur, ſi ſubſtitutus eſt de comprehenſis in inueſtitura, n. 11. decl. remiſſiuè, n. 12.

Limitatur, quando fideicommiſſum eſt conſtitutum à primo acquirente, nu. 13.

Emphyteuſis à Rep. conceſſa, venit in reſtitutione fideicommiſſi, q. 630. n. 15.

Emphyteuſis à priuato, vel Principe conceſſa, venit in reſtitutione fideicommiſſi, q. 630. n. 16. contra nu. 17. concord. nu. 18. decl. n. 19.

EMPHYTEVTA *alienans rem cum pacto redimendi, non cadit à iure ſuo, q. 717. n. 38. contra n. 40.*

EMPTOR *rei fideicommiſſo ſubiectæ ſibi reſtituēda, non poteſt pretium repetere, ſed cenſentur, fideicōmiſſo renunciaſſe, q. 598. n. 1. contra n. 2. decl. per totam quaſt.*

EVICTIO *ſi cauſata eſt ex facto & ordinatione teſtatoris cohæres non tenetur, q. 593. n. 63.*

Euictionis actio ceſſat, ſi res ſui natura euincitur, qu. 593. nu. 64. q. 599. n. 16.

Eui-

Euictionis promiſſio regulatur ſecundum naturam actus, cui apponitur, q.593.nu.65.
Euictionis promiſſio appoſita in inſtrumento diuiſionum, non operatur renunciationem fideicommiſſi, q.595.nu. 61.contra n.62.decl.n.ſeqq.
Euictionis actio non datur inter cohæredes, quando teſtator fideicommiſſi bona diuiſit inter cohæredes, & purificata conditione fideicommiſsi vnus vendicat bona.q. 599.n.1.contra n.2.
Declara, vt licet actio euictionis non detur, quod tamen excepit, conceditur, n.3.contra ibid.
Declara non procedere, ſi culpa cohæredis fuit res euicta num.4.
Declara non habere locum, ſi teſtator aliter ordinauit, numero 5.
Declara non procedere, ſi ius integrum præſtari hæredibus voluit teſtator, nu.6.
Declaratur, ſi pro iure legitimæ, & Trebellianicæ facta ſit diuiſio, nu.7.
Declaratur aliter remiſsiuè, ſub nu.7.
Euictionis actio non competit inter hæredes bona fideicommiſſo ſubiecta diuidentes purificata conditione fideicommiſsi in perſona vnius, q.599.n.9.
Ampliatur, & ſi ſimpliciter promiſerunt de euictione, numero 10.
Amplia, vt nec ad pretium agi poſsit, nu.11. vbi decl.remiſsiuè.
Limitatur, ſi expreſſe prouiderunt de euictione ratione fideicommiſsi, nu.12.
Limitatur, quando vni fratrum obuenerunt omnia bona libera, & alteri bona fideicommiſsi, n.13.contra n. 14.ampl.& decl.n.ſeqq.
Euictionis actio non competit, ſi in diuiſione frater ſciens accepit rem alienam, vel alteri obligatam, n.18.
Euictionis actio, an detur contra alienantem bona expreſſè prohibita alienari? q.717.n.12.
EXCEPTIO *an iure tertij excluſiuo intentionis agẽtis opponi poteſt? q.608.nu.2.*
Exceptio, tua non intereſt, admittitur, q.608.n.3.
Exceptio tua non intereſt, eſt exceptio litis finitæ, quæſtion. 608.num.4.
Exceptio, tua non intereſt, poteſt quandocunque opponi, tam ad expediendum litis ingreſſum, quàm in vim peremptoriæ, q.608.n.5.
EXCOMMVNICATVS *filius, an faciat deficere conditionem fideicommiſsi, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit? q.427.remiſsiuè.*
EXEMPLARIS *ſubſtitutio nec fieri, nec adimi poteſt in codicillis, q.160.n.6.*
Exemplaris ſubſtitutio, quomodo definiatur, quæſt. 166. remiſsiuè.
Exemplaris ſubſtitutio, an ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe? q.167.remiſsiuè.
Exemplaris ſubſtitutio vnde ita dicatur, quæſt. 168. remiſsiuè.
Exemplaris ſubſtitutio quo iure ſit introducta, quæſtion. 169.
Exemplaris ſubſtitutio, an ſit teſtamentum patris vel filij? qu.271.
Exemplaris ſubſtitutio potius præſumitur, quàm fideicommiſſaria, quæſtione 152. numero 1.declar. numero ſeqq.
Exemplaris ſubſtitutio, continet tacitam vulgarem, qu. 173.n.1.contra n.2.
Exemplaris ſubſtitutio, continet tacitam pupillarem, qu. 174.decl. vt ibid.
Exemplaris continetur ſub compendioſa, dummodò adſint requiſita exemplaris, q.177.n.1.
Limitatur, quando ſubſtitutio in re certa facta eſt per verba communia, n.2.
Limitatur, quando teſtator ſic ſubſtituerit, & quandocunq; filius meus deceſſerit, volo quod bona mea diſtribuantur in pauperes, nu.3.
Limitatur quando teſtator in ſuis bonis ſubſtituit, nu. 4.
Limitatur aliter, nu.5.remiſsiuè.
Exemplaris ſubſtitutio extenditur de caſu ad caſum, qu. 168.
Exemplaris ſubſtitutio poteſt fieri à patre, matre, & ab omnibus aſcendentibus tam lineæ paternæ, quàm maternæ.q.179.n.1.
Ampliatur, vt mater etiam pupillo poſsit exemplariter ſubſtituere, nu.3.
Ampliatur, & ſi filius non ſit in poteſtate, n.4.
Ampliatur, & ſi filius ſit in poteſtate patris poſsit à matre fieri, n.5.
Limitatur in matre turpi, & ſordidæ vitæ, n.6.
Limitatur, quando mater tranſiuit ad ſecundas nuptias nu.3.contra n.8.
Ampliatur, vt ante facta ſubſtitutio irritetur, n.9.contra num.10.
Declaratur non procedere, quando tutorem petiſſet filio ante tranſitum ad ſecundas nuptias, n.12.
Limitatur matrem non poſſe ſubſtituere, ſi pater ſubſtituit, num.13.
Exemplaris poteſt fieri à patre, licet tranſierit ad ſecundas nuptias, nu.12.
Exemplaris ſi ſit facta tam à patre, quàm à matre ſubſtitutus à patre præfertur, nu.13.
Exemplaris ſi fiat à matre, & ab auo, quis præferatur, diſtinguitur, remiſsiuè, nu.14.
Exemplaris ſi ſit facta à pluribus ad eius validitatem, nõ requiritur mors vtriuſque ſubſtituentis, n.15.
Exemplaris poteſt fieri à patre vile, infame, vel prodigo, ſi bonorum adminiſtratio interdicta non eſt: aliud ſi fuit interdicta, q.180.n.1.contra n.2.
Exemplaris non poteſt fieri à matre vile, vel ſordidæ vitæ, num.3.
Exemplaris non poteſt fieri ab eo, qui non valet teſtari, numero 4.
Exemplaris facta ab extraneo, qui non poteſt valere, vt exemplaris ſuſtinetur in vim fideicommiſsi, q.182.
Exemplaris nõ poteſt fieri niſi his liberis, quibus legitima debetur, q.183.n.1.decl.n.4.remiſsiuè.
Exemplaris filio legitimo tantum poteſt fieri, nu.3.
Exemplaris emancipato filio fieri poteſt, n.4.
Exemplaris filio naturali tantum, non poteſt fieri, num. 5. contra num.6.
Maximè ſpurio non poteſt fieri, nu.7.
Limitatur in matre, quæ etiam ſpurio poteſt exemplariter ſubſtituere, nu.8
Declaratur in ſpurio nato ex coitu damnato, cui mater non potuit ſubſtituere, n.8.& 10.
Declaratur non procedere in matre illuſtri, n.9.
Exemplaris poteſt legitimatis filijs fieri, n.11.
Exemplaris pupillo furioſo fieri non poteſt, q.185.
Limitatur, quando pupillus non erat in poteſtate patris, num.3.
Exemplaris pupillo in poteſtate facta poſt pupillarem ætatem, an contineat exemplarem? remiſsiuè, n.4.
Exemplaris pupillo in poteſtate facta, an ſuſtineatur in vim pupillaris? remiſsiuè, n.5.
Exemplaris fieri poteſt inteſtabili quacunque de cauſa, q. 185.num.1.
Limitatur, quando perpetuò morbo non laborant, nu.2.
Exemplaris ſurdo & muto à natura fieri poteſt, nu.3.contra n.4.decl.nu.5.
Exemplaris furioſo fieri poteſt, n.6.
Limitatur, ſi haberet dilucida interualla, nu.7.
Limitatur, quando perſeuerauit in furore, vſque ad tempus mortis, nu.8.

Digitized by Google

Limitatur aliter remiſſiuè,num.9.
Exemplaris mente capto fieri poteſt, n.10.
Limitatur,quando perpetuò non eſſet mente captus, n.11.
Exemplaris frenetico fieri non poteſt, nu.12.
Exemplaris fatuo fieri poteſt, n.13.
Limitatur, quando fatuitas erat modica proueniens ex ſimplicitate,vel leuitate,n.14.
Exemplaris prodigo fieri poteſt,n.15.contra n 16.
Limitatur, quando prodigus eſſet talis, qui teſtari poſſet.
Exemplaris ſubſtitutio fieri non poteſt recaſuro in alterius poteſtate,q.187.n.1.
Exemplaris exhæredato fieri non poteſt,qu.188.nu.1.contra num.2.
Exemplaris fieri poteſt ei cui aliqua pars legitimæ eſt relicta,licet non tota eſſet relicta,n.3.contra nu.4.
Exemplaris poteſt fieri instituto in re aliena, licet de bonis teſtatoris nil eſſet relictum,nu.5.
Exemplaris an ſit facienda in omnibus bonis, an ſufficit in legitima ſubstituere.q.189.n.19.remiſſiuè..
Exemplaris ſubſtitutio, non poteſt fieri in re certa, q.190. facta tamen trahitur ad omnia bona.
Exemplaris ſubſtitutio pluribus facta, an reſoluatur in ſingularitates? q.195.
Exemplaris ſubſtitutionis ius, an tranſmittatur mortuo ſubstituto ante furioſum? q.198.remiſſiuè.
Exemplaris ſubſtitutio ceſſat ceſſante impedimento,q.199.
Exemplaris ſubſtitutio deportatione teſtatoris finitur,quæſtione 200.
Exemplaris ſubſtitutio finitur deportatione eius, cui eſt facta ſubſtitutio, ita demum ſi furor ſit talis, qui quandoque ceſſet,& delictum ſit commiſſum tempore ceſſationis furoris. q.201.
Exemplaris ſubſtitutio ceſſat, ſi ſubstitutus ſit incapax tẽpore euenientis conditionis,q.201.
Exemplaris ſubſtitutio,ceſſat, natiuitate filiorum, quæſt. 203.
Exemplaris firma manet rupto teſtamento, ex cauſa præteritionis,vel exhæredationis,q 204.
Exemplaris ſubstitutio, non ſuſtinetur hæreditate non adita,q.205.
Exemplariter filius non poteſt ſubstituere patri, q.181.
Exemplariter ſubſtitui debent liberi furioſi his non extantibus, fratres, & omnibus his deficientibus,quilibet poteſt ſubſtitui,q.189.n.1.
Exemplariter ſorores ſubſtituendæ,n.2.
Ampliatur, & ſi eſſet excluſa a ſucceſſione ab inteſtato, numero 3.
Exemplariter fratres patrueles de neceſſitate non ſunt ſubſtituendi,nu.4.
Exemplariter mater non eſt neceſſario ſubſtituenda, nu.5.contra num.6.
Exemplariter non poteſt ſubſtitui monaſterium extantibus liberis,nu.7.
Exemplariter neceſſariò non ſunt ſubstituendi filij legitimi tantum,vel naturales,n.8.contra nu.9. naturalibus tantum ex concubina retenta in domo.
Exemplariter neceſſario filij omnes, vel fratres, an ſint ſubstituendi,vel ſufficiat vnum ſubſtituere? remiſſiuè, numero 10.
Exemplariter ſi ſit ſubſtitutus, qui ſubſtitui debet,& ei alter ſit adiunctus totum habebit, qui ſubstitui debet, nu.11.contra nu.12.
Exemplariter de neceſſitate filij dementes, non ſunt ſubstituendi,n.13.contra n.14.
Exemplariter de neceſſitate ſunt ſubstituendi fratres cõſanguinei,ſi pater teſtatur,vterini ſi mater, n.15.
Exemplariter plures fratres, ſi ſint ſubſtituti altero mortuo ante eum, cui facta eſt ſubſtitutio, eius filij non concurrunt cum patruo,n.16.contra n.13.
Exemplariter ſe ipſum quis ſubſtituere non poteſt, n.18.
Exemplariter ſubstitutus ſuccedit tam in bonis teſtatoris, quam eius,cui facta eſt ſubstitutio, q.191.n.1.
Limitatur,quãdo filio arrogato facta eſt ſubſtitutio, quia ſolum in bonis arrogatoris ſuccedit ſubstitutus,n.2.
Limitatur,quando ſubſtitutio eſt facta ei, qui ante defectum erat vſurarius manifeſtus,qui ſolum in bonis ſubſtituentis ſuccedit, nu.3.
Limitatur aliter remiſſiuè,n.4.
Exemplariter ſubstitutus conſequitur prælegata facta ei, cui facta fuit ſubſtitutio,q.192.
Exemplariter ſubstitutus, tenetur præſtare legata relicta ab instituto, q.193.
Exemplariter ſubſtitutus non poteſt grauari fideicommiſſo,vel alio onere,q.194.n.1.contra n.2.
Limitatur, quando legitima remanet libera ſubſtituto, num.3.
Limitatur, quando ſubſtitutus non eſt de liberis,nec fratribus,nu.5.
Limitatur,quando coniecturis conſtaret teſtatorem voluiſſe facere aliam ſubſtitutionem,quam exemplarem, numero 6.
Exemplariter ſubſtitutus matrem excludit,q.195.n.1.
Amplia etiam a legitima excludi,n.2.
Amplia & declara,remiſſiue,n.3.
Ampliatur, & ſi ſit expreſſa tantum, verbis generalibus,num.4.
Limitatur in tacita exemplari, quia hæc matrem non excludit,num.5.
Declaratur, quando in contrarium adeſt expreſſa, vel coniecturata voluntas teſtatoris,n.6.
Declaratur non procedere, quando ſubstitutus eſt magis dilectus matre,n.7.
Declaratur aliter remiſſiuè,n.8.
EXCLVSVS ſemel,perpetuò remanet excluſus,quæſt 311.num.15.
Excluſus ab initio ſemper remanet excluſus, quæſtione 311.ſub nu.36.
EXECVTOR hæredis loco habetur, ſi alius non eſt hæres,q.244.nu.5.
Executoribus ſi generalis commiſſio nõn eſt data Eccleſia erit generalis executrix, q.244.n.28.
Executoribus, ſi generalis commiſſio non eſt data,illa defertur ad Eccleſiam,quæ erit executrix, q.244 n.28.
EXHÆREDATIS filijs reciproca ſi fiat non continetur fideicommiſſaria,q.260.n 42.
Exhæredatus filius fideicommiſſo grauari non poteſt, qu. 294.decl.n.2.& 3.
Exhæredatus filius poteſt fideicommiſſo grauari in toto, quod a patre ei fuit relictum,q.297.n.18.
Exhæredatus filius, non venit in fideicommiſſo relicto filijs,q.317.ampl.& decl.ibid.
EXPENSÆ pro infirmitate teſtatoris deducuntur de fideicommiſſo,q.678.nu.1.
Expenſa funeris, deducitur de fideicommiſſo,quæſt.670. num.2.
Declara,vt compenſentur cum mobilibus, nu.3.
Expenſa pro releuando, & habendo teſtamento deducitur de fideicommiſſo, q.670.n.4.
Expenſa pro inuentario confecto, deducitur de fideicommiſſo,q.670.n.5.
Expenſa facta pro defenſione hæreditatis, & bonorum fideicommiſſariorum recuperatione,deducitur de fideicommiſſo,q.670.n.6.contra n.7.
Ampliatur, & ſi grauatus ſententiam contra ſe habuit, numero 8.
Limitatur,ſi hæres litigauit cum alio prætendente ſe hæredem,& ſuccubuit,n.9.decl.n.10.
Limitatur in modica impenſa,n.11.contra n.12.
Expenſa facta in dando aliquid litiganti cũ hærede cauſa bonorũ hæreditatis, reſici debet hæredi tempore reſtitutio-

Digitized by Google

Index Rerum Memorabilium.

ſtitutionis fideicommiſsi, quaſt.670. numero 13.

Expenſa pro nominibus debitorum hæreditarijs exigendis facta ab hærede grauato refici debet, q.670.n.14

Expenſæ pro ſoluendis debitis hæreditarijs factæ à grauato deducitur in reſtitutione fideicommiſsi, quaſt.670. numero 15.

Expenſa melioramentorum, deducitur in reſtitutione fideicommiſsi, q.669. ampl. & decl. ibid.

EXISTENTIA ſui hæredis, non excludit vulgariter ſubſtitutum, q.55.n.1.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio eſt tacita, n.2.

Limitatur, ſi ex neceſsitate ſecundum conſilium Galli, ſit facta ſubſtitutio, n.3. decl. n.4.

Exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares abſq; additione ex tacita vulgari, q.132.n.1. contra n.2.

Ampliatur etiam ad matris excluſionem, n.3.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutus ſit alter, quã frater inſtituti, num.4.

Ampliatur, & ſi pupillaris ſit facta ſub conditione, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, nu.5. contra numero 6.

Limitatur, quando pupillus fuit inſtitutus hæres ſub conditione, ſi hæres eſſe voluerit, quia ſuitas tunc cõfirmat tabulas pupillares, n.7.

Limitatur, quando extraneus eſt datus cohæres, num.8. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi eſſemus in caſu, quod ſuitas eſſet adempta, num.11.

EXPRESSIO eius, quod tacitè ineſt nihil operatur, qu.249.n.8 decl. ibid.

Pro Expreſſo habetur, quod teſtator veriſimiliter expreſſiſſet, ſi fuiſſet interrogatus, q.237.n.14.

Expreſsio eius, quod tacitè ineſt nil operatur, quaſt. 249. num.8.

Pro Expreſſo habetur, quod teſtator veriſimiliter expreſſiſſet, ſi fuiſſet interrogatus, q.237.n.14.

Limitatur in materia ſubſtitutionum, ibid.

Expreſſum dicitur, quod reſultat à contrario ſenſu, quaſt. 680. num.9.

Expreſſum dicitur, quod neceſſariò ſequitur ex natura verbi, ex propria eius ſignificatione, q.736.n.5.

EXTENSIO de perſona ad perſonam fit, ne diſpoſitio teſtatoris reddatur eluſoria, q.320.n.18.

Extenſio fit de perſona ad perſonam, quando perſona lato ſumpto vocabulo poteſt contineri, q.320.n.33.

Extenſio in vulgari, vide Vulgaris.

Extenſio in pupillari, vide Pupillaris.

Extenſio de tempore ad tempus, non fit in fideicommiſsis, qu.457.n.1. contra n.3.

Amplia, vt ſi prima ſubſtitutio ſit reſtricta ad certum tempus, quod & ſequentes ſubſtitutiones regulantur ab illo tempore, q.457.nu.4.

Limitatur, ſi tempus eſt relatum ad perſonam teſtatoris, nu.5. contra n.6.

Limitatur, ſi dictum ſit, ſi hæres in vita teſtatoris deceſſerit, ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, n.6. contra n.7.

Limitatur, quando ad certum tempus relicto fideicommiſſo additur ratio apta comprehendere alia tempora, nu.7. decl. ibidem.

Limitatur, quando cauſa finalis, & ratio fideicommiſsi viget in toto tempore, n.8.

Limitatur, ſi in contrarium extet præſumpta mens teſtatoris, nu.9.

Extenſio de perſona ad perſonam non fit in fideicommiſſis, quaſt. 458.

Maximè, ſi fieret extenſio de perſona vera, ad perſonam fictam, n.2.

Maximè, ſi extarent dictiones, quæ reſtringerent diſpoſitionem ad perſonam nominatam, n.3.

Maximè ſi perſonæ ſunt proprio nomine nominatæ, numero 4.

Ampliatur, & ſi adſit præſumpta & coniecturata mens teſtatoris, & militet eadem ratio, nu. 5. contra num. 6. decl. n. ſeqq.

Limitatur, quando teſtator voluit conſeruare bona in agnatione, n.10. contra n.11. decl. n.12. & ſeqq.

Limitatur, ſi de pia cauſa fauore ageretur, quia ex coniecturis legitimis fiet extenſio, num.10. contra numer.17. decl. nu.18.

Limitatur, ſi in inſtitutione teſtator vocaſſet perſonã ad quam fieri contenditur extenſio, n.19.

Limitatur, ſi perſona poteſt contineri ſub verbis ob aliquam inhærentem qualitatem, n.20.

Limitatur, ſi perſona lato ſumpto vocabulo ſub verbis contineri poteſt, n.21. decl. ibid.

Limitatur, ſi de illa perſona teſtator cogitauit ſaltem in genere, n.22. decl. n.23.

Limitatur, ſi ſequeretur abſurdum, & inconueniens non facta extenſione, n.24. contra n.25. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi eluſoria redderetur diſpoſitio teſtatoris nõ facta extenſione, nu.29.

Limitatur fauore ſeruandæ æqualitatis inter deſcendentes, num.30.

Limitatur in fideicommiſsis particularibus, n. 31.

Limitatur aliter remiſsiuè, ſub nu. 31.

Extenſio de perſona ad perſonam non fit in contractibus, qu.458. num.32.

Extenſio de caſu ad caſum non fit in fideicommiſsis, qu. 460.

Ampliatur, nec pia cauſa fauore poſſe fieri extenſionem, num.2.

Ampliatur, nec ratione abſurdi euitandi faciendam eſſe extenſionem, n.3.

Limitatur, ſi extat eadem ratio, & præſumpta, & veriſimilis mens teſtatoris etiam in illo caſu, n.4. contra nu. 5. ampl. & decl. n. ſeqq. vſque ad n.26.

Limitatur, ſi fauorabile eſt fideicommiſſum, n.26.

Limitatur, ſi agnationis conſeruandæ gratia factum ſit fideicommiſſum, n.27. decl. ibid.

Limitatur, ſi effectus conſideratus à teſtatore reſultat tam in vno, quam in alio caſu, n.28.

Limitatur, ſi in caſu omiſſo militat eadem æquitas, omnimoda ſimilitudo, eadem mens, & eadem ratio, n.29.

Limitatur, ſi magis dilectus includatur facta extenſione, num.30.

Limitatur, ſi per teſtes probaretur mentẽ teſtatoris fuiſſe etiam ſubſtituendi in caſu omiſſo, n.31.

Limitatur, quando teſtator vnum tãtum caſum expreſſit, credens veriſimiliter alium non euenturum, alioquin illum etiam expreſſurus, nu.32.

Limitatur, ſi verba ſaltem impropriè poſſunt deſeruire, numero 33.

Limitatur, ſi ſub verbis generalibus probatis, poteſt caſus omiſſus aliquo modo comprehendi, n.34.

Limitatur aliter remiſsiuè, ſub n.34.

Extenſio de caſu nuptus ad caſum mortis ſine filijs non fit, qu.460.n.35.

Extenſio de caſu delicti & confiſcationis, non fit ad caſum mortis, q.460.n.36.

Extenſio de caſu mortis inſtituti ſine filijs, ante mortem patris, non fit ad caſum mortis poſt mortem patris, qu. 460. num.37.

Extenſio de caſu, ſi decedat poſt mortem matris, non fit ad caſum ſi viua matre moriatur, q.460.n. 38.

Extenſio de caſu, ſi ſubſtitutus primus decedat viuo teſtatore non fit ad caſum, ſi poſt mortem teſtatoris moriatur, q.460.n.39.

Extenſio de caſu, ſi primus ſubſtitutus hæredi ſupraiuixerit, & poſtea deceſſerit, non fit ad caſum, ſi viuo hærede

Digitized by Google

rede moriatur, quæſtione 460. numero 40.

Extenſio de caſu, ſi filius inſtitutus moriatur ante teſtatorem inſtitutis nepotibus, & filiis & nepotibus morientibus ſubſtituto Titio, non fit ad caſum mortis filii poſt teſtatorem, q. 460. nu. 41.

Extenſio de caſu, ſi deceſſerit intra 20. annum ſine liberis, non fit ad caſum, ſi poſt 20. annum ſine liberis moriatur, q. 460. nu. 42.

Extenſio de caſu, ſi poſthumus moriatur, non fit ad caſum ſi non naſcatur, q. 460. n. 43.

Extenſio de caſu, ſi inſtitutus filios habebit, & illi quandocunque deceſſerint, non fit ad caſum non natiuitatis filiorum, q. 460. n. 44.

Extenſio de caſu ſi inſtitutus filios non habuerit, non fit ad caſum ſi filios habuerit, & ante grauatum moriantur, qu. 460. nu. 45.

Extenſio de caſu ſi filii inſtituti deficerent non extenditur ad caſum, ſi filii non naſcantur, quæſt. 460. nu. 46. contra num. 50.

Extenſio non fit de ſubſtitutione facta Titio hæredi, ad caſum, ſi Titius non fuit hæres.

Extenſio de caſu, ſi filios non habuerit fit ad caſum natiuitatis, & obitus ante grauatum, quæſtion. 461. declar. ibidem.

Extenſio de caſu non exiſtentia alienius non fit ad caſum, quando extitit, & ſine filiis deceſſit, quæſt. 462. ampl. & decl. ibid. remiſſiuè.

Extenſio de caſu, ſi fiat presbyter fit ad caſum ſi moriatur ſine filiis, quæſt. 463. nu. 1. contra num. 4. decl. per totam quæſt.

Extenſio de caſu ad caſum, ſi caſus diſſimiles ſunt non fit, qu. 463. nu. 8.

Extenſio de caſu mortis vxoris honoratæ ſub conditione, ſi caſte vixerit fit ad caſum, ſi vxor ſecundo nubat, qu. 464. contra ibid.

Extenſio de caſu, ſi non aſſumat nomen & inſignia familiæ fit ad caſum, ſi aſſumere non potuit, quæſt. 465. decl. ibidem.

Extenſio in exorbitantibus, non fit de caſu ad caſum, qu. 531. num. 146.

F

FACTVM proprium impugnare nemo poteſt, quæſt. 717. num. 6.

Limitatur, quando actus fuit ipſo iure nullus, num. 3.

FACVLTAS alienandi ſi eſt conceſſa, poteſt in remotiorem fieri alienatio, q. 380. nu. 3.

Facultas alienandi pro ſuis neceſſitatibus, ſi ſit conceſſa grauato, ille poterit alienare, q. 537. n. 1.

Facultas alienandi pro ſuis neceſſitatibus conceſſa, vt teneat alienatio probandum eſt alia bona libera non extitiſſe, q. 537. n. 2. decl. n. 5.

Dictis, eſt relatiuum & repetitiuum præcedentium, cum ſuis qualitatibus, quæſtione 241.num.71. & quæſt. 679. numero octauo.
Dictis, reſtringit diſpoſitionem ad perſonam demonſtratam, q.449.n.12.
Dictis, eſt relatiuum, & refertur ſolum ad eos, qui oculis corporis legi poſſunt, q.679.n.8.
Dare, eſt obliquum, q.244.n.7.
Deficere, non intelligitur de his, qui nunquam fuerunt, qu. 351.num.3.quæſtione 379.nu.59.quæſt.460.nu.48.contra n.51.& ſeqq.
Diſtribuere, eſt obliquum, q.244.n.7.
Diſponere, importat diſpoſitionem per vltimam voluntatem, q.712.nu.9.
Ex, cauſam immediatam ſignificat, quæſtione 321.num. 14.quæſt.327.num.4. declara nu. 5. & 10.quæſt. 408. num.1.
Eo ipſo, importat quod data ſit authoritas capiendi propria authoritate, qu.242.n.119.
Ipſo iure, ipſo facto, important directam ſubſtitutionem, qu.246.nu.18.
Ipſius facit perſonalem demonſtrationem, & habet naturam præciſam, q.345.n.7.
Ipſius, immedietatem quandam ſignificat, qu.345.n.8.qu. 351.num.28.
Liberè, quid importet? q.242.nu.218.
Lego, non importat inſtitutionem, nec directam ſubſtitutionem, alio hærede inſtituto, q. 247.n.2.
Lego, eſt obliquum, ſecundum propriam ſignificationem, qu.247.nu.3.
Moriatur, eſt commune, q. 242.n.18.
Niſi, poſtpoſitum prohibitioni affirmat, & ponit potentiam, & conceſſionem ſuo contrario, quæſtione 736. numero 4.
Omni modo, ſunt verba præciſa, nec limitationem recipiunt, q.612.ſub n.12.
Omni modo, importat idem, quod indiſtinctè, et omni parte, q.612.nu.12.
Omni caſu, importat idem quod indiſtinctè, quæſtione 612.ſub num.12.
Omni caſu, ſunt verba præciſa, nec limitationem vllam recipiunt, q.612.ſub nu.12.
Omninò, eſt verbum præciſum, q.688.n.28.
Penitus idem importat quod totum, quæſtione 242. numero 113.
Prædicti, eſt relatiuum præcedentium, cum ſuis qualitatibus, qu.241.n.71.
Perueniat importat actum momentaneum, quæſtione 479.num.79.
Perpetuò, relatum ad certas perſonas, perpetuò inter eos operatur, nec extendit diſpoſitionem ad alias, q.321.nu. 97.qu.351.n.26.
Perpetuò, capitur etiam durante vita alicuius tantum, ſecundum ſubiectam materiam, quæſtione 679. numero 17.
Perpetuò, intelligitur ſine præfinitione temporis, quæſtione 688.num.15.
Pleno iure, ſunt directa verba, q 242.n.20.
Pleno iure, important directam ſubſtitutionem, quæſt.246. num.18.
Quaſi, eſt ſignificatiua improprietatis, quæſt.311.nu. 8. & 9.qu.460.nu.54.
Qualibet, quando eſt diſtributiuum, non admittit plures, qu.473.num.18.
Quandocunque, in compendioſa appoſitum, operatur, quod caſuum ſingulorum enumeratio, q.222.n.48.
Rogo, importat fideicommiſſum, q.243.n.2.
Supraſcripti, eſt relatiuum præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus, q.241.n.71.& q.679.n.8.
Suprascripti, refertur ſolum ad eos, qui oculis corporeis legi poſſunt, q.579.n.8.
Si facit conditionem, q.256.nu.4.
Limitatur, ſi adiiciatur rei certa de præſenti, quia ſtat cauſaliter pro quia, nu. 5.
Suus, denotat quandam immedietatem, quæſtione 321. ſub num. 27.
Seu, ſtat ampliatiuè, & expoſitiuè, q.327.n.26.
Semper, importat idem quod omni caſu, & omni tempore, qu.379.n.36.q.542.n.8.
Si hæres erit, adiecta compendioſæ non faciunt conditionem, nec alterant naturam compendioſæ, quæſtione, 237.numero 12.
Si hæres erit, poſſunt intelligi, ſi illi delata erit hæreditas, qu.327.ſub nu.12.
Succedat, eſt executiuum, q.242.n.101.
Subſtituo, eſt diſpoſitiuum, q.222.n.102.& ſeq.
Superſtites, vel ſuperuiuentes, reddit diſpoſitionem conditionalem, q.321.nu.72.
Succeſſor, idem quod hæres importat, q.339.n.14.
Tunc, reſtrictiuè ſtat ſui natura, q.318.ſub n.83.
Tunc, denotat extremitatem temporis, quæſtione 382.numero 32.
Tunc, relatum ad tempus, pro eo tempore exponitur, qu. 382.ſub nu. 32.
Tam & quam, habent naturam copulatiuæ, quæſtione 379.num. 22.
Tam & quam, faciunt æqualem comparationem inter nominatos, q.379. nu.23.
Volo, eſt obliquum, q.244.n.8.& 11.
Volo, importat fideicommiſſum, q.688.n.34.
Videtur improprietatem ſignificat, q.460.n.54.
Videlicet ſtat limitatiuè, & reſtrictiuè, q.359.n.13.
Vna, magis copulat quam dictio, q.476.n.17.
Vna, ſignificat ſimultatem, q.477.n.40.

Digitized by Google

VERISIMILE, *quod eſt, habetur pro diſpoſito à teſtatore.q.276.nu.12.*

Declaratur non procedere, quando verba omninò deficiunt,num.13.

Declara, vt non procedat in omni veriſimili voluntate, ſed in ea, quæ adeo veriſimilis eſt, vt nemo niſi temerè affirmare poſſit contrarium,nu.14.

Decl. aliter, ibid. remiſſiuè.

VIDVA *ſecundò nubens de conſenſu viri,non incurrit pœnas ſecundo nubentium, q.242.n.52.*

VNIO *operatur, vt virtus vnius ex vnitis alteri tribuatur,q.252.n.7.*

VNIVERSALIS *oratio continet ea,quæ aliàs non continerentur,quæſt.311.num.105.quæſt.339.num.82. quæſt.402.num. 89.*

Vniuerſalia verba reſtringuntur, ſi inconueniens,& abſurdum ſequeretur,q.339.n. 80.

Vniuerſalia verba reſtringuntur ad habilia,& ſecundum ſubiectam materiam, q.339.n.84.

Vniuerſalia verba late accipiuntur, quatenus vniuerſalis verborum conceptio complectitur, quæſtione 650. num. ſeptuageſimoſecundo.

VOLVNTAS *teſtatoris attenditur potius quàm vis, & natura verborum,q.257.n.13.*

Voluntatis diuiſio fieri non debet, quæſtione 241. numero 9.

Voluntas teſtatoris ad poſſibilia cenſetur directa, quæſt. 245.num. 16.

Voluntas teſtatoris in vltimis voluntatibus totum facit, qu.245.nu.17.

Voluntatis declaratur ex verbis, quæſtione 257.numero 21.

Voluntas teſtatoris qualis fuerit, attenditur tempus teſtamenti,q.257.nu.47.

Voluntas declaratur ex his, quæ poſtea incontinenti fiunt, qu.257.nu.52.

Voluntas quæ non tranſiuit in diſpoſitionem, non attenditur,q.261.n.9.

Voluntas non attenditur, quando verba eam non patiuntur, & ſi magna ſit præſumptio voluntatis, quæſtione 276.numero 13.

Voluntas quæ non tranſiuit in diſpoſitionem, non attenditur,q.276. ſub nu.13.

Voluntas nulla teſtatoris non poteſt approbari in vim teſtamenti, q.308.n.15.

Voluntas teſtatoris præſumitur conformis diſpoſitioni iuris,q.311.nu.7.q.325.n.9.decl.ibid.q.402. nu.62. decl. nu.63.q.481.n.7.ampl.& decl.n.ſeqq.

Voluntas,quæ ex actis deducitur, non debet extendi vltra id, quod ex actu de neceſſitate infertur, quæſtione 311. numero 46.

Voluntas attenditur potius quam proprietas verborum, q. 318. ſub nu.46.q.429.nu.31.

Voluntas teſtatoris interpretatur ab vſu loquendi illius, qu.320.nu.8.

Voluntas vt ſeruetur receditur à ſtricta, & propria ſignificatione verborum,q.320.n.17.

Voluntas teſtatoris declaratur ex eius conſuetudine, qu. 320.num. 80.

Voluntas teſtatoris interpretatur ex dictis in alio teſtamento,q.345.n.21.contra n.22.

Voluntas teſtatoris non poteſt declarari per hæredem, qu. 402.num. 80.

Voluntas teſtatoris non poteſt pendere à voluntate grauati,q.402.nu. 81.

Voluntas teſtatoris interpretatur ex ratione,& cauſa,quæ ſic motus fuit ad diſponendum,q.480.n.42.

Voluntas captatoria non ſuſtinetur,q.503. nu. 4. ampl.& decl.nu. ſeqq.

Voluntas mutata non præſumitur,q.632.n.14.

Ampliatur, & ſi ſumus in diuerſis diſpoſitionibus, numero 15.

Amplia, vt mutata in vno capitulo, non cenſeatur mutata in alio,q.257.nu.64.

In VSVFRVCTV *inſtitutus, vide Inſtitutus.*

Vſusfructus legato ſubintelligitur conditio, ſi ſine filys, qu. 393.nu.124.

Vſusfructus ſeruitus imponi non poteſt ſuper rebus fideicommiſſi,q.527.decl.per totam quæſt.

Vſusfructus generalis legatum nō continet bona fideicommiſſo ſubiecta hæredis reſtituenda, q.527.n 6.contra ibid.decl.ibid. & q.648.n.7.

VSVS *communis loquendi attenditur, q.247.n.4.*

Vſui communi loquendi præfertur propria verborum ſignificationi,quæſtione 247.numero 5.quæſtione 320.numero 9.& 13.

Declara procedere in teſtamento vulgari ſermone ſcripto,ſecus ſi latinè,q.320.n.13.q.321.nu.64.contra ibid. & nu.107.& 108.

VTILE *per inutile in teſtamentis,non vitiatur, quæſt. 463.num.12.*

VVLGARIS *ſubſtitutionis definitio quæ ſit,quæſt.18. num.1.& nu. 2.*

Vulgaris ſubſtitutio ita dicitur, quia ab omnibus fieri poteſt,qu.18.nu.3.

Vulgaris ſubſtitutio eſt triplex, alia expreſſa, alia tacita, & alia partim expreſſa, partim tacita, quæſtione 18. numero 4.

Vulgaris ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio, quæſtione 256.num.3.

Vulgaris non poteſt fieri in codicillis nec adimi, quæſtione 19.num. 1.

Limitatur in codicillis inter liberos,num. 2. contra ibid. num. 4.

Limitatur,quando in codicillis declaratur ſubſtitutio facta in teſtamento,n.3.

Limitatur,ſi ex ſtatuto,vel conſuetudine aliud eſſet permiſſum,num.8.

Vulgaris facta in codicillis ſuſtinetur in vim fideicommiſſi,q.10.& ſeq.

Vulgaris ſubſtitutio, an fieri poſſit non præcedente inſtitutione? q.2.. per totam q.

Vulgaris ſubſtitutio in pupillari contenta eſt omnino tacita,q.25.nu 1.

Limitatur, vt per legem ſit expreſſa,nu.3.

Limitatur,& ampliatur aliter remiſſiuè, num....

Vulgaris tacita in pupillari expreſſa contenta,& è contra, an ſit præſumpta, vel ficta à lege? quæſtione 26.per totam quæſt.

Vulgaris tacita in pupillari expreſſa contenta, & è contra an veniat per interpretationem extenſiuam, an declaratiuam,q.27.per totam quæſt.

Vulgaris ſubſtitutio expreſſa continet tacitam pupillarem, qu.28.n.1.

Ampliatur,& ſi vulgaris ſit facta in vnum tantum caſum,& trahatur ad alium,quia & in eo, ad quem trahitur continebitur,nu.2.

Ampliatur contineri, etiam matre in medio exiſtente, licet non habeat affectum,numero 3.alij contra, & declara ibidem.

Idem in auia,num.4.& in patre,n.5. contra num. 6. declara,num.7.

Ampliatur etiam in fratre pupilli in medio exiſtente, num. 8.

Limitatur, quando pater expreſſè prouidit in caſum vulgaris,& in caſum pupillaris, n.9.

Limitatur,ſi ſubſtitutio eſſet facta cum taxatiua,num.10. contra num.11.

Limitatur, quando ſubſtitutione vulgari eſſent appoſita verba, tunc, & eo caſu, quia tacita pupillaris

non

Digitized by Google

non continebitur , numero 12. contra numero 13.
Limitatur , quando duobus filijs impuberibus inſtitutis pater alteri ſubſtituiſſet vulgariter, & pupillariter, alteri vulgariter , quia in huius perſona tacita pupillaris non continebitur , numero 14. contra num. 15. declara num. 16.
Limitatur, quando pater duobus filijs impuberibus ſubſtituiſſet vulgariter, quia nec in perſona impuberis continebitur tacita pupillaris, numero 13. decl. numero 19. & 10.
Limitatur, quando cum filio impubere eſſet inſtitutus extraneus, vel alter, cui non poteſt pupillariter ſubſtitui, n. 18. decl. n. 19. & 20.
Limitatur , ſi extat ſtatutum , quod verba teſtamentorum intelligantur ad literam , nu. 21. contra n. 22. concorda , & declara num. ſeq.
Limitatur, in vulgari facta reciprocè duobus filijs, quorum vnus eſſet pubes, alter impubes, n. 32.
Limitatur, in ſubſtitutione ſic concepta, ſi filius heres non erit, vel hæres erit, & in pupillari ętate deceſſerit, ſubſtituo per fideicommiſſum, quia tacita pupillaris non continebitur , n. 33.
Limitatur , quando ſubſtitutio vulgaris eſt reſtricta ad bona teſtatoris , n. 34.
Limitatur , in teſtamento militis , numero 35. contra num. 36.
Limitatur, quando tacitè, vel expreſſè conſtaret de contraria mente teſtatoris, n. 37.
Limitatur, ſi teſtator dixiſſet, nolle ſubſtitutum ſuccedere ſi pupillus adiret hæreditatem, n. 38.
Vulgaris expreſſa continet tacitam exemplarem, q. 29. n. 1. contra n. 2.
Ampliatur etiam nulla furoris mentione facta, n. 3.
Ampliatur, & ſi filius tempore conditi teſtamenti, non erat furioſus, n. 4. contra n. 5.
Limitatur , quando pater poſt aditam ſubſtituit per fideicommiſſum, n. 6.
Limitatur, quando duobus facta reciproca eſt, quorum alter non erat fatuus , quia nec in fatuo continebitur exemplaris , num. 7.
Limitatur, aliter remiſſiuè, n. 8.
Vulgaris ſubſtitutio comprehendit duos caſus , ſcilicet , ſi hæres eſſe voluerit, & ſi hæres eſſe non potuerit , q. 30. per totam quæſt.
Vulgaris ſubſtitutio facta in vnum caſum, extenditur ad alium, q. 31. ampl. & decl. per totam quæſt.
Vulgaris facta in caſu , ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit , non extenditur ad caſum ſi inſtitutus habeat filios, q. 31. n. 65. contra n. 67.
Ampliatur etiam in ſubſtitutione compendioſa , facta ſub conditione , ſi ſine liberis , quia eueniente caſu vulgaris , debet conditio eueniſſe , numero 68. contra num. 69.
Ampliatur etiam , ſi conditio ſit poſita in fine omnium ſubſtitutionum , quia refertur ad vulgarem primo appoſitam, n. 70.
Ampliatur etiam in præſumpta conditione ſi ſine filijs, num. 71.
Ampliatur etiam, ſi iſti in conditione poſiti non excluderent ſubſtitutum ad ſui commodum, vt quia ab inteſtato non ſuccederent, n. 72. contra n. 73.
Limitatur non procedere in conditione , ſi ſine liberis , adiecta fideicommiſſaria expreſſa , quia non cenſetur repetita in vulgari in ea contenta , num. 74. contra num. 75.
Limitatur , quando eſſet vnus ſubſtitutus per vulgarem inſtituto ſub conditione, ſi ſine liberis, & iſti primo ſubſtituto, ſi ſine liberis, alius ſit ſubſtitutus per vulgarem, & prius moriatur ſubſtitutus primus cum liberis , & poſtea inſtitutus ſine liberis , quia ſecundo ſubſtitutus admittetur , licet conditio non ſit verificata in primo ſubſtituto, n. 76.
Vulgaris facta, ſi filius hæres non erit, de alio filio naſcituro, ſi viuo teſtatore naſcatur, non extenditur ad caſum, ſi mortuo teſtatore naſcatur, q. 31. nu. 78.
Vulgaris ſubſtitutio ſic facta, inſtituo filium, & ſi me viuo moreretur, ſubſtituo nepotem, & huic vulgariter ſubſtituo Titium, & mortuo teſtatore ſint ſuperſtites filius, & nepotes , qui nolint adire, non habebit locum , quæſt. 31. num. 72.
Vulgaris ſic facta, inſtituo filium , & eo ante me mortuo, inſtituo nepotes , quibus filio & nepotibus decedentibus ſine filijs , ſubſtituo Titium , ſi filius decedat poſt mortem teſtatoris, non habet locum ſubſtitutio, quæſtione 31. num 97.
Vulgaris ſubſtitutio, non extenditur de caſu ad caſum , ſecundum opinionem contra communem , q. 31. n. 15. quæ retenta.
Limitatur, ſi per teſtes probaretur teſtatorem ſenſiſſe, & illum caſum, n. 98.
Limitatur, ſi caſus commiſſus eſſet inſolitus, quia ad eum fit extenſio n. 99.
Limitatur , quando teſtator diſpoſuit in caſu ſimplici, & extenſio fit ad caſum mixtum , n. 100.
Limitatur , ſi caſus diſpoſitus non poſſit ſortiri effectum, niſi fieret extenſio , n. 101.
Limitatur , ſi ex expreſſis colligitur coniectura voluntatis teſtatoris per extenſionem, n. 102. amplia n. 104. decl. num. 105.
Limitatur, ſi aliquid ſequeretur ex eo, quod dictum fuit, num. 103.
Limitatur, quando pro extenſione ſtat veriſimilis mens teſtatoris , num. 106. contra num 107. decl. num. 108. & 109.
Limitatur, ſi teſtator expreſſit caſum, qui frequentius ſolet accidere, quia non erit excluſus alius, in quo viget eadem ratio, & idem reſultat effectus, n. 110.
Limitatur, ſi verba poſſunt impropriè deſeruire, n. 111.
Limitatur, ſi verba repugnarent menti teſtatoris, n. 112.
Limitatur , ſi caſus eſt ſimilis quo ad mentem , quo ad rationem, & quo ad effectum, n. 113.
Limitatur, quando teſtator conſiderauit effectum, n. 114.
Limitatur, ſi ageretur de fauore animæ, n. 115.
Limitatur , ſi aliquid eſſet omiſſum , per quod voluntas teſtatoris corrueret, n. 116.
Limitatur ſi caſus omiſſus poteſt ſub generalitate verborum comprehendi, n. 117.
Limitatur, quando adeſt eadem ratio , num. 118. contra num. 119.
Limitatur, quando teſtator aliquo modo cogitauit caſum omiſſum, n. 120.
Vulgaris ſubſtitutio , extenditur ad caſum ſpurietatis, & incapacitatis, q. 31. nu. 2.
Vulgaris facta in caſu, ſi inſtitutus moriatur ante teſtatorem extenditur ad caſum, ſi poſt moriatur ante aditam, q. 31. n. 3. & n. 17. contra n. 6. & 10. decl. n. 5. & ſeqq.
Vulgaris ſubſtitutio concipitur ex duobus extremis, altero reſpiciente perſonam eius, cui fit ſubſtitutio negatiuo, ſi hæres non erit, altero reſpiciente perſonam ſubſtituti affirmatiue Titius hæres eſto, q. 34. n. 1.
Vulgaris ſubſtitutio dicitur facta , cum teſtator vocauit ſubſtitutionem vulgarem , n. 2.
Ampliatur, & ſi teſtator ita dixerit, reſtituat hæreditatem Titio, quem vulgariter ſubſtituo, n. 3.
Ampliatur , & ſi dictum ſit, ſubſtituo vulgariter per fideicommiſſum, n. 4. & fortius ſi dictum eſſet vulgariter, & per fideicommiſſum, n. 5.
Limitatur , ſi termini non eſſent habiles , vel appareret repugnantia, & perplexitas, n. 6.
Limitatur, ſi teſtator dixerit ſubſtituere vulgariter de-

cedentis

Digitized by Google

cedenti ſine filijs, numero 7. contra numero 8.

Vulgaris ſubſtitutio dicitur, quando eſt concepta verbis negatiuis tacitè, vel expreſsè ſic, ſi mihi Titius hæres non erit, vel instituto præmoriente, vel hærede non exiſtente, vel ſimilibus, n. 9.

Vulgaris ſubſtitutio eſt, quando dictum fuit, Titium inſtituo, Sempronium ſubſtituo, & dicitur expreſſa verbis generalibus, n. 11. contra n. 12.

Limitatur, ſi filius impubes eſſet inſtitutus, quia erit pupillaris, num. 13. contra quod tam vulgaris, quam pupillaris ſit, n. 14.

Vulgaris ſubſtitutio eſt, ſi teſtator inſtituat filium & nepotes, quia nepotes per vulgarem cenſentur vocati, numero 15.

Vulgaris ſubſtitutio dicitur, quæ fit perſonis, quibus pupillariter ſubſtitui non poteſt, & verba non habent tractum in futurum, num. 16.

Vulgaris dicitur, ſi dictum ſit, ſi Titius hæres non erit, Caius ſit ei hæres, n. 17.

Vulgaris dicitur etiam, quando dictum fuit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Caium, & erit expreſſa verbis generalibus, erit etiam pupillaris, numero 18. contra numero 19. & 20. vbi quod vulgaris in hac ſubſtitutione contenta ſit omnino tacita, alia opinio etiam eſt, quod ſit compendioſa ſubſtitutio, num. 21.

Ampliatur, ſi dictum ſit, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, Seius ſit mihi hæres, quia erit vulgaris, et pupillaris expreſſa verbis generalibus, n. 22.

Idem, ſi dictum ſit, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit hæres, n. 23.

Idem, ſi dictum ſit, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi, & illi hæres, num. 24. contra n. 25. decl. num. 26.

Idem, ſi dictum ſit, filio mèo impuberi, quandoque deceſſerit, ſubſtituo Caium, quia erit vulgaris non compendioſa, n. 27. contra n. 28. decl. n. ſeq.

Vulgaris ſubſtitutio eſt, quando dictum fuit, quiſquis mihi hæres non erit, idem impuberi filio meo hæres eſto, n. 31. contra n. 32.

Vulgaris eſt ſubſtitutio, quando dictum fuit, ſi inſtitutus hæres non erit, reſtituat hæreditatem Caio, n. 33. decl. num. ſeqq.

Vulgaris non eſt, quando dictum fuit, inſtituo Titium, & Titio hæredi ſubſtituo, n. 43.

Idem eſt, quando dictum eſt, & ſi inſtitutus hæres erit, ſubſtituo, n. 45. contra n. 46. decl. n. 47.

Vulgaris ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit inſtitutus, facta, non habet locum niſi verificetur conditio, quod inſtitutus ſine liberis moriatur, q. 470. n. 7.

Vulgaris ſubſtitutio in fideicommiſſis fieri poteſt, q. 479. num. 39.

Vulgaris, & fideicommiſſaria ſi vniantur, qualibet retinet ſuam naturam, q. 252. n. 2.

Vulgaris vnita cum fideicommiſſaria regulat potius fideicommiſſariam, quàm è contra, q. 252. n. 4.

Vulgaris ſubſtitutio impedit tranſmiſſionem iure ſuitatis, q. 46. n. 1. contra n. 2.

Ampliatur nec reſpectu legitimè fieri tranſmiſſionem, n. 3. contra n. 4.

Limitatur in caſibus, in quibus per dationem vulgaris ſubſtituti non tollitur ſuitas, n. 5.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſſet facta in defectum aditionis, n. 6.

Limitatur, quando quis eſt ſubſtitutus vulgariter, & per fideicommiſſum, n. 7. contra n. 8.

Limitatur aliter remiſſiuè, n. 9.

Vulgaris ſubſtitutio, non impedit tranſmiſſionem ex l. vnica, C. de his qui ante aper. tab. quæſt. 47. num. 1. contra num. 3.

Maximè, quando inſtituti eſſent inuicem ſubſtituti, num. 2.

Limitatur, quando ageretur de tranſmittenda hæreditate ad aſcendentes, n. 4.

Vulgaris ſubſtitutio non impedit tranſmiſſionem iuris deliberandi, quæſt. 48. numero 1. contra num. 2. concord. num. 3.

Maximè, ſi fieret tranſmiſſio ad deſcendentes teſtatoris, num. 4.

Limitatur, quando plures venirent ex tranſmiſſione iuris deliberandi, & alij adirent, alij repudiarent, n. 5.

Vulgaris ſubſtitutio pluribus facta, non reſoluitur in ſingularitates, q. 54. n. 1. contra n. 2.

Maximè, ſi ſubſtitutio eſt facta per copulam, n. 3. contra n. 4. decl. n. ſeq.

Ampliatur, & ſi teſtator ſimpliciter, & indefinitè, pluribus inſtitutis, ita dixit, & ſi hæredes non erunt, ſubſtituo Caium, n. 10. contra n. 11. decl. n. ſeq.

Ampliatur, & ſi teſtator vſus ſit verbo collectiuo ſic, ſi vterque hæres non erit, vel ſi ambo, vel ſi omnes, quia coniunctus tunc excludet ſubſtitutum, n. 15. contra n. 16. decl. num. ſeqq.

Ampliatur, & ſi pia cauſa ſit ſubſtituta, num. 19. contra num. 20.

Ampliatur, & ſi in legatis ſit facta ſubſtitutio, n. 22.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris, num. 21.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit facta his verbis, ſi quilibet hæres non erit, quia vno adeunte excluditur ſubſtitutus, num. 23.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio poſt duos hæredes ita fit, ſi primus, item, ſecundus hæres non erit, ſubſtituo Titium, quia in ſingularitates non reſoluitur, n. 24.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit facta implicatiuè ſic, ſi primus, ſecundus etiam hæres non erunt, ſubſtituo &c. quia in ſingularitates non reſoluitur, n. 25.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit facta hoc modo, ſi primus, ſecundus ſimiliter hæres non erunt, ſubſtituo, numero 26.

Idem, ſi dictum ſit, ſi primus, ſecundus verò hæres non erunt, n. 27.

Ampliatur, ſi teſtator duobus inſtitutis poſt eorum mortem, ſubſtituit eorum liberos, nam ſi vnus ſit mortuus ante teſtatorem cum filijs mortuo teſtatore ſuperſtet, in totum ſuccedet excluſis liberis præmortui, nu. 28. decl. num. 41.

Limitatur, ſi ſubſtitutus eſſet, & coniunctus, quia excludet coniunctum tantum, n. 42. contra n. 43.

Limitatur, ſi ſubſtitutio ſit facta alternatiuè, quia reſoluitur tunc in ſingularitates, num. 44. contra nu. 45. decl. num. ſeq.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta alternatim, hoc modo, ſi Titius hæres non erit, aut Seius hæres non erit, ſubſtituo, n. 52. decl. ibid.

Limitatur, ſi ius accreſcendi eſſet prohibitum, num. 53. & ſeqq.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſſet facta per diſtributiuam, & particulariter, vt ſi dixit, ſi quis veſtrum, vel ſi alter veſtrum hæres non erit, ſubſtituo, &c. quia reſoluitur in ſingularitates, n. 55. decl. n. ſeq.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta per relatiuum ſic, inſtituo Titium, & Seium, quibus ſubſtituo, &c. quia reſoluitur in ſingularitates, nu. 57. contra alij ibid. decl. num. 58.

Limitatur, ſi teſtator inſtituit primum, ſecundum, & tertium, & ſi primus, ſecundus hæres non erit, ſubſtituo tertium cohæredem, n. 59. contra n. 60.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta ſeparatim, & ſingulariter, quia reſoluitur in ſingularitates, nu. 61. decl. num. ſeqq.

Vulga-

Digitized by Google

Index Rerum Memorabilium.

Vulgaris ſubſtitutio tollit ius accreſcendi, n. 35. intellige, & num. 36.

Vulgaris ſubſtitutio facta, excludit matrem pupilli, q. 60. num. 1.

Vulgaris tacita, excludit matrem pupilli, n. 2.

Limitatur, quando vulgaris eſt facta in vnum tantum caſum, quia licet extendatur ad alium caſum, non tamen extenderetur ad matris excluſionem, numero 3. & 4.

Vulgaris partim tacita, partim expreſſa, ſi eueniit etiam caſus taciè mater excluditur, numero 5. contra num. 6.

Vulgaris tacita non excludit matrem teſtatoris, q. 61. n. 1. contra n. 2.

Limitatur in tacita vulgari comprehenſa in pupillari expreſſa ſic concepta, inſtituo filium, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo, &c. quia mater teſtatoris tunc excluderetur, n. 3.

Limitatur, quando ſubſtitutus eſt de deſcendentibus teſtatoris, n. 4.

Limitatur, in ſubſtitutione vulgari comprehenſa in reciproca, num. 5.

Limitatur vbicunque ſubſtitutio poſſet eſſe vulgaris verbis generalibus expreſſa, n. 6.

Vulgaris ſubſtitutio comprehenſa in reciproca, excludit matrem teſtatoris, n. 5.

Vulgaris ſubſtitutio generalibus verbis expreſſa, excludit matrem teſtatoris, n. 6.

Vulgaris tacita, non admittitur contra filium teſtatoris, quæſt. 62.

Vulgaris, quæ continet & caſum impotentiæ continet quocunque modo euenire poſſit impotentia, quæſt. 64. num. 12.

Vulgaris facta expreſſo caſu in indiuiduo, non extenditur ad alium caſum, n. 20. contra n. 21.

Vulgaris non extenditur de caſu ad caſum, quando in vtroque caſu eſt diſpoſitum, n. 51.

Vulgaris ſubſtitutio expirat aditione hæredis, quæſt. 65. num. 1.

Ampliatur etiam in ſubſtitutione facta in legatis, & fideicommiſſis, n. 2.

Ampliatur etiam quo ad omnes gradus ſubſtitutionum, n. 3. contra n. 4.

Ampliatur tertio, & ſi ſint plures inſtituti, & his ſit datus ſubſtitutus, nam vno adeunte expirat vulgaris quo ad omnes, n. 5.

Ampliatur, & ſi appoſita ſit clauſula codicillaris, numero 6.

Limitatur in vulgari facta in vſufructu, num. 7. contra num. 8.

Limitatur, quando reſtitutio eſſet data hæredi aduerſus aditionem, num. 9. contra num. 10. concord. nu. 11. decl. num. ſeq.

Limitatur, quando inſtitutus non adimplet voluntatem teſtatoris, quia tunc hæreditas defertur ſubſtituto, num. 16.

Limitatur, quando inſtitutus non obtemperauit conditioni, n. 17. decl. n. ſeqq.

Limitatur in ſubſtitutione facta à milite, vel alio priuilegiato iure militari teſtari, n. 21.

Limitatur in ſubſtitutione facta ad pias cauſas, numero 22.

Limitatur, quando pluribus eſſent taciè ſubſtituti proprij filij, quia licet vnus adeat alter non, huius filij ſuccedunt ex vulgari, n. 23.

Vulgaris tacita in pupillari expreſſa contenta, expirat per filij emancipationem, quæſt. 66. num. 1. contra num. 2.

Limitatur in tacita emancipatione, quia tunc vulgaris tacita non expirat, n. 3. contra ibid.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta ſine illis verbis, ſi hæres erit, &c. nu. 4.

Limitatur, quando pupillaris his verbis facta eſſet, ſi impubes hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, numero 5.

Vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſa, expirat quocunque modo impubes exeat poteſtatem patris, numero 2.

Vulgaris tacita in pupillari expreſſa contenta, nulla temporis præfinitione facta, non expirat per pubertatem filij, q. 67. num. 1.

Vulgaris tacita in pupillari facta ad longius tempus pupillaris ætatis contenta, non expirat per pubertatem, ſed durat vſque ad tempus expreſſum, n. 2.

Vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſa reſtricta ad tempus pupillaris ætatis, expirat pubertate filij, nu. 4. contra n. 5.

Limitatur, quando pupillaris adeſſet formata, ſed informis, vt quando ſubſtitutio eſt facta ſine verbis, ſi hæres erit, n. 6. contra n. 7. amplia n. ſeqq.

Vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſa reſtricta ad minus tempus pupillaris ætatis expirat cum tempore expreſſo, n. 10. contra n. 11 decl. n. 12.

Vulgaris ſubſtitutio in re certa, vel parte bonorum, vel quota ſi eſt facta trahitur ad omnia bona, q. 71.

Vulgaris ſubſtitutio tollit ſuitatem, qu. 72. num. 1. contra num 2.

Ampliatur etiam in vulgari expreſſa verbis generalibus, n. 3. contra n. 4 decl. n. 5.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta in caſum impotentiæ, quia tunc non tollitur ſuitas in caſum voluntatis, ad quem fieret extenſio, num. 6. amplia num. 7. & 8.

Limitatur in tacita vulgari comprehenſa in pupillari expreſſa, n. 9. amplia n. 10.

Limitatur, quando vulgaris eſt iuncta cum fideicommiſſaria, n. 11. decl. n. ſeqq.

Limitatur, quando vnus eſt ſubſtitutus vulgariter, alter per fideicommiſſum, n. 12.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta in parte hæreditatis tantum, n. 16.

Limitatur, quando filius eſſet ſibi ipſi ſubſtitutus, numero 17.

Limitatur, ſi ſubſtitutio fieret caduca ob mortem ſubſtituti, n. 18. contra n. 19.

Limitatur in legitima, n. 20. contra n. 21.

Limitatur, quando quis eſt ſubſtitutus ſub conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri poteſt, num. 22. contra num. 23.

Limitatur in vulgari quæ fit in ſuitate, vt ſi dictum ſit, ſi filius me viuo morietur, nepotem ſubſtituo, n. 24. amplia n. 25. & 26.

Limitatur in vulgari comprehenſa in compendioſa, n. 27. & 28. contra n. 29.

Limitatur, quando ſubſtitutus repudiat, num. 30. contra num 31.

Limitatur, ſi relicta eſſent legata, quæ non eſſent repetita à ſubſtituto, tunc enim filio repudiante non tollitur ſuitas, n. 32. contra n. 33. decl. n. 34.

Limitatur, ſi adeſſet clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, n. 35.

Limitatur, ſi teſtator expreſsè diſpoſuit, ne ſuitas tolleretur, n. 36.

Ampliatur, & ſi ex coniecturis id colligeretur, n. 37.

Vulgaris ſubſtitutio non tranſmittitur, q. 86. n. 1.

Limitatur in illis caſibus in quibus fideicommiſſum tranſmittitur. n 2.

Limitatur, ſi ſubſtitutio eſſet vnita cum iure accreſcendo, n. 3. contra n. 4.

Limitatur, quando primo ſubſtituto datus eſſet alius ſubſtitutus,

Digitized by Google

ſtitutus, nam primo decedente ſpes tranſit in ſecundum, num. 5.
Limitatur, ſi in contrarium apparet de voluntate teſtatoris, n. 6. decl. n. 7. remiſſiuè.
Vulgaris tacita confirmat tabulas pupillares, quando non adeſt cohæres qui adeat, nec exiſtentia ſui hæredis eos confirmat, q. 152. n. 12.
Vulgaris, & fideicommiſſaria, ſi vniantur, qualibet retinet naturam ſuam, q. 252. num. 2.
Vulgaris non habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſine liberis, n. 3.
Vulgaris comprehenſa in compendioſa, non eſt caduca mortuo inſtituto ante teſtatorem, ſed ſubſtitutus ex vulgari admittitur, quæſt. 253. num. 1. amplia num. 2. & 4.
Vulgaris non continetur in reciproca, quando adeſt vnus exhæredatus, vel omnes ſunt exhæredati, vel præteriti, q. 256. n. 2. contra n. 6. amplia n. 7.
Vulgaris ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio, n. 3.
VVLGARITER ſubſtitutus, dicitur ſuccedere teſtatori, & in eius bonis, non illi, cui facta eſt ſubſtitutio, q. 22. n. 1.
Ampliatur, & ſi vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, & filius repudiant hæreditatem patris, num. 2.
Limitatur, quando vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, & filius in pupillari deceſſit non factus hæres, num. 3.
Limitatur, quando continet ſubſtitutio tacitam pupillarem, & filius mortuus eſt ante aditam, quia ſubſtitutus ex pupillari ſuccedit in omnibus bonis, num. 4. decl. num. 5.
Vulgariter, ſi ſit ſubſtitutus Titius inſtituto, ſi ſine liberis deceſſerit, & Titio extante ſubſtitutus ſit Seius, ſi ante aditam inſtitutus moriatur cum liberis, omnes ſubſtituti excluduntur, q. 456. n. 2.
Vulgariter ſubſtitutus non admittitur donec inſtitutus poteſt adire, q. 35. n. 1.
Limita ibidem remiſſiuè.
Vulgariter ſubſtitutus excluditur, ſi inſtitutus qui poteſt adire de iure ciuili petit bonorum poſſeſſionem, ſecundum tabulas, ibid. n. 2.
Vulgariter ſubſtitutus, an admittatur, ſi inſtitutus eſt apud hoſtes? q. 36.
Vulgariter ſubſtitutus, admittitur inſtituto repudiante, q. 37. n. 1.
Limitatur, ſi repudiauit de iure ciuili, & poteſt adire de iure prætorio, n. 2. contra n. 3. decl. n. ſeq.
Limitatur alijs modis, remiſſiuè.
Vulgariter ſubſtitutus, & per fideicommiſſum, ſi concurrant inſtituto nolente adire fideicommiſſarius poteſt cogere inſtitutum adire, non autem vulgariter ſubſtitutus admittitur, quæſt. 38. num. 1. contra num. 2. concord. n. 3. & ſeq.
Ampliatur, & ſi fideicommiſſum eſſet tacitè repetitum à ſubſtituto vulgari, n. 5. & 6.
Limitatur, quando teſtator ordinauit ne inſtitutus cogi poſſet adire, quia vulgariter ſubſtitutus præfertur, numero 7.
Limitatur, quando hæres mortuus eſſet ante aditam, & ante conditionem, quia vulgariter ſubſtitutus præfertur, n. 8.
Vulgariter ſubſtitutus admittitur, quando inſtitutus repudiauit, licet poſſit reſtitui in integrum, q. 39. n. 1.
Ampliatur, ſiue reſtitutio competat ipſo iure, ſiue remedio Prætoris, n. 2.
Vulgariter ſubſtitutus ſtatim admittitur, quando ſuus hæres abſtinuit, nec expectatur triennium, intra quod ſuus poteſt abſtenſionem reuocare, quæſt. 40. num. 1. contra num. 2.
Declaratur, quando filius reuocat abſtentionem, quia excludit ſubſtitutum, nu. 3. contra niſi filius minor eſſet, num. 4.
Declaratur, quando datio vulgaris ſubſtituti non tollit iura ſuitatis, quia ſubſtitutus admittitur, n. 5.
Et fortius, quando filius non poſſet reuocare ſuam abſtenſionem, n. 6.
Vulgariter ſubſtitutus, non admittitur inſtituto repudiante, quando pater inſtituti vult ſuccedere, q. 42. n. 1. contra n. 2.
Limitatur, quando ſubſtitutus eſt perſona veriſimiliter magis dilecta, n. 3. contra n. 4.
Limitatur, quando filius fuiſſet emancipatus, n. 5.
Limitatur, quando lapſa ſunt tempora præfixa à iudice ad adeundum, n. 6. diſtingue, n. ſeq.
Limitatur in bonis profectitijs, num. 15. contrarium, num. 16.
Vulgariter ſubſtitutus admittitur repudiante patre inſtituto non filius, q. 43. n. 1. contra n. 2.
Limitatur, quando pater fuiſſet contemplatione filij inſtitutus, quia tunc filius excluderet ſubſtitutum, numero 3.
Vulgariter ſubſtitutus, excluditur à Monaſterio, quando Monachus inſtitutus ante aditam moritur, q. 44. n. 1. contra n. 2. concorda n. 3.
Limitatur in foro ſeculari non ſubiecto canonibus, n. 3. contra n. 4.
Ampliatur, & ſi inſtitutus erat laicus, & poſtea factus eſt Monachus, n. 5.
Limitatur in hæreditate extranei in foro ſeculari, numero 6.
Vulgariter ſubſtitutus admittitur excluſo patre, quando filius moritur ante aditam, q. 45. n. 1.
Ampliatur nec tranſmiſſioni locum eſſe, n. 2.
Limitatur, quando ius deliberandi eſſet tranſmiſſum, num. 3.
Limitatur, ſi pater in vita filio iuſſiſſet vt adiret, num. 4. contra n. 5.
Limitatur, quando filius erat in articulo mortis, non omninò mortuus, n. 6. contra n. 7.
Limitatur, ſi pater fuiſſet relegatus tempore mortis filij, n. 8. contra n. 9.
Limitatur, ſi filius patris contemplatione fuiſſet inſtitutus, n. 10.
Limitatur, quando filius fuiſſet infans, n. 11.
Vulgariter ſubſtitutus non admittitur, ſi inſtitutus dixit, nolo adire, q. 49. n. 1. contra n. 2.
Vulgariter ſubſtitutus, non admittitur inſtituto exiſtente indigno, ſed fiſcus, q. 50. n. 1. contra n. 2.
Ampliatur, & ſi inſtitutus nolit adire, num. 3. contra num. 4.
Ampliatur etiam in tacita ſubſtitutione, & iure accreſcendi, n. 5.
Limitatur, quando inſtitutus eſt incapax & indignus, num. 6.
Limitatur, ſi inſtitutus repudiauit, antequam effectus ſit indignus, n. 8.
Limitur aliter remiſſiuè, n. 9.
Vulgariter ſubſtitutus excludit fiſcum, quando inſtitutus eſt incapax, q. 51. n. 1. contra n. 2.
Ampliatur, & ſi agatur de vulgari comprehenſa in compendioſa, n. 3.
Limitatur, quando ſtatutum diſponeret inſtituto exiſtente incapace bona eſſe confiſcanda etiam ſubſtituto dato, n. 4. decl. n. 5.
Vulgariter ſubſtitutus admittitur, quando inſtitutio habetur pro non ſcripta, q. 53. n. 1.
Limitatur, ſi inſtitutio eſt nulla errore teſtatoris, numero 2.
Vulgariter ſubſtitutus admittitur, ſi turpis perſona fuit inſtituta

Digitized by Google

Index Rerum Memorabilium:

ſtituta non frater, ad cuius querelam turpis perſona fuit excluſa, n.4.

Vulgariter ſubſtitutus excludit coniunctum venientem ex iure accreſcendi, q.52.n.1.

Maximè, ſi prohibitum eſſet ius accreſcendi, n.2.

Ampliatur, & ſi coniunctus eſſet magis dilectus, vt filius teſtatoris, num.3. contra num.4. ſub amplia & declara num.ſeqq.

Ampliatur etiam in tacita ſubſtitutione vulgari comprehenſa ſub pupillari expreſſa, n.14. contra n.15. limit. num.16.

Ampliatur & ſi ſubſtitutio eſſet inutilis fauore alicuius perſonæ prateritæ, n.17. contra n.18.

Ampliatur, & ſi coniunctus reſtitueretur in priſtinum ſtatum ad omnia, n.19.

Ampliatur etiam in ſubſtituto dato in vſufructu, numero 20.

Ampliatur, ſiue ſubſtitutio ſit facta vni ſoli, ſiue pluribus ſeparatim, n.21.

Ampliatur, & ſi vulgaris eſſet iuncta cum pupillari, vel fideicommiſſaria, n.23.

Ampliatur idem eſſe in iure non decreſcendi, n.24.

Limitatur, ſi ſubſtitutio eſſet nulla alio vitio, quam prateritionis, n.25. decl. n.26.

Limitatur, quando coniunctus eſt etiam ſubſtitutus, quia eſt in eius libertate habere, vel iure ſubſtitutionis, vel per ius accreſcendi, n.27.

Limitatur, quando hares ex diuerſis partibus inſtitutus in aliqua parte habet ſubſtitutum, n.28.

Limitatur, ſi ſubſtitutio ſit inutilis propter non exiſtentiam ſubſtituti, vel repudiationem, n.29. decl. n.ſeq.

Limitatur, ſi ſubſtitutio eſſet facta in totum, quia non reſoluitur in ſingularitates, ſed coniunctus admittetur per ius accreſcendi, n.32. ampl. n.ſeq.

Limitatur, quando pluribus copulatiuè eſt datus ſubſtitutus, quia vno inſtitutorum adeunte excluditur ſubſtitutus, n.35.

Limitatur, ſi apparet teſtatorem voluiſſe inſtitutum habere totam hareditatem, n.36.

Limitatur, ſi ex coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe coniunctum praferre ſubſtituto, num.37.

Limitatur, quando omnes conditiones ſubſtitutionis non ſunt impletæ, n.38.

Limitatur, vbicunque vulgaris pluribus facta, non reſoluitur in ſingularitates, n.39.

Limitatur non procedere de iure regio Hiſpan. n.40.

Vulgariter ſubſtitutus ſuccedit etiam in legitima filij, cui eſt ſubſtitutus, q.56.n.1. contra n.2.

Limitatur, quando filius prætenderet legitimam ex contractu, n.3.

Limitatur, ſi filius iam habuiſſet legitimam, n.3.

Limitatur, ſi filius fuiſſet valde grauatus legatis, n.4.

Limitatur, ſi in legitima fuiſſet impoſitum onus fideicommiſſi, n.4.

Limitatur, quando filius poſſet repudiare hareditatem, retenta legitima, n.5.

Vulgariter ſubſtitutus qui non ſuſcepit tutelam pupilli inſtituti, admitti poteſt ex vulgari, q.63.

Vulgariter ſubſtitutus ſtatim non admittitur, ſi inſtitutus fuit excommunicatus, q.68.n.1. contra n.2. decl. n.3.

Vulgariter ſubſtituti plures, & eorum liberi, vel haredes, ſi ſint altero pramortuo cum liberis ſuperſtes admittetur excluſis liberis mortui, q.75.n.1. contra n.2.

Ampliatur, & ſi iſti liberi, vel haredes eſſent deſcendentes teſtatoris, n.3. contra n.4.

Limitatur, quando ſingulariter facta eſt ſubſtitutio cuique de ſuis liberis, n.5.

Vulgariter ſubſtitutus aliquando concurrit cum inſtituto, quaſt.81.

Vulgariter ſubſtitutus, & per fideicommiſſum, poteſt eligere, an ex vulgari, vel fideicommiſſaria velit ſuccedere? q.249. num.3.

Vſus communis loquendi attenditur, q.247.n.4.

Vſus communis loquendi praſertur propriæ ſignificationi verborum, n.5.

Vxor, ſi inſtituat ſecundum maritum, & illi det ſubſtitutum, bona deferuntur filijs primi matrimonij, excluſo ſubſtituto, q.51.n.6.

Indicis Rerum Memorabilium Finis.

INDEX AVTHORVM
Qui in hoc opere citantur.

A.

ABbas, Achilles Pedroca, Achil.Perſonal. Afflict. Albanus Cardinal. Alber.Calanth. Alber.de Roſat. Albert.Brunel. Alberic. Alexandr.Card. Alciat. Alexand.de Neuo. Alexander Raud. And.de Barul. Alexander Trent. Alph.Aluar. Anan. Anacellus, Ambroſ.de Opiz. Anchar.Regien. Ancharan.jun. And.Gail. And.Iſern. And.de Biſig. Andr.Roſel. Angel.Hiſp. Ang.de Perig. Angel.de Peruſ. Angel.de Rigoſ. Anſel. Ant.Anguſ. Anton.de Butr. Ant.de Roſell. Ant.Gab. Ant.Gail. Ant Gama, Ant.Groſius, Ant.Gomez, Ant.Fuman. Archid. Aretinus, Arnol.de Sol. Arnol.Feron. Arr.Pinell. Aſcan.Clemen. Aſin. Auſr. Azo.

B.

BAld.Novell. Ballio.de Monte Peruſ. Barbat. Bardellon, Barrius, Bart.Huc. Bartholom.Stella, Bartolus, Bauer. Bellamer. Bellonus, Bened.Barz. Bened.de Plumb. Bereng. Bero. Berret. Bertaz. Bertach. Bertrand. Bimius, Boattus, Boer. Bologn. Boniſ.Roger. Boſſ. Burg.de Paz. Burſat.

C.

CAcheran. Cæſar Barz. Cæſ.de Graſſ. Calcan. Calder. Camil.Borel. Camil Gabin. Capic. Capra, Capell Toloſ. Caroc. Carpan. Caſſad. Caſſaneus. Caſtrenſis Catal. Catel.Crotus, Cepol. Celſ.Vgo. Chaſſan. Chriſtoph de Caſtel. Chriſt.Torn. Cicero, Cin. Cit. Clarus, Claud.Aquenſ. Claud Seiſel. Cœp. Connan. Conon. Cõſtant.Rog. Coraſ. Cornel.Salicet. Corſet. Couarr. Craſſus, Crauetta, Curt.jun. Curt.ſen.

D.

DEcianus, Decius, Delphin. Diaz. Didac.Spin.à Carceribus, Din. Vgo Donell. Duar. Duennas, Durand.

E.

Emanuel Coſta, Eman.Suarez, Emil. Euerard.

F.

FAbian. Fabr.Turrett. Fachinus, Farinacius, Federic.de Senis, Feder.Scot. Fernand.Vaſq. Felin. Ferdinan.Soarez, Ferd.Loarez, Ferran.Thin. Flaminius, Florian.de Sanct.Petr. Forl. Fort.Hiſp. Fortun.Garz. Franc.Becc. Franc.Curt. Fran.Ang. Franc.Capiliſt. Franc.de Alberg. Franc.de Aret. Franc.de Ramp. Franc.Ferrat. Franc.Fornen. Franc.Hotom. Franc.Locan. Fran.March. Fr.Nicon. Franc.Sarmient. Franc.Tigrin. Fulgoſ.

G.

GAiſſat. Gallic. Galin. Gallus, Gaſp.Theſaur. Gemin. Georg.Natta, Georg.Lopez, Gerard. de Petra ſancta. Gerard.Mazzol. Gloſſ. Gloſſ.Mag. Goffred.Cardin. Gol. Goſ.de Gumier. Gozadin. Grammat. Grat. Gregor.Toloſ. Gribal. Guald. Guid. de Suzar. Guido Papa, Guliel.Benedict. Gul.de Cuneo. Gul.de Monſer. Gul.Mainer. Gul.de Peruſ. Gul.Rainer.

H.

HEnric.Boic. Hercul.Corneus, Hier.Caguolus, Hier.Caualcan. Hier.Ceual. Hier.de Cabal. Hier.Cephal. Hier Gabr. Hier.Gigas, Hier.Laur. Hier.Tornel. Hier.Vero. Hippol.de Marſil. Hippol.Rimin. Honded. Honor. Hoſtien.Archid.

I.

IAc.Alua. Iacob.Berett. Iac.à Sancto Georg. Iac.de Aren. Iac.de Aret. Iac.de Bellapert. Iac.Butr. Iac.de Raud. Iac.de Ravenn. Iac.de Sanct. Seuer. Iac.Rim. Iaſon. Io.Bapt.Caccialup. Io.Bapt.Coſta, Ioan.Campeg. Innocent Io.de Terra rubea, Intrigl. Io.Bapt.à Sanct Seuer. Ioan.Andr. Io.Bologn. Io.Brunel. Io.à Platea, Io.de Amic. Io.Bott. Io.Crottus, Io de Garro. Io.Dilect. Io.Ignor. Io.de Monte Sperello, Io.de Rice. Io.Ficar. Io.Faber, Io.Franc.à Pont. Io.Lopez, Io. Imol. & Compottel. Io.Lupus Hiſpan. Io.Nic. Ioſeph.Conz. Ioſeph.Gozal. Ioſeph.Ludou. Io.Mar.Rimin Io.Paul.Lancelotus.

L.

LAderch.Imola, Lambert.de Rampo, Lancell.Dec. Lancel.Galhaul. Lãfranc.de Orian. Laur.de Pallat. Laur.Siluan. Loriot. Luc.de Pen. Ludou.de Sard. Ludou.Molin Ludou Zont. Lupus.

M.

MAgon. Maluaſ. Mandel Alba. Mandoſ. Mãſuer. Mantica, Mantua. Maran. Marc.Aquilin. Marc.Ant.Eugenius, Marc.Salon. Mar.ab.ab Anguil. Marc.Ant.Cucch Marc. Laur. Mareſc. Marian. Marius Alberghinus, Marquar. Martin.Laud. Martin.Salon. Martin. Siliman. Martz. Mazzar. Maſcard.de Probat. Maſſin. Matheſil. Matheolus Iaſ. Matheſ.Sing. Matheat. Matth.Brun. Menochius, Merlin. Miers, Milan. Modern.Pariſ. Modern.Hiſp. Mohedan. Monald.

N.

NEuiz. Nicol.de Hemp. Nic.de Neap. Nic.Florẽt. Nicol.de Vbald. Nic.Matar. Nouiſſ.Pariſ.

O.

OCtau. Oddofr. Oddus, Oldrad. Oliu.Teytar. Oſach. Othon.de Nicol. Ozzer.

P.

PAcian. Paleot. Pancirol. Panormit. Papin. Pariſius, Parpal. Paſett. Paul.Caſtrenſis, ſeu de Caſtro. Paul.de Monte Pic. Paul.Leon. Pelaez. Peralt. Peregrinus, Petraſan. Petr de Bella Pert. Petr. de Vbald. Petrus Gregorius, Petr.Sanct. Phanut. Picus, Pileus, Plot. Pirrhus Anglebar. Polit. Pont. Port.Imola, Præpoſ.Alexan. Præt.de Bellap. Purpureus, Puteus.

R.

RAph Alex Raph.Comenſ. Raph.Cuman. Raph. Padilla, Rebuff. Reiner. Reſtaur. Riccard. Riccard.Malumb. Riminald.jun. Rimin.ſen. Ripa, Roch.de Curte, Roder.Suarez. Roias, Rolan.à Valle, Romanus, Rot.Auen. Rota Romana, Rube.Alex. Ruin.Cardin. Ruſticus.

S.

SAdol. Saluſt.de Peruſ. Sarnen. Schinardus, Sebaſtian Maff. Sebaſtian.Medic. Sebaſtian.Sap. Seguraz. Sen. Seraph. Seuer. Sigiſ.Loſred. Signor. Silueſtr.Aldobr. Simon.de Prẽt. Socinus jun. Soc.ſen. Specul. Surdus Papien. Suzar.

T.

TAur. Tell.Fernand. Thom.Calanth. Thom. Ferrat. Tiraquell. Titius Corn. Tob.Non. Tom.Doct. Tom.Grammat.

V.

VAcon. à Vacon. Valaſch. Luſitan. Varon. Vaſquius, Vegg. Vig.Fab. Vigl. Villalob. Vinc.Franc. Vinc.Hercul. Viu.

Z.

Zabarella Cardinal. Zanch. Zaſius. Zucchard.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE
SVBSTITVTIONIBVS
EXCELLENTISSIMI D. VINCENTII FVSARII I. C. Brixienſis,

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio ſubſtitutionis quæ ſit.*
2 *Subſtitutio ita appellatur quaſi ſecunda inſtitutio.*
3 *Subſtitutiones de iure gentium ſunt introductæ.*
4 *Subſtitutio eſt inuenta, vt res defunctorum ſecundum eorum voluntates facilius deuoluerentur.*

QVÆSTIO PRIMA.

Subſtitutio quid ſit, vnde ita dicatur, quo iure ſit introducta, & quare.

1 INCIPIAM à definitione Subſtitutionis, in quo articulo Doctores varias diffinitiones attulerunt, communiter tamen ita diffinitur. Subſtitutio, eſt ſecunda inſtitutio, ita Gloſ. *in Rub. ff. de vulg.* & ibi Doctores, præcipuè Ceph. *nu.* 20. latè, Cagn. *in l. precib. n.* 3. *C. de impen. & al. ſubſtit.* Odd. *in Prælud. de comp. par.* 1. *q.* 1. vbi latè diſputat Alex. Trent. *in Proęm. tract. de ſubſt. nu.* 2. Intrig. *de ſubst. cent.* 1. *q.* 2. Craſ. *de ſubſt. q.* 1. & Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de ſubſtit. num.* 1.

Alias diffinitiones vide apud Rip. *in dict. Rub. ff. de vulg.* Cag. *in dicta l. precibus, à nu.* 15. *vſque ad nu.* 29. Curt. iun. *in Rub. C. de imp. & al. ſubſt. n.* 27. Odd. *dicta quæſt.* 1. *in fine*, Alex. Trent. *loco ſuprà relato*, & latiſſimè apud Intrigl. *dicta quæſtio.* 2.

2 Sed vnde dicatur ſubſtitutio, dico ita appellari, quaſi ſecunda inſtitutio, Decian. *in l. teſtamento, in principio, C. de teſt. milit.* Odd. *in Prælud. comp. par.* 1. *qu.* 2. vbi alia tradit, & plura ſcribit. Intrig. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 3.

3 Succedit autem vt videamus, quo iure ſubſtitutiones ſint introductæ, & de iure gentium fuiſſe introductas; poſt alios ſcripſerunt Odd. *in Prælud. compen. par.* 1. *q.* 3. & Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 1. *quæſt.* 4.

4 Quare autem ſubſtitutiones ſint introductæ Curt. *in Rubr. C. de empt. & al. ſubſt.* & Cagn. *in l. præcibus, C. eodem.* dicunt fuiſſe introductas, vt res defunctorum ſecundùm eorum voluntates faciliùs deuoluerentur.

Sed Odd. *in Prælud. compen. par.* 1. *q.* 4. dicit rationē fuiſſe, ne caducæ fierent diſpoſitiones Teſtatorum, per Text. *in l. vnica in princ. C. de caduc. toll.* & hāc opinionē eſſe receptiorē teſtatur Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionum quinque ſunt genera, Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Compendioſa, & Reciproca: additur & directa Militaris.*
2 *Subſtitutio alia eſt directa, alia fideicommiſſaria, ſiue obliqua.*

QVÆSTIO II.

Quotuplex ſit Subſtitutio.

QVæro quotuplex ſit ſubſtitutio, & dico quinque eſſe genera ſubſtitutionū: videlicet Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Compendioſa, & Reciproca: ita Doctores communiter ſcribunt *in Rub. de vulg.* vbi Cephal. *n.* 27. & ante eum Iaſ. *in l. in teſtamento, la prima C. de teſt. mil.* & ibi Dec. Doct. *in Rubr. & in l.* 1. *C. de impub. & al. ſubſt.* Odd. *in Prælud. compen. par.* 1. *qu. vlt. in fine*, vbi alios refert, & latiùs Intrig. *de ſubſt. cent.* 1. *qu.* 7. & ante eum Craſ. §. *Subſtitutio, q.* 3. *in fine*, Did. Spin. à Carcer. *in Specul. teſta. tit. de ſubſtit. in fine.* 1

Alij adducunt directam militarem, Ceph. *dicta Rub. D. vulg. nu.* 184. vbi etiam addit. 7. vt apud eum, & ſequitur Intrigl. *dicta quæſt.* 7. *in fine.* 2

Diuiditur vlterius ſubſtitutio in directam, & obliquam, ſeu fideicommiſſariam, Gloſ. Bart. Alber. & alij *in Rubr. D. de vulg.* Curt. *in Rub. C. de imp. n.* 9. Decian. *in l. in teſtā. col.* 1. *C. de teſtam. milit.* Cagn. *d. l. precib. n.* 36. Polit. *in Tract. Subſt. in prælud. nu.* 17. Odd. *dicta quæſt. vltima*, Alexand. Trent. *in Proęm. tract. ſubſtit. num.* 20. Intrigl. *d. qu.* 7. Craſſ. §. *Subſtitutio, qu.* 3. Did. Spin. à Craſſ. *in Spec. teſtament. titul. de Subſtit. in fin.* 3

4 Prædictæ etiam ſubſtitutiones ſubdiuiduntur in plures ſpecies, vt latè proſequitur Ceph. *vbi ſupra n.* 127. *vſque ad nu.* 184. & nos inferius dicemus in ſuis particularibus locis.

QVÆSTIO III.

Subſtitutio an ſit propriè inſtitutio?

1 VLTERIVS quæro, an ſubſtitutio ſit propriè inſtitutio? Et dicendum eſt, quòd nõ, ita tenent Bald. Imol. Aret. ſen. & Pap. quos refert & ſequitur Ripa *in l.* 1. *nu.* 8. *ff. de vulg.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios plures refert, & ſequitur Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 1. *quæſt.* 6. *&* Craſſ. §. *Subſtitutio, quæſt.* 2. vbi pariter dicit eſſe communen opinionem, Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſta. tit. de ſubſtit. num.* 6.

2 Contrariam opinionem tenuerunt Bart. Bald. Imol. Aret. & Caſtr. relati à Ripa *vbi ſupra, numer.* 3. *verſ. contrariam.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio directa eſt late interpretanda.*

2 *Subſtitutionis verba debent cum ſuis qualitatibus verificari.*

3 *Subſtitutio directa eſt fauorabilior fideicõmiſſaria.*

QVÆSTIO IV.

Subſtitutio directa an ſit latè interpretanda?

1 SEQVITVR vt videamus, an ſubſtitutio directa ſit latè interpretanda? Et eſſe latè interpretandam ſcribũt Bart. *in l. ſub conditione, nu.* 1. *ff. de hæredib. inſtit.* & ibi Bald. circa finem, idem Bald. *in l. cum proponas, nu.* 8. *C. de hæred. inſtit. & in l. humanitatis nu.* 14. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Iaſ. *in l.* 4. *nu.* 34. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Socin. iun. *in l. Centurio, nu.* 269. *ff. de vulg.* Gul. Bened. *in cap. Raynutius, in materia vulgaris, nu.* 26. *ext. de teſt.*

Et conſulendo Curt. ſen. *conſil.* 52. *nu.* 29. Alciat. *cõſil.* 44. *nu.* 13. *lib.* 3. Ceph. *conſ.* 114. *nu.* 19. Hier. Gig. *conſ.* 105. *col.* 3. *verſic.* 8. *fuit.* Rimin. iun. *conſ.* 736. *nu.* 22. *vol.* 7. Decian. *conſ.* 10. *nu.* 31. *lib.* 3.

Et in tractatibus Zul. *tract. de recip. nu.* 10. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio, quæſt.* 81. *nu.* 7. vbi teſtatur de communi opinione Maſcard. *de probat. concluſ.* 1346. *n.* 2. Mant. *li.* 5. *de coniectur. vlt. voluntat. tit.* 1. *num.* 2.

In deciſionibus Bocr. *Deciſ.* 38. *nu.* 14.

2 Hoc tamen declaratur vt verba ſubſtitutionis debeãt cum ſuis qualitatibus verificari ita poſt Signorol. tradit Mant. *d. tit.* 1. *numer.* 11. *ver. ſed.* Maſcard. *dicta concluſ.* 1346. *in fine.*

3 Et fauorabiliorem eſſe ſubſtitutionem directam fideicõmiſſaria ſcribunt Bald. *in c. fin. num.* 2. *de ſentent. & re iud. & in conſ.* 423. *verſ. ad idem quia, li.* 1. Hõded. *conſil.* 49. *nu.* 52. *li.* 1. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 4. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 66. *n.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1346.

Sed quid ſi agatur de fideicommiſſaria ſubſtitutione, ſuo loco dicam quæſt. 290.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio directa coniecturis non inducitur contra, nu.* 2. *conciliatio datur num.* 3.

Limitatur ſi aliter non poſſent verificari, & ſaluari verba teſtamenti, nu. 4.

Limitatur ſi per legem induceretur directa ſubſtitutio ex coniecturis, nu. 5.

Limitatur quando in teſtamento adſunt aliæ ſubſtitutiones directæ, nu. 6.

Limitatur in teſtamento militis, n. 7.

Limitatur in teſtamẽto condito à patre inter liberos.

QVÆSTIO V.

Directa ſubſtitutio coniecturis induci an poſſit?

44 Contrariam opinionem tenuit Alciat. relatus à Decian. vbi ſuprà, ſentit Bald. *conſil. 170. quidam Nicolaus, lib. 5.* Curt. *conſil. 83.* Boer. *deciſ. 38. & alij relati, dicta quæſtione 237.*

45 Duodecimus eſt caſus quando teſtator inſtituit Titium, & dixit, & ſi inſtitutus hæres erit ſubſtituo Caiū, vel Caius hæres eſto, tunc enim iſta non poterit eſſe ſubſtitutio vulgaris, quia repugnat conditio illa, ſi hæres erit, & ſubſtitutio eſt compendioſa, non continet vulgarem. Alexan. *conſil. 1. lib. 1.* per totum, vbi latè, Odd. *de compend. parte 6. artic. 1. circa finem*, Decian. *in Apol. cap. 17.* vbi alios addit, & dicit eſſe communem opinionem, Alexand. Raud. *de Analog. ca. 37. nu. 112. & multis ſeqq.* Pereg. *de fideicommiſſ. artic. 15. numer. 19. 40. & ſeq.* Boer. *deciſ. 38.* Dicam in materia compendioſa, qu. 237. limitatione tertia.

46 Contrariam opinionem quando ſubſtitutio eſt compendioſa, vt non impediatur vulgaris, tenent Curt. iun. *conſ. 8.* Soc. iun. *conſil. 114. nu. 26. lib. 1.* & alij multi relati à Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 12. num. 9.* & dixi dicta quæſtione 237.

47 Limitatur quando ſubſtitutio eſſet facta pupillo, quia eo præmortuo teſtatori admitteretur ſubſtitutus ex tacita vulgari comprehenſa in pupillari, licet repugnet conditio, ſi hæres erit, *leg. iam hoc iure, ff. de vulg.* & ibi Bart. & alij, Bart. *in l. 1. num. 2. & 17. ff. de vulgar.* & ibi Ripa, *num. 105.* Præt. alios refert, & ſequitur *de interp. vltim. volunt. fol. 240. num. 51.* Vaſqu. alios addit *dicto §. 12. num. 9.*

Alia circa hanc materiam videnda erunt in quæſtionibus, vbi agitur quando pupillaris facta dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus non admittitur donec ſubſtitutus poteſt adire. Limit. ibid. remiſſiuè.*

3 *Vulgaris ſubſtitutus excluditur ſi ſubſtitutus, qui poteſt adire de iure ciuili petit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas.*

QVÆSTIO XXXV.

Subſtitutus vulgariter, an admittatur donec inſtitutus poteſt adire?

1 QVæro an vulgariter ſubſtitutus admittatur, donec inſtitutus poteſt adire? Et dicas quod non, *l. quamuis, la vltima, ff. de acquir. hæredit.* Doct. *in l. 1. ff. de vulg.* vbi Ripa, *n. 118* Odd. *in prælud. compend. parte 2. quæſtione 5.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 1. cap. 4.* Intrig. *de ſubſt. cent. 1. quæſt. 20. num. 3.*

Declaratur multipliciter iſta quæſtio, vt in ſequentibus quæſtionibus.

Sed quid ſi filius non poteſt adire de iure ciuili, ſed tantum de iure prætorio petendo bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, an admittatur vulgariter ſubſtitutus, vide latè Alex. Tren. *de ſubſt. part. 1. cap. 419.* Intrig. *de ſubſtit. par. 1. q. 49.* 2

Et quando ius poteſt adire de iure ciuili, ſed petit bonorum poſſeſſionem ſecundum Tabulas excluditur ſubſtitutus. Bartol. *d. l. ff. de vulg.* & ibi Socin. ſen. & Rip. & alij communiter, Alex. Trent. *de ſubſtitut. part. 1. cap. 20. num. 1.* Intrigl. *dicta cent. 5. quæſt. 50.* vbi alios multos addit. 3

QVÆSTIO XXXVI.

QVæro ſi inſtitutus eſt apud hoſtes, an vulgariter ſubſtitutus admittatur, reſpon. quod non *l. ſi pater*, & ibi Doctor. *ff. de vulg.* Ripa, *dicta l. 1. num. 120. ff. de vulg.*

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus admittitur inſtituto repudiante.*

Limitatur ſi repudiauit de iure ciuili, et poteſt adire de iure prætorio, num. 1. contra num. 3. declara num. ſeqq.

Limitatur alijs modis, remiſſiuè.

QVÆSTIO XXXVII.

Inſtituto repudiante, an vulgariter ſubſtitutus admittatur?

QVÆRO an ſi ſubſtitutus repudiauit, admittatur vulgariter ſubſtitutus? Et dicas, quod ſic. Bartol. *in l. ne quis. §. 1. ff. de acquir. hæred.* Doctor. *d. l. 1.* vbi Ripa *num. 120. ff. de vulg.* Bald. *in l. ſuum hæredem, Cod. de iur. deliber.* & ibi Salic. & alij communiter, Craſſ. *in §. ſubſtitutio, qu. 9. num. 1.* 1

Limitatur primò, ſi inſtitutus repudiauit de iure Ciuili non poteſt de iure Prætorio adire, & è contra, quia non admittitur vulgariter ſubſtitutus Bart. *in l. ne quis, §. 1 ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. ſuum hæredem, Cod. de iur. deliber.* & ibi Salic. & alij communiter, Bald. *in rubr. C. qui admitt. quæſtione 6.* Imol. *in l. filio prætorio, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam.* Ripa, *in l. 1. num. 122. & 218. ff. de vulg.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Imol. *in cap. Ranutius, ext. de teſtamen.* Polit. *de vulg. qu. 40.* Craſſ. *dicto §. ſubſtitutio, qu. 9. nu. 2.* Alex. Trent. *de ſubſtit. parte prima, cap. 20. num. 2.* vbi dicit eſſe communem ſententiam, Intrigl. *de ſubſt. cent. 1. quæſt. 50.* vbi alios addit. 2

Contrariam opinionem tenuit Gloſſ. *in l. ſuum hæredem, C. de iur. deliber.* 3

Sublimitatur primò, quando renunciaſſet tantum alteri iuri adiecta cauſa, quia damnoſa eſt hæreditas, quia admittetur ſubſtitutus, Bald. *d. l. ſuum hæredem, C. de iur. deliber.* & ibi alij communiter: Ripa poſt Doct. omnes ibi *in d. l. 1. nu. 220. ff. de vulg.* Bart. *in l. ne quis, §. 1. ff. de acquir. hæred.* & ibi Roman. & alij Polit. *d. qu. 40.* Alex. Trent. *d. capit. 20. num. 4.* Intrigl. *d. quæſt. 50. num. 5.* vbi alios addit. 4

Sublimitatur ſecundò, quando inſtitutus ſimpliciter repudiauit, quia tunc cenſetur repudiare omne ſuum ius, & ideò admitti debet ſubſtitutus, Bart. *dicta l. nec is,* 5

§. 1.

§.1.*ff.de acquir.hæred.*Cin.*in l.ſuum.hæredem,C.de iure de liber.* & ibi Iac. Butr. Bald. Ang. Caſtren. Alex. Iaſ.& alij.Bald.*in Rub.C.de admit.q.6.*Aretin.*d.l.1.ff. de vulg.*& ibi Soc.ſen.& Ripa,Bald.*in l. accuſationē,C. de his qui acc.non poſſ.* Aretin.*in §.cum igitur,n.3. inſt. de bon.poſſeſſ.*Polit.*de vul.q.40.* Alex.Trēt.*d.c.20.n.3*

Limitatur alijs modis, vt in ſequentibus quæſtionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Vulgariter ſubſtitutus, & per fideicommiſſum ſi cōcurrant inſtituto nolent adire fideicommiſſarius poteſt cogere inſtitutum adire non autem vulgariter ſubſtitutus admittitur, contra num.2. concord. num.3. & ſeqq.*

5 *Ampliatur & ſi fideicommiſſum eſſet tacitè repetitum à ſubſtituto vulgari,n.6.*

Limitatur quādo teſtator ordinauit ne inſtitutus cogi poſſet adire, quia vulgariter ſubſtitutus præfertur numer.7.

Limitatur quando hæres mortuus eſſet ante aditam, & ante conditionem, quia vulgariter ſubſtitutus præfertur,n.8.

Q V Æ S T I O XXXVIII.

Inſtitutus ſi non vult adire, an per fideicommiſſum ſubſtitutus poſſit illum cogere ad adeundum an verò vulgariter ſubſtitutus admittatur?

1 QVæro quando extat ſubſtitutus fideicommiſſarius,& ſubſtitutus vulgariter ſi inſtitutus nolit adire, an poterit per fideicommiſſarium cogi ad adeundum,an verò ſubſtitutus vulgariter admittatur? Et fideicommiſſarium præferri tenemus per *l. facta,§. Iulianus, & l.quia poterat,in fine, ff.ad Trebell.*& ſcribunt Bart. *in l.1.n.25.ff.de vulg.*& ibi Alex.*n.27.* Iaſ.*n.49.* *Soc.*ſen.*n.23.* Ripa.*n.160.* vbi de communi opinione teſtatur, & Alciat.*n.31.* Bald *in l.non iuſtam,C.ad Trebell.* Bart.*in l.facta,§.Iulianus,*& ibi Caſtr.*ff.ad Trebell.*Bartol. *in l.ſi patroni, §.fin.ff. ad Trebellian.*& ibi Angel & Alexand. teſtatur de communi opinione, Coraſ.*in l.poſt aditam,n.48.C.de impub.& al.ſubſtit.* Aret.*de vulg.n.11.*Fum.*de vulg. nu.31.& ſeqq.* Did.Spin. à Carcer.*in Spec.teſt.tit.de vulg.n.17.*Odd.*in prælud.compend.par.2.qu.5.effectu primo,limit.4.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Pereg.*de fideic.art.2.n.69.*Intrig.*de ſubſtitut.cent.1.q.32.*Craſſ.*in §.ſubſtitutio,q.9.n.9.*vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

2 Contrariam opinionem tenuit Gloſſ.*d.l.ſi patroni,* ſecundum primum intellectum *ff.ad Trebell.*

3 Concorda,aut fideicommiſſum non eſt repetitum à ſubſtituto vulgari,& præfertur ſubſtitutus vulgariter. Aut eſt repetitum,& præfertur fideicōmiſſarius, Bart. *d.l.1.n.25.ff.de vulg.*& ibi Alciat.*n.31.in 2.capite* dicit eſſe communem opinionem,Pereg.*d.art.2.n.69. verſic.contra,* vbi dicit omnes ita concordare.

4 Sed non deſunt,qui contra hanc Bart. diſtinctionem in vtroque capite teneant, etenim in ſecundo capite, quando eſt repetitum fideicommiſſum, vulgarem ſubſtitutum præferri fideicommiſſario tenent Ripa.*d.l.1. n.160 ff.de vulg. & pupill.* Bald.*de vulg.nu.18.* Bart. Huc.*de vulg.n.11.*

5 In primo etiam capite quando fideicommiſſum non eſt receptum, quod præferatur fideicommiſſarius voluit Alex.*dicta l.1.ff. de vulg.* & ibi Ripa *num 160.* teſtatur de cōmuni opinione Alciat.ſequitur *n.31.* Bar. *in l ſi patroni,§.fin.ff.ad Trebell.*& ibi Angel. Caſtrēſ. Alexan.& alij communiter, Bartol.*in l. non iuſtam,C. ad Trebell.*& ibi Cin.Bald.& Caſtren. Imol.*in l. facta, §.Iulianus, D.ad Trebell.* & ibi Caſtren. Imol.*in cap. Rainutius,in materia vulgaris,de teſtam.* Bald.*de vulgari,n.18.*Bart.Huc.*de vulg.n.11.*Polit.*de vulg.q.24.* Alex.Trent.*de ſubſt.parte prima,cap.8.n.10.* vbi teſtatur de communi opinione,Craſſ.*d.q.9.n.9.* Did.Spin. à Carcer loco ſupra relato.

Tenendo primam opinionem.

Ampliatur,& ſi fideicommiſſum eſſet tacitè repetitum à ſubſtituto vulgari, Alciat.*d.l.1.n.31.ff. de vulg.* vbi dicit eſſe communem opinionem. 6

Tenendo etiam primam opinionem in puncto principali.

Declaratur primò,vt non procedat, quando teſtator expreſſiſſet ne inſtitutus cogi poſſet adire, quia tunc præferri debet vulgariter ſubſtitutus, Gloſ.*in l. debitor in fine,princip.in verb.contra,D.ad Trebell.*& ibi Ang. & Alexand.*nu.13.*Dec.*in l.Centurio,num.16.de vulg.* Alex.*d.l.1.num.27.ff.de vulg.* Pereg.*dicto art.2.n.70.* Intrigl.*d.q.32.num.22.* 7

Declaratur ſecundò non habere locum,quando hæres moreretur ante aditam, & ante conditionem, quia vulgariter ſubſtitutus præferetur,Aret.*de vulg.nu.11.* Fum.*de.vulg.n.31.*Intrig.*dicta q.32.in fine,*Did.Spin. à Carcer.*in Spec.teſtam.tit.de vulg.n.17.in fine.* 8

Q V Æ S T I O XXXIX.

Subſtitutus vulgariter, an admittatur quando inſtitutus repudiauit, ſed poteſt reſtitui in integrum?

QVæro, an ſubſtitutus vulgariter admittatur, ſi inſtitutus, qui repudiauit poteſt reſtitui in integrum? Et teneas quod ſic. Bart.*in l. & ſi ſine,§.ſed quod Papinianus,ff.de mino.* Doct. *in l.1.ff.de vulg. & pupill.*vbi Ripa,*n.24.* & Alciat.*n.20.*poſt Bart.*n.19.*Craſſ.*in l.poſt aditam,n.34.C.de impub.& al.ſubſt.* Bald.*de vulg.n.12.* Bart. Huc.*de vulg. n.8.in fine,*Gomez.*var.reſol.tom.2.cap.3.nu.14.* Odd. *in prælud.de compend.par.2.quæſt.5. effectu primo, limitatione prima,*Alex.Trent.*de ſubſt.parte prima,cap.4.num.2.*Craſſ.*in §.ſubſtitutio, q.9.n.2.in fine,* Intrig. *de ſubſt.cent.1.q.20.nu.5.*Did.Spin.à Carcer.*in Spec. teſtam.tit.de vulg.n.10.* 1

Ampliatur ſiue reſtitutio competat ipſo iure, ſiue remedio Prætoris,Bald.*de vulg.n.12.in fine,*Odd.loco ſuprà citato,Intrigl.*d.q.20.in fine.* 2

S V M M A R I V M.

1 *Vulgariter ſubſtitutus ſtatim admittetur, quando ſuus hæres abſtinuit, nec expectatur triennium intra quod ſuus poteſt abſtentionem reuocare, contra numero ſecundo.*

Declaratur quando filius reuocat abſtenſionem, quia excludit ſubſtitutum,n.3. contra niſi filius minor eſſet, num.4.

Declaratur quando datio vulgaris ſubſtituti non tollit iura ſuitatis, quia ſubſtitutus admittitur,numero quinto.

Et fortius quando filius non poſſet reuocare ſuam abſtenſionem.n.6.

QVÆSTIO XL.

Inſtituto filio in poteſtate ſe abſtinente, an ſtatim ſubſtitutus per vulgarem admittatur, an verò ſit expectandum triennium, intra quod inſtitutus poteſt reuocare abſtenſionem?

1 QVæro ſi pater filium, quem habet in poteſtate inſtituit, & illi det ſubſtitutum vulgarē ſi iſte ſuus hæres ſe abſtinuit ab hæreditate, an ſubſtitutus ſtatim admittatur, an verò ſit expectandum triennium, intra quod filius poteſt ſuam abſtenſionem reuocare? Et dicas admitti ſtatim, Gloſ. *in l. ſi quis ſuum, Cod. de iur. deliber.* Bartol. *in l. quamdiu, la prima, D de acquir. hæred.* & ibi Gloſſ. eam ſequũtur Doct. *in l. 1. D. de vulg.* vbi Soc. ſen. *nu.* 16. Ripa *n.* 126. *& ſeqq.* Alciat. *nu.* 20. *circa finem, & n. ſeq.* Eman. Coſta *in cap ſi pater par. 2. verb. ſequenter, & filia, nu.* 17. *de teſtam. num.* 6. Odd. *in prælud. de compen. par. 2. quæſt. 5. effectu primo, limit. prima verſi. & ampliatur* Alex. Trent. *de ſubſtit. parte prima cap. 4. n. 4. & ſeq.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſtam. tit. de vulg. num.* 11.

2 Contrariam opinionem tenuerunt Caſtr. *in l. fin. C. de repud. hæred.* & ibi Fulgoſ. Caſt. *in l. ſi quis ſecus, ff. de iur. deliber.* Balduin. *in princ. inſt. de vulg.*

Tenendo primam opinionem,

3 Declaratur vt filio reuocante ſuam abſtenſionem, quod ille admittatur excluſo poſtea ſubſtituto, Bart. & alij locis ſupra relatis, Alex. Trent. *dicta cap. 4. n. 8. & ſeqq.* vbi alios multos addit.

4 Contrariam opinionem tenent, (niſi filius minor eſſet) Gloſſ. *in l. fin. C. de repud. hæred.* & ibi Bald. Bened. de Plumb. Ang. Alex. Corn. Iaſ & alij, Gloſſ. *in l. ſi quis ſuus, D. de iur. liber.* Gloſſ. *in l. 2. de iur. & fact. ignor.* & Iacob. de Aren. Bald. & Raph. Padill. *in l. cum ignorãtia, n. 7. C. de iur. & facti ignorant.* vbi de communi opinione teſtatur Gul. Bened. *in c. Raimutius,* in verb. tuo *itaque teſtatore, n.* 139. *de teſtam.* Ang. *inter conſ.* Bald. *conſil.* 403. *n.* 9. *lib.* 3.

Tenendo ſecundam opinionem.

5 Declaratur primò non procedere in caſibus, in quibus datio vulgaris ſubſtituti non tollit iura ſuitatis, Padill. *vbi ſupra n.* 8.

6 Declaratur etiam iſta concluſio, vt non procedat in caſibus, in quibus filius non poſſet reuocare ſuam abſtẽſionem, de quibus per Padill. *d. l. cum ignorantia, C. de iur. inſt. & factum ignor.*

SVMMARIVM.

1 *Monacho inſtituto repudiante admittitur monaſterium non vulgariter ſubſtitutus, contra n.* 2.

Ampliatur etiam diſſentiente monacho, n. 3. contra num. 4.

Ampliatur ſiue agatur de hærede ſuo, ſiue extraneo.

QVÆSTIO. XLI.

Monacho inſtituto repudiante, an admittatur monaſterium, vel vulgariter ſubſtitutus?

1 QVæro Monacho inſtituto repudiante, an admittatur Monaſterium, vel vulgariter ſubſtitutus? dicas admitti Monaſterium ſecundum communem opinionem, quam probarunt, Bart. *in l. 1. nu.* 21. *D. de vulg.* & ibi Alex. *nu.* 22. Iaſon. *nu.* 42. Ripa *num.* 150. *& ſeqq.* Alciat. *nu.* 24. *& ſeqq.* vbi dicit eſſe cõmunem opinionẽ, & alij ibidẽ ſequũtur Bald. *in l. 1. C. qui admit.* Salic. *in l. cum proponas, C. de hæred. inſtit.* & ibi Caſtr. Bald. *in l. Deo nobis, Cod. de epiſc. & cler.* Ang. *in l. Papinianus, D. de inoffic. teſtam.* Coraſ *in l. poſt aditam, numer.* 46. *C. de impub. & al ſubſtit.* Rimin. *inſt. per quas perſon. nob. acq. in principio, nu.* 40. Ioan. And. *in c. in præſentia, ext. de probat.* & ibi communiter Canon. Archid. *in c. 1. 18. q. 1.* Imol. *in cap. Raimutius, ext. de teſtam.* & ibi Gul. Benedict. *in materia vulgaris, nu.* 48. Bald. *de vulg. n.* 14. Aretin. *de vulg. n.* 8. vbi teſtatur de communi opinione, Capr. *de vulg. n.* 61. & 73 Zaſ. *de vulg. n.* 10. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, Polit. *de ſubſtitut. vulg. in* 22. *quæſito.* Villalob. *in commun. opin. in littera M, nu.* 119. vbi dicit eſſe communem opinionem, Odd. *in prælud. de cõpend. par. 2. q. 5 eff. ſtu primo, limitatio tertia,* Craſ. *in § ſubſtitutio, quæſt. 9 nu.* 7. vbi dicit eſſe magis communem opinionem. Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 1. cap.* 7. vbi latiſſimè tractat hanc quæſtionem, & dicit communem opinionem eſſe tam Legiſtarum, quàm Canoniſtarum, quod Monaſterium admittatur, licet ipſe de iure ciuili contrarium verius eſſe dicat Intrigl. *de ſubſtit. centur. 1. quæſt.* 29.

Contrariam opinionem de iure Ciuili veriorem eſſe 2
ſcribunt Iac. de Aret. & Riccard. relati à Bartol. *vbi ſuprà,* Bald. *in l. ex repudiatione, Cod. de fideicom.* Ang. *in l. 1. De vulgar.* Gul. de Cun. *in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cler.* Ang. *in l. ſi paterfam. ff. de hæred. inſtit.* & ibi Imol Fulgoſ. *in l. cum proponas, C. de hæred. inſtitut.* ibi Ang. Imol. *in cap. Raimutius, extr. de teſtam.* Aret. *in cap. in præſentia, ext. de probat.* Specul. *in tit. de ſtat. Monach. § 1. verſic. octauò quæritur,* Alex. Trent. *dicto capit. num. quarto.*

Ampliatur primò opinio prima, vt etiam procedat 3
diſſentiente Monacho, Ripa *d. l. 1. n.* 152.

Contrarium tenuit Alex. Trent. *dicto capit. 7. nume-* 4
ro. 4.

Ampliatur ſecundò ſiue agatur de hærede ſuo, ſiue 5
extraneo, Odd. *vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus non admittitur inſtituto repudiante, quando pater inſtituti vult ſuccedere, contra num.* 2.

Limitatur quando ſubſtitutus eſt perſona veriſimiliter magis dilecta, n. 3. contra n. 4.

Limitatur quando filius fuiſſet emancipatus, n. 5.

Limitatur quando lapſa ſunt tempora præfixa à iudice ad adeundum, n. 6. diſtingue n. ſeq.

Limitatur in bonis profectitijs, n. 15. contra n. 16.

QVÆSTIO XLII.

Inſtituto repudiante, an illius pater admittatur, an verò vulgariter ſubſtitutus?

SImilis eſt quæſtio, an, filio inſtituto repudiante, 1
admittatur pater eius, an vulgariter ſubſtitutus? Et patrem excludere ſubſtitutum, volunt Cin. *in l. fin. Cod. de bon. qu. lib.* & ibi Iac. Butr. Ruin. Bart. & Bald. Doctor. *in leg. de vulg.* vbi Alexand. *numer.* 24. Iaſon. *numer.* 44. dicit eſſe communem opinionem, Ripa *numer.* 142. qui de communi opinione teſtatur, & Alciat. *numer.* 27. Bartol. *in l. paterfam. D. de hæred. inſtitut.* & Imol. Bartol. *in l. cum proponas,*

C. de

Cod. de hæred. inſti. & ibi Bald. & Fulgoſ. Imol. *in c. Raimutius, in materia vulgaris, ext. de teſtam.* & ibi Gul. Bened. *tit. de vulg. n. 96.* Bero. *num* 308. Ang. *conſ.* 91. Ruin. *conſ.* 95. *n.* 5. *li.* 2. Bald. *de vulg. n.* 15. *& ſeq.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. li.* 2. §. 13. *n.* 22. *circa medium,* Iaſ. *de vulg. n.* 12. Villal. *littera F. n.* 120. Odd. *in prælud. cõpend. par.* 2. *qu.* 5. *verſic. in filio vero,* Craſſ. *n. §. ſubſtitutio, qu.* 8. *n.* 5. vbi dicit eſſe communem opinionẽ, *& qu.* 9. *n.* 4. Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 1. dicit hanc eſſe communem opinionem, licet ipſe diſſentiat, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *qu.* 30. vbi poſt multos relatos teſtatur eſſe communem opinionem, Did. Spin. à Carcer *in Spec. teſtam. tit. de vulg. nu.* 13. vbi dicit eſſe communem ſententiam.

2 Contrariam opinionem tenuerunt Gull. Cun. prout eum refert Bart. *dicta l.* 1. & ibi Ang. Alex. Ruin. *n.* 62. Iac. de Bellapert. *in d. l. fin. C. de bon. quæ lib. qu.* 4. & ibi Guid. Suzar. Angel. Alberic. & Caſtr. Angel. *dicta l. cũ proponas, Cod. de hæred. inſt. t.* & ibi Caſtr. Alex. & Iaſ. An. *dicta l. paterfam. ff. de hæred. inſtit.* Iaſ. *in l. cũ filio, n.* 8. *ff. de leg.* 1. Corat. *in l. poſt aditam, num.* 46. *C. de in pub. & al. ſubſtit.* dicit hanc eſſe veriorem, & fatetur primam opinionem communem Ioan. Bapt. *in l. legatum, num.* 35. *ff. de legat.* 1. Polit. *de ſubſt. vulg. q.* 2. *noni quæſiti,* Alex. Trent. *loco ſupra citato,* Fachin. *li.* 4. *controuerſ. cap.* 63.

Tenendo primam opinionem communem.

3 Limitatur primò, quando ſubſtituta eſt perſona veriſimiliter magis dilecta à patre, quia illa admitteretur patre excluſo, Bald. *d. l. fin. in princ. C. de bon. quæ li.* & ibi Caſtrenſ. Bald. *dicta l. cum proponas, col.* 2. *C. de hæred. inſtit.* & ibi Alex. Soc. ſen. Imol. *dicta l. paterfam. colupenult. D. de hæred. inſtit.* Alex. *dicta l.* 1. *num.* 2. *D. de vulg.* & ibi Ripa, *nu.* 140. Iaſ. *in l.* 3. *column.* 5. *Cod. de hæred. inſtit.* Ioann. Ficar. *in addit. ad* Villal. *in communibus opinionibus in littera F. num.* 120. vbi teſtatur de communi opinione Zaſ. *de vulg. n.* 12. *in fine,* Polit. *de vulg. quæſt. noni quæſiti.* Alex. Trent. *dicto cap.* 6. *num.* 11. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Intrigl. *d. q.* 30. *in fine.*

4 Contrariam opinionem tenuerunt, & malè, Iaſ. *dicta l.* 1. *n.* 46. *ff. de vulg.* Alciat. *nu.* 28. *verſicul. primus caſus.*

5 Limitatur ſecundò, quando filius fuiſſet emancipatus, quia tunc ſubſtitutus eſſet præferendus patri, Alcia. *dicta l.* 1. *nu.* 28. *verſic. ſecundus caſus,* vbi dicit ita omnes tenere, & eſſe communem opinionem dicit Ripa, *ibidem num.* 148.

6 Limitatur tertiò, quando filius tacitè repudiaſſet, ex eo quod lapſa ſint tempora præfixa à Iudice ad adeundum, Alciat. *dicta l.* 1. *numer.* 28. *in fine,* & ibi Ripa, *numer.* 147. *D. de vulg.* & vide Menoch. *lib.* 1. *Præſum. quæſt.* 46. *in fine.* ſed pro maiori declaratione in hac limitatione diſtinguendi ſunt tres caſus.

7 Primus caſus eſt, quando filius ſciuit ſibi relictam hæreditatem, & non potuit patrem certiorare, & tunc licet ſit lapſum tempus, nullum eſt factum præiudicium patri, Zuccard. *in l.* 1. *n.* 70. *C. qui admitt.* Alex. Trent. *dicto cap.* 6. *n.* 17.

8 Contrariam opinionem tenent, Caſtr. *dicta l.* 1. *n.* 6. *C. qui adm.* & ibi Alex. *n.* 14. Fulgoſ. *ſub dubio tamen in l. fin. C. de repu. bon. poſſeſſ.* & ibi Alex.

9 Secundus eſt caſus, quando pater, & filius ſciebant hæreditatem relictam, ſeu bonorum poſſeſſionem delatã, & tunc pater excluditur, Caſt. *dicta l.* 1. *C. qui admit.* & ibi Salic. *n.* 19. & Corn. *n.* 15. Polit. *de vulgari ſubſt. n.* ... Alex. Trent. *dicto cap.* 6. *n.* 13.

10 Tertius eſt caſus, quando filius ſciebat delatam bonorum poſſeſſionem, vel hæreditatem relictam, pater verò ignorabat, ſed filius potuit eum certiorare, & non certiorauit, & tunc excluditur pater, Iacob. de Rau. *dict. l.* 1. *C. qui admit.* & ibi Cin. Pet. de Bellapert. *n.* 20. Bart. *col. fin.* Bald. 27. *oppoſit.* Alberic. *num.* 8. Salic. *nu.* 20. Caſtr. *num.* 8. Alexand. *num.* 6. Corn. *nu.* 15. Signor. *nu.* 45. Curt. iun. *num.* 19. Ign. *num.* 39. Zucc. *numer.* 24. Bart. *in l. is qui hæres, num.* 6. *D. de acquir. hæred.* & ibi Aretin. & Iaſon. *num.* 34. vbi teſtatur de communi opinione Imol. *in l. ſi pater, D. de hæred. inſtit.* Bartol. *in l. ſeruus, §. fin. D. de bonor. poſſeſſ.* Socin. ſen. *in l.* 1. *D. de vulgar.* vbi teſtatur de communi opinione, Alex. Trẽt. *dicto cap.* 6. *num.* 15. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.

Ampliatur iſte tertius caſus, vt nec pater poſſit in integrum reſtitui, Zuccard. *d. l.* 1. *num.* 24. *C. qui admitt.* Alex. Trent. *d. cap.* 6. *n.* 16. *verſic. & nota.* 11

Contrarium tenet Sap. *dicta l.* 1. *numer.* 26. *Cod. qui admittit.* 12

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando filius cum militia, & fraude permiſiſſet labi tempus, vt præiudicium inferret patri, Bartol. *in l. ſi is qui hæres, §. fin. C. de acquir. hæred.* & ibi Raph. Comen. Roman. Alex. & Iaſ. *n.* 39. Alex. *in l.* 1. *in quinto notab. C. qui adm.* Imol. *in l. ſi pater, D. de hær. inſtit.* Soc. ſen. *in l.* 1. *n.* 27. *in fine D. de vulg. & pupill.* 13

Contrariam opinionem probarunt Zucc. *d. l.* 1. *n.* 50 *C. qui admit.* & ibi Dec. *in ſecunda lect. n.* 29. *& in vltima lectura nu.* 105. Alex. Trent. *d. cap.* 6. *n.* 15. *verſ. & hoc procedit,* vbi etiam Polit. citat. 14

Limitatur quartò in bonis profectitijs, in quibus filio repudiante admittitur ſubſtitutus, non pater, Bald. *in l. fin. C. de bonis quæ liber.* & ibi Fulgo. & Corn. Alex. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, n.* 8. *D. de acquir. hæred.* Vigl. *in §. alienis quoque, n.* 4. *D. de hæred. inſt.* Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de vulg. n.* 15. 15

Contrariam ſententiam probarunt Iaſ. *in l. cum proponas, n.* 21. *C. de hæred. inſtit.* Soc. ſen. *in l.* 2. *n.* 22. Polit. *tit. de vulg.* 3. *par. n.* 27. 16

QVÆSTIO XLIII.

Inſtituto patre repudiante an filius, vel vulgariter ſubſtitutus admittatur?

SED è contra an patre inſtituto repudiante, admittatur filius, an vulgariter ſubſtitutus? Et dicas admitti ſubſtitutum, Ripa, *in l.* ... *n.* 148. *D. de vulg. & pupil.* & ibi Alciat. *num.* 28. *circa finem,* Alexand. Trent. *de ſubſtit. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 8. 1

Contrariam opinionem tenuit Iaſ. *dicta l.* 1. *n.* 47. *D. de vulg. & pupill.* 2

Limitatur quando pater fuiſſet contemplatione filij inſtitutus, quia tunc filius excluderet ſubſtitutum, Alciat. *d. l.* 1. *n.* 28. *circa finem. ff. de vulg.* 3

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus excluditur à monaſterio, quãdo monachus inſtitutus ante aditam hæreditatem moritur, contra n.* 2. *concord. n.* 3.

Limitatur in foro ſeculari non ſubiecto canonibus, n. 3. *contra n.* 4.

Ampliatur, & ſi inſtitutis erat laicus, & poſtea factus eſt monachus, n. 5.

Limitatur in hæreditate extranei, in foro ſeculari; num. 6.

QVÆSTIO XLIV.

Monacho mortuo ante aditam hereditatem, an monaſterium vel, vulgariter ſubſtitutus admittatur?

1 QVæro, mortuus eſt Monachus inſtitutus ante aditam hæreditatem, an admittatur monaſterium, an vulgariter ſubſtitutus? Et teneas, monaſterium admitti ſecundum communem opinionem Canoniſtarum, ſed Legiſtæ tenent ſubſtitutum admittendum eſſe, Bart. *in l.* 1.*n.*23.*ff. de vulg.* & ibi Alex.*nu.*25. Iaſ.*nu.*48. Ripa, *num.* 154. Alciat.*n.*30. Did.*in c.* 1.*n.*2.*de teſtam.* Bald.*de vulg.nu.*17. Zaſ. Leon.& Polit.*in ſuis tractatibus de vulg.* Odd. *in prælud.de comp.par.*2.*qu.*5.*effectu primo, verſicul. in monacho,* Clar.*in* §.*teſtimonium, qu.*30. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ.lib.*2.§.12.*circa finem*, vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ.*in* §.*ſubſtitutio*, *q.*9.*n.*7. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl.*de ſubſt.cent.*1.*q.*29.*n.*19.

2 Contrariam opinionem tenuit Alex. Trent.*de ſubſt. par.*1.*cap.*7.*n.*18.

3 Et ideo in foro Canon. ſeruanda erit opinio Canoniſtarum, in foro ſeculari ſeruanda erit opinio Legiſtarum, *d.l.*1. *nu.*134.*ff.de vulg.* Corn. *conſil.*172. *col.*2. *lib.*3. Clar. *in* §.*teſtamentum*, *q.*30.*in fine.*

4 Contrariam opinionem quod etiam in foro ſeculari ſeruanda ſit opinio Canoniſtarum, tenet Alciat.*d.l.*1. *n.*30.*ff.de vulg.*

5 Ampliatur, ſiue Monachus factus inſtituatur, ſiue laicus, qui poſtea factus monachus ante aditam moriatur, quia monaſterium admittitur ſecundum communem opinionem, teſte Vaſq. *d.*§.12.*in fine.*

6 Declaratur primò, vt omnino etiam apud Legiſtas ſeruetur opinio Canoniſtarum, quod præferatur Monaſturium, quando hæreditas eſt aſcendentium, vel habet locum ſuitas, licet in hæreditate extranei aliud dicendum eſſet. Alex.*d.l.*1.*ff.de vulg.* Bald. *de vulg.nu.*17. Odd.*d.qu.*5.*effectu primo*, vbi dicit eſſe cõmunem opinionem. Craſſ.*d.q.*9.*n.*7. Intrigl.*d.q.*29.*n.*20.

7 Declaratur ſecundũ opinio Legiſtarum, ut non procedat quando inſtitutus eſſet Monachus facta commemoratione monachatus. Alex.*d.l.*1.*ff.de vulg.*

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus admittitur excluſo patre quãdo filius moritur ante aditam.*

*Ampliatur, nec tranſmiſſioni locum eſſe, n.*2.

*Limitatur, quãdo ius deliberandi eſſet tranſmiſſũ, n.*3

*Limitatur, ſi pater in vita filio iuſſiſſet, vt adiret, n.*4.*contra n.*5.

*Limitatur, quando filius erat in articulo mortis non omnino mortuus, n.*6.*contra n.*7.

*Limitatur, ſi pater fuiſſet relegatus tempore mortis filij, n.*8.*contra n.*9.

*Limitatur ſi filius patris contemplatione fuit inſtitutus, num.*10.

*Limitatur, quando filius fuiſſet infans, n.*11.

QVÆSTIO XLV.

Mortuo filio inſtituto ante aditam, an admittatur pater, vel vulgariter ſubſtitutus?

1 SED quæro, mortuo filio inſtituto ante aditam, an admittatur pater, uel uulgariter ſubſtitutus? Et communis opinio eſt, quod pater excludatur. Bart.*in l.*1.*nu.*23.*ff.de vulg.* & ibi Iaſ.*nu.*48. Ripa,*nu.*153. ubi dicit eſſe communem opinionem, Alciat.*nu.*29.& Calanth.*n.*40. Cin.*in l.fin.C.de bon.quæ lib.*& ibi Bald. Caſtr.& alij communiter, Bald *in l.ſi infanti, C de iure lib.* Bart.*in l.is qui hæres, in fine, ff.de acquir.hæred.*& ibi Roman.& Alex. Imol.*in l.ſi pater, ff. de hæred. inſtit.* Lanfran.de Orian.*in l.Cẽturio, in materia vulgaris, concluſ.*6.*ff.de vulg.* Bald.*de vulg.n.*17. Polit.*de vulg.part.*3.*n.*32. Odd.*in prælud.comp.par.*2.*qu.*5.*col.*3. Craſſ.*in* §.*ſubſtitutio, q.*6.*n.*5. ubi teſtatur de communi opinione, Alex. Trent.*de ſubſt.par.*1.*ca.*6 *nu.*19. ubi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl.*de ſubſt.cent.*1.*q.*31.

Ampliatur, nec poſſe habere locum tranſmiſſionem rigore *l.vnica, Cod.de his, qui ant.aper.tab.* ut dicam quæſtione 47. 2

Limitatur primò, ſi filius traſmiſiſſet ius deliberandi, de quo dictum eſt infrà quæſtione 48. Bald.*de vulg. n.*18.*in fine*, Intrigl.*d.q.*31.*in fine.* 3

Limitatur ſecundò, quando pater in uita iuſſiſſet filio, ut adiret, quia ſi non adiuit, eo mortuo, pater poterit adire, Bald.*in l.fin.C.de bon. quæ lib.* & ibi Fulgoſ.& Caſt. Soc. ſen.*in l.*1.*n.*28.*ff.de vulg. & pupil.* 4

Contrariam opinionem tenuerunt Rom.*in. l.is qui hæres, ff.de acquir.hæred.* Alex. Trent.*d.c.*6.*n.*21.

Limitatur tertiò, quando filius non eſſet adhuc mortuus, licet eſſet in articulo mortis, quia pater poterit adire. Bald.*d.l.fin.q.pen.C. de bon.quæ lib.* Roman.*in l. is qui hæres,* §.*neque filius, ff.de acquir. hæred.* 6

Contrariam opinionem probarunt Alex.*in d.*§. *neque filius*, & ibi Fulgoſ. Alex. Trent.*d.cap.*6.*n.*23. 7

Limitatur quartò, quando pater relegatus tempore mortis filij fuiſſet, ita ut filio dolenti adire non potuiſſet conſentire, quia erit reſtituendus, Ang.*in l.ſi quis mihi bona,* §.*iuſſum, ff.de acquir.hæred.* 8

Contrariam opinionem tenuit Alex. Trent.*d.cap.*6. *num.*24. 9

Limitatur quintò quando filius patris contemplatione fuiſſet inſtitutus, quia pater hoc caſu filio mortuo poterit adire. Bald.*in l.filiofam.ff.de cond.& demonſtr.* Alex. Trent. *d.cap.*6.*n.*25. 10

Limitatur ſextò, quando filius fuiſſet infans nam pater eo mortuo poterit adire, Soc. ſen.*in l.*1.*nu.*28.*D.de vulg.* Alex. Trent.*d.cap.*6.*in fine.* 11

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris ſubſtitutio impedit tranſmiſſionem iure ſuitatis, contra n.*2.

*Ampliatur, nec reſpectu legitimæ fieri tranſmiſſionem, n.*3.*contra n.*4.

*Limitatur in caſibus, in quibus per dationem vulgaris ſubſtituti non tollitur ſuitas, n.*5.

*Limitatur quando ſubſtitutio eſſet facta in defectum actionis, n.*6.

*Limitatur, quando quis eſt ſubſtitutus vulgariter, & per fideicommiſſum, n.*7.*contra n.*8.

*Limitatur aliter, remiſſiue, n.*9.

QVÆSTIO XLVI.

Subſtitutio vulgaris, an impediat tranſmiſſionem iure ſuitatis?

QVæro an ſubſtitutio vulgaris impediat trãſmiſſionem iure ſuitatis? Et impedire probatur 1 per *text.in l.filius hæres, D.de liber.& poſthum.* & volunt Salic. *in l. cum antiquioribus, nu.*7.*C.de iur.deliber.* Alexand.*in l.ſi filius hæres, C.de liber.& poſthum.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & ibi Iaſ.*verſicul.extra*, Gloſſ.idem,& Bald. de

Vbald.*n.*1. Alex.*n.*3. Iaſ.*in l.* 1*n.*25. *& ſeqq.ff.de vulg.* & ibi ſoc.ſen.*n.*47. Ripa,*n.* 130. vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſ. *in l.poſt adit ion,n.*58. *C.de iur.de liber.* Gomez. *var.reſol.to.*1.*cap.*3.*n.*15. Soc.ſen.*reg.*390. Craſſ. *in §.ſubſtitutio,q.*9.*n.*3. vbi teſtatur hāc eſſe magis cōmunem opinionem, Odd. *in prælud de cōpend. par.*2. *quæſt.*5. *verſ.quando*, vbi dicit ita communiter teneri Præt. *qui alios* multos allegat, *de interpr. vlt. vol. fol.*241. *numer.*57. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1.*q.*27.*n.*14. Did.Spin. à Carcer. *in ſpecul. teſtam. tit.de vulg.n.*34.

2 Contraria opinio probatur *per text.in l.fin.ff.de cōdit.inſt.in l.Lucius, & in l.ſi filius qui patri, ff.de vul.in l.ſi ſolus. ff.de acquir.hæred.* & idē ſcripſerunt Bald.*in l. apud hoſtes, C.de ſuis, & legit.hæred.* Bart.*in l. cū proponas, C.de hæred.inſt.* & ibi Bald. Caſtr. Alex. & alij cōmuniter. Bart. *in l.ſed ſi pro dote,§.*1.*ff.de leg.præſtan.* Bald.*in l.cū antiquioribus, C.de ſuis, & leg.hæred.* Bar. *in l.* 1.*n.*20.*ff.de vul.* & ibi Alex. Alciat.*n.*22. & alij cōmuniter, Bart.*in l.ſi paterfam. ff.de hæred. inſtit.* & ibi Bald. Imol. Franc. Tigr. & Caſtr. Iaſ.*in l.cū ex filio,n.*107.*ff.de vulg.* Corn.*in l. vnica.§.cū autē in ſuperiore, C.de cadu.tollen.* Bereng. latè *in l.ſi fratres,nu.*40. *C.de imp. & al.ſubſt.* Bald.*cōſ.*58. *incipio à ſecundo,n.*3.*lib.*4. Caſtr.*conſ.*222. *ſuper primo,col.fin.li.*2. Cuman.*conſil.*119. Alex.*conſ.* . *col* 7.*li.*2.*conſ.*79.*n.*3.*lib.*6. vbi alios addit, *& conſ.* 115.*n.*11.*li.*2. Corn.*cōſ.*335.*li.*1. Ruin. *cōſ.* 107.*col.pen.li.*2. Pariſ.*cōſ.*59.*n.*24.*li.*2. Surd.*conſ.*58.*n.*8 *& ſeq.li.*4. vbi teſtatur de communi opinione, Leon.*de vulg.n.*155. Coraſ.*li.*1. *Miſcell.iur ca.*2.*n.*2. Ang. de Peregr.*in tract.de ſuit.q.*10 *n.*33. Præt.*de interpr.vl.vol.fol.*210.*n.*6. Vaſq.*li.*3.*de ſucceſſ.creat.§.*21.*n.*187. *& ſeq.* Alex. Trent.*de ſubſt.par.*1.*c.*5. vbi dicit eſſe cōmunē opinionē. Loriot. de iure arte.*tract.*14. *de ſubſt.axiom.*54. *&* 55. Hier. Ceu.*Spec.com. contra comm.quæſt.*602.

Tenendo primam opinionem.

3 Ampliatur etiam vt reſpectu legitimæ non fiat tranſmiſſio ſecundum magis communem opinionem, teſte Præt.*d.fol.*241.*n.*60. & dicam quæſt. . . .

4 Contrariam opinionem tenuit Did. Spin. à Carcer. *in Spec.teſtam.tit.de vulg.n.*35. Surd. qui alios multos citat *conſ.*541.*n.*20.

5 Declaratur primò, vt non procedat in illis caſibus, in quibus per dationem vulgaris ſubſtituti non tollitur ſuitas, Iaſ.*in l.* 1.*n.*40.*ff.de vulg.* & ibi Ripa,*n.*130. vbi etiā refert. Imol. Alex. Trent.*d.c.*5. vbi alios multos addit.

6 Declaratur ſecundò, vt procedat, quando ſubſtitutio eſt facta in fauorem perſonæ decedentis, ſecus ſi eſſet facta in defectum aditionis, quia haberet locum tunc ſecunda opinio, Præt.*d.fol.*219.*n.*6.

7 Declaratur tertiò non procedere, quando ſubſtitutus eſt quis vulgariter, & per fideicommiſſum, quia teſtator ita rogando videtur velle quod nō tollatur ſuitas, Bald. *in l. non iuſtam, C.ad Trebell.* Alex.*in l.ſi filius hæres, col.penult.in fine, verſ.quinto fallit,* vbi Iaſ.*n.*65.*ff.de liber. & poſthum.* Bened.*in c.Rainutius, par.*2. *in verbo, ſi filius moreretur, il ſecundo, n.*93. *& in verbo, mortuo itaque teſtatore, il ſecundo, n.*97. vbi alios addit *de teſt.im.* Surd. *concl.*541.*n.*23. *& ſeq.li.*4. vbi vltra prædictos citat Gomez. Vaſq. & Craſſ.

8 Declaratur aliter, vt Præt. remiſſiuè, *fol.*233.*n.*11. *& fol.*241.*n.*57.

Tenendo ſecundam opinionem.

9 Declaratur non procedere in omnibus caſibus, in quibus hęreditas non tranſmittitur potentia ſuitatis, de quibus alibi dicam, fauente Deo.

S V M M A R I V M.

*1 Vulgaris ſubſtitutio nō impedit tranſmiſſionē ex l. vnica, C.de his qui ante aper.tab. contra n.*3.

*Maximè, quando inſtituti eſſent inuicem ſubſtituti, nu.*2.

Limitatur quando ageretur de tranſmittenda hæreditate ad aſcendentes, n 4.

5 L. vnica, C.de his qui ant.aper. tab. non habet locum in fauorem aſcendentium.

Q V Æ S T I O X L V I I.

Subſtitutus vulgaris, an impediat tranſmiſſionem ex l. vnica, C.de his qui ant.apert.tab.?

1 QVęro an vulgariter ſubſtitutus impediat tranſmiſſionem *ex l.vnica, C.de his qui ant. aper. tab.* Et dicas quod non, Doct.*in l.*1.*ff.de vulg.* vbi Ripa,*n.*131. dicit eſſe communē opinionem ſequitur Alciat.*n.*22. Bart. Huc. de *vulg.n.*9. Iaſon *de vulg.n.*13. Odd. *in prælud:de comp.par.*2.*q.*5. *effectu* 1.*lim t.*2. vbi de communi opinione teſtatur Vaſq. *de ſucceſſ.progreſſ.§.*12.*n.*22. Alex. Trent.*in tract.ſubſt.par.*1.*cap.*5. vbi multos alios addit, & teſtatur eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſt.cent.*1.*quæſt.*27.*nu.*16. Did.Spin. à Carcer. *in Spec.teſtam. tit.de vulg.nu.*34. Craſſ. *in §.ſubſtitutio,q.*9.*n.*3. ubi aſſerit eſſe communem ſententiam.

2 Maxime procedere, quando inſtituti eſſent inuicem ſubſtituti. Ripa *d.l.n.*131.*ff.de vulg.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ.*d.q.*9.*n.*3. Vaſq.*de ſucc.progreſſ.§.*6.*n.*3. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem. Intrigl.*d q.*27.*n.*27.

3 Contrariam opinionem in hac quæſtione tenent Angel. Salic. Rip. & Polit. relati ab Alex. Trent.*d.cap.*5. *n.*8. *verſ. & cum ſuperior.* addo Lanfranc. de Orian. *in l.Centurio, in materia vulgaris, concl.*5.*ff.de vul.* Croc. *in c.Rainutius, extr.de teſtam.* Capr.*de vulg.n.*46.

Tenendo primam opinionem.

4 Limitatur quando ageretur de tranſmittenda hæreditate ad aſcendentes, quia tunc ſubſtitutus excluderet aſcendentē, Bart.*in l. ventre, ff.de acquir.hæred.* Alex. Trent.*de ſubſtit.par.*1.*cap.*6.*n.*21.

5 Quæ limitatio maximè procedit tenendo opinionem quod *l. vnica, C.de his qui ant.aper.tab.* nō habeat locū in fauorem aſcendentiū, prout hæc eſt communis opinio Doctorum *in dicta l. vnica*, & de communi opinione teſtatur Gul. Bened. *in c.Rainutius, nu.*152.*ext.de teſt.* Vaſq.*de ſucceſſ.creat.lib.*3.*§.*21.*n.*267. *& de ſucceſſ.progreſſ.li.*1.*§.*8.*n.*10. Alex. Trent. *dicto cap.*6.*n.*21. vbi dicit eſſe communem ſententiam.

S V M M A R I V M.

1 Vulgaris ſubſtitutio nō impedit tranſmiſſionem iuris deliberandi, contra 2. *concord.n.*3.

*Maximè ſi fieret tranſmiſſio ad deſcendentes teſtatoris, num.*4.

*Limitatur quādo plures venirēt ex tranſmiſſione iuris deliberādi, & alij adirēt, alij repudiarēt, n.*5.

Q V Æ S T I O X L V I I I.

Subſtitutio vulgaris, an impediat tranſmiſſionem iuris deliberandi?

1 QVæro an vulgariter ſubſtitutus impediat traſmiſſionem iuris deliberandi? Et dicendum eſt non impedire, Doct. communiter *in l.*1.*ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi Ripa,*n.*133. dicit eſſe communem opinionem, licet ipſe diſſentiat, & cōmunem ſequitur ibi Alciat.*n.*21. Doct.*in l.cum propo-*

nas, C. de hæred. inſt. Doct. in l. paterſam. ff. de hæred. Gloſſ. in l. quandiu, la prima, ff. de hæred. & ibi Bald. & Caſtr. Coraſ. in l. poſt. aditam, n. 34. C. de impub. & al. ſubſtit. teſtatur de communi, licet diſſentiat Leott. de vulg. n. 155. Capr. de ſubſtit. vulg. n. 46. Craſ. in §. ſubſtitutio, q. 9. n. 3. in fine, Odd. in præl. de compend. par. 2. q. 5. verſ. quando denique, vbi dicit eſſe magis communem opinionem Alex. Trent. de ſubſt. par. 1. cap. 5 vbi alios multos addit, & teſtatur de communi opinione, Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. qu. 27. n. 18. Fachin. li. 4. contr. iur. cap. 62. Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſtam. tit. de vulg. num. 34.

2 Contrarium opinionem tenent Ang. dicta l. ſi paterfamilias. ff. de hæred. inſtit. Salic. in l. cum antiquioribus, C. de iur. deliber. & ibi alij Ang. in l. cum proponas, Cod. de hæred. inſt. Ripa in l. 1. n. 133. ff. de vulg. Coraſ. in dicta l. poſt. aditam, n. 34. C. de impub. & al. ſubſtit. Polit. de vulg. quæſt. 44. Zaſ. de vulg. verſ. tertia ſpecies.

3 Concordantur ſecundum Alex. Tren. d. c. 5. Aut filius teſtatoris vult vti hac tranſmiſſione, & procedat prima opinio, Aut non eſt filius, & procedat ſecunda opinio.

Tenendo primam opinionem,

4 Maximè procederet ſi fieret tranſmiſſio ad deſcendentes teſtatoris, Soc. ſen. in l. cum auus, n. 19. ff. de condit. & demonſtr. Alex. Trent. relatus ſupra n. 3.

5 Declaratur quando plures venirent ex tranſmiſſione iuris deliberandi, & alij adirent, alij repudiarent, quia in portione repudiantium non admitterentur alij iure accreſcendi, ſed ſubſtitutus, Alex. dicta l. 1. nu. 20. ff. de vulg. & pupill.

QVÆSTIO XLIX.

1 QVÆRO, ſi inſtitutus dixit, nolo adire, an ſtatim admittatur vulgariter ſubſtitutus, & dicas, quod non Ripa in l. 1. n. 119. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.

2 Contrariam opinionem tenuit Alex. Trent. de ſubſt. par. 1. cap. 4. n. 11.

SVMMARIVM.

1 Vulgariter ſubſtitutus non admittitur inſtituto exiſtente indigno, ſed fiſcus, contra n. 2.

Ampliatur, & ſi inſtitutus nolit adire, n. 3. contra num. 4.

Ampliatur, etiam in tacita ſubſtitutione, & iure accreſcendi, n. 5.

Limitatur quando inſtitutus eſt incapax, & indignus, nu. 6.

Limitatur, ſi inſtitutus repudiauit, antequam effectus ſit indignus, nu. 8.

Limitatur aliter remiſſiuè, n. 9.

Fiſcus excludit ius accreſcendi quando ſuccedit, quia aliquis ſit indignus.

QVÆSTIO L.

Indigno exiſtente inſtituto, an vulgariter ſubſtitutus, vel fiſcus admittatur?

1 QVæro an inſtituto exiſtente indigno, admittatur fiſcus, an vulgariter ſubſtitutus, & dicas fiſcū admitti, l. ſi ſequens gradus, ff. ad Sillanian. Gul. de Cun. in l. præcibus, C. de impub. & al. ſubſtit. & ibi Bald. Bart. l. 1. n. 26. ff. de vulg. & ibi Alex. n. 28. Iaſ. n. 51. Soc. ſen. n. 30. vbi de communi opinione teſtatur Ripa, n. 155. Alciat. n. 102. & alij communiter, Bart. in leg. ſequens, ff. ad Sillan. & ibi Roman. Bald. in l. eam quam, num. 9. & 10. Cod. de fideicom. Angel. in l. fin. C. de inſt. & ſubſt. Imol. in l. recuſare, §. ſi fiſco, ff. ad Trebell. & ibi Caſtr. Alex. in l. his qui contra tabulas, ff. de vulg. Imol. in c. Rainutius, ext. de teſtam. & ibi Gul. Bene. tit. de vulg. n. 94. Gabr. cōſ. 104. li. 1. Bald. de vul. n. 18. Bart. Hinc. de vulg. n. 12. Aret. de vulg. n. 11. Fum. de vulg. n. 23 Mart. Laud. tract. de fiſc. q. 186. Frāc. Lucan. de priuil. fiſc. priuil. 1. 27. 100. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. li. 2. §. 12. n. 22. ante med. Boſſ. tit. de his quib. vt indig. n. 18. Odd. in præl. de comp. par. 2. q. 5. effectu 1. lim. 25. vbi de cōmuni opinione teſtatur Pereg. de iur. fiſc. li. 2. tit. 2. n. 27. vbi de cōmuni opinione teſtatur Intr. de ſubſt. cēt. 1. q. 33. Spin. in Spec. teſtam. gloſſ. 22. n. 19. Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſtam. tit. de vulg. n. 19. Hier. Ceu. Spec. comm. cont. comm. q. 719. Theſaur. deciſ. Pedem. 127. n. 7.

Alij tenuerunt fiſcum excludi à vulgariter ſubſtituto. 2
Barr. in l. eius qui delatorem, §. fin. ff. de iur. fiſc. Ang. d. l. 1. ff. de vulg. vbi dicit eſſe cōmunē opinionē Coraſ. in l. poſt aditam, n. 50. C. de impub. & al. ſubſt. Soc. iun. cōſ. 3. n. 6. li. 3. Zaſ. de vulg. n. 16. Polit. de vulg. q. 25. Pet. Greg. par. 3. ſyntag. iur. li. 42. tit. 14. n. 2. Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 9. n. 8. vbi teſtatur hanc eſſe æquiorē opinionē & ab hac in iudicando non eſſe recedendū, Alex. Trēt. de ſubſt. par. 1. ca. 8. vbi tamen dicit primam opinionem eſſe communem, Fachin. li. 4. contrau. iur. cap. 64.

Ampliatur & ſi ſubſtitutus noluit adire, communis 3
opinio Doctorum, in d. l. 1. D. de vulg. vbi Alex. nu. 28. Soc. ſen. n. 30. Ripa, n. 155. Odd. loco ſupra citato.

Contrariam opinionem probarunt Ang. dicta l. 1. D. 4
de vulg. Soc. iun. conſ. 2. n. 14. & ſeq. li. 3. vbi alios addit, & maximè dicit procedere in tacita repudiatione, & quæ non ſit facta in fraudem fiſci, ſed ex eo, quia ille inſtitutus tanquam indignus ſciebat non poſſe adire. Zaſ. de vulg. 3. effectu.

Ampliatur ſecundò, & in tacita ſubſtitutione, & iure 5
accreſcendi, Bart. in l. ſi Titio, D. de leg. 2. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 12. n. 22. vbi teſtatur de cōmuni opinione, Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 9. n. 8. in fine, vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. d. q. 33. n. 6.

Declaratur primò, quādo inſtitutus eſſet incapax, & 6
indignus, quia ſubſtitutus admittitur, Rip. in l. 1. n. 155. D. de vulg. Gabr. conſ. 104. li. 1. Peregr. de iur. fiſc. li. 2. tit. 2. n. 26. Alex. Trent. dicto cap. 8. n. 7. verſ. ex ſupradictis, & dicam latius in ſequenti quæſtione.

Declaratur ſecundò, quando ſubſtitutus feciſſet ſta- 7
tui terminum ad adeundum, vel repudiandum hæreditatem antequam hæres fuiſſet negligens, quia hærede negligente, vel repudiante, tranſiret hæreditas ad fiſcū, Bart. in l. ſequens. circa principium, D. ad Sillanian. Intrigl. dicta quæſt. 33. n. 7.

Declaratur tertiò, quando inſtitutus repudiauit an- 8
tequam efficeretur indignus, quia tunc ſubſtitutus admittitur, Intrigl. qui alios refert dicta quæſt. 33. n. 11.

Declaratur etiam ſecundū diſtinctionem Bar. in l. 1. 9
C. de his quib. vt ind. quē refert. Rip. in d. l. 1. n. 155. in fine, D. de vulg. & vide Odd. loco ſupra citato, & vide aliam diſtinctionem relatam ab Intrigl. d. quæſt. 33. n. 11. & quæ ſcripſit Peregr. de iur. fiſc. li. 2. tit. 2.

SVMMARIVM.

1 Vulgariter ſubſtitutus excludit fiſcum, quando inſtitutus eſt incapax, contra n. 2.

Ampliatur, & ſi agatur de vulgari comprehenſa in compendioſa, n. 3.

Limitatur quando ſtatutum diſponeret inſtituto exiſtente incapace bona eſſe confiſcanda, etiam ſubſtituto dato, n. 4. declara n. 5.

6 Vxor, ſi inſtituat ſecundum maritum, & illi det ſubſtitutum, bona deferuntur filijs primi matrimonij excluſo ſubſtituto.

QVÆSTIO LI.

Incapa-

Incapace exiſtente inſtituto, an fiſcus, vel vulgariter ſubſtitutus admittatur?

1 SED quid in inſtituto incapace, vt qui a ſpurius,
vel forenſis, qui ex diſpoſitione ſtatuti non poteſt
ſuccedere, an fiſcus excludat ſubſtitutum vulga-
rem? Et teneas negatiuam opinionem, nã vulga-
riter ſubſtitutus admittitur, ita Bald. *in l. cum proponas,*
C. de hæred. inſtit. & ibi Iaſ. *col.* 1. Ripa *in l.* 1. *n.* 155. *D. de*
vulg. Soc. iun. *conſ.* 106. *n.* 8. *& ſeq. lib.* 1. & latè *conſ.* 3.
lib. 1. vbi loquitur de forenſe incapace inſtituto, Gabr.
conſ. 104. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 93. *nu.* 4. *conſ.* 48. *lib.* 1. vbi lo-
quitur de forenſe incapace inſtituto, *conſ.* 250. *lib.* 2. lo-
quitur de ſpurio, Dec. *conſ.* 33. *n.* 31. *& ſeq. lib.* 1. vbi pa-
riter loquitur quando relictum eſt forenſi incapaci ex
diſpoſitione ſtatuti. Men. *conſ.* 651. Odd. *in Prælud. cõp.*
par. 2. *q.* 5. *primo effectu, limit.* 5. Pręt. qui alios addit *de*
interpr. vlt. vol. fol. 235. *n.* 22. *& fol.* 188. *ante n.* 12. In-
trig. *de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 1. vbi alios addit. Theſ. *deciſ. Pe-*
demont. 127. [Idẽ voluit Pereg. *d. li.* 3. *tit.* 18. *n.* 100. vbi
teſtatur ita per conformes fuiſſe iudicatũ, & ante eum
Ruin. *conſ.* 93. *lib.* 2. cum alijs citatis ſuprà *qu.* 31. *n.* 2. &
hanc ſententiã probauit, & Odd. *conſil.* 5. *n.* 5. *& ſeqq.*]

2 Contrariam opinionem, forenſe inſtituto incapace ex
diſpoſitione ſtatuti, quod fiſcus admittatur tenet Burſat.
conſ. 37. *nu.* 17. *li.* 1. vbi tamen dicit fiſco non opponente
ſubſtitutum admitti.

3 Ampliatur, vt idem ſit quando agitur de vulgari cõ-
prehenſa in compendioſa, Ang. *conſ.* 204. *in fine, et conſ.*
ſeq. Capr. *conſ.* 2. *n.* 20. Alex. *conſ.* 6. *lib.* 6. Soc. iun. *conſi.*
106. *n.* 20. *li.* 1. *conſ.* 3. *n.* 10. *&* 12. *li.* 3. Gozad. *conſ.* 21.
n. 20. Meno. *conſ.* 551. *li.* 6. [Et ita etiam ſe habent Ruin.
conſ. 93. *n.* 1. *& ſeq. li.* 2. Hier. Gabr. *conſi.* 104. *li.* 1. Pe-
reg. *d. tit.* 18. *nu.* 100. & hanc opinionem ego defendi ſu-
per teſtamento D. Leonis Mutij de Capitaneis, qui le-
gauerat Carolo filio ſpurio aureos vigintiſex mille, &
illi ſine filijs decedenti ſubſtituerat Franciſcũ fratrem
naturalẽ, & hanc cauſã mecũ patrocinatus fuit Doctiſs.
D. Bartholomæus Stella, & ita etiam iudicatum fuit ab
Illuſtriſs. DD. Rectoribus cũ Excellent. Curia iudicibus
delegatis, ad idem videndus erit Barz. *in conſi. vnico po-*
ſito poſt eius deciſiones Bononienſes n. 80. *verſ. reliquũ*
eſt, & n. ſeq. vſque ad n. 93. & hoc conſ. pro veritate fuit
factum à pluribus Iuriſconſ. vt ibi in fine habetur, & cũ
hac opinione tranſit etiam Odd. *conſi.* 2. *n.* 5. *& ſeqq.*

Sed pulchrum oritur dubium, teſtator inſtituit filium
ſpurium, & eo ſine filijs decedente ſubſtituit Titium, in-
ſtitutio de ſpurio tanquam incapace eſt nulla, dubitatur,
an ſubſtitutus ſtatim admitti debeat, an verò expectan-
dum ſit tempus, an ex ſpurio naſcantur filij maximè ſi
eſſemus in caſu, quod iſti filij ſpurij tanquam poſiti in
conditione eſſent vocati, vel eſſent diſpoſitiuè vocati.
Hic articulus plenè fuit diſcuſſus *in d. conſ.* Barzij, &
concludit pro ſubſtituto.]

4 Declaratur non procedere, quando ſtatutum diſponit
inſtituto incapace, etiam ſubſtituto dato bona eſſe cõfi-
ſcata, prout diſponit ſtatutum Brixiæ in Ciuil. cap. 111.

5 Subdeclaratur tamen tale ſtatutum, vt ſolum habeat
locũ facta traditione incapaci, & vbi bona ipſa accepit,
aliàs ſecus, ita latè comprobat Soc. iun. *conſ.* 3. *li.* 3. & ſe-
quitur poſt Ripam relatũ Pereg. *iur. fiſc. li.* 2. *t.* 2. *n.* 19.

6 Sed quid ſi maritus inſtituatur ab vxore habente fi-
lios prioris matrimonij, & ei det ſubſtitutum, an bona
ſint deferenda filijs, vel ſubſtituto? & Surdus latè *conſi.*
250. *li.* 2. tenet ſubſtitutum excludi. [Declaratur ſecun-
dò, quando ſubſtitutio eſſet facta in fraudem, quia tunc
non ſuſtineretur, vt poſt alios ſcribit Surd. *d. conſ.* 250. *n.*
40. *verſ. quarto.*]

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus admittitur quando inſtitutio habetur pro non ſcripta.*

Limitatur, ſi inſtitutio eſt nulla errore teſtatoris, n. 2.

4 *Vulgariter ſubſtitutus admittitur, ſi turpis perſona fuit inſtituta non frater, ad cuius quærelam turpis perſona fuit excluſa.*

QVÆSTIO LII.

Inſtitutio ſi habetur pro non ſcripta, an ſubſtitutus vulgariter admittatur?

QVæro ſi inſtitutio pro nõ ſcripta habetur, an ſub- 1
ſtitutus vulgariter admittatur? Reſpondetur
admitti. Gloſſ. *in l. ex facto, la* 1. *ff. de hæred. in-*
ſtit. & ibi Bart. *& alij*, Odd. *conſil.* 10. *nu.* 4.

Limitatur ſi inſtitutio ſit nulla errore teſtatoris, quia 2
teſtator inſtituit eum tanquam filium, qui non erat fi-
lius, quia nec vulgariter ſubſtitutus admitteretur. Odd.
latè *dicto conſil.* 10. *primo dubio, per totum, vbi nu.* 54.
dicit eſſe caſum *in l. eam quam, C. de fideicom.*

Limitatur ſecundò, vt procedat, dummodò ſubſtitu- 3
tio expreſsè in forma ſit facta, alias ſecus quando plures
fictiones concurrere deberent, vt declarat Odd. *d. con-*
ſil. 10. *n.* 59. *& ſeqq.*

Sed quid ſi turpis perſona ſit inſtituta, & ob quærelã 4
fratris inſtitutus ſit priuatus hæreditate, an admittatur
frater vel vulgariter ſubſtitutus, & pro ſubſtituto extat
deciſio Senatus Pedemõtani, vt per Theſaur. *deciſ.* 127.
& deciſ. ſeqq. nu. 9. & ſecundum hanc opinionem fuiſſe
iudicatum dicit Peregr. *de iur. fiſc. li.* 3. *tit.* 18. *nu.* 100.
& latè comprobat Menoc. *conſil.* 1137. *ſecundo dubio*,
vbi etiam reſpondet ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus excludit coniunctum venientem ex iure accreſcendi.*

Maximè ſi prohibitum eſſet ius accreſcendi, n. 2.

Ampliatur & ſi coniunctus eſſet magis dilectus, vt filius teſtatoris, nu. 3. *contra n.* 4. *ſubamplia & declara num. ſeqq.*

Ampliatur etiam in tacita ſubſtitutione vulgari cõprehenſa ſub pupillari expreſſa, n. 14. *cõt. n.* 15. *lim. n.* 16

Ampliatur & ſi ſubſtitutio eſſet inutilis fauore alicuius perſonæ præteritæ, n. 17. *contra n.* 18.

Ampliatur, & ſi coniunctus reſtitueretur in priſtinum ſtatum ad omnia, nu. 19.

Ampliatur etiam in ſubſtituto dato in vſufructu, n. 20.

Ampliatur ſiue ſubſtitutio ſit facta vni ſoli, ſiue pluribus ſeparatim, n. 21.

Ampliatur & ſi vulgaris eſſet iuncta cum pupillari, vel fideicommiſſaria, n. 23.

Ampliatur idem eſſe in iure non decreſcendi, n. 24.

Limitatur, ſi ſubſtitutio eſſet nulla alia vitio quam præteritionis, n. 25. *decl. nu.* 26.

Limitatur quando coniunctus eſt etiam ſubſtitutus, quia eſt in eius libertate habere vel iure ſubſtitutionis, vel per ius accreſcendi, nu. 27.

Limitatur quando hæres ex diuerſis partibus inſtitutus in aliqua parte habet ſubſtitutum.

Limitatur ſi ſubſtitutio ſit inutilis propter non exiſtentiã ſubſtituti, vel repudiationem, n. 29. *declara n. ſeq.*

Limitatur ſi ſubſtitutio eſſet facta in totum, quia non reſoluitur in ſingularitates, ſed coniunctus admittetur per ius accreſcendi, nu. 32. *ampl. n. ſeqq.*

Limitatur quando pluribus copulatiuè eſt datus ſubſtitutus, quia vno inſtitutorum adeunte excluditur ſubſtitutus, nu. 35.

Limitatur ſi apparet teſtatorem voluiſſe inſtitutum habere totam hæreditatem, nu. 26.

Limitatur ſi ex coniecturis appareret teſtatorẽ voluiſſe coniunctum præferre ſubſtituto, num. 37.

Limitatur quando omnes conditiones ſubſtitutionis non ſint impletæ, n.38.
Limitatur vbicunque vulgaris pluribus facta non reſoluitur in ſingularitates, nu.39.
Limitatur non procedere de iure Regio Hiſpan.n.40.
41 Ius accreſcendi ceſſat quando inſtitutio eſt facta in certis bonis tantum, & adeſt vulgariter ſubſtitutus.

QVÆSTIO LIII.

Subſtitutus vulgaris an præferatur coniuncto, an verò coniunctus mediante iure accreſcendi excludat ſubſtitutum?

1 FRequens eſt quæſtio, an ſubſtitutus præferatur
coniuncto, an verò, coniunctus mediante iure
accreſcẽdi excludat ſubſtitutum? Et ſubſtitutum
præferri probatur *in l.fin.in princip.ff.de vulg. & pup.
l.2.§.ſi duo, ff.de bon.poſſ.ſec.ab.l.vnica, §.in primo, &
§.pro ſecundo, C.de cad.toll.*

Et ſcribunt Bart.*in l.re coniuncti, n.33.ff.de leg.3.*&
ibi Cret.*n.48.*Iaſ.*n.154.*Ruin.*n.5.* Rip.*nu.*125.& alij
communiter. Doct.*in l.1.ff.de vulg.*vbi Iaſ.*nu.*44.Rip.
*n.*180. Ang.*in l.1.§.fin.ff.de vulg.*Bal.*in l.quidã eulogio,
C.de iur.delib.*& ibi Salic.& alij Dec. *in l.cum quidam,
n.5.C.de impub. & al.ſubſt.*Cagnol.*in l.vnica, n.54.C.
quando non pet.part.*Dec.*in Rub.C.quando non pet.par.
vlt.lect.nu.*8 & ibi Bologn. *nu.*12.

Et conſulendo Caſtr.*conſ.*114.*lib.* 1. Roman.*conſi.*
131.Alex.*conſ.*38.*lib.*1.*& conſi.*92.*lib.*3. Corn.*conſil.*
39.*lib.*2.Bolog.*conſ.*66. Purp.*conſ.*546.*nu.*10.Soc.ſen.
*conſ.*67.*lib.*4.Bero.*conſ.*66.*n.*20.*&* 33.*lib.*2.Nat.*conſil.*
306.*nu.*2.*lib.*2.Eugen.*conſ.*12.*n.*46.Menoc.*conſil.*
50.*n.*14.vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſ.*
797.*n.*24.*& n.*52.Odd.*conſi.*10.*n.*47.*conſil.*39.*nu.*61.
Surd.*conſil.*458.*nu.*22.*li.*4.

Et in tractatibus Aret.*de vulg.nu.*17.Leon.*de vulg.
n.*140.Polit.*de vulg.n.*51.Craſſ.*in §.ius accreſcendi, q.*
14.*& in §.ſubſtituto, q.*13.*n.*1.vbi dicit eſſe receptiſſimam
ſententiam, Vaſq.*de ſucceſſ.progreſſ.li.*2.*in præf.
n.*1.*& ſeq.*vbi plures refert, & teſtatur de cõi opinione.
Odd.*in prælud.de compend.par.*2.*q.*6.*verſ.primus, &
q.*5.*in* 6.*effectu,*Gall.*de except.ſucceſſ.tit.*2.*except.*3.
*n.*62.*par.*3.Mant.*de coniect.vlt.volunt.lib.*4.*tit.*11.*n.*
15.*& lib.*11.*tit.*5.*n.*1.Pereg.*de fideicomm.art.*9.*n.*13.
*& tract.de iur.fiſc.li.*3.*tit.*18.*nu.*100.Meno.*li.*4.*præſump.*87.Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.*241.*nu.*58.Alex.
Trent.*de ſubſt par.*1.*cap.*15. vbi dicit eſſe communem
opinionem, Surd.*de alim.tit.*2.*qu.*15.*nu.*220.Intrigl.*de
ſubſt.cent.*1.*q.*15.Did.Spin.à Carcer. *in Spec.teſta.tit.
de ſubſt.n.*11.*& tit.de vulg.nu.*22.

Et in Deciſionibus Mago.*deciſ.Florent.*4.*n.*4.vbi teſtatur
eſſe communem opinionem Surd.*deciſ.*54.*et deciſ.*152.Farin.*deciſ.Rom.*463.Laur.*deciſ.Auen.*4.*n.*12.

2 Maximè procederet, quãdo teſtator prohibuiſſet ius
accreſcendi, Angel.*in l hæredes mei, §.cum ita, n.*3.*ff.ad
Trebell.*& ibi Soc.iun.*n.*979.Menoch. *d.præſumpt.*87.
*ante n.*5.Mantica *d.tit.*11.*nu.*30.

3 Ampliatur primò, & ſi coniunctus eſſet magis dilectus,
vt quia filius teſtatoris, Iaſ.*in l.ſi poſthum.§.quod
vulgo in fine, ff.de liber.& poſthum.* Ripa *in l.*1.*n.*181.
*ff.de vulg.*Zanch.*in l.hæredes mei, §.cum ita, n.*887.*ff.
ad Trebell.*Craſſ.*d.q.*13.*nu.*2.vbi teſtatur de communi
opinione Odd.*d.par.*2.*q.*5.*effectu* 6. Alex.Trent.*d.cap.*
15.*n.*7.Intrig.*d.q.*15.*n.*8.Laur.loquitur in his terminis
*d.deciſ.*4.*n.*12.Surd.*deciſ.*54.*n.*2.

4 Contrariam opinionẽ, quando ſubſtitutus eſt extraneus,
probarunt & melius Bart. *in l.quidam teſtamento,
ff.de vulg.*& ibi Imol.& Alex.Bart.*in l.fin. C.de inſt.&
ſubſtit.*Bolog.*conſi.*66.*n.*3.Bero.*conſil.*57.*nu.*25.*lib.*2.
Odd.*conſ.*10.*n.*49.Bardello.*conſ.*16.*n.*12.*& ſeq.*Leon.
*de vulg.n.*143.Odd.*in Præl.de compen.par.*2.*q.*6.*ante
n.*4.Mantic.*d.tit.*11.*n.*21.Menoc.*d.præſump.*87.*nu.*9.
Intrigl.*d.cent.*1.*q.*40.*n.*27.& alij relati infra, *n.*7.

Et ampliatur iſta ſecunda opinio, etiam quod ſubſtitu- 5
tio ſit facta per diſtributiuam hoc modo, vt cuilibet inſtitutorum
ſubſtituo Titium, Alex.*conſil.*175.*n.*8.*li.*5.
Bardel. *conſ.*16.*n.*15.Pereg.*de fideic.art.*13.*n.*31.*et ſeq.*

Tenendo primam opinionem.

Limitatur in tacita vulgari, Rip.*in l.*1.*num.*181.*ff.de* 6
vulg.& ibi Alciat.*n.*89 Zanch.*d.§.cum ita, n.*888. Bardel.
*conſ.*16.*n.*13.Odd.*dicto ſexto effectu* Alex.Trent.
*dicto c.*15.*n.*7.Intrig.*dicta q.*25.*n.*9.Surd.*deciſ.*54.*n.*3.

Contrariam opinionem probauit Laur.*dicta deciſ.*4. 7
*nu.*12.vbi etiam teſtatur cauſam fuiſſe deciſam ad fauorem
ſubſtituti, Menoch. *conſil.*797.*in fine*, vbi allegat.
Ruin. *conſil.*28.*n.*5.*lib.*2.

Aduerte tamen circa iſtam limitationem, quę ſit per- 8
ſona, de cuius excluſione agitur, an filius, vel fratres, vel
mater, & vide an per tacitam ſubſtitutionem excludatur,
vt dicam alibi.

Tenendo ſecundam opinionem.

Subampliatur, & ſi ſubſtitutio eſſet facta verbis ſepa- 9
ratiuis. Bald.*in l.penult.n.*2.*C.de imp.& al.ſubſtit.*Rip.
*in l.nume.*103.*ff.de vulg.* Alex.*conſil.*275.*lib.*5.Zaſ.*de
vulg.cap.*11.*nu.*6.Craſſ.*in §.ſubſtitutio, q.*15.*n.*3.vbi dicit
ab hac ſententia non eſſe recedendum. Odd.*in prælud.de compend.par.*2.*qu.*6.*ante num.*4. Intrigl. *de ſubſtit.cent.*1.*qu.*26.*n.*23.

Et illa prædilectio in alijs ſanguine cõiunctis præter 10
liberos non poteſt conſiderari, nec preſumitur quod teſtator
eos voluerit præferre ſubſtituto, Surd.*deciſ.*54.*n.*
2.*& 3.*Menoch.*li.*4.*præſumpt.*62.*n.*36. *& præſumpt.*
186.*n.*19.Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.*48.*nu.*19.in quibus
locis alij eiuſdem opinionis congeruntur.

Contrariam opinionem, quod immo quælibet perſo- 11
na, quę teſtatori ab inteſtato ſuccederet, excludat ſubſtitutum
ex præſumpta mente teſtatoris, probarunt Imol.
Barbat.Soc.Dec.& Curt.iun. quos citauit Mãdel.*conſ.*
121.*n.*4.*& conſ.*765.*n.*42. vbi de fratre teſtatoris & de
patre idem tenet Bardel.*conſ.*16.*n.*16.& multis ſequentibus,
Gozad.*conſ.*67.*nu.*11.*in fine.*Crauet.*conſ.*109.*n.*
3.Vitalob.*commun.opin.littera S, n.*58. Ruin.iun.*conſ.*
267.*n.*10.Decian. *conſ.*86.*n.*68.*lib.*4.

Maximeque iſta opinio procederet, quando iſta per- 12
ſona, quæ ab inteſtato ſuccedere, fuit a teſtatore inter
primos hæredes nominata. Mandel.*dicto conſil.*121.*n.*
4.Bardel.*conſ.*16.*nu.*16.*ad medium.*

Et etiam prima opinio locum tantum haberet in te- 13
ſtatore qui habebat liberos, vel poterat habere, alias ſecus,
quia tunc cenſetur omnem amorem tranſtuliſſe in
ſucceſſores ab inteſtato. Bardel.*conſ.*16.*n.*16. *verſ.reſpondetur
ſecundo.*

Ampliatur ſecundò, etiam in tacita ſubſtitutione vul- 14
gari comprehenſa ſub pupillari expreſſa, *l.fin.C.de hæred.inſt.*
Bart *in l.re coniuncti, col.*11.*verſ.*3.*quæro, ff.
de le.*3.& ibi Iaſ.*n.*134.Cret.*col.*18.& Rip.*n.*124.Bal.
*in l.vnica, n.*53.*C.de hæred.inſt.*& ibi Alex.*n.*..Iaſ.*n.*9.
Bald.*in l.fin.C.de inſt.& ſubſt.* & ibi Iaſ.*n.*..Decian.*in
fin.*Iaſ.*in l.ſi duobus, §.fin. De leg.* 1.Rip.*in l.*1.*nu.*181.
*D.de vulg.*Bolog.*in ruber.C.quand.non pet.par.nu.*42.
*in fin.*Zanch.*in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.*888. *D.ad
Trebell.*Ruin.*conſ.*28.*col.*2.*li.*2. Alciat.*conſ.*40.*n.*2.*li.*
9.Odd.*conſ.*39.*n.*61.Gomez.*li.*1. *Var. Reſol.ca.*3.*nu.*
28.& ibi Soarez *in addit.num.*62.teſtatur de communi
opinione. Craſſ.*in §.ſubſtitutio, quæſt.*13. *num.*2.vbi de
communi opinione teſtatur Odd.*in prælud.de compẽd.
par.*2.*qu.*5.*effectu ſexto.*Vaſq. *li.*2.*de ſucceſſ.progreſ.
in Præfat.num.*15. *& ſeqq.*vbi latè diſputat & teſtatur
hãc eſſe communem opinionem, Pereg.*de fideicommiſ.
art.*9.*nu.*13.Menoch.*dicta præſumpt.*87.*n.*5. Alexand.

Trent.

Trent. dicto cap. 15. n. 3. vbi dicit eſſe communem opinionẽ, Mant. d. tit. 11. n. 17. Intrig. d. q. 25. n. 7. vbi dicit eſſe communem opinionem, Gall. de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 3. n. 65. par. 3. Laur. deciſ. Auen. 4. n. 12.

15 Contrariam opinionem tenuit Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n... ff. de lib. & poſth.

16 Limitatur iſta ampliatio, quando alia adminicula cõcurrerent, vt in caſu l. fin. C. de. inſt. & ſubſtitut. & ibi Bart. num. 6. Caſtr. nu. 5. Iaſ. nu. 6. Menoch. d. præſũpt. 87. num. 11.

17 Ampliatur tertiò, & ſi ſubſtitutio eſſet inutilis fauore alicuius perſonæ præteritæ, quia teſtamentum annullaretur, etiam reſpectu iuris accreſcendi. Doct. in Auth. ex cauſa, C. de liber. præter. Bart. in l. pen. n. 3. ff. de iniuſt. rup. irr. teſt. & ibi Bald. Imol. in l. quoties, §. ſi duo, ff. de hæred. inſt. Aret. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. Soc. ſen. in l. 1. n. 48. ff. de vulg. Ruin. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n... ff. de liber. & poſthum. Polit. in l. re coniuncti, n. 59. ff. de legat. 3. Bolog. in Rub. C. quan. non pet. part. n. 42 in fine. Zanch. d. §. cum ita, n. 890. Corn. cõſil. 239. n. 2. li. 2. Polit. de vulg. tertio effectu nu. 23. Duar. tract. de iure accreſc. li. 2. c. 16. verſic. igitur dicamus, Vaſq. loco ſupra citato, n. 20. & ſeq. & n. 80. Mãt. d. tit. 11. n. 18. Menoch. d. præſ. 87. n. 3. Craſſ. d. q. 13. num. 3. Gallus. d. tit. 2. except. 3. n. 66. & ſeq. par. 3.

18 Cõtrariam opinionem probauit Alex. Trent. de ſubſtit. par. 1. cap. 15. n. 9. & ſeq.

19 Ampliatur quartò, & ſi coniunctus reſtitueretur ad omnia in priſtinum ſtatum, Vaſq. loco ſupra citato, n. 74. vbi declarat.

20 Ampliatur quintò, etiam in vſufructu locum habere, quia ſi in vſufructu ſit datus ſubſtitutus vulgaris, & inſtitutus in vſufructu etiam poſt agnitionem moriatur ſubſtitutus admittitur. Alex. in l. 1. col. 14. ff. de vulg. & pupill. & ibi alij, Vaſq. loco ſupra citato n. 76.

21 Ampliatur ſextò, ſiue ſubſtitutio eſſet facta vni ſoli, ſiue pluribus ſeparatim, quia tunc reſoluitur etiam ſubſtitutio vulgaris in ſingularitates, & coniunctus excluditur, Zanch. d. §. cum ita, nu. 884. & in iſtis terminis loquuntur Doctores, qui dicunt ſubſtitutum excludere coniunctum.

22 Ampliatur ſeptimò etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutione, Vaſq. loco ſupra citato, n. 79.

23 Ampliatur octauò, & ſi ſubſtitutio vulgaris eſſet iuncta cum pupillari, vel fideicommiſſaria, Zanch. d. §. cum ita, n. 890. in fine.

24 Ampliatur nonò, idem eſſe in iure non decreſcendi, Mantica d. tit. 11. n. 20. Intrig. d. quæſt. 25. n. 10. Bolog. conſil. 66. num. 6.

25 Declaratur primò concluſio principalis, vt non procedat, quando ſubſtitutio eſſet nulla alio vitio quàm præteritionis, quia tunc coniunctus admittitur, Bald. & alij ſupra relati, n. 11. Craſſ. d. q. 13. n. 9. Mãtica d. tit. 11. n. 18. Menoch. d. præſump. 87. n. 4. Alex. Trent. d. c. 15. n. 8. Intrigl. d. q. 25. n. 12. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 2. n. 68. & ſeq. part. 3.

26 Subdeclaratur ſecundum Odd. d. q. 5. in fine, & Intr. d. q. 25. n. 15. vbi diſtinguit tres caſus.

27 Declaratur ſecundò, quando coniunctus eſt etiam ſubſtitutus, quia tunc per ius accreſcendi admittetur, & eſt in eius facultate habere vel iure coniunctionis, vel ſubſtitutionis. Bald. in l. teſtamẽto n. 1. C. de impu. & al. ſubſtit. & ibi Iaſ. & Dec. n. 15. Bald. in l. pen. ff. de iniuſ. rup. irr. teſtam. Bart. in d. l. re cõiuncti, n. 37. ff. de le. 3. & ibi Iaſ. n. 162. & Rip. n. 137. vbi dicit eſſe communem opinionem, Bolog. in rubr. C. quan. non pet. part. nu. 43. Zanch. d. §. cum ita, n. 761. & n. 886. Mant. dicto tit. 11. n. 24. Menoch. dicta præſumpt. 87. n. 8. Alex. Trent. dicto cap. 15. vbi dicit eſſe cõmunem opinionem, & n. 18. Intrig. d. quæſt. 25. n. 19. Gallus dicto tit. 2. except. 3. nu. 70. par. 3. Farinac. deciſ. Rom. n. 463.

28 Declaratur tertiò, quando hæres ex diuerſis partibus inſtitutus, in aliqua parte habet ſubſtitutum, & in ea parte, in qua ſubſtitutum non habet, hæreditatem adit, nam tunc alia pars excluſo ſubſtituto illi accreſcit, Bart. in l. ſi ſolus, ff. de acquir. hæredit. Iaſ. in l. vnica, n. 11. C. quan. non pet. part. Menoch. dicta præſumpt. 87. n. 10. Mantic. dicto tit. 11. n. 22. Odd. in prælud. cõpend. par. 2. q. 5. verſ. quarto, Intrigl. dicta q. 25. n. 18.

29 Declaratur quartò quando ſubſtitutio eſſet inutilis propter non exiſtentiam ſubſtituti, vel repudiationem, quia coniunctus admittatur. Zanch. d. §. cum ita, n. 889. Ruin. conſ. 131. col. 5. & ſeq. li. 3. Soc. iun. conſil. 139. 2. dub. li. 1. Craſſ. dicto §. ſubſtitutio, q. 13. n. 3. Mant. dicto tit. 11. n. 18. vbi alios addit, Pereg. dicto art. 9. n. 13. Intrigl. dicta q. 25. num. 12.

30 Subdeclaratur ſecundum diſtinctionem Intrigl. dicta q. 25. n. 12. & ſeqq.

31 Idem eſt in legatis, & fideicommiſſis ſi eſſet datus ſubſtitutus, & ſubſtitutio eſſet inutilis, quia admittitur coniunctus excluſo hærede grauato. Cuman. dicta l. re coniuncti, ff. de leg. 2. & ibi Crott. & Iaſ. Alex. cõſ. 109. lib. 2. Pereg. dicto art. 9. n. 13. in fine.

32 Declaratur quintò, quando ſubſtitutio eſſet facta cum dictione, totum, quia tunc non reſoluitur in ſingularitates ſubſtitutio, licet in diuerſa oratione eſſet facta, ſed coniunctus admitteretur per ius accreſcendi. Ang. in l. hæredes mei, §. cũ ita, ff. ad Trebel. & ibi Imol. Alex. & Zanch. n. 891. Alex. conſ. 38. col. 2. conſ. 91. col. 6. & ſeq. li. 1. Iaſ. conſ. 41. li. 2. Corn. conſ. 298. col. 4. & ſeq. li. 4. Bellon. conſil. 82. col. 10. Odd. in prælud. de comp. par. 2. q. 6. n. 3. verſic. limitatur ſecundo, Intrig. de ſubſtit. cent. 1. q. 46. n. 25.

33 Maximè ſi ab vltimo moriente, & in tota eſſet facta, Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 20. ff. ad Trebell. Alciat. in l. vel ſingularis, n. 3. ff. de vulg. Menoch. lib. 4. præſumpt. 61. n. 2. vbi alios addit.

34 Ampliatur etiam in ſubſtitutione facta in legatis Zanch. in dicto §. cum ita, nu. 891. Corn. conſil. 298. col. 5. lib. 4.

35 Declaratur ſextò, quando pluribus copulatiuè inſtitutis ſit datus ſubſtitutus, quia tunc ſi vnus inſtitutorum adeat, excluditur ſubſtitutus, l. quamuis, C. de imp. & al. ſubſt. Bart. in l. quidam teſtamento, ff. de vul. & ibi alij eum ſequuntur. Caſt. in l. ſi is, §. itẽ ſi pater, ff. de reb. dub. & ibi Soc. ſen. idem Soc. ſen. in l. 1. qu. 2. quæſtionis 5. principalis, ff. de vulg. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. li. 2. in Præfat. n. 8. Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 13. in fine, vbi teſtatur de communi opinione, Intrig. dicta qu. 25. num. 17. De hac declaratione, vide dicta ſequenti quæſtione.

36 Declaratur ſeptimò, vt non procedat, quando appareret, teſtatorem voluiſſe inſtitutum alterum habere totam hæreditatem, Odd. dicta qu. 6. ante nume. 4. Intrig. de ſubſt. cent. 1. qu. 46. nu. 24. Magon. deciſ. Florent. 4. nu. 29. & nu. 38.

37 Declaratur octauò non procedere, vbicumque aliquibus coniecturis appareret, teſtatorem voluiſſe præferre coniunctum ſubſtituto, l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & ibi Bart. n. 2. Imol. Alex. & Iaſ. nu. 2. Bart. in l. re coniuncti, n. 31. ff. de leg. 3. Soc. ſen. in l. 1. n. 48. ff. de vul. & ibi Rip. n. 182. Bolog. conſil. 66. n. 3. Bero. conſil. 11. n. 24. & 28. li. 2. Odd. dicto ſexto effectu, Mant. dicto tit. 11. n. 21. Menoch. dicta præſump. 87. nu. 7. Alex. Trent. dicto ca. 15. n. 17. Intrig. dicta qu. 25. n. 11. Duar. tract. de iur. accreſc. lib. 2. capit. 16. Ant. Fum. in tract. de coniunct. rub. ſi verò ex coniunctis, nu. 7. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 3. nu. 71. Surd. deciſ. 54. n. 6. 19.

38 Declaratur nonò non procedere, quando omnes cõ-

ditiones ſubſtitutionis non fuiſſent impletę, quia tunc non poteſt ſubſtitutio locum habere, & ideo ſubſtitutus non erit admittendus, *l. penult. de imp & al ſubſtit.* & ibi Doct. Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi Rip. *n.* 111. *&* Soc. iun. *n.* 7. Mant. *de conect. vl. volun. lib.* 10. *tit.* 11. *n.* 27. quos refert, & ſequitur Gal. *dicta except.* 3. *n.* 72.

39 Declaratur decimò, quādo eſſemus in caſibus, quod vulgaris pluribus facta non reſolueretur in ſingularitates, vt dicam ſeq. quæſtione, & tradit Bardel. *conſil.* 16. vbi loquitur in ſubſtitutione facta per diſtributiuam, quæ reſoluebatur in couiunctam.

40 Declaratur vndecimò non procedere de iure. Regio Hiſpan. vt dcit Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de ſubſtit. n.* 12.

41 Sed quid ſi inſtituti eſſent in certis bonis tantum inſtituti, & ſic per taxatiuam, an ius accreſcendi excludatur in caſibus, in quibus aliàs admitterentur, videantur Surd. *deciſ.* 152. Bardel. *conſil.* 16. *n.* 32. *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 Vulgaris ſubſtitutio pluribus facta non reſoluitur in ſingulariter, contra n. 2.

Maximè ſi ſubſtitutio eſt facta per copulam, n. 3. *contra n.* 4. *declara n. ſeq.*

Ampliatur, & ſi teſtator ſimpliciter, & indefinitè pluribus inſtitutis ita dixit, & ſi hæredes non erūt ſubſtituo Caium, n. 10 *contra n.* 11. *declara n. ſeq.*

Ampliatur, & ſi teſtator vſus ſit verbo collectiuo, ſic ſi vterque hæres non erit, vel ſi ambo, vel ſi oēs, quia coniunctus tunc excludet ſubſtitutum, nu. 15. *contra nu.* 16. *declara n. ſeq.*

Ampliatur, & ſi pia cauſa ſit ſubſtituta, n. 19. *contra numer.* 20.

Ampliatur, & ſi in legatis ſit facta ſubſtitutio n. 21.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris, n. 22.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit facta his verbis, ſi quilibet hæres non erit, quia vno adeunte excluditur ſubſtitutus, n. 23.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio poſt duos heredes ita ſit, ſi primus, itē ſecundus hæres, nō erit, ſubſtituo Titium, quia in ſingularitates non reſoluitur, n. 24.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit facta implicatiuè, ſic, ſi primus, ſecundus etiam hæredes nō erunt ſubſtituo, &c. quia in ſingularitates nō reſoluitur, n. 25.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit facta hoc modo, ſi primꝰ, ſecūdus ſimiliter hæredes nō erūt ſubſtituo, n. 26

Idem ſi dictum ſit, ſi primus, ſecundus verò hæredes non erunt, n. 27.

Ampliatur ſi teſtator duobus inſtitutis poſt eorum mortē ſubſtituit eorū liberos, nam ſi vnus ſit mortuus ante teſtatorem, cum filijs mortuo teſtatore ſuperſtes in totum ſuccedet, excluſis liberis præmortui, n. 28. *decl. num.* 41.

Limitatur, ſi ſubſtitutus eſſet & coniunctus, quia excludet coniunctum tantum, n. 42. *contra nu.* 43.

Limitatur ſi ſubſtitutio ſit facta alternatiuè, quia reſoluitur tunc in ſingularitates, n. 44. *contra nu.* 45 *declara n. ſeqq.*

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta alternatim hoc modo, ſi Titius hæres non erit, aut Seius hæres non erit ſubſtituo, n. 52 *decl. ibid.*

Limitatur ſi ius accreſcēdi eſſet prohibitū, n. 53. *et ſeq*

Limitatur quando ſubſtitutio eſſet facta per diſtributiuam & particulariter, vt ſi dixit, ſi quis veſtrū, vel ſi alter veſtrum hæres non erit, ſubſtituo &c. quia reſoluitur in ſingularitates, n. 55. *decl. n. ſeq.*

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta per relatiuum, ſic, inſtituo Titium, & Seiū, quibus ſubſtituo, &c. quia reſoluitur in ſingularitates, n. 57. *contra alij ibid. declara n.* 58.

Limitatur, ſi teſtator inſtituit primum, ſecundum, & tertium, & ſi primus, ſecundus, hæres nō erit ſubſtituo tertium cohæredem, n. 59. *contra n.* 60.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta ſeparatim, & ſingulariter, quia reſoluitur in ſingularitates, n. 61. *decl. n. ſeq.*

30 Conditio ad plures relata debet habere omnium concurſum.

33 Filii præſumuntur prædilecti in portione patri relicta ſubſtituto.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta poſt mortem omnium, n. 28. *&* 34.

35 Vulgaris ſubſtitutio tollit ius accreſcendi.

Intellige verum, dummodo eueniat caſus ſubſtitutionis, alius ſecus, n. 36.

38 Subſtitutio reſoluitur in ſingularitates, ſi æquitas ita ſuadet.

40 Aequalitas, vt ſeruetur etiam inter tranſuerſales ſit interpretatio.

Limitatur quando tranſuerſales ſunt impares, n. 41.

54 Ius accreſcendi non dicitur prohibitum, niſi expreſſè dicatur.

QVÆSTIO LIV.

Subſtitutio vulgaris pluribus facta, an reſoluatur in ſingularitates?

Elegans eſt quæſtio, an ſubſtitutio vulgaris pluribus facta reſoluatur in ſingularitates? Facienda autem eſt regula, quod ſubſtitutio nō reſoluitur, ſed ad hoc, vt ſubſtitutus admittatur, requiritur quod oēs inſtituti non poſſint, vel nolint eſſe hæredes, & quouſq; vnus adit, habet etiam portionem cohæredis iure accreſcendi, *l. quamuis, C. de imp. & al ſubſt.* & ibi Gloſ. Bart. & Caſtr. Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Imol. *col.* 3. Caſtren. *col. pen.* Socin. iun. *numer.* 72. & Zanch. *numer.* 893. Bartol. *in l.* 1. *ff. de vulg.* & ibi Imol. Socin. ſen. *num.* 51. Ripa *num.* 190. Bartol. *in l. penult. ff. de iniuſ. rup. & irr. teſt.* & ibi Caſtr. Corn. *in l. pen. C. de imp. & al ſubſt.* & ibi alij, Caſtr. *in l. quidam teſtamento, ff. de vulg.* Crott. *in l. re coniuncti, n.* 563. *ff. de leg.* 3. Caſtr. *in l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub.* & ibi Soc. ſen. Imol. *in cap. Raimutius, in materia vulgaris, ext. de teſt.* Calc. *conſ.* 105. *col.* 1. Corn. *conſ.* 298. *col.* 3. *li.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionē, Soc. ſen. *conſ.* 94. *col. pen. li.* 4. Ruin. *conſ.* 52 *col.* 1. *li.* 3. Pariſ. *conſ.* 18. *ſecundo dubio, li.* 2. *& conſ.* 44. *li.* 3. Menoc. *conſ.* 661. *ante n.* 14. *conſ.* 797. *n.* 3. *& per totum,* vbi latè comprobat Capr. *de ſubſt. comp. n.* 166. Gomez. *tom.* 1. *Reſol. c.* 3. *n.* 25. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. li.* 2. *in Præfat. n.* 8. *& §.* 24. latiſſimè, vbi dicit eſſe communem opinionem, *& n.* 7. plures refert Craſ. *in §. ſubſtitutio. q.* 15. *n.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 4. *ti.* 11. *n.* 25. *& ſeq. & li.* 11. *tit.* 5. *n.* 3. vbi dicit eſſe receptiſſimā ſententiā, Menoch. *li.* 4. *præſ.* 87. *n.* 11. *& ſeq. & præſ.* 61. *n.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 1. *cap.* 17. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, nec ab ea iudicando recedendum eſſe, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 21. *n.* 21. *& q.* 46. *n.* 6. *& ſeq. & cent.* 3. *q.* 48. *n.* 5. Peregr. *de fideic. art.* 13. *n.* 19. *&* 26. vbi teſtatur de communi opinione. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſt. tit. de vulg. nu.* 21. vbi dicit eſſe communem opinionem, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 18. *n.* 45. *par.* 2. 1

Contrariam opinionē tenuerunt Bald. *in l. pen. ff. de iniuſ. rup. irr. teſt.* & ibi Alex. Ang. *in l. hæredes mei, §. cū ita, ff. ad Trebell.* & ibi Alex. Iaſ. *in l.* 1. *ff. de vulg.* Fachin. *li.* 4. *Controuerſ. iur. c.* 72. & vide dicta infra *n.* 10. 2

Tenendo primam opinionem communem.

Maxi

3 Maximè procederet, ſi ſubſtitutio eſt facta per copulam, hoc modo, Titium, & Seium inſtituo, & ſi Titius, & Seius hæredes non erunt, Caius hæres eſto, quia tūc non reſolueretur in ſingularitates, ſed coniunctus admitteretur, Gloſ. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſt. Bart. in l. hæredes mei, §. cū ita, n. 5. ff. ad Trebel. & ibi Caſtr. n. 4. Soc. iun. n. 72. Ripa. n. 102. & ſeqq. vbi teſtatur de communi opinione, Zanch. n. 893. & 897. Bart. in l. quamuis, nu. 2. C. de impub. & al. ſubſtit. & ibi Angel. Salic. & Caſtr. Bald. in l. falſa, §. fin. ff. de condit. & demonſtr. & ibi Imol. Bar. in l. 1. n. 48. ff. de vul. & ibi Soc. iun. n. 51. Bart. in l. pen. ff. de iniuſ. rup. irrit. teſtam. & ibi Ang. & Caſtr. Bald. in l. pen. C. de impub. & al. ſubſti. & ibi Salic. Fulgoſ. Corn. & Dec. Caſtr. in l. quidam teſtamento, n. 2. ff. de vulg. Cuman. in l. Lucius à Caio, ff. ad Trebell. Caſtr. in l. ſi is qui ducenta, §. fin. ff. de reb. dub. & ibi Soc. ſen. Imol. in c. Rainutius, ext. de teſta. Alex. conſ. 38. n. 3. li. 1. Ruin. conſ. 52. li. 3. Meno. conſ. 797. n. 4. Bero. conſ. 66. n. 22. & n. 34. li. 2. Capr. de ſubſt. cōp. n. 166. Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 15. n. 2. Vaſq. d. §. 24. n. 12. Mant. d. li. 4. tit. 11. n. 25. verſ. idem, vbi dicit eſſe communem opinionem & li. 11. tit. 5. nu. 8. Meno. dicta præſumpt. 87. n. 12. Alex. Trent. d. cap. 17. n. 12. & ſeq. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. d. quæſt. 25. n. 22. & d. q. 46. n. 7. & centur. 3. quæſt. 48. n. 5. Pereg. d. artic. 15. n. 19. & n. 61. vbi teſtatur de cōmuni opinione, Gallus de except. 18. nu. 45.

4 Contrariam opinionem probarunt Imol. in d. l. cum ita col. pen. & ibi Alex. colum. 10. & ſeq. Arc. in §. ſingulis, col. 2. Inſtit. de pup. Alexand. dicta l. quidam teſtamento, ff. de vul. Iaſ. d. ēta l. 1. in fine, ff. de vulg. Crottus d. ēt. l. re coniuncti, n. 169. & ſeq. ff. de legat. 3. Polit. de vul. quæſt. 25. Odd. dicta quæſt. 6. n. 45.

Hanc ſecundam opinionem ſi tenere velles.

5 Limitatur primò, ſi extraneus eſſet ſubſtitutus filijs teſtatoris, ita doctores ſe declarant, prout dixit Zanch. d. §. cum ita, n. 899. ff. ad Trebell.

6 Limitatur ſecundò, quando per copulatiuam negatiuam eſſent copulati, hoc modo, ſi neque Titius, neque Seius hæredes erunt, Sempronium ſubſtituo, Zanch. d. §. cum ita, nu. 900. poſt Imol. relatum, Vaſq. d. §. 24. nu. 13. 35. & ſeq. Odd. d. quæſt. 6. n. 6.

7 Contrariam opinionem probauit Intrigl. d. quæſt. 22. num. 22. vbi plures alios citat.

8 Limitatur tertiò, ſi dictum eſſet, ſi inſtituti hæredes non erunt, vel ſi prædicti hæredes non erunt, vel ſi vterque, vel ſi ambo heredes non erunt, in his caſibus ſubſtitutus non admittetur, niſi omnibus deficientibus Vaſq. d. §. 24. n. 13. 37. 39.

Tenendo autem primam opinionem communem.

9 Limitatur quando ſubſtitutus fuiſſet vnus ex pluribus hæredibus ſcriptis, ſi etiam alij non ſint futuri hæredes, ſi aliter repudiauit, ſubſtitutus & pariter coniūctus admittitur, Corneus. in l. penultima, n. 4. C. de impuber. & al. ſubſtit. Crottus. dicta l. re coniuncti, n. 170. in fine, ff. de legat. 3. Mantica dicto li. 4. tit. 11. num. 26. Intrigl. dicta quæſt. 25. num. 24.

10 Ampliatur primò communis opinio in puncto principali, vt procedat etiam, quando teſtator ſimpliciter, & indefinitè pluribus inſtitutis, ita dixit, & ſi hæredes nō erunt, ſubſtituo Caium, quia nec tunc reſoluitur in ſingularitates, Bart. in d. §. cū ita, n. 5. & ibi Caſtr. n. 4. Soc. iun. n. 72. & ſequenti. Ripa n. 95. vbi de communi opinione teſtatur Zanc. num. 893. & ſeqq. & alij communiter, Gloſ. in l. quamuis, C. de impuber. & al. ſubſtit. & ibi Bartol. & Caſtrenſ. Caſtr. in l. penultima, ff. de iniuſt. rup. irrit. teſtam. Corn. in l. penult. C. de impuber. & al. ſubſtit. Caſtrenſ. in l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de rebus dub. & ibi Socin. ſen. Bart. in l. 1. num. 48. ff. de vulg. & ibi Iaſ. n. 67. Soc. ſen. n. 51. Ripa n. 190. Caſtrēſ. in l. quidam teſtamento. ff. de vul. Crottus in l. re coniūcti, n. 169. ff. d. legat. 3. Gul. Bened. in cap. Rainutius, in materia vulgaris, n. 128. extra de teſtamen. Craſſ. in §. ſubſtitutio, quæſtio. 25. vbi dicit eſſe communem opinionem, Mant. d. li. 4. tit. 11. nu. 25. vbi dicit eſſe communē opinionem, & lib. 11. tit. 5. n. 3. verſic. primus, Vaſq. dicto §. 24. n. 34. vbi dicit eſſe cōmunem opinionem, Menoch. d. præſumpt. 87. n. 11. Alex. Trent. dicto cap. 17. n. 18. & 21. vbi dicit communem opinionem, Intrigl. dicta quæſt. 46. num. 14. & Peregr. dicto art. 13. num. 19.

11 Contrariam opinionē tenuerunt Bald. in l. penul. C. de impuber. & al. ſubſtit. Angel. d. l. hæredes mei, §. cum ita col. 2. ff. ad Trebell. & ibi Imol. penul. Alex. col. 8. & ſeq. & 11. verſ. ſum ſolitus. Imol. d. l. quidam teſtamento, ff. de vul. Odd. d. q. 6. n. 6. verſic. quartus caſus.

12 Hanc tamen ſecundam opinionem quando tenere quis vellet declarabit non procedere, quando coniuncti eſſent de liberis teſtatoris, qua tunc ſubſtitutus extraneus excluditur: ita ſentiunt Bald. Ang. & Alex. ſupra ſtatim relati, quos etiam citauit Zanch. d. §. cum ita, nu. 896. Menoch. conſ. 797. nu. 10. & ſeq.

13 Nec ſufficeret, quod eſſent de tranſuerſalibus, licet ſuccedere poſſent cohæredi ſuo, ita ſcribunt Bart. d. §. cum ita, & ibi Alexand. Soc. ſen. & Ripa n. 31. vbi teſtatur de cōmuni opinione, Bald. in l. penultima, C. de impuber. & al. ſubſtit. & ibi Salicet. & Corn. Caſtr. in l. ſi pater, ff. de vulg. Alex. cōſ. 38. li. 1. & conſ. 11. li. 3. Bertrand. conſ. 6. li. 2. in nouis, vbi de communi opinione teſtatur, & conſ. 282. li. 3. Soc. ſen. conſ. 94. li. 4. Ruin. conſ. 124. li. 3. Guid. Pap. conſ. 216. & conſ. 218. Pariſ. conſ. 42. conſ. 44. lib. 2. & conſ. 39. lib. 3.

14 Contrariam opinionē, quod idem ſit, ſiue iſti ſint de liberis, ſiue ſint tranſuerſales, dūmodò excludat ſubſtitutum in ſucceſſione cohæredis, probarunt Imol. d. §. cū ita, Dec. d. l. pen. C. de imp. & al. ſubſt. Barbat. conſ. 55. Corn. conſ. 31. conſ. 97. li. 1. conſ. 23. li. 2. conſ. 229. li. 3. cōſ. 159. li. 4. Gozad. cōſ. 64. Soc. ſen. cōſ. 86. col. pen. li. 3.

De hoc vide quæ dixi de fideicommiſſaria ſubſtitutione, quæſtione 473. an fideicommiſſaria pluribus facta reſoluatur in ſingularitates.

15 Ampliatur ſecundo, & ſi teſtator vſus ſit verbo collectiuo, vt ſi dixit ſi vterque hæres nō erit, vel ſi ambo, vel ſi omnes hæredes non erunt, quia tunc coniunctus excludit ſubſtitutū, nec ſubſtitutio propterea erit reſoluta in ſingularitates, Bar. in d. §. cū ita, & ibi Ang. Imo. Rip. nu. 111. vbi teſtatur de cōmuni opinione, Soc. iun. n. 77. Zanch. n. 901. & alij communiter, Bart. in l. penul. C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Bald. Caſt. Alex. Iaſ. Dec. & alij communiter, Crott. in l. re coniūcti, n. 178. ff. de l. 3. Soc. ſen. in l. 1. n. 51. ff. de vul. & ibi Rip. n. 194. & Alci. n. 85. Vaſq. de ſucceſſ. prog. in præfat. li. 2. n. 8. & d. §. 24. n. 13. Odd. d. q. 6. n. 4. vbi dicit eſſe cōmunem opinionē, Mant. d. tit. 11. n. 27. vbi dicit eſſe cōmunem opinionem, & li. 11. tit. 5. n. 9. Alex. Trent. d. cap. 17. n. 23. vbi teſtatur de communi opinione, quando fit cum dictione, ſi vterque, & n. 30. pariter dicit eſſe communem opinionem, quando fit his verbis, ſi ambo, vel ſi omnes hæredes non erunt, Pereg. de fideicom. art. 12. n. 56. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. d. q. 25. n. 26. vbi dicit eſſe communem opinionem, & cent. 3. q. 48. nu. 27. & ſeqq. Gallus d. except. 18. n. 45.

Contrariam tenuit Polit. de vulg. verſ. 25. additur.

16 Subampliatur, & ſi ſubſtitutio ſit concepta hoc modo, ſi non hæres erit vterque, Rip. d. §. cum ita, nu. 115. Alex. Trent. d. cap. 17. n. 27. Pereg. d. art. 12. n. 58.

17 Limitatur primò dicta ampliatio ſecunda, quādo dictum eſſet, ſi non vterque hæres erit, vel ſic, non vter-

que hæres non erit, Ripa d. §. *cum ita, n.* 115. Alex. Trēt.
d. cap. 17. *n.* 28.

18 Limitatur ſecundò, quando probaretur teſtatorem
aliud ſentiſſe, Bartol. *d. §. cum ita,* quem Doctores com-
muniter ibi ſequuntur, Odd. *n. q.* 6. *n.* 4. Alex. Trent. *d. c.*
17. *n.* 29. qui dicit eſſe communem opinionem.

19 Ampliatur tertiò, & ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta, Ripa
d. §. cum ita, n. 98. & ibi Zanc. *n.* 903. Rip. *d. l.* 1. *n.* 198. *ff.
de vulg.* & ibi Alciat. *n.* 83. Alex. Trent. *d. cap.* 17. *n.* 9.

20 Contrariam opinionem probarunt Iaſ. *in l. penul. col.
pen. C. de impub. & al. ſubſt.* Iaſ. *in l.* 1. *col. fin. ff. de vulg.*
Bald. *in c. ſi pater, col.* 18. *de teſtamentis, in ſexto,* vbi lo-
quitur quando non eſt adiecta dictio collectiua, *Vinc.
Paleot. in ſubſcript. ad conſi.* Alexand. 93. *li.* 3.

21 Ampliatur quartò, & ſi ſubſtitutus ſit filius teſtato-
ris, qui erat vnà cum extraneis inſtitutus, Ripa *d. §. cum
ita n.* 98. Alex. Trent. *d. cap.* 17. *n.* 7.

22 Ampliatur quintò, etiam in ſubſtitutione facta in le-
gatis, Corn. *conſi.* 298. *colum.* 3. *& ſeq. li.* 4. Zanch. *in d.
§. cum ita, n.* 904.

23 Ampliatur ſextò, etiam in ſubſtitutione facta his
verbis, ſi quilibet hæres non erit, quia vno adeunte ex-
cluditur ſubſtitutus, Ripa *d. §. cum ita, n.* 114. & alij com-
muniter, prout eos refert Alex. Trent. *d. cap.* 17. *n.* 25.
Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 48. *n.* 31.

24 Ampliatur ſeptimò, etiam quando ſubſtitutio poſt
duos hæredes ſcriptos ita fit ſi primus, item ſecundus
hæres non erit, ſubſtituo Titium, qui non reſoluitur
in ſingularitates, Vaſq. *loco ſupra citato.* Alex. Trent.
d. cap. 17. *n.* 32.

25 Ampliatur octauò, etiam quando ſubſtitutio eſt fa-
cta implicatiuè hoc modo, ſi primus, ſecundus etiam
hæredes non erunt, ſubſtituo Titium, Vaſq. *loco ſupra
citato,* Alex. Trent. *d. cap.* 17. *n.* 33.

26 Ampliatur nonò, etiam quando ſubſtitutio eſt facta
hoc modo, ſi primus, ſecundus ſimiliter hæredes non
erunt, ſubſtituo Titium, Vaſq. *vbi ſupra* Alex. Trent. *d.
cap.* 17. *n.* 34.

27 Ampliatur decimò, etiam quando ſubſtitutio eſt fa-
cta his verbis, ſi primus, ſecūdus verò heredes nō erūt,
ſubſtituo Titiū, Vaſq. *vbi ſupr.* Alex. Tren. *d. c.* 17. *n.* 35.

28 Ampliatur vndecimò, etiam quando teſtator duobus
inſtitutis poſt eorum mortem ſubſtituit eorum liberos,
nam ſi vnus ſit mortuus ante teſtatorem cū filijs, mor-
tuo teſtatore, ſuperſtes in totum ſuccedet excluſis libe-
ris prædefuncti, Ancar. *conſi.* 390. *n.* 23. Bero. *conſ.* 69.
li. 2. Pariſ. *coſil.* 44. *li.* 3. *conſil.* 18. *n.* 56. 69. 83. *lib.* 2. &
vide totum conſ. refert, & ſequitur comprobando Me-
noch. *conſ.* 797 per totum, & dicam infrà q. 75.

29 Rationes ſūt multæ, primò quia cōditio debet impleri
in forma ſpecifica, *l. Mæuius qui hæredi ff. de cōd. & de.*

30 Secundò, conditio ad plures relata debet habere om-
niū cōcurſū, *l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit.* vnde ſi
teſtator poſt omniū mortē vocat eorū liberos, videtur
inuitaſſe liberos, niſi eueniente caſu mortis omnium.

31 Tertiò, ordinata charitas vult, vt prius habeant filij
proximiores, vel fratres, quàm eorum deſcendentes, ita
Anchar. *d. conſil.* 190.

32 Quartò inſtitutus eſt re, & verbis coniunctus, vnde
præterri debet, ſic Ancar. *loco citato.*

33 In contrariū faciunt alia argumenta. Et primò, quod
ſicuti teſtator prædilexit inſtitutū in portione ei relicta,
pariter in portione illa præſumitur prædilexiſſe eius fi-
lios, & ſic ſubſtituiſſe in portione, in qua pater erat in-
ſtitutus. Bar. *in l. ſi mihi, & Titio, ff de verb. oblig.* cum
alijs relatis à Pariſ. *cōſ.* 44. *n.* 4. *li.* 3. *& cōſ.* 18. *n.* 62. *li.* 2.

34. Reſpōdetur, quod illud procederet, niſi vulgaris eſſet
facta ſub conditione mortis omniū, quo caſu nō poſſūt
filij ſuccedere in portione patris, niſi eſſet conditio ap-
poſita īſtitutioni ſic purificata, Ita Pari. *cōſ.* 18. *n.* 87. *li.* 3

Secundò facit, quia vulgaris ſubſtitutio facit ceſſare 35
ius accreſcendi, *l.* 2. *§. ſi duo ff. de bonor. poſſ. ff. ſecund.
tabul. l. vnica, §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* Doct.
in l. 1. *ff. de vulg.* vbi Ripa *n.* 180. & dixi quæſt. præce-
denti, ergo liberi prædefuncti excludunt coniunctum,
cum illi per vulgarem ſint vocati.

Reſpōdetur ſubſtitutū excludere ius accreſcendi, dū- 36
modò eueniat caſus ſubſtitutionis, & ſic quod ābo ſint
mortui, ita reſpōdēt, Corn. *cōſ.* 298. *in fi. li.* 4. Pariſ. *cōſ.*
18. *n.* 83. *li.* 2. *& cōſ.* 44. *n.* 9. *li.* 3. Menoc. *cōſ.* 797. *n.* 18.

Tertiò accedit, quod liberi ſunt ſubſtituti per vulga- 37
rem, quæ locum habet, tā in caſu voluntatis, quā impotē-
tiæ, *l.* 1. *& ibi omnes, ff. de vul. & pup.* ergo liberi patri
ſubſtituti per vulgarē debēt admitti, non autē ſuperſtes.

Reſpondetur, vt ad præcedens argumentum, quòd
iſtud procederet, ſi conditio vulgaris fuiſſet purificata,
quia ſcilicet omnes eſſent mortui.

Quartò facit ratio æquitatis, quę operatur pluralita- 38
tem reſolui in ſingularitates, Bal. *in l. pen. n.* 17. *C. de im-
pub. & al. ſubſtit.* Ruin. iun. *conſ.* 186. *n.* 50. *lib.* 2.

Reſpondetur æquitatem non debere præualere pro- 39
prietati ſermonis declarantis certam teſtatoris volun-
tatem, ita poſt Anch. reſpondet Menoch. *conſ.* 797. *nu.*
36. *verſi. Reſpondetur..*

Quintò accedit ratio, quod interpretatio ſemper fie- 40
ri debet, vt æquitas ſeruetur, etiam inter tranſuerſales,
Soc. iun. *conſ.* 172. *n.* 12. *li.* 2 Meno. *conſ.* 487. *n.* 12. *lib.*
5. ergo, vt ſeruetur æquitas inter liberos, vel alios inſti-
tutos, & grauatos liberi cuiuſque admittendi erunt ex-
cluſo coniuncto ſuperſtite.

Reſpondetur, tunc rationem æqualitatis habendam
eſſe, quando tractatur inter pares, etiam tranſuerſales.
ſecus ſi eſſent impares, quia tunc coniunctus præferri
debet tanquam proximior, & vocatus, ita reſpondet
Menoch. *d. conſ.* 797. *n.* 40.

Sed an iſti liberi ſint omnino excluſi, an verò poſt 41
mortem alterius inſtituti admittantur ad portionem pa-
rentis, Menoch. *d. conſ.* 797. *n.* 33. videtur tenere quod
ſuccedant, verum eſt quod ipſe loquitur in caſu quan-
do fuit dictum, & poſt mortem eorum ſuccedant eo-
rum liberi patri prædefuncto, & ipſe dicit ita verba ve-
rificari non ad excluſionem coniuncti, ſed quod poſt il-
lius mortem poſſint ſuccedere.

Hæc tamē ampliatio per prædilecta in oppoſitū valde 42
dura videtur, pro nūc nō diſcutio, alibi fauēte Deo dicā.

Declaratur primò, quādo ſubſtitutus eſſet etiam con-
iunctus, quia tunc is præferri debet coniuncto tantum,
Aret. *in §. vel ſingulis, col.* 2. *inſt. de pup. ſubſt.* Corn. *in l.
pen. n.* 8. *C. de ip. & al. ſubſt.* & ibi Curt. iun. *col.* 5. Crot.
d. l. re coniūcti, n. 170. *ff. de l.* 3. Rip. *d. §. cū ita, n.* 98. & ibi
Zanch. *n.* 910. qui tamen hoc declarant, vt apud eos vi-
dere poteris Mat. *d. tit.* 11. *n.* 26. Alex. Trēt. *d. c.* 17. *n.* 20.

Contrariam opinionem probarunt Dec. *in l. penult.
col.* 4. *C. de imp. & al. ſubſt.* Alciat. *d. l.* 1. *n.* 87. *ff. de v-
ulg.* & videnda erunt d. q. 494.

Declaratur ſecundò, quando ſubſtitutio eſſet facta 44
alternatiuè hoc modo, ſi neque Titius, neque Seius hæ-
redes erūt, Caius hæres eſto, vel ſic, ſi Titius, aut Seius
hæredes non erunt, Caius hæres eſto, quia tūc reſolui-
tur in ſingularitates, Bart. *in d. §. cū ita,* & ibi Rip. *n.* 95.
Zanch. *n.* 905. & alij communiter, Bart. *in l. vel ſingulis.
ff. de vul.* Aret. *in l. is poteſt, ff. de vul.* & ibi Alex. & Iaſ.
Caſt. *in l. ſi is quis auctā, §. nec ſi pater, ff. de reb. dub.* &
ibi Soc. ſen. Alex. *in l. pen. C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi
Corn. Iaſ. Dec. Coraſ. Cur. iun. & alij, Crot. *d. l. re coniū-
cti, n.* 162. *ff. de l.* 3. Craſſ. *in §. ſubſtit. q.* 15. *n.* 2. Odd. *in
prælud. comp. par.* 2. *q.* 6. *verſ.* 1. Mantic. *d. tit.* 11. *n.* 28.
Intrigl. *d. q.* 25. *n.* 28. *& q.* 46. *n.* 19. Pere. *d. art.* 13. *n.* 34.

Con-

45 Contrariam opinionem tenuerunt Bart. *in l. 1. ff. de vulg.* & ibi Soc. ſen. & Ripa, Imol. *in dicto §. cum ita*, Soc. ien. *conſ. 93. li. 4.* Polit. *de vulg. 25. quaeſt.* Alexand. Trent. *dicto cap. 17. n. 21.* Vaſq. d. §. 24. *n. 27.* qui tamen fatetur primam opinionem eſſe communem.

46 Idem eſt quando ſubſtitutio eſſet facta his verbis, ſi Titius, vel Seius hæredes non erunt, quia reſoluitur in ſingularitates, Bart. *d. §. cũ ita*, & ibi Imol. Caſtr. & Ripa, Soc. ſen. *d. l. 1. ff. de vulg.* & ibi Ripa, Alex. Trent. *d. c. 17. n. 37.* vbi dicit eſſe communem opinionem.

Tenendo primam opinionem communem.

47 Limitatur primò, quando instituti eſſent liberi teſtatoris, quia tunc alternatiua reſoluitur in coniunctiuam, Angel. *d. §. cum ita n. 4. & 7.* & ibi Zanch. *n. 905.* Imol. *in l. re coniuncti, ff. de leg. 3.* & ibi Caſtr. & Crott. *n. 172. in fine*, Soc. ſen. *d. l. 1. n. 52. ff. de vulg.* & ibi Ripa, *n. 204.* Mantic. *tit. 11. n. 28.* Alexand. Trent. *d. cap. 17. n. 39.* vbi alios addit, & teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Intrigl. *dicta quaeſt. 25. n. 32. & q. 46. n. 23.* vbi loquitur in fortioribus terminis Peregr. *d. art. 13. n. 34.* vbi teſtatur de communi opinione.

Contrarium tenet Imol. *d. §. cum ita, col. fin.*

48 Limitatur ſecundo, quando & institutio eſſet facta per alternatiuam, Bart. *in l. 1. n. 48. ff. de vulg.* & ibi Soc. ſen. *n. 52.* Ripa, *n. 203.* Zanch. *d. §. cum ita, n. 905.* Odd. *dicta q. 6. verſic hæc autem.*

49 Limitatur tertiò, quando negatiua præcedit alternatiuam hoc modo ſi hæres non erit Caius, vel Seius, Titium ſubſtituo, quia non reſoluitur, Alexand. Trent. *d. cap. 17. n. 38.* vbi alios addit.

50 Hæc limitatio procederet ſi teneremus, quod ſubſtitutio non reſoluitur in ſingularitates, quando dictum eſt, ſi neque Caius, neque Seius hæredes erunt, ſubſtituo Titium, vt tenuit poſt alios relatos Alex. Trent. vt dixi ſuprà *d. nu. 44.* & hoc quia vt ipſe Alex. dixit *d. n. 38.* purificantur iſta duo caſus, videlicet caſus, quando dictum eſt, ſi neque Caius, neque Seius, &c. & caſus quãdo dictum eſt, ſi hæres non erit Caius, vel Seius: Quod ſi tenemus communem opinionem, quod reſoluatur in ſingularitates, ſubſtitutio facta in caſu, ſi neque Caius, neque Seius, &c. vt ſupra dictum eſt, *n. 30.* tunc etiam erit falſa iſta limitatio.

51 Limitatur quartò, quando alternatiua non reſpicit verbum diſpoſitiuum ſubſtitutionis, ſed reſpicit verbũ conditionale, quia non alternat ſubſtitutionem, nec reſoluit in ſingularitates, Rip. *d. §. cum ita, n. 30.* Alexand. *conſi. 175. li. 5.* Alex. Trent. *d. cap. 17. n. 40.* vbi ponit eã exemplum huius limitationis.

52 Declaratur tertiò, quando ſubſtitutio eſt facta alternatim hoc modo ſi Titius hæres non erit, aut Seius hæres non erit ſubſtituo Caium, quia & tunc in ſingularitates reſoluitur, vt tenent omnes Doctores ſupra citati, *n. 43.* licet diſſentiat Vaſq. *d. §. 24. n. 33.* vbi facit hãc diſtinctionem inter ſubſtitutionem alternatim, & alternatiuè factam, & dicit caſus eſſe ſimiles, & eodem modo eſſe terminandos.

Limitatur ita, vt limitatur præcedens declaratio.

53 Declaratur quartò, quando teſtator prohibuiſſet ius accreſcendi, quia ſubſtitutus admitteretur, Ang. *dicto §. cum ita n. 3.* & ibi Soc. iun. *nu. 79.* Zanch. *n. 907.* Soc. ſen. *d. l. 1. n. 51. in fine primi caſus*, Mant. *d. tit. 11. n. 30.* Alex. Trent. *d. cap. 17. n. 11.*

54 Aduerte tamen, quod ius accreſcendi non diceretur prohibitum, niſi expreſsè dicatur Ruin. *conſi. 28. nu. 2. conſi. 91. n. 15. li. 2.* Mant. *d. tit. 11. in fine.* Meno. *d. præſum. 87 ante n. 3.*

55 Declaratur quintò vt non procedat, quando ſubſtitutio eſſet facta per diſtributiuam, & particulariter, vt ſi quis dixit, ſi quis veſtrum, vel ſi alter veſtrum hæres non erit. Caius hæres eſto, quia ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, Bart. *in d. l. 1. n. 48. ff. de vulg.* & ibi Alexand. *n. 40.* Ripa *n. 187.* Alciat. *n. 82.* Ang. *in d. §. cum ita*, & ibi Alex. *col. 10.* Zanch. *num. 906.* Gul. Ben. *d. c. Raynutius in materia vulgaris, nu. 126. ext. de teſtam.* Zanch. *de vulg. nu. 31.* Odd. *in prælud. compend. par. 2. quaeſt. 6. verſ. primus*, Vaſq. *d. §. 24. n. 14. & 26.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quaeſt. 15. n. 2.* vbi teſtatur hanc eſſe cõmunem opinionem, Gomez. *Variar. reſol. tom. 1. ca. 3. n. 35* vbi dicit communem opinionem. Alex. Trent. *d. cap. 17. n. 32.* vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *d. q. 46. n. 16.*

Limitatur primò, quando ſubſtitutio eſſet facta hoc modo, ſi vterque hæres non erit ſubſtituo Titium, quia licet dicatur facta per diſtributiuam, tamen non reſoluitur in ſingularitates, immo altero adeunte in totum excluditur ſubſtitutus, Alex. *in l. penult. C. de impub. & al. ſubſtit.* Vaſq. *d. §. 24. n. 39.* vbi teſtatur de communi opinione, & vide dicta ſuprà ampliatione ſecunda. 56

Limitatur aliis modis, vt limitatur ſecũda declaratio. 57

Declaratur ſextò, vt locum non habeat, quando ſubſtitutio eſſet facta per relatiuum, ſic instituo Titiũ, & Seium, quibus ſubſtituo Sempronium, quia & tunc reſoluitur in ſingularitates, Bald. *in d. l. penult. C. de impub. & al. ſubſtit.* & ibi Angel. Imol. Corn. *col. 3.* Curt. iun. *col. 4.* Zanch. *dicto §. cum ita, nu. 908.* Alex. Trent. *d. cap. 17.*

Contrariam opinionem tenuerunt Rip. *in d. l. 1. nu. 195. ff. de vugl.* & ibi Alciat. *n. 44. alias 87.*

Tenendo primam opinionem.

Limitatur quando instituti eſſent de liberis, & ſubſtitutus extraneus. Imol. *dicto §. cum ita, ante n. 4.* & ibi Zanch. *n. 908.* Corn. poſt Bald. relatum, *in d. l. penult. col. 5. prope finem, C. de impub. & al. ſubſtit.* Alex. Trẽt. *d. cap. 17. in fine*, vbi de communi opinione teſtatur. 58

Declaratur ſeptimò, quando teſtator instituit primũ, ſecundum, & tertiũ, & ſi primus, & ſecundus hæres nõ erit, ſubſtituit tertiũ cohæredem, quia ſi primus vel ſecũdus hæres non erit, admittitur iſte tertius ſubſtitutus Alex. *in l. pen. C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Cur. iun. *n. 12.* 59

Contrariũ voluit Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. §. 25. n. 75.* 60

Declaratur octauò quando ſubſtitutio eſt facta ſeparatim, & ſingulariter, quia reſoluitur in ſingularitates, *l. ex duobus § plures l. cohæredi, §. cohæres l. cũ ex filio, §. fin. ff. de vulg.* Bart. *in d. l. 1. n. 48. ff. de vul.* & ibi Alex. *n. 40.* Zanch. *d. §. cum ita, n. 884.* vbi alios addit, Gul. Bened. *in c. Raynutius, in materia vulgaris, n. 126. ext. de teſtam.* Menoch. *conſ. 797. n. 34. & ſeq.* vbi alios allegat Zaſ. *de vulg. n. 31. d. q. 6.* Craſ. *in §. ſubſtitutio, q. 15. n. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, Gomez. *var. reſol. tom. 1. cap. 3. n. 35.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Vaſq. *d. §. 24. n. 24.* Mant. *d. li. 11. tit. 5. n. 2.* Alex. Trent. *d. cap. 17. n. 16.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Intrigl. *d. q. 46. n. 21. & cent. 3. q. 48. n. 2. & ſeq.* vbi ampliatur multis modis, Pereg. *d. art. 13. n. 5. & 9.* Gallus *de excep. ſucceſ. tit. 4. excep. 18. n. 46. par. 2.* 61

Subdeclaratur primò, quando ſubſtitutio eſſet facta in tota, Ang. *d. §. cũ ita*, & ibi Imol. Alex. *col. 13.* & Zãc. *n. 891.* Alex. *conſ. 38. col. 2. conſ. 91. col. 6. & ſeq. lib. 1.* Corn. *conſ. 298. col. 4. in fine & ſeq. lib. 4. conſ. 41. in ſecundo fundamento ſuæ opinionis, li. 1.* Bello *conſ. 82. col. 10.* Peregr. *d. art. 13. n. 52.* 62

Subdeclaratur ſecundò non prodedere, quando perſona, quæ adiuit eſſe veriſimiliter magis dilecta, vt poſt Bart. Alex. & Rip. *in d. l. 1.* ſcribit Gallus, *except. 18. n. 47.* & vide dicta *ſuprà n. 33. 47. & aliis in locis.* 63

Subdeclaratur tertiò, vt verum ſit quando verbũ ſubſtituo, vel aliud ſimile eſt appoſitũ bis in ſubſtitutione, vt ſi dixit Petro, Vincentium ſubſtituo, & Iacobo, Ale- 64

xandrum ſubſtituo, quia tunc verè ſubſtitutio eſt ſeparatim facta, aliud eſt, quando verbum ſubſtituo, eſt ſemel poſitum in vnica oratione, vt ſi dixi, Petro Vincentinū, Iacobo Alexandrum ſubſtituo, quia tunc ſubſtitutio nō ſeparatim, ſed coniunctim dicitur facta, ita intelligi, *l. penult. C. de impub.* declarat Menoch. *dicto conſ.* 797. *n.* 35. vbi allegat Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *C. de condit. inſert.* Alex. *d. conſi.* 175. *n.* 16. *li.* 5. Alexand. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb* & ibi Ruin. *num.* 58. & Zanch. *in par.* 8. *n.* 63. 65. & 76.

65 Subdeclaratur aliter ſecundū ea quæ latè dixi quæſtione præcedenti, vbi actum eſt, an ſubſtitutus vulgariter excludat coniunctum. & Craſſ. *d. q.* 15. *n.* 3.

Vltra prædicta alia plura vide apud Vaſq. *d. §.* 24. vbi plures alias ſubſtitutionis formulas refert, & ponit ſuas deciſiones.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtentia ſui hæredis non excludit vulgariter ſubſtitutum.*

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio eſt tacita, n. 2.

Limitatur ſi ex neceſſitate ſecundum conſilium Galli ſit facta ſubſtitutio, n. 3. *decl. n.* 4.

QVÆSTIO LV.

Exiſtentia ſui hæredis, an excludat ſubſtitutum vulgariter?

1 QVæro an exiſtentia ſui heredis excludat ſubſtitutum vulgarem? Et dicas quod non, quia ita demum ſubſtitutus excluditur, ſi inſtitutus filius effectualiter ſit hæres, *l. ſi filius, qui patri, ff. de vul.* Bartol. *in l. ſi mater, ff. de vulg.* & ibi alij Bart. *in l.* 1. *ff. de vulg in quarta quæſtione*, & ibi Socin. ſen. *n.* 54. Ripa, *num.* 206. & alij communiter, Gul. Bened. *in c. Raynutius, in materia vulgaris, n.* 132. *ext. de teſtam.* Bald. *de vulg. n.* 35. Bart. Huc. *de vul. n.* 23. Odd. *in prælud de compend. par.* 2. *q.* 6. *n.* 12. vbi de communi opinione teſtatur, Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 1. *ca.* 18. *nu.* 11. vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrig. *de ſubſtitut. centur.* 1. *quæſt.* 48.

2 Ampliatur, & ſi ſubſtitutio eſt tacita, Bart. *d. l. ſi mater, ff. de vulg.* & ibi alij cōmuniter, Bart. *in dicta l.* 1. *ff. de vulg.* & alij ibi eum communiter ſequuntur, Bald. *in l. poſt adit. in C. de impub. & al. ſubſt.* Gul. Bened. *loco ſupra citato*, Bald. *de vulg. n.* 35. Bart. Huc. *de vulg. n.* 32. *in fine.* Conſt. Roger. *de ſubſt. rubr.* 1. *§.* 2. *n.* 10. Odd. *dicta qu.* 6. *nu.* 12. vbi teſtatur de communi opinione, Alex. Trent. *dicto cap.* 18. *in fine*, vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrig. *d. quæſt.* 48. *in fine.*

3 Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta ex neceſſitate ſecundum conſilium Galli, quia cēſetur facta ſub conditione, ſi ſuus hæres eſſe deſierit, Gloſ. *in l. ſi mater ff. de vulg.* & ibi Bart. Bald. Caſtr. Alex. & Iaſ. Bart. *d. l.* 1. *ff. de vulg.* & ibi Soc. ſen. *nu.* 54. vbi teſtatur de communi opinione, & Ripa *n.* 208. Bald. *de vulg. n.* 35. Bart. Huc. *de vulg. n.* 23. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, qu.* 15 *n.* 7. vbi dicit eſſe communem opinionem, Odd. *dicta quæſt.* 6. *n.* 12. Alex. Trent. *dicto cap.* 18. *n.* 11. vbi teſtatur de cōmuni opinione, Intrigl. *d. q.* 48.

4 Declaratur iſta limitatio, vt procedat dūmodò ſubſtitutio ſit facta ſecundum formam, *l. Gallus, ff. de liberis, & poſth.* alias contrarium tenendum eſſet, Imol. *d. l.* 1. *ff. de vulg. & pupill.* & ibi Ripa, *n.* 208. Guil. Ben. *d. c. Raynutius in materia vulgar. s. n.* 132. *ext. de teſt.* Conſt. Roger. *tract. inſtit. rub.* 1. *§.* 1. *n.* 11. Intrigl. *d. q.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Vulgariter ſubſtitutus ſuccedat etiam in legitima filij, cui eſt ſubſtitutus, contra n.* 2.

55 Illud etiam notandum erit, ſi in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris per verba etiam futuri temporis generalia, quod ſi non valeret ſubſtitutio in vim vulgaris, & ſic facta eſſet caduca, ſuſtineretur tamen in vim fideicommiſſi, & venientes ab inteſtato cenſerentur grauati, reſtituere ſubſtituto, iuxta l. ex ea, §. ex his verbis, vbi Bart. ff. de teſtam. & l. ex teſtamento, vbi Gloſſ. C. de fideicom. & tradita per Dec. conſi. 242.

56 Et in ſpecie ita tenuerunt Caſtr. d. conſi. 394. viden. n. 4. verſi. ſed quæro. Dec. conſi. 1. 4. 134. li. 1. Menoch. conſ. 432. n. 15. vbi reuocat opinionem cõtrariam quam probauerat in conſi. 326. n. 20.

57 Contrariam opinionem probarunt Alciat. reſp. 492. n. 27. verſ. nec aliter. Menoch. conſi. 326. nu. 39. & 40. & cõſ. 532. n. 20. vbi etiã allegat Soc. ſen. conſ. 76. in fi. li. 3.

58 Ratio huius opinionis eſt ſecundum Soc. & Menoc. quia clauſula codicillaris non operatur, quando aliquid non debetur defectu voluntatis teſtatoris, nam ſicuti tunc non debetur ex teſtamento, non etiam poteſt deberi vigore clauſulæ codicillaris.

59 Vlterius clauſula iſta operatur quando verba conditionis verificantur, ſecus ſi non verificantur, quia tunc non euenit caſus diſpoſitus, & ordinatus à teſtatore, ita reſpondet Alciat. d. conſ. 492. nu. 27. verſic. nec obſtat. Menoch. d. conſil. 326. nu. 40. & ego cum iſtis tranſeo, quando tenenda eſſet in concluſione principali opinio contra ſubſtitutum.

60 Illud etiam non eſt omittendum, quod ſi inſtituantur iam nati, & poſthumus, & illis ſubſtituatur Titius, vel & inter natos, & naſcituros facta ſit ſubſtitutio reciproca, & poſt omnium mortem ſubſtitutus ſit Titius, vel ſi ambo, &c. quod etiam non nato poſthumo Titius admittetur, & fiet extenſio de caſu natiuitatis, ad caſum non natiuitatis. Rimin. iun. latè conſi. 162. vbi comprobat, & ad contraria reſpondet, & eum refert & ſequitur Mantic. de coniect. vlt. vol. li. 11. tit. 6. num. 2. in fine, qui loquuntur in caſu quando aderat clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſed & illa clauſula nõ extante, idem dicendum erit, per rationes adductas pro communi opinione, ſequitur Laderch. Imol. d. conſi. 31. vbi nu. 4. reſpondet ad Ruin. diſſentientem, alios refert & ſequitur. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 247. nu. 19. & 20. vbi ponit diſſentientes, & eorum rationes, & num. 29. & ſeqq. hanc opinionem defendit & reſpondet ad contraria, idem tenet nu. 49. ad medium, num. 50. Odd. conſi. 56. n. 20. verſic. & hæc communis, & n. 35. verſi. ſecundò reſp. & conſ. 67. n. 36.

61 Contrariam tamen opinionem tenent Oldr. conſil. 142. Caſt. conſil. 219. viſis & conſideratis, col. 1. libr. 1. Ruin. latè cõſ. 104. & conſ. 110. n. 9. li. 4. Nat. conſ. 667. Burſat. conſi. 19. vbi latè diſputat, & confirmat.

62 Illud verò eſt maximè notandum, quod iſta communis opinio, vt conditio, ſi moriatur poſthumus, trahatur ad caſum ſi non naſcatur, procedit, etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ licet odioſa ſit, l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupil. & Doctores pro communi citati loquantur de directa vulgari, ita ſcribit Meno. d. conſi. 432. n. 10. qui tamẽ dicit hoc procedere in fideicommiſſo, quando eſt fauorabile, ſecus ſi eſſet odioſum. prout ſic ipſe in odioſo conſuluiſſe dicit in conſ. 326. nu. 27. & d. conſ. 432. latè proſequitur & comprobat Ceph. conſ. 349. nu. 37. vbi loquitur de fideicommiſſaria, vt in diſcurſu conſilij patet quod eſt repetitum in conſ. 380. Fachin. li. 4. contr. iur. c. 46. vbi dicit ipſum ita iudicaſſe.

63 Contrariam opinionem in fideicommiſſaria ſubſtitutione, & tunc non admittatur extenſio, probarunt Menoch. conſ. 326. nu. 2. li. 4. & latiſſimè conſi. 532. lib. 6. Honded. conſ. 49. n. 50. & ſeq. li. 2. Hier. Gabr. conſi. 95. n. 3. hanc tenet, niſi ex alijs diſpoſitis in teſtamento colligatur teſtatorem contrarium ſenſiſſe, nam tunc fit extenſio non ex natura huius conditionis voluntariæ, ſed quia extenſio conceditur, quando conſtat de mente teſtatoris, & ita dicit declarare Dec. conſil. 85. col. penult. & Corn. d. conſ. 298. col. penul. Hanc etiam opinionem tenent poſt alios Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 251. nu. 50. verſ. ſiue demum. Alciat. reſp. 492. num. 20. Dec. conſil. 91. nu. 14. lib. 5.

64 Ratio differentiæ inter directam vulgarem, & fidei-

commiſſariam illa aſſignari poteſt, nam per directam vulgarem conſeruatur teſtamentum, *l.1.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* & ibi Bart.& alij communiter, & directa ſubſtitutio eſt fauorabilis, nec grauamen continet, ſed per fideicommiſſariam, nec conſeruatur teſtamentum, nec reſultat fauor, ſed tantum onus, & ſolum dicitur facta ſubſtitutorum fauore, *l.cohæredi,§.nam filiæ,ff.de vulg.& pupill.* Vaſq.*de ſucceſ. progreſ.§.25.num.*1.in ſpecie noſtra. Honded.vtitur hac ratione *dicto conſ.49. nu.51.li.2.& nu.ſeq.* comprobat.

63 Quia autem ſupra in concluſione principali pro vtraque opinione deciditur caſus, quandò hæredi inſtituto ſubſtitutus eſt poſthumus,& poſthumo ſine filijs moriẽte ſubſtitutus eſt alius, ſi eueniat caſus, quo poſthumus non naſcatur, alij volunt ſubſtitutum etiam ſuccedere hæredi, quaſi ſucceſſerit in locum ipſius poſthumi, iuxta materiam, *l.quamdiu,ff.de acquir.hæred.* & dixi *q.469.* vt per eos, & hi recẽſetur ſupra in prima opinione principali pro quibus facit *l.vnica, C.de caduc.toll.*

64 Alij autem volunt caducatam eſſe ſubſtitutionem, & hanc tenent ferè omnes relati pro ſecũda opinione principali, præcipuè Alciat.*conſ.*492.& Menoch.*conſ.*326. *nu.*25.qui etiam reſpondent ad doctrinam Bart. *in d.l.quamdiu*, quod illa procedit quando ſubſtitutionis gradus deficit tãquam caducus, vel in cauſam caduci, ſecus ſi ſit nullus, qui pro non ſcripto habeatur, quia tunc bona remanent penes hæredes cum ſuo onere, *l.vnica,§.in primo,C.de caduc.toll.* ibi, *nullo grauamine niſi per rarò in hoc, pro non ſcripto ſuperueniente.*

Sed tamen hoc dictum Alciat.& Menoch. non rectè procedit, nam *d.§.in primo*, procedit in legato & fideicommiſſo particulari, ſecus in vniuerſali, ita declarat Paul.de Caſt.*in d.l.vnica,§.his ita definitis*, per illum textum, & in ſpecie ſic reſpondet Fachin.*lib.4.contro. iur.cap.46.verſ.nec obſtat.*

65 Pro maiori intelligentia circa difficultates, quæ oriuntur, quando ventri datus eſt ſubſtitutus, ſciendum eſt quod regulariter facta ſubſtitutione poſthumo intelligitur de omni poſthumo naſcituro, ſiue ex illa vxore, ſiue etiam futura, *l.placet,ff.de liber.& poſth.* & ibi Bart.& alij Doctores communiter, Bal.*conſ.*122.*col.*2.*& conſ.*128.*li.*1.Corn.*conſ.*244.*n.*3.*& ſeq.lib.*2.*& conſ.*258. *col.3.lib.3.* Soc.ſen.*in l.vtrum in princ.col.2.& ſeq.ff. de reb.dub.* Sebaſt.Medic.*tract.de reg.iur.reg.2.n.58.et n.91.* Tiraquell.*in l.boues,§.hoc ſermone limit.3.n.4.5. ff.de verb.ſignif.* Caſt.*conſ.*409.*n.*3.*li.*2.Bero.*conſ.*17. *n.16.& per totum,& conſ.56.n.3.lib.2.*Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.246.nu.17.& fol.250.n.43.& ſeq.*

66 Fallit quando ſubſtitutus quis eſſet ventri ſuæ vxoris, quæ prægnans eſt, nam tunc intelligitur de pregnatione, quæ erat teſtamenti tempore, non autem de futuris poſthumis, *d.l.ſi ita ſcripſiſſet,ff.de legat.*2.& ibi Bar.& alij communiter. Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.*246 *n.*17.

67 Fallit etiam, vt illegitimè nati non dicantur comprehenſi in diſpoſitione, Sebaſt. Medic.*de reg.iur.reg.2.nu.* 93.Præt.*d.fol.246.n.17.ad medium.*

68 Porrò ſi in numero plurali facta ſit ſubſtitutio poſthumis naſcituris, nõ fit extẽſio ad caſum, quando vnus tantum poſthumus naſcitur, ſecundum Oldrad. conſ.142. quem ſequuti ſunt Io. And. *in addit. ad Specul. in tit.de teſt.§ in primis, in addit.vlt.in verſ quarto qu.* Roman. *in l.quandiu, la 2.col.vlt.ff.de acquir.hæred.* Corn.*cõſ.* 199.*n.*2.*li.*2.Dec.*conſ.*287.*n.*13.*&* 14.& Gozard.*cõſ.* 67.*n.*3.Ruin.*conſ.*172.*in fine,& cõſ.*104.*li.*2.Caſtren. *conſ.219.in princ.libr.1.* Brun. *ſuper ſtat. quod extant. maſc.fem.non ſucced.art.12.q.13.circa medium.* Alex. *conſ.*109.*n.*7.Crott.*in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, n.* 90.*&* 91 *ff.de liber.& poſth.*& ibi Ruin.*n.*63.quos ferè omnes refert & ſequitur Burſat.*conſil.*19.*n.*17.

69 Cæterũ verior eſt contraria opinio, quod & iſto caſu fiat extẽſio, etenim ſi fuit inſtitutio de poſthumis ſiue in numero plurali, ſiue ſingulari, intelligitur ſiue vnus, ſiue plures naſcantur, *l.placet,ff.de liber.& poſthu.* ergo & ſubſtitutio eodem modo intelligenda erit, & propterea ſi exprimantur in numero plurali poſthumi, dicitur exprimi quod tacitè ineſt, ergo nihil operatur, iuxta reg. *l.3.ff.de leg.*1.& ibi Bart.& alij communiter, *& l.3.C.de fideiuſſ.*& ibi Cin.Bart. Bald. & Salic. & dũ teſtator exprimit caſum de natiuitate, & morte poſthumorũ prouidendo & ſubſtituendo eis, videtur hoc feciſſe potius, vt illis prouideretur, quam quod habuerit rationẽ quod vnus, vel plures poſſent naſci, *l.qui concubinam,§.Stichus,ff.de leg.*3.vbi in ratione dicitur, non obſtare locutionẽ de poſthumis in numero plurali, quia teſtator credidit ſuam vxorem poſſe parere plures filios, Bart.*conſ.* 54 *nu.*4.Hieron.Gab.*conſ.*117.*n.*4.*li.*1.cum alijs allegatis à Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.*250.*n.*43.*circa medium*,& ſicuti, vt dixi, inſtitutio de poſthumis, ſiue in plurali, ſiue in ſingulari fiat, omnes comprehendit, quos naſci contigerit, ſiue vnus, ſiue plures naſcantur, idem erit dicendum in ſubſtitutione, nam pro regula traditur, ſubſtitutionem declarari ab inſtitutione,& ab ea recipere interpretationẽ,& continere ea, quæ cõtinentur in inſtitutione, *l.1.C.de imp.& al.ſubſt.*& ibi tradunt Doct. Alex.*conſ.204.n.6.lib.6.* Iaſ.*conſ.*144.*nu.*12.*lib.*.. Socſen.*conſ.114.in principio li.3.* Ruin.*conſ.*141.*nu.*8.*li.*2.

70 Et in ſpecie quod facta ſubſtitutione poſthumis in numero plurali, dicatur etiam facta vni tantum poſthumo nato, ſcripſerunt Aretin.*in l.placet,ff.de acquir.hæred.* Ruin.*in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, nu.4.ff.de lib.& poſthu.* Alex.*cõſ.*109.*li.*2.Iaſ.*conſ.*108.*li.*4.Alciat.*li.*3. *de verbor.ſignif.n.*27.Zanch.*in l.hæredes mei,§.cum ita, par.8.n.57.& n.209.ff.ad Trebel.* Dec.*conſ.*1.*nu.*265. *verſ.& ſimiliter,li.*1.quos refert & ſequitur Menoch. *li.4.præſump.*65.*n.*20.vbi teſtatur hãc eſſe communem opinionẽ, addo Hieron.Gabr.*conſil.*117.*nu.*41.*& ſeq. lib.*1.Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.*250.*n.*43.*& ſeq.*

71 Fallit tamen hæc ſecũda opinio, quando ageretur de excludenda matre poſthumi nati, & poſtea mortui, vel alia perſona directa, nam niſi plures poſthumi ſint nati, illa non eſſet excludenda, nec tunc numerus pluralis verificatur in ſingulari, vt poſt alios pluribus comprobat Burſat.*conſil.*19.*lib.*1.

72 Aliam quæſtionem non omitto diſcuſſam à Præt.*de interp.vlt.vol.fol.*248.*n.*22.*& n.*51.*&* 52.teſtator inſtituit vẽtrem hæredem vniuerſalem, ſi maſculus naſceretur, & tali maſculo quandocunque decedenti ſubſtituit Titium, vni verò vel pluribus fœminabus naſcituris iure inſtitutionis reliquit libr.centum pro qualibet, euenit quod nullus maſculus, nec fœmina naſcitur. Alexan. *conſ.*188.*lib.*2.reſpondit ſubſtitutum hoc caſu non ſuccedere, tanquam ſit caſus omiſſus: Contra Præt.loco citato, vbi reſpondet ad fundamenta Alex.& cum Præt. ergo tranſeo per dicta ſupra pro confirmatione communis opinionis principalis, & adducta ab ipſo Prætore, reperio tamen Pereg.*de fideicõ.art.*15.*n.*17.vbi refert dictum conſ. Alex.& dicit eſſe rectam deciſionem illam,& ſic quoque conſuluiſſe Angel.de Rigoſ.*conſil.* 93.prout eum refert & ſequitur Rebuff.*conſ.*182.*n.*26. mouetur autem Pereg.quia euenit caſus mixtus à teſtatore non cogitatus, vnde cenſeri debet omiſſus, *l.commodiſſimè,& l.ſi ita ſcriptum,ff.de libe.& poſthum.*

73 Vltimò, Anchar.*conſ.*356.reſoluit hanc queſtionẽ, teſtator inſtituit filios maſculos naſcituros hæredes, & eis ſine filijs morientibus, tũc,& eo caſu vulgariter pupillariter per fideicommiſſum ſubſtituit vxorem, relicta dote filiabus iure inſtitutionis quantum ipſa vxor declarauerit: non natis maſculis, nec fœminis, contentio erat

inter

inter vxorem ſubſtitutam contendẽtem ex vulgari ſuccedere, & fratrem teſtatoris ab inteſtato prętendentem ſucceſſionem, Anch. reſoluit contra matrem pupilli, & eum ſequuti ſunt, Fulg. *conſil.* 49 Ruin. *in d.* §. *& quod ſi tantum nu.* 46. *verſ. quarto quæro.* Alciat. *lib.* 3. *d. verb. ſignif. in* 4. *Reg. princ. verſ. quinto*, & Soc. ſen. *conſ.* 179. *lib.* 2. & alios eorumque argumenta ſuccinctim refert Præt. *de interp. vlt. vol. f l* 247. *n.* 23.

74 Sed, vt ſupra in principali concluſione dictum eſt, contraria ſententia reprobatis opinionibus, Anch. Fulgoſ. & ſequacium retinenda eſt, per fundamenta ibi adducta, ſed vlterius horum opinionem confutauit. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 252. *nu.* 53. 54. *&* 55. & eſſe deciſiones valde dubitabiles, niſi ex alijs circunſtantijs iuuentur dixit Pereg. *de fideicom. art.* 15. *n.* 17. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris ſubſtitutio expirat aditione hæredis.*
Ampliatur etiam in ſubſtitutione facta in legatis, & fideicommiſſis, n. 2.
Ampliatur etiam, quod omnes gradus ſubſtitutionũ, nu. 3. *contra n.* 4.
Ampliatur tertio, & ſi ſint plures inſtituti, & his ſit datus ſubſtitutus, nam vno adeunte expirat vulgaris, quoad omnes, nu. 5.
Ampliatur, et ſi appoſita ſit clauſula codicillaris, n. 6
Limitatur in vulgari facta in vſufructu, n. 7. *cõt. n.* 8.
Limitatur quãdo reſtitutio eſſet data hæredi aduerſus aditionẽ, n. 9. *cont. n.* 10. *concord. n.* 11. *dec. n. ſeqq.*
Limitatur, quando inſtitutus non adimpiet voluntatem teſtatoris, quia tunc hæreditas defertur ſubſtituto, num 16.
Limitatur, quando inſtitutus non obtemperauit conditioni, n. 17. *declara, nu. ſeqq.*
Limitatur in ſubſtitutione facta à milite, vel alio priuilegiato iure militari teſtante, nu. 21.
Limitatur in ſubſtitutione facta ad pias cauſas, n. 22
Limitatur, quãdo pluribus eſſent tacitè ſubſtituti pro prijs filijs, quia licet vnus adeat, alter non, huius filij iure deferr. ex vulgari, nu. 23.
14 *Legata relicta à ſubſtituto extincta per aditionẽ inſtituti, non debentur ſi ſubſtitutus poſtea admittatur, quia inſtitutus ſit reſtitutus aduerſus aditionem.*

QVÆSTIO LXV.

Aditione hæredis, an expiret vulgaris ſubſtitutio?

1 QVæro, an ſubſtitutio vulgaris expiret aditione hæredis? & omnes vbique tenent, quod exſpiret, *l. poſt aditam, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Gloſſ. & Doct. maximè, Sap. *n.* 8. dicit eſſe communem opinionẽ, Doct. omnes *in l.* 1. *ff. de vulg.* vbi Rip. *n.* 184. Gloſſ. & Doct. *in l. precibus, Cod. de impub. & al. ſubſt.* Brun. *conſ.* 164. *nu.* 10. Purpurat. *conſi.* 30 *nu.* 8. Celſ. Vgon. *conſi.* 10. *nu.* 17. *& conſ.* 120. *nu.* 29. Veg. *conſ* 74. *nu.* 3. Marzar. *cõſ.* 41. *nu.* 5. Ruin. *conſi.* 102. *nu.* 10. *li.* 2. Soc. iun. *conſ.* 110. *nu.* 16. *li.* 3. Rimin. iun. *conſ.* 50. *nu.* 9. *li.* 1. Burſat. *conſil.* 371. *n.* 19. *li.* 4. *& conſ.* 337. *nu.* 19. *li.* 3. Berett. *conſi.* 93. *nu.* 3. Gab. *conſ.* 117. *nu.* 13. *lib.* 1. *conſil.* 32. *nu.* 18. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 482. *nu.* 26. *conſ.* 517. *nu.* 88. *& conſ.* 600. *nu.* 26. Menoch. *conſ.* 44. *nu.* 4. Surd. *conſi.* 251. *li.* 2. Odd. *conſ.* 39. *n.* 59. Odd. *in prælud. comp. par.* 2. *q.* 6. *& tract. de reſt. in integ. p.* 2. *qu.* 62. *a.* 7. *nu.* 95. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio, q.* 15. *n.* 1. vbi teſtatur de communi opinione. Mãtic. *de coniect. vlt. vol. li.* 5. *tit.* 2. *in fine*, Pereg. *de fideicom. art.* 15. *n.* 3. qui alios addit, Præt. *de int. vlt. vol. fol.* 233.

ante num. 5. vbi alios citat, *& fol.* 241. *num.* 62. Alexand. Trent. *de ſub. par.* 1. *ca.* 16. Intrig. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 46. vbi alios plures addit, Fachin. *li.* 4. *contr. iur. cap.* 64. *poſt principium, & cap.* 72. Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſt. tit. de ſubſt. vulg. nu.* 23. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 18. *nu.* 42. *par.* 2. Theſaur. *dec.* 127. *nu.* 8.

Ampliatur primò, etiam in ſubſtitutione facta in le- 2
gatis & fideicommiſſis, *l. ſi legata, C. de legat.* & ibi Doctores, Rip. *d. l.* 1. *num.* 184. *ff. de vulg.* Crott. *conſil.* 95. *num.* 3. Ruin. *conſ.* 100. *num.* 4. *conſ.* 92. *nu.* 5. *conſi.* 180. *nu.* 5. *li.* 2. Odd. *d. q.* 6. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 233. *ante nu.* 5. *& fol.* 241. *nu.* 62. Alex. Trent. *d. c.* 16. *n.* 2. *in fine*, Intrigl. *d. q.* 46. *n.* 26.

Ampliatur ſecundò, & quoad omnes gradus ſubſtitu- 3
tionum *l. cum teſtamento, ff. de hæred. inſt. l. ſi mater,* §. 1. *ff. de vulg.* Bart. *in l.* 1. *dub.* 1. *ff. de vulg.* & ibi Iaſ. *nu.* 64. Soc. ſen. *n.* 50. Rip. *n.* 185. & alij communiter, Crot. *cõſ.* 65. *n.* 3. *&* 4. Ruin. *conſ.* 99. *n.* 13. *& conſ.* 108. *n.* 5. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 83. *li.* 9. Ceph. *latè conſ.* 289. *n.* 15. *vſque ad finem*, Bald. *de vulg. n.* 32. Bar. Huc. *de vulg. n.* 22. Fum. *de vulg. n.* 27. Zaſ. *de vulg. n.* 29. Odd. *d. q.* 6. Alex. Trẽt. *d. ca.* 16. *n.* 2. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 371. *n.* 2. *&* 3. vbi multos citat, Peregr. *de fideicom. art.* 15. *n.* 3. *& n.* 20. vbi alios refert, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 46. *n.* 4. Gallus, *d. except.* 18. *nu.* 43. Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſtam. tit. de vulg. num.* 23.

Contrariam opinionem, quòd immò, licet extingua- 4
tur ſubſtitutio vulgaris, non extinguantur aliæ ſubſtitutiones, probarunt, Oldrad. *conſi.* 172. Alex. *conſi.* 1. *n.* 20. *lib.* 1. Roland. a Valle, *conſ.* 59. *nu.* 22. *lib.* 3.

Ampliatur tertiò, & ſi ſint plures inſtituti, & his ſit 5
datus ſubſtitutus, quia vno habente ſubſtitutus excluditur, de quo tamen dixi, *ſupra q.* 15. *nu.....*

Ampliatur quartò, etiam quod appoſita eſſe clauſula 6
Codicillaris in teſtamento, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 2. *in fine.*

Limitatur primò, in ſubſtitutione vulgari facta in v- 7
ſufructu, Alex. *d. l.* 1. *n.* 40. *ff. de vulg.* Gul. Bened. *in ca. Raimutius in materia vulg. nu.* 125. *ext. de teſta.* Vaſq. *de ſucc. progr. li.* 2. *in præfat. n.* 76. *& ſeq.* Odd. *d. q.* 6. *n.* 11. Alex. Trent. *d. c.* 16. *n.* 3. Intrigl. *d. q.* 46. *nu.* 34.

Contrarium tenuit Rip. *d. l.* 1. *ff. de vulg. nu.* 186. qui 8
tamen dubitat propter authoritatem Alexandri.

Limitatur ſecundò, quando inſtitutus fuiſſet aduer- 9
ſus aditionẽ reſtitutus, Gloſſ. *in l. poſt aditam, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Bald. Fulgoſ. Salic. Caſtren. Iaſon. Corat. & Sap. qui de communi opinione teſtantur, Gloſ. *in l.* 2. §. *interdum, ff. de vul.* Bart. Alex. & Salic. Doct. omnes *in l.* 1. *ff. de vulg.* vbi Soc. ſen. *nu.* 48. dicit eſſe communem opinionem, quam etiam ibi dedit communem, Rip. *nu.* 205. Bart. *in l. ſi ſine*, §. *ſed quod Papinianus, ff. de minor.* & ibi Bald. & Fulgoſ. Bart. *in l. fin. ff. de ſucceſ. edict.* Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis adita, ff. ad Trebel.* poſt Gloſſ. ibi Bart. *in l.* 1. §. *poſt ſuos ff. de ſuis, & legit.* idem Bart. *in l. ex contractu, ff. de iud.* vbi Cuman. Caſt. & Alexan. Bart. *in l. qui ſe patri, C. vnd. lib.* Gul. Bened. *in c. Raimutius in materia vulgaris, nu.* 130. *ext. de teſta.* Bald. *de vulg. nu* 34. Bart. Huc. *de vulg. nu.* 23. Fum. *de vulgar. nu.* 30. Conſt. Rog. *de vulg. rub.* 1. §. 2. *nu.* 9. Ang. de Perig. *in tract. de ſuit. effectu* 3. *n.* 31. Vaſq. *de ſucc. progreſ. in proœm. n.* 74. Odd. *d. qu.* 6. *n.* 9. *& de reſt. in integr. par.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 1. *num* 36. *& artic.* 8. *nume.* 97. *verſic. ſed in contrarium*, vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio, qu.* 15. vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrig *d. cent.* 1. *qu.* 47. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *excep.* 18. *nu.* 48. *par.* 2. Theſaur. *deciſion.* 127. *num.* 8.

Contrariam opinionem tenuerunt, Iac. de Rauenn. 10
in dicta l. ſi ſine, §. *ſed quod Papinianum, D. de minor.*

Digitized by Google

& ibi Alber. Calanth. *in d. l. 1. n. 83. D. de vulg.* Cur. iun. *in l. poſt aditã, n. 4. C. de imp. & al. ſubſt.* Polit. *de vulg. q. 42.* Ioſeph. Gozal. *in var. q. c. 32. n. 3.*

11 Concordantur ſecundum Alex. Trent. *de ſubſt. par. 1. cap. 18.*

Aut hæreditas eſt ſoluendo, & procedat prima opinio communis.

Aut hæreditas non eſt ſoluendo, & tunc verior ſit ſecunda opinio.

Tenendo primam opinionem communem.

12 Declaratur primò, vt ſubſtitutus admittatur de iure ciuili obtenta reſtitutione *l. 1. §. ſi quis adita, ff. ad Tertull.* Gloſſ. *in l. fin. ff. de ſucc. edit.* Bart. *in l. 2. §. interdum D. de vulg.* & ibi Salic. & Iaſ. Bar. *in l. qui ſe patris, C. vnd. li.* & ibi communiter Doctores, Gul. Bened. *d. cap. Rainutius, in materia vulgaris, num. 130. ext. de teſtam.* Conſt. Rog. *d. §. 2. nu. 9.* Od. *de teſtam. in integ. par. 2. q. 62. art. 9. n. 107.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Craſſ. *d. § ſubſtitutio, q. 15. n. 4. in fine*, vbi teſtatur de communi opinione.

13 Contrariam opinionem, quòd immo admittantur tam de iure ciuili quàm Prætorio, probarunt Bart. *d. §. ſi quis adita*, idem Bart. *d. §. ſed quod Papinianus, & in d. l. ex contractu*, Aret. *in §. 1. in fi. inſt. de vulg.* Caſt. *d. §. interdum*, & ibi Alex. teſtatur eſſe magis communem Sebaſt. Sap. *in l. poſt aditam, n. 8. C. de impub. & al. ſubſtit.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Bald. *de vulg. nu. 34.* Bart. Huc. *de vulg. nu. 23.* Polit. *de vulg. q. 43.* Ioſeph. Conz. *in var. qu. c. 32. in fine*, vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Alex. Trent. *d. p. 1. c. 18. nu. 6. & ſeqq.* qui tamen dicit primam opinionem eſſe communem Intrigl. *d. q. 47. n. 5.*

14 Declaratur ſecundò, vt legata relicta à ſubſtituto, & extincta per aditionem inſtituti, non reuiuiſcant ex hac reſtitutione, Gloſſ. *in l. nec nouum, ff. de condict. ind.* & ibi Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij Iaſ. *in l. quoties §. ſecunda, n. 1. C. de fideic.* Gul. Ben. *d. c. Rainutius in materia vulgaris, n. 131. ext. de teſtam.* Odd. *d. q. 62. art. 10. nu. 113.* Intrigl. *d. q. 47. in fine.*

15 Contrariam opinionem tenuit Bald. *in l. libertas, C. de teſtam. manum.*

16 Limitatur tertiò, quando inſtitutus nollet legata ſoluere, nec voluntatem teſtatoris implere, quia ad ſubſtitutum defertur hæreditas, præſtita cautione per eundẽ de implenda voluntate teſtatoris, licet inſtitutus adiuiſſet, *auth. hoc amplius, C. de fid. §. ſi quis autem nõ implens, in auth. de hæred. & falcid.* Doctor communiter *d. l. 1. D. de vulg. & pupill.* Gul. Bened. *d. c. Rainutius in materia vulgaris, n. 125. ext. de teſtam.* Fum. *de vul. n. 28.* Zaſ. *de vulg. n. 30.* Odd. *d. q. 6. n. 10.* Alex. Trent. *d. c. 16. in fi.* Pereg. *de fideic. art. 11. n. 133.* Intr. *d. q. 46. n. 28.*

17 Limitatur quartò, quando inſtitutus non obtemperauit conditioni *l. 2. in princ. C. de inſt. & ſubſt.* Bart. *in l. 1. n. 54. ff. de vul.* & ibi Rip. *n. 212.* Alc. *n. 36. & alij*, Gul. Ben. *d. c. Rainutius in materia vulgaris, n. 136. de teſt.* Bald. *de vul. n. 38.* Bart. Huc. *de vul. n. 25.* Polit. *de vul. par. 3. n. 79.* Conſt. Roger. *de vul. §. 2. n. 18.* Od. *d. q. 9. n. 13.* Alex. Trent. *de ſub. par. 1. c. 29. n. 5.* Int. *de ſubſ. cent. 1. qu. 51.*

18 Sublimitatur primò, ſi conditio eſſet turpis, Polit. *de vulg. par. 3. n. 79.* Odd. *d. q. 6. n. 13.* Alex. Trent. *d. ca. 20, n. 5.* Intrig. *d. q. 51. in fine.*

19 Sublimitatur ſecundo, quando conditio caſualis eſſet appoſita à patre, in cuius defectu filius non eſſet exhæredatus, Gloſſ. *d. l. 2. C. de inſt. & ſubſt.* Odd. *d. q. 6. n. 13.*

20 Sublimitatur tertiò, quando per ſubſtitutum ſtetiſſet, quominus inſtitutus conditioni pareret, Bart. *in l. in teſtamento, col. fi. ff. de cond. & demonſt.* Zaſ. *de vulg. in fine*, Pereg. *d. art. 16. n. 153.* Intrig. *d. q. 51. n. 2.*

Limitatur quintò principaliter in ſubſtitutione facta à milite, vel alio priuilegiato iure militari teſtari, quia licet non valeat, vt vulgaris valebit, vt directa militaris, vt alibi dicam in materia directè militaris, & dixi *q. 17.* 21

Limitatur ſextò in ſubſtitutione facta ad pias cauſas vt dixi *q. 17. n. 2. & ſeq.* 22

Limitatur ſeptimò non procedere, quando pluribus eſſent ſubſtituti tacitè proprij filij, quia licèt vnus ex eis adeat, attamen ſi moriatur aliquis non adita hæreditate, eius filij admittuntur ex vulgari, Oud. *coſ. 39. n. 60.* 23

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris tacita in pupillari expreſſa, contenta expirat per filij emancipationem, contra n. 2.*

Limitatur in tacita emancipatione, quia tunc vulgaris tacita non expirat n. 3. contra ibid.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta ſine illis verbis ſi hæres erit, &c. n. 4.

Limitatur quando pupillaris his verbis facta eſſet ſi impubes hæres erit, et in pupill. ætate deceſſerit, n. 5.

2 *Vulgaris tacita cõtẽta in pupillari expreſſa, expirat quocũque modo impubes exeat poteſtatẽ patris.*

QVÆSTIO LXVI.

Vulgaris tacita in pupillari expreſſa contenta, an expiret per filij emancipationem.

Quæro, an tacita vulgaris comprehenſa in pupillari expreſſa expiret per emancipationem filij. Et dicas expirare, Cin. *in l. precibus, Cod. de impub. & al. ſubſtit.* & ibi Gul. de Cun. Bart. *in l. 1. n. 55. ff. de vul.* & ibi Iaſ. *n. 59.* Rip. *n. 212.* vbi alios citat, & Alciat. *n. 92.* dicit eſſe communem opinionẽ, licet ipſe diſſentiat, Albert. de Roſat. *in rub. de vul. & pupil. col. 34.* Caſt. *in l. cohæreui, §. cum filia, ff. de vul.* Lanfranch. de Orian. *in l. Centurio in materia vulgaris col. 20. ff. de vul.* Bald. *de vul. n. 38.* Bart. Huc. *de vulg. n. 26.* Odd. *in prælud. comp. par. 2. q. 6. n. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, Craſſ. *in § ſubſtitutio, q. 17.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 5. tit. 6. n. 13.* vbi dicit eſſe magis communẽ opinionẽ, & *numeris ſeq.* latè defendit Intrig. *de ſubſtit. cent. 1. q. 52.* vbi de communi opinione teſtatur. 1

Contrariam opinionem probarunt, Bald. *in l. fi. n. 9. C. de inſt. & ſubſt.* Alex. *in l. 1. n. 41. ff. de vul.* & ibi Soc. ſen. *n. 59.* Alciat. *n. 92.* alias, *n. 258. & ſeq.* Imol. *in c. Rainutius, n. 83. ext. de teſtam.* & ibi Gul. Bened. *in materia vulgaris, n. 137. in fine*, Conſt. Rog. *in Tract. ſubſt. tit. 1. §. 2. n. 19.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. li. 3. §. 21. n. 243. & de ſucc. progr. li. 2. §. 11. n. 40.* vbi dicit hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem, & *§. 15. n. 37.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 1. cap. 21.* 2

Tenendo primam opinionem magis communem.

Declaratur primò, quando pater coactè filium emãcipaſſet, quia tunc nõ expirat, Iaſ. *in l. 1. n. 69. ff. de vulg.* & ibi Soc. ſen. *n. 59.* Odd. *d. q. 6. n. 14. limit. 1.* Mant. *d. tit. 6. in fine*, Intrig. *d. q. 52. n. 15.* 3

Contrariam opinionem tenuit Rip. *d. l. 1. n. 224.*

Declaratur ſecundo, vt non procedat, quando ſubſtitutio eſſet facta abſque illis verbis, ſi hæres erit, &c. Rip. *d. l. 1. n. 224. ff. de vul. et pup. ſubſ.* Od. *d. q. 6. n. 14. verſ. 5. limit. 2.* Vaſq. *d. §. 11. n. 40.* Intrig. *d. q. 52. n. 18.* 4

Declaratur tertiò, vt non procedat, quando dictum eſſet, ſi impubes hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo, &c. Vaſq. *d. §. 11. n. 40.*

Sed an expiret tacita vulgaris, ſi impubes exeat poteſtatem patris alio modo, ſicuti extinguitur pupillaris, dicas

dicas non extingui ſecundum Vaſq. *d.§.11.n.45.*

7 Contrarium ſentiunt alij ſupra relati tenentes extingui per emancipationem.

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris tacita in pupillari expreſſa contenta nulla temporis præfinitione facta, non expirat per pubertatem filij.*

3 *Vulgaris tacita in pupillari facta ad longius tempus pupillaris ætatis contenta non expirat per pubertatem ſed durat vſque ad tempus expreſſum.*

4 *Vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſa adſtricta ad tempus pupillaris ætatis, expirat pubertate filij, contra n.5.*

Limitatur quando pupillaris nõ eſſet formata, ſed informis, vt quando ſubſtitutio eſt facta ſine verbis, ſi hæres erit, n.6. contra n.7. amplia n.ſeqq.

10 *Vulgaris tacita contenta in pupillari expreſſa reſtricta ad minus tempus pupillaris ætatis expirat cũ tempore expreſſo, contra n.11. declara n.12.*

QVÆSTIO LXVII.

Pubertate inſtituti, an expiret vulgaris tacita in expreſſa pupillari contenta?

1 QVæro, an ſubſtitutio tacita vulgaris cõprehenſa in pupillari expreſſa expiret per pubertatẽ inſtituti? Diſtingue plures caſus ſecundum Bart. *in l.1.n.56.D. de vulg.* quem ibi omnes communiter ſequuntur, maximè Rip. *nume.225.* qui teſtatur de communi opinione, Aret. *in l. qui habebat, D. de vulg.* & ibi Alex. Zaſ. *de ſubſt. in fine, 1. par.* Odd. *in prælud. de cõp. par.2.q.6. in fin.* Craſſ. *in §. ſubſtit. q.16.* Vaſq. *de ſucc. creat. §.21. limit.10.n.224. & li.2. de ſucc. progreſ. §.11.n.46. & §.15.n.35.* Mant. *li.5. de coniect. vl. vol. tit.6.* vbi multos citat, Alex. Trent. *de ſubſt. par.1. cap.22.* Intri. *de ſubſt. cẽt.1.q.16.n.32. vſq; ad fin. & q.59.* Gal. *de excep. ſuc. tit.4. excep.18.n.61. & ſeq.*

2 Primus eſt caſus, quando nulla facta eſt tẽporis præfinitio, ſed ſimpliciter dictum fuit, impuberi filio meo hæres eſto, vel quiſquis mihi hæres erit, impuberi filio meo hæres eſto, & tunc nõ expirat tacita vulgaris, arg. *l. fi. C. de hæred. inſt.* Bar. *d.l.1.n.56.ff. de vulg.* Gul. Ben. *c. Rainutius, in materia vulgaris, n.138. ext. de teſtam.* Bald. *de vulg. n.40. in fi.* Bart. Huc. *de vulg. n.46. in fine,* Vaſq. *d.§.21 de ſucc. creat. n.244. & de ſucceſſ. progreſ. li.2.§.11.n.46.* Alex. Trent. *d. cap.22.* vbi teſtatur de communi opinione, Intrig. *d.q.56.n.7.* Gallus, *d. tit.4. except.18.n.26.* & alij ſupra relati *n.1*

3 Secundus eſt caſus, quandò ſubſtitutio eſt facta in lõgius tempus quam ætatis pupillaris, puta vſque ad 20. annum, & pariter non expirat, ſed durat vſque ad 20. annum, ita Doctores ſupra relati, *nu.1.* & dicam *infra queſtione 159.*

4 Tertius eſt caſus, quando ſubſtitutio eſt reſtricta ad tempus pubertatis, & tunc adueniente pubertate, & tacita vulgaris expirat, ita tenent omnes ferè citati, ſupra *n.1.* quibus add. Alber. de Roſa. *in l. precibus, n.12. Cod. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Gabr. Imol. *in l. qui habebat. D. de vlg.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.69. & 70. D. ad Trebell.* Gull. Bened. *in c. Rainutius, in materia vulgaris, n.138. ext. de teſtam.* Bald. *conſ.262. caſus talis eſt quidã, li.2.* Signor. *conſ.235.n.7.* Bald. *de vulg. nu.40.* Bartol. Huc. *de vulg. n.16.* Zaſ. *de vulg. circa finem.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.16.n.1.* Intrigl. *d.q.16.nu.34. q.59.n.2. q.88.n.29.*

Contrariam opinionem tenuerunt Gloſſ. *in l. Lex* 5
Cornelia, D. de vul. & ibi Imo. & Cuman. *n.12.* & Cornel. Salic. *in l. ſi teſtamento, n.14. C. de impub. & al. ſubſt.* Imol. *in l.1. D. de vulg.* & ibi Soc. ſen. *n.53.* Rip. *n.225.* Alc. *n.160.* Imol. *in l. in pupillari, D. de vulg.* Coraſ. *in l. poſt aditam, n.28. C. de impub. & al. ſubſt.* Did. *in c. Rainutius, §.5.n.5. de teſtam.* vbi latè cõprobat Signor. *conſ.7.n.4.* Rol. *de pub. ſubſt. n.39.* Soarez. *in addit. ad Gomez Variar. Reſolut. tom.1.c.3.* Vaſq. *d. limit.10.n.244. & li. de ſucceſ. progreſ. §.11.n.46.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem & veriorem. Odd. *in prælud. comp. par.2.q.6. verſ. aut facta fuit,* Mant. *d. tit.6.* vbi latè diſputat, & comprobat, Meno. *l.4. præſump.43.n.3. vſq; ad finem,* vbi hanc defendit, Alex. Trent. *d.c.22.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Gallus *de except. ſucceſ. tit.4. except.18.n.61. & ſeq. par.2.*

Tenendo primam opinionem.

Declaratur non procedere, quando ſubſtitutio non 6
eſſet formata, ſed eſſet informis, vt quando facta eſſet ſubſtitutio abſque illis verbis ſi hæres erit, Bald. *in l. precibus, n.42. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Caſtr. *nu.11.* Sap. *n.47.* Curt. iun. *n.37.* Soc. ſen. *in l.1.n.. D. de vulg.* & ibi Rip. *n.224.* Eman. Caſta, *in c. ſi pater, in verbo pupillares, n.9. de teſtam. in 6.* Did. *d.c. Rainutius, §.5.n.5. verſ. & ſanè, ext. de teſtam.* Caſtr. *conſ.13. ſuper primo dubio ſciendum in quinto dubio li.1.* Vaſq. *d.§.11.nu.46.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. li.5. tit.3.n.14. & ſeqq.* vbi alios refert, Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.7.n.6.* vbi teſtatur hanc eſſe magis cõmunem opinionem, Odd. *in prælud. comp. par.2.q.3. verſ. limita autem,* vbi teſtatur de communi opinione Menoch. *dicta præſump.43. in fine,* Intri. *d.q.16.nu.60. & ſeq.*

Contrariam opinionem tenẽt alij relati à Zanch. *d.l.* 7
hæredes mei, §. cum ita, n.70. D. ad Trebell. & plures alios citat Mant. *d. li.5. tit.3.n.14. & ſeq.*

Prima tamen opinio maximè procederet, ſi ſubſtitu- 8
tus eſſet filius teſtatoris, Caſtr. *in l. ſi pater filium, D. de vul.* Zanch. *d.§. cum ita, n.70. circa medium.*

Ampliatur hæc declaratio, vt procedat, & ſi extaret 9
ſtatutum, quod teſtamenta ad literam intelligantur, quia adhuc talis ſubſtitutio informis admittet ſubſtitutum, Vaſq. *dicto §.11.n.46. verſ. amplia.*

Quartus eſt caſus quando ſubſtitutio eſt reſtricta ad 10
minus tempus quàm pubertatis, & tunc expirat, ita tenent omnes ſupra allegati in tertio caſu pro vtraque opinione, vt dicit Vaſq. *dicto §.12.n.46.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.11.n.1.* Alex. Trent. *dicto cap.22. verſ. quartus caſus,* Intrig. *d.q.56.n.3.*

Contrarium tenent Rip. & Alciat. quos refert, & ſe- 11
quitur Vaſq. loco ſupra ſtatim citato, & vide alios, quos ſupra retuli *n.5.* qui etiam decidunt hunc caſum, vt apud eos videre poteris.

Declaratur hic caſus, prout etiam declaratur tertius 12
caſus.

QVÆSTIO LXVIII.

Excommunicatus ſi ſit inſtitutus, an ſtatim admittatur ſubſtitutus?

QVÆRO, inſtitutus fuit excommunicatus, 1
an ſtatim admittatur ſubſtitutus vulgariter? Dicas non admitti, Intrigl. *de ſubſt. cent.1. queſt.55.*

Contrariam opinionem probauit Conſt. Roger. *de* 2
ſubſt. tit.1.q.4.n.15.

Tenendo primã opinioneẽ, declararabis nõ procedere 3
in omnibus illis caſibus in quibus excõmunicatus non habet teſtandi factionem paſſiuam, quos videre poteris

apud Did. *in rub. teſtam. par. 2. n. 18.* Duennas *reg. 262.* Ant. Gabr. *tit. de teſtam. concl. 1.* Præt. *de interp. vlt. volunt. fol. 86. n. 75.* Intrigl. *d. q. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Prælegata relicta inſtituto non debentur vulgariter ſubſtituto.*
Maximè ſi ſubſtitutio eſt facta in hæreditate, n. 2.
Limitatur quando viuo teſtatore mortuus eſt hæres, quia ſubſtitutus habebit & prælegata, n. 3 ampl. & decl. n. ſeq.
Limitatur ſi verbis amplis, & generalibus ſit facta ſubſtitutio, n. 7.
Limitatur quando prælegatum abſorbet maiorem partem bonorum, quia ſubſtitutus illud conſequitur, n. 8. decl. n. 9.
Limitatur quando prælegatum eſt relictum ſub ea cõditione, ſub qua relicta eſt hæreditas, & factus eſt locus ſubſtitutioni, n. 10.
Limitatur in cohærede decedẽte ante aditã, quia pro portione illius prælegata tranſeũt ad ſubſtitutũ, n. 11.
Limitatur ſi expreſſe vel tacitè conſtet de contraria mente teſtatoris, n. 12.

QVÆSTIO LXIX.

Prælegata relicta inſtituto, an debeantur ſubſtituto vulgari?

1 QVæro quando ſubſtitutus vulgariter admittitur, an conſequi etiam debeat prælegata relicta inſtituto? Et teneas negatiuam opinionẽ per tex. *in l. Sextiliã, D. de leg. 3. l. miles, §. pro parte, D. leg. 2.* & ita prædictis legibus, Bart. & alij cõmuniter, Bart. *in l. 1. n. 44. ff. de vulg.* & ibi Socin. ſen. *n. 46.* Rip. *n. 178.* Bart. *in l. Marcellus, §. quid. in liberis, n. 2. ff. ad Trebel.* & ibi Ang. *n. 1.* Roman. *n. 3.* Imol. *n. 11.* Alex. *n. 4.* Soc. ſen. *n. 4.* Ruin *n. 16.* & Claud. Seiſell. *nu. 13.* Bald. *in l. cum virum, col. 2. C. de fideic.* & ibi Coraſ. *n. 65.* Padil. *n. 24.* Aret. *inſtit. de vul. in princip. n. 11.* Gul. Bened. *in c. Raynutius, in verbo ſi abſque liberis, in materia vulgaris, n. 114. ext. de teſt.* Ceph. *conſ. 259. n. 21. li. 2.* Honded. *conſ. 71. n. 7. li. 1.* Bard. *de ſubſt. vulg. n. 131.* Menoc. *li. 4. præſump. 195. n. 2.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Pereg. *de fid. art. 7. n. 5.* Al. Trẽ. *de ſubſt. par. 1. ca. 13. n. 14.* Intr. *de ſubſt. cent. 1. q. 45.* Boer. *q. 280. n. 6.*

2 Maximè vera eſt illa ſententia, quãdo ſubſtitutio eſt facta in hæreditate, Menoch. *d. præſump. 195. n. 4.*

3 Limitatur primò, quando teſtatore adhuc viuo mortuus eſt hæres, quia tunc ſubſtitutus habebit & prælegata, *d. §. pro parte,* & ibi Bart. Coraſ. *d. l. cum virũ, n. 77. C. de fideic.* & ibi Padil. *n. 26.* Claud. Seiſ. *in l. Marcellus, §. quidã liberis, n. 4. ff. ad Trebel.* Rip. *in l. 1. n. 178. ff. de vul.* Bald. *de vul. n. 31.* Men. *d. præſum. 195. n. 7.* Alex. Trẽt. *d. c. 13. n. 14. verſi. 3. declaratur,* Intr. *d. q. 45. n. 11.*

4 Ampliatur illa limitatio, ſiue ſubſtitutio ſit facta in hæreditate, ſiue in parte hæreditatis vel ſimpliciter nulla hæreditatis mentione facta, Coras. *ibi ſupra d. n. 67.* Padil. *d. n. 26.* Meno. *d. præſ. 195. n. 6.* Intrigl. *d. q. 45. n. 2.*

5 Contrariam opinionem, quando ſubſtitutio eſt facta in hæreditate probarunt Alex. *d. l. Marcellus, §. quidam liberis n. 4. ff. ad Treb.* & ibi Ruin *n. 16.* Pereg. *d. art. 7. n. 8.* Alex. Trent. *d. cap. 13. in fine.*

6 Tenendo ſecundam opinionem eam intelligas procedere, quado prælegatum continet maiorem partem bonorum, alias ſecus, Pereg. *d. art. 7. n. 8.*

7 Limitatur ſecundò quando teſtator verbis amplis, & generalibus ſubſtituit, exemplum quando inſtituto in omnibus, & per omnia ſubſtituit, Fulgoſ. *in l. cum virum, n. 4. C. de fideic.* & ibi Corn. *colum. fin.* Padil. *n. 26.* Menoch. *d. præſump. 195. n. 5.* Pereg. *d. art. 7. n. 7. in fine* Intrigl. *d. q. 45. n. 6.*

Limitatur tertiò, quãdo prælegatum abſorberet maiorem partem bonorum, quia ſubſtitutus illud conſequetur. Soc. ſen *d. § quidam liberis, n. 7 poſt. Cuman. ibi* Coraſ *d. l. cum virum, n. 71. C. de fideic.* Socin. ſen. *d. l. 1. n. 46. D. de vulg.* Honed. *conſ. 71. num. 46. li. 1.* Menoch. *d. præſump. 195. n. 7.* Pereg. *de art. 7. n. 7. & ſeqq.* vbi etiam Cuman. *addit.* Intrigl. *d. q. 45. n. 15.* 8

Sublimatur quando ſubſtitutus mortuus eſt poſt teſtatorem, ante tamen aditam, quia tunc ſubſtitutus non habebit prælegatum, niſi pro portione hæreditaria pro alijs verò partibus tranſmittetur ad hæredes inſtituti, ita Coraſ. quem ſequitur Menoch. *loco ſupra relato,* addo Alex. Trent. *d. cap. 13. n. 14. verſ. ſecundo declaratur* & Intrigl. *d. q. 45. n. 19.* 9

Limitatur quartò, quando, & prælegatum eſſet relictum ſub eadem conditione, ſub qua fuit relicta hæreditas, & factus eſt locus ſubſtituto, quia inſtitutus noluit implere conditionem, quia tunc & prælegatum debebitur, *l. fin. §. fin. ff. de col. except.* Pereg. *d. art. 7. n. 7.* 10

Limitatur quintò in coherede decedente ante aditam, quia tunc pro portione illius prælegata tranſeunt ad ſubſtitutos, concluſio enim præcedit in cohærede repudiante, Bart. *d. l. miles, § pro parte, ff. de leg. 2.* Alex. Trent. *d. cap. 13. n. 14. verſ. ſecundo declara.* 11

Limitatur ſextò vbicunque expreſſe, vel ex coniecturis poteſt apparere de contraria mente teſtatoris, Soc. ſen. *d. l. 1. n. 46. ff de vulg.* & ibi Rip. *n. 178.* Alex. Trent. *d. cap. 13. n. 14. verſic. hæc concluſio.* 12

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum relictũ à pupillariter ſubſtituto nõ debetur, ſi is ex tacita vulgari ſuccedat.*
2 *Legata relicta ab inſtituto, an ſint præſtanda à vulgariter ſubſtituto, ? remiſſiuè.*
3 *Legata relicta ab inſtituto, an cenſeantur repetita à ſubſtituto per fideicommiſſum ? remiſſiuè.*
4 *Legata relicta ab inſtituto, an cenſeantur repetita à pupillariter, vel exẽplariter ſubſtituto ? remiſſiuè.*

QVÆSTIO LXX.

Fideicommiſſum relictum à pupillariter ſubſtituto, an ſit præſtandum, ſi is ſuccedat ex tacita vulgari? Et legata relicta ab inſtituto, an debeantur à vulgariter ſubſtituto?

QVÆRO ſi fideicommiſſum relictum eſt à pupillariter ſubſtituto, ſi is ſuccedat ex tacita vulgari an teneatur illud præſtare? dicas quod non, ita poſt Senen. ſcribit Rip. *in l. 1. nu. 177. ff. de vulg.* 1

Sed an legata relicta ab inſtituto ſint præſtãda à ſubſtituto vulgari, vide apud Mant. *de conict. vlt. volunt. li. 8. tit. 2. n 15. & ſeq.* Menoc. *li. 4. præſum. 108.* Pereg. *de fid. art. 4. n. 17. & ſeq. & art. 16. n. 54. & ſeq.* Maſcard. *de probat. concl. 1171. n. 40. & ſeq.* Præt. *de int. vlt. vol. fol. 426. n. 49.* Intrig. *de ſubſt. cent. 1. q. 56.* & nos alibi in materia legatorum iuuante Deo explicabimus. 2

Sed quid de ſubſtituto per fideicommiſſum, an ab eo cenſeantur repetita legata relicta ab inſtituto, videndi erunt Mantic. *d. tit. 2. n. 15.* Pereg. *de fideicomm. art. 4. n. 19.* & latius, *art. 16. nu. 54. & ſeq. multis,* & ego ſcripſi *conſil. 92. dubio ſecundo,* Menoch. *libro 4. præſump. 108. in fine,* Maſcard. *dicta concluſio 1171. numer. 40.* 3

latè

latè Doct. precipuè *in l. licet imperator, nu.* 25. *vſque ad finem, ff. de leg.* 1.

4 Et quid de alijs ſubſtitutis videatur Menoch. *de præſumpt.* 108. *& in ſuis materijs dicetur.*

QVÆSTIO LXXI.

In re certa, vel parte bonorum, vel quota, ſi eſt facta vulgaris ſubſtitutio, an trahatur ad omnia bona?

1 QVæro an vulgaris ſubſtitutio facta in re certa vel parte bonorum, vel quota, trahatur ad omnia bona? Et dicas quod ſic, ne fiat contra regu. *l. ius noſtrum, D. de regul. iur.* & eſt text. *in l. cohæredi, §. fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ibi tradunt Doctores, Bart. *in l. Centurio, col.* 5. *ff. de vulg.* & ibi Iaſ. *columm.* 17. *&* 3. Rip. *nu.* 95. Caſtr. *in l. precibus, num.* 13. *C. de impu. & al. ſubſtit.* Curt. iun. *in rub. quan. non pet. part. colum. fin.* & ibi Cagnol. *n.* 21. *&* 28. Curt. iun. *in l. fin. nu.* 41. *C. de edic. Diu. Adr. tol.* Ruin. *conſil.* 51. *nu.* 54. *lib.* 2. Socin. iun. *conſ.* 95. *nu.* 11. *& conſil.* 121. *nu.* 14. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 231. *nu.* 4. 11. *& per totum,* Bardel. *conſ.* 9. *num.* 9. *& ſeq.* vbi loquitur quando eſt facta per verbum directum ciuile, etiam quod eſſet adiunctum verbum commune, Pereg. *de fideicom. art.* 33. *nu.* 18. *& ſeq.*

2 Quid in compendioſa, an in re certa facta, vel quota trahatur ad totum, quando ſit locus vulgari? dicam in materia compendioſæ, *q.* 237. *in fine, & q.* 238. *n....*

SVMMARIVM.

1 *Suitatem tollit vulgaris ſubſtitutio, contra n.* 2.

Ampliatur etiam in vulgari expreſſa verbis generalibus, n. 3. *contra n.* 4. *declara n.* 5.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta in caſum impotentiæ, quia tunc non tollitur ſuitas in caſum voluntatis, ad quem fieret extenſio, num. 6. *amplia nu.* 7. *&* 8.

Limitatur in tacita vulgari comprehenſa in pupillari expreſſa, n. 9. *amplia n.* 10.

Limitatur quando vulgaris eſt iuncta cum fideicommiſſaria, n. 11. *declara n. ſeqq.*

Limitatur quando vnus eſt ſubſtitutus vulgariter, alter per fideicommiſſum, nu. 12.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta in parte hæreditatis tantum, nu. 16.

Limitatur quando filius eſſet ſibi ipſi ſubſtitutus, n. 17.

Limitatur ſi ſubſtitutio fieret caduca ob mortem ſubſtituti, n. 18. *contra n.* 19.

Limitatur in legitima, nu. 20. *contra nu.* 21.

Limitatur quando quis eſt ſubſtitutus ſub conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri poteſt, nume. 22. *contra num.* 23.

Limitatur in vulgari, quæ fit in ſuitate, vt ſi dictum ſit, ſi filius me viuo morietur, nepotem ſubſtituo, nu. 24. *amplia, nu.* 25. 26.

Limitatur in vulgari comprehenſa in compendioſa, nu. 27. *&* 28. *contra nu.* 29.

Limitatur quando ſubſtitutus repudiat, nu. 30. *contra numer.* 31.

Limitatur, ſi relicta eſſent legata, quæ non eſſent repetita à ſubſtituto, tunc enim filio repudiante nõ tollitur ſuitas, nu. 32. *contra nu.* 33. *declara, nu.* 34.

Limitatur ſi adeſſet clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, nu. 35.

Limitatur, ſi teſtator expreſsè diſpoſuit ne ſuitas tolleretur, num. 36.

Ampliatur ſi ex coniecturis id colligeretur, nu. 37.

QVÆSTIO LXXII.

Suitatem an tollat vulgaris ſubſtitutio?

QVæro, an vulgaris ſubſtitutio tollat ſuitatem? 1
Et tenenda erit affirmatiua opinio quæ probatur in *l. ſi filius hæres, ff. de hæred. inſtitut. l. ſi filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill.* Bart. *in l.* 1. *Super quinto effectu ſubſtitutionis vulgaris, ff. de vulgar.* & ibi Imol. *in* 5. *quæſt. principali,* Socin. ſen. *nume.* 47. vbi de communi opinione teſtatur Ripa *numer.* 127. *numer.* 130. 131. Calan. *numer.* 57. vbi teſtatur de communi opinione, & ibi alij communiter, Bartol. poſt Gloſſ. *ibi in l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoſ. teſtam. & ibi alij,* Bald. *in l. apud hoſtes, Cod. de ſuis, & legit. hæred.* Bald. *in l. ſi arrogatur, ff. de adopt.* idem Bald. *in l. in ſuis, Cod. de lib. & poſth.* Bartol. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum.* & ibi alij præcipuè Eman. à Coſta, *part.* 4. *numer.* 26. Bald. *in l. cum proponas, Cod. de hæred. inſtit.* Idem Bald. *in l. fin. C. de rep. hæred.* & ibi Corn. *colum.* 2. Iaſ. *columm.* 1. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. ind. *numer.* 6. vbi teſtatur de communi opinione, Bald. *in l. poſt aditam, C. de impub. & alt. ſubſtit.* Ang. *in l. Cornelius, ff. de hæred. inſtit.* Imol. *in l. paterfamilias, ff. de hæred. inſtit.* Bart. *in l.* 1. *filius hæres, ff. de lib. & poſthum.* & ibi Bald. Imol. Alex. *nu.* 3. & alij communiter Cin. *in l. precibus, qu.* 4. *Cod. de imp. & al. ſubſtit.* & ibi Iaſ. *nu.* 3. Imol. *in l. iam dubitari, ff. de hæred. inſt.* Alber. *in l. ſi filius qui patri, nu.* 20. *ff. de vulg.* & ibi Iaſ. *num.* 17. Soc. ſen. *num.* 10. *&* 20. vbi dicit eſſe communem opinionem, Imol. *in l. fin. ff. de cond. inſt.* Alex. ind. *in l. Lucius, ff. de vulg.* & ibi Iaſ. & Rip. *nu.* 8. Caſt. *in l. ſi fratri, C. de iur. delib.* & ibi Corn. *nu.* 10. *&* 12. Segur. *in l.* 3. *§. fin. num.* 149. *ff. de lib. & poſthu.* Corn. *in l. cum antiquioribus, col.* 1. *C. de iur. delib.* Mainer. *in l. nemo poteſt mutare, nu.* 115. *ff. de reg. iur.* Bald. *in ca. Cumana, de elect.* Gul. Bened. *in c. Rainutius, in verb. mortuo il ſecundo, nu.* 120. *& in verbo, ſi abſque liberis, nu.* 93. *extr. de teſtam.* Alex. *conſil.* 71. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſi.* 20. *num.* 15. *lib.* 1. Bald. *de vulg. num.* 31. Bart. Huc. *de vulg. num.* 8. Leon. *de vulg. nu.* 165. *in fine,* Aret. *de vulg. nu.* 16. Polit. *de vulg. in fine,* Zaſ. *de vulg. cap.* 1. *nu.* 8. Soc. ſen. *in reg.* 390. *incip. ſuitas,* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, qu.* 14. vbi teſtatur de communi opinione, Odd. *in prælud. de comp. par.* 2. *qu.* 5. *effectu* 5. vbi teſtatur de communi opinione, Conſt. Rog. *in tract. de ſubſtit. tit.* 1. *qu.* 4. *nume.* 55. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 236. *nu.* 29. *& fol.* 241. *n.* 57. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 1. *c.* 24. vbi dicit eſſe communem opinionẽ, Intrig. *de ſubſt. cent.* 1. *qu.* 24. vbi teſtatur de communi opinione, Fachin. *lib.* 4. *Controu. iur. cap.* 71. Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſta. tit. de vulgar. nu.* 31.

Contrariam opinionem probarunt Bald. *in l. ſi filius* 2
hæres, ff. de vulg. & ibi Ang. Chriſtoph. de Caſtel. Cum. Aret. Caſt. Alc. *n.* 40. Bal. *in l. Papinianus, §.* 4. *ff. de inoſ. teſta.* & ibi Ang. Bened. de Plum. *in l. ſi fratris, C. de iur. delib.* & ibi Fulg. & Caſt. Ang. *in l. ſi pater, C. de inſt. & ſubſt.* Fulg. *in l. ſacſanctis, C. de legit. hær.* & ibi Caſt. Ang. *in l. ſuus quoque in fine, ff. de hæred. inſt.* Caſtr. *in l. ſi. C. de cond. inſt.* Ang. *in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ff. ad Trebell.* & ibi Roman. Ang. *in l. iã dubitari, ff. de hæred. inſt.* Bald. *in l. qui alienam, §. interdum, ff. de acqu. hæred.* & ibi Ang. Frãc. Formen. *in l. Gallus, in princ. ff. de lib. et poſth.* Planc. *in Repetit. ſua, in l.* 1. *n.* 47. *ff. de vulg.* Coraſ. *lib. miſcell. cap.* 2. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.* 21. *num.* 183. *& ſequentib.* vbi tamen primam opinionem dicit eſſe

communem, Ant. Gomez lib. 1. Reſolut. cap. 3. num. 15. Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſta. tit. de vulg. nu. 8. licet fateatur primam opinionem communem.

Tenendo primam opinionem commumem.

3 Ampliatur etiam in vulgari, quæ eſſet expreſſa verbis generalibus, vt ea quæ in reciproca continetur. Imol. d. l. ſi filius heres, in fine, ff. de liber. & poſth. & ibi Alexan. & Iaſ. Ioan. de Monte Spec. in l. ſi fratris, C. de iur. delib. Alex. in l. Lucius, nu. 13. & ſeq. de vulg. & ibi Rip. nu. 8. Soc. ſen. d. l. 1. ff. de vulg. Ang. conſi. 152. Vaſq. d. §. 21. n. 201. credit hanc veriorem retenta prima opinione in principali concluſione, ſecus verò ſi teneretur ſecunda opinio, Alex. Trent. d. cap. 14. n. 4.

4 Contrariam opinionem tenent Angel. d. l. Papinianus, §. quoniam, 4. ff. de inoff. teſtam. circa finem, Cuman. dict. l. ſi filius hæres, ff. de lib. & poſth. & ibi Caſtr. Iaſ. d. l. Lucius, n. 2. in fine.

5 Iſta ampliatio declaratur, quando reciproca etiam contineret fideicommiſſariam, quia tunc non tollit ſuitatem, Alex. d. l. ſi filius hæres, in fine. Alex. Trent. d. cap. 14. n. 7. & faciunt dicta infrà limitatione tertia.

6 De compendioſa dicam limitatione decima.

Limitatur, quando ſubſtitutus eſt datus in caſum impotentiæ, quia tunc non tollitur ſuitas in caſum voluntatis, ad quem fit extenſio, Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthu. & ibi Doct. communiter, Bald. in l. cum proponas, C. de hæred. inſtit. Imol. d. l. iam dubitari, Alex. in l. fin. nu. 2. C. de inſtit. & ibi Iaſ. nu. 6. ad medium, Imol. in d. l. paterfamilias, ff. hæred. inſt. Alex. d. l. ſi filius hæres, limit. 2. & ibi Iaſ. num. 55. ff. de hæred. inſtit. Soc. ſen. in l. 1. nu. 47. ff. de vulg. & ibi Rip. n. 177. Alciat. d. l. ſi filius qui patri, n. 4. ff. de vulg. Gul. Bened. d. c. Rainutius, de teſtam. Odd. d. qu. 5. effectu 5. Vaſq. de ſucc. creat. §. 21. n. 190. Alex. Trent. d. cap. 14. n. 5. vbi teſtatur de communi opinione.

7 Ampliatur iſta limitatio, etiam quod ſubſtitutus eſſet cohæres. Rip. d. l. 1. n. 177. ff. de vulg.

8 Contrarium tenet Iaſ. d. l. fin. n. 6. ad medium.

9 Limitatur ſecundò, in tacita vulgari comprehenſa in pupillari expreſſa, Bart. in l. ſi filius, qui patri, ff. de vulg. & ibi alij, Bald. in l. poſt aditam, C. de impub. & al. ſubſt. Bald. in l. apud hoſtes, Cod. de ſuis, & leg. Bald. in l. Papinianus, §. 4. ff. de inoff. teſta. & ibi Angel. Imol. d. l. ſi filius hæres, & ibi Alexand. n. 5. limit. 1. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. & ibi alij communiter, Iaſ. in l. fin. nu. 6. ad medium, C. de inſtit. & ſubſtit. Soc. ſen. in l. 1. n. 47. ff. de vulg. vbi teſtatur de communi opinione, & ibi Rip. n. 177. Odd. d. qu. 5. effectu 5. Vaſq. de ſuc. creat. §. 21. nu. 189. vbi teſtatur de communi opinione. Alex. Trent. d. cap. 14. nu. 2. vbi dicit eſſe communem opinionem.

10 Ampliatur iſta limitatio, etiam quod ſubſtitutus eſſet cohæres, Rip. d. l. 1. n. 177. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.

11 Limitatur tertiò, quando vulgaris eſt iuncta cum fideicommiſſaria, Bald. in l. non iuſtam prima opinione ff. ad Trebell. Ang. in l. Papinianus, §. quarta col. pen. D. de inof. teſtam. Bald. in l. in ſuis, D. de lib. & poſth. Aretin. in l. Centurio, colu. antepenultima, D. de vulg. Alexand. in l. ſi filius hæres, colum. penul. D. de liber. & poſthum. & ibi Iaſ. n. 67. Ang. in l. 1. D. de vulg. & ibi Imol. Iaſ. nu. 51. Socin. ſen. n. 47. Caccialup. in l. precibus, nu. 56. C. de imp. & al. ſubſt. Sebaſt. Sap. in rubr. C. de impub. & al. ſubſt. n. 30. Caſtr. conſ. 222. ſuper prim. col. fin. li. 2. Corn. conſ. 31. col. pen. li. 2. Ruin. conſ. 105. n. 12. & conſ. 165. n. 4. li. 2. Odd. d. qu. 5. effectu 5. Guald. de art. teſt. titul. 5. caut. 2. n. 2. Vaſq. d. §. 21. n. 193. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 236. nu. 29. & fol. 241. nu. 57. Alex. Trent. d. cap. 14. nu. 11. vbi teſtatur de communi opinione.

12 Idem eſt, quando vnus eſt ſubſtitutus vulgariter, alter per fideicommiſſum, Bart. in l. non iuſtam, C. ad Trebel. Bald. in l. ſuis, D. de lib. & poſth. Bald. in l. Papinianus, §. quarta, D. de inof. teſt. Ang. d. l. 1. D. de vulgar. & ibi Imol. & Soc. ſen. n. 47. Alex. d. l. ſi filius hæres, n. 5. fall. 5. Odd. de q. 5. effectu 5. Alex. Trent. d. c. 14. nu. 12.

13 Sublimitatur primò, quando fideicommiſſum eſſet repetitum à ſubſtituto, ita poſt alios ſcribit Socin. ſen. d. l. 1. n. 47. limit. 9. D. de vulg.

14 Sublimitatur ſecundò, quando ſubſtitutus vellet ſuccedere ex vulgari, quia tunc tollitur ſuitas, limitatio enim procedit, quando ſubſtitutus vellet hæreditatem ex fideicõmiſſo, Ang. in l. Papinianus, §. quarta, D. de inof. teſta. col. pen. Aret. d. l. Centurio, col. antep. D. de vulg. Ang. d. l. ſi filius hæres, n. 67. D. de lib. & poſth.

15 Contrariam opinionem probauit Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 236. n. 29. in fine.

16 Limitatur quartò, quando ſubſtitutio eſſet facta in parte hæreditatis tantum, Imol. in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, D. ad Trebell. Caſt. in d. l. ſi filius hæres, & ibi Alex. n. 5. lim. 2. Soc. ſen. d. l. 1. n. 47. lim. 8. D. de vulg. Gul. Bened. d. cap. Rainutius, n. 196. ext. de teſtam. Odd. d. q. 5. effectu 5. Vaſq. d. §. 21. nu. 192. Alex. Trent. d. cap. 14. nu. 9. vbi teſtatur de communi opinione.

17 Limitatur quintò, quando filius eſſet ſibi ipſi ſubſtitutus, Bald. in l. 1. C. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. Alexand. d. l. ſi filius hæres, n. 5. fal. 8. Soc. ſen. d. l. 1. n. 47. limit. 12. D. de vulg. Odd. d. q. 5. effectu 5. Vaſq. d. §. 21. n. 194. Alex. Trent. d. cap. 14. nu. 16.

18 Limitatur ſextò, quando ſubſtitutio fieret caduca ob mortem ſubſtituti viuo teſtatore, Bald. in l. ſi mater, §. 1. D. de vulg. Bald. in l. quidam Eulogio, C. de iur. deliber. Iaſ. d. l. ſi filius hæres, n. 58. Gul. Bened. loco ſuprà citato, Odd. d. q. 5. effectu 5. Vaſq. d. §. 21. n. 198.

19 Contrariam opinionem probarunt Imol. d. l. ſi mater, §. 1. D. de vulg. & ibi Alexand. Imol. d. l. 1. D. de vulg. & ibi Soc. ſen. nu. 47. limit. 14. Alexand. d. l. ſi filius hæres, num. 5. limit. 9. & ibi Iaſ. num. 59. Alex. Trent. d. cap. 14. nu. 13. 14. 15.

20 Limitatur ſeptimò in legitima, Iaſ. d. l. ſi filius hæres, nu. 61. Iac. Butr. relatus à Bald. in l. ſi arrogator, opp. 6. D. de adop. Gul. Bened. cap. Rainutius, in verbo, mortuo itaque num. 292. ext. de teſtam. Vaſq. d. §. 21. nu. 199. vbi alios addit.

21 Contrariam opinionem probarunt Bald. d. l. ſi arrogator opp. 6. D. de adopt. idem Bald. in l. in ſuis, in 2. opp. D. de liber. & poſth. Aret. d. l. ſi filius hæres, & ibi Alex. nu. 5. limit. 10. Soc. ſen. d. l. 1. nu. 47. limit. 15. D. de vulg. Alex. Trent. d. c. 14. nu. 19. & ſeq.

22 Limitatur octauò, quando quis eſſet ſubſtitutus ſub conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri poteſt, Socin. ſen. d. l. 1. nu. 47. limit. vlt. D. de vulg. Vaſq. d. §. 21. nume. 206. Odd. d. q. 5. effectu 5. Alexand. Trent. d. cap. 14. in fine.

23 Contrariam opinionem tenuit Aretin. dicta l. ſi filius hæres.

24 Limitatur nonò in vulgari, quæ fit in ſuitate, vt quando teſtator dixit, ſi filius me viuo morietur, nepotem ſubſtituo, l. Gallus per totam, D. de lib. & poſthu. Gloſſ. in l. ſi mater, D. de vulg. & ibi Bart. & alij, Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, D. de lib. & poſthum. Alex. d. l. ſi filius hæres, nu. 5. fall. 3. & ibi Iaſ. nu. 57. Soc. ſen. d. l. 1. n. 47. limit. 4. D. de vulg. Gul. Bened. d. cap. Rainutius, in verbo, mortuo itaque, nu. 195. ext. de teſtam. Vaſq. d. §. 21. num. 191. vbi teſtatur de communi opinione, & nu. 195. Alexand. Trent. d. cap. 24. numer. 8. vbi teſtatur de communi opinione.

25 Ampliatur, & ſi ſubſtitutus ſit nepos ſimpliciter filio, & ſic abſque alia conditione, ſi filius me viuo morietur, Gloſſ. in l. Gallus, §. quidam rectè D. de liber. & poſth. & ibi

ibi Batt. & alij Bald. *in l. 1. D. de vulgar.* & ibi Angel. & Socin. ſen. *n. 47.* Iaſ. *d. l. ſi filius hæres, n. 15. & n. 57.* Em.in. Coll. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 12. D. de lib. & poſthum.* Gul. Bened. *loco ſuprà ſtatim citato, n. 198.* Paſq. *d. §. 21. n. 196.* vbi alios addit.

26 Contrariam opinionem probarunt Imol. *d. l. 1. D. de vulg.* Alex. *d. l. ſi filius hæres,* Alexand. Trent. *d. cap. 14. num. 17.*

27 Limitatur decimò, in vulgari comprehenſa in compendioſa, Ang. *d. Papinianus, §. quarta, col. fi. D. de inoſ. teſtam.* Ioan. de Monte Sper. *d. l. ſi fratris, Cod. de iur. delib.* Caſtren. *d. l. ſi filius hæres,* & ibi Cuman. Alexād. *col. fin.* & Iaſ. *n. 55.* Socin. ſen. *d. l. 1. num. 47. limit. 7. C. de vulg.* Gull. Benedict. *vbi ſuprà n. 203.* Angel. *conſ. 151.* quidam Nicolaus, Vaſq. *d. §. 21. n. 200.* Alex. Trent. *d. cap. 14. n. 7.*

28 Maximè ſi compendioſa contineret etiam fideicommiſſariam, Imol. *d. l. ſi filius hæres,* Socin. ſen. *in l. 1. num. 47. lim. 7. D. de vulg.*

29 Contrariam opinionem, quod immo ſuitas tollatur per vulgarem comprehenſam in compendioſa, probarunt Gomez. *tom. 1. var. reſol. c. 9. de transm. hæred.* & ſentit Petr. Greg. *in Syntag. iur. vniverſ. par. 3. li. 42. cap. 26. nu. 12.*

30 Limitatur vndecimò, quando ſubſtitutus repudiat, communis enim concluſio procedit quando ſubſtitutus adiit, Gloſſ. *d. l. Papinianus, §. quarta, D. de inoſ. teſtam.* Soc. ſen. *d. l. 1. n. 47. D. de vulg.* Vaſq. *d. § 21. n. 205.* dicit ſe hanc tenere, licet contraria opinio ſit verior, quādo tenetur communis opinio in principali quæſtione.

31 Contrariam opinionem tenent Ang. *d. l. Papinianus §. quarta, D. de inoſ. teſtam.* Ioan. de Monte Sper. *d. l. ſi fratris, C. de iur. delib.* Alex. Trent. *d. c. 14. d. 12.*

32 Limitatur duodecimò, quando relicta eſſent legata, quæ non eſſent repetita à ſubſtituto, tunc enim filio repudiante non tollitur ſuitas, Bald. *in l. 1. C. ſi quis om. cau. teſtam.* Aret. *d. l. ſi filius hæres,* & ibi Alex. *col. pen. fall. 7.* Iaſ. *n. 58.* Gul. Bened. *d. c. Rainutius, in mortuo itaque n. 199. ext de teſtam.* Vaſq. *d. §. 21. n. 197.*

33 Contrariam opinionem probarunt Ioan. de Monte Sper. *D. l. fratris, C. de iur. delib.* & ibi Imol. Soc. ſen. *d. l. 1. n. 47. lim. 21. D. de vulg.* Alex. Trent. *d. ca. 14. n. 18.*

34 Declaratur ſecunda opinio, & non procedit, quando repudiatio eſſet facta in fraudem, Ioan. de Mōte Sper. Soc. ſen. & Alex. Trent. *locis ſuprà ſtatim relatis.*

35 Limitatur tertiodecimò, quando adeſſet clauſula vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, Bald. *in l. non iuſtam. 1. oppo. C. ad Trebell.* & ibi Fulgoſ. Bald. *in l. in ſuis, D. de lib. & poſth.* Ang. *in l. 1. D. de vulg.* & ibi Imo. & Soc. ſen. *n. 47.* Caſt. *d. l. ſi filius hæres,* & ibi Alex. *col. pe.* & Iaſ. *n. 96.* Gul. Bened. *loco ſuprà relato, n. 197.* Alex. *conſ. 4. & conſ. 6. col. 2. li. 1.* Vaſq. *d. §. 21. n. 204.*

36 Limitatur decimoquartò, quando teſtator expreſſe diſpoſuit, ne ſuitas tolleretur, Iaſ. *in l. in pupillari, D. de vulg.* Iaſ. *d. l. ſi filius hæres, in fine,* Bald. *in cap. Cumana, de elect.* Gul. Bened. *vbi ſuprà n. 204.* Vaſq. *d. §. 21. nu. 207.* vbi teſtatur de communi opinione, Alex. Trent. *d. c. 14. num. 23.*

Idem ſi ex coniecturis colligeretur teſtatorem noluiſſe tolli ſuitatem, Vaſq. *d. §. 21. n. 208.* Alex. Trent. *d. c. 14. n. 24.*

QVÆSTIO LXXIII.

QVÆRO, teſtator plures vocauit, & ſumus in caſibus, quod ordine ſucceſſiuo dicuntur vocati, an tunc dicantur vocati per vulgarem, an per fideicommiſſariam? dicam quæſt. 479.

QVÆSTIO LXXIV.

QVæro, quando in vulgari ſubſtitutione plures ſunt vocati, quomodo, & pro qua parte admittantur? dicam *quæſtione 477.*

SVMMARIVM.

1 *Plures & eorū liberi, vel hæredes ſi ſint vulgariter ſubſtituti, altero præmortuo cum liberis, ſuperſtes admittetur excluſis liberis mortui, contra n. 2.*

Ampliatur, & ſi iſti liberi, vel hæredes eſſent deſcēdentes teſtatoris, n. 3. contra n. 4.

Limitatur quando ſingulariter facta eſt ſubſtitutio cuique de ſuis liberis, n. 5.

QVÆSTIO LXXV.

Plures & eorum liberi, vel hæredes ſi vulgariter ſunt ſubſtituti, altero mortuo, an eius liberi, vel hæredes admittantur, an verò conſubſtitutus?

QVæro, ſunt vocati Titius & Seius, & eorum liberi, vel hęredes in ſubſtitutione, mortuus eſt Titius an admittatur Seius, ſolus, an verò vnà cū eo hæredes, vel liberi Titij prædefuncti? Et dicas Seiū ſolū ſuperſtitē admitti, Dec. *in l. Gallus, §. & ſi parentes, D. de liber. & poſth.* & Imol. Iaſ. *n. 34.* vbi dicit eſſe communem opinionem, & Soc. ſen. *num.* Curt. iun. *in l. 2. nu. 12. C. de ſucceſſ. edict.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 902. D. ad Trebel.* vbi teſtatur de communi opinione, Anchar. *conſ. 391.* Ang. *conſ. 305. cariſſime frater, col. 2.* Alex. *conſil. 36. lib. 3.* Ruin. *conſil. 101. col. 4. & ſeq. lib. 2. & conſi. 154. colum. 3. & ſeq. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 44. n. 11. lib. 3.* Curt. iun. *conſ. 57. col. fin. & conſ. 161. col. 3.* Menoch. *conſ. 105. n. 36.* vbi teſtatur de communi opinione, Pereg. *conſ. 65. n. 23. verſ. his accedit, lib. 1.* Argumēta huius ſententiæ deduxi ſuprà *quæſt. 54. num. 18.* 1

Contrariam opinionem probarunt, & melius, Alexand. *in l. Gallus, §. & ſi parente, col. pen. D. de liber. & poſthum.* & ibi Claud. Seiſel. *n. 23.* Alexand. *conſ. 107. col. pen. lib. 5.* Ruin. *conſ. 28. col. 3. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 20. col. 2. & ſeq. lib. 3.* Mod. Pariſ. *in addit.* ad Alex. *d. conſ. 36. lib. 3.* 2

Tenendo primam opinionem magis communem.

Ampliatur, & ſi iſti liberi, vel heredes eſſent deſcendentes teſtatoris, Zanc. *d. §. cum ita n. 908. D. ad Trebel.* poſt Anchar. *conſil. 391.* 3

Contrariam opinionem, & melius tenuerūt Soc. iun. *conſil. 20. col. 2. & ſequ. lib. 3.* Moder. Pariſ. *loco ſuprà relato.* 4

Declaratur non procedere quādo ſingulariter facta eſt ſubſtitutio Titio, & Seio de ſuis liberis, vel hæredibus, quia tunc altero mortuo eius liberi admittuntur, vel hæredes, vt dixi *quæſt. 495.* an ius accreſcēdi habeat locum in fideicommiſſis, caſu 9. vbi ſubdeclaratio poſita fuit. 5

De hac quæſtione videantur d. in qu. 498. & qu. 54. num. 28.

QVÆSTIO LXXVI.

QVæro an ſubſtitutus vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum poſſit ex qua vult ſubſtitutione ſuccedere? dixi *ſuprà quæſtione 10.*

QVÆSTIO LXXVII.

QVæro, an vulgaris iuncta cum fideicommiſſaria retineat ſuam naturam? dixi quæſtione 9.

QVÆSTIO LXXVIII.

Vulgaris ſubſtitutio ſi vt vulgaris valere non poteſt, an trahatur ad fideicommiſſariam, & è contra?

QVæro, ſi ſubſtitutio vulgaris non poteſt valere vt vulgaris, an trahatur ad fideicommiſſariam? dixi *ſuprà q.7.*

Sed è contra an fideicommiſſaria, quæ non poteſt valere, vt fideicommiſſaria ob non aditam hæreditatem ex cauſa occurſa viuente teſtatore, ſi ille prouidere non potuit, ſuſtineatur vt vulgaris? reſpondetur, quod ſic, ſecundùm Odd. *conſ.* 10. *n.* 56. & dixi ſuprà *q.7.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Fratres ſi ſunt ſubſtituti vtrinque coniuncti non excludunt ex vno latere coniunctos, quando agitur de vulgari.*
Maximè ſi in numero plurali vocati eſſent fratres, & vnus tantum eſſet frater ex vtroque latere cōiunctus, num. 2.
Ampliatur etiam in tacita vulgari n.3.
Limitatur, ſi in inſtitutione eſſent coniuncti fratres ex prima vxore, & fratres ex ſecunda, quia coniuncti præferuntur, n.4. ampl. & decl. n. ſeqq.
Limitatur quando teſtator magis dilexit coniunctū in vna portione, n.11.
Limitatur quando teſtator eſſet non aſcendens, ſed frater quia vtrinque coniunctum, non conſanguineum tantum cenſetur vocaſſe, n. 12.
13 *Fratres, ſi ſint pupillariter ſubſtituti vtrinque cōiunctus nō excludet cōſanguineum tantum, cōt. n.15.*
Maximè ſi ſtatuti diſpoſitione ſola agnatio eſt conſiderabilis, n. 17.
Limitatur quando vtrinque coniunctus fuit à teſtatore re, & verbis coniunctus, n. 18.
14 *Pupillaris ſubſtitutio recipit declarationem ex proximitate, affectione, & voluntate teſtatoris, non pupilli, contra n.16.*
22 *Fratres ſi per fideicommiſſum ſint ſubſtituti, admittuntur tam conſanguinei tantùm, quam vtrinque coniuncti ſimul, contra n.29.*
Maximè ſi ſubſtitutio eſſet compendioſa continens vulgarem, & fideicommiſſariam, n.23.
Ampliatur, etſi teſtator eſſe extraneus, n.36.
Limitatur, ſi teſtator eſſet frater, quia vtrinque cōiunctus excluderet cōſāguineū tātū, n.37. cōt. n. 39.
Declaratur non procedere quando vnus tantùm frater conſanguineus extat, & vocati ſint fratres in numero plurali, n.40.
Declaratur non procedere ſi expreſſe, vel relatiuè teſtator de conſanguineis feciſſet mentionem, n.41.
Declaratur non habere locum, quando in ſubſtitutione non eſſent vocati fratres, ſed ſolum ſimpliciter factum eſſet fideicommiſſum pro agnationis conſeruatione, vel ſubſtituti ſint agnati, n.42.
Declaratur non procedere quando fratres cum dictione vniuerſali, eſſent vocati, n.43.
Declaratur quando ex ſtatuto ab inteſtato ad ſucceſſionem eſſent vocati tam conſanguinei, quā vtrinque coniuncti, num.44.
Declaratur quando fideicōmiſſaria ſubſtitutio eſt iuncta cum vulgari, vel cum iure accreſcendi, n.45.
Declaratur quando in inſtitutione eſſent honorati tā conſanguinei fratres, quàm vtrinque coniuncti, numero 46.
Limitatur quando vtrinque coniunctus eſſet re, & verbis, coniunctus in portione, quia ille præfertur n.47. decl. tra. num.48.
Limitatur ſi appareret teſtatorem voluiſſe præferri vtrinque coniunctum, n.49.
Limitatur, ſi ex iuris diſpoſitione vtrinque coniunctus excluderet conſanguineum, n.50.
24 *Patruelis ex conſanguineo fratre concurrit in fideicōmiſſo cum patruele ex fratre vtrinque cōiuncto.*
26 *Frater conſanguineus tantum patri ſuccedit ab inteſtato cum fratribus vtrinque coniunctis.*
27 *In fideicommiſſis ſuccedit teſtatori non grauato.*
28 *Dilectio, quæ eſt in inſtitutione cenſetur eſſe & in ſubſtitutione.*
31 *Frater vtrinque coniunctus ab inteſtato in ſucceſſione fratris excludit conſanguineum tantum.*
34 *In fideicommiſſis proximitas grauati, non teſtatoris attenditur, contra n.35.*
51 *Frater conſanguineus tantum in fideicōmiſſis concurrit cum vtrinque coniuncto, maximè ſi & in inſtitutione ſint ſimul honorati æqualiter.*
52 *Frater vtrinque coniunctus in fideicommiſſis non excludit conſanguineum tantū, maximè quando agnationis ratio habita fuit.*
53 *Frater vtrinque coniunctus non excludit conſanguineum in fideicommiſſis, maximè quando in numero plurali ſunt ſubſtituti fratres, & extat vnus tantum vtrinque coniunctus.*

QVÆSTIO LXXIX.

Fratres ſi ſint ſubſtituti, an fratres vtrinque coniuncti excludant conſanguineos tantum?

QVæro, teſtator vocauit fratres, an frater vtrinque coniūctus excludat conſanguineum? Diſtingue plures caſus.

Primus eſt caſus, quando agitur de ſubſtitu- 1
tione vulgari, & omnes æqualiter admittuntur, Rain. *in l. Lucius, ff. de vulg.* & ibi Bart. *n.* 21. Imol. *n.* . . Iaſ. *n.* 31. Rip. *n.* 47. vbi de communi opinione teſtatur *n.* 48. *in fine* Bald. *in l. iam hoc iure, ff. de vulg.* & ibi Nicol. de Neap. Bald. *in l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulg.* & ibi Imo. Caſtr. Bald. *in l. in teſtamēto, C. de mil. teſtam.* & ibi Ang. Roman. & Salic. Bald *in l. cohæredi, §. qui patrem ff. de vul.* Alber. *rub. de vul. in mat. recip. q.* 16. Aret. *in §. pen. q. vltima, inſt. de vul.* Caſtr. *in l. 1. ff. de vul.* Bald. *in l. 1. C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Caſt. Crot. *in l. re cōiuncti, ff. de l. 3.* Imo. *in c. Rainutius, in mater. recip. ext. de teſtam.* vbi de cōmuni opinione teſtatur, & ibi Gal. Ben. *in materia recip. n.* 8. Alex. *conſ.* 30. *li.* 2. vbi dicit eſſe communē opinionē, Ruin. *conſ.* 159. *& conſ.* 165. *li.* 2. Decian. *cōſ.* 186. Crauet. *cōſ.* 43. Nat. *cōſ.* 130. *n.* 7. *li.* 1. Port. *conſ.* 10. Gab. *conſ.* 121. *li.* 1. Menoc. *conſ.* 198. *n.* 3. *&* 4. vbi dicit hanc eſſe receptiſſimā ſententiā, *& cōſ.* 187. *n.* 41. *& conſ.* 841. *n.* 12. *in fine*, Surd. *conſ.* 31. *li.* 1. Pereg. *conſ.* 67. *n.* 4. *li.* 5. vbi teſtatur de cōmuni opinione, *cōſ.* 61. *nu.* 4. *li.* 4. Bar. Huc. *de recipr. n.* 19. Zaſ. *de recipr. c.* 4. *n.* 11. *& ſeq.* Did. *Pract. q.* . . 38. *n.* 2. vbi de cōmuni opinione teſtatur, Odd. *in prælud. comp. n.* 6. *qu.* 5. *n.* 14. *verſ. limitatur tertio*, vbi dicit eſſe magis communem opinionē, Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt.* 57. vbi dicit eſſe magis communem opinionem. Mant. *de coniect. vlt. volunt. li.* 8. *tit.* 13. *n.* 6. *& tit.* 7. *n.* 3. Menoch. *li.* 4. *præſump.* 65.

7.nu.1.Carp.ſuper Stat. Mediol.ca.28.nu.8.Pręt.de interpr.vlt.vol.fol.264.num.10. vbi teſtatur de communi opinione, Peregr.de fideicommiſ.artic.20.num.12.& 15. Alex. Trent.de ſubſtit.par.5.cap.9.num.2.verſi.ſecundus caſus, vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. de ſubſt.cent.2.qu.80.Fachin.lib.4.contr(ou).iur.cap.86. in principio.

2 Maximè procederet, quando teſtator in numero plurali vocaſſet fratres, & vnus tantum frater vtrinque cõiunctus extaret, quia tunc etiam conſanguinei dicuntur vocati, Menoch.conſi.198.n.6.& 17. Surd.conſ.31.nu.23.lib.1. Intrigl.d.qu.80.in fine, Menoch.præſumpt.75.n.3.verſic.& hic.

3 Ampliatur etiam in tacita vulgari, Mantica, d.tit.13.n.6. & ſentiunt alij omnes.

4 Declaratur primò hic caſus, vt non procedat, quando teſtator in inſtitutione coniunxit re, & verbis duos, vel plures filios ex prima vxore, & duos, vel plures ex ſecũda, quia tunc coniuncti pręferri debent, Bart.in l.Lucius nu.21.D.de vulg.& ibi Ripa num.47. Alciat.nume.48. Baldus, in l.in teſtamento, qu.6.Cod.de teſtamen.milit. Bald.in l.cohæredi, §.qui diſcretas, ff.de vulgar.& ibi Imol.Caſtrenſ.Iaſ.in 2.notab.& Alciat.num.4.Iaſ.in l.1. colum.1.Cod.de impub.& al.ſubſtit.Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.396.& num.1023. Gul.Bened. in ca. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis moreretur, il ſecundo, in materia breuil.nu.8.de teſtam. Iaſ.conſil.83.lib.4. Grat.conſi.18.lib.2. Ruin.conſ.168.lib.2.conſ.28.n.13.& conſ.152.num.9.& ſeq.lib.3. Decian.conſi.186.& conſ.305.col.1.Crauet.conſ.43.Curt.iun.conſ.22.nu.8.& conſ.161.n.4.Soc.iun.conſi.66.num.5.& conſil.78. num.24.li.3.Non.conſil.40.nu.2. Decian.conſil.56.lib.2.Menoch.conſi.198.nu.13.19.24.li.2. Pereg.conſ.61.n.4.li.4.Durand.de arte teſt.tit.5.de ſubſt.caut.21.Menoc.d.præſumpt.75.n.4. Pereg.d.art.20.num.17. Alex. Trent.de ſubſt.par.vlt.cap.9.nu.2.Fachin.li.4.contrꝋ.iur.cap.86.verſic.excipio.

5 Ampliatur, & ſi teſtator vocaſſet ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, quia adhuc prius admitti debet coniunctus ſi extat, & eo non extante alij disiuncti. Dec.conſi.186.col.pen.Menoch.conſ.198.nu.15.lib.2. idem Menoch.d.præſ.75.n.6.

6 Contrariam opinionem ego credo veriorem per tex. in l.fin.ad Trebell.& ſenſit etiam Menoch.conſi.434.n.43.verſic.nono, vbi etiam, nu.45.citat Soc.ſen. Ruin.& Roland.

7 Subdeclaratur primò, quando ratio recti ſermonis non pateretur, vt quia vocati eſſent in numero plurali, & vnus tantum ſupereſſet, quia tunc omnes dicuntur vocati, Ruin.conſi.168.n.12.li.2.Gab.conſ.121.n.8.& 9.li.1. Menoc.conſ.198.n.6.& 17.Surd.conſ.31.n.23.li.1. Pereg.d.art.20.n.20.Meno.d.præſ.15.ante n.4.et n.20 & quæ ſcripſi q.263.n....& q.494.declaratione ſecunda.

8 Amplia idem eſſe, & ſi eſſent duo filij ex vna vxore, & tres ex alia, & euenerit caſus in vno ex tribus, nam licet in eis numerus pluralis verificetur, attamen quia ſi in vno ex duobus caſus eueniſſet, coniuncti ex alio latere venirent, pariter ratione æqualitatis ſeruandæ, idem dicendum eſt, licet euenerit caſus in vno ex tribus, Surd. conſ.31.n.23.lib.1.

9 Subdeclaratur ſecundò non procedere, quando cum dictione voluit tali eſſent ſubſtituti, & ſi dixit, & altero moriẽte omnes alios ſubſtituo. Surd.conſ.31.n.25.li.1.

10 Subdeclarationes alias collige ex his, quæ ſcripſi qu.494. an coniuncti præferantur in ſubſtitutione pluribus facta.

11 Declaratur ſecundò non procedere quando teſtator magis dilexit coniunctum in vna portione, quàm alios, Crau.conſ.43.Men.cõſ.198.n.17.& li.4.præſ.75.n.7.

Declaratur tertiò, vt procedat quando teſtator eſſet 12
aſcendens, ſecus ſi eſſet frater, quia tunc vtrinque coniunctus admitteretur excluſo conſanguineo per ea quæ dicam tertio caſu, decl.1.num.20.& ſeqq.vbi multipliciter limitaui.

Secundus eſt caſus, quando agitur de pupillari ſubſti- 13
tutione, & tunc idem dicendum eſt, vt omnes æqualiter admittantur, Aretin.in l.Lucius, in fine, D.de vulg.& ibi Iaſ.nu.... Ripa in fine, vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem Claud.Seiſ.in fine, Alciat. in fine, Alex. in l.Gallus, § quidam rectè, col.31. D.de liber.& poſth. & ibi Alexandrin.fol.6.col.3.& latius fol.10.column.2. Crot.in l.re coniuncti, numer.138.D.de leg.3.& ibi Pol. colum.fin.& Rip.nu.215. Alciat.in l.cohæredi, §.qui diſcretas, nu.5.D.de vulg. Bald.conſil.124.an in ſubſtitutione pupillari, li.5.Caſtr.conſ.436.qu.nũ ad primum ſeptimo dubio lib.2. Rub.conſ.176.col.fin. vbi dicit eſſe communem opinionem. Grat.conſi.8.n.10.lib.2. Crau. conſ.43.vbi teſtatur de communi opinione, Port.in cõſ. 110.nu.21.vbi alios addit & dicit ab hac conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum, Gabr.conſ.121.nu.8.& 9.lib.1.vbi dicit eſſe communem opinionem, Meno. conſil.193.num.3.& conſil.187.nume.41.Surd.conſil. 31.num.22.lib.1.Pereg.conſil.61.num.4.lib.4. Polit.de breuil.num.7.Zaſ.de breuil.cap.4.num.12. Did.Pract. Quæſt.cap.38.colum.6.Carp.d.cap.287.nume.8. Craſſ. in §.ſubſtitutio, qu.57.in fine, vbi teſtatur communi opinione, Mantic.d.tit.13.nu.17.verſi.quin etiam, vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch.d.præſ.74.n.8. vſque ad 15.& num.13.dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & æquiorem, Pereg.d.art.20.num.12. Præt.de interpr.vlt.vol.fol.264.n.10.& ſeq. vbi dicit eſſe magis communem, & veriorem opinionem, & numeris ſequentibus eam defendit, & idem tenet fol.336. n.7.Fachin.lib.4.contrꝋ.iur.cap.86.Gallus, de except. ſucc.tit.2.de except.21.n.63.par.2.

Ratio eſt, quia in pupillari ſubſtitutione non habetur 14
ratio pupilli, ſed teſtatoris eiuſque volũtatis, & affectionis, vt ſcribunt Bart. in l.2.nu.40.D.de vulg.& pupill. ſubſtit.& ibi Soc.ſen.n.32.Rip.n.60.& n.62.Surd.conſ. 31.n.43.& ſeq.li.1.Hier.Gabr.conſ.120.n.5.li.1. Menoch.conſ.198.n.3.cum multis alijs congeſtis q.ſeqq.in ſecundo caſu. Atqui affectio patris eſt erga omnes filios eadem, vt ſcribunt omnes relati in primo caſu, & in ſpecie Menoch.conſ.198.n.4.in fine, ergo &c.

Secundo facit reg.l.cum hoc iure, D.de vulg. quod facienda ſit æqualis determinatio, ſed in vulgari ſunt omnes æqualiter vocati, vt ſuprà in primo caſu, ergo idem erunt in pupillari.

Contrariam opinionẽ probarunt, Bald.d.l.coniuncti, 15
nu.62.D.de leg.3.Imol.d.l.Gallus, §.quidam rectè, D.de liber.& poſth.& ibi Rip.nume.57.Iaſ.d.l.Lucius, dicit hanc eſſe communem opinionem, licet ipſe diſſentiat, D.de vulg.Soc.ſen.in l.ſi cognatis, num.38.D.de duobus dub.Corat.in d.l.1.n.47.C.de imp.& al.ſubſt.Zanch.d. §.cum ita, n.1023.D.ad Trebell. Alex.conſ.30.nu.5.lib. 2.Gozad.conſ.53.n.15.Soc.ſen.conſ.249.n.23.lib.2.& conſ.86.n.10.lib.3.Ruin.conſ.95.nu.8.conſ.107.nu.6. conſ.165.n.7.conſ.166.nu.5.conſ.167.nu.11.& conſil. 159.li.2.Rub.conſ.36.nu.6. Curt.iun.conſ.125.num.3. Soc.iun.conſ.66.nu.5.li.3. Duran.de art.teſt.tit.5.caut. 21.n.2.Alex.Trent.de ſubſt.par.5.c.9.n.6. vbi dicit hãc eſſe magis communem opinionem, & hanc tenet quando ſumus in pupillari ſub reciproca contenta, ſed in ſimplici pupillari ſequitur primam opinionem, Intrigl. d.q.80.n.14.

Pro hac opinione adducitur primò, quod in pupilla- 16
ri ſubſtitutione attenditur proximitas, & affectio pupilli, ita vt pater cenſeatur eos vocaſſe, quos filius, ſi pru-

dens fuiſſet, vocaſſet, Bar. *in l. coniuncti, verſ. tertio quæro, ff. de leg. 3.* Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 125. ff. ad Trebell.* & ibi Zanch. *n.* 1019. Menoch. *conſ.* 124. *nu.* 16. ergo, &c.

Reſpondetur, contrariam opinionem eſſe magis cõmunem, vt dictum fuit, quod immo attenditur affectio teſtatoris.

Secundò pro hac opinione facit, quod præſumitur voluntatem teſtatoris eſſe debere conformem iuri cõmuni, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel.* & ibi Bart. & alij. Atqui de iure communi pupillo ſuccederet ab inteſtato vtrinque coniunctus, *auth. itaque, C. com. de ſucceſs.* ergo & ex teſtamento.

Reſpondetur quod præualet præſumptio ducta ab affectione teſtatoris æqualiter erga omnes filios, ita reſpon. Ripa *in l. Lucius, in fine, ff. de vulg.* Menoch. *d. præſumpt.* 75. *n.* 11. & alij omnes.

Tertiò accedit, quod cauſa teſtati regulatur à cauſa inteſtati, Gloſſ. & Doct. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* & latè dixi quæſt. an ſucceſſio in fideicommiſſis reguletur à cauſa inteſtati, ſed vtrinque coniunctus ab inteſtato excludit conſanguineum tantum *d. auth. itaque*, ergo & ex teſtamento excludat.

Reſpondetur vt ad præcedens argumentum reſponſum fuit.

Tenendo primam opinionem, quam ego etiam potius tenendam puto, an verior, & magis recepta ſit ſententia, quòd affectio teſtatoris attẽdatur, vnde erga omnes æqualis eſt affectio, cum omnes ſunt filij, æqualiter coniuncti teſtatori, & æqualiter ab eo in inſtitutione vocati.

17 Maximè dicas procedere, quando ſtatuti diſpoſitione ſola agnatio eſt conſiderabilis, vt quando ſtatutum vocat agnatos excluſis cognatis, Menoch. *conſi.* 181. *n.* 41. idem Menoch. *d. præſump.* 75. *n.* 13. *in fine, & n.* 21.

18 Declaratur non procedere, quando frater vtrinq; cõiunctus fuiſſet à teſtatore re & verbis coniunctus, vt dixi ſup. *n.* 5. *& ſeq.* vbi ſubdeclaratur, & vide *d. q.* 494.

Tenendo autem ſecundam opinionem.

19 Declaratur primò non procedere, quando ab inteſtato tam vtrinque coniuncti, quàm conſanguinei tantum ex ſtatutorum diſpoſitione vocarentur ad fratris ſucceſſionem, quia tunc omnes æqualiter pariter admitterentur, Alex. Trent. *d. cap. 9. nu. 6. verſ. ex prædictis.*

20 Declaratur ſecundò, vt procedat in pupillari ſub reciproca contenta, ſecus eſſet in pupillari expreſſa verbis ſpecialibus, Alex. Trent. *d. cap. 9. in fine.*

21 Declaratur tertiò non habere locum, quando vocatio eſt facta in numero plurali, & extabat vnus tantum cõiunctus, Surd. poſt multos citatos *conſ.* 31. *n.* 23. *lib.* 1. & quæ dixi in primo caſu *n.* 8. *& q.* 261. *limit.* 3.

22 Tertius eſt caſus, quando agitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria, & tunc etiam dicas omnes æqualiter admitti, Bartol. *in l. Lucius nu.* 21. *ff. de vulg.* & ibi Aret. *col. fin.* Iaſ. *nu.*.... Ripa qui teſtatur de communi opinione, *num.* 47. Alciat. *num.* 48. *in fine*, Soc. ſen. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Zanch. *nu.* 1023. Soc. ſen. *in l. cognatis, col. penult. & fin. ff. de reb. dub.* Alciat. *in l. cohæred. §. qui diſcretas, nu. 5. ff. de vulg.* Imol. *in ca. Rainutius, in materia reciprocæ ſubſtitutionis, nume*.... *ext. de teſt.* Alexan. *conſil.* 30. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 2. & ibi Moder. Pariſ. *in addit.* littera A, vbi dicit ita omnes tenere. Grat. *conſ.* 18. *primo, et ſecundo dubio li.* 2. Iaſ. *cõſ.* 84. *li.* 1. Gozad. *conſ.* 4. *col. pen.* vbi teſtatur de communi opinione, Corn. *conſ.* 97. *lib.* 1. *conſi.* 22. *li.* 2. *& conſil.* 230. *li.* 3. Socin. ſen. *conſi.* 87. *n.* 8. *li.* 3. vbi dicit eſſe magis communem opinionẽ, *conſ.* 249. *conſi.* 252. *li.* 2. *& conſ.* 83. *li.* 4. Bero. *conſ.* 90. *n.* 18. *li.* 2. Rub. *conſi.* 36. *& conſil.* 38. Crot. *conſ.* 39. *in fine, in conſ.* Rub. Ruin. *conſ.* 107. *n.* 6. *&* 8. *conſil.* 203. *num.* 20. *conſil.* 165. *colum.* 1. *conſil.* 102. *col. antep. conſi.* 117. *nu.* 25. *& conſil.* 123. *num* 18. *conſ.* 151. *nu.* 3. *& colum. fin. in principio, conſ.* 159. *nu.* 6. *conſ.* 162. *nu.* 8. *conſ.* 166. *n.* 50. *conſ.* 167. *col.* 4. *conſ.* 171. *col. fin. conſ.* 191. *col. antep. lib.* 2. *conſ.* 35. *nu.* 10. *& conſ.* 138. *in fine li.* 3. Dec. *conſ.* 304. *n.* 2. *& cõſ.* 186. Soc. iun. *conſ.* 116. *n.* 25. *conſ.* 126. *in fin. conſ.* 133. *n.* 27. *conſ.* 135. *n.* 3. *li.* 1. *& conſ.* 66. *n.* 5. *li.* 3. Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 47. *li.* 1. Rol. à Val. *conſ.* 100. *li.* 1. *& conſ. vltimo, nu.* 25. *lib.* 4. Crau. *conſ.* 43. *n.* 1. Curt. iun. *cõſ.* 128. *col.* 3. Port. *conſ.* 10. Gab. *conſ.* 121. *n.* 9. *li.* 1. Abb. *conſ.* 29. *n.* 18. *& conſ.* 81. *n.* 13. Dec. *conſ.* 6. *n.* 42. *li.* 1. Cephal. *conſ.* 455. *n.* 27. Menoch. *conſ.* 181. *n.* 40. *conſ.* 198. *nu.* 3. *& conſ.* 434. 4. *dubio*, vbi dicit hanc eſſe magis receptam opinionẽ, *conſ.* 571. *n.* 8. *& latè conſ.* 686. vbi dicit eſſe receptã opinionem, *conſ.* 841. *per totum, maximè, nu.* 18. vbi de recepta opinione teſtatur, Surd *cõſ.* 31. *li.* 1. Pereg. *conſ.* 38. *n.* 1. *&* 3. *li.* 3. & pro illo conſilio fuiſſe iudicatũ dicit *conſ.* 64. *n.* 16. *li.* 5. *conſ.* 69. *n.* 2. 15. *eod.* vbi dicit ita iudicatũ, *conſ.* 61. *n.* 4. *li.* 4. Polit. *de Breuil. n.* 7. Durand. *de arte teſtan. de ſubſt. cent.* 21. *n.* 3. Zaſ *de incip. ca* 4. *n.* 12. Tiraq. *de retract. §.* 11. *Gloſſ.* 1. *&* 14. Did. *Pract. q. ca.* 38. *n.* 2. vbi teſtatur de cõi opinione, Mantic. *de coniect. vlt. vol. li.* 8. *tit.* 7. *n.* 3. *& tit.* 13. *n.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *ca.* 9. *nu.* 3. *verſ. ſecũdus caſus*, vbi dicit hanc eſſe communem opinionẽ, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 12. *in fine* Menoch. *d. præſ.* 75. *n.* 17. Carp. *d. c.* 287. *n.* 8. Peregr. *d. art.* 20. *n.* 12. vbi dicit hãc veriorem opinionem, & magis receptam, & ita fuiſſe deciſum Paduæ atteſtatur, Pret. *de interpr. vlt. vol. fol.* 290. *n.* 33. vbi teſtatur de communi opinione, *& fol.* 343. *n.* 47. *fol.* 321 *n.* 18. vbi etiam teſtatur de communi, *fol.* 336. *n.* 7. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 77. vbi dicit eſſe receptiſſimam ſententiam, Fachin. *li.* 4. *controu. iur. c.* 87.

Maximè autem iſta opinio procederet, quando eſſe- 23
mus in compendioſa continente vulgarem, & fideicõmiſſariam, quia ſicuti per vulgarem omnes concurrunt, idem erit in fideicommiſſaria. Pereg. *conſ.* 69. *in fine lib.* 5. vbi alios multos allegat.

Idem eſt in patruele ex conſanguineo, vt concurrat 24
cum patruele ex vtrinque coniuncto in teſtamento, & fideicommiſſo aui, Pereg. *conſ.* 69. *nu.* 2. *lib.* 5. vbi dicit ita iudicatum.

Et pro hac communi opinione primò facit *l. vlt. ff. ad* 25
Trebell. vbi quia agebatur de bonis paternis, admittitur etiam conſanguineus, & de cuius legis inductione latè in terminis agit, Menochius *conſil.* 686. *& ſeqq. conſil.* 841.

Secundò in fideicommiſſis ſucceditur, prout ab inte- 26
ſtato ſuccederetur, Gloſ. *d. §. in fideicommiſſo*, & dixi *qu.* 481. ſed quando agitur de bonis paternis ab inteſtato, ita ſuccedit conſanguineus, vti vtrinque coniunctus, *l.* 1. *C. de legitim. hæred.* ergo, &c.

Tertiò accedit, quod in fideicommiſſis ſucceditur te- 27
ſtatori, non grauato, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. l. vnum ex familia, §.* 1. *D. de leg.* 1. Menoch. *conſi.* 357. *num.* 4. vbi dicit eſſe receptiſſimam opinionem, Honded. *conſ.* 57. *nu.* 19. *li.* 1. Pereg. *de fid. artic.* 20. *nu.* 1. Mago. *dec. Florent. Luc.* 83. *nu.* 15. vbi teſtatur de communi, & dixi latè *qu.* 274. Atqui in parte teſtatore eadem cenſetur affectio erga cõſanguineos: quàm erga ex vtroque latere coniunctos, vt dicunt Socin. ſen. *conſ.* 249. *n.* 2. *verſ. tertius caſus, li.* 2. Menoc. *conſ.* 124. *n.* 9. 10. *conſ.* 841. *nu.* 14. Tiraq. *de retract. conſang. §.* 11. *gl.* 1. *n.* 13. Bero. *conſ.* 143. *n.* 18. *in fine, lib.* 2. ergo dicendum eſt, quod teſtator voluerit vocare tam conſanguineos, quàm vtrinque coniunctos.

Quartò facit, quia ſi teſtator in inſtitutione eandem 28
oſtendit affectionem ad conſanguineos, quàm ad vtrin-

que

que coniunctos, quia æqualiter inſtituit, dicendum eſt, idem, etiam in ſubſtitutione, quia eadem dilectio, quę eſt in inſtitutione, & in ſubſtitutione dicitur ineſſe, Menoc. li.4. præſump. 16. nume. 7. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 264 nume. 15. Maſcard. de probat. concluſ. 1345. Ruin. conſi. 107. num. 6. lib. 2. Decian. conſi. 304. n. 2. Alciat. in l. cohæredi, §. qui diſcret. is, num. 5. D. de vulg. & pupill. Crauet. conſil. 43. num. 1. Maximè quando fuiſſent re, & verbis coniuncti in inſtitutione, vt probat Menoch. conſil. 686. num. 16. & ſeq. & probatur ex text. l. vltima, ff. ad Treb. vbi qui ſunt coniuncti in inſtitutione cenſentur etiam coniuncti in ſubſtitutione, de qua quæſtione, dicam, q. 494.

29 Alij autem contrarium tenent, & volunt vtrinque cõiunctum fratrem excludere conſanguineum, ita Bald. in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit. & ibi Angel. Salic. & Roman. Bald. in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & ibi Nicol. de Neap. Rein. in l. Lucius, ff. de vulg. & pup. l. ſubſt. & ibi Alex. Iaſ. & alij communiter, Soc. ſen. in l. ſi cognatis, n. 40. ff. de reb. dub. Gul. Ben. in c. Rainutius, in materia reciproca, n. 8. ext. de teſt. Ruin. conſ. 90. n. 8. conſ. 151. n. 9. conſi. 166. n. 5. conſ. 167. nu. 6. & 8. conſ. 191. n. 12. et conſ. 203. n. 20. li. 2. Soc. ſen. conſ. 249. nu. 24. li. 2. Dec. conſ. 304. Curt. iun. conſi. 125. nu. 4. & ſeq. Abb. conſ. 17. n. 15. Dec. conſi. 16. n. 19. li. 1. Cephal. conſ. 323. And. Gal. li. 2. obſeru. 151. n. 3.

30 Pro qua opinione facit primò, quia in fideicommiſſis ſucceditur, prout ab inteſtato ſuccederetur, Gloſſ. in l. cum ita, §. fideicommiſſo, ff. de leg. 2. & dicã q. 481. Sed ab inteſtato frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum tantum, auth. itaque, C. com. de ſuc. ergo, &c.

31 Ad hoc tamen argumentum reſpondetur, quod illud procederet in fideicommiſſo relicto à fratre, quia tunc ex diſpoſitione iuris communis fratri ſuccedit frater ex vtroque latere coniunctus, excluſo conſanguineo tantum, dicta auth. itaque, C. com. de ſucc. ſecus quãdo pater teſtatur, nam tunc retorquetur argumentum pro conſanguineo, vt dixi ſuprà in ſecundo, & tertio argumento primæ opinionis.

32 Secundò adducitur, quod ſi ſunt duo ſubiecti pares, ſi vni aliquid adijcitur ex hoc data eſt prælatio illi, & anterioritas, cap. cum duobus, de reſcr. n. 6. ſed vtrinque coniunctus habet additum vinculum matris, ergo, &c.

33 Reſpondetur, quod in ſucceſſione bonorum paternorum ab inteſtato nulla habetur ratio cognationis, ſed ſolum agnationis, l. 1. C. de legit. hæred. ergo idem & in fideicommiſſis, vt ſuprà probatum.

34 Tertiò, accedit pro hac ſecũda opinione, quod in fideicommiſſis attenditur proximitas grauati, nõ teſtatoris, Rot. Rom. in nouiſſ. dec. ſ. 74. par. 2. Dec. conſi. 26. n. 74. & ſeq. li. 2. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, idem teſtatur Io. Bott. conſ. 7. Pereg. conſ. 44. n. 14. li. 1. vbi dicit hanc opinionem in iudicijs eſſe receptam, & eſſe magis communem opinionem, & veriorem dicunt Laur. deciſ. Auen. 37. n. 34. Magon. deciſ. Lucen. 83. Cęſ. Barz. dec. Bon. 11. n. 8. Ant. Gam. deciſ. Luſitan. 206. nu. 23. & ſeq. cum infinitis à me congeſtis, q. 484.

35 Reſpondetur ad hoc argumentum ſecundum Meno. dicto conſ. 841. n. 22. verſ. reſpõdetur li. 9. quod in fideicommiſſis attenditur proximitas teſtatoris, non grauati, & plures ad hoc allegat, quibus addi poſſunt infiniti à me congeſti d. qu. 484. & ibi etiam agam de veritate harum inter ſe pugnantium opinionum.

Tenendo primam opinionem communem.

36 Ampliatur idem eſſe, & ſi teſtator eſſet extraneus, ſecundum Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 343. n. 47.

37 Declaratur primò non procedere, ſi teſtator eſſe frater quia tunc frater vtrinque coniunctus admitteretur excluſo altero conſanguineo tantum, Caſtr. in l. vltima, nu. 5. C. de verb. ſign. & ibi Iaſ. nu. 26. Corn. conſ. 37. nu. 3. li. 1. conſ. 22. col. 6. lib. 2. Ruin. conſ. 92. nu. 7. conſ. 165. nu. 9. conſ. 166. nu. 2. conſi. 167. nu. 3. & n. 12. conſi. 169. nu. 7. conſ. 191. n. 3. li. 2. & conſ. 28. nu. 8. lib. 3. Soc. ſen. conſ. 51. nu. 20. li. 4. Dec. conſ. 299. nu. 7. & conſ. 153. nu. 4. Pariſ. conſ. 49. n. 18. lib. 2. Bero. conſ. 117. li. 2. Soc. iun. conſ. 133. n. 24. conſ. 104. n. 28. conſ. 133. nu. 24. & conſil. 140. n. 8. li. 1. Pancir. conſ. 170. n. 9. Burſat. conſ. 1. nu. 23. li. 1. Menoc. conſ. 187. nu. 4. conſi. 198. nu. 15. lib. 2. conſi. 686. n. 20. li. 7. conſ. 841. n. 18. verſic. reſpondetur lib. 9. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 290. nu. 33. & fol. 343. nu. 47. Menoc. li. 4. præſ. 75. n. 19. Pereg. de fid. art. 20. n. 19. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. q. 77. nu. 5.

Ratio eſt, quia cum per fideicõmiſſum ſuccedatur teſtatori, l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. ſubſt. & latè dixi qu. 274. & ex diſpoſitione iuris frater vtrinque coniunctus ab inteſtato excludat conſanguineum, auth. itaque, C. comm. de ſucc. ita idem ſic in fideicõmiſſo cõſtituto à fratre, quia ille præſumitur ſe conformare teſtãdo cum diſpoſitione iuris, l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. & ibi Doct. & in fideicommiſſis ſucceſſio regulatur prout ſuccederetur ab inteſtato, vt dixi qu. 481. 38

Contrariam opinionem tenuerunt, Ruin. conſil. 159. num. 16. conſ. 168. num. 18. li. 2. Pereg. conſ. 64. num. 15. li. 5. Mant. d. tit. 13. nu. 7. 39

Subdeclaratur primò, quando vnus tantum frater vtrinque coniunctus extat, & teſtator vocauit fratres in numero plurali, nam cum numerus pluralis in vno verificari non poſſit, dicendum eſt, & conſanguineũ tantum eſſe vocatum per tex. in d. l. fin. ff. ad Trebel. & in ſpecie ita declarat Grat. conſil. 18. nu. 20. verſ. item quia, lib. 2. Ruin. conſ. 268. n. 19. li. 2. Soc. iun. conſ. 50. n. 12. verſic. tum etiam, li. 4. Gab. conſ. 121. n. 89. li. 1. Menoc. conſil. 50. n. 19. & conſ. 198. n. 6. conſ. 841. nu. 11. Pereg. d. art. 20. n. 20. & conſ. 64. n. 15. verſ. reſpõdetur, li. 2. Men. d. præſump. 75. n. 20. Intrig. d. q. 77. nu. 6. 40

Subdeclaratur ſecundò, ſi teſtator nominatim expreſſè, aut relatiuè de conſanguineis feciſſet mentionẽ, quia tunc & illi admitterentur, Soc. iun. conſ. 66. li. 3. Pereg. d. art. 20. nu. 20. in fine. 41

Subdeclaratur tertiò, quando teſtator habens fratres vtrinque coniunctos, & conſanguineos, non fecit fideicommiſſum vocãdo fratres, ſed ſolum ſimpliciter fideicommiſſum conſtituit pro conſeruatione agnationis, vt ſi dixit, & ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, bona mea volo ſubiacere perpetuò fideicommiſſo pro agnationis meæ conſeruatione, vel ſubſtituat agnatos, quia tunc conſanguinei non erunt excluſi. Crot. in l. filiusf. §. Diui, n. 161. ff. de leg. 1. Alciat. conſ. 37. li. 2. Mant. d. tit. 13. n. 4. & 5. Menoch. d. Præſump. 75. in fine, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 390. n. 33. Intrigl. d. qu. 77. in fine, Pereg. d. art. 21. nu. 19. in fin. 42

Subdeclaratur quartò, quando teſtator vocaſſet fratres cum dictione vniuerſali, vt omnes fratres, Caſtren. conſ. 383. lib. 1. Pereg. d. art. 20. nu. 21. 43

Subdeclaratur quintò, quando ſtatutum ad ſucceſſionem ab inteſtato vocaret tam fratrem conſanguineum tantum, quàm vtrinque coniunctum, vt diſponit Statutum Brixiæ, nam ſicuti remoto ſtatuto conſanguineus excluditur, quia ab inteſtato de iure cõmuni excluditur ab vtrinque coniuncto ad dicta ſup. n. 38. & ſeq. eadem ratione ſi ab inteſtato concurrit, & in fideicommiſſis concurrere debet, & ita ego conſului, & obtinuit in vna de Pontolio, & ita dixi in pupillari ſupra n. 7. 44

Subdeclaratur ſextò, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria eſſet vnita cum vulgari, vel cum iure accreſcendi, Pereg. conſ. 64. lib. 4. & conferunt dicta à Menoch. li. 4. præſ. 89. n. 143. & ſeq. & conſ. 686. n. 19. & ſeq. 45

Subdeclarari etiam poteſt ſeptimò, quãdo teſtator in 46

inſtitutione ita honoraſſet fratres conſanguineos tantum, quàm vtrinque coniunctos, per ea quæ ſcripſi q. 12. an ſubſtitutio declaretur ab inſtitutione.

47 Declaratur ſecundò quando vtrinque coniunctus eſſet re & verbis coniunctus in portione, quia ille præfertur Iaſ. in l. cohæredi, §. qui diſcretas, n. 2. ff. de vul. & in l. 1. C. de imp. & al. ſubſt. Zach. d. §. cum ita, n. 396. Ruin. conſ. 152. n. 9. & ſeq. li. 3. Dec. conſ. 304. n. 4. & cõſ. 186. Crauet. conſ. 43. n. 1. Alba. cõſ. 2?. n. 18. Gabr. cõſ. 21. n. 9. li. 1. Decian. conſ. 96 li. 2. Pereg. conſ. 64. n. 10. & 16. verſ. 2. li. 5. conſ. 6. n. 4. li. 4. Menoch. conſ. 686. conſ. 841. n. 15. & d. præſump. 75. n. 18. Alex. Trent. d. c. 9. n. 2. vbi teſtatur de communi opinione, Pereg. d. art. 20. n. 17. Intrig. d. q. 77. n. 4. & quæ dicam infrà in fine quæſtionis.

48 Subdeclaratur ſecundum ea, quæ ſcripſi in primo caſu ſuper iſta declaratione, & ſecundum ea, quæ ſcripſi ſupra n. 41. & ſeqq.

49 Declaratur quarto non procedere, quando teſtator voluit preferri vtrinque coniunctum, quia tunc ille admittendus erit, non tantum ſi agatur de primis fratribus, quàm etiam aliis ſequentibus, vt ſi nepos ex fratre eſſet mortuus, & concurrerent patrui, quorũ alij erant patri nepotis mortui coniuncti ex vtroque latere, alij verò ex vno tantum, Eug. conſ. 64. qui tamen mouetur ex aliquibus coniecturis, vt per eum.

50 Declaratur quintò non habere locum, quando ex diſpoſitione iuris vtrinque coniunctus excluderet ſubſtitutum, Decian. conſ. 33. n. 69. & ſeqq. vbi declarat.

Tenendo ſecundam opinionem in quæſt. principali.

51 Limitatur primò, non procedere, quando in inſtitutione teſtator vocaſſet, tam conſanguineum tantum, quam vtrinque coniunctum, quia idem præſumitur factum, & in ſubſtitutione poſt alios, Menoch. conſ. 686. n. .. & conſ. 841. n. 15. cũ alijs citatis ſuprà n. 46. & 47.

52 Limitatur ſecundò, quando teſtator vocauit maſculos excluſis fœminis, & ſic agnationis, tantum ratio habita fuit non cognationis, quia tunc & cõſanguineus tantum dicitur vocatus, Crott. in l. filius familias, §. Diui, n. 160. ff. de legat. 1. Bero. cõſ. 96. n. 8. & 13. l. 2. Soc. iun. conſ. 77. n. 30. lib. 3. & conſ. 72. n. 6. li. 4. Rim. iun. conſ. 283. n. 33. li. 3. Menoch. conſ. 841. n. 17. li. 7. & li. 4. præſumpt. 75. in fine.

53 Limitatur tertiò, quando in numero plurali vocati eſſent fratres, nec numerus pluralis poteſt verificari, niſi admiſſo fratre conſanguineo tantũ, vt dixi ſuprà n. 40.

S V M M A R I V M.

1 *In vulgari ſubſtitutione attenditur proximitas, & affectio teſtatoris.*

2 *In pupillari ſubſtitutione attenditur proximitas & affectio pupilli, contra n. 3. concord. n. 4.*

Ampliatur, & ſi teſtator ſubſtituit in bonis ſuis, n. 5.

Limitatur quando ageretur de matre, quæ tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias, quia attenditur voluntas teſtatoris, num. 6.

Limitatur quãdo agitur de excludendis, vel nõ excludẽdis aliquibus perſonis per tacitã pupillarẽ, quia tũc affectio, & volũtas teſtatoris attẽdi debet, n. 7.

QVÆSTIO LXXX.

Proximitas, & affectio teſtatoris, an hæredis attentur in ſubſtitutionibus?

DISPVTATIO elegans, atque vtilis eſt, an in ſubſtitutionibus ſit potius attendenda proximitas, & affectio teſtatoris, an hæredis? in hoc articulo tres diſtinguo caſus.

Primus eſt quando agitur de vulgari ſubſtitutione, & 1
tunc attenditur proximitas teſtatoris, & affectio, vt ſcribunt Bart. in l. re coniuncti, 3. q. 5. principali, ff. de lega. 3. Bald. in l. iam hoc iure §. primo, & in l. cohæredi §. qui diſcretas, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Imol. in l. Lucius ff. eod. & ibi Alex. Aret. & Ripa, in fine, So. in ſen. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. Bart. in conſ. 54. Soc. ſen. conſ. 86. lib. 3. & conſ. 249. n. 22. li. 2. Marz. conſ. 21. Dec. conſ. 26. n. 76. li. 2. Ceph. conſ. 333. n. 18. vbi dicit ita omnes tenere, & conſ. 313. n. 67. & conſ. 426. n. 65. Meno. cõſ. 106. n. 310. & conſ. 434. n. 30. Tiraq. tract. retract. conſang. §. 11. gl. 1. n. 14. vbi alios etiam recenſet. Petr. de fideicom. q. 11. n. 3. & n. 88. Theſaur. deciſ. Pedemont. 65. n. 4. & Magon. dec. Lucen. 83. n. 20.

Secundus caſus eſt, quando agitur de pupillari ſubſti- 2
tutione, & in hoc ſont duæ contrariæ opiniones. Prima eſt quod attendatur proximitas, & affectio pupilli, ita vt pater dicatur vocaſſe eos, quos filius ſi prudens fuiſſet, vocaſſet, & hanc tenuerunt Bart. in l. re coniuncti, verſ. 3. quæro, ff. de legat. 3. Fulg. in l. penul. C. de imp. & al. ſubſt. Alex. in l. 2. ff. de vul. & pup. ſubſt. Rub. in l. Gallus, §. quidam recte, col. 17. ff. de liber. & poſth. Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 125. ff. ad Trebell. & ibi Zanch. n. 1019. ſecundum primã impreſſionem, & conſulendo, Soc. ſen. conſ. 249. verſ. circa tertiam difficultatem, li. 2. Ruin. conſ. 107. n. 5. conſ. 162. n. 8. cõſ. 165. n. 6. cõſ. 167. n. 17. cõſ. 191. n. 2. 11. & 12. li. 2. & conſ. 141. n. 16. li. 3. Marz. cõſ. 11. Cephal. conſ. 416. n. 17. & ſeq. multis, Menoc. cõſ. 124. n. 16. In tractatibus Durandi de arte teſtan. tit. 5. caut. 21. n. 2. Petr. de fideic. q. 11. nu. 3. verſ. Sed cõtra, Alex. Trent. de ſubſt. par. 5. c. 9. ante n. 5.

Secunda eſt opinio, quod immo potius affectio teſta- 3
toris attendatur, quam probarunt Bart. in l. 2. nu. 40. & ſeqq. ff. de vul. & pup. ſubſt. & ibi Soc. ſen. n. 32. Ripa n. 60. & n. 62. Aret. in l. Lucius, ff. eod. & ibi Ripa n. 49. Alcia. n. 49. So. ſen. in l. ſi cognatis, n. 36. ff. de reb. dub. Dec. in l. vlt. n. 2. C. de inſt. & ſubſt. Ripa, in l. re coniuncti nu. 216. ff. de legat. 3. & ibi Marc. Aquil. par. 4. n. 199. Dec. in l. precibus, col. vlt. C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Cagnol. n. 217. & n. 223. Gul. Bened. in cap. Raintius, in materia pupillaris, n. 89. extr. de teſtam. & conſulendo Bald. conſ. quidã Petrus, n. 3. li. 3. Alex. conſ. 38. n. 4. li. 1. Corn. cõſ. 276. col. 4. li. 3. Grat. conſ. 119. n. 10. li. 2. Rub. Alex. conſ. 126. in fin. Crau. conſ. 43. n. 1. Surd. conſ. 31. n. 22. ad finẽ, & n. 43. & ſeq. vſque ad finẽ, li. 1. Menoch. cõſ. 198. n. 3. li. 2. & conſ. 434. n. 32. li. 5. Hier. Gab. cõſ. 120. n. 5. li. 1. & in tract. Tiraquel. de retract. cõſãguin. §. 11. gloſſ. 1. n. 15. Did. Pract. Quæſtion. c. 38. n. 2. Craſſ. in §. ſubſtitutio, quæſt. 31. num. 5. in fin. Mantic. de coniect. vlt. vol. li. 5. tit. 11. & li. 8. tit. 13. col. penult. Menoch. lib. 4. præſumpt. 39. nu. 85. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem ſententiam Intrigl. de ſubſtit. centur. 1. qu. 92. num. 120. & ſeq. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. excep. 19. n. 36. par. 2. In deciſionibus Theſaur. deciſ. Pedemont. 65. numer. 4. Et hæc iudicando & conſulendo tenenda erit.

Concordari autem poſſent prædictæ contrariæ opi- 4
niones ſecundum Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 1027. vſque ad n. 1054.

Aduertendum autem eſt, quod Ceph. d. conſ. 416. tenet primam opinionem, etiam in caſu, quando teſtator ſubſtituit in bonis ſuis.

Declaratur prima opinio, vt non procedat, quando 6
mater, quæ diceretur vocata tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias, quia tunc attenditur perſona teſtatoris, Alex. Trent. de ſubſtitut. part. 5. capitul. nono, numero ſeptimo. Contrarium tamen conſuluit, Cephal. dicto conſil. 416.

Declaratur ſecundò prima opinio, quando ageretur 7
de

de excludendis aliquibus perſonis, vel non excludendis per tacitam pupillarem, quia tunc & affectio, & voluntas teſtatoris attendi debet, Alex. Trent. *d. cap. 9. n. 7.* alios refert, & ſequitur Intrigl. *d. ſubſtit. cent. 1. qu. 92. num. 122.*

8 Tertius caſus eſt, quando agitur de fideicommiſſaria ſubſtitutione, & de hoc latius dicam *in materia fideicommiſſariæ, q. 484.*

QVÆSTIO LXXXI.

QVæro, an aliquando vulgariter ſubſtitutus concurrat cum inſtituto? Et dicas quod ſic in pluribus caſibus, vt per Doctores, *in l. 1. ff. de vul.* Odd. *in prælud. comp. par. 2. q. 51. effectu ſexto, limit. 6.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 1. cap. 9.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. q. 20. n. 2. & q. 34. latiſſimè.*

QVÆSTIO LXXXII.

QVæro, an caducata prima ſubſtitutione vulgari ſecundo vulgariter ſubſtitutus admittatur? dicam, *q. 469.*

QVAESTIO LXXXIII.

QVæro, an conditione in primo gradu ſubſtitutionis vulgaris appoſita defecta, ſequentes gradus ſubſtitutionis ſint extincti? dicam *infrà in materia fideicommiſſariæ, q. 476* vbi diſtinctionem poſui, & etiam materiam, & caſum vulgaris ſubſtitutionis conſideraui.

QVÆSTIO LXXXIV.

QVæro, an vulgaris ſubſtitutio ſub conditione facta, conditione defecta, habeatur, ac ſi vnquam fuiſſet facta? dicam, quæſt. 454.

QVÆSTIO LXXXV.

QVæro, an ſubſtitutio vulgaris facta ſub duplici conditione vna deficiente ſit inutilis? dicam *quæſt. 455.*

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris ſubſtitutio non tranſmittitur.*
Limitatur in illis caſibus, in quibus fideicommiſſum tranſmittitur, n. 2.
Limitatur, ſi ſubſtitutio eſſet vnita cum iure accreſcendi, n. 3. contra, n. 4.
Limitatur quando primo ſubſtituto datus eſſet alius ſubſtitutus, nam primo decedente ſpes tranſit in ſecundum, n. 5.
Limitatur, ſi in contrarium apparet de voluntate teſtatoris. n. 6. declaran. 7. remiſſiuè.

QVÆSTIO LXXXVI.

Vulgaris ſubſtitutio, an tranſmittatur?

QVæro, an vulgaris ſubſtitutio tranſmittatur? 1
Reſpondetur non tranſmitti, *l. quoties, ff. de vulg. & l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, & legit. hæred.* Iaſon. *in l. qui plures, ff. de vulg.* Ceph. *conſi. 16. n. 47. li. 1.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 216. n. 46.* Ant. Gabr. *de hæred. inſtit. concluſ. 2. n. 48.* Pereg. *de fideicom. art. 31. num. 6. ad medium,* Odd. *de compend. par. 6. q. 1. art. 2. num. 10. verſi. textus eſt,* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 14. n. 17.* Intrig. *de ſubſt. art. 1. q. 26.* Boer. *deciſ. 354. n. 14.*

Declaratur primò in omnibus illis caſibus, in quibus dicam fideicommiſſum tranſmitti, & licet non omnibus conueniant, tamen ibi plures habentur declarationes & in hoc non eſſe differentiam inter vulgarem, & fideicommiſſariam ſcribunt, Zanc. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 213. & 220. ad medium, ff. ad Trebel.* Ceph. *conſ. 114.* Menoch. *conſ. 200. n. 109. & conſ. 417.* 2

Declaratur ſecundò, non habere locum, quando ſubſtitutio eſſet vnita cum iure accreſcendi, quia tranſmittitur, Caſtr. *in l. qui patris, col. vl. ff. de ac. q. hæred.* vbi loquitur nullo alio exiſtente inſtituto, Ceph. *conſi. 16. n. 35.* Farinac. *deciſ. 463. n. 2.* 3

Contrariam opinionem probarunt Glo. *fin. d. l. qui patris,* & ibi Ang. *col. 1.* Salic. *col.* .. Imol. *col. vlt.* Aretin. *col. vlt.* Cuma. *circa finem,* Bal. *in l. cum eulogio, col. pen. verſic. & hæc vera, C. de iur. deliber.* Ant. Gabr. *de hæred. inſtit. concl. 2. n. 48.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 4. cap. 14. n. 17.* vbi teſtatur de communi opinione. 4

Declaratur tertiò non procedere, quando ſubſtituto vulgari eſſet datus alius ſubſtitutus, quia primo ſubſtituto decedente ſpes tranſit in ſecundum, vt dicam *qu. 469. primo caſu.* 5

Declaratur quartò non habere locum, quando in contrarium apparet de voluntate teſtatoris, Alciat. *in l. ventre col. pen. ff. hæred. inſt.* Zanch. *in l. hæredes mei § cum ita, n. 213. ff. ad Trebel.* Dec. *conſ. 574.* Ruin. *cõſ. 156. lib. 2.* 6

Subdeclaratur ſecundum ea, quæ ſcripſi de fideicõmiſſaria ſubſtitutione, *q. 491.* 7

Tractatus de Vulgari Subſtitutione Finis.

Digitized by Google

TRACTATVS
DE
PVPILLARI SVBSTITVTIONE
EXCELLENTISSIMI D. VINCENTII FVSARII I. C. Brixienſis,
PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutionis diffinitio quæ ſit.*
2 *Pupillaris ſubſtitutio quare ita dicatur.*
3 *Pupillaris ſubſtitutio quo iure ſit introducta.*
4 *Pupillaris ſubſtitutio eſt triplex, alia expreſſa, alia tacita, alia partim expreſſa, partim tacita.*
5 *Pupillaris tacita quotuplex ſit.*

QVÆSTIO LXXXVII.

Diffinitio pupillaris ſubſtitutionis quæ ſit, quare ſic dicatur, quo iure ſit introducta, & quotuplex ſit?

1 QVæro quæ ſit diffinitio pupillaris ſubſtitutionis? Videatur Odd. *de compendioſa in prælud. par. 3. quæſt. 1.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. li. 2. §. 13. n. 1.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 2. cap. 1. n. 1.* Intrig. *de ſubſt. cent. 1. quæſt. 57.* Did. Spin à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de pupill. numero 1.*

2 Quare àutem ſubſtitutio pupillaris ita dicatur, videātur Odd. *in prælud compe. p. 3. q. 2.* Alex. Trent. *de ſubſt. p. 2. c. 3.* & Intrigl. *de ſubſt. cent. 1. q. 58.*

3 Sed quo iure ſit introducta pupillaris ſubſtitutio, explicata habetur quæſtio iſta per Od. *in prælud. compend. par. 3. q. 3.* Vaſq. *de ſucceſ. progreſ. li. 2. §. 13. num. 5. & ſeqq.* Alex. Trent. *de ſubſt. 1. part. 2. c. 1. num. 3.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. q. 59.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q. 18.* & Did. Spin. à carcer. *in Specul. teſtam. tit. de pup. numero ſecundo.*

4 Quotuplex verò ſit ſubſtitutio pupillaris, & triplicem eſſe ſpeciem tenent omnes, nam alia eſt expreſſa, alia tacita, alia partim expreſſa partim tacita, ita Doct. *in l. 2. ff. de vulg. pup. ſubſt.* vbi Bar. *n. 26.* Ripa *n. 37.* Odd. *in prælud. de comp. par. 3. q. 5.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 5. tit. 13.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 254. num. 67.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 2. cap. 1. n. 2.* Intringl. *de ſubſt. cent. 1. q. 84.* Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de pup. num. 31.* Gal. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 19. nu. 1. par. 2.*

Tacita autem puillaris quotuplex ſit explicat Mant. *de coniect. vlt. volunt. li. 5. tit. 13.* 5

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio propriè eſt teſtamentum patris impropriè teſtamentum filij.*
2 *Pupillaris ſubſtitutio dicitur idem teſtamentum patris, & filij, non autem diuerſa teſtamenta.*
3 *Hæreditas delata ſubſtituto pupillari dicitur hæreditas patris, & filij, ſi agitur de fauore filij, alias ſecus.*
4 *Pupillariter ſubſtitutos ſuccedere pupillo dicitur, non patri.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

Pupillaris ſubſtitutio vtrum dicatur teſtamentum patris, vel filij?

QVæro, an pupillaris ſubſtitutio dicatur teſtamentum patris, an filij? Et dicas propriè dici teſtamentum patris impropriè, & ficte teſtamentum filij, Bart. *in l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inof. teſtam.* & ibi Caſtr. Aretin. *in l. 2. col. 3. ff. de vulg.* & ibi Alex. *n. 21.* Ripa, & alij communiter, Aretin. *in § non ſolum, col. fin. inſt. de pub.* Decian. *in l. teſtamento, la prima, n. 6. C. de teſtam. milit.* Caſtrēſ. *conſ. 286. col. 3. lib. 1.* Ceph. *conſ. 672. n. 23.* Surd. *conſil. 31. n. 43. & ſeqq. li. 1. conſ. 212. n. 19.* & latè *conſil. 240. li. 2.* Magon. *deciſ. Floren. 144. n. 17. & 19.* 1

Declaratur, vt ſi agatur de conſeruatione teſtamenti, ne per matrem rumpatur, teſtamentum patris dicatur, *dicto §. ſed nec impuberis,* Alex. *dicta l. 2. n. 21.* & ibi Aretin. *col. 3. de vulg.* Dec. *in l. in teſtamento, numero ſexto, C. de teſtam. milit.* Ceph. *conſ. 672. in fine.* 2

Et dicitur teſtamentum patris, & filij idem, non autem dicuntur diuerſe teſtamenta reſpectu efficientis & vnitatis ſolemnitatis, vt poſt Curt. Caſtrenſ. & Ang. ſcribit Zanch. *l. hæredes mei, §. cum ita, numero 530. ff. ad Trebell.* & videndus erit Alex. Trent. *de ſubſt. parte 2. cap. 3. num. 3.*

Re-

Digitized by Google

Reſpectu verò alio dicuntur diuerſa teſtamenta, ita Caſt. & Iaſ. relati à Zanch. *ibi ſuprà n.530. & 534.*

4 Et eadem dicitur hæreditas patris & filij, ſi agatur de fauore pupilli, alias ſecus, Zanch. *d.§. cum ita n.531. & ſeq. n.536.* vbi alios allegat Magon. *d. deciſ.144. num.17.19.*

5 Et ſuccedere pupillo dicitur puppillatiter ſubſtitutus, non autem patri, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg.* Bart. *in l.1.n.39.ff. de vulg.* & ibi Alex. *n.37.* Bald. *in l. quod eulogio, C. de iur. del. ber.* Ang. *in l.2.§. fin. ff. de vulg. & pup.* Bald. *in l. eam quã, C. de fideic. & in l. Iulianus, ff. de acq. hered.* Zanch. poſt alios relatos *d.§. cum ita, n.534.* Gul. Bened. *in c. Raimutius, in materia vulgaris., n.113. ext. de teſtam.* & ibi Did. *§.5.n.6.* Bald. *de vulg. n.18.* Bar. Huc. *de vul. n.19.* Polit. *de pup. n.49.* Conſt. Rog. *de vulg. n.47. & ſeq.* Vaſq. *de ſucceſ. progreſ. §.15.n.18.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li.5. tit.11.n.2.* Odd. *de cõp. in prælud. par.2.q.7.n.3.* Zaſ. *de vugl. nu.27.* Craſſ. *in §. ſubſt. q.12.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Alex. Tren. *de ſubſt. par.1.c.13.n.1. & par.2.c.15.n.2.* Intrigl. *de ſubſt. cent.1.q.41.* Grat. *conſ.18.n.9.li.2.* Io. Fran. à Põt. *conſ.61.n.49.* Honded. *cõſ.73.n.12. & 19.li.1.* Soc. iun. *cõſ.20.n.4. li.4.* Gabr. *conſ.169.n.39.li.1.* Ceph. *conſil. 416.n.29.* Surd. *conſ.212.n.6.li.2. conſ.48.n.6.li.1.*

In quibus autem bonis ſuccedat pupillariter ſubſtitutus, dicam infrà, *q.155.*

Adiri autem hæreditas patris, & repudiari hæreditas pupilli, & è contra an poſſit, dicam *infrà q.151.*

QVÆSTIO LXXXIX.

Pupillaris ſubſtitutio vtrum dicatur commodum, & fauor filij?

QVæro, an ſubſtitutio pupillaris dicatur commodum, & fauor, filij? Reſpondeo quod ſic, Bar. *in l.2.n.18.ff. de vul.* & ibi Iaſ. *n.22. & ſeq.* Ripa *n.27. & ſeq.* Soc. iun. *n.2.* & alij communiter, Bart. *in l. Iulianus, ff. de acq. hæred.* Iaſ. *in l. Lucius, n.18.ff. de vul. & pup.* & ibi Rip. *n.16.* idem Rip. *in l. Centurio, n.2.ff. de vulg.* & ibi Ceph. *n.41.119. & 241.* Zanch. *in l. hæred. mei, §. cum ita, n.532.ff. d. Trib.* Ceph. *conſ.114. n.30. conſ.249.n.19. conſ.380.n.20.* Odd. *conſ.56.n.29. & conſ.95.nu.14.* Polit. *tract. de pup. ſubſt. nu.7.* Aſcan. Clem. *de patria poteſtate, c.4.n.14. & effect.15.n.14.* And. Gail. *li.2. Obſeruat. Pract. obſer.137.n.1.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li.5. tit.12.n.12.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par.2.c.3.n.1.* & Intrigl. *de ſubſt. cent.1.q.60.n.6.*

QVAESVIO XC.

QVæro, an in vulgari expreſſa contineatur tacita pupillaris? dixi *q.28.*

QVAESTIO XCI.

QVæro, an affectio, & proximitas pupilli attendatur in pupilli ſubſtitutione? dixi *q.80. caſu 2.*

QVAESTIO XCII.

QVæro, an pupillaris in vulgari expreſſa contenta dicatur expreſſa à lege? dixi *quæſtione 25. in fine.*

QVAESTIO XCIII.

QVæro, an tacita pupillaris in vulgari contenta dicatur præſumpta? dixi *quæſt.26.*

QVAESTIO XCIV.

QVæro, an tacitam vulgarem contineat pupillaris expreſſa? dixi *q.24.*

QVAESTIO XCV.

QVæro an præſumatur ſubſtitutio potius pupillaris, quàm alia directa vel fideicommiſſaria? dixi *ſupra quæſtione 6.*

AVAESTIO XCVI.

QVæro, an pupillaris ſubſtitutio in codicillis fieri & reuocari poſſit? reſpondetur, non poſſe, Magon. *deciſ. Florent.4.* ſæpius hoc repetit, & ſentiunt relati, *ſuprà q.10.n.3.* & latè dixi, *q.8.n.22. & ſeq.* vbi videndum erit, cum multos contrarium tenentes congeſſerit, & ibi de veritate diſputauerim.

Sed quod in codicillis adimi poſſit, tenuit Bart. *in l.1.q. vlt. ff. de iur. codicil. & alij relati ſupra q.8.n.22.*

Declaratur multipliciter ex dictis ſuprà *q.8.n.22. & ſeqq. & q.40.*

QVAESTIO XCVII.

QVæro, ſi pupillaris nulla eſt à principio ſuſtineatur, vt fideicommiſſaria? dixi *q.8.*

QVAESTIO XCVIII.

QVæro, an pupillaris iuncta cum fideicommiſſaria ab ea reguletur? dixi *q.9.*

QVAESTIO XCIX.

QVæro, an ſubſtitutus pupillariter, & per fideicõmiſſum poſſit omittere ſucceſſionẽ ex pupillari, & habere per ius accreſcẽdi? dixi *q.10.n.7.*

QVAESTIO C.

QVæro, an pupillaris expreſſa contineat tacitam exemplarem? in hac quæſtione vide diſtinctionẽ Bart. *in l. ex facto, n.25.ff. de vulg.* & ibi tradita per alios Doct. Ceph. *conſ.423.n.101.* Odd. *in præl. de cõp. par.4.q.5.n.2.* Men. *latè, li.4. præſ.42.* Alex. Trent. *de ſubſt. par.3.c.2.n.5.* Intrigl. *de ſub. cent.2.q.23.*

QVAESTIO CI.

QVæro, an ſubſtitutio pupillaris ſit fauorabilis? Dicas quod ſic, *l. ex tribus,* & ibi Iaſ. & alij, *C. de inof. teſta.* Bar. *in l.2.ff. de vul.* & ibi alij communiter eum ſequuntur Cep. *conſ.115.n.20.* Gallus *in trac. de excep. ſucc. tit.4. excep.19.n.23. & ſeqq. par.2.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio præſumitur facta vſque ad tẽpus pubertatis.*

Ampliatur, vt cenſeatur factã vſque ad vltimum diem decimiquarti anni, n.3.

Ampliatur etiam facta ſubſtitutione infanti, ſi in ea ætate deceſſerit, quia vſque ad pubertatem cenſetur facta, n.4. amplia n.5.

Ampliatur etiam ſtante ſtatuto, quod quis non poſſit teſtari niſi cũ peruenerit ad vigeſimum annum, nu.6. contra n.7.

Declaratur non habere locum ſi ſtatutum diceret pupillarem ætatem durare, vſque ad vigeſimum annum, n.8. contra n.9.

Declaratur nō procedere ſi ſtatutū diceret pupillariter poſſe fieri vſque ad annum vigeſimum, n. 10.

Limitatur ſi teſtator voluit ſubſtitutionē ad breuius tempus reſtringi, quia hoc facere poteſt, n. 11.

Limitatur ſi ſtatutum reſtringeret pupillarem ætatē ad minus tempus, quia vltra illud tempus fieri non poterit pupillaris, n. 12.

1 *Subſtitutio pupillaris expirat cum pupillari ætate.*

13 *Pupillaris ſubſtitutio, quæ ſuſtinetur, vt fideicommiſſaria, non habet locum, niſi vſque ad tempus expreſſum.*

14 *Pupillaris ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem obliquatur, ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, contra ibid.*

16 *Prohibitio alienationis adiecta pupillari ſubſtitutioni ceſſat expirata pupillari.*

QVÆSTIO CII.

Pupillaris ſubſtitutio vſque ad quod tempus facta præſumatur?

1 QVæro, vſque ad quod tempus præſumatur facta ſubſtitutio pupillaris? Et teneas præſumi factam vſque ad tempus pubertatis, & quod per pubertatem expiret vt colligitur *in l. 2. in l. pupill. & in l. Centurio, ff. de vulg.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 5. tit. 9. nu. 1. & tit. 12. n. 1.* Maſcard. *de Probat. concl.* 1347. Menoc. *lib. 4. præſum.* 47. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 2. cap. 19. nu.* 3 vbi dicit per pubertatem expirare, Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 19. num. 163. part. 2.*

2 Et quod per pubertatem expiret ſubſtitutio pupillaris, vltra prædictos ſcribunt alij multi relati ab Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. q. 98. n. 11.* ſequitur Did. Spin. *in Spec. teſt. tit. de pupil. n. 19. verſi. vlterius,* Rota Roman. *in collect.* Farinac. *deciſ. 19. part. 1.*

3 Sed ſi requiratur, quod compleuerit filius decimumquartum annum, an ſufficiat attigiſſe annum decimumquartum? Did. Spin. tenet ſufficere attigiſſe decimumquartum annum, & dicit hanc opinionem eſſe receptiorem, *in Spec. teſtam. tit. de pup. n. 19. verſ. vlterius,* & ibi alios diſſentientes refert, ſed ego credo Did. voluiſſe intelligere non de anno cœpto, ſed de vltimo die anni cœpti, quia ita loquitur, *l. qua ætate, ff. de teſtam.* ab eo allegata, aliàs malè loqueretur, & ideo errori impreſſoris hoc tribuendum eſſe cenſeo, & de vltimo die expirare dixit Gallus, *d. tit. 4. excep. 19. n. 163. par. 2.*

4 Ampliatur primò, & ſi teſtator inſtituto filio infanti, dedit ſubſtitutū pupillariter, ſi in ætate deceſſerit, quia adhuc vſque ad pubertatem extenditur ſubſtitutio, non autem finitur cum infantia, Grat. *conſ. 125. n. 22. & cōſ. 156. li. 2.* Mant. *d. tit. 9. n. 2.* Maſcard. *dicta concl.* 1347. Meno. *d. præſ.* 47. Præt. *de inter. vlt. vol. fol. 253. n. 63.*

5 Subampliatur & ſi addita eſſent verba, tunc, & eo caſu, Grat. & Menoch. locis ſuprà citatis.

6 Ampliatur ſecundò, & ſi extet ſtatutum, quod quis non poſſit teſtari, niſi cum peruenerit ad vigeſimū annum, quia adhuc pupillaris vltra tempus pupillaris ætatis fieri non poterit, ſed exemplaris rectè fieret, Bart. *in l. 2. ff. de vulg.* & ibi Alex. *n. 13.* Iaſ. *n. 18.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 256. n. 9.* poſt multos relatos tenet exemplarem poſſe fieri, ſed de pupillari nihil determinat, Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. §. 14. n. 38. & ſeqq.* non poſſe fieri pupillarem dicit, & multos refert, & teſtatur hanc eſſe cōmunem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. par. 2. cap. 8. n. 2.* Intrigl. *de ſubſtit. centuria prima quæſt. 64.* Gallus, *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 19. n. 89. par. 2.*

7 Contrariam opinionem, quod etiam pupillaris fieri poſſit, probarūt Bal. *in l. de quibus, col. 8. ff. de legib.* Salic. *in l. 2. ff. de vul.* & ibi Cuman. Aret. Alciat. & Rip. *n. 16.* Odd. *in prælud. de comp. par. 3. q. 4. n. 3. verſ. amplia.*

Declaratur primò, iſtam ampliationem non procedere, quando ſtatutum diceret, quod pupillaris ætas duret vſque ad 20. annum, Alex. Iaſ. & Rip. locis ſupra relatis, Bald. *in prin. inſtit. de pupil.* Alciat. *d. l. 2. nu. 11. ff. de vulg.* vbi teſtatur de communi opinione, Craſſ. *in l. ſi teſtamento, n. 6. C. de impuber. & alijs ſubſt.* Gulielm. Bened. *in ca. Raynutius, in materia pupillaris, n. 28. ext. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 15. nu. 32. in fine,* Gallus, *de except. ſucceſſ. titul. 4. except. 16. nu. 88. & ſeqq. part. 2.* 8

Contrariam opinionem probarunt Polit. *de pup. ſubſtit. n.* . . Vaſq. *d. §. 14. n. 55.* 9

Declaratur ſecundò, iſtam ampliationem non procedere quando ſtatutum diceret, quod ſubſtitutio pupillaris vſque ad vigeſimum annum fieri poſſit, quia ſtatutū erit ſeruandum, Alex. *in l. 2. ff de vulg.* & ibi Aret. Iaſ. Soc. & Ripa, Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. §. 15. n. 32.* 10

Limitatur primò principalis concluſio, ſi teſtator voluit ſubſtitutionē ad breuius tempus reſtringi, quia hoc facere poteſt *l. ſi quis ita, l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulg.* Iaſon. *in l. pupillares. ff. de vulg.* Gul. Bened. *in ca. Ramutius, in materia pupillaris, n. 112. extra de teſtam.* Bar. Huc. *de pup. n. 27.* Zaſ. *de ſubſt. ca. 1. n. 30.* Leon. *de pup. n. 288.* Fum. *de pup. n. 56.* Conſt. Rog. *de pupil. q. 6. n. 15.* Præt. *de interp. vl. vol. fol. 253. n. 62.* Meno. *d. præſump.* 47. Mant. *d. tit. 9. n. 3.* Intrigl. *d. q. 98. n. 23. & ſeq.* Maſcard. *d. concl. 1347. n. 3.* Alex. Trent. *d. c. 19. n. 3.* 11

Limitatur ſecundò quando per ſtatutum ætas pupillaris eſſet reſtricta ad minus tempus, quia & ſubſtitutio pupillaris erit reſtricta ad illud tempus per *l. ſi ita quis, ff. de vulg.* & ibi Bart. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 9. n. 1. & ſeqq.* vt refert & ſequitur Gallus *d. excep. 19. n. 164. par. 2.* 12

In caſibus tamen, in quibus ſuſtinetur, vt fideicōmiſſaria, non haberet locum niſi vſque ad tempus expreſſū, Alexand. Trent. *d. cap. 9. n. 18. in fine,* & videnda erunt dicta quæſt. an ſubſtitutio excludatur de tempore ad tempus. 13

Sed quid ſi adſit clauſula codicillaris, an finita ætate pupillari obliquetur, Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 15. n. 26.* tenet negatiuam opinionem, fatetur tamen contrariam ſententiam eſſe communem, ſed de hoc vide *q. 8. n. 23. & ſeqq.* 14

Quid verò ſi ad longius tempus ſit facta, dixi *infrà quæſtione* 159. 15

Sed quid ſi facta ſit impuberi, dixi *q. 8. n. 14.* prohibitio autem alienationis adiecta pupillari ſubſtitutioni expirat cū pupillari, Rota Rom. *in collect.* per Farinac. *dec. 19. par. 1.* vbi dictum erat in prohibitione, quia volo bona remanere in agnatione de Paſijs, & deuenire de vno in alium iuxta gradus prærogatiuam: vide tamen latius quæ dixi *q. 83. & q. 159. n. 10. & ſeqq.* 16

QVÆSTIO CIII.

QVæro, teſtator dixit, inſtituo filium meum impuberem, & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ei ſubſtituo pupillariter Titium, an dicatur feciſſe ſubſtitutionem pupillarem? Et dicas, quod ſic: & erit ſubſtitutio pupillaris verbis ſingularibus facta, *l. 2. ff. de vulg. & pup.* & ibi Bart. & alij communiter, Did. *in c. Ramutius, §. 5. num. 4. ext. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 13. num. 27. & nu. 30. & ſeqq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 34. num. 2.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. q. 86 num. 45.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 19. n. 3. part. 2.*

QVÆ-

QVÆSTIO CIV.

1 QVæro, teſtator inſtituit filium, & dixit ſi filius meus intra pupillarem ætatem deceſſerit, Titius ſit hæres, & ſubſtitutio dicatur pupillaris? Et dicas eſſe pupillarem, Bald. *in l. precibus, n. 42. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Aret. *n. 4.* Caſtr. *n. 12.* Caccialup. *n. 21.* Corn. *n. 10.* Cagn. *n. 125.* Alex. *in l. 1. n. 2. ff. de vulgar.* & ibi Soc. iun. *n. 34.* Alex. *in l. Gallus, §. 1. col. 2. ff. de lib. & poſth.* Ruin. *in l. 2. n. 39. ff. de vulg.* Eman. Coſta *in c. ſi pater, 3. par. in verbo pupillaris, n. 11. 18. de teſtam. in 6.* Polit. *de pup. q. 5. 6. n. 11.* Vaſq. *de ſucceſ. prog. §. 13. n. 27.* Menoch. *li. 4. præſump. 34.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 2. cap. 3. n. 3. ver. ex prædictis,* Intrigl. *de ſubſt. cent. 1. q. 86. n. 46.*

2 Contrariam opinionem, quod immo hæc ſit vulgaris, tenuerunt Alciat. *in l. 1. n. 63. ff. de vulg.* Franc. *d. c. ſi pater, n. 8. de teſtam. in 6.*

3 Sed ſi teſtator dixit, ſi filius in pupillari deceſſerit, Titius ſit hæres, pariter erit pupillaris, ſecũdum multos relatos ab Alex. Trent. *d. cap. 3.* vbi etiam refert diſſentientes, & dicam latius in materia compendioſæ ſubſtitutionis, quæſtione 233. quib. verbis dicatur facta compendioſa, & videatur etiam Gallus, *de except. ſucceſſ. tit. 4. exc. p. 29. n. 3. & ſeq.*

QVÆSTIO CV.

QVÆRO, teſtator dixit, ſi in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo, an ſit ſubſtitutio pupillaris, dixi *quæſt. 34. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio eſt facta, quando teſtator dixit inſtitutionem de filio impubere, & quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Seium contra n. 2.*

Ampliatur, & ſi non ſit appoſitum verbũ, ei, n. 3.

Limitatur, ſi mater eſt in medio, n. 4. contra, n. 5.

Limitatur, ſi extant coniecturæ quod teſtator voluit perfide commiſſum ſubſtituere, n. 4.

Limitatur, ſi verba, ei, vel ſibi, poſſent referri ad teſtatorem, n. 6. contra n. 7. decl. ibi remiſſiuè.

8 *Verba, ei, vel ſibi ſubſtituit, in dubium referuntur ad perſonam teſtatoris, non hæredis, contra n. 9.*

QVÆSTIO CVI.

Pupillaris ſubſtitutio, an ſit, quando teſtator inſtituit filium impuberem, & dixit quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Seium, vel ei ſuccedat Seius?

1 QVæro, teſtator inſtituit filium impuberem, & dixit, & quandocunque filius meus deceſſerit, ei ſubſtituo Seium, vel ei ſuccedat Seius, an ſit ſubſtitutio pupillaris? Et teneas factam eſſe ſubſtitutionem pupillarem verbis generalibus expreſſã, Ripa, *in l. Centurio, n. 139. ff. de vulg.* & ibi Alciat. *n. 90.* Franc. *in c. ſi pater, col. 45. verſ. item adde, de teſta. in 6.* Fulgoſ. *conſ. 33. in fi.* Corn. *conſ. 138. n. 7. li. 3.* Bero. *conſ. 125. n. 19. li. 2.* qui ita tenet in verbo, *ſubſtituo,* Odd. *de comp. part. 5. art. 3. n. 21.* qui loquitur tam de verbo *ſubſtituo,* quam de verbo *ſuccedat,* Menoch. *li. 4. præſump. 34. n. 5.* vbi dicit hanc eſſe receptam ſententiam, Intrigl. *de ſubſt. cent. 1. quæſt. 86. n. 49.* & vide *q. 248. n. 45.*

2 Contrariam opinionem tenuerunt, Bero. *conſ. 125. n. 19. li. 2.* qui loquitur de verbo, *ſuccedat,* Dec. *de verbo,* *ſubſtituo, conſ. 82. n. 33. lib. 3.*

Tenendo primam opinionem.

Ampliatur, & ſi appoſitum non eſſet verbum, *ei,* vt dixi, *q. 34. n. 27.* 3

Declaratur primò, quando mater eſſet in medio, vel aliæ extarent coniecturæ, quod teſtator voluit facere fideicommiſſariam, Decian. *conſ. 82. n. 33. li. 3.* vbi refert plures coniecturas fideicommiſſariæ, Menoch. *conſ. 144. n. 24. li. 2.* 4

Contrariam opinionem, quod ſit adhuc pupillaris, licet mater ſit in medio, probarunt, Eman. Coſta, *in c. ſi pater, in verbo hæredes, n. 3. de teſtam. in 6.* Menoch. *conſ. 362. n. 24. li. 4.* & vide dicta *q. 248. n. 45.* 5

Declaratur ſecundò, quãdo illa verba, *ei,* vel *ſibi,* poſſent referri ad teſtatorem, quia non erit pupillaris, ſed vulgaris Bald. *conſ. 12. n. 1. li. 2.* Caſt. *conſ. 142. n. 2. li. 1.* Curt. iun. *conſ. 139. n. 12.* Odd. *d. n. 21. verſ. reſtringitur ſecundò,* Menoc. *d. præſum. 36. n. 67.* Intri. *d. q. 80. n. 51.* 6

Contrariam odinionem tenet Corn. *conſ. 295. li. 1.* 7

Circa enim hanc declarationẽ videãtur dicta *q. 109.*

Et aduerte, quod in dubio hæc verba, *ei, ſibi,* referuntur ad perſonam teſtatoris, vt tenent præcitati Doctores, & Bart. *in l. cum in teſtamento, n. 3. ff. de aur. & arg. leg.* Ripa *in l. ex facto, n. 5. ff. ad Trebel.* Alex. *conſ. 56. n. 2. li. 1.* Dec. *conſ. 371. n. 4.* Ruin. *conſ. 103. n. 15. li. 2.* Curt. iun. *conſ. 5. n. 3.* Menoch. *conſ. 106. n. 212.* Intrigl. *d. q. 86. n. 52.* Menoch. *d. præſump. 34. n. 7.* 8

Contrarium tenet Corn. *conſ. 295. n. . . li. 1.* 9

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio dicitur facta, quando teſtator inſtituit filium, & ſubſtituit Semproniũ, & dicitur pupillaris expreſſa verbis generalibus, cõtra, n. 2.*

Maximè ſi dictum ſit, ei ſubſtituo, &c. n. 3.

Maximè ſi dictum ſit, filio meo impuberi ſubſtituo, &c. n. 4. contra n. 5.

8 *Pupillaris non erit ſubſtitutio, quando teſtator dixit inſtituo filium, & ſi impubes deceſſerit, ſubſtituo Titium, ſed erit compendioſa, contra ibid. quod ſit pupillaris, & n. ſeq. ampl.*

QVÆSTIO CVII.

An ſit pupillaris ſubſtitutio, ſi teſtator dixit, inſtituo filium, ſubſtituo Sempronium.

QVæro teſtator dixit, inſtituo filium, ſubſtituo Sempronium, an iſta pupillaris ſubſtitutio? Et dicas, quod eſt pupillaris verbis generalibus expreſſa (ſuppoſito quod filius eſſet impubes) Bart. *in l. Centurio, n. 32. ff. de vulg.* & ibi Iaſ. *n. 55.* Ripa *n. 149.* Caſtr. *in l. precibus, n. 12. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Dec. *n. 15.* Bald. *in l. humanitatis, n. 54. C. de imp. & al. ſubſt.* Caſtr. *in l. iam hoc iure, §. 1. n. 5. ff. de vulg.* Alex. *in l. Gallus, §. 1. col. 2. verſ. prædictis adde, ff. de liber. & poſth.* Caſtr. *in l. fi. C. de hæred. inſt.* Eman. Coſta, *in c. ſi pater, par. 3. in verbo pupillares, n. 14. de teſtam. in 6.* vbi latiſſimè *& in 1. par. in verbo, ſi decederet, n. 7.* Did. *in c. Rainutius, §. 5. n. 4. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. progr. lib. 2. §. 11. n. 5. & §. 13. nu. 41. & §. 15. numer. 8.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 34. n. 8.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 1. cap. 2. n. 8. ver. & cum Baldo,* Intrigl. *de ſubſt. cent. 1. quæſt. 86. nume. 53.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 19. n. 16. par. 2.* 1

Contrariam opinionem probarunt Bald. *in l. precibus, n. 48. in fi. C. de impub. & al. ſubſt.* Iaſ. *in l. in teſtamento, C. de imp. & al. ſubſt.* Iaſ. *in l. Centurio, n. 50. ff. de* 2

vulg. Franc.*d.c.ſi pater,n.37.de teſta.in 6.* Vaſq.*de ſucceß progreß.§.13.n 37.*

3 Maximè procederet prima opinio,ſi dictum fuit, inſtituo filium,& ei ſubſtituo Sempronium,Bart.*in l.Cẽturio,n.32.ff.de vulg.*& ibi Gall.*col.*87.teſtatur eſſe cõmunem poinionem, Iaſ.*n.*55.Alex.*in l.Gallus,§.1.col.2.ff.de liber. & poſthum.*Craſſ.*in §.ſubſtitutio,q.11. in fin.*vbi dicit eſſe communem opinionem,Intrigl.*de ſubſtu.cent.1.q.22.in fi.*& vide quæſt. præcedenti.

4 Maximè etiam prima opinio procederet, quando dictum eſſet,filio meo impuberi ſubſtituo,Mant.*lib.5.de coniect.vlt.vol.tit.7.n.12.*vbi plures alios refert.

5 Contrarium tenent Bald.& Iaſ.relati à Mant.vbi ſupra,*n.*20.& alij relati à Vaſq.locis ſupra relatis.

6 Tertia etiam eſt opinio Vaſq.locis ſupra relatis, vbi tenet eſſe tam vulgatem, quàm pupillarem expreſſam verbis generalibus.

7 Sed ſi teſtator dixiſſet, inſtituo filium meum impuberem, & ſi in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo Sempronium, an iſta ſit ſola pupillaris,vel compendioſa, vel an vulgaris in ea contenta dicatur expreſſa,vel omnino tacita,dixi,*q.34.n.18.& ſeqq.vſque ad num.30.*

8 Quod ſi teſtator dicat,inſtituo filium, & ſi impubes deceſſerit ſubſtituo,tunc iſta erit compendioſa,propter verbum *deceſſerit*,ſecundum cõmunem opinionem teſte Vaſq.*d.§.13.n.43.*qui diſſentit tenẽdo eſſe pupillarẽ, & vide in præcedentib.& ſequentib. quæſt. vbi ſubſtitutio eſt pupillaris,licet ſit appoſitum verbum *deceſſerit*.

9 Ampliatur opinio Vaſquij, & ſi dictum ſit filio meo impuberi quandocunque deceſſerit ſubſtituo, &c.quia adhuc erit pupillaris, vt dixi ſupra *q.54.n.27.& ſeq.* vbi etiam retuli diſſentientes.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillaris eſt ſubſtitutio,quando teſtator dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea deueniant ad Titium.*

2 *Maximè ſi dictum eſſet,bona omnia pleno iure deueniant,nu.2.*

Limitatur ſi dictum ſit,ſi filius meus in pupillari ætate ſine filijs deceſſerit,bona deueniant ad Titium, quia erit compendioſa, n.9.

4 *Pupillaris erit ſi dictum ſit,ſi filius in pupillari ætate deceßerit, bona reſtituat Titio,contra quod ſit fideicommiſſaria,n.5. decl.nu.ſeq.*

10 *Pupillaris ſubſtitutio,an excludatur,ſi teſtator vtitur verbo, lego,remiſſiuè.*

Q V Æ S T I O CVIII.

Pupillaris ſubſtitutio, an ſit quando teſtator dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit,bona mea deueniant ad Titium?

1 QVæro teſtator inſtituit filium, & dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea deueniant ad Titium,an iſta ſit pupillaris ſubſtitutio? Et dicas eſſe pupillarem verbis generalibus expreſſam, Bart.*in l.ſi ita,§.cum filio,ff. de bon.poſſ.ſecund. tabul.*Soc.ſen.*in l.1.n.11.ff.de vulg.*& ibi Ripa,*n.37.*Rub.*in l.Gallus.§.1.n.25.ff.de liber. & poſth.*Ripa *in l.Centurio,n.100.ff. de vulg.* Aret. *conſ.155.periculoſum,col.6.* Card.*conſ.60. cognitis*, Corn.*conſ.138.li.3.*Soc.ſen.*conſ.106.li.3.col.1.* Soc.iun. qui plures adducit, *conſ.95.n.26.& 37.* dicit eſſem communem opinionem, *& conſ.102.n.10.li.1.* Mant.*li.5.de coniect.vlt.vol.tit.7.nu.7.*Menoch.*li.4. præſum.34.in fortioribus terminis, & n.16.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.1.q.86.n.76.* Gallus, *de except.ſucceſſ.tit.4.excep.19.n.10.par.2.*Boer.*q.38.n.16.* Rota Rom.*in collect.*per Farina.*deciſ.639.n.4.par.1.*

Maximè ſi dictum eſſet,omnia bona pleno iure deuenire,Præt.*de interpr.vlt. vol.fol.253.n.58.* 3

Si vero dictum eſſet,bona filij deueniat Titio,abſque dubio eſſet pupillaris,& ſi non adeſſent verba in pupillari ætate,Mant.*d.tit.7.n.16.in fi.* 3

Ampliatur & ſi verba eſſent obliqua,verbũ *reſtituat.* 4
Aret.*in l.1.nu.5.ff.de vulg.* & ibi Ripa, *n.39.* Rub.*in l.Gallus,§.1.n.25.ff.de lib.& poſth.*Menoc.*d.præſum.34.n.10.& præſ.98.n.7.*Intrig.*de ſubſt.cẽt.q.86.n.62.*

Contrariam opinionem, quòd imo hæc ſit fideicom 5
miſſaria,tenent Alex.*in l.Centurio,n.83.ff.de vulg.* & ibi Ceph.*n.848.& 850.*vbi dicit cõtrariam opinionem eſſe receptiorem,Eman.Coſta *in cap.ſi pater,in verbo, pupillares,n.17.de teſtam.in 6.*Præt.*de interp.vlt.vol.fol.254.n.70.*vbi alios addit,Mant.*d.li.5.tit.7.n.17.& ſeq.*vbi alios citat, Intrigl.*de ſubſt.cent.3.q.13.n.19.*& dixi ſupra,*q.9.n.30.*

Tenendo ſecundam opinionem.

Declaratur primò non procedere, quando teſtator 6
ipſe reſtituit hæreditatem,hoc modo,& ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit reſtituo hæreditatem meam Titio,Seuer.*in l.precibus,n.41.ad fin.C.de impuber.& al.ſubſt.*Eman.Coſta *d.c.ſi pater, in verbo, pupillares, n.17.de teſtam.in 6.* Mant.*d.tit.7.n.19.* Præt.*de interpret.vlt.vol.fol.269.n.14.* vbi alios addit, Menoch.*d.præſumpt.34.n.11.& præſump.58.n.8.*Pereg.*de fideicommiſſ.art.34.n.62.& 63.in fine,* Intrigl.*d. quæſt.86.n.63.& cent.3.q.13.n.23.*

Contrariam opinionem tenuit Cephal. *in l.Centu-* 7
rio,n.790.ff.de vulg.

Declaratur ſecundò nõ habere locũ,quando teſtator 8
dixit reſtituat hæreditatem Titio, quẽ pupillariter ſubſtituo,quia hæc erit pupillaris, Bart.*in l. quærebatur,n.3.ff.de milit.teſt.* Alex.*in l.1.ff.de vul.*& ibi Soc.ſen.& Rub.*n.113.*Od.*cõſ.95.n.29.*Pereg.*d.art.34.n.63.in fi.*

De hac materia vide dicta *quæſt.7.q.8.& q.243.*

Limitatur autem principalis concluſio, quãdo teſta- 9
tor dixit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit ſine filijs,bona deueniant,&c.quia iſta erit compendioſa ſubſtitutio,Bart.*in l.Cẽturio,n.26.ff.de vulg.* Alex.*cõſ.71.n.3.li.2.*Iaſ.*conſ.132.*col.1.*li.1.*Dec.*conſ.572.n.1.cõſ.642.col.1.*Curt.iun.*conſ.86.n.2.*vbi dicit eſſe cõmunem opinionem,Meno.*conſ.215.n.1.* Guid.Pap.*quæſt.550.*

Sed quid de verbo,lego,an excludat pupillarem, vid. 10
Ripa *in l.Centurio,n.99.& ſeq.ff.de vulg.* & ibi Ceph.*n.847.*poſt alios Doctores ibi,Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.254.n.71.*& dicam in materia compendioſæ ſubſtitutionis, vbi eſt propria materia.

De hac quæſtione vide dicta in materia compendioſa ſuper quæſtione 241.an compendioſa communibus verbis facta contineat pupillarem?

S V M M A R I V M.

1 *Pupillaris dicitur ſubſtitutio, ſi dictum ſit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi hæres,vel meus hæres.*

Maximè ſi adeſt verbum pupillariter,num.2.

Ampliatur,& ſi ſubſtitutio ſit facta exhæredato,n.3.contra n.4.

Ampliatur,& ſi teſtator ſit vſus verbo obliquo,n.5.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta in bonis teſtatoris,ſi teſtator ſciebat filium habere bona propria n.6.contra,n.7.

Limitatur quando ſubſtitutio non eſt facta in forma pupillaris,n.8.decl.n.ſeqq.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta in re certa,num.11.contra num.12.

13 *Pupil-*

13 *Pupillaris ſubſtitutio eſt, quando dictũ fuit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi, & illi hæres, & erit etiam vulgaris expreſſa.*

QVÆSTIO CIX.

Pupillaris ſubſtitutio, an ſit, ſi textator dixit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi hæres, vel ſit meus hæres?

1 QVæro teſtator inſtituit filium & dixit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi hæres, vel ſit meus heres, an iſta ſit ſubſtitutio pupillaris? Et dicas eſſe pupillaré detracta dictione mihi, Gloſ. in l. 1. in verbo Caius, ff. de vulg. Bald. in l. precibus, n. 60. C. de imp. et al. ſubſt. Iaſ. in l. 1. n. 12. ff. de vulg. & ibi Rip. n. 33. Alciat. in principio, & alij ibidem communiter, Iaſ. in l. penult. C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Coraſ. n. 7. Iaſ. in l. ſi quis à fil. , n. 3. ff. de leg. 1. Rub. in l. Gallus, §. quidam rectè, n. . ff. de liber. & poſthum. Zanch. in l. hæredes me. §. cum ita, num. 517. ff. ad Trebell. Eman. Coſta, in l. ſi pater, par. 3. in verb. pupillares n. 2. de teſtam. in 6. Did. in c. Ramutius, §. 5. n. 5. de teſta. Iaſ. conſ. 134. col. fin. lib. 1. Decian. conſ. 371. col. fin. cõſ. 642. & ibi Apoſtill. Ruin. conſ. 103. & conſ. 105. li. 2. Soc. iun. conſ. 103. col. fin. & conſ. 121. n. 23. lib. 1. Curt. iun. conſ. 73. Pariſ. conſ. 7. n. 54. & conſ. 38. ad fin. lib. 2. Ceph. conſ. 423. n. 119. Menoch qui alios plures addit conſ. 362. n. 24. & ſeq. vbi loquitur quando ſubſtitutio eſt compendioſa, quod per hoc non excluditur pupillaris, licet ſit reſtricta ad bona toſtatoris, vel dictum ſit, mihi, Peregr. conſ. 32. n. 42. & ſeq. li. 2. Roman. ſing. 109. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 7. n. 5. 6. 9. & ſeqq. maximè n. 12. vbi idem dicit, ſi dictum ſit in bonis meis, vel hæreditate mea. Menoch. li. 4. præſumpt. 34. n. 12. Intrigl. de ſubſt. cent. 1. q. 86. n. 68. vbi duas alias refert opiniones, Gall. de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 19. nu. 8. par. 2.

2 Maximè ſi adeſt verbum, pupillariter, Ceph. poſt alios. conſ. 423. num. 120.

3 Ampliatur primò, & ſi ſubſtitutio ſit facta filio exheredato, Caccialup. d. §. precibus, n. 24. Rip. d. l. 1. nu. 33. & ibi Alciat. n. 169.

4 Contrariam opinionem, quod immo iſta ſubſtitutio ſit inualida, ita vt non poſſit dici vulgaris, nec pupillaris, nec fideicommiſſaria, probarunt, & benè, Caſtr. in l. 1. n. 9. ff. de vulg. & ibi Iaſ. n. 12. Ruin. n. 40. Caſtr. in l. precibus, n. 13. C. de impub. & al. ſubſtit. Coraſ. in l. cum quidam, n. 7. C. de impub. & al. ſubſtit. Eman. Coſta, d. verbo pupillares, n. 3. Mant. d. tit. 5. n. 9. Menoch. dict. præſumpt. 34. n. 17. Intrigl. d. q. 86. n. 79.

5 Ampliatur ſecundò & ſi teſtator ſit vſus verbo obliquo, vt dixi quæſtione præcedenti.

6 Declaratur primò non procedere, quando ſubſtitutio eſt facta in bonis teſtatoris, ſi teſtator ſciebat filium habere bona propria, Caſ. d. l. 1. n. 4. ff. de vul. Pariſ. cõſ. 73. in fi. l. 2. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 254. n. 79. circa fin.

7 Contrariam opinionem, & melius probarunt alij, ſiue teſtator ſciebat, ſiue ignorabat pupillum habere alia bona, volentes eſſe pupillarem. Aret. in l. 1. num. 5. ff. de vulg. & ibi Alex. num. 7. Soc. ſen. n. 11. in 4. caſu, & Rip. n. 4 , vbi dicit eſſe communem opinionem, Soc. ſen. conſ. 116. col. 2. li. 5. Mant. d. tit. 7. n. 11. Menoch. dicta præſumpt. 34. n. 16. verſ. extenditur tertiò, Intrigl. d. quæſt. 86. num. 77.

8 Declaratur ſecundò hoc procedere, dummodò ſubſtitutio ſit facta in forma pupillaris, hoc modo, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, &c. ſecus ſi eſſet ſubſtitutio compendioſa, quia potius intelligeretur fideicommiſſaria, quàm pupillaris, niſi facta eſſet dinumeratio ætatum, ut ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel alias quandocunque, &c. vel niſi eſſet compendioſa concepta verbis directis ciuilibus, Bald. in l. precibus, C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Ang. & Salic. Alciat. in l. 1. n. 66. ff. de vulg. vbi teſtatur de communi opinione, Bald. conſ. 46. li. 2. Aret. conſ. 154. n. 12. & ſeq. Corn. conſ. 152. n. 26. & ſeq. li. 2. conſ. 130. n. 8. & conſ. 322. n. 9. & 15. lib. 3. Dec. conſ. 371. in fine, & conſ. 642. n. 3. Pariſ. conſ. 73. n. 53. & ſeq. li. 2. vbi teſtatur de magis communi opinione, Menoch. conſ. 362. ante numerũ 23. Mant. d. tit. 5. n. 12. & vide quæ dixi quæſt. 116. n. 6. & quæſt. 246. n. 2. [Et pro hac declaratione ſtant etiam Hond. conſ. 73. n. 35. li. 1. & Peregr. de fideicom. art. 34. n. 45.]

Subdeclaratur primò, quando eſſent verba: pleno iure iuncta verbo communi, quia erit pupillaris, Grat. conſ. 134. n. 13. & 14. li. 1. Corn. conſ. 322. nu. 18. li. 3. Mant. dicto titulo 7. n. 14. Menoch. d. præſumpt. 34. nu. 39. vide quæ dixi ſuprà quæſt. 9. 9

Subdeclaratur ſecundò, quando verbo communi eſſent adiuncta verba liberè, vel omnia, vel tota, vel penitus, omnino ipſo iure, ipſo facto, ſine diminutione, vel ſimilia, vt dixi quæſt. 6. n. 8. 10

Declaratur tertiò, quando teſtator in re certa ſubſtituiſſet hoc modo, ſi filius meus in puoillari ætate deceſſerit, mihi in fundo Semproniano hæres Titius eſto, nam hæc non erit pupillaris, Rip. d. l. 1. n. 36. ff. de vul. & in l. Centurio, n. 96. eodem, Menoch. d. præſump. 34. n. 40. & ſequentibus. Intrigl. d. quæſt. 86. n. 88. 11

Contrariam opinionem probarunt Ceph. dicta lege Centurio, n. 707. & ſeq. ff. de vulg. Odd. de Comp. par. 5. quæſt. 3. tit. de comp. à pagan. facta. art. 1. nu. 9. verſ. Rip. dict. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando verba ſunt communia. Mant. d. tit. 7. n. 25. & ſeq. 12

Sed ſi addidiſſet teſtator hæc verba, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius mihi, & illis hæres eſto tunc etiam erit pupillaris expreſſa, licet etiam ſit vulgaris expreſſa Rip. in l. 1. nu. 42. ff. de vulg. & ibi Alciat. nu. 165. Curt. iun. in l. penultima, n. 6. C. de impub. & al. ſubſt. Eman. Coſta, ſi pater, par. 3. in verbo, pupillares, n. 12. de teſtam. in 6. Menoch. d. præſump. 34. n. 20. Intrigl. dict. quæſt. 86. n. 86. 13

QVÆSTIO CX.

QVæro teſtator inſtituto filio dixit, filij mei Titius hæres eſto, an ſit pupillaris? Dicas quod ſic, etiam quod ſubſtituta ſit filia teſtatoris, quæ in re certa fuerat inſtituta, Gloſ. magna, in §. qua ratione, inſt. de pupill. Bar. in l. 1. n. 16. ff. de vul. idem Bart. in l. qui liberis, §. hac verba, nu. 1. ff. de vulg. Alex. in l. verbis ciuilibus, col. penult. ff. de vul. Comen. in l. vltima, n. 6. C. de hæred. inſtit. & ibi Corn. num. 5. Eman. Coſta, in cap. ſi pater, par. 3. in verbo, pupillares, n. 15. de teſtam. in 6. Menoch. lib. 4. de præſump. 34. n. 9. Intrigl. de ſubſt. cent. 1. quæſt. 86. n. 61.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris tantum eſt ſubſtitutio, quando dictum fuit, ſi filius meus ſine liberis in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Titium, contra quod ſit compendioſa, n. 2. id quod ſit fideicommiſſaria, n. 3.*

Ampliatur, & ſi dictum ſit ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſine filijs, n. 4. contra n. 5.

Limitatur, quando dictum fuit, ſi filius meus in pupillari ætate, vel ſine filius deceſſerit, ſubſtituo, quia erit compendioſa, n. 6.

Limitatur ſi dictũ ſit, filio meo impuberi, ſi deceſſerit

ſine filijs ſubſtituo, quia erit compendioſa, nu. 7. declara nu. 9. & ſeq.

Idem ſi dictum ſit, ſi filius meus impubes deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo, nu. 10. contra n. 11. declara numer. ſeqq.

QVÆSTIO CXI.

Pupillaris ſubſtitutio an ſit, ſi teſtator inſtituit filium, et ſi filius ſine liberis in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituit Caium?

1 QVæro, teſtator inſtituit filium, & ſi filius ſine liberis in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituit Caium, an iſta ſit ſubſtitutio pupillaris? Et teneas eſſe ſolam pupillarem, *c. ſi pater, de teſt. in 6.* Bart. *in l. Centurio, n.* 17. *ff. de vulg.* & ibi Alex. *nu.* 27. Soc. ſen. *nu.* 4. Iaſ. *nu.* 33. *& ſeq.* Alciat. *n.* 11. *& ſeq.* Zaſ. *n.* 4. 5. Soc. iun. *nu.* 227. qui teſtatur de communi opinione. Caſtr. *in l. precibus, nu.* 15. *C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Alex. *nu.* 15. Rimin. iun. *num.* 269. Iaſ. *in l. in pupillari, ad finem, ff. de vulg.* Soc. ſen. *in §. item ſi pater, ff. de reb. dub. col.* 2. Rip. *in l.* 2. *num.* 39. *ff. de vulg.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer.* 995. *&* 997. *ff. ad Treb ell.* Bald. *conſil.* 38. *num.* 5. *ad fin. libr.* 2. Comen. *conſil.* 125. Caſtr. *conſil.* 351. *numer.* 3. *lib.* 1. Corn. *conſil.* 61. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 73. *num.* 24. *conſ.* 41. *num.* 56. *lib.* 2. Soc. iun. *conſi.* 46. *& conſ.* 73. *num.* 15. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 50. *num.* 12. *& conſi.* 144. *nume.* 11. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 54. *num.* 10. *li.* 8. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 3. vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 34. *num.* 18. Alexand. Trent. *de ſubſt. par.* 2. *cap.* 3. *nume.* 3. *verſ. tertius,* vbi tamen loquitur quando dictum fuit, ſi ſine liberis deceſſerit, Titius ſit hæres, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *qu.* 86. *num.* 84. Rota Roman. *in collect.* per Farinac. *deciſ.* 639. *par.* 1.

2 Contrariam opinionem, quod immo ſit ſubſtitutio compendioſa, & factus pubes, ſi decedat ſine liberis, ſit fideicommiſſaria, probarunt Rub. Alex. *in l. Gallus, §. quidam recte, col.* 14. *ff. de liber. & poſthum.* Curt. iun. *in l. precibus, n.* 66. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Dec. *in l. generaliter, in principio, C. de inſtit. & ſubſtit.* Rip. *in leg. Centurio, num.* 94. *& n.* 144. *ff. de vulg.* & ibi Gallia, *n.* 69. & 373. Ceph. *num.* 20. vbi alios addit. Did. *in c. Rainutius, §.* 9. *num.* 2. *ext. de teſtam.* Bald. *conſ.* 373. *quidam verſ. tertiò, lib.* 2. Caſtr. *conſil.* 44. ſubſtitutio prædicta, *col.* 2. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 43. *num.* 7. *lib.* 2. Capr. *conſil.* 66. *cum viſo, col.* 2. Dec. *conſ.* 572. *num.* 1. Rub. *conſil.* 129. Ruin. *conſil.* 103. *num.* 23. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 73. *num.* 15. *lib.* 2. Neuiz. *conſ.* 53. *nume.* 2. *&* 3. Alciat. *conſi.* 499. *in fine,* Dec. *conſi.* 82. *num.* 27. *lib.* 3. Arnol. Ferr. *in comm. ad conſuet. Burg. lib.* 2. *col.* 3. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſ.* 60. *numer.* 10. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Alexand. Trent. *de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. *& par.* 4. *cap.* 9. *num.* 23. *verſ. quæ concluſio,* Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 51. vbi dicit hanc eſſe veram, & communem opinionem. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 4. *numer.* 16. [Hanc pariter opinionem tenet Menoch. *conſ.* 362. *num.* 7.]

3 Tertia eſt opinio, quod iſta ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria, vt per Bald. *in conſilijs, infra, nu. ſequenti allegatis,* & per Boer. *deciſ. vltima,* & vide quę dixi *qu.* 247. *nu.* 8.

Tenendo primam opinionem.

4 Ampliatur, & ſi teſtator dixiſſet, ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſine filijs, & hic caſus habet minus dubitationis, ita Doct. communiter, *in d. l. Cẽturio, ff. de vulg.* Bald. *conſil.* 35. *pater filio, li.* 2. *& conſ.* 423. *verba teſtamenti, lib.* 1. Cuman. *conſil.* 125. *proponitur.* Ruin. *conſ.* 105. *col.* 4. *li.* 2. Nat. *in addit.* ad Alexand. *conſ.* 88. *litera A, lib.* 7.

5 Contrariam opinionem, quod immò ſit compendioſa, tenent Rip. *dicta l. Centurio, nu.* 94. *ff. de vulg.* Caſtr. *d. conſ.* 44. *li.* 2. Alex. Trent. *d. cap.* 9. *n.* 23. *verſ. quæ concluſio.*

Ampliatur ſecundò, & ſi ſubſtitutio ſit reſtricta ad bona teſtatoris. Rota *in collect.* per Farinac. *deciſ.* 639. *nu.* 4. *par.* 1.

6 Declaratur primò non procedere, quando teſtator dixit, ſi filius meus in pupillari ætate, vel ſine filijs deceſſerit, &c. quia erat pupillaris intra tempora pupillaris ætatis, poſtea fideicommiſſaria, & ſic ſubſtitutio erit compendioſa, Gloſ. *in c.* 1. *de teſta. in* 6. *in verbo, abſque deductione.* Alex. Trent. *d. c.* 9. *nu.* 23. *in fine.* Boer. *deciſ. vlt.* Videtur tamẽ diſſentire Rota Romana, *in collect.* per Farinac. *deciſ.* 639. *nu.* 1. *ad medium, par.* 1. ſed prima opinio retinenda eſt.

7 Declaratur ſecundò, vt non habeat locum, quando teſtator dixiſſet, filio meo impuberi, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Titium, quia erit ſubſtitutio compendioſa, continens pupillarem, & fideicommiſſariam. Bart. *in l. Centurio, ff. de vulg.* & ibi Rip. *nu.* 140. vbi dicit alios ibidem communiter tenere opinionem, Bartol. quam præcipuè tenuit Aquil. *in* 4. *par. n.* 102. Alex. *conſ.* 1. *li.* 1. Menoch. *d. præſumpt.* 51. *nu.* 10. Alex. Trent. qui plures alios addit *de ſubſt. par.* 4. *c.* 11. *n.* 19.

8 Idem eſt, quando dixit, ſi filius meus impubes deceſſerit ſine liberis, &c. quia erit compendioſa. Guil. Bene. *in c. Rainutius, in materia compendioſæ, n.* 51. *ext. de teſta.* & ibi Did. *§.* 9. *n.* 2. Papin. *in form. lib. comp. ſubſt. nu.* 18. Menoch. *dicta præſump.* 51. *nu.* 13. Intrigl. *dicta qu.* 4. *nu.* 19.

9 Contrariam opinionem, vt ſi tunc eſt facta ſubſtitutio verbis directis, vel communibus, contineatur ſola pupillaris, ſi verò verbis obliquis, ſola fideicommiſſaria, probarunt Bald. *in l. precibus, col. penul. C. de impub. & al. ſubſt.* Caſtr. *in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg.* Alex. *in l. Centurio, nu.* 92. *ff. de vulg.* & ibi Rip. *nu.* 145. Alexand. Trent. *d. c.* 11. *n.* 19. *in fine.* [Et vide Menoch. *d. conſ.* 362. *nu.* 7.]

10 Subdeclaratur primò, quando teſtator vnum tantum filium habuiſſet, quia illud verbum, impuberi, ſtabit diſpoſitiuè, & reſtrictiuè, & continebit ſolam pupillarem, Rip. poſt Iaſ. *in d. l. Centurio, num.* 141. *ff. de vulg.*

11 Contrariam opinionem tenent alij relati à Rip. ibi ſupra, ſequitur Alex. Trent. *d. c.* 11. *n.* 19. *verſ. Paulus.*

12 Subdeclaratur ſecundò, quando teſtator plures filios haberet & eos hæredes inſtituit, & vni ſoli impuberi, (cum alij eſſent puberes) ſubſtituit his verbis, quia ſubſtitutio erit pupillaris tantum, ita tenent relati à Ripa, *dicta l. Centurio, nu.* 142. qui tamen diſſentit, & cogita quia Rip. loquitur, quando non adſunt verba, ſi ſine liberis, vt colligitur ex dictis per eum, *num.* 144., & contrarium voluit Alex. Trent. *dicto cap.* 11. *num.* 19. *verſ. aliam.*

13 Subdeclaratur tertiò, quando verbum impuberi, eſſet adiectum verbo executiuo, nec addita eſſent verba, ſi ſine liberis, quia tunc erit ſola pupillaris, Bart. *in leg. Centurio, nu.* 31. *ff. de vulg.*, & ibi Alex. *num.* 92. Iaſ. *nu.* 50. Rip. *nu.* 143. & communiter alij, Caſtr. *in leg. cohæredi, §. cum filiæ, num.* 10. *ff. de vulg.* Alexand. *conſ.* 1. *nu.* 5. *lib.* 1., & *conſi.* 20. *nu.* 7. *libr.* 7. Polit. *de Comp. nu.* 12. Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 4. *cap.* 11. *numer.* 19. *verſic. primus.* [Sed quid ſi dictum ſit, ſi filius in pupillari ætate, & inteſtatus deceſſerit, vel ſimpliciter dictum ſit deceſſerit inteſtatus, an pupillaris excludatur, vide *infra qu.* 281. *ſub nu.* 16.]

QVÆSTIO CXII.

QVæro, teſtator inſtituit filium, & dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo Titium pleno iure in eius hæreditate, an iſta ſubſtitutio ſit pupillaris? Et dicas eſſe pupillarem, Bart. *in l. Centurio, ff. de vulg.* Corn. *conſ.* 322. *n.* 18. *lib.* 3. Grat. *conſ.* 134. *n.* 13. *lib.* 1. Menoch. *li.* 4. *præſump.* 34. *nu.* 39. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 86. *nu.* 87.

QVÆSTIO CXIII.

1 QVæro, teſtator dixit, relinquo filium meum viuũ, & mortuum Titio, an iſta ſit ſubſtitutio pupillaris? Et teneas factam eſſe pupillarem ſuppoſito filium fuiſſe impuberem, & ſimul dicas datum eſſe tutorem, & gubernatorem. Soc. ſen. *in l. qui duos*, 2. *not. ff. de reb. dub.* Soc. iun. *in l. Centurio, nu.* 343. *ff. de vulg.* & ibi Aquil. *in fine*, Soc. ſen. *conſi.* 83. *colu.* 2. *lib.* 1. Odd. *de comp. par.* 4. *in verbo moriatur, in fi.* vbi tenet eſſe compendioſam, Menoch. *d. præſ.* 34. *nu.* 45. Præt. *de int. vlt. vol. fol.* 129. *nu.* 20. *verſi. huiuſmodi, & fol.* 253. *nu.* 60. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 7. *nu.* 26. Intrigl. *de ſubſt. Cent.* 3. *q.* 26. Boer. *q.* 124. *nu.* 6.

2 Maximè procederet, ſi addita eſſent verba, ſi ſine liberis deceſſerit, ita poſt Rip. tradit Menoch. *vbi ſuprà.*

3 Contrariam opinionem, quod per iſta verba cenſeatur datus tutor, non autem facta ſubſtitutio, probarunt Gallus, *d. l. Centurio, n.* 539. & ibi Rip. *n.* 197. Alc. *in l. in vulgari, §. fin. ff. de verb. ſignificationibus*, Eman. Coſt. *in c. ſi pater, par.* 1. *in verb. moreretur, n.* 6. *de teſta. in* 6. alias opiniones refert Intrigl. *d. q.* 36.

QVÆSTIO CXIV.

QVæro, an mentio pupillaris ætati faciat ſubſtitutionem eſſe pupillarem? vide quæ ſcripſi, *q.* 103. *cum ſequentibus, vſque ad hanc quæſtionem*, & Vaſq. *de ſucceſſ. progr. §.* 13. *nu.* 27. *& ſeqq.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 7. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 34. *& præſump.* 51. Præt. *de int. vlt. vol.* 252. *nu.* 57. *vſque ad finem*, Gall. *in tract. de except. ſucceſs. tit.* 4. *except.* 19. *n.* 1. *& ſeq. multis, par.* 2.

QVÆSTIO CXV.

QVæro, teſtator dixit, quòd poſt mortem filij ſui bona hæreditarentur per aliquem, an dicatur feciſſe pupillarem ſubſtitutionem? Et dicas quod ſic. Cum. *conſil.* 2. *colu. fin.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 252. *n.* 57.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in re certa directis verbis ciuilibus facta continet pupillarem, & trahitur ad omnia bona, contra n.* 2. *concord. n.* 3.

Ampliatur, & ſi verbo directo ſit iunctum verbum commune, n. 4.

Limitatur, quando adeſſet verbum mihi, nu. 5.

Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta in re certa teſtatoris, n. 6. *contra n.* 7.

Limitatur, quando datus fuit alius ſubſtitutus vniuerſalis, nu. 8.

Limitatur, quando verba ſubſtitutionis referuntur ad teſtatorem, vel ſimpliciter proferuntur num. 9. *contra n.* 10. *declara n.* 11.

12 *Subſtitutio in re certa facta verbis directis non ciuilibus, abſque diſtributione temporis non continet pupillarem, ſecus ſi fiat cum diſtributione temporis, contra nu.* 13.

Limitatur, quando facta eſſet compendioſa, cum expreſſione ſpeciali pupillaris, n. 14. *contra n.* 15.

Limitatur quando ſubſtitutus eſt alius filius teſtatoris, nu. 16.

Limitatur aliter remiſſiuè, n. 17.

18 *Subſtitutio in re certa facta verbis communibus non erit pupillaris, ſed fideicommiſſaria, amplia, & declara remiſſiuè, nu.* 19.

20 *Subſtitutio in re certa facta verbis obliquis eſt fideicommiſſaria.*

QVÆSTIO CXVI.

Subſtitutus in re certa, an poſſit dici pupillariter ſubſtitutus?

QVæro, ſi in re certa ſit datus ſubſtitutus, an pupillariter poſſit dici ſubſtitutus? Et in hoc diſtingue plures caſus. 1

Subſtitutus pupillariter vltimo morienti ex filijs inſtitutis, an ſuccedat in omnibus bonis?

1 QVæro, teſtator plures filios inſtituit & nouiſſimo morienti ſubſtituit pupillariter, an ſubſtitutus admittatur, tam ad portionem primi mortui, quàm etiam vltimi, ita vt in omnibus bonis ſuccedat? Et dicas in omnibus bonis ſuccedere, *leg. qui duos, ff. de rebus dub.* & ibi Bart. *num.* 17. & alij communiter Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer.* 948 *& ſeqq.* hoc ſenſit, licet aliam quæſtionem tractet, *ff. ad Trebell.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 25. *num.* 70. 76. *& ſeqq.*

2 Intellige hoc verum, dummodo vltimus ſucceſſerit ab inteſtato in tonim præmortuo, aliàs ſi non ſucceſſiſſet ab inteſtato, ſubſtitutus non poſſet admitti, niſi in portione vltimo obtenta. Vaſq. *d.* §. 25. *nu.* 77. *& ſeqq.* niſi eſſemus in caſu, quòd inter inſtitutos eſſet inducta reciproca, quando autem ſit inducta reciproca, dicam *q.* 262.

3 Sed quid ſi omnes ſimul perierunt, nec appareat quis vltimo deceſſerit, dixi ſupra *q.* 138.

4 Idem eſt quando quis eſſet ſubſtitutus per fideicommiſſum nouiſſimo morienti, quia licet ſubſtitutus non admittatur, niſi poſt mortem omnium, attamen admittitur ad portionem omnium, Soc. ſen. *in l. qui duos, col. 3. verſi. tertiò lim. ff. de reb. dub.* Vaſq. *d.* §. 25. *nu.* 70. 76. *& ſeqq.* & alij relati *infra quæſtione* 473. an fideicommiſſaria pluribus facta reſoluatur in ſingularitates, *caſu* 8. *dec.* 1. 3. *nu.* 76. *& ſeqq.*

5 Contrariam opinionem tenent, Alex. *in l. cum qui, n. 3. ff. ad Trebell.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 923. *& ſeqq. ff. ad Trebell.*

Tenendo ſecundam opinionem.

6 Limita quando ſubſtitutio eſſet facta in tota, quia tūc ſubſtitutus ſuccedit in portione vtriuſque, Alexand. *d. l. cum qui, n.* 3. & alibi dicemus.

Limita aliter ex dictis *d. quæſt.* 473.

Quid autem ſi ſimul perierunt, an ſubſtitutus admittatur ad vnam portionem, vel ad neutram? dixi *ſupra quæſtione* 128.

SVMMARIVM.

1 *Pupillariter ſubſtitutus moriens ante inſtitutum pupillum non tranſmittit ius ſuccedendi ex pupillari ſubſtitutione.*

Limitatur quando adeſt ſubſtitutus ſubſtituti, quia mortuo primo, ſecundus ſuccedit, n. 2.

Limitatur, quando ſubſtitutus eſt de ſuis hæredibus, n. 3. declara n. 31.

Limitatur, quando cum iure adcreſcendi eſt vnita pupillaris ſubſtitutio, n. 4.

Et dicitur ſuccedere ex pupillari non ex iure accreſcendi, num. 5. contra quod ſuccedatur ex iure accreſcendi, num. 6.

Ampliatur etiam in tacita pupillari vnita, cum iure accreſcendi, nu. 7. contra nu. 8. declara, num. 9. quando mater eſt in medio.

Ampliatur, & ſi pupillus qui habet pupillariter ſubſtitutum, nō adiuit hæreditatem patris, n. 10. cont. n. 11.

Ampliatur, & ſi pupillus fuiſſet exhæredatus, num. 12. contra nu. 13.

Declaratur non procedere, quando ſubſtitutus erat in re certa inſtitutus, & pupillus vniuerſaliter, quia tunc non tranſmittit, n. 15. contra n. 16.

Declaratur non habere locum, quando pupillus erat in re certa inſtitutus, & ſubſtitutus erat vniuerſalis hæres, n. 17. contra n. 18. ſubdeclara, n. ſeqq.

Declaratur, quando adeſſet alius ſubſtitutus, quia ceſſet tranſmiſſio, n. 23.

Declaratur, quando teſtator ſubſtituit ſuperuenientes, nu. 24. contra 25.

Declaratur, quando ſubſtitutio eſt facta per verba, quiſquis mihi hæres erit, n. 26. contra n. 27.

Limitatur, quando extant coniecturæ, quia directa ſubſtitutio ex coniecturis tranſmittitur, num. 29. contra num. 30.

32 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando ſubſtituti ſunt ſuperuenientes, ſiue cum verbis, ſi extabūt ſiue ſine his verbis, contra n. 33.*

Limitatur ibi remiſſiuè.

34 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando teſtator ſubſtituit per verba, quiſquis mihi hæres erit.*

35 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando nomine proprio expreſſo facta eſt ſubſtitutio, contra num. 36.*

Ampliatur tranſmiſſionem fieri ad patrem, & matrem nu. 37. contra in matre, nu. 38.

39 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando teſtator expreſſè prouidit in caſum, quod ſubſtitutus moreretur ante pupillum.*

Ampliatur, & ſi ſubſtituti ſint naſcituri, n. 40.

41 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando magis dilectus excluderetur.*

42 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur in his caſibus, in quibus nec fideicommiſſaria tranſmitteretur.*

43 *Tranſmiſſio non fit, niſi ad eos, qui poſſunt eſſe hæredes.*

QVÆSTIO CLXIV.

Vtrum pupillariter ſubſtitutus moriens ante inſtitutum, tranſmittat ius ſuccedendi ex pupillari?

QVæro, an ſubſtitutus moriens ante inſtitutum trāſmittat ius ſuccedendi ex pupillari? Et dicas non tranſmittit, *l. qui liberis, §. hac verbor. l. ſed ſi plures, in principio, ff. de vulgar. & pupil.* Iaſ. *in l. qui plures, ff. de vulg.* Hier. Gabr. *conſi.* 108. *lib.* 1. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 216. *n.* 46. Gabr. *d. concl.* 2. *nu.* 12. Odd. *de comp. per.* 6. *q.* 1. *art.* 2. *nu.* 10. Pereg. *de fideicom. art.* 31. *n.* 6. *ad med.* Torrig. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 98. *nu.* 9. *&* 30. Boer. *dec.* 31. *n.* 6. Magon. *dec. Luc.* 82. *n.* 17. *& ſeqq.* 1

Limitatur primò non procedere in ſubſtituto ſubſtituti pupillaris, quia primo ſubſtituto mortuo pendente conditione, ſpes ſubſtitutionis tranſit in ſecundum ſubſtitutum, de quo dicam *qu.* 469. 2

Limitatur ſecundò, quando ſubſtitutus eſt de ſuis hæredibus, nam ſicut tranſmiſiſſet paternam hæreditatem ad ſuos hæredes, ita tranſmittit pupillarem, Bartol. *in l. ſed ſi plures, §. quos poſſum, ff. de vulg.* & ibi Ang. Caſtr. Imol. & Alex. Ang. *in l. qui patri, nu.* 2. *ff. de vulg.* & ibi Caſtrenſ. Imol. & Alex. *nu.* 12. Gul. Bened. *in c. Raynutius in materia pupillaris, num.* 105. *ext. de teſtament.* Bald. *de pup. num.* 24. Bart. Huc. *de pup. num.* 25. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſtione* 36. *in fine,* Præt. *de interpret. vltim. voluntat. fol.* 213. *numer.* 28. qui alios citat, Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 1. *quæſt.* 57. *numero* 2. Bald. *conſil.* 9. *lib.* 2. 3

*lib.*2.Corn.*conſ.*208.*col.*3.*lib.*2. Ruin.*conſ.*91.*num.*6.*lib.*2. Natta *conſ.*68.*num.* 8.*lib.*1.Hier.Gabr.*conſ.*108.*num.*1.*lib.*1.

Declaratur iſta limitatio, vt infrà *num.*31.

4 Limitatur tertiò, quando ſubſtitutio pupillaris eſt vnita cum iure accreſcendi, quia tunc tranſmittitur, & ſi ſubſtitutus eſſet extraneus, *l.qui patri, ff.de acq.hæred.* & ibi tradit Bart.& alij communiter ſequuntur, Iaſ. *in l.qui plures ff.de vulg.* Bald.*conſ.*9.*lib.*2. Natta *conſ.*68.*n.*8.*lib.*1.Ceph.*conſ.*114.*n.*12.*conſ.*116.*n.*96.*& ſeq.* Gabr. *de hæred.inſtit.concl.*2.*nu.*43.*& ſeq.* Præt. *de int.vlt.volunt.fol.*213.*nu.*26.Mant.*de con.vlt.vol.lib.*11.*tit.*20.*n.*13.Alex.Trent. *de ſubſt.par.*4.*c.*14.*n.*9.*& ſeqq.*

5 Et dicas ſuccedere ex pupillari, non autem iure accreſcendi, Iac.de Aren.*dict.l.qui patri,*& ibi Bal. Imol. Caſtr.Raph.Aret.& Alex.*ff.de vulg.*Crott.*in l.re coniuncti,n.*39.*ff.de l.*3. vbi teſtatur de communi opinione, Alex.Trent.*d.c.*14.*n.*14.qui dicit eſſe communem opinionem.

6 Contrariam opinionem, quod ſuccedat ex iure accreſcendi, probarunt Gloſſ.*d.l.qui patri,*& ibi Bart.& Ang. *ff.de vulg.*

7 Ampliatur primò etiam in pupillari tacita vnita cum iure accreſcẽdi, Imol. *dict.l.qui patri,col.fi.*& ibi Rom. *col.fi.* Alex.*col.pen.verſ.ſubſequenter,ff.de vulg.* Crot. *d.l.re coniuncti,col.*40.*verſic.diſpoſitio tamen,ff.de leg.* Alex.Trent. *d.cap.*14.*nu.*13.

8 Contrariam tenet Aret.*d.l.qui patri, col.fin.*

9 Limitatur iſta ampliatio, quãdo mater eſſet in medio, ita poſt Roman.ſcribit Alex.Trent. *d.c.*14.*n.*13. *in fi.*

10 Ampliatur ſecundo, & ſi pupillus, cui datus eſt pupillariter ſubſtitutus non adiuit paternam hæreditatem, quia adhuc tranſmittit, Gloſſ. *fi.dicta l.qui patri*, in vna opinione, & ibi Bald. *col.*2. Raph.Cuman. *columna penul.* Imol.*colum.*1.Caſtr.*colum.*1.Alex.*col.*2.Roman. *colum.*3.*ff.de vulg.*

11 Contrariam opinionem probarunt alij, volentes non eſſe locum tranſmiſſioni, Gloſ.*in l.Titius, in verbo ſubſtitutionem,ff.de acq.hæredit.*Gloſſ.*in l.vnica, §.ſin autem ſub conditione, in verbo,ſuperſtite, C.de cad. tollen.* Barto.*d.l.qui patri,col.*1.*verſ.venio ad Gloſſ. ff.de acq. hær.*& ibi Ang.*col.*2.Bart.*in l.re coniuncti,col.*12.*verſ. quinto vnum.ff.de leg.*3.& ibi Crot.*col.*40. *& ſeqq.*qui tamen dicit primam opinionem communem eſſe, Bald. *in l.quidam eulogio,col.penul. C.de iur.delib* & ibi Caſtrenſ.*col.*1.Alex.Trent.*d.c.*14.*nu.*11.vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

12 Ampliatur tertiò, & ſi pupillus, cui facta eſt ſubſtitutio, fuiſſet exhæredatus, Rom *d.l.qui patri, col* 3.& ibi Imol.*col.*2.Caſtr.*col.*2.*n.*7.*ff.de vulg.*Crott.*d.l.re coniuncti.col.*42.*verſ.fallit,& ſexto, ff.de leg.*3.Caſtr.*dicta l.quidã eulogio,col.*1.*C.de iur.delib.*Gabr.*de hæred. inſt.concl.*2.*nu.*51. vbi dicit eſſe communem opinionẽ.

13 Contrariam opinionem tenent Angel. *d.l.qui patri, verſ.ex prædictis,*& ibi Alex. *col.*2.& Goffr.*num.*212. *ff.de vulg.* Alexan.Trent. *d.c.*14.*n.*14.

14 Subampliatur, etſi pupillus expugnaſſet teſtamẽtum patris, & ab inteſtato patrem hæreditatis adiuiſſet, Angel.*d.l.qui patri,col.*4.& ibi Rom.*col* 3.Imol.*col.*2.Alex.*col.*2.*ff.de vulgar.*

15 Sublimitatur primò, quãdo ſubſtitutus erat in re certa inſtitutus, & pupillus vniuerſaliter, quia tunc non trãſmittit, Ang.*d.l.qui patri, col.pen.* & ibi Imol.*col.*2.Alex.*col.*3.*ff.de vulg.* Alex.Trent.*d.c.*14.*n.*15.

16 Contrariam opinionem probarunt, Caſtr.*d.l.qui patri,n.*9.& ibi Roman.*col.fi.ff.de vulg.* Bald.*d.l.quidam eulogio,col.fi.C.de iu.deliber.* Natta *conſ.*68.*nu.*8.

17 Sublimitatur ſecũdò, ſi pupillus, cui facta fuerat ſubſtitutio in re certa erat inſtitutus, & ſubſtitutus in omnibus bonis erat inſtitutus, quia tunc non tranſmittit, Ang. *d.l.qui patri, col.fin.* & ibi Imol.*col.*2. Aret.*col.*2. Alex. *col.*2.*ff.de vulg.* Crott.*d.l.re coniuncti, colu.*42.*verſic. ſeptimo fallit,ff.de leg.*3.

18 Contrariam opinionem probarunt alij, volentes locum eſſe tranſmiſſioni, Bald. *d.leg.quidam eulogio, col. fin,C.de iur.deliberand.* Roman.*d.leg.qui patri,colu.*4.& ibi Caſtr.*nu.*10.*ff.de vulg.& pup.ſubſt.*Alex.Trent.*d.c.*14.*num.*15.

19 Declaratur primo iſta ſecunda ſublimitatio, ſi filius in re certa inſtitutus, cui erat facta pupillaris repudiaret portionem illam, Ang.*d.l.qui patri, colum. fin.*& ibi Imol.*col.*2.Caſtr.*col.fin.ff.de vulg.*

20 Cõtrariam tenet Alex. *d.l.qui patri.col* 2.*ff.de vulg.*

21 Declaratur ſecundò, iſta ſecunda ſublimitatio, ſi filia ſit in re certa inſtituta, & facta eſt ſubſtitutio, & nihil de bonis filiæ remanſiſſet, Ang.*d.l.qui patri,col.fin.ff.de vulgar.*

22 Contrariam opinionem probarunt Imol. *d.l.qui patri,col* 2.& ibi Alex. *col.pen.ff.de vulg.*

23 Sublimitatur tertiò, quando adeſſet alius ſubſtitutus, quia tunc ceſſat tranſmiſſio, Gloſ.*d.l.qui patri, in verbo patris,*& ibi Bart.*col.*1.Caſtr.*col.*1.*& ſeq.*Roman.*col.*3.Ang.*col.fi.*Imol.*col.*2.*ff.de vulg.*Bartol.*d.l.re coniuncti,col.*12.*ff.de leg.*3.Bald.*d.l.quidam eulogio, col.pen. C.de iur.delib.* Iaſ. *in l.qui plures, col.*1.*ff.de vulg.*poſt Imol.ibi in Gloſſ. *in verb.ad ſuperſtites*, & Aret.*col.*1. Gabr.*d.concl.*2.*n.*55. Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.*213.*nu.*8.qui plures refert, Alex.Trent.*d.c.*14.*nu.*18.

24 Sublimit. quartò, quãdo teſtator ſubſtituit ſuperuiuẽtes, quia tranſmiſſioni non erat locus, Bald.*d.l.quidam eulogio,n.*22.*C.de iur.delib.* Alex.Trent.*d.c.*14.*n.*16.

25 Contrariam opinionem tenuerunt alij, volentes adhuc admitti tranſmiſſionem, Roman. *d.l.qui patri,col.*4.& ibi Alex.*col.fin.*Caſtr.*col.fin.ff.de vul.*Crott.*d.l.re coniuncti,col.*40.*verſ.ſecundo fallit,ff.de leg.*3.

26 Sublimitatur quintò, quando ſubſtitutio eſt facta per verba, quiſquis mihi hæres erit, quia ceſſat tranſmiſſio, Bald. *d.l.quidam eulogio, C.de iur.deliber.*

27 Contrariam opinionem probarunt Roman. *d.l. qui patri, col.*4.& ibi Caſtr. *col.fin.* Alex.*nu.* 15.*ff. de vulg.* Crott.*d.l.re coniuncti,nu....ff.de leg.*3. Alex.Trent.*d.c.*14.*num.*16.*verſ.hæc verba.*

28 Idem eſt quando dictum eſſet, quiſquis mihi hæres erit ſcriptus, quia adhuc tranſmittatur, Alex.Trent. *d.c.*14.*n.*16.*ante verſ.hæc verba,*vbi dicit ita fuiſſe deciſum per Conſ. Neap.

29 Limitatur tertiò principaliter, quando extant coniecturæ, quia tunc etiam directa ſubſtitutio ex coniecturis tranſmittitur. Alciat. *in d.l.re coniuncti, col.penult. in princ.* Zanc.*d.§.cum ita, nu.*213. Ruin. *conſ.*156.*lib.*2. Dec.*conſil.*574.

30 Coniecturas autem habebis ex dictis *in q.*490. an fideicommiſſum conditionale tranſmittatur?

31 Declarantur prædictæ limitationes & caſus, in quibus diximus locum eſſe tranſmiſsioni, vt locum non habeant, quando de contraria voluntate teſtatoris ex cõiecturis appareret, quia tranſmiſsio pendet ex coniecturis, & quod non eſt tranſmiſſibile fit tranſmiſſibile ex voluntate teſtatoris, & è contra, Zanch. *in l.hæredes mei,§.cum ita,nu.*95.*ff.ad Trebell.* Menoch.*conſi.*417.*num.*1.qui loquitur in terminis pupillaris, Ceph.*conſil.*321.*num.*57. Mantic. *de coniect. vlt. volunt.tit.*20.*nu.*8.Præt.*de interp.vlt.volunt.fol.*214.*num.*34. in quibus locis alij adducuntur.

32 Prima eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituit ſuperuenientes, vel cum verbis, ſi extabunt, vel ſine his verbis, nam tunc tranſmiſſio ceſſabit, Bald.*in l.quidam eulogio, columna finali, nume.*22. *Cod.de iure deliberan,*

Rip. *d.* §. *cum ita, num.* 59. *ff. ad Trebell.* Bald. *conſi.* 271. *ſubſtitutio* [illegible] *commiſſaria, libr.* 2. *& conſil.* 435. *punctus ſuper quo, in fine lib.* 4. Cuman. *conſil.* 13. *Titius*, Alexand. *conſil.* 109. *column.* 2. *libr.* 7. *& conſil.* 252. *num.* 1. *lib.* 1. Gozad. *conſil.* 29. *num.* 17. Corn. *conſil.* 260. *lib.* 4. Socin. ſen. *conſi.* 77. *libr.* 1. Ruin. *conſil.* 136. *numer.* 7. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 37. *num.* 79. *lib.* 2. Curt. iun. *conſi.* 69. *num.* 2. *& conſil.* 57. *num.* 7. Socin. iun. *conſil.* 133 *num.* 4. *lib.* 1. *conſil.* 30. *num* 7. *conſil.* 63. *in fin. lib.* 4. *& conſil.* 14. *eod.* Alciat. *reſpon.* 585. *num.* 5. *& ſeq.* Caſſan. *conſil.* 53. *num.* 17. Natta *conſ.* 551. *nume.* 33. *lib.* 3. Rimin. iun. *conſ.* 476. *num.* 63. *lib.* 4. *& inter conſ. vlt. volunt. conſ.* 167. *num.* 167. *in fine*, Menoch. *conſ.* 200. *nu.* 93 *& nu.* 109. vbi loquitur in terminis directæ ſubſtitutionis, & ferè omnes in prædictis loquuntur in fideicommiſſaria, & ibi etiam dixi plura.

33 Contrariam opinionem probarunt alij volentes, & tunc locum eſſe tranſmiſſioni, Roman. *d. l. qui patri, col.* 4. & ibi Alexand. *col. fin.* Caſtr. *colum. fin. ff. de vulg.* Crott. *d. l. re coniuncti, num.* 115. *ff. de legat.* 3. Crauetta *in l. cum filiofam. ſecunda parte, num.* 261. *& num.* 353. *ff. de leg.* 1. Zanch. *d.* §. *cum ita, num.* 219. *& ſeqq.* vbi in his terminis dicit non eſſe differentiam inter directam ſubſtitutionem, & fideicommiſſariam, Fulgoſ. *conſil.* 15. Roman. *conſil.* 59. *colum.* 2. Rimin. ſen. *conſil.* 78. *column.* 2. Iaſ. *conſil.* 154. *ad ſi* [illegible] *libr.* 4. *& conſil.* 52. *colum. fin. lib.* 3. Dec. *conſil* 369. *nume.* 1. Ruin. *conſil.* 79. *colu. penul. lib.* 3. Crauetta *conſil.* 306. *numer.* 4. Pariſ. *conſil.* 76. *num.* 12. *lib.* 2. *& conſi.* 50. *column.* 4. *lib.* 3. Non. *conſil.* 4. *in fine*, Burſat. *conſil.* 7. Cephal. *conſil.* 16. *num.* 41. *lib.* 1. *& conſil.* 283. *numer.* 22. *libr.* 2. & alios addidi *in qu.* 490. *an fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, num.*.....

Declaratur iſta coniectura ſecundum ea quæ latè ſcripſi *d. q.* 490. an fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, *num.*....

34 Secunda eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituiſſet per verba, quiſquis mihi hæres erit, vt dixi ſupra *nu.* 35. *& nu.* 36. retuli diſſentientes.

35 Tertia eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituit proprio nomine expreſſo, quia non fit tranſmiſſio, Curt. iun. *conſ.* 69. *in fine.* Soc. iun. *conſil.* 14. *nume.* 8. *lib.* 4. Menoch. *conſi.* 200. *nu.* 69. *conſ.* 273. *numer.* 18. *& conſil.* 417. *num.* 4.

36 Contrariam opinionem, quod ad ſuos hæredes etiam tunc fiat traſmiſſio, probarunt Alex. *d. l. qui patri, col. fin. ff. de vulg.* Zanch. *d.* §. *cum ita, nu.* 218. *& num.* 220. Rimin. iun. *conſi* 476. *nu.* 62. *& ſeq. lib.* 4.

37 Quinimo fieri tranſmiſſionem etiam ad patrem, & matrem ſcribit Rimin. iun. *d. conſil.* 476. *numer.* 62. *& ſeq.*

38 Contrariam opinionem in matre tenuit Menoch. *d. conſil.* 417. *num.* 7.

Vide de hac coniectura dicta in materia fideicommiſſariæ, *q.* 490.

Quarta eſt coniectura, quando teſtator expreſſè pro- 39
uidit etiam in caſu, quo moreretur ſubſtitutus ante pupillum, dando alium ſubſtitutum, quia ſine dubio ceſſaret tranſmiſſio, Caſt. *d. l. qui patri, verſic. nec obſtat*, & ibi Imol. *nume.* 4. Alexand. *num.*... *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decian. *conſ.* 61. *nume.* 42. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 220. *num.* 173. *& conſ.* 417. *nu.* 17. & quæ ſcripſi in materia fideicommiſſariæ, an ex hac coniectura impediatur tranſmiſſio.

Ampliatur iſta coniectura, & ſi ſubſtituti eſſent na- 40
ſcituri, vel alij nati, qui poſtea ſint etiam mortui, vel naſcituri non ſint nati, quia ſatis eſt, quod potuerint adeſſe, Caſtr. *d. l. qui patri, num.* 6. *in fine*, & ibi Imol. *num.* 4. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decian. *conſil.* 61. *num.* 42. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 16. *num.* 46. Menoch. *conſ.* 417. *num.* 11. *verſ. & quamquam.*

Quinta eſt coniectura, quando magis dilectus exclu- 41
deretur & admitteretur minus dilectus, nam & tunc non erit locus tranſmiſſioni, Crauet. *in l. cum filiofamilias, part.* 1. *numer.* 349. *ff. de leg.* 1. Zanch. *d.* §. *cum ita, par.* 4. *num.* 376. *& numer.* 395. Iaſ. *conſil.* 32. *in fine, lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 6. *num.* 13. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 178. *col.* 2. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 200. *num.* 34. *conſi.* 273. *num.* 19. *& conſ.* 417. *num.* 14.

Vide quæ ſcripſi de fideicommiſſaria, an ex hac coniectura impediatur tranſmiſſio.

Alias coniecturas colliges ex his, quæ ſcripſi *q.* 490. 42
vbi de tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, quia in hac materia tranſmiſſionis æquiparatur directa ſubſtitutio, & fideicommiſſaria, vt per Zanch. *d.* §. *cum ita, num.* 213. *& numer.* 220. ad medium, Menoch. *conſil.* 200. *num.* 109. & ſenſit *conſil.* 417. vbi loquitur de pupillari, & tamen adducit authoritates loquentes de fideicommiſſaria.

Scias etiam in materia tranſmiſſionis, quod non ſit tranſmiſſio, niſi ad eos, qui poſſunt hæredes eſſe. Caſtr. *in l. ſi quis filium, C. de inoff. teſtam.* & ibi Iaſ. *col.* 2. *verſ.* 6. *limit.* Ripa *d.* §. *cum ita, num.* 63. & ibi Zanch. *nu.* 108. *&* 439. *par.* 4. Crauet. *d. l. cum filiofamilias*, 2. *par. num.* 430. *ff. de leg.* 1. Menoch. *conſil.* 417. *nume.* 16. Crauetta *conſil.* 131. *num.* 7.

Ad quos autem hæredes, & à quibus fiat tranſmiſſio, 43
dicam de tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, *quæſt.* 490.

QVÆSTIO CLXV.

QVæro, an caducato primo gradu ſubſtitutionis pupillaris, ſecundus ſubſtitutus admittatur? Dicam *quæſtione* 469.

Tractatus de Pupillari Subſtitutione Finis.

Digitized by

TRACTATVS
DE
EXEMPLARI SVBSTITVTIONE
EXCELLENTISSIMI D. VINCENTII FVSARII I. C. Brixienſis,
PARS PRIMA.

QVÆSTIO CLXVI.

QVÆRO quomodo ſubſtitutio exemplaris definiatur? & de hoc videas Salic. *in l. humanitatis, colum.* 4. *C. de impub. & al. ſubſt.* Ripa *in l. ex facto, nu.* 54. *ff. de vulgar.* Odd. *in præl. de comp. par.* 4. *quæſt.* 1. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 3. *cap.* 1. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *quæſt.* 1.

QVÆSTIO CLXVII.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris ſit ſpecies ſubſtitutionis ne per ſe? videatur Ripa *in l. ex facto, num.* 55. *ff de vulg.* Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *quæſt.* 4.

QVÆSTIO CLXVIII.

QVæro ſubſtitutio exemplaris vnde ita dicatur? videndus eſt Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 2. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 2. *quæſt.* 2. Gall. *de ſucceſſ. except. titul.* 4. *except.* 20. *parte ſecunda.*

QVÆSTIO CLXIX.

QVæro quo iure ſubſtitutio exemplaris ſit introducta, tradunt Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 3. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *c.* 1. *in fin.* Intrigl. *de ſubſt. centur.* 2. *qu.* 3.

QVÆSTIO CLXX.

QVæro quotuplex ſit ſubſtitutio exemplaris? vide Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 5. Alexand. Trent. *de ſubſtit. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 2.

Exemplaris probata, an detur? vide Intrigl. *d. cent.* 2. *quæſt.* 24.

Partim tacita, partim expreſſa quoad caſus, an detur? vide Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 31.

QVÆSTIO CLXXI.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris ſit teſtamentum patris, vel filij? Et dicas quo ad quædam eſſe teſtamentum patris, quo ad quædam teſtamentum filij, Ripa *in l. ex facto, n.* 5. *ff. de vulg.*

QVÆSTIO CLXXII.

Subſtitutio, an præſumatur potiùs exemplaris, quàm fideicommiſſaria?

QVAERO, an ſubſtitutio præſumatur potiùs fideicommiſſaria, quàm exemplaris? Et dicas, potiùs præſumi exemplarem, quam fideicommiſſariam, Cephal. *conſ.* 689. *num.* 22. Menoch. *conſ.* 303. *num.* 41.

Declaratur non procedere, quando extant coniecturæ, quod facta ſit fideicommiſſaria, & plures coniecturas tam fideicommiſſariæ, quàm exemplaris, recenſet Dec. *conſil.* 371. Socin. iun. *conſil.* 103. *libr.* 1. Roland. à Valle, *conſ.* 68. *libr.* 4. Cephal. *conſ.* 689. *& conſil.* 414. *quinto dubio.* Menoch. *conſ.* 303. *conſi.* 364. *nu.* 6. 7. 17. *& ſeq.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 258. *num.* 18. *& ſeq.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 49. Intrigl. latè *de ſubſtit. cent.* 2. *qu.* 21.

Et ſubſtitutionem exemplarem non ſolùm verbis claris, ſed & coniecturis induci ſcripſerũt ſupra relati omnes, addo Bald. *in l. humanitatis, nu.* 54. *C. de imp. & al. ſubſtit.* Menoc. *conſ.* 303. *n.* 26. *& conſ.* 846. *n.* 8. Rimin. iun. *conſ.* 736. *nu.* 19. 22. *lib.* 7.

QVÆSTIO CLXXIII.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris contineat tacitam vulgarem? Et dicas continere, Doctor. *in l. ex facto, ff. de vulg.* Cape. *tract. de exempt. n.* 101. Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *q.* 1. *nu.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 44. Intrigl. poſt alios multos relatos, *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 38. Gall. *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 20. *nu.* 38. *par.* 2. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 16. *nu.* 18.

Contrariam opinionem tenuit Polit. *de exempl. n.* 22.

Digitized by Google

Limitatur non contineri in omnibus caſibus, in quibus dictum eſt non contineri vulgarem in pupillari, Menoch. *lib.4.præſump.44.*

QVÆSTIO CLXXIV.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris contineat tacitam pupillarem? & continere poſt alios ſcribit Menoch. *lib.4.præſumpt.44.* ſequitur Intrigl. *de ſubſt.cent.2.q.39.* Gallus *de excep.ſucceſ.tit.4.excep.20.n.40.par.2.*

Declaratur, vt non contineat in omnibus illis caſibus, in quibus dictum eſt, non contineri tacitam pupillarem ſub vulgari expreſſa, Menoch. *d.præſumpt.44.in fine.*

QVÆSTIO CLXXV.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris contineatur ſub vulgari expreſſa? dixi *q.29.*

QVÆSTIO CLXXVI.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris tacita contineatur ſub pupillari expreſſa? Et dixi ſuprà *q.110.*

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris continetur ſub compendioſa, dummodo adſint requiſita exemplaris.*
Limitatur, quando ſubſtitutio in re certa facta eſt per verba communia, n.2.
Limitatur, quando teſtator ſic ſubſtituerit, & quãdocunque filius meus deceſſerit, volo quod bona mea diſtribuantur inter pauperes, n.3.
Limitatur, quando teſtator in ſuis bonis ſubſtituit, num.4.
Limitatur aliter, n.5. remiſſiuè.

QVÆSTIO CLXXVII.

Sub compendioſa, an contineatur exemplaris ſubſtitutio?

1 QVæro, an exemplaris ſubſtitutio comprehendatur ſub compendioſa facta muto, vel ſurdo, & ſimilibus? & contineri dummodo adſint ſua requiſita ſcribunt Menoch. *conſ.303.nu.16.& ſeq.conſ.846.num.*... Cephal. *conſil.689.n.17.44.& ſeqq.* Odd. *de comp.part.5.qu.1.artic.3.* Menoch. *lib.4.præſumpt.45.* Præt. *de interpr.vlt.volunt.fol.271.nu.23.* Intrigl. *de ſubſt.cent.3.q.23.* Did. Spin. à Carcer. *in Spec.teſta.tit.de exempl.nu.4.*

2 Declaratur primò non procedere quando ſubſtitutio eſt facta per verba communia in re certa, Rip. *in l.Centurio, nu.153.ff.de vulg.* Franc. *in cap.ſi pater, col.39.de teſt.* Alex. *conſi.25.lib.1.& conſil.252.lib.6.* Odd. *d.art.3.nu.36.* Alex. Trent. *de ſubſt. par.4.cap.2.n.18.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.3.q.24.nu.4.*

3 Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator his verbis ſubſtituit, & quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea diſtribuantur inter pauperes. Ancha. *conſil.8.col.1.* Menoch. *lib.4.præſump.45.*

4 Declaratur tertiò non procedere, vbicunque teſtator in bonis ſuis ſubſtituit, Menoch. *lib.4.præſump.45.in fi.*

5 Declaratur quartò non procedere, vbicunque eſſemus in illis coniecturis, quibus dicendum eſſet ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam, non exemplarem, de quibus per Menoch. *lib.4. præſump.49.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.2.qu.21.* & alijs à me relatis ſuprà *quæſt.172. num.2.*

QVÆSTIO CLXXVIII.

QVæro, an exemplaris ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum? & extendi volunt Doct. cõmuniter *in l.ex facto, ff.de vulg.* vbi Rip. *n.83.* dicit eſſe communem opinionem, Iaſ. *in l.1.n.25.ff.de vulg.* Menoch. *lib.4.præſump.65.n.6.* Alex. Trent. *de ſubſt.par.3.c.2.in fin.* Intrigl. *de ſubſt.cent.2.q.31.* vbi alios multos addit, Gall. *de except.ſucceſſ.tit.4.except.20.nu.64.& ſeq.par.2.*

Declaratur & ampliatur, vt per Intrig. *ibi ſupra* Gall. *ibi ſuprà n.67.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris ſubſtitutio põt fieri à patre, matre, et ab oĩbus aſcendẽtib. tam lineæ paternæ, quã maternæ.*
Ampliatur vt mater etiam pupillo poſſit exemplariter ſubſtituere, n.3.
Ampliatur, & ſi filius non ſit in poteſtate, n.4.
Ampliatur, & ſi filius ſit in poteſtate patris poſſit à matre fieri, nu.5.
Limitatur in matre turpi, & ſordidæ vita, nu.6.
Limitatur quando mater tranſiuit ad ſecundas nuptias, n.3. contra n.8.
Ampliatur, vt ante facta ſubſtitutio irritetur, nu.9. contra nu.10.
Declaratur non procedere, quando tutorem petijſſet filio ante tranſitum ad ſecundas nuptias, n.11.
Limitatur, matrem non poſſe ſubſtituere ſi pater ſubſtituit, num.13.
13 *Exemplaris poteſt fieri à patre, licet tranſierit ad ſecundas nuptias.*
13 *Exemplaris, ſi ſit facta tam à patre, quàm à matre, ſubſtitutus à patre præfertur.*
14 *Exemplaris, ſi fiat à matre & ab auo, quis præferatur diſtinguitur, remiſſiuè.*
15 *Exemplaris, ſi ſit facta à pluribus, an ad eius validitatem non requiritur mors vtriuſque ſubſtituẽtis.*

QVÆSTIO CLXXIX.

A quibus exemplaris ſubſtitutio fieri poſſit?

QVæro, an mater, ſicuti pater, & alij aſcendentes, 1
tam lineæ paternæ, quam maternæ, poſſint facere exemplarem ſubſtitutionem? Et teneas poſſe, Doctores *in l.ex facto, ff.de vulg.* vbi Ripa *nu.64.& nu.92.* Ceph. *conſ.423.dubio 5.* Odd. *in prælud.de comp.qu.6.* Præt. *de interp.vltim.volunt.fol.256.nu.6.* Alex. Trent. *de ſubſt.par.3.c.3.* Did. Spin. à Carcer. *in Spec.teſtam.tit.de exempl.n.6.* Gall. *de except.ſucceſ.tit.4.except.20.n.20.& ſeq.par.2.*

Ampliatur primò, vt poſſit ſubſtituere ſpurio, dum- 2
modo non ſit natus ex damnato coitu, vt dicam *qu.183. verſic. hinc naturali filio.*

Ampliatur ſecundò, vt mater poſſit ſubſtituere exem 3
plariter etiã pupillo, Ripa *d.l.ex facto.nu.66.ff.de vulg.*

Ampliatur tertiò & ſi filius non ſit in poteſtate, Odd. 4
in prælud. de comp.par.4.q.6.n.4.

Ampliatur quartò, & ſi filius ſit in poteſtate patris, 5
communis opinio teſte Ripa *d.l.ex facto, num.93.ff.de vulg.* Odd. *d.par.4.q.4.nu.4.*

Limitatur primò in matre turpi, & ſordidæ vitæ, vt 6
dicam *quæſt.ſequenti in fine.*

Limitatur ſecundò, quando mater tranſiuiſſet ad ſe- 7
cundas nuptias, quia ſubſtitutio non valet, Bart. *in l.ex facto, n.12.ff.de vul.* & ibi Alex. *n.32.* Iaſ. *n.5.* Aret. *in l.humanitatis, C.de imp.& al. ſubſtit.* & ibi Corn. Polit. *de exemp.3.dub.6.q.principalis,* Zaſ. *de exemp.in princ.*

Odd.

Odd. d. q. 6. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. q. 11.* vbi alios refert.

8 Contrariam opinionem probarunt, & melius, Bald. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Salicet. & Cor. Imol *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Hier. Ver. & Rip. *n. 65.* Imol *in c. Rainutius, in materia exemplaris ext. de teſt.* Vaſq. *li. 2. de ſucceſ. prog. §. 17. n. 24. & ſeq.* vbi dicit eſſe cõmunem opinionem, Alex. Trent. *d. c. 3. num. 3.* vbi teſtatur vtramque opinionem eſſe communem, alios addit Intrigl. *d. qu. 11.* & ſequitur, & cõprobat Gall. *de ſucceſ. excep. tit. 2. except. 20. n. 140. & ſeq.* Tenendo primam opinionem.

9 Ampliatur, vt etiam ante facta ſubſtitutio irritetur, Bart. *in l. ex facto, n. 13. ff. de vulg.* & ibi Alc. *n. 32.* Aret. Iaſ. *n. 26.* & eſſe communem opinionem fatetur Rip. *n. 61.* licet ipſe diſſentiat, Intrigl. *d. cent. 2. q. 11.* vbi alios plures refert, Did. Spin. à Carc. *in Specul. teſtam. tit. de exemp. n. 7.* vbi de communi opinione teſtatur.

10 Contrariã opinionem probarunt, Bald. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Salic. Imol. *d. l. ex facto ff. de vulg.* & ibi Cum. Hier. Ver. & Rip. *n. 61.* Polit. *de exempt. 4. dub. 9. q. principalis*, Vaſq. *d. §. 17. n. 21.* Alex. Trent. *d. c. 2. n. 3. verſ. ſed dato.*

11 Limita, quando mater petiiſſet tutorem filio ante trãſitum ad ſeconda vota, ita Capr. *de exempl. ſubſt. n. 32.* quem refert, & ſequitur Gall. *d. tit. 2. excep. 20. in fi. p. 2.*

12 Pater tamen tranſiens ad ſecundas nuptias non priuatur facultate exemplariter ſubſtituendi, Alex. Trent. *d. c. 3. n. 4. verſ. tertio, & n. 5.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem.

13 Sed quæro, quando ſubſtitutio eſt facta, tam à patre, quam à matre, an præferatur ſubſtitutus à patre, an verò ſubſtitutus à matre? diſtingue ſecundum Rip. *in l. ex facto, n. 94. ff. de vul.* Odd. *in prælud. de cõp. q. 9. in fin.* Alex. Trent. *d. c. 3. n. 8. & ſeq.* Intrig. *de ſubſt. cent. 2. q. 42.* & vide Did. Spin. à Carc. *in ſpec. teſt. tit. de exemplari n. 6.* vbi dicit matrẽ non poſſe niſi in ſubſidiũ ſubſtituere, quando pater non prouidit filio per ſubſtitutionem, & ideò omnia bona ad ſubſtitutum paternũ pertinere, & videatur etiam diſtinctio Galli *in tract. de except. ſucceſſ. tit. 4. excep. 20. n. 26. & ſeq. 91. par. 1.*

14 Sed quid ſi adſit ſubſtitutio à matre, & ſubſtitutus ab auo, quis præferatur? diſtingue ſecundum Rip. *d. l. ex facto, n. 100. ff. de vul.* Odd. *d. q. 9. in fi.* Alex. Trẽt. *d. c. 3. n. 12.* Intrig. *d. cent. q. 43.* Gall. *de except. 20. n. 27. & ſeqq. & n. 91.*

15 Sed ad validitatem ſubſtitutionis, quando à pluribus eſt facta, an requiratur mors vtriuſque ſubſtituentis? teneas quod non, Intrig. *d. cent. 2. q. 53.*

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris poteſt fieri à patre vili, infame, vel prodigo, ſi bonorum adminiſtratio interdicta non eſt, aliud ſi fuit interdicta, contra n. 2.*
3 *Exemplaris non poteſt fieri à matre vili, vel ſordidæ vitæ.*
4 *Exẽplaris non poteſt fieri ab eo, qui nõ valet teſtari.*

QVÆSTIO CLXXX.

Pater vilis, infamis, vel prodigus, an poſſit exemplariter ſubſtituere.

1 QVæro, an pater vilis, infamis, vel prodigus, poſſit exemplariter filio ſubſtituere? Et teneas poſſe ſi adminiſtratio bonorum interdicta non eſt, alias ſecus, Rip. *in l. ex facto, n. 94. ff. de vulg.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. li. 2. §. 17. n. 91.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 6.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 3. c. 3. n. 6.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 20. n. 32. & ſeqq. par. 2.*

2 Contrariam opinionem, quod etiam non interdicta bonorum adminiſtratione non poſſit ſubſtituere, tenent Bar. *d. l. ex facto, n. 37. ff. de vul.* Bart. *in l. cum oportet, §. eo autem tempore, C. de bo. quæ liber.* Zaſ. *de exempt. ſubſt.* Polit. *de exempt. 5. dubio 6. q. principalis*, Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. q. 42. n. 14. & ſeq.*

3 Sed in matre abſolutè teneas non poſſe exemplariter ſubſtituere ſi ſit ſordidæ vitæ, & vilis, ita poſt Polit. Zaſ. & Vaſq. ſcribit Alex. Trent. *d. c. 3. n. 7.* ſequitur Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. q. 11.* vbi alios addit.

4 Idem eſt in quolibet alio non valente teſtari, quia exemplariter non poterit ſubſtituere, Gall. *de except. 20. n. 33. & 97.*

QVÆSTIO CLXXXI.

1 QVæro, an filius poſſit exemplariter ſubſtituere patri? Et dicas non poſſe, Bart. *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Imol. Alex. Hier. Ver. Rip. *n. 59.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alciat. & alij communiter, Bald. *in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſti.* & ibi Ang. Caſt. Corn. Alex. Corſ. & Decius, Polit. *de exempl. q. 6.* Zaſ. *de exempt. n. 5.* Vaſq. *de ſucceſ. progr. li. 2. §. 17. n. 62.* Odd. *in prælud. de comp. par. 4. q. 4. n. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. p. 3. cap. 3. n. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. alios refert, & ſequitur *de ſubſt. cent. 2. q. 7.*

2 Contrariam opinionem tenuit Iaſ. *dict. l. ex facto, ff. de vulgar.*

QVÆSTIO CLXXXII.

QVæro, an exemplaris facta ab extraneo, quæ non poteſt valere, vt exemplaris, ſuſtineatur in vim fideicommiſſi? Et quod ſuſtineatur dixit Capra *de exempl. ſubſtit. n. 114.* Gall. *in tract. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 20. nu. 34. art. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris non poteſt fieri niſi his liberis, quibus legitima debetur, dec. l. tra n. 4. remiſſiuè.*
3 *Exemplaris filio legitimo tantum poteſt fieri.*
4 *Exemplaris emancipatio filio fieri poteſt.*
5 *Exemplaris naturalis tantum filio non poteſt fieri, contra num. 6.*
Maximè ſpurio non poteſt fieri n. 7.
Limitatur in matre, quæ etiam ſpurio poteſt exemplariter ſubſtituere, n. 8.
Declaratur in ſpurio nato ex coitu damnato, cui mater non poterit ſubſtituere, n. 8. & 10.
Declaratur non procedere in matre illuſtri, n. 9.
11 *Exemplaris poteſt legitimatis filijs fieri.*

QVÆSTIO CLXXXIII.

Quibus liberis exemplaris ſubſtitutio fieri poſſit?

1 QVæro, quibus liberis poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio? Et dic fieri non poſſe, niſi his liberis, quibus legitima debetur, Ripa *in l. ex facto. num. 57. ff.*

de vulg. vbi teſtatur de communi opinione, Ceph. *conſ. 689. n. 11.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 7. & ſeq.* Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de exempl. n. 14.*

2 Declaratur ſecundum Præt. *d. n. 7. & ſeqq.*

3 Filio legitimo tantùm poterit fieri, Intrigl. qui alios citat *de ſubſtit. cent. 2. q. 6. n. 3.*

4 Hinc filio emācipato fieri poteſt, Rip. *d. l. ex facto, n. 64. ff. de vul.* Ceph. *cōſ. 689. n. 32.* Odd. *in prælu. de cōp. par. 4. q. 4. n. 2.* Intrig. alios plures addit, *d. cent. 2. q. 10.*

5 Hinc naturali filio tantum non poteſt fieri, Aret. *in l. ex facto, ff. de vul.* & ibi Alex. Iaſ. Rip. & alij magis cōmuniter, Aret. *in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Iaſ. Zaſ. *de exempl. n. 4.* Polit. *de exempt. 6. dub. 7. q. principalis,* Vaſq. *de ſucceſ. progreſ. li. 2. §. 17. n. 10. & ſeq.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 3. ca. 4. n. 12.* vbi dicit eſſe cōmunem opinionem, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 10.* Intrigl. alios addit *de ſubſt. cent. 2. q. 6. nu. 7.* licet diſſentiat ipſe Did. Spin. à Carcer. *ibi ſuprà, n. 14.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. excep. 20. n. 5. par. 2.*

6 Contrariam opinionem probarunt Bartol. *in l. ex facto, n. 7. ff. de vulg.* & ibi Salic. & Hier. Ver. Bald. *in l. humanitatis, n. 44. C. de impub. et al. ſubſt.* & ibi Sali. Corn. *n. 9.* Coraſ. *n. 7.* Dec. *n. 7.* Curtiun. *n. 13.* Odd. *d. q. 4. n. 2.* Intrigl. *d. q. 6. n. 13.* vbi alios refert, & dicit eſſe receptā ſententiam, Gall. *dicta except. 20. n. 22. & ſeqq.*

7 Prima opinio maximè procederet in ſpurio, Intrigl. poſt alios relatos, *d. q. 6. n. 5.* Gall. *de except. 20. n. 13.*

Tenendo primam opinionem communem.

8 Limita in matre, vel parentibus ex linea materna, quę filio etiam ſpurio, dummodò non ſit natus ex damnato coitu, poteſt exemplariter ſubſtituere, Rip. *d. l. ex facto, n. 57. ff. de vulg.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 10. & ſeqq.* vbi multos addit teſtando de communi opinione, Alex. Trent. *d. c. 4. n. 12. in fine.* Intrigl. *d. q. 6. n. 21.* Did. Spin. à Carcer. *d. tit. de exempl. n. 15.* Gal. *d. except. 20. n. 5. & ſeqq. par. 2.*

9 Sublimita in matre illuſtri. Præt. poſt alios relatos *de interpr. vlt. vol. fol. 256. nu. 10. & ſeq.* Alex. Trent. *d. c. 4. in fine,* Gall. *d. except. 20. n. 11. par. 2.*

10 Sublimita ſecundò, in nato ex coitu punibili. Gall. *d. except. 20. n. 14. & ſeqq. par. 2.*

11 Hinc legitimatis fieri poterit, Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 20. n. 3. par. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris pupillo furioſo fieri nō poteſt, cōtra n. 2.*
Limitatur quādo pupillus nō erat in poteſtate patris, num. 3.
4 *Exemplaris pupillo in poteſtate facta, poſt pupillarē ætatem, an contineat exemplarem, remiſſiuè.*
5 *Exemplaris pupillo in poteſtate facta, an ſubſtineatur in vim pupillaris, remiſſiuè.*

QVÆSTIO CLXXXIV.

Pupillo furioſo exemplariter ſubſtitui, an poſſit?

1 QVæro, an pupillo furioſo poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio? Et non poſſe ſcribunt Doct. *in l. ex facto, ff. de vulg.* vbi Rip. *num. 60.* dicit eſſe communem opinionem, Corn. *in l. humanitatis, n. 15. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Coraſ. *n. 10.* Imol. *in c. Rainutius, in materia exemplaris. ext. de teſt. 2.* Bald. *in tract. exemp. col. 2.* Zaſ. *de exēp. n. 7* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 3. cap. 4. n. 10.* vbi de cōmuni opinione teſtatur, Intrigl. alios addit *de ſubſt. cent. 2. q. 9.*

2 Contrariam opinionem probarunt, Din. *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Iac. de Rau. & Ang. Alber. *in rubr. de vulg.* Salic. *in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſtit.* Fab. *in §. qua ratione, inſt. de pupill.* Polit. *de exemp. ſubſ. 7. q. 7. q. principalis,* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. li. 2. §. 17. n. 6.* Odd. *in prælud. de comp. par. 4. q. 4. n. 2. verſ. limita 1.* Intrigl. alios addit *dicta cent. 2. q. 9.*

Tenendo primam opinionem communem.

Limita quando pupillus non eſſet in poteſtate patris, Doctor. *d. l. ex facto,* vbi Rip. *n. 61.* de communi opinione teſtatur, Odd. *loco ſupra citato,* vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *d. cent. 2. q. 9.* 3

Sed an pupillo in poteſtate facta pupillaris poſt pupillarem ætatem contineat exemplarem vide Rip. *d. l. ex facto, n. 62. ff. de vulg.* Ceph. *conſ. 423. n. 104.* Alex. Trent. *d. c. 4. n. 11.* 4

Sed an ſuſtineatur in vim pupillaris, diſtingue ſecundum Alex. Trent. *d. c. 4. n. 11.* 5

SVMMARIVM.

1 *Exēplaris fieri poteſt inteſtabili quacunque de cauſa.*
Limitatur quando perpetuo morbo non laborant, n. 2.
3 *Exemplaris ſurdo & muto à natura fieri poteſt, cōtra n. 4. declara n. 5.*
6 *Exemplaris furioſo fieri poteſt.*
Limitatur ſi haberet dilucida interualla, n. 7.
Limitatur quando non perſeuerauit in furore vſque ad tempus, n. 8.
Limitatur aliter remiſſiuè, n. 9.
10 *Exemplaris mente capto fieri poteſt.*
Limitatur quādo perpetuo nō eſſet mēte captus, n. 11.
12 *Exemplaris frenetico fieri non poteſt.*
13 *Exemplaris fatuo fieri poteſt.*
Limitatur quando fatuitas erat modica proueniens ex ſimplicitate, vel leuitate, n. 14.
15 *Exemplaris prodigo fieri poteſt, contra n. 16.*
Limitatur quādo prodigus eſſet talis, qui teſtari poſſit

QVÆSTIO CLXXXV.

Inteſtabili quacunque de cauſa exemplaris fieri an poſſit?

QVæro, an inteſtabili quacunque de cauſa fieri poſſit ſubſtitutio exemplaris? Et poſſe Doct. ſcribunt *in l. ex facto, ff. de vulg.* vbi Rip. *n. 82.* Odd. *in præl. de cōp. par. 4. q. 7.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 8.* vbi alios adducit. 1

Intellige procedere dummodò perpetuo morbo laborent, ita Doctor. *ſupra relati.* 2

Hinc muto & ſurdo à natura fieri poteſt *d. l. ex facto,* & ibi Doct. præcipuè Bart. *n. 82.* Alex. *n. 40.* qui teſtatur de communi opinione, Iaſ. *n. 39.* & Rip. *n. 80.* Bald. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Salic. Caſt. Coraſ. Corn. & Dec. Imol. *in c. Rainutius, in materia exemplaris, ext. de teſt.* & ibi Did. *in §. 6.* Menoch. *conſ. 301.* Odd. *d. q. 7.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 8.* Alex. Trent. qui etiam alios addit *de ſubſt. par. 3. c. 4. n. 7.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. q. 25. & q. 26.* 3

Contrariam opinionem probarūt Cin. *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Rain. & Ang. idē Ang. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* Ioan. And. *in c. Rainutius, ext. de teſtam.* Vaſq. *tract. contr. illuſtr. c. 37. n. 9.* 4

Declara ſecundum Intrigl. *d. q. 25. & q. 26.*

Hinc furioſo fieri poteſt, *d. l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Doct. Bald. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſub.* & ibi 6

Salic. Imol. Caſtrenſ. Alex. Corn. Iaſ. Coraſ. Curt. iun. & Dec. Vaſq. de ſucceſſ. progr. li. 2. §. 17. n. 75. & alios addit Alex. Trent. d. c. 4. n. 1. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. d. cent. 2. q. 27. Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſt. tit. de exempl. n. 9.

7 Limita primò, ſi haberet dilucida interualla, Rip. in l. ex facto, n. 81. & ff. de vulg. Odd. d. q. 6. verſ. frenetico, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 8.

8 Limita ſecundò, quando non perſeuerauit in furore vſque ad tempus mortis, ita poſt multos relatos ſcribit Intrig. de ſubſt. cent. 2. q. 15.

9 Limitationes alias tres tradit Intrigl. d. cent. 2. q. 14. n. 1. 4. & 5.

10 Hinc mente capto fieri poteſt exemplaris, Doct. d. l. ex facto, ff. de vulg. Odd. d. q. 7. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 8. Alex. Trent. d. c. 4. Intrigl. d. cent. 2. q. 25. n. 44. vbi alios adducit Did. Spin. à Carcer. in ſpec. teſtam. tit. de exempl. n. 9.

11 Intellige procedere dummodò ſit mente captus perpetuò, alias fieri non poſſet, Præt. d. fol. 256. n. 8. & vide dicta ſup. n. 7.

12 Hinc frenetico non poterit fieri exemplaris, quia perpetuo morbo non laborat, Doct. d. l. ex facto, ff. de vulgar. præcipuè Alex. Iaſ. Rip. & Alc. Bald. d. l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Iaſ. Corn. Coraſ. Dec. & Curt. iun. Imol. in c. Rainutius, in materia exemplaris, ext. de teſt. Odd. d. q. 7. vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem & communem, Vaſq. li. 2. de ſucceſ. progr. §. 17. n. 108. Alex. Trent. d. c. 4. n. 9. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. d. cent. 2. q. 30. Did. Spin. à Carc. in ſpec. teſt. tit. de exempl. n. 13.

13 Hinc fatuo fieri poterit exemplaris, Doct. d. l. ex facto, ff. de vulg. vbi Iaſ. n. 41. & Rip. n. 82. Alc. in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. Odd. d. q. 7. in fi. vbi teſtatur de cõmuni opinione, Zaſ. de exempl. n. 3. Polit. de exempl. q. 4. ſeptim. q. principalis, Vaſq. d. §. 17. n. 110. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 9. Alex. Tr. d. c. 4. n. 9. vbi dicit eſſe cõmune opinionem, Intrig. d. cẽt. 2. q. 29.

14 Limita ſi fatuitas eſſet modica proueniens ex ſimplicitate, vel leuitate, Rip. d. l. ex facto, n. 8. Curt. iun. d. l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. Vaſq. d. §. 27. n. 110. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 9. Alex. Trent. d. c. 4. n. 9. verſ. ſecundus, Intrigl. d. q. 29.

15 Hinc prodigo fieri poterit exemplaris, Doct. cõmuniter, d. l. ex facto, ff. de vulg. vbi Iaſ. n. 40. & Rip. n. 80. Bald. in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Salic. Caſtr. Corn. Iaſ. Coraſ. Dec. & alij cõmuniter, Did. in c. Rainutius, §. 6. in princ. ext. de teſt. poſt Imol. ibid. in materia exemplaris, Ceph. cõſ. 423. n. 32. Ant. Gomeſ. to. 1. reſol. c. 6. n. 4. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 8 & ſeq. Alex. Trent. d. c. 4. n. 2. & ſeq. vbi alios addit, & teſtatur de cõmuni opinione, Intr. qui alios plures adducit d. cent. q. 29. Did. Spin. à Car. in ſpec. teſt. tit. de exẽpl. n. 12. vbi aſſerit eſſe communem opinionem.

16 Contrariam opinionem probarunt Iac. de Aret in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Gul. de Cun. Cin. Rain. Ang. & Alb. Ang. in l. ex facto, ff. de vulg. Io. And. in c. Rainutius, ext. de teſtam. Odd. d. q. 7. v. ſed mihi, Vaſq. tract. contr. Illuſt. c. 37. n. 8.

17 Intellige primam opinionem procedere, dummodo prodigus ſit talis, quòd non poſſit teſtari, ita ſentiunt omnes ſupra citati, & expreſſius ſcribit Præt. d. n. 8.

QVÆSTIO CLXXXVI.

Quæro, an exemplaris ſubſtitutio poſſit fieri prohibitio teſtari ex diſpoſitione ſtatuti, vſque ad vigeſimum annum? Et dixi ſuprà q. 102. n. 5.

QVÆSTIO CLXXXVII.

Recaſuro in alterius poteſtate exemplaris fieri, an poſſit?

Quæro, an ſubſtitutio exemplaris fieri poſſit recaſuro in alterius poteſtate? Et non poſſe ſcribunt cõmuniter Doct. in l. ex facto, ff. de vulg. Odd. in prælud. de comp. par. 4. q. 3. n. 6. vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 43. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, quam etiam antea probarũt, Bald. in tract. de exempl. n. 8. Bar. Huc. exempl. n. 8. Capr. de exempl. n. 64. & alios refert & ſequitur Intrig. de ſubſt. cent. 2. q. 13. & q. 14.

Contrariam opinionẽ tenuit Rip. d. l. ex facto, n. 69. ff. de vulg.

Limita, quando ſubſtitutio fieret à matre, Rip. d. l. ex facto, n. 93. ff. de vulg.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris exheredato fieri non poteſt, contra n. 2.*

3 *Exemplaris fieri poteſt ei, cui aliqua pars legitima eſt relicta, licet non tota eſſet relicta, contra n. 4.*

5 *Exemplaris poteſt fieri inſtituto in re aliena, licet de bonis teſtatoris nil eſſet relictum.*

QVÆSTIO CLXXXVIII.

Exhæredato exemplariter ſubſtitui, an poſſit?

Quæro, an exemplaris ſubſtitutio poſſit fieri ex 1
hæredato? Et non poſſe cum ſaltem debeat eſſe inſtitutus in legitima, ſcribunt Doct. communiter, in l. ex facto, ff. de vulg. vbi Rip. n. 71. dicit eſſe communem ſententiam Bart. in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Bald. Ang. Sal. Fulg. Caſt. Iaſ. & alij communiter, Gul. Bened. in c. Rainutius, in materia exemplaris, n. 20. ext. de teſtam. Iaſ. de exempl. n. 7. Polit. de exempl. prim. q. 8. principalis, Odd. in prælud. de comp. par. 4. q. 4. n. 8. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 256. n. 160. Alex. Trent. de ſubſt. par. 3. c. 5. n. 2. vbi de communi opinione teſtatur, Intrig. de ſubſt. cent. 2. q. 17. vbi alios refert: Did. Spin. à Carc. in ſpec. teſtam. tit. de exempl. nu. 15. 16. & 17.

Contrariam opinionem probarunt, Aret. in §. qua ra- 2
tione, inſt. de pup. Corn. in l. humanitatis, n. 8. C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Coraſ. n. 9. & 13. Lanc. Dec. & Phil. Dec. n. 7. Curt. iun. n. 12. Hier. Ver. d. l. ex facto, ff. de vulg. Did. in c. Rainutius, §. 6. n. 2. ext. de teſtam. Vaſq. tract. contr. Illuſt. c. 106. per totum.

Si tamen ſit relicta aliqua pars legitimæ licèt tota nõ 3
eſſet relicta, valeret ſubſtitutio, Bart. in l. ex. facto, n. 20. ff. de vulg. & ibi Alex. n. 37. Aret. n. ... Iaſ. n. 32. & ſeq. & Rip. n. 75. vbi teſtatur de cõmuni opinione, Aret. in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Salic. Caſtr. Iaſ. Coraſ. Dec. & Cur. iun. Polit. de exemp. 3. q. 8 principalis, Alex. Trent. d. c. 5. n. 3. vbi de cõmuni opinione teſtatur, Intrig. d. cent. 2. q. 18. vbi alios addit, Pereg. conſ. 51. n. 13. lib. 4. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 29. n. 99. par. 2. Menoc. cõſ. 846. n. 16. verſ. non obſtant.

Contrariam opinionem probarunt Gloſſ. in l. huma- 4
nitatis, C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Alex. n. 3. & Corn. n. 8. Ang. in l. ex facto, ff. de vulg. & ibi Imol. & Cum. Fab. in §. qua ratione, inſt. de pupil. Conſt. Rog. de exẽp. ſubſt. q. 5. n. 53. & ſe.

Sed

5 Sed an ſufficiat inſtituere filium in re aliena, licet in nihilo de bonis teſtatoris eſſet inſtitutus? Dicas ſufficere, vt ſcribit Alex. Trent. *d. cap.* 5. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter ſubſtitui debent liberi furioſi, his non extantibus fratres, & omnibus his deficientibus quilibet poteſt ſubſtitui.*

2 *Exemplariter ſorores ſunt ſubſtituendæ.*

Ampliatur, & ſi eſſet excluſa ad ſucceſſionem ab inteſtato, n. 3.

4 *Exemplariter fratres patrueles de neceſſitate non ſunt ſubſtituendi.*

5 *Exemplariter mater non eſt neceſſario ſubſtituenda, contra n.* 6.

7 *Monaſterium extantibus liberis exemplariter non poteſt ſubſtitui.*

8 *Legitimi tantum filij, vel naturales neceſſario non ſunt ſubſtituendi, contra n.* 9. *in naturalibus natis ex concubina retenta in domo.*

10 *Filij omnes, vel fratres, an ſint neceſſario exemplariter ſubſtituendi, vel ſufficiat vnum ſubſtituere? remiſſiuè.*

11 *Exemplariter ſi ſit ſubſtitutus qui ſubſtitui debet, & ei alter ſit adiunctus, totum habebit, qui ſubſtitui debuit, contra num.* 12.

13 *Filij dementes non ſunt de neceſſitate exemplariter ſubſtituendi, contra n.* 14.

15 *Fratres conſanguinei ſunt de neceſſitate exemplariter ſubſtituendi, ſi pater teſtatur, vterini ſi mater.*

16 *Plures fratres ſi ſint exemplariter ſubſtituti, altero mortuo ante eum, cui facta eſt ſubſtitutio, eius filij non concurrent cum patruo, contra n.* 17.

18 *Exemplariter ſe ipſum quis ſubſtituere non poteſt.*

19 *Exemplaris an ſit facienda in omnibus bonis, an ſufficiat in legitima ſubſtituere? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CLXXXIX.

Quæ perſonæ ſint ſubſtituendæ, cum ſit exemplaris ſubſtitutio?

1 QVæro, quæ perſonæ ſint ſubſtituendæ ad hoc vt valeat exemplaris ſubſtitutio? Dicas ex diſpoſitione, *l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt.* primo ſubſtituendos eſſe deſcendentes furioſi, & illis deficientibus fratres & omnibus illis deficientibus, liberum eſt teſtatori ſubſtituere quos vult, Doct. *d. l. ex facto, ff. de vulg.* vbi Rip. *n.* 84. Doct. *d. l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt.* Ceph. *conſ.* 689. *n.* 11. Leon. *de exempl. n.* 63. Polit. *de exempt. n.* 21. Odd. *in prælu. de comp. par.* 4. *q.* 8. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 135. *n.* 48. *& ſeq. & fol.* 257. *n.* 14. *& ſeq.* Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 3. *c.* 5. *n.* 5. Intrig. qui alios plures refert, *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 33. Did. Spin à Carc. *in Spec. teſtam. tit. de exempl. n.* 18. *& ſeq.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 20. *n.* 69. *& ſeqq. par.* 2.

2 Sorores etiam ſunt ſubſtituendæ deficientibus, deſcendentibus ſicuti dictum eſt de fratribus, communis opinio, teſte Rip. *d. l. ex facto, n.* 92. Odd. *d. qu.* 8. *in fine,* vbi dicit eſſe communem opinionem. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 257. *n.* 14. *& ſeq.* Alex. Trent. *dicto c.* 5. *n.* 10. Intrigl. *d. q.* 33. *n.* 7. Ceph. *conſ.* 689. *n.* 11. Did. Spin. à Carcer. *vbi ſuprà, n.* 21.

3 Amplia etiam quod ſoror eſſet excluſa ab inteſtato à patruo, vel alio ſubſtituto, vel non ſubſtituto, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 258. *n.* 17. *circa medium.*

4 Fratres patrueles non ſunt neceſſariò ſubſtituendi, Did. Spin. à Carcer. *d. tit. de exempt. n.* 20.

5 Mater autem non extantibus deſcendentibus, vel fratribus, nõ eſt neceſſariò ſubſtituenda, Bart. *in l. ex facto, n.* 30. *ff. de vulg.* & ibi Alex. *n.* 43. Rip. *n.* 85. vbi teſtatur de communi opinione, & alij communiter Ang. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Caſtrenſ. Dec. & alij, Aret. *in l.* 2. *in* 3. *effectu ſubſt. pupill. ff. de vulg.* & ibi Iaſ. Imol. *in c. Rainutius, ext. de teſt.* Soc. iun. *conſ.* 103. *n.* 39. *li.* 1. Polit. *de exempl. in* 2. *requiſito.* 8. *quæſt. principalis,* Odd. *dicta q.* 8. vbi dicit eſſe communem opinionem. Alexand. Trent. *d. cap.* 5. *n.* 12 vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. qui alios multos adducit *d. cent.* 2. *q.* 34.

6 Contrariam opinionem, quod mater ſaltem in legitima ſit ſubſtituenda, probarunt Bart. *in l.* 2. *in* 3. *effectu pupil. ff. de vulg.* Bald. *in l. humanitatis, n.* 32. *C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Iaſ. Aret. *in* §. *qua ratione, inſt. de pupil.* Iaſ. de Aren. *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Mart. Silim. Hier. Ver. & Iaſ. *n.* 43. Anchar. *in c. ſi pater, de teſtam. in ſexto.* Conſt. Roger. *de exemp. q.* 9. *n.* 2. Gomeſ. *tom.* 1. *Variar. Reſolut. c.* 6. *n.* 7. Gall. *in d. except.* 20. *n.* 87. *& ſeq.* vbi dicit eſſe æquiriorem opinionem.

7 Monaſterium autem non poterit ſubſtitui extantibus filiis, vel fratribus etiam inſtitutis in rebus certis, Rip. *d. l. ex facto, n.* 87. *ff. de vulg.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 258. *n.* 14. *& ſeq.* Alex. Trent. *d. c.* 5. *n.* 6.

8 Legitimi tantum filij vel naturales tantum non ſunt ſubſtituendi. Doct. *dicta l. ex facto, ff. de vulgar.* Odd. *d. qu.* 8.

9 Contrarium in naturalibus verè natis ex concubina retenta in domo tenet Gall. *d. except.* 20. *n.* 83. *& ſeq.* vbi alios allegat.

10 Omnes autem filij, vel fratres an ſint ſubſtituẽdi, vel ſufficiat vnum ſubſtituere alijs exhæredatis, vide Doct. *d. l. ex facto, ff. de vulg.* Odd. *d. q.* 8. Præt. *ibi ſupra.* Valq. *de ſucceſſ. progreſſ. li.* 2. §. 17. *n.* 57. Alex. Trent. *d. c.* 5. *n.* 5. Intrigl. *dicta cent.* 2. *q.* 35. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de exempl. n.* 19. *& ſeq.* Gall. *ibi ſuprà n.* 70. *& ſeq.*

11 Quod ſi ei, qui ſubſtitui debet, adiungatur alius, qui non potuit ſubſtitui, totum habebit ille ſubſtitutus, qui ſubſtitui debuit. Ceph. *cõſ.* 423. *vlt. dub.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 458. *n.* 15. *& ſeq.* vbi latiſſimè.

12 Contrariam opinionem tenuit Goat. *conſ.* 134. *n.* 16. *& ſeqq. lib.* 2.

13 Filij dementes non ſunt de neceſſitate ſubſtituendi Capra, *de exemp. n.* 85. *& ſeq.* hoc tenet in auo, ſecus dicit in patre, Gall. *d. except.* 20. *n.* 85.

14 Contrariam opinionem probauit Ang. *in d. l. ex facto,* qui nullam facit differentiam in ſapientibus filijs, vel inſipientibus.

15 Fratres autem vtrinque coniuncti ſunt ſubſtituendi, vel conſanguinei, ſi pater teſtatur, vterini ſi mater, Rip. *d. l. ex facto, n.* 88. *& ſeq. ff. de vulg.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Odd. *d. q.* 8. vbi teſtatur de communi opinione, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 458. *n.* 15. *& ſeq.* Alex. Trent. *d. c.* 5. *n.* 7. *& ſeq.* Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 36. Did. Spin. *ibi ſuprà in fi.* Gall. *d. except.* 20. *n.* 86.

16 Quod ſi ſunt ſubſtituti duo fratres, & vnus moriatur ante eum, cui facta eſt ſubſtitutio, filij fratrum non concurrunt cum fratre ſuperſtite. Ceph. *conſ.* 423 *vltimo dubio.* Præt. *loco ſuprà citato.*

17 Contrariam autem opinionem defendit. Ant. à Gama *deciſ. Luſit.* 367. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum.

18 Seipſum autem ſubſtituere non poteſt teſtator, qui exemplariter filio ſubſtituit. Intrig. *d. centu.* 2. *quæſt.* 37. vbi alios multos refert, Gall. *dicta except.* 29. *num.* 104.

Sed

19 Sed an ſit facienda ſubſtitutio in omnibus bonis, an ſufficiat ſubſtituere in legitima, vide Grat. *conſil.* 134. *n.* 15. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *conſil.* 303. *nu.* 54.

QVÆSTIO CXC.

In re certa fieri exemplaris, an poſſit?

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris poſſit fieri in re certa? Et dicendum eſt non poſſe, Rip. *d. l. ex facto, n.* 153. *ff. de vul.*

Facta tamen trahitur ad omnia bona, Bald. *in l. humanitatis, nu.* 58. *C. de impub. & al. ſubſt.* Ceph. *conſil.* 689. *num.* 38. *&* 49. Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *q.* 9. *nu.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 48. *nu.* 5. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 40. *n.* ....

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter ſubſtitutus ſuccedit, tam in bonis teſtatoris, quam eius cui facta eſt ſubſtitutio.*

2 *Limitatur, quando ſubſtitutio eſt facta filio arrogato, quia ſolum in bonis arrogatoris ſuccedit ſubſtitutus, num.* 2.

3 *Limitatur quando ſubſtitutio eſt facta ei, qui ante defectum erat vſurarius manifeſtus, quia ſolum in bonis ſubſtituentis ſuccedet, nu.* 3.

4 *Limitatur aliter remiſſiuè, nu.* 4.

QVÆSTIO CXCI.

In bonis teſtatoris, & eius cui ſit ſubſtitutio, an ſuccedat exemplariter ſubſtitutus?

1 QVæro, an ſubſtitutus exemplariter ſuccedat in bonis teſtatoris, & eius cui facta eſt ſubſtitutio? Et ſuccedere volunt, Ceph. *conſil.* 689. *n.* 49. Menoch. *conſi.* 303. *n.* 13. *& in fin.* Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *q.* 9. *num.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 48. *num.* 11. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 40. *qui alios addit*, Gallia *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *num.* 50. *& ſeqq. par.* 2.

2 Limitatur primò, ſi ſubſtitutio eſt facta filio arrogato, quia trahitur ad bona arrogatoris tantum, ita poſt alios citatos ſcribit Intrig. *ibi ſupra.*

3 Limita ſecundò, ſi ſubſtitutio ſit facta illi, qui ante defectum, qui dedit cauſam ſubſtitutioni exemplari, erat vſurarius manifeſtus, quia non poterit fieri, niſi in bonis ſubſtituentis, Bald. *in l. humanitatis, num.* 73. *C. de impub. & al. ſubſt.* Conſt. Roger. *de exemp. q.* 5. *nu.* 21. Intrigl. *d. cent.* 2. *quæſt.* 52.

4 Limita etiam, & amplia iſtam quæſtionem ſecundum ea, quæ dixi de pupillari ſubſtitutione ſupra *quæſt.* 155. & alia vide apud Galliau. *d. except.* 20. *num.* 50. *& ſeqq.*

QVÆSTIO CXCII.

QVæro, an exemplariter ſubſtitutus conſequatur prælegata facta ei, cui facta fuit ſubſtitutio? Et conſequi poſſe voluerunt Coraſ. *in l. cum virum, C. de fideicommiſſ.* & ibi Padill. *num.* 28. Aret. *tract. de teſtam. Gloſſ.* 8. 1. *num.* 37. Menoch. qui prædictos etiam refert, *lib.* 4. *præſumpt.* 195. *nu.* 11. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *quæſt.* 55.

QVÆSTIO CXCIII.

QVæro, an legata relicta ab inſtituto ſint præſtanda à ſubſtituto exemplariter? Et dicas, quòd ſic Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 54. & dicam, fauente Deo, in materia legatorum, & vide Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 108. *num.* ....

SVMMARIVM.

1 *Exemplariter ſubſtitutus non poteſt grauari fideicõmiſſo, vel alio onere, contra n.* 2.

3 *Limitatur, quando legitima manet libera ſubſtituto, num.* 3.

4 *Limitatur, quando ſubſtitutus non eſt de liberis, nec fratribus, num.* 5.

Limitatur, quando coniecturis conſtaret teſtatorem voluiſſe facere aliam ſubſtitutionem, quam exemplarem, num. 6.

QVÆSTIO CXCIV.

Fideicommiſſo, vel alio onere grauari exemplariter ſubſtitutus, an poſſit?

QVæro, an exemplariter ſubſtitutus poſſit fideicõmiſſo, vel alio onere grauari? Et teneas non poſſe, Seguraz. *in l. vnum ex familia, §. ſed, & ſi fundum, n.* 192. *ff. de leg.* 2. Dec. *conſi.* 371. *col.* 3. Soc. iun. *conſi.* 103. *n.* 21. *lib.* 1. Rol. à Valle, *conſi.* 68. *n.* 67. *lib.* 4. Ceph. *conſi.* 689. *nu.* 15. Menoch. *conſi.* 303. *n.* 12. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *cap.* 5. *n.* 13. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 258. *n.* 18. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 49. *nu.* 14. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 21. *nu.* 22. *& qu.* 33. *in fin.* Viu. *commun. opin. concluſ.* 851. Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſta. tit. de fideicommiſſ. ſubſt. nu.* 64. 1

Contrariam ſententiam probarunt Pelaez. *tract. de maior part.* 1. *q.* 7. 2

Declaratur primò, vt procedat, quando ſola legitima 3 eſt relicta, vel quando grauatur omnia bona etiam legitimam reſtituere, aliàs ſecus, Menoch. *conſi.* 303. *nu.* 54. vbi retulit Hier. Ver. & Eman. Coſt. idemque ſcripſit *d. præſumpt.* 49. *nu.* 4. ſequitur Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 2. *q.* 21. *num.* 23.

Declaratur ſecundò non procedere, quando ſubſtitui 4 ſuris, qui ſubſtitui debebat exemplariter. Soc. iun. *in l. cum filiofam. Glo.* 1. *n.* 30. *ff. de leg.* 1. *& conſ.* 103. *nu.* 24. *lib.* 1. Alexan. Trent. *d. c.* 5. *in fin.* & conferunt dicta per Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 337. *ff. ad Trebell.*

Declaratur tertiò non procedere, quando ſubſtitutus 5 eſſet de deſcendentibus, nec fratribus muti, vel ſurdi, cui facta eſt ſubſtitutio, vt quia tales perſonæ non extent, quia poterit grauari, ita poſt Bald. ſcribit Soc. iun. *d. conſil.* 103. *n.* 53. *lib.* 1. ſenſit Intrigl. *d. q.* 33. *in fine.*

Declaratur vltimò, vt ita demum procedat, quando 6 apparet teſtatorem exemplariter voluiſſe ſubſtituere, quia ſi aliam voluiſſet facere ſubſtitutionem, valeret fideicommiſſum iniunctum, Menoch. *d. præſump.* 49. *nu.* 14. Præt. *d. fol.* 258. *num.* 18.

QVÆSTIO CXCV.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris pluribus facta reſoluatur in ſingularitates? Et diſtingue circa hãc quæſtionem, prout dixi in materia pupillaris, *ſupra q.* 182. ita voluit Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

QVÆSTIO CXCVI.

QVæro, quando plures ſunt ſubſtituti pro qua portione admittantur? Dixi *q.* 477.

Digitized by Google

quia non admitteretur, niſi in bonis obuentis vltimo, numer. 2.

3 *Subſtitutus per fideicommiſſum vltimo morienti nõ ſucceditur, niſi in portione vltimi, contra n. 4.*

Limitatur, facta ſubſtitutione in tota, quia in portione omnium ſuccederet, n. 6.

Limitatur aliter, remiſſiuè.

QVÆSTIO CLXIII.

Subſtitutus pupillariter vltimo morienti ex filijs inſtitutis, an ſuccedat in omnibus bonis?

1 QVæro, teſtator plures filios inſtituit & nouiſſimo morienti ſubſtituit pupillariter, an ſubſtitutus admittatur, tam ad portionem primi mortui, quàm etiam vltimi, ita vt in omnibus bonis ſuccedat? Et dicas in omnibus bonis ſuccedere, *leg. qui duos, ff. de rebus dub.* & ibi Bart. *num.* 17. & alij communiter Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer.* 948 *& ſeqq.* hoc ſenſit, licet aliam quæſtionem tractet, *ff. ad Trebell.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 25. num. 70. 76. & ſeqq.*

2 Intellige hoc verum, dummodo vltimus ſucceſſerit ab inteſtato in totum præmortuo, aliàs ſi non ſucceſſiſſet ab inteſtato, ſubſtitutus non poſſet admitti, niſi in portione vltimo obtenta. Vaſq. *d. §. 25. nu. 77. & ſeqq.* niſi eſſemus in caſu, quòd inter inſtitutos eſſet inducta reciproca, quando autem ſit inducta reciproca, dicam *q. 262.*

3 Sed quid ſi omnes ſimul perierunt, nec appareat quis vltimo deceſſerit, dixi ſupra *q. 138.*

4 Idem eſt quando quis eſſet ſubſtitutus per fideicommiſſum nouiſſimo morienti, quia licet ſubſtitutus non admittatur, niſi poſt mortem omnium, attamen admittitur ad portionem omnium, Soc. ſen. *in l. qui duos, col. 3. verſi. tertiò lim. ff. de reb. dub.* Vaſq. *d. §. 25. nu. 70. 76. & ſeqq.* & alij relati *infra quæſtione* 473. an fideicommiſſaria pluribus facta reſoluatur in ſingularitates, *caſu 0. dec. 1. 3. nu. 76. & ſeqq.*

5 Contrariam opinionem tenent, Alex. *in l. eum qui, n. 3. ff. ad Trebell.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 923. & ſeqq. ff. ad Trebell.*

Tenendo ſecundam opinionem.

6 Limita quando ſubſtitutio eſſet facta in tota, quia tũc ſubſtitutus ſuccedit in portione vtriuſque, Alexand. *d. l. eum qui, n. 3.* & alibi dicemus.

Limita aliter ex dictis *d. quæſt.* 473.

Quid autem ſi ſimul perierunt, an ſubſtitutus admittatur ad vnam portionem, vel ad neutram? dixi *ſupra quæſtione* 128.

SVMMARIVM.

1 *Pupillariter ſubſtitutus moriens ante inſtitutum pupillum non tranſmittit ius ſuccedendi ex pupillari ſubſtitutione.*

Limitatur, quando adeſt ſubſtitutus ſubſtituti, quia mortuo primo, ſecundus ſuccedit, n. 2.

Limitatur, quando ſubſtitutus eſt de ſuis hæredibus, n. 3. declara n. 31.

Limitatur, quando cum iure adcreſcendi eſt vnita pupillaris ſubſtitutio, n. 4.

Et dicitur ſuccedere ex pupillari non ex iure accreſcendi, num. 5. contra quod ſuccedatur ex iure accreſcendi, num. 6.

Ampliatur etiam in tacita pupillari vnita, cum iure accreſcendi, nu. 7. contra nu. 8. declara, num. 9. quando mater eſt in medio.

Ampliatur, & ſi pupillus qui habet pupillariter ſubſtitutum, nõ adiuit hæreditatem patris, n. 10. cont. n. 11.

Ampliatur, & ſi pupillus fuiſſet exhæredatus, num. 12. contra nu. 13.

Declaratur non procedere, quando ſubſtitutus erat in re certa inſtitutus, & pupillus vniuerſaliter, quia tunc non tranſmittit, n. 15. contra n. 16.

Declaratur non habere locum, quando pupillus erat in re certa inſtitutus, & ſubſtitutus erat vniuerſalis hæres, n. 17. contra n. 18. ſubdeclara, n. ſeqq.

Declaratur, quando adeſſet alius ſubſtitutus, quia ceſſet tranſmiſſio, n. 23.

Declaratur, quando teſtator ſubſtituit ſuperuenientes, nu. 24. contra 25.

Declaratur, quando ſubſtitutio eſt facta per verba, quicquis mihi hæres erit, n. 26. contra n. 27.

Limitatur, quando extant coniecturæ, quia directa ſubſtitutio ex coniecturis tranſmittitur, num. 29. contra num. 30.

32 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando ſubſtituti ſunt ſuprauenientes, ſiue cum verbis, ſi extabũt ſiue ſine his verbis, contra n. 33.*

Limitatur ibi remiſſiuè.

34 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando teſtator ſubſtituit per verba, quiſquis mihi hæres erit.*

35 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando nomine proprio expreſſo facta eſt ſubſtitutio, contra num. 36.*

Ampliatur tranſmiſſionem fieri ad patrem, & matrem nu. 37. contra in matre, nu. 38.

39 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando teſtator expreſsè prouidit in caſum, quod ſubſtitutus moreretur ante pupillum.*

Ampliatur, & ſi ſubſtituti ſint naſcituri, n. 40.

41 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur, quando magis dilectus excluderetur.*

42 *Pupillaris ſubſtitutio non tranſmittitur in his caſibus, in quibus nec fideicommiſſaria tranſmitteretur.*

43 *Tranſmiſſio non fit, niſi ad eos, qui poſſunt eſſe hæredes.*

QVÆSTIO CLXIV.

Vtrum pupillariter ſubſtitutus moriens ante inſtitutum, tranſmittat ius ſuccedendi ex pupillari?

QVæro, an ſubſtitutus moriens ante inſtitutum trãſmittat ius ſuccedendi ex pupillari? Et dicas non tranſmitti, *l. qui liberis, §. hæc verba. l. ſed ſi plures, in principio, ff. de vulgar. & pupil.* Iaſ. *in l. qui plures, ff. de vulg.* Hier. Gabr. *conſi.* 108. *lib.* 1. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 216. *n.* 46. Gabr. *d. concl.* 2. *nu.* 12. Odd. *de comp. par.* 6. *q.* 1. *art.* 2. *nu.* 10. Pereg. *de fideicom. art.* 31. *n.* 6. *ad med.* Iotrig. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 98. *nu.* 9. *&* 30. Boer. *dec.* 31. *n.* 6. Magon. *dec. Luc.* 82. *n.* 17. *& ſeqq.* 1

Limitatur primò non procedere in ſubſtituto ſubſtituti pupillaris, quia primo ſubſtituto mortuo pendente conditione, ſpes ſubſtitutionis tranſit in ſecundum ſubſtitutum, de quo dicam *qu.* 469. 2

Limitatur ſecundò, quando ſubſtitutus eſt de ſuis hæredibus, nam ſicut tranſmiſiſſet paternam hæreditatem ad ſuos hæredes, ita tranſmittit pupillarem, Bartol. *in l. ſed ſi plures, §. quos poſſum, ff. de vulg.* & ibi Ang. Caſtr. Imol. & Alex. Aug. *in l. qui patri, nu.* 2. *ff. de vulg.* & ibi Caſtrenſ. Imol. & Alex. *nu.* 12. Gul. Bened. *in c. Raynutius in materia pupillaris, num.* 105. *ext. de teſtament.* Bald. *de pup. num.* 24. Bart. Huc. *de pup. num.* 25. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſtione* 36. *in fine,* Præt. *de interpret. vltim. voluntat. fol.* 213. *numer.* 28. qui alios citat, Iotrigl. *de ſubſtitut. centur.* 1. *quæſt.* 57. *numero* 2. Bald. *conſil.* 9. *lib.* 2. 3

lib. 2. Corn. *conſ.* 108. *col.* 3. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 91. *num.* 6. *lib.* 2. Natta *conſ.* 68. *num.* 8. *lib.* 1. Hier. Gabr. *conſ.* 108. *num.* 1. *lib.* 1.

Declaratur iſta limitatio, vt infrà *num.* 31.

4 Limitatur tertiò, quando ſubſtitutio pupillaris eſt vnita cum iure accreſcendi, quia tunc tranſmittitur, & ſi ſubſtitutus eſſet extraneus, *l. qui patri, ff. de acq. hared.* & ibi tradit Bart. & alij communiter ſequuntur, Iaſ. *in l. qui plures ff. de vulg.* Bald. *conſ.* 9. *lib.* 2. Natta *conſ.* 68. *n.* 8. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 114. *n.* 12. *conſ.* 116. *n.* 46. *& ſeq.* Gabr. *de hared. inſtit. concl.* 2. *nu.* 43. *& ſeq.* Præt. *de int. vlt. volunt. fol.* 213. *nu.* 26. Mant. *de con. vlt. vol. l. b.* 11. *tit.* 20. *n.* 13. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 14. *n.* 9. *& ſeqq.*

5 Et dicas ſuccedere ex pupillari, non autem iure accreſcendi, Iac. de Aren. *dict. l. qui patri,* & ibi Bal. Imol. Caſtr. Raph. Aret. & Alex. *ff. de vulg.* Crott. *in l. re coniuncti, n.* 39. *ff. de l.* 3. vbi teſtatur de communi opinione, Alex. Trent. *d. c.* 14. *n.* 14. qui dicit eſſe communem opinionem.

6 Contrariam opinionem, quod ſuccedat ex iure accreſcendi, probarunt Gloſ. *d. l. qui patri,* & ibi Bart. & Ang. *ff. de vulg.*

7 Ampliatur primò etiam in pupillari tacita vnita cum iure accreſcẽdi, Imol. *dict. l. qui patri, col. fi.* & ibi Rom. *col. fi.* Alex. *col. pen. verſ. ſubſequenter, ff de vulg.* Crot. *d. l. re coniuncti, col.* 40. *verſic. diſpoſitio tamen, ff. de leg.* Alex. Trent. *d. cap.* 14. *nu.* 13.

8 Contrariam tenet Aret. *d. l. qui patri, col. fin.*

9 Limitatur iſta ampliatio, quãdo mater eſſet in medio, ita poſt Roman. ſcribit Alex. Trent. *d. c.* 14. *n.* 13. *in fi.*

10 Ampliatur ſecundo, & ſi pupillus, cui datus eſt pupillariter ſubſtitutus non adiuit paternam hæreditatem, quia adhuc tranſmittit, Gloſſ. *fi. dicta l. qui patri,* in vna opinione, & ibi Bald. *col.* 2. Raph. Cuman. *columna penul.* Imol. *colum.* 1. Caſtr. *colum.* 1. Alex. *col.* 2. Roman. *colum.* 3. *ff. de vulg.*

11 Contrariam opinionem probarunt alij, volentes non eſſe locum tranſmiſſioni, Gloſ. *in l. Titius, in verbo ſubſtitutionem, ff. de acq. hared.* Gloſſ. *in l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, in verbo, ſuperſtite, C. de cad. tollen.* Barto. *d. l. qui patri, col.* 1. *verſ. venio ad Gloſſ. ff. de acq. har.* & ibi Ang. *col.* 2. Bart. *in l. re coniuncti, col.* 12. *verſ. quinto vnum, ff. de leg.* 3. & ibi Crot. *col.* 40. *& ſeqq.* qui tamen dicit primam opinionem communem eſſe, Bald. *in l. quidam eulogio, col. penul. C. de iur. delib* & ibi Caſtrenſ. *col.* 1. Alex. Trent. *d. c.* 14. *nu.* 11. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

12 Ampliatur tertiò, & ſi pupillus, cui facta eſt ſubſtitutio, fuiſſet exhæredatus, Rom. *d. l. qui patri, col* 3. & ibi Imol. *col.* 2. Caſtr. *col.* 2. *n.* 7. *ff. de vulg.* Crott. *d. l. re coniuncti. col.* 42. *verſ. fallit, & ſexto, ff. de leg.* 3. Caſtr. *dicta l. quidã eulogio, col.* 1. *C. de iur. delib.* Gabr. *de hared. inſt. concl.* 2. *nu.* 51. vbi dicit eſſe communem opinionẽ.

13 Contrariam opinionem tenent Angel. *d. l. qui patri, verſ. ex prædictis,* & ibi Alex. *col.* 2. & Goffr. *num.* 212. *ff. de vulg.* Alexan. Trent. *d. c.* 14. *n.* 14.

14 Subampliatur, etſi pupillus expugnaſſet teſtamẽtum patris, & ab inteſtato patrem hæreditatis adiuiſſet, Angel. *d. l. qui patri, col.* 4. & ibi Rom. *col* 3. Imol. *col.* 2. Alex. *col.* 2. *ff. de vulgar.*

15 Sublimitatur primò, quãdo ſubſtitutus erat in re certa inſtitutus, & pupillus vniuerſaliter, quia tunc non trãſmittit, Ang. *d. l. qui patri, col. pen.* & ibi Imol. *col.* 2. Alex. *col.* 3. *ff. de vulg.* Alex. Trent. *d. c.* 14. *n.* 15.

16 Contrariam opinionem probarunt, Caſtr. *d. l. qui patri, n.* 9. & ibi Roman. *col. fi. ff. de vulg.* Bald. *d. l. quidam eulogio, col. fi. C. de iu. deliber.* Natta *conſ.* 68. *nu.* 8.

17 Sublimitatur ſecũdò, ſi pupillus, cui facta fuerat ſubſtitutio in re certa erat inſtitutus, & ſubſtitutus in omnibus bonis erat inſtitutus, quia tunc non tranſmittit, Ang. *d. l. qui patri, col. fin.* & ibi Imol. *col.* 2. Aret. *col.* 2. Alex. *col.* 2. *ff. de vulg.* Crott. *d. l. re coniuncti, colu.* 42. *verſic. ſeptimo fallit, ff. de leg.* 3.

Contrariam opinionem probarunt alij, volentes lo- 18
cum eſſe tranſmiſſioni, Bald. *d. leg. quidam eulogio, col. fin, C. de iur. deliberan.* Roman. *d. leg. qui patri, colu.* 4. & ibi Caſtr. *nu.* 10. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Alex. Trent. *d. c.* 14. *num.* 15.

Declaratur primo iſta ſecunda ſublimitatio, ſi filius 19
in re certa inſtitutus, cui erat facta pupillaris repudiaret portionem illam, Ang. *d. l. qui patri, colum. fin.* & ibi Imol. *col.* 2. Caſtr. *col. fin. ff. de vulg.*

Cõtrariam tenet Alex. *d. l. qui patri, col* 2. *ff. de vulg.* 20

Declaratur ſecundò, iſta ſecunda ſublimitatio, ſi filia 21
ſit in re certa inſtituta, & facta eſt ſubſtitutio, & nihil de bonis filiæ remanſiſſet, Ang. *d. l. qui patri, col. fin. ff. de vulgar.*

Contrariam opinionem probarunt Imol. *d. l. qui pa-* 22
tri, col 2. & ibi Alex. *col. pen. ff. de vulg.*

Sublimitatur tertiò, quando adeſſet alius ſubſtitutus, 23
quia tunc ceſſat tranſmiſſio, Gloſ. *d. l. qui patri, in verbo patris,* & ibi Bart. *col.* 1. Caſtr. *col.* 1. *& ſeq.* Roman. *col.* 3. Ang. *col. fi.* Imol. *col.* 2. *ff. de vulg.* Bartol. *d. l. re coniũcti, col.* 12. *ff. de leg.* 3. Bald. *d. l. quidam eulogio, col. pen. C. de iur. delib.* Iaſ. *in l. qui plures, col.* 1. *ff. de vulg.* poſt Imol. ibi in Gloſſ. *in verb. ad ſuperſtites,* & Aret. *col.* 1. Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 55. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 213. *nu.* 8. qui plures refert, Alex. Trent. *d. c.* 14. *nu.* 18.

Sublimit. quartò, quãdo teſtator ſubſtituit ſuperuiuẽ- 24
tes, quia tranſmiſſioni non erat locus, Bald. *d. l. quidam eulogio, n.* 22. *C. de iur. delib.* Alex. Trent. *d. c.* 14. *n.* 16.

Contrariam opinionem tenuerunt alij, volentes ad- 25
huc admitti tranſmiſſionem, Roman. *d. l. qui patri, col.* 4. & ibi Alex. *col. fin.* Caſtr. *col. fin. ff. de vul.* Crott. *d. l. re coniuncti, col.* 40. *verſ. ſecundo fallit, ff. de leg.* 3.

Sublimitatur quintò, quando ſubſtitutio eſt facta per 26
verba, quiſquis mihi hæres erit, quia ceſſat tranſmiſſio, Bald. *d. l. quidam eulogio, C. de iur. deliber.*

Contrariam opinionem probarunt Roman. *d. l. qui* 27
patri, col. 4. & ibi Caſtr. *col. fin* Alex. *nu.* 15. *ff. de vulg.* Crott. *d. l. re coniuncti, nu.* ... *ff. de leg.* 3. Alex. Trent. *d. c.* 14. *num.* 16. *verſ. hæc verba.*

Idem eſt quando dictum eſſet, quiſquis mihi hæres e- 28
rit ſcriptus, quia adhuc tranſmittatur, Alex. Trent. *d. c.* 14. *n.* 16. *ante verſ. hæc verba,* vbi dicit ita fuiſſe deciſum per Conſ. Neap.

Limitatur tertiò principaliter, quando extant conie- 29
cturæ, quia tunc etiam directa ſubſtitutio ex coniecturis tranſmittitur. Alciat. *in d. l. re coniuncti, col. penult. in princ.* Zanc. *d. §. cum ita, nu.* 213. Ruin. *conſ.* 156. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 574.

Coniecturas autem habebis ex dictis *in q.* 490. an fi- 30
deicommiſſum conditionale tranſmittatur?

Declarantur prædictæ limitationes & caſus, in qui- 31
bus diximus locum eſſe tranſmiſsioni, vt locum non habeant, quando de contraria voluntate teſtatoris ex cõiecturis appareret, quia tranſmiſsio pendet ex coniecturis, & quod non eſt tranſmiſſibile fit tranſmiſſibile ex voluntate teſtatoris, & è contra, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.* 95. *ff. ad Trebell.* Menoch. *conſi.* 417. *num.* 1. qui loquitur in terminis pupillaris, Ceph. *conſil.* 321. *num.* 57. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. tit.* 20. *nu.* 8. Præt. *de interp. vlt. volunt. fol.* 214. *num.* 34. in quibus locis alij adducuntur.

Prima eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituit ſu- 32
peruenientes, vel cum verbis, ſi extabunt, vel ſine his verbis, nam tunc tranſmiſſio ceſſabit, Bald. *in l. quidam eulogio, columna finali, nume.* 22. *Cod. de iure deliberan.*

Rip. *d.§. cum ita, num.* 59. *ff. ad Trebell.* Bald. *conſi.* 271. *ſubſtitutio fideicommiſſaria, libr.* 2. *& conſil.* 435. *punctus ſuper quo, in fine lib.* 4. Cuman. *conſil.* 13. *Titius,* Alexand. *conſil.* 109. *column.* 2. *libr.* 7. *& conſil.* 252. *num.* 1. *lib.* 1. Gozad. *conſil.* 29. *num.* 17. Corn. *conſil.* 260. *lib.* 4. Socin. ſen. *conſi.* 77. *libr.* 1. Ruin. *conſil.* 136. *numer.* 7. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 37. *num.* 79. *lib.* 2. Curt. iun. *conſi.* 69. *num.* 2. *& conſil.* 57. *num.* 7. Socin. iun. *conſil.* 133 *num.* 4. *lib.* 1. *conſil.* 30. *num.* 7. *conſil.* 63. *in fin lib.* 4. *& conſil.* 14. *eod.* Alciat. *reſpon.* 585. *num.* 5. *& ſeq.* Caſſan. *conſil.* 53. *num.* 17. Natta *conſ.* 551. *nume.* 33. *lib.* 3. Rimin. iun. *conſ.* 476. *num.* 63. *lib.* 4. *& inter conſ. vlt. volunt. conſ.* 167. *num.* 167. *in fine,* Menoch. *conſ.* 200. *nu.* 93 *& nu.* 109. vbi loquitur in terminis directæ ſubſtitutionis, & ferè omnes in prædictis loquuntur in fideicommiſſaria, & ibi etiam dixi plura.

33 Contrariam opinionem probarunt alij volentes, & tunc locum eſſe tranſmiſſioni, Roman. *d. l. qui patri, col.* 4. & ibi Alexand. *col. fin.* Caſtr. *colum. fin. ff. de vulg.* Crott. *d. l. re coniuncti, num.* 115. *ff. de legat.* 3. Crauetta *in l. cum filiofam. ſecunda parte, num.* 261. *& num.* 353. *ff. de leg.* 1. Zanch. *d. §. cum ita, num.* 219. *& ſeqq.* vbi in his terminis dicit non eſſe differentiam inter directam ſubſtitutionem, & fideicommiſſariam, Fulgoſ. *conſil.* 15. Roman. *conſil.* 59. *colum.* 2. Rimin. ſen. *conſil.* 78. *column.* 2. Iaſ. *conſil.* 154. *ad finem libr.* 4. *& conſil.* 52. *colum. fin. lib.* 3. Dec. *conſil* 369. *nume.* 1. Ruin. *conſil.* 79. *colu. penul. lib.* 3. Crauetta *conſil.* 306. *numer.* 4. Pariſ. *conſil.* 76. *num.* 12. *lib.* 2. *& conſi.* 50. *column.* 4. *lib.* 3. Non. *conſil.* 4. *in fine,* Burſat. *conſil.* 7. Cephal. *conſil.* 16. *num.* 41. *lib.* 1. *& conſil.* 283. *numer.* 22. *libr.* 2. & alios addidi *in qu.* 490. *an fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, num.....*

Declaratur iſta coniectura ſecundum ea quæ latè ſcripſi *d. q.* 490. an fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, *num.....*

34 Secunda eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituiſſet per verba, quiſquis mihi hæres erit, vt dixi ſupra *nu.* 35. *& nu.* 36. retuli diſſentientes.

35 Tertia eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituit proprio nomine expreſſo, quia non fit tranſmiſſio, Curt. iun. *conſ.* 69. *in fine.* Soc. iun. *conſil.* 14. *nume.* 8. *lib.* 4. Menoch. *conſi.* 200. *nu.* 69. *conſ.* 273. *numer.* 18. *& conſil.* 417. *num.* 4.

36 Contrariam opinionem, quod ad ſuos hæredes etiam tunc fiat tranſmiſſio, probarunt Alex. *d. l. qui patri, col. fin. ff. de vulg.* Zanch. *d. §. cum ita, nu.* 218. *& num.* 220. Rimin. iun. *conſi* 476. *nu.* 62. *& ſeq. lib.* 4.

37 Quinimo fieri tranſmiſſionem etiam ad patrem, & matrem ſcribit Rimin. iun. *d. conſil.* 476. *numer.* 62. *& ſeq.*

38 Contrariam opinionem in matre tenuit Menoch. *d. conſil.* 417. *num.* 7.

Vide de hac coniectura dicta in materia fideicommiſſariæ, *q.* 490.

Quarta eſt coniectura, quando teſtator expreſsè pro- 39
uidit etiam in caſu, quo moreretur ſubſtitutus ante pupillum, dando alium ſubſtitutum, quia ſine dubio ceſſaret tranſmiſſio, Caſt. *d. l. qui patri, verſic. nec obſtat.* & ibi Imol. *nume.* 4. Alexand. *num.... ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decian. *conſ.* 61. *nume.* 42. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 220. *num.* 173. *& conſ.* 417. *nu.* 17. & quæ ſcripſi in materia fideicommiſſariæ, an ex hac coniectura impediatur tranſmiſſio.

Ampliatur iſta coniectura, & ſi ſubſtituti eſſent na- 40
ſcituri, vel alij nati, qui poſtea ſint etiam mortui, vel naſcituri non ſint nati, quia ſatis eſt, quod potuerint adeſſe, Caſtr. *d. l. qui patri, num.* 6. *in fine,* & ibi Imol. *num.* 4. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Decian. *conſil.* 61. *num.* 42. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 16. *num.* 46. Menoch. *conſ.* 417. *num.* 11. *verſ. & quamquam.*

Quinta eſt coniectura, quando magis dilectus exclu- 41
deretur & admitterentur minus dilectus, nam & tunc non erit locus tranſmiſſioni, Crauet. *in l. cum filiofamilias, part.* 1. *numer.* 349. *ff. de leg.* 1. Zanch. *d. §. cum ita, par.* 4. *num.* 376. *& numer.* 395. Iaſ. *conſil.* 32. *in fine, lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 6. *num.* 13. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 178. *col.* 2. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 200. *num.* 34. *conſi.* 273. *num.* 19. *& conſ.* 417. *num.* 14.

Vide quæ ſcripſi de fideicommiſſaria, an ex hac coniectura impediatur tranſmiſſio.

Alias coniecturas colliges ex his, quæ ſcripſi *q.* 490. 42
vbi de tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, quia in hac materia tranſmiſſionis æquiparatur directa ſubſtitutio, & fideicommiſſaria, vt per Zanch. *d. §. cum ita, num.* 213. *& numer.* 220. ad medium, Menoch. *conſil.* 200. *num.* 109. & ſenſit *conſil.* 417. vbi loquitur de pupillari, & tamen adducit authoritates loquentes de fideicommiſſaria.

Scias etiam in materia tranſmiſſionis, quod non fit tranſmiſſio, niſi ad eos, qui poſſunt hæredes eſſe. Caſtr. *in l. ſi quis filium, C. de inoff. teſtam.* & ibi Iaſ. *col.* 2. *verſ.* 6. *limit.* Ripa *d. §. cum ita, num.* 63. & ibi Zanch. *nu.* 108. *&* 419. *par.* 4. Crauet. *d. l. cum filiofamilias,* 2. *par. num.* 430. *ff. de leg.* 1. Menoch. *conſil.* 417. *nume.* 16. Crauetta *conſil.* 131. *num.* 7.

Ad quos autem hæredes, & à quibus fiat tranſmiſſio, 43
dicam de tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, *quæſt.* 490.

QVÆSTIO CLXV.

QVæro, an caducato primo gradu ſubſtitutionis pupillaris, ſecundus ſubſtitutus admittatur? Dicam *quæſtione* 469.

Tractatus de Pupillari Subſtitutione Finis.

Digitized by

TRACTATVS
DE
EXEMPLARI SVBSTITVTIONE
EXCELLENTISSIMI D. VINCENTII FVSARII I. C. Brixienſis,
PARS PRIMA.

QVAESTIO CLXVI.

QVÆRO quomodo ſubſtitutio exemplaris definiatur? & de hoc videas Salic. *in l. humanitatis, colum.* 4. *C. de impub. & al. ſubſt.* Ripa *in l. ex facto, nu.* 54. *ff. de vulgar.* Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 1. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 3. *cap.* 1. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *quæſt.* 1.

QVÆSTIO CLXVII.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe? videatur Ripa *in l. ex facto, num.* 55. *ff de vulg.* Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *quæſt.* 4.

QVÆSTIO CLXVIII.

QVæro ſubſtitutio exemplaris vnde ita dicatur? videndus eſt Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 2. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 2. *quæſt.* 2. Gall. *de ſucceſſ. except. titul.* 4. *except.* 20. *parte ſecunda.*

QVÆSTIO CLXIX.

QVæro quo iure ſubſtitutio exemplaris ſit introducta, tradunt Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 3. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *c.* 1. *in fin.* Intrigl. *de ſubſt. centur.* 2. *qu.* 3.

QVAESTIO CLXX.

QVæro quotuplex ſit ſubſtitutio exemplaris? vide Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *quæſt.* 5. Alexand. Trent. *de ſubſtit. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 2.

Exemplaris probata, an detur? vide Intrigl. *d. cent.* 2. *quæſt.* 24.

Partim tacita, partim expreſſa quoad caſus, an detur? vide Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 31.

QVAESTIO CLXXI.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris ſit teſtamentum patris, vel filij? Et dicas quo ad quædam eſſe teſtamentum patris, quo ad quædam teſtamentum filij, Ripa *in l. ex facto, n.* 5. *ff. de vulg.*

QVAESTIO CLXXII.

Subſtitutio, an præſumatur potiùs exemplaris, quàm fideicommiſſaria?

QVAERO, an ſubſtitutio præſumatur potiùs fideicommiſſaria, quàm exemplaris? Et dicas, potiùs præſumi exemplarem, quam fideicommiſſariam, Cephal. *conſ.* 689. *num.* 22. Menoch. *conſ.* 303. *num.* 41.

Declaratur non procedere, quando extant coniecturæ, quod facta ſit fideicommiſſaria, & plures coniecturas tam fideicommiſſariæ, quàm exemplaris, recenſet Dec. *conſil.* 371. Socin. iun. *conſil.* 103. *libr.* 1. Roland. à Valle, *conſ.* 68. *libr.* 4. Cephal. *conſ.* 689. & *conſil.* 414. *quinto dubio.* Menoch. *conſ.* 303. *conſi.* 364. *nu.* 6. 7. 17. & *ſeq.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 258. *num.* 18. & *ſeq.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 49. Intrigl. latè *de ſubſtit. cent.* 2. *qu.* 21.

Et ſubſtitutionem exemplarem non ſolùm verbis claris, ſed & coniecturis induci ſcripſerũt ſupra relati omnes. addo Bald. *in l. humanitatis, nu.* 54. *C. de imp. & al. ſubſtit.* Menoc. *conſ.* 303. *n.* 26. & *conſ.* 846. *n.* 8. Rimin. iun. *conſ.* 736. *nu.* 19. 22. *lib.* 7.

QVAESTIO CLXXIII.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris contineat tacitam vulgarem? Et dicas continere, Doctor. *in l. ex fa..io, ff. de vulg.* Capr. *tract. de exempt. n.* 101. Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *q.* 1. *nu.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 44. Intrigl. poſt alios multos relatos, *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 38. Gall. *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 20. *nu.* 38. *par.* 2. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 16. *nu.* 18.

Contrariam opinionem tenuit Polit. *de exempl. n.* 22.

Digitized by Google

Limitatur non contineri in omnibus caſibus, in quibus dictum eſt non contineri vulgarem in pupillari, Menoch. *lib.4.præſump.44.*

QVÆSTIO CLXXIV.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris contineat tacitam pupillarem? & continere poſt alios ſcribit Menoch. *lib.4.præſumpt.44.* ſequitur Intrigl. *de ſubſt.cent.2.q.39.* Gallus *de excep.ſucceſ.tit.4.excep.20.n.40.par.2.*

Declaratur, vt non contineat in omnibus illis caſibus, in quibus dictum eſt, non contineri tacitam pupillarem ſub vulgari expreſſa, Menoch. *d.præſumpt.44.in fine.*

QVÆSTIO CLXXV.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris contineatur ſub vulgari expreſſa? dixi *q.29.*

QVÆSTIO CLXXVI.

QVæro, an ſubſtitutio exemplaris tacita contineatur ſub pupillari expreſſa? Et dixi ſuprà *q.110.*

SVMMARIVM.

1 Exemplaris continetur ſub compendioſa, dummodo adſint requiſita exemplaris.

Limitatur, quando ſubſtitutio in re certa facta eſt per verba communia, n.2.

Limitatur, quando teſtator ſic ſubſtituerit, & quādocunque filius meus deceſſerit, volo quod bona mea diſtribuantur inter pauperes, n.3.

Limitatur, quando teſtator in ſuis bonis ſubſtituit, num.4.

Limitatur aliter, n.5. remiſſiuè.

QVÆSTIO CLXXVII.

Sub compendioſa, an contineatur exemplaris ſubſtitutio?

1 QVæro, an exemplaris ſubſtitutio comprehendatur ſub compendioſa facta muto, vel ſurdo, & ſimilibus? & contineri dummodo adſint ſua requiſita ſcribunt Menoch. *conſ.303.nu.16.& ſeq.conſ.846.num....* Cephal. *conſil.689.n.17.44.& ſeqq.* Odd. *de comp.part.5.qu.1.artic.3.* Menoch. *lib.4.præſumpt.45.* Præt. *de interpr.vlt.volunt.fol.271.nu.23.* Intrigl. *de ſubſt.cent.3.q.23.* Did.Spin.à Carcer. *in Spec.teſta.tit.de exempl.nu.4.*

2 Declaratur primò non procedere quando ſubſtitutio eſt facta per verba communia in re certa, Rip. *in l.Centurio,nu.143.ff.de vulg.* Franc. *in cap.ſi pater, col.39.de teſt.* Alex. *conſi.25.lib.1.& conſil.252.lib.6.* Odd. *d.art.3.nu.36.* Alex Trent. *de ſubſt.par.4.cap.2.n.18.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.3.q.24.nu.4.*

3 Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator his verbis ſubſtituit, & quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea diſtribuantur inter pauperes. Ancha. *conſil.8.col.1.* Menoch. *lib.4.præſump.45.*

4 Declaratur tertiò non procedere, vbicunque teſtator in bonis ſuis ſubſtituit, Menoch. *lib.4.præſump.45.in fi.*

5 Declaratur quartò non procedere, vbicunque eſſemus in illis coniecturis, quibus dicendum eſſet ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam, non exemplarem, de quibus per Menoch. *lib.4.præſump.49.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.2.qu.21.* & alijs à me relatis ſuprà *quæſt.172.num.2.*

QVÆSTIO CLXXVIII.

QVæro, an exemplaris ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum? & extendi volunt Doct. cōmuniter *in l.ex facto,ff.de vulg.* vbi Rip. *n.83.* dicit eſſe communem opinionem, Iaſ. *in l.1.n.25.ff.de vulg.* Menoch. *lib.4.præſump.65.n.6.* Alex. Trent. *de ſubſt.par.3.c.2.in fin.* Intrigl. *de ſubſt.cent.2 q.31.* vbi alios multos addit, Gall. *de except.ſucceſſ.tit.4.except.10.nu.64.& ſeq.par.2.*

Declaratur & ampliatur, vt per Intrig. *ibi ſupra* Gall. *ibi ſuprà n.67.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 Exemplaris ſubſtitutio pōt fieri à patre, matre, et ab oībus aſcendētib. tam lineæ paternæ, quā maternæ.

Ampliatur vt mater etiam pupillo poſſit exemplariter ſubſtituere, n.3.

Ampliatur, & ſi filius non ſit in poteſtate, n.4.

Ampliatur, & ſi filius ſit in poteſtate patris poſſit à matre fieri, nu.5.

Limitatur in matre turpi, & ſordidæ vitæ, nu.6.

Limitatur quando mater tranſiuit ad ſecundas nuptias, n.3. contra n.8.

Ampliatur, vt ante facta ſubſtitutio irritetur, nu.9. contra nu.10.

Declaratur non procedere, quando tutorem petijſſet filio ante tranſitum ad ſecundas nuptias, n.11.

Limitatur, matrem non poſſe ſubſtituere ſi pater ſubſtituit, num.13.

13 Exemplaris poteſt fieri à patre, licet tranſierit ad ſecundas nuptias.

13 Exemplaris, ſi ſit facta tam à patre, quàm à matre, ſubſtitutus à patre præfertur.

14 Exemplaris, ſi fiat à matre & ab auo, quis præferatur diſtinguitur, remiſſiuè.

15 Exemplaris, ſi ſit facta à pluribus, an ad eius validitatem non requiritur mors vtriuſque ſubſtituētis.

QVÆSTIO CLXXIX.

A quibus exemplaris ſubſtitutio fieri poſſit?

1 QVæro, an mater, ſicuti pater, & alij aſcendentes, tam lineæ paternæ, quam maternæ, poſſint facere exemplarem ſubſtitutionem? Et teneas poſſe, Doctores *in l.ex facto,ff.de vulg.* vbi Ripa *nu.64.& nu.92.* Ceph. *conſ.423.dubio 5.* Odd. *in prælud.de comp.qu.6.* Præt. *de interp.vltim.volunt.fol.256.nu.6.* Alex. Tren. *de ſubſt.par.3.c.3.* Did.Spin.à Carcer. *in Spec.teſtam.tit.de exempl.n.6.* Gall. *de except.ſucceſ.tit.4.except.20.n.20.& ſeq.par.2.*

2 Ampliatur primò, vt poſſit ſubſtituere ſpurio, dummodo non ſit natus ex damnato coitu, vt dicam *qu.183.verſic. hinc naturali filio.*

3 Ampliatur ſecundò, vt mater poſſit ſubſtituere exemplariter etiā pupillo, Ripa *d.l.ex facto.nu.66.ff.de vulg.*

4 Ampliatur tertiò & ſi filius non ſit in poteſtate, Odd. *in prælud. de comp.par.4.q.6.n.4.*

5 Ampliatur quartò, & ſi filius ſit in poteſtate patris, communis opinio teſte Ripa *d.l.ex facto,num.93.ff.de vulg.* Odd. *d.par.4.q.4.nu.4.*

6 Limitatur primò in matre turpi, & ſordidæ vitæ, vt dicam *quæſt.ſequenti in fine.*

7 Limitatur ſecundò, quando mater tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias, quia ſubſtitutio non valet, Baſt. *in l.ex facto,n.12.ff.de vul.* & ibi Alex. *n.32.* Iaſ. *n.5.* Aret. *in l.humanitatis, C.de imp.& al. ſubſtit.* & ibi Corn. Polit. *de exemp.3.dub.6.q.principalis,* Zaſ. *de exemp. in princ.*

Odd.

Odd. *d. q.* 6. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 2. *q.* 11. vbi alios refert.

8 Contrariam opinionem probarunt, & melius, Bald. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Salicet. & Cor. Imol *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Hier. Ver. & Rip. *n.* 65. Imol *in c. Rainutius, in materia exemplaris ext. de teſt.* Vaſq. *li.* 2. *de ſucceſ. prog.* §. 17. *n.* 24. *& ſeq.* vbi dicit eſse cōmunem opinionem, Alex. Trent. *d. c.* 3. *num.* 3. vbi teſtatur vtramque opinionem eſse communem, alios addit Intrigl. *d. qu.* 11. & ſequitur, & cōprobat Gall. *de ſucceſ. excep. tit.* 2. *except.* 20. *n.* 140. *& ſeq.*

Tenendo primam opinionem.

9 Ampliatur, vt etiam ante facta ſubſtitutio irritetur, Bart. *in l. ex facto, n.* 13. *ff. de vulg.* & ibi Ale. *n.* 32. Aret. Iaſ. *n.* 26. & eſse communem opinionem fatetur Rip. *n.* 61. licet ipſe diſsentiat, Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 11. vbi alios plures refert, Did. Spin. à Carc. *in Specul. teſtam. tit. de exemp. n.* 7. vbi de communi opinione teſtatur.

10 Contrariā opinionem probarunt, Bald. *in l. humanitatis, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Salic. Imol. *d. l. ex facto ff. de vulg.* & ibi Cum. Hier. Ver. & Rip. *n.* 61. Polit. *de exempt.* 4. *dub.* 9. *q. principalis*, Vaſq. *d.* §. 17. *n.* 21. Alex. Trent. *d. c.* 2. *n.* 3. *verſ. ſed dato.*

11 Limita, quando mater petiiſset tutorem filio ante trāſitum ad ſeconda vota, ita Capr. *de exempl. ſubſt. n.* 32. quem refert, & ſequitur Gall. *d. tit.* 2. *excep.* 20. *in fi. p.* 2.

12 Pater tamen tranſiens ad ſecundas nuptias non priuatur facultate exemplariter ſubſtituendi, Alex. Trent. *d. c.* 3. *n.* 4. *verſ. tertio, & n.* 5. vbi teſtatur eſse communem opinionem.

13 . Sed quæro, quando ſubſtitutio eſt facta, tam à patre, quam à matre, an præferatur ſubſtitutus à patre, an verò ſubſtitutus à matre? diſtingue ſecundum Rip. *in l. ex facto, n.* 94. *ff. de vul.* Odd. *in prælud. de cōp. q.* 9. *in fin.* Alex. Trent. *d. c.* 3. *n.* 8. *& ſeq.* Intrig. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 42. & vide Did. Spin. à Carc. *in ſpec. teſt. tit. de exemplari n.* 6. vbi dicit matrē non poſse niſi in ſubſidiū ſubſtituere, quando pater non prouidit filio per ſubſtitutionem, & ideò omnia bona ad ſubſtitutum paternū pertinere, & videatur etiam diſtinctio Galli *in tract. de except. ſucceſs. tit.* 4. *excep.* 20. *n.* 26. *& ſeq.* 91. *par.* 1.

14 Sed quid ſi adſit ſubſtitutio à matre, & ſubſtitutus ab auo, quis præferatur? diſtingue ſecundum Rip. *d. l. ex facto, n.* 100. *ff. de vul.* Odd. *d. q.* 9. *in fi.* Alex. Trēt. *d. c.* 3. *n.* 12. Intrig. *d. cent. q.* 43. Gall. *de except.* 20. *n.* 27. *& ſeqq. & n.* 91.

15 Sed ad validitatem ſubſtitutionis, quando à pluribus eſt facta, an requiratur mors vtriuſque ſubſtituentis? teneas quod non, Intrig. *d. cent.* 2. *q.* 53.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris poteſt fieri à patre vile, infame, vel prodigo, ſi bonorum adminiſtratio interdicta non eſt, aliud ſi ſuit interdicta, contra n.* 2.

3 *Exemplaris non poteſt fieri à matre vili, vel ſordidæ vitæ.*

4 *Exēplaris non poteſt fieri ab eo, qui nō valet teſtari.*

QVÆSTIO CLXXX.

Pater vilis, infamis, vel prodigus, an poſſit exemplariter ſubſtituere.

1 QVero, an pater vilis, infamis, vel prodigus, poſſit exemplariter filio ſubſtituere? Et teneas poſſe ſi adminiſtratio bonorum interdicta non eſt, alias ſecus, Rip. *in l. ex facto, n.* 94. *ff. de vulg.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. li.* 2. §. 17. *n.* 91. Prax. *de interpr. vlt. vol. fol.* 256.

n. 6. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 3. *c.* 3. *n.* 6. vbi dicit eſſe communem opinionem, Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 20. *n.* 32. *& ſeqq. par.* 2.

Contrariam opinionem, quod etiam non interdicta bonorum adminiſtratione non poſſit ſubſtituere, tenent Bar. *d. l. ex facto, n.* 37. *ff. de vul.* Bart. *in l. cum oportet,* §. *eo autem tempore, C. de bo. quæ liber.* Zaſ. *de exempt. ſubſt.* Polit. *de exempt.* 5. *dubio* 6. *q. principalis*, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 42. *n.* 14. *& ſeq.* 2

Sed in matre abſolutè teneas non poſſe exemplariter ſubſtituere ſi ſit ſordidæ vitæ, & vilis, ita poſt Polit. Zaſ. & Vaſq. ſcribit Alex. Trent. *d. c.* 3. *n.* 7. ſequitur Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 11. vbi alios addit. 3

Idem eſt in quolibet alio non valente teſtari, quia exemplariter non poterit ſubſtituere, Gall. *de except.* 20. *n.* 33. *&* 97. 4

QVÆSTIO CLXXXI.

QVæro, an filius poſſit exemplariter ſubſtituere patri? Et dicas non poſſe, Bart. *in l. ex facto, ff. de vulg.* & ibi Imol. Alex. Hier. Ver. Rip. *n.* 59. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alciat. & alij communiter, Bald. *in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſti.* & ibi Ang. Caſt. Corn. Alex. Coraſ. & Decius, Polit. *de exempl. q.* 6. Zaſ. *de exempt. n.* 5. Vaſq. *de ſucceſ. progr. li.* 2. §. 17. *n.* 62. Odd. *in prælud. de comp. par.* 4. *q.* 4. *n.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. alios refert, & ſequitur *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 7. 1

Contrariam opinionem tenuit Iaſ. *dict. l. ex facto, ff. de vulgar.* 2

QVÆSTIO CLXXXII.

QVæro, an exemplaris facta ab extraneo, quæ non poteſt valere, vt exemplaris, ſuſtineatur in vim fideicommiſſi? Et quod ſuſtineatur dixit Capra *de exempl. ſubſtit. n.* 114. Gall. *in tract. de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 20. *nu.* 34. *art.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris non poteſt fieri niſi his liberis, quibus legitima debetur, dec lara n.* 4. *remiſſiuè,*

3 *Exemplaris filio legitimo tantum poteſt fieri.*

4 *Exemplaris emancipatio filio fieri poteſt.*

5 *Exemplaris naturalis tantum filio non poteſt fieri, contra num.* 6.

Maximè ſpurio non poteſt fieri n. 7.

Limitatur in matre, quæ etiam ſpurio poteſt exemplariter ſubſtituere, n. 8.

Declaratur in ſpurio nato ex coitu damnato, cui mater non poterit ſubſtituere, n. 8. *&* 10.

Declaratur non procedere in matre illuſtri, n. 9.

11 *Exemplaris poteſt legitimatis filijs fieri.*

QVÆSTIO CLXXXIII.

Quibus liberis exemplaris ſubſtitutio fieri poſſit?

QVæro, quibus liberis poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio? Et dic fieri non poſſe, niſi his liberis, quibus legitima debetur, Ripa *in l. ex facto. num.* 57. *ff.* 1

de vulg. vbi teſtatur de communi opinione, Ceph. conſ. 689. n. 11. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 7. & ſeq. Did. Spin. à Carcer. in Spec. teſtam. tit. de exempl. n. 14.

2 Declaratur ſecundum Præt. d. n. 7. & ſeqq.

3 Fillo legitimo tantùm poterit fieri, Intrigl. qui alios citat, de ſubſtit. cent. 2. q. 6. n. 3.

4 Hinc filio emãcipato fieri poteſt, Rip. d. l. ex facto, n. 64. ff. de vul. Ceph. cõſ. 689. n. 32. Odd. in prælu. de cõp. par. 4. q. 4. n. 2. Intrig. alios plures addit, d. cent. 2. q. 10.

5 Hinc naturali filio tantum non poteſt fieri, Aret. in l. ex facto, ff. de vul. & ibi Alex. Iaſ. Rip. & alij magis cõmuniter, Aret. in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Iaſ. Zaſ. de exempl. n. 4. Polit. de exempt. 6. dub. 7. q. principalis, Vaſq. de ſucceſ. progreſ. li. 2. §. 17. n. 10. & ſeq. Alex. Trent. de ſubſt. par. 3. ca. 4. n. 12. vbi dicit eſſe cõmunem opinionem, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 10. Intrigl. alios addit de ſubſt. cent. 2. q. 6. nu. 7. licet diſſentiat ipſe Did. Spin. à Carcer. ibi ſuprà, n. 14. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. excep. 20. n. 5. par. 2.

6 Contrariam opinionem probarunt Bartol. in l. ex facto, n. 7. ff. de vulg. & ibi Salic. & Hier. Ver. Bald. in l. humanitatis, n. 44. C. de impub. et al. ſubſt. & ibi Sali. Corn. n. 9. Coraſ. n. 7. Dec. n. 7. Curt. iun. n. 13. Odd. d. q. 4. n. 2. Intrigl. d. q. 6. n. 13. vbi alios refert, & dicit eſſe receptã ſententiam, Gall. dicta except. 20. n. 22. & ſeqq.

7 Prima opinio maximè procederet in ſpurio, Intrigl. poſt alios relatos, d. q. 6. n. 5. Gall. de except. 20. n. 13.

Tenendo primam opinionem communem.

8 Limita in matre, vel parentibus ex linea materna, quę filio etiam ſpurio, dummodò non ſit natus ex damnato coitu, poteſt exemplariter ſubſtituere, Rip. d. l. ex facto, n. 57. ff. de vulg. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 256. n. 10. & ſeqq. vbi multos addit teſtando de communi opinione, Alex. Trent. d. c. 4. n. 12. in fine. Intrigl. d. q. 6. n. 21. Did. Spin. à Carcer. d. tit. de exempl. n. 15. Gal. d. except. 20 n. 5. & ſeqq. par. 2.

9 Sublimita in matre illuſtri. Præt. poſt alios relatos de interpr. vlt. vol. fol. 256. nu. 10. & ſeq. Alex. Trent. d. c. 4. in fine, Gall. d. except. 20. n. 11. par. 2.

10 Sublimita ſecundò, in nato ex coitu punibili. Gall. d. except. 20. n. 14. & ſeqq. par. 2.

11 Hinc legitimatis fieri poterit, Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 20. n. 3. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris pupillo furioſo fieri nõ poteſt, cõtra n. 2.*
Limitatur quãdo pupillus nõ erat in poteſtate patris, num. 3.
4 *Exemplaris pupillo in poteſtate facta, poſt pupillarẽ ætatem, an contineat exemplarem, remiſſiuè.*
5 *Exemplaris pupillo in poteſtate facta, an ſubſtineatur in vim pupillaris, remiſſiuè.*

QVÆSTIO CLXXXIV.

Pupillo furioſo exemplariter ſubſtitui, an poſſit?

1 QVæro, an pupillo furioſo poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio? Et non poſſe ſcribunt Doct. in l. ex facto, ff. de vulg. vbi Rip. num. 60. dicit eſſe communem opinionem, Corn. in l. humanitatis, n. 15. C. de impub. & al. ſubſt. & ibi Coraſ. n. 10. Imol. in c. Rainutius, in materia exemplaris, ext. de teſta. Bald. in tract. exemp. col. 2. Zaſ. de excẽp. n. 7 Alex. Trent. de ſubſt. par. 3. cap. 4. n. 10. vbi de cõmuni opinione teſtatur, Intrigl. alios addit de ſubſt. cent. 2. q. 9.

2 Contrariam opinionem probarunt, Din. in l. ex facto, ff. de vulg. & ibi Iac. de Ran. & Ang. Alber. in rubr. de vulg. Salic. in l. humanitatis, C. de impub. & al. ſubſtit. Fab. in §. qua ratione, inſt. de pupill. Polit. de exemp. ſubſ. 7. q. 7. q. principalis, Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. li. 2. §. 17. n. 6. Odd. in prælud. de comp. par. 4. q. 4. n. 2. verſ. limita 2. Intrigl. alios addit dicta cent. 2. q. 9.

Tenendo primam opinionem communem.

Limita quando pupillus non eſſet in poteſtate patris, 3 Doctor. d. l. ex facto, vbi Rip. n. 61. de communi opinione teſtatur, Odd. loco ſupra citato, vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. d. cent. 2. q. 9.

Sed an pupillo in poteſtate facta pupillaris poſt pu- 4 pillarem ætatem contineat exemplarem vide Rip. d. l. ex facto, n. 62. ff. de vulg. Ceph. conſ. 423. n. 104. Alex. Trent. d. c. 4. n. 11.

Sed an ſuſtineatur in vim pupillaris, diſtingue ſecun- 5 dum Alex. Trent. d. c. 4. n. 11.

SVMMARIVM.

1 *Exẽplaris fieri poteſt inteſtabili quacunque de cauſa.*
Limitatur quando perpetuo morbo non laborant, n. 2.
3 *Exemplaris ſurdo & muto à natura fieri poteſt, cõtra n. 4. declara n. 5.*
6 *Exemplaris furioſo fieri poteſt.*
Limitatur ſi haberet dilucida interualla, n. 7.
Limitatur quando non perſeuerauit in furore vſque ad tempus, n. 8.
Limitatur aliter remiſſiuè, n. 9.
10 *Exemplaris mente capto fieri poteſt.*
Limitatur quãdo perpetuo nõ eſſet mẽte captus, n. 11.
12 *Exemplaris frenetico fieri non poteſt.*
46 Compendioſa non eſt ſubſtitutio, quando tempora ſunt diſtincta.

47 In compendioſa ſubſtitutione non eſt neceſſarium verbum quandocunque.

48 Verbũ, quandocunque, in compendioſa appoſitum, an idem operetur, quod ſingulorũ caſuũ enumeratio. Compendioſa ſubſtitutio quibus verbis facta dicatur, q.... per totum.

QVÆSTIO CCXXIII.

Compendioſa ſubſtitutio quibus verbis facta dicatur?

VTile eſt ſcire pro perfecta cognitione huius tractatus de compendioſa, quibus verbis facta dicatur compendioſa ſubſtitutio? Et licet Menoch. *libr. 4. præſumpt. 51.* hanc quæſtionem egregiè explicauerit, placet tamen, eius dicta reaſſumere iuxta eius ordinem, aliaque multa non inutilia addere, conſtituendi igitur ſunt plures caſus.

1 Primus eſt caſus quando teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit intra pupillarem ætatem, vel poſt, ſubſtituo, &c. & tunc dicitur facta ſubſtitutio compendioſa verbis ſingularibus, ita Eman. Coſta, *in cap. ſi pater, in principio, n. 13. de teſtam.* Menoch. *lib. 4. præſump. 51. nu. 3.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 4.*

Contrariam ſententiam probarunt alij volẽtes quod 2
iſta ſubſtitutio contineat pupillarem expreſſam ſpecialiter, vulgarem autem, & fideicommiſſariam generaliter, ita Bart. *in l. Lucius, nu. 19. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & ibi Alex. *n. 13.* Iaſ. *n. 28.* & Rip. *n. 40.* Alex. *in l. in teſtam. nu. 10. de teſt. mili.* Dec. *conſ. 416. n. 9.* Odd. *de comp. par. 5. q. 2. n. 6.* quos refert, & ſequitur Pereg. *de fid. art. 34. nu. 13. in fine.* Sed quidquid ſit de his contrarijs opinionibus, ſubſtitutio quo ad effectum eſt compendioſa.

Secundus eſt caſus, quando teſtator filio impuberi his 3
verbis ſubſtituit, & ſi filius meus deceſſerit intra vigeſimumquintum annum ſubſtituo, &c. & tunc dicitur facta ſubſtitutio compendioſa verbis ſpecialibus, Bart. *in d. l. Centurio, nu. 9. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Did. *d. cap. Raimutius, §. 9. nu. 3. ext. de teſta.* Polit. *de comp. num. 4.* Paul. Leon. *de comp. num. 28.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 51. nu. 4.* Intrigl. *d. q. 4. n. 3.*

Tertius eſt caſus, quando teſtator filio impuberi ſub- 4
ſtituit hoc modo, & quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo, &c. & pariter erit compendioſa, Bart. *in d. l. Centurio, n. 17. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & ibi Alex. *nu. 27.* Iaſ. *n. 33.* & Ripa, Eman. Coſta, *in c. ſi pater, n. 13. de teſt. in 6.* Did. *d. c. Raimutius, §. 9. nu. 2. & 3.* vbi dicit eſſe verbis ſpecialibus factam, Calcan. *conſ. 108. nu. 7.* Pariſ. *conſi. 30. n. 13. & conſi. 42. n. 18. lib. 2.* Neuiz. *conſil. 53. n. 3.* Alciat. *li. 10.* Peregr. *c. 1.* Craſ. *in §. ſubſtitutio, q. 60. n. 6. & 12.* Menoch. *lib. 4. præſum. 51. num. 5.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 4. n. 4.* Caualc. *deciſ. 4. nu. 4. par. 3.*

Limitatur quando teſtator dixit quandocunque filius 5
meus deceſſerit, ei ſubſtituo, vel ſibi ſubſtituo, quia erit pupillaris verbis generalibus expreſſa, vt dixi *ſuprà qu. 106.* vbi declaratur.

Quartus caſus eſt, quando dictum eſſet, & ſi filius 6
meus deceſſerit ſubſtituo, nec ſit adiecta dictio, quãdocunque, & adhuc erit compendioſa, Gloſ. *in l. teſtamenta 1. C. de teſta. mi. lit. & in cap. ſi pater, in verbo abſque deductione, de teſt. in 6.* Bar. *d. l. Centurio, n. 9. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Curt. iun. *in l. precib. n. 47. & n. 61. in fin. C. de imp. & al. ſubſt.* vbi dicit communem opinionem, Eman. Coſta, *in cap. ſi pater, part. 1. in verbo, ſi decederet. n. 14. de teſt. in 6.* Did. *in d. c. Raimutius, §. 9. nu. 2. & 3.* vbi dicit eſſe compendioſam verbis generalib. factam, Bald. *conſi. 55. lib. 3.* Bertrand. *conſ. 128. n. 2. lib. 2.* Dec. *conſi. 227. n. 3. conſ. 573. n. 1. conſ. 642. n. 1. & conſ. 643. n....* Curt. iun. *conſi. 172.* Soc. iun. *conſi. 180. n. 10. li. 2. & conſi. 27. n. 11. li. 3.* Neuiz. *conſi. 53. n. 3.* Rola Val. *conſi. 25. n. 13. li. 1.* Odd. *de comp. ſubſt. par. 4. q. 1. art. 1.* Craſ. *in §. ſubſtitutio, q. 60. n. 8. in fin.* vbi de communi opinione teſtatur, Menoch. *lib. 4. præſ. 51. num. 7.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 4. n. 8.* Caualc. *deciſ. 4. num. 4. par. 3.* Alex. Raud. *deciſ. Piſana, 31. n. 260.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Cæſar. Barz. *dec. Bononienſi 9. nu. 32.*

Quintus caſus eſt, quando teſtator dixit poſt mortem 7
filij mei ſubſtituo Caium, & erit compendioſa Gloſſ. magna *in l. ſi teſtamento, C. de teſtam. mil.* & ibi Fulgoſ. Caſtrenſ. & Alex. *num. 9.* Sap. *in l. precibus ad finem, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Dec. *num. 16.* Ruin. *d. l. Centurio, nu. 29.* & ibi Rip. *nu. 150.* & Ceph. *n. 550. ff. de vulg.* Eman. Coſt. *d. cap. ſi pater, in verbo, ſi decederet, n. 2. de teſta. in 6.* Dec. *conſi. 227. col. 2. n. 3. conſ. 572. n. 1.* Pariſ. *conſ. 11. n. 34. conſil. 15. nu. 3. lib. 3.* vbi de communi opinione teſtatur Ruin. *conſ. 38. n. 4. li. 2.* Natt. *conſ. 255. n. 1.* Neuiz. *conſ. 53. nu. 3.* Hier. Gabr. *conſ. 104. nu. 1. lib. 1.*

Ceph.

Ceph.conſ.411.n.1.Menoch.conſ.85.n.7.& conſ.325.dub.2.Præt.de interp.vlt.vol..ſol.268.ante n.4.vbi teſtatur de communi opinione, Menoch.d.præſum.51.n.9.Peregr.de fid.art.34.n.6.& 9.Intrigl.d.q.4.n.11.

8 Contrariam opinionem tenuit Gallia, d.l. Centurio, n. . ff.de vulg.

Tenendo primam opinionem communem.

9 Maximè procederet, quando adeſſet aduerbium, quandocunque, Bartol.d.l. Centurio, n.18.& 21. Ruin.conſ.160.n.14.li.2.conſ.140.in fine li.3.Menoch.conſ.325.num.6.

10 Maximè etiam procederet, ſi adeſſet conditio ſi ſine filijs, cap.1.& ibi Gloſ.in verbo abſque, de teſtamen. in 6.c.Ramutius, vbi Abb.colum.1.ext.de teſta. Bart.d.l.Centurio, n.26. & ibi Rip.n.149.ff.de vul. Are.in l.generaliter, C.de inſt.& ſubſt.Dec.conſ.431.Hier. Gabr.conſ.104.n.1.li.1.

11 Amplia, & ſi ſolum dictum eſſet, poſt filium meum ſubſtituo, qui intelligitur poſt mortem filij, Marzar.de fideic.p.2.q.11.Præt.de inter.vl.vol.fol.268.ante n.4.

12 Contrariam opinionem, & malè tenuit Mandell.conſ.29.n.8.

13 Sextus eſt caſus, quando teſtator, ita dixit, filium inſtituo, Sempronium ſubſtituo, & tunc an ſit compendioſa, vel pupillaris dixi ſupr.q.107.

14 Septimus caſus eſt, quando teſtator dixit, filium impuberem inſtituo, & ſi deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo Caium, & tunc an ſubſtitutio ſit compendioſa? dixi ſuprà q.34.caſu ſeptimo, n.18.

15 Octauus caſus eſt, quando teſtator dixit, ſi filius impubes deceſſerit ſubſtituo Titium, an ſubſtitutio ſit compendioſa? dixi q.107.n.8.

16 Nonus caſus eſt, quando teſtator dixit, filio meo impuberi, ſi deceſſerit, ſubſtituo, an ſit compendioſa ſubſtitutio? dixi q.107.in fine.

17 Decimus eſt caſus, quando teſtator dixit, ſi filius meus, in pupillari ætate, ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo, & tunc an ſit compendioſa ſubſtitutio? dixi q.111.

18 Maximè eſſet compendioſa ſubſtitutio, ſi omiſſa eſſent verba in pupillari, vt tradunt vbique Doctores, & precipuè Menoc.conſ.325.n.5.qui citat Alex.conſ.3.n.4.li.7.Soc.ſen.conſ.144.colum.1.li.1. Dec.conſ.227.col.2. Curt.iun.conſ.86.n.3. Neuiz.conſ.53.n.2. Rol.à Vall.conſ.69.n.2.li.2. Addo Gabr.conſ.130.nu.3.lib.1. Non.conſ.30.n.2.& cõſ.33.n.1. Ceph.conſ.524.n.25. Alex.Raud.deciſ.Piſan.31.n.259.

19 Vndecimus eſt caſus, quando teſtator dixit, ſi filius meus impubes deceſſerit ſine liberis ſubſtituo, an ſit compendioſa? dixi ſuprà q.111.n.9.& ſeqq.

20 Duodecimus eſt caſus quando teſtator dixit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo, an ſit compendioſa? dixi q.34.7.caſu.

21 Decimustertius caſus eſt, quando teſtator dixit quãdocunque filius meus deceſſerit rogo, vt reſtituat hæreditatem, & tunc non erit compendioſa, ſed ſimplex fideicõmiſſaria, Soc.ſen.in d.l.Centurio, n.25.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& ibi Gallia.n.220. & Rip.n.61. Curt.iun.in l.precibus, num.48.C.de impub.& al.ſubſt. Did.in c.Ramutius §.9.n.1.ext.de teſtam. Alex.conſ.1.colum.4.li.1.Polit.de compend.n.4.Craſ.in §.ſubſtitutio.q.60.n.5.vbi teſtatur de communi opinione, Mant.de coniect.vlt.vol.lib.5.tit.7.n.17.18.vbi alios addit, & loquitur in fortioribus terminis, Præt.etiam in fortioribus terminis hanc tenet opinionem de interpr.vlt.vol.fol.254.n.70.Meno.li.4.præſu.51.n.15.& quæ dicta ſunt.infr.n.40.

22 Contrariam opinionem probarunt alij, volentes eſſe compendioſam ſubſtitutionem, Bart.in d.l. Centurio, num.8.ff.de vulg.& pupill.ſubſt.& ibi Iaſ.numero 37.

dicit eſſe communem opinionem, Dec.in d.l.precibus, numero 16.C.de impub.& al.ſubſt. Intrigl.d.quæſt.4.numero 22.

Declara hunc caſum ſecundum dicta, ſuprà q.108.n.5.& ſeqq.

Sed quid ſi dictum ſit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona reſtituantur, vel deueniant, dixi ſuprà q.108.

Decimusquartus caſus eſt, quando teſtatur dixit, & quandocunque filius meus deceſſerit, tunc ſubſtituo, &c.& filius erit ætate maior, & tunc etiam ſubſtitutio erit compendioſa, Bart.in d.l.Centurio, ff.de vulg.& pup.ſubſt.& ibi Aret.& Iaſ.n.23.dicit eſſe communem opinionem, Menoch.li.4.præſum.51.n.37. Intrigl.de ſubſt.cent.3.q.4.n.27. 23

Contrariam ſentẽtiam, quòd iſta ſubſtitutio ſit ſolum vulgaris, & fideicommiſſaria, tenuerunt Rip.in d.l.Centurio, n.60.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Curt.iun.in d.l.precib.n.46.C.de imp.& al.ſubſt. Did.in c.Rainutius, §.9.n.1.ext.de teſtam. 24

Decimusquintus caſus eſt, quando teſtator, ita dixit, filio meo ſubſtituo Caium quandocunque factus fuerit Conſul, vel Nauis ex Aſia venerit, vel ſub ſimili conditione, & ſubſtitutio erit compendioſa, Bart.in d.l.centurio, n.9.& ibi Aret.n.7.Iaſ.n.22.& in fine, Soc.ſen.n.18.Ruin.n.30. Gallia n.221.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Alber.in rub.ff.eodem, n.87. Salic. in d.l.precib.n.15.& ibi Dec.n.16.Curt.iun.n.45. Rimin. iun.n.312.C.de imp.& al.ſubſt.Did.in cap.Rinutius §.9.n.2.ext.de teſtam.Menoch.lib.4.præſump.51.n.18.vbi de communi opinione teſtatur Intrigl.de ſubſt.cent.3.q.14.n.29.Did.Spin.à Carcer.in ſpec.teſta.tit.de compend.n.2.verſ.hinc infertur. 25

Sed quod iſta non ſit compendioſa, tenent Rip.in d.l.Centurio, n.62. & ibi Alciat.n.58.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Eman.Coſt.in cap.ſi pater, par.1.in verbo ſi decederet, num.6.de teſtam.in 6. Polit.de compend. ſubſtit.numer.4. 26

Decimusſextus caſus eſt, quando teſtator inſtituto extraneo hærede, ita dixit, & quandocunque Caius hæres meus deceſſerit, ſubſtituo, &c.& tunc licet ſint opiniones contrariæ, in hoc tamen omnes conueniunt, vel quod ſubſtitutio ſit compendioſa, vel ſaltem habeãt effectum compendioſæ, ita Curt.iun.in d.l. precib.n.44.C.de imp.& al.ſubſt.Eman.Coſt.in d.l.ſi pater, in principio, n.13.de teſtam.in 6.Menoc.li.4.præſum.51.in fine, Intrigl.d.q.4.n.34. 27

Licet etiam alij teneant hanc eſſe ſubſtitutionem vulgarem, & fideicommiſſariam, non autem compendioſam, Rip.in d.l.Centurio, n.60.ff.de vulg.Did.in ca.Rainutius, §.9.n.1.ext. de teſtam. 28

Decimusſeptimus caſus eſt, quando in ſubſtitutione adeſt verbum, moreretur, & tunc reſultat compendioſa ſubſtitutio, Præt.de interpr.vlt. vol.fol.267.ſolut.10.n.3. 29

Amplia, & ſi non adſit verbum, quandocunque, Bald.conſ.122.verba teſtamenti, colum.vlt.li.1.& conſ.53.inſtituo fratrem lib.3.Sign.conſ.107.n.24. Rol.à Val.conſ.35.n.13.& ſeq.li.1.Præt.de interpr.vlt.vol.fol.267.ſolu.10.n.3.verſi.ad verbum, & conferunt dicta infrà hac quæſt.in fine. 30

Decimusoctauus caſus eſt, quando in ſubſtitutione adſunt verba, ſi deceſſerit, vel quandocunque deceſſerit, quia important compendioſam ſubſtitutionem, vt ſæpius in præcedentibus caſibus dictum fuit, & in ſpecie, ſcribunt Iaſ.in l.verbis ciuilibus, in prin.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Dec.in d.l.precib.nu.15.C.de impub.& al.ſubſtit. Alex.conſ.43.num.1.li.2. Dec.conſ.227.n.3.& conſ.572.n.1. Curt.iun.conſ.48.num.5.conſ.82.n.2. 31

& *conſ.172.col.1.*Ruin.*conſ.158.num.15.lib.2.*Crau. *conſ.283.n.2.*Rimin. iun.*conſ.n.228.* Ceph. *conſ.524. n.26.*Hier.Gab.*conſ.104.n.1 li.1.* Deci.*conſ.82.n.24. li.3.*Menoch.*conſ.85.n.7. & l.4.præſump.34.nu.38.* Caſtell.Cott.*in memor. in verbo, ſubſtitution. directa, ad fin.m.* Marzar.*in epitom.de fideicom.par.2.qu.12.* Odd.*de comp. par.4.q.1.art.1.*

32 Limitatur primò, quando mentio pupillaris ætatis facta eſſet, vt quia ſit dictum, filio meo impuberi ſi deceſſerit ſubſtituo, Bald.*in d.l.Centurio,n.31.ff.de vulg. & pupil.ſubſt.*Menoch.*li.4.præſump.34.n.37.*De hoc tamen videnda erunt dicta in præcedentibus caſibus, vbi mentio ætatis pupillaris facta eſt.

33 Limitatur ſecundò, quando inſtituto filio impubere teſtator dixiſſet & quandocunque filius meus deceſſerit ei ſubſtituo, &c. quia erit pupillaris, de quo articulo latius dixi *ſuprà q.108.*

34 Decimusnonus caſus eſt, quando teſtator inſtitutis aliquibus dixit, & non extantibus illis vel deficientibus illis, & erit ſubſtitutio compendioſa, quaſi inſit aduerbium, quandocunque, Calcan.*conſ.103.*qui plures Doctores ſubſcripſerunt *conſ.104. 105.106. 107.108. & 109.* Alex.*conſ.49.nu.2.l.6.* Corn. *conſ.216.col.3.li. 4.* Bero.*conſ.66.n.16. li....* Præt.*de interp.vlt.vol. fol.268.n.4.& n.6.*alios addit cum alijs a me relatis *q. 480.*fideicommiſſum quando dicatur repetitum de vno in alium,*n.89.& ſeqq.* & etiam videnda erunt, quæ ſcripſi ſuper teſtamento Domini Hieronymi Gauardi *in conſ.71.*

35 Vigeſimus caſus eſt, quando in ſubſtitutione adſint verba, in infinitum, vel in perpetuum, quia iſta verba important ſubſtitutionem compendioſam, ita in ſpecie de verbo, in perpetuum, ſcribunt Ruin.*conſ.223.n.10. li.2.*Menoch.*conſ.95.n.3.*Præt.*de interpr.vlt. vol.fol. 268.n.4.& de verbo infinitum,* Alban.*conſ.354.n.2.*& Menoch.*conſ.106.n.68.*

36 Vigeſimus primus caſus eſt, quando in ſubſtitutione adſint verba habentia tractum ſucceſſiuum, quia ſubſtitutio erit compendioſa, ita ſcribunt omnes citati in præcedentibus caſibus, & præcipuè Menoch.*conſ.106. n.366.* vbi alios multos citat, Præt *de interp.vlt.vol. fol.267.n.2.& ſeqq.* vbi plures addit referendo plura exempla verborum habentium tractum temporis in futurum, Pereg.*de fideicom.art.34.n.2.& ſeqq.maximè num.9.*

37 Vigeſimusſecundus caſus eſt, quando prima ſubſtitutio eſt compendioſa, & poſtea ſubſequitur alia ſubſtitutio cum dictione, vt ſupra, quia & ſecunda ſubſtitutio erit compendioſa, Bald.*conſ.17. Præteritio lib.2.* Aret. *conſ.155 n.1.*Crauet.*conſ.208.*quos refert & ſequitur Menoch.*conſ.106.n.370.*

38 Vigeſimustertius caſus eſt, quando teſtator dixit, & ſi filius meus inſtitutus deceſſerit, ſubſtituo, &c. iſta erit compendioſa, ita poſt multos, Pereg.*de fideic.art.34.n. 9.*& dixi *ſuprà n 31.*

39 Vigeſimusquartus caſus eſt, quando ſubſtitutio continet vnam tantum ſpeciem ſubſtitutionis, & tunc non poterit eſſe compendioſa, quæ ad eius eſſentiam requirit, vt plures ſub ſe contineantur ſubſtitutiones, Peregr. *d.art.34. n.10.*

40 Hinc ſi ſubſtitutio eſt facta verbis merè obliquis, non erit compendioſa, Bart.*in d.l.Centurio,n.32.*& ibi Gallia.*n.421.*Rip.*n.101.* Soc.iun.*n.274.*& alij communiter, Corn.*conſ.119.n.23.lib.2.*Soc.ſen.*conſ.116.n.14. li.1.* Soc.iun.*conſ.180.n.72.li.2.* Crauet.*conſ.211.n.2.* Odd. *de compend. ſubſt.par.5.art.2.* Peregr.*de fid.art. 44 n.11.*Præt.*de interpr. vlt.vol.fol.269.n.14.*& videantur *d.ſuprà,n.21.*

41 Intellige hoc verum, quando verba obliqua ſunt directa ad ſubſtitutum, ſecus ſi eſſent directa ad teſtatorem, vt ſi dictum ſit, poſt mortem filij ex nunc reſtituo hæreditatem Titio, in Præt *de interpr.vlt.vol.fol.269. n.14.* qui citat Baldum *in l.humanitatis,n.53.C.de imp. & al.ſub.*Rip.*in d.l.Centurio, num.101.ff.de vulg.* Gomez *in ſuis Coment.tom.1.ca.3.n.5.*& videantur dicta *ſuprà q.108.n.4.& ſeqq.*

Contrariam opinionem tenuit Ceph.*in d.l.Centurio n.790.ff.de vulgar., & pup.ſubſt.* 42

Vigeſimusquintus caſus eſt, quando teſtator dixit, 43
inſtituo Titium, & poſt decem annos a die mortis meæ ſubſtituo Seium, & erit compendioſa continens vulgarem, & fideicommiſſariam. Peregr. *dicto art 34.n.12.* qui tamen limitat, quando ex verbis appareret ſubſtitutionem factam poſt aditam hæreditatem eſſe, vt ſi dixiſſet teſtator, inſtituo Titium, & poſtquam per decem annos poſſederit hæreditatem, ſubſtituo Seium, quia tunc non erit compendioſa, ſed mera fideicommiſſaria.

Vigeſimusſextus caſus eſt, quando facta eſt ſubſtitutio cum clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, & tunc erit compendioſa, licet habeat effectum compendioſæ, Ruin. *conſ.7.n.13.li.* Menoch. *li.4.præſump.51.n.16.*Peregr.*de fid.art.34.n.23.*Intri. *de ſubſt.cent.3.q.4.n.25.*

Vigeſimus ſeptimus eſt caſus, quando teſtator dixit 45
ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, bona deueniant, &c. & erit compendioſa, vt dixi *q.108.n.9.*

Vigeſimusoctauus caſus eſt, quando tempora ſunt 46
diſtincta, & ſubſtitutio non erit compendioſa, ſecundum Gloſ. communiter approbatam, *in d.l.precib.C. de imp & al.ſubſt.*Leon.*de comp.ſubſt.n.340.* ſequitur Cep.*in d.l. Centurio,n.559.*& teſtatur eſſe communẽ opinionem.

Ex prædictis autem apparet, ad formandam ſubſti- 47
tutionem compendioſam non eſſe neceſſarium verbũ, quandocunque, ita ſentiunt omnes relati in præcedentibus his caſibus, in quibus non aderat hoc verbum, & in ſpecie, ita tenuerunt Gloſ. *in l.teſtamento,C.de teſt. milit.*Bart.*in l.Centurio,n.32.ff.de vulg. & pup.* & ibi alij ſcribentes, Bertrand.*conſ.128.num.2.parte 2.*Pariſ. *conſ.11.num.35.& conſ.73.nu.9 lib 3.* Grat. *conſ.33. num.1.& 4.lib.2.*Crauet.*conſ.72.numer.3.* Curt. iun. *conſ.86.n.2.*vbi dicit eſſe communem opinionem, & *conſ.170.numero 20.*Roland.a Valle, *conſ.25.num.13. li.1.* Decian.*conſ.1.num.65.& conſ.41.numero 5. & ſeqq.lib.1.*Odd.*conſ.95.n.43.*Paul. Leon.*de compend. ſubſtit.num.29.* Odd. *de compend.ſubſt. par.4.quæſtione 1.art.1.*vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Alex.Tren.*de ſubſtit. part.4.cap.5.* Præt.*de interpr. vlt. vol.fol.267.n.3.* poſt principium, Viu. *commun. opin.conclu.859.*Cæſar.Barz.*deciſ.9.n.32.*

Sed an hoc verbum, quandocunque, operetur idem 48
quod operatur ſingulorum caſuum enumeratio, ſcribit Odd.*de compendio a ſubſtitutione, parte 4.quæſtione 1.art.2.*

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa à milite vel alio priuilegiato facta directis verbis, omni tempore valet iure directo, declara per totam quæſtionem.*

2 *Compendioſa facta directis verbis à milite, vel alio priuilegiato poſt pubertatem obliquatur matre in medio exiſtente, contra nu.3. conciliantur opiniones, num.4.*

5 *Compendioſa facta à milite, vel alio priuilegiato in re certa verbis directis, an ad omnia bona trahatur.*

QVAE.

QVAESTIO CCXXXIV.

Subſtitutio compendioſa directis verbis à milite, vel alio priuilegiato facta, quas ſubſtitutiones contineat?

1 QVæro, quas ſubſtitutiones contineat compendioſa ſubſtitutio à milite, vel alio priuilegiato directis verbis facta? Et dicendum eſt, quod omni tempore valet iure directo, hoc eſt ante aditam, vt vulgaris, ante pubertatem poſt aditam, vt pupillaris, poſtea verò vni directa militaris, Gloſ. *in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Cin. *num* 4. Bald. *n.* 26. Alberic. *n.* 5. & alij communiter, Gloſ. *in l. Centurio, in verbo duntaxat, ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* & ibi Bald. & alij Doctores communiter ſequuntur, Odd. *de comp. ſubſt. par.* 5. *q.* 3. *de comp. à milite facta, art.* 3. vbi dicit ita omnes vno ore tenere, Menoch. *l.* 4. *praſum.* 62. Alex. Trent. *de ſubſt. part.* 4. *cap.* 8. Intrigl. qui alios multos addit *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 6. Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſtam. tit. de compend. n.* 6. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 11. *par.* 2. & volunt alij *infra relati n.* 3.

2 Limitatur matre extante in medio, quia poſt pubertatem obliquatur Gloſ. *in d. l. precib. in verbo fideicommiſſi, C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Bart. *num.* 4. & 11 Bald. *nu.* 26. Alberic. *nu.* 5. Salic. *colum.* 3. Angel. *num.* 7 Caſtr. *n.* 14. Aret. *n.* 1. & Corn. *n.* 30. & *n.* 28. dixit hanc eſſe magis communem opinionem, Glo. *in d. l. Centurio,* vbi Imol. *n.* 7. Alciat. *n.* 45. Zaſ. *n.* 30. & 39. Gallia. *n.* 245. Ioan. And. *in cap. ſi pater, de teſtam. in* 6. Azo. Iac. & de Aren. & Cin. *in Rub. C. de impub. & al. ſubſtit.* Bald. *de compend. n.* 3. Polit. *de compend. n.* 15. Fum. *de compend. n.* 82. Zaſ. *de compend. c.* 5. Din. *ſingul.* 221. Alex. *conſ.* 12. *n.* 21. *li.* 3. Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſt. tit. de compend. n.* 8.

3 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes quod poſt pubertatem etiam valeat iure directæ militaris, Bart. *in d. l. centurio, num.* 12. & ibi Bald. *colum.* 1. Paul. de Caſtr. *num.* 6. Alex. *num.* 52. Soc. ſen. *n.* 27. *in fi.* Lanfranc. de Oriano, *num.* 17. Iaſ. *num.* 19. & *ſeq.* Ripa *nu.* 45. Gallian. *num.* 245. Ceph. *num.* 477. & *ſeq.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Bart. *in l. teſtamento, in fine, C. de militari teſtamento,* & ibi Alex. *nu.* 16. Paul. de Caſtr. *in d. l. precibus, nu.* 14. *de impub. & al. ſubſt.* & ibi Fulgoſ. *n.* 11. Alex. *num.* 10. Iaſ. *num.* 19. Dec. *num.* 15. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinioné Curt. iun. *num* 39. qui pariter dicit eſſe communem opinionem, Sebaſt. Sap. *num.* 44. vbi teſtatur de magis communi opinione, Cagnol. *num.* 145. Caccialup. *num.* 38. Coraſ. *num.* 54. Imol. *in cap. Raynutius, n.* 177. *ext. de teſtam.* & ibi Gul. Bened. *in materia compendioſæ, n.* 9. & Did. §. 9. *num.* 6. Paul. Leon. *de compend. num.* 93. Vaſq. *de compend. n.* 109. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Odd. *de compend. ſubſt. par.* 5. *q.* 3. *art.* 3. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem ſententiam, Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Intrigl. alios multos addit *de ſubſtit. centur.* 3. *q.* 6. Gall. *de except.* 22. *num.* 12. & *ſeq. par.* 2.

4 Conciliantur varijs modis prædictæ opiniones, vt per Menoch. *d. praſum.* 51. & Intrigl. *d. q.* 6.

5 Sed quid ſi eſſet facta ſubſtitutio in re certa, an trahatur ad omnia bona, videatur Peregr. *de fideicom. art.* 34. *n.* 59.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa ſubſtitutio communibus verbis à milite facta, vel alio priuilegiato omni tempore eſt directa, contra n.* 2. *quod poſt pubertatem obliquetur, limita numero tertio.*

3 *Compendioſa ſubſtitutio communibus verbis à milite vel alio priuilegiato facta poſt pubertatem obliquatur matre extante in medio, contra n.* 4.

5 *Compendioſa in re certa facta communibus verbis à milite, vel alio priuilegiato, quid comprehendat?*

QVÆSTIO CCXXXV.

Compendioſa ſubſtitutio communibus verbis facta à milite, vel alio priuilegiato, quas ſubſtitutiones contineat?

QVæro, quas ſubſtitutiones contineat compendioſa ſubſtitutio communibus verbis facta à milite, vel alio priuilegiato? Et in hoc ſunt duæ opiniones, prima eſt opinio, quod contineat vulgarem ante aditam, pupillarem poſt aditam ante pubertatem, poſtea verò ſit directa militaris, hanc opinionem tenent Bart. *in l. centurio, n.* 12. *ff. de vulg.* & ibi Soc. ſen. *nu.* 21. & 25. Zaſ. *n.* 28. Gallia. *n.* 249. & Soc. iun. *num.* 197. Corn. *in l. precib. n.* 26. *C. de imp. & al ſubſt.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, Imol. *in c. Raynutius, n.* 37. *extr. de teſtam.* & ibi Did. §. 9. *n.* 13. Fum. *de compen. n.* 81. Zaſ. *de comp. cap.* 5. *colum.* 4. *n.* 10. Polit. *de compend.* 4. *principali concluſione primi effectus,* Odd. *de compen. par.* 5. *q.* 3. *de compend. ſubſt. à milit. fact. art.* 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Menoch. *li.* 4. *præſump.* 52. *in fine,* Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 8. *n.* 12. & *ſeqq.* Intrig. qui alios addit *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 5. Gallia. *de except. ſucc. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 25. *par.* 2. 1

Contrariam opinionem, quod poſt pubertatem obliquetur, tenet Iacob. de Aren. *d. l. precib.* & ibi Cin. Caſtr. *n.* 14. Salic. *col.* 4. & Alex. *num.* 10. *C. de imp. & al. ſubſt.* Caſtr. *d. l. Centurio, n.* 6. & ibi Alex. *n.* 57. Iaſ. *n.* 18. Rip. *n.* 67. Soc. iun. *n.* 192. & 198. qui tamen affirmat primam opinionem communem, & Ceph. *nu.* 434. & *ſeq.* qui pariter dicit primam opinionem eſſe communem, *ff. de vulgar.* Salic. *in l. teſtamento, C. de teſtam. milit.* & ibi Caſtr. Alex. *conſ.* 12. *n.* 21. *lib.* 3. Vaſq. *lib.* 2. *de ſucceſſ. progr.* §. 18. *n.* 63. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem. 2

Tenendo primam opinionem communem.

Limitatur matre extante in medio, quia tunc ante aditam erit vulgaris, poſt aditam erit pupillaris ante pubertatem, & poſtea fauore matris erit fideicommiſſaria, non directa militaris, Gloſ. *d. l. precibus, in verbo fideicommiſſi,* & ibi Caſtr. *n.* 14. Alex. *n.* 10. Sebaſt. Sap. *n.* 44. qui dicit eſſe communem opinionem, *C. de imp. & al. ſubſt.* Bar. *d. l. Centurio, n.* 12. & ibi Bald. *colum.* 1. Ang. *num.* 4. Soc. ſen. *nume.* 26. vbi teſtatur de communi opinione, & Ceph. *n.* 31. *ff. de vulg.* Alex. *d. l. in teſtamento, num.* 16. *C. de teſtam. milit.* Did. Iac. Couar. *in ca. Raynutius,* §. 6. *nu.* 13. *ext. de teſtam.* Odd. *d. art.* 2. vbi dicit ita omnes tenere, Alex. Trent. *de ſubſt. part.* 4. *cap.* 8. *n.* 12. & *ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, Menoc. *d. preſum.* 52. *in fine.* Intrigl. *d. q.* Gallia *d. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 24. *par.* 2. 3

Contrariam opinionem, quod etiam tunc poſt aditam valeat, vt directa militaris tenent Fulgoſ. *d. l. precib.* & ibi Chriſt. de Caſtel. & Coraſ. *C. de imp. & al. ſubſt.* Vaſq. *li.* 2. *de ſucceſſ. progr.* §. 18. *n.* 64. 4

De hac quæſtione, vide plura per Menoch. *dicta præſumpt.* 52.

Sed quid ſi facta ſit in re certa, vide diſtinctionem Peregr. *de fideicom. art.* 34. *n.* 59. 5

QVAESTIO CCXXXVI.

Compendioſa ſubſtitutio à milite, vel alio priuilegiato obliquis verbis facta, an omni tempore ſit fideicommiſſaria?

1 QVæro, an compendioſa facta à milite, vel alio priuilegiato obliquis verbis, ſit omni tempore fideicommiſſaria? Et teneas eſſe omni tempore fideicommiſſariam, Bart. *in l. centurio. n.* 12. *ff. de vul.* & ibi Soc. ſen. *n.* 21. Gall. *n.* 251. Rip. *n.* 68. Aquil. *in* 4. *par. n.* 123. & Ceph. *n.* . . . Corn. *in l. precib. n.* 25. *C. de imp. & al. ſubſt.* Imol. *in c. Raynutius, n.* 177. *ext. de teſtam.* & ibi Did. § 9. *n.* 14. Polit. *de compend. n.* 20. Vaſq. *de compend. n.* 68. Præt. *de interp. vlt. vol fol.* 261. *n.* 21. *in fine,* Menoc. *de præſump. li.* 4. *præſum.* 52. *n.* 17. Alex. Trent. *de ſubſt. pa.* 4. *c.* 8. *n.* 11. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. qui etiam multos alios refert *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 7. Gal. *de except. ſucc. tit.* 4. *excep.* 32. *n.* 29.

Contrariam opinionem, quod ante aditam contineat vulgarem, probauit Odd. *de compend. par.* 5. *tit. de compend. à mil. fact. q.* 3. *art.* 1.

2 Limitatur primò communis opinio, quando teſtator diceret, ſuſtituere ex priuilegio militari, vel ſimilia verba protuliſſet. Odd. *ibi ſuprà,* poſt Soc. iun. *relatum.*

3 Limitatur ſecundò, quando teſtator dixiſſet, vt reſtituat vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Soc. iun. *d. l. centurio, n.* 200. *ff. de vulg.* Odd. *ibi ſuprà.* Intrigl. *d. q.* 7. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa ſubſtitutio directis verbis facta continet vulgarẽ. Amplia & declara per totam quæſt.*

3 *Compendioſa ſubſtitutio directis verbis in quota hereditatis facta continet vulgarem, & trahitur ad omnia bona.*

4 *Compendioſa ſubſtitutio directis verbis facta in bonis ſimpliciter continet vulgarem.*

5 *Compendioſa ſubſtitutio directis verbis in quota bonorum, vel re certa facta continet vulgarem, & trahitur ad omnia bona.*

6 *Compendioſa directis verbis facta non continet vulgarem, quando adeſt alia ſubſtitutio vulgaris ſpecialiter facta, amplia n.* 7.

8 *Cõpendioſa directis verbis facta non continet vulgarem, quando verba ſubſtitutionis ſonant, vt ſubſtitutus admittatur poſt aditam, contra n.* 9.

10 *Compendioſa directis verbis facta non continet vulgarem, quando appoſita eſt conditio, ſi hæres erit, & quandocunque deceſſerit Titius hæres eſto, contra n.* 11.

11 *Verba, ſi hæres erit, adiecta compendioſa non faciunt contradictiones, nec mutant naturã compendioſa.*

12 *Verba ſi hæres erit, intelligi poſſunt ſi illi delata erit hæreditas, verſi. præterea.*

13 *Mens teſtatoris attenditur potius quàm vis, & natura verborum.*

14 *Pro expreſſo habetur quod teſtator veriſimiliter expreſſiſſet, ſi fuiſſet interrogatus.*

16 *Cõpendioſa directis verbis facta non continet vulgarem, ſi ſubſtitutio ſit facta his verbis, filio hæredi quãdocũque deceſſerit, Titius hæres eſto, cõt. n.* 18.

17 *Subſtitutio facta Titio hæredi quandocunque deceſſerit, non habet locum, quando Titius non fuit hæres, contra n.* 19.

20 *Compendioſa in re certa directis verbis facta continet vulgarem, declara ibi.*

QVAESTIO CCXXXVII.

Subſtitutio compendioſa directa verbis facta à Pagano, vtrum contineat vulgarem?

REcepta eſt omnium ſententia quod compendioſa directis verbis à Pagano facta continet vulgarem, vt in ſpecie ſcribunt Doctores omnes *in l. centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Caualca. *in l. precibus, nu.* 60. *C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Sebaſt. Sap. *n.* 71. & Curtium *n.* 57. Soc. ſen. *conſ.* 116. *n.* 8. *li.* 1. *& conſ.* 94. *in principio li.* 4. Corn. *conſ.* 297. *col. pen. lib.* 1. Odd. *de compend. ſubſt. par.* 5. *tit. de compend. à Pagano facta, art.* 1. *n.* 1. vbi dicit hoc non habere aliquod dubium, Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. vbi alios plures adducit, Peregr. *de fideicomm. art.* 34. *num.* 16. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 269. *n.* 15. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 10. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 45. *& ſeq. par.* 2. 1

Ampliatur primò, vt nec verbum, deceſſerit, excludat vulgarem, Bart. *in d. l. centurio, num.* 32. & ibi Alex. *num.* 70. Iaſ. *num.* 23. Soc. ſen. *nu.* 15. Lanfranc. de Oriano *n.* 22. & Rip. *n.* 101. & 146. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Bald. *in l. precibus,* & ibi Iaſ. *n.* 12. *C. de imp. & al. ſubſt.* Bart. *in l. quandiu, la* 2. *n.* 10. *ff. de acquirenda hæreditate,* Aretin. *in l. generaliter, C. de inſt. & ſubſt.* Did. *in c. Raynutius,* § 9. *n.* 17. *ext. de teſtam.* Vaſq. qui alios adducit *li.* 2. *de ſucc. prog.* § 11. *n.* 3. Menoc. *li.* 4. *præſum.* 53. *num.* 2. 2

Ampliatur ſecundò, & ſi facta eſſet ſubſtitutio in certa quota hæreditatis, nam vulgarem continebit, & ad vniuerſum trahetur, ſiue ſit facta verbis directis ciuilibus, ſiue non. Peregr. *de fideic. art.* 34. *n.* 18. 3

Ampliatur tertiò, & ſi ſubſtitutio ſit facta in bonis ſimpliciter, Pereg. *d. art.* 34. *n.* 18. 4

Ampliatur quartò, & ſi ſubſtitutio ſit facta in quota bonorum, vel in re certa, Bald. *conſ.* 296 *præmittendum eſt, lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 72. *colum. pen. li.* 3. Ceph. *conſ.* 411. Peregr. *de fideic. art.* 34. *n.* 19. 5

Limitatur primò, quando extaret alia ſubſtitutio ſpecialiter facta in caſum vulgaris, nam tunc compendioſa licet directis verbis facta vulgarem non comprehenderet. Dec. poſt alios, *in l. precib. col.* 1. *C. de impub. & al. ſubſt.* Zanch. *in l. hæredes mei,* § *cum ita, n.* 681. *ff. ad Treb.* Crauet. *conſ.* 98. *col. vlt.* Odd. *conſ.* 12. *num.* 21. *& nu.* 32. Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 270. *num.* 16. *in fine.* 6

Extenditur iſta limitatio, & ſi in altero tantum capite vulgaris fuiſſet prouiſum, Zanch. *in l. hæredes mei,* § *cum ita, n.* 681. *ff. ad Trebell.* 7

Limitatur ſecundò, quando verba ſubſtitutionis ſonarent, quod ſubſtitutus admittatur poſt aditam, vt ſi teſtator vocaſſet ſubſtitutum poſt decem annos à die acquiſitæ poſſeſſionis per hæredem, ita Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 12. Honded. *conſ.* 49. *n.* 37. *lib.* 2. & dictum eſt *ſuprà q.* 233. *n.* 56. *& ſeq.* 8

Contrarium tamen voluit Soc. iun. *conſ.* 114. *nu.* 26. *lib.* 2. vbi ſi facta ſit ſubſtitutio, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, poſtquam ad eum fuerit deuoluta hæreditas, dicit locum eſſe ſubſtitutioni per vulgarem, inſtituto ante aditam moriente.

Limitatur tertio, quando ſubſtitutio eſſet facta his verbis, & ſi filius meus mihi hæres erit, & quandocunque deceſſerit, Titius hæres eſto, quia tunc excluditur vulgaris per illam conditionem, ſi filius hæres erit, quæ non euenit, ſed contrarius caſus contingit & quia iſta conditio, ſi hæres erit, repugnat vulgari, Doct. *in l.* 1. *ff. de vulg.* ideo ſubſtitutio non poteſt vulgarem continere, 10

ri teſtator enim apponendo illa verba, ſi hæres erit, vo-
luit filium eſſe hæredem, vltra quod, vt dicit Zanch. *lo-*
co infrà relato, vulgaris concipitur verbis negatiuis, ſi
hæres non erit, & iſta ſubſtitutio eſt concepta verbis af-
firmatiuis, ſi hæres erit, & per conſequens verbis con-
trariis vulgari, in ſpecie autem hanc limitationem pro-
barunt, Alex. *conſ.* 1. *li.* 1. Corn. *conſ.* 199. *num.* 2. *lib.* 3.
Iaſ. 148. *colum.* 4. *li.* 2. Dec. *conſ.* 89 *in principio, conſil.*
213. *colum.* 4. *conſi.* 238. *num.* 2 *conſ.* 427. *n.* 9. *& conſil.*
635. *colum.* 2. Bertrand. *conſ.* 365 *li.* 1. Crott. *conſi.* 58.
Vero. *conſ.* 98. *num.* 5. 7. 8 *li.* 2. *& conſ.* 110. *n.* 10. *&* 62.
Soc. iun. *conſ.* 81 *nu.* 47. *li* 2. Nat. *conſ.* 465. *col.* 2. *in fine,*
& ſeq. conſi. 676. *ante n.* 27. *& conſi.* 698. *n.* 20. Alciat.
conſi. 198. *num.* 12. vbi dicit hanc opinionem veram, &
communem, *conſ.* 492. *nu.* 28. *& conſ.* 569. *n.* 32. vbi
pariter dicit hanc opinionem communem & ſecundum
eam fuiſſe iudicatum, Ruin. *conſ.* 29. *colum.* 3. *& ſeq. li.*
2. Rolan. à Vall. *conſ.* 57. *n.* 56. *& ſeq. & conſ.* 58. *n.* 52.
lib. 3. Honde. *conſi.* 49. *n.* 38. *li.* 2. Curt. iun. *in l.* 1. *n.* 6. *C.*
de impub. & alijs ſubſt. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum*
ita, par. 2. *n.* 47. *ff. ad Trebel. ſecundum vltimam impreſ*
ſionem, & in prima editione eſt ſub n. 49. *&* 50. vbi præ-
cisè damnat conſilium Curt. Iun. tenentis contrarium,
Odd. *de comp. part.* 6. *art.* 1. *circa finem.* Decia. etiam
latè defendit Alexandrum, & ſi hanc ſententiam in Apo
logia ſua poſita *poſt ſua conſilia c.* 17. vbi dicit eſſe com-
munem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap. vlt.*
n. 34. *in fine,* Peregr. *de fideic. art.* 15. *n.* 19. 40. *& ſeqq.*
Alex. Raud. *de analogis, cap.* 37. *n.* 112. *vſque ad n.* 139.
Alban. *in locubrat. ad Bart. in d. l. centurio n.* 4.
11 Contrariam tamen ſentētiam probarunt Bald. *conſ.*
170. quidam Nicolaus *lib.* 5. *alias conſ.* 464. *li.* 2. Corn.
conſ. 297. *li.* 1. *& conſ.* 138. *litera A, li.* 2. Curt. iun. *conſ.*
83. *per totum*, vbi tamen primam opinionem admittit,
quando ſubſtitutio eſt facta verbis communibus, ſecus
ſi verbis directis, vt eſt præſens quæſtio, Soc. iun. *conſ.*
114. *n.* 26. *lib.* 1. Alciat. relatus à Decian. *d. c.* 17. Boer.
deciſ. 39. *per totum maximè, num.* 15 vbi alios allegat,
Vaſq. *de ſuc. prog. li.* 2. *§.* 12. *n.* 9. vbi multos citat, & dicit
hanc eſſe communem opinionem.
12 Ratio adducitur, quia verba illa, ſi hæres erit, adie-
cta compendioſæ ſubſtitutioni nihil mutant, nec indu-
cunt conditionem, vt dicit Vaſq. *loco citato*, qui ad hoc
adducit *leg.* 3. *in principio, ff. de adimen. legat. l. Seio ex*
parte, ff. de fundo inſtructo. & auth. de reſt. poſt princ.
Præterea illa verba ſi hæres foret, intelligi poſſunt, ſi
illi delata eſſet hæreditas, prout etiam intelliguntur *in*
l. hæreditas, §. qui filium, ff. de teſtam. tutel. & ſic, vt ſi il-
le non fuiſſet hæres, locum haberet vulgaris, ſi verò fuiſ
ſet hæres, & poſtea deceſſiſſet fideicōmiſſaria, ita Curt.
iun. *d. conſi.* 83. *n.* 2. *verſi. nec obſtat.*
Accedat, quòd verba ſubſtitutionis ſunt directa, vn-
de magna eſt quæſtio, an compendioſa directis verbis
facta fideicommiſſariam contineat, vt dicam *q.* 245. vbi
patet eſſe magis communem, quod non contineat, ſed
conceſſo, quod contineat, eſt contra proprietatem, &
naturam verborum, & fortiora debent eſſe verba ſub-
ſtitutionis, Titius hæres eſto, ad importandam vulga-
rem, quàm illa, ſi hæres erit, ad importandam ſolum fi-
deicommiſſariam, ita arguit, & comprobat, Curt. iun.
13 *d. conſ.* 83. *n.* 3. Vnde res prædictas rationes ego in hanc
ſententiam ſum procliuior, quæ etiam videtur conue-
nire menti teſtatoris, quæ potiùs attendi debet, quàm
vis, & natura verborum, ſecundum Baldum *in l. vlt. co-*
lum. penul. C. de imp. & al. ſubſt. Bart. *in l. in ambiguo,*
ff. de reb. dubijs, Clar. *in §. teſta. q.* 76. Menoch. *conſ.* 20.
num. 20. *li.* 1. *& in tractatu præſum. li.* 1. *q.* 26. Mant. *de*
coniect. vlt. volunt. lib. 3. *tit.* 5. Peregr. *de fideic. latiſſi-*
mè art. 11. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 153. *numer.*
219. *& ſeq. & fol.* 162. *ſolut.* 1. & in vltimis voluntati- 14
bus habetur pro expreſſo, quòd teſtator expreſſiſſet, ſi
fuiſſet interrogatus, vel de eo cogitaſſet, ita poſt plures
cogeſtos, Ant. Gabr. *de reg. iur. concluſ.* 10. Mant. *de co-*
niect. vlt. volunt. li. 3. *tit.* 19. Præt. *de interp. vlt. volu.*
fol. 52. *ſolut.* 15. Pereg. *de fideicom. art.* 11. *n.* 32. & con-
firmatur ratione, nam ſi teſtator voluit ſubſtitutum ha-
bere moriente inſtituto, qui fuit hæres teſtatoris, multò
magis idem cenſentur voluiſſe, vbi morte præuentus nō
potuit ſuccedere, & hanc dicit eſſe rationem, quæ non
poteſt cauillari Surdus in ſimili, *dec.* 37. *n.* 20. qui alle-
gat Dec. *conſ.* 227. *n.* 12. *verſ. & in caſu noſtro,* Socin.
iun. *conſ.* 106. *n.* 20. *li.* 1. & Menoc. *conſ.* 109. *n.* 30. & idē
Sur. *ibidem, n.* 14. *vſque ad finem,* dum damnat opinio-
nem, Soc. ſen. multis confirmat ſententiam noſtram in
ſimili, quæ apud eum videri poterunt.
Prima tamen opinio procederet, ſi ex alijs verbis ap- 15
pareret, quod teſtator voluit inſtitutum, omninò eſſe
hæredem vt erat in caſu Alex. *d. conſi. lib.* 1. vbi dictum
erat, ſi hæres erit, & voluntatem teſtatoris ſeruauerit, &
in caſu Honded. *d. conſi.* 48. *n.* 38. *lib.* 2. vbi dictum erat,
poſtquam hæreditatem acquiſiuerit, quæ verba exclu-
dunt interpretationem ſuprà datam in ſecundo funda-
mento, *verſi. Præterea,* nec poſſunt vrificari in hæredi-
tate delata, ſed ſolum in adita, & ita etiā declarat Præt.
de interp. vlt. vol. fol. 199. *n.* 34.
Sed quid ſi in teſtamento adſit clauſula codicillaris, 16
videantur, Bald. *conſi.* 170. quidā Nicolaus, *libr.* 5. Boer
d. dec. 38. Menoc. *conſi.* 326. *n.* 36. 40.
Limitatur quartò, & erit ampliatio ad præcedentem 17
limitationem, quando teſtator ſubſtituit hoc modo, &
ſi filius meus hæres quandocunque deceſſerit, &c. quia
adhuc, vt ſit locus ſubſtitutioni filius debet eſſe hæres
& ſi non fuit hæres, non poterit ſuſtineri ſubſtitutio, &
propterea continebitur fideicommiſſaria, non autem
vulgaris, Alex. *conſi.* 1. *lib.* 1. Dec. *d. cap.* 17. *num.* 12. vbi
teſtatur Alex. opinionem eſſe communiter receptam,
Alex. Rauden. *de analogis, cap.* 37. *nu.* 112. *vſque ad n.*
139. Peregr. *de fideic. art.* 15. *n.* 40. & volunt omnes re-
lati *in precedenti limitatione.*
Contrariam opinionē ſequuti ſunt alij, volentes illa 18
verba ſi filius hæres deceſſerit, intelligenda eſſe, quaſi
dictum ſit ſi filius quem heredem inſtitui deceſſerit, non
autem, quod requiratur eum deceſſiſſe poſt aditam hæ
reditatem, ita in ſpecie declarant Bald. *conſ.* 170. *qui*
dā Nicolaus, lib. 5. *alid, conſi.* 464. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.*
12. *colum.* 2. *lib.* 3. Curt. iun. *conſi.* 83. *per totum,* Boer.
dec. 38. *n.* 16. Vaſq. *de ſucceſſ. prog. §.* 12. *n.* 9. vbi alios ad
dit, & dicit eſſe communem opinionem, Præt. de *inter.*
vlt. vol. fol. 199. *n.* 33. *& ſeq.* vbi tamē diſtinguit, Alex.
Trent. *de ſubſt. par.* 4. *ca.* 2. *nu.* 3. *verſi. ſecundum caſus.*
Hæc tamen ſecunda opinio non procederet, quando 19
aliter conſtat de mente teſtatoris, vt quando nomen
hæredis in actu grauaminis profertur, Pret. *d. fol.* 199.
n. 34.
Limitatur quintò, quando ſubſtitutio eſſet facta in 20
re certa, & verba non eſſent directa ciuilia, licet ſecus
ſit, quando verba ſunt directa ciuilia, prout diſtinguit
ſupra quæſt. 117. vbi agitur de pupil. & vide Intrig. *cent.*
3. *q.* 24. *num.* 6. Bardell. *conſi.* 9. *n.* 9. *& ſeq.* vbi dicit pro-
cedere nullo dato vniuerſaliter ſubſtituto, & ampliat
etiam quod verbis directis ſit additum verbum com-
mune, & videnda etiam erunt, quæ dixi de *vulgari quæ-*
ſtione 71.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa cōmunibus verbis facta continet vul-*
garem, amplia, & declara per totam queſtionem.

4 *Compen-*

4 *Compendioſa facta communibus verbis, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, continet vulgarem.*

5 *Compendioſa communibus verbis facta in quota bonorum, non continet vulgarem.*

6 *Compendioſa communibus verbis facta in bonis mobilibus, & immobilibus, vel aliter in re certa non continet vulgarem, amplia num. 7. & ſeqq. & declara n. 9. & 10.*

QVAESTIO CCXXXVIII.

Vtrum compendioſa ſubſtitutio communibus verbis facta à Pagano contineat vulgarem?

1 VIdimus in præcedenti quæſtione, quando vulgaris contineantur in compendioſa ſubſtitutione directis verbis facta, nunc ſequitur vt videamus, quando ſubſtitutio compendioſa eſt facta communibus verbis, an tunc contineat vulgarem? Et continere ſcribunt omnes Bart. *in l. centurio, num.* 32. & ibi Alex. *n.* 70. Iaſ. *nu.* 23. Lanfranc. de Oriano, *n.* 29. Rip. *n.* 101. *& nu.* 146. Gallia. *num.* 422. & alij communiter, *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Paul. de Caſt. *conſi.* 86. *n.* 1. *& conſi.* 115. *n.* 2. *lib.* 1. Alex. *conſi.* 1. *n.* 2. *li.* 1. *& conſi.* 13. *n.* 4. *li.* 4. Dec. *conſi.* 227. *n.* 3. *& conſ.* 416. *n.* 6. Soc. iun. *conſ.* 121. *n.* 10. *li.* 1. Nat. *conſ.* 247. *nu.* 2. Hier. Gab. *conſ.* 104. *n.* 2. *li.* 1. Odd. *conſ.* 10. *n.* 1. *& n.* 30. Pereg. *conſ.* 40. *n.* 4. *li.* 1. *& tract. de fideic. art.* 34. *n.* 16. *& n.* 67. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.* 61. Vaſq. *de ſucc. creat. lib.* 2. *§.* 11. *n.* 27. Menoc. *li.* 4. *præſum.* 53. vbi alios multos addit, Præt. qui etiam multos allegat teſtando de communi opinione, *trac. de interpr. vlt. vol. fol.* 270. *n.* 16. Odd. *de compend. par.* 5. *q.* 3. *tit. de compend. à Pagano facta, art.* 3. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap.* 2. *n.* 2. vbi plures citat Intrig. etiam poſt multos citatos hãc ſequutus eſt ſententiam *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 22. Gall. *de except. ſucc. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 85. *& ſeq. par.* 2. Boer. *deciſ.* 38. *n.* 10. Franc. Marc. *deciſ.* 78. *n.* 2. Surd. *dec.* 37. *num.* 9. & per totam, Magon. *deciſ. Florent.* 4. *n.* 2.

2 Contrariam opinionem malè probauit Polit. *trac. de compend. ſubſt. n.* 3. & Vaſq. *de ſuc. prog. tit. de comp. n.* 1.

3 Ampliatur prima opinio receptiſſima, & ſi ſubſtitutus ſit quis pleno iure, vel aliter prohibita eſſet Trebellianica. Odd. *conſ.* 2. *n.* 17.

4 Ampliatur ſecundò, & ſi ſubſtitutio ſit facta ſub conditione, ſi ſine liberis, Surd. latè *deciſ.* 37. *maximè n.* 33. *vſque ad finem*, vbi allegat Caſtr. Soc. iun. Crauet. Bart. Dec. Bald. Ruin. Alcia. Coſt. Corn. Nat. & alios, & multis comprobat, & vult procedere etiam quando euenit caſus vulgaris, quod inſtitutus ſit præmortuus teſtatori.

5 Limitatur primò, quando ſubſtitutio eſſet facta in quota bonorum, Pereg. *d. fideic. art.* 34. *n.* 19. *verſi. aut fuit facta*, qui tamen declarat non procedere, quando totus aſſis fuiſſet per quotas diuiſus.

6 Limitatur ſecundò, quando ſubſtitutio eſt facta in re certa, vt quia facta ſit in bonis mobilibus, & immobilibus, quia tunc verba communia æquiparantur obliquis, *l. ſecunda, C. cõm. de lega. l. Lucius, §. filiam, ff. de lega.* 2. Bartol. *in l. Centurio, num.* 18. *& num.* 33. & ibi Rip. *nu.* 152. & Gallia. *num.* 431. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* Franc. *in cap. ſi pater, colum.* 39. *de teſtament. in* 6. Alex. *conſ.* 70. *& conſ.* 177. *col.* 2. *li.* 2. Ceph. *conſ.* 411. *num.* 15. *vſque ad finem*, vbi alios multos addit Bardell. *conſ.* 9. *num.* 14. Odd. *conſ.* 10. *dubio primo, & in tractatu de compen. par.* 5. *quæſt.* 3. *tit. de compend. à Pagano facta, art.* 3. *numero* 37. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *titul.* 7. *numero* 12. *verſic. amplius dico.* Peregr. *de fideicomm. artic.* 34. *numero* 19. *circa finem.* Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *queſtion.* 24. *numero* 5. Rota Romana, *in nouiſ. deciſ.* 194. *numero* 2. *par.* 2. *& in collect.* per Farinac. *deciſ.* 231 *numero* 2. *par.* 2. Seraph. *deciſ. Roman.* 584. *numero ſecundo.*

Extenditur primò hæc limitatio, etiam quando quis 7
eſt inſtitutus in mobilibus, & immobilibus, & illi datus eſt ſubſtitutus compendioſè ſimpliciter quia intelligitur facta ſubſtitutio ſolum in bonis mobilibus, & immobilibus, & per hoc non continebitur vulgaris. Odd. *dicto conſ.* 10. *dubio primo*, vbi loquitur, quando teſtator inſtituerat hæredem vniuerſalem in omnibus bonis mobilibus & immobilibus. Huius tamen celeberrimi viri deciſio mihi periculoſa videtur, quia inſtitutio in bonis mobilibus, & immobilibus facta trahitur ad omnia bona, *l. tertia, §. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtitu.* & propterea ſubſtitutio debet cenſeri facta vniuerſaliter, & Doctores, qui dicunt non contineri vulgarem in huiuſmodi ſubſtitutione, loquuntur quando teſtator dixit, Subſtituere in bonis mobilibus, & immobilibus.

Ad quod facit etiam, nam ſi inſtitutus quis ſit in re 8
certa nullo dato cohærede, & fideicommiſſo ſit grauatus, tenebitur reſtituere totam hæreditatem, non autem illam rem, in qua fuit inſtitutus, Bartol. *in l. cogi, §. ſed & ſimiles, ff. ad Trebel.* Bald. *conſ.* 296. *præmittendum eſt, li.* 4. Iaſ. *conſ.* 72. *col. penult. lib.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 3. *n.* 5. Licet à Bartoli opinione diſſentiant Imo. Cuman. Paul. Caſt. & Alex. *in d. §. ſed & ſimiles.* Cogitandum igitur erit, & videndum, *d. q.* 653. an fideicommiſſo grauatus teneatur reſtituere id, quod ſibi ex vulgari ſubſtitutione obuenit, & poſtquam hæc ſcripſiſſem inueni *deciſ. Rotæ Romanæ, in nouiſ. deciſ.* 194. *par.* 2. vbi hanc extenſionem reprobat. idem dixit Seraph. *deciſ. Roman.* 584.

Extenditur ſecundò, & ſi facta ſit ſubſtitutio in re 9
certa, quæ aliquo modo poſſit dici vniuerſalis, vt quia facta in bonis maternis, vel paternis, Peregr. *d. art.* 34. *n.* 19. *circa finem.*

Sublimatur quando appoſita eſſet clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quia vulgaris contineretur, ſecundum Rip. *in d. l. centurio, num.* 154. *verſi. limita quinto, ff. de vulg.* poſt Corn. *conſ.* 35. *li.* 2. & videantur, *d. q.* 241. *n.* . .

Sublimitationes alias colligere quiſque poterit ex 11
dictis per Rip. *d. l. centurio, n.* 152. *& ſeq.* & ex his quæ dicentur, *d. q.* 241. *limit.* 12. *& ſeq.*

Limitatur tertiò, quando ſubſtitutio eſſet facta filio 12
qui ſupereſſet tempore mortis teſtatoris, & ſic quando teſtator limitauit diſpoſitionem ſuam ad eum, qui ſupereſſet poſt eius mortem, Soc. ſen. *conſ.* 76. *numero* 6. *verſi. poſtremo, lib.* 3. Surd. *dec.* 37. *n.* 13. *verſi. & non aduerſatur.* Sed tamen poſtea, *nu.* 29. damnat illum *dec. Socini*, quod credo eſſe verius per plura fundamẽta adducta ab ipſo Surdo *à num.* 13. *vſque ad finem.*

Limitatur aliis modis hæc concluſio ex his, quæ ſcri- 13
pſi *q. præcedenti*: Nam ſi vulgaris non continetur in illis caſibus quando ſubſtitutio eſt facta verbis directis, fortius non continebitur, quando facta erit verbis cõmunibus.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa ſubſtitutio obliquis verbis facta non continet vulgarem, contra n.* 2. *declara per totam quæſt.*

3 *Compendioſa obliquis verbis facta continet vulgarem, quando addita eſt clauſula vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum.*

4 *Cõpendioſa obliquis verbis facta hoc modo, ſi filius*

hæres

hæres non erit, vel hæres erit, et quandocunque deceſſerit, reſtituat hæreditatem, &c. continet vulgarem.

5 *Compendioſa vulgarem continet, quando teſtator dixit, hæredem reſtituere hæreditatem Titio, quem vulgariter ſubſtituit.*

6 *Compendioſa facta his verbis, quandocunque filius deceſſerit, ex nunc reſtituo &c. vulgarem continet, contra nu. 7.*

8 *Compendioſa obliquis verbis facta, vulgarem continet, ſi talis appareat mens teſtatoris.*

9 *Compendioſa obliquis verbis facta, vulgarem continet, ſi fideicommiſſariæ non potuit eſſe locus ob caſum qui euenit viuente teſtatore, nec ille prouidere potuit.*

QVAESTIO CCXXXIX.

Vtrum ſubſtitutio compendioſa obliquis verbis à Pagano facta contineat vulgarem?

POſtquam in præcedentibus duabus quæſtionibus diſcuſſum fuit, quando vulgaris contineatur in compendioſa directis, vel communibus verbis facta, conuenit vt nunc videamus, an contineatur ipſa vulgaris in cōpendioſa obliquis verbis à Pagano facta? Receptiſſima autem ſententia eſt, quod non contineatur, & hanc probarunt Bart. *in l. Centurio, numer. 32. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & ibi Ripa *nu.* 101. Soc. iun. *nu.* 274. Gallia. *num.* 421. Alciat. *nu.* 74. Aquilin. *in 5. par. num.* 123. vbi alios addit Cephal. *nu.* 793. vbi dicit eſſe communem opinionem: & alij communiter ſequuntur, Iaſ. *in l. 3. effectu, ff. eodem*, & ibi Soc. ſen. Curt. iun. *in l. precibus, num.* 48. *C. de imp. & alijs ſubſt.* Didac. *in cap. Rainutius, §. 9. num. 18. ext. de teſtam.* Corn. *conſ.* 199. *nu.* 23. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 116. *nu.* 24. *li.* 1. Crau. *conſ.* 210. *num.* 1. Socin. iun. *conſ.* 180. *num.* 72. *li.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c.* 10. *nu.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Pereg. *de fideicomm. art. 34. nu. 6. & ſeqq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 58. vbi dicit hanc eſſe receptam ſententiam, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 269. num.* 14. Intrigl. *de ſubſt. cent. qu.* 13. vbi alios multos addit, & *q. 22. nu.* 3. Scrap. *de c. Roman.* 943. *nu.* 2.

2 Contrariam opinionem malè probarunt Dec. *in d. l. precibus, n. 16. C. de imp. & al. ſubſt.* Ruin. *d. l. Centurio*, & ibi Ferdin. Soar. *in add. ad Galliā. n. 421. ff. de vulg. n.* 74. Odd. *de compen. par. 5. q. 3. tit. de compen. par. 5. qu. 3. tit. de compend. à Pagan. facta, art.* 2.

3 Limitatur prima recepta ſententia, quando teſtator dixit, hæredem reſtituere vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Soc. iun. *in d. l. Centurio, num. 242. & num.* 312. Odd. *de compend. par. 5. qu. 3. tit. de compend. à Pagan. facta, art. 2. nu.* 5. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 10. nu.* 3. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 269. num.* 14. Menoch. *lib. 4. præſump. 58. num. 4. & nu.* 9. Peregr. *de fideicomm. art. 34. nu.* 62. vbi alios refert Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 13. n.* 15.

4 Limitatur ſecūdò, quando teſtator ſubſtituit hoc modo, & quandocunque filius meus hæres non erit, vel erit, & poſtea deceſſerit, reſtituat, &c. nam vulgaris continebitur, ſi filius non fuit hæres. Bald. *in l. humanitatis, n. 53. C. de impub. & al. ſubſt.* Soc. ſen. *conſ. 116. n. 24. li.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 10. n.* 4. Odd. *d. art. 2. nu.* 6. Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 269. n.* 14. Pereg. *de fideic. art. 34. nu.* 62. vbi alios addit Menoch. *li. 4. præſump. 58. nu.* 5. Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 13. n.* 16.

5 Limitatur tertiò, quando teſtator dixit, hæredem reſtituere hæreditatem Titio, quem vulgariter ſubſtituit, per ea quæ ſcribunt Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 7. num.* 18. & alij relati in præcedentibus limitationibus.

Limitatur quartò, quando teſtator dixiſſet, ex tunc reſtituo, quia tunc vulgaris continetur, Bald. *in d. l. humanitatis, col. 11. C. de imp. & al. ſubſtit.* Ripa, *in d. l. Centurio, nu. 101. ff. de vulg.* Pereg. *de fideicommiſſ. art. 34. num.* 62. 6

Licet & hoc caſu non contineri vulgarem velit Cephal. *in d. l. Centurio, n.* 801. 7

Limitatur quintò, quando ex verbis colligi poteſt teſtatorem voluiſſe etiam vulgariter ſubſtituere, Peregr. *de fideicom. art. 34. nu.* 62. Intrigl. *d. centuria tertia, quæſtione 22. num.* 7. & ſentiunt omnes relati in præcedentibus limitationibus. 8

Limitatur ſextò, quādo fideicommiſſaria non potuit habere locum ob non aditam hæreditatem ex cauſa quæ euenit viuente teſtatore, nec ille potuit prouidere, quin tunc traheretur ad vulgarem ex præſumpta mente teſtatoris, Odd. *conſ. 10. n.* 56. 9

Intellige prædictas limitationes, vt conſeruetur ſubſtitutio in vim fideicommiſſi, nō autem in vim vulgaris, Soc. ſen. *in l. 1. col. vlt. ff. de vulg. & pup. ſubſti.* Soc. iun. *d. l. Centurio, n. 274. in fi. ff. eod.* 10

Contrariam opinionem, vt ſubſtitutio ſuſtineatur vt vulgaris, probauit & melius Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 22. num. 8. & ſeq.* & ſentiunt omnes ſuprà relati *in limitationibus.* 11

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa directis verbis facta, continet pupillarem, amplia & declara per totam quæſtionem.*

2 *Compendioſa directis verbis facta ſic, Titius ſit mihi hæres, vel in hæreditate mea, pupillarem continet, decl. ibi. & nu. ſeq.*

5 *Compendioſa directis verbis facta ſub conditione, ſi filius ſine liberis deceſſerit, continet pupillarem, contra num. 6.*

7 *Inteſtatus ille dicitur, qui potuit teſtari, & non eſt teſtatus.*

8 *Priuatio præſupponit habitum.*

9 *Conditio debet referri ad caſum, qui poteſt eſſe, & non eſſe.*

10 *Diſpoſitio quæ aliquid præſupponit, intelligi debet de perſona & caſu in quo præſuppoſitū verificari poteſt.*

11 *Compendioſa directis verbis facta in re certa, continet pupillarem.*

12 *Compendioſa directis verbis facta, continet pupillarem ad excluſionem matris etiam à legitima.*

QVÆSTIO CCXL.

Vtrum ſubſtitutio compendioſa à Pagano verbis directis facta, contineat pupillarem?

POſtquam in præcedentibus quæſtionibus viſum fuit, quando vulgaris continetur in compendioſa, nunc ſe offert locus videndi, quando pupillaris contineatur: & primò quando ſubſtitutio compendioſa eſt directis verbis facta? Quo caſu tenendum eſt pupillarem contineri *cap. ſi pater, de teſt. in 6. l. Centurio, ff. de vulg.* & ibi Doctores omnes, & eſt receptiſſima omnium ſententia, quam etiam approbarunt omnes infrà relati in ampliationibus, & limitationibus, & præcipuè tradunt, Odd. *de compend. p. 5. qu. 3. de comp. à Paga. fact. art. 1. num.* 2. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 7. nu.* 12. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 269. num.* 15. Pereg. *de fideicommiſſ. art. 33. nu.* 21. Alex. Trent. *de ſubſtitut. part. 4. cap. 2. n. 4. & ſeqq.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 22. n. 46. & ſeqq. par.* 2. 1

2 Ampliatur primò, & ſi in ſubſtitutione adeſſent verba, mihi, vel in hæreditate mea, dummodò compendioſa ſit facta per verba directa ciuilia, vel ſit facta expreſſa dinumeratio ætatum, hoc modo, ſi in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque, aliàs enim ſimpliciter facta per verba directa non ciuilia non contineret pupillarem, Bart. *in l. Centurio, nu.* 20. *ff. de vulg.* & ibi Corn. *nu.* 4. Fulg. *d. l. precibus nu.* 15. *in fine, C. de impub. & alijs ſubſt.* & ibi Caſtr. *num.* 15. Io. And. *in c. ſi pater, num.* 2. *de teſt. in* 6. & ibi Franc. *nu.* 6. Gemin. *n.* 6. Cotta, *in verb. hæredes, n.* 3. Ang. *conſi.* 148. Corn. *conſil* 138. *n.* 8. *conſ.* 322. *n. lib.* 3. Dec. *conſi.* 662. *in fine*, Dec. *conſil.* 82. *n.* 33. *li.* 3. Menoch. *conſ.* 362. *n.* 23. Pereg. *conſ.* 32. *n.* 41. *& ſeqq. li.* 2. Mant. *d. tit.* 7. *nu.* 12. Rota Rom. *in collect.* per Farin. *deciſ.* 131. *nu.* 6. *par.* 2.

3 Contrariam opinionem probarunt Dec. Pariſ. Socin. iun. & Polit. relati ab Eman. Coſt. *d. ca. ſi pater, in verbo hæredes, n.* 1. *de teſtam. in* 6.

4 Declaratur hæc ampliatio, vt non procedat, quando ſubſtitutio eſt facta cum taxatiua, vt in bonis meis tantum, Pereg. *conſ.* 32. *n.* 44. *li.* 2.

De hac ampliatione vide dicta *ſuprà q.* 129.

5 Ampliatur ſecundo iſta communis opinio, & ſi ſubſtitutio ſit facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, quia adhuc ſuo tempore continetur pupillaris, Bartol. *in l. Centurio, num.* 17. *ff. de vulg.* & ibi Bald. *in fine notabilium*, Aret. *nu.* 1. *& col.* 11. *ve. ſi. tene ergo*, Alex. *nu.* 68. Iaſ. *nu.* 33. Gail. *nu.* 399. *& ſ. q.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Socin. iun. *num.* 29. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Claud. de Seiſſel. *nu.* 29. & Ripa, *n.*... Bart. *in l. precibus, num.* 18. *C. de impub. & al. ſubſti* & ibi Bald. *nu.* 47. Caſtr. *nu.* 15. Salic. *col.* 20. Fulg. *nu.* 17. Abb. *nu.* 120 Alex. *nu.* 13. & alij communiter Bald. *in l. ex tribus, C. de inof. teſt.* Alber. *in rub. de vul. nume.* 92. vbi teſtatur de magis communi opinione, Franc. *in c. ſi pater, col.* 30. *verſic.* 4. *quæritur, de teſtam. in* 6. Imol. *in c. Rainutius, num.* 181. *in fin. ext. de teſt.* & ibi alij Doct. Old. *conſ.* 181. Bart. *conſ.* 12. *n.* 1. *& conſ.* 54. *nu.* 15. *in fi.* Bald. *conſ.* 18. *conſ.* 35. *nu.* 2. *li.* 2. *& conſil.* 422. *li.* 3. Anchar. *conſ.* 27. *n.* 2. Caſtr. *conſ.* 402. *n.* 2. *li.* 1. Rip. *reſp.* 20. *n.* 2. *de ſubſ.* vbi teſtatur de communi opinione, Curt. iun. *conſ.* 86. *n.* 5. Dec. *conſ.* 82. *n.* 27. *& ſeqq. li.* 3. Odd. *conſ.* 95. *nu.* 41. vbi dicit contrariam opinionem communiter reprobari, Surd. *conſ.* 200. *nu.* 12. *li.* 2. vbi de communi opinione, Pract. Pap. *in form. lib. quo agitur ex ſubſtit. de comp. n.* 20. Bal. *de comp. n.* 11. Bart. Huc. *de comp. nu.* 7. Zaſ. *de comp. col.* 8. *in fi.* vbi teſtatur de communi opinione, Leon. *de comp. nu.* 432. vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.* 71. *n.* 3. vbi teſtatur hãc eſſe magis communem opinionem, & veriorem, Odd. *d. art.* 1. *nu.* 10. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. li.* 2. § 18. *nu.* 75. Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 9. *nu.* 23. vbi dicit eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideic. art.* 24. *nu.* 60. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 14. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de comp. ante n.* 23. Boer. *deciſ.* 356.

Probatur primò iſta opinio per *tex. in l. Centurio, ff. de vul. & pup. ſubſt.* vbi facta erat ſubſtitutio cõpendioſa pupillo ſub conditione, ſi ſine liberis, & dicitur intra tempora pupillaris ætatis continere pupillarem.

Secundò, idem probatur ex *capitulo ſi pater, de teſta. in* 6. vbi pariter pupillæ erat facta ſubſtitutio, ſi ſine liberis moreretur, & intra tempora pupillaris ætatis valet, vt pupillaris ſubſtitutio, ex ratione, de qua ibi in textu, quòd ſcilicet ſubſtitutio directa potiùs, quam obliqua interpretari debeat, ſi conuenit verbis, & perſonis, nec verba, ſi ſine liberis, impediunt quin ſubſtitutio conueniat perſonis.

Tertiò arguunt, quod expreſſio eius, quod ſubintelligitur nil operatur, ſed conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur, etiam ſi non exprimatur *l. cum auus, ff. de cond. & demon. l. cum concordantibus*, ergo, &c. Conditio enim iſta, ſi ſine filijs, fuit adiecta ad præterendum filios ſubſtituto *ad l. Lucius, ff. de hæred. inſt.* non autem ad excludendam pupillarem ſubſtitutionem moriente pupillo in ætate pupillari, quæ ſubſtitutio pupillaris eſt fauorabilis filio, *§. qua ratione, inſt. tit. de pup.* Bart. *in l.* 2. *n.* 18. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & ibi alij, & dixi ſuprà *q.* 89. è contra vero fideicommiſſaria eſt odioſa, *l. cohæredi, §. cum filia ff. eod.* & latius dicetur *q.* 290.

Quartò, Doctores præcipuè Decianus *d. conſ.* 82. *nu.* 27. *li.* 3. mouetur, quia verba, ſi ſine liberis, non debent alterare naturam verbi directi, vt tranſeat in fideicommiſſum cũ poſſint ſaluari ex lata interpretatione quod ſine liberis decedere dicatur, & is, qui liberos habere non poteſt, cum & ſine teſtamento dicatur, deceſſiſſe qui teſtamentum facere non potuit, *l.* 1. *& ibi notatur, ff. de ſuis, & legitimis.*

6 Contrariã ſententiã, quòd imò ſubſtitutio non valeat vt pupillaris, ſed ſemper ſit fideicommiſſaria, probarunt Gl. *in l. precib. in verbo fideicommiſſi, C. de imp. & alijs ſubſt.* Azo. *in rub. C. eod. n.* 14. Salic. *in d. l. Centurio, ff. de vulg.* Innoc. *in ca. Rainutius, in princ. ext. de teſta.* Odd. *conſ.* 99. Bald. *conſ.* 47. *li.* 1. Corn. *conſ.* 173. *n.* 1. *& conſ.* 297. *in prin. li.* 1. Rol. *de comp. n.* 24. *de comp. n.* 25. *in fi.*

7 Pro hac opinione eã tenentes adducunt primò *l. prima, ff. de ſuis, & legit.* vbi habetur, quod inteſtatus ille dicitur, qui moritur cum teſtari potuit, ſed noluit, vel impeditus fuit, non autem inteſtatus dicitur, qui ob impotentiam naturalem ętatis teſtari non poteſt, ergo & cõditio, ſi ſine liberis, debet intelligi de eo qui habilitate poteſt filios habere, non autem de eo, qui propter ætatem non poteſt habere filios, vnde ſequitur, quod ſubſtitutio dicatur collata poſt ætatem pupillarem, quo tempore quis poteſt filios generare, non autem in tempus pupillaris ætatis, quo tempore defectus filiorum dependet à natura. Reſpondent latiſſimè Odd. Intrigl. *locis citatis*, apud quos videndum erit.

8 Secundò facit regula, quod priuatio præſupponit habitum, *§. ſeruus autem, inſt. de cap. diminut. l. decem, ff. de verb. oblig. l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur.* ergo ſi cõſideratur defectus filiorum intelligi debet diſpoſitio de eo, qui habitu poteſt habere filios.

Reſpondetur, quòd hic non agitur de priuatione, ſed de defectu, & carentia liberorum, ita Soc. iun. *in d. l. Centurio, n.* 230. *in fin.* & Intrigl. *d. q.* 14. *n.* 35.

Tertiò adducitur *l. credendum, in verſic. ſi verò maritus, ff. qui pet. tut.* vbi ſubſtitutio valet iure fideicommiſſi, & erat conditio, ſi ſine filijs, & pupillus erat in pupillari ætate, cum de eius tutela ageretur.

Reſpon. quod ibi illud euenit, quia pater expreſsè fideicommiſſum à filia reliquit, & nos ſumus in dubio, ideo pupillaris debet contineri propter verba directa, quę pupillo conueniunt, imò Aret. retorquet argumentum, prout eum refert, & ſequitur Alex. Trent. *d. cap.* 9. *n.* 23. *verſic. ſecundum fundamentum*, & etiam hunc textum pro communi ponderauit Socin. iun. *in d. l. Centurio, nu.* 227. *verſi. & pro iſta opinione*.

9 Quartò addi poteſt, quòd conditio debet referri ad caſum qui poteſt eſſe, & nõ eſſe *l. ex facto, §. ſi. ff. ad Trebell.* Sed, durante pupillari ætate non poteſt conditio, ſi ſine liberis, in vtroque verificari, ergo &c.

Reſpon. quòd conditio poterit ſe habere ad non eſſe, & ad eſſe, conſiderato toto tẽporé vitæ inſtituti, & cum habeamus leges admittẽtes pupillarem, licet adſit conditio, ſi ſine filijs, non eſt vlterius quærendum. Immo, ſi verum eſſet argumentum, ſequeretur, quod intra tem-

pora

pora pupillaris ætatis non valeret, nec vti fideicommiſſaria, quia nec tunc conditio, *ſi ſine liberis*, poſſet verificari: in qua opinione fuit ſolus Politus *in tract. de compend. n. 25. in fi.* & tamen tenentes etiam contra ampliationem volunt omni tempore eſſe fideicommiſſariam.

10 Quintò accedit, quod vbi diſpoſitio loquitur aliquid præſupponendo, intelligi debet de perſona, & caſu, in quo verificari poteſt præſuppoſitum, Glo. *in l. mancipia, C. de ſeruis fugitiuis*, & ibi Salic. & Fulg. Alex. *in rub. ff. ſolut. matrim. n. 22.* Atqui ſubſtitutio facta ſub conditione, *ſi ſine liberis*, præſupponit, quod ille, cui facta fuit ſubſtitutio, potuit habere liberos, ergo &c.

[Ampliatur tertiò, & ſi dictum ſit, ſi deceſſerit in pupillari ætate, & inteſtatus, quia tūc etiam pupillaris continetur, & hic eſt caſus, ſuper quo conſuluit Ang. *in conſ.* 148. D. Quiricus vbi loquitur in ſubſtitutione facta in re certa.]

Reſpon, quod conditio, *ſi ſine liberis*, non eſt appoſita ad reſtringendam ſubſtitutionem ad caſum, & perſonā, quæ natura poſſit habere liberos, & ſic ad tempus poſt pupillarē ætatem, nam mens teſtatoris fuit relata ad euentum, quo verè inſtitutus non habet liberos, ſiue id eueniat ante pubertatem, ſiue poſt pubertatem, aliàs vt dictum eſt pro reſponſione ad præcedens argumentum ſequeretur, quod & ſi ſubſtitutio eſſet merè fideicommiſſaria, vt volunt tenentes ſecundam opinionem, quod tamen non diceretur facta durante pupillari ætate, & tamen nemo eſt qui neget præter Politum ibi relatum, quod ſubſtitutio ſiue pupillaris, ſiue fideicommiſſaria dicatur facta intra tempora pupillaris ætatis.

11 Ampliatur tertiò, & ſi ſubſtitutio facta ſit in re certa, de qua tamen ampliatione videnda erit diſtinctio, de qua dictum fuit ſuprà *q. 116. in 1. & 2. caſu.*

12 Ampliatur quartò, contineri pupillarē, etiam ad matris excluſionem, etiam in legitima, Soc. iun. *in l. 2. n. 98. ff. de vulg.* Aquil. *in l. Centurio, p. 4. n. 161.* vbi dicit hanc eſſe communiſſimam opinionem, *ff. eod.* Cagn. *in l. precibus, n. 95. C. de imp. & alijs ſubſt.* Hie. Gabr. *conſ. 130. n. 4. & conſ. 169. n. 4. li. 1.* vbi ampliat, ſiue verba ſint ciuilia, ſiue non, Ceph. *conſ. 524. n. 19. & n. 82. li. 4.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q. 30. n. 2.* vbi infinitos addit, Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 2. c. p. 16.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 56. nu. 2.* Peregr. *de fideicom art. 34. nu. 21.* vbi idem eſſe dicit, ſiue facta ſit ſubſtitutio per verba directa ciuilia, ſiue non ciuilia, Intrig. *de ſubſt. cent. 1. q. 90. nu. 4.* vbi alios allegat, Gal. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 22. nu. 49. & ſeqq. p. 2.* Theſaur. *deciſ. 200. nu. 8.* Caualc. *deciſ. 30. nu. 10. p. 4.* & per totam deciſionem, vbi etiam loquitur de verbo directo non merè ciuili.

Probatur primò hæc opinio *in d. l. precibus, verſic. ſi verò, C. de imp. & al. ſubſti.* vbi præſupponitur matrem excludi, etiam à legitima.

Secundò, idem probatur *ex capitulo ſi pater, de teſta. in 6.* vbi pariter præſupponitur matrem excludi, & à legitima.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem, contra n. 8. ampl. & decl. per totam quæſt.*
2 *Quod variatur ſecundum curſum temporis, variatur variato tempore.*
3 *Verbum, reſpiciens vnam perſonam, variatur ſicuti variatur illius perſonæ qualitas.*
4 *Verba dubia applicantur illi extremo, quod potētius.*
5 *Subſtitutio in dubio potiùs directa, quàm fideicommiſſaria interpretatur.*
6 *Verbum quod poteſt referri ad plura tempora, in dubio refertur ad illud quod caſus euenit.*
7 *Verba quæ diriguntur ad perſonam debent intelligi ſecundum qualitatem illius perſonæ.*
9 *Voluntatis diuiſio fieri non debet.*
10 *Verbum reſpiciens plura tempora, debet omnia æqualiter determinare.*
11 *Compendioſa communibus verbis facta ſine dubio pupillarem continet, quando dictum fuit, ſi pupillari ætate decederes, vel poſtea quandocunque, ſubſtituo.*
12 *Compendioſa communibus verbis facta pupillarem continet, quando adeſt clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
13 *Compendioſa communibus verbis facta, pupillarem continet, quando adſunt verba, quod ſubſtitutus manu ſua accipiat, vel idem importantia.*
14 *Compendioſa cōmunib. verbis facta ſub conditione ſi ſine liberis, continet vulgarem, cont. n. 16. decl. n. 15.*
17 *Compendioſa furioſo cōmunibus verbis facta non cōtinet pupillarē, quando dictum fuit, ſi filius meus in furore, vel poſtea quandocūque deceſſerit, ſubſtituo, etc.*
18 *Compendioſa communibus verbis facta non continet pupillarem, quando dictum fuit, ſi filius meus pubes factus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo, &c.*
19 *Compendioſa communibus verbis facta filio, & eius filij: ſi ſine liberis deceſſerint, non continet vulgarē.*
20 *Compendioſa communibus verbis facta non continet pupillarem quando mixta eſt reciproca, & ſubſtitutio facta eſt imparibus.*
21 *Compendioſa communibus verbis facta non continet pupillarem, quādo filio datus eſt cohæres extraneus et ambobus datus eſt ſubſtitutus.*
22 *Compendioſa communibus verbis facta pupillarem non continet, quando dictum eſt quod ſubſtitutus capiat hæreditatem per manum hæredum filij.*
23 *Cōpendioſa in codicillis facta non continet pupillarē.*
24 *Compendioſa communibus verbis in re certa facta nō continet pupillarem, ampl. & d. cl. n. ſeqq.*
25 *Verbum commune adiectum certæ rei, vel quantitati, non trahitur ad inſtitutionem, vel ſubſtitutionem directam, & n. 37.*
27 *Clauſula, omni meliori modo, non operatur vltra intentionem, vel præter voluntatem teſtatoris.*
28 *Subſtitutus cohæres pupilli, ſi ſubſtitutio cōmunibus verbis in re certa ſit facta, non capit totam hæreditatem, nec per ius accreſcendi.*
31 *Compendioſa communibus verbis in re certa facta pupillarem continet, ſi ex coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe directò ſubſtituere.*
32 *Compendioſa communibus verbis facta in re certa, pupillarem continet, ſi per teſtes probari poteſt teſtatorem voluiſſe pupillariter ſubſtituere.*
33 *Compendioſa communibus verbis in re certa facta pupillarem continet, ſi ſubſtitutio eſt facta in figura pupillaris, vel cum diſtributione temporis, ſi in pupillari deceſſerit, vel quandocunque, contra n. 36.*
34 *Subſtitutio pupillaris eſt fauorabilis.*
35 *Fideicommiſſaria ſubſtitutiò eſt odioſa.*
38 *Compendioſa communibus verbis facta in re certa, quæ aliquo modo poteſt dici vniuerſalis, continet pupillarem, contra n. 39.*
40 *Fideicommiſſ. de bonis, vel hæreditate alicuius iā obuenta teſtatori dicitur fideicōmiſſ. particulare n. 75.*
41 *Compendioſa communibus verbis facta de bonis certi loci indefinitè non continet pupillarem.*
42 *Compēdioſa communibus verbis facta in re certa pro legitima filij, ſi non excedat ſummam legitimæ continet pupillarem, decl. n. 44. & ſeqq.*
43 *Interpretatio fit pro actus validitate.*
45 *Super legitima filij fideicommiſſum à venientibus ab inteſtato relinqui poteſt.*
46 *Fideicommiſſum in dubio præſumitur relictum à venientibus ab inteſtato, non autem à filio pupillo.*

47 *Compendioſa communibus verbis facta in re certa pro legitima filij, quando ille non habeat alia bona, cõtinet pupillarem.*

48 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem, quando filius fuit inſtitutus in re certa, & poſtea fit ſubſtitutio ſimpliciter, Declara n.49.*

50 *Compendioſa communibus verbis facta in re certa cũ clauſula, pleno iure, vel alijs verbis habentibus ſenſum directum, continet pupillarem, contra n.51.*

52 *Compendioſa communibus verbis facta in re certa continet pupillarem, quando adeſt clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

53 *Compendioſa cõmunibus verbis facta in re certa pupillarem continet, ſi aliter filius teſtatoris eſt ſubſtit.*

54 *Compendioſa in re certa facta verbis communibus & directis ſimul continet pupillarem declara ibid.*

55 *Compendioſa facta in bonis mobilibus, & immobilib. verbis communib. non continet pupillarem, decl. ib.*

56 *Compendioſa communibus verbis in quota hæreditatis facta, non continet pupillarem, declara n. ſeq.*

57 *Compendioſa communibus verbis facta in quota bonorum non continet pupillarem, declara n.59. & ſeq.*

58 *Verbum commune nõ trahitur ad inſtitutionem alio dato hærede vniuerſali.*

61 *Cõpendioſa cõibus verbis facta non continet pupillarẽ, quando apparet teſtatorem de bonis ſuis diſpoſuiſſe, vel ſibi ſubſtituit, contra n.63. decl. nu.66. & ſeqq.*

62 *Per pupillarem ſuccedítur pupillo, & in eius bonis.*

64 *Pupillaris ſubſtitutio non excluditur, licet teſtator dixerit, mihi ſubſtituo, declara n.65.*

67 *Conſequens qui vult, dicitur velle & neceſſarium antecedens.*

71 *Dictio, dicta, eſt relatiua precedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.*

73 *Relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*

76 *Trebellianica non eſt prohibita, quando ſubſtitutio fit in omnibus bonis.*

77 *Pupill. ad hoc vt coniecturis inducatur, debent coniecturæ eſſe vrgentes, vt alia nõ egeant interpretatione.*

78 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*

79 *Subſtitutio ſimpliciter facta continet omnia bona cõprehenſa in inſtitutione.*

85 *Compendioſa communibus verbis facta non continet pupillarem, quando nulla mentio pupillaris ætatis facta eſt, contra n.86.*

QVAESTIO CCXLI.

Vtrum compendioſa communibus verbis à Pagano facta contineat pupillarem?

CONtrouerſia nõ parua eſt inter Doctores, an compendioſa ſubſtitutio communibus verbis à Pagano facta contineat pupillarem? nam quod contineat in ſpecie ſcribunt Cin. *in l. precibus, col. penul. Cod. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Bart. *num.* 16. Bald. *num.* 41. Caſt. *col.* 7. Angel. *n.* 10. Salic. *col.* 9. Alex. *n.* 11. Iaſ. *nu.* 15. Corn. *nu.* 72. Cagn. *n.* 213. Curt. iun. *n.* 19. Coraſ. *n.* 61. Sebaſt. Sap. *n.* 81. Caccial. *n.* 75. Rimin. iun. *n.* 461. Bart. *in l. Centurio n.* 29. *ff. de vulg.* & ibi Ang. *n.* 5. Caſtr. *nu.* 7. Aret. *nu.* 13. Imol. *n.* 23. Alex. *n.* 77. Iaſ. *n.* 45. Zaſ. *nu.* 30. Ripa *nu.* 117. Soc. iun. *n.* 263. Claud. Seiſe. *n.* 30. Alcia. *nu.* 34. & *n.* 90. Lanfran. de Orian. *n.* 36. Conſt. Roger. *in materia compendioſæ, c.* 4. *n.* 57. Ruin. *n.* 37. Marc. Aquil. *in*.... *n.* 142. Bald. *in l. ſi quis ita, ff. de vſufr.* Fab. *in §. qua ratione, nu.* 18. *inſt. de pup.* Io. And. *in c. Rainutius, col.* 3. *ext. de teſt.* & ibi Butr. *n.* 42. *in fi.* Abb. *n.* 12. Imol. *n.* 190. Gul. Bene. *in materia compendioſæ, nu.* 45. Did. §. 9. *n.* 17. Franc. *in c. ſi pater, col.* 44. *verſi. vndecimo, de teſtamen. in* 6. Odd. *conſ.* 125. Bart. *conſ.* 30. *in fi. li.* 1. Bald. *conſi.* 35. *n.* 2. *li.* 2. *conſ.* 295. *n.* 1. *li.* 4. & *conſ.* 422. *n.* 2. *li.* 3. Aret. *conſ.* 155. Cuma. *conſ.* 2. *n.* 8. Rom. *conſ.* 130. *n.* 1. Caſt. *conſ.* 172. *n.* 4. *conſ.* 275. *n.* 1. *conſ.* 375. *n.* 3. *lib.* 1. & *conſ.* 49. *in fi. li.* 2. Alex. *conſ.* 17. *n.* 11. *conſ.* 12. *n.* 20. *li.* 3. *cõſ.* 71. *n.* 3. *li.* 2. & *conſ.* 51. *n.* 4. *li.* 7. Bertran. *conſ.* 228. *n.* 1. *li.* 1. *conſ.* 152. *n.* 6. *conſ.* 145. *n.* 2. *li.* 2. Capr. *conſ.* 141. *n.* 3. Cor. *conſ.* 187. *col.* 2. *li.* 1. *conſ.* 112. *n.* 18. *conſ.* 152. *nu.* 12. *in fi. conſ.* 238. *col.* 1. *li.* 2. *conſ.* 93. *n.* 4. & *ſeq. li.* 3. & *conſ.* 28. *n.* 3. *li.* 4. Soc. ſen. *conſ.* 144. *li.* 1. Ruin. *conſil.* 76. *conſ.* 13. & *conſ.* 105. *li.* 2. Pariſ. *conſ.* 73. Ripa *reſp.* 20. *n.* 2. *de ſubſ.* Dec. *conſ.* 228. *n.* 3. Neuiz. *conſ.* 53. *n.* 6. dicit eſſe cõem opinionem, Soc. iun. *conſ.* 121. *n.* 25. *conſ.* 94. *n.* 28. *cõſ.* 34. *n.* 37. *li.* 1. vbi teſtatur de cõi opinione, Rol. à Valle *conſ.* 69. *n.* 6. & *n.* 23. *li.* 1. vbi hodie hanc eſſe communẽ affirmat, Ceph. *conſ.* 231. *n.* 9. Surd. *conſ.* 225. *li.* 2. Pereg. *conſi.* 37. *deciſiuo, li.* 5. vbi bis Paduæ ita iudicatum dicit Honded. *conſ.* 75. *n.* 36. vbi dicit eſſe magis cõem, & veriorem opinionem, & *conſ.* 73. *n.* 2. *li.* 1. Valaſch. Luſitan. *cõſultat.* 54. *n.* 5. *tomat.* 1. Bald. *de compend. n.* 23. Bart. Huc. *de cõpend. n.* 19. Polit. *de compend. n.* 30. Zaſ. *de compend. c.* 5. *col.* 9. Leon. *de compen. n.* 386. & *n.* 430. Vaſq. *de ſucceſ. progr. li.* 2. §. 18. *n.* 61. Odd. *de compend. par.* 5. *q.* 3. *tit. de compend. à Paga. fact. art. n.* 32. vbi teſtatur hanc opinionem hodie eſſe communem, & multos de cõi opinione teſtantes refert: Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 11. vbi dicit hanc eſſe magis cõem opinionem, Menoch. *li.* 4. *præſump.* 54. vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 24. & *n.* 26. & *ſeq.* Intrigl. qui multos etiam refert, *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 21. Ruſtic. *in l. cum auus, li.* 1. *c.* 11. *nu.* 10. *ff. de cond. & demonſtr.* Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſta. tit. de compend. nu.* 21. Viu. *in com. opi. concl.* 852. Gal. *de except. ſuc. tit.* 4. *excep.* 22. *n.* 89. *p.* 2. Guid. Pap. *q.* 521. *in fin.* vbi dicit eſſe communẽ opinionem: & hodie ita practicari, Theſaur. *deciſ.* 200. *n.* 3. vbi dicit hanc opinionem in iudicando eſſe receptã, & in fortioribus idem tenent Rota Romana *in collect.* per Farin. *dec.* 639. *n.* 5. & *ſeqq. p.* 1. & ita ego ſenſi in vna de Barbiſonis, vt dixi in conſilio.....

Mouentur tenentes hanc opinionem, primò per textum *in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſt.* vbi ſubſtitutio eſt facta verbis communibus, & mater eſt in medio, & nihilominus ſubſtitutio iudicatur pupillaris, & ſi filius decedat impubes mater excluditur ex pupillari, ſi pubes fideicommiſſaria erit ſubſtitutio. 1

Secundò adducitur *capitulum ſi pater, de teſtam. in* 6. vbi moriente filio intra ætatem pupillarem ſubſtitutio valet vt pupillaris. 2

Tertiò accedit, quod id quod variatur ſecundum curſum temporis, variatur tempore variato, *l. preciarerum, §. nonnullam, ff. ad Falcid. l. Titio Seio, §. vſuras, ff. de legat.* 2. & *l. penult. C. de vſur.* atqui compendioſa ſubſtitutio variatur ſecundum temporis curſum, nam non adita hæreditate eſt vulgaris, adita verò hæreditate infrà pupillarem ętatem eſt pupillaris, poſtea fideicommiſſaria, vt per Doctores omnes *in d. l. Centurio*, ergo ſubſtitutio hæc adita hæreditate intra pupillarem erit pupillaris, poſtea fideicommiſſaria. Et hoc fuit argumentum Bart. *in d. l. Centurio, num.* 22. qui etiam illam confirmat: Nam verbum, reſpiciens, vnam perſonam variat, ſicuti variatur illius perſonæ qualitas, *l. pater Seuerinam, §. conditionum, ff. de condit. & demonſtr. & l. Pomponius, ff. de negot. geſt.* 3

Quartò additur, quod verba dubia applicari debent illi extremo, quod eſt potentius, argumenta, *l. quæritur, ff. de ſtat. hom.* & in potentiori ſignificatu verba ſunt accipiẽda, *l.* 1. *§. qui in perpetuũ ff. ſi ager. veſtig. vel emph. §. ſed quoties, inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* atqui verba communia ſunt dubia, quia conueniunt tam directæ 4

ſubſti-

ſubſtitutioni, quàm fideicommiſſariæ, Doct. *in d. l. Cen-
turio*, & ſubſtitutio directa eſt potentior fideicommiſſa-
ria, *cap. ſi pater, de teſt. in 6.* & in dubio etiam ſubſtitutio
debet potiùs interpretari directa, quàm fideicommiſſa-
ria, Gloſs. *in l. verbis ciuilibus*, & ibi Bald. *ff. de vulg. &
pup. ſubſt.* Cepb. latè. *conſil. 659. nu. 7. & ſeqq.* Menoch.
li. 4. præſump. 66. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit.
1. nu. 3. & ſeqq.* cum multis alijs congeſtis *ſup. q. 6.* ergo
dicendum eſt teſtatorem voluiſſe directò ſubſtituere in-
tra tempora pupillaris ætatis.

5 Quintò confirmatur ex eo, quod ſubſtitutio pupillaris
eſt fauorabilior filio, & magis vtilis, quia per eam ipſe
habet hæredem *l. ſi pupillus, ff. de acq. hæred.* & notat. *in
l. 2. ff. de vulg. & pupill.* Atqui præſumitur patrem ſu-
mere bonum conſilium pro filio, *l. nec in ea, §. primo, ff.
ad legem Iuliam, de adult.* ergo præſumendum eſt, quod
filio voluerit pupillariter ſubſtituere, & accedit quod
potiùs præſumi debet patrem filio conſuluiſſe, quàm gra
uaſſe, & ſi interpretatur ſola fideicommiſſaria, filius di-
ceretur grauatus, cum fideicommiſſum ſit onus, *l. cohæ
redi, §. cum filiæ*, & latius dixi *q. 290.*

6 Sextò, verbum quod poteſt referri ad plura tempora,
in dubio refertur ad illud, quo caſus euenit, *l. 3. in princ.
ff. ad adimend. leg. l. hæc conditio, §. vlt. cum l. ſequenti,
ff. de cond. & demonſ.* Sed verbum commune poſt refer-
ri ad plura tempora, ſcilicet pupillaris ætatis, & poſt pu-
pillarem, ergo ſi eueniat caſus, quod pupillus moriatur
intra pupillarem, erit ſubſtitutio pupillaris, ſi poſtea, erit
fideicommiſſaria.

7 Septimò ſermo, qui dirigitur ad perſonam, debet in-
telligi ſecũdum qualitatem illius perſonæ. *l. ex militari,
in princ. ff. de mili tari teſt. l. plurimum, §. equitij, ff. de v-
ſu. & habit.* Sed iſta diſpoſitio dirigitur ad perſonam pu
pilli, in qua cadere poteſt ſubſtitutio pupillaris, ergo &c.

8 Contrariam opinionem, quod immo ſubſtitutio om-
ni tempore ſit fideicommiſſaria, probarunt alij, quorum
etiam aliqui teſtantur hãc eſſe communem opinionem,
eamque in practica ſeruari, & præcipuè hanc tenent Gl.
*in l. precibus, in verbo fideicommiſſi, C. de imp. & alijs
ſubſt.* & ibi Bald. *n. 38.* & Alber. *nu. 119. in fine*, Glo. *in l.
Centurio, in verbo, dumtaxat, ff. de vulg. & pup.* & ibi
Iacob. Butrig. Odof. Mart. Sim. Gui. Din. Ruin. & Bald.
Gl. *in l. ex tribus, in verbo, directam, C. de inof. teſta.* &
ibi Bal. *n. 2.* Azo. *in rub. C. de imp. et alijs ſubſ. n. 18.* Bal.
*in l. iã hoc iure, §. itaque, ff. de vul. & pup. ſubſt. in l. ſicut
annos, ver. Sed quia, ff. quemad. vſusf. amit. & in l. Põ-
ponius, nu. 1. ff. de neg. geſt.* Alber. *in rub. de vulg. n. 90.
ante finem.* Port. *in §. vlt. inſt. de pup. ſubſt.* vbi dicit hanc
eſſe cõem opinionem, & ibi Ang. Innoc. *in c. Ramutius,
in princ. extra de teſta.* & ibi Hoſt. Archid. *in c. ſi pater,
col. 6. de teſt. in 6.* Oldra. *conſ. 99. per totum.* Bart. *conſil.
241. n. 1. li. 1. conſi. 22. & conſil. 45. lib.* ... Bald. *conſ. 392.
n. 1. conſ. 350. n. 1. li. 4. & conſ. 175. n. 5. & 6. lib. 5.* Ang.
conſ. 151. n. 2. Paul. de Caſt. *conſ. 142. n. 2. lib. 1.* Zabarel.
conſ. 107. Signor. *conſ. 107. n. 24. & n. 28.* Corn. *cõſ. 322.
li. 3.* Bero. *123. n. 5. & conſ. 125. n. 9. li. 2.* Rub. Alex. *conſ.
129.* Dec. *conſ. 82. n. 9. & ſeq. li. 3.* vbi dicit hanc eſſe ve-
riorem, & cõem opinionem, Natta, *in addit. ad Alex.
conſi. 17. li. 3.* vbi dicit eſſe communem opinionẽ, Pract.
Pap. in forma libell. quo agitur, *ex compendioſa, nu. 16.*
vbi dicit ab hac opinione communi non eſſe iudicando
recedendum, tenuit Theſaur. *dec. 200. nu. 3. & 9.*

9 Pro hac ſecunda opinione adducitur primò, quod vo-
luntatis diuiſio fieri non debet, *l. cum qui, §. vlt. ff. de his
quib. vt indig.* atqui ſi ſubſtitutio valeret vti pupillaris à
principio intra tempora pupillaris ætatis poſtea vti fi-
deicommiſſaria, voluntas teſtatoris diuideretur, er-
go &c.

Secundò adducitur, quod vna & eadem res non de-
bet diuerſo iure conſeri, *l. cum qui ædes, ff. de vſucap.* at-
qui diſpoſitio hęc diceretur diuerſi iuris, ſi pupillaris cõ-
tineretur, quia intra tempora pupillaris eſſet pupillaris,
& contineret bona pupilli, Doct. *in d. l. 2. ff. de vulg. &
pup. ſubſt.* & dixi *q. 155.* poſtea eſſet fideicommiſſaria,
& non continere bona pupilli, ergo &c.

Tertiò confirmatur (& eſt principale fundamentum 10
huius opinionis) Quia verbum reſpiciens plura tempo-
ra, debet æqualiter determinare, ſicuti facit verbum, re-
ſpiciens plures perſonas, quia omnes ęqualiter determi-
nat. *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. l. quamuis,
C. de imp. & al. ſubſtit.* & valet argumentum de perſona
ad tempus, *l. vel ſingulis, & l. ſeq. ff. de vulg. & pupill.*
Atqui verbum, ſubſtituo, reſpicit plura tempora, ſcilicet
pupillaris ætatis, & pubertatis, ergo cum poſt pubertatẽ
non poteſt eſſe pupillaris, ſed intra pupillarem ætatem
poſſit eſſe fideicommiſſaria, ſequitur dicendum, quod
vtroque tempore ſit inducenda fideicommiſſaria.

Quartò adducitur, *cap. Raimutius, extra de teſtam.* vbi
ſubſtitutio eſt ſemper fideicommiſſaria, & tamen eſt fa-
cta per verbum, ſuccedat, quod eſt commune.

Ego quidem conſulendo, & iudicando non auderem
recedere à prima opinione, quæ & verior, & magis com
munis eſt, pro qua conſidero naturam compendioſæ eſ-
ſe, vt ſub temporum pluralitate plures contineat ſubſti-
tutiones, vt admittunt omnes, *in d. l. Centurio*, præcipuè
id colligitur ex definitione compendioſæ, de qua etiam
dictum fuit ſuprà *qu. 228.* & ſubſtitutiones contentæ in
compendioſa in ea ab initio potentia tantum continen-
tur, & quælibet in ſuo caſu erat habitura locum, & effe-
ctum conſequutura, ita vt, ſi ante aditam moriatur inſti-
tutus, erit vulgaris, poſt aditam ſi in pupillari morietur,
erit pupillaris, & poſtea fideicommiſſaria, vnde ſicuti ſi
ante aditam moritur, habet locum vulgaris, ſi poſt aditã,
& pupillarem ætatem fideicommiſſaria, non video cur
eo moriente poſt aditam in pupillari ætate locus eſſe nõ
debeat pupillari ſubſtitutioni, ſi verba, & perſona non re-
pugnant, credendum eſt enim teſtatorem voluiſſe pro-
uidere in omni caſu, & proprio filio cõſuluiſſe, cũ nullus
ſit amor, qui vincat paternum, *l. vlt. C. de curat. furioſ.*

Ad argumenta diſſentientium reſpondent, qui com- 11
munem ſententiam tenent, qui etiam eam tuentur, & a-
pud eos videndum erit.

Secunda autem opinio ſi magis placeret multipliciter
declaranda eſſet, Et primo quando dictum eſſet, ſi in pu-
pillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque, quia
tunc pupillaris contineretur, Gloſſ. *in d. l. precibus, C. de
impub. & alijs ſubſti.* & ibi communiter Scribentes Pe-
regr. *de fideicom. art. 34. num. 22.* cum alijs citatis, *quæſt.
ſeq. limit. 10. num. 88. & ſeqq. & infrà hac quæſt. num.
15.* & ita tenuit Rota Roman. *in collect.* per Farin. *deciſ.
431. n. 4. & ſeq. p. 2.*

Declaratur ſecundò, quando in diſpoſitione appoſita 12
eſſet clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum, Peregr. qui alios citat *d. art. 34. nu. 23.* Theſaur.
dec. 200. n. 3. in fi. & n. 9. dicit ita iudicatum, licet clauſu-
la hæc eſſet appoſita in præcedenti gradu ſubſtitutionis,
ſed hoc caſu ipſum diſſenſiſſe ſcribit, & videnda erunt
dicta *q. ſeq. n. 121.*

Tertiò declaratur, quando in ſubſtitutione extant 13
verba, quod ſubſtitutus manu ſua accipiat, vel idem im-
portantia, nam pupillarem tunc contineri ſcribit Pereg.
d. art. 34. n. 34. & in ſeqq. qu. dicitur in limitationibus.

Declarationes alię colligẽdę erũt *q. ſeq.* vbi ĩ fortiorib. 14

Retenta autem magis recepta ſententia, quod ſcilicet
pupillaris contineatur in compẽdioſa communibus ver-
bis facta. Ampliatur, & ſi ſubſtitutio facta eſſet ſub con-
ditione, *ſi ſine liberis*, ita poſt alios, Menoch. *conſil. 362.
nu. 8. & ſeqq.* Odd. *conſ. 2. num. 16.* vbi teſtatur de com-

muni & magis communi opinione, *& conſ.95.n.41.* vbi dicit cõtrariã opinionem communiter reprobari, Honded. *conſ.73.n.3.lib.1.* Peregr. *de fideicom. art.34.n.60.* vbi non facit differentiam inter verba directa, & cõmunia, rurſus Menoch. *li.4. præſum.54.* vbi plures alios addit, Did. Spin. à Carc. *in Spec. teſta. tit. de compend. ſubſt. n.21. ante fi.* Rota Rom. in his terminis loquitur *in collect.* per Farinac. *dec.630. par.1.* [Et hanc cõem opinionem & ego probaui *in conſ.20. & in conſ.21. nu.18.*]

15 Maximè procederet ampliatio, ſi dictum fuiſſet, ſi in pupillari ætate, & ſine liberis, vel, ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea ſine liberis, quia pupillaris contineretur, Cin. *in d. l. precibus, col.8. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Bald. *n.48.* Salic. *col.1.* Iaſ. *n.16.* Seuer. *n.57.* & Curt. iun. *n.56.* Alex. *in d. l. Centurio, n.66.* & ibi Rip. *n.94.* Galliau. *nu.293. & 479.* & Aquil. *in 4. par. n.163.* Abb. *in c. Raynutius, nu.21. ext. de teſta.* Ang. *conſ.248.* Aret. *conſ.154.* Paul. Caſtr. *conſi.43. ſubſtitutio prædict. n.2. lib.2.* Soc. ſen. *conſ.117. col. pen. lib.4.* Capr. *conſ.96. col.1. & 2.* Rub. Alex. *conſi.129. col.2. verſ. præmiſſis,* Socin. iun. *conſ.65. n.10. lib.1.* Bero. *conſ.125. n.19. & 31. & conſ.127. n.4. li.2.* Crauet. *conſ.623. n.22.* Menoch. *conſ.362. n.5. & ſeq.* Guid. Pap. *q.533.* Vaſq. *tract. de comp. nu.73.* Rota *in collect.* per Farin. *deciſ.639. p.1.*

16 Contra tamen hanc ampliationem tenent alij, volẽtes, & tunc ſubſtitutionem eſſe omni tempore fideicommiſſariam, ſic Gloſſ. *in d. l. precibus, in verbo fideicommiſſi, C. de imp. & al. ſubſt.* Io. And. *in c. ſi pater, de teſta. in 6.* Innoc. *in d. c. Raynutius, ext. de teſta.* Bald. *conſi.46. quidã nomine Col., n.1. li.2.* Ang. *conſ.97. n.3.* Boer. *dec. vlt.* Dec. *conſi.32. n.27. li.2. & conſi.53. n.20. lib.4.* ſed à prima opinione recedendum non eſt, quam magis communem, & veriorem eſſe ſentio, vt patet ex fundamentis adductis *qu. præced. ampl.2.* vbi dictum fuit, pupillarem contineri, quando ſubſtitutio eſt facta verbis directis, licet adſit conditio, *ſi ſine filijs.*

Sed quid ſi dictum eſſet, ſi in pupillari ætate ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo, &c. dixi ſupra *qu.111.* [Ampliatur ſecundò, & ſi ſubſtitutio facta ſit ſub conditione, ſi hæres inteſtatus deceſſerit, vt in facto conſului ſuper teſtamento D. Pauli Petrogalli, & idem mecum ſenſerũt Clariſs. Iuriſconſ. DD. Bartholomæus Stella, & Marius Alberghinus.

Verum contrarium conſuluit Pariſ. *conſi.73. n.26. & per tot. lib.2.* quem refert, & ſequitur Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita n.... ff. ad Trebell.*

Mouetur Pariſ. primo ex doctrina Bart. *in l. Centurio, n.... ff. de vulg. & pupill.* dum reſpõdet *ad l.1. ff. de ſuis, & legi.* vbi dicit pupillarem non excludi per conditionẽ, ſi ſine liberis, & aliud eſſe in conditione, ſi inteſtatus deceſſerit, & illam ſolutionem ſequuti ſunt ibi Alexan. *col.6.* Aret. *col.10. verſi. tertio adde,* Iaſ. *col.15. &* Soc. ſen. *in primo not.* idem ſcribit Paul. Caſt. *in l. precibus, col. antepen. C. de impub. & al. ſubſtit.*

Reſp. hanc ſolutionem Bart. conſtituentis differentiã inter conditionem, ſi ſine liberis, & conditionem, ſi inteſtatus, non eſſe veram, cum nulla ratio diuerſitatis aſſignari poſſit, *ita* Iaſ. *ibi n.33. in princ.* Soc. iun. *nu.227. verſ. ad argumentum* Bologn. *n.173. & latiſſimè* Ceph. *n.638. & ſeqq. multis maximè n.663. & ſeqq.* vbi aliqua colligi poſſunt pro noſtra opinione, Odd. *de compen. fol.120. verſ. reſpondet,* Paul. Leon. *de compend. n.437.*

Secundò mouetur Pariſ. quia pupillus non dicitur decedere inteſtatus quando habet pupillarem ſubſtitutum, quia pupillaris ſubſtitutio eſt teſtamentum filij *l. patris & filij, de vulg. & pupill.*

Reſp. quod tunc pupillus impropriè dicitur mori teſtatus, & propriè inteſtatus, *§. igitur inſtit. titul. de pup.* Surd. *conſi.240. n.3.* Ceph. *conſi.210. n.23.*

Tertiò quia ſubſtitutio facta pupillo, ſi deceſſerit inteſtatus iudicatur fideicommiſſaria *l. credendum, §. ſi verò maritis, ff. qui petant. tut.*

Reſp. ex illo text. contrarium colligi inducendo eum vt per Odd. *de compend. fol.121. tergo verſi. ſecundo, & per* Bolog. *in d. l. Centurio n.173.*

Quartò quia in ſtatutis loquentibus de inteſtatis, pupillus non cõtinetur: ita poſt alios Albert. Brun. *ſup. ſtat. quod extant. maſc. in 8. art. princ. qu.12.* alios plures refert, & ſequitur Eugen. *conſ.5.* vbi plenè hic teſtatur, & allegat Salicet. Ancar. Caſtr. Corn. Dec. Ruin. Polit. & Coſt. addo Mareſcot. *lib.2. var. reſolut. cap.138. nu.32.* vbi de communi Iaſ. *in d. l. precibus, nume.15. in fine,* vbi teſtatur eſſe communem opinionem Coſt. *in cap. ſi pater, in verb. de filio ad filium numer.10. de teſtam. in 6.* vbi dicit eſſe communem Rimin. iun. *in d. l. precibus, num.506. & ibi* Maſſin. *numer.538.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.13. nu.19. & 20. in vlt. edit.* Ant. Gabr. *ad Trebell. concl.3.* Alex. Trent. *de ſubſtit. p.4. ca.11. n.14. verſ. tertio ponunt.* Cagnol. *in d. l. precibus, nu.228. & ſeqq.* vbi dicit Bartolum, qui contrarium tenuit, labi, & à recto tramite diſcedere Menoch. *conſil.144. n.14.* Et iſta opinio mihi videtur melioribus rationibus munita, & etiam magis recepta, eamque tenui, & probaui in vna Mediolanenſi de Carcanis, vt *in conſil.... & conſil. ſequen.* ſuper qua etiam ſcripſerunt viri Eminentiſſimi Bellonus, Bimius, Flaminius, Boatius, & Schinardus, quorum etiam conſilia habebis inſerta in meis conſilijs, quæ habes impreſſa in ſecundo libro meorum conſiliorum, & in hac Mediolanenſi præcipuè dicebatur, ita tenendum, quia teſtator ſciebat pupillum habere bona materna.]

17 Limitatur primò principalis concluſio, quando pater filium impuberem furioſum inſtituit, & ita illi ſubſtituat, ſi filius meus in furore, vel poſtea quandocunque deceſſerit, Titius habeat hæreditatem, quia tunc ex mẽte teſtatoris non continebitur pupillaris, Odd. *de comp. ſubſtit. pa.5. q.3. tit. de compend. à Pagan. ſuſt. art.3. n.9.* Menoch. *lib.4. præſump.54. nu.19.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. qu.21. nu.40.*

18 Limitatur ſecundò, ſi teſtator ſic ſubſtituat, & quandocunque filius meus pubes factus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo, &c. nam tunc pupillaris non contineretur Odd. *d. q.3. art.3. nu.10.* Menoch. *lib.4. præſump.54. nu.19.* Intrigl. *de ſubſt. cent.3. q.21. n.41.*

19 Limitatur tertiò, quãdo ſubſtitutio eſt facta inſtituto, & eius filijs, *ſi ſine liberis, &c.* quia ex quo in filijs filij nõ poteſt conſiderari pupillaris, cum poſſint naſci mortuo auo, & tempore, quo non eſſent in poteſtate aui nec in perſona filij continebitur pupillaris, vt vniformis fiat determinatio iuxta reg. *l. iam hoc iure, ff. de vulg.* & ita in ſpecie arguit Peregr. *de fideic. art.34. n.48.* qui tamen in contrarium concludit, ſed per hoc non eneruat oppoſitionem prius factam, vnde ego credo limitationem tenendam eſſe, nam quod ſint facti duo gradus ſubſtitutionis in caſu, Peregr. & non natis filijs filiorum primo ſubſtitutis apertus eſt locus ſecundo gradui, concedo, ſed quod ſecundus gradus ex pupillari poſſit ſuccedere eſt quæſtio noſtra, & obſtat pupillari ratio vniformis determinationis, vt dictum eſt.

20 Limitatur quartò, quando compendioſa eſt mixta cũ reciproca, & inſtituti, quibus eſt facta ſubſtitutio ſunt impares, quia nec in perſona impuberis continebitur pupillaris ratione æqualitatis ſeruandæ, vt dicam *qu.257. limit. prima.*

21 Limitatur quintò, quãdo filio inſtituto eſſet datus cohæres extraneus, & ambobus datus eſſet ſubſtitutus, quia ex quo in perſona extranei non poteſt contineri pupillaris, nec etiam continebitur in perſona filij, *per reg.*

l. iam

l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.ſubſt.cum ſimilibus,ita ſcribunt Corn.in conſ.93.n.5.li.3.qui refert ita tenuiſſe Bald. Ang.addo Alex.Trent.de ſubſt.par.4.ar.11.n.17. Quæ tamen limitatio declaranda erit iuxta ea quæ dicentur pro declaratione limitationis primæ q.257.

22 Limitatur ſextò,quando teſtator dixit,velle quod moriente filio ſine liberis, Titius per manum hæredum filij habeat hæreditatem, quia pupillaris non continebitur,Odd.d.q.3.art.3.n.12. Menoc.li.4.præſumpt.54.n.21.Intrig.de ſubſt.cent.3.q.21.n.46.

23 Limitatur ſeptimò,quando ſubſtitutio eſt facta in codicillis,quia pupillarem non continebit, vt dixi ſupra q.8 n.18.& ſeqq.vbi etiam habetur,an talis fideicommiſſaria extendatur vltra tempus pupillaris ætatis.

24 Limitatur octauò,quando ſubſtitutio facta eſt in re certa,quia tunc pupillaris non contineretur, Bart.in l.centurio,n.33.ff.de vul.& pup.& ibi Aret.col.13.Rip.n.152.Galliau.n.431.Alcia.n.97 Soc.iun.n.287.vbi teſtatur de cõmuni opinione,& Bolog.n.251.Gul Bene.in c.Raynutius,in materia compendioſæ,n.49.ext.de teſta.Bald.conſ.170 li.1.Ang.conſ.13.n.3. Aret.cõſ.154.n.14.& ſeq.Rom.conſ.58.in prin.&.cõſ.200.n.1.& cõſ 334.n.3.Paul.Caſt.coſ.322.n.1.li.1. Alex.cõſ.25.in fi.li.1.& conſ.252.in fi.li 6. Bertr.conſ.12.n 9.li.3.Soc.ſen.conſ.117.n.1.& 7 li.1.Corn.conſ.94.conſ.291.n.1 li.1.conſ.138.n.6.& ſeq.conſ.40.n.4.& cõſ.322.n.10.li.3.Capr.cõſ.6 n.10.& ſeq.Pari.cõſ.59.n.5.li.2.et cõſ.44.n.45.li.3.Bero.conſ.125.n.10.li.2.Soc.iun.cõſ.136.n. .li.1.Crau.conſ.120.n.1.Nat.conſ.68.nu.4. Ceph.conſ.411.Menoc.conſ.244.nu.14.& conſi.362.nu.16.& ſeq.Hondeo.conſ.73.nu.42.lib.1.Surd.conſ.229.lib.2 Bardel conſ.2.n.2.& in tractatibus Bald. de comp.nu.27.Io. Dilect.de ſubſt.caut.10. Odd.d.q.3.art.3.n.35.vbi de cõmuni opinione teſtatur Mant.de conіect. vlt.vol.li.5.ti.7.n.12.verſ.amplius,& n.ſeq. & li.7.ti.3.n.13.Alex. Trent. de ſubſt.p.4.c.2.n.27. vbi dicit eſſe cõmunẽ ſententiã,Præt de interp. vlt. vol.fol.254.nu.70 vſque ad fin.ſolutionis,Pereg.de fideic.ar.5.n.37.& ar.34.n.54.& ſeq.Intrig.de ſubſt.cẽt.3.q.24.Viu.com.opin.concl.852.n.13.Gall.de excep.ſucc.li.4.excep.22.n.92.& ſeq.p.2.Boer.deciſ.33.n.7. Caualc.deciſ.20.n.24.p.3.Fari.deci.Rom.509.poſt.princ.& n.1.& ſeq.& ita ego cõſului,in cõſ. .n.77.& videnda erunt dicta ſup.quæſt.116.

25 Pro qua limitatione facit primò,quia verbũ cõmune adiectũ certæ rei,vel quantũ non trahitur ad inſtitutionẽ,vel ſubſtitutionẽ directa,l.cogi.§.1.& §.generaliter verſ.inde quæritur,ff.ad Trebel.& ibi Bart.& alij cõmuniter,Bart.in d.l.cent.n.18.Bald.in l.precibus in fi.C.de imp.& al.ſubſt.quos refert,& ſequitur Mantic.in ſpecie ſuper quæſtione iſta de cõiect.vlt.vol.li.5.ti.7.n.12.in fi.Verũ eſt,quod iſte text.nõ probat,quia loquitur de verbo obliquo,vt dicunt etiã Rip.& Odd.ſupra relati.

Secundò hæc propoſitio,quod verbũ cõmune adiectũ certæ rei non trahatur ad inſtitutionẽ, probatur in §.aliud quoque capitulũ iuncto,§.cæterũ in auth.vt cũ de appell.cognoſc.prout hoc text.ponderauit Bart.in d.l.cẽt.n.34. Sed, & hic textus loquitur dato alio hærede vniuerſali,vt dicit Odd.ſed tamen dico, quod hic eſt alius hæres,ſcilicet filius,& poſt eum eius hæredes, vt dicam limit.10.verſ.addi poteſt.

Tertiò bene probatur in l.Lucius,§.filiam,ff.de leg.2 vbi facta erat ſubſtitutio per verbũ pertinere, quòd eſt cõmune,& in re certa & nõ erat alius inſtitutus, vel ſubſtitutus,& dicitur ſubſtitutionẽ eſſe fideicommiſſariam non directam.

Quartò accedant, quæ in fortioribus dicentur pro comprobatione limitationis decimæ.

26 Ampliatur primò hæc limitatio,& ſi adeſſet clauſula omni meliori modo,vt in ſpecie ſcribunt,Dec.cõſ.205.Crau.conſ.210.n.1.Odd.de comp.ſubſt.par.5.q.3.tit.de compend.à Pag fact.art.3.n.40.Alex.Trent.de ſubſt.p.4.c.2.n.18.Intrig.de ſubſt.cent.3.q.24 n.8.

Ratio eſt,quia clauſula,omni meliori modo, non operatur vltra intentionem,vel præter voluntatem teſtatoris, Dec.conſ.205.& dicam alibi latius.Præterea hæc clauſula operari debet, & cenſetur adiecta ad ſuſtinendam ſubſtitutionem,quando nullo iure valere poteſt,& hic poteſt valere iure fideicommiſſi particularis, ita Odd.d.art.3 n.40.verſ.& confirmatur. 27

Ampliatur ſecundò,& ſi ſubſtitutus eſſet cohæres pupilli,quia neque per ius accreſcendi poſſet capere totã hæreditatẽ,Rom.conſ.58.n.1.& conſ.200.n.1.Odd.d.q.3.de ſubſt.à Pag.fact.art.3.n.41.Alex.Trent.de ſubſt.par.4.c.2.n.18.Intrig.de ſubſt.cent.3.q.24.n.9. 28

Ratio eſt,quia qui vt inſtitutus admitti nõ poteſt,nec vti coniunctibus admitti debet,l.verb.ciuilib.ff.de vul. 29

Contra tamen facit text.in l.cohæredi,in princ.& in fi.ff.de vulg.& pup.ſubſt.ſed Romanus, & cum eo alij reſpondent,ibi factam fuiſſe ſubſtitutionem per verba directa ciuilia & ita illum text.communiter intelligi dixit etiam Rip.in d.l.centurio,n.173. 30

Receditur tamen ab hac limitatione, quando ex cõiecturis apparere poſſet teſtatorem voluiſſe directò ſubſtituere,vt ſentiunt omnes citati in coniecturis, de quibus infra ſtatim,& in ſpecie Corn. conſi.35.num.4.& ſeqq.lib.2.Soc.iun.conſi.95.n.10.& ſeq.& n.21.& conſ.121.per totum lib.1.Mant.de coniect.vlt.vol.li.5.tit.7.n.13.Menoc.lib.4.præſumpt.54.nu.10. 31

Et ſine dubio,quando per teſtes probari poſſet teſtatorem voluiſſe pupillariter ſubſtituere, ſecundum Rip.de ſubſt.reſo.20.n.6. 32

Prima coniectura eſt quando ſubſtitutio facta eſſet in figura pupillaris ſubſtitutionis,vel cum diſtributione temporũ ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel poſteà quãdocunque,quia tunc pupillaris contineretur licet in re certa facta eſſet ſubſtitutio communibus verbis, Bart.in l.precibus,in Gloſ.vlt.C.de impub.& alijs ſubſt.Aret.in l.1.col.5.ff.de vul.& pup.ſubſt.& ibi Paul.Caſt.nu.4.Soc.ſen.n.11.& Alciat.nu.166.& ſeq.Galia.in d.l.centurio,col.61.ff.eod.Ang.conſi.148. Dominus,n.5.Aret.conſ.154 nu.12.& ſeq.Soc.ſen.conſ.117.per totũ li.4.Corn.conſ.35.dubio ſecundo l.b.2.& conſi.138.n.8.li.3.Pari.cõſ.59.n 9.& 10.li.2.Soc.iun.conſ.95.n.10.& ſeq.mali.s li.1.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem,Crauet.conſ.623.n.22.verſ.ſecundo reſpondetur,Burſat.conſ.373.n.21.verſ.quando,& n.23.vbi de magis communi opinione teſtatur,Holend.conſ.73.n.28.et n.35.li.1.Menoc.conſ.362.n.22.Mathei.Sing.151 alias 149.incip. Nota vtile dictũ,Polit.de compen.ſubſt.fol.10.ver.quæritur ſecũdo quid ſi teſtator, Odd.de compend.ſubſt.par.5.q.3.tit.de comp.à Pag.facta ar.3.n.41.ver.contrariũ igitur,licet dicat primã opinionem eſſe communem,Alex Tren.de ſubſt.p.4.c.2.n.28.vbi dicit hanc opinionẽ eſſe magis cõmunem, & in pũcto iuris eſſe veriorẽ.Hæcq; opinio maximè procederet,quando verbũ commune, eſſet iunctũ verbo impuberi, quia tunc fit directum, ſecundum Soc.iun.d.conſ.95.n.21.lib.1.Alex.Trent.de ſubſt.p.4.c.2.n.28.in fin. Primò facit pro hac coniectura, quia dum teſtator exprimit pupillarem ætatem,videtur voluiſſe pupillariter ſubſtituere,Gloſ.vlt in l.precib.C.de imp.et alijs ſubſtit.alias verba eſſent ſuperflua,quòd eſſe non debet l.ſi quando,ff.de legat.1. 33

Reſpondetur primò, quod nõ ſufficit teſtatorem voluiſſe ſubſtituere pupillariter, ſed etiã requiritur quod ſeruatus ſit mod⁹ habilis,arg.tex.in c.cũ ſuperest.ext.de eſ.dele.& per ea,quænot.Glo.in l.nu.tũ.ff.ſi quis alteris

vel ſibi. Atqui ex verbis cõmunibus in re certa ſubſtitutione facta non eſt adhibitus modus habilis, ergo &c.

Reſp. ſecundò, quod ex verbis, ſi in pupillari, &c. non apparet teſtatorẽ voluiſſe facere pupillarẽ ſubſtitutionẽ, ſed potius, quòd voluerit adiicere conditionem, ſi in pupillari ætate deceſſerit, iuxta *l. cohæredi, §. cũ filiæ, ff. de vul. & pup. ſubſ.* vnde argumẽtũ procederet, ſi reliqua pupillari conueniãt, aliud ſi repugnant, prout repugnãt facta ſubſtitutione in re certa, *d. §. cum filiæ*, vbi propter repugnantiam horum verborum non dicitur pupillaris, licet dictum fuerit, ſi in pupillari ætate deceſſerit.

Secũdò adducitur pro cõiectura, quòd quando teſtator pupillo ſubſtituit, præſumitur pupillariter voluiſſe ſubſtituere, ſi verba & perſona patiuntur, *ca. ſi pater, de teſt. in 6*. At hic verba, & perſona patiuntur pupillarem, ergo &c.

Reſp. quòd voluntas teſtatoris eſt declarãda ex verbis certis, & cum in re certa ſubſtitutio facta ſit, videtur teſtatorẽ noluiſſe facere pupillarẽ, vnde verba, in pupillari ætate, quæ poſſunt, vt dixi importare conditionem, de neceſſitate non includunt pupillarẽ, quæ tamen de neceſſitate excluditur, ex quo ſubſtitutio in re certa facta eſt, & ſic ceſſat *c. ſi pater*, quia licet perſonæ conueniat pupillaris, non tamẽ verba patiuntur pupillarem.

34 Tertiò addo, quod ſubſtitutio pupillaris eſt fauorabilis, *l. ex tribus, C. de inoffic. teſt.* & ibi Iaſ. & alij, Bart. & alij ſcribẽtes communiter, *in l. 2. ff. de vul. & pup. ſubſt.* Ceph. *conſ.* 115. *n.* 20. Gall. *de exep. ſuc. tit. 4. exep.* 19. *n.* 23. *& ſeq. p.* 2. ſubſtitutio verò fideicõmiſſaria eſt odioſa *l. cohæredi, §. cũ filiæ, ff. de vulg.* Menoc. *conſi.* 171. *n.* 8. *& ſeq.* Rimin. iun. *conſi.* 117. *n.* 35. Odd. *conſ.* 56. *n.* 29. vbi teſtatur de cõmuni opinione, Ceph. *cõſi.* 422. *n.* 101. Eug. *conſi.* 61. *n.* 7. Craſ. *in §. fideicom. q.* 2. vbi teſtatur eſſe cõmunem opinionem, cum alijs multis cõgeſtis *inf. q.* 290. Vnde cũ mentio pupillaris, ætatis ſuadeat factã eſſe pupillarem, & mentio rei certæ ſuadeat contrariũ, præſumptio potẽtior, & benignior acippi debet, *l. Diuus ff. de integ. reſt. et l. ſemper in dubijs, ff. de reg. iur.* & ſubſtitutio debet interpretari potius directa, quàm obliqua, *d. c. ſi pater, de teſtam. in* 6. & dixi *ſuprà q.* 6.

35 Reſp. tamen hæc procedere in dubio, & quando verba patiuntur, ſed ex quo in re facta eſt ſubſtitutio, verba non patiuntur pupillarem, *d. §. cum filiæ*, & ſic ſumus in claris, quod teſtator noluit pupillariter ſubſtituere, mentio enim pupillaris ætatis de neceſſitate non importat pupillarem, *d. §. cum filiæ*, ſicuti mentio rei certæ oſtendit teſtatorem noluiſſe pupillariter ſubſtituere, ita Soc. iun. *d. l. centurio, n.* 228. *in fi.* & Pereg. *de fideicom. art.* 34. *n.* 55. *verſ.* 2. *reſpondetur*.

36 Contrariam igitur ſententiam, quod nec tunc pupillaris contineatur, probarunt Bart. *in l. Centurio, n.* 34. *ff. de vul. et pup. ſubſt.* & ibi Iaſ. *n.* 51. & Rip. *nu.* 253. *in fi.* vbi dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ, Soc. iun. *n.* 288. *in fi.* dicit non conſtare, quæ opinio ſit communior, & eſſe opinionem pro amico, & Alciat. *n.* 97. Paul. de Caſt. *in l. cohæredi, §. vlt. n.* 3. *ff. de vul. et pup.* Franc. *in c. ſi pater. col.* 54. *de teſt. in* 6. Gult. Ben. *in c. Raynutius, in materia, cõpendioſa, n.* 49. *ext. de teſt.* Bald. *cõſ.* 170. *n.* 1 *li.* 1. *cõſ.* 296. *n.* 3. *li.* 4. *conſi.* 110. *n.* 1. *et conſ.* 121. *n.* 5. *li.* 5. Rom. *cõſ.* 58. *n.* 1. Paul. Caſt. *cõſ.* 114. *n.* 5. *et col. vlt. li.* 1. Corn. *cõſ.* 47. *n.* 12. *cõſ.* 94. *n.* 3. *li.* 1. *et cõſ.* 40. *n.* 4. *li.* 3. Bero. *cõſ.* 125. *n.* 32. *li.* 2 Soc. iun. *conſ.* 136. *n.* 1. *et ſeq. li.* 1. vbi teſtatur hãc eſſe cõmopinionẽ. Bart. Huc. *de cõp. n.* 23. Craſ. *in §. ſubſtit. q.* 76. *n.* 26. vbi dicit hanc eſſe magis communẽ opinionem, Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 5. *tit.* 7 *n.* 12. *verſ. amplius, et n.* 13. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 254. *n.* 70. *et ſeq.* vbi multos alios addit Pereg. *de fideic. art.* 5. *n.* 37. *et ſeq. et ar.* 34. *n.* 55. vbi dicit eſſe communẽ opinionem, Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 24. *n.* 10. Gallus *de except. ſucceſ. tit.* 4. *excep.* 22. *n.* 93. *p.* 2.

Primò facit pro hac ſentẽtia, quia ex quo teſtator reſtrinxit ſubſtitutionẽ ad certã rẽ, videtur noluiſſe ſubſtitutũ alia bona habere, *l. in agris, ff. de acqu. rer. domin. l. cum prætor, ff. de. iudic.* ergo iſta voluntas eſt ſeruãda, *l. in conditionibus, ff. de cond. et demon.* Et voluntas illa dicitur quæ ex verbis colligitur, *l. Labeo, ff. de ſuppel. legat.* Nec in dubio à verborũ ſignificatione recedere debemus, *l. non aliter, ff. de legat.* 3. cũ aliis multis, quæ allegari ſolent. Et cũ limitata diſpoſitio limitatũ producat effectũ, *d. l. in agris, ff. de acquir. rer. dom.* non debemus ſi, teſtator limitauit ſubſtitutionem ad rem certã, illam ad omnia bona extendere mediante pupillari.

Secundò, mentio pupillaris ætatis de neceſſitete non importat pupillarẽ ſubſtitutionẽ, quia, vt dixi, verba, ſi in pupillari, poſſunt cenſeri appoſita conditionaliter fideicommiſſo, ſi in tali ætate deceſſerit, *d. l. cohæredi, §. cum filiæ* E contra mentio rei certæ de neceſſitate excludit pupillarem, quæ omnia bona pupilli includit, Doct. *in l.* 2. *ff. de vulg. et pup.* & dixi *ſup. q.* 116. ergo &c.

Tertiò verbũ directũ non ciuile, vel cõmune in relictis particularibus nullo dato hærede vniuerſali trahitur ad inſtitutionẽ, ita vt teſtamentũ potiùs pereat, quã quod ſic honoratus, dicatur hæres inſtitutus, *l. Lucius, §. filiã, ff. de l.* 2. *l. cogi, §. et generaliter, et §. ſed et ſingulis, ff. ad Treb.* Bart. *in l. his verbis, ff. de hær. inſt.* & ibi Bart. Ang. & alij cõmuniter cum alijs adductis à Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 19. *verſ.* Aut fuit facta vbi loquitur de vulgari, igitur multò magis, relictũ per viam ſubſtitutionis, non trahetur ad directam, & ita arguit Pereg. *ibid. n.* 55 Et ego tranſeo cum hac ſententia, quæ per prædicta mihi verior videtur, & etiam eſt magis communis. 37

Secunda coiectura eſt quando ſubſtitutio eſt facta in re certa, quæ aliquo modo poteſt dici vniuerſalis, vt ſi ſubſtituiſſet in bonis paternis, Corn. *conſil.* 138. *col.* 4. *li.* 3. Rip. *in l. Centurio, nu.* 154. *ff. de vulg.* qui tamen non firmat, Menoc. *conſi.* 362. *n.* 18. 38

Reprobatur tamẽ cõmuniter hæc cõiectura, & rectè & in ſpecie eam impugnãt, Alcia. *in l. Centurio, n.* 97. *ff. de vulg. et pup.* Soc. iun. *conſil.* 121. *li.* 1. Odd. *de comp. ſubſt. p.* 5. *qu.* 3. *ti. de comp. à Pag. fact. art.* 3. *n.* 42. Alex. Trent. *de ſubſt. part.* 4. *c.* 2. *n.* 25. Præt. ſenſit *de interpr. vlt. vol. fol.* 254. *n.* 71. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 24. *n.* 22. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. 39

Ratio eſt, quia relictũ de bonis, vel hæreditate alicuius iam obuenta teſtatori, habetur pro relicto particulari, *l. ex facto, §.* 1. *ff. de hær. inſ. l. cũ filius, §. Lucio, ff. de leg.* 2. *l. cog. §. ſed et ſi miles, ff. ad Treb.* Soc. ſen. *in l.* 1. *n.* 11. *ad mediũ, ff. de vul. et pup.* Hond. *conſ.* 73. *n.* 30. *li.* 1. & dixi latius *ſuprà qu.* 268. quando fideicõmiſſum vniuerſale, & quando particulare dicatur factum, *num.* 2. 40

Et idem eſſet quando ſubſtitutio eſſet facta in bonis certi loci indefinitè, vt ſcribũt Grat. *conſi.* 33. *n.* 7. *et ſeq. li.* 2. Pret. *de interpr. vlt. vol. fol.* 254. *nu.* 71. quia & tũc fideicõmiſſum eſſet particulare, vt dixi *q.* 68. *n.* 3. 41

Coniectura tertia eſt, quando filius fuiſſet inſtitutus in re certa pro ſua legitima, & illa res non excederet ſummam ſuæ legitimæ, quia tunc pupillaris contineretur in compendioſa communibus verbis facta filio ſic inſtituto, vt ſcribunt Bald. *in l. ex tribus, nu.* 2. *verſ. ego ſemper, C. de inof. teſtam.* Ang. *in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. et pup. ſubſtit.* Raph. Cuman. *in d. l. Centurio*, & ibi Rip. *num.* 154. *ff. eod.* Franc. *in c. ſi pater col.* 45. *de teſt. in* 6. Soc. ſen. *conſ.* 117. *in fi. lib.* 4. Bardel. *conſi.* 2. *num.* 8. *& ſeqq.* Odd. *de compend. par.* 5. *q.* 1. *ti. compend. à Pagano fact. art.* 3. *n.* 43. Alex. Trẽt. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 2. *n.* 21. hanc tenet quando onus nominatim eſt coniunctum pupillo, alias ſecus, Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 24. *n.* 23. Etiã quod expreſsè non ſit dictũ pro legitima, 42

ſed

ſed de neceſſitate intelligi debet de legitima, vt in filia, cui certa duos eſt relicta, Bardel. *d. conſ. 2. n. 9. & ſeq.*

43 Ratio eſt, quia ſemper facienda eſt interpretatio pro validitate actus. *l. quoties, ff. de reb. dub.* Menoc. *de arbitr. iud. caſu* 199. *n.* 22. & latiſſimè Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 3. tit. 2. n. 10. & ſeq.* Atqui ſubſtitutio vti fideicommiſſaria ſuſtineri non poteſt, quia ſuper legitima onus fideicōmiſſi imponi non poteſt, *l. quoniam in prioribus, C. de inof. teſt.* & plene dixi *ſup. q.* 286. ergo &c.

44 Hæc etiam coniectura habet ſuos contradicentes, quando opus non eſt nominatim iniunctum pupillo, & ſic quando fideicommiſſum videretur relictum à venientibus ab inteſtato, ita Alex. *in d. l. centurio, n.* 89. & ibi Alciat. *n.* 97. Bald. *conſ.* 140. *li.* 1. *et conſ.* 121. *n.* 3. *lib.* 5. Rom. *conſ.* 334. *n.* 3. Alex. Trent. *de ſubſt. p. 4. c. 2. n.* 21.

45 Et ratio eſt, quia à venientibus ab inteſtato filij poteſt ſuper legitima imponi grauamen, *l. ſi fundum, §. vlt. ff. de legat.* 1. & ibi Doct. omnes: Menoc. *li. 4. præſump.* 72. *n.* 4. Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 7. ti. 8. n.* 12. Pereg. *cōſ.* 70. *n. 3. li.* 1. Surd. *conſ.* 540. *n.* 30. & alios congeſſi *d. qu.*
46 296. *in ſecondo caſu.* Atqui ſi fideicommiſſum nominatim pupillo non iniungatur, in dubio præſumitur relictū à venientibus ab inteſtato, Bald. *in l. qui duos, in fine, ff. de vul. et pup.* Ruin. *conſ.* 104. *n.* 13. *li.* 2. vbi teſtatur de communi, & dicit iudicando ab ea non eſſe recedendum. Ceph. *conſ.* 133. *n.* 66. vbi teſtatur de magis communi, Hier. Gabr. *conſ.* 117. *n.* 31. *li.* 1. Odd. *conſ.* 63. *nu.* 12. *& conſ.* 69. *n.* 33. *et n.* 45. quibus in locis aſſerit hanc eſſe magis communem, idem affirmat Surd. *conſ.* 541. *n.* 31. *li.* 4. Mantic. *de coniect. vlt. vol. li. 8. tit.* 3. & Craſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 9. & vere hanc eſſe magis communem opinionem patet ex dictis *ſup. q.* 300. *n.* . . . ergo ſi à venientibus ab inteſtato relictum eſt fideicommiſſū ceſſat ratio, qua mouentur tenentes ſubſtitutionem eſſe pupillarem, quando inſtitutus eſt filius in ſola legitima. Veritas ergo huis coniecturæ pendet ab ea quæſt. an fideicommiſſum dicatur relictum in dubio à filio, an à venientibus ab inteſtato, de quo articulo latè ſcripſi *ſup. quæſt.* 300.

47 Quod ſi filius tempore mortis teſtatoris alia bona nō habebat, procederet coniectura, & ſic pupillaris contineretur, & traheretur etiam ad bona poſtea acquiſita, ſecundum Bald. *in l. ex tribus, n. 2. C. de inof. teſt.* Paul. Caſtr. *in l. 1. n. 4. ff. de vulg. et pup. ſubſt.* Bard. *conſi.* 2. *n.* 15. Odd. *d. q. 3. art. 3. ante n.* 44. & Intrig. *de ſubſ. cent. 3. q. 24. n.* 28. Et quamuis teſtator de futuris bonis filij nō cogitaſſet, nil refert, quia attenditur an ſubſtit. contineatur à principio, non ex poſt facto, Bart. *in l. Lucius, n. 12. ff. de vulg.* & ibi alij communiter ſequuntur.

48 Quarta coniectura eſt, quando filius fuiſſet inſtitutus in re certa, & poſteà facta eſſet ſubſtitutio ſimpliciter, nam tunc pupillaris contineretur, Alex. *in d. l. Lucius, col. pen. ff. de vulg. et pup. ſubſt.* Rip. *in l. cent. n. 154. ff. eod.* Aret. *conſ.* 174. Paul. Caſtr. *conſ.* 40. *n.* 1. *li.* 4. Soc. ſen. *conſ.* 117. *col. pen. li.* 4. Corn. *conſ.* 94. *col.* 1. *et conſ.* 291. *n.* 2. *li.* 1. Menoc. *conſ.* 362. *n.* 20. vbi dicit maximè procedere, ſi filius in illa re ſit inſtitutus pro ſua parte, Odd. *de comp. ſubſt. p. 5. q. 3. ti. de comp. à Pag. fact. ar. 3. n.* 46. Alex. Trent. *de ſubſt. p. 4. c. 2. n.* 20. Pereg. *de fideic. ar. 5. n. 39. verſ. et Bartoli traditio, et n. ſeq. et ar. 34. n.* 57. Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 24. in fi.* & vidēda erunt dicta ſupra *q.* 116. Probatur autem iſta coniectura *in c. ſi pater, de teſtam. in* 6. vbi eſt caſus expreſſus.

49 Hoc autem procedit, quando ſubſtitutio, vt dixi facta eſt ſimpliciter, aliud eſſet quando inſtitutio eſſet facta in re certa, & pariter in illa re facta eſſet ſubſtitutio, nam non contineretur pupillaris: Surd. *conſ.* 229. *n.* 6. *li.* 2. Pereg. *de fideicom. art.* 34. *n.* 57. Et iſtud procedit etiā quando inſtituto in re certa, non eſſet datus cohæres, & ſic fuiſſet inſtitutus hæres vniuerſalis, nam licet inſtitutio trahatur ad totum, non tamen ſubſtitutio facta in illa re traheretur ad totum, ſecundum Peregr. *de fideicom. art. 5. num.* 37. vbi in fine dicit rationem eſſe: quia verbum commune adiectum certæ rei non trahitur ad vniuerſum.

Quinta coniectura erit, quando ſubſtitutio eſſet fa- 50
cta, cum clauſula, pleno iure, vel per ſimilia verba, quæ habent ſenſum directum, Aret. *in l. centurio, col. pen. ff. de vulg.* & ibi Rip. cogitandum relinquit, quod voluit antea Bart. *in conſ. 15. n.* 6. & ſequitur Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 24. n.* 30.

Contrarium, quòd nec tunc pupillaris contineatur, 51
volunt Odd. *d. q. 3. art. 3. n.* 44. & Alex. Trēt. *d. p. 4. de ſubſt. c. 2. n.* 26. Qui mouentur *per tex. in l. Titia, §. 1. ff. de l.* 2. vbi verbum, à ſe ipſo accipiat, importat fideicommiſſum non directam ſubſtitutionem. Et verba, pleno iure, & verba à ſe ipſo, idem important ſecundum Odd. qui ſubdit, hæc verba poſſe videri apposita propter Falcidiā & quod ideò ceſſet, ratio, *d. § ex fundo.*

Sexta eſt coniectura, quando adeſſet clauſula, vulga- 52
riter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quia tunc pupillarem contineri volunt, Corn. *conſ. 35. num. 10 li.* 2. Rip. *in d. l. cent. n.* 154. Odd. *d. art. 3. n.* 45. Alex. Trent. *de ſubſt. p. 4. c. 2. n.* 19.

Septima coniectura eſt, quando ſubſtitutus eſt alius 53
filius teſtatoris, quia fauore filij contineretur pupillaris, Guid. Pap. *dec.* 522. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, Alex. Trent. *de ſubſt. p. 4. c. 2. n.* 27.

Octaua additur coniectura, quando cum verbo com- 54
muni eſſet iunctum, verbum directum merè ciuile, vt ſi dixit teſtator, ſubſtituo, & heredem facio Titium in illa re certa, quia, & tunc pupillaris contineretur, vt poſt alios citatos ſcribit, & benè, Caualc. *deciſ. 20. num. 15. part.* 3.

Declaratur tamen hæc coniectura, non procedat, quando in executione, aut demonſtratione eſſent iuncta verba directa, vt ſi dictum ſit ſubſtituo Titium in re certa infrà ſcriptum, vel ſupraſcriptum hæredem meū Bero. *conſ. 125. n. 21. & ſeq. li.* 2. quem refert, & ſequitur Caual. *dec. 20. n. 17. par.* 3.

Limitatur nonò, quando ſubſtitutio eſt facta in bonis 55
mobilibus, & immobilibus quia cenſetur facta in re certa, nec pupillarem continet, Bart. *in l. centurio, num.* 28. *in fi.* & ibi Rip. *n.* 137. & Soc. iun. *n.* 268. Bart. *in l. arrogator, col. antepen. in fin. ff. de adopt.* Iaſ. *in l. à Diuo pio, §. in venditione, in 4. not. ff. de re iudic.* Crauet. *in rub. ff. de lega. 1. n. 98. in fi.* Alex. *in l. 1. ff. de vulg.* & ibi Alcia. *num* 166. Pinel. *in Rub. C. de bon. matern. part. 1. nu.* 31. Bald. *conſ. 46. li.* 2. Aret. *conſ. 154. n. 12. & ſeq.* Odd. *conſ. 10. n. 6. & ſeqq.* vbi dicit procedere, licet adeſſent verba vniuerſalia, & eſſe communem opinionem teſtatur, Surd. *conſ. 129. ante n. 6. li.* 2. Bald. *de compend. nu.* 22. Bart. Huc. *de compend. n.* 17. Roland. *de compend. n.* 22. Saurez. *in Theſaur. recep. ſentent. littera B. n. 41. & ſeq.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 7. nu. 12. &* 15. Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 254. n. 70. verſ. & quādo,* vbi multos allegat, Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 2. num. 18. in fin.* Menoch. *li. 4. præſump. 54. num.* 45. Peregr. *de fideicommiſ. art. 34. num.* 56. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 21. n. 55. & qu. 24, num.* 7. quorum multi loquuntur etiam, quando verba ſunt appoſita in numero prulari, & cum ſigno vniuerſali.

Fundamentū autem huius limitationis eſt, quia ſubſtituendo in bonis mobilibus, & immobilibus, non cēſetur vniuerſaliter diſpoſuiſſe, cum tunc iura, & actiones non contineantur, *l. quam Tuberonis, §. vlt. ff. de pecul. l. à Diuo pio, §. vēditione, ff. de re iud.* cū alijs adductis à

Bart.*in d.l.centurio*,& ſic ſubſtitutio dicitur facta in re certa,quæ non continet pupillarem,ſi communibus verbis facta eſt,vt in præcedenti limitatione dictum fuit.

Contrariam opinionem, quando adſunt verba vniuerſalia tenent,Soc. iun.*in d.l.centurio,n.268.ff.de vul.* Odd.*d.art.3.n.14. verſ.ſecundum exemplum*, vbi dicit ita tenuiſſe Bart.*in conſ.15.li.1.* Menoc. *d. præſumpt.54.n.17.*idem dicit,& ſupponit hanc limitationem formatam, quando ſimpliciter eſt facta ſubſtitutio in bonis mobilibus,& immobilibus,ſed non aduertit,quod *n.* 25.ponit caſum quando ſubſtitutio erat facta in omnibus bonis. Mouentur ex Doct.Bart. *in l. Quintus,§. argento,ff.de aur.& argent.legat.*vbi dicit iura,& actiones non venire appellatione mobilium,& immobilium, niſi addita ſint verba vniuerſalia,omnia bona mobilia,& immobilia,&c.*per l. nam quoad.§.fin.ff.ad Trebell.* Addit Odd.quod verba illa,ſubſtituit in bonis mobilibus & immobilibus, ſunt appoſita ad augendum & non ad diminuendum, vnde omiſſis ſubtilitatibus, potius mens teſtatoris,quàm verba attendi debeat iux.*l. in conditionibus,ff.de cond.& dem.*Quæ ratio tendit contra communem ſententiam, etiam quando non adeſſent verba vniuerſalia: Communis tamen opinio retinenda eſt, quia quod iſta ſit voluntas teſtatoris, vt dicit Odd. eſt præſupponere id, de quo diſputatur, nullus enim negarit,quòd ſi conſtaret de voluntate, pupillaris non contineatur,arg.*l. 1.§.ſi ex fundo,ff.de hæred.inſtit.*& probatur *in l.cohæredi,§.de vul.& pup.*& ſcribit Soc. iun.*in d.l.centurio,n.268.verſ.2.aduerte*,& dictū eſt ſupra *n.* 31.Præterea verum non eſt, quod dicit Odd.verba illa, in bonis mobilibus,& immobilibus, eſſe appoſita ad augendum, quia potius ſunt appoſita ad limitandum, vt ſupponunt omnes,& in ſpecie aduertit Peregr.*d.art.34.n.56.* Non obſtat Doct.Bart.*in d.§.argento*,conſiderata ab Odd.& Menoch.nam in meo libro, Bart.non loquitur de depoſitione facta de omnibus bonis mobilibus,& immobilibus,ſed loquitur de diſpoſitione,ſimpliciter facta de bonis,vt dicit etiam Peregr.*d.art.34.n.56.*

Declaratur primò hæc limitatio,quando in ſubſtitutione adeſſent verba,in pupillari ætate, quia pupillaris contineretur,Alciat.*in l.1.nu.166.& ſeqq.ff.de vulg.& pupill.*Aret.*d.conſ.174.numer.12.et ſeqq.* Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.5.tit.7.num.12.*

Contrariam tamen ſententiam probat,Præt.*de inter pr.vlt. vol.fol.254.n.70.verſ.et quando et alijs hæc quæ relati,n.36.*

Declaratur ſecundò non procedere quando ex coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe facere ſecundum hæredem, quia pupillaris contineretur, Angel.*conſil.*148.Guid.Papæ,*conſ.52.col.2.*Rebuff.*in l.mouentium,col.vlt.ff.de verb.ſign.*Crauet.*in rubr.ff.de l.1.n.102.* Menoc.*li.4.præſump.54.n.28.*

Declaratur aliter ex dictis latius limitatione præcedenti, vbi plures coniecturæ enumerantur pro pupillari.

55 Limitatur decimò, quando teſtator fecit ſubſtitutionem in quota hæreditatis, nam tunc pupillarem non contineri ſcribunt Bart.*in d.l.Centurio,numer.36.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.*& ibi Galliau.*numer.*439.Claud. Seiſel.*numer.*42.Rip.*num.*156.Rip. *numer.*65.Alciat *num.*98.Soc.iun.*num.*390. Pariſ.*num.*147.& Bologn. *num.*253.Franc.*in cap.ſi pater,col.48.verſ. ſexto quæritur,de teſtament.in 6.*Gul.Bened.*in cap.Rainutius,in materia compendioſæ, num.49.ext.de teſt.* Aret.*conſ.154.num.13.*Paul.de Caſtr.*conſ.242.nu.1.li.1.* Corn. *conſ.291.n.1.li.1.& conſ.138.n.6.& ſeq.li.3.*Bero.*cōſ.225.n.31.li.2.*Pariſ.*conſ.59.n.1.li.2.*vbi dicit ita omnes tenere Crauet.*conſ.220.col.1.* Menoch. *conſ.144.n.24.& conſ.362.n.2.16.et ſeq.*Honded.*conſ.73.nu.25.li.1.*Et in tractatibus Bald.*de comp.n.27.*Berto. Huc.*de compend.n.23.*Odd.*de comp.par.5.q.3.ti.de compen.& Pag.fact.ar.3.n.30.*vbi arguit contra communem,& dicit ſibi videri dubiam, Craſ.*in §.ſubſtitu.q.61.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex.Trent.*de ſubſt.pa.4.cap.2.n.16.*vbi teſtatur de communi opinione,Pereg.*de fideic,art.34.n.53.*vbi aſſerit eſſe communem ſententiam,Intrig.*de ſubſt.cent.3.q.25.n.4.*Gallus *de except.ſucceſſ.tit.4.except.22.n.90.et ſeq.par.2.*

Adducitur pro hac opinione,*l. cum autem,ff. de leg.2.*qui tamen tex.non multum facit ad propoſitum,cum loquatur de quota bonorum:differentiaque eſt in ſubſtitutione hæreditatis, & in ſubſtitutione de quota bonorum, nam quota hæreditatis intelligitur cum omnibus oneribus hæreditarijs,*l.ſi quis ſeruum §.vult.de leg.d.l.2.*quota autē bonorū itelligitur deductis oneribus *d.l. cum autem.*Addi poſt ratio, nam ſubſtituendo in quota cenſetur teſtatur voluiſſe, quod venientes ab inteſtato ſint hæredes,*l. Lucius,§.filiam,ff.de lega.2.* & cum ſubtilitate iuris ſubſtitutio poſſit trahi ad fideicommiſſum trahenda eſt,ne ſuperflua reddantur verba, quotæ hæreditatis,contra *l.ſi quando ff.de leg.1.*reſtringēdo enim diſpoſitionem ad quotam,cenſetur teſtatorem voluiſſe, quod ſubſtitutus ſit legatarius, vel fideicommiſſarius, non autem hæres pupilli mediante pupillari, arg.*d.l. cū autem,ff.de legat.2.& d.l.ſiquis ſeruum,§.vult ff.eod.* & volunt Alex.Trent.*d.p.4.c.2.n.16.*& Pereg.*d.ar.24.n.53* & ante eos Bart.*in d.l.centurio,n.36.*vbi etiam dicit,quod ita demum verbum commune trahitur ad inſtitutionem, quando nullus alius eſt hæres vniuerſalis in teſtamento,*l. his verbis,in princ.ff. de hæred.inſt.*& ibi not.ſed in hoc caſu alius eſt hæres,ſcilicet primus inſtitutor,& poſt eum hæredes,ergo &c.

Declaratur tamen hæc limitatio, vt non procedat, 56
quando tota hæreditas fuit diſtributa per quotas, quia tunc pupillaris contineretur, in ſpecie ita ſe habent. Bart.*in l. centurio,nu.36.ff.de vulg.& pup.*& ibi Imol. *n.24.*Aret.*col.12.* Galliau.*num.*444. Claud. Seiſel.*nu.*32.Rip.*num.*155.Paris.*num.*155.Alciat.*num.*98.Soc. iun.*num.*289.& Bolog. *num.*253. Corn.*in l. precibus, n.131.C.de imp.& alijs ſubſt.*Franc.*in d.c.ſi pater, col.48.de teſtam.in 6.*Gul.Bened.*in d.c.Rainutius,in materia compendioſa,n.49.ext.de teſtam.*Corn.*conſ.128.n.10.li.3.* Crauet.*conſ.623.n.22.* Menoc.*conſ.362.n.21.* Et in tractatibus Bald.*de compend.n.27.* Bart. Huc. *de compend.n.23.*Craſſ.*in §.ſubſtitutio,q.61.n.1.*vbi de cōmuni opinione teſtatur, Odd.*d.q.3.art.3.nu.29.* Alex. Trent.*de ſubſt.p.4.c.2.n.15.*Pereg. *de fideic. art.34.n.52.*vbi dicit communem opinionem, Intrigl.*de ſubſt.cent.3.q.25.*qui ſcribit eſſe communem ſententiā,Gall. *de except.ſucceſſ.tit.4.excep.22.n.50.& ſeq.p.2.*

Ratio eſt, quia diuidendo totam hæreditatem per quotas in plures perſonas, idem eſt, ac ſi vnum in tota ſubſtituiſſet, cum aſſignatio portionum habeat vim inſtitutionis,licet non ſit dictum,hæres eſto,*l.1.§. Diuus autem pius,ff.de hæred.inſt.*Et facit quod dixi *q.472.n.73.*dum dixi facta ſubſtitutione vltimo morienti de pluribus diſtribuendo per quotas totam hæreditatem in ſubſtitutos, perinde eſſe, ac ſi facta eſſet ſubſtitutio in tota hæreditate.

Declaratur multis alijs modis ex dictis in limitatione nona,dum retuli plures coniecturas, ex quibus di i recedendum eſſe ab illa limitatione.

Limitatur vndecimò,quando ſubſtitutio eſt facta i quota bonorum, quia tunc pupillaris non contineretur Bart.*in l.centurio,n.36.ff. de vulg.*& ibi Imol.*nume.24.* Ruin.*num.*65.Pariſ.*num.*147.Claud.Seiſel.*n.*42.Rip. *num.*155.Alciat.*n.*98.& Soc.iun.*nu.*290.Franc.*in ca.ſi pater,col.48.de teſt.in 6.*Gul.Bened. *in c. Rainutius,in mate-*

materia compendioſæ,n.40.ext.de teſt. Aret.*conſ.*154.*n.*13. Paul. Caſtr.*conſ.*342.*n.*1.*li.*1. Corn.*conſ.*138.*n.*6.*& ſeq.li.*3. Bero.*conſ.*125.*n.*31.*li.*2. Pariſ.*conſ.*59.*n.*3.*li.*2. Crau.*conſ.*920.*col.*1. Meno.*conſ.*147.*n.*14.*in fine,& conſ.*362.*n.*17. *& ſeq.* Bald.*de comp.n.*27. Odd.*de compend.q.*3.*tit. de compend. à Pag. facta, art.*3.*nu.*34. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. Trent.*de ſubſtit. par.*4.*c.*2.*nu.*16. vbi aſſerit ita communiter teneri. Præt.*de interpr. vlt. vol fol.*254.*num.*70.*in fin.* Pereg.*de fideicom.art.*34.*n.*54. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl.*de ſubſt.cent.*3.*q.*23.*n.*10.

Primò hæc ſententia probatur ex tex.*in l. cum antè, ff.de legat.*2. vbi apertè dicitur, quod honoratus in quota bonorum intelligitur honoratus deductis oneribus, & ſic non poteſt haberi loco hæredis, idem etiam colligitur *l. non amplius,§.*1.*ff.de legat.*1.

58 Secundò Bart.*in d.l. Centurio,n.*36. mouetur ratione quia verbum commune non trahitur ad inſtitutionẽ alio dato hærede vniuerſali,*l.his verbis,& ibi notatur, ff.de hæred.inſtit.* Atqui hic alius eſt hæres vniuerſalis ſcilicet, filius, & poſt eum hæredes illius, ergo, &c. & dictum etiam fuit *in precedenti limitatione, verſ.addi poteſt.* vbi latius: & faciunt alia ibi dicta.

59 Declaratur hæc limitatio, quando diſtributa eſſent omnia bona per quotas, quia pupillaris contineretur, Bart.*in d.l.centurio,n.*36. & ibi Aret.*col.*12. Imol.*num.*24. Rip.*n.*157. Galliau.*n.*444. Claud. Seiſe.*n.*42. Alcia.*n.*98. & Bologn.*nu.*253.*verſ.ampliatur.* Gul. Bened.*in c. Rai.in materia,comp.nu.*49.*ext. de teſt.* Menoch.*conſ.*361.*n.*20. *& ſeq.* Bald.*de comp.n.*27. Odd.*d.q.*3.*art.*3.*n.*33. vbi de communi opinione teſtatur Craſſ. *in §.ſubſtitutio,q.*61.*n.*2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. Tren. *de ſubſt.p.*4.*c.*2.*n.*15. Pereg.*de fideic. art.*34.*n.*52. vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionẽ, Intrig. *de ſubſt.cent.*3.*q.*25.*n.*8.

Ratio eſt quia ex quo teſtator aſſignauit omnia bona per quotas, perinde eſt, ac ſi vnum tantum ſubſtituiſſet, licèt non ſit dictum, hæres eſto, *l.*1 *§. Diuus autem Pius,ff.de hæred.inſt.* ita Bart.*d.l.centurio,n.*36. & ſequuntur alijs, confirmatur, nam diſtribuendo omnia bona per quotas, videtur omnia bona aſſignaſſe, & idem eſt dicere omnia bona quod dicere totam hæreditatẽ, vel omnem hæreditatem, *l.nam quod in fine,cum l.ſeq. ff.ad Trebell.* ergo ſicuti quando tota hæreditas per quotas eſt diſtributa, continetur pupillaris, idem dicendum erit, quando omnia bona ſunt per quotas diſtributa, ſecundũ Odd. & Alex. Trent.*locis ſupra proximè citatis.*

60 Contrariam opinionem tenuerunt, & malè Franc.*in c.ſi pater,col.*48.*de teſt.in* 6. Soc.iun.*d.l. centurio,n.*289.*ff.de vulg.*

Declaratur etiam aliter ex dictis limitatione nona in coniecturis ibi conſideratis.

61 Limitatur duodecimo, quando apparet, teſtatorem voluiſſe de bonis ſuis diſponere, vt ſi ſubſtituit in bonis ſuis, vel ſibi ſubſtituit, vel in dicta hæreditate, vel in eius bonis, & hæreditate, quia tunc pupillaris non contineretur, ita in ſpecie, Bald. *in l. precibus, col.*12.*C.de impub.& alijs ſubſt.* & ibi Corn.*num.*75.*& ſeqq.* & Cagnol.*num.*228. Soc.iun.*in l.*1.*col.*7.*ff.de vulg. & pup.* Dec.*in l.pen.in primo not.C.de imp.& al.ſubſt.* Marc. Aquil.*in d.l.Centurio,p.*4.*n.*174. vbi multos alios citat, & ibi Rip.*n.*135.*in fi.* & Soc.iun.*n.*251.*in fi.* Franc.*in c. ſi pater,col.*45. *de teſt.in* 6. Anchar. *conſ.*8.*in princip.* Aret.*cõſ.*154.*n.*13. Alex.*conſ.*45.*col.*5.*li.*1. Corn.*cõſ.*262.*col.*1.*li.*1.*conſ.*95.*n.*13. *lib.*2.*conſ.*93.*n.*6.*lib.*3.*& conſ.*205.*n.*5.*li.*4. Bero.*conſ.*125.*n.*31.*li.*2. Soc.ſen.*cõſ.*116.*col.*2.*li.*1. Pariſ.*conſ.*73.*n.*19.*& n.*22.*li.*2. Craue.*conſ.*98.*n.*20.*& cõſ.*210.*col.*1. Decian.*conſ.*371.*nu.*3. Decian.*cõſ.*53.*n.*18.*lib.*4. Honded. *conſ.*73.*n.*13. *& ſeqq. & numero* 36. vbi dicit eſſe receptam, & veram opinionem,*lib* 1. Menoch,*conſ.*144.*numero* 14.*conſi.*551.*num.*22.*& lib.*4.*præſumpt.*54. *numero* 22. vbi teſtatur de communi opinione, Polit.*de compend.numero* 33. Mantic.*de coniect. vltim. volunt. lib.*5.*tit.*7.*n.*12. Alex. Trent.*de ſubſt.par.*4. *cap.*11.*numero* 14.*in fine, numero.*16. Peregr.*de fideicomm. art.*34.*num.*44.*& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſt.cent.*3.*q.*21.*num.*47. *& ſeqq.* qui dicit hanc communem receptiorem, Præt.*de interp. vlt.vol.fol.*254.*num.*70. *ad medium*, Farin.*dec.*504. *& deciſ.*509. vbi hoc idem affirmat procedere, quando verba ſubſtitutionis, quoquomodo referri poſſunt ad hæreditatem teſtatoris, *alias p.*4.*in nouiſſ.* idem ſentit eadẽ Rot.*in collect.* per Farin.*dec.*431.*n.*4. *& ſeq.p.*2.

Ratio eſt, quia ſubſtitutio eſt facta de bonis teſtatoris, pupillaris autem ſubſtitutio continet, & bona pupilli, & ei ſucceditur *l.ſed ſi plures,§.ad ſubſtitutos.ff.de vul. & pupill.ſubſtit. & not.in l.*2.*ff.eod.* & dixi *ſuprà in materia pupillaris,qu.*155. Cum ergo teſtator ſubſtituerit in bonis ſuis, vel hæreditate ſua, cenſetur noluiſſe ſubſtituere per fideicommiſſum, cum per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatoris, & in eius bonis, *l. coheredi,§.cum filiæ.ff.eod.* & latius dictum fuit,*q.*274. 62

Contrariam ſententiam, quod immo, & pupillaris contineatur, licet ſubſtitutio facta ſit in bonis ſuis, vel hæreditate ſua, vel ſubſtituerit, probarunt Alexan.*conſ.*51.*in caſu,& in fi. li.*7.*repetito conſ.*12.*li.*3. Cor.*conſ.*138.*n.*8.*lib.*3. Odd.*d.q.*3.*art.*3.*n.*14. qui tamen tenet primam opinionem, quando ſubſtitutio eſt facta cũ taxatiua, Caualc. qui alios citat *deciſ.*30.*n.*16.*part.*4. Mouentur ex eo, quia ſi teſtator dicat mihi ſubſtituo, nõ eſt excluſa pupillaris ſubſtitutio, *l.ſi ita ſcriptum,§.qui filio, ff.de bonor.poſſeſſ.ſecund.tab.* & ſcribunt Glo. *in l.*1.*in verb.Cuius, ff.de vulg.& pupill.* Did.*in c. Raynutius,§.*5.*n.*5.*ext.de teſt.* Ruin.*conſ.*103.*&* 105.*li.*2. Soc.iun.*conſ.*121.*n.*23.*lib.*1. Cephal.*conſ.*423.*n.*118. Menoc.*conſ.*362.*n.*24.*& ſeq.li.*4.*præſ.*34.*n.*12. Pereg.*conſ.*38.*n.*42.*& ſeq.li.*2. cũ alijs congeſtis *ſupra in materia pup. ſubſt.q.*109. ergo idem erit, quando ſubſtitutio facta eſt in bonis meis, vel in hæreditate mea. 63

Reſpon. tamen, quod verbum, mihi, excludit pupillarem in compendioſa quando non eſt facta expreſſa dimmeratio ætatum, vel von eſt facta ſubſtitutio verbis directis ciuilibus, Bald.*in l.precibus,C.de imp.& al.ſubſt.* & ibi Ang. & Salic. Alc.*in l.*1.*n.*6.*ff.de vulg.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Pariſ.*conſ.*73.*n.*53.*& ſeq.li.*2. vbi teſtatur de magis communi opinione, Honded.*cõſ.*73.*n.*13.*& ſeqq.& n.*35.*& ſeq.li.*1. Meno.*conſi.*362. *ante.n.*23. *& li.*4.*præſ.*54.*nu.*23. cum aliis citatis *d.q.*109.*n.*8. 65

Ratio autem eſt, quia quando teſtator vtitur verbis aptis ad pupillarẽ, vt ſunt verba directa ciuilia, vel facta eſt mentio pupillaris ætatis, clarũ eſt, quod voluit pupillariter ſubſtituere, ideò verbũ, mihi, non immutat formã pupillaris, ſed quando teſtator ſimpliciter ſubſtituit ſine ætatũ diminutione per verba cõmunia non apparet quã ſubſtitutionẽ facere voluerit, cũ ſub inuolucro verborũ dixerit, quãdocunque deceſſerit ſubſtituo, &c. & ideò hæc verba dubia declarantur ab aliis verbis ſequẽtibus, in hæreditate mea, ita vt cenſeatur voluiſſe facere ſolã fideicõmiſſariã, non autẽ, & pupillarẽ, quia vt dictũ eſt, per fideicõmiſſũ ſucceditur in bonis teſtatoris tatũ, per pupillarẽ etiã in bonis pupilli, & ita etiã reſpondent Hõded.*d.conſ.*73.*n.*35. *& ſeq.li.*1. Menoc.*d.præſum.*54.*n.*23. & ſenſit Pereg.*d.art.*34.*n.*44.*et ſeq.* vbi præciſè poſt plures relatos reſpõdet *d.l.ſi ita ſcriptũ*, per quã mouentur, Odd. loqui in expreſſa pupillari, per quam ſucceditur vtrique, & in bonis vtriuſque Rota Roman. *in collect.per* Farinac.*dec.*639.*n.*4.*et ſeqq.p.*1.

66 Declaratur primò recepta ſententia non procedere,
quando verbis vniuerſalibus facta eſt ſubſtitutio hoc
modo ſubſtitutio in omnibus bonis meis, vel in tota hæ-
reditate mea, quia tunc pupillaris continebitur, Bart. *in
d.l.centurio, n. 27. ff de vulg.* & ibi communiter ſcriben-
tes omnes, Honded *conſ 73. n. 9. & n. 38. li. 1.* Odd. *d.
q. 3. art. 3. n. 14. ver. retento*, Mant. *de coniect. vlt. vol.
li. 5. tit. 7. n. 16.* Menoc. *li. 4. præſump. 54. n. 4. præſump.
56. n. 12. 13.* Pereg. *de fideic. art. 34. n. 47.* Intrig. *de ſubſt.
cent 3. q. 21. n. 53.* & alios adduxi in fortioribus matre
in medio exiſtente *q. ſeq. n. 108.* idem voluit Roder. *in
collect.* per Farin. *dec. 431. n. 5. p. 2.*

67 Ratio eſt, quia ſubſtitutus non poteſt habere totam
hæreditatem niſi vigore directæ pupillaris, ſi enim eſſet
fideicommiſſaria detraheretur legitima, & Trebelliani
ca: ideò ſubſtitutio erit pupillaris, *a g. in l. teſtamento, in
fin. C. de teſtam. m lit.* dum enim dicit teſtator, quòd tota
hęreditas deueniat ad ſubſtitutum, nihil excludit, *l. Iu
lianus, in princ. ff. de legat. 3.* & ita argumentatur, Bart.
in d.l. centurio, n. 27. & cæteri ſequuntur. Confirmatur,
nam dum teſtator vult omnia bona peruenire ad ſubſti-
tutum, dicendum eſt, quod voluerit eo modo peruenire
quo poſſunt, nam qui vult conſequens, cenſetur velle ne
ceſſarium antecedens, *l. illud, ff. de acquir. hæred. l. ad rẽ
mobilem, ff. de proc.* non poſſunt autem omnia perueni-
re niſi per pupillarem, ergo &c.

68 Idem eſt, quando quis eſſet ſubſtitutus in hæreditate
ſine diminutione, vel eſſet dictum, quòd bona ſine di-
minutione, deueniant, &c. Alciat. *in l. 1. n. 167. ff. de vul.*
Mant. *de coniect. vlt. vol. li 5. tit. 7. n. 16.* Menoch. *d.
præſump. 56. n. 12. verſ. ſecundum eſt exemplum.*

69 Sed contra fuit deciſum in Rota Romana apud Fari
nac. *dec. 104. alias impreſſa ſub p. 4. dec. Romanæ Rotæ,
in nouiſſ.* & Rota ibi primam opinionem admittit, ſi
ſubſtitutio ſit facta in omnibus bonis ſimpliciter, ſecus
ſi addatur hæreditatis meæ, quia tunc generalitas om-
nium bonorum, quę erat apta comprehendere etiam bo
na pupilli, fuit reſtricta per verba ſequentia, hęreditatis
meę, ad bona & hęreditatem teſtatoris: ſed credo Ro-
tam in hoc erraſſe, communis opinio verſatur in termi-
nis, quando verba vniuerſalia ſunt relata ad hæreditatẽ
teſtatoris, & non mouentur, vt dicit Rota ex eo, quia
verba vniuerſalia comprehendat etiam hereditatem pu
pilli, ſed mouentur, vt dictum eſt, quia ſi tota hęreditas
teſtatoris reſtituenda eſt, non poteſt legitima, nec Tre
bellianica detrahi, & ideo ſi & iſtę quartę continen-
tur in ſubſtitutione, neceſſariò ſubſtitutio eſt iudicanda
pupillaris.

70 Declaratur ſecundò, quando inſtitutio facta eſt in o-
mnibus bonis præſentibus, & futuris, & poſtea ſequitur
ſubſtitutio facta per verba relatiua in dictis ſuis bonis,
vel in dicta hæreditate, vel in hæreditate, vt ſuprà, quia
perinde eſt, ac ſi dictum fuiſſet in omnibus bonis, vel in
tota hæreditate, ita Pereg. *de fideicom. art. 34. nu. 46.* vbi
multos alios adducit, Alex. Corn. & Menoc. & allegat
ea, quæ in ſimili dixerũt, Soc. ſen. *conſ 77. col. 2. li. 1.* cui
ſubſcripſerunt, Alex. *conſ. 79.* & Seuer. *cõſ. 80.* Soc. iun.
conſ. 94. n. 27. & 30. li. 1. & cõſ. 110. n. 33. li. 3. & Me-
noc. *li. 4. præſump. 62. n. 14. & conſ. 376. n. 28.* qui dicunt
reciprocam, quæ inducitur, quando ſubſtitutio eſt facta
in tota hæreditate, *iuxta l. Titia Seio, §. Seio libertis, ff.
de leg. 2.* cenſeri inductam, quando ſubſtitutio eſt facta
in dicta hæreditate, quaſi ſit facta in tota. [Hanc etiam
declarationem probauit Pereg. *conſ. 32. n. 44. verſ. &
in omnib. li. 2.* & pro eo ſtat Rota Rom. *dec. 373. n. 6. p.
2. recent.*]

71 Ratio eſt, quia illa dictio, dicta, eſt relatiua præcedẽ-
tium cũ omnibus qualitatib. *l. 1. §. cum qui, ff. de poſtul.*
Soc. iun. *conſ. 133. n. 2. lib. 1.* vbi allegat Bar. Soc. ſen. &
Corn. Rip. *in l. filius familias, §. Diui, n. 111. ff. de legat.
1.* Dec. *conſ. 465.* Curt. iun. *conſ. 58. col. 1. in fine & col.
ſeq.* Parii. *conſ. 74. n. 24. li. 3.* Crauet. *conſ. 98. n. 8.* Ceph.
conſ. 138. n. 39. & conſ. 419. n. 35. & Menoch. *conſ. 4. n.
27. & d. conſ. 376. n. 28.* Et ideo ſicuti in inſtitutione te-
ſtator vſus eſt verbis vniuerſalibus, cenſetur illa repeti- 72
iſſe in ſubſtitutione. Bald. *conſ. 304. nobilis vir, li. 5.* Soc.
iun. *conſ. 131. li. 2.* Alex. *in l. quiliberi, §. hæc verba, ff. de
vul. & pup.* Rip. *in l. filius familias, §. Diui, n. 111. ff. de
legat. 1.* Et relatio cẽſetur facta cũ omnibus ſuis qualita- 73
tib⁹, & relatũ dicitur eſſe in referẽte cũ omnib⁹ ſuis qua-
litatibus, *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt.* Bart. *in l. 1. §. vlt.
circa finem, ff. de famil. erciſc.* Dec. *conſ. 47. n. 1. & 2.*
Ruin. *conſ. 127. n. 4. in fi. & n. 5. li. 2.* Rim. iun. *conſ. 6.
n. 108. li. 1.* Crau. *conſ. 45. n. 4.* Menoc. *d. præſ. 62. n. 14.
et d. con. 376. n. 28.* Dum ergo teſtator vult ſubſtitutum
habere omnia, neceſſariò debet intelligi per pupillarẽ,
quia aliàs legitima, & Trebellianica ex perſona pupilli
detraheretur.

Mouetur vlterius Peret. alia ratione quia ſcilicet ex
copulata inſtitutione, & ſubſtitutione, cenſetur facta
ſubſtitutio in illis bonis, in quibus facta etiam fuit inſti-
tutio, per tex. *in l. 1. C. de imp. & alijs ſubſtit. in l. 3. in l.
cum de Lanionis, §. Aſinam, ff. de fund. inſtruct. cum con-
cord.* vt per eum.

Contrarium tamen, quod pupillaris non contineatur, 74
licet adſint in ſubſtitutione verba relatiua ad bona com
prehenſa in inſtitutione, voluit Menoc. *conſ. 144. n. 14.*
vbi loquitur quando facta eſt ſubſtitutio in hæreditate,
vt ſuprà allegat Aret. Crauet. & Bero. & vult, quod ex
quo facta eſt ſubſtitutio in ſua hæreditate, vt ſupra, non
intelligatur de hæreditate pupilli, quia tunc ſubſtitutio
de hæreditate teſtatoris cenſetur relictũ particulare, ex
quo relinquit certum genus patrimonij, *l. ex facto, §. 1.* 75
ff. de hæred. inſt. l. cũ filius, §. Lucio, & ibi Bart. *ff. de leg.
2. l. cogi, §. & ſimiles, ff. ad Treb.* Soc. ſen. *in l. 2. n. 11. ad
med. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Honded. *conſ. 73. n. 30. li.
1.* Adde magis in terminis eundem Honded. *conſ. 72. n.
13. & ſeq. & per totum li. 1.* vbi de ſubſtitutione facta
in directa hæreditate, & latè plura adducit ad compro-
bandum non includi bona pupilli, & propterea non poſſe
dici pupillarem, per quam in bonis pupilli ſuccedatur *di-
cto §. ad ſubſtitutos*, & tradunt omnes *in d. l. 2. ff. de vul.
& pupill.*

Sed quicquid ſit de veritate huius articuli, adducta
per Menoc. & Honded. non ſtringunt difficultatem,
nam quod alia ſit hæreditas teſtatoris, alia pupilli, non
eſt dubium, & concedo ſubſtitutionem per verba, de
dicta hæreditate, vel de hæreditate, vt ſupra, intelligi de
hæreditate teſtatoris, ſed hic non verſatur difficultas, in
eo bene verſatur, vt conſiderat Pereg. An ſubſtitutio de
dicta hæreditate habeatur, ac ſi facta eſſet de tota, cum
inſtitutio facta eſt per verba vniuerſalia in omnibus
bonis: Et propterea includat legitimam, & Trebellia-
nicam debitam impuberi in bonis & hęreditate patris,
quod ſi tunc includit, per neceſſarium conſequens te-
ſtator, & de bonis pupilli voluit diſponere, propterea
ſubſtitutio iudicanda ſit pupillaris ſecundum eum. Ego
tamen ſi caſus contingeret, vix approbarem opinionem
Peregr. quæ nimis ſubtilis eſt, & longè trahit volun-
tatem teſtatoris, dum enim inſtitutio ſit in omnibus
bonis, vt communiter contingit fieri ex ſtilo notariorũ,
non colligitur, quod teſtator voluerit pupillariter ſub-
ſtituere, & dum poſtea ſit ſubſtitutio in dictis bonis, nõ
dicitur ex mente teſtatoris eſſe detractiones legitimæ,
& Trebellianicæ prohibitas, vt in fortioribus, quando 76
ſubſtitutio eſt facta in omnibus bonis eſt magis cõmu-
nis opinio, vt non dicatur Trebellianica prohibita, te-
ſte Ant. Gabr. *tit. de Trebel. concl. 3.* cum tamen ſecus
ſit, quan-

ſit, quando dictum fuit totam hæreditaté reſtitui. Ant. Gabr. *ibi ſupra concluſ.6.* Vel dictum fuit reſtitui bona ſine diminutione. Gabr. *ad Trebell.concl.* 7. ſit ergo nõ eſt prohibita Trebellianica, verba teſtatoris in ſubſtitutione non trahuntur per hoc, vt comprehendant etiam legitimam,& Trebellianicam,& ſi non continent legitimam, & Trebellianicam bona pupilli non erunt in ſub-
77 ſtitutione comprehenſa. Præterea vbi voluntas teſtatoris elicitur ex coniecturis pro pupillari, ita debent eſſe vrgentes, vt al a interpretatione non egeant, ita poſt alios in terminis noſtris, Rota Roman. *in nouiſſ. dec.* 504. *par.4. aliàs impreſſa* ſub nomine Farinacij, quãdo ergo ſubſtitutio expreſsè fit de tota, tunc coniectura elicitur neceſſaria, vt ſubſtitutio iudicetur pupillaris, vt dictum eſt: ſed quando ſubſtitutio fit verbis relatiuis ad inſtitutionem, tunc alia potuit eſſe mens teſtatoris in ſubſtitutione, quã pupillariter ſubſtituendi, quia, vt dixi, tunc nec legitima, nec Trebellianica cenſentur prohibitæ,& ſi nõ prohibitæ, ergo non comprehenſæ in ſubſtitutione. Ac-
78 cedat quod & indefinita oratio æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus, ff. de leg.2. l. ſi plures, ff. de leg.3.* ergo quando inſtitutio eſt facta in omnibus bonis,& poſtea fit ſubſtitutio in hæreditate, dicendum eſſet, haberi, ac ſi dictũ eſſet de tota hæreditate, & tamen facta ſubſtitutione in hæreditate non continetur pupillaris, vt poſt Aretin. & Dec. dicit Honded. *d.conſ.73.n.16.in fin.lib.1.* & volũt
79 omnes. Vlterius ſubſtitutio ſimpliciter concepta continet omnia bona, de quibus in inſtitutione diſpoſitum eſt. Peregr. *de fideicom m.art.34.n.46.* & alibi ſæpe, ergo ſi inſtitutio facta de omnibus bonis eſt, dicendum eſſet,& ſubſtitutionem ſimpliciter factam de omnibus cenſeri factam,& hoc eſt falſum, vt admittunt omnes, ergo ſufficere non debent verba relatiua, quando de neceſſitate inferri non poteſt, quod teſtator ſenſerit facere pupillarem, nam verbũ, dicta, poteſt operari, quod teſtator ſenſerit de ſua hæreditate, non autem de pupillari hæreditate, vt ita interpretantur Honded. *d.conſ.73.nu.13.& per totum,*& Menoch. *d.conſi.144.n.14.* non autem voluerit pupillariter ſubſtituere, ex quibus reſultat quod in quæſtione præſenti non contineatur pupillaris per verba relatiua, quando ſubſtitutio non eſt facta de tota.

Et authores, quos Peregr. adduxit pro ſua opinione nil faciunt, nam Alex. *conſ.12.li.3. & conſ.51. lib.7.* qui tamen de hoc nil dixit, quando verba ſunt vniuerſalia, Corn. verò *conſ.152.n.35.li.3.* potius probat contrariũ, *& conſ.322.nu.15.lib.3.* loquitur in terminis, quando in ſubſtitutione fuerunt expreſsè poſita verba vniuerſalia, & enim in his terminis loquitur Menoch. *præſump.56. n.13.* & ego dixi *ſuprà n.66.*

Nec obſtat argumentum Pereg. in ſimili de reciproca, quæ inducitur inter plures honoratos, quando ſubſtitutio eſt facta in dicta hæreditate, quia ſunt diuerſæ rationes in illa materia ab iſta, nam ſi ſubſtitutio ſit facta ab vltimo in hæreditate indefinitè, reciproca inter inſtitutos reſultat, licet non adſint verba relatiua, Ceph. *conſ. 166.n.26.* Dec. *conſ.2.n.276.li.1.* Menoch. *li.4.præſum. 62.n.2.& 45.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.5.n.36. verſ. deneniendum eſt,& nu. ſeqq.* vbi comprobat, & dicit in illa Rota ita fuiſſe iudicatum, & alios ego adduxi *infr. qu. 47 nu.55.& ſeq.* & tamen ſi compendioſa verbis communibus ſit facta in hæreditate, abſque verbis relatiuis, omnes concedunt pupillarem non contineri, vt etiam dixi *ſupr.n.78.* ex ſententia Aretin. Dec. & Hond.

Videatur etiam ad propoſitum Mantic. *deciſ. Roma. 367.n.2.& ſeqq.* vbi dicit non ſufficere, quod colligatur ex proœmio, & ex inſtitutione, quod teſtator voluerit diſponere de rebus ſuis, niſi etiam ſubſtitutio ſit reſtricta ad bona ſua. Immo Rota ibidem ſubſtitutionem non reſtringit ad fideicommiſſariam, quando data fuit licentia alienandi poſt vigeſimum annum bona ſuæ hæreditatis, quia tali licentia non poteſt tangere bona pupilli poſt pupillarem ætatem, nimirum ſi pupillaris non excluditur, cum licentia non potuerit comprehendere, niſi bona teſtatoris.

Declaratur tertiò, non procedere, quando pupillus nõ habebat alia bona, & teſtator hoc non ignorauit, quia tunc verba mea, ſua, mihi, ſibi & ſimilia, non excludunt pupillarem, & ſuperfluè cenſentur appoſita, arg. *l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* & in ſpecie ita ſe habent Paul. de Caſtro *in l.1. num.4. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Odd. *d. comp. ſubſtit. par.5.q.3. tit. de comp. à Pagan. fact. art.3.n.14. verſic. limitatur ſecundo,* Alex. Trent. *de ſubſt. par.4. cap.11.n.16. in fin.* Intrigl. *de ſubſt. cent.3.q.21.n.54.* Pereg. *de fid. art.34. nu. 47. in fi.* Teſtator enim tunc non cogitauit in bonis filij non ſubeſſe niſi ſuam hæreditatem, nimirum ſi ſubſtituendo cenſetur ſubſtituiſſe in bonis pupilli. 80

Contrariam ſententiam probauit Menoch. *lib.4. præſump.54 n.24.* & ante eum idem tenuerunt Alex. *in l.1. n.5. verſi. ſeu iſt. ratio, ff. de vulg. & pup.* & ibi Alex. *n. 7. verſ. hac conſideratio,* Soc. ſen. *nu.11. in quarto caſu.* Ripa *nu.42.* vbi dicit eſſe magis communem, & Alciat. *nu.32.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.5. tit.7. n.11.* Rota Rom. *d. dec.504. in principio, verſi. nec obſtare, in nouiſ. par.4.* Et ratio eſt, quia teſtator potuit cogitare filium acquirere bona, *l. ſi defunctus, C. arbi. tut.* & ſi non ex alio ſaltem ex fructibus hæreditatis, & in omni caſu ſciebat filium habere legitimam, & Trebellianicam, & quod potuit habere bona materna, in quibus ſuccedit, *auth. defuncto, C. ad Senatuſc. Tertul.* cum alijs adductis, Socin. ſen. *in d.l.n.11. in quarto caſu, & ab Alex. Trent. de ſub. p.4.c.2.n.29.* 81

Declaratur quartò non procedere, quando facta eſt dinumeratio ætatum, vt ſi teſtator dixit, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque, &c. tunc enim cum ſit facta mentio pupillaris ætatis elicitur coniectura, quod teſtator voluit facere pupillarem, & verba etiam obliqua impropriantur, vt pupillaris ſubſtituatur, quando de pupillari ætate facta eſt mentio, *l. quærelatur,* & ibi Bart. *ff. de teſtam. milit.* vbi dicitur, quod verbum obliquum ad directum trahitur, ſi de mente teſtatoris conſtat, de quo articulo latius diximus *ſup. quæſt.8.* Et dixit Gloſ. *in l. precib. C. de impub. & al. ſubſtit.* quod facta mentione pupillaris ætatis colligitur voluntas teſtatoris, quod in illa ætate voluit ſubſtituere, & illam gloſ. communiter approbant Doctores, teſte Soc. ſen. *d.l.1.n.11. verſ. & probatur,* vbi ſubdit, quod aliàs fruſtra de tali ætate facta eſſet mentio, *contra l. ſi quando, ff. de legat.1.* Et in ſpecie hanc declarationem probarunt Socin. ſen. *in l.1.n.11. ff. de vulg.* & ibi Alciat. *num. 166.* Honded. *conſ.73.nu.6.& 35.li.1.* vbi alios allegat Dec. *conſ.82.n.24.li.3.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. li.5. tit. 7.n.12.* vbi alios addit. Rot. Rom. *in collec.* per Farinac. *deciſ.431.n.4.par.2.* 82

Declaratur quinto, quando ſubſtitutio eſt facta impuberi in ſua hæreditate pleno iure, quia pupillaris continebitur, ſecundum Grat. *conſ.134.n.13. & ſeqq. lib.1.* Corn. *conſ.322.nu.18.li.3.* & Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.5. tit.7. nu.14.* 83

Limitatur decimotertiò, quãdo teſtator nullam fecit mentionem pupillaris ætatis, nã ex hoc præſumitur noluiſſe pupillariter ſubſtituere, Dec. *conſ.82.n.24.li.3.* vbi allegat Ang. *cõſ.148.n.4. verſ. & hoc cõſtat ex eo,* Aret. *conſ.154.n.14.& dec. Delph.* Fran. Mar. *298.n.3.par.2.* 84

Contrariam opinionem, & melius probauit Menoc. *li.4. præſ. 54. in fine,* & eſt de mente omnium, qui tenẽt communem ſententiam in principali quæſt. 85

Limitatur vltimò, matre exiſtente in medio ſecun- 86

dum vnam opinionem, ſed quia articulus eſt amplus, & difficilis in ſequenti ſeparata q. exactius tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa communibus verbis facta matre in medio exiſtente eſt omni tempore fideicommiſſaria, contra n. 16. declara per totam qu.*

2 *Interpretatio quæ fauet matri in dubio ſumenda eſt.*

3 *Interpretatio æquior ſumenda eſt.*

4 *Subſtitutio interpretatur pupillaris, ſi verba, & perſona conueniant.*

5 *Interpret. quæ minus alteri præiudicat ſumenda eſt.*

6 *Cauſa eius qui agit de damno præualet cauſæ illius qui tractat de lucro.*

7 *Legitima parentibus debita dicitur æs alienum.*

8 *Interpretatio quæ vtrique partium ſatisfit in dubio facienda eſt.*

9 *Pupillaris comprehenſa in compendioſa communibus verbis facta, dicitur expreſſa verbis generalibus.*

10 *Verba generalia non ſufficiunt ad priuandum aliquem iure ſibi quæſito.*

11 *Pupillaris verbis generalib. expreſſa dicitur, quando teſtator dixit, filium inſtituo, Semproniuм ſubſtituo.*

12 *Pupillaris contenta in cõpendioſa directis verbis facta, eſt generalis, & matrẽ excludit etiam à legitima.*

13 *Mater non debet priuari iure ſuo, niſi ſit expreſſum à lege, vel à teſtatore.*

14 *Compendioſa cõmunibus verbis facta non cõtinet pupillarẽ ad matris excluſione ſi prohibita ſit Trebell.*

15 *Compendioſa cõmunibus verbis facta matre extãte non continet pupillare, ſi in bonis teſtatoris facta ſit.*

16 *Intellectus cap. ſi pater, de teſtam. in 6.*

17 *Verbum, moriatur, eſt commune.*

18 *Fauor pupilli eſt, quod teſtator decedat.*

19 *Pupill. ſubſtitutio dicitur fauor, & cõmodũ pupilli.*

20 *Subſtitutio quæ ab initio non continetur ex poſt facto renaſci, & contineri non poteſt.*

21 *Pupillaris in compendioſa communibus verbis facta matre exiſtente continetur, licet effectum contra eam non habeat.*

22 *Verbum vnum poteſt habere plures ſignificationes æquè proprias.*

23 *Generalitas operatur, ac ſi ſpecialiter facta eſſet expreſſio.*

24 *Subſtitutio potius directa quam fideicommiſſaria iudicatur.*

25 *Verba in proprio ſignificatu potius ſunt accipienda.*

26 *Compendioſa communibus verbis facta non excludit matrem à legitima, contra n. 28. limit. nu. ſeqq.*

27 *In re dubia media via eſt eligenda.*

29 *Aequitas non ſcripta attendi non debet.*

35 *Compendioſa communibus verbis facta non continet pupillarem extantibus illis perſonis, quæ per tacitam pupillarem non excluduntur. Decl. per totam qu.*

40 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris excluſionẽ, quando eſt excluſa per ſtatutum à filij ſucceſſione. Amplia, & decl. n. ſeqq.*

45 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem contra matrem, quæ ſecundò nupſit, contra n. 48. Declara n. 49. 50. & 51.*

46 *Pupillaris tacita excludit matrem, quæ ad ſecunda vota tranſiuit, contra n. 47.*

52 *Vxor ſecundò nubens de conſenſu viri non incurrit pœnas ſecundò nubentium.*

53 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem, ad matris excluſionem, quæ fuit inhoneſta vel inimica teſtatoris.*

54 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris, excluſionem, cui relictum eſt legatum, contra n. 55. Declara n. 56. & ſeqq.*

57 *Legatum annuum dicitur tot continere legata quot ſunt anni.*

58 *Legata relicta ab inſtituto præſumuntur repetita à ſubſtituto pupillari.*

60 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillare ad matris excluſionẽ ſubſtituto fratre pupilli, vel alijs deſcendentibus, contra n. 65. Declara n. ſeq.*

62 *Dilectio maior præſumitur erga filios, quam erga vxorem, & n. 64. & 76.*

63 *Pupillaris tacita matrem excludit ſi ſunt ſubſtituti alij filij teſtatoris.*

70 *Pupillaris tacita locum habet contra matrem, quæ ab inteſtato filio ſuccedere non poteſt.*

73 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris excluſionem, ſubſtituta matre teſtatoris, contra n. 74.*

75 *Compendioſa communibus verbis facta excludit pupillarem matrem ſubſtituto fratre, vel ſorore teſtatoris, contra n. 78. declara n. 79.*

80 *Compendioſa cõibus verbis facta continet pupillarẽ contra matrem ſubſtituto patruo, vel filio patrui.*

81 *Compendioſa communibus verbis facta, continet pupillarem ad matris excluſionem ſubſtituta pia cauſa, contra nu. 82.*

83 *Piæ cauſæ in ſucceſſione filiorum à lege minus fauetur, quam matri.*

84 *Pupillaris tacita in vulgari expreſſa contenta non habet locum contra matrem.*

85 *Teſtator non præſumitur velle expurgare propriam conſcientiam cum bonis filiorum.*

87 *Clerico ſeculari ſubſtituto non poteſt dici ſubſtituta pia cauſa, decl. ibid.*

88 *Cop ẽdioſa cõib. verbis facta expreſſa dinumeratione ætatum continet pupillarem, contra matrem, decl. n. 93.*

89 *Compendioſa communibus verbis facta cum expreſſa dinumeratione ætatum continet pupillarem verbis ſpecialibus expreſſam.*

90 *Pupillaris expreſſa verbis ſpecialib. matrẽ excludit.*

91 *Pupillaris partim tacita, partim expreſſa matrem excludit.*

92 *Compendioſa communibus verbis facta ſic, filio impuberi quandocunque deceſſerit ſubſtituo, & c. continet pupillarem ad matris excluſionem, & nu. ſeqq.*

96 *Compendioſa communibus verbis facta reſidendo verba ſubſtitutionis filio ſic, ei ſubſtituo, pupillarem continet ad matris excluſionem, contra nu. 98. Declara n. 99. & ſeq.*

97 *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere teſtatori.*

101 *Verbum, ſuccedat, eſt executiuum.*

102 *Verbum ſubſtituo, eſt diſpoſitiuum, & n. 103.*

104 *Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris excluſionẽ, quando ſubſtitutio eſt facta in tota, & integra hæreditate, contra n. 105.*

106 *Compendioſa communibus verbis facta cõtinet pupillarem ad matris excluſionem, quando teſtator voluit bona, vel hæreditatem ſine diminutione deuenire, & c. contra n. 107.*

108 *Compendioſa communibus verbis facta, continet pupillarem contra matrem, quando ſubſtitutio eſt facta in omnibus bonis, vel teſtator voluit omnia bona deuenire, & c. contra ibi n. 109. declara n. ſeq.*

112 *Compẽdioſa communibus verbis facta matre in medio exiſtente continet pupillarem ſi dictum ſit, quod hæreditas penitus caderet in ſubſtitutum.*

113 *Verbum penitus, idem importat quod totum.*

114 *Compendioſa communibus verbis facta matre in medio exiſtente continet pupillarem, quando ſubſtituto eſt data facultas accipiendi propria authoritate, contra num. 116.*

115 Lega-

115 Legatario poteſt dari auctoritas capiendi propria authoritate.

116 Fideicommiſſario poteſt dari facultas capiendi propria authoritate.

117 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarē cōtra matrē, quādo dictū fuit, quod ſubſtitutus liberè accipiat, vel illico, vel ipſo iure, vel à ſeipſo.

118 Verbum, liberè, quid importet.

119 Verba, eo ipſo, important quod data ſit authoritas capiendi propria authoritate.

120 Verba, pleno iure, ſunt directa.

121 Compendioſa communib. verbis facta matre in medio exiſtente continet pupillarem, quando adeſt clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

122 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem contra matrem quando ex præcedentibus vel ſequentibus conſtat teſtatorem voluiſſe pupillariter ſubſtituere.

123 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris excluſionem, ſi in præcedentibus teſtator accepit verbum commune pro directo.

124 Teſtamenti pars vna alteram declarat.

125 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris excluſionem, quando plures filij impuberes fuerunt inuicem ſubſtituti.

126 Compendioſa communibus verbis facta, continet pupillarem contra matrem, ne inter filios reſultet inæqualitas.

127 Compendioſa communibus verbis facta iuncto verbo directo, cōtinet pupillarem ad matris excluſionem, contra nu. 129. Declara nu. ſeqq.

133 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem contra matrem, ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, contra ibi.

134 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem contra matrem, ſi adeſt, clauſula omni meliori modo, & n. ſeq.

135 Clauſula omni meliori modo idē operatur, quod clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

136 Clauſula, omni meliori modo operatur niſi quando actus non poteſt valere aliquo modo.

137 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem ad matris excluſionem, ſi teſtator ſibi & filio ſubſtituit.

138 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem contra matrem ſi in alia ſubſtitutione fuit excluſa, ampl. nu. ſeq.

140 Compendioſa communibus verbis facta matre in medio exiſtente continet pupillarem, ſi teſtator voluit conſulare agnationi.

141 Compendioſa cōmunibus verbis facta contra matrē continet pupillarē, ſi teſtator declarauit mentē ſuam.

142 Compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem contra matrem, quando fideicommiſſum eſſet relictum à legitimis hæredibus filij, & non à filio.

143 Compendioſa communibus verbis facta non cōtinet pupillarem contra matrē valde dilectam à teſtatore.

144 Compendioſa communibus verbis facta in dubio continet pupillarem contra matrem, contra n. ſeq.

QVÆSTIO CCXLII.

Vtrum compendioſa ſubſtitutio communibus verbis facta matre in medio exiſtente ſit omni tempore fideicommiſſaria?

FRequens, ardua, Principiſque deciſione digna eſt quæſtio, an compendioſa facta communibus verbis matre in medio exiſtente, intra tempora pupillaris ætatis contineat pupillarem, & poſtea fideicommiſſariam, an potius omni tempore ſit fideicommiſſaria? In quo articulo adeo variarunt Scribentes, vt etiam pauci ſint, qui ſibiipſis non contradixerint, tres autem reperio ſententias.

Prima eſt ſententia, quod hæc compendioſa pupillarē 1
non contineat, ſed quod ſit omni tempore fideicommiſſaria, & hanc probarunt, Glo. *in l. Centur. ff. de vulg. et pup. ſubſt.* & ibi Bart. *n.* 28. Rui. *n.* 58. Galliau. *n.* 81. 377. & 771. & Loarez. *in add. nu.* 379. Glo. *in l. precib. C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Bar. Bald. *nu.* 41. *in fi.* & ante eos, Cin. *col. pen.* Gul. de Cun. *n.* 73. Rainer. *in addit. nu.* 72. Odofr. Petr. de Bellap. Ang. *n.* 5. Alber. *n.* 119. Fulgoſ. *n.* 13. Iacob. *n.* 15. Dec. *nu.* 19. vbi teſtatur de cōi opinione, & Manc. *n.* 84. Bart. *in l. ſi arrogator, col. pen. ff. de adopt.* Bald. *in l. iam hoc iure, n.* 13. *ff. de vulg. & pup. ſubſti.* & ibi Barbat. *in addit.* Port. *in §. vltimo inſti. de pup.* & ibi Vigl. Steph. Bod. Miſing. & Aret. vbi citat Din. Iacob. de Rauen. Iacob. de Aret. & Florian. Io. à Platea, *in §. qua ratione, n.* 30. *inſt. de pup.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 966. *ff. ad Treb.* vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem, Gloſ. *in c.* 1. *de teſtam. in* 6. Gloſ. *in cap. Rainutius, in verbo ſubſtitutionis, ext. de teſta.* & ibi Innoc. Hoſtien. Archid. & Anchar. *n.* 32.

Et conſulendo Old. *conſ.* 90. Bart. *conſ.* 22. *n.* 1. *conſil.* 33. *n.* 1. & *conſ.* 54. *n.* 5. *li.* 1. Bal. *conſ.* 12. *nu.* 1. *li.* 2. *conſil.* 392. *n.* 1. *li.* 4. & *conſ.* 175. *n.* 5. & 7. *lib.* 5. Ang. *conſ.* 13. *n.* 13. *conſi.* 107. *conſ.* 125. & *conſ.* 151. *n.* 2. Fulgoſ. *conſ.* 33. *col.* 1. Anan. *conſ.* 79. *n.* 1. & ibi Bolog. in addit. Aret. *conſ.* 154. & *conſ.* 158. Butr. *conſ.* 53. *num.* 1. Paul. Caſtr. *conſ.* 147. *viſo teſtamento, nu.* 2. *lib.* 1. vbi dicit hanc eſſe cōem opinionem Zabarel. *conſ.* 39. *in princ.* Signor. *cōſi.* 107. *n.* 24. & 28. Corn. *conſ.* 180. *n.* 1. *li.* 1. *conſ.* 95. *nu.* 7. *conſ.* 117. *n.* 7. *li.* 2. vbi dicit Doctores maioris authoritatis ſequi hāc opinionem, *conſ.* 93. *n.* 4. & *conſ.* 322. *n.* 11. *li.* 3. Bero. *conſ.* 45. *n.* 8. *conſ.* 123. *n.* 5. & *conſ.* 125. *n.* 8. *li.* 2. vbi plures refert teſtātes de communi opinione, Rub. Alex. *conſ.* 105. Euer. *conſ.* 133. Pancir. *conſ.* 88. *n.* 12. & *conſ.* 183. *n.* 5. Moder. Pariſ. *in addit. ad conſ.* Alex. 12. *li.* 3. Celſ. Vgo. 41. *n.* 12. Berret. *conſ.* 98. Crauet. *conſ.* 141. *n.* 6. Dec. *conſ.* 82. *lib.* 3. vbi latiſſimè, & *conſ.* 58. *copioſè admodum pro matre ſcripſit, li.* 4. Ceph. *cōſ.* 429. *n.* 116. & *ſeq. li.* 3. Burſat. *conſ.* 8. *n.* 39. vbi refert teſtantes hanc opin. eſſe veriorem, cōmuniorem, & æquiorē: Hier. Val. *inter conſ.* Burſat. *conſ.* 327. *li.* 3. Meno. *conſ.* 144. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionē, & *n.* 16. tollit plures qui pro contraria opinione adducuntur, & illud conſ. fuit factum in vna Brixienſi de Madijs, & contra illud fuit per conformes iudicatū *conſ.* 362. *n.* 1. dicit hanc eſſe magis cōem opin. & *conſi.* 551. vbi latè diſputat de veritate huius opinionis, & ad contraria fundaméta reſpondet, & affirmat vltra ſeptuaginta Doctores hanc opin. tenuiſſe, & eſſe magis receptam, Odd. *conſ.* 58. *nu.* 20. Hier. Gabr. *conſ.* 113. *li.* 2. Maluaſ. *conſ.* 15. *nu.* 26. 27. & 33. Franc. Capiliſt. *conſ.* 58. *n.* 21. & *ſeq.*

Et in tractatib. Pap. *in form. qua agit ex ſubſt. in verbo, compendioſæ, n.* 1. Bald. *de comp. n.* 23. Aret. *de teſta. gl.* 80. *n.* 25. & *ſeq.* Bart. Huc. *de comp. nu.* 18. Capr. *in cōm. opin. verb. ſubſtitutio, col. pen.* Rol. *de comp. n.* 23. Villal. *com. opin. in verbo, ſubſtitutio, n.* 136. vbi dicit hanc eſſe cōem opin. Viu. *com. opin. in verbo legitima,* vbi teſtatur hanc opin. eſſe cōiorem, veriorem, & æquiorem, eſt *cōc.* 461. & latè etiam *conc.* 852. Gomeſ. *de teſt. c.* 7. *in fi.* Alph. Alu. *in Spec. Roman. Pontif. c.* 69. *n.* 40. & *ſeq.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.* 74. vbi aſſerit eſſe magis cōem opinionē, Menoch. *li.* 4. *præſump.* 56. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Intrigl. *de ſubſti. cent.* 3. *qu.* 21. *nu.* 62. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 22. *nu.* 89. *p.* 4.

Et in deciſionib. Afflic. *dec.* 367. *nu.* 3. vbi dicit ita Re-

gium Conſilium iudicaſſe, & ibi Vrſill. *in addit.* Theſ. *dec.* 200. *n.* 4. vbi dicit Senatum ſæpius iudicaſſe pro hac opinione, Caualc. *dec.* 30. *nu.* 2. *par.* 4. vbi dicit eſſe crebriorem opinionem. [Adde pro hac opinione Mart. *in d. l. Centurio, qu. de ſubſtit. compend. à Pagan. commun. verb. fact. n.* 29.]

2 Fundamenta huius opinionis ſunt. Primò quia in dubio ſuméda eſt interpretatio, quæ fauet matri, *l. qui duos, in princ. & in §. 1. iuncta Gloſ. ff. de reb. dub.* vbi quando pater, & filius perierunt ſimul in bello, præſumitur filiū poſt patrem deceſſiſſe fauore matris, vt filio poſſit ſuccedere. Atqui hic ſumus in dubio, an ſubſtitutio ſit directa, vel fideicommiſſaria, ergo ſumenda erit interpretatio fauens matri, & ſic quod ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria. Reſpondetur, quod non ſumus in dubio, ex quo verba ſubſtitutionis excludunt matrem, dum in eis comprehenditur tempus, pupillaris ætatis, & nihilominus alius ſubſtituitur, vnde ex ſubſtitutione alterius mater videtur excluſa per reg. *l. cum prætor, ff. de iud.* Et lex obiecta procedit in caſu, quando in ſubſtitutione non adſunt verba ex quibus ſumitur matris excluſio, ita Soci. iun. *in d. l. Centurio, nu.* 26. *verſ. ad ſecundum*, quem tamen verba hic adſunt, vt dictum eſt Et ſubiungit Soc. quod ideo ibi non excluditur mater, quia ceſſat ratio illius text. nam ſi vnus primo deceſſiſſet, mater fuiſſet admiſſa ad patrem eius hæreditatis, & ſic in hæreditate vltimo decedentis non fuiſſet tota reperta, & allegat Imolam ibi ſic declarantem, *& ad §. 1. eiuſdem l. cum Glo.* reſpondet, quod procedit, & loquitur, quando filius erat pubes, & ſic fortior patre, & ideo hac ratione, non matris fauore præſumitur ſuperuixiſſe, *l. cum pubere, cum l. ſeqq. ff. eo. de reb. dub.* Aliter reſpondetur etiam, quod ibi agitur de ſucceſſione inteſtati, hic de ſucceſſione teſtati, ſic Odd. & Alex. Trent. *locis pro ſecunda opinione citatis*, & Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 19. Ea ratione, nam in caſu a inteſtati lex in facto ambiguo præſumit pro matre, ne in tam graui dolore mariti, & filij excludatur, ſed ei humaniter conſulatur, ſed quando ſumus in cauſa teſtati, & verba ſunt apta ad pupillarem, vt ſunt verba ſubſtitutionis communibus verbis factæ, *ca. ſi pater, de teſt. in* 6. *& d. l. precib. C. de imp. & al. ſubſt.* non debet reſtringi propria ſignificatio verborum, vt pupillarem non contineat aduerſus generalem voluntatem teſtatoris.

3 Secundò adducitur, quod fauore matris recedimus à regulis iuris communis, ne excludatur à luctuoſa filij hęreditate, quod colligitur, quia regulariter vulgaris expreſſa continet tacitā pupillarem, vt not. *in l.* 1. *ff. de vul. & pup. ſubſt.* & tamen ad matris excluſionem non continetur, *l. vltima, C. de inſtit. & ſub.* & not. communiter, Doct. *in d. l.* 1. & dixi *qu.* 157. & videnda erunt quæ pro confirmatione adduxit Men. *d. q. conſi.* 551. *nu.* 9. *&* 10. Reſpondetur, quod receditur à regula fauore matris quando agitur de ſubſtitutione omnino tacita pupillari contenta in expreſſa vulgari, & quę pupillaris per legem inducitur præter verba teſtatoris. Atqui ſubſtitutio, de qua nunc agitur, non eſt omnino tacita, ſed ſumitur ex verbis prolatis à teſtatore, quæ in ſui generalitate, & pupillarem comprehendunt, meritò contra matrem admittitur, ſicuti admittitur pupillaris contenta in reciproca, vt *in l. Lucius, ff. de vulg. & pup.* & ita poſt Bartol. reſpondet Soc. iun. *in d. l. Centurio, n.* 265. *verſ. non obſtante allegata.* Secūdo reſpondetur *ad l. vltimam, C. de inſt. & al. ſubſt.* quod ibi mater erat data cohæres filio, vnde ex alio apparebat quod à teſtatore erat dilecta.

4 Tertiò ſumenda eſt illa interpretatio, quæ habet maiorem æquitatem, *l. in his, ff. de cond. & dem.* Bal. *in l. cū allegas, in fine, C. de vſur.* Crau. *conſ.* 135. *n.* 7. Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 199. *n.* 46. Atqui in interpretando, quod ſubſtitutio omni tempore ſit fideicōmiſſaria maior reſultat æquitas, quam ſi interpretetur directa intra tempora pupillaris ætatis, æquitati enim conuenit, vt mater habeat legitimā in bonis filij, cum ei iure naturali ſit debita, ſicuti filio eſt debita legitima in bonis matris, & patris, *l. ſcripta, in fin. ff. vnde liberi, & §.* 1. *in auth. de hæred. & Falcid.* Fabia. *in auth. nouiſſima, n.* 19. *C. de inof. teſta* tanto magis, quia interpretando eam pupillarem, mater ſine ſua culpa amitteret legitimam, quod impiū, & iniquum eſſet, *l. paterfa. ff. de hæred. inſt.* Vnde dicitur in terminis noſtris, quod excludere matrem in totum repugnat æquitati naturali, ſic Bald. *in l. precib. nu.* 14. *C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Curt. iun. *n.* 12. Coraſ. *nu.* 42. & Ferrat. *caut.* 19. *n.* 1. ergo interpretanda erit ſubſtitutio, vt ſemper ſit fideicommiſſaria. Reſpondetur, vt dictum eſt in præcedentibus, quod hoc procederet ſi eſſemus in dubio, ſed ſumus in claris, cum verba, & perſona conueniant, vnde interpretatur ſubſtitutio pupillaris, *c. ſi pater de teſt. in* 6. & verba conueniunt, quæ ſunt communia, & ſui natura poſſunt accommodari tam ad directam, quā ad obliquam ſubſtitutionem, perſonæ etiam conuenit, quæ eſt pupillus, tanto magis cum regula ſtet pro ſubſtituto, quod ſubſtitutio compendioſa communibus verbis facta contineat pupillarem, & mater non probat in iure regulam limitari ipſā exiſtente in medio, vt dicam in ſexto argumento contrariæ opinionis.

Quartò facit, quod ſumenda eſt illa interpretatio, quæ 5
minus alteri præiudicat, *l.* 3. *ff. de ſuſpec. tut.* Crau. *conſi.* 35. *n.* 4. Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 199. *num.* 16. Atqui in dubio non cenſetur datum priuilegium patri, vt matrē à legitima filij excludat, *iuxta l. impuberi, ff. de adminiſtr. tutor, & l. cum filiusfamil. ff. de teſt. mil.* & ſic interpretando minus præiudicium fit matri, ergo, &c. Reſpondetur ad hoc argumentum, vt fuit ad præcedentia reſponſum.

Quintò, quando aliquis tractat de damno, alter de lu- 6
cro, præualet cauſa eius, qui agit de damno, etiam inter duos priuilegiatos, Bart. *in auth. quas actiones, n.* 3. *C. de ſac. ſan. eccl.* Dec. *in l. nō dēt à iure, §. in re obſcura, ff. de reg. iur.* Atqui mater agit de damno, cū legitima in bonis filij ſit ei debita, vt dictum eſt, ſubſtitutus verò tractat de lucro, quia legitimā tenetur ſoluere tāquam ęs alienum, 7
Bald. *in l. filiūquè habentem, n.* 4. *C. fam. ercij.* Fabian. *in d. auth. nouiſſima, n.* 233. *C. de inof. teſt.* Menoc. *de arbit. iud. caſ.* 163. *nu.* 18. ergo, &c. Reſpondetur tamen & ad hoc argumentum, vt ſupra ad alia reſponſum fuit.

Sextò accedit, quod ſi fideicōmiſſaria iudicatur, ſubſti 8
tutio, ſatisfactum eſt matri, quia habet legitimam, & pariter ſatisfactum eſt ſubſtituto, quia reliqua bona habebit. Atqui in dubio facienda eſt interpretatio, quæ vtrique partium ſatisfit, *l. adoptiuus, §.* 1. *ff. de rit. nupt.* Crauet. *conſ.* 201. *n.* 16. & Meno. *de arbit. iud. caſ.* 199 *n.* 16. ergo, &c. & ita poſt Aret. arguit Menoc. *conſ.* 144. *n.* 11. Reſpondetur vt ad alia argumenta reſponſum fuit.

Septimò vrget, quod ſubſtitutio pupillaris comprehē- 9
ſa in compendioſa verbis communibus facta, dicitur expreſſa verbis generalibus ſecūdum communem opinionem teſte Rip. *in l.* 1. *nu.* 77. *ff. de vulg. & pupil. & in l. Centurio, n.* 118. *ff. eod.* & in vtroque loco communiter alij ſequuntur, Nat. *conſ.* 246. *n.* 2. *li.* 1. Crau. *conſ.* 62. *n.* 3. Rol. à Val. *conſ.* 69. *n.* 21. *li.* 1. Atqui matri iure naturæ, & iure ciuili debita eſt legitima in bonis filij, vt dictum eſt, ita vt ex pupillari dicatur priuata iure fere ſibi quæſito, quo caſu non ſufficiunt verba generalia, quæ cenſen-
tur dubia, & obſcura, *ita fides, ff. de iur. fiſc.* Crau. *conſil.* 10
202 *nu.*... ergo mater non erit excluſa ex hac ſubſtitutione generali, & hoc argumento vſus eſt Meno. *conſ.* 551. *n.* 11. *& ſeq.* & ad id conferunt alia copioſè congeſta à Ceph. *conſ.* 524. *nu.* 5. *& ſeq.* Reſpondetur, quod ex verbis ſubſtitutionis colligitur mens teſtatoris, quod pupil-

larem

latè facere voluerit, & dum ſubſtituit aliũ cẽſetur velle
excludere matrem, ex.reg.d.l.cum prætor, ff.de iud. Et
cũ pupillaris cõtineatur verbis generalib. ſatis dicitur ex
preſſum, nec poteſt dici dubium, per ea quæ Doct. in l.1.
ff.de vulg. Dec.conſ.56.n.21.li.2. Intrig. de ſubſt.cent.1.
11 q.12.n.6.& ſeq. Vnde ſi teſtator dicat, filiũ inſtituo, Sẽ-
proniũ ſubſtituo, ita eſt pupillaris verbis generalibus ex-
preſſa, & mater excluditur, Bart. in l.ſi arrogator, prope
finem, ff.de adop. Alex. in l.Gallus, §.1.ff.de libe. et poſth.
Vaſq. de ſucc.progr.li.2.§.11.tit.de ſubſtit. Honor.tom.
8.& §.18.tit.de comp.n.43 Alex. Trent. de ſubſt.par.2.
12 c.2.n.8.verſ.& licet. Similiter pupillaris contenta in cõ
pendioſa directis verbis facta eſt generalis, & tamẽ ma
ter excluditur etiam à legitima, Craſ. in §.ſubſtitutio, q.
30.n.2. Men li.4.præſum.56.nu.2. Pereg. de fid.art.34.
n.21. vbi idẽ tenet, & ſi verba non ſint directa ciuilia, cũ
alijs citatis. q.240.in fin. ergo colligitur ad excluſionem
matris ſufficere pupillarem verbis generalib. expreſſam.
13 Octauò facit, quod mater non debet priuari iure ſuo,
niſi expreſſum ſit à lege, vel à teſtatore, arg.l.at ſi quis,
§.Diuus, ff.de relig.& ſump.fun.& §.cum igitur, in au-
th.de non elig.ſecund.nuben.& latè Menoc. de arbit.iud.
conſil.276. Atqui mater habet intentionem fundatam,
quod ſuccedere debet, & ſi ſubſtitutus prætendit contra-
rium probare, debet maximè cum pater præſumatur fe-
ciſſe diſpoſitionem ſecundum debitum filij, cuius perſo-
nam ſuſtinet, ita vt ſicuti veriſimiliter filius non exclu-
ſiſſet matrem a luctuoſa ſucceſſione ſua, pariter præſu-
matur nec patrem excludere voluiſſe, attento etiã quod
et bia ſubſtitutio interpretari debeat, vt deferat ſucceſ-
ſionem, prout ab inteſtato defertur, Gloſs.& Doct. in l.
cum ita, §.in fideicommiſſo, ff.de legat.2.& dixi q.481.&
& cum dubium ſit an in compendioſa communibus ver-
bis facta contineatur pupillaris ad matris excluſionem,
ſubſtitutio interpretari debet fideicommiſſaria, quia ſic
ſucceſſio defertur matri, prout illi, & à natura, & a lege
defertur, & defertur eo modo reſpectu matris, prout ab
inteſtato ſucceditur, & hoc argumento viſus eſt Menoc.
d.conſ.551.nu.19 vbi alijs confirmat. Reſpondetur ta-
men, vt dictum fuit pro reſponſione ad fundamenta
præcedentia, quę in effectu ſunt eadem, quod ſcilicet hic
non ſumus in dubio, cum verba in ſui generalitate com-
prehendant pupillarem: Immo ſubſtitutus habet regu-
lam pro ſe, quod ſubſtitutio compendioſa communibus
verbis facta continet pupillarem, vt probatum fuit in
præcedenti quæſtione. Vnde ſi mater dicit non habere
effectum pupillarem ea in medio exiſtente, probare de-
bet, & hic argumentum Menoch. retorquetur, quod etiã
ſenſit Pereg. d.art.34.ante numer.40. Præterea ſi argu-
mentum procederet, nec mater excluderetur per pupil-
larem generaliter expreſſam in duobus caſibus conſide-
ratis in reſponſione ad præcedens argumentum, & ibi
tamen dixi matrem excludi.
14 Hæc autem prima opinio procederet, maximè, quando
teſtator voluit detrahi Trebellianicam. Soc.iun. d.l.Cen-
turio, n.224.ff.de vulg. Pariſ.conſi.41.nu.26.li.2. Odd.
conſ.18.n.14.& 17. Mant. de coniect.vlt.vol.li.7.tit.
3.in fi. & conferunt dicta q.245.decl.20.
15 Pariter eſſet fideicommiſſaria, ſi in bonis teſtatoris
facta eſſet, Ripa in d.l.Centurio, nu.120. vbi alios refert,
& ſequitur idem Soc.iun.n.267. Corn. cõſ.322.col.pen.
li.3.& in fortioribus, quando mater non eſt in medio la-
tè dixi q.præcedenti in lim.12.n.61.& ſeq. licet diſſen-
tiat in terminis matre in medio exiſtente, Menoch. conſ.
362.nu.25.verſ.non obſtat vltimum, & quando mater
non eſt in medio alios retuli d.q.præcedenti, n.63.
16 Secunda eſt opinio, quod in ſubſtitutione communib.
verbis facta, etiam matre in medio exiſtente cõtineatur
pupillaris intra tempora pupillaris ætatis, & poſtea ſit

fideicommiſſaria, quam in ſpecie probarunt Gloſs. magna, in fi. inſt.de pupil. Iacob.de Aret. in rub.C.de inſt.& ſubſt. Ang. in d.l.Centurio, n.5.ff.de vulg. & ibi Aret.nu.13. Paul.Caſt.n.7. Imol.n.23. Alex.n.77. Iaſ.nu.49. Lanfrãc.de Oria.n.36. Zaſ.n.30. Rip.n.120. Claud. Aquẽſ.n.30. Soc iun.n.266. Alc.n.81.& Bolog.n.231. vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem Salic. in l precib.nu.42.C.de imp.& al.ſubſt.& ibi Fulg.n.17. Iacob.de Sancto Seuer.n.16. Franc.de Rãp.n.15. Paul. Caſt.n.14. Alex.n.11. Iaſ.n.15. Corn.n.73. Coraſ.n.61. Cagnol.n.216. Caccia.n.69. Rim.n.469.& Mant.n.84.& 92. Ant.de Butr. in c.Rainutius, n.42.ext.de teſta.& ibi Florian. Anan.n.62. Abb.n.18.& 20. Cardin. Zabar. q.36. Imo.col.98.n.303. Gul.Bened. in materia comp.n.45. Bero.n.549.in fi.& Did.§.9.n.17. Franc. in c.ſi pater col.48.de teſt.in 6.& ibi Anchar.n.5. Gemin.& Eman. Coſta, in verb.& è contra n.10.& conſulendo Odd.cõſ.89.& conſ.125.in fi. Bald.conſ.35.n.2.li.2.& cõſ.295.n.1.li.4. Roman.conſ.130.n.1. Paul.de Caſtr.conſi.172.n.5.conſ.275.& conſ.301.n.1.li.1.& conſi.249.in fi.li.2. Comenſ.conſ.2.col.vlt. Zarabel.conſ.60.col.3. Alex. conſ.38.col.1.li.1.conſ.71.col.2.li.2.conſi.12.n.20.conſ.17.n.11.li.3.conſ.13.& conſ.51.n.4.li.7. Bertrand.cõſ.228.n.1.li.1.conſ.126.col.2.cod.145.n.2.conſ.277.li.2.& conſ.252.n.6.li.3. Soc.ſen.conſ.144.n.1.lib.1. Corn. conſ.187.col.2.li.1.conſ.114.col.1.conſ.316.col.2.conſ.322.col.2.li.3.& conſ.28.li.4. Capra conſ.7.col.2.conſ.11.n.141.n.3.& conſ.144. Soc.iun.conſ.94.n.28. vbi de cõi opinione teſtatur, conſ.134.n.37.li.1.& conſ.27.n.7.li.3. Curt.iun.conſ.76.nu.5.& nu.8. Ruin.conſ.76.in princ.conſ.103.nu.25.& conſ.105.col.pen.li.2. Rub. Alex.conſ.52. Pariſ.conſ.73.n.6.li.3. vbi dicit eſſe cõem opinionem Neuiz.conſ.53.n.6. Rol.à Vall conſ.69.n.76.lib.1. vbi poſt multos aſſerit eſſe communẽ ſententiam Rim.conſ.106.n.18.li.1. vbi dicit eſſe magis cõem opinionem, conſ.267.n.2.conſ.260.n.65.conſ.338.nu.8.& conſ.543. Ioan.de Amic.conſ.78.n.4. Port.Imol.conſil.18. Pãcir.conſ.155.col.1.et 2. Bertaz.cõſ.29.col.2. Non. conſ.30.n.3.conſ.35.n.2. vbi dicit ab hac tanquam communi non eſſe conſulendo, & iudicando recedendũ Hieron.Gab.conſ.130.n.4.conſ.169.n.45.li.1. vbi dicit hãc opinionem eſſe communẽ, & conſ.120.n.16.li.2. Mãt. conſi.113.n.4. Camil.Borel.conſ.59.& conſ.99. Boniſ. Roger.conſ.43. Ceph.conſ.524.nu.27.& ſeq. latiſſimè, vbi poſt relatos dicit hanc opinionem eſſe magis cõmunem, & veriorem, conſ.529.n.14.& conſ.672.n.14. Menoc.conſ.427.n.18. vbi aſſerit eſſe magis receptam ſententiam Hond.conſ.75.n.36.li.1. vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, & in practica ſeruari, Peregr.conſi.70.n.1.li.1.conſ.32.n.27.& ſeqq.lib.2. vbi dicit interpretes ita communiter tenere, idem etiam affirmat conſi.68.n.11.li.2.

Et in tractatibus Aret. de comp.in fi. Polit. de comp.n.30. vbi dicit hanc opinionẽ veriorẽ, & cõmuniorẽ Leon. de comp.n.404.& n.430. Zaſ. de compend. p.5.col.9.nu.21. Conſtant. Roger. de compend. p.4.n.67. Eman. Suarez in addit. ad Gomeſ.tom.1.var.reſol.c.7.in fi. Tiraq. de legib.connub.glo.5.nu.60. Alciat.li.10.pareg.c.9. Capra in ſuis regul.de comp.ſubſt.n.112.& n.117. Dur. de arte teſtan.tit.5.caut.6.nu.2. vbi dicit hanc eſſe opinionem veriorem, & magis communem Vacon. à Vacon. li.4.decl.iur.decl.64.de comp.n.6.& 16. vbi teſtatur de communi opinione Odd. de comp.p.5.q.3.tit.de comp.d pagan.fact.ar.3.n.15. vbi refert plures teſtãtes de cõi, & magis cõmuni opinione, & hanc dicit eſſe veriorẽ, & in practica ſeruari, qui tamẽ in conſ.58.n.20. dicit in trac. de comp. tenuiſſe opinionem pro matre. Mantic. de coniect.vlt.vol.li.5.tit.3.n.16. videtur in hanc opinionem inclinare Alex.Trent. de ſubſt.p.4.c.11.n.8. vbi dicit eſſe

magis communem opinionem.] Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 270. *n.* 18. *& ſeq* vbi dicit abſque dubio hanc eſſe veriorem, & magis communem Viu. *com. opin. concl.* 842. Pereg. *de fideic. art.* 34. *nu.* 39. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & bis contra matrem obtinuiſſe Fachin. *li.* 4. *controu. iur. c.* 45. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſt. tit. de comp. n.* 21. [Ruſt. *in l. cum auus, lib.* 1. *c.* 11. *ff. de cond. & dem.*

Et in deciſionibus Guid. Pap. *q.* 521. Franc. March. *q.* 170. Caual. *dec.* 4. *part.* 3. *per totam*, maximè procedere dicit ſi ſubſtitutio eſt facta per verbum ſuccedat, *& dec.* 30. *n.* 10. *par.* 4. Sur. *dec.* 273. vbi dicit hanc eſſe magis cõmunem opinionẽ Rota Roman. *in collect.* per Farinac. *dec.* 373. *par.* 2. vbi dicitur eſſe magis communem, Mãt. *deciſ. Rom.* 367. & ita in ſtatu Mantuæ ſeruari, & ſecundum hanc opinionem fuit Brixiæ iudicatum per binas conformes in cauſa ſuper qua conſuluit contrarium Menoc. *conſ.* 114. & ego ſæpius pro hac opinione conſului, & in conſilijs meis habebitur. [Præcipuè *in conſ.* 20. *& latè conſ.* 21.]

Fundamenta huius ſententiæ ſunt, primo *l. precib. C. de imp. & al. ſub.* vbi mater in medio erat, & tamen ſubſtitutio iudicatur pupillaris intra ætatem pupillarem. Reſpondetur, quod ſubſtitutio erat ſibi facta per verba directa, hic verò per communia, ita Corn. Alciat. Bero. & Odd. quos refert, & ſequitur Menoch. *d. conſ.* 551. *n.* 24. Reſpondetur ſecundo, quod ibi erat facta ſubſtitutio cum ſpeciali expreſſione pupillaris ætatis, nimirum ſi continet pupillarem, de quo etiam caſu dicam infra limit. 10. *n.* 88.

17 Secundò adducitur *c. ſi pater, de teſt. in* 6. vbi pariter
18 ſubſtitutio iudicatur pupillaris, licet mater eſſet in medio, & quod verbum, moriatur, ibi poſitum ſit, commune voluit Bart. *in d. l. Centurio, in fin. ff. de vulg.* & latius proſequitur Odd. *de comp. p.* 4. *in verb. moriatur*. Reſpondetur pariter, quod ibi facta erat ſubſtitutio per verba directa, hic de verbis communibus agimus, ita Bart. *in d. l. Centurio, n.* 29. Bald. *in d. l. precib. n.* 42. *verſ. item non obſtat*, alios refert, & ſequitur Menoch. *d. conſ.* 551. *n.* 21. ponderando verba, Chriſti pauperes inſtituo hæredes, & alijs etiam comprobat, vt ibi per eum, idem ante te uit, *in conſi.* 144. *n.* 13. Reſpondetur ſecundò, quod ſubſtitutio ibi erat facta de filio filiæ teſtatoris, & poſtea vtrique erant pauperes ſubſtituti, & ſic facta erat ſubſtitutio pro anima, quod etiam dixit Menoch. *d. conſil.* 551. *n.* 29. *ad medium*. Reſpondetur aliter, vt per Menoch. *d. conſ.* 551. *n.* 28. *&* 29. vbi latè de intellectu *d. c. ſi pater, de teſt. in* 6.

19 Tertiò accedit, quod fauor pupilli eſt, quod teſtatus decedat. *l. ſi pupillus, ff. de acquir. hæred.* Glo. *in l. ex trib. C. de inof. teſta.* & ſubſtitutio pupillaris dicitur commodum, & fauor filij, Bart. *in l.* 2. *n.* 18. *ff. de vulg. & pup.* & ibi Rip. *n.* 27. Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 5. *tit.* 12. *n.* 12. cum alijs congeſtis ſup. *q.* 88. Atqui fauor filij præualet fauori matris, *cap. ſi pater, de teſta. in* 6. Bar. *in d. l.* 2. *col. pen. ff. de vul. & pup.* Rol. à Val. *conſi.* 69. *li.* 1. ergo, &c. Reſpondet ad hoc argumentum Soc. iun. *in d. l. Centurio, num.* 265. *verſ. verum*, & dicit fauorem filij præferri fauori matris, quando ſimul mater, & filius concurrunt, & quilibet quærit admitti, & in his terminis loquitur Bart. allegatus, iſtud verò non procedit, quando agitur quod filius decedat teſtatus, nam ſi hoc verum eſſet, tacita pupillaris haberet locum contra matrem, quod eſt contra communem opinionem. Doct. *in d. l.* 2. *& in d. l. Centurio, ff. de vulg.* & dici ſuprà *qu.* 157. Reſpondetur ſecundò, quod fauor pupilli præualet fauori matris, quando apparet factam eſſe pupillarem, ſed dubiũ ſolum verſatur in hoc, an pupillaris fieri potuerit in præiudicium matris, hic verò non agitur de potentia ſed de voluntate teſtatoris, an matrem excludere voluerit.

Quartò, ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt odioſa *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg.* pupillaris verò eſt fauorabilis filio, cum fauorabile ſit hæredem habere, & pater dicitur pro filio teſtari, *l. ſi pupillus, ff. de acq. hæred. not. in d. l.* 2. *ff. de vulg.* & dictum eſt ſupra. Atqui in dubio præſumere debemus, quod pater voluerit prouidere filio, non autem grauare, *l. quidam, cum filium, ff. de hæred. inſtit.* ergo etiam in dubio ſubſtitutio erit iudicanda potiùs pupillaris, quam fideicommiſſaria, & ita arguit Bald. *in d. l. precib. nu.* 40. *C. de imp. & al. ſubſt.* Reſpondet Menoc. *d. conſi.* 551. *nu.* 30. *verſi. reſpondetur*, quod ita demum præſumitur teſtatorem voluiſſe facere pupillarem, quando extant indicia, & coniecturæ de hoc, ſed hic nec verba indicant pupillarem, nec mens talis præſumi poteſt, ne mater excludatur à luctuoſa filij hæreditate.

Quintò additur, quod Doctores volunt mortua ma- 20
tre ante pupillum admitti ſubſtitutum ex pupillari. Atqui ſi mater non excluderetur per pupillarem, ſequeretur quod nec ſubſtitutus ea præmortua ex pupillari admitti poſſet, quia ſubſtitutio quæ ab initio non continetur ex poſt facto renaſci, & contineri non poteſt. Bart. *in l. Lucius, num.* 12. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & ibi alij. Reſpondetur falſum eſſe aſſumptum, quod præmoriente matre ſubſtitutus non poſſet admitti ex pupillari quaſi ab initio non contineretur, quia immo dicitur pupillarem ineſſe vſque ab initio, etiam matre in medio exiſtente, ſed dicitur ſolum contra matrem non habere effectum, ſicuti idem dicitur de tacita pupillari in vulgari expreſſa contenta, nam matre in medio exiſtente continetur, ſed contra eam non habent effectum, illa verò præmortua ſubſtitutus ex tacita pupillari admitteretur, vt probatur *in l. vltima, C. de inſt. & ſubſt.* & dixit Bart. *in l.* 2. *in tertio effectu pupillaris, ff. de vul.* & latè explicat, & non comprobat Menoch. *li.* 4. *præſumpt.* 40. vbi plures adducit, *& d. conſ.* 551. *n.* 33.

Sextò, ſubſtitutus habet regulam pro ſe, quod com- 21
pendioſa communibus verbis facta contineat pupillarem, vt in præcedenti quæſtione dictum fuit, donec ergo mater doceat de limitatione, ſtandum eſt regulæ, limitatio autem quod pupillaris in compendioſa communibus verbis facta non habeat effectum fauore matris, nulla lege probatur, ergo, &c. & ita argumentatus fuit Pereg. *d. art.* 34. *n.* 39. *ante finem*. Reſpondet ad hoc argumentum Menoch. *d. conſil.* 551. *num.* 34. *& ſeq.* quod immo fundata eſt intentio matris cum hæreditas filij ſibi ab inteſtato debeatur, vt fuit deductum in octauo fundamento primæ opinionis.

Ergo re non ſemel perpenſa, puto hanc ſecundam o- 21
pinionem eſſe veriorem: Primò quia ſubſtitutio compẽdioſa eſt facta verbis generalibus, quæ ſub ſe pariformiter continet plures ſubſtitutiones, vulgarem, ſcilicet, pupillarem, & fideicommiſſariam, nec ratio aſſignari poteſt, ob quam ſubſtitutio ſit potius interpretanda, fideicommiſſaria, quam pupillaris, ideo intelligendum eſt quod omnes ſubſtitutiones contineat habitu, & potentia etiam in materia odioſa, & matris excluſiua per ea quæ ſcribunt Aret. & alij, *in l. cum lege, de teſta.* Dec. *in l.* 2. *num.* 30. *ff. de iuriſd. omn. iud. & in conſil.* 5. *in fin.* Crot. *conſ.* 94. *nu.* 21. & Crauet. *conſi.* 227. *num.* 12. ſicuti etiam notum eſt, quod verbum vnum poteſt habere plures ſignificationes æquè proprias, ſecundum Bart. *in l. omnes populi.* 2. *qu.* 4. *qu. prin. ff. de iuſt. & iur.* & ſi omnes cõtinentur, nec adſit ratio cur vna potius, quam alia contineri debeat, omnes erunt comprehenſæ, *arg. l. generaliter, ff. de fideiuſ.* & eorum quæ tradit Decian. *in rub. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi de iuriſdictione in ſimili agitur,

agitur, idem Decia. *in l. ſeruum, n.* 12. *C. qui teſtam. face. poſſ.* vbi de clauſula codicillari.

23 Secundò, quia quoad comprehenſionem tantum operatur diſpoſitio facta verbis generalibus, quantum facta verbis ſpecialibus, Bart. *in l. ſi duo in fi. ff. de admini. tut.* Et quæ in generaliter continentur perinde ſunt, ac ſi ſpecialiter eſſent expreſſa, Paul. Caſt. *in l. ſi quando, ff. de leg.* 1. Afflic. *dec.* 44. *n.* 11. *&* 12. Ruin. *conſ.* 56. *n.* 12. *li.* 2. ergo ſubſtitutio pupillaris, quæ in generalitate verborum eſt expreſſa, perinde operabitur, ac ſi eſſet ſpecialiter expreſſa: At ſpecialiter expreſſa excludit matrem, *l.* 2. *ff. de vulg.* & ibi omnes, ergo idem erit in pupillari expreſſa generalibus verbis, prout etiam dixi, *q.* 156. *n.* 5. ex Bar. Alex. Vaſ. & Alex. Trent.

24 Tertio, quia ſubſtitutio in dubio potius iudicatur directa quam fideicommiſſaria, *c. ſi pater de teſtam. in* 6. Glo. *in verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & ibi Bal. *col.* 1. *ad fin.* Imol. *circa finem*, & Alex. *n.* 12. Bar. *in l. Gallus, §. quidam recte, nu.* 2. *ff. de lib. & poſthu.* & ibi Alex. *n.* 6. & Soc. ſen. *n.* 8. Ceph. latè cōſ. 659. *n.* 7. *& ſeq.* Menoc. *conſ.* 44. *n.* 5. *& conſ.* 303. *n.* 41. *& lib.* 4. *præſu.* 66. Dec. *conſ.* 26. *n.* 28. *li.* 2. Mant. *de coniec. vlt. vol. li.* 5. *tit.* 1. *n.* 3. *& ſeqq.* cum alijs citatis ſuprà *q.* 9.

25 Quarto verba, quæ ſunt communia ad ſenſum proprium, & improprium, potius ſunt in ſenſu proprio capienda, *l. non aliter, ff. de leg.* 3. *l.* 3. *§. hæc verba ff. de neg. geſt.* Atqui directa ſubſtitutio eſt propria fideicommiſſaria verò impropria, Rip. *in rubr. ff. de vulg. & pup. n.* 10. & ibi Ceph. *n.* 218. Odd. *in prælud. comp. p.* 1. *q. vlt.* Craſs. *in §. ſubſtitutio, q.* 3. *n.* 2. Alex. Trent. *in præm. ſubſtit. num.* 22. ergo verbum commune erit intelligendum, vt potius directam, quam fideicommiſſariam contineat.

26 Tertia eſt opinio media inter duas præcedentes, quæ eſt quod matri legitima aſſignetur, reliquum verò ſubſtituto, ita ſe habent Io. de Monte Sperell. & Petr. quos referunt, & ſequuntur Dec. *in l. precib. n.* 19. *verſ. & tenendo, C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Curt. iun. *n.* 63. & Caccia. *n.* 79. Soc. ſen. *conſ.* 150. *n.* 42. *li.* 1. & ibidem Io. Baptiſ. à S. Seuer. Rub. Alex. *conſ.* 5. *in fi.* rurſus Dec. *conſil.* 228. *col. vlt. & conſ.* 643. *in fi.* Berret. *conſ.* 98. *n.* 4. vbi dicit Senatum Mediolanenſem hanc opinionem fuiſse ſequutū Rim. *conſ.* 106. *n.* 18. *li.* 1. Burſat. *conſ.* 327. *per totum*, Ceph. *conſ.* 429. *n.* 157. *& ſeq.* Dec. *conſ.* 82. *n.* 41 *li.* 3. Odd. *conſ.* 18. tenet hanc, licet adſint quædam coniecturæ, quæ demonſtrant eſse pupillarē, *& conſ.* 58. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 144. *n.* 15. *& li.* 4. *præſ.* 56. *n.* 3. *verſ. tertia*, Dur. *de arte teſtan. tit.* 5. Intr. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 21 *n.* 38. vbi dicit eſse æquiſſimā opinionē, Theſ. *deci. Pede.* 300. *n.* 4. dicit legitimam dandam eſse matri, relicta Trebellianica hæredi, Cauale. *dec.* 1. *n.* 71. *vſque ad finem par.* 3. vbi aſserit, ita ſæpius iudicatum, *& dec.* 4. *n.* 19. *&* 33. *& ſeq.* vbi dicit ita omnes concordare, & latè comprobat, *& in fine deciſionis*, dicit in illa cauſa ita fuiſſe iudicatum *& dec.* 30. *in fi. par.* 4. vbi refert deciſionem Rotæ pro legitima matris, *& n.* 18. *& ſeq.* & ibi loquitur in fortioribus, quando ſubſtitutio erat facta per verbum directum non ciuile. Et Brixiæ habui in facto cauſam vertentem inter D. Antoniam de Bernardis ſuper teſtamento D. Patris eius mariti contra Commune Sancti Felicis, & fuit pro matre amplectendo hanc opinionem iudicatum per Doctiſſimum D. Eq. Pedrocam in prima inſtantia, & in cauſa appellationis Excellentiſſimi D. Franciſcum Sarainum fuit omninò contra matrem iudicatum, verum eſt quod ex teſtamento reſultabant quædam coniecturæ, quod in ſubſtitutione pupillaris contineretur. [Et hanc opinionem probat idem Decian. *conſil.* 53. *num.* 16. *& num.* 39. *verſi. non obſtat. libro* 4.]

27 Mouentur tenentes hanc ſententiam, quia in re dubia media via eſt eligenda, ſicuti etiam non ſemel à Legiſlatoribus obſeruatum fuiſse colligitur, *in l. paterfam. & in l. hoc Tiberius, ff. de hæred. inſt. & in §. vltimo, inſt. eod.*

28 Cæterum à prædicta ſententia receſſerunt alij volētes matrem excludi etiam à legitima, & pupillarē contineri in ſubſtitutione, de qua agimus, inter quos Soc. iun. *in l. centurio, n.* 266. *ff. de vulg.* & ibi Aquil. *in* 4. *p. n.* 162. Rimin. iun. *d. l. precib. n.* 282. *C. de imp. et al ſubſt.* & ibi Cag. *n.* 216. *et ſeq.* Curt. iun. *conſ.* 86. *n.* 7. Soc. iun. *conſ.* 94. *dubio* 4. *& conſ.* 134. *col. pen. lib.* 1. Ceph. *conſ.* 524. *num.* 4. Panc. *conſ.* 155. *col.* 1. Bertaz. *conſ.* 29. *col.* 2. Mant. *conſ.* 113. *n.* 4. Pereg. *conſ. deciſiuo* 70. *n.* 1. *li.* 1. *et conſ.* 32. *n.* 34. *li.* 2. Hier. Gab. *conſ.* 169. *n.* 45. *li.* 1. vbi dicit ita magis communiter receptam, Rol. à Val. *conſ.* 69. *n.* 23. *et ſeq. li.* 1. Menoc. *conſ.* 364. *n.* 30. Odd. *de cōp. p.* 5. *q.* 3. *tit. de comp. à pag. fact. art.* 3. *n.* 15. Mant. *de cōiec. vlt. vol. li.* 7. *ti.* 3. *n.* 17. Præt. *de inter. vlt. vol. fol.* 270. *n.* 18. *ante finem, et n. ſeq.* Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 11. *n.* 8. *in fi.* Rota Rom. *in collec.* per Farin. *dec.* 373. *par.* 2. & ſecundum hanc ego etiam conſului, præcipuè in conſ. . . & verior opinio ſemper mihi viſa fuit: Nam res non eſt ita dubia, vt eſtiment tenentes contrariam ſententiam, cum pro hac opinione extent, *d. l. precibus, et d. c. ſi pater*: Ius enim debet eſſe vnum, & ideò valere debet, vel vti pupillaris, vel vti fideicommiſſaria, nec vlla lex extat pro hac tertia opinione. Præterea obſtat regula, quod quis non poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *l. ius noſtrum, ff. de reg. iur.* & dando legitimam matri, pupillus decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

Et quamuis Menoc. *li.* 4. *præſum.* 56. *nu.* 4. conetur tollere prædictas oppoſitiones, & dicta quòd licet non adſit lex, qua probetur ſua opinio, ſatis ſit quod probetur ratione fundata in æquitate, & quod *reg. l. ius noſtrum, ff. de reg. iur.* non obſtet, quia pupillus dicitur teſtatus, ſed tamen voluerit reſeruare legitimam matri.

29 Attamen hæc non releuant, nam æquitas non ſcripta, tanquam ex capite Doctorū attendenda non eſt, *l. placuit, C. de iud.* Bart. *in l.* 1. *C. de leg.* Ruin. *in l. ſi quis, §. ſi filium, n.* 101. *ff. de liber. & poſth.* Natt. *conſ.* 49. *n.* 35. *& conſi.* 312. *nu.* 12. & Ceph. *in l. Centurio, n.* 570. *ff. de vulg.* Et quod dicitur pupillū dici teſtatum ſed tamen cenſeri voluiſſe reſeruare legitimam matri, ergo non video reſpectu legitimæ matris, quomodo poſſit dici teſtatus, cū de hoc in teſtamēto nullum verbum, & ideo ſi pupillaris locum habere debet, etiam legitimam matri debitam comprehender, vel dixi *q.* 156. *n.* 8...

30 Sed retenta tertia opinione, quod legitima matri danda ſit, dubium oritur, an legitima danda matri intelligatur de omnibus bonis paternis prout filius fideicommiſſo grauatus eam detrahere poſſet, an verò danda ſit legitima matri de bonis ipſius pupilli, circa quod videndi erunt Doct. ſuprà citati, & præcipuè Theſ. *dec.* 200. *n.* 4. intelligit matri deberi legitimam de bonis paternis, quam filius detrahere poterat. Alij autem volūt, quod ſolum legitima de bonis pupilli debeatur matri, & alia bona ipſius pupilli, & teſtatoris, danda eſſe ſubſtituto Menoc. & alij locis citatis, & clarè Cauale. *deciſ.* 30. *n.* 19. *par.* 4. Bardell. *conſ.* 2. *n.* 32. & horum ſententiā, & ego ſequutus ſum *in conſi.*..

31 Non omitto etiam aliquos tenuiſſe in foro conſcientiæ præſtandam eſſe legitimam matri, ita Franc. Ferrat. *caut.* 19. Mod. *Apoſtil. ad. Dec. conſi.* 228. Ceph. *conſi.* 429. *n.* 155. Men. *conſi.* 144. *n.* 15. *in fi.* Dec. *conſi.* 53. *n.* 37. *li.* 4. (Idē etiā tenuerunt, Archid. *in c. ſi pater de teſt. in* 6. Gomez. *in cap. animarum, n.* 19. *de conſtit.* Dec. *in d. l. precibus, ſub num.* 10. & ibi Coraſ. *n.* 30. Dec. *conſ.*

211. *in fine*, vbi dicit eſſe communem opinionem, & de communi etiam teſtatur Decian. *d. conſ.* 53. *n.* 37. *li.* 4.]

32 Et quando mater eſſet inops, vt legitima debeatur, voluit Clariſſ. D. Pedroc. in allegata ſententia pro D. Antonio de Bernardis ex traditis per Menoc. *li.* 4. *præſum.* 38. *n.* 32. & Intrig. *de ſubſt. cent.* 1. *q.* 91. *n.* 25.

33 Limitatur autem primò, hæc tertia opinio, ſi placeret, quando eſſemus in caſu, quod matri ab inteſtato ex forma ſtatuti non deberetur legitima, Bard. *conſ.* 2. *n.* 19 & faciunt dicta *infrà in prima limitatione principali.*

34 Limitatur ſecundò, quando eſſemus in caſu, quod fideicommiſſum eſſe relictum à venientibus ab inteſtato, quia tunc mater à legitima eſſet excluſa, vt dicam *infra vltima limitatione.*

35 Quæ autem ſupra dicta ſunt de matre, locum habent etiam in omnibus illis perſonis, quæ per tacitam pupillarem non excluduntur, ita ſe habent Bar. *in d. l. centurio*, *n.* 29. *ff. de vulg.* Bald. *de compen. n.* 29. Bartol. Huc. *de comp. n.* 19. Odd. *de comp. par.* 5 *tit.* 3. *de comp. à pagan. fact. art.* 3. *n.* 4. Intrig. *de ſubſt. cent* 3. *q.* 21. *nu.* 122. Surd. *deciſ.* 273. *n.* 5. vbi alios extendit ad auiam paternam, & maternam, & ad proauiam.

Retenta autem prima opinione, quod ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria.

36 Ampliatur primò, & ſi facta eſſet ſubſtitutio per verbum diſtributiuum, vel ſimile, vt ſi dictum ſit, & quandocunque deceſſerit ſubſtituo, &c. Bar. *in d. l. centurio*, *n.* 36. *ff. de vulg.* & ibi Ang. *n.* 5. Alex. *n.* 76. vbi teſtatur de communi opinione, & Alciat. *n.* 90. Franc. *in cap.* ſi *pater*, *colum.* 46. *de teſtam. in* 6. Imol. *in cap. Rainutius*, *n.* 190. *ext. de teſt.* Dec. *conſ.* 82. *n.* 25. *li.* 3. Odd. *de cōp. ſubst. par.* 5. *q.* 3. *tit. de comp. à pag. fact. art.* 3. *n.* 19. vbi de communi opinione Menoc. *li.* 4. *præſum.* 56. *num.* 4. *verſi. extenditur*, Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 23. vbi aſſerit eſſe communem opinionem Intrig. *de ſubſt. centur.* 3. *q.* 81. *nu.* 89. & 90. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem.

37 Subampliatur etiam, quod iſte dictiones, quandocunque, & ſimiles eſſent geminatæ, ita Franc. *d. cap. ſi pater colum.* 46. *de teſtam. in* 6. Imol. *in cap. Rainutius*, *n.* 90. *ext. de teſtam.* Odd. *d. art.* 3. *n.* 19. Menoc. *de præſumpt.* 56. *n.* 4. Intrig. *d. q. n.* 21. *n.* 93.

38 Contrariam tamen ſententiam probauit Ang. *in d. l. Centurio*, *n.* 5. *ff. de vulg.*

39 Ampliatur ſecundò, etiam ſtante ſtatuto, quòd vxor non poſſit ſuccedere viro, ita Menoc. *conſ.* 551. *numer.* 27. & 39.

40 Limitatur primò, quando per ſtatutum mater eſſet excluſa à filij ſucceſſione: nam tunc ſubſtitutus admitteretur ex pupillari, Alciat. *in l.* 2. *in fi. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Grat. *conſ.* 134. *n.* 40. *li.* 1. Bero. *conſ.* 126. *n.* 3. *li.* 2. Bardel. *conſ.* 2. *n.* 19. Menoc. *conſ.* 144. *n.* 23. & *lib.* 4. *præſum.* 56. *n.* 23. Odd. *de comp. p.* 5. *q.* 3 *tit. de comp. à pagan. fact. art.* 3. *n.* 17. Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 4. *c.* 11. *n.* 12. Peregr. *de fideic. art.* 34. *n.* 12. *in fi.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 271. *n.* 21 *in fi.* Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 21. *n.* 82. Caualc. *deciſ.* 4. *n.* 13. & *ſeq. par.* 3.

41 Ampliatur primò iſta limitatio, etiam in teſtamento Principis, quia & ille ligatur ſtatutis, Bardel. *conſ.* 2. *nu.* 20. & *ſeqq.*

42 Ampliatur ſecundò, & ſi mater non eſſet in totum excluſa, ſed ſubſtitutus pro maiori parte eam excludit, vel cum ea concurrit, Pereg. *de fideic. art.* 74. *ante n.* 40. Caualc. *deciſ.* 4. *n.* 13. *par.* 3.

43 Sublimatur, quando ſubſtitutus non excluderet ab inteſtato matrem, procedit enim limitatio, quando mater excluditur à ſubſtituto, à ſucceſſione inteſtati. Menoc. *conſ.* 144. *n.* 23. *li.* 4. *præſum.* 56. *n.* 23. Odd. *d. q.* 3. *art.* 3. *n.* 12. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 11. *n.* 12. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 271. *n.* 21. *in fi.* Intrig. *d. centur.* 3. *q.* 21. *n.* 83.

Cæterum verior eſt opinio, quòd mater ſit excluſa ſtante iſto ſtatuto, licet adeſſent agnati, qui ab inteſtato excluderent matrem pupilli, & hi ſunt proximiores ſubſtituto, nam, ſicuti teſtator prætulit ſubſtitutum agnatis proximioribus, qui ab inteſtato matrem excluderent, multo magis cenſetur velle eum præferri matri, Caual. *deciſ.* 30. *num.* 14 *par.* 4. vbi allegat adducta per Aret. *conſ.* 167. *colum.* 2. Tob Non. *conſ.* 30. *n.* 6. & *ſeq. li.* 2. idem tenent Pereg. *de fideicommiſſ art.* 34. *n.* 41. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 157. *n.* 19. *in fi.* & *n.* 20. vbi teſtatur de communi, & ſenſit ipſe Caualcan. *deciſ.* 4. *numero* 21. *par.* 3. 44

Limitatur ſecundò, quando mater pupilli tranſiuit ad ſecundas nuptias, quia tunc excluditur, & pupillaris continebitur, Angel. *in d. l. precibus*, *col. um.* 2. *C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Decia. *num.* 16. Aquil. *in d. l. centurio*, *par.* 4. *numer.* 199. *ff. de vulg.* Aret. *conſi.* 154. *num.* 7. Corn. *conſ.* 28. *n.* 3. *li.* 4. Bardel. *conſi.* 2. *nu.* 7. Honded. *conſi.* 75. *num.* 37. *lib.* 1. Odd. *de compend. part.* 5. *qu.* 3. *tit. de compend. à pagan. fact. art.* 3. *n.* 16. Menoc. *lib.* 4. *præſum.* 56. *num.* 19. Pereg. *de fideicom. art.* 34. *n.* 42. *in fine*, Intrig. *de ſubſtit. cent.* 1. *q.* 82. *n.* 94. & *cent.* 3. *q.* 21. *n.* 80. Gallia *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *nu.* 102. *par.* 2. Mant. *deciſ. Roman.* 367. *n.* 14. vbi licet hanc limitationem non admittat ſimpliciter, attamen concurrentibus coniecturis contra matrem hanc tenet opinionem, & ita ego conſului *in conſi*. . . . 45

Ratio eſt, quia mater tranſiens ad ſecundas nuptias dicitur inferre iniuriam filijs ſuperſtitibus, §. *proſpera-mus itaque in auth. de non elig. ſecund. nub.* & fit inimica primi mariti cum eius memoriam dicatur negligere, §. *ſin autem tutelam*, *in auth. de nupt.* ideo non præſumitur quod teſtator voluerit eam ſuccedere. Comprobatur etiam ex his, quæ in fortioribus dicta ſunt in pupillari ſubſtitutione tacita, vt matrem excludat, quando tranſiuit ad ſecunda vota, ſecūdum Roland. à Valle, *conſ.* 69. *n.* 32. *li.* 1. & Menoc. *li.* 4. *præſumpt.* 39. *n.* 65. cum alijs adductis ſupra *quæſt.* 156. *n.* 23. ſed tamen hoc de tacita pupillari non facit difficultatem, quandoquidem contrariam opinionem pro matre tenēt Bart. *in l.* 2. *n.* 42. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & ibi Aret. Imol. Alex. Iaſ. Rip. & Alciat. Decian. *cōſ.* 82. *n.* 37. & *ſeq. li.* 3. vbi de communi opinione teſtatur Craſ. *in* §. *ſubſtitutio*, *q.* 31. *n.* 4. *in fi.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 29. vbi dicit eſſe communem opinionem, & re vera hæc eſt magis communis, vt patet ex congeſtis *d. q.* 156. *n.* 24. 46

Contrariam ſententiam probarunt alij, dicentes matrem non excludi per pupillarem, licet ad ſecunda vota tranſierit, Aret. *in d. l.* 2. *ff. de vulg.* & ibi Imol. Iaſ. & Rip. *n.* 53. vbi de communi opinione teſtatur Iaſ. *in d. l. precibus*, *n.* 20. *C. de impub. & alijs ſubſt.* & ibi Rimin. iun. *conſ.* 490. Rip. *in l. centurio*, *n.* 138. *ff. de vulg.* Bero. *conſ.* 125. *n.* 11. & *ſeq. li.* 2. Decian. *conſ.* 82. *n.* 38. *lib.* 3. vbi alios addit, & dicit eſſe communem opinionem, & *conſ.* 53. *num.* 56. *verſi. non obſtat ſeptimum*, *lib.* 4. Odd. *conſi.* 18. *num.* 5. 19. & 20. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *n.* 9. Viu. latiſſimè *concluſ.* 852. *nu.* 3. Caualcan. *deciſ.* 4. *n.* 38. *par.* 3. & *in fine deciſionis* dicit pro matre fuiſſe iudicatum, iuxta tamen tertiam opinionem principalem, de qua *ſupra num.* 26. 47

Et ratio eſt, quia nulla lex dicit matrem per tranſitū ad ſecundas nuptias priuari, ergo &c. ita in propoſito dicit tex. *in* §. *optimam. in auth. de non eligen. ſecund. nub.* Et ex ſecundis nuptiis non elicitur talis coniectura, quod teſtator voluerit matrem excludi per pupillarem à ſucceſſione filij §. *cum igitur in auth. de non elig. ſecund.* 48

ſecund.nub.& auth.ex teſtemento,C.de ſecund.nupt.

Et maximè ita ſecunda opinio procederet, quando mater poſt mortem filij ad ſecundas nuptias tranſiuiſſet,quia tunc ei non dicitur fieri iniuria,nec affectio erga matrem poteſt dici diminuta,ita Odd.*dicto conſ.*18. *n.*21.vbi dicit nec obſtare iniuriam factam primo viro, tum quia de iure canonum prohibetur indictio viduitatis, tum quia poſt mortem filij non eſt habenda in conſideratione talis iniuria : nam aut conſideratur iniuria,quia non vixit vidua, & iſta non eſt ſufficiens, aut quia vxor deſeruit curam filiorum, & ceſſat mortuis filijs.

49 Prima tamen opinio procederet quando teſtator fecit legatum vxori,& ademit ea nubente, Bart. *conſ.*54. *in fine li.*1.Aret.*conſ.*154.*n.*7.*&* 10.Alex.*conſ.*12.*nu.* 24.*li.*3.Decian.*reſp.*82.*n.*39.*li.*3. Hieronymus Gabr. *conſ.*120.*n.*16 *& ſeq.li.*2.Honded.*conſ.*75.*n.*37.*in fin. li.*1.vbi in fine teſtatur ita iudicatum, Menoch.*conſil.* 362.*n.*13 *conſ.*49.*n.*24.*& li.*4.*præſump.*56.*n.*26.Intrig.*de ſubſt.cent.*3.*quæſt.*21.*n.*121.Pereg. *de fideicom. art.*34.*n.*42. Mouetur Aret.ea ratione, quia vxor nubendo facit contra voluntatem mariti,& inde reſultat præſumptio,quod eius anima contriſtetur, & ſi voluit eam priuari legato ſibi relicto,quod parum eſt per tranſitum ad ſecundas nuptias,multò magis præſumendum eſt voluiſſe eam excludi à bonis filij, quæ maiora ſunt, mediante pupillari.

50 Maximè etiam procederet prima opinio, quando mater non petiiſſet tutorem filio ſuo. Honded.*conſ.* 75.*in fin.li.*1.vbi alios refert, & plures congeſſi in fortioribus quando ſumus in tacita pupillari, *in qu.*156. *num.*25.

51 Porro ſi vxor tranſiuiſſet ad ſecundas nuptias conſentiente marito,nil obſtaret matri, quia ceſſat ratio iniuriæ & volenti non fit iniuria, *ca.volenti,de reg.iur.*

52 *in* 6. Vnde quando de conſenſu viri vxor tranſit ad ſecundas nuptias, ceſſant omnes pœnæ ſecundo nubentium,Gloſ.*in* §.*dato,in verbo ſine viri,in auth.de nupt.* Bald.*in l.*1.*col.*3.*verſ.ſed pone,C.de ſecund.nupt.*Dec. *conſ.*489.*num.*9.*& in rubr.C.de ſecund.nupt.col.pen. in fi.& col.ſeq.*Paris.*conſ* 95.*col.*4.*li.*2.Boer.*deciſ.*185 cum alijs congeſtis ab Ant. Gabr.*de ſecund. nupt concl.* 1.*num.*29.*concl.*3.*num* 35.*& concl.*6.*num.*2. Et in ſpecie ad rem noſtram, ita ſcripſit Decian.*conſ.*82.*nu.* 39. *verſ.ergo vera,lib.*3.

53 Limitatur tertiò, quando mater commiſiſſet aliquid inhoneſtum,vel fuiſſet alias odioſa, & inimica teſtatoris, quia pupillaris haberet effectum contra matrem, Odd.*de compend.ſubſt.par.*5 *q.*3.*ti.de compend.à Pag. fact.art.*3. *num.*16. Intrigl. qui alios adducit *de ſubſt. cent.*3.*q.*21 *num.*80.Gallus *de except.ſucceſſ. tit.*4.*except.*22.*n.*102.*par.*2.Mant. *deciſ. Rom.*367.*n.*13.

54 Limitatur quartò, quando teſtator aliquid legaſſet matri Pupilli,quia cenſetur feciſſe in compenſationem portionis ſibi debitæ in bonis filij, & ideo pupillaris locum haberet,ita in ſpecie ſcribunt Calcan.*conſ.*48.*n.*8. *Iaſ.conſ.*132. *col.pen.lib.*1.Ruin. *conſ.*118. *num.*21 *li.* 3.*& conſ.*68.*col.*4.*li.*4.Non.*conſ.*31.*n.*9. Rol.à Valle, *conſ.*69.*in fi.li.*1. Pancirol.*conſ.*155.*num.*6.Præt.*conſ.* 61.*n.*35.Menoc.*conſ.*362.*n.*12.*& li.*4.*præſ.*56.*nu.*25. Peregr.*de fideicomm.art.*34.*n.*42.Intrig.*de ſubſt.cent.* 3.*quæſ.*21.*n.*120.Gallus*de except.ſucceſſ.tit.*4.*except.* 22.*n.*117.*par.*2.Caualcan.*deciſ.*4.*n.*9. *& ſeq.par.*3.*& deciſ.*35.*n.*13.*par.*4. & ita ego conſului,vt *in conſ.*2.*in prima coniectura.* (Et pro hac ſententia ſtant etiam Bal. *in d.l.precibus,n.*13.Soc.ſen.*in d.l.*2.*n.*39.& ibi Rip.*n.* 55.*ff.de vul.*Purpur.*conſ.*29.*n.*2. Mant.*de coniect. vlt. vol.li.*5.*tit.*15.*n.*13. Surd.*deciſ.*273.*n.*9. *& ſequentibus,*Rota *decis.*374.*num.*9.*part.*2.*recent.*ego *in conſil.* 20.*in prima coniectura.*)

Contrariam opinionem, quod immo ob hoc legatū noluerit teſtator veriſimiliter matrem excludi, probarunt Decian.*conſ.*82.*n.*31.*li.*3. Menoch.*conſi.*551.*n.* 23.*verſ.ſecunda,*Surd.*deciſ.*273. *in fine.* Mouetur quia ſi teſtator voluit patrem ſuæ ſubſtantiæ vxori relinquere,multò magis credendum eſt,quod noluerit eam priuare luctuoſa filij hæreditate,*l. vlt.C.de inſt. & ſubſt.* legando enim reſultant ſigna dilectionis, vt ſcribunt Soc.iun.*conſ.*71.*n.*19.*li.*1.& Crauet.*conſ.*161.*n.*5.nec tunc per tale legatum præiudicari debet matri in ſucceſſione,quæ poſt mortem pupilli illi euenire poteſt, vt dicit Rol.à Valle, *conſ.*69.*n.*37.*verſ.nam hoc caſu,li.*1. qui tamen loquitur in legato cum clauſula quod mater ſit tacita, & contenta nec amplius petere poſſit in bonis ſuis,& allegat,*l.Paulo Callimacho,*§.1.*ff.de legat.*3. idem Menoch. quando adeſt prædicta clauſula *dicto conſ.*551.*n.*41. 55

Sed aduertendum eſt circa hanc limitationem, nam ſi legatum relictum eſt à pupillo de bonis teſtatoris mater non erit excluſa, & ſic procedit ſecunda opinio : ſi verò legatum eſſe relictum à ſubſtituto poſt mortem filij,& tunc habeat locum limitatio,quia tunc præſumptio eſt,quod teſtator voluerit ſubſtitutum matri præferri,*l.peto,in princ.ff.de leg.*2 & in ſpecie ita ſcribunt Bart.*in l.*2.*col.penult.ff.de vulg.*Iaſ.*conſ.*132. *col.pen. in fine li.*1.vbi refert Bald. Angel. & Salic. Dec.*conſil.* 332.*in fine,*Ruin.*conſi.*218.*n.*21.*li.*3. *& conſi.*68. *col.* 4.*li.*4.Roland.à Valle,*conſ.*69 *in fine li.*1.Præt.*conſil.* 91.*n.*37. Menoch.*conſ.*551. *in fine,& li.*4. *præſumpt.* 56.*n.*15.Peregr.ſenſit *de fideicomm.art.*34.*n.*42.& alij ſequuntur relati à Surd.*deciſ.*273.*num.*10.*& ſeq.*licet ipſe non affirmet. 56

Vnde ſi legatum fuiſſet annuum,tot iudicantur legata,quot ſunt anni. Bart. *in l ſi ſingulo, ff.de annu.legat.* Nat.*conſi.*548. *num.*5. Præt.*de interp. vlt. vol.li.*4. *interp.*1.*dubit.*9.*n.*59.Surd.*conſ.*523.*n.*5. Et legata relicta ab inſtituto præſumuntur repetita à ſubſtituto pupillari,*l.ſi fundum ſub conditione,*§.*ſi pater,ff.de legat.* 1.*l.non ſolum,*§.*liberatio,ff.de liber.legat.*Bart.*in l.*2.*n.* 4.*ff. de vulg.*& ibi Rip.*n.*55. Menoch. *li.*4 *præſump.* 108.*n.*38.Ideo ſtante legato annuo quod videtur relictum poſt mortem filij à ſubſtituto,dicendum eſſet matrem remanere excluſam, & ita arguit Sur. *dec.*273.*n.* 8.*verſ.quarto ſuadetur,*licet poſtea in fine dixerit,quod hoc ſolum non ſufficeret, quia quando teſtator facit legatum annuum non cenſetur cogitaſſe de morte filij, nec voluiſſe auferre ſucceſſionem,quæ in aliquo euentu poterat matri deferri, quod & mihi veriſſimum videtur maximè cum ceſſet obiectum,quod legatum relictū à pupillo præſumatur repetitum à ſubſtituto pupillari, quia hoc verum, ſi ſubſtitutio eſſet pupillaris, & in his terminis loquuntur Bart.& Rip.citati,ſed nunc contenditur,an ſubſtitutio ſit pupillaris.nec reſultat coniectura,quod ſit pupillaris, ex eo quod pupillus ſit oneratus legatis Rol.à Valle, *conſi.*69.*in fine*, *verſi.nam hoc caſu,*ſed quod ſtante legato annuo mater ſit excluſa, tenuit Rot.Roman.*in collect.*per Farinac.*decis.*373.*n.*9. *par.*2. 57 58

Similiter limitatio locum haberet,quando vſus fructum omnium bonorum fuiſſet relictus vxori mortuo pupillo,Purpur.*conſi.*29.*n.*2 Mant.*de coniect. vlt. vol. li.*7.*tit.*3.*in fine.*(Et iſti loquuntur in vſufructu relicto poſt mortem pupilli,& ego in vna de Gellinis dicebam non obſtare pupillari, quod legatum vſusfructus eſſet relictum à pupillo,& quod poſt eius mortem deberetur, & contra matrem in legato vſusfructus non audet tenere,Surd.*d.deciſ.*273.*n.*9.*& ſeq.*) 59

Limitatur quintò, quando ſubſtitutus eſt frater pu- 60

pilli, nam is ex pupillari matrem excluderet, *in l. precib. n.13. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Alex. *in fi.* Iaſ. *n.20.* Dec. *col. vlt.* Sebaſt. Sap. *n.83.* & Cagnol. *n.224.* Alex. *in d. l. cent. n.90. ff. de vulg.* & ibi Rip. *n.137.* & Galliau. *n.386.* Et cōſulendo Bart. *conſ. n.30. li.1.* Ang. *conſ.151. n.2.* Butr. *conſ.53. n.1.* Fulgoſ. *cōſ.33. in fi.* Paul. de Caſt. *conſ.375. n.3. li.1.* Capr. *conſ.50. n.18.* Corn. *conſ.316. n.6. li.3. & conſ.28. n.3. li.4.* Bero. *conſ.45. n.9. & cōſ. 123. n.6. li.2.* Grat. *conſ.134. n.39. li.1.* Rub. *conſ.52. n.2.* Soc. iun. *conſ.94. n.29. li.1.* Rim. iun. *cōſ.444. n.37. li.3.* Craue. *conſ.141. n.7.* vbi teſtatur de communi opinione, Rol. à Val. *conſ.69. 28. li.1.* Non. *conſ.30. nu.7.* Ceph. *conſ.524. n.79.* Præt. *conſ.61. n.38.* Pereg. *cōſ.32. n.37. li.2.* Menoc. *conſ.262. n.11. & conſ.531. n.39.* vbi dicit hoc verum dummodo fratres extent tempore mortis pupilli, Bardell. *conſ.2. n.16.* Et in tractatib. Craſ. *d. q.74. n.9.* vbi aſſerit eſſe communnem ſententiam, Odd. *de comp. par.5. q.3. tit. de compen. à Pag. facti. art.3. nu. 26.* vbi teſtatur de cōmuni opinione, Alex. Trent. *de ſubſtit. par.4. c.11. n.10.* vbi dicit eſſe communem opinionē Menoc. *li.4. præſum.56. n.14.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.271. n.21. verſi. alia poteſt.* Pereg. *de fideic. art.34. n. 39.* Intrig. *de ſubſt. cent.3. q.21. n.112.* Gallus *de except. ſucc. tit.4. excep.22. n.106. & ſeq. par.2.* Theſ. *dec. Pedem.200. n.11.* Surd. *dec.273. n.4.* (Et coniecturā iſtam ego etiam probaui *in d. conſ.20. in ſecunda coniectura.*)

61 Idem in aliis deſcendentibus teſtatoris ſubſtitutis, vt poſt alios ſcribit Surd. *d. deciſ.273. n.4.*

62 Ratio huius limitationis eſt quia veriſimile non eſt, quod pater voluerit matrem filio anteponere, arg. *l. cū auus ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* & in hoc ſpectanda eſt affectio teſtatoris, Bart. *in l.2. n.40. ff. de vulg.* & ibi Rip. *n.60.* & eſſe communem opinionem oſtendi *q.91.* Vnde nulla validior coniectura ad matris excluſionem adduci poteſt, quam naturalis affectio erga deſcendentes, vt dicit Surd. *deciſ.273. num.4.* vbi allegat Gul. de Cun. Azo. Iacob. de Rauen. Odofr. Petr. & Cin.

63 Confirmaturque à fortiori, auctoritate eorum, qui voluerunt, & per tacitam pupillarem in vulgari expreſſa contentam matrem excludi, quando ſubſtituti ſunt alij filij teſtatoris, Bart. *in l.2. n.44. ff. de vulg. & pup.* & ibi Alex. *num.35.* Iaſ. *n.42.* & Rip. *num.60.* qui de communi teſtatur Mant. *de coniec. vlt. volunt. li.5. tit.15. n.30. & ſeq.* Ceph. *conſ.739.* Craſ. *§. ſubſtitutio, q.31. n. 5.* vbi de communi, & Menoch. *li.4. præſum.39. num. 77.* vbi dixit eſſe receptam ſententiam, alios congeſſi, *q.157. n.35.*

Accedat quod filius teſtatoris, & frater pupilli ab inteſtato habent vnum ius, *auth. defuncto. C. ad Trebell.* & habet aliud ius, quod compendioſa communibus verbis facta continet pupillarem, vt dictum fuit *quæſt. præcedenti,* & ſic duplici iure iuuatur, mater verò habet tantum ius ſucceſſionis ab inteſtato *d. auth. defuncto*, ergo frater, cui duo iura iuſta agantur præferri debet, ita Curt. iun. *in l. precib. col. pen. C. de impub. & al. ſubſt.* Rip. *in l.2. n.70. ff. de vulg. & pup.* Bero. *in c. Raynutius, n.453. ext. de teſt.*

64 Vlterius, pater præſumitur magis diligere filium, quam vxorem, *l. iſti quidem, ff. de eo, quod met. cauſ. l. penult. C. de impub. & al. ſubſt.*

65 Contra tamen hanc limitationem tenent alij, volentes matrem non excludi, licet ſubſtituti ſint fratres pupilli, in qua ſententia fuerunt Bart. *in l. centurio, ff. de vulg.* & ibi Marc. Aquil. *par.4. n.197. in fine,* Odd. *conſ. 99.* Paul. Leon. *tract. de vulgar. nu.114.* Et in cauſa Britiana, idem conſulendo tenuerunt Ceph. *conſ.429. nu. 161. & ſeq.* & Menoc. *d. conſ.144. n.23.* ſed contra eorum conſilia per conformes fuit iudicatum. [Et hanc opinionem ſequitur, & Marta *d. l. centurio, in hac q.*]

Mouentur primò, quia licet pater poſſit matrem excludere ſi vult, attamen ſi non ſit expreſſè excluſa, in dubio præſumitur voluiſſe quod vult lex ad dicta per Bart. & alios communiter, *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* dum dicunt præſumi teſtatorem conformare ſuam diſpoſitionem cum iuris diſpoſitione. Atqui lex vult matrem admitti ad luctuoſam filij hæreditatem, & in dubio non cenſeri eam priuatam, *l. vltima, C. de inſtit. & ſubſt.* ergo, &c.

Secundò facit, quia pater dum facit pupillarem, cenſetur ita facere, vt ſit filij teſtamentum tanquam ab eo conditum, *l.2. in principio. ff. de vulg. & pup. & inſt. de pup. in fine principij,* igitur præſumendum eſt, quod pater teſtando pro filio fecerit, quod filius ipſe feciſſet, ſi teſtari potuiſſet, Bald. *in l. precib. col.4. verſ. præterea iſtud,* ſed filius teſtando matrem non excluſiſſet, cum & matri ab inteſtato hæreditas debeatur, *dict. auth. defuncto,* & matri ab inteſtato eſt debita legitima, vt dicetur ſtatim, ergo &c.

Tertiò, hæreditas filij magis eſt debita matri, quam fratri, nam matri legitima debetur, & poteſt teſtamentum filij inofficioſum dicere, *l. nam ſi parentibus, C. de inoff. teſtam.* quod fratri non permittitur, niſi turpi perſona inſtituta, *l. fratres, C. eod.* ergo in re dubia non erit auferenda hæreditas à matre, quæ & à lege ei debetur *d. auth. defuncto,* & contra quam non admittitur tacita voluntas ad excludendam eam à filij luctuoſa hæreditate *l. vltima, C. de inſt. & ſubſt.* 66 67 68

Declaratur tamen primò hæc limitatio, vt non procedat, quando mater non excluderetur ab inteſtato à ſucceſſione pupilli per eius fratrem ſubſtitutum, quia tunc pupillaris non contineretur ad eius excluſionem, ita declarat Menoc. *d. conſi.144. num.23. & d. præſum. 59. num.11. verſi. Hoc.* vbi allegat Bart. *in l.2. num.36. ff. de vulg.* Butr. *conſ.53.* Grat. *conſ.134. num.40. lib.1.* Bero. *conſ.126. nu.3. li.2.* & Odd. *dicto art.3. num.13.* idem cum Menoch. tenuit Intrigl. *de ſubſt. cent.3. quæſt. 21. num.113.* 69

Ego tamen hanc declarationem Menoc. improbaui conſulendo in vna de Lorandis, *vt conſi.21. in ſecunda coniectura,* & ibi tenui, matrem excludi, etiamſi ab inteſtato ſubſtitutus eam non excluderet, Doctores enim pro limitatione allegati contra matrem faciunt fundamentum in ſola dilectione perſonæ, & in ſpecie ſic coniecturam deſumit ipſe Menoc. *d. præſum.56. n.14.* & exemplum ponunt de perſona prædilecta quando ſubſtitutus eſt alter filius teſtatoris, nec aliquis facit fundamentum in eo, quod ſubſtitutus ab inteſtato matrem excludat, nam vt dixi principalis ratio limitationis eſt prædilectio perſonæ ſubſtituti, & licet aliqui arguant etiam à ſucceſſione, prout & ego feci, *in verſic. confirmatur,* attamen licet ceſſaret iſta ratio ſecundaria in aliquo caſu non ceſſaret alia ratio, quæ eſt fundamentum limitationis. Et ſi ſucceſſio ſubſtituti fuiſſet ratio principalis limitationis, non deſumpſiſſent coniecturam Doctores à prædilectione, ſed deſumpſiſſent à ſucceſſione ſubſtituti ab inteſtato, & ſi taliter fuiſſet deſumpta, concedo quod ceſſaret coniectura, quando ſubſtitutus ab inteſtato non admitteretur, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron.* Vnde bene procedit argumentum affirmatiuè, perſona prædilecta, quæ ab inteſtato ſuccedit, ſi ſit ſubſtituta ex pupillari matrem excludit, ſed non procedit negatiuè, ſi non ſuccedit ab inteſtato, ergo ceſſat pupillaris, & Bart. allegatus, vt ſtatim dicam argumentatur affirmatiuè, non negatiuè. Hoc etiam patet, nam Doctores, qui ad matris excluſionem ex pupillari deſumunt coniecturam à perſona prædilecta ſubſtituta exempla ponunt de fratre teſtatoris, & patruo, & hos

ponunt

ponunt inter perſonas prædilectas, & tamẽ certum eſt, quod iſti ab inteſtato matrem non excludunt. Et Pereg. *d.art.34.n.41.* loquitur de fratre in caſu, quo ab inteſtato matrem non axcludebat. Immo Doctores ponunt exemplum & in pia cauſa, quæ pariter ab inteſtato non admitteretur. Vlterius Doctor. omnes allegati pro ſecunda opinione principali *ſub n.16.* ſupponunt matrem ab inteſtãto excludere potuiſſe ſubſtitutum, quod ſupponunt, & tenentes primam opinionem, & tamen ſi mater ab inteſtato non potuiſſet filio pupillo ſuccedere diſputatio fuiſſet de indubitabili, nam non tantum excluſa fuiſſet ex pupillari ſecundum tenentes ſecundam opinionem, ſed excluſa etiam fuiſſet, quia ſua non interfuiſſet, & ideo quando mater ab inteſtato non ſuccedit filio pupillo habet locum pupillaris in compendioſa, licet mater ſit in medio, per ea quæ dicta ſunt *in prima limitatione, num.40. & ſeq.* Et in fortioribus quando ſumus in tacita pupillari in vulgari expreſſa contenta infra dicetur *n.70.*

Non obſtant authoritates in cõtrarium citatæ à Menoch. nam Bart. *in d.l.2.n.45.* argumentatur affirmatiuè à ſucceſſione, non autem negatiuè, immo Barto. ibi mouetur duabus rationibus, ſcilicet & ratione ſucceſſionis ab inteſtato, & ratione, quia eſt de parentib. mater ipſius teſtatoris ſubſtituta quæ ſecunda ratio, ſi non fuiſſet ſufficiens per ſe non concluderet.

Butr. *conſ.53.col.2.* loquitur in agnatis ſubſtitutis & potius concludit affirmatiuè, quod ſi excludunt ab inteſtato ex forma ſtatuti vxorem locum habeat pupillaris ſubſtitutio.

Grat. *conſ.134.num.40.lib.1.* argumentatur & ipſe affirmatiuè, quod pupillaris excludat matrem, quando ſubſtitutus eſt agnatus, qui ab inteſtato excludit matrem.

Bero. *conſ.126.num.3 lib.2.* loquitur in caſu quando mater excluderetur ab inteſtato ex forma ſtatuti, &c. vult quod tunc non excludat ſubſtitutum, ſed potius excludatur.

Odd. *d.art.3.n.17.* loquitur in terminis caſus Beroij, & dum poſtea declarat dictum illius, vt procedat quando teſtator ſubſtituit maſculos, propter quos ſtatutum matrem excluderet, ſecus ſi extraneum ſubſtitueret, nil contra opinionem noſtram facit, nam non declarat, quod eo caſu mater ſuccedere, vel non ſuccedere poſſet ab inteſtato, & ſic an tunc extarent agnati qui ab inteſtato, excluderent matrem, nec credo illum Doctiſſimum virum vnquam fuiſſe dicturum, quod exiſtentia matris in medio, quæ ab inteſtato non poteſt ſuccedere, debeat operari ad fauorem alterius, qui ſuccederet ab inteſtato, vt pupillaris in compendioſa communibus verbis facta non habeat ſuum effectum: nam ſi benè videantur omnes rationes adductæ pro prima opinione principali, tenentes matre in medio exiſtente compendioſam hanc ſemper eſſe fideicommiſſariam, apparebit ipſos fundari in fauore matris, & præcipuè, ne priuetur luctuoſa filij hæreditate, *d.l.fin.C. de inſtit. & ſubſt.*

Quod ſi mater non poſſet ſuccedere pupillo, nullum verbum, quod tunc pupillaris non contineatur, & hoc eſt de mente omnium. Et tacita pupillaris contenta in vulgari expreſſa, quæ contra matrem locum non habet, locum tamen haberet quando mater ab inteſtato non poſſet ſuccedere, nec exiſtentia matris prodeſſe poteſt venientibus ab inteſtato, Bart. *in l.centurio, n.6.ff.de vulg. & pup.* & ibi Rip. *nu.36.* vbi teſtatur eſſe communem, Mantic. *de coniec. vltim. volunt.li.5.tit.13.num.8.* Menoch. *li.4.præſum.40.in fine, cum alijs congeſtis q.157.n.6.*

71 Declaratur ſecundò limitatio hæc, vt non procedat in fratre vterino, ſecundum Menoc. *d.præſ.56.n.16.*

72 Declaratur tertiò locum non habere, quando vnà dum fratre pupilli ſubſtitutus eſſet extraneus, ita Menoc. *d.præſum.56.n.16.*

73 Limitatur ſextò, quando ſubſtituta eſt mater teſtatoris, nam & hæc matrem pupilli excluderet, Bart. *in l.2.n.45.ff.de vul. & pup.* & ibi alij præcipuè Rip. *n.137. in fine*, Ceph. *conſ.524.n.79.* Odd. ſenſit *de comp.par.5. quæſt.3.tit.de compend. à Pag. fact. arti.3.nu.26.* Alex. Trent. *de ſubſt. part.4.cap.11.n.10.verſ.tertiò*, quando Gall. *de excep. ſucceſſ. tit.4. except.22.n.106. & ſeq. par.2.* & alij in fortioribus, qui idem tenent in tacita pupillari in expreſſa vulgari contenta, quos cumulaui *ſupr.q.164...nu.49.* Mouetur Bart. duabus rationibus, quarum prima eſt, quia ab inteſtato pariter ſuccederet fratri pupilli defuncti, *d.auth.defuncto, C.ad Trebell.* ſecunda eſt, quia eſt de parentibus, *arg.l.3.poſt principiũ ff.de legat.præſtan.* vbi ſicuti lex prouidet liberis, prouidet & parentibus.

74 Contrariam opinionem probarunt Craſſ. *in §.ſubſtitutio, q.31.n.6.verſ.quid ſi pater*, quem vna cum Odd. refert & ſequitur Caualc. *dec.4.n.37.par.3.*

Declaratur autem iſta limitatio ſicuti declaratur & præcedens.

75 Limitatur ſeptimò, quando ſubſtitutus eſt frater teſtatoris, vel ſoror, nam & hæ perſonæ matrem excluderent per pupillarem, Bart. *in l.precib.n.13.C.de imp. & alijs ſubſt.* & ibi Cagnol. *n.244.* Alex. *in l. centurio, num.99.ff de vulg. & pup.* & ibi Rip. *num.136.* & Bolog. *nu.231.* Ant. de Butr. *conſ.53.in fin.* Corn. *conſi.316. conſi.322.numer.17.ad medium, lib.3. & conſi.318.col.3.li.4.* Bero. *conſi.126.num.3.lib.2.* Tob. Nob. *conſi.30.nu.8.* Crauet. *conſ.141.num.7.* Rimin. iun. *conſi.260.num.79* vbi loquitur de ſorore, Bardel. *conſi.2.nu.17.* Odd. *conſi.58.num.22.* vbi dicit neminem vidiſſe diſcrepantem, & eſſe communem opinionem, *& in tract. de compend.par.5.q.4. tit.de compend. à Pag. in fact. art.3.n.26.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li.7.tit.15.n.32.verſi. ſed ſi frater*, Menoc. *li.4.præſump.56.n.17.* Pereg. *de fideic. art.34 n.40. & ſeq.* vbi dicit maximè procedere alijs cõiecturis concurrentibus, & coniecturæ ſunt limitationes datæ ad hanc concluſionem, Intrigl. *de ſubſt. cent.3.q.21.n.113.* Gallus *de except. tit.4. except.22.numer.106. & ſeq.* Caualc. latè *dec.4.par.3.* Vltra rationem prædilectionis, Pereg. *d.art.34.n.40* mouebatur ponderando, quod teſtatores ſecundum communem obſeruantiam cupiunt conſeruare bona in maſculos, pro honore, & dignitate familiæ, & in caſu Peregrini hãc eſſe optimam conſiderationem exiſtimo, quia teſtator proprias filias excluſerat, & ſubſtituerat fratrem, & eiuſdeſcendentes maſculos, & quemadmodum patet prætulit fratrem, & eius deſcendentes maſculos filiabus proprijs, multò magis credendũ eſt quod voluerit eos præferre matri, cum vt dixi, maior ſit affectio patris erga filios, quam erga vxorem, *l.iſti quidem, ff.de eo quod met.cauſ.* 76 & probatur *in l.penult.C.de imp. & al.ſubſt.* & dixit Alex. Trent. *de ſubſt.par.1.c.12.n.22.ad mediũ.* 77 Et quando teſtator conſiderauit, quod bona in agnatione conſeruarentur, vt mater excludatur, id voluit &c. Butr. *d.conſ.53.n.3. & dicam infrà n.140.*

78 Contra hanc limitationem inſurgunt Bart. *in l.2.n.44.ff.de vulg. & pup.ſubſt.* Bald. *in l.precib.n.14.C.de imp. & al.ſubſt. & in conſ.175.in fi.li.5.* Dec. *conſ.315.col.2. & conſ.332.in fi.* Crauet. *conſ.141.n.7.* Ale. Trẽt. *de ſubſt.par.4.c.11.n.1.verſ.tertiò.* Mouentur quia nimis vehemens eſt coniectura pro matre, ne priuetur luctuoſa filij hæreditate, *l.fin.C.de inſtit. & ſubſtit.* ita Dec. *conſ.315.n.2.poſt principium*, vbi confirmat ex doctrina Old. *coſ.142.factum.* vbi vult, fauore matris nu-

merum pluralem non reſolui in ſingularitates, ne priuetur luctuoſa filij hæreditate. Et pro iſta opinione facit etiam tex. *in l. 3. §. 1. ff. de leg. præſtan.* vbi pater aliam eſſe cauſam liberorum & parentum, aliam fratrum, & ſororum.

79 Declaratur hæc limitatio vt procedat dummodò frater teſtatoris ab inteſtato excluderet matrem pupilli, aliud ſi eam non excluderet, ſecundum Menoch. *lib. 4. præſum. 56. n.* 17. in vltimis verbis. Intrig. *d. q. 21. n.* 113. poſt Butr. *in conſ. 53. col. 2. verſi. item hoc.* & pro declaratione videndus etiam erit Odd. *conſ. 18. n. 22. & 23.* Sed tamen alij conſiderant ſolam prædilectionem, & præciſè Peregr. *d. art. 34. n. 41.* loquitur in caſu, quando frater teſtatoris ab inteſtato matrem pupilli non excludebat, verum eſt quod ipſe habebat alias coniecturas pro fratre, & faciunt alia dicta *ſupra num. 69. verſ. ego tamen*, vbi in fortioribus confutaui opinionem Menoc. ita declarantis limitationem in fratre pupilli ſubſtituto.

80 Limitatur octauò, quando ſubſtitutus eſt patruus, vel filius patrui, quia mater eſſet excluſa ex pupillari, Butr. *conſ. 53. in fine*, Odd. *de compend. part. 5. quæſt. 3. tit. de compend. a Pag. fact. art. 3. num. 29.* Menoch. *lib. 4. præſump. 56. num.* 18. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 11. num. 10. verſ. ſecundo*, Intrig. *de ſubſt. cen. 3. q. 21. num.* 115. Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 4. excep. 22. n. 109. par.* 2. Ego tamen non exiſtimo horum opinionem eſſe veram ſimpliciter, ſed ſolum in caſibus, quando mater eſſet a ſubſtituto excluſa a ſucceſſione inteſtati, vel facta eſſet ſubſtitutio cauſa conſeruandi bona in agnatione, & in illis terminis loquitur, & meam ſententiam in fortioribus probant illi qui volunt, nec fratrem teſtatoris excludere ſubſtitutum, *vt ſupra d. x. n. 78.* & rationes ibi adductæ contra fratrem fortius procedunt contra patruum, & nepos patrui, & in patruo idem quod ego ſenſit Odd. *conſ. 18. n. 22. & ſeq.*

81 Limitatur nonò, quando ſubſtituta eſt pia cauſa, nam ad matris excluſionem contineretur pupillaris. Angel *in l. precib. C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Paul. Caſtr. & Iaſo. *n.* 8. vbi contra Franc. de Aret. dicit procedere ſiue ſubſtitutio fiat pro malè ablatis, ſiue aliter, Alexan. *conſ. 38. lib. 1. conſ. 12. col. 5. conſ. 93. li. 4. & con. 51. col. 3. li.* 7. Ruin. *conſ. 121. col. 2. & conſ 125. col. vltima, lib. 3.* Rot. a Valle *conſ. 69. num. 7 li. 1.* Odd. *conſ. 18. n. 10. & in tract. de comp. par. 5. q. 3. tit. de comp. a Pag. fact. art. 3. n. 26. in fine.* Menoc. *li. 4 præſum. 56. n. 18 verſ. quartum eſt exemplum*, Alex Trent. *de ſubſt. par. 4. ca. 11. n. 10. in fine*, Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 21. n. 116.* Gallus *de except. ſucc. tit. 4. except. 22. n. 110 par. 2* Rot. Rom. *in collect.* per Farinac. *deciſ. 333. n. 10. par. 2.* Mant. *deciſ. Rom. 367.* vbi allegatur *ca. ſi pater de teſtam. li. 6.* Ratio autem eſt, quia præſumitur teſtatorem plus diligere animam ſuam, quam vxorem, cum prima charitas incipiat à ſeipſo *l. præſes, cum Glo. C. de ſeru. & aqua*, & ſicuti ſubſtituto alio filio mater excluditur, vt in quinta limitatione, multò fortius excludatur ſubſtituta pia cauſa, ita arguit Iaſ. *d. l. precib. n.* 8.

82 Sed Franciſc. Aret. *conſ.* 155. tenuit piæ cauſæ eſſe fauendum, quando eſſet ſubſtitutio facta pro malè ablatis aliàs ſecus, nam primo caſu conſideratur quædam neceſſitas mentis teſtatoris, quod voluerit prouidere ſaluti animæ ſuæ, quod non excludatur per pupillarem tenet, idem dicunt Anchar. *conſi. 8.* Alex. *conſi. 162. numer. 7. lib. 2.* Corn. *conſ. 152. num. 2. & 34. li. 2. & conſ. 322. n. 17. li. 3.* Honded. *conſ. 73. num. 94. li. 1.* & Peregr. *de fideic. art. 34. n. 43.*

83 Puto ab hac ſecunda opinione non eſſe recedendum, nam in ſucceſſione filiorum lex magis fauet matri, quã piæ cauſæ, arg. *l. nam & ſi parentibus, in principio, ff. de inoff. teſt. in c. Ilo, cap. … in fine 8. quæſt. 4. not.* per Gloſ. *in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc. & cleric.* Matris enim fauore ſubſtitutio aliàs directa obliquatur. *l. precib. C. de impub. & alijs ſubſt.* & tamen nuſquam hoc
habemus fauore piæ cauſæ. Similiter fauore matris ceſ- 84
ſat tacita pupillaris in expreſſa vulgari contenta, *l. vltima. C. de inſt. & ſubſt. & d. l. precib.* Bart. *in l. 2. num. 32. ff. de vulg.* & ibi alij, vbi Rip. teſtatur de communi, Ceph. *conſ. 416. num. 36* Hond. *d. conſ. 35. num. 77. lib.* 1. Menoch. *li. 4. præſum. 39.* qui omnes ſcribunt eſſe communem ſententiam, quod & ego affirmaui alios adducendo *ſupr. q.* 157. Et tamen fauore piæ cauſæ non ceſſat pupillaris tacita in expreſſa vulgari contenta, quando ſubſtitutio non eſt facta pro exoneratione conſcientiæ, vt dixi *d. quæſt. 157. num. 53.* ſed ſubſtitutus pia cauſa excluſa admittitur. Et cum pia cauſa non ſit in hoc priuilegiata, non eſt ei fauendum contra matrem, cui iura multum compatiuntur ne priuetur luctuoſa filij hæreditate *d. l. fin. & C. de inſtit. & ſubſtit.* Et hæc intelligo retenta prima opinione, nam retenta ſecunda, quam ego probaui, mater eſſet excluſa fortius quando pia cauſa eſt ſubſtituta.

Non obſtat quod anima ſit cæteris rebus anteponen- 85
da, quia quando agitur de ſucceſſione, non præponitur nec filijs, nec matri, maximè cum per pupillarem ſuccedatur pupillo, & in eius bonis, & dicatur teſtamentum filij, vt ſæpius fuit ſupra repetitum, vnde quod pupillaris conferat ad animam patris nulla extat ratio, nec anima pupilli eget hoc auxilio, ſicuti in ſpecie poſt Bald. & Angel. ita dixit Corn. *d. conſil. 322. num. 17. li.* 3. Et non eſt præſumendum teſtatorem voluiſſe expurgare propriam conſcientiam cum bonis alienis, Soc. iun. *in d. l. centurio, num. 247. in fin.* Anchar. *conſ.* 58. Decian. *conſ.* 371. & confert *capit. non eſt putanda, 1. quæſt. 1.*

Hæcque ſecunda opinio tenenda eſſet, quando pia 86
cauſa ſub incerta conditione eſt ſubſtituta, quia tunc fauor piæ cauſæ non conſideratur. Pereg. *de fideicomm. art. 34. num. 43* vbi allegat *not.* per Alexandr. *in l. cum dotem, ff. ad leg. Falcid.* Et quia incertum eſt, an tunc pia cauſa ſit ſucceſſura, vnde ceſſat eius priuilegium, *ad l. ſufficit, ff. de condict. in dub.* Et quia res, ſecundum ſtatum præſentẽ iudicatur, *l. moueor, ff. de ſeru. export.* & tradit Peregr. *de fideic. art. 3. n.* 18.

Si tamen clericus ſecularis eſſet ſubſtitutus, non poſ- 87
ſet dici ſubſtitutam eſſe piam cauſam, niſi bona ſua Eccleſiæ dicauerit. Odd. *conſ. 18. n.* 24.

Quod ſi teſtator maiora legata reliquiſſet in aliquo caſu piæ cauſæ, quam matri, colligeretur coniectura, quod pia cauſa tanquam prædilecta a teſtatore excludat matrem, & ſic quod ſubſtitutio ſit pupillaris, Mant. *deciſ. Roman. 367. n.* 12.

Limitatur decimò, quando ſubſtitutio eſt facta cum 88
expreſſa dinumeratione ætatũ, vt ſi dictum ſit, & quãdo filius meus in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quãdocunque, ſubſtituo Titium, quia tunc pupillaris continebitur ad matris excluſionem, cum teſtator cenſeatur intra tempora pupillaris ætatis voluiſſe pupillariter ſubſtituere, & poſtea per fideicommiſſum, Gloſ. *in l. precibus, in verbo fideicommiſſi, in fi. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Bald. *n.* 48. Caccial. *n.* 70. Corn. *n.* 82. & Cagnol. *n.* 243. Azo. *in rub. C. eod. n. 18 in fi.* Bart. *in l. centur. n. 26 & 30. ff. de vulg. & pup.* & ibi Bald. *col.* 1. Alex. *n.* 77. Imol. *n.* 23. Rip. *n.* 121. Galliau. *nu.* 361. Alciat. *nu.* 90. & Marc. Aquil. *pa. 4. n.* 163. Bald. *in l. ex tribus, n. 3. C. de inoff. teſt.* Alber. *in rub. de vulg. n.* 9. Aret. *in §. vlt. n. 9. inſtit. de pup.* Imol. *in c. Raynutius, n. 190. ext. de teſta.* Franc. *in c. ſi pater, col. 46.* & ibi Imol. *de teſt. in 6.* Bart. *conſ. 8. n. 1. & conſ. 33. n. 1. li. 1.* Ang. *conſ.* 148. Cuman. *conſ.*

*conſ.16.num.*41.Paul.Caſt.*conſ.*375.*nu.*3.*li.*1.*& conſ.* 43.*n.*2.*li.*2.Corn.*conſ.*187.*col.*2.*conſ.*262.*col.*2.*lib.*1. *conſ.*40.*n.*2.*li.*3. *& conſ.*138 *n.*8.*li.*4. Bero.*conſ.*125. *n.*21.*&* 31.*& conſ.*127.*n.*4.*li.*2.Cranet.*conſ.*141.*n.*7. Ant. Anguiſc. *conſ.*32.*n.*1.*li.*6. Ceph. *conſ.*524.*n.*51. Menoc.*conſ.*362.*nu.*5.*& ſeqq.maximè n.*9. Pereg.*cōſ.* 32.*n.*36.*li.*1. Dec.*conſ.*53.*n.*57.*li.*4. Et in tractatibus Bald.*de comp.n.*17. Bart.Huc.*de comp.n.*13. Zaſ *de cōpend.c.*5.*col.*9. Roland.*de cōpend.n.*21. Craſ.*in §. ſubſtitutio.q.*74.*n.*3.Odd.*de comp.p.*5.*q.*3.*tit.*3.*de comp.à Pag.fact.art.*3.*n.*18.vbi poſt alios dicit hanc eſſe communé opinionem, Vaſq.*de comp.n.*73. Mant.*de coniect. vlt. vol.li.*7.*tit.*3.*n.*17.Menoc.*li.*4 *præſump.*56.*nu.*7. Alex.Trent.*de ſubſt.p.*4.*c.*11.*n.*11. vbi teſtatur eſſe cōmunem opinionem, Pereg.*de fideic.art.*34.*ante n.*23. Intrig.*de ſubſt.cent.*3.*q.*21.*n.*84.Viu. *cōmun.opin.concl.* 852.*n.*2.*verſ.vnde, vt in præſenti*, Gallus *de except.ſucceſſ.tit.*4.*except.*22.*n.*99.*p.*2.Guid.Papa.*q.*533.Franc. Marc.*deciſ.*198.*n.*3. vbi dicit omnes teſtari de communi opinione.

Probatur iſta opinio clarè: primò, per text.*in d.l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſtit.*

89 Secundò facit, quia pupillaris contenta in hac compédioſa non eſt expreſſa verbis generalibus, ſed verbis ſpecialibus, ſicuti ſi ſola pupillaris facta eſſet in ſua ſpeciali forma, Bart.*in l.Lucius,n.*19.*ff.de vulg.& pupil.* & ibi Alex.*n.*13.Iaſ.*n.*23.*&* 28.& Rip.*n.*40. Alex.*in l.in teſtamento n.*10.*C.de milit.teſt.* Dec.*conſ.*416.*n.*9.refert cōprobat Odd.*de comp.p.*5.*q.*2.*n.*6.Alex.Trēt.*de ſubſt.*
90 *p.*4.*c.*3.*n.*3.& Intrig.*de ſubſt.cent.*3.*q.*37.*n.*2. Atqui pupillaris expreſſa verbis ſpecialibus matrem excludit, *l. Papinianus,§.ſed nec impuberis,ff.de inoff.teſtam.l.Lucius,ff.de vulg.l.precibus,C.de impub.& alijs ſubſtit.not.*
91 *in l.*2.*ff.de vul.*Menoc.*lib.*4.*præſump.*38.& dixi *ſup.q.* 156.Immo pupillaris partim tacita, partim expreſſa matrē excludit, Bart.*in l.*2.*n.*33.*ff.de vulg.* & ibi Soc.iun.*n.* 92.qui teſtatur de cōmuni, & dixi *d.q.*157.*n.*2. ſicuti etiā pupillaris verbis generalibus expreſſa matrē excludit, vt quando dictum fuit filium inſtituo, Sempronium ſubſtituo, *vt ibid.*dixi *n.*5.ergo &c.

92 Idem eſt ſi dictum fuiſſet, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſine filijs, quia mater eſſet excluſa, vt poſt multos relatos, ſcribit Menoc.*conſ.*362.*n.*5.

93 Declaratur hæc limitatio, vt non procedat, quando dinumeratio non eſt facta pupillaris ætatis, vt ſi teſtator dixiſſet, ſi deceſſerit hoc anno, vel poſtea quandocunque vel ſi deceſſerit intra vigeſimum annum, vel poſtea quādocunque, ſubſtituo Titium, quia in his formulis non fit diſtinctio in ſpecie pupillaris ætatis, vnde ceſſante hac ratione limitationis, quod ſit pupillaris in ſpecie, ceſſat quoque ipſa limitatio, nec mater excluſa remanebit, ita ſcribunt, Bald.*in l.precibus,col.pen.C.de impub.& alijs ſubſt.& in d.l.ex tribus,C.de inoff.teſtam.*Franc.*in d.c. ſi pater,col.*46.*de teſt.in* 6. Odd.*d.q.*3.*art.*3.*n.*18. Alex. Trent.*d.c.*11.*n.*11.*in fine*, dum remiſſiuè approbat declarationem, Bald. Intrigl.*d.q.*21.*nu.*86. *& ſeq.* Gall.*d. except.*22.*n.*100.*p.*2.

94 Limitatur vndecimò, quando dictum eſſet, filio meo impuberi quandocunque deceſſerit, ſubſtituo Titium, quia ob verbum, impuberi, continetur pupillaris, Bart.*in l. Centurio,n.*31.*ff.de vulg. & pupil.*& ibi Iaſ.*n.*40.& Soc.iun.*n.*268.*& ſeq.verſ.& prima eſt*, vbi de cōmuni opinione teſtatur Caccialup. *in d.l.precibus,n.*81.*C.de impub.& alijs ſubſt.*Franc.*in d.c.ſi pater,col.*46.*de teſt. in* 6.Fulgoſ. *conſ.*33.*col.*1. Odd.*conſ.*95.*num.*73. *& in tract.de compen.par.*5.*q.*3. *tit.de comp.à Pag.fact.art.* 3.*n.*20.Bald.*de cōp.n.*24. Aret.*de cōp.in fi.* Bar.Huc.*de cōp.n.*21.Polit.*de comp.n.*33.Craſſ.*in §. ſubſt.q.*74.*n.*7. *& q.*77.*n.*2.Menoc.*lib.*4.*præſum.*56.*n.*22.Alex.Trēt. *de ſubſt.p.*4.*c.*11.*n.*13.*&* 19.Intrigl.*de ſubſt.cēt.*3.*q.*21. *n.*96.Gallus *de except.ſucceſſ.tit.*4.*except.*22.*nu.*103. *part.*2.

Maximè ſi teſtator vſus fuiſſet verbo, ſuccedat, vel 95
deueniant, vt ſi dixit, quandocunque filius meus impubes deceſſerit, hæreditas mea deueniat in Titium, vel filius meus impubes quandocunque deceſſerit, ſuccedat Titius, Intrigl.*d.q.*21.*n.*94.*cum alijs*, de quibus dixi *qu.* 246.*limit.*1.

Limitatur duodecimò, quando teſtator retulit verba 96
ad perſonam filij inſtituti, vt ſi dictum ſit, & quandocunque filius meus deceſſerit ei ſuccedat Titius, vel ei ſubſtituo Titium, quia pupillaris continetur, Bald.*in l.vlt. n* 16 *C.de ſacro ſanct. eccl.*Rip.*in l.Cent.n.*139. & ibi Alciat.*nu.*90.*ff.de vulg.& pupil.*Franc.*in c.ſi pater,col.* 45.*de teſtam.in* 6.& ibi Eman.Coſt.*in verbo hæredes,n.* 3.Bald.*conſ.*12.*& conſ.*35.*lib.*2.Fulgoſ.*conſ.*33.*in fine* Paul.Caſt.*conſ.*172.*li.*1.Corn.*conſ.*138.*n.*7. Bero.*conſ.* 125.*n.*19.*li.*2.Crau.*conſ.*141. Craſſ.*in §. ſubſtitutio,q.* 74.*n.*8.Odd.*de comp.q.*3.*tit.de comp.à Pag.fact.art.*3. *n.*21.Menoc.*li.*4.*præſumpt.*56.*n.*31.Alex.Trēt.*de ſubſtit.p.*4.*c.*11.*n.*13.Pereg.*de fideicom.art.*34.*n.*37. Intri. *de ſubſt.cent.*3.*q.*21.*n.*99.Rota Roma.*in collect.*per Farin.*deciſ.*373.*in fine,par.*2.vbi vult procedere, & ſi ſubſtitutio ſit facta in hæreditate teſtatoris. Et ego idē tenui conſulendo, *vt in conſ.*... & etiam videnda erunt dicta *ſupra q.*106. [Conſilia mea in quibus probaui hanc limitationem ſunt *conſ.*20.*& conſ.*21.*n.*15. alios refert Surd.*d.deciſ.*273.*n.*6. licet dicat, quod parui faceret hāc coniecturam pro pupillari, ſi ſola eſſet.]

Pro hac opinione adducitur *cap.ſi pater,de teſt.in* 6. *& c.Rainutius,ext.de teſtam.*& præcitati omnes mouē tur, quia hæc eſt ſubſtitutio pupillaris in ſpecie, ob verbum, ei, vt probat etiam Menoc.*li* 4.*præſumpt.*34.*n.*4. vbi dicit, hæc verba excludere etiam vulgarem, quia per
vulgarem ſucceditur teſtatori, per pupillarem pupillo, 97
& per fideicommiſſariam pariter ſucceditur teſtatori, *l. cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulg.& pupil.ſubſt.l.vnum ex familia,§.*1.*ff.de leg.*2. Bart.*in l.*1.*n.*5.*C.de pact.* Rip. *in l.hæredes mei,§.cum ita,n.*130 *ff.ad Trebell.* & ibi Zanc.*n.*1118.Pereg.*de fideicom.art.*20.*n.*1.cum multis aliis à me *infra citatis,q.*274.

Cæterum contra hanc limitationem tenent Old. *cōſ.* 98
99. Corn.*in l. precibus,n.*39. *&* 40.*C.de imp.& alijs ſubſt.*& ibi Curt.iun.*n.*53.Soc.ſen. *conſ.*144.*col.*1.*li.*1. Neuiz. *conſ.*53.*n.*10. Bero.*conſ.*125.*n.*19.*li.*2. Ceph. qui alios refert.*conſ.*429.*n.*169.*& ſeq.*Decian.*conſ.*82. *n.*33.*li.*3.Menoc.*con.*144.*n.*24.vbi alios addit.

Sed tamen Neuiz.Bero.Ceph.& Menoc.diſſentiunt ſolum, quādo teſtator vſus eſt verbo, ei ſuccedat, de quo tamen dicam infrà *ſublimitatione* 3.

Sublimatur primò, quando verbum, ei, poſſet referri 99
etiam ad teſtarorem, vt quando notarius ſcripſit teſtamentum in tertia perſona, quia mater per pupillarem non excluderetur, Bald.*conſ.*13.*n.*1.*li.*2. Paul.de Caſtr. *conſ.*142.*n.*1.*li.*1.Odd.*d.art.n.*21. Alex. Trent.*d.c.*11. *n.*13.Intrigl.*d.cent.*3.*q.*21.*n.*102. Et videnda erunt, quæ diximus *ſupra q.*106.

Sublimitatur ſecundò, quando taſtator in bonis ſuis 100
inſtituit filium, & poſtea ei ſubſtituit, quia etiam intelligitur in bonis ſuis, & ſic per fideicommiſſum factam eſſe ſubſtitutiunem ſecundum Menoch.*conſ.*144.*n.*13. *verſic.octauo.*cuius opinio mihi non probatur, quia inſtitutiones fiunt in bonis teſtatoris, & nihilominus ſubſtitutio ob verbum, ei, continet pupillarem, vt tenēt omnes citati pro limitatione.

Sublimatur tertiò vt procedat, quando teſtator dixit, 101
ei ſuccedat Titius, ſecus ſi eſſet vſus verbo ſubſtituo ei Titium, ſecundum Bero. *conſ.*125.*num.*19.*&* 33.*lib.*2.

& hoc quia verbum,ſuccedat, eſt executiuum,& verbũ,
102 ſubſtituo,eſt diſpoſitiuum, & hanc differentiam probat
etiam Ceph. conſ.429.n.169. & ſeqq. vbi præciſè de
verbo ſuccedat,& de verbo,ſubſtituit:quod etiam com-
probat aliorum authoritatibus Menoc. conſi.144.n.14.
vbi vltra alios in ſpecie adducit Fulgoſ. in conſ.33.col.
vlt.verſi. Item. Iaſ.conſ.134.in fine,lib.1. Curt.iun. cõſ.
73.n.7. & Dec conſ.572.n.5.6.

Sed hæc ſublimitatio non eſt tuta, & de vtroque ver-
bo idem ſentiunt Doct. quod ſcilicet ſit pupillaris, & in
ſpecie Bero. reprehẽdit Odd. d.art.3.n.21. verſi reſtrin-
gitur tamen, & reſpondet ad rationem Beroij, quod v-
trunque verbum eſt executiuum, & Odd. ſequitur In-
trigl. d.q.21.n.101. & horum opinio mihi probatur, dũ
diſſentiunt a Bero. licet falſum ſit quod ipſi dicunt, ſcili-
cet quod vtrunque verbum ſit executiuum, nam verbũ,
ſubſtituo,eſt diſpoſitiuum ſecundum Bar. in d.l. Centu-
103 rio,n.31. quem ibi alij communiter ſequuntur, & dixi
q.246.lim.1.

104 Limitatur decimotertio,quãdo teſtator dixiſſet,quod
tota, & integra hæreditas deueniat ad Titium, vel ſub-
ſtitui in tota hæreditate, quia mater erit excluſa per pu-
pillarem, Bart. in l. Centurio,n.27.ff.de vulg. & pup. &
ibi Imo.n.23. Iaſ.n.48. Galliau.n.400. Alcia.n.91. Marc.
Aquil.p.4.n.172. & Bolog.n.122. Bart. in l. precibus,C.
de impub. & al. ſubſtit. & ibi Corn.n.77. Dec.nu.9. Se-
baſt. Sap.n.84. & Cagnol.n.228. Franc. in d.c.ſi pater,
col.45.de teſta.in 6. Imol. in c. Rainutius,n.190.ext.de
teſt. & cõſulendo Bald. conſ.20.lib.3. Ang. cõſ.125.n.4.
Aret. conſ.154.n.8. vbi de communi opinione teſtatur
Roman. conſ.130. Dec cõſ.572. Odd. conſ.18.n.4. in fi-
ne. Et in tractatibus Bald. de comp.n.21. Bart. Huc. de
comp.n.13. Conſt. Rog. de comp.q.4.n.72. Craſſus, in §.
ſubſtitutio,q.74. Odd de comp.par.5.q.3.tit.de comp. à
Pagano fact.art.3.n.22. vbi dicit eſſe communẽ opinio-
nem, Menoch. lib.4. præſum.56.n.12. vbi teſtatur eſſe
receptã ſententiã, Alex. Trent. de ſubſt.par.4.cap.11.n.
14.verſi.p. imo, vbi aſſerit hanc eſſe communẽ opinionẽ
Intrigl. de ſubſtit. centuria 3.q.21.n.103. & ſeq. Gallus
de except. ſucceſſ.tit.4.except.22.n.105.par.2. Caual.
deciſ.4.n.22.par.3. & ita ſæpius ego cõſului, vt in cõſi....
idem voluit Rota d.deciſ.373.n.6.par.2.

Ratio eſt, quia per fideicommiſſum tota hæreditas
non dicitur deuenire ad ſubſtitutum cum detrahatur le-
gitima, & Trebellianica, vt in c. Rainaldus, ex de teſta.
neceſſe eſt, quod iure directo ſubſtitutus admittatur, &
facit reg. quod qui omne dicit nihil excludit. Nec obſtat
quod per iſta verba teſtator potuerit intelligere de tota
hæreditate, prohibendo detractiones legitimæ, & Tre-
bellianicæ, non autem quod per pupillarem ſuccedatur
in bonis pupilli, prout ita hæc verba intelligebant Ang.
& alij, qui contrariam opinionem probarunt. Reſpon-
detur enim, quod ex quo legitima non poteſt fideicom-
miſſo grauari, l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. teſta.
neceſſe eſt quod ſubſtitutio intelligatur per directum,
quia ſic valet diſpoſitio, & interpretatio fieri debet pro
validitate actus, l. quoties, ff. de reb. dub.

105 Ex quibus patet male ſenſiſſe, qui ab hac limitatione
diſſenſerunt, inter quos fuerunt Ang. d.l. Centurio,n.5.
& ibi Alex.n.176. & Ripa,n.135.ff. de vulg. & Polit. de
com.n.32. [Contra etiam hanc limitationem, tenent
Doct. relati infra n.109.]

106 Limitatur decimoquarto, quando teſtator voluit bo-
na, vel hæreditatem deuenire ad ſubſtitutum ſine aliqua
diminutione, quia vt in præcedenti limitatione dictum
eſt, non poſſet ſine diminutione deuenire hæreditas, niſi
mediante directa ſubſtitutione, vnde ſequitur teſtatorẽ
voluiſſe pupillariter ſubſtituere, Bartol. in d.l. Centurio,
n.27.in fi. & ibi Alciat.n.91.ff. de vul. idẽ Bart. in l. pre-
cibus,n.14. & ibi Dec.n.19.C. de impub. & al. ſubſtit.
Franc. in c. ſi pater, col.45. de teſtam. in 6. Imo. in c. Rai-
nutius,n.190.ext. de teſt. Conſt. Rog. d.q.4.n.92. Craſſ.
in §. ſubſtit.q.74. Odd. de cõp.part.5.q.3. tit. de comp. à
Pag. fact.art.3.n.22. Menoc. lib.4. præſump.56.n.12.
Alex. Trent. de ſubſt.p.4.c.11.n.14. verſi. quę concluſio
Pereg. de fideic.art.34.n.35. Intrig. de ſubſt. cent.3.q.21.
n.105. Gallus de except. ſucc.tit.4. excep.22. num.105.
par.2.

Cæterum malè diſſenſerunt, Ang. in d.l. Cent.n.5.ff 107
de vul. & ibi Alex.n.76. Fulg. in d.l. precib.n.17. & ibi
Cagnol. num.227.C. de imp. & al. ſub. & Odd. cõſ.18.
num.8.

Limitatur decimoquintò, quando teſtator dixit velle 108
omnia bona deuenire ad ſubſtitutum, vel in omnibus bo-
nis ſubſtitui, quia pupillaris ad matris excluſionem con-
tineretur, Bart. in d.l. centurio,n.27.ff. de vulg. & pup.
& ibi Imol.n.23. Iaſ.n.48. Galliau.n.402. & Alciat.n.9.
Paul. de Caſtr. in l.1.ff. eod. & ibi Soc. ſen.n.13. Bart. in
l. precibus,n.14.C. de imp. & al. ſubſt. & ibi Corn. Dec.
n.19. Sebaſt. Sap. & Cagnol. Franc. in c. ſi pater, col.45.
de teſt. in 6. Imol. in c. Rainutius,n.190.ext. de teſt. Bald.
conſ.20.lib.3. Roman. conſ.130. Aret. conſ.154.n.8. &
conſ.155.col.9. Paulo. Caſt. conſ.172.n.3. in fine, li.1.
Alex. conſ.12.li.3. Corn. cõſ.152.n.30.li.2. & cõſ.322.
n.15.li.3. Dec. con.572. & in tractatibus, Bald. de cõpẽ.
n.22. Bart. Huc. de compend.n.17. Roland. de cõpend.n.
21. Conſt. Roger. de compend.q.4.n.72. Odd. de comp.
part.5.quæſt.3. tit. de comp. à Pagan. fact.art.3.n.24.
vbi teſtatur de communi opinione, Menoc. li.4. preſũp.
56.n.3. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol.271.n.21. verſi.
alia, Pereg. de fideic.art.34.n.35. & 47. Intrig. de ſubſt.
cent.3.q.21.n.106. Ratio eſt, quia qui omne dicit nihil
excludit, l. Iulianus, ff. de leg.2. ideo vt dictum eſt in dua-
bus præcedentibus limitationibus, ſubſtitutus in omni-
bus bonis non poſſet ſuccedere, niſi per directam.

Contrariam tamen ſententiam probarunt, Ang. in l. 109
Centurio,n.7.ff. de vulg. & ibi Alex.n.76. Bald. in l. preci-
bus,n.44.C. de imp. & alijs ſubſt. & ibi Fulgoſ.n.27. &
Iaſ. col.11. verſi. limita tamen, vbi ait primam opinionẽ
Bart. communiter eſſe reprobatam. Idem Ang. conſ.
125.n.5. Corn. conſ.34.lib.1. conſ.152.n.26.lib.2. &
conſ.322.lib.3. Dec. conſ.371. Pariſ. conſil.73. per totum
li.2. Polit. de compen.n.32. Alex. Trẽt. de ſubſt. part.4.c.
12.nu.14. verſi. tertio ponunt. facit pro hac opinione,
quia ſubſtitutio cenſetur facta in bonis, de quibus in in-
ſtitutione, l. prima, C. de impub. & alijs ſubſtit. Atqui
per fidei commiſſum ſucceditur in bonis teſtatoris, l. co-
hęredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. Et per pupillarẽ
ſucceditur in bonis pupilli, l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitu-
tos, ff. eod. cum ergo ſubſtitutio dicatur facta in bonis te-
ſtatoris, non pupilli, ſequitur dicendum pupillarem non
contineri. Et tenentes hanc opinionem, reſpondent ad
reg. d.l. Iulianus, quod licet qui omne dicit nihil excludat
tamen illud verbum, omne, referatur ad bona teſtato-
ris, & non ad bona pupilli. Sed à prima opinione non
eſt recedendum conſulendo, & iudicando; quæ & ma-
gis recepta eſt, & verior, per ea quæ dixi q. præcedenti,
limit. vndecima,n.66.

Extẽditur communis opinio, vt procedat etiam quã- 110
do inſtitutio facta fuit in omnibus bonis, & poſtea facta
eſt ſubſtitutio in prædictis bonis, quia perinde eſt ac ſi fa-
cta fuiſſet ſubſtitutio in omnibus bonis ſecũdum Pereg.
de fideic.art.34.n.46. & ſeqq. & videnda erunt, quę ſcri-
pſimus q. præcedenti,n.70. & ſeqq. vbi etiam patebit à
nobis doctrinã iſtam Pereg. eſſe reprobatam, n.74. verſ.
ſed quidquid ſit: & ibi adduxi Meno. & Hond. diſſenſiſſe,
hãc tamen extẽſionẽ probauit Rota d.deciſ.373.n.6.p.2.
[Et cũ hac ampliatione trãſit Pereg. conſ.32.n.44.li.2.]

Sublimi-

111 Sublimitatur quando pupillus habet alia bona, nec facta eſſet dinumeratio ætatis, nam pupillaris non contineretur ad matris excluſionem, Paul. Caſtr. *in l. 1. col. 2. ff. de vulg. & pupil.* Pariſ. *conſ. 37. n. 22. li. 2.* vbi teſtatur de communi opinione Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 11. n. 14. in fine*, licet contrariam ſententiam probauerit Menoch. *li. 4. præſum. 54. num. 24.* videnda etiam ſerunt ſcripta *q. præcedenti, n. 80. & ſeq.*

112 Limitatur decimoſextò, quando in ſubſtitutione dictum eſſet, quod hæreditas penitus caderet in ſubſtitu-
113 tum, quia verbum, penitus, importat ac ſi dictum eſſet quod hæreditas tota, & ſine diminutione caderet, vel deuenirет, vt ſæpius repetit Caualc. *deciſ. 4. maximè n. 30 parte 3.*

114 Limitatur decimoſeptimò, quando ſubſtitutio eſt data facultas accipiendi propria authoritate, vel à ſeipſo, quia mater excluderetur per pupillaré, Bart. *in l. centurio, n. 28. ff. de vulg.* & ibi Aret. *col. 10.* Rip. *n. 123.* Alci. *n. 90.* Galliau. *n. 388.* & Marc. Aquil. *par. 4. n. 168.* Bart. *in l. precibus, n. 15. C. de imp. & al. ſubſt.* & ibi Sebaſt. Sap. *n. 86.* & Cagnol. *n. 228.* Bald. *de comp. n. 21.* Bar. Huc. *de comp. n. 17.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio. q. 74. verſ. & prædicta.* Odd. *d. q. 3 art. 3. n. 25.* Meno. *li. 4. præſ. 56. n. 27.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 11. n. 15.* vbi teſtatur ee communi opinione, Pereg. *de fideic. art. 34. n. 33.* Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 21. n. 108.*

Probatur iſta opinio *in l. Titia, §. 1. ff. de l. 2.* vbi filius, & filia erant inſtituti, & vnicuique fuit dictum, vt villã à ſeipſo acciperet, fuit dubitatum, an inutile eſſet legatum pro ea parte, quæ ad ipſos iure hæreditario ſpectaſſet, obſtante regula, quod à ſeipſo ſi ipſi legari non poteſt *l. plane, vbi §. ſi duobus ff. de legat. 1.* & vtile eſſe dicitur, quia non debet intelligi legatum inutile, ex quo colligitur, verba illa, capiat à ſeipſo, vel authoritate propria, excludunt omninò omnem communionem & conſequenter omnem recognitionem ab alio in accipiendo id quod non eſt diuidendum.

Secundò accedit, quod fideicommiſſarius ſua authoritate capere non poteſt *l. reſtituta, ff. ad Trebell.* ſubſtitutus verò directò poteſt *l. cum hæredes ff. de acq. poſſ.* Atqui præſumitur teſtatorem habere voluntatem ſuam conformem diſpoſitioni iuris, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb.* vbi Bart. & alij communiter, præcipuè Rip. *n. 75.* ergo dando ſubſtitutis libertatem capiendi propria authoritate, ſumitur coniectura quod teſtator directò voluerit ſubſtituere.

115 Et licet etiam hæc verba videantur conuenire legatariis, & fideicommiſſarijs, quibus poteſt dari facultas capiendi propria authoritate, vt probatur *in d. l. Titia, §. 1. ff. de legat. 2.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 43. num. 6.* Pereg. *de fideicomm. art. 47. num. 41.* & dictum fuit infrà *q 605. num. 18.* attamen hæc verba in potentiori ſignificatu capienda ſunt, & ſic cum & ſubſtituto directò conueniant, dicendum eſt, teſtatorem ita ſenſiſſe, ſic Pereg. *d. art. 34. num. 33 in fi.* & allegat *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig.*

116 Contrariam opinioné probarunt Fulg. *in d. l. precib. n. 17.* & ibi Curt. iun. *n. 64. C. de imp. & al. ſubſt.*

117 Limitatur decimooctauò, quando dictum eſſet, quod ſubſtitutus liberè accipiat, vel illico accipiat, vel ipſo iure accipiat, vel eo ipſo accipiat, vel verba ſimilia poſita ſint in ſubſtitutione, quia pupillaris contineretur. Bald. *in l. vltima, n. 17. C. de ſac. ſanc. eccl. & in auth. hæc v. ſus præſtatio, C. eod.* Bart. *in d. l. centurio, n. 27.* & ibi Iaſ. *n. 64.* Aret. *n. 18.* Rip. *n. 124.* Galliau. *n. 517.* & Soc. iun. *n. 333. ff. de vul. & pup. ſubſt.* Bald. *conſ. 301. li. 1.* Alex. *conſ. 36. n. 2. li. 3.* Odd. *comp. par. 5. q. 3. tit. 3. tit. de cõp. à Pag. fact. art. 3. in fine*, Menoc. *li. 4. præſ. 56. num. 11.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 11. n. 15.* Peregr. *de fideicom. art. 34. num. 34.* Intrig. *de ſubſt. centur. 3. q. 21. num. 109.*

Pro qua opinione faciunt, quæ de verbo, liberè, latè cumulauit Barba. *in c. 1. ext. de offic. ordin.* Dicitur enim illud liberè fieri, quod nullum habet impedimentum, *c. fundamentum, de elect. in 6.*

Et verba, *eo ipſo*, vt importent quod quis capiat propria authoritate, non interueniente facto alterius, volunt Archid. *in c. cum qui, de præbend. in 6.* Bald. *in l. vltima, col. pen. C. de ſac. ſan. eccleſ.* quos & Iaſ. & Moder. refert, & ſequitur Soc. iun. *in d. l. centurio, nu. 333. ff. de vulg. & pup.* vbi ſubdit, hoc etiam probari *in c. 1. §. profecto, in vſib. feud. tit. de leg.* Corrad. 118

Et de verbo, *ipſo facto*, facit quod dicitur *in Clem. 1. §. 1. de relig. dom.* 119

Et de verbo *pleno iure*, quod ſit directum, quia aliàs hæreditas pleno iure non poſſet peruenire, ad directa per Bald. *in auth. hæc vſus pars, C. de ſac. ſan. eccl.* & volunt Doct. *in d. l. centurio.* 120

Limitatur decimonono, quando in ſubſtitutione adeſſet clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, nam ſine dubio contineretur pupillaris, ad matris excluſionem, Cagnol. qui plures refert, *in d. l. precibus. n. 135. & ſeq. C. de imp. & al ſubſt.* Pereg. *tract. de fid. art. 34. ante n. 23.* & in his terminis cõſuluit *c. 32. l. 2.* 121

Limitatur vigeſimo, quando ex verbis præcedentibus vel ſequentibus colligi poſſet, patrem voluiſſe pupillariter ſubſtituere, vt quia accepit verbum, *commune*, pro directò in præcedentibus, quia & in ſequentibus idem erit iudicandum, vel quia vnam fecit ſubſtitutioné verbis directis, atiam verbis communibus, Bart. *in d. l. centurio, n. 27.* & ibi Galliau. *n. 391.* Rip. *n. 124.* Alciat. *nu. 90.* & Marc. Aquil. *par. 4. n. 171. de vulg. & pup.* Fulg. *conſ. 33. ante finem*, Coment. *conſ. 33.* Titius Corn. *conſ. 152. n. 22. li. 2. conſ. 316. n. 6. li. 3. & conſ. 159. n. 9. lib. 4.* Bero. latiſſimè *conſ. 125. n. 5. & ſeq. li. 2.* Crau. *conſ. 62. n. 12.* Rub. *de comp. n. 21.* Bart. Huc. *de cõp. n. 17.* Conſt. Roger. *de comp. q. 4. n. 72.* Odd. *d. q. 3. art. 3. n. 27.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q. 74. n. 10*, Menoc. *li. 4. præſ. 56. nu. 10.* Pereg. *de fid. art. 34.* Intrib. *de ſuſt. cent. 3. q. 21. n. 118.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. excep. 22. n. 111. par. 2.* Rot. Rom. *in collect.* per Farin *deciſ. 375. n. 5. p. 2.* 122

Ratio eſt, quia vna pars teſtamenti alteram declarat, *l. ſi ſeruus pluriũ, §. fi. ff. de l. 1. & l. quod ſi l. ab. in princ. ff. eod.* Et vna ſubſtitutio ab alia declaratur, Bart. *in l. cohæredi, §. ex his, ff. de vul. & pup.* Crau. *conſ. 62. n. 11.* Ceph. *cõſ. 638. n. 1. & ſeq.* Men. *cõſ. 215. n. 148. & ſeq.* Per. *cõſ. 34. n. 13. & ſeq. li. 3.* & latius diximus *ſup. q. 11.* 123 124

Limitatur vigeſimoprimò, quando plures filij impuberes fuerunt inuicem ſubſtituti, quia etiam ad matris excluſionem cõtinetur pupillaris, *l. Lucius, ff. de vul. & pup.* & ſcribũt Dec. *in l. 1. ſi. col. 2. C. de teſt. milit.* Curt. iun. *in l. 2. n. 21. C. de imp. & al. ſubſt.* Corn. *cõſ. 16. in fi. & conſ. 142. col. 2. li. 4.* Pariſ. *conſ. 36. n. 35. li. 2.* Præt. *conſ. 61. n. 30.* Men. *conſ. 363. n. 10. & li. 4. præſ. 56. n. 24.* & eſt eadẽ cũ limitatione quinta, de qua *ſupra, n. 60.* 125

Limitatur vigeſimo ſecũdò, ſi inæqualitas reſultaret inter filios in ſucceſſione, niſi pupillaris contineretur, nam pro regula trahitur ſubſtitutionem ita interpretari debere, ne inter filios reſultet inæqualitas, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſt.* & in ſe habent in ſpecie Menoc. *d. conſ. 362. n. 14. & d. præſ. 56. in fin.* vbi allegat Corn. *conſ. 180. lib. 1.* Crau. *conſ. 113. n. 16.* Rolã Valle *conſ. vlt. nu. 18. li. 3.* Bald. *in l. in teſtamen. n. 8. in fi. C. de milit. teſt.* & ibi Dec. *n. 7. verſi. alia ratio.* Exemplum eſt in caſu, ſuper quo conſuluit Menoc. *d. conſ. 362.* quando pater ex duabus vxoribus habebat filios, & eos inuicem ſubſtituit, & vult, quod ſicuti filio non habenti matrem frater 126

ex pupillari ſuccederet, quod pariter habenti matrem ſuccedere debeat ex ſubſtitutione pupillari alter, ratione æqualitatis ſeruandæ.

127 Limitatur vigeſimo tertiò, quando teſtator ſubſtituit hæredem Titium, nam tunc cum verbum directum, ſit adiunctum verbo communi, mater excluderetur per pupillarem, quia verbum directum determinat verbum commune: ita in ſpecie ſcribunt Bart. in l. Centurio, in 4. q. principali, & ibi Alex. n. 95. ff. de vul. & pup. idem Alex. in l. iam hoc iure, n. 3. ff. eod. Rimin. iun. in l. precibus, n. 507. C. de imp. & al. ſubſt. vbi alios addit, Soc. ſen. conſ. 144. n. 3. li. 1. Hier. Gabr. conſ. 130. n. 3. & ſeq. li. 1. Ceph. conſ. 524. n. 78. & conſ. 538 n. 18. Menoc. conſ. 551. n. 38. Mantic. de coniect. vlt. vol li. 7. tit. 3. n. 18. verſ. itẽ ſi quis, Gallus de excep. ſuc. tit. 4. excep. 22. n. 116. par. 2. Et idem eſſet quando adiunctum eſſet verbum directũ non merè ciuile, vt tradit Caualc. dec. 30. p. 4. & ſequitur Gallus d. excep. 22. n. 118. & ſeqq. par. 2.

129 Contra tamen hanc limitationem tenet Dec. conſ. 42. n. 34. & ſeq. lib. 3.

130 Declaratur hæc limitatio, vt non procedat, quãdo extant coniecturæ, quod teſtator voluit per fideicommiſſum ſubſtituere, quia mater nõ excluderetur, Pariſ. conſ. 41. nu. 8. 9. & 60. lib. 2. Dec. conſ. 82. nu. 34. & ſeq. li. 3. Mant. de coniect. vl. vol. li. 7. tit. 3. n. 18. verſ. itẽ ſi quis.

131 Coniectura autem eſſet, ſi teſtator dixiſſet, ſubſtituo hęredẽ mihi vel in bonis meis, vel in hæreditate mea, vt declarat Menoc. d. conſ. 551. n. 40. de quo videnda erunt quæ ſcripſimus q. præced. lim. 11. n. 61. & ſeq. vbi in fortioribus patet hanc coniecturam tranſire cũ magna difficultate [Hæc etiam coniectura probatur à Caſtr. cõſ. 142. n. 2. li. 1. Corn. conſ. 152. n. 31. lib. 2. & conſ. 322. n. 8. li. 3. Pariſ. conſ. 33. per totum, maximè n. 10. & n. 18. li 2. Menoc. conſi. 362. nu. 3. & num. 22. verſ. non obſtat tertium, Mantic. de coniect. vlt. vol. li. 7. tit. 5. num. 12. Dec. conſ. 53. nu. 18. & ſeq. li. 4. & conſ. 82. nu. 34. verſ. pariter, & nu. ſeq. li. 3. Alex. Trent. de ſubſt. par. 4. ca. 11. n. 16. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. mihi 255. nu. 34. Dec. conſ. 371. & in eodem caſu idem dicunt Ruin. conſ. 103. li. 2. & Soc. iun. conſ. 103. n. 43. verſ. remanet, & n. ſeqq. li. 1. qui tres vltimi loquuntur de exemplari, vt non contineatur in compendioſa, quando teſtator ſibi hæredem ſubſtituit, vel in ſua hæreditate. Et pro hac coniectura extat Rota Romana deciſ. 504. par. 4. diuerſ.

Et ratio eſt, quia verba, ſubſtituo hæredem, non ſunt directa ciuilia, ſed ſunt vel communia ſecundũ aliquos, vel directa non ciuilia ſecundum alios, Fulgoſ. conſ. 43. num. 2. Rip. in d. l. Centurio, numer. 174. in fine, vbi dicit, & nouiſſimos admittere, quod non ſint verba directa ciuilia, Dec. conſ. 82. n. 34. verſ. pariter, & num. ſeq. lib. 3. Pereg. art. 34. n. 49. ad medium, Hieron. Gabr. conſ. 169. nu. 49. li. 1. Menoc. conſ. 551. nu. 22. li. 6. Pariſ. conſ. 73. nu. 10. 18. & 20. & conſil. 41. num. 60 verſ. non obſtat, iuncto nu. 8. & 9. li. 2.

Et in hac materia non differunt verba directa non ciuilia, & verba communia, poſt alios Alex. Trent. de ſubſtit. p. 4. cap. 2. nume. 2. in fine, Pereg. d. art. 34. nume. 49. 67. & 84.]

132 Alia coniectura eſſet, quando dictum fuiſſet quandocunque filius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo hæredem, &c. ſecundum Menoc. conſ. 551. n. 40.

De hac tamen limitatione videnda erũt dicta q. 248.

133 Limitatur vigeſimoquartò, ſi in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris ſecundum Ceph. d. conſ. 524. nu. 81. Sed non video quomodo Ceph. probet hanc limitationẽ, cum clauſula codicillaris non poſſit cauſare directã ſubſtitutionem, quæ in codicillis fieri non poteſt, vt dixi q. 18. n. ... & infra, nec Doctores ab eo citati quidquã probant: nam Cagnol. in l. precibus, n. 235. & ſeq. C. de imp. loquitur de clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & de hoc dictum eſt ſuprà limit. 18. Ripa verò in l. Centurio, n. 79. ff. de vulg. & pup. probat potius contrarium, & loquitur in caſu, quando ſubſtitutio eſt facta verbis directis, & dubitatur an poſt pubertatem talis compendioſa contineat fideicommiſſariam, & dicit cõtinere, ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, & iſta non eſt quæſtio noſtra, ſed alia, de qua infrà dicetur: vnde reprobata Ceph. opinione, contrarium tenendũ erit: niſi ſaluando Ceph. dicamus cum Pereg. art. 44. nu. 38. hoc procedere vigore clauſulæ, omni meliori modo, quę in codicillari clauſula continetur.

Limitatur vigeſimoquartò, quando in teſtamento ad- 134
eſt clauſula, omni meliori modo, Pereg. de fid. art. 34. nu.
38. & conſ. 32. n. 38. li. 2. Caualc dec. 30. n. 12. p. 4. Con- 135
firmari poteſt hæc opinio ex dictis per Præt. de interpr. vl. vol. fol. 127. ſolut. 4. præcipuè n. 39. & 30. & f. 278. ſol. 3. n. 4. vbi præciſè dicit hanc clauſulam, omni meliori modo, idem operari, quod clauſula, vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum operatur, nec referre, an in fine, medio, vel principio teſtamenti poſita ſit. [Hæc limitatio probatur etiam à Io. de Amic. conſi. 15. nu. 10. Ceph. conſi. 423. num. 105. Maluaſ. conſ. 15. num. 42. Pereg. conſ. 32. num. 38. lib. 2. Caccial. in l. precibus nu. 57. & ibi Cagnol. num. 235. C. de imp. & alijs ſubſtit. Crauet. conſ. vlt. num. 14. lib. 2. Gallus de except. par. 2. tit. 4. except. 22. nume. 83. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 528. num. 10.

Declaratur tamen hæc limitatio, vt per Mareſcot. lib. 2. variar. reſol. cap. 138. nu. 46. & ſeqq.

Et vide circa hanc clauſulam Gratian. diſcept. forenſ. c. 407. n. 16. & Caualc. deciſ. 30. n. 12. par. 4.]

Sed obſtare videtur, quod clauſula, omni meliori mo- 136
do operatur, quando actus, & diſpoſitio non poteſt valere aliquo modo, ſecus ſi poteſt, Curt. iun. conſ. 37. nu. 22. Felin. in cap. cum ſuper. n. 11. ext. de offic. deleg. Menoch. li. 4. præſ. 76. n. 82. ad medium, & Præt. d. ſolut. 4. nu 17. Sed tamen à limitatione non erit recedendum, Aduertendum tamen erit, quod Pereg. d. art. 34. n. 38. allegat pro hac limitatione Cagnol. & Cephal. qui tamen nihil dicunt ad propoſitum.

Limitatur vigeſimoſextò, quando teſtator dixit ſub- 137
ſtituere ſibi & filio, quandocunque deceſſerit, &c. Cep. conſ. 138. n. 19. vbi dicit, ſibi ſubſtituiſſe vulgariter, & per fideicommiſſum, & filio pupillariter, per quam pupillarem mater excluditur.

Limitatur vigeſimoſeptimò, quando teſtator fecit 138
plures ſubſtitutiones, & in vna apparet mater excluſa, quia pariter in alia ſubſtitutione erit excluſa, Præt. de interp. vlt. vol. fol. 271. nu. 21. verſ. alia poteſt, vbi allegat Bart. & Bald. & ratio eſt, quia vna ſubſtitutio aliam declarat, vt dixi, ſuprà, n. 124.

Ampliatur iſta limitatio, & ſi ſolum tacitè mater re- 139
periretur excluſa ab vno gradu, & quia in eo eſſet ſubſtituta perſona magis dilecta, vt frater pupilli, quia & per ſecundum gradum ſubſtitutionis de extraneo, pariter eſſet excluſa, ita poſt Bart. Bald. & Crauet. ſcribit Præt. loco iam ſtatim citato.

Limitatur vigeſimooctauò, quando teſtator voluit 140
concludere agnationi, vt quando eſſet ſubſtitutus maſculus de familia, & eius maſculi deſcendentes excluſis fœminis deſcendentibus à pupillo filio proprio, Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 34. numer. 40. & ſeqq. Gallus de except. ſucceſſ. titul. 4. except. 22. num. 114. part. 2. Caualc. deciſ. 4. nu. 10. & 21. part. 3 & ante hos Butr. conſ. 53. nu. 3.

Limitatur vigeſimononò, quando teſtator etiam in 141
codicillis declarauit, quod pupillaris contineretur ad matris excluſionem, talem enim declarationem nocere

matri

matri ſcribunt Bald. *conſ. 439. in primis videndum, lib. 2.* Dilect. *de art. teſt. tit. de mut. teſt. caut. 8. n. 3.* Præt. *de interp. vlt. vol. f l. 99. num. 28.* & conferunt dicta ſuprà in fortioribus, *q. 157. n. 14. & ſeqq.* & conferunt dicta *ſuprà q. 19. n. 3.*

142 Limitatur trigeſimò, quando eſſemus in caſu quod etiam dicendo omni tempore eſſe fideicommiſſariam eſſet fideicommiſſum relictum non à filio, ſed à legitimis hæredibus filij, quia tunc omnia bona eſſent reſtituenda, & etiam legitima, in ſpecie ita tradit Caualc. *deciſ. 4. nu. 11. & n. 30 p. 3. & deciſ. 30. nu. 20. & ſeq p. 4.* ſequitur Bardell. *conſ 2. n. 31. vſque ad fin.* In dubio tamen ſumitur interpretatio pro matre, vt fideicommiſſum dicatur relictum a filio, nō autem ab eius legitimis hæredib. Bero. *conſ. 79. n. 25. li. 2.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita, p. 6. n. 24. ff. ad Trebell.* quos refert, & ſequitur Bard. *d. conſ. 2.* vbi declarat non procedere, quando mater trāſiuit ad ſecunda vota, vel ab inteſtato nō poſſet ſuccedere.

Retenta autem opinione in puncto principali, quod ſubſtitutio intra tempora pupillaris ætatis contineat pupillarem, de qua *ſuprà n. 16.*

143 Declaratur primò non procedere, quando vxor fuiſſet valde dilecta: & etiam hoc colligeretur, quia teſtator in teſtamento ei legatum feciſſet, quia præſumitur teſtatorem noluiſſe illam excludi à luctuoſa filij hæreditate, arg *l. vlt. C. de inſt. & ſubſt.* & ſic pro matre ex hac coniectura dilectionis reſponderunt Dec. *conſ 82. n. 31. lib. 3.* quem refert, & ſequitur Menoch. *d. conſil. 551. nu. 25. verſ. ſecunda, li. 6.* addo Surd. *deciſ. 273. in fine,* & dixi *ſuprà limit. 4. n 54. & ſeqq.* vbi retuli plures diſſentientes volentes ex hoc colligi coniecturam excluſionis, quaſi factum ſit legatum in compētationem portionis ſibi debitæ in bonis filij.

144 Declaratur aliter ex dictis præcedenti quæſtione, vbi in fortioribus retulimus plures caſus in quibus compendioſa communibus verbis facta non continet pupillarē, licet mater non eſſet in medio.

145 Vltimò, pro complemento huius quæſtionis videndū eſt, quid dicendum ſit quando ſumus in dubio, an ſubſtitutio contineat pupillarem intra tempora pupillaris ætatis, an verò omni tempore ſit fideicommiſſaria, & in dubio contra matrem tenendum eſſe, volunt Crauet. *conſi. 623. n. 11.* Roland. à Valle *conſ. 65. num. 25. li. 1.* Alban. Card. *conſ. 28. n. 6.* Menoch. *conſil. 362. n. 15.*

146 Contrariam ſententiam probarunt Curt. iun. *conſil. 134 n. 6.* Ceph. *conſ. 429. nu. 130. & ſeqq.* Dec. *conſ. 82. n. 42. li. 3.* Dec. *conſ. 645 n. 5. in fine,* Menoc. *conſ. 144. n. 15.* & latius *conſ. 5, 1. n. 5. 9. 16. & 20.* Caualc. *deciſ. 30. nu. 18. & in fine, part. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa obliquis verbis facta eſt omni tempore fideicommiſſaria, nec pupillarem continet. Amplia, & declara per totam quæſt.*
2 *Verbum, rogo, importat fideicommiſſum.*
3 *Compendioſa obliquis facta verbis in re certa, nec in bonis mobilibus & immobilibus eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
4 *Compendioſa obliquis verbis facta non continet pupillarem, licet dictum ſit, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque, ſubſtituo, &c.*
5 *Teſtator cum vtitur verbo obliquo, vult, vt ſibi non inſtituto ſuccedatur.*
6 *Compendioſa obliquis verbis facta non continet pupillarem licet pia cauſa ſit ſubſtituta.*
7 *Compendioſa non continet pupillarem, quando vnus per verbum commune eſt ſubſtitutus in certa portione, & alius verbis obliquis in reliquo.*
8 *Verbum commune trahitur ad directum, quando refertur ad vniuerſitatem bonorum, nec alius eſt hæres ſcriptus.*
9 *Compendioſa obliquis verbis facta, continet pupillarem, quando teſtator dixit, ex nunc reſtituo.*
10 *Compendioſa obliquis verbis facta continet pupillarem, quando adeſt clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
11 *Compendioſa non continet fideicommiſſariam, quando teſtator dixit, & quandocunque deceſſerit, reſtituo hæreditatem vulgariter, & pupillariter.*
12 *Compendioſa obliquis verbis facta pupillarem continet, ſi talis colligitur teſtatoris voluntas, Decl. n. 13.*

QVÆSTIO CCXLIII.

Vtrum Compendioſa obliquis verbis facta ſit omni tempore fideicommiſſaria, an verò contineat pupillarem?

Dictum eſt in præcedentibus, quando compendioſa directis verbis, vel communibus contineat pupillarem, nunc igitur videndum eſt, quando obliquis verbis facta eſt, an ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel an pupillarem contineat intra tempora pupillaris, & poſtea ſit fideicommiſſaria? Receptiſſima autem eſt omnium ſententia, quod ſit omni tempore fideicommiſſaria, vt tenent Scribentes omnes, *in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* & in ſpecie ibi Rip. *nu.* 01. Galliau. *nu. 349.* Soc. iun. *n* 142. & Ceph. *nu. 774.* Odd. *de compend. part. 5. q. 3. t. t. de comp. à P g.n. fact. art. 2. nu. 7.* vbi dicit ita omnes vno ore tenere, *& conſi. 9 nu. 20.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 3. n. 10. verſic. porrò,* Menoc. *lib. 4. præſump. 58. n. 6.* Alexand. Trent. *de ſubſtit. par. 4. cap. 10. n. 5.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 269. nu. 14.* Pereg. *de fideic. art. 34. n. 11. & n. 63. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſt. cēt. 13. qu. 13. & q. 12. ſecundo caſu,* Gallus *de except. ſucc. tit. 4. except. 22. nu. 1. 8. part. 2.* Hieron. Ceual. *in Spec. comm. contra. commu. qu. 482.* 1

Probatur primo iſta opinio per text. *in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* cui tamen tex. reſpondet Ceph. *in d. l. Centurio, n. 774.* in illo text. ſemper eſſe fideicommiſſariam non ratione verbi obliqui, ſed quia teſtator rogauit, &c. quod verbum, rogauit, & fideicōmiſſi, *§. fi. inſt. de ſingulis reb. per fideic. relict. l. 2. in principio, C. commu. de legat.* Et duo verba obliqua magis reſtringere dicit Ceph. per Gloſſ. *in l. 1. C. de pat. ſubdens, nu. 778.* & ibi teſtatorem grauaſſe reſtituere hæreditatem ſuam, per quæ verba excluditur pupillaris, vt etiam in fortioribus dictum fuit ſupra *q. præced. ab hac ſecunda limitatione 11. n. 61.* 2

Secundò, Ceph. *d. l. Centurio, n. 779.* adducebat tex. *in l. peto, §. mater, ff. de l g. 2.* vbi mater grauauit filium impuberem, ſi in pupillari ætate deceſſerit reſtituere hæreditatem, nec dixit, ſuam, & appellatur fideicommiſſum. Sed malè text. iſte allegatur, nam ibi ſumus in ſubſtitutione facta a matre, quæ nō poteſt filijs pupillariter ſubſtituere, cum eos non habeat in poteſtate, vt notatur, *in l. 2. §. de vulg.* & dixi *q. 108. n. 32.* Vera tamen eſt concluſio, pro qua facit ratio, de qua *infrà n. 5.* 3

Maximè autē concluſio prædicta procederet, quando ſubſtitutio eſſet facta in re certa, vel in bonis mobilibus, & immobilibus, quia ſemper erit fideicōmiſſaria, Bart. *in d. l. Centurio, n. 18. & n. 33.* & ibi alij cōiter, *ff. de vul.* Rom. *conſ. 200.* Paul. Caſt. *conſ. 341. li. 1.* Alex. *cōſ. 45. n. 9. li. 1.* Bert. *conſ. 52. n. 6. li. 3. in nouis,* Soc. ſen. *cōſ. 117. li. 4.* Soc. iun. *conſ. 95. li. 1.* Pariſ. *cōſ. 74. nu. 45. li. 3.* Alex. Tren. *de ſubſ. p. 4. c. 2. n. 6.* vbi de cōi opinione teſtatur, & idē in fortioribus ſcripſimus de cōpendioſa communib.

verbis facta in re certa, vel in bonis mobilibus, & immobilibus, vel in quota bonorum, vel quota hæreditatis, *qu. praced. ab hac ſecunda, in limitationibus* 8. 9. 10. 11.

Probatur hæc ſententia *in l. cogi, §. & generaliter, ff. de leg. praſt.* cum alijs adductis, *d. q. pracedenti ab hac ſecunda. n.* 25.

4 Ampliatur primò, & ſi dictum fuiſſet, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque reſtituat, &c. quia nec tunc pupillaris continebitur, Decian. *in l. precib. C. de imp. & al. ſubſt.* Rip. *in l. Centurio n.* 101. *ff. de vulg. & pup.* & ibi Galliu. *nu.* 349. Soc. iun. *n.* 142. & Ceph. *n.* 789 Idem Soc. iun. *conſ.* 95. *n.* 40. *li.* 1. Odd. *de comp. par.* 5. *q.* 3. *tit. de comp. à Pagan. fact. art.* 2. *n.* 8. Mantic. *de coniect. vl. vol. lib.* 5. *tit.* 7. *nu.* 18. Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 10. *n.* 5. Menoch. *li.* 4. *preſ.* 58. *n.* 7. Pereg. *de fideicom. art.* 34. *n.* 63. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 13. *n.* 19. Gallus *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *nu.* 137. *par.* 3. Et videnda erunt quæ diximus *ſuprà q.* 108. *n.* 4. *& ſeqq.* vbi apparet alios diſſenſiſſe.

Allegantur pro hac ſententia, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & l. peto, §. mater, ff. de leg.* 2. ſed ad iſta iura reſponſum fuit ſuprà.

5 Secundò facit ratio, quia cum teſtator vtitur verbo obliquo, vult vt ſibi ſuccedatur, non inſtituto, *d. §. cum filia*, ſed per pupillarem ſucceditur inſtituto, *l. qui plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulg. & pupill. not. in l.* 2. *ff. eod.* & ſubſtitutio ita demum interpretatur pupillaris, ſi conueniant verba teſtamenti, *cap. ſi pater, de teſta. in* 6. & verba obliqua non conueniunt pupillari, ita Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 63.

6 Ampliatur ſecundò, & ſi ſubſtituta eſſet pia cauſa, Bart. *in d. l. Centurio, nu.* 24. *ff. de vulg.* Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 63. *in fine.*

7 Ampliatur tertiò, & ſi vnus eſſet ſubſtitutus in certa portione per verbum, commune, & alius vniuerſaliter per verbum, obliquum, quia fideicommiſſariæ erunt omnes ſubſtitutiones, Bart. *in d. l. Centurio, n.* 41. *ff. de vulg.* & ibi communiter Doct. teſte Soc. ſen. *in conſ.* 324. quos refert, & ſequitur Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *nume.* 131. *p.* 2. Mouentur, quia cum in reliquo ſit facta expreſsè ſubſtitutio fideicommiſſaria, ex quo teſtator vſus eſt verbo obliquo, iſta ſubſtitutio clara declarat primam dubiam factam per verba communia ad reg. *l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg.* 1. Et quia teſtator voluit ius primi hæredis remanere, eo quod poſt mortem ſuam reliquit fideicommiſſum, nec reliquit ab eo, qui erat ſubſtitutus in certa portione, ita Bartol. *d. l. Centurio, num.* 41. *ff. de vulg.* vbi ideo concludit & ſubſtitutum in portione per verbum, commune, dici ſubſtitutum per
8 fideicommiſſum, ſequitur Ceph. *d. l. Centurio, nu.* 1058. Ratio etiam cur verbum, commune, non trahitur ad directum eſt, quia verbum commune ſolum trahitur ad directum, quando refertur ad bonorum vniuerſitatem, & alius non eſt hæres ſcriptus, *l. his verbis, ff. de hæred. inſtit.* & ibi Gloſ. Bart. *in d. l. Centurio, n.* 41. & ibi Ceph. poſt alios, *n.* 1056.

9 Limitatur primò, quando teſtator dixiſſet ex nunc reſtituo, quia pupillaris contineretur, vt dictum eſt, *quaſt.* 108. *nu.* 6.

10 Limitatur ſecundò, quando ſubſtitutio eſſet facta cum clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vel pupillariter ſubſtituere dixiſſet, nam pupillaris contineretur, Ripa *in d. l. Centurio, n.* 101. *ff. de vulg. & pupill.* & ibi Soc. iun. *nu.* 142. Odd. *de compend. p.* 5. *q.* 3. *tit. de compend. à Pagan. fact. artic.* 2. *num.* 9. Alexan. Tren. *de ſubſtit. par.* 4. *c.* 10. *n.* 6. Prax. *de interp. vlt. vol. fol.* 269. *nu.* 14. Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 63. *in fin.* Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 13. *in fine*, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 134. *par.* 2.

Quinimò ſi teſtator dixiſſet, & quandocunque deceſſerit, reſtituat vulgariter, & pupillariter, non contineretur ſubſtitutio fideicommiſſaria, ſed tantum vulgaris, & pupillaris, Odd. *conſ.* 95. *nume.* 29. & quæ dicta ſunt *d. q.* 108 *n.* 8. 11

Limitatur tertiò, vbicunque teſtator contrarium voluit, quia ſi talis ſit eius voluntas continebitur pupillaris, Mantic. qui plures alios adducit. *de coniect. vlt. vol. li.* 7. *tit.* 3. *n.* 11. *& li.* 5. *tit.* 7. *nu.* 17. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 140. *part.* 2. & videnda erunt dicta ſuprà *q.* 7. 12

Declaratur tamen hæc limitatio, vt procedat, dummodò voluntas teſtatoris aliter non poſſit interpretari. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 17. Gallus *de except.* 22. *n.* 141. vbi allegat Soc. *conſ.* 95. *n.* 40. *lib.* 1. 13

Declaratur aliter ex his, quæ ſcripta ſunt, *d. q.* 7.

Limitatur vltimò, quando pauperes Chriſti per verbum, obliquum, eſſent ſubſtituti, vt quia ſit dictum, & quandocunque filius meus deceſſerit, volo bona mea diſtribui inter pauperes per fideicommiſſarios meos: de qua tamen limitatione, quæ & controuerſa, & latior eſt, dicam *q. ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillarem continet compendioſa verbis obliquis facta, ſi pauperes Chriſti ſunt ſubſtituti, contra n.* 10. *declara per totam quaſt.*
2 *Verbum, accipiat, relatum vniuerſitati bonorum trahitur ad directam.*
3 *Suppletio in ſubſtitutionibus fieri non debet. Declara num.* 3. 4.
5 *Executores habentur loco hæredum, ſi alius non eſt hæres vniuerſalis.*
6 *Subſtitutio in dubio iudicatur directa.*
7 *Verbum, dare, & diſtribuere, ſunt obliqua.*
8 *Verbum, volo, eſt obliquum, & n.* 11.
9 *Pia cauſa in dubio fauendum eſt.*
15 *Copula natura eſt, vt referatur ad omnia pracedētia.*
23 *Qualitas adiecta verbo, determinato, per relatiuum reſpicit ſolum antecedens, Declara n. ſeq.*
26 *Participium reſoluitur in verbum, & relatiuum.*
28 *Executoribus ſi generalis commiſſio non eſt data, illa defertur ad eccleſiam, qua erit executrix.*
37 *Pupillaris non continetur in compendioſa, vbi verba ſunt obliqua, licet ſit facta in figura pupillaris.*

QVÆSTIO CCXLIV.

Pauperes Chriſti ſi ſunt ſubſtituti per verbum obliquum, an ſubſtitutio contineat pupillarem?

PRo complemento materiæ, de qua in præcedenti quæſtione videndum eſt, quando teſtator per verbum, obliquum, ſubſtituit pauperes Chriſti, vt ſi dictum ſit, & quandocunque filius meus deceſſerit, volo bona mea diſtribui inter pauperes per fideicommiſſarios meos, an ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria, an verò intra tempora pupillaris ætatis contineat pupillarem? In quo articulo ſunt contrariæ opiniones, alij enim tenent pupillarem contineri, ita Bart. *in l. Centurio, num.* 24. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ibi Angel. *nu.* 6. Aret. *nu.* 8. Alexand. *nu.* 78. Iaſ. *num.* 38. Zaſ. *numer.* 42. Galliau. *num.* 352. & Claud. Aquenſ. *nume.* 38. Bartol. *in l. fundi Trebatiani, ff. de vſufr. legat.* Bald. *in l. hæreditas ex die, ff. de hæred. inſtit.* Aret. *in §. vltimo, inſtit. de pupill.* vbi ait ab hac opinione in practica non eſſe recedendum, Paul. de Caſtrenſ. *in l. precib. Cod. de impub.* 1

& al.

& al.ſubſtit.& ibi Corn.num.137.verſ.ſi verò, Franc. in cap.ſi pater, col.42.verſ.tertio quæro, de teſt.in 6. Anchar.in c.Rainutius,ext.de teſtam. & ibi Gul.Bened.in materia compendioſa,n.56.idem Anchar.in c.cum tibi ext.de teſt.& ibi Barbat.dicit eſſe magis communem opinionem.& ſequitur Gul.Bened.Bart.conſi.25.conſi.30.in fine,& conſ.56 n.1.& ſ q.Ang.conſ.93.n.3. Abbas conſi.59.n.1.li.1.Alex.conſ.12.n.11.li.3.& conſil.11.n.22.li.7.vbi de communi opinione teſtatur, Corn.conſ.302.nu 8.li.3. Soc.ſen.conſ.116.n.9.vbi dicit eſſe magis communem opinionem. Et in tractatibus, Spec. de inſtrum.edit §.nunc aliqua,num.27.& ſeq.Rodolf.tract.de liber.tit.de act.ex teſta.n.9.Bald.de comp.n.14 Bart.Huc.de compend.n.10 Zaſ.de comp.c.5 num.23. Conſt. Roger.de comp.q.4.n 100. Vaſq.de comp.n.62. Old.de comp.par.5.q.3.tit.de comp.à Pag.ſuct.art.2. vbi teſtatur de communi opinione, Præt de interp.vlt. volunt.fol 269.n.14 in fine, Pereg.de fideicom.art.34.n 64.Intrig de ſubſt.cent.3.q.13.n.23.& q.17.vbi dicit eſſe magis communem opinionem.

Mouentur primò, quia quando teſtator voluit bona dari,& diſtribui per commiſſarios inter pauperes Chriſti, voluit etiam, vt illi prius accipiant bona, & ſic in ſubſtitutione ſubauditur verbum, accipiant, ad Gloſ.in l.alio,ff.de alimen.& cibar.legat.& l.denique.§.interdũ, ff.de pœn.legat.& §.ſi quis autem,in auth.de eccleſ.tit. & cum verbum,accipiant, ſubaudiatur, eoſdem operatur effectus,ac ſi expreſſim appoſitum fuiſſet,ad tradita per Pereg.de fideic.art.11.n.29. Atqui verbum accipiet, relatum vniuerſitati bonorum,trahitur ad directã pupillarem,cap.1 de teſt.in 6.l.his verbis, in princip. ff.de hær.d.inſt. Bart.in l.alio,n.6 ff.de alim.& cibar.legat.Bald.conſ.120 n.1.li.2.Alex.conſ.45.n.7.li.1.& Soc.iun.conſ.116.n.4.li.1. ergo ſubſtitutio intra tempora pupillaris ætatis erit pupillaris, poſtea fideicõmiſſaria

Reſpondetur, quod ex neceſſitate non eſt ſubaudiendum verbum, accipiat, cum poſſint alia verba ſubaudiri, hoc eſt ab hærede petat,& pauperibus diſtribuat quo caſu non poſſet dici ſubſtitutio pupillaris, ſed fideicommiſſaria, ita Soc.iun.in d.l.centurio,n.246.in fine: vbi dicit ita etiam videri intelligendam, Gloſſ.in d.l.alio. Et
3 ſubauditiones ita demum locum habent, quando voluntas teſtatoris aliter non poteſt ſuum ſortiri effectum,
4 vt dicit ipſe Pereg. de art.11.n.29. Et cum oratio eſt perfecta non fit ſuppletio, quia ſuppletio nil aliud eſt quam extenſio, quæ non eſt licita l.Gallus,§ etiam ſi parente, ff.de liber.& poſthum. & ibi Gloſſ. & Doct. Ceph.conſ.514.n.29.30.Menoc.conſ.327.n.38.& cõſ.379.n.43.& ſeq.Pereg.conſ.52.n.10.li.1.& conſ.61.n.2.li.5.Sed voluntas teſtatoris ſortitur effectum in fideicommiſſaria, ergo ceſſare debet ſuppletio cum maximè ſint expreſſa verba obliqua, quæ non denotant, niſi fideicommiſſariam: accedente etiam, quod verba ſunt relata ad bona teſtatoris, per quæ oſtenditur de bonis pupilli noluiſſe diſponere, quod eſt contra naturam ſubſtitutionis pupillaris, l.cohæredi,§.cum filia,ff.de vulg.& pup. & inſt.de pupil.in princ.quod confirmatur ex ſcriptis in fortioribus, q.præcedenti ab hac tertia limit.12.n.62. & ſeqq. vbi actum fuit de compendioſa communibus verbis facta, vt non contineat pupillarem, quando relata eſt ad bona teſtatoris.

5 Secundò comprobatur hæc opinio ex text.in c. cum tibi, ex.de teſtam.vbi dicitur, quod quando non eſt alius hæres, commiſſarij habentur loco hæredum, quod dixit & Innoc. ibi & volunt Bartol. in l.ſi quis ad declinandam.ad finem C.de epiſc.& cler.& Alex.conſ.1.li.2.& conſ.4.li.6.ergo quando teſtator filio ſuo impuberi nullum alium dat hæredem, videtur facere hæredes commiſſarios,& ita arguit, Bar.in d.l. centurio,n.21.

Sed iſte textus non facit ad rem, nam ibi agitur de prima inſtitutione, quæ de neceſſitate importat hæredis inſtitutionem, cum nullus alius eſſet datus hæres. At in hac quæſtione non conſtat, quod teſtator voluerit Cõmiſſarios diſtribuere, & bona pupilli, immo contrariũ colligitur, cum diſpoſuerit de bonis ſuis, & ita reſpondet Soc.iun.in d.l. centurio,n.247.

Tertiò accedit, quod in dubio ſubſtitutio iudicatur di- 6
recta, cap.ſi pater, de teſtam.in 6.Gloſſ.l.verbis ciuilib. ff de vulg.& pupil.& ibi Bal.Imol.& Alex. Ceph.latè conſ.659.num.7.& ſeq.Menoch.lib.4.præſ.66.Manti. de coniect.vlt.vol.lib.5.tit.1.n.3.& ſeq. dictumque latius fuit, ſup.q.6.

Reſpondetur hæc procedere, quando verba poſſunt conuenire tam directæ, quam fideicommiſſariæ ſubſti-
tutioni,& ſic quando verba ſunt dubia, d.l.ſi pater. Sed 7
hic omnia verba ſuadent ſolam fideicommiſſariam, tum ob verba dare, & diſtribuere, quæ ſunt obliqua, l.fundi Trebatiani,ff.de vſuſr.legat. Bart.d.l.Centurio, num.41.& ibi Ripa,num:185.in fine,& omnes concedunt: tum ob verbum, volo quod eſt obliquum, l.2.in princ.C.com.de legat.tum etiam quia ſubſtitutio eſt relata ad bona teſtatoris, & excludit pupillarem, vt dictũ eſt in fine reſponſionis ad primum argumentum: ergo ſubſtitutio erit omni tempore fideicommiſſaria, d.l. cohæredi, §.cum filia,ff.de vulg.& quando etiam ſubaudiendum eſſet verbum, accipiat, vt in primo argumẽto, tamen cum referatur ad executores, non debet alterare naturam verbi obliqui poſiti in verbis diſpoſitiuis ſubſtitutionis pauperum, cum tendentia ad exequendũ non alterent, iuxta cle.1.in fine, de præben.& ita voluit Ceph.in d.l.cent.n.826.

Quartò additur, quod hic cadit duplex fauor, pupil- 8
li, vt ille heredem habeat ex teſtamento, l.ſi pupillus (alias incipit) ſi Iulianus, ff.de hæred.inſt. & fauor piæ cauſæ, cui in dubio fauendum eſt, c.vltimo, ext.de re iud.l.ſi pater,ff.de inoff.teſtam. & l.ſunt perſonæ, ff.de relig.& ſump.funer.

Reſpondetur, quod argumentum, concludit in dubio, ſed in claris ceſſant fauores, ita Soc.iun.d.l.centurio,n.247.verſ nam fauores, & quod ſimus in claris, colligitur ex reſponſione ad præcedens argumentum.

Contrariam igitur ſententiam probarunt alij, affirmantes ſubſtitutionem pupillarem non contineri, ſed eſſe omni tempore fideicommiſſariam, Bald.in l.precib. n.45.& ſeq.C.de imp.& al.ſubſt.& ibi Paul.Caſt.n.14 & Corat.n.71.idem Bald.in l.ſi quis ad declinandam,n.7.C.de epiſc.& cler.Imol.in l.centurio,n.20. & 22.ff. de vulgar.& ibi Alex nu.75.Rip.n.105.in fine, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Soc.iun.n.244.& ſeq.& Ceph.n.802.& ſeq.vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Imol.in c.cum tibi, ext.de teſta.& ibi Card.Barbat.& Franc.idẽ Imol.in c.Rainutius ext. eod.Bald.conſ.120.conſ.125.li.2.conſ.34.conſ.37.conſ.176.li.3.& conſ.296.li.5.Anchar.conſ.8.n.2. Cuman. conſ.130.Alexand.conſ.45.n.9.li.1.conſ.171.n.1.li.2.& conſ.162.col.pen.li.3.in quibus locis de magis cõmuni opinione teſtatur Calder.conſ.25.tit.de teſt. Natta in add.ad Alex.conſ.12.li.3.littera C, dicit eſſe veram & cõmunem ſentẽtiam, Old.conſ.9.n.19.vſque ad fi. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Aret.tract. de teſt.gl.91.Polit.de comp.n.18. Mantic. etiam videtur hanc tenere de coniect.vlt.vol.li.5.tit.7.n.8. Alex. Trent.de ſubſt.par.4.cap.10 n.7.vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Craſſ.in §.ſubſtitutio,q.72.n.3.vbi dicit eſſe magis communem opinionem, nec ad hac iudicando & conſulendo eſſe recedendũ, Hier.Cenal.in Spec.com.contra com.q.482. qui pariter dicit ab hac quæſtione conſulendo,& iudicãdo non eſſe recedẽ-

dũ, Gall. *de excep. ſue. tit. 4. exc. 22. n. 132. & ſeq. p. 4.*

10 Et cum hac opinione ego tranſeo motus ex pluribus. Et primò, quia verba, dare, & diſtribuere ſunt obliqua, *d. l. fundi Trebatian, ff. de vſufr. leg.* Bar. *in d. l. centurio, num. 41.* & ibi Rip. *num. 185. in fine*, Franc. *in c. ſi pater, de teſt. in 6.* Et pariter verbum, volo, eſt obliquum, *l. 2. in princ. Cod. com. de legat.* Petr. Greg. *par. 3. Syntag. iur. li. 42. c. 11. n. 6. in fin.* ergo ſubſtitutio erit omni tempore fideicommiſſaria, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & d. l. fundi Trebatiani*, & tenent omnes, vt in *præcedenti q. dictum fuit.*

11 Secundò, quia teſtator diſpoſuit de bonis ſuis, ergo noluit pupillariter ſubſtituere, cum pupillaris trahatur etiam ad bona pupilli, *d. l. cohæredi, §. cum filiæ, & inſt. de pup. in princ.* Et in fortioribus de compendioſa communibus verbis facta relata ad bona teſtatoris, vt non contineat pupillarem, volunt poſt multos relatos, Menoch. *li. 4. præſ. 54. n. 22.* vbi teſtatur de communi opinione, Pereg. *de fideic. art. 34. n. 44. & ſeq.* Hond. *conſ. 73. n. 13. & ſeq. li. 1. & n. 36.* teſtatur eſſe veram, & receptam opinionem, Farin. *dec. ſ. Rom. 504. & deciſ. 509* & dixi *q. præced. ab hac tertia limit. 12. n. 60.*

Tertiò, cauſa finalis huius ſubſtitutionis fuit ſalus animæ teſtatoris, Gl. *in l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2.* Bart. *in l. 1. circa fi. C. de ſac. ſan. eccl.* igitur ſubſtitutio reſtringenda eſt ad bona teſtatoris, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2.* nec pupillaris confert ad animam teſtatoris, nec anima pupilli eget hoc auxilio, Bald. & Ang. relati à Corn. *conſ. 322. n. 17. li. 3.*

12 Retinendo tamen primam opinionem, quando magis placeret. Ampliatur primò, & ſi mater eſſet in medio, Bar. *in l. centurio, n. 21. & ſeq. ff. de vulg.* & ibi alij communiter, Bald. *de comp. n. 14.* Bar. Hoc. *de comp. n. 10.* Conſt. Rog. *de comp. q. 4. n. 111.* Odd. *de comp. p. 5. q. 3. tit. de comp. à Pag. fact. art. 2. n. 15. in fine*, vbi dicit, ita tenere Pereg. *de fid. art. 34. n. 64.* Intrig. *de ſubſt. centur. 3. q. 7. n. 29.* Ratio eſt, quia licet tacita pupillaris à iure præſumpta, vt eſt illa, quæ vulgari expreſſa continetur, matrem non excludat, *l. precibus C. de imp. & alijs ſubſt.* & dictum fuit ſuprà *q. 156.* tamen pupillaris tacita quę ex coniecturis, vel verbis ipſis colligitur admittitur contra matrem, *in d. l. precibus in Gloſſ. ſuper verbo omnimodo, & in l. in teſtamento, in fine, C. de milit. teſtam.* Et ita eſt pupillaris, quæ præſumitur ex coniecturis, & verbis ipſis, vt dicit Bart. & alij ſequuntur. Et etiam iſta opinio probatur, *in cap. ſi pater, de teſt. in 6.*

13 Contrariam opinionem tenent omnes citati pro ſecunda opinione principali, & præcipuè, Ceph. *d. l. centurio, n. 830.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 10. n. 7. verſic. ex prædictis*, vbi plures allegat.

14 Ampliatur ſecundò etiam, quando teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, volo quod bona mea vendatur, & preciũ eorum detur pauperibus per meos fideicommiſſarios, nam intra tempora pupillaris ætatis continet pupillarem, poſtea erit fideicommiſſaria, quia & tunc ſubintelligitur verbum, accipiant, de quo dictũ fuit in argumentis primæ opinionis principalis, vbi etiã aliæ rationis ibi adductæ probant hanc ampliationem. Nec videtur facere difficultatem, quod teſtator duò præceperit, vnum quod bona, vendantur, & in hoc non adiecit per quem, aliud quod precium diſtribuatur inter pauperes per ſuos commiſſarios, & quod ſic primus actus venditionis debeat fieri per heredem, vel Epiſcopum ex legis diſpoſitione, vnde ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, quia executiones capiunt, de manu alterius. Nam reſpondetur, quod verba, (vendantur bona, & precium detur, &c.) determinatur per verba, vltimo poſita, (per meos fideicommiſſarios) *l. mulieri, §. Titio, ff. de cond. & demonſtr. l. 1. in principio, iuncta l. doli, in princ. ff. de ſeru. corrup. l. hæres, §. vx. ff. de leg. 3.* Et quia natura copulæ eſt, vt referatur ad omnia præcedentia, *l. Seia,* 15 *§. Caio, ff. de fund. inſtr. l. fin. ff. de vin. trit. & ol. legat. & ibi Gloſſ.* Dec. *conſ. 92. col. 1. in fin.* Et ſic Commiſſarij directò per pupillarem cenſentur vocati, & ſubaudiuntur verba, quòd accipere poſſint propria authoritate, per ea quæ dicta ſunt ſuprà.

Et in ſpecie hanc ampliationem probarunt Bart. *in d.* 16 *l. centurio, num. 21.* & ibi Alex. *num. 84.* Iaſ. *num. 41.* & Rip. *num. 111. ff. de vulg.* Salicet. *in d. l. precibus, C. de imp. & alijs ſubſt.* Gul. Bened. *in c. Rainutius, p. 2. in verb. ſi abſque liberis, il. 2. tit. de comp. ſubſt. n. 56. extr. de teſt.* Odd. *d. art. 2. n. 19.*

Diſſentiunt tamen in ſpecie alij tenentes contra hãc 17 ampliationẽ, Bald. *in d. l. precibus, C. de imp. & al. ſubſt.* Soc. iun. *in d. l. centurio, n. 251. in fi. ff. de vulg.* Conſt. Roger. *in tract. de ſubſt. in materia comp. q. 4. n. 129. in fi.* & Alex. Trent. *de ſubſt. p. 4. c. 10. n. 9. in fi.* Et hanc ego credo veriorem per argumenta deducta pro ſecunda opinione principali: confirmaturque ex eo: quia cum cõmiſſarij habere debeant ſolum precium, nõ poſſunt dici hæredes vniuerſales, *l. cogi, §. & generaliter, ff. ad Treb. non amplius, ff. de legat. 1.* Et enim precium intelligitur deductis oneribus, *l. illud, C. de collat.*

Declaratur primò non procedere, quando venditio 18 bonorum non eſt relata ad executores, ſed poteſt referri etiam ad hæredes, vt quando dictum eſſet, quod bona vendantur, & precium diſtribuatur inter pauperes, ſimpliciter, non adiiciendo per commiſſarios, vel executores, quia tunc pupillaris non contineretur, Bart. *in d. l. centurio, n. 23. ff. de vulg.* & ibi Ang. *n. 5.* Alex. *n. 84.* Iaſ. *n. 41.* Rip. *n. 111.* Zaſ. *n. 42.* Galliau. *n. 347.* & Alciat. *n. 75.* Bald. *in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc. & cler.* Paul. Caſtr. *in l. precibus, n. 17. C. de imp. & alijs ſubſt.* & ibi Corn. *n. 137.* Franc. *in c. ſi pater, col. 41. de teſtam. in 6.* Gul. Bened. *in c. Rainutius, in materia comp. n. 57. extr. de teſtam.* Bald. *conſ. 12. conſ. 120. li. 2. conſ. 34. n. 2. conſ. 37. n. 4. li. 3. & conſ. 296. n. 1. li. 5.* Paul. Caſtr. *conſ. 62. n. 3. li. 2.* Alex. *conſ. 12. n. 11. li. 3.* & ibi Natt. *in add.* Bald. *de comp. n. 15.* Bart. Hoc. *de comp. n. 12.* Zaſ. *de comp. c. 5. n. 23.* Conſt. Rog. *de comp. q. 4. n. 113.* Craſſ. *in §. ſubſtit. q. 72. n. 2.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. p. 4. c. 10. n. 8.* vbi aſſerit eſſe communem ſententiam, Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 18.* Pereg. *de fideic. art. 34. n. 64. ad finem.* Ratio eſt, quia ſubſtitutio eſt facta verbis merè obliquis, igitur omni tempore erit fideicommiſſaria, *dicta l. cohæredi, §. cum filiæ ff. de vulg.* Et quamuis Epiſcopus ex legis diſpoſitione ſit executor & habeat eandem poteſtatem, quam habẽt cõmiſſarij, & executores ſcripti in teſtamentis, *l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & Cleric.* & ſic teneat locum hæredum, vt ibi: attamen ita demum locum hæredum tenet Epiſcopus ſi pauperes ſint inſtituti, vt in illa lege, ſi verò pauperibus eſt fideicommiſſum relictũ, non poteſt tenere locum hæredum, ſed illi actio competit ex fideicommiſſo, & tenet locum pauperum, & cum pauperes ſint fideicommiſſarij, & Epiſcopus eorum locum tenebit, arg. *l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hæred.* & talis hæres haberi debet, qualis eſt is, per quem efficitur hæres, *l. cum filiofamilias, ff. de legat. 1.* nec in Epiſcopo poteſt intelligi tacite, vt propria authoritate accipiat, cum a teſtatore non ſit nominatim dictum, quod ſecus eſt, quando commiſſarius eſt nominatus à teſtatore, ita Bart. *in d. l. centurio, n. 23.* & ibi Iaſ. *n. 48. verſi. ſed iſta ratio.*

Contrariam opinionem malè probarunt, Socin. iun. 21 *in d. l. Centurio, n. 248.* & ibi Cephal. *nu. 851. & ſeqq. ff. de vulg.* Odd. *de compend. p. 5. q. 3. tit. de compend. à Pag. fact. art. 2. num. 16.* vbi latè defendit: & fatetur

primam

22 primam opinionem eſſe communem, quod teſtatur, &
Ceph. loco citato.
Declaratur ſecundò non procedere, quando executo
ribus eſt commiſſa ſola electio pauperum, venditio ve-
rò bonorum eſt facienda per hæredes, nam tunc pupil-
laris non continebitur, vt ſi dictum eſſet, ſi filius meus
deceſſerit ſine liberis, volo bona vendi, & diſtribui pau-
peribus, quorum electio fiat per meos commiſſarios, &
executores, ita in ſpecie. Bart. in d. l. centurio. n. 25. & ibi
Alex. num. 74. Iaſ. nu. 42. Zaſ. num. 43. Gallia. nu. 311.
Rip. n. 113. & Ceph. n. 867. ff. de vulg. Salic. in l. preci-
bus, & ibi Corn. n. 137. C. de imp. & al. ſubſt. Gul. Bene.
in c. Rainutius, in materia compendioſa. n. 58. ext. de te-
ſtam. Ruin. conſ. 4. li. 5. Parit. conſ. 74. li. 3. Odd. conſ. 9.
n. 23. vbi dicit eſſe aliquem diſcrepantem. Bald. de com-
pend. n. 16. Bart. Huc. de compend. n. 12. Alex. Trent. de
ſubſt. par. 4. c. 10. n. 9. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. qu. 20. vbi
alios addit.
23 Ratio eſt, quia qualitas quæ adiicitur verbo determi-
nato per relatiuum, reſpicit ſolum antecedens, l. filio in
fi. ff. de adim. lega. l. filium, ff. quand. dies, legat. ced. Ergo
illa verba, (quorum electio fiat per meos fideicommiſ-
ſarios,) intelliguntur, vt ſola electio pauperum, non au-
24 tem venditio bonorum ſit commiſſa. Nec obſtat, l. hæ-
res, §. vxori. ff. de legat. 3. vbi videtur probari, quod qua
litas adiecta per relatiuum referatur ad omnia: nam
duplex reſultat reſponſio, & primo, quod in d. §. vxori,
vltra relatiuum fuit adiectum verbum, vniuarſale, ni-
mirum ſi ibi ad omnia fit relatio, Bart. in l. Plautius, ff.
de aur. & arg. legat. ita reſpondet Soc. iun. d. l. centurio,
n. 253. Secundò reſpondetur ad dict. §. vxori, quod ibi
expoſitio quadrat reſpectu omnium, quod non contin-
git in præſenti quæſtione, vt de ſe patet, ita Soc. iun. loco
ſupra citato.
Secundò iſta opinio probatur, nam teſtatur mandat
duo fieri, vnum quod bona vendãtur, nec dici, per quos
alterum quod electio pauperum fiat, & hoc dicit fieri
per commiſſarios, ergo dum vult electionem fieri per
commiſſarios, negabat ab eis vendi bona, per reg. l. ma-
ritus, Cod. de procur. & l. cum prætor, ff. de iud. & c. non-
ne, ext. de præſ.
25 Idem etiam eſſet, quando verba non eſſent concepta
per relatiuum, ſed per ablatiuos, abſolutos, hoc modo,
volo bona mea vendi & diſtribui inter pauperes eligen-
dos per meos commiſſarios, nam & hoc caſu ſemper
ſubſtitutio erit fideicommiſſaria, Bart. in l. centurio, nu.
25. circa finem, & ibi Iaſ. num. 43. Bald. de compend. nu.
16. Conſt. Rog. de comp. q. 4. num. 133. Gul. Bened. in
cap. Rainutius, in materia compend. num. 58. ext. de te-
26 ſtam. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. q. 20. nu. 16. Ratio eſt quia
verba, per meos commiſſarios, referuntur ad partici-
pium, eligendos, & participium, reſoluitur ſolum in ver
bum, & relatiuum, id eſt, qui eligentur, cap. cum in illis,
& ibi Canon. ex. de præbend. Gloſſ. in Clemen. 1. in ver-
ſic. dignitatibus, de præbend. vbi Card. col. 9. Imol. in l.
1. circa finem, ff. de cond. & demonſt.
27 Contra tamen hanc declarationem in vtroque caſu,
ſiue facta ſit ſubſtitutio per relatiuum, ſiue per ablati-
uos abſolutos, vt pupillarem, ſcilicet contineat, proba-
runt Bald. in l. precibus, C. de imp. & al. ſubſt. Imol. in c.
Rainutius, ext. de teſt. & in l. centurio, ff. de vulg. & ibi
Aret. & Soc. iun. n. 251. in fi. Alex. conſ. 12. col. 3. lib. 2.
Conſt. Rog. de comp. q. 4. n. 129. Odd. de comp. par. 5. q.
3. tit. de comp. à Pag. fact. art. 2. n. 20.
Primò mouentur, quia ſi teſtator creauit commiſſa-
rios & executores, videtur eos generaliter præpoſuiſſe
omnibus exequendis in ſuo teſtamento, arg. l. talis ſcri-
ptura, ff. de legat. 1. l. de pretio, ff. de publ. in rem act.
Hoc tamen argumentum facilè diluitur, cum verum
non ſit executores eſſe ad omnia generaliter, conſtitu-
tos, quia libertas illorum eſt reſtricta ad ſolam electio-
nem ob relatiuum, qui, ita Iaſ. in d. l. Centurio, num.
42. ff. de vulg.
Secundò adducitur, quod ſi commiſſo generalis non 17
eſt commiſſa executoribus, erit delata ad Eccleſiam e-
xecutricem, auth. captiui. C. de Epiſc. & cler. ibi (defer
tur) quod eſt verbum, commune Imol. in d. l. centurio,
n. 26. in fin. Caccialup. in d. l. præcib. col. penult. Franc. in
cap. ſi pater, col. 32. verſic. vndecimo, de teſtam. in 6.
quos refert, & ſequitur Odd. de comp. par. 4. in verbo,
defertur. Cum ergo hoc ſit verbum commune, & adie-
ctum ſit vniuerſitati bonorum, trahitur ad directum,
cum maximè concurrat fauos pupilli, & piæ cauſæ. Sed
& hoc argumentum tollitur ex dictis in prima decla-
ratione, cum commiſſio videndi non poſſit dici dela-
ta Epiſcopo exiſtentibus hæredibus: nec conſideratio
verbi, Deferatur, quod ſit commune, facit ad rem, cum
hoc verbum non reperiatur in teſtamento, vnde nimis
longè deducitur, quod Epiſcopo data ſit illa authori-
tas, quam habere poſſunt hæredet ſine iniuria volun-
tatis teſtatoris.
Si tamen ex eodem teſtamento in alia parte appare 29
ret, teſtatorem voluiſſe bona vendi, & diſtribui per eoſ-
dem executores, vt quia in alia parte ſint facti executo-
res generales, tunc concedendum eſſet pupillarem con-
tineri, cum Rip. in d. l. centur. n. 113. vbi allegat Bart.
Imol. Aret. Alex. & Modern.
Declaratur tertiò, quando teſtator dixiſſet, velle bona 30
ſua diſtribui, &c. & ſic diſtributio eſt facienda de bonis
teſtatoris, nam tunc pupillaris non contineretur. Corn.
conſ. 95. conſ. 112. li. 2. & conſ. 342. li. 3. Alex. Trent.
de ſubſt. par. 4. c. 10. n. 8. verſi. ex prædictis, in fine, Pe-
reg. de fideicom. art. 34. n. 64. in fine
Declaratur quartò non procedere, quando teſtator 31
dixiſſet, bona dari, & diſtribui pro anima ſua, quia tunc
colligitur voluiſſe ſolum de bonis ſuis diſponere, ne vi-
deatur de bonis alienis voluiſſe conſcientiam ſuam ex-
purgare, arg. ca. non eſt putanda, 1. q. 1. ita declarat Soc.
iun. in d. l. centur. n. 247. in fi. vbi allegat Anch. & Dec.
Retinendo verò ſecundam opinionem principalem,
quod ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria.
Declaratur primò non procedere, quando teſtator & 32
bona filij voluiſset diſtribui, quia pupillaris continere-
tur, Bart. in d. l. centurio n. 21. & ibi Alex. n. 81. Rip. n.
106. Soc. iun. n. 253. & Ceph. n. 838. vbi dicit ita omnes
communiter tenere, ff. de vulg. Salic. in l. precib. C. de
imp. & al. ſubſt. Gul. Bened. in c. Rainutius, in materia
compendioſæ. n. 56. ext. de teſt. Odd. de compend. par. 5.
q. 3. tit. de comp. à Pag. fact. n. 14. vbi ait ita omnes vno
ore tenere, Alex. Trent. de ſubſt. par. 4. cap. 10. Intrigl.
de ſubſt. cent. 3. quæſt. 20. nu. 18. Ratio eſt, quia ex quo
teſtator voluit diſtribui & bona filij, colligitur voluiſ-
ſe pupillariter ſubſtituere, quia extra pupillarem non
potuiſſet de bonis filij teſtari, vt not. in l. 2. ff. de vulgar.
Et hoc vt impleatur voluntas defuncti, quod fieri de-
bet, etiam quod verba aliqualiter improprientur, iux-
ta notata à Bar. in l. querebatur, ff. de milit. teſtam. &
alibi ſæpè.
Contra tamen hanc declarationem tenuit Bald. cõſ. 33
296. factum ſic ſe habet lib. 5.
Ampliatur iſta declaratio, etiam matre exiſtente in 34
medio Bart. in d. l. centur. n. 25. & ibi communiter om-
nes, ff. de vulg. Odd. d. art. 2. n. 14. Et diximus, ſupra nu.
12. in fortioribus terminis.
Declaratur ſecundò, quando ſubſtitutio eſt facta in 35
forma pupillaris ſubſtitutionis, & ſub temporum di-
ſtinctione, quia pupillaris continebitur, & ſi teſtator
dixit, bona ſua vendi, & diſtribui inter pauperes. Vt

quando dictum eſſet, & ſi filius meus in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque deceſſerit ſine liberis, volo bona mea vendi, & diſtribui inter pauperes, nam diſtinguendo ætates, colligitur teſtatorem voluiſse facere pupillarem, quia alias mentio pupillaris ætatis fruſtra eſſet facta, contra *l. ſi quando, ff. de legat.* 1. & ita in ſpecie ſcribunt Bald. *in l. ſi quis ad declinandũ, n.* 7. *C. de Epiſc. & cler.* Bart. *conſ.* 3. *& conſ.* 20. Panorm. *conſ.* 59. Soc. ſen. *conſ.* 116. *col.* 2. *li.* 1. Cor. *conſ.* 138. *col.* 3. *li.* 3. Socin. iun. *in d. l. centurio, n.* 253. *verſ. ſecundo limitatur*, in hanc videtur inclinare, licet ſub dubio, Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 5. *tit.* 7. *n.* 8. vbi alios adducit, Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 10. *n.* 11. Intrig. *de ſub. cent.* 3. *q.* 20. *n.* 19.

36 Contrariam ſententiam probarunt Alex. *in d. l. centurio*, & ibi Rip. *n.* 107. Galiau. *n.* 77. vbi dicit eſse veriorem opinionem conſiderata mente teſtatoris, & Ceph. *n.* 847. *& ſeq. ff. de vulg.* Imol. *in c. Rainutius, ext. de teſtam.* Bald. *conſ.* 120. *in facto proponitur, & conſ.* 125. *verſ. ego ſuper iſto li.* 2. Alex. *conſ.* 45. *col. antepen. li.* 1. vbi tamẽ loquitur quando ſ[illegible] erat ſubſtitutio in bonis mobilibus, & immobilibus, & ſic in re certa.

37 Ratio eſt, quia verba obliqua excludunt pupillarem etiam in ſui figura factam, niſi aliter liquidò conſtet de voluntate teſtatoris, vel aliter non poſſit interpretari ſubſtitutio, ſecus ſi aliter interpretari, vt latè comprobat Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 7. *nu.* 17. *& ſeq.* & diximus *ſuprà q.* 108. *n.* 5. Atqui hic verba poſſunt importare fideicommiſsum, & verba, ſi in pupillari ætate, importabunt conditionem, vt dixit Soc. iun. *d. l. centurio, n.* 253. *verſ. verum ex alio*, ergo ſubſtitutio erit omni tempore fideicommiſſaria, *iux. l. cohær. d. §. cum filia, ff. de vulg. & pup.* Confirmatur, nam ſi pupillaris contineretur, concurrent duæ impropriętates contra *l.* 1. *C. de dot. promiſſ.* Prima quod verba obliqua ad bona filij traherentur contra *l. cohæredi, §. cum filiæ*, maxime cum ſubſtitutio loquatur de bonis teſtatoris: ſecunda, quod verba obliqua fierent directa, ita Ceph. *d. l. centurio, n.* 850. vbi allegat *not. ibi per* Rip. *n.* 73.

38 Prima opinio fortius procederet, quando dictum fuit ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, volo bona mea a commiſſarijs meis vendi, & pretium diſtribui inter pauperes, quia erit pupillaris ſubſtitutio, Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 34. *n.* 44. Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 5. *ti.* 7. *n.* 8. vbi alij adducuntur.

39 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator dixit bona diſtribui ſine diminutione, vel dixit diſtribui omnia bona, vel totam hæreditatem, quia pupillaris tũc contineretur, Alex. *d. l. centurio, n.* 78. *ff. de vulg.* Intrigl. *d. q.* 20. *n.* 29. Ratio eſt quia niſi pupillaris contineretur, non poſſent diſtribui omnia bona, cum legitima poſſet detrahi *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt.*

40 Contrariam ſententiam probauit Soc. iun. *in d. l. centurio, n.* 253. *in fine, ff. de vulg.* mouentur ex eo, quia teſtator ſe reſtrinxit ad bona ſua, vel ad hæreditatem ſuam, quo caſu pupillaris excluditur. Veritas tamen pẽdet ex dictis *q. præcedenti ab hac tertia, lim.* 12. *n.* 61. *& ſeq.*

41 Declaratur quartò non procedere, quando teſtator dixit, velle bona diſtribui per commiſſarios filio ſuo ſuccedentes, nam pupillaris locum haberet, Soc. iun. *in d. l. Centurio, num.* 255. *ff. de vulg.* Intrigl. *de ſubſt. centur.* 3. *q.* 20. *in fine*.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditã, & pubertatem expirat, nec continet fideicommiſſariam contra n.* 15. *Amplia, & declara per totam quæſt.*
2 *Intell. l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. n. ſeqq.*
Actus dicitur fruſtra fieri quando fit ſine fructu.
4 *Lex intelligitur iuxta titulum ſub quo eſt poſita.*
5 *Intell. l. in pupillari, ff. de vulg.*
6 *Teſtamentum non trahitur ad codicillos ſi vti teſtamentum valere poteſt.*
7 *Teſtari non codicillari voluiſſe colligitur quando inſtitutio hæredis facta eſt.*
8 *Contrarium eadem eſt diſpoſitio declara, n.* 9.
10 *Plus dicitur continere, quæ minus, non è contra.*
11 *Actus qui explicatur alio modo, quam explicari poteſt, non valet.*
12 *Interpretatio in dubio facienda eſt, vt hæres minus cenſeatur grauatus.*
13 *Hæres præſumitur minus grauatus, quam fieri poſſit, declara, n.* 14.
16 *Voluntas teſtatoris ad poſſibilia cenſetur directa.*
17 *Voluntas teſtatoris in vltim. volunt. ſub totũ facit.*
18 *Nominis diuerſitas oſtendit diuerſitatem rei.*
19 *Teſtator non præſumitur elegiſſe viam impugnandi ſuum iudicium.*
20 *Species facilius mutatur in aliam, quam quod pereat.*
21 *Verba poſſunt eadem poni in propria ſignificatione reſpectu vnius temporis, & in impropria reſpectu alterius temporis.*
22 *Fideicommiſſarius impropriè eſt hæres, & loco hæredis habetur.*
23 *Verba impropriãtur, vt ſeruetur volũtas teſtatoris.*
24 *Hæres idem eſt, quod dominus.*
25 *Domini appellatione venit vtilis dominus.*
26 *Compendioſa directis verbis non ciuilibus facta poſt aditã, & pubertatem continet fideicommiſſariam, ſecus ſi fiat verbis directis ciuilibus, contra n.* 27.
28 *Compendioſa verbis directis facta in re certa poſt aditam, trahitur ad fideicommiſſ[illegible]m, contra n.* 29.
30 *Compendioſa facta directis verbis ſub conditione, ſi ſine liberis, trahitur ad fideicommiſſum facta, nu.* 31. *amplia, n.* 32. *declara, n.* 34.
33 *Pupillus poteſt generare.*
35 *Compendioſa verbis directis facta poſt aditam, & pubertatem trahitur ad fideicommiſſum, ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, contra n.* 36. *amplia n.* 41. *declara n. ſeqq.*
38 *Clauſula codicillaris operatur, vbi teſtamentum poteſt valere, vt teſtamentum.*
38 *Clauſula acceſſoria non alterat diſpoſitionem*
40 *Clauſula codicillaris eſt inuenta ad conſeruandam voluntatem teſtatoris.*
47 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditã, & pupillarem ætatẽ continet fideicommiſſariã in teſtamento inter liberos, contra n.* 51. *declara, n. ſeq.*
48 *Clauſula codicillaris cenſetur ineſſe, in teſtamento inter liberos, declara n.* 49. *&* 52.
50 *Clauſula omni meliori modo ſubintelligitur, in teſtamento inter liberos.*
53 *Intell. l. ſi frater tunc, C. de fideicom.*
55 *Teſtamentum inter liberos non habet priuilegia, vbi continet grauamen liberorum, & ſeqq. amplia.*
56 *Fideicommiſſum relictum in teſtamento imperfecto, inter liberos non ſuſtinetur, amplia n.* 57.
58 *Compendioſa directis verbis facta in codicillis trahitur ad fideicommiſſum, contra n.* 59. *decl. n.* 60. 61.
62 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem trahitur ad fideicommiſſum, ſi in teſtamento adeſt clauſula omni meliori modo, contra n.* 69. *amplia, & declara, n. ſeqq.*
63 *Clauſula, omni meliori modo, æquiparatur clauſulæ ſi non valet, quod ago, vt ago valeat eo modo quo valere poteſt.*
65 *Clauſula omni meliori modo, operatur, vt ſi diſpoſitio non poteſt ſuſtineri ſecundum verba expreſſa ſuſtineatur*

Digitized by Google

neatur ſecundũ ea quæ congruentius exprimi potuiſſent.

66 *Clauſula, omni meliori modo, vis remiſſiuè.*

67 *Clauſulæ omni meliori modo, in ſubſtitutionibus habet vim clauſulæ, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

68 *Clauſula, omni meliori modo, habet vim clauſulæ codicillari.*

72 *Clauſula omni meliori modo, vt operetur, debet eſſe poſita in ea parte teſtamenti, ſuper qua cadit diſputatio, contra nu. 71.*

73 *Compẽdioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem trahitur ad fideicommiſſum, ſi iuramentum interuenit in teſtamento, contra n. 77.*

74 *Iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris.*

75 *Iuramentum habet vim clauſulæ, omni meliori modo.*

76 *Iuramentum non operatur, quando actus defecit ratione conſenſus, & ſubſtantiæ.*

78 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem continet fideicommiſſariam, ſi in teſtamento adeſt clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, amplia nu. 79.*

79 *Clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum poſita in præcedenti ſubſtitutione, cenſetur repetita in ſequenti.*

80 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem continet fideicommiſſariam, ſi cauſa agitur in curia, vbi de æquitate proceditur, contra nu. 81. declara num. 82.*

83 *Compẽdioſa directis verbis facta poſt aditam & pubertatem, continet fideicommiſſariam, quando ſubſtitutio eſt facta cum diſtributiuo, quandocunque, contra nu. 84.*

85 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem expirat, quando verba ſubſtitutionis ſunt relata ad perſonam filij, contra n. 86.*

85 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam & pubertatem continet fideicommiſſariam, quando ſubſtitutio eſt ſimpliciter concepta, vel verba ſunt relata ad teſtatorem, contra n. 86.*

87 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam, quando ſubſtituta eſt perſona valde dilecta à teſtatore, contra num. 88.*

89 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam, quando pia cauſa eſt ſubſtituta, contra ibid.*

90 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, continet fideicommiſſariam, ſi facta eſt maiori, emancipato, non exiſtente in poteſtate, vel extraneo, contra n. 92. declara num. 97. & ſeqq.*

93 *Ad vnum effectum inducta non debent contrarium effectum operari.*

93 *Pupillaris ſubſtitutio fit ad vtilitatem, & commodum filij pupilli.*

94 *Fideicommiſſum, quod ſuccedit loco pupillaris ſubſtitutionis inutilis, reputatur fauorabile.*

95 *Trebellianica non detrahitur à fideicommiſſo quod ſuccedit loco pupillaris ſubſtitutionis inutilis.*

99 *Inſtitutio hæredis facta de re aliena eſt inutilis.*

101 *Compendioſa directis verbis facta cum expreſſa dinumeratione ætatum poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam.*

102 *Compendioſa facta verbis directis iunctis communibus, vel obliquis poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam.*

103 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam & pubertatem, continet fideicommiſſariam, quando teſtator mandauit teſtamentum non eſſe intelligendum de ſubtilitate iuris.*

104 *Compẽdioſa directis verbis facta, continet fideicommiſſariam poſt aditam, & pubertatem ſtante ſtatuto, quod teſtamenta intelligantur ſecundum naturalem ſignificationem verborum, non autem ſecundum litteræ rigorem.*

105 *Compendioſa directis verbis facta, continet fideicõmiſſariam, ſi Trebellianicæ detractio eſt prohibita.*

106 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam, ſi abſunt verba pleno iure, vel ſine diminutione, vel integraliter, contra nu. 107.*

108 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam, ſi apparet teſtatorem voluiſſe ſubſtituere vltra pupillarem ætatem, & nu. 109.*

110 *Compendioſa directis verbis facta, non cõtinet fideicommiſſariam, ſi mixta eſt reciproca, & facta eſt imparibus.*

111 *Compendioſa directis verbis facta poſt aditam, & pubertatem, continet fideicommiſſariam, quando eſt facta à perſona ignara ſignificationis verborum.*

121 *Compendioſa directis verbis facta, vulgariter, & pupillariter, non continet poſt pubertatem fideicommiſſariam.*

QVÆSTIO CCLV.

Vtrum Compendioſa ſubſtitutio directis verbis facta, contineat fideicommiſſariam poſt aditam, & poſt pubertatem, an verò expiret ſubſtitutio?

DIXIMVS in præcedentibus, quando ſubſtitutio vulgaris, & quando pupillaris contineantur in compendioſa directis verbis facta, nunc vero diſcutiendum erit, an fideicommiſſaria contineatur poſt aditam, & poſt pubertatem: an verò tunc ſubſtitutio expiret? In quo articulo duæ ſunt contrariæ opiniones: & tertia quæ diſtinguit. 1

Prima eſt opinio, quod ſubſtitutio poſt pubertatem expiret omninò, non autem quod valeat iure fideicommiſſi: & hanc in ſpecie probarunt Gloſſ. vlt. *in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & ibi Bald. *nu.* 1. Aret. *nu.* 1. Paul. Caſt. *num.* 3. & Iaſ. *num.* 2. Gloſſ. *in l. Centurio, in verbo, duntaxat, ff. eod.* & ibi Bart. *nu.* 16. Bald. *in prima opp.* Ang. *nu.* 4. Aret. *num.* 8 Imol. *num.* 10. Alex *nu.* 70. Iaſ. *nu.* 32. Rip. *nu.* 69. *in fine*, Bologn. *nu.* 146. *& nu.* 154. Marc. Aquil. *in 4. par. n.* 76. Conſt. Rog. *nu.* 78. & Ceph. *nu.* 467. Gloſſ. *in l. precibus, C. de imp. & alijs ſubſt.* & ibi Bart. *nu.* 11. Ang. Fulgoſ. *n.* 12. *&* 13. Aret. *nu.* 6. *&* 11. Paul. de Caſtro, *nu.* 15. Alex. *nu.* 10. Caccialup. *num.* 46. & Curt. iun. *num.* 54. Gloſſ. *in l. in pupillari, ff. de vulg.* & ibi Alber. *in fine*, Imol. *nu.* 1. Paul. Caſtr. *in fine*, Alber. *in rubr. de vul. nu.* 92. Aret. *in §. extraneo, nu.* 8. *inſt. de pup.* & ibi Port. Alciat. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* Gloſ. *in cap.* 1. *in verbo*, abſque deductione, *de teſtam. in* 6. & ibi Io. Andr. *in Gloſ. antiq.* Archid. *in col.* 6. Franc. *col.* 4. *verſ.* 15. Gloſſ. *in c. Raintius, in verbo ſubſtitutionis, ext. de teſtam.* & ibi Imol. *nu.* 180. Gul. Bened. *in materia compend. nu.* 32. Didac. §. *nu.* 15. vbi teſtatur de communi opinione.

Et conſulendo Old. *conſi.* 125. Paul. Caſtr. *conſ.* 411. *nu.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 152. *nu.* 1. *lib.* 2. Signor. *conſ.* 81. *nu.* 4. Bertrand. *conſ.* 328. *nu.* 4. *li.* 2. Corn. *conſ.* 297. *nu.* 3. *conſ.* 307. *in princ. lib.* 1. *& conſ.* 152. *n.* 5. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 98. *col.* 1. *lib.* .. Pariſ. *conſ.* 54. *n.* 27. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 138. *n.* 6. *& ſeq.* vbi dicit hãc eſſe communem, & veriorem opinionem, *& conſ.* 180. *n.* 78. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſ.* 169. *n.* 42. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 231. *n.* 8. Odd. 9. *n.* 9. *& conſ.* 44. 45. *n.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem.

Et in tractatibus Bald. *de compend. numer.* 5. 6. Bartol. Huc. *de compend. num.* 6. Fum. *de compend. num.* 77. Roland.

land. *de compend. numer.* 24. Conſt. Roger. *de compend. quæſt.* 3. *nu.* 4. Math. *ſing.* 539. *nu.* 3. Gomeſ. *tomo* 1. *Variar. Reſol. cap.* 7. *n.* 4. *circa medium*, Alciat. *lib.* 1. *Parad. cap.* 5. Euer. *in loc. à vienerg. ſeu offic. iuram. n.* 25. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio, q.* 71. *n.* 4. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 269. *n.* 15. Alexand. Trent. alios addit teſtando de magis communi opinione, *tract. de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 9. qui tamen diſſentit, Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 10. vbi in fine, dicit eſſe communiſſimam opinionem, & *qu.* 11. *num.* 8. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 18. *num.* 76. Fachin *lib.* 4. *controu. iur. cap* 44. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *nu.* 56. *par.* 2. hanc videtur ſequi opinionẽ Guid. Pap. *deciſ.* 534. & prædicti ferè omnes teſtantur hanc opinionem eſſe veriorem & magis communem, *Seraph. deciſ. Roman.* 409. *num.* 1. 11. 12.

2 Primò adducitur pro iſta ſententia, *l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar. & pup. ſubſt.* vbi dicitur, quod poſt decimũ quartum annum ſubſtitutio ciuilibus verbis facta, fruſtra fieri dicitur. Atqui illud dicitur fruſtra fieri, quod ſine fructu fit, *l. fruſtra, C. ne vxor pro marito, cap. ſi Romanorum,* 19. *diſtinct.* ergo compendioſa directis verbis facta, poſt pupillarem ætatem non valebit iure fideicõmiſſi, quia fruſtratoria non eſſet ſubſtitutio, ſi valeret in vim fideicommiſſi.

3 Reſpondetur tamen, quod iſte text. dicit poſt decimumquartum annum directo ſubſtitui non poſſe, non autem negat, quod ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem

4 valeat iure fideicommiſſi, quod probatur. Primò, quia text. eſt poſitus ſub rub. de directis ſubſtitutionibus, ergo de directa intelligi debet, quia leges intelliguntur iuxta titulum, cui ſubijciuntur, *l. licet Imperator, ff. de in diem adiect.* Secundò, quod text. loquebatur de directa non compendioſa ſubſtitutione, patet, quia compendioſa facta puberi verbis ciuilibus in vim fideicommiſſi ſuſtinetur. Doct. communiter, *d. l. verbis ciuilibus*, & dicam infra: ergo dum text. dicit, eſſe ſine fructu, intelligi debet de directa ſubſtitutione, non de compendioſa, in ſe aptitudine continente etiam fideicommiſſariam. Tertiò, ex eodem text. idem colligitur, dum poſtquam dicit eſſe fruſtratoriam ſubſtitutionem directam, poſt decimumquartum annum, ſubijcitur in text. an iſte ſubſtitutus, vt adiectus hæres admittatur, quod non fuiſſet dictum, ſi omnino fruſtratoria eſſet ſubſtitutio, ideò intelligi debet, fruſtra fieri reſpectu directæ ſubſtitutionis, non fideicommiſſariæ. Vnde aliqui dicebant hunc text. probare contrarium, dum dicit, quod ille ſubſtitutus non admittitur, vt adiectus hæres, quia fieret contra voluntatem teſtatoris, ergo à ſenſu contrario, vbicunque eſſet ſecundum voluntatem teſtatoris, admitteretur ſubſtitutus: ſed in caſu iſto quod ſubſtitutus admittatur ex fideicommiſſaria ſubſtitutione non eſt contra eius voluntatẽ, ſed ſecundum illius voluntatem, vt dicetur in fundamẽtis alterius opinionis, igitur poſt pupillarem ætatem locus erit fideicommiſſariæ.

Secundò accedit text. *in* §. *vltimo, inſt. de pup. ſubſtit.* vbi dicitur, quod filio puberi non poteſt ſubſtitui, vt ei alius ſit hæres, ſi aliquo tempore deceſſerit, ſed ſolum cõceditur, vt eum per fideicommiſſum obliget.

Reſpondetur, text. non negare, immo concedere, quod ſubſtitutio valeat iure fideicommiſſi, non enim ibi negatur, quod ſubſtitutio facta verbis directis non obliquetur, ſi talis ſit mens teſtatoris, iuxta *l. Scæuola* 4. *ad Trebell.*

Tertiò, ad idem allegatur *l. Centurio, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* vbi dicitur ſpeciale eſſe in milite, quod ſubſtitutio poſt libertatem valeat, ergo in pagano de iure communi erit aliud dicendum.

Reſpondetur, quod ſpecialitas in milite conſiſtit, quod valeat iure directo poſt pubertatem, non autem quod ſimpliciter valeat, igitur non erit mirum ſi in pagano valebit iure fideicommiſſi.

Quartò facit *l. in pupillari, ff. de vulg. & pup.* vbi dicitur, quod ſi in ſubſtitutione pupillari longius tempus cõprehenſum fuerit finitur ſubſtitutio pubertate. 5

Reſpondetur, illum text. loqui de pupillari ſubſtitutione, vt ſcilicet ille finiatur, non autem, vt finiatur alia ſubſtitutio, quæ in ea contineri poſſet, vt eſt vulgaris, Doct. communiter *in l.* 1. *q. vlt ff. de vulg.* vbi dicunt aduenientem pubertate non extingui vulgarem, ſi ergo nõ extinguitur vulgaris, patet text. loqui ſolum de pupillari, dum dicit ſubſtitutionem pubertate finiri: non ergo ibi negatur poſt pubertatem poſſe locum eſſe fideicommiſſariæ.

Quintò, confirmatur *ex l. ſi ſeruus legatus,* §. *ſi ſeruus alienus, ff. de legat.* 1. & *l. ſeruo tuo cuncta, C. de teſtamen. manumiſſ.* vbi ſi alieno ſeruo relinquatur libertas directè, quæ relinqui directò non poteſt, non valet etiam, vt fideicommiſſaria, quamuis concurrat fauor vltimæ voluntatis, & fauor libertatis, ergo nec ſubſtitutio directis verbis facta trahetur ad fideicommiſſum.

Reſpondetur, quod iſte text. loquitur de libertate fideicommiſſaria, quæ ſeruo alieno non omnibus verbis, ſed quibuſdam verbis vulgaribus dari ſolebat, *l. libertas etiam, ff. de fideic. libert.* nimirum ſi libertas data non verbis illis vulgaribus, ſed directò in vim fideicommiſſi non debetur. At in ſubſtitutionibus non requiruntur certa ſpecialia verba, ſed quibuſcunque verbis conſtet de voluntate teſtatoris, ſeruanda illa erit *l. non aliter, ff. de leg.* 1. Aliæ etiam reſponſiones dantur à Doct. apud quos, ſi libet, videri poterunt.

Sextò additur, quod teſtamentum verbis directis factum, ſi valet directè, non porrigitur ad codicillos, & ſic ad fideicommiſſum, *l.* 1. *in fine, C. de codicil. iunct. l. non codicillum, C. de teſt. & l.* 1. *ff. de iur. codicill.* ergo, &c. 6

Reſpondetur, quod aliud eſt in inſtitutione, aliud in ſubſtitutione, nam ſi fiat inſtitutio, patet quod voluit teſtari, non codicillos facere, *l. illud,* §. *tractari, C. de iur. codicil. & d. l. non codicillum*, ideo inſtitutio non trahitur ad codicillos, ſed quando ſumus in ſubſtitutione, licet fiat verbis directis, non tamen colligitur, quod teſtator noluerit valere in vim fideicommiſſi, *d. l. Scæuola, ff. ad Trebell.* nimirum ſi ex voluntate præſumpta teſtatoris poſt pubertatem, & aditam, ſubſtitutio valet in vim fideicommiſſi.

Septimò facit *l. generaliter,* §. *ſi quis ſeruo pignorato, ff. de fideic. libert.* vbi libertas directò data trahitur ad fideicommiſſum, & ibi dicitur fauore libertatis fieri, ergo regulariter diſpoſitio directa non obliquabitur, nec poteſt dici fauore vltimæ voluntatis obliquari, quia in illo text. ſuperfluum fuiſſet dicere, id libertatis fauore concedi.

Reſpondetur, ex illo text. non deſumi, diſpoſitionem directam non obliquari excepto fauore libertatis, nam, & in alijs caſibus ſubſiſtente legitima ratione ſubſtitutio directa trahitur ad fideicommiſſum. *d. l. Scæuola, ff. ad Trebell.* At hìc extat rationabilis cauſa, nam cum ſubſtitutio compendioſa oſtendat mentem teſtatoris fuiſſe, vt vſque ad mortem hæredis locum habeat ſubſtitutio deficiente conditione appoſita ſiue adita ſit hæreditas, ſiue non adita, & tam moriente inſtituto in pupillari ætate, quam poſt, ſequitur, quod ſi adita ſit hæreditas, poſt pupillarem ætatem ſubſtitutio non poteſt operari effectum, nec valere niſi in vim fideicommiſſi, ergo, vt ſuſtineatur voluntas teſtatoris, ſubſtitutio directis verbis facta obliquabitur, *dict. leg. Scæuola, ff. ad Trebell.*

Octauò, adducitur *cap. ſi pater, de teſtament. in* 6. vbi

Aret.

Aret.ponderat ibi dici,quod ſi verba, & perſona conueniant ſubſtitutio iudicatur directa, quanquam ex cauſa ſubſtitutio directa interdum ad fideicommiſſariam, trahetur. Atqui ſi hæc compendioſa poſt pubertatem traheretur ad fideicommiſſariam, hoc regulariter, non interdum contingeret, ergo regula conſtituenda eſt,quod non trahatur ad fideicommiſſariam.

8 Reſpondetur, quod ille text. vult in dubio iudicari ſubſtitutionem directam ſi verba, & perſona patiantur, licet interdum ad fideicommiſſariam trahatur, hoc eſt licet fallat hæc regula ex cauſa, puta fauore matris, *vt d.l.precibus, C.de impub. & alijs ſubſt.* vel interdum, vbi non poteſt valere, vt directa, & in contrarium extet mens teſtatoris,*d.l.Scæuola.*

9 Nonò ponderatur,*l.nec enim,§.ſi.cum l. ſeq.ff.de milit.teſta.& l.Antonius, ff.de fideic.libert.* vbi fideicommiſsaria ſubſtitutio, non trahitur ad directam, niſi fauore libertatis, etiam ſi Paganus non habuit tempus ſibi prouidendi de directa ſubſtitutione, ergo pariter è contra directa ſubſtitutio non debet trahi ad fideicommiſsariam, cum contrariorum eadem ſit diſpoſitio, *l.vltima,§.vlt.ff.de legat.3.*

10 Reſpondetur, quod contrariorum eadem non eſt diſpoſitio,quando adeſt diuerſa ratio, Gloſ.*fine, in l.& ſi contra,ff.de legat.3.* Sed alia eſt ratio directæ, alia fideicommiſsariæ ſubiſtitutionis, nam quod directa trahatur ad fideicommiſsariam conceditur: non è contra Bart.*in d.l.Centurio, in oppoſ.ad ſecundam partem.* Et ratio eſt quia plus eſt in directa ſubſtitutione quàm in fideicommiſsaria,& quod plus eſt,continet in ſe quod eſt minus non autem quod minus eſt, poteſt continere in ſe, quod eſt plus, ad tradita per Bar.*in l.tutores,§.curator,ff.de admin.tut.*

11 Decimò corroboratur ex regula, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, *l.multum, in ſi.C.ſi quis alteri,vel ſibi.* Et ideo actus qui explicatur alio modo, quam explicari poteſt,non valet. Atqui poſt pubertatem directò ſubſtitui non poteſt ſed, per fideicommiſsū,*§.extraneo,inſt.de pup.ſubſt.*Bart.*in l.2.ff.de vulg.& pup.*& ibi alij ſcribentes: ergo ſubſtitutio facta directis verbis poſt pubertatem nullo modo valet.

12 Reſpondetur, quod reg. *dicta l.multum*, non habet locum in vltimis voluntatibus, in quibus attenditur voluntas teſtatoris, & ideo ſubſtitutio, quæ in codicillis directo fieri non poteſt,ſubſtinetur in vim fideicommiſſi ob adimplendam voluntatem teſtatoris *d.l.Scæuola,ff.ad Trebell.*

Vndecimò arguitur, quod ſubſtitutio directa eſt inducta in fauorem hæredis, arg.*l.ſi pupillus, ff.de acquir. hæred.*& dixi *ſuprà q.*89. Atqui ſi poſt pubertatem valeret iure fideicommiſſi, inducta in fauorem retorquerentur in odium, contra *l.quod fauore., ff.de legib.*& fideicommiſsum dicitur onus,*l.cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulg.pup.ſubſt.*ergo,&c.

Reſpondetur, quod iſtud procederet,niſi appareret de mente teſtatoris,quod voluerit per fideicommiſsum ſubſtituere poſt aditam, & pubertatem, hic autem pater de voluntate teſtatoris, quod poſt pubertatem voluerit ſubſtituere,dum dixit, quandocunque deceſserit, &c. vt applicamus in reſponſione ad ſeptimum argumentum, ergo actus debet valere eo modo, quo poteſt,ſcilicet per fideicommiſsum, *l.quoties,ff.de reb.dub.*

13 Duodecimò facit regula, quod capienda eſt interpretatio,vt hæres minus grauetur, *l.vnum ex familia.§.ſi rem.ff.de leg.*2.Menoch. *conſi.*140.*n.*3.*& conſ.*329.*n.*9. Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.*9.*tit.*1.*nu.*5.Præt.*de inter. vlt.vol.fol.*306.*nu.*22.igitur dicendum erit quod ſubſtitutio poſt pubertatem non obliquetur.

Reſponſiones plures dantur à Doct. præcipuè à Soc. 14
iun.& Odd.*infra citandis*: ſed illa ſufficiat nunc cum Soc.& Pereg. quod regula procedit, niſi ex diſpoſitis aliud ſenſiſse teſtatorem colligatur. Atqui ſubſtituendo vſque ad tempus pubertatis, pater pupillum eſse grauatum in plus, quam poſt pubertatem, nam ſi directò, omnia bona veniunt, ſecus ſi per fideicommiſsum propterea interpretatio pro fideicommiſso non eſt contra mentem teſtatoris ſed ſub verbis complectitur, cum voluerit ſubſtituere quocunque tempore moriatur inſtitutus ſiue in pupillari, ſiue poſt vt etiam dictum fuit.

Secunda eſt opinio, quod poſt aditam hæreditatem, 15
& pupillarem ætatem ſubſtitutio valeat iure fideicommiſſi, non autem quod expiret: ita in ſpecie ſcribunt Gloſ.*in.§.vltimo,inſtit.de pup.ſubſt.*Bald.*in l.ex trib.n.*3.*C.de inof.teſtam.*Ang.*in l.*1.*in princip.ff.de hæred.inſt.* Salic.*in l.precib.col.*7.*C.de imp.& al.ſubſt.*& ibi Sebaſt. Sap.*n.*59.Dec.*n.*17.Coraſ.*n.*57.& Cagnol.*n.*190.Alex. *in d.l.Centurio,n.*99.*ff.de vulg.*& ibi Gallia.*n.*287.vbi dicit conſulendo, & iudicando non eſse recedendum ab hac opinione,& Soc. iun.*n.*224. Io. Andr.*in ca.ſi pater, in Gloſ.nou.per eum addit de teſta.in*6.& ibi Arnol. de Sol.Hiſp. Butr.*in cap. Rainutius,n.*42.*ext.de teſt.*& ibi Abb.*n.*21.Florian.*n.*21.Card.& Bened.Capr.*in materia comp.n.*58.*& ſeq.*Bertrand.*conſi.*357.*n.*9.*lib.*2.Signor. *conſi.*107.*n.*30.Bero.*conſi.*123.*nu.*8.*lib.*2.vbi teſtatur de communi opinione, Zaſ.*de comp.n.*17. Polit.*de comp.n.*28.Leon.*de comp.n.*307. vbi latiſsimè Eman. Soarez *in annot.* Ant. Gomez .*comen. tom.*1.*c.*7. *in ſuis annot. n.*3. vbi dicit hanc opinionem æquiorem. Vaſq. *de ſucceſ. progreſ. lib.*2.*§.*18.*n.* 36. *vſq.ad n.*108. vbi dicit ab hac opinione iudicando, & conſulendo non eſse recedendum,& eſse æquiſſimam opinionem. Odd.*de comp. par.*5.*q.*3.*tit.de cōp.à Paz fact.art.*2.*n.*28.vbi dicit hāc opinionem eſse æquiorem, licet prima ſi magis communis,Menoch.*lib.*4.*præſu.*55.vbi dicit hanc ſententiam eſse humaniorem, & magis conſonam voluntati teſtatoris Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.*7.*tit.*3. vbi latè Alex. Trent.*de ſubſt.par.*4.*cap.*9.vbi dicit hāc eſse communē opinionem Canoniſtarum, & eſse magis æquam, & conſulendo, & iudicando ab hac non eſse recedendum Pereg.*de fid.art.*34.*n.*71.*& ſeqq.* vbi dicit in iudicis hanc opinionem præualere debere, ſi verbis directis non ciuilibus concepta eſt ſubſtitutio, & hæc opinio mihi ſemper viſa fuit verior, & ſecundum iſtam etiam conſului ſuper teſtamento D.Franciſci de Belaſijs. 16

Fundamenta huius opinionis,quæ me mouerunt,ſunt; Primo, quia teſtator ſubſtituendo videtur ſubſtituere quandocunque moriatur inſtitutus, ſiue ante aditam ſiue poſt,ſiue in pupillari ætate,ſiue poſt, *l.Centurio, ff.de vulg.l.precib.C.de imp.& al.ſubſt.* Vaſq. *lib.*2.*de ſuc. progr.§.*18.*n.*105.*verſi.denique,& verſi.preterea etiam* vnde cum aditam, & pupillarem ætatem ſubſtitutio aliter valere non poſſit, quam in vim fideicommiſſi, dicendum eſt teſtatorem voluiſse ſubſtitutionem valere eo modo, quod poteſt, & ſic per fideicommiſsum, quia voluntas teſtatoris ad poſſibilia cenſetur directa, *l.ſi quis ita,ff.de condit.& demonſt.l.Lucius, §.penult. ff.ad*
municip. Et voluntas teſtatoris eſt ſeruanda tanquam 17
lex *§.diſponat.in aut.de nupt.* & in vltimis voluntatibus mens teſtatoris totum facit, & primum locum obtinet, *l.in conditionibus, ff.de condit.& demonſt.* nec rigor verborum ita attendi debet, vt ſit melior ſenſu, & voluntate teſtatoris, *l.quoniam indignum, C.de teſta. l.*3.*C.de lib.præter.*quinimò ſeruanda eſt voluntas teſtatoris, & ſi verba impropriemtur *l.inſulam, ff.de præſcrip.verb.l.ſcire oportet, §.aliud.ff.de excuſat.tut.* Et quod hæc fuerit voluntas teſtatoris confirmatur

exc'luritus per Vaſqu. *de ſucceſſ. progreſſ. libr. 2. tit. de compend. ſub*. §. 18. n. 82. 86. *& ſeq*.

Secundò in vulgari expreſſa, continetur pupillaris tacita, & è contra, licet verba videantur repugnare, & hoc ex præſumpta mente teſtatoris lex ſic interpretatur, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar*. Doctor. *in l. 1. & 2. §. ff. de vulga. & pupill. ſubſtitut*. ergo & in caſu iſto, ſubſtitutio valebit poſt pubertatem in vim fideicommiſſi ex mente teſtatoris, cum maximè verba non repugnent, immo ex ipſis verbis voluntas colligatur, quamuis verba directa non ſonent in fideicommiſſum, quod voluntas ex verbis colligatur dictum fuit in præcedenti argumento.

18 Tertiò, ſi ſuperueniente pubertate ſubſtitutio non operaretur fideicommiſſum, nulla eſſet differentia inter pupillarem, & compendioſam, & tamen ſubſtitutiones eſſe diuerſas patet, cum diuerſo nomine nuncupentur, *l. ſi idem, C. de codicil*. & ita arguit Vaſq. *d. §. 18. nu. 82. verſ. item ſi expiraret*.

Quartò, idem Vaſq. adducit *l. codicil. §. pen. ff. de leg. 2*.

Quintò, ſubſtitutio obliquatur ſi fiat in codicillis, *l. Scæuola, ff. ad Trebell*. ſed hic agitur de ſubſtitutione facta inter liberos, quæ in ſe tacitam habet clauſulam codicillarem, *l. vltima, C. famil. erciſc*. ergo &c. Et quamuis *d. l. Scæuola*, procedat quando ab initio non potuit valere iure directo, attamen & fortius idem dicendum eſt, quando à principio potuit valere, & poſtea obliquatur poſt pupillarem ætatem: nam primo caſu poterat dubitari, quod teſtator ſic ſubſtituendo voluerit facere actum nullum, ſed in ſecundo caſu colligitur cum omninò voluiſſe habere ſubſtitutum. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. n. 8*.

Sextò, verba non debent eſſe ſuperflua, ſed potius aliud operari, *l. ſi quando, ff. de legat*. 1. ſed ſi expiraret ſubſtitutio poſt aditare, & pupillarem ætatem, verbum quandocunque, eſſet ſuperfluum, ergo &c.

19 Septimò, ponderari poteſt *l. Centurio*, vbi ſpeciale eſt in milite, vt valeat iure directo, ergo regulare erit in Pagano, vt valeat iure fideicommiſſi.

20 Octauò plurimum confert, *l. ex facto in principio, ff. ad Treb*. vbi ſi teſtator grauat hæredem ſuum, vt faciat alium hæredem dicitur inſtitutus grauatus per fideicommiſſum reſtituire hæreditatem, ergo mirum non erit, ſi directa ſubſtitutio, quæ durare non poteſt poſt pupilarem ætatem, ſortiatur tamen effectum in vim fideicommiſſi. Idem probatur, *in l. filius familias, §. ſi quis hæredem. ff. de legat*. 1.

21 Nonò, ſi teſtator voluit ſubſtituere, quandocunque moriatur inſtitutus, ſi ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem eſſet finita, videretur teſtatorem elegiſſe viam impugnandi ſui iudicij, quod non credendum, *l. 3. ff. de teſt. milit*.

22 Decimò, facilius vna ſpecies mutatur in aliam, quam quod pereat, *l. vlt. C. de hæred. inſt. l. cũ quæſtio, C. de leg*. & ibi Corn. ergo dicendum potius erit quod ſubſtitutio directa mutetur in fideicommiſſariam, quam quod pereat.

Vndecimò, nouum non eſt, quod eadem verba ponantur in propria ſignificatione reſpectu vnius temporis, & impropria reſpectu alterius temporis, *l. pater Seuerinam, §. conditionum, ff. de condit. & demonſtr*. ergo abſurdum non erit, quod verba directa propriè ſient intra pupillarem ætatem, & poſt improprientur, vt fideicommiſſum importent, & verba, ſi deceſſerit, quandocunque hæres eſto, hunc habebunt ſenſum, vt ſi in pupillari ætate filius deceſſerit, tunc ſubſtitutus ex pupillari hæres fiat, & ſi deceſſerit poſt pubertatem, tunc hæres fiat ex fideicommiſſo. Et quamuis fideicommiſſarius hæres impropriè, & loco hæredis habeatur, Menoc. *conſ*. 610. *n. 3. & ſeq. & conſil*. 115. *n. 7*. Surd. *cõſ*. 22. *n. 16. lib. 2*. Craſſ. *in §. hæreditas, queſt. 9*. Ioſeph. Ludou. *dec. Luc. 40. nu. 6. & ſeq. & concl. 16. illat. c. 2. verſi. ſexto modo*. Decian. *reſp. 26. n. 87. & ſeqq. lib. 2*. Rip. *in rubr. de vulg. num*. 12. & ibi Ceph. *nu*. 224. *& num*. 247. Attamen & verba impropriantur, vt ſeruetur voluntas teſtatoris, *l. inſulam, ff. de præſcript. verb*. Clar. *in §. teſtamentum, q*. 76. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. *conſi. 20. n. 20. & lib. 1. Præſump. q. 26*. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5*. Pręt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 153. n. 219. & ſeqq. & fol. 162. ſolut. 1*. Pereg. *de fideicomm. art. 34. n. 70*.

23 Duodecimò, in hac cõpendioſa continetur vulgaris, pupillaris, exemplaris, & directa militaris Doct. omnes *in d. l. Centurio*, ſi ergo cõtinetur vulgaris licet teſtator adiecerit verbum, ſi deceſſerit quod denotat, & ſignificat hęreditatis acquiſitionem, & aditionem, & continetur pupillaris, & exemplaris, quæ locum habent poſt aditam: ergo pari ratione continebitur fideicommiſſaria, quæ locum habet poſt aditam, & maiorem habet ſimilitudinem cum pupillari, exemplari, & directa militari, quæ poſt aditam locum habent, quam cui vulgari, quæ expirat per aditionem, *l. poſt adita, C. de imp. & al. ſubſt*.

Decimotertiò, adducitur *cap. Raimutius, ext. de teſt*.

Decimoquartò, ad idem facit text. *in cap. ſi pater, de teſtam. in 6*.

24 Decimoquintò pro hac opinione videatur *l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit*.

25 Decimoſextò addo quod hæres idem eſt quod dominus Gloſſ. *l. item Mela, §. legis ff. ad leg. Aquil. & in §. pen. inſtit. de hered. inſt. l. his verbis in princ. ff. de hered. inſtit*. Milan. *dec. 3. numer. 18. circa medium, par. 1*. Et appellatione domini venit vtilis dominus, *l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphi. petat. Bart. in l. & ſi poſſeſſor, §. item ſi iurauero, ff. de iureiuran*. Sed illa verba, dominus eſto, poſſunt verificari in domino vtiliter per fideicommiſſum ergo pariter, & verba, hæres eſto: appellatione enim heredi venit & fideicommiſſarius, *l. 1. C. quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. l. filius, §. 1. ff. quod cum eo*. Ceph. *conſ. 377. n. 27*. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. art. 3. n. 16*. Peregr. *de fideicomm. art. 34. n. 70. ver. addo etiam*. Et licet impropriè dicatur hæres, vt dixi ſupra *n. 22*. attamen & verba impropriantur, vt ſeruetur voluntas teſtatoris, vt poſt Craſſ. Menoc. Mant. & alios dixi *ſup. n. 23*.

26 Tertia eſt opinio, quæ diſtinguit, vt prima procedat, quãdo ſubſtitutio eſt concepta verbis directis ciuilibus, ſecunda verò ſi verba non eſſent directa, ciuilia. Bart. *in d. l. Centurio, n. 14*. & ibi Angel. Aret. *n. 8*. Galliau. *n. 201*. Rip. *n. 71*. Bolog. *n. 159*. & Soc. iun. *n. 226. ff. de vulg*. Bald. *in l. ſi ſine, n. 1. C. ad Treb*. Ang. *in d. l. precib. n. 20*. & ibi Curt. iun. *C. de impub. & aliis ſubſtit*. Franc. *in c. ſi pater, de teſt. in 6*. & ibi Gemin. Ant. de Butr. *in c. Raimutius*, & ibi Anchar. & Crot. *ext. de teſt*. Aret. *conſ*. 155. Paul. Caſtr. *conſi. 152. nu. 2. lib. 2*. Alex. *conſi. 165. lib. 4*. Hie. Gabr. *conſi. 169. n. 43. & 49. lib. 1*. vbi dicit hanc eſſe cõmunem opinionem. Odd. *conſi. 95. n. 8*. Et in tractatibus Bald. *de compend. n. 7*. Bart. Huc. *de compend. nu. 6*. Aret. *de cõpend. n. 9*. Rolãd. *de cõpend. n. 6*. Aret. *de cõpen. n. 9*. Roland. *de comp. n. 24*. Odd. *de comp. par. 5. q. 3. tit. de cõp à Pag. fact. art. 1. n. 38*. Alex. Trẽt. *de ſubſt. part. 4. c. 9. n. 6*. Pret. *de interpr. vlt. vol. fol*. 269. *nu*. 15. Peregr. *de fideicomm. art. 34. n. 73*. Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q*. 12.

27 Hanc tamen diſtinctionem improbarunt Comenſi *in d. l. Cẽturio*, & ibi Imol. *n. 11*. Alex. *n. 35*. Iaſ. *n. 31*. Lãfrã. de Orian. *n. 21*. Galliau. *n. 32*. Soc. iun. *n. 34*. & Ceph. *nu*. 509. Salic. *in l. precibus, n. 7*. & ibi Caccial. *n. 44. & ſeqq*. Cagnol. *n. 109*. Rimin. iun. *n. 399*. & Curt. iun. *C. de imp. & alijs ſubſti*. Alex. *in l. verbis ciuilibus, n. 2. ff. de vulg*. Coraſ. *in l. in teſtament. n. 14. C. de impub. & aliis ſubſt*.

Card.

Card. in c. Raimutius, ext. de teſt. Fum. *de ſubſtit. comp. n.* 74. *in fi.* Polit. *de comp. n.* 22. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. li.* 2. §. 18. *n.* 77. Zaſ. *tract. ſubſt. c.* 5. *n.* 2. Petr. Greg. *par.* 3. *Syntag. iur. lib.* 42. *c.* 11. *n.* 5. *circa fin.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *excep.* 22. *n.* 56. *in fi. par.* 2. Menoc. *li.* 4. *præſũp.* 55. *n.* 3. *& ſeqq.* quorum opinionem & ego ſequendam puto, & abſolutè retinendam eſſe ſecundam ſententiam.

28 Declaratur autem prima opinio multipliciter, & primò, vt non procedat, quando facta eſt ſubſtitutio in re certa, quia tunc traheretur ad fideicõmiſſum, ita in ſpecie Odd. *de ſubſt. p.* 5. *q.* 3. *tit. de compend. à Pag. fact. art.* 1. *n.* 39. vbi refert Salic. Alex. Rip. & Galliau. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 55. *nu.* 17. Peregr. *de fideicom. art.* 34. *nu.* 81. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 11. *nu.* 9. Gall. *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 22. *n.* 71. *& ſeq. par.* 2.

29 Contrariam tamen opinionem tenuit Soc. iun. *in d. l. Centurio*, vbi dixit eſſe de mente Bart. Circa tamen hanc declarationem videnda erunt, quæ ſcripſi *quæſt.* 241. *nu.* 24. *& ſeqq.*

30 Declaratur ſecundò non procedere, quando ſubſtitutio eſt facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, quia tunc trahitur ad fideicommiſſum. Cin. *in d. l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.* & ibi Bald. Angel. Salic. & Iaſ. Din. *in d. l. Centurio*, & ibi Rainer. Bartol. Bald. Angel. Imol. Aret. Alex. Iaſ. Rip. *numer.* 74. Marc. Aquil. *par.* 4. *nu.* 58. & Ceph. *n.* 625. vbi teſtantur de communi opinione, Bald. *in l. ex tribus, C. de inoff. teſt.* Conon. *in c. Rainutius, ext. de teſtam.* Old. *conſi.* 181. Bart. *conſ.* 22. Anchar. *conſi.* 27. *num.* 2. Bald. *conſi.* 18. *conſi.* 35. *num.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 423. *lib.* 3. Fulgoſ. *conſ.* 411. Paul. Caſt. *conſ.* 41. *n.* 2. *lib.* 1. Curt. iun. *conſ.* 85. *nu.* 5. Zaſ. *de compend. num.* 19. *in fine*, vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio, quæſt.* 71. *nu.* 8. vbi de communi opinione teſtatur, Odd. *de compend. part.* 5. *qu.* 3. *tit. de compend. à Pagano fact. art.* 1. *nume.* 40. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 55. *num.* 18. Alexand. Trent. *de ſubſtit. parte* 4. *cap.* 9. *nu.* 23. vbi teſtatur eſſe communem opinionem Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. §. 18. *num.* 75. Pereg. *de fideicomm. art.* 34. *num.* 38. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *quæſt.* 11. *nu.* 10. *& q.* 14. vbi alios multos addit Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 21. *nu.* 69. *& ſeq. part.* 3. vbi dicit maximè procedere quando conditioni, ſi ſine liberis, eſſet appoſita dictio, quandocunque, & volunt alij relati ſupra *quæſt.* 246.... *n.* 5.... Ratio autem eſt, quia illa conditio, ſi ſine liberis, hanc habet vim, vt oſtendat teſtatorem voluiſſe ſubſtituere poſt pubertatem.

31 Contrariam opinionem malè probauit Caccialup. *in d. l. precibus, n.* 49.

32 Ampliatur iſta declaratio, & ſi teſtator dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate, & ſine liberis deceſſerit, Titius hæres eſto, nam adhuc poſt pupillarem ætatem ſubſtitutio erit fideicommiſſaria, Paul. Caſt. *conſi.* 43. *ſubſtitutio prædicta, nu.* 2. *li.* 2. Rip. *in d. l. Centurio, n.* 94. *ff. de vulg.* Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 9. *num.* 3. *verſ. quæ concluſio*, & dixi etiam, *quæſt.* 111.

Contrariam opinionem tenuerunt, Raph. Cuman. *conſ.* 125. Corn. *conſ.* 61. *lib.* 2. & alios retuli, *d. quæſt.* 111.

33 Pro prima opinione facit, quia niſi contineretur fideicommiſſaria, verba, ſi ſine liberis, eſſent ſuperflua, contra *l. ſi quando, ff. de leg.* 1. Nec obſtat, quod pupillus poſſit generare, Gloſſ. *in Summa* 20. *q.* 1. & poſt alios multos ſcripſerunt multa exempla referendo Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 87. *num.* 32. *& ſeq.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 2. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 2. *in fin. verſ.* 7. & Intrigl. *de ſubſt. cent.* 1. *quæſt.* 64. Reſpondetur enim attendendum eſſe, id quod communiter, non miraculosè contingere poteſt, & ita conſideraſſe teſtatorem, *arg. l. nam ad ea, ff. de legib.* arguendo à lege ad teſtatorem, quod argumentum ſubſiſtere probauit Euerar. *in ſua cent. in loco, à lege ad teſtatorem*, & veriſimiliter teſtator cogitauit de tempore, quo filius habere poteſt filios, & ſic poſt pubertatem, non autem de tempore pupillaris ætatis. Maximè, quia pupillaris habet ſub ſe tacitam conditionem, ſi ſine liberis, nam expirat ſtatim, quod pupillus filios habet. Doct. *in l.* 2. *ff. de vulgar.* ergo expreſſio eſſet ſuperflua quantum ad pupillarem, vt ergo operetur, debet importare fideicommiſſariam, ita Rip. *in d. l. Centurio, n.* 94.

34 Porrò ſi dictum eſſet, ſi in pupillari ętate, vel ſine liberis, &c. ſubſtitutio poſt ætatem pupillarem eſſet fideicõmiſſaria, Gloſ. *in c. ſi pater, in verb. abſque deductione, de teſt. in* 6. Alex. Trent. *de ſubſt. part.* 4. *ca.* 9. *num.* 23. *in fin.* Boer. *deciſ. vlt. & videnda erunt dicta, ſup. d. q.* 111.

35 Declaratur tertiò non procedere, quando in teſtamẽto adeſt clauſula codicillaris, quia poſt pubertatem trahitur ad fideicommiſſum, & ſi verbis directis ciuilibus ſubſtitutio facta ſit, Gloſ. *vlt. in* §. *maſculo, inſt. de vulg.* Bart. *in l.* 1. *nu.* 21. *ff. de iur. codicil.* Bald. *in l. verbis ciuilibus, n.* 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ibi Angel. *num.* 1. *in fine*, Imol. *num.* 2. Paul. Caſt. *num.* 3. Alex. *num.* 2. & Iaſ. *nu.* 13. Angel. *in l. pupillari, ff. eod.* & ibi Imol. *num.* 1. idem Angel. *in l. precibus, num.* 10. & ibi Fulgoſ. *num.* 15. Aret. *nume.* 6. *in fin.* Paul. Caſtr. *nu.* 15. Iaſ. *num.* 11. Dec. *nu.* 17. Caccialup. *nu.* 52. *& ſeq.* Sebaſt. Sap. *nu.* 63. Curt. iun. *n.* 54. & Cagnol. *nu.* 197. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* Fulgoſ. *in l. ſi frater, C. de fideicomm.* & ibi Paul. Caſtr. & Corn. Imol. *in d. l. Centurio, nu.* 14. & ibi Paul. de Caſtr. *nu.* 3. Alex. *nu.* 68. Lanfranc. de Orian. *nu.* 20. Claud. *nu.* 26. Rip. *nu.* 54. *&* 59. Galliau. *nu.* 254. Alciat. *nu.* 67. Bolognet. *n.* 165. & Ceph. *n.* 590. *ff. de vulg. & pupill.* Rub. *in l. Gallus, §. quidam rectè, nu.* 18. *ff. de liber. & poſthum.* Franc. *in c. ſi pater, col.* 39. *de teſta. in* 6. Imol. *in cap. Rainutius, num.* 181. *ext. de teſtam.* Et ibi Gul. Bened. *in materia compend. nu.* 33.

Et conſulendo Anchar. *conſ.* 27. *nu.* 2. Fulgoſ. *conſ.* 44. Paul. Caſtr. *conſ.* 200. *num.* 1. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 82. *n.* 12. *li.* 2. *conſ.* 40. *lib.* 3. *conſ.* 51. *nu.* 3. *& conſ.* 201. *nu.* 18. *lib.* 6. Bertrand. *conſ.* 357. *num.* 6. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 44. *n.* 6. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſ.* 77. *nu.* 1. *conſ.* 144. *n.* 2. *li.* 1. *conſ.* 7. *col.* 2. *&* 3. *& conſ.* 12. *n.* 16. *lib.* 3. Dec. *cõſ.* 205. *n.* 9. *& conſ.* 431. *n.* 9. Parit. *conſ.* 93. *n.* 11. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 48. *nu.* 6. *& conſ.* 136. Soc. iun. *conſ.* 180. *n.* 32. *li.* 2. Crauet. *conſ.* 22. *n.* 8. Neuiz. *conſ.* 57. *n.* 11. Hippol. Rimin. *conſ.* 23. *nu.* 234. *& ſeq.* Hieron. Gabr. *conſ.* 169. *n.* 50. *lib.* 1. *& conſ.* 124. *n.* 36. *li.* 2. Ceph. *conſ.* 231. *n.* 8. Decian. *conſ.* 1. *nu.* 302. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 24. *n.* 15. *li.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Odd. *conſ.* 9. *nu.* 9. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, *& conſ.* 44. *nu.* 46.

Et in tractatibus Matth. *Sing.* 140. Polit. *de cõpend. n.* 25. Paul. Leon. *de compend. nu.* 398. Conſtant. Roger. *de compend. q.* 4. *nu.* 12. *& n.* 49. Io. Dilect. *de art. teſt. c.* 12. Bauer. *tract. de iur. iuran. n.* 4. Craſs. *in* §. *ſubſtitutio, q.* 71. *nu.* 6. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Menoch. *lib.* 4. *præſum.* 55. *nu.* 12. *& præſumpt.* 60. *n.* 74. *& ſeqq.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 4. *c.* 9. *n.* 7. Præt. *de interpret. vltim. vol. fol.* 369. *nu.* 15. Pereg. *de fideicom. art.* 34. *nu.* 69. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 11. *n.* 12. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *d. except.* 22. *n.* 61. *par.* 2. Guid. Pap. *dec.* 513. *nu.* 2. Ceſ. Barz. *dec. Bonon.* 9. *num.* 10. Rota Romana, *in coll.* per Farinac. *dec.* 320. *nu.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 357. *nu.* 10. *part.* 1. Repetita *deciſ.* 344. *n.* 3. *et ſeq. part.* 2. Seraph. *dec. Roman.* 409. *nu.* 12.

36 Contrariam opinionem probarunt, Soc. iun. *conſ.* 133. *n.* 8. *li.* 2. & Odd. *de compend. part.* 5. *q.* 3. *tit. de compend. à Pagan. fact. art.* 1. *nu.* 41. alios congeſſi *ſup. q.* 8. *nu.* 43. *ver. contra*, & plures refert Rot. *d. dec.* 344. *nu.* 8.

37 Ego in hac declaratione tenerem contra communẽ, quando vera eſſet opinio in cõcluſione principali, quod-

ſubſtitutio poſt pubertatem euaneſcat, contra quam ego ſupra tenui, ſed ea ſuppoſita pro vera, nõ puto clauſulam codicillarem operari poſſe effectum fideicommiſſariæ poſt pubertatem. Primò moueor, quia ſubſtitutio potuit valere tanquam directa, & eſt vnica à principio, ergo nõ debet obliquari, Gloſſ. *in d.l. verbis ciuilibus, ff. de vulg.* Secundò, & melius, clauſula codicillaris operatur, vbi teſtamentum non poteſt valere vti teſtamentum, quia tunc ſuſtinetur vti codicilli, *l. vlt. §. illud, C. de iur. codicil.* Ceph. *in l. Centurio, n. 600. & 611. ff. de vulg.* Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 103. fol. 11. nu. 1.* Atqui hic valet vti teſtamentum à principio reſpectu inſtitutionis, igitur nõ debet in codicillos tranſmutari, cum deficiat conditio, *l. legata ſub conditione, ff. de cond. & demonſt. cum ſimil.* & eſt de intentione Alex. *in l. certi iuris in fine, C. de teſtam. mil.* non enim diſpoſitio quoad inſtitutos debet ſuſtineri vti teſtamentum, & quoad ſubſtitutos vti codicilli, cum vna & eadem res non poſſit diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui ædes, ff. de vſucap.*

38 Non obſtant argumenta diſſentientium, & primum quod vbi ſubſtitutio directa fit in codicillis, obliquatur, *l. Scæuola, ff. ad Trebel.* ergo idem fit dicendum, vbi clauſula codicillaris fuit appoſita, prout ita arguit Bald. *in d. l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar.* Reſpondetur enim, quod *l. Scæuola* procedit, quia ſubſtitutio ab initio fuiſſet inutilis, niſi traheretur ad fideicommiſſum: atqui hic compendioſa ab initio potuit eſſe vtilis, cum contineat pupillarem, vt per ſcribentes omnes, *in d. l. Centurio*, & concedunt omnes, tam pro prima, quam pro ſecunda *in hac quæſt. relati*: non ergo debet alterari ex clauſula codicillari, quæ eſt acceſſoria, *Clem. 1. ad fin. de præben.* Iaſ. *in l. ius autem ciuile, colum. 2. verſic. limita prædicta, ff. de iuſtit. & iur.* Dec. *in l. precibus, nu. 18 prope finem, C. de imp. & alijs ſubſt. & in conſil. 384. circa finem,* Rip. *in l. Centurio, n. 85. ff. de vulg.* Soc. iun. *conſ. 180. nu. 80. lib. 2.*

39 Non obſtat, *l. ſi frater tuus, C. de fideicom.* allegata ab Angel. & Fulgoſ. *in d. l. precibus.* Reſpondetur quod ibi facta fuit ſubſtitutio verbis obliquis, idque conſtat, dum ibi dicitur, quod ſi verbis fideicommiſſi aliqua parte confirmata eſt, fideicommiſſum ab hæredibus petere non prohiberis, ſed nos loquimur de compendioſa ſubſtitutione directis verbis facta, & eſt appoſita clauſula codicillaris in teſtamento: aliud enim eſt apponere verba obliqua, aliud clauſulam codicillarem acceſſoriam, & ſic ſenſit Curt. iun. *in d. l. precibus, numero 54. circa finem.*

40 Non obſtat argumẽtum Dec. *in d. l. precibus, num. 18.* quod ſcilicet in compendioſa continetur fideicommiſſaria, Doct. omnes *in d. l. Centurio*, ergo pater teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionem fideicommiſſariam, vnde licet verba directa repugnent validitati fideicommiſſariæ, attamen voluntas teſtatoris conſeruatur per clauſulam codicillarem, quę inuenta fuit ad conſeruandam voluntatem teſtatoris. Bald. *in l. vltima, col. 4. verſic. nunc aliqua, C. de codicil.* Dec. *conſil. 287. nu. 3. & 4.* Reſpondetur, quod ſi teſtator voluiſſet contineri fideicommiſſariam, non fuiſſet vſus verbis directis, *l. Labeo, §. item Tubero, ff. de ſuppel. legat.* ad hoc enim vt compendioſa contineat fideicommiſſariam, requiruntur verba habilia, arg. *l. qui teſtamento, ff. de teſtam. & l. ſi quando, in princ. C. de inoff. teſtam.* ſicuti etiam compendioſa facta verbis obliquis ſemper eſt fideicommiſſaria, vt dictum fuit, *qu. 243.* & facit *cap. ſi pater, de teſtament. in 6.* dum vult ſubſtitutionem interpretari directam, ſi verba & perſona patiantur. Nec dicatur verba pati fideicommiſſariam, cum ſubſtitutio debeat habere locum quocunque tempore moriatur inſtitutus, ſiue in pupillari, ſiue poſt, ſiue ante aditam, ſiue poſt. Reſpondetur enim, quod hoc poſſet locum habere, niſi reſtringeretur comprehenſio omnium temporum ob verba, *hæres eſto*, quæ excludunt tempora pubertatis, & quando hæreditas fuit adita, ita Odd. *dicto articulo 1. numer. 41. verſic. reſpondeo, quod eſt verum.*

41 Ampliatur iſta declaratio (ea retenta) vt procedat, quamuis hæc clauſula non eſſet expreſſe appoſita, ſed tãtum ſubintelligeretur, quia fideicommiſſaria contineretur, Iaſ. *in l. verbis ciuilibus, n. 15. ff. de vulg. & in l. precibus, n. 11.* & ibi Curt. iun. *n. 54.* & Cagnol. *nu. 200. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Galliau. *in d. l. Centurio, num. 294. ff. de vulg.* & ibi Claud. Seiſ. *n. 26.* Gul. Bened. *in c. Raynutius, in materia compend. nu. 33. ext. de teſta.* Boer. *deciſ. 33. n. 10.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 9. nu. 14. vſque ad n. 17.* Peregr. *de fideicom. art. 34. n. 75.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 11. num. 13.*

42 Contra tamen tenent Rip. *in d. l. Centurio, nu. 80. ff. de vulg.* & Odd. *de compẽd. part. 5. quæſt. 3. tit. de compend. à Pagano fact. art. 1. nu. 41. verſi. retenta.*

Quando autem in teſtamento ſubintelligatur clauſula codicillaris, videndi erunt Doctor. *in l. eam quam, C. de fideicomm.*

43 Limitatur primò hæc declaratio, quando clauſula codicillaris non eſſet concepta per verba futuri temporis, ad hoc enim, vt clauſula operetur effectum, quod fideicommiſſaria contineatur in compẽdioſa directis verbis facta debet eſſe concepta per verba futuri tẽporis. Imol. *in l. Centurio, ff. de vulg.* & ibi Rip. *nume. 85.* Sebaſt. Sap. *in dicta l. precibus, n. 13.* & ibi Caccialup. *num. 53.* Curt. iun. *num. 54.* & Cagnol. *num. 198. in fine C. de impub. & alijs ſubſtit.* Franc. *in cap. ſi pater, col. 39. de teſtam. in 6.* Soc. ſen. *conſil. 94. col. 1. lib. 4.* Neuiz. *conſil. 53. num. 11.* Odd. *conſi. 9. nu. 10.* Conſtant. Roger. *de comp. q. 3. num. 45.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 11. n. 18.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 22. nu. 62. part. 2.* & alios addidi *qu. 8. num. 43.*

6 Ampliatur ſecundò, & ſi verbo, *communi,* ſit iunctum verbum, *directum,* quia adhuc continebit fideicommiſſariam, vt ſi teſtator dixit, inſtituo, & ſubſtituo Titium, Bart. *in l.recuſare,* §.*Titius in fine, ff.ad Trebel.* Alex. *in d.l.Centurio,n.*95.*& ſeq.ff.de vulg.* Decian. *in l.*2 *ad finem,& in l.precibus,n.*20.*C.de impub.& aliis ſubſt.& conſi.*227.*n.*5. Ruin.*conſil.*61.*nu.*21.*lib.*1. Cephal.*cõſil.*231.*n.*10. cum aliis citatis *quæſt.præcedenti, num.*102.& videantur quæ dicam *quæſt.ſequenti ab hac ſecunda.*

7 Quid ſi teſtator dixiſſet, ſubſtituo Titium infraſcriptum meum hæredem? videndi erunt Bartol. *in d.leg. Centurio,ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* & ibi Rip.*n.*173.& Cephal.*num.*1034. & Alex. Trent. *de ſubſtit.par.*4.*cap.*13.*num.*10. vbi dicit Doctores communiter tenere verbum, *hæredem,* ſtare demonſtratiuè.

8 Secus eſſet, ſi omiſſa eſſent verba, infraſcriptũ & meũ, quia tunc eſſet ſolum directa ſubſtitutio, Bald. *in l.precibus, n.*43.*C.de impub.& al.ſubſt.* Alex. *in d.l.recuſare,* §.*Titius,ff.ad Trebel.* Rip. *in d.l.Cẽturio,n.*174.*ff.de vul.* Imol. *in c.Raynutius,in materia compend.extr.de teſtam.* Angel.*cõſi.*104.129.*&* 169. Soc.ſen.*conſ.*104.*li.*1. quos citat & ſequitur Alex. Trent. *d.cap.*13.*n.*10.*in fine.*

9 Limitatur primò, quando ſubſtitutio eſt facta impuberi, quia tunc ſecundum aliquos ſubſtitutio non contineret fideicommiſſariam, pro clara tamen huius limitationis declaratione tres caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, quando verbum, *impuberi,* eſt appoſitum verbo diſpoſitiuo, vt ſi teſtator ſic dixit, *filio meo impuberi ſi deceſſerit, ſubſtituo,* &c. & tunc continebitur fideicommiſſaria, nec ſubſtitutio erit reſtricta ad pupillarem ætatem, & hoc, quia verbum, *impuberi,* ſtat demonſtratiuè, & in dubiò verba cenſentur appoſita demonſtratiuè, non reſtrictiuè, *l. Mela, in princ.ff.de alim.* 10
& cibar.legat.l.vltima, §.*Titia, ff.de liberat.legat.leg. quidam teſtamento, in princip.ff.de leg.*1.& cum non conſtet qualis fuerit voluntas teſtatoris, in dubio dicendum eſt verbum *impuberi,* ſtare domonſtratiuè. 11

Secundus caſus eſt, quando verbum, *impuberi,* eſt appoſitum verbo, *executiuo,* vt quando dictum fuit, *filio meo impuberi ſuccedat,& c.* vel, *bona deueniant & c.* hæc enim verba, *ſuccedat, deueniant,* ſunt executiua, licet gratia demoſtrationis appoſita, & tunc fideicommiſſaria non continebitur, ſed ſubſtitutio erit reſtricta ad pupillarem ætatem, & ſolùm pupillarem continet quia qualitas adiuncta verbo, *executiuo,* debet adeſſe tempore executionis, *l.*3.*ff.de auro & arg.legat.l.in delictis,* §.*ſi extraneus,ff.de noxal.& leg.Titius,ff.de teſtam.milit.* Sed qualitas pupillaris ætatis eſt adiecta verbo executiuo, *ſuccedat, vel deueniant,* ergo tempore ſucceſſionis debet adeſſe qualitas pupillaris ætatis Probatur enim iſte ſecundus caſus ex text. *in l.cohæredi,* §.*cũ filiæ.ff.de vulg.& in cap.Raynutius,extra de teſt.* 12

Et in vtroque caſu tenent Bart. *in d.l.Centurio, n.... ff.de vulg.& pup.ſubſt.* quem ſequuntur ibi Alex.*n.* 92. Iaſ.*n.*50. Rip.*n.*143. Galliau.*n.*413. & alij, communiter Paul. Caſtr. *in l.cohæredi,* §.*cũ filiæ n.*10.*ff.de vulg.* Od. *d.conſ.n.*75.*& d.art.*3.*n.*48. Craſs. *in* §.*ſubſtitutio, q.*77.*nu.*2. vbi de communi opinione teſtatur Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*57.*n.*2. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4.*cap.*11.*n.*19. Gall. *de except.ſucceſſ.tit.*4.*except.*22.*n.*103.*par.*2. Intrig. *de ſubſt.par.*3.*q.*21.*n.*4.*& ſeqq.* 13

Contrariam opinionem in vtroque caſu, quod fideicommiſſaria non contineatur, tenuit Soc.iun. *in d.l. Centurio,n.*268.*verſ.& prima eſt,& n.ſeqq.* 14

Declaratur tamen ſecundus caſus, quando ſubſtitutio eſt facta cum dictione *quandocunque,* vel ſub conditione, *ſi ſine liberis,* vel alijs verbis habentibus tractum temporis, quia tunc fideicommiſſaria etiam continebitur, & verbum *impuberi,* ſtabit ſolum demonſtratiuè, ita Bart. *in d.l.Centurio,n.*31.& alij communiter ſequuntur teſte ibi Soc.iun.*nu.*268.*verſ.& prima eſt,& num.ſeqq.* Craſs. *d.*§.*ſubſtitutio,q.*74.*n.*7. Odd. *d.art.*3.*n.*48.& Menoch. *lib.*4.*præſump.*52.*num.*2. 15

Tertius caſus eſt, quando condictionalite ſit mentio pupillaris ætatis vt ſi teſtator dixit; ſi filius meus impubes deceſſerit, ſubſtitutio Caium, tunc enim verbum *impubes,* non ſtat demonſtratiuè, ſed reſtrictiuè, & limitatiuè, probaturque iſte caſus *ex tex.in l.cohæredi,* §.*cum filiæ,ff.de vulg.& pup.& in l.precibus.C.de impu.& al. ſubſtit.* Certumque eſt, quod conditio ſe habet ad caſum, ſi impubes deceſſerit, ideo in forma ſpecifica impleri debet, *l.Mæuius,ff.de cõdit.& demonſt.& l.qui hæredi,ff.ad* Rolan. à Valle, *conſ.*56.*nu.*22.*& ſeq.lib.*3. Peregr. *d.l.fi.art.*16.*n.*121. Menoch. *li.*4.*preſum.*165.& dixi *quæſt.*454.*n...* & cum filios decedit factus pubes, non erit impleta conditio ſubſtitutionis. Et huc tertiũ caſum in ſpecie probarunt Bald. *in d. l.precib. col.penult.* Paul. de Caſtr. *in d.l.cohæredi,*§.*cum filiæ,ff.de vulg.* Alexand. *in d.l.Centurio,n.*92.*ff.eod.* & ibi Rip.*n.*45 Alex. Trent. *de ſubſt.par.*4.*c.*11.*n.*10.*verſ.tertius,& vltimus.* Hic tamen caſus declarandus erit, vt declaratur præcedẽs *n.*14. 16

Non omitto circa primum caſum, quod Iaſ. *in d.l.Ce-* 17

turio, dixit verbum *impuberi*, cenſeri appoſitum demon-
ſtratiuè, quando verbo diſpoſitiuo eſt appoſitum, ſi plu-
res filij adſint, ſecus ſi vnus tantum extaret, quia demon-
ſtratio eſt inepta, & fruſtratoria, quando vnus tantùm
filius extat, & ideò voluit ſtare limitatiuè, & reſtrictiuè
arg. *l. 2. ff. de liber. & poſthum. cum ſimilibus*, eſt verum,
quod Iaſ. hoc non firmat, ſed tamen hoc ſentit & Ripa
n. 141. Horum tamen ſententiam non approbauit Soc.
iun. ibi *n. 268. verſ. iſta concluſio*, vbi tenet fideicommiſ-
ſariam contineri etiam vno tantùm filio extante, & cum
Soc. alij tranſeunt, pręcipuè Odd. *d. art. 3. n. 48. verſ. cir-
ca ſecundum*, & Alex. Trent. *de ſubſt par. 4. cap. 11. nu. 19.*
Non obſtant argumentum Iaſ. nam & ſufficit verba eſſe
appoſita gratia demonſtrationis, licet nil operentur, vt
in *l. fin. §. Titia, ff. de liber. legat.*

18 Limitatur ſecundò, quando verbo communi eſſent
addita verba, ipſo iure, ipſo facto, pleno iure, integali-
ter, totaliter, vel ſimilia verba, quæ important directam
ſubſtitutionem, nam fideicommiſſaria non continere-
tur, Bald. *in auth. hæc vſus, C. de ſac. ſanct. eccleſ.* Angel. *in
§. extraneo, n. 7. inſt. de pup.* Aret. *d. l. Centurio, n. 18. ff. de
vulg.* & ibi Iaſ. *n. 64.* Ripa *n. 182.* Gallian. *n. 173.* & Soc.
iun. *n. 333. & ſeq.* Alciat. *in l. perueniſſe, n. 5. ff. de verb. ſig.*
Abb. *in c. conqueſtus, ext. de for. compet.* & ibi Felin. Gul.
Bened. *in c. Rainutius, in mat. compend. nu. 15. extr. de te-
ſtam.* Guid. Pap. *d. ciſ. 479.* Bald. *conſ. 301. lib....* Roman.
cōſ. 130. in fine, & conſ. 239. n. 3. Paul. Caſt. *conſ. 28. nu. 4.
lib. 2.* Alex. *conſ. 36. n. 2. lib. 3.* Rolād. à Valle, *conſil. 62. n.
31. lib. 2.* vbi loquitur in fortiorib. terminis, quando ſci-
licet talia verba ſunt appoſita, verbo obliquo, Ceph.
conſ. 353. n. 29. & ſeqq. vbi teſtatur de communi opinio-
ne, & dicit maximè procedere quando ſunt huiuſmodi
vel geminata. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 4. n. 31.*

Limitatur tertiò, quando teſtator reſtrinxit ſubſtitu-
tionem ad vulgarem, & pupillarem, vt ſi dixit, & quan-
documque deceſſerit, ſubſtituo vulgariter, & pupillari-
ter, Odd. *d. conſi. 95. dub. 1. & quæ dixi q. preced. num. 45.
& q. 108. n. 8.*

19 Ampliatur etiam iſta limitatio, quando prima ſubſti-
tutio compendioſa eſſet reſtricta ad vulgarem, & pu-
pillarem, nam & ſequens ſubſtitutio ſimpliciter facta
erit reſtringenda ad vulgarem, & pupillarem, propter
regulam, quod vna ſubſtitutio aliam declarat, ita in
terminis, Odd. *conſ. 95. dubio ſecundo, maximè nu. 76. &
ſequentibus, iunctis dictis, n. 50. & ſeqq.*

20 Declaratur autem hæc limitatio, vt procedat, quan-
do ſubſtitutio eſt facta impuberi, ſecus ſi eſſet facta pu-
beri, quia tunc fideicommiſſaria, contineretur, ſecun-
dum Crauet. *conſ. 305.* à quo non videtur diſſentire, Od.
d. conſ. 95. n. 39.

21 Contrariam tamen opinionem in fortioribus te-
nent alij relati *quæſt. 8.* vbi latius de hoc dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa facta per verbum,* lego, *non cōtinet pu-
pillarem, contra n. 6. declara n. 7.*
2 *Verbum* lego, *nō importat inſtitutionē, nec directam
ſubſtitutionem, nec alio hærede inſtituto.*
3 *Verbum,* lego, *eſt obliquum ſecundum propriā ſignifi-
cationem.*
4 *Vſus communis loquendi attenditur.*
5 *Vſus communis loquendi præfertur propriæ verborū
ſignificationi.*

QVÆSTIO CCXLVII.

*Vtrum ſi teſtator legat bona ſua, ſi filius deceſſerit ſine
liberis, ſubſtitutio contineat pupillarem,
& fideicommiſſariam?*

ALIA ſuboritur quæſtio, ſi teſtator legat o- 1
mnia bona ſua Titio, ſi filius deceſſerit ſine li-
beris, an ſubſtitutio infra tempora pupillaris
ætatis ſit pupillaris, & poſtea fideicommiſſaria, an ve-
rò ſit omni tempore fideicommiſſaria? & eſſe omni
tempore fideicommiſſariam voluerit Bart. *in l. Cen-
turio*, & ibi Alex. Iaſ. Ripa. *n. 98.* vbi teſtatur hanc eſſe
communem opinionem, Soc. iun. *n. 24.* & Ceph. late, *n.
7. 16. & ſeq. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Bald. *in l. cum filio*
& ibi Ang. & Imol. *ff. eodem*, Angel. *in l. mulier, §. vlti-
mo, ff. ad Trebel.* & ibi Imol. idem Imol. *in l. 1. §. ſi ex fun-
do, ff de hæred. inſtit.* Soc. iun. *in rubr. ff. de legat. 1. nu. 87.*
Corn. *cōſ. 185. col. 2. lib. 1.* Od. *de cōpend. par. 4. in verbo
lego*, vbi dicit eſſe communem opinionem Intrigl. *de
ſubſt. cent. 3. q. 16.* Alex. Trent. *de ſubſt. part. 4. cap. 9. nu.
24.* vbi de communi opinione teſtatur.

Probatur primò iſta opinio per text. *in l. mulier, §.* 2
vltimo, ff. ad Trebell. vbi verbum *lego*, relatum ad vni-
uerſitatem bonorum, vel quotam, alio hærede inſtituto,
non importat directam inſtitutionem, ſeu ſubſtitutio-
nem: atqui hic fuit datus hæres, ergo &c.

Secundò idem probatur *in l. verbis legis, ff. de verbo-* 3
rum ſignific. vbi colligitur ſecundum communem v-
ſum loquendi verbum, *lego*, eſſe obliquum; & commu- 4
nis vſus loquendi attenditur, Mant. *de coniect. vlt. vol.
lib. 3. tit. 8.* vbi latè Maſcard. *de probat. cōcluſ. 1124. n. 15.
& ſeq.* Menoc. *de arbit. iud. conſil. 488.* in quibus locis 5
dicitur etiam, vſum loquendi præferri propriæ verbo-
rum ſignificationi, ergo &c. 6

Contrariam opinionem probarunt, Bald. *in l. vltima,
col. vlt. C. famil. erciſc.* Alex. *in rub. ff. de legat. 1.* Abb. *in
c. Rainutius, ext. de teſtam.* & ibi Card. 7

Declaratur tamen communis opinio, vt per Ripam
& Ceph. *in d. l. Centurio, locis ſupra citatis.* Odd. *de com-
pend. par. 4. in verbo, lego* Intrigl. *d. cent. 3. q. 16.* & Alex.
Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 4. in verbo, lego.*

QVÆSTIO CCXLVIII.

*Compendioſa ſubſtitutio facta à Pagano pluribus ver-
bis, directis, & communibus, vel directis, & obliquis
vel communibus, & obliquis, an interpretanda ſit ſe-
cundum verbum potentius, an verò vtrunque verbum
ſuum operetur effectum?*

CONTINGIT ſæpe compendioſam fieri
iunctis ſimul verbis directis, & obliquis,
vel directis, & communibus, vel commu-
nibus & obliquis, dubitatur quo modo ſit interpretanda,
& quæ verba præualere debeant? In quo articulo duo
ſunt coſtituendi caſus. 1

Primus caſus, eſt quando verba ſunt appoſita in per-
ſona eiuſdem, & tunc videndi erunt Bart. & alij *in l.
Centurio, ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* pręcipuè ibi Ripa
num. 175. & Cephal. *n. 981. & ſeq.* Dec. *reſp. 82. n. 34. &
ſeq. lib. 3.* Cephal. *conſi. 121. n. 10.* Odd. *compend. par. 5.
art. vlt.* Mantic. *de cōiect. vl. vol. lib. 7. tit. 13. n. 18. verſ.
item.* Alex. Trent. *de ſubſt. part. 4. cap. 4. n. 31.* & latius *ca.
13.* Pere. *de fideicō. art. 33. n. 82. & multis ſeq.* Præt. *de
interp. vlt. vol. fol. 278. ſolut. 3. n. 3. & fol. 254. n. 69. &
fol. 271. n. 22.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 27. & ſeq.* & vidē-
da erunt dicta *ſupra q. præced. ab hac tertia. nu. 102. &
quæſtione præced. ab hac ſecunda, n. 6.*

Secundus eſt caſus, quando ſubſtitutio eſt facta in 2
perſonis diuerſorum: & tunc etiam videndi erunt Bart.
in d. l. Centurio, & alij, præcipuè Ceph. *n. 1042.* Odd. *d.
art. vlt.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 171. n. 22.* Peregr.
d. art. 34. nu. 84. & ſeqq. Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 29.* Alex.
Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 13. n. 11.*

SVM-

Google

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus compēdioſè pluribus verbis aliis directis,
aliis communibus, vel obliquis habet electionem
ſuccedendi ex directa, vel fideicommiſſaria, contra
nu.56. Amplia & declara per totam quæſt.*
3 *Subſtitutus vulgariter, & perfideicommiſſum poteſt
eligere, an ex vulgari, vel fideicommiſſaria velit
ſuccedere.*
4 *Remedia plura ſi eodem tempore competunt electio
poteſt fieri.*
7 *Verbum quod de præterito, & de futuro poteſt intelli
gi, declaratur ex verbo adiuncto.*
8 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt nihil operatur. Decla-
ra ibid.*

QVÆSTIO CCXLIX.

*Vtrum ſubſtitutio facta pluribus verbis aliis Directis,
aliis communibus, vel obliquis, tribuat electionem
ſubſtitutio ſuccedendi ex directa, vel fideicommiſ-
ſaria?*

DIXIMVS *quæſt. decima*, ſi ſubſtitutio eſt fa-
cta cum clauſula, *vulgariter pupillariter, & per
fideicommiſſum*, an electio ſit data ſubſtituto
ſuccedendi ex qua velit ſubſtitutione ¶ Nunc diſcu-
tiendum eſt, an ſubſtitutus habeat hanc electionem,
quando ſubſtitutio eſt facta pluribus verbis, alijs di-
rectis, alijs communibus, vel obliquis? In quò articulo
tres ſunt opiniones.

1 Prima eſt opinio, quod electio ſit ſubſtituti ſucceden-
di ex quia velit ſubſtitutione: an directa vel fideicom-
miſſaria, & hanc communi conſenſu repetunt, Bart. *in
l. Cēturio. n.38.* Aret. *n.* 16. Imol. *n.*24. Alex. *n.*25. Iaſ. *n.*
59. Claud. *n.*45. Gallian. *n.*485. Alcit. *n.* 103. Soc. iun. *nu.*
310. qui teſtatur de cōmuni opinione, Bologn. *n.*271. &
Ceph. *n.*981. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinio-
nem, *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Bart. *in l. recuſare, §. Titius
n.2. ff. ad Trell.* & ibi Ang. *n.*1. Paul. Caſt. *n.*3. & Alex. *n.*
1. Corn. *in l. precibus. n.*124. *C. de impub. & aliis ſubſ.* &
ibi Caccial. *n.*8. Franc. *in c. ſi pater, col.*49. *de teſtam. in* 6.
Et conſulendo Fulg. *n.*43. Paul. Caſtr. *conſ.* 32. *col.*1. *lib.*
1. Bertrand. *conſ.*32. *n.*11. *lib.* 6. Abb. *conſ.*32. *n.*2. Soc.
ſen. *conſ.* 20. *n.*12. *& conſ.*144. *n.* 3. *lib.*1. Dec. *conſ.* 76.
*& conſ.*416. *num.*16. Bero. *conſ.* 124. *n.* 7. *conſ.* 123. *nu.*
6. *lib.*2. *& conſ.*18. *n.*25. *lib.*3. Natta. *conſ.*395. *n.* 3. Pa-
riſ. *conſ.*46. *nu.*40. *lib.*2. vbi teſtatur de communi opinio-
ne Decian. *reſp.*82. *n.* 34. *lib.*3. & in tractatibus, Bald.
*tract. de compen. n.*30. Pract. Pap. *in form. libel. quo agit.
ex compent. n.*30. Bar. Huc. *de cōpen. nu.*25. Zal. *de comp.
cap.*5. Conſt. Roger. *de comp. q.*4. *n.*86. Craſſ. *in §. ſubſti-
tutio, q.*78. *n.*... vbi de communi opinione teſtatur Od. *de
comp. par.*5. *q.*3. *art. vlt. n.*7. vbi dicit eſſe communem o-
pinionem, Pract. *de interpr. vltim. volun. fol.*271 *n.*22.
Pereg. *de fideic. art.*33. *nu.*82. vbi afferit eſſe communem
opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. par.*4. *cap.* 13. *n.* 1. *&
ſeqq.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, In-
trig. *de ſubſt. cēt.*3. *q.*28. & in deciſionibus Guid. Pap. *dec.*
532. *n.*2. Franc. Marc. *dec.*305. Rota Romana *in collect.*
per Farin. *dec.*639. *n.*7. *par.*1.

Adducitur primò pro hac ſententia *l. ſi quis ſeruo, ff. de
manu. teſtā. in tex. ibi poteſtate ſerui eſt, vtrū velit. &c.*
Reſpondetur ibi ſubordinationi locum eſſe non poſſe,
cum neceſſario libertas debeatur, aut directo, aut per fi-
deicommiſſum, nec poteſt vnus caſus eſſe ſuſpenſus,
quod ſecus eſt in caſu iſto, quia fideicommiſſaria poteſt
ſtare in ſuſpenſo.

Secūdò adducitur *l. fi. §. illud. C. de codicill. in tex. ibi,
vtrum velit eligere habeat poteſtatem, &c.* Reſponde-
tur, textum illum loqui de inſtituto volente ſuccedere
per fideicommiſſum vigore clauſulæ codicillaris omiſ-
ſa ſubſtitutione directa, quod facere poteſt, quia ſibi ſo-
li præiudicat, ſed hic præiudicaret pupillo, ſi omiſſa pu-
pillari vellet ex fideicommiſſaria ſuccedere. Reſponde-
tur ſecundò, in illo text. clarè conſtare de voluntate te-
ſtatoris. Reſpondetur tertiò, ibi non fuiſſe locum ele-
ctioni, quia diſpoſitio tanquam teſtamentum valere non
poterat. 2

Tertiò, facit *l. recuſare, §. Titius, ff. ad Trebel.* ſed reſpō
detur, quod ibi in diuerſis captiuis facta erat ſubſtitu-
tio directa, & fideicommiſſaria, & tunc, cum conſtet de
voluntate teſtatoris, locus eſt electioni: preſens autem
diſputatio eſt quando vtrumque verbum appoſitum eſt
in eadem oratione, & ſubſtitutione, quod autem ibi di-
uerſæ & ſeparatæ ſint ſubſtitutiones probatur, ponde-
rando participium, *ſubſtitutio*, ſecundum dicta per Gloſ.
*in l. Gallus, §.*1. *ff. de liber. & poſthum.* & ibi Doct. & par-
ticipium præteriti temporis ibi poſitum denotat per-
fectam ſubſtitutionem, Bart. *in l. vlt. col.*3. *verſ. ad iſtam
quæſtionē, C. de pact.* Dec. *in l. edita, n.* 16. *C. de eden.* & po
ſtea ſeparatim Titium fuiſſe rogatum de reſtituendo i-
pſi ſubſtituto, & ſic erunt duæ ſeparatæ ſubſtitutiones.

Reſpondetur ſecundò, quod ibi agitur de electione 3
inter vulgarem & fideicommiſſariam, quo caſu licita e-
rit electio, quia non agitur de præiudicio pupilli, ſecus
quando concurreret pupillaris, quia vtraque ſuo tem-
pore continebitur, & ratio eſt, quia quando ſumus in
vulgari, & fideicommiſſaria per vtrumque ſucceditur
teſtatori.

Quartò, confirmatur ratione illa, quod verba debent
aliquid operari, *l. ſi quando, ff. de legat.* 1. ergo vt adiectio
verbi directi aliquid operetur, importabit quod electio
ſit data ſubſtitutio, nam aliàs ſuo tempore contineban-
tur ſubſtitutiones in compendioſa communibus verbis
facta, vt in præcedentibus quæſtionibus dictum fuit.

Reſpondetur tamen, quod adiectio verbi directi ope-
rabitur maiorem mentis declarationem *iuxta cap. ſuper
quæſtionem, iuncto cap. cum de ext. de off. de leg.* & faciunt
tradita per Bart. *in l. Baliſta, in prima oppoſitione, ff. ad
Trebell.* Iaſ. *in l. cum filiofamilias, n.*65. *ff. de leg.* 1. Dec.
in l. quæ dubitationis, ff. de reg. iur. Pariſ. *conſ.* 59. *n.* 14.
15 *lib.*4. Crau. *conſ.*326. *num.*6. & alibi ſæpe, in quibus
locis agitur de vigeminationis verborum.

Quintò accedit, quod hic ſunt duæ ſubſtitutiones, vn-
de non datur ratio, cur potius vna, quam alia tollatur,
ideo ambo remanere debent, *argu. l. generaliter, ff. de fi-
deic.* & ad idem facit, quod dicit Bart. *in l.*1. *§. ſed & ſi
certum, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.* dum loquitur de in-
definita legis, & ratio eſſe etiam poteſt, quæ colligitur ex
reg. *l. doli clauſula, ff. de verb. oblig.* Et cum duæ ſint ſub-
ſtitutiones, electio debet eſſe ſubſtituti, ad tex *in l. ſi ſer-
uo meo Stichus, ff. de leg.* 1. vbi ſi ſeruo meo Stichus ſit le
gatus in teſtamento, & mihi ſit relictus in codicillis, ha-
beo electionem habendi legatum ex perſona mea, & ex
perſona ſerui repudiare. Idem videtur probari *in l. necis,
ff. de acqu. hæred.* vbi legitimus hæres in teſtamento in-
ſtituatur, habet electionem repudiandi ex teſtamento,
& adeundi ab inteſtato, nec cogitur ardire ex teſtamen- 4
to ideo nec ſubſtitutus debet magis cogi adire ex directa
quam fideicommiſſaria. Idem etiam habetur *in l. illud, ff.
eod.* Pro quibus faciunt, nam cum alicubi eodem tempo-
re competunt plura remedia habet electionem *l. cum fi-
lius, §. varus, ff. de leg.*2. *& l. quod. in hæredem, §. eligere,
ff. de tribut.* Reſpoderi tamen poteſt vnico verbo, quod
contraria procedunt, quando agitur de ſola diſpoſitione
teſtatoris, & de ei ſuccedendo, hic vero de ſuccedendo
pupillo, & de eius præiudicio.

Secunda eſt opinio, quod verbum commune ambiguū 5
declaratur à directo, & ſic quod tantum directā ſubſti-

tutio continebitur, & ex ea ſubſtitutus admittetur, quam opinionem probarunt, Polit. *de compend. in fin.* & rip. *in d. l. Centurio, nu.* 170.

Tertia eſt opinio, quod talis ſubſtitutio ſit directa, & obliqua ſucceſſiuis temporibus, & ſic quod nulla ſit data electio ſubſtituto, Cin. *in l. precibus, C. de impub. & a. liis ſubſtit.* & ibi Dec. *nu.* 30. *in l. recuſare, §. Titius, ff. ad Trebell.* & ibi Gom. Rip. *in d. l. Centurio, n.* 170. qui tamē fatetur primam opinionem eſſe communem, & ibi Soc. iun. *n.* 314. Imol. *in c. Rainutius, ext. de teſtam.* & alij relati. ſuprà *q.* 10. *n.* 2.

Mouentur primò, quia verbum directum clarum additum verbo communi ambiguo videtur illud declarare vt in ſimili dicitur de verbo, quod in præterito, & futuro poteſt inteligi, nam ex adiuncto verbo declarabitur Bart. *in l. his, verbis in ſummario, ff. de legat.* 3. *& in l. verbum oportebit, in fine principij, ff. de verbor. ſignific.* Et faciunt tradita à Bart. *in l.* 4. *§. Cato, in* 3. *oppoſ. ff. de verb. oblig.* vbi dicit, actionem perſonalem ſtricti iuris aſſumere naturam rei vēdicationis, cui fuit adiuncta, & allegat *l. qui patri, ff. de acquir. hæred.* Reſpondetur negando verba communia indigere aliqua declaratione, cum abſolutum ſit, verbum commune aptum eſſe continere directam, & fideicōmiſſariam, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. generaliter, §. cum autem, iunct.* Gloſs. *C. de inſt. & ſubſt.* Doct. *in d. l. Centurio,* & in præcedentibus dictum fuit.

Secundò facit, quod expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur *l.* 3. *ff. de legat.* 1. Sed verbum commune includit etiam directum, *d. l. iam hoc iure,* ergo eius expreſſio nihil operabitur, & cum ſubſtitutio facta verbis communibus ſuo tempore locum habeat, vt dictum fuit in præcedentibus, idem erit addito verbo directo. Reſpondetur in materia, de qua agitur expreſſionem eius, quòd tecitè ineſt operari ſecundum Gloſs. *in l. precibus, in verb. fideicommiſſi, C. de imp.* & volūt Alex. *in d. l. Centurio, n.* 66. & Rip. *n.* 61. *&* 76.

Ego conſulendo, & iudicando non auderem recedere a prima opinione, cum tantorum Patrum conſenſu ſit recepta, vt communem eſse, & magis communem negari non poſſit, magis tamen placet hæc tertia opinio, pro qua etiam facit, quia & ſi verbum directum non fuiſſet additum, compendioſa verbis communibus facta contineret, & pupillarem, & fidnicommiſsariam ſuo tempore, vt dictum fuit, ergo vt verbum directum adiunctum aliquid operetur faciet, quod intra tempora pupillaris contineatur pupillaris, & poſtea fideicommiſſaria continebitur ob verbum commune; dum enim teſtator addit verbum directum, oſtendit velle ſubſtitutionem valere iure directo, & in verbo directo ceſsat dubium quod erat in verbo communi, non erit igitur data electio ſubſtitutò, quia hoc modo poſset omittere ex pupillari, & tamen teſtator voluit contineri pupillarem, & verbum directum data electione ſubſtituto, operatur contrarium effectum eius, ad quod fuit appoſitum, contra regul. *l. legata inutiliter ff. de legat.* 1. Et cum verba ſubſtitutionis compendioſæ adaptentur ad caſus, & tempora, ſiue ſit ſubſtitutio concepta verbis directis, ſiue communibus, Doct. omnes *in d. l. Centurio:* ergo ſi ſola operaretur, vt quemadmodum eueniat caſus ſubſtitutio intelligatur, vel directa, vel obliqua, *vt dicetur quæſt. ſeq. ab hac ſecunda,* nulla ratio ſuadet quare idem non debeat eſse quando ſimul iunguntur.

9 Ampliatur primò communis opinio, etiam in ſubſtitutione facta per verbum directum, & obliquum ſimul, quia electio erit ſubſtituti *l. pen. ff. de ventr. inſpic.* Ripa *in l. Centurio, n.* 171. & ibi Cephal. *n.* 1009. *ff. de vulg.* Alex. Trent. *d. c.* 13. *n.* 4. & alij pro prima opinione citati

Ampliatur ſecundò idem eſse, quando verbo communi eſt iunctum verbum obliquum, vt ſi dictum eſset, volo bona deuenire ad Titium ire ſubſtitutionis, & fideicommiſſi, Bart. *in d. l. Centurio, n.* 38. & ibi Soc. iun. *nu.* 315. qui teſtatur de communi opinione, & Ceph. *n.* 1013. Bald. *tract. de comp. n.* 31. Conſt. Roger. *de compend. qu.* 4. *n.* 88. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap.* 13. *num.* 5. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 28. *n.* 16. 10

Ampliatur tertiò, ſiue ſubſtitutiones factæ ſint vnico contexto verborum, ſiue in diuerſis orationibus. Bart. *in d. l. Centurio,* & ibi Ripa, *n.* 171. & Ceph. *n.* 1015. *& ſeq.* & ratio eſt, quia ſemper ſunt duæ orationes, ſeu ſubſtitutiones, & ambæ expreſse, vt dicit Bart. ibi & comprobat Ceph. *n.* 1015. *& ſeqq.* 11

Ampliatur quartò non ſolum procedere in compendioſa ſubſtitutione temporum facta, ſed etiam in ſimplici, vt quando dictum eſset, Titium inſtituo, & ei Sempronium ſubſtituo, & hæredem facio, ita poſt Alex. & alios relatos ſcribit Alex. Trent. *d. c.* 13. *n.* 8. 12

Pro declaratione tamen videndi erunt Doct. citati *in præcedenti quæſt.*

QVÆSTIO CCL.

IN præcedentibus quæſtionibus ſæpe facta eſt mentio de verbis directis ciuilibus, directis non ciuilibus, communibus, & obliquis, & materia compendioſæ, vt plurimum, eſt fundata in vi verborum, hic autem agendum de hoc eſset, ſed quia non omnia diſcuti poſsunt, ideo pro nunc ſufficiat dicere hæc colligi poſse à traditis plenè per Doct. *in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Odd. *de comp. parte* 4. *q.* 2. *art.* 1. Craſs. *in §. ſubſtitutio, q.* 4. *&* 5. Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 228. *fol.* 2.3.4. Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 4. Peregr. *de fiddicom. art.* 34. *n.* 49. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 11. *nu.* 1. *& ſeqq.* vbi de verbis directis, *q.* 30.31.32.33.34. *&* 35. vbi agit, quæ ſint uerba directa, uel obliqua, & quæ communia tam in genere, quam in ſpecie latè etiam de hoc ſcribit Gallus *de exep. ſucceſſ. tit.* 4. *exep.* 22. *pag.* 2. & de uerbis directis agit, *n.* 9. de verbis communibus *nu.* 22. & de verbis obliquis, *n.* 26. *& ſeq.*

QVÆSTIO CCLI.

Compendioſa ſubſtitutio ſi eſt reſoluta in vulgarem, pupillarem, vel fideicommiſſariā, an de ea iudicetur prout de ſimplici vulgari, pupillari, vel fideicommiſsaria?

QVAERITVR, ſi ſubſtitutio compendioſa eſt reſoluta in vulgarem, pupillarem, vel fideicommiſſariam, quomodo de ea iudicandum ſit? Et vbique Doctores ſcribunt, de ea iudicandum eſſe, prout ſi eſſet ſimplex vulgaris, pupillaris, vel fideicommiſſaria, & in ſpecie, ita volunt Bart. *in l. hæredes mei §. cum ita circa finem, ff. ad Trebell.* & ibi communiter Doct. præcipuè Rip. *n.* 28. & Zanch. *n.* 628. Bart. *in l. Centurio, nu.* 30. & ibi alij communiter, *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Rup. *in l. Gallus, §. quidam recte, num.* 25. *ff. de liber. & poſthum.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 152. *col.* 2. *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 1. *nu.* 20. *lib.* 1. Corn. *con.* 35. *n.* 10. *&* 23. *lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 132. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 427. *& conſ.* 431. *n.* 8. Ruin. *conſ.* 28. *n.* 6. *conſ.* 94. *n.* 5. *& conſ.* 159. *n.* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 72. *n.* 23. *lib.* 3. Crau. *conſ.* 283. *n.* 1. Soc. iun. *cōſ.* 121. *nu.* 34. *lib.* 1. Hier. Gabr. *conſ.* 130. *n.* 7. *lib.* 1. Dec. *coſ.* 1. *n.* 77. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 71. *n.* 45. *li.* 1. Men. *cōſ.* 85. *n.* 100. *& lib.* 4. *praeſūp.* 189. *n.* 144. *in fi.* Pereg. *de fideic. art.* 13. *n.* 2. *art.* 15. *n.* 1. *& art.* 34. *nu.* 15. *in fin.* Surd. *deciſ.* 37. *num.* 37.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur in vulgari comprehenſa in compendioſa, contra n. 5. Decl. ibid.*

2 *Vulgaris, & fideicommiſſaria ſi vniantur, qualibet retinet naturam ſuam.*

3 *Vulgaris non habet in ſe tacitam conditione, ſi ſine liberis.*

4 *Subſtitutio vna ſi regulanda eſt ab alia, vulgaris potius regulabit fideicommiſſariam, quam è contra.*

6 *Conditio, ſi ſine liberis, expreſſa in compendioſa continetur tam in vulgari, quàm in fideicommiſſaria.*

7 *Vnio operatur vt virtus vnius ex vnitis alteri tribuatur.*

9 *Generalitas non comprehendit ea, de quibus facta eſt ſpecialis mentio.*

10 *Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur in pupillari comprehenſa in compendioſa.*

11 *Conditio ſi ſine liberis, ſubintelligitur in fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa.*

QVÆSTIO CCLII.

Conditio, ſi ſine liberis, vtrum ſubintelligatur in compēdioſa eueniente caſu vulgaris, pupillaris, vel fideicommiſſariæ ſubſtitutionis?

QVADRO, an conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligatur in compendioſa eueniente caſu tam vulgaris, & pupillaris, quàm fideicommiſſariæ ſubſtitutionis? & licet quæſtio iſta reſoluta ſit ex his, quæ ſcripſimus de ſimplici vulgari, ſimplici pupillari, & ſimplici fideicommiſſaria: cum, vt in præcedēti dictum fuit compendioſa reſoluta in vulgarem, pupillarem, vel fideicommiſſariam iudicetur vt ſimplex vulgaris, & pupillaris, & fideicommiſſaria, attamen & hic aliqua particulariter, nec inutiliter dicēda erūt; diſtinguo autē tres caſus.

1 Primus caſus eſt, quando ſubſtitutio eſt reſoluta in vulgarem, & tunc conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, Alciat. *in l. cohæredi, in princ. col. 3. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 34. & n. 630. ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *conſ. 159. preſens. dubium, n. 2. lib. 1.* Corn. *conſ. 1. n. 30. lib. 4.* Dec. *conſ. 416.* Ruin. *conſ. 106. nu. 5. verſ. quamuis, li. 2.* Curt. iun. *conſ. 33. col. 1. & 2.* Soc. iun. *conſ. 128. n. 12. lib. 1. & ibi in 7. & 10. ſubſcrip.* Bero. *conſ. 128. nu. 9. & 10. lib. 2.* vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, Pariſ. *conſ. 19. nu. 93. lib. 2. & conſ. 73. n. 51. lib. 3.* Gerard. Mazzo. *conſ. 2. n. 47.* Menoc. *conſ. 651. n. 11. lib. 7. & lib. 4. præſumpt. 189. n. 139. & ſeqq.* Ant. Gab. *de fideicom. concl. 2. n. 58.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 7. n. 8. verſ. ſecundus caſus,* Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. nu. 3.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 270. n. 17.* Pereg. *de fideic. art. 15. n. 43.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, quod etiam repetit *art. 34. n. 97.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 53. n. 19.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 1. c. 12. ff. de condit. & demonſtr.* Boer. *deciſ. 38. n. 18.* Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſ. 267. n. 3. par. 2.*

2 Prima ratio eſt, quia vulgaris, & fideicommiſſaria ſi iungantur quælibet retinet ſuam naturam, Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, col. vlt. verſ. ſi verò loquimur, ff. ad Trebell.* Alexand. *conſi. 1. nu. 15. lib. 1.* Soc. ſen. *conſil. 249. ante num. 11. lib. 2.* Pariſ. *conſi. 72. num. 31. lib. 3.* Ruin. *conſi. 168. num. 14. lib. 2.* Sed vulgaris de per ſe

3 facta non habet tacitam conditionem, ſi ſine liberis, Gloſſ. *in l. generaliter, §. cum autem in verb. ſubſtituti, C. de inſtit. & ſubſtit.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q. 29.* vbi teſtatur de communi opinione, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. n. 1.* Pereg. *de fideicom. art. 34. n. 94.* *& ſeq.* Menoch. *lib. 4. præſump. 89. n. 127.* ergo quod in fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa contineatur conditio, ſi ſine liberis, nihil concludi poteſt ad vulgarem.

Secunda etiam ratio adduci poteſt, quia ſi diceremus, vulgarem regulandam eſſe à fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa ratione vnionis, & a ijs rationibus vt arguunt tenentes contrariam ſententiam, poſſet è cōuerſo dici potius in fideicommiſſaria non ſubintelligi tacitam conditionem, ſi ſine liberis, ſicuti non continetur in vulgari, vt dictum fuit, quia quando vna ſubſtitutio regulari debet ab alia, potius directa, & ſic vulgaris, regulare habet fideicommiſſariam, quam è contra, Soc. ſen. *conſil. 249. col. 6. verſic. ſecundo principaliter, lib. 1.* 4
Rub. Alex. *conſi. ſecundo, nu. 14.* Soc. iun. *conſ. 100. nu. 4. lib. 1.* Curt. iun. *conſ. 33. col. pen. cum alijs adductis qu. 6. num. 4.*

Alij autem tenent conditionem, ſi ſine libaris ſubin- 5
telligi, inter quos Old. *conſ. 141. col. 2.* Soc. ſen. *in l. cum auus, n. 19. ff. de condit. & demonſtr. & in l. 1. col. 17. ff. de vulg. & conſ. 76. conſ. 140. & conſ. 218. lib. 1.* Alciat. *in l. Centurio, num. 96. ff. eo.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 54. verſ. ſecūdo ampliatur, ff. ad Trebell.* Rub. Alex. 6
conſ. 26. n. 4. Ruin. *conſ. 93. col. 2. conſ. 106. col. 2. li. 2. & conſ. 131. colum. penult. verſ. vltimo non obſtat, lib. 3.* Add. ad Dec. *conſ. 416.* & ante iſtos Io. And. *in addit. ad Specul. tit. de teſtam. §. 1. addit. 1.*

Primò adducitur ratio, quia ſi in compendioſa ſit expreſſa conditio, ſi ſine liberis, illa continetur tam in vulgari, quam in fideicommiſſaria comprehenſis in compendioſa, Bart. *in l. Centurio, n. 32. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Ruin. *conſ. 93. n. 11. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 106. n. 4. & 21. lib. 1.* Crau. *conſ. 62. col. 1.* Alciat. *reſp. 392. n. 26.* Sed taciti, & expreſſi par eſt virtus, *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* ergo idem erit iudicādum de tacita conditione, quod de expreſſa.

Secundò facit regula *l. iam hoc iure, ff. de vulgar.* quod ſcilicet vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinare debet, atqui in fideicommiſſaria contenta ſub compendioſa ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis, vt infra in tertio caſu, ergo idem dicendum ſit de vulgari ſub eadem compendioſa contenta.

Tertiò accedit, quod vnio operatur, vt virtus tributa 7
vni ex actibus vnitis alteri communicetur, arg. *l. qui patri, ff. de acq. hæred.* vbi qui patri extitit hæres, etiam filio impuberi hæres eſſe debet, cum teſtamentum patris cum pupillari ſit vnitum. Vnde etiam dicitur, quod ius accreſcendi vnitum cum vulgari ſubſtitutione ei tribuit ſuam naturam, & virtutem vt ad fideicommiſſarium tranſeant, Socin. ſen. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, colum. penult. ff. ad Trebell.* ergo virtus fideicommiſſariæ erit & vulgari tributa, cum ei ſit vnita in compendioſa.

Quartò adducitur *l. ſi legatarius, §. vlt. ff. de legat. 3.* vbi colligitur, quod illud quod ineſt quoad vnum determinabile, refertur ad aliud cum eo coniunctum, quod dixit etiam Bart. *in d. §. vltim.* ergo tacita conditio, quæ ineſt fideicommiſſariæ, & ad vulgarem ei coniunctam referenda erit.

Sed prima opinio verior eſt, magis recepta, nec ab ea conſulendo, & iudicando recedendum erit, & ad argumenta diſſentientium multipliciter reſpondent Ruin. *d. conſ. 106. lib. 2.* Menoch. *d. præſump. 89. nu. 139. & ſeqq.* & Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 1. c. 12.* Sufficiat hæc loca indicaſſe pro plena reſolutione.

Non omitto etiam has opiniones concordari per Ruinum *conſ. 106. n. 7. lib. 2.* & per Odd. *tract. de comp. par. 4. q. 1. art. 5. verſ. tertio ſingulariter.*

9 Declaratur autem ſecunda eſt opinio, vt non procedat quando compendioſæ adiecta eſſet clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, nam tunc vulgaris non dicitur contineri in compendioſa, cum de illa ſpecialis ſit facta mentio, non enim ſub generalitate veniunt ea, de quibus facta eſt ſpecialis mentio, *l. ſanctio legum, ff. de pœn. l. doli clauſula, ff. de verb. obl.* ga & expreſſum facit ceſſare tacitũ, *l. cum ex filio, §. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Et in ſpecie, quod tunc in vulgari non ſubintelligatur cõditio, ſi ſine filiis, ſcripſerunt Dec. *conſ.* 436. 300. Ruin. *conſ.* 106. *n.* 7. *li.* 2. Curt. iun. *conſ.* 33. *n.* 2. Soc. iun. *conſ.* 100. *n.* 2. 3. *li.* 1. Alex. Tr. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 7. *n.* 8. Peregrinus *de fideicom. art.* 34. *n.* 96. Menoch. *li.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 140. vbi dicit hunc caſum eſſe ſine controuerſia, Mãtica *de conject. vlt. vol. li.* 10. *tit.* 8. *n.* 3. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 53. *nu.* 20. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 36. *ff. de cond. & demonſtr.*

Licet & tunc contrarium teneant Corn. *conſ.* 1. *n.* 30. *li.* 4. & Soc. iun *conſ.* 128. *n.* 59. *li.* 1.

Declaratur etiam ſecunda opinio in omnibus illis caſibus, in quibus dicetur, nec in fideicommiſſaria ſubintelligi conditionem, ſi ſine filiis.

10 Secundus caſus eſt, quando agitur de pupillari, & tunc tacita conditio, ſi ſine liberis, inerit, de quo latius dixi *q.* 136. vbi etiam declaratur.

11 Tertius eſt caſus, quando agitur de fideicommiſſaria, & conditio ſubintelligenda erit, Soc. ſen. *in l. cum auus, n.* 19. *verſic. limit. ff. de cond. & demonſtr.* Alciat. *in d. l. Centurio n.* 96. *ff. de vulg.* Corn. *conſ.* 1. *col. penultim. lib.* 4. Bero. *conſ.* 128. *n.* 8. *lib.* 2. Odd. *de compend. par.* 4. *qu.* 1. *art.* 4. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 38. Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 7. *n.* 1. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 53. *n.* 17.

12 Declarandus tamen erit hic caſus multipliciter ex his, quæ dicentur *qu.* 393. vbi agetur, an in ſimplici fideicommiſſaria, conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligatur?

SVMMARIVM.

1 *Mortuo inſtituto ante teſtatorẽ vulgaris comprehẽſa in cõpendioſa non eſt caduca, ſed ſubſtitutus ex vulgari admittitur, amplia nu.* 2. *&* 4.

5 *Mortuo pupillo ante teſtatorem expirat pupillaris comprehenſa in compendioſa.*

7 *Mortuo grauato ante teſtatorem expirat fideicommiſſaria contenta in compendioſa, declara ibid.*

QVÆSTIO CCLIII.

Vtrum inſtituto mortuo ante teſtatorem expiret compendioſa ei facta?

PRo complemento materiæ compendioſæ ſubſtitutionis videndum eſt de quæſtione, an mortuo inſtituto ante teſtatorem, ſit facta caduca ſubſtitutio compendioſa? In quo, articulo diſtinguendi ſunt tres caſus.

1 Primus caſus eſt, quando agitur de vulgari comprehenſa in compendioſa, & recepta eſt omnium ſententia, quod ſubſtitutio non ſit facta caduca, ſed quod ſubſtitutus ex vulgari admittatur, vt probatur *in l. vnica, §. primo, & §. pro ſecundo, Cod. de caduc. tollen.* & ſcribunt Old. *conſ.* 20. Bald. *conſ.* 408. *li.* 2. *conſ.* 151. *conſ.* 441. *li.* 4. *conſ.* 148. *& conſ.* 170. *lib.* 5. Bart. *conſ.* 3. *n.* 3. *conſ.* 38. *n.* 2. *& conſ.* 40. *n.* 1. *lib.* 1. Alex. *cõſ.* 162. *n.* 1. *& conſ.* 188. *n.* 5. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 297. *n.* 1. *lib.* 1. *conſ.* 199. *n.* 8. *lib.* 2. *conſ.* 236. *in princ. & conſ.* 298. *ante finem, lib.* 3. Dec. *cõſ.* 227. *per totum, & conſ.* 427. *n.* 4. *& ſeqq.* Pariſ. *conſ.* 62. *n.* 11. *& ſeqq. & conſ.* 64. *n.* 15. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 42. *n.* 12. *lib.* 1. Odd. *de compen. par.* 6. *q.* 1. *art.* 1. *n.* 5. vbi dicit neminem diſſentire, Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap.* 19. *num.* 27. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 42. Surd. latè *deciſ.* 37.

2 Ampliatur primò vt procedat, & ſi ſubſtitutio vulgaris comprehenſa in compendioſa ſit tacita, exemplum eſt quando dixit teſtator, & ſi filius meus hæres erit, & in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque deceſſerit, ſubſtituo, &c. quia mortuo filio ante patrem ſubſtitutis admittetur ex vulgari tacita, Old. *cõſ.* 20. *verſi. ad ſecundam quæſtionem,* Alex. *conſ.* 162. *n.* 1. *& conſ.* 188. *n.* 1. *lib.* 1. vbi teſtatur de cõmuni opinione, Odd. *de compen. par.* 6. *qu.* 1. *art.* 1. *nu.* 5. vbi dicit eſſe communem opinionem Alex. Tren. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 14. *n.* 29. vbi aſſerit eſſe communem ſententiam, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 42. *n.* 7. vbi dicit eſſe magis communem opinionem.

3 Contrariam opinionem malè probarunt, Old. *conſ.* 177. & Bald. *conſ.* 408. *lib.* 2. *conſ.* 441. *lib.* 4. *conſ.* 148. *& conſ.* 170. *lib.* 5.

4 Ampliatur ſecundò, & ſi facta ſit ſubſtitutio ventri, quia non nato ventre ſubſtitutus ex vulgari admittitur: de quo articulo latè dictum fuit *q.* 64.

5 Secundus eſt caſus, quando agitur de pupillari, & hoc caſu mortuo pupillo ante teſtatorem expirat pupillaris Old. *conſ.* 20. *& conſ.* 177. Bald. *conſ.* 408. *lib.* 2. *conſ.* 157. *lib.* 4. *& conſ.* 148. *lib.* 5. Petr. de Rip. inter conſ. Bald. *conſ.* 156. *lib.* 4. Feder. de ſen. *conſ.* 266. *nu.* 1. *&* 3. Corn. *conſ.* 297. *in fine, lib.* 1. *conſ.* 35. *nu.* 22. *lib.* 2. *& cõſ.* 298. *nu.* 2. *lib.* 3. Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de teſtam. §.* 1. *in addit. magna, in verb. cum patronus,* Odd. *de compen. par.* 6. *qu.* 1. *art.* 1. *n.* 7. vbi dicit neminem diſſentire, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 43. Alexãd. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *c.* 14. *n.* 36.

6 Declaratur quando quis eſſet pupillariter ſubſtitutus filio, & huic eſſet alius ſubſtitutus per compendioſam, quia mortuo pupillariter ſubſtituto ante pupillum, admittitur ſecundo ſubſtitutus per compendioſam ex pupillari, vt dixi *q.* 469.

7 Tertius eſt caſus, quando agitur de fideicommiſſaria, & dicas eam expirare, Odd. *de comp. p.* 6. *q.* 1. *art.* 1. *n.* 8. Intr. *de ſubſt. art.* 3. *q.* 44. Alex. Tren. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 14. *n.* 31. *& ſeqq.*

Declaratur tamen hic caſus ex Oddo, & Alex. Trent. *locis ſupra citatis,* & videnda erunt *d. q.* 469.

8 De hac etiam quæſt. videnda erunt quæ latius dicemus *qu.* 469. vbi pleniſſimè materia diſcutitur.

Tractatus de Compendioſa Subſtitutione Finis.

TRA-

TRACTATVS
DE
RECIPROCA SVBSTITVTIONE
EXCELLENTISSIMI D. VINCENTII FVSARII I.C. Brixienſis,

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutionis definitio, quæ ſit.*
2 *Reciproca cur ita denominetur.*
3 *Reciproca non eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe, ſed eſt quædam adiectio, contra n. 4. declara n. 5.*
6 *Subſtitutiones in reciproca contentæ ſunt expreſſæ verbis generalibus, declara n. 7.*

QVÆSTIO CCLIV.

Definitio reciprocæ, quæ ſit? quare ſic denominetur? an ſpecies ſubſtitutionis de per ſe ſit, & an ſubſtitutiones in ea comprehenſæ ſint tacitæ, vel expreſſæ?

1 IN primis videamus, quæ ſit definitio ſubſtitutionis reciprocæ. Et Doctor. ſic definiunt, quod eſt ſubſtitutio, in qua ſub vnica verborum conceptione plures inſtituti ſibi inuicem ſubſtituuntur, Bart. & alij *in l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Odd. *in prælud. de compend. part. 6. quæſt.* 1. Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 59. *num.* 2. Alexand. Trent. *de ſubſtit. part. 5. cap.* 1. *num.* 1. Intrigl. *de ſubſt. centur. 2. quæſtione.* 56. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de reciproca, num. 1. & 2.*

Aliæ etiam definitiones videri poterunt apud Intrigl. & Did. Spin. *locis citatis.*

2 Quare autem denominetur reciproca, vel breuiloqua, tradunt Doct. *in l. Lucius, ff. de vulg. & pupill.* Odd. *in prælud. compend. par. 6. q. 2.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 60. *nu.* 2. Alex. Trent. *de ſubſt. par. 5. c. 1. n. 2.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. quæſt.* 57.

3 Sed vtrum ſubſtitutio reciproca ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe, an verò potius quædam adiectio, & eſſe potius adiectionem, & conſeruationem plurium ſubſtitutionum, ſcribunt Doct. *in d. l. Lucius*, vbi Ripa *num.* 31. teſtatur eſſe communem opinionem, Lanfranc. de Orian *in l. Centurio, n. 45. ff. de vulg.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 5. cap. 3.* dicit hanc eſse communem opinionem, licet ipſe diſſentiat, Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. qu.* 58. Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 21. n. 69. part. 2.*

Diſſentiunt tamen alij, qui volunt hanc eſse ſubſtitutionis ſpeciem, & hos referunt, Alex. Trent. *d. c. 3.* & Intrig. *d. q.* 58. 4

Vnde alij dicunt, non eſse ſpeciem ſubſtitutionis quo ad effectum, ſed quo ad formam Alexand. *in l. iam hoc iure, ff. de vulg.* poſt Cuman. ibi Cephal. *in d. l. Centurio, num. 401. ff. de vulg.* & Intrigl. qui alios addit *d. quæſtione.* 58. 5

Subſtitutiones autem comprehenſæ in reciproca, non ſunt tacitæ, ſed ſunt expreſsæ verbis generalibus, Gloſs. 2. *magn. in l. precibus C. de impuber. & al. ſubſtitutis, in l. Lucius, ff. de vulg. & in l. in teſtamẽto, Cod. de milit. teſtam.* Bart. *in l. 1. quæſt. 3. ff. de vulgar.* vbi Ripa *numer.* 37. dicit eſse communem opinionem, Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. libr. 2. §. 13. numer. 29. & §. 15. n. 113. verſic. quod autem,* Odd. *in prælud. de compend. part. 6. quæſt. vltim. n. 5.* Alexand. Trent. *de ſubſtitut. parte prima, capit. 1. nu. 3. vſque ad numer. 5.* Intrig. *de ſubſtitut. centur. 1. quæſt.* 13. & alios multos addit, *cent. 2. quæſt.* 68. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de recipr. n. 3.* 6

Declaratur tamen, vt ſubſtitutiones in reciproca
contentæ ſint expreſsæ in genere, tacitæ tamen in 7
ſpecie.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutio coniecturis inducitur.*
2 *Coniecturæ vt inducant reciprocam debent eſſe multum neceſſariæ.*

QVÆSTIO CCLV.

Reciproca vtrum coniecturis inducatur?

VTILISSIMA eſt materia reciprocæ ſubſtitutionis, ſed vtrum coniecturis inducatur? Valde ſe torquent Doctores, de quo articulo videndi erũt Bart. & alij *in l. Lucius, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Odd. *in prælud. de compend. part. 6. quæſt.* 4. Præt. de interpr.

vlt. volum. fol. 263. *fol.* 9. & *fol.* 322. *n.* 20. & *ſeqq.* Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 59. vbi decem caſus enumerat, & *conſ.* 95 *n.* 1. Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 5. *c.* 12. & Intrig. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 59. Et quando agitur de fideicommiſſo reciproco dixi *q.* 471.

Si tamen coniecturis inducenda erit reciproca, non omnes coniecturæ ſufficient, ſed illæ tantum, quę erunt multum neceſſariæ, Paul. Caſtr. *in l. poteſt*, & ibi Iaſ. *ff. de vulg.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.* 17. & 23 *ff. ad Trebell.* & ibi Torniel. *n.* 34. & Zanc. *n.* 558. & *n.* 694. Menoch. *conſ.* 85. *n.* 65. *conſ.* 274. *n.* 6. & *conſ.* 322. *n.* 29. Pereg. *de fideicom. art.* 13. *nu.* 4. & dicam etiam infra in materia fideicommiſſorum *d. q.* 471.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutio cõtinet vulgarem, declara per totam quæſtionem.*

2 *Vulgaris non continetur in reciproca, quando adest vnus exhæredatus, vel omnes ſunt exhæredati, vel præteriti, contra n. 6. Amplia n. 7.*

3 *vulgaris ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio.*

4 *Dictio, ſi facit conditionem, declara ibi n. ſeq.*

5 *Dictio, ſi, ſtat pro, quia, & ſic cauſaliter ſi adijcitur certæ rei de preſenti.*

8 *Reciproca in codicillis facta continet duas tantum fideicommiſſarias.*

QVÆSTIO CCLVI.

Reciproca ſubſtitutio vtrum vulgarem contineat?

1 QVAERITVR an vulgaris contineatur in reciproca? Et contineri probatur *in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* idque communi omnium conſenſu receptum eſt. Bar. *in l. Lucius ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & ibi Ang. Imol. Alex. Iaſ. Ripa & alij communiter, Surd. *conſ.* 232. *lib.* 2. Odd. *in prelud. de comp. part.* 6. *q.* 5. Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 60. *n.* 48. & *ſeq.* Peregr. *de interpr. vlt. vol. fol.* 263. *n.* 2. Intrigl. poſt alios multos relatos de ſubſtit. *centur.* 2. *qu.* 61. & *qu.* 64. Did. Spin. a Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de recip. nu.* 3. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *excep.* 21. *n.* 1. & *ſeqq. par.* 2.

2 Declaratur primò, non procedere, quando ſubſtitutio eſt facta pluribus, quorum vnus eſſet exhæredatus, cum inter eos non adſit æqualitas, & idem eſſet ſi omnes fuerint exhæredati, vel prȩteriti, Bart. *in l. Lucius, n.* 5. *ff. de vulg.* & ibi Ang. Imol. Alex. *n.* 10. Iaſ. *n.* 10. & Rip. *n.* 32. vbi teſtatur de communi opinione, Imol. *in c. Rainutius, in materia reciproca, extra de teſt.* & ibi Gul. Benedi. *in materia reciproca, num.* 21. & 87. Bald. *de recip. num.* 5. & *numer.* 12. Aretin. *de recip. num.* 6. *circa finem,* Bart. huc. *de recip. n.* 10. Zaſ. *de recip. c.* 4. *numer.* 3. Leon. *de recip. num.* 81. Conſt. Roger. *de recip. q.* 4. *num.* 40. & *ſeq.* Odd. *d. q.* 5. *n.* 4. *verſic. ampliatur. quarto,* & *conſ.* 69. *n.* 38. Menoch. *lib.* 4. *preſumpt.* 60. *n.* 9. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 5. *c.* 7. *nu.* 1. Intrig *de ſubſt. centuria* 2. *q.* 62. & clarius *q.* 73. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 21. *n.* 17. & *ſeqq. par.* 2.

3 Primò, pro hac opinione facit ratio, quia ſubſtitutio vulgaris eſt conditionalis inſtitutio. Doctor. *in rubr. ff. de vulg.* fit enim ſub conditione, ſi hæres non erit. Atqui

4 conditio debet ſe habere ad eſſe, & non eſſe, *cum ad præſens, ff. ſi cert. petat.* Sed conditio, ſi hæres non erit, non poteſt verificari in exhæredato, quia de præſenti certum eſt eum hæredem eſſe non poſſe. Et quamuis di-

5 ctio, ſi, facit conditionem, *l. qui promiſit, ff. de cond. indeb.* hoc tamen procedit quando adijcitur rei incertæ, ſecus ſi adijciatur rei certæ de præſenti, quia tunc dictio, ſi, ſtat cauſaliter pro *quia*, non conditionaliter, *l. videamus, ff. de in lit. iur.* & ſcribunt Bartol. *in l.* 1. *ff. de cond. & demonſtr.* & Rip. *in d. l. Lucius, n.* 32. *in fi.*

Secũdò probatur per text. *in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup.* & *in l. quamuis, C. de imp. & al. ſubſtit.* vbi ſubſtitutio fit perſonis æqualibus, ſed exhæredatis fieri non poteſt ſubſtitutio vulgaris, Glo. *in l.* 1. *ff. de vulg.* vbi Bart. *n.* 16. & alij communiter ſequuntur, & dictum eſt ſuprà *in materia vulgaris.*

Contrariam ergo ſententiam malè probarunt. Ruin. Gul. Alber. & Polit. relati à Menoc. *d. præſump.* 60. *nu.* 9. 6

Horumque argumentis facilè reſpondetur. Nam dum primò dicunt, quod vulgaris non fit defectu potentiæ teſtatoris, ſed defectu materiæ, & defectus materiæ minus impedit *l. ſi vnus, §. ſi acceptilatio, ff. de pact.* & *l. an inutilis, ff. de acceptil.* Reſpondetur ſecundum Rip. *d. n.* 32. poſt. Bart. quod non ſufficit adeſſe potentiam, niſi ſit à iure regulata, arg. *l. in teſtamento, C. de milit. teſtam.* Dum verò ſecundo loco dicunt, quod vulgaris cõcipitur per verba, ſi hæres non erit *d. l.* 1. *ff. de vulg.* & quod iſta verba non ſunt exhæredationis contraria. Ad hoc reſpõdet Bart. *d. l. Lucius, n.* 13. & poſt eum Ripa *n.* 32. quod ſunt iſta verba contraria exhæredationi, & diuerſa nam vulgaris fit ſub conditione ſi hæres non erit, & in exhæredato conditio non verificatur, quia certum eſt de pręſenti eum non eſſe hęredem, & conditio debet ſe habere ad eſſe, & non eſſe, vt dictum eſt. 7

Communis autem opinio procedit ſiue exhęredatio ſit facta odio exhęredati, ſiue contemplatione filij inſtituti, Alex. *in d. l. Lucius, nu.* 17. *ff. de vulg.* Intrig. *d. qu.* 73. *in fine.*

Contra tamen tenent Angel. *in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit.*

Declaratur ſecundò non procedere, quando facta eſſet ſubſtitutio in codicillis, quia tunc duas tantum fideicommiſſarias cõtinet, Bart. *in l. Lucius, n.* 9. *ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Did. *in c. Rainutius, §.* 9. *n.* 3. *ext. de teſt.* Corn. *conſ.* 44. *n.* 1. *lib.* 3. Curt. iun. *conſ.* 144. *n.* 10. & *cõſ.* 115. *n.* 8. Intrig. *de ſubſt. cent.* 2. *qu.* 63. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. *§.* 19. *n.* 16. & *ſeq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 8. Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 5. *c.* 10. *n.* 8. Ratio autem eſt, quia directa ſubſtitutio in codicillis fieri non poteſt, *l. hæreditatem, C. de codicill.* de hac tamen declaratione videnda erunt dicta ſuprà *q.* 8. *n.* 18. & *ſeqq.* 8

Declaratur vltimò, quando filię fœminę eſſent in re certa inſtitutę, & maſculi vniuerſales hęredes facti eſſent, & poſtea teſtator dixit, omnes filios meos inuicem ſubſtituo, quia fœminę non cenſentur reciprocè ſubſtitutæ nec vulgariter, nec per aliam ſubſtitutionem, vt dicam *q.* 261. 9

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutio continet pupillarem ampliatur & limit. per totam queſt.*

2 *Pupillaris cõtinetur in reciproca, licet impuberes ſint inſtituti in partibus, inæqualibus*

3 *Pupillaris continetur in reciproca, licet adſit inæqualitas temporis inter inſtitutos.*

4 *Pupillaris continetur in reciproca, licet inſtitutio ſit facta in re certa.*

5 *Puppillaris contenta in reciproca non expirat pubertate vnius ex impuberibus, amplia n.* 11.

6 *Inæqualitas ſuperueniens non alterat naturam actus.*

7 *Inæqualitas quæ caſu contingit non eſt conſiderabilis, ſi caſus euenire poterat in perſona alterius.*

13 *Pupillaris cõtinetur in reciproca facta imparibus, vno ſcilicet puberi, alteri impuberi, contra num.* 14.

Amplia

Amplia num. 15. & ſeqq. Declara numer. 18. & ſeq.

15 *Determinatio vna reſpiciens ſpura determinabilia æqualitas determinat omnia, declara ibid.*

21 *Voluntas declaratur ex verbis.*

21 *Verba ſunt nuncia cordis.*

24 *Clauſula, omni meliori modo, operatur vt in reciproca imparibus facta contineatur pupillaris in perſona impuberis.*

29 *Clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicomiſſum, operatur, vt reciproca imparibus facta contineat pupillarem in perſona impuberis.*

33 *Pupillaris non cõtinetur in reciproca facta pluribus, quorum plures ſint impuberes alij puberes nec in perſonis impuberũ, contra n. 36. Declara n. 38. & ſeqq.*

34 *Æqualitas præſumitur à patre ſeruata inter filios.*

35 *Æqualitas vt ſeruetur ĩter filios receditur à regulis iuris.*

37 *Verba intelligi debent ſecundum conditionem perſonæ ad quam referuntur.*

40 *Pupillaris non continetur in reciproca facta duobus filijs inſtitutis, & extraneo, contra n. 41. ſublimit. n. 42. & ſeqq.*

46 *Pupillaris non continetur in reciproca facta duobus impuberibus, quando vnus era in poteſtate, alter emancipatus, qui poſtea adoptatus fuit, contra n. 49. declara n. 50. & ſeqq.*

46 *Pupillaris non continetur in reciproca facta duobus impuberibus, quorum vnus erat legitimus, alter naturalis, licet poſtea legitimatus fuerit, contra n. 49. declara n. 50. & ſeqq.*

47 *Voluntas teſtatoris qualis fuerit attenditur tempus teſtamentis*

48 *Actus a principio inutilis non confirmatur ex poſt facto.*

52 *Actus poſt incontinenti factus declarat qualis fuerit animus præcedens.*

52 *Voluntas declaratur ex his quæ poſtea incõtinẽti ſiũt.*

55 *Pupillaris nõ continetur in reciproca facta his verbis, & ſi vnus filiorum hæres non erit, non alterum ſubſtituo, contra 56. declara, n. 57.*

58 *Pupillaris non continetur in reciproca, ſi teſtator alterum ex filijs impuberibus emãcipauit tam in perſona emancipati quam retenti in poteſtate, contra n. 61. declara n. 66. & ſeqq.*

59 *Reciprocæ ſubſtitutiones ſunt adinuicẽ correſpectiuæ.*

59 *Correſpectiuorum vno ceſſante, ceſſat & aliud.*

60 *Correlatiuorum vno deſtructo, deſtruitur & aliud.*

62 *Pupillaris contenta in reciproca non tollitur nuda voluntate, ſed alia diſpoſitio ſolemnis requiritur.*

63 *Hereditas non poteſt adimi alio actu quam per teſtamentum.*

64 *Mutatio volũtatis facta per teſtatorem in vno capitulo, non dicitur facta in alio.*

65 *Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod oppoſitũ in propoſito.*

70 *Pupillaris non continetur in reciproca facta in codicillis.*

QVÆSTIO CCLVII.

Vtrum reciproca contineat pupillarem ſubſtitutionem?

1 DICTVM eſt in præcedenti quæſtione, an vulgaris contineatur in reciproca, nunc autem congruè videndum eſt, quid de pupillari? Et pupillarem contineri probatur *in l. iã hoc iure, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. & in l. quamuis, Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* & hanc ſententiam Doctores communi conſenſu tenẽt, Bart. & alij *in l. Lucius, ff. de vulg.* Surd. *conſ.* 232. *lib.* 2. Odd. *in prælud. de cõp. par.* 6. *q.* 5. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 60. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 263. *fol.* 9. Alex. Tren. *de ſubſt. par.* 5. *c.* 4. Intrig. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 64. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſt. tit. de recipr. nu.* 3. Gall. *de excep. ſucceſ. tit.* 2. *except.* 21 *par.* 2.

Hæc autem concluſio intelligenda ſemper eſt ſuppoſitis neceſſarijs requiſitis ad pupillarem, quod poſt alios aduertit & Præt. *de interpret. vltim. volun. fol.* 263. *num.* 2.

Ampliatur primò, & ſi impuberes ſint inſtituti in partibus inæqualibus, qui adhuc continetur pupillaris, Bart. *in d. l. Lucius, num.* 17. *ff. de vulg.* & ibi Alex. *num.* 18. Iaſ. *nu.* ... Zaſ. *n.* 12. Ripa n. 35. Alciat. *nu.* 40. & communiter alij, Angel. *in l. in teſtamento, C. de milit. teſtam.* Imol. *in cap. Rainutius, ext. de teſtament.* & ibi Gui. Bened. *in materia reciproca, numer.* 30. Bald. *de reciproca, numer.* 15. Bart. Huc. *de recipr. num.* 11. Conſt. Roger. *de reciproca qu.* 4. *num.* 58. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, qu.* 55. *num.* 9. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Odd. *in prælud. de comp. par.* 6. *qu.* 5. *nu.* 4. *limit.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 60. *num.* 46. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 264. *numer.* 7. Alexand. Trent. *de ſubſtit. part.* 5. *cap.* 8. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 2. *quæſtione* 76. 2

Probatur primò hæc ampliatio *in l. qui plures, cum l. ſeq. ff. de vulg.*

Secundò facit, nam inæqualitas temporis non impedit pupillarem in breuiloqua contineri, Bart. *in d. l. Lucius,* 4. *quæſt.* & ibi alij, & dicam *ampl.* 3. ergo nec inæqualitas rerum arguendo de tẽpore ad res, *arg. in l. miles, § quia diximus, ff. de milit. teſta.* & ita arguit, Bartol. *in d. l. Lucius, n.* 17. 3

Ampliatur ſecundò, & ſi ſolũ ſint inſtituti in re certa, Menoch. *d. præſumpt.* 60. *nu.* 61. quod tamen procedit, ſi omnes in re certa eſſent inſtituti, ſecus ſi alij in re certa, alij in reliquis bonis, vt dicam *qu.* 261. 4

Ampliatur tertiò, vt pupillaris, quæ à principio continetur in reciproca, non expiret pubertate vnius quoad alios impuberes, licet vnus eſſet anniculus, alter verò annorum tredecim, Bart. *in d. l. Lucius, nume.* 9. & ibi Bald. Salic. Imol. Cum. Paul. de Caſt. Aret. Alber. Alex. *nu.* 14. *in fine,* Iaſ. *n.* 15. Zaſ. *n.* 10. Ripa, *n.* 25. & Alc. *n.* 31. Bal. *in l. in teſtamento, n.* 8. *C. de teſta. milit.* & ibi Roman. Angel. *in §. ſed ſi plures, inſtit. de vulga.* Coraſ. *in l.* 1. *nu.* 45. *ff. de vulg.* Gul. Bened. *in c. Rainutius, in materia reciprocæ, n.* 54. vbi de communi opinione teſtatur, *extra de teſtam.* Gomeſ. *tomo* 1. *Variar. reſolut. cap.* 8. *nu.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem. Vaſq. *de ſucceſſ. progr. libr.* 2. *§.* 19. *nu.* 11. Odd. *de compend. in prælud. qu.* 5. *num.* 4. *limitatione prima,* Craſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt.* 55. *num.* 8. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 60. *nu.* 52. Mant. *de coniect. vlt. volu. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 19. *& ſeqq.* Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 5. *cap.* 6. vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 2. *qu.* 70. Gall. *de except. ſucceſ. tit.* 2. *excep.* 21. *numer.* 59. *& ſeqq. part.* 2. & alij qui tenent proximam ſubampliationem. 5

Primò facit ratio, quia inæqualitas ſuperueniens non alterat naturam actus, *leg. eandem, parag.* 1. *ff. de duobus reis.* 6

Secundò Bart. *d. l. Lucius,* mouetur ex voluntate teſtatoris, quia reciproca reſpectu pupillaris ſic reſoluitur, ſi quis eorum in pupillari ætate deceſſerit, &c. non autem reſoluitur, ſi intra tot annos deceſſerit: nec poteſt dici, quod altero facto pubere deficiat conditio, ſi quis eorũ, & ſic deficiat ſubſtitutio, *l. in pupillari, ff. de vulgar. & pupill.* nam dictio, ſi quis diſtribuit conditionem in perſonam cuiuslibet, & ideo conditio ſubſtitutionis non poteſt dici defecta in perſonam alterius impuberis, *l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.*

Tertiò probatur, *in d.l. Lucius*, ibi *altero defuncto*, *ff. eod. de vulg. & pupill.*

7 Quartò accedit alia ratio, id quod caſu contingit non cauſat conſiderabilem inæqualitatem quando idem euenire poterat in alterius perſona, *l. de fideicommiſſo*, *C. de tranſact.* & ibi Dec. Atqui à principio vterque poterat decedere in pupillari ętate, ergo licet vnus citius pubeſcat, & alter in pupillari ætate moriatur, non debet cauſare, quod à principio reciproca non diſponat æquali ſiter aptitudine.

Quintò confirmatur, nam caſus qui ab initio facit voluntatem ceſſare, ſi poſtea inciderit, non inducit coniecturam voluntatis contrariæ, *l. fideicommiſſum*, *§. rem ff. de legat. 3. l. rem legatam, ff. de adim. legat.* atqui natura ipſa producit pubertatem abſque voluntate teſtatoris, ergo non debet inducere coniecturam voluntatis contrariæ.

8 Sextò addicitur, quod pupillaris inducitur in reciproca ex duabus cauſis, prima eſt voluntas teſtatoris, ſecunda æqualitas perſonarum, vnde quamuis ceſſet cauſa ſecunda, quia alter ſit effectus pubes, firma tamen remanet prima, quæ eſt voluntas teſtatoris, vt altero moriente in pupillari alter ſuccedat, *d. l. iam hoc iure*, & *d. l. Lucius. ff. de vul.* & hęc ſola ſufficit ad inducendam, & conſeruandam ſubſtitutionem pupillarem, *dict. l. iam*

9 *hoc iure*, & *l. in teſtamento, C. de teſt. milit.* Et licet ceſſet alia ratio æqualitatis perſonarum, non tollitur pupillaris, *arg. §. affinitatis, inſtit. de nup. l. ſi venter*, *§. in bonis, cum Gloſ. ff. de priuil. cred.* ita poſt Alber. Bal. Imol. & Roma. arguit Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 5. tit.* 12. *n.* 22. vbi etiã ſubdit, hanc ſecundam cauſam æqualitatis perſonarum eſſe cauſam productiuam pupillaris in reciproca, non conſeruatiuam, nam cauſa conſeruatiua eſt voluntas teſtatoris, quæ non præſumitur mutata, *l. cum tacitam*, & *l. eum qui, ff. de probat.* maximè nõ debet præſumi mutata, quia teſtator ſciuit ex ſolo curſu temporis ex neceſſitate imparitatem fuiſſe cauſandam, vndè cum non prouiderit, cenſetur in ea voluntate perduraſſe, vt ponderat & Iaſ. *in d. l. Lucius, n.* 16. *ff. de vulg.*

10 Contrariam igitur opinionem malè tenuit Io. Fab. *in qua ratione, n.* 14. *inſtit. de pupill.*

Subampliatur, & ſi pubertas ſuperuenit viuo teſtatore, quia in perſona impuberis continebitur pupillaris, Bart. *in d. l. Lucius, n.* 9. & ibi Bald. *in fine*, Cuman. *num.* 6. Imol. *num.* 8. 9. Aret. *col.* 3. qui dicit eſſe communem opinionem, Paul de Caſtr. *nu.* 5. qui pariter dicit eſſe communem, Alex *nu.* 14. *in fine*, Iaſ. *nu.* 16. Rip. *nu.* 25. & Alciat. *nu.* 31. qui teſtatur de communi, *ff. de vulg.* Bald. *in l. in teſtamento, num.* 13. & ibi Aret. *in fine* Salic. *nu.* 18. Roman. *num.* 16. *C. de teſtam. milit.* Angel. Aret. *in §. & plures, col.* 1. *inſtit. de vulg.* Did. *in c. Rainutius*, *nu.* 7. *in fine*, *ext. de teſtam.* vbi aſſerit eſſe communem ſententiam, Meno. *lib.* 4. *præſump.* 60. *num.* 53. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 20. & *ſeqq.* qui dicit eſſe commun. opinionem, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 263. *nu.* 2. vbi eſſerit eſſe cõmunem & veram opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 2. *q.* 70. *n.* 20. & *ſeqq.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 21. *n.* 60. *p.* 2. Et hæc ſubampliatio probatur ex dictis pro comprobatione ampliationis, præcipuè in quinto, & ſexto fundamentis.

11 Contrariam opinionem malè probarunt Rain. & Leon. relati à Menoch. *ibi ſupra* Addo Alber. *in rubr. de vulg. n.* 18.

12 Limitatur primò, quando reciproca eſſet facta duobus imparibus, vni ſcilicet puberi, alteri impuberi, quia nec in perſona impuberis continet pupillarem etiam, quod ſit admixta cum compendioſa, Gloſſ. *in l. Lucius, ff. de vulgar.* vbi Bart. & alij communiter, precipuè Iaſ. *nu.* 16. Rip. *nu.* 16. vbi & de communi teſtatur & Alciat. *num.* 26. vbi dicit eſſe magis communem, Gloſſ. *in l. teſtamento. C. de mil. teſtam.* & ibi Bald. Roman. Imol. Corn. *n.* 4. Alex. *nu.* 17. Iaſ. *n.* 4. Rimin. ſen. *num.* 3. & Alciat. *in fine*, Alex *in l. Centurio, num.* 90. *ff. de vulg.* & ibi Rip. *n.* 139. Gallian. *n.* 36 & Ceph. *nu.* 166. Soc. ſen. *in l.* 1. *n.* 38. *ff. eod. de vulg.* Alciat. *in l. vel ſingulis, num.* 41. *ff. eod.* Zanch. *in l. hæredes mei*, *§. cum ita, n.* 470. *ff. ad Trebell.* Imol. *in c. Rainutius*, *ext. de teſtamen.* & ibi Gul. Bened. *parte.* 2. *in materia reciprocæ*, *numer.* 16. Eman. Coſta *in cap. ſi pater parte.* 2. *in verb. perſonis, numer.* 3. *de teſtam. in* 6. vbi dicit ab hac opinione conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe, Bart. *conſ.* 41. *num.* 1. & *conſ.* 57. *num.* 4. *lib.* 1. Angel. *conſ.* 97. *in fine*, & *conſ.* 151. *num.* 2. Aret. *conſ.* 53. *dub.* 2. Bertran. *conſ.* 132. *colum.* 1. *lib.* 1. Rip. *reſp.* 1. *num.* 2. *de ſubſt.* vbi teſtatur de communi opinione, Soc. ſen. *conſ.* 290. *lib.* 2. vbi teſtatur eſſe communem ſententiam, Corn. *conſil.* 180. *colum.* 1. *conſ.* 262. *n.* 1. & *ſeq li.* 1. *conſ.* 93. *n.* 5. *conſ.* 114. *n.* 4. *lib.* 3. & *conſ.* 160. *n.* 2. *lib.* 4. Capr. *conſ.* 55. Ruin. *conſil.* 107. *n.* 4. *lib.* 2. Bertaz. *conſ.* 29. *num.* 12. Cephal. *conſ.* 292. *num.* 10. Surd. *conſ.* 503. *num.* 1. Odd. *conſ.* 9. *n.* 3. Gomeſ. *libro.* 1. *var. reſolut. cap.* 8. *n.* 2. Craſſ. *in §. ſubſtitutio quæſt.* 55. *num.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 263. *n.* 2. & *fol.* 271. *num.* 24. Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib.* 5. *tit.* 8. Menoc. *lib.* 4. *præſũ.* 54. *n.* 10. & *præſump.* 60. *num.* 24. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 11. *num.* 18. & *part.* 5. *cap.* 4. in quibus locis teſtatur de magis cõmuni opinione, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 2. *quæſt.* 61. *n.* 9. & *cent.* 3. *qu.* 21. *n.* 42. vbi ſcribit eſſe magis communem, Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtã. tit. de recip. n.* 7. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 21. *n.* 20. & *ſeqq.* & *num.* 33. *part.* 2. Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 48. Ruſtic. *in l. cũ anus, li.* 2. *cap.* 10. *n.* 6. & *ſeqq. ff. de cond. & demonſt.* & hãc ſententiam ego probaui conſulendo ſuper teſtamento D. Franciſci Barbiſoni, & nunc cum ea vti veriori tranſeo.

Ratio fundamentalis huius ſententiæ eſt regula deſumpta ex *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* & *l. quamuis, C. de imp. & al. ſubſtit.* quod vna ſcilicet determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare, nec ab hac regula receditur, niſi neceſ- 13
ſitas cogat in vno, non in alio caſu, vel quando non poteſt dari caſus, in quo non poſſit æqualiter determinare ſecũdum Alex. *in d. l. in teſtamento, n.* 2. & 3. *C. de mil. teſt.* & Soc. ſen. *in l. cum auus, n.* 53. *verſi. nec diuerſitas*, *ff. de cond. & dem.* Atqui in hoc caſu nulla cogit neceſſitas, vt pupillaris ſubſtitutio intelligatur facta in perſona impuberis, cum vulgaris, & fideicommiſſaria poſſint æqualiter in omnibus locum habere, ergo, &c.

Et prædicta ratio locum habet etiam in reciproca mixta cum compendioſa.

Et quando ſumus in ſimplici breuiloqua, quod inter 14
impares non contineatur pupillaris, probatur *in dict. l. iam hoc iure*, & *in d. l. Lucius*, *ff. de vulg.* & *in d. l. in teſtamento. C. de mil. teſta.* &, eſt indubitatum apud omnes.

Verùm quando ſumus in reciproca mixta cum compendioſa, quod pupillaris contineatur, licet inſtituti ſint impares, volunt Aret. *in l. iam hoc iure, ad fi. ff. de vulgar.* Paul. Caſtr. *in l. in teſtamento*, *nu.* 4. *C. de milit. teſta.* vbi Decian. *num.* 7. *verſic. & retenta*, Coraſ. *in l.* 2. *num.* 12. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* Aquil. *in l. Centurio, par.* 4. *n.* 164. *ff. de vulg.* rurſus Paul. de Caſt. *conſ.* 18. *Si bene conſideretur*, & *conſ.* 254. *lib* 2. Corn. *conſ.* 142. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 36. *lib.* 2. Socin. iun. *conſ.* 121. *num.* 28. & *ſeq. lib.* 1. Natt. *conſ.* 236. *numer.* 1. Præt. *conſ.* 61. *n.* 21. Peregrin. *conſ.* 32. *numer.* 39. *libr.* 2. vbi dicit fortè hanc veriorem opinionem, Menoch. *conſil.* 571. *numer.* 4. vbi dicit nunc

hanc

hanc opinionem eſſe magis receptam, Odd. *de compen. ſubſt. par. 5. art. 3. n. 11.* qui tamen fatetur primam opinionem eſſe communem.

Adducitur primò pro hac opinione *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ibi ſed ſi alter pubes, alter impubes, hoc communi verbo eos inuicem ſubſtitutio, fuerint ſibi ſubſtituti, in vulgarem tantummodo caſum factam videri ſubſtitutionem, & ſic Iuriſconſultus loquitur in reciproca facta hoc communi verbo, vos inuicem ſubſtitutio, quod communiter poteſt referri ad vtrumque, & tunc intelligitur facta ſubſtitutio, quæ æqualiter omnibus conueniat, ſecus eſt in reciproca iuncta cum compendioſa, nam iſta non ſit communi verbo, vt ſupra, ſed ſit cum diſtributio hoc modo, ſi quis eorum quandocunque deceſſerit, ſubſtituo ſuperſtites, nam tunc vnicuique diſtributiuè videtur facta ſubſtitutio, & propterea ſecundum conditionem cuiuſque poteſt commodè interpretari, & per conſequens impuberibus poteſt dici facta pupillaris.

Reſpondetur, quo & quando facta eſt reciproca cum compendioſa habet locum ratio æqualitatis ſeruandæ & æqualis determinationis, & etiam ratio, quod vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui ædes ff. de vſucap.* Et ſi fideicommiſſaria oneroſa complectitur, id ſit, quia æqualiter omnibus poteſt conuenire, quæ æqualitas ceſſat reſpectu pupillaris, quæ puberi fieri non poteſt, *l. 2. ff. de vul.* & ibi omnes.

Secundò pōderatur *l. in teſtamento, C. de milit. teſtam.* inducendo eam vt inducta *l. iam hoc iure*, prout ibi vtramque legem ponderauit Iaſ. *in d. l. iam hoc iure, nu. 9.*

Sed reſpondetur, prout ad præcedens argumētum reſponſum fuit.

Tertiò, pupillaris ſubſtitutio continet fauorem pupilli *l. ex tribus, cum Gloſ. C. de inoff. teſt.* fideicōmiſſaria autem continet onus, & grauamen *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* in compendioſa autem continetur tam vulgaris, quam pupillaris, & fideicommiſſaria, vt dictum fuit *in tract. de comp.* & tradunt communiter Bart. & alij *in l. Centurio, ff. de vul.* cum ergo reciproca ſimplex niſi directas ſubſtitutiones contineat *d. l. iam hoc iure*, & compendioſa etiam fideicommiſſariam, debet ſubſtitutio potius interpretari pupillaris, quam fideicommiſſaria, cum illa ſit vtilis, hæc oneroſa pupillo.

Reſpondetur, ſecundum Alex. quod reciproca mixta cum compendioſa continet & fideicommiſſariam, quia omnibus perſonis poteſt æqualiter conuenire, & dum teſtator vtitur verbo, quandocunque deceſſerit, non videtur ſe reſtrinxiſſe tantum ad vulgarem, quia immo voluit comprehendere omnia tempora mortis inſtituti, ſiue ante aditam, ſiue poſt aditam, propterea pupillaris ſubſtitutio non debet in ea comprehendi quia æqualiter hominibus fieri non poteſt, nec fauor pupillaris ſubſtitutionis operatur contra regulam æqualis determinationis, vt probatur *in d. l. iam hoc iure, cum concordant.*

15 Ampliatur primò hæc limitatio, vt nec tacitam pupillarem contineat, Bart. *in 1. n. 34. ff. de vulg. pup. ſubſt.* & ibi Soc. ſen. *n. 38. verſ. ſecundo limitatur*, Ripa *in l. Lucius, n. 18. ff. eod.* & ibi Alciat. *n. 26* Dec. *in l. teſtamento, n. 4. C. de milit. teſta.* Curt. iun. *in l. 2. n. 10. C. de impub. & al. ſubſt.* Emanuel Coſta *in c. ſi pater, par. 3. in verbo perſonis, n. 6. de teſtam. in 6.* Craſs *in §. ſubſtitutio, q. 11.* Odd. *in prælud. comp. par. 2. q. 5. verſ. & primo* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 5. c. 4. n. 5.* Menoch. *lib. 4. præſump. 60. n. 25. & præſump. 36. n. 28. & conſ. 571. n. 7.* Intrig. *de ſubſt. cent. 1. q. 22. n. 31.* & dixi ſuprà *q. 28. n. 36.*

Probatur primò iſta opinio, *in d. l. iam hoc iure*, vbi dicitur, reciprocam imparibus factam ſolum videri in vnum caſum factam, qui poteſt vtrique conuenire, & ſic continet ſolam vulgarem, & ſicuti hac ratione excluditur pupillaris, pariter etiam debet excludi tacita pupillaris in vulgari contenta, alias non poſſet, dici facta in vnum caſum vt, ibi in textu, quia ſic facta eſſet in duobus caſibus.

Secūdò hoc idem probatur, *in l. quamuis, C. de imp. & aliis ſubſt.* vbi habetur, quod licet tacita pupillaris contineatur ſub vulgari expreſſa, quod tamen non continetur quando vulgaris ſit puberi, & impuberi ſub vna determinatione, quia tunc ratione æqualis determinationis pupillaris tacita non continetur.

Contrariam opinionem malè tenent Angel. *conſ. 151.* quidam Nicolaus, vbi tamen vult contra matrem locum nō habere, ſequuti ſunt Galliau. *d. l. Centurio, n. 363. verſ. ego in hoc paſſu.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 263. n. 2. ad finem.* 16

Mouetur Ang. quia in hac reciproca continetur vulgaris, & vbi adeſt vulgaris continetur tacita pupillaris, quæ à lege eſt introducta, propterea non debet regulari à concluſione, quod vnā determinatio, &c. Sed hoc fundamentum Angeli apertè tollitur *ex d. l. iam hoc iure, & d. l. quamuis*, ponderando hæc iura, vt eſt argumentis contrariæ opinionis.

Ampliatur ſecundò hæc limitatio, & ſi pubes iſte eſſet furioſus, quia adhuc in perſona impuberis non continebitur pupillaris, nec in perſona furioſi exemplaris, vt dicam *in ſeq. q. n. 2.*

Ampliatur tertiò, ſi ſubſtitutio ſit facta per verba directa ciuilia, quia nec tunc pupillaris continebitur, vt ſcribunt Bart. Angel. Corn. Soc. ſen. & Alex. Trent. *locis ſuprà relatis.* 17

Declaratur primò dicta limitatio prima, vt non procedat, quando pupillaris ætatis facta eſſet mentio, vt ſi dixit teſtator, ſi quis in pupillari ætate deceſſerit, vel alias quandocunque, ſubſtituo ſuperuenientes, quia tunc pupillaris in perſona impuberis continebitur, Dec. *in l. in teſtam. la prima, C. de teſt. milit.* Curt. iun. *in l. 2. n. 10. C. de imp. & al. ſubſt.* Alciat. *in l. Lucius, num. 18. & ſeq. ff. de vulg.* Eman. Coſta, *in c. ſi pater, in 3. par. in verb. perſonis, n. 7. de teſta. in 6.* & ante iſtos conſulendo Paul. Caſtr. *conſ. 254. ſi bene conſideretur, alias conſ. 18. lib. 2.* Comen. *conſ. 16. ad medium.* Capr. *conſ. 50* Corn. *conſ. 142. in fi. li. 4.* Ruin. *conſ. 107. n. 4. li. 2.* vbi teſtatur de cōmuni opin. Bero. *conſ. 47. n. 6. li. 3.* Pariſ. *conſi. 36. n. 34. li. 2.* Rip. *reſp. 1. de ſubſt.* Nat. *conſ. 366. n. 4.* Menoch. *conſ. 571. n. 4. verſ. ita in ſpecie, & in tract. de Præſum. li. 4. præſump. 60. n. 30.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Mantic. *de coniect. vlt. vol. li. 5. tit. 8. n. 9. verſ. ſed tamē*, Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 264. ante n. 7. & fol. 171. n. 24.* Alex. Tren. *de ſubſt. par. 5. c. 4. n. 4.* Intrig. *de ſubſt. cent. 2. q. 61. n. 18.* Did. Spin. à Carcer. *in ſpec. teſtam. tit. de recip. n. 7. verſ. quæ reſolutio*, Guid. Pap. *q. 533.* 18

Moti ſunt præcitati authores primò ea ratione, quia niſi eſſet pupillaris, fruſtra facta eſſet mentio pupillaris ætatis, contra reg. *d. l. ſi quando, ff. de leg. 1.*

Secundò quia ſubſtitutio debet potius directa, quam fideicommiſſaria interpretari, *c. ſi pater, in fine, de teſtā. in 6.* & dixi *ſup. q. 6.*

Tertiò, pro hac ſententia concurrunt duæ rationes, vna, quia mentio pupillaris ætatis facta eſt, ſecunda, quod ſubſtitutio debet potius directa interpretari, vt ſupra dictum eſt, quæ duæ rationes ſimul iunctæ præualent illi rationi, quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debeat æqualiter determinare, & duæ rationes vincant vnam, *auth. itaque, C. comm. de ſucceſſ. l. re coniuncti, ff. de legat. 3.*

Quartò, ſubſtitutio reciproca continet pupillarem, licet facta imparibus, ſi de mente teſtatoris conſtat, Bart. *in l. Lucius, n. 6. ff. de vulg.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 60.* 19

num.34.& infrà dicetur. Sed mens iſta ſatis colligitur ex forma pupillaris ſubſtitutionis, vt per Mantic. *de coniec. vltim. volunt. lib. 5. tit. 8. nu. 5.* ergo &c.

20 Contra tamen hanc declarationem tenent Alexand. *in l. in teſtamento, C. de milit. teſtam. circa fin.* vbi etiã citat Ricard. & Salic. & ſequitur ibi Iaſ. *n. 4.* Rip. *in l. Centurio. in fine, & in l. Lucius, nu. 18. ff. de vulg.* Gul. Bened. *in c. Ramutius, in verb. ſi abſque liberis, in materia reciproca, n. 36. ext. de teſtam.* Corn. *conſ. 180. n. 5. lib. 1. & cõſ. 197. lib. 3.* Ruin. *conſ. 177. n. 6. lib. 2.* Ceph. *cõſ. 292. n. 10.* Dur. *de art. teſtan. tit. de ſubſt. caut. 7.* Odd. *de compend. part. 5. pag. 154. verſic. tertio.* vbi dicit eſſe communem opinionem, ſed tamen decipitur, vt patet ex allegatis pro contraria ſententia.

Mouentur duabus rationibus, quarum prima eſt, quia regula eſt, quod reciproca imparibus facta non continet pupillarem, *dict. l. iam hoc iure.* Altera eſt, quia ſubſtitutio non trahitur ad pupillarem, quando verba repugnant, etiamſi facta ſit mentio pupillaris ætatis, *d. l. cohæredi, §. cum filius, ff. de vulgar.* Atqui hic verba repugnant, quia natura reciprocæ eſt, vt æqualiter determinet, *d. l. iam hoc iure,* & perſonis etiam pupillaris ſubſtitutio non conuenit, quia facta perſonis imparibus, ergo pupillaris non continebitur.

Reſpondetur tamen, quod licet diſparitas perſonarum excludat ſubſtitutionem pupillarem, id tamen procedit in dubio, aliud quando aliter conſtat ex voluntate teſtatoris *d. l. iam hoc iure, & l. in teſtamento, C. de teſta. milit.* & dicetur infra. Atqui hic & verba conueniunt, & mens teſtatoris concurrit: quod enim verba conueniant, colligitur ex illis verbis, ſi in pupillari ætate deceſſerit, quæ conueniunt pupillari, Doct. *in l. 2. ff. de vul.* & voluntas teſtatoris manifeſta apparet ex ipſiſmet

21 verbis quæ ſunt nuntia cordis, *l. Labea, §. idẽ Tubero, ff. de ſupel. leg. 2.* Bald. *in l. ea quæ, C. quomo. & quan. iud.* Dec. *in l. ſemper in ſtipulationibus, n. 44. ff. de reg. iur. & conſ. 306. col. 1.* Crau. *conſ. 20. n. 2. & conſ. 290. in fine,* Menoch. *de arbit. iud. q. 7. n. 75. & conſ. 1. nu. 262.* Iaſ. *conſ. 171. col. 1. lib. 2.* & plura ad hoc congeſſerunt non tantum ex noſtris quantum ex philoſophis, Tiraqu. *in l. ſi vnquam in verb. libertis, n. 17. C. de reuoc. don.* & Menoc. *lib. 6. præſump. 35.*

Quod ſi alicui magis placeret ſecunda opinio, non deſunt reſponſiones ad argumenta primæ ſententiæ: nam dici poteſt verum non eſſe illa verba, ſi in pupillari ætate, eſſe ſuperflua, niſi comprehendatur pupillaris, nec colligi mentem teſtatoris ex illis verbis, quod facere voluerit pupillarem tacitum, & in caſu directo ea intelligi poſſint, vt importent aliud quam pupillarem, nam poſſunt intelligi quod importent vulgarem, ſi in ætate pupillari ante aditam moriatur, & poſt per fideicommiſſum adita hæreditate, & talis interpretatio ſuaderi debet ex regula æqualis determinationis, quæ ſic non violatur, & omnia verba ſubſtitutionis operantur. Ad aliud argumentum, quod duæ rationes vincant vnam, dici poteſt: quod ratio æqualis determinationis eſt fortior duabus contrariis rationibus: nam illa ratio, quod ſubſtitutio præſumi debeat directa, procedit, ſi verbis, & perſonis conueniat. *d. c. ſi pater.* Sed hic verbis conuenit, quia alter eſt pubes, cui pupillariter ſubſtitui non poteſt, ad latè tradita per Doct. *in l. 2. ff. de vulg.* & diximus ſupra *in tract. de pup.* Altera verò ratio ex mentione pupillaris ætatis deſumpta non operatur repugnantibus verbis reciprocę ſubſtitutionis, quæ æqualitatem requirit, & vbi verba repugnant, ſubſtitutio non trahitur ad pupillarem, licet de ætate pupillaris ſit facta mentio.

Sed quamuis hæc ſatis coloratè videantur, non erit conſulendo, & iudicando à prima ſententia recedendum, quæ & magis recepta eſt, illa enim magis conuenit menti teſtatoris, quæ ſola ſeruanda eſt *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtr.* & in ſpecie dicetur in vltima declaratione.

Ampliatur iſta declaratio, ſiue mater ſit in medio, ſiue non, Rip. *in d. l. Lucius, n. 18.* & ibi Alciat. *nu. 29. ff. de vulg.* Eman. Coſt. *loco ſuprà citato, n. 6.* Menoc. *de præſump. 60. n. 33.* 22

Contrarium tamen matre in medio exiſtente tenuit Gallia. *in d. l. Centurio, n. 363. verſ. ego in hoc paſſu. ff. de vul.* 23

Declaratur ſecundò iſta limitatio, vt locum non habeat, quando in teſtamento adeſt clauſula, *omni meliori modo, &c.* quia pupillaris continetur ſecundum Curt. iun. *conſ. 114. n. 2.* Ceph. *conſ. 188. nu. 38. lib. 2.* & Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 246. ante n. 7. & fol. 271. n. 24. in fi.* 24

Declaratur tertiò dicta limitatio, vt non procedat, quando teſtator ſubſtituendo reciprocè dixit, ſuccedat in hæreditate prædicta, Bald. *conſil. 38. ſuper primo puncto circa finem. li. 2.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 264. ante num. 7.* 25

Declaratur quartò eadem limitatio vt non procedat, quando teſtator grauaſſet ſubſtitutum reſtituere etiam bona pupilli, quia per pupillarem ſubſtitutus diceretur vocatus. Menoch. *de præſump. lib. 4. præſum. 60. nu. 34.* poſt Paul. Caſtr. relatũ, Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. q. 61. n. 25.* 26

Declaratur quintò prædicta limitatio, vt locum non habeat, quando teſtator dixit, alter alteri ſuccedat ſine diminutione, quia pupillaris contineretur, Anan. *conſ. 69. circa finem,* Dur. *de art. teſtan. tit. 5. caut. 7. in fine,* Præt. *de interpr. vltim. volun. fol. 264. ante n. 7.* 27

Declaratur ſextò, vt non habeat locum dicta limitatio prima, quando teſtator ſubſtituit maſculos, & excludit fœminas, & voluit bona peruenire ad maſculos, donec aliquis eorum extabit, & hoc, quia niſi contineretur pupillaris, ſequeretur quod bona ad fœminas deuenirent, contra mente teſtatoris, Ruin. *conſ. 107. col. 2. lib. 2.* Natt. *conſ. 36.* Præt. *conſ. 61. num. 25. & 30. & in tract. de interp. vlt. vol. fol. 271. n. 24.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 8. n. 11.* Menoc. *lib. 4. preſump. 60. n. 34. & conſ. 571. n. 5.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. q. 61. n. 26.* 28

Declaratur ſeptimò dicta limitatio prima, vt locum non habeat, quando in ſubſtitutione eſt appoſita clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, Bart. *in d. l. Lucius, n. 6.* & ibi Rip. *n. 22. ff. de vulg.* Bald. *in l. iam hoc iure, §. vlt. ff. eod.* Soc. iun. *in l. Centurio, n. 314. ff. eod.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 469. ff. ad Trebell.* Anan. *conſ. 41.* Corn. *conſ. 142. col. 2. lib. 4.* Bero. *conſ. 39. n. 28. conſ. 94. n. 20. lib. 2. & conſ. 47. n. 6. lib. 3.* Paris. *conſ. 26. n. 34. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 128. n. 10. & ſeq. lib. 1.* Durãd. *de arte teſtan. tit. 5. caut. 7. n. 2.* Surd. Papien. *q. 533.* Odd. *in prælud. de compend. par. 5. art. vlt. nu. 7. verſic. ampliatur ſecundo,* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 5. cap. 8. n. 13.* Præt. *de interp. vltim. volunt. fol. 236. n. 30. & fol. 263. n. 6. poſt principium, & repetit in verſic. rurſus,* Pereg. *de fideicommiſſ. art. 2. n. 68. in fine,* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 28. n. 14.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. cap. 10. n. 8. de conditio. & demonſtrat.* 29

Contrariũ male tenuit Dec. *in l. 2. num. 2. in fine, C. de impub. & aliis ſubſtit.* 30

Declaratur octauò, quando teſtator duos impuberes inſtituit ſeparatim, & alium puberem ſeparatim inſtituiſſet, & poſtea omnes adinuicem ſubſtituiſſet, vt dicam *limit. ſeq. in prima delaratione.* 31

Declaratur vltimò, non habere locum limitationẽ vbicunq; ex coniecturis colligi poſſet teſtatorẽ voluiſſe pupillarem cõtineri, *d. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & d. l. in teſtamento, C. de teſtã. milit.* & ſcribunt Bart. *in d. l. Lucius, numer. 6. ff. de vulgar.* Paul. Caſtr. *in d. leg. in teſtamento,* 32

mento,nu.8.in fi.C.de teſtam.milit.Curt.iun.in l.2.n.10. C.de impub.& al.ſubſt.Zanch.in l.hæredes mei,§.cum ita n.469.ff.ad Trebel.Anan.conſ.89.in fi.Paul.Caſtr.conſ. 18.lib.2.Pariſ.conſ.32.n.35 lib.2.Rimin.conſ.107.n.4. verſic.& quamuis, lib.2. Nat.conſ.326.n.3.Menoch. conſ.571.nu.5.& lib.4.præſump.60.n.34.Præt.conſ.61. n.25.& 30.& de interpret.vlt.volun.fol.236.n.30.ad medium,& fol.371.n.24.Intrigl.de ſubſt.cent.2.q.16.n. 24.& qu.67.n.3.vbi alios addit Gallus, de excep.ſucceſ. tit.2.excep.21.n.34.p.2.

33 Limitatur ſecundò, quando ſubſtitutio eſſet facta pluribus quorum duo, vel plures eſſent impuberes, alij verò puberes:quia inter illos impuberes non continebitur pupillaris,Bart.in l.Lucius,n.8.ff.de vulg.&ibi Salic. Alex.n.14.Iaſ.n.14.vbi teſtatur de communi opinione, Zaſ.num.16.Rip.nu.22.& Alciat.num.30.Aret.in l.in teſtamento,la prima,nu.4.C.de teſtam.milit.& ibi Salic.& Roman.Aret.in l.iam hoc iure,n.6.ff.de vulg.Zãch.in l. hæredis mei,§.cum ita,n.1221.ff.ad Treb.Gul.Bened.in c.Rainutius,in materia reciproca,n.37.ext.de teſtã.Bal. de recip.n.8.Bart.Huc.de recip.n.7.Zaſ.de recipr.n.6.& ſeq.Leon. de recip. n.44.& ſeqq.Odd.in prælud.de cõp. par.6.q.5.num.4.verſ.ampliatur primo, vbi de communi opinione teſtatur, Craſſ.in §.ſubſtitutio, q.55.n.4.vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoc.lib.4.preſump. 60.num.35.vbi aſſerit eſſe receptam ſententiam.Præt.de interpr.vlt.vol.fol.263.n.2.Alex.Trent.de ſubſtit.par. 5.cap.5.vbi dicit eſſe communem opinionem.Intrigl. de ſubſt.cent.2.q.69.

Pro hac ſententia facit primò ratio æqualis determinationis,de qua in d.l.iam hoc iure,quę ratio militat tam ſi vnus de duobus ſit pubes, quam ſi vnus de decem, ergo idem ius ſtandum eſt, l.à Titio,ff.de verb.oblig.& ita arguit.Bart.& ſequuntur alij

34 Secundò,veriſimile eſt, quod pater inter filios voluerit ſeruare æqualitate,argum.l. illud, in fi.Cod.de collat. Zanch.in l.hæredes mei,§.cum ita,nu.11.verſic.ſecundo principaliter,& n.ſeqq.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.6 tit.2.n.5.Menoch.cõſ.346.n.3.Cephal.cõſ.733.n.16.&
35 ſeqq. Præt.de interpr.vlt.vol.fol.202.nu.21.ſeq.Et pro ſeruanda ęqualitate inter liberos receditur à regulis iuris communis,Menoch,conſ.87.num.86.Atqui ſi in perſonis impuberum reſultaret pupillaris reciproca, ſequeretur, quod frater pubes eſſet excluſus à ſucceſſione fratris pupilli, quod non eſt veriſimile teſtatorem ſenſiſſe, immo potius præſumendum eſt, quod inter eos voluerit ſeruare ius legitimarum ſucceſſionum,l.vel ſingulis, ff.de vulg.

Tertiò,facit arg.l.1.§. item quæritur,ff.de acq.quotid. & æſti.vbi qui habet ius aquę ducendæ,ſi immiſceat aliã aquam, qua vſus in præteritum non fuit in totum prohibetur ratione immixtionis ducere aquam,ergo in totum,ceſſabit pupillaris, ſi perſona adiungatur, in qua pupillaris cadere non poſſit.

36 Contra tamen tenuerunt.Gul.Rainer.& Alber.in d. l.Lucius.ff.de vulg.& in d.l.in teſtamanto,C.de teſtã.milit.vbi etiam Bald.n.7.Eman.Coſta,in cap.ſi pater par.3. in verbo perſonis,n.5 & 7.de teſtã.in 6.Angel.conſ.307. n.3.Comen.conſ.16.Vaſq.de ſuc.progreſſ.lib.2.§.19.ante num.6.

Adducitur primò l.cohæredi,§.qui diſcretas,ff.de vulg. Reſpondetur, quod ibi in §.diſcretas, hoc præſumitur, quia inſtitutione impuberes erant coniuncti, ideo idem dicendum & in ſubſtitutione, ſed quæſtio noſtra procedit quando omnes in inſtitutione, & in ſubſtitutione ſunt coniuncti.

Secundò,adducitur d.l.cohæredi,§.qui patrem.Sed reſpondet Bart.quod ibi illud procedit, quia nulla, interuenerat ſpecialis prouiſio.

Tertiò, facit reg.l.1.§.ſi ff.de collat.bonor.& l.prætor,§.Iulianus,ff.eod. Reſpondetur,quod ibi ratio textus habet locum,ſiue ſint duo,ſiue plures permixtim,vt emãcipatus conferat ſuo, non emancipato,vt ibi dicitur,nec iniuria ſit emancipato,ſed in caſu noſtro propter immixtionem puberis ceſſat ratio, quæ mouit Legiſlatorem fundata in æqualitate.

Quartò,adducitur alia ratio, quod verba debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quam referuntur,l.ex militari,ff.de teſtã.milit.C.ſi quis filio,§.irritum,ff.de iniuſ.rupt.& irrit.feſta. Reſpondetur ſecundum Bart.quod obiectum procedit dummodo poſſint vniformiter referri, ſecus eſt quando difformiter obſtante regula æqualis determinationis. 37

Declaratur primò communis opinio,vt non procedat, quando impuberes eſſent coniuncti in inſtitutione, & pubes eſſet ſeparatim inſtitutus, & poſtea inuicem eſſent ſubſtituti, quia in perſonis impuberum habebit locũ pupillaris, Bart.in l.Lucius,nu.8.ff.de vulgar. Imol.in c.Rainutius, ext.de teſt.& ibi Did.§.7.n.4.qui dicit eſſe communem opinionem.Bald.de recipr.num.8. Bart.Huc.de reciproc.num.7.Polit.de reciproc.numer.8. Leon.de recipr.n.48.Vaſq.lib.2.de ſucceſſ.progreſſ.§.19. n.5.& ſeq.Odd.de ſubſt.cõpend.in prælud.par.6.q.5.n.4. verſ.quod tamen,Præt.de interpr.vlt.vol.fol.271.n.24. Menoch.lib.4.preſump. 60.n.36.Alex. Trent.de ſubſt. part.5.c.5.n.2.Intrigl.de ſubſt.cent.2.q.69.in fin.Gall.de excep.ſucceſſ.tit.2.excep.21.n.30.& ſeq.par.2.Probaturque hęc opinio in l.cohæredi,§.qui diſcretas,ff.de vul. & pup.ſubſt. 38

Contrariam opinionem tenuerũt, Ripa in d.l.Lucius,n.23.& ibi Alciat.n.30.ff.de vulgar. 39

Declarationes aliæ colligi poſſunt ex dictis pro declaratione primæ limitationis.

Limitatur tertiò, quando pater inſtituit duos filios impuberes,& alium extraneum, & eos inuicem ſubſtituit, quia inter filios impubere non continebitur pupillaris.Salic.in l.in teſtamento,la prima, C.de teſt.milit. & ibi Roman.Aret.d.l.iam hoc iure,ff.de vulg.Alex.in l. Lucius,n.12.ff.eod.& ibi Aret.Iaſ.n.14.& Alciat.n.29. Zanch.in l.hæredes mei,§.cum ita, num.1221.ff.ad.Trebell.Imol.in c.Rainutius,ext.de teſt.Eman.Coſta, in c.ſi pater,par.3.in verbo,perſonis,nu.8.de teſtam.in 6.Bart. conſ.57.Anacellus,n.4.lib.1.Rimin.cõſ.3.n.14.li.2.Alex. Trent.de ſubſ.par.5.cap.5.Menoch.lib.4.preſump.60.n. 37.Præt.de interpr.vlt.volunt.fol.263.n.2.in fi.vbi ab hac opinione tanquam magis communi dicit non eſſe recedendum,Intrig.de ſubſtit.cent.2.q.69,nu.15.& ſeq. Ruſtic.in l.cum anus,lib.2.c.10.n.4.ff.de condi.& demõſtrat.Pro hac communi ſententia faciunt primum, & tertium fundamentum adductum pro pręcedenti limitatione.Tertiò confirmatur, nam ſi teſtator filios, & extraneum coniunxit inſtitutione, & in ſubſtitutione præſumitur æqualiter eos dilexiſſe,arg.l.cohæredi,§.qui diſcretas,ff.de vulg.& l.pen.C.de imp.& aliis ſubſt.Et æqualiter vocaſſe,prout etiam natura reciprocæ eſt, vt mutua,& æqualis, & viciſſitudinaria ſit ſubſtitutio, & ſi hoc eſt verum, ceſſare debet reciproca pupillaris, quia plus eſſet in perſonis pupillorum, quam in extraneo, quia iſte ſuccederet in bonis pupillorum ex pupillari, & tamen pupilli in bonis extranei non ſuccederent. 40

Contrariam opinionem probarunt, Bald.in l.in teſtamento,la prima,qu.4.& ibi Aret.C.de teſtã.milit.Rip.in d.l.Lucius,nu.24.ff.de vul.Hippol.Rimin.in l.precibus, nu.268.C.de impub.& al.ſubſt.Angel.conſ.307.Polit.in tract.de recipr.nu...... Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.lib.2.§.19. de recipr.nu.4.qui tamen dicit primam opinionem eſſe communem. 41

Pro hac ſententia adducitur *l. qui filios. irritum, ff. de inuſt. rup. & irri. teſta. cum concor.* vbi dicitur verba intelligi ſecundum conditionem perſonarum quibus adijciuntur: ſed ſubſtitutio iſta relata ad impuberes debet pupillarem continere, cum illis conueniat *cap. ſi pater, de teſtam. in 6.* Reſpondetur tamen hoc procedere ſi verba referantur vniformiter, ſecus ſi difformiter, obſtante regula æqualis determinationis *d. l. iam hoc iure.*

Secundò, allegatur *d. §. qui diſcretas*, ponderando quod ibi vis coniunctionis verbalis in inſtitutione operatur, quod reciproca contineatur pupillaris, non obſtante quod frater pubes ſit immixtus alias ab inteſtato ſucceſſurus, ergo coniunctio ſanguinis, & patris affectio erga filios operabitur eundem effectum, quando extraneus eſt immixtus ab inteſtato pupillo non ſucceſſurus. Reſpondetur, diſpoſitionem *d. §. qui diſcretas*, procedere ratione coniunctionis: atqui ceſſante ratione coniunctionis cum ſit ſimul reciproca non eſt recedendum à regula æqualis determinationis, cum omnes ſimul æqualiter ſint tractati.

Tertiò, facit arg. *l. Panio Callimacho, §. 1 in ratione ſui ff. de legat. 3. & l. Aurelius, §. Titius teſtamento, ff. de liberat. leg.* in quibus iuribus contra verborum proprietaté frater admittitur ad ſucceſſionem fratris, ergo inconueniens non erit, quod fauore fratris contineatur pupillaris, licet regula æqualis determinationis repugnet. Reſpondetur, quod licet à verborum proprietate aliquando recedatur ratione naturalis affectionis, hoc tamen non procedit, ſi in contrariũ extat aliqua ratio. Atqui hoc caſu in contrarium obſtat ratio æqualis determinationis, incongruũ enim eſt, quod in perſonis impuberum contineatur pupillaris cum vulgari, & in perſona extranei ſola vulgaris, & cum tam extraneus, quam frater ſint ſubſtituti militat eadem ratio affectionis erga omnes, & propterea plus vni, quam alteri, tam actiuè, quàm paſſiuè tribui non debet.

42 Sublimitatur primò, quando impuberes fuerunt coniuncti in inſtitutione, & extraneus ſeparatim inſtitutus & poſtea inuicem eſt facta ſubſtitutio, per ea quæ dicta ſunt ſuprà *nu. 38.* & in ſpecie hoc voluit Alexand. Trent. *de ſubſt. par. 5. ca. 5. circa finem.*

43 Sublimitatur ſecundò, quando impuberes eſſent in maiori ſumma inſtituti, quam extraneus, quia inter eos induceretur reciproca pupillaris, & hoc ratione affectionis, Alex. Trent. *de ſubſt. par. 5. c. 5. circa finem.* Hæc tamen opinio mihi tuta non videtur, quia ratio affectionis eadem eſt in toto quo ad totum, quàm in parte quo ad partem, & argumentum de tota ad partem, quo in ſubſtitutionibus & ibi in ſimili vtitur Vaſq. *§. 19. ante n. 7.*

44 Sublimitatur tertiò, quando in ſubſtitutione adeſſet clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vt dixi ſuprà *nu. 29.*

45 Sublimitatur quartò, quando ex coniecturis conſtare poſſet teſtatorem voluiſſe ſub hac reciproca pupillarem contineri, Alex. *in l. precibus*, & ibi Dec. *in fine.* Curt. iun. *in fine, C. de impub. & al. ſubſt.* Menoc. *lib. 4. præſump. 50. n. 38.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. q. 69. nu. 17.* Licet diſſentiat Rimin. iun. *in d. l. precibus.*

46 Limitatur quartò, quando teſtator inſtituit duos impuberes, quorum alter erat in poteſtate, alter erat emancipatus, quem poſtea adoptauit, vel quorum alter erat legitimus alter erat naturalis, quem poſtea legitimauit, quia tunc pupillaris continebitur Bart. *in d. l. Lucius, col. 5.* & ibi Angel. Imol. Alex. *n. 13. & nu. 29.* vbi teſtatur de communi opinione, & Alciat. *n. 35. ff. de vulg.* Bald. *in d. l. in teſtamento*, & ibi Ang. Salic. & Roman. *C. de mil. teſta.* Alex. *in l. 2. n. 11.* & ibi Socin. *n. 55. in fine, ff. de vulg.* Imol. *in c. Rainutius, ext. de teſta.* Vaſq. *de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 19. n. 13.* Craſs. *in §. ſubſtitutio, q. 23. n. 7.* vbi dicit eſſe communem opinioné, Menoch. *lib. 4. præſump. 60. nu. 30.* Alexan. Trent. *de ſubſt. par. 5. cap. 6. n. 10.* Intrig. *de ſubſt. cent. 1. q. 67. n. 32. & cent. 2. q. 72.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 2. excep. 21. n. 33. & ſeq. par. 2.*

Ratio eſt, quia à principio pupillaris non continebatur in hac reciproca facta imparibus, cum pupillaris emancipatis & illegitimè natis fieri non poſſit, cum ſub patris poteſtate non ſint ad tradita per Doct. *in l. 2. ff. de vulg.* & latius dictum fuit ſupra *in tract. de pupillari.* Atqui ſi poſtea induceretur, eſſet noua diſpoſitio, & ſubſtitutio, quæ ſine noua ſolemnitate fieri non potuit, *l. hæredes palam, §. ſed ſi notã, ff. de teſtam.* ergo &c. Ad cõ 47
iecturandam enim voluntatem teſtatoris conſideratur tempus, quo fit teſtamentum, quia tunc diſpoſitio perfectionem recipit, *l. 1. ff. de teſtam. l. 4. ff. de adim. leg. §. poſteriore, inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Soc. iun. *conſ. 6. n. 2. lib. 1.* Menoc. *conſ. 97. n. 149. & conſ. 106. nu. 330.* & faciunt quæ dixi *qu. 262.* an inter plures inſtitutos, quibus eſt datus ſubſtitutus inducatur reciproca, *n. 19. in fine:* vnde paritas inſtitutorum, quæ poſtea ſuperuenit, non fuit à principio in mente teſtatoris, & ideo nil operatur.

Vlterius, ſi diſpoſitio à principio eſt inutilis non con- 48
firmatur ex poſt facto, *l. ſi ita, ff. de aur. & arg. leg. l. 1. §. ſed ſi filius, ff. de leg. 3. l. penult. ff. de reg. iur.* Sed à principio pupillaris non potuit contineri, ergo &c.

Non obſtat *l. ſi extraneum ff. de vulg. & pup.* vbi habetur ſufficere capacitatem interuenire tempore mortis teſtatoris, nam Bart. reſpondet, ideo ibi ſic decidi, quia conſtabat de voluntate teſtatoris ab initio, cum expreſsè pupillariter ſubſtituerit, & propterea ceſſante impedimento, cum duret prima voluntas, ſubſtitutio iudicatur pupillaris, ſed in hoc caſu voluntas teſtatoris non fuit pupillariter ſubſtituendi ſtante inæqualitate inſtitutorum.

Non obſtat quod ceſſet ratio inequalitatis impediens, & propterea contineri debeat pupillaris ex regula *l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron.* Reſpondetur enim quod licet ceſſet ratiò inæqualitatis, non tamen adfuit voluntas teſtatoris à principio, nec noua voluntas ſolemnis interuenit, vt ſupra dictum fuit.

Contrariam igitur opinionem malè probarunt, Polit. 49
de recipr. nu. 4. & Odd. *in prelud. compen. par. 6. q. 5. num. 4. ampl. 3.*

Sublimitatur primò, quando in teſtamento adeſt clau- 50
ſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, nã ex hac clauſula oſtenditur, quod à principio adfuit voluntas teſtatoris, & pupillariter ſubſtituendi, & ideo tũc ſufficit incapacitas tempore mortis teſtatoris, *d. leg. 2. extraneum, ff. de vulg.* Et in ſpecie ita ſcribunt Bald. *in l. in teſtamento, la prima, q. 9. C. de teſtam. milit.* Rip. *in d. l. Lucius, n. 31.* & ibi Alc. *n. 38.* qui alios referunt, *ff. de vulg.* Capr. *de recipr. ad finem,* Menoch. *lib. 4. præſump. 60. nu. 44.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 5. ca. 6. in fi.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 263. n. 6. ad medium,* vbi alios citat Intrig. *de ſubſt. cent. 2. q. 72. in fine,* Gallus *de excep. tit. 2. excep. 21. nu. 58. par. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. cap. 10. num. 8. ff. de cond. & demonſtr.*

Sublimitatur ſecundò, quando teſtator ſtatim poſt fa- 51
ctum teſtamentum filiũ adoptauit, vel legitimauit, quia tunc pupillaris contineretur, Aret. *in d. l. Lucius,* vbi etiam Rip. *n. 30.* & Alciat. *nu. 37. ff. de vulg.* Auchar. *conſ. 302. col. 1.* Crauet. *conſ. 77. col. 3. & conſ. 100. col. 3.* Leon. *de recipr. n. 85.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 5. cap. 6. n. 11.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 263. n. 6. ad medium,* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 60. nume. 4.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. qu. 72. num. 13.*

Ratio eſt, quia præſumitur teſtatorem teſtamenti

52 tempore habuiſſe animum, quod pupillaris reciproca contineretur, nam ex his, quę fiunt incontinenti, declaratur qualis fuerit animus præcedēs, l. ſi veniri, & ibi Bar. ff. de priuil. credit.

53 Sublimitatur tertiò, quando appoſita eſt conditio, ſi, vel quando talis naturalis legitimabitur. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 263. nu. 6. circa medium.

54 Sublimitatur quartò, quando ex coniecturis appareret teſtatorem voluiſſe contineri pupillarem, Bald. d. l. in teſtamento, la prima, q. 9. C. de teſtam. milit. Aret. in d. l. Lucius, nu. 12. & ibi Rip. n. 31. in fine, & Alciat. nu. 36. ff. de vulg. Menoch. lib. 4. præſumpt. 60. num. 45. Intrigl. de ſubſtit. cent. 2. qu. 72. nu. 12. Gallus de except. ſucceſs. tit. 2. except. 21. nu. 34. par. 2.

55 Limitatur quintò, quando reciproca his verbis facta eſſet, & ſi vnus filiorum hæres nō erit, alterum ſubſtituo, tunc enim non continetur pupillaris vigore reciprocæ, ſed continebitur tacita pupillaris ſub hac vulgari expreſſa, Bart. d. l. Lucius, & ibi Imol. n. 3. Alex. n. 13. Iaſ. nu. 13. & Rip. num. 40. vbi teſtatur de communi opinione, ff. de vulg. Alber. in rub. ff. eod. Alex. in l. precibus, col. penult. C. de impub. & al. ſubſtit. & ibi Seuer. n. 13. in fin. & Rimin. iun. nu. 617. idem Alex. in d. l. in teſtamento, la 1. C. teſtam. mili. Imol. in cap. Rainutius, in materia reciprocæ, ext. de teſtam. & ibi Gul. Bened. in verb. ſi abſque liberis, il ſecondo, in materia pupillaris, n. 108. & Bero. nu. 488. Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 15. nu. 114. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 13. n. 5. Menoch. li. 4. præſump. 60. num. 47. Alex. Trent. de ſubſt. par. 5. cap. 9. num. 1. vbi de communi opinione teſtatur.

56 Contrariam opinionem malè tenuit Dec. in d. l. teſta. la prima, nu. 18. C. de teſtam. milit. & in d. l. precibus, nu. 20. C. de impub. & al. ſubſtit.

57 Sublimitatur quando adeſſet clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ad dicta ſupra nu. 29. & nu. 50.

58 Limitatur ſextò, quando teſtator alterum ex filijs impuberibus emancipauit, quia ſicuti pupillaris extinguitur in emancipato, pariter non operabitur reſpectu retentorum in poteſtate. Bart. in l. Lucius, nu. 10. & ibi Imol. nu. 10. Paul. Caſtr. n. 5. Alex. n. 15. Zaſ. n. 13. & Alciat. n. 32. ff. de vulg. Alber. in Rubr. ff. eod. nu. 82. Fabr. in §. qua ratione, col. 8. inſtit. de pupil. Salic. in d. l. in teſtamento, nu. 19. & ibi Roman. n. 18. & Dec. n. 18. de teſt. milit. Petr. de Vbal. in d. cap. Rainutius, vbi dicit eſſe communem opinionem, & ibi Gul. Bened. de recipr. nu. 54. qui teſtatur de communi opinione, ext. de teſtam. Dec. conſ. 361. nu. 8. & conſ. 456. nu. 5. Bald. de recipr. nu. 10. Zaſ. de recipr. n. 9. Paul. Leon. de recipr. n. 76. & ſeq. Conſtant. Roger. de recipr. qu. 4. num. 13. Odd. in prælud. de compend. par. 6. qu. 5. verſic. ampliatur ſecundò. Menoch. libr. 4. præſ. 60. nu. 54. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Intrigl. de ſubſt. cent. 2. q. 71.

miſsariam non contineret, licet tantum vnus eſset exheredatus, Odd. *conſi.* 69. *n.* 38. & faciunt dicta ſupra *q.*...

In caſibus autem in quibus continetur fideicommiſ- 42
ſaria, ſupra eſset, an ſit inutilis, dicam *q.* 474. & vide ſupra, *hac queſt. n.* 26.

Sed an fideicommiſsaria quando continetur operetur vltra pupillarem ætatem, videnda erunt ſcripta ſupra *q.* 8. *n.* 35. *& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Reciproca non inducitur inter inſtitutos in re certa, &*

vniuerſales hæredes.limita per totam queſt.

2 *Hæres in re certa non eſt propriè hæres,ſed legatarius, vel tertia ſpecies.*

3 *Coniuncti in inſtitutione cenſetur coniuncti & in ſubſtitutione.*

4 *Coniuncti in re certa non habent ius accreſcendi cum hæredibus vniuerſalibus.*

5 *Reciproca inducitur inter inſtitutos in quota hæreditatis,& hæredes vniuerſales.*

QVÆSTIO CCLIX.

Reciproca vtrum inducatur inter plures inſtitutos, quorum alij ſunt in re certa inſtituti, alij vniuerſales ſunt relicti hæredes?

1 CONTEMNENDA non eſt quæſtio, quando teſtator alios inſtituit in re certa alios vniuerſales fecit hęredes,& poſtea dixit,quos inuicem ſubſtituo; an reciproca cenſeatur facta ſolum inter vniuerſales hęredes, an etiam cum eis veniant inſtituti in re certa? Exemplum eſt, quando teſtator filias inſtituit in certa quantitate pro dote, & maſculos fecit hæredes vniuerſales, & ſubiecit, vos omnes filios meos inuicem ſubſtituo: & negatiuam opinionem probarunt Bart. *in l. Lucius,n.* 18.& ibi Alexand.*n* 18. Iaſ.*n.*23. Ripa *n.*36.qui teſtatur de communi opinione Alciat.*n.*40. & alij communiter *ff.de vulg & pupill. ſubſt.* Bart. *in l. vltima, ff. ad Trebell.* Bald. *in l.in teſtamento*, & ibi Angel.Salic.& alij communiter,*C.de teſtam.milit.* Paul. de Caſtr.*in l.cohæredi, §.qui diſcretas, ff.de vulg.* Aret. *in §.& plures inſtit. de vulg.* Imol.*in cap. Rainutius, extr.de teſtam.* & ibi Gul.Bened. *in materia reciproca, num.*30.& conſulendo Bart. *conſi.*54.*lib.*1. Anchar.*cōſ.*67.Alex.*conſi.*66.*lib.*2.Calcan. *conſi.*48.*num.*7.*& ſeq.* Grat.*conſi.*98.*num.*8 *& ſeq.lib.*2.Soc.ſen. *conſ.*69.*nu.*12.*lib.*1.*&* *conſ.*14.*in princ. lib.*4.Curt. ſen.*conſ.*45. *col.*2.*& conſi.*52.*col.*2.Ruin.*conſi.*136.*n.*15 *li.*2.*conſil.*128.*nu.*13.*& conſi.*152.*n.* 30.*lib.*3 Rub.*conſi.* 62.*nu.*2. Curt.iun.*conſi.*12.*col.vltima,& conſi.*48.*n.*6 Dec.*cōſ.*182.*n.*4.Soc.iun.*conſi.*75.*n.*24.*lib.*3. Cranett.*conſ.vlt. n.*5.Menoch.*conſi.*198.*n.*13.Peregr.*conſi.*61.*n.*5.*lib.*4. & in tractatibus Bald.*de recipr. n.*15. Bart.Huc.*de recipr.n.*12.Zaſ.*de recipr.n.*11.Capr.*de recipr.n.*28 *& ſeq.* Polit.*de recipr.n.*7. Coſtant.Roger.*de recipr. queſt.*4.*n.*49.Paul.Leon.*de recipr.n.*97 Aret.*tract.de teſtam.gloſ.*83.*col.pen.n.*9.Odd.*in præluд.de compend par.*6.*q.*5.vbi teſtatur de communi opinione Craſſ.*in §.ſubſtitutio, q.*55.*n.*9.*circa finem* Alex.Trent.*de ſubſt par.*5.*c.*8.*n.*2.vbi dicit eſſe communem opinionem Menoch.*lib.*4.*Præſumpt.*60.*n.*11.vbi dicit eſſe receptam ſententiam Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.* 264.*n.*8.Intrigl. *de ſubſt.cent.* 2.*q.*77.Gallus *de except. ſucceſſ.tit.*2. *except.* 21.*nu.*42. *& ſeqq.par.*2.

2 Probatur primò ratione, nam hæres ex re certa non eſt proprie hæres ſed loco legatarij habetur, vel eſt tertium genus per ſe, cum vocetur hæres ſingularis Doct. *in l.ex facto, in princ.ff.de hered.inſtit.* Peregr.*de fideicom.art.*32.*n.*29.Præt.*de interpr.vltim.volunt.fol.*178. *n.*11.*& fol.*199.*n.*34.*& ſeq.* Atqui verba ſunt intelligéda in proprio ſignificatu, *l.non aliter,ff.de leg.*3.*ille aut ille,§.cum in verbis,ff.eod.*ergo ſubſtitutio non comprehendet inſtitutos in re certa.

3 Secundò coniuncti in inſtitutione cenſentur etiam coniuncti in ſubſtitutione,*l.cohæredi,§.qui diſcretas, ff.de vulg.& pupill.ſubſt.* Menoc.*lib.*4. *præſump.*75.*nu.*4. Peregr.*de fideicom.art.*9.*n.* 14. Odd. *conſi.* 57. Decian. *conſi.*96.*n.*1.*lib.*1.cum aliis congeſtis *inf.queſt.*494. Atqui inſtituti in re certa nó habent ius accreſcendi cum vniuerſaliter inſtitutis,*l.*1.*§.ſi ex fundo,ff.de hered.inſtit.* ergo &c.& ita arguit etiam Bart.*in d.l. Lucius,nu.*14.

Tertiò, ſubſtitutio cenſetur facta in portionibus hæreditariis, *l.qui plures,ff.de vulg.* Atqui inſtitutus in re certa non habet portionem hereditariam, cum, vt dictum eſt, ſit loco legatarij, & probatur *in l.quoties,C.de hæred.inſtit.*ſed tantum habet certam illam rem, ergo &c.& ita arguit idem Bart.*d.l.Lucius,n* 18. 4

Quartò, prælati in inſtitutione cenſentur prælati & in ſubſtitutione.*l.Lucius, §.pater puberum,ff.ad Treb.l.*1.*C.de impub.& al.ſubſt.* Atqui teſtator in inſtitutione pretulit vniuerſaliter inſtitutos, non honoratos in re certa,qui ſunt loco legatariorum : ergo nec iſtos dicetur prædilexiſſe teſtator in ſubſtitutione, ſed ſolum vniuerſales hęredes, Bart.ita argumentatus fuit. *in l.vlt. nu.*2.*ff.ad Trebell.*& ſequitur Menoch.*lib.*4. *præſumpt.*60.*n.*12.

Nec obſtat ſi diceretur quod ex quò inſtituti in re certa ſunt in illa re prædilecti, quod pariter ad ratam in ſubſtitutione cenſeri debent prædilecti. Nam iſtud argumentum tollitur, cum diſpoſitio illa non poſſit dici inſtitutio ſed legata, vt dictum eſt,& ita dicit Menoc. *d.præſumpt.*60.*n.* 13.

Limitatur primò, quando alij eſſent inſtituti in quota hæreditatis, alij in reliquis bonis, nam tunc reciproca omnes comprehendet pro ſuis quotis, Alciat.*in l. Lucius,n.*46.*ff.de vulg.*Barbat. *conſ.*36.*lib.*1.Menoch. *li.*4 *præſumpt.*60.*n.*21.Intrigl.*de ſubſtit.cent.* 2.*q.*77.*n.*15.Et ratio eſt ſecundum Menoch.& alios,quia,& inſtituti in quota ſunt hæredes. 5

Limitatur ſecundò, quando vnus tantum eſſet inſtitutus in re certa, & alios vniuerſaliter, quia inter eos dicetur facta reciproca,Imol.*in l.cohæred.§.qui diſcretas,ff.de vulg.*ibi Paul.Caſt. & Alex. Aret. *tract.de teſt. Gloſ.*89.*n.*9.Pret.*de interpr.vlt.vol.fol.*264.*n.*8. 6

Limitatur tertiò, quando duo tantum maſculi eſſent vniuerſaliter inſtituti, & dixit teſtator,ſi alter filiorū ſine filiis deceſſerit alios ſubſtituo, vel ſuperſtites ſubſtituo, quia cum plures ſint ſubſtituti, ratione recti ſermonis cenſebuntur vocati etiam inſtituti in re certa, Bart.*in l.vlt.nu.*2 *ff.ad Trebell.*Bald.*in l.in teſtamento, la prima, C.de teſtam.milit.*& ibi Angel.& Imol.Paul. Caſtr.*in l.cohæredi,§.qui diſcretas,*& ibi Alexan.*n.*3.& Alciat.*n.*4.*ff.de vulg.* Alexand. *in l.Lucius,*& ib. Iaſ.*n.*20.Ripa *n.*38.& Alciat.*n.*46.*ff.eod.* Lanfrac. de Orian. *in l.Centurio,n.*27 *ff.eod.*Gul.Bened.*in ca.Rainutius,in materia reciproca,numer.*31.*ext. de teſt.* Comen.*conſi.*19.Alexand.*conſ* 93.*in principio lib.*2.Corn.*conſi.*307. *n.*3.*li.*1.Ruin.*conſ.*148.*n.*9.*& cōſ.*168.*n.*17.*li.*2. Curt. iun.*conſi.*22.*n.*8 *conſ.*69.*n.*2.*& conſ.*125.*n.*7.Hieron. Gabr.*conſ.*121.*n.*20.*lib.*1.Menoch. *conſ.*50.*n.*18.*verſ. tertiò dico* vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam. *conſi.*198.*n.*16.*conſ.*524.*n.*2.*& n.*9.*& conſ.ſeq.*Bellon.*lib.*4. *Supput.cap.vlt.n.*6. Alex. Trent.*de ſubst.par.*5.*c.*8 *nu.*3.Pret. *de interpr.vlt. vol.fol.* 264.*n.*8.Intrigl.*de ſubſt. cent.*2.*q.*77.*n.*14.Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*60.*num.*15. vbi dicit eſſe receptam opinionem. Ratio eſt, quia ratio rectij ſermonis cum plures in numero plurali ſint comprehenſi, non fert vt in ſolo filio ſuperſtite hęrede inſtituto verificari non poſſit ſubſtitutio, *l.vlt.ff.ad Trebell.* ſi enim contrarium voluiſſet teſtator,dixiſſet in numero ſingulari,ſuperuenientem, non autem in numero plurali, ſuperuiuentes. 7

Intellige primò,vt ſi notarius poſuit abreuiaturam, nec expreſſit numerum pluralem ſuperſtites,nec ſingularem ſuperſtitem, quod intelligitur tantum ſolum vniuerſaliter inſtitutus vocatus Bartol. *in d.l.vlt.* & ibi Alex.*ff.ad Treb.* Aret.*in d.§.& plures,inst.de vulg.*Guil. Bened.*in c. Rainutius,in materia reciproca,n.*31.*extr.de teſt.*

ſtit. Alex Trēt. *de ſubſt. part. 5. c. 8. n. 3. verſ. iuxta tamē.*

9 Intellige ſecundò non procedere, quando teſtator plures maſculos inſtituiſſet vniuerſaliter, & fœminam in re certa, & poſtea dixiſſet, ſi aliquis, vel aliqui decederent ſine filijs, ſubſtitutio ſuperſtitem, vel ſuperſtites, nam ſi res reducatur ad caſum, quod tempore mortis vltimi extet vnus tantum maſculus, & fœmina in re certa inſtituta, quod illa non erit admittenda, licet ſuperſtites numero plurali ſint vocari, quia addictum erat etiam verbum, ſuperſtes, numeri ſingularis, in quo verificatus eſt caſus ſubſtitutionis, ita in ſpecie Ruin. *conſ.* 155. *n.* 9. *lib.* 2. refert & ſequitur Menoch. *conſ.* 822. *n.* 6. *& ſeq.* & eſt veriſſima opinio, quia hoc caſu ceſſat ratio numeri pluralis.

10 Limitatur quartò, quando omnes inſtituti in vniuerſum eſſent mortui, quia vltimo decedenti ſuccederent inſtituti in re certa, & è contra Bald. *in l. in teſtamento, §. prima, C. de teſtamen. milit.* & ibi Angel. Salic. & communiter Doctor. Angelus *in d. l. Lucius*, & ibi Imol. & Iaſ. *n.* 27. *ff. de vulg.* Guliel. Bened. *in d. cap. Rainutius, in materia reciproca, n.* 31. *extra de teſtam.* Aret. *tract. de teſtam. gloſ.* 83. *n.* 9. Capr. *de recip. n.* 28. *& ſeq.* Paul. Leon. *de recipr. n.* 92. *in fine.* Polit. *de recipr. n.* 7. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 60. *n.* 16. *& ſeq.* Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 264. *n.* 8. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 77. *n.* 19. Gallus *de execp. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 21. *n.* 46. *& ſeqq. part.* 2.

11 Contrariam opinionem probarunt Imol. *in d. c. Rainutius, extra de teſtament.* Ripa *in d. l. Lucius, nu.* 39. *ff. de vulg.* Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 5. *c.* 8. *n.* 4. qui volunt non per vulgarem, ſed per ius accreſcendi locum eſſe inſtituto in re certa.

Declaratur tamen hæc limitatio ſecundum ea, quæ ſcribit Menoch. *de præſumpt.* 60. *n.* 16. *vſque ad n.* 21.

12 Limitatur quintò, quando teſtator particulariter, & expreſsè etiam inſtitutos in re certa comprehendiſſet, vt ſi nominatim facta eſſet ſubſtitutio, Aretinus *in d. l. Lucius*, & ibi Iaſ. *n.* 24. & Alciat. *n.* 46. *ff. de vulg.* Ruin. *conſi.* 165. *n.* 8. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſūp.* 60. *n.* 14. Pereg. *de fideicom. art.* 9. *n.* 14. *& art.* 20. *num.* 20. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 2. *qu.* 77. *n.* 13. Mouentur autem per tex. *in cap. ſi pater, de teſtam. in* 6. & eſt veriſſima opinio.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca vulgaris vtrum inducatur inter plures inſtitutos, quibus eſt datus ſubſtitutus.*

2 *Reciproca pupillaris non inducitur inter plures inſtitutos quibus eſt datus ſubſtitutus, ſed ſolum ius legitimæ ſeceeſſionis dicitur reſeruatum, amplia & declara n. & ſeqq. per totam quaſtionem.*

6 *Reciproca tacita non inducitur, niſi neceſſario inferatur ex diſpoſitis teſtamento.*

7 *Subſtitutio directa coniecturis non inducitur, vel ſaltem difficilius, quam fideicommiſſaria, declara numero* 13. *&* 14.

8 *Subſtitutio quæ non legitur in teſtamento non dicitur facta, & dicens factam eſſe probare debet.*

9 *Voluntas quæ non tranſiuit in diſpoſitionem non attenditur.*

13 *Subſtitutio directa coniecturis inducitur, vt voluntas teſtatoris impleatur.*

14 *Subſtitutio directa cōiecturis deſumptis ex teſtamēto inducitur, ſecus ſi aliunde deſumatur.*

QVÆSTIO CCLXII.

Reciproca an inducatur inter plures inſtitutos, quibus eſt datus ſubſtitutus?

PRO complemento huius tractatus reciprocæ videndum eſt, an inter plures inſtitutos, quibus eſt datus ſubſtitutus inducatur reciproca ſubſtitutio? in quò articulo diſtinguo tria capita.

Primum caput eſt, quando agitur de vulgari ſubſtitutione, & tunc fruſtra de hoc diſputatur cum iure accreſcendi cohæres habeat partem cohæredis repudiantis, vel alia de cauſa non adeuntis *l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit. l. vnica, C. quod non peten. part.* & ius accreſcendi dicitur quędam tacita ſubſtitutio, *l. Titius. & Mauius, ff. de hæred. institut.* & dictum fuit *ſupra quæst.* 54. & in terminis, ita ſcripſerunt Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 492. *ff. de Trebell.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 61. *nu.* 2. vbi alios refert Intrigl. poſt multos relatos, *de ſubst. cent.* 2. *queſt.* 82. *n.* 1. 1

Declaratur tamen hoc caput ex his, quæ diximus *d. quæst.* 54.

Secundum eſt caput, quando agitur de pupillari ſubſtitutione, & tunc dicendum eſt non induci reciprocam pupillarem, ſed inter filios eſſe reſeruatam legitimam ſucceſſionem ab inteſtato ad excluſionem ſubſtituti; *l. vel ſingulis, ff. de vulg. §. vel ſingulis, instit. de pupill. l. qui duos, ff. de reb. dub. l. pater filiam, §. vlt. ff. ad leg. Falcid.* Din *in d. l. qui duos*, & ibi Albert. *ff. de reb. dub.* Bart. *in l. vel ſingulis, ff. de vulg.* & ibi Doct. communiter ſequuntur, Alexand. *in l. pater filiam, §. vlt. ff. ad leg. Falcid.* & ibi Hercul. Corn. *in l. pen. col.* 6. *ver. item fallit, C. de impub. & al. ſubsit.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita n.* 495. *& ſeq. ff. ad Trebell.* vbi de communi opinione teſtatur Did. *in c. Rainutius, §.* 8. *num.* 5. *ext. de testa.* Alexand. *conſ.* 91. *n.* 9. *lib.* 1. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. li.* 2. *§.* 25. *n.* 70 *& ſeq.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 61. *n.* 12. Intrigl. *de ſubstit. cent.* 2. *q.* 82. *n.* 15. *& ſeqq.* 2

Contrariam opinionem malè tenuit Aret. relatus à Zanch. *d. §. cum ita, n.* 493. 3

Ampliatur primò, & ſi ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, ſed non vltimo, vel è contra vltimo, ſed non in tota hęreditate, Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita, nu.* 494. *ff. ad Trebell.* Did. *in cap. Rainutius, §.* 8. *n.* 5. *ext. de test.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſ. lib.* 2. *§.* 25. *num.* 51. *& ſeqq.* Men. *lib.* 4. *præſumpt.* 61. *in fine.* Intrigl. *de ſubstit. cent.* 2. *q.* 82. *in fine.* Alex. Trent. *de ſubst. par.* 5. *c.* 2. *nu.* 19. Pro qua opinione facit, quia ſecundum veriorem, & magis communem in iſto caſu non inducitur nec reciproca fideicommiſſaria, vt diximus *quæst.* 472. *nu*.... vbi de reciproco fideicommiſſo actum fuit, & tamen difficilius inducitur directa reciproca, quam fideicommiſſaria, cum directa ſubſtitutio coniecturis non inducatur *l. cum proponeretur, ff. de legat.* 2. *l. iubemus, C. de testam.* & dixi ſupra *q.*.. & dicetur, *infra n.* 7. 4

Ampliatur ſecundò, & ſi ſit facta ſubſtitutio in tota hæreditate, & vltimo morienti, quia adhuc non inducitur reciproca, ſed ſolum eſt reſeruata legitima ſucceſſio ab inteſtato, Din. *in d. l. vel ſingulis*, & ibi Paul. Caſtr. *ff. de reb. dub.* Bald. *in l. potest, ff. de vulg.* & ibi Aret. *in fine*, & Imol. *in fi.* Angel. *in l. qui duos, in princ. ff. de vulg.* Paul. Caſtr. *in l. pater filiam, §. fi. ff. ad leg. Falcid.* Paul. Caſtr. *in l. pen. C. de impub. & alijs ſubstit. & in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat.* 2. Vigl. *in d. §. vel ſingulis, inst. de pupill.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 495. *ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *conſil.* 392. *primum quæſitum non paruum, col.* 1. *lib.* 2. Rub. Alexand. *conſil.* 2. *num.* 15. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. *§.* 15. *n.* 75. *& ſeqq.* vbi tamen dicit contrariam opinionem eſſe communem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 61. *n.* 11. Alex. Trent. *de ſubst. par.* 5. *cap.* 2. *n.* 19. licet dicat contrariam opinionem eſſe magis communem. 5

Probatur primò hæc opinio per generalitatem *lex*

duob. in princ. l. qui duas, *& l. vel ſingulis, ff. de vulg. §. vel ſingulis, inſt. eod. l. qui duos, ff. de reb. dub. l. paterfam. §. vlt. ff. ad l. Falc. & l. pen. in princ. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* in quibus legibus diſponitur, quod ſi fiat ſubſtitutio ei impuberi, qui nouiſſimus deceſſerit, inter eos non videntur factæ tacitæ ſubſtitutiones, ſed ab inteſtato ipſi inter ſe ſuccedunt, & has leges ſic in ſua generalitate ponderauit Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. § 25. n. 73. verſic. in omnibus, & infra.*

6 Secundò facit ratio, nam reciproca tacita non inducitur, niſi neceſſariò inferatur ex diſpoſitis in teſtamento, vt ſcribunt Paul. Caſtr. & Iaſ. *in l. poteſt*, *ff. de vulg.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita*, *n. 17 ff. ad Treb.* & ibi Zanch. *n. 558.* Ceph. *conſ. 401. n. 28.* Pereg. *conſ. 47. n. 7. conſ. 54. n. 1. & 11. conſ. 55 n. 8. lib. 1. conſ. 152. nu. 7. & ſeqq. lib. 5. & in tract. de fideic. art. 13. n. 4.* Burſat. *conſ. 372. n. 12. 33. & ſeqq. lib. 4.*

7 Et licet iſti vt plurimum in fideicommiſſaria loquantur, nihilominus eorū authoritas à fortiori ſeruit, nam directa ſubſtitutio coniecturis induci non debet, vel saltem difficilius, *l. iubemus, C. de teſt. l. vel ſingulis, & l. pater, ff. de vulg.* Gloſ. *in l. cū proponebatur*, in Gl. mag. *ff. de legat. 2.* Soc. iun. *in l. hæredes mei, §. cū ita, n. 19. v. ſolet enim*, *ff. ad Treb.* vbi teſtatur de communi opinione Menoc. *conſ. 97. n. 48. & lib. 4 præſum. 64. n. 3.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum. q. 4. n. 5. poſt prin.* Honded. *conſ. 51. n. 66. & 67 lib. 2* Atqui & ſine reciproca hoc caſu ſubſtitutus totum habebit verificata conditione in perſona vtriuſque, cum primo decedente ex neceſſitate in ſuperſtitem deuenire debeant omnia bona ab inteſtato, & ſic ceſſat ratio *l. Titia Seio, §. Seia libertis. ff. de legat. 3.* & ita arguebant Alex. Aret. & Paul. Caſtr. quos refert & ſequitur Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cū ita, n. 495. ad Treb.*

8 Tertiò accedit, quod ſubſtitutio, quæ non legitur in teſtamento facta non dicitur, & contrarium dices debet probare euidenter, Soc. ſen. *conſ. 62. lib. 3:* & dixi *quæſt. 15.* nec ſufficit, quod fortè teſtator de ea cogitauerit, nā non ſufficit voluiſſe, niſi & voluntas in diſpoſitionē tranſeat *l. quidā cum filium, ff. d. hæred. inſtit.* & ibi Bald. &

9 Imol. Curt. ſen. *cōſ. 42.* Alexan. *in l. 3. in fi. C. de liber. præter.* Dec. *conſ. 89.* & alibi ſæpe, ſed in tali caſu non legitur reciproca ſubſtitutio in teſtamento, nec alia neceſſitas eam inducit, ergo ſubſtitutio tacita reciproca pupillaris inter inſtitutos facta non cenſetur.

10 Contrariam ſententiam, quod immo inter inſtitutos impuberes pupillaris reciproca ſit inducta, probarunt Bart *in l. Titia Seio, & Seia libertis*, & ibi Bal. *ff. de lega. 2.* Bart. *in l. vel ſingulis* & ibi Imol. Aret. & alij communiter *ff. de vul.* Aret. *in l. poteſt* & ibi Alexan. & Iaſ. *col. pen. ff. de vulg.* Alex. *in l. ſi pater ipuberis, n. 3. in fi. ff. eod. & in l. ſi pater filiam*, *n. 4.* & ibi Hercul. *col. 7. ff. ad leg. Falcid.* Iaſ. *in l. penul. n. 7. C. de impub. & aliis ſubſt.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 2. & n. 19. & 21.* teſtatur de magis communi opinione, & ibi Torniel. *num. 28. ff. ad Trebell.* Did. *in d. cap. Rainutius, §. 8. num. 6.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *extr. de teſtam.* Soc. ſen. *conſ. 80. n. 2. lib. 1.* Corn. *cōſ. 186. n. 3. lib. 2.* Ant. Gabr. *de ſubſt. concl. 1. n. 11.* Odd. *de compend. ſubſtit. par. 5. art. 6. nu. 23.* teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem Peregr. *de fideicom. art. 13. nu. 15.* vbi teſtatur de communi opinione.

Primò adducitur *d. §. Seia libertis*. Reſpondetur tamē. tex. illum loqui in fideicommiſſaria, quia tunc niſi ex neceſſitate reciproca induceretur, ſubſtitutus ab vltimo non haberet totum, ſecus in pupillari, vt ſupra dictum eſt.

Secundò adducitur, quod ſubſtitutus in tota debet pariformiter totam accipere, ſed ſi ſecundus cōſequeretur portionem primi ab inteſtato, tunc ſubſtitutus ex teſtamento illam portionem non conſequeretur, *l. qui fundū §. qui filium. ff. ad leg. Falcid.* & ſic nō vniformiter caperet, ergo &c. ita arguit Torniel. *in d. §. cum ita, poſt, n. 28.* Sed reſpondet Zanch. *in d. §. cum ita*, *nu. 495. verſ. non om tto*, quod ſubſtitutus primo habebit ex pupillari etiam portionem primi, & hoc ob verbum, tota, ſed quod ſecundus debeat ex pupillari primo ſuccedere, conſequentia non eſt vera, non ſtat ſimul quod ſecundus ſuccedat primo ab inteſtato, & quod nihilominus ſubſtitutus vltimo vtramque ſubſtitutionem ex pupillari habeat à ſecundo, ad tradita per Anchar. *conſ. 26. lib. 3.* & Ruin. *conſ. 21. col. pen. lib. 3.* Et ad tex. *in d. §. qui filiū*, reſpondet ipſe Zanch. quod forte ille tex. procedit ſecundum diſpoſitionem, *d. l. qui duos*, *& d. l. pater filiam, §. vlt.* quæ iura locum non habent ſtante verbo, tota.

Declaratur autem hæc ampliatio, vt ſi mater ſit in medio, & ſit excluſa à ſtatuto à ſucceſſione, quod reciproca non inducatur, ſecundum Paul. de Caſtr. Aret. Rub. Zanch. & Menoch. locis ſupra relatis, & Intrigl. *d. q. 82. n. 14.* 11

Si verò mater extaret, & non eſſet excluſa à ſtatuto, vel extaret alius frater, qui in ſucceſſione concurreret cū impubere reciproca iudicatur pupillaris, & vt dictum eſt, ſit facta ſubſtitutio vltimo, & in tota Bart. *in d. l. vel ſingulis*, & ibi Aret. Imol. & Soc. ſen. *ante nu. 22. ff. de vulg.* Aret. *in l. poteſt*, *ad fi. ff. eod.* Ang. Aret. *in §. vel ſingulis col. 2. inſtit. de pupill.* Alex. *in l. pater filiam, n. 4. ff. ad leg. Falcid.* Iaſ. *in l. pen. in fi. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 21.* vbi dicit eſſe communē opinionem, & ibi Zanch. *n. 498 ff. ad Trebell.* Did. *in c. Rainutius, §. 8. n. 6. ext. de teſt.* Alex. *conſil. 91. col. 8. li. 1.* Corn. *conſ. 186. n. 3. lib. 2. & cōſ. 273. col. 3. li. 4.* Soc. iun. *cōſ. 80. n. 2. lib. 1.* Odd. *de cōp. par. 5. art. 6. n. 24.* Menoch. *lib. 4. præſump. 61. n. 3.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 5. c. 2. ante n. 20.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. q. 82. n. 3. & n. 9.* 12

Ratio eſt quia ex quo facta eſt ſubſtitutio in tota, teſtator voluit ſubſtitutū habere portiones omniū: Atqui ſubſtitutus non poſſet omnium portiones habere, niſi illæ perueniſſent ad vltimum, *l. ſi. vniuerſa*, & ibi Bart. *C. de legat.* & ad illum nō poſſent in totum peruenire, niſi mediante reciproca, quia aliter ab inteſtato mater concurreret cū fratre, *iuxta auth. defuncto, C. ad Trebell.* ergo vt voluntas teſtatoris adimpleatur, neceſſariò reciproca cēſetur inducta: Nec dicatur directam ſubſtitutionem coniecturis non induci, vt ſuperius dicebatur, nam fateor difficilius induci, ſed nihilominus, & directa coniecturis inducitur, quando neceſſitas ita ſuadet ad hoc, vt voluntas teſtatoris adimpleatur. *l. 1.* & ibi Bald. notat, *D. de hæred. inſtit.* Zanch. *in d. §. cum ita*, *n. 498.* Odd. *de comp. p. 5. q. 3. art. 6. n. 22.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 252. nu. 57.* Menoch. *lib. 4. præſump. 61. n. 5.* Præterea opinio, quod directæ ſubſtitutiones coniecturis non inducantur, procedet, quando coniecturæ extrinſecus deſumuntur, aliud eſt quando reſultāt ex verbis ipſis teſtamēti, ita conciliando opiniones ſcribūt Bal. *in l. captatorias, n. 4. C. de teſta. milit.* Aret. *in d. l. poteſt, col. 2. D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Zanch. *in d. §. cum ita*, *n. 146. in fi.* Alciat. *in l. 3. D. de verb. ſign.* Aqui. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantū, part. 1. n. 10. D. de liber. & poſthum.* Soc. iun. *conſ. 102. col. 3 lib. 1.* Menoch. *conſil. 408. n. 45. & lib. 4. præſumpt. 64. n. 4.* Honded. *conſ. 51. n. 88. lib. 2.* Atqui coniectura reciprocæ colligitur ex ipſis verbis teſtamēti, quia dictum fuit in tota, & vltimo morienti, ergo &c. 13

Contrariam verò opinionem tenuerunt alij, volentes nec tunc reciprocam induci, ita Din. *in d. l. vel ſingulis*, & Bald. Angel. Albert. Roman. Fulgoſ. qui dixit eſſe communem opinionem antiquorum, & Paul. Caſtr. quos refert Menoch. *dict. præſumpt. 61. nume. 3.* idem Bald. *in d. l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Angel. *in d. l. qui duos, D. de vulg.* Alciat. *in d. l. vel ſingulis, numero 6. ff. eod.* 14

ff.eod. Fachin.*lib.4.controu.iur.c.79.*

15 Idem & ſi extaret alter frater, qui ſucceſſurus eſſet ab inteſtato in parte, licet mater non extaret, Zanch.*in d.§.cum ita, part.6.n.38.* Menoc.*d.præſumpt.61.num.6.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.2.q.82.n.9.* Contrariam tamen tenuit Vaſq.*d.§.25.n.73.circa medium.*

16 Quod ſi ſubſtitutio non eſſet facta in tota, ſed eſſet facta indefinitè in hæreditate, vel in bonis, & tunc reciproca tacita inducitur, quando extat mater vel frater, qui concurreret in ſucceſſione cum altero fratre ſuperſtite, Did.*in d.c. Rainutius, §.8.nu.6.ext.de teſtam.* Menoch.*lib.4.præſumpt.61.n.7.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.2.q.82.num.50.*

17 Et prædicta procedunt, & ſi facta ſit ſubſtitutio compendioſa hoc modo, inſtituo filios meos impuberes, & vltimo decedenti quandocunque, ſubſtitutio Petrum, quia facta præſumitur reciproca pupillaris inter illos impuberes extante mater, vel fratre in medio, qui ab inteſtato ſuccederent, Did. *in d.c. Rainutius, §.8.num.6. ext.de teſtam.* Menoch.*lib.4.preſumpt.61.n.8.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.2.q.82.nu.11.* In quo tamen puncto contrarium tenuerunt Ripa *in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.22. ff.ad Trebell.* & Alex.Trent.*d.c.2.num.21.*

18 Notandum tamen eſt, vt ſi primo moriens pubes factus decedat, cenſetur inducta reciproca fideicommiſſaria inter inſtitutos, cauſata ex pupillari facta vltimo morienti, & in tota, ita ſingulariter ſcripſerunt Aret.*in l.poteſt, in fine, ff.de vulg.* Ripa *in l.hæredes mei, §.cum ita, n.22.* & ibi Zanch.*par.6.n.43.ff.ad Trebell.* Did. *in c. Rainutius, §.8.in fin ext.de teſtam.* Menoch.*lib.4.præſumpt.61.n.9.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.2.q.82.nu.12.* Ratio eſt, quia voluntas teſtatoris non poſſet ſeruari, niſi eſſet locus fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, ex quo voluit ad ſubſtitutum vltimo morienti totam hæreditatem peruenire.

19 Contrariam opinionem probarunt Vigl.*in d.§.vel ſingulis, inſtit.de pupill.* Vaſq.*de ſucceſſ. progreſſ.§.25.ante n.76.* Mouentur iſti, quia ex diſpoſitione facta cum adiectione de tota, non videtur teſtatorem voluiſſe facere fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ odioſam, *l.cohæredi.§. cũ filiæ, ff.de vulg.* Sed potius voluit iuris effectum declarare: cogitauit enim teſtator hæreditatem primi morientis ad ſuperſtitem eſſe peruenturam, & eo poſtea moriẽte vtriuſque hæreditatem, & ſic totam ac ſubſtitutum peruenire, *argum.l.ex duobus, l.qui duos, ff.de vulg.l.qui duos, ff.de reb.dub.cum concord* à Vaſq. ibi allegatis, & hæc opinio mihi magis probatur, dum enim teſtator voluit pupillariter ſubſtituere, colligitur noluiſſe per fideicommiſſum, grauare primò morientem erga ſecundum ſi enim voluiſſet, facile potuiſſet exprimere, & non exprimendo dicitur noluiſſe, arg.*l.vnica, C.de caduc.tollend.* nec ſubſtitutio in tota debet alterare ſubſtitutionem pupillarem expreſsè factam, quæ pubertate expirat, *l.2.* & ibi Doct.*ff.de vulg.* & verba, in tota, debent intelligi ſecundum naturam ſubſtitutionis, cui adjiciuntur, vt ita operentur ſecundum naturam actus, Præt.*de interpret.vlt.vol.fol.301.n.14.*

Illud omittendum etiam non eſt, quod ſi eccleſia, 20
eſſet ſubſtituta, reciproca non induceretur fauore ipſius eccleſiæ, Ruin.*conſ.125.in fi.lib.3.* Menoch.*lib.4.præſum.61.num.10.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.2.q.82.n.13.* pro quia opinione faciunt quæ dixi *q.472.* an inter plures honorator, quibus eſt datus ſubſtitutus inducatur reciproca *n.20.* & ſicut ibi *n.21.* tenui piam cauſam non excludere reciprocam fideicommiſſariam, ita hic per eaſdem rationes teneo, piam cauſam non impedire reciprocam pupillarem.

Porrò ſi teſtator ſubſtituiſſet in omnibus bonis ſuis 21
vel dictum eſſet, in bonis meis, non induceretur reciproca pupillaris, & hoc ob reſtrictione ſubſtitutionis ad bona teſtatoris, cum ſubſtitutio pupillaris fiat in bonis pupilli, Odd.*de compend.par.5.art.6.n.25.* Alexand. Trent.*de ſubſtit.par.5.c.2.nu.20.& ſeqq.* poſt. Rip.*in l. hæredes mei.§.cum ita, n.22.ff.ad Trebell.*

Tertium eſt caput quando agitur de fideicommiſſaria, & hoc dicemus infra *q.472.*

QVÆSTIO CCLXIII.

QVÆRITVR, quando filij inuicem ſubſtituti ſunt nati ex diuerſis parentibus, an tunc vtrinque coniuncti coniunctos ex vno tantum latere excludant? Dixi *ſupra quæſt.79.*

QVÆSTIO CCLXIV.

QVÆRO, quando inter plures facta eſt ſubſtitutio reciproca, an coniuncti prius vocari dicantur? Dicetur *infra q.494.*

QVÆSTIO CCLXV.

QVÆRO quomodo ſubſtitutio reciproca expiret, in quo articulo recurrendum erit ad proprias materias ſubſtitutionum, quæ in ea continentur, & ſic videndum erit, quomodo pupillaris, quomodo exemplaris, & quomodo fideicommiſſaria, vt poſt alios ſcribit Intrig.*de ſubſtit.centur.5.qu.85.*

FINIS PRIMAE PARTIS.

Digitized by Google

TRACTATVS
DE
FIDEICOMMISSARIA SVBSTITVTIONE
EXCELLENTISSIMI D. VINCENTII FVSARII I.C. Brixienſis,

PARS SECVNDA.

QVAESTIO CCLXVI.

Deſinitio fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, quæ ſit?

QVAERO, quid ſit fideicommiſſaria ſubſtitutio? Et communiter ita ſcribitur, quod ſit ſubſtitutio, per quam quis hæreditatem de manu hæredis capitaliter etiam à Doctoribus definitur, vt videri poteſt apud Oddum, *in prelud. de compend. part. 7. q. 1.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. num. 2.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 272. n. 1. & ſeq.* & latiſſimè Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 68.* & etiam videndus erit Alex. Raud. *in tract. de fideicommiſſ. poſito in primo volum. deciſ. Piſan. poſt deciſ. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicōmiſſum aliud eſt vniuerſale, aliud particulare.*
2 *Fideicommiſſum aliud eſt expreſſum, aliud tacitum.*
3 *Fideicommiſſum aliud eſt purum, aliud conditionale, aliud in diem.*
4 *Fideicommiſſum aliud eſt in rem, aliud in perſonam.*

QVAESTIO CCLXVII.

1 DIVISIONES multę fideicommiſſorum traduntur à Doct. inter quas præcipuæ hæ ſunt: & prima, quod aliud eſt fideicommiſſum vniuerſale, aliud particulare, ita Doctor. *in rub. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* præcipuè Aret. Soc. ſen. Rip. *numer. 9.* & Ceph. *num. 192.* Odd. *in prælud. de compend. part. 7. q. 4.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. num. 3.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 3.* & Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 273. ſolut. 2.* vbi latè.

2 Secunda eſt diuiſio, quod aliud ſit fideicommiſſum tacitum, aliud expreſſum, ita Odd. *d. qu. 4.* & Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, qu. 4.*

Tertiò, fideicommiſſum diuiditur in purum, in diem, & in conditionale, Craſſ. *d. §. fideicommiſſum, queſt. 20.*

Quartò, aliud eſt fideicommiſſum in rem, aliud in perſonam, vt infra dicam *q. 269.* 3

Diuiſiones aliæ habentur ex traditis per ſcribentes *in rub. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & latè per Alexand. Raud. *in tract. de fideicom. poſito inter deciſiones Piſanas, poſt deciſ. 32.* 4

Quomodo autem procedatur ad cognitionem horum fideicommiſſorum, vniuerſalium, particularium, puri cōditionalis, in diem in rem, & in perſonam, ex ſequentibus colligendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum particulariter factum dicitur, quando apparet teſtatorem in re particulari grauaſſe.*
2 *Fideicommiſſum dicitur particulare, quando hæreditas patris, vel alterius eſt relicta.*
3 *Fideicōmiſſum dicitur ſpeciale, quando ſingulæ res per fideicommiſſum relinquuntur.*
4 *Fideicommiſſum in mobilibus, & immobilibus relictum, eſt particulare.*
5 *Fideicommiſſum relictum in rebus certo in loco exiſtentibus dicitur particulare.*
6 *Solui æs alienum, deinde quod ſupereſt reſtitui, ſi dictum fuit, fideicommiſſum erit particulare.*
7 *Fideicommiſſum partis bononorum eſt particulare, partis verò hæreditatis eſt vniuerſale.*
8 *Fideicommiſſum eſt vniuerſale quoties apparet relictum quoddam vniuerſale, vel partem vniuerſalē.*
9 *Fideicommiſſum eſt vniuerſale, quando bona enumerantur, dummodò non adſint alia bona præter enumerata*
10 *Fideicommiſſum eſt vniuerſale, quando inſtitutio eſt facta in parte hæreditatis, & poſtea ſubſtitutio in illa parte ſub nomine bonorum.*
11 *Fideicommiſſum in dubio, iudicatur vniuerſale, non particulare.*
12 *Fideicommiſſa vniuerſalia, & particularia, an ſint exæquata, an verò ſuperſint aliquæ differentiæ.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO CCLXVIII.

Fideicommiſſum vniuerſale quando dicatur factum, & quando particulare?

DIXIMVS in præcedenti quæſtione aliud eſſe fideicōmiſſum vniuerſale, aliud particulare, tunc videndum, eſt quale ſit vniuerſale, & quale particulare, quod vtiliſſimum eſt ſcire, vt patebit ex diſcurſu: hunc autem articulum latè pertractarunt inter alios, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 273. fol. 2.* & Pereg. *de fideicomm. art. 5.* vt tamē aliquo ordine ad cognitionem horum fideicommiſſorum procedamus, videndum prius erit, quando fideicommiſſum pariculare ſit inductum, & poſtea de vniuerſali agetur, conſtituenda igitur ſunt duo capita.

1 Primum eſt, quando fideicommiſſum particulare ſit inductum: & tunc dicitur inductum, quando ex verbis teſtamenti apparet teſtatorem in re particulari grauaſſe, ita ſcribentes omnes: quod quando factum ſit ex infrà ſcriptis caſibus cognoſcetur.

2 Primus caſus eſt, quando relicta eſt hæreditas, quæ aliunde obuenit teſtatori, vt ſi relicta ſit hæreditas fratris, vel dos materna, & ſimile, & hoc caſu fideicommiſſum eſt ſingulare *l. cogi, §. & ſi miles, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. & Alij communiter, idē Bart. *in l. cum pater, §. ſenſio, ff. de leg. 2. & in l. cum filius, §. 1. ff. eod.* quē alij Scribentes ibi ſequuntur, Crauet. *in l. 1. nu. 144. ff. de legat. 1.* Ruin. *conſ. 7. n. 5. lib. 3.* Menoch. *cōſ. 591. n. 5. lib. 6.* Præt. *conſ. 205. n. 16. lib. 1. & in tratt. de interpret. vlt. vol. fol. 273. nu. 2. verſ. illud verò,* Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib. 7.* Pereg. *de fideicomm. art. 5. n. 42.* & ita ego conſului, vt *in conſ.... n.....*

3 Secundus caſus eſt, quando ſingulæ res per fideicommiſſum ſunt relictæ, & tunc fideicommiſſum erit ſpeciale, *vt inſtit. de ſing. reb. per fideic. relict.* Bardellon. *conſ. 9. n. 2. & ſeqq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. n. 2.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 273. nu. 2. verſ. illud. verò,* quod tamen erit declarandum ex dictis *hac. q. inf. n. 9.*

4 Tertius eſt caſus quando relicta ſunt mobilia & immobilia, & tunc etiam erit fideicommiſſum ſingulare, quia in diſpoſitione non continentur iura, & actiones, Bald. *conſ. 40. quidam nomine Cola, lib. 2.* Cuman. *conſ. 273. n. 1.* Alex. *conſ. 45. n. 12. li. 1.* Corn. *conſ. 105. col. 3. lib. 2.* Capt. *conſ. 28. n. 8.* Bero. *conſ. 81. n. 1. & conſ. 110. col. vlt. li. 2.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. num. 8.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 273. nu. 2. verſ. illud verò.* Pereg. *de fideicom. art. 5. nu. 43. & deciſ. 96. nu. 7.* vbi fortius hoc procederet, quando fideicommiſſum eſſet conſtitutum in omnibus bonis immobilibus.

5 Quartus caſus eſt, quando relictæ ſunt res in certo loco exiſtentes, vt ſi dictum ſit, ſubſtituo in bonis, quæ habeo Brixiæ, & ad huc erit fideicommiſſum particulare, *l. fideicommiſſum, §. tractatum, ff. de iud. l. cogi, §. generaliter, & l. mulier, §. vlt. ff. ad Trebell.* Corn. *conſ. 161. li. 1.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. n. 9.* Præt. qui alios adducit, *de interpr. vlt. vol. fol. 273. n. 2. verſ. illud verò, de fideicomm. art. 5. nu. 42.* Hic tamen caſus declarandus erit iuxta dicta infrà *n. 9.*

6 Quintus caſus eſt, quando teſtator iuſſit, quod hæres prius ſolueret æs alienum, deinde quod ſupererit reſtitueret, nam & tunc fideicommiſſum erit particulare, *l. cogi, verſ. & generaliter, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. *n. 5.* & Paul. de Caſtr. idem Bart. *in l. Titius, in fin. ff. ad Treb.* Corn. *conſ. 242. col. 6. verſ. nec obſtāt adducta l. 4.* Alciat. *conſ. 60. n. 3. & conſ. 146. n. 1. li. 9.* Mātic. *de coniect. vlt. vol. li. 7. tit. 7. nu. 70.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 273. n. 2. verſ. illud. verò,* vbi alios addit Pere. *de fideic. art. 5. n. 31.* vbi alios allegat & declarat diſtinguendo, vt apud eum videri po eſt.

Sextus caſus eſt, quando teſtator relinquit partem bonorum, & erit fideicommiſſum particulare, aliud ſi relicta eſſet pars hæreditatis, quia tunc fideicommiſſum eſſet vniuerſale, Pereg. *de fideicom. art. 5. n. 26. & n. 28.* 7

Secundum caput eſt, quibus verbis dicatur factum fideicommiſſum vniuerſale, & regula eſt, quod fideicommiſſum iudicatur vniuerſale, quoties apparet relictum eſſe quoddam vniuerſale, vel partem vniuerſalem eſſe relictam, vt latè ponendo exempla proſequitur Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 273. nu. 2.* & latiùs Pereg. *de fideic. art. 5. n. 4. & ſeq. & n. 26. vſque ad fi.* Magon. *deciſ. Florent. 35. n. 1. 2.* Bardel. *conſ. 9.* 8

Sic etiam erit fideicommiſſum vniuerſale, quando teſtator bona enumerauit, dummodò non adſint alia bona præter enumerata, Imol. *in l. cogi alids, l. ille à quo, §. ſed & ſi miles, nu. 18. verſ. aduerte, ff. ad Trebell.* Pereg. *conſ. 50. dubio 1. lib. 2.* Bardel. *conſ. 9. nu. 5. & ſeqq.* Matheat. *de fideicom. lib. 1. cap. 2. n. 4.* 9

Similiter fideicommiſſum vniuerſale erit, ſi inſtitutio eſt facta in parte hæreditatis, & poſtea ſubſtitutio in illa parte, ſub nomine bonorum, quia id totum quod fuit hęredi relictum comprehenditur ſub fideicommiſſo, Bart. *in l. ſi quis ſeruum, §. ſi cui, nu. 3. ff. de legat. 2.* Ruin. *conſ. 56. nu. 16. lib. 1.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 273. nu. 2.* Bardel. *conſ. 9. nu. 8.* 10

In dubio autem fideicommiſſum iudicandum eſt vniuerſale, *l. cogi, §. de ſucceſſione, ff. ad Treb.* Crauet. *conſil. 623. verſ. tertio reſpōdetur,* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 272. nu. 2. verſ. & vniuerſale,* Bardel. *conſ. 9. n. 1.* 11

Sed an fideicommiſſa vniuerſalia, & particularia ſint exæquata, an verò ſuperſint aliquæ differentiæ videndi erunt, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 2. n. 4. 5.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol. 273. fol. 2.* vbi ponit duodecim differentias, & Pereg. *de fideic. art. 1. n. 53. vſque ad fin.* 12

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum quando dicatur in rem, & quando in perſonam, & de eius effectibus.*

2 *Fideicommiſſum in rem conceptum, ſi refertur ad perſonas ſupra nominatas, efficitur perſonale.*

QVÆSTIO CCLXIX.

VIDIMVS ſupra in diuiſionibus fideicommiſſorum, aliud eſſe fideicommiſſum reale, aliud perſonale, nunc ergo dicendum eſſet, quando dicatur in rem, & quando in perſonam, & qui ſint illius effectus? circa quod videndi erunt, Decian. *conſ. 41. num. 51. & num. 84. lib. 1.* Menoch. *conſ. 706. nume. 40. verſ. quinto,* & Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 285. num. 25. & fol. 296. num. 3.* 1

Sciendum tamen eſt, quod licet fideicommiſſum eſſet in rem conceptum, ſi tamen referatur ad perſonas ſupra nominatas, etiam ſolum per dictiones relatiuas, vt eſt dictio, vt ſupra, quod de reali efficitur perſonale, Ruin. *conſ. 127. nu. 10. lib. 2.* refert & ſequitur Menoch. *conſ. 706. num. 40. verſ. reſpondetur.* 2

Prohibitio autem alienationis, quando dicatur realis, & quando perſonalis ſuo loco dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum dicitur purum, quando nec conditio, nec dies apponitur.*

2 *Fideicommiſſum dicitur conditionale, quando relinquitur vel poſt mortem, vel ſub conditione.*
3 *Fideicommiſſum in diem dicitur, quando hæres grauatur reſtituere poſt certum tempus decl. n. 4. & ſeqq.*
4 *Fideicommiſſum dicitur conditionale, licet in diem ſit relictum, quando dies eſt appoſita ſubſtantiæ & toti diſpoſitioni, declara n. & ſeqq.*
8 *Fideicommiſſum ſimpliciter relictum nõ expreſſa die, nec conditione an ſtatim debeatur, amplia & declara n. ſeqq.*

QVÆSTIO CCLXX.

Fideicommiſſum quando purum quando conditionale, & quando in diem factum dicatur?

IN deciſionibus fideicommiſſorum, inter alias diximus aliud eſſe fideicommiſſum purum, aliud conditionale, aliud in diem, nunc diſcutiamus, quando dicatur purum, quando in diem.

1 Purum fideicommiſſum dicitur quando nec conditio, nec dies apponitur, vt ſi teſtator dixit, inſtituo Titium, & ei per fideicommiſſum ſubſtituo Caium, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 20. numer. 1.* & res tranſit ſine dubio.

2 Conditionale dicitur quando relinquitur vel poſt mortem, vel ſub conditione, puta ſi ſine liberis, vel alia Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 20. n. 5.*

3 In diem dicitur relinqui quando hæres grauatur reſtituere poſt certum tempus, vt poſt decem annos, vel intra decem annos, Gloſs. *in l. ex his, ff. quand. dies legat. ced.* & ibi Bartol. & alij communiter Gomeſ. *var. reſol. tom. 1. cap. 5. n. 26.* Craſs. *in §. fideicommiſſum, q. 20. n. 2. 3. 4.*

4 Declaratur hoc procedere, quando dies eſt appoſita executioni & præſtationi fideicommiſſi, vt quando dictum eſt, poſt decem annos reſtituat hereditatem, ſecus ſi dies eſt appoſita ſubſtantiæ, & toti diſpoſitioni, vt ſi dixit teſtator, reſtituat hæreditatem Titio, poſtquam peruenerit ad decem annos, tunc fideicommiſsum erit conditionale. *l. ſi cui, §. hoc autem, ff. de leg. 1.* & ibi Gloſſ. & Doct. communiter hanc opinionem ſequuntur, teſte Gomeſ. *d. c. 5. n. 6.* refert & ſequitur Craſs. *in §. fideicommiſſum, q. 20. n. 2.*

5 Sed fideicommiſsum dici conditionale licet dies ſit appoſita executioni, & præſtationi, tenent alij relati, *qu. 488.* in ſecundo caſu.

6 Subdeclaratur primò vt ita demum fideicommiſsum ſit conditionale, quando tempus eſt appoſitum perſonæ honorati, vt in exemplo *de quo ſup. n. 4.* ſecus ſi eſſet appoſitum perſonæ grauati, vt ſi dictum ſit, hæres reſtituat hæreditatem Caio, poſtquam ipſe hæres peruenerit ad decem annos, Craſs. *in §. fideicommiſſum, q. 20. nu. 2. in fine.*

7 Subdeclaratur ſecundò, non procedere, quando tempus eſset adiectum in perſona fideicommiſsarij, gratia & fauore ipſius fideicommiſsarij, vt quia hæres ſit grauatus reſtituere totam hæreditatem, filio teſtatoris minori poſtquam ad legitimam ætatem peruenerit, Gloſs. *in d. l. ex his, ff. quand. dies leg. ced.* & ibi Bart. alij communiter, teſte Gomeſ. *d. c. 5. n. 26.* refert & ſequitur Craſs. *in §. fideicommiſſum, q. 20. n. 3.*

8 Sed quid ſi teſtator ſimpliciter grauauit hæredem reſtituere bona non expreſsa die, nec conditione, an fideicommiſsum ſtatim debeatur? & deberi probat *l. omnia, l. cũ quid. in ff. de legat. 2. l. in omnibus, ff. de reg. iur. l. 1. in princip. ff. de cond. & demonſt. l. ſi dies, ff. quand. dies leg. ced. & l. vbi pure, in princ. ff. ad Trebel.* & volunt. Pereg. *de fideic. art. 34. n. 9. & art. 45. n. 1. & ſeqq.* Gal. *de excep. ſucceſſ. tit. 4. excep. 23. n. 108. part. 2.* volunt omnes relati *q. 474.* 9

Ampliatur primò, & ſi teſtator vetuit, ne hæres teneretur præſtare ſatiſdationem. *l. vxorem, §. vlt. ff. de leg. 3.* Iaſ. *in l. cum filiusfamilias, n. 65. ff. de legat. 1.* Pereg. *de fideic. art. 45. n. 1. in fine.*

Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator ſubſtituit vulgariter, 10
& per fideicommiſſum *l. ſi ex e iſdem, §. Titius, ff. ad Trebell.* Pereg. *de fideic. art. 34. n. 99. circa finem.*

Limitatur primò, quando ſubſtitutio eſſet reciproca 11
& in ea eſset appoſita clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſsum, quia tunc cenſetur impoſitum grauamen poſt mortem, dixi *d. q. 474. nu. 3.* vbi retuli dicentientes.

Limitatur ſecundò, quando ex aliquibus coniecturis 12
appareret teſtatorem voluiſse differre reſtitutionẽ in tẽpus mortis, Pereg. *de fid. art. 45. n. 2. & ſeq. vſq; ad n. 12.*

Coniectura prima eſt quando fideicommiſsarius ro- 13
gatur reſtituere hæredi à quo accepit, quia tunc ad euitandum circuitum inutilem præſumptio eſt, quod poſt mortem facienda ſit reſtitutio *l. epiſtolam, §. vltim.* & ibi Gloſ. Bart. & alij communiter, *ff. ad Treb.* Bart. *in l. cum filiofamilias col. 3.* & ibi Iaſ. *num. 65. ff. de leg. 1.* Pereg. *d. art. 45. num. 2.*

Coniectura ſecunda eſt, quando filio ſuo grauatus 14
quis eſt reſtituere ita vt id amplius habeat, quam ex bonis paternis habiturus ſit, nam cum paterna bona non poſſit habere, niſi poſt mortem patris, pariter & fideicommiſſi bona eo tempore habebit, vt æqualis fiat determinatio bonorum paternorum, & bonorum fideicommiſſi, *l. ſi legatarius, §. vlt.* & ibi Bart. *ff. de lega. 3.* Pereg. *de fideicom. art. 45. nu. 3.* Alias coniecturas ponit Pereg. *d. art. 45. n. 3. vſque ad n. 12.*

QVÆSTIO CCLXXI.

ILLVD etiam ſæpe occurit affirmare, quod fideicommiſſi puri, & purificati idem eſt iudicium, ideo nec hanc propoſitionem omittere debui, quam in ſpecie affirmarunt pro cõſtanti, & indubitata, Ruin. *conſ. 31. nu. 4. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 11. n. 64. lib. 1.* Socin. iun. *conſ. 11. n. 2. & conſ. 125. n. 1. lib. 2.* Ceph. *conſ. 272. n. 60. lib. 2.* & Pereg. *de fideic. art. 43. n. 17.* & alibi ſæpiſſime Scribentes, & ita vt nunquam viderim aliquem contradicentem.

QVÆSTIO CCLXXII.

HABVI in facto articulum, vtrum fideicom- 1
miſsarius conditione pendente dicatur habere ius de preſenti in bonis fideicommiſſi? & tenui affirmatiuam opinionem, licet hoc ius ſit in ſpe tantum probabili, vna cum Bart. *in l. qui Romæ, § duo fratres, in 1. ſolutione, ff. de verb. oblig. in l. qui cũ tutoribus, col. 1. ff. de tranſact. & in l. is poteſt, colu. 3. verſ. ſed ſi eſſet ſubſtitutus per fideicommiſſum, ff. de acqu. hæred.* & in dictis locis alij Scribentes communiter Paul. Caſtr. *in l. 1. numero 5. C. de pact.* Rip. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 45. ff. ad Treb.* Alex. *conſ. 67. n. 6. lib. 1. conſ. 187. numer. 12. 13. lib. 5. & conſ. 5. n. 9. lib. 7.* Ruin. *conſ. 3. n. 20. conſ. 39. n. 20. lib. 1. conſ. 68. n. 10. li. 2. & cõſ. 99. n. 5. li. 3.* Crot. *conſ. 113. n. 23.* Pariſ. *conſ. 1. n. 43. lib. 2.* Ceph. *conſ. 381. n. 5.* Bertaz. *conſ. ciuil. 52. nu. 10.* Surd. *conſ. 267. n. 22.* latè Lardech. *mol. conſ. 28. n. 10. & ſeq.* Rim. iun. *conſ. 46. n. 68. & ſeq. li. 1.* Oddi. *cõſ. 1. n. 109. & conſ. 16. nu. 23.* Höded. *conſ. 59. nu. 11. & ſeq. lib. 2.* Menoch. *conſ. 108. n. 62. & ſeq. & conſ. 181. n. 51.* Hieron. Gab. *conſ. 21. n. 7. lib. 2.* Bard. *con. 68. n. 64. & ſeq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. 11. tit. 11. n. 3.* Pereg. *de fideicõ. art. 23. nu. 62. & ſeq.* Gama *deciſ. Luſit. 268. numer. 19.*

Alexand.

Alexand. Rand. deciſ. Piſan. 43. num. 53. & ſequenti.
2 Contrariam ſententiam tenent alij, volentes tantum dici quæſitum ius alicui, quando per eum fuit hæreditas apprehenſa, quos refert Menoc. conſ. 20. nu. 39. & ſeq. & conſ. 181. nu. 27. addo Dec. conſ. 5. num. 20. libr. 1. & Eugen. conſ. 52. n. 63.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio, an ſit propriè ſubſtitutio.*
2 *Fideicommiſſarius, an dicatur hæres, inſtitutus, vel ſubſtitutus?*
3 *Hærede ſubſtituto non venit fideicommiſſarius.*
5 *Fideicōmiſſa nō continētur appellatione hæreditatis.*

QVÆSTIO CCLXXIII.

1 QVæro, an fideicommiſſaria ſubſtitutio ſit propriè ſubſtitutio, de hac quæſt. videantur, Rip. in rub. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. nu. 10. & ibi Ceph. nu. 218. Oid. in prælud. compend. ſubſt. p. 1. q. vlt. Vaſq. de ſucceſſ. progreſs. lib. 2. §. 11. n. 10. Craſſ. in §. ſubſtitutio, q. 3. n. 2. Alex. Trent. de ſubſt. in procem. n. 22. & Intrigl. de ſubſt. cent. 1. q. 8.

2 Fideicommiſſarius etiam an dicatur propriè ſubſtitutus, vel hæres, vel inſtitutus, videantur Rip. in rubr. ff. de vulg. & pup. ſubſt. nu. 12. & ibi Ceph. nu. 244. & n. 247. Iaſ. in l. Centurio, n. 31. ff. eod. & ibi Ceph. n. 264. Menoc. conſ. 115. nu. 7. lib. 2. & conſ. 610. nu. 3. lib. 7. Surd. conſ. 212. n. 16. li. 2. Craſſ. in §. hæreditas, q. 9. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ. 40. n. 6. & ſeqq. & concl. 16. illat. 82. verſ. ſexto modo, Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 2. n. 17. ff. de cond. & demonſtr.

3 In contractibus tamen fideicommiſſarius non veniret appellatione hæredis, quia verba ſtrictè, & propriè in contractibus interpretantur, & fideicommiſſarius nō eſt propriè hæres, vt ſic in terminis Menoch. conſ. 610. n. 3. & ſeqq. Et impropriè eſſe hæredem ſcribunt Dec. reſp. 26. n. 87. & ſeq. lib. 2. Ioſeph. Ludou. concl. 16. illat. 82. verſic. ſexto modo.

4 Et in ſubſtitutione facta de hærede, vt non veniat fideicommiſſarius, ſcribit Peregr. de fideic. art. 32. ante n. 82. vbi refert, Dec. in conſ. 26. nu. 47. & 53. lib. 2. qui cōſuluit ſuper fideicommiſſo D. Iacobi Chizzolæ, ſuper quo etiam ego conſului, & idem tenui.

5 Contrariam opinionem malè tenent Curt. iun. & Guid. Pap. relati à Pereg. d. art. 32. n. 81.

6 Hæreditatis etiam appellatione, an contineantur fideicommiſſa? videantur Rip. in rub. ff. de vulg. num. 13. & ibi Ceph. num. 258. idem Ceph. in d. l. Centurio, num. 521. ff. eod.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere teſtatori non grauato, contra male, n. 2. declara per totam qu.*
3 *Fideicommiſſarius dicitur immediatè ſuccedere teſtatori, contra n. 4.*
5 *Electus ad fideicommiſſum, à grauato ex facultate ſibi conceſſa dicitur ſuccedere teſtatori, contra n. 6.*
7 *Electus dicitur habere ab eligente, quando potuit eligere, & non eligere, ſecus ſi ex neceſſitate eligit.*
8 *Electus ad fideicommiſſum ex diſpoſitione teſtatoris dicitur à teſtatore vocatus.*
9 *Fideicommiſſarius ſub nomine collectiuo vocatus dicitur ſuccedere grauato ſecundum ordinem ſuccedenti ab inteſtato.*
11 *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere teſtatori ſubintrando in locum grauati.*

D. Vincent. Fuſ. Pars I.

QVÆSTIO CCLXXIV.

Vtrum fideicommiſſarius dicatur ſuccedere teſtatori, vel grauato?

59 Decimanona coniectura eſt, quando teſtator iuſſit, vt hæres alium hæredem faciat, quia cenſetur rogatus, vt illi per fideicommiſſum reſtituat, l. filiusfamilias, §. vt quis hæredem, ff. de leg.1. & ibi Bartol. l. ex facto, in princ. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicom. art.5.num.8. & deciſ.106. Et ita conſului ſuper teſtamento D. Franciſci Butij de Beroldis Veronenſis in cauſa grauiſſima, hic enim teſtator inſtituerat D. Carolum nepotem cū conditione, vt inſtitueret vnum de familia nobilium de Butijs de Beroldis, & dixi per hæc verba teneri D. Carolū fideicommiſſo grauatum.

60 Idem eſt ſi dictum fuiſſet, vt alium ſibi cohæredem faciat, l. pater filium, §. fin. & l. Lucius, §. fin. ff. de lega.3. Peregr. de fideic. art. 5.n.8.

61 Limitatur quando erat in facultate hæredis facere illum hæredem, & non facere, quia tunc faciendo eum hæredem, non dicitur feciſſe ex diſpoſitione illa. Exemplum eſt in deciſ.106. Pereg. vbi teſtator inſtituit Carolum, & eo inteſtato decedente ſubſtituit Scholam quādam, ſi autem decederet, poſſet vnum de familia facere hæredem.

62 Vigeſima coniectura eſt, quando teſtator aliquo hærede inſtituto dixit, ſe bene confidere hæredem inſtitutum reſtituturum omnia bona filius, nam is cenſetur grauatus de reſtituendo filijs, l. vnum ex familia, §. fin. ff. de legat.2. & ibi Bart. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 294.n.9. verſic. primo.

Vigeſima prima coniectura eſt, quando teſtator ex filio plures habet nepotes, & inſtituit filium, & grauat eū poſt mortem relinquere plus vni nepotum, nam per hoc cenſetur & erga alios nepotes filios ſuos fideicommiſſo grauatus, l. cum filius, §. pater, ff. de leg.2. & ibi Bart. Bal. Albert. & alij Soc. iun. conſ.1. num.22. lib.3. Præt. d. fol. 294.nu.10. verſ. ſecundo pone. 63

Vigeſima ſecunda coniectura eſt, quando teſtator mādauit hæredem cuſtodire, & ſeruare debere bona filijs ſuis, quia intelligitur per fideicommiſſum, l. epiſtolam, §. vlt. ff. ad Treb. l. filiam, ff. de aur. & arg. leg. Guid. Pap. q.469. Alciat. conſi.73. col.1. lib.9. Præt. de interpr. vlt. vol. fol.294.nu.10. verſi. tertio pone. 64

Vigeſimatertia coniectura eſt, quando teſtator, poſuit Titium in locum inſtituti, quoniam hæres grauatus cenſetur per fideicommiſſum de reſtituendo Titio, l. cum quis decedens, §. Seium, ff. de leg.3. l. qui quadringenta, ff. ad Trebell. & ibi Bald. Bart. Angel. Imol. Alex. & alij, Bero. conſi.86.n.15.lib.2. Præt. de interpr. vlt. vol. fol.295. verſ. quarto pone. 65

Vigeſima quarta coniectura eſt, quando teſtator hæredes inſtituit maſculos, & ſubſtituit, mandatque fœminas debere dotari, quia maſculi per fideicommiſſum cēſentur vocati. Iaſ. conſi.108.col.3.lib.4. Dec. conſi.437.n. 3. Curt iun. conſi.87.n.2. Crott. conſi.349.n.18.& ſeqq. Crau. conſ.130.n.4. Ruin. conſi.53.n.7. verſ. ſed præmiſſis obſtantibus. li.3. Pariſ. conſ.3.n.31. & conſ.6.n.23.li. 3. Dec. conſil.44.nu.48.lib.1. Guid. Pap. qu.299. Præt. de interpr. vlt. vol. fol.295. verſ.7. pone. Et ita ego conſului in vna de Cirellis, vt in conſil.45. & etiam obtinui. 66

Contrariam tamen opinionem in vna Brixienſi ſuper fideicommiſſo D. Ioannis de Portulacis, latè defendit Menoch. conſ.317.nu.53. vſque ad n.71. lib.4. Sed contra illud conſilium Menoch. fuit iudicatum, ſed cū præteritis diebus per mortem Reuerendiſs. D. Aurelij Portulacæ euenerit caſus iterum diſputandi de eodem fideicommiſſo longiſſimis diſputationibus, cauſa plenè diſcuſſa fuit non obſtante illo iudicio terminatum contra fideicommiſſum ab Excellentiſs. & Clariſs. DD. Iulio Stella, & Alphonſo Proualeo Co. patrocinantibus pro fideicommiſſo Excellentiſs. DD. Laurentio Aueroldo, & Bartolomeo Albergino, & contrarium ego defendebam cum Doctiſſimo, & ſubtiliſſimo D. Bartolomeo Stella, & conſ. meum habetur ſub nu.1. Contra tamen hanc coniecturam tenent multi, quos retuli q.480.nu.9. vnde & ibi dicta videnda erunt. 67

Vigeſimaquinta eſt coniectura, quando teſtator poſt mortem hæredis diuiſit bona inter plures, quia per hoc dicitur hæredem grauaſſe fideicommiſſo, Signor. conſ. 184. Iaſ. conſ.72.lib.3. Pereg. de fideic. art. 5.n.39. 68

Vigeſima ſexta eſt coniectura, quando hæres eſt iuſſus diſtribuere, vel diſpenſare hæreditatem, vel bona in beneficium Titij, quia tunc erga Titium erit hęres fideicommiſſo grauatus, l. cum pater, §. rogo, ff. de leg.2. Gloſ. in l. eam quam, C. de fideicomm. Caccialup. in l. pen. C. de imp. & al. ſubſt. Io: And. in cap. ſi pater, de teſtam. in 6. & ibi Franc. col.30. Imol. in c. cum tibi, num.5. ext. de teſtam. Alex. conſil.12.nu.2.lib.3. Alciat. conſi.530. Menoc. conſil.369. 69

Vigeſimaſeptima eſt coniectura, quando teſtator cōſtituit primogenituram, & maioratum, quia tunc fideicommiſſum dicitur conſtituiſſe, Bardel. conſ.95.n.1.& ſeqq. Decian. conſ.16.nu.19.lib.4. Rimin. iun. conſi.554. n.09. Mandell. conſ.60. nu.10. Molin. de Hiſp. Primog. lib.1.c.1.n.7. Maſcard. de Probat. concl.774.nu.6. 70

Commendatitia autē verba an importent fideicommiſſum, latè diſcutit Menoch. conſ.1135.lib.12. 71

In caſu autem neceſſitatis permittens alienationem bonorum non cenſetur extra caſum neceſſitatis prohibere 72

bere alienationem bonorum, nec fideicommiſſum conſtituiſſe, Ceph. *conſ.* 320. *dubio ſecundo.*

Coniecturæ aliæ pro fideicommiſſo inducendo colligendæ erunt ex Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 68. Pereg. *de fideic. art.* 5. Pret. *de interpr. vlt. vol. fol.* 294. *& ſeq.* Intrig. *d. q.* 72. & plura dicentur infrà in multis quæſtionibus.

QVÆSTIO CCLXXVIII.

QVAERO, an tacitum fideicōmiſſum poſſit inducere aliud tacitum? Et non poſſe probatur *in l. ſeruum filij, ff. de leg.* 1. & ibi Bart. Rip. *de ſubſtitut. reſp.* 12. *num.* 14. Peregr. *conſil.* 55. *num.* 27. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 329. *num.* 14. *lib.* 13. vbi Bolognet. & Zanch. allegat Menoch. *conſi.* 1071. *numer.* 23. Peregr. *de fideicomm. artic.* 12. *num.* 70. *in fine.*

QVÆSTIO CCLXXIX.

QVAERO, an fideicommiſſa poſſint relinqui ad tempus, puta ad vitam tantum? Et poſſe ſcribunt Bal. *in l. hæreditas, ff. de hæred. inſt.* & ibi Angel. & Imol. Paul. de Caſtrenſ. *conſ.* 355. *ad primum, num.* 3. *lib.* 2. Barbat. *conſ.* 55. *col.* 4. *verſ. & ſi quispiam opponat. lib.* 2. Alciat. *conſ.* 208. *num.* 2. *lib.* 9. Menoch. qui multos adducit *conſ.* 1051. *n.* 10. Pret. *de interpr. vltim. vol. fol.* 369. *nu.* 7. Et ſupponunt hoc pro conſtanti alij relati *quæſtion. ſequent.* & latius *quæſtione.* 457. vbi agitur an fideicommiſſum extendatur de tempore ad tempus.

QVÆSTIO CCLXXX.

QVAERO, ſi teſtator dixit bona reſtitui Titio durante eius vita, non expreſſo ad quem poſtea reuerti debeant, mortuo Titio ad quem hæreditas reuertetur? Et quod reuertatur ad hæredem grauati, non habito reſpectu ad perſonam hæredis, ſed ad ius hæreditarium, probatur *in l. Titia, la ſeconda, §. fin. ff. de lega.* 2. & ibi Bart. *nu.* 4. *in l. fin. C. de legat.* & ibi Paul. de Caſt. circa principium, *& in conſ.* 225. pro euidentia, *col.* 2. *verſ. ſed illud ius, lib.* 2. Alexand. *conſ.* 173. *colum. vlt. verſ. non obſtant notata lib.* 5. Barbat. *conſ.* 55. *col.* 2. *& ſeq. li.* 2. Socin. ſen. *conſ.* 102. *n.* 14. *lib.* 3. Decian. *coſ.* 597. *n.* 4. Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 44. *& conſ.* 97. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 1. quos refert & ſequitur Præt. *de interpret. vltim. voluntat. fol.* 369. *n.* 7.

QVÆSTIO CCLXXXI.

QVAERO, an ſubſtitutio fideicommiſſaria trahatur ad vulgarem ex præſumpta mente teſtatoris? *Dixi ſupra q.* 78. *nu.* 2.

QVÆSTIO CCLXXXII.

QVAERO, ſi ſubſtitutio directa eſt iuncta cum fideicommiſſaria, an quælibet retineat naturam ſuam? Dixi *ſupra quæſt.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio omiſſa in teſtamēto poteſt teſtibus probari.*

2 *Notarius non admittitur vti teſtis ad probandum ſubſtitutionem ab eo fuiſſe omiſſam in teſtamento, contra nu.* 3. *declara nu.* 4.

5 *Subſtitutio omiſſa in teſtamento tot teſtibus probatur quot ſunt neceſſarij ad actum, contra quod duo ſufficiant, n.* 6. *& declara n.* 7. *&* 10.

8 *Subſtitutio directa de iure canonico probatur duobus teſtibus omni exceptione maioribus.*

9 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in teſtamēto, quod de iure canonico coram duobus fit teſtibus.*

10 *Iuramentum non defertur in ſupplementū quando agitur de probanda ſubſtitutione omiſſa in teſtamēto.*

11 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta filiis, & in teſtamento omiſſa non probatur, niſi quinque teſtibus, ſi extraneus eſt ſubſtitutus.*

12 *Subſtitutionem factam non eſſe probatur ex inſpectione teſtamenti.*

QVÆSTIO CCLXXXIII.

Subſtitutio omiſſa in teſtamento, vtrum teſtibus probari poſſit?

NOTARIVS in inſtrumento teſtamenti omiſit ſcribere ſubſtitutionem ordinatam a teſtatore, dubitatur, an teſtibus talis voluntas probari poſſit? Et poſſe colligitur *ex l. quoties, §.* 1. *ff. de hæred. inſtit. ex l. errore, C. de teſtam. & ex l. cum proponebatur, ff. de leg.* 2. & in ſpecie ita ſe habent Bald. *in l. quoties, §. ſed ſi non in corpore in* 4. *not ff. de hæred. inſtit.* & ibi ſenſit Angel. Paul. Caſtr. *conſ.* 18. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Roman. *conſ.* 385. *n.* 7. *in fine,* Barbat. *conſ.* 29. *c. l.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 129. *conſ.* 147. *n.* 11. *lib.* 1. *& cōſ.* 236. *n.* 34. *libr.* 2. Honded. *conſ.* 51. *num.* 52. *vſque ad finē. lib.* 2. Marzar. *in Epit. de fideicomm. par.* 3. *quæſt.* 56. Maſcard. de Probat. *conclu.* 1343. Manti. *de coniect. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 1. 1

Notarius autem non admittetur, vt teſtis ad probandum talem errorem, & omiſſionem, ſecundum Barbat. *conſ.* 29. *col.* 3. *lib.* 1. 2

Contrarium tamen tenendum eſt cum Bart. *in l. ſi librarius, n.* 14. *ff. de reg. iur.* quem refert & ſequitur Maſcardus *d. concl.* 1343. *nu.* 7. niſi fortè ageretur de omiſſione facta à notario dolo, nam tunc tenenda eſſet prima opinio, ſecunda vero quando hoc euenit per errorem & obliuionem. 3

Sed dubium oritur, quot teſtes requirantur ad probandam hanc voluntatem, in quo articulo ſunt tres opiniones. Prima eſt, quod ſi ſubſtitutio eſt directa ſeptem erunt neceſſarij, ſi obliqua quinque ſufficient, & ſi eſſemus in diſpoſitione minorem numerum teſtium requirente, quod ſufficiant tot teſtes, quot ſunt neceſſarij in illa diſpoſitione, Gloſſ. *in l. cum proponebatur in verbo, coniectura, ff. de legat.* 3. & ibi Bart. *num.* 3. Bald. *in l. vltima, C. de fideicomm.* Alexand. *in l. errore, num.* 12. *C. de teſtam.* & ibi alij, Dec. *in l. ſi librarius, num.* 10. *ff. de reg. iur.* Soc. iun. *in l.* 1. *ff. de acquirend. poſſeſſ. num.* 128. Alexand. *conſ.* 140. *num.* 2. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 151. *numer.* 5. *& ſeqq. lib.* 3. Decian. *conſ.* 105. *num.* 3. vbi teſtatur de communi opinione, Surd. *conſ.* 129. *lib.* 1. vbi etiam plura ponit, adhoc vt illis teſtibus danda ſit fides ad plenam probationem inducendam Honded. *conſ.* 51. *numer.* 71. *& ſeqq. lib.* 2. Aſin. *in Prax. iud. §.* 19. *cap.* 6. *numero* 2. Sebaſtian. Medic. *tractat. de fortuit. caſibus parte* 1. *quæſtione* 2. *num.* 5. 5

Googl

Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 13. nu. 5.* Maſcard. *de Probat. conclu. 1343. nu. 9. & ſeqq. vſque ad finem* vbi late comprobat, & ita ego conſului in vna de Moſconibus de Bagnolo.

6 *Secunda* eſt opinio, quod per duos teſtes probetur ſubſtitutionem factam fuiſſe à teſtatore, licet omiſſa fuerit, & hanc tenuerunt Iacob. de Rauen. *in d. l. errore, C. de teſtam.* & ibi Petr. Cin. Bart. *nu. 2.* Barbat. *conſ. 29. col. 4. verſi. ſed vnum pondero. lib. 1.* vbi alios citat.

7 Tertia eſt opinio, quod & ſubſtitutio fideicommiſſaria in teſtamento omiſſa ſit ſeptem teſtibus probanda, licet codicillaris clauſula in eo contineretur, in codicillis verò omiſſa quinque numero teſtium probetur, ita latè poſt alios cõprobat Surd. *in conſ. 129. & conſ. 147. n. 11. lib. ...* Sed a prima opinione veriori, & magis communi conſulendo, & iudicando recedendum non erit.

8 De iure tamen Canonico ſubſtitutio directa duobus teſtibus probatur *c. cũ eſſes, ext. de teſta.* & ibi Dd. teſtantur de communi, Hond. *conſ. 51. n. 53. lib. 1.* Quæ diſpoſitio *cap. cum eſſes*, procedit ſolum quando teſtes ſunt omni exceptione maiores, vt ibidem dicit Honded. *n. 38.* allegando Alex. *conſ. 177. n. 4. lib. 2.* Decius *conſ. 105. n. 4.* Parif. *conſ. 24. n. 13. & ſeqq. lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 89. n. 10. lib. 1.* & Iulius Clar. *in teſtamentum, q. 57. verſ. quæ quidem.*

10 Quod ſi vnus teſtis deficiat in probatione ex neceſſariis ad eam non erit dandum iuramentum in ſupplementum probationis, Surd. *d. conſ. 147. lib. 1.*

11 Se quid ſi agatur de probanda ſubſtitutione fideicommiſſaria facta filiis, an tunc duo teſtes ſufficiant iuxta diſpoſitionem *l. hac conſultiſſima, l. ex perfecto & auth. quod ſine, C. de teſtam.* an verò requirãtur quinque, hanc queſtionem de facto habui, & reſpondi, quod ſi extraneus eſt ſubſtitutus ſine dubio quinque requiruntur, Menoch. *conſ. 288. n. 36. & ſeqq. lib. 3.* Ceph. *conſ. 377. n. 22. & ſeqq. & conſ. 464. n. 24.* Alciat. *reſp. 32. n. 4. & ſeq. li. 9.* rurſus Menoch. *lib. 4. præſump. 7. nu. 8.* & idem cenſuerunt etiam ſubſtitutio filio Menoc. & Alciat. locis citatis. Subſtitutionem autem factam non eſſe in teſtamento, probatur ex inſpectione ipſius teſtamenti, Surd. *conſ. 129. n. 16. & ſeqq. lib. 1.* quem refert, & ſequitur Honded. *conſ. 51. n. 68. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Suppleri verba in fideicommiſſis non poſſunt, amplia n. 2. nec fauore piæ cauſæ, declara per totam quæſt.*

3 *Suppleri poſſunt verba in fideicommiſſis quando oratio eſt imperfecta, & diſpoſitio nõ poteſt locum habere ſine ſuppletione.*

4 *Suppletio fit in fideicommiſſis, ſi ex præcedẽtibus, vel ſequentibus colligitur teſtatorem voluiſſe id quod ſuppletur.*

5 *Supletio permittitur in fideicommiſſis, ſi quod ſuppletur venit in neceſſariã conſequentiam expreſſorũ.*

6 *Suppletio fit in fideicommiſſis ad euitandam perplexitatem, & contrarietatem.*

7 *Suppletio fit in ſubſtitutionibus, quando teſtamentum eſt factum ab imperito, vt ſuſtineantur ipſæ ſubſtitutiones.*

QVÆSTIO CCLXXXIV.

Vtrum ſuppleri verba in ſubſtitutionibus poſſint?

VLTIMAS voluntates teſtantium coadiuuãdas eſſe non ambigitur, ſed difficultas eſt an ſuppleri verba poſſint in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis negatiuam autem opinionem probarunt communiter Scribentes, Imol. *in l. 1. §. ſin autem, verſic. item nota, ff. de hæred. inſtit.* Bald. *conſ. 232. proponitur in facto, quod quidam,* Mattheus *col. vlt. lib. 5.* Hieron. Gabr. *conſ. 95. n. 12. 13. lib. 1.* Ceph. *conſ. 514. n. 25. & ſeq. lib. 4.* Menoc. *conſ. 274. nu. 15. conſ. 327. num. 38. conſ. 379. nu. 43. & ſeq. & conſ. 462. num. 11.* Pereg. *conſ. 52. num. 10. lib. 1. conſ. 54. n. 18 lib. 2. conſ. 23. nu. 2. lib. 4. conſil. 61. num. 2. lib. 5. & in tract. de fideicommiſſ. artic. 11. num. 22.*

Ampliatur nec ſuppleri poſſe verba fauore piæ cauſæ, 2
Menoch. *conſ. 379. n. 43. 44. & 45. in fine.*

Limitatur primò, quando apparet orationem eſſe imperfectam, & diſpoſitionem teſtatoris locum habere nõ poſſe abſque ſuppletione *l. vnum ex familia, §. pen. & §. vlt. ff. de leg. 2. cum pater, §. cum imperfecta, ff. eod.* Menoch. *conſ. 232. n. 14. conſ. 274. n. 15. conſ. 327. n. 38. conſ. 379. n. 45. reſpondetur ſecundo, & conſ. 462. n. 15.* Mãtic. *de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 1. num. 3.* Pereg. *de fideic. art. 11. n. 20. 30. & ſeq.* 3

Limitatur ſecundò, quando ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur teſtatorem voluiſſe id, quod ſupplétur, nam eo caſu permiſſa erit ſuppletio, Rip. *in rubr. ff. ad Treb. nu. 1.* Bald. *conſ. 235. quod d. clauſula, col. 1. lib. 5.* Paul. Caſtr. *conſ. 60. pro euidentia, n. 3. lib. 1.* Curt. iun. *conſ. 5. n. 15.* Crauet. *conſ. 147. n. 7.* Menoc. *conſ. 232. n. 14. & ſeq. conſ. 274. num. 16. conſ. 327. nu. 38. & conſ. 462. nu. 15.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. n. 3.* Pereg. *de fideicom. art. 11. num. 27.* 4

Limitatur tertiò, quando id quod ſuppletur, veniret in neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorum Pereg. *de fideicom. art. 11. n. 25. & ſeqq.* 5

Limitatur quartò, quando fieret ſuppletio ad euitandam contrarietatem, & perplexitatem in diſpoſitione teſtatoris, Pereg. *de fideic. art. 11. nu. 28.* & alios plures refert & ſequitur *conſ. 36. nu. 12. lib. 1.* Iaſ. *conſ. 38. lib. 1.* Alciat. *conſ. 47. col. 1. lib. 9.* Ruin. iun. *conſ. 23. num. 203. & conſ. 80. n. 31. & ſeq. lib. 1.* Ceph. *conſ. 296. n. 18.* 6

Limitatur quintò, quãdo teſtamentum eſſet ſcriptum ab imperito, quia tunc verba ſupplentur ad ſuſtinendum fideicommiſſum, per ea quæ ſcribit Menoch. *conſ. 434. n. 12.* 7

SVMMARIVM.

1 *Falſa grammatica, ſeu latinitas non nocet fideicommiſſis.*

2 *Interpretatio in fideicommiſſis non admittitur, cui non conuenit ratio recti ſermonis.*

QVÆSTIO CCLXXXV.

Falſa Gramatica, vel latinitas, an noceat in fideicommiſſis?

QVÆRITVR, an falſa grammatica, vel latinitas noceat fideicommiſſis, ita vt corruant? & non nocere ſcribunt in ſpecie Alciat. *in l. ſi quis fundi vocabulo. nu. 3. ff. de leg. 1.* Pariſ. *conſ. 69. nu. 8. lib. 3.* Pereg. *conſ. 65. nu. 8. lib. 5.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. n. 22.* Gal. *de excep. ſucceſ. tit. 4. excep. 23. n. 5. 3. par. 2.* 1

Declaratur tamen, vt ſi agatur de interpretanda volũtate defuncti, non admittatur illa interpretatio, cui conuenit ratio recti ſermonis, Mant. *d. tit. 1. n. 22.* & ſæpius dicetur in his particularibus quæſt. 2

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba in fideicommiſſis debent aliquid operari.*
2 *Superflua non dicuntur poſita gratia dubitationis tollendæ.*
3 *Argumentum à ſuperfluitate eſt valde debile.*
4 *Superfluitas toleratur ne noua fideicommiſſa inducantur.*

QVÆSTIO CCLXXXVI.

Superflua an debeant eſſe verba in fideicommiſſis?

1 VErba poſita in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis debent aliquid operari, nec debent eſſe ſuperflua, Menoch. *conſil.* 197. *numer.* 14. vbi multos refert, qui in fideicommiſſis ſunt argumentati à ſuperfluitate verborum, & *conſ.* 915. *num.* 14. Peregr. *conſ.* 143. *numer.* 8. *in fine*, vbi dicit nec ſyllabam poſſe ſtare otioſam, latè Mãtic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 3. *tit.* 6. Dec. *conſi.* 1. *numer.* 253. *lib.* 1.

2 Quæ tamen ſunt poſita gratia dubitationis tollendæ, non poſſunt dici ſuperflua, *l. pediculis*, §. *Labeo*, *ff. de aur. & arg. leg.* Decian. *conſi.* 108. *n.* 36. *lib.* 3. Rota Roman. apud Farinac. *deciſ.* 490. *n.* 8. *par.* 4. *in nouiſſ.*

3 Eſt tamen argumentum à ſuperfluitate valde tenue, vt ſcribunt Alciat. *in l.* 3. *n.* 3. *ff. de legat.* 1. Pereg. *conſ.* 57. *in fin. libr.* 5. vbi ſubdit ſæpe ex abundanti in vltimis voluntatib. videri aliquid adiectum, vt in *l. quæſitum*, §. *fin. ff. de fundo inſtructo*, Bald. *in l. quoties*, §. *ſi quis ita*, *ff. de hæred. inſtit.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit. vlt. numero* 24.

4 Si tamen ageretur de nouo fideicommiſſo inducendo, potiùs erit toleranda ſuperfluitas, Farin. *d. deciſ.* 490. *nu.* 17. *verſ. nec etiam*, & *n. ſeq.* Alciat. *reſp.* 36. *ad fin. nu.* 16. *lib.* 9. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 4. Et probatur iſta concluſio per text. *in* §. *nos autem*, *verſi. codicillum verò*, *in auth. de reſtit. fideicom.* quem tamen text. nihil penitus probare dixit Menoch. *conſ.* 915. *nu.* 19. qui propterea *nu.* 16. & *ſeq.* contrarium tenuit.

QVÆSTIO CCLXXXVII.

1 QVæro, an fideicommiſſa vniuerſalia poſſint nutu relinqui? Et poſſe probatur *in l. nutu*, *ff. de leg.* 3. & in ſpecie ita ſe habent Bart. *in l. & in epiſtola*, *C. de fideicomm.* & ibi Bald. Paul. de Caſtro *in l. pen. col.* 1. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Imol. *in l. qui in poteſtate*, §. *ſurdus*, *col. fin. ff. de teſtam.* Rip. *in l.* 1. *nume.* 37. *ff. de leg.* 1. & *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *num.* 12. *ff. de verbor. obligat.* & ibi alij communiter, Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *num.* 787. *ff. ad Trebell.* Soc. iun. *in l. ſciendum*, *num.* 129. *de legat.* 1. vbi dicit procedere, & ſi morbus ſuperueniens eſſet perpetuus, Soc. ſen. *conſi.* 113. *col.* 3. *lib.* 1. Ripa *reſp.* 23. *num.* 31. *ff. de iur. emphit.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 1. *n.* 19. qui vult procedere etiam quod eo tempore teſtator non potuiſſe articulatè loqui, & citat ad hoc etiam Did. *in cap. cum tibi*, *nu.* 3. *extra de teſtam.* Præt. *de interp. vltim. volunt. fol.* 294. *num.* 6. vbi alios addit.

2 Contrariam ſententiam malè probarunt Salic. *in d. l. epiſtola*, *C. de fideicom.* & ibi Iaſ. Salic. *ibi ſupr.* admittit primam opinionem, quando teſtator tempore teſtamenti potuit articulatè loqui, alias ſecus.

Ampliatur, & declaratur hæc quæſtio, vt per Crottũ, *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *nu.* 2. *ff. de verbor. oblig.* & per Manticam *d. lib.* 8. *tit.* 1. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa poſſunt relinqui ad alterius interrogationem, amplia, & declara per totam qu.*
2 *Fideicommiſſa poſſunt relinqui ad interrogationem alterius coram fortuitis teſtibus, declara numer. ſequenti.*

QVÆSTIO CCLXXXVIII.

Ad interrogationem alterius relinqui fideicommiſſa, vtrum poſſint?

1 NOn inutile autem erit ſcire, an fideicommiſſa poſſint relinqui ad alterius interrogationem? nam quod poſſint relinqui, ſentiunt relati in præcedenti quæſt. & expreſsè Rip. *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *nume.* 9. *dig. de verbor. obligat.* & alij infrà citandi.

2 Ampliatur etiam in fideicommiſſo relicto ad interrogationem alterius coram fortuitis teſtibus, Bart. *in l. hæredes palam*, *in fine principij*, *dig. de teſtam.* Bald. *in l. iubemus*, *C. de teſta.* & ibi alij communiter, Aret. *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *dig. de verb. obligat.* & ibi Rip. *nume.* 9. teſtatur de communi opinione, & ibi alij ſequuntur hanc opinionem.

3 Declaratur primò, vt procedat hæc ampliatio, quando notarius interrogauit, ſecus ſi alius, ſecundum Bertrãd. *conſ.* 340. *lib.* 1.

4 Contrariam opinionem, & in melius probauit, Rip. *in d. l.* 1. §. *ſi quis ita*, *n.* 10. *dig. de verb. oblig.*

5 Declaratur ſecundò hæc ampliatio, vt non procedat, quando teſtator in extremis laboraret, Paul. Caſtr. *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *dig. de verbor. obligat.* & ibi Ripa *n.* 9. 10. & alij ſequuntur. Idem Rip. *libr.* 3. *reſp. cap.* 11. & Alex. *conſ.* 33. *libro tertio.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non poteſt dari in codicillis.*
2 *Fideicommiſſa codicillis relinqui poſſunt.*
3 *Hæreditas in codicillis trahitur ad fideicommiſſum, declara num.* 4.

QVÆSTIO CCLXXXIX.

Vtrum hæreditas in codicillis data trahatur ad fideicommiſſum?

1 CErtum eſt in iure hæreditatem non poſſe dari in codicillis, §. *vlt. de inſt. de codicil.* *l.* 2. *C. de codicil.* *l. hæreditas*, *C. de his*, *quibus vt indign.* Ceph. *conſ.* 497. *nu.* 19. & *ſeq.* & *conſ.* 733. *dubio ſecundo*, Menoch. *conſ.* 942. *num.* 1. & *ſeq.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 462. *num.* 24. Magon. *deciſione Florent.* 4. *nu.* 5. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 25. *limit.* 30. vbi *num.* 2. adducit plures rationes.

2 Fideicõmiſſa autem poſſe relinqui in codicillis nemo vnquam dubitauit, & probatur in iuribus prædictis, & volunt citati *q.* 8. *nu.* 16. & *ſeqq.* & eſt textus *in l. Scæuola*, *ff. ad Treb.* cum alijs, de quibus per Vaſq. *d. limit.* 30. *n.* 10. & Magon. *deciſ. Florent.* 4. *n.* 11. & *ſeq.*

3 Difficultas eſt, ſi hæreditas ſit data in codicillis, an trahatur ad fideicommiſſum? & quod trahatur, Primò probatur *in d. l.* 2. *C. de codicill.* *in d. l. hæreditas*, *Cod. de his quib. vt indig.* & *in* §. *vlt. inſtit. de codicill.*

Secundò ad idem facit *l. Scæuola, ff. ad Trebell.* vbi ſubſtitutio directa facta in codicillis trahitur ad fideicõmiſſum, & idem probant alij mult. relati ſupra *q. 8. n. 16.* ergo idem & in inſtitutione, quia ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio *l. 1. ff. de vulg.* Vaſq. *d. l. 3. §. 25. limit. 30. n. 10* & ita communiter definitur ſubſtitutio, vt dixi *in prima quæſtione, nu. 1.* ſummo ſunt qui dicunt ſubſtitutionem eſſe propriè inſtitutionem, vt poſt Bartol. Bald. tunc. Aret. & Caſtr. dixit Rip. *in l. 1. nu. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Vltimò ita tenent Imol. Angel. Salic. Alexand. Dec. Roder. Suarez & Rub. quos refert & ſequitur Menoch. *conſi. 942. n. 6.* vbi dicit idem eſſe etiam quod præceſſerit aliud teſtamentum, in quo alter ſit hæres inſtitutus idem tenet idem Menoch. *conſ. 42. n. 4. & ſeq.*

4 Verum Vaſq. *de ſucc. creat. lib. 3. §. 25. limit. 30. n. 19.* diſtinguit duos caſus principales, ex Bartol. *in l. ff. de iur. codicill.* Paul. de Caſtr. *in d. l. 2. C. de codicill.* & ibi Alex. Primus caſus eſt, quando codicilli ſunt facti poſt teſtamentum, & tũc hæreditas trahitur ad fideicommiſſum, *d. l. Scæuola, ff. ad Trebell.* cuius exempla eſt, quando teſtator inſtituit Titium, & in codicillis poſterioribus dixit, quod poſt eius mortem Caius ſit hæres, & ita intelligunt illam legem Glo. *in l. ſi idem in fine, ff. de iur. codicill. & gloſ. in §. penultimo, inſtit. eod.* ſecundus caſus eſt quando nullum præceſſit teſtamentum, & tunc ſubdiſtinguit. Aut apparet quod voluit teſtari, & non trahũtur codicilli ad fideicommiſſum, niſi expreſsè dicatur, *l. 1. ff. de iur. codicil.* Aut conſtet quod voluit codicillari, & verba directa trahuntur ad fideicommiſſum, *d. l. Scæuola, ff. ad Trebell.* Aut ſumus in dubio, & adſunt verba directa, & præſumitur, quod potius voluit teſtari, quam codicillari, ideo non trahitur ad fideicommiſſum, *l. non codicillum, C. de teſtam.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum dicitur odioſum, contra nu. 2. declara per totam qu.*

2 *Primogenituræ ſunt fauorabiles non odioſæ.*

3 *Fideicommiſſum pro conſeruatione bonis in agnatione factum dicitur fauorabile, contra n. 4.*

4 *Reciprocum fideicommiſſum dicitur fauorabile, contra num. 9.*

QVÆSTIO CCXC.

Vtrum fideicommiſſa ſint odioſa, vel fauorabilia?

1 VTILISSIMVM eſt ſcire an fideicommiſſa ſint odioſa, vel fauorabilia, cum in omni ferè materia aliud ſtatuendum ſit de odioſis, aliud de fauorabilibus; 2 in propoſita autem diſputatione contrariæ ſunt Doctorum opiniones, alij enim tenent fideicommiſſa eſſe odioſa, ita Glo. *in l. ex tribus, C. de inoff. teſtam.* & ibi Iaſ. Alexand. *in l. Centurio, nume. 74. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & ibi Ceph. *conſ. 493. 547 & 785.* Folgor. *conſil. 85. in fine,* Suc. ſen. *conſil. 113. colum. penult. libr. 1.* Silman. *conſ. 94. num. 19. 25. & 28.* Dec. *conſil. 63. colum. vlt. & conſ. 336. in fin.* Soc. iun. *conſ. 185. num. 9. lib. 2.* Alciat. *conſil. 483. in fine,* Petr. Imol. *conſil. 43. nume. 13. & ſeq.* Mant. *conſil. 328. num. 319. & num. 330.* Crauet. *conſil. 180. in fine,* Barbat. *conſil. 1. num. 12. & conſil. 195. num. 1.* Dec. *conſ. 9. num. 5. lib. 3.* Mar. Angel. *conſil. 236. nu. 1.* Oldrad. *conſ. 22. nu. 2.* Hier. Gabr. *conſ. 125. n. 6. & conſ. 127. n. 1. li. 2.* Marcob. ab Anguil. *conſ. 66. n. 31.* Rolan. à Valle *conſ. 30. n. 25. lib. 4.* Menoc. *conſ. 85. nu. 29. conſ. 150. n. 10. & ſeq. conſ. 204. n. 57. conſ. 171. n. 8. & ſeqq. conſ. 688. nu. 22. & conſ. 755. nu. 11. & alibi ſæpe in ſuis conſilijs,* Ludou. Zont. *in conſ. incipit pro vxore, num. 259.* Rimin. iun. *conſ. 117. n. 35. conſ. 485. nu. 13. conſ. 23. nu. 22. conſ. 803. n. 4. & conſ. 777. nu. 19.* Old. *conſi. 56. num. 29.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ. 95. nu. 15.* Ceph. *conſ. 422. num. 101. conſ. 492. n. 17. conſi. 523. num. 01. conſ. 525. nu. 72. & conſ. 659. n. 11.* Eugen. *conſ. 61. num. 17. & conſ. 62. nume. 33.* Paul. Leon. *tract. de compend. ſubſt. nume. 295.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Mafcard. *de probat. concluſ. 77.* Menoch. *libr. 4. præſumpt. 67. nume. 20. & ſeqq.* Pract. *de interpretat. vltim. volunt. fol. 275. ſolut. 3.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 75.* vbi alios addit Theſaur. *deciſion. Pedemont. 248. numero 8.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 28. numer. 123.* & alibi ſæpiſſimè per Doctores.

Probatur horum Patrum ſententia in vulgata *l. cohæredi §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.*

Alij verò ſunt in contraria ſententia, quòd ſcilicet fideicommiſſa ſint fauorabilia, ita Angel. *in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* Soc. ſen. *in l. ſi filius, num. 24. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. cum auus, col. 54. ff. de cond. & dem. onſtr.* Zaſ. *in rubr. ff. de leg. 1.* Padil. *in rubr. C. de fideicomm. nume. 4.* Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus, limit. 11. C. de inoff. teſtam.* Pinell. *in l. 1. par. 2. nume. 99. C. de bon. matern.* Peralt. *in l. 3. §. fideicommiſſum, n. 121. ff. de hæredib. inſt.* Et conſulendo Bald. *conſil. 204. colu. vlt. li. 4.* Roman. *conſ. 30.* Guid. Pap. *conſ. 131. n. 3.* Alex. *conſ. 39. n. 3. lib. 1.* Iaſ. *conſi. 209. col. 4. li. 2.* Dec. *conſ. 652. nu. 7.* Curt. iun. *conſi. 111. nu. 12.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Soc. iun. *conſi. 168. nu. 91. lib. 2.* Marc. *conſi. 7. nu. 12.* Gribal. *inter conſi.* Port. *conſi. 40. nume. 21.* Neuiz. *conſi. 99. numero 29.* Bonif. Roger. *conſi. 25. numero 100. & conſi. 33. nume. 20. li. 1.* Burſat. *conſi. 20. nu. 47. lib. 2.* Ceph. *conſi. 3. li. 1.* Burgoſ. de Paz *conſi. 31. numero 43.* vbi etiam loquitur de primogenituris, idem *in q. 2. numero 36.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem Mieres *de maior. par. 2. q. 5. numero 3.* 2 vbi de maioratibus Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 18. & c. 4. n. 8. & 28.* vbi loquitur tam de fideicommiſſis quam de primogenituris Roias *in epit. ſucceſſ. cap. 3. à numer. 20. vſque ad numerum 43.* Tiraquel. *de iur. primog. qu. 4. num. 13. & ſeq.* Did. *lib. 3. variar. reſol. cap. 5. num. 105.* Marzar. *in reſp. & fideicom. part. 1. quæſt. 1.* vbi dicit ita ſemper tenuiſſe iudicando, & conſulendo Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 1.* vbi latiſſimè defendit hanc ſententiam, & plures adducit, Peregr. *de fideicom. art. 3. nu. 24.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem. Hier. Cev. *Spec. comm. contr. comm. qu. 674.* vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, & loquitur tam de fideicommiſſis quam de maioratibus, Magon. *deciſ. Florent. 149. nu. 19.*

Fundamentum huius opinionis literalis eſt text. *in §. inſtit. de fideicomm.* vbi nouiſque fauor eorum factus eſt, &c.

Exiſtimo ego veriorem, & magis communem eſſe primam ſententiam, a qua iudicando, & conſulendo recedendum non erit, non diſcutio tamen articulum, cum ætates requirerentur, ut de veritate omnium diſputandum eſſet, cum maximè forenſia negotia parum temporis mihi relinquant, & ad alia me trahant.

Limitanda tamen erit recepta prima ſententia multipliciter, & primò vt non procedat, quando fideicommiſſum ex p. . ſit factum pro agnationis conſeruatione, quia dicitur fauorabile, Alexand. *conſi. 39. nume. 3. lib. 1.* Gozad. *conſil. 89. numer. 12.* Curt. iun. *conſilio 21. num. 11. & conſilio 111. nume. 12.* Parif. *conſilio 35. numero 38. & conſ. 63. nu. 27. libro ſecundo,* Crauet. *conſi. 878. in fine,* Ceph. *conſ. 137. nu. 41.* Decia. *conſ. 1. n. 317.* 3

lib. 1.

lib. 1. conſi. 9. n. 5. & conſil. 34. n. 45. li. 3. Burſat. conſ. 97. n. 2. & conſ. 460. n. 31. li. 4. Honded. conſ. 63. n. 101. li. 1 Rim. iun. conſi. 27. n 6. conſil. 279. n. 24. conſil. 356. n. 19. conſ. 457. n. 78. conſ. 464. n. 8. conſ. 481. n. 69. conſ. 944. n. 26. & n. 81. & conſ. 759. n. 60. Menoch. conſi. 97. n. 117. conſ. 204. n. 60. conſ. 432. n. 8. conſi. 485. n. 34. conſil. 610. n. 11. & conſi. 647. n. 15. Perret. conſil. 118. n. 46. Boniſ. Rog. conſ. 41. n. 6. li. 1. Paſett. conſ. 92. n. 1. Fabr. Turrett. conſi. 82. n. 20. vbi dicit eſſe communem ſententiam, Ferran. Thin. inter conſi. vlt. vol conſi. 322. nu. 21. Monald. conſ. 149. n. 71. Eugen. conſ. 62. nu. 34. Marzar. in epit. de fideic. par. 2. q. 1. verſ. non omitto, Craſſ. in §. fideicomm. qu. 2. verſ. contrariam, vbi teſtatur eſſe cōem opinionem Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 1. nu. 44. vbi alios refert, Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 276. n. 22. vbi alios adducit Intrig. de ſubſt. cent. 3. q. 75. n. 8. Capic. dec. 108. n. 15. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 5. nu. 36. & dixi ego in conſ. 37. nu. 20. & conſi. 72. nu. 18.

4 Contrariam opinionem, niſi alter de fideicommiſſo conſtet ſaltem per coniecturas à Doctoribus approbatas tenuit Ioſeph. Ludou. concl. 14. illat. 77. verſi. quidquid, Menoch. conſ. 171. ante n. 14. conſ. 393. nu. 54. & ſeq. & li. 4. præſump. 67. nu. 20. & ſeq. Ludou. Zone. conſ. inſcripto pro vxore, n. 799. [Et quod vbi non conſtat aut teſtator voluerit fideicommiſſum facere, vel illud extendere ad alias perſonas, vel lineas, fauor agnationis nil operetur planè probauit doctiſſimus iuriſconſul. Florentinus D. Ludouicus Ricciardus in ſuo cōſilio, quod eſt impreſſum inter mea conſil. & eſt conſ. 168. n. 128.]

5 Limitatur ſecundò, quando ſubſtituta fuit pia cauſa, Ceph. conſ. 349. nu. 10.

6 Limitatur tertiò, quando apparet expreſsè teſtatorem voluiſſe in certis caſibus, & ob certas perſonas fideicommiſſum facere, quia tunc fideicommiſſum erit fauorabile, Bald. conſ. 104. in fin. li. 4. Alex. conſ. 39. n. 3. li. 1. Dec. conſi. 625. n. 2. Soc. ſen. conſ. 249. n. 25. lib. 2. Soc. iun. cōſ. 108. n. 91. lib. 2. & conſ. 58. nu. 1. lib. 4. Burſat. conſi. 226. n. 137. Rol. à Valle conſ. 23. n. 26. lib. 4. Beret. conſ. 118. n. 35. Boniſac. Roger. conſ. 33. n. 54. & conſ. 41. n. 19. & ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 50. n. 10. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſi. 117. n. 45. conſ. 171. n. 13. conſ. 220. n. 48. conſ. 232. nu. 26. conſ. 393. n. 54. & li. 4. præſump. 67. n. 20. Ioſeph. Ludou. concl. 14. verſ. quia, vbi teſtatur hanc eſſe veritatem, Intrig. de ſubſt. cent. 3. qu. 75. n. 9. Petr. de fideicomm. qu. 9. n. 21. Vin. libr. 2. deciſ. 265. nu. 2. & in terminis loquuntur Doctores citati ſup. n. 2.

7 Maximè hęc limitatio procederet, quando fideicōmiſſum eſt relictum pro conſeruatione agnationis, Menoc. locis ſupra citatis, & in his terminis ſunt intelligendi ferè omnes Doctores relati pro prima limitatione.

8 Limitatur quartò, quando fideicommiſſum eſſet reciprocum, quia reputatur fauorabile, vt in ſpecie ſcribunt Iaſ. in l. ſi pater puellæ, C. de inoſ. teſtam. Curt. iun. conſi. 23. n. 14. Pariſ. conſ. 33. n. 66. li. 3. Bellon. conſ. 5. n. 24. cōſ. 42. in fine, & conſ. 80. n. 11. Berett. conſ. 81. nu. 15. Paſett. conſ. 92. n. 6. Hieron. Gabr. conſ. 123. n. 25. lib. 2. Menoch. conſ. 452. n. 50. conſ. 636. n. 30. & conſi. 688. n. 21. Ruin. conſ. 18. n. 16. lib. 2. Crauet. conſi. 306. col. vlt. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. qu. 75. nu. 11. Præt. de interp. vltim. volunt. fol. 275. ſol. 3. nume. 21. Petr. de fideicomm. queſt. 9. nu. 12. in vltimis verbis. Ruſtic. in l. cum auus, li. 6. cap. 12. nu. 67. ff. de condit. & demonſtr. Cæſ. Barz. dec. Bonon. 5. nu. 35. & deciſ. 6. nu. 53.

Probatur hæc limitatio in l. ſi pater puellæ, C. de inoſ. teſtam. vbi Bartol. & alij dicunt hoc ideo, quia ſicuti fideicommiſſum reciprocum poteſt afferre incommodum, poteſt etiam eſſe vtile: & extra legitimam, quod reciprocum fideicommiſſum non ſit onerosum concedunt omnes.

Facit etiam l. fideicommiſſo, C. de tranſact. vbi minor non dicitur læſus, quando tollitur fideicommiſſum reciprocum, & hoc ea ratione, quia ita poteſt afferre vtilitatem, ſicuti damnum.

9 Contrariam ſententiam malè probarunt Dec. conſi. 456. n. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 67. n. 27.

10 Limitatur quintò, vt fideicommiſſum dicatur fauorabile reſpectu teſtatoris, & vocati: licet reſpectu grauati ſit onerosum, ita poſt multos relatos ſcribit Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 275. ſol. 3.

11 Limitatur ſextò, quando teſtator ob commodum filij iuſſit ei bona eſſe reſtituenda poſt certum tempus, quia tunc fideicommiſſum erit fauorabile, Bart. in l. cum filio, ff. de vulg. & pupill. & ibi Angel. & alij Iaſ. in l. multi, colum. 1. ff. de lib. & poſthum. Vaſq. libr. 2. de ſucceſſ. progreſſ. §. 17. nu. 72. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 275. ſol. 3. num. 20.

12 Limitatur ſeptimò, quando fideicommiſſum eſt reſtituendum ſuccedentibus ab inteſtato teſtatori, ex conſeruatione iuris ſucceſſionis legitimæ, Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 2. ff. ad Trebell. & ante eum Alex. cōſ. 158. num. 8. lib. 1. ſequitur Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 276. n. 22. ad medium.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non extare in dubio pronunciandum eſt, contra n. 2. limit. per totam qu.*

QVÆSTIO CCXCI.

Vtrum in dubio iudicandum ſit fideicommiſſum non extare?

1 Licet ex præcedenti quæſtione haberi poſſit reſolutio, an in dubio iudicandum ſit fideicommiſſum extare, vel contra? cum ibidem citati Doctores, vt plurimum loquantur conculcando has quæſtiones, & propoſitiones, vt tamen omnia clariora habeantur, ſpecialiter de hac difficultate agendum eſſe dixi, dicendum igitur erit, in dubio eſſe iudicandum, fideicommiſſum non extare, vt ſcribunt Bartol. in l. cum auus, in fine, ff. de condit. & demonſtr. Abbas conſi. 31. nu. 9. Siluan. conſi. 64. nu. 19. Soc. ſen. conſi. 113. num. 8. lib. 1. Rim. ſen. conſ. 223. nume. 56. Alciat. reſp. 552. num. 12. Crauet. conſi. 100. circa finem, Rol. à Valle conſi. 46. num. 3. conſi. 72. nume. 35. & lib. 3. & conſi. 34. nu. 2. lib. 4. Neuiz. conſi. 6. num. 47. Simon de Pret. conſi. 39. nu. 22. lib. 1. Alba. conſ. 31. nu. 9. in fine, & nu. 22. Ceph. conſ. 173. nu. 44. conſi. 231. n. 15. conſ. 269. n. 1. & n. 28. conſ. 477. n. 22. conſ. 324. n. 48. conſi. 606. nu. 9. & alibi ſæpe, Hieron. Gabr. conſ. 95. nu. 17. & conſi. 100. nu. 38. lib. 2. Burſat. conſ. 52. nu. 13. conſ. 97. num. 1. conſil. 300. nu. 41. & conſ. 337. nu. 2. Rimin. iun. conſil. 50. num. 55. conſ. 739. num. 12. conſ. 777. num. 20. & conſ. 782. nu. 15. Menoch. conſi. 224. num. 24. & ſeqq. conſi. 315. num. 27. conſ. 327. num. 41. conſ. 376. num. 35. conſ. 610. num. 10. conſ. 647. num. 7. conſ. 694. num. 10. conſ. 760. num. 7. & alibi ſæpiſſimè Berett. conſi. 18. num. 21. & conſil. 75. num. 14. Boniſac. Roger. conſil. 27. numer. 59. conſil. 50. numer. 6. lib. 1. Surd. conſil. 294. numer. 30. libr. 2. Pancir. conſ. 59. num. 56. conſil. 64. num. 33. & conſ. 91. num. 26. Feder. Scot. lib. 1. tom. 2. reſpon. 3. num. 98. Decian. conſ. 3. num. 40. conſil. 68. num. 24. libro 2. & conſ. 27. numer. 44. lib. 3. vbi dicit maximè procedere, quando bona tranſeunt in alienam familiam. Eugen. conſi. 91. nu. 13. Honded. conſ. 60. num. 13. conſ. 78. num. 13. lib. 1. & conſ. 49. nu. 72. lib. 2. Neuiz. lib. 6. ſilu. nupt. num. 47. verſ. item in dubio, Peregr. de fideicommiſſ. artic. 1. numer. 38. & 40. Ioſeph. Ludou. concluſ. 14. illat. 76. Menoch. libr. 4. præſumpt. 67. numer. 20. Simon de Pret. de interpret.

vlt. vol. fol. 275. *n.* 8. *ad medium.* Maſcard. *de probat. conclu.* 774. *n.* 2. Rot. *in antiq. deciſ.* 864. Caualc. *deciſ.* 81. *n.* 54. *& deciſ.* 82. *n.* 16. *par.* 3. Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 32. *n.* 325. *verſi. primus, & n. ſeq.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 121. *nu.* 54. *vſque ad finem, & deciſ.* 1. *n.* 1.

Ratio eſt, quia qui vult ſuccedere ex fideicommiſſo, probare debet ſe vocatum, & ſi coniecturæ non ſunt multum vrgentes, ſed dubiæ, ſubcumbere debet, quia dubia probatio non releuat, vt latè dictum fuit *q.* 615.

2 Alij tamen malè tenent in dubio iudicandum eſſe fideicommiſſum extare, in qua ſententia fuerunt Bal. *conſ.* 216. *libr.* 4. Crauet. *conſ.* 984. *nu.* 39. Boniſ. Rog. *conſ.* 25. *n.* 102. Menoch. *conſ.* 204. *nu.* 82. Marzar. *in ep. t. de fideicom. part.* 2. *q.* 1. *verſi. pro parte*, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 1. *n.* 5.

3 Limitatur communis opinio, primò, quando ageretur de conſeruandis bonis in agnatione, per ea quæ dixi *quæſtione præcedenti in prima limit.* & ita ſe habent in ſpecie Gozad. *conſi.* 89. *nu.* 11. Alciat. *conſ.* 584. *num.* 14. Ceph. *conſ.* 68. *n.* 4. *& conſi.* 344. *n.* 18. Burſat. *conſ.* 64. *nu.* 4. *& conſ.* 97. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 220. *n.* 49. Decian. *conſi.* 9. *nu.* 5. *lib.* 3. *& conſil.* 41. *in fin. li.* 4. Maſcar. *de probat. concl.* 774. *n.* 5. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 44. vbi alios addit Petr. *de fideic. q.* 9. *n.* 12.

4 Contrariam opinionem probauit Alex. Raud. *deciſ. Piſ.* 32. *nu.* 326.

5 Limitatur ſecundò, quando in diſpoſitione adeſſet aliqua cauſa contentioſa, & vno modo interpretando diſpoſitio remaneret inualida, & eluſoria, vel diſpoſitionis reuocatio induceretur; quia ne hæc ſequantur, pro fideicommiſſo iudicandum eſſet. Alexan. Raud. *deciſ. Piſan.* 38. *nu.* 125. *vſque ad n.* 129.

6 Limitatur tertiò, quando pia cauſa ageret ad fideicommiſſum, quia tunc pro ea in dubio erit iudicandum, Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 32. *n.* 326. *verſ.* 3. *eſt caſus.*

Limitationes aliæ colligendæ erunt ex dictis *in præcedenti quæſtione.*

QVÆSTIO CCXCII.

DVbitatur, an Iudæi poſſint fideicommiſſum conſtituere? Et teneo poſſe ex his, quæ in ſpecie tradunt probantes hanc ſententiam, Bertrand. *conſil.* 145. *ponitur in facto, lib.* 3. Marquard. *in Tractatu de Iudæis, part.* 2. *cap.* 1. *nu.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 34.

QVÆSTIO CCXCIII.

QVæro, quibus fideicommiſſa relinqui poſſint? Et dico relinqui poſſe ab his, quibus datur, vel non adimitur, vt poſt alios ſcribunt Præt. *de interpret. vltim volunt. fol.* 256. *ſolut.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 10. *& ſeq.* Exempla de his, quibus datur, ſunt in fideicommiſſis relictis ab hæredibus, legatarijs, fideicommiſſarijs, vel donatarijs. Exempla autem de his, à quibus non adimitur, ſunt in fideicommiſſis relictis à venientibus ab inteſtato, ab hæredibus hæredum pupillariter ſubſtitutis, vel à legitimis hæredibus pupillorum, de quibus infra in ſequentibus quæſtionibus agetur.

QVÆSTIO CCXCIV.

1 QVæro, an pater filium exhæredatum fideicommiſſo grauare poſſit? & non poſſe ſcribunt Gloſ. in *l.* 1. *§. ſubſtituere, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & ibi Bart. Iaſ. *num.* 5. & alij communiter Odd. *conſil.* 69. *num.* 38.

Sed an poſſit grauare ei pupillariter ſubſtitutum, vel legitimos hæredes, dicam infra *q.* 299. *n.* 23. *& ſeq.*

Si tamen pater exhæredato filio aliquid relinquat, poteſt eum in totum, & ſupra legitimam grauare, vt dixi *quæſt.* ab hac ſecunda, *n.* 18. *verſ.* 2. *facit.* 3

QVÆSTIO CCXCV.

QVæro, an aſcendentes in legitima fideicommiſſo grauari poſſint? & volunt omnes, quod ab eis detrahi poſſit legitima, licet in ea ſit impoſitum grauamen, aſcendentibus enim legitima purè debetur ſine vllo grauamine, prout deſcendentibus *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtament.* & in ſpecie ſcribunt Gloſ. *in auth. de hæred. & Falc.* *§. ſi vero*, Socin. iun. *conſil.* 64. *lib.* 2. Gomez *variar. reſol. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 24. qui teſtatur eſſe communem opinionem Vaſq. *de ſucceſ. creat.* *§.* 10. *num.* 266. Ant. Gabr. *de leg. tim. concl.* 1. *numer.* 17. Craſſ. *in §. legitima, qu.* 29. *nume.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 36. *num.* 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 4. *num.* 47. *circa finem*, Guid. Pap. *qu.* 468. & alij relati infra *qu.* 600. *num.* 1.

Declaratur tamen vt fructus ſint imputandi in legitimam, vt dixi *d. q.* 660. *in primo caſu.*

Declaranda multipliciter etiam erit hæc quæſtio ex dictis *quæſt. ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Legitima de fideicommiſſis detrahitur, nec deſcendentibus poteſt fideicommiſſum ſuper ea impon, amplia, & declara per totam qu.*

2 *Legitima eſt debita iure naturali, & ciuili fundata in ratione naturali, n.* 14. 33. *&* 73.

3 *Legitima debetur prouidentia legis ex ſubſtantia patris.*

5 *Legitima ſi non fuit detracta de fideicommiſſo à filio, ius detrahendi competit eius hæredi, decl. nu.* 6.

7 *Legitima deducitur de fideicommiſſo conſtituto in contractu.*

10 *Legitima deducitur de fideicommiſſo à filia, quæ per ſtatutum debet eſſe contenta rebus ſibi à patre relictis.*

13 *Legitima detrahitur de fideicommiſſo, licet inuentarium non ſit factum, contra n.* 19. *declara n.* 20.

16 *Patronus legitimam non amittit, licet inuentarium non ſit factum.*

17 *Aes alienum detrahitur non facto inuentario.*

18 *Legitima dicitur æs alienum.*

21 *Legitima fideicommiſſo affici non poteſt, etiam ſubſtituta pia cauſa.*

22 *Legitima fideicommiſſo grauari non poteſt à milite teſtante.*

23 *Legitima fideicommiſſo reciproco affici non poteſt, contra alij ibi.*

24 *Reciprocum fideicommiſſum non affert onus, & dicitur fauorabile.*

25 *Reſtitutio in integrum ceſſat, quando læſio ſuperuenit ex contractu reciproco, & in pari conuentione.*

26 *L. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſtam. corrigitur per l. quoniam in prioribus, C. eod.*

28 *Legitima deducitur de fideicommiſſo impoſito ſuper tota hæreditate, vel omnibus bonis, licet filius adeat ſimpliciter patris hæreditatem, contra numer.* 36. *amplia num.* 41.

29 *Legitima non eſt ſuppoſita fideicommiſſo per generalem diſpoſitionem, ſed requiritur ſpecialis, & n.* 122. *contra num.* 123.

30 *Legitima non dicitur pars hæreditatis, ſed bonorum.*

31 *Legitima dicitur eſſe de facultatibus proprijs filij.*

32 *Debet*

31 Debitum naturaliter retinetur de fideicommiſſo.
34 Trebellianica liberis primi gradus non poteſt prohiberi, amplia n.35.
38 Legitimæ petendi ius, vel eius ſupplementum tranſmittitur, etiam ad extraneos hæredes.
39 Clauſula, omnia, & ſingula, &c. habet vim ſpecialis expreſſionis, & n.94.
40 Verba dubia referri debent ad ea, quæ ſunt in poteſtate teſtatoris.
42 Legitima vt dicatur renunciatum requiritur expreſſa renunciatio.
43 Approbatio actus pro ſui natura non extendit actum, & nu. 56.
45 Præcepta teſtatoris à iure improbata poſſunt non ſeruari ab hærede licet adiuerit hæreditatem.
47 Legitima detrahitur de fideicommiſſo, licet teſtator dicat hæredem plus non petere occaſione legitimæ & filius acceptauit ſimpliciter, & quietauit hæredem ſine alia proteſtatione, & n.ſeq. contra ibi n.47. decl. n. 50. (& 55
49 Renunciatio non præſumitur.
56 Legitima expreſſe fideicommiſſo ſuppoſita in teſtamento deducitur, licet filius expreſsè approbet patris teſtamentum, contra n.57.
58 Legitima non deducitur quando relictum eſt prælegatū, adiecta conditione, quod ſi filius vult prælegatum non deducat aliquam legitimam, & filius acceptauit prælegatum, contra n. 59.
61 Legitima non deducitur quando pater reliquit certa bona, & in reliquo impoſuit fideicommiſſum, & adiecit conditionem, quod ſi filius ea bona cum fideicommiſſo habere nollet, habeat ſuam legitimam in alio facto hærede, & filius acceptauit illa bona, contra n.64.
62 In re propria filius grauari poteſt ſi vltra legitimam ei relinquitur.
63 In legitima filius non dicitur grauatus ſi habuit compenſationem.
65 Legitimam non deducit filius grauatus in legitima, quando teſtator dixit, quod reſtituat legitimam, vel fructus perceptos, vltra legitimam, contra n.71.
66 Filius grauatus vltra legitimam tenetur oneri ſatisfacere de fructib. bonorum vltra legitimam, decl. n. 80.
67 Argumentum valet de Falcidia, & Trebellianica ad legitimam.
68 Argumentum valet de legitima ad dotem.
69 Dos poteſt fideicommiſſo grauari.
70 Legit. acceptari, & hæreditas repudiari poteſt à filio.
72 Conditio adiecta in fraudem legis habetur pro non adiecta.
74 Legitima in fructibus filio relinqui non poteſt, ſed debetur in corporibus hæreditarijs, declara nu. 84.
75 Fructus non imputantur in Trebellianicam liberis primi gradus, licet teſtator iuſſerit imputari.
76 Via fraudandi legem non eſt aperienda.
77 In fraudem legis factum eſt ipſo iure nullum.
78 Fructuum imputatio facilius permittitur, quam eorum reſtitutio. (dilationem.
79 Legitima debetur ſine onere, nec in tempore patitur
82 Dos & legitima in multis differunt.
86 In fructibus perceptis pendente cōditione fideicommiſſi hæres poteſt à teſtatore grauari, amplia num.87. etiam in filio vltra fructus legitimæ.
89 Legitima non deducitur quando ſuper ea eſt impoſitum fideicommiſſum expreſſe, ſi filius expreſſa approbauit voluntatem patris, contra n.91. decl.92.
90 Approbans teſtamentum, dicitur totum teſtamentum, & ſingulas eius partes approbare.
93 Legitima expreſſe fideicommiſſo grauata nō deducitur ſi filius approbauit omnia, & ſingula a patre diſpoſita.
95 Renunciare iuri ſuo quiſque poteſt.
96 Clauſula in omnibus, & per omnia, omnia vniuerſaliter comprehendi operatur.
97 Legitima non deducitur de fideicommiſſo ſi expreſſe eſt grauamen impoſitum, ſi filius illud capitulum approbauit.
98 Legitima ſi ſit fideicommiſſo grauata, & teſtator requirat approbationem filij in hoc, ſi poſtea filius ſimpliciter approbet teſtamentum, cenſetur approbaſſe grauamen ſuper legitima.
99 Legitima ſi expreſsè fideicommiſſo ſit grauata nō detrahitur, ſi filius expreſsè renunciauit omni ſuo iuri, nec aliud ius habebit præter quam in legitima.
100 Legitima expreſsè fideicommiſſo grauata non deducitur ſi filius cum iuramento approbauit patris teſtamentum, contra n. 102. concord. n.104. (103.
101 Iuramentū habet vim ſpecialis expreſſionis, cōt. n.
106 Legitima fideicommiſſo expreſſe grauata non deducitur, ſi filius viuente patre approbauit eius teſtamentum, & poſt mortem acceptauit relictum.
107 Legitima non deducitur quando teſtator prohibuit alienationem bonorum in toto, & in parte, ſi filius ſe immiſceat in hæreditate, contra n.108.
108 Fiſcus non deducit legitimam, in qua fideicōmiſſum eſt expreſſe impoſitum, ſi filius non reclamauit.
115 Legit. de iure Veneto fideicommiſſo grauari poteſt.
116 Statuta vbi non adſunt an recurratur ad ius ciuile Romanorum, an ad ius ciuitatis dominantis.
117 Teſtamentum vxoris præſente viro vel tuto factū, eſt nullum de iure Veneto.
118 In legitima fideicommiſſo poſſunt grauari hæredes filij ab inteſtato venientes.
119 Pupillariter ſubſtitutus poteſt in legitima pupilli fideicommiſſo grauari.
120 Legatū relictum filiæ pupillæ, cum conditione quod ea moriēte ſine filijs, pauperibus diſtribuatur, mortua filia in pupillari ætate, totum legatum diſtribuatur pupillaribus etiam in portione legitima.

QVÆSTIO CCXCVI.

Vtrum onus fideicommiſſi ſuper legitima deſcendentibus non poſſit?

SEquitur videndum de vtiliſſima quæſtione, an fideicommiſſi onus ſuper legitima deſcendentium imponi poſſit, & ſi grauamen ſit impoſitum teneat? In quo Articulo diſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus caſus eſt, quando deſcendens fideicommiſſo eſt grauatus, & communis omnium eſt ſententia, quod legitima de fideicommiſſo detrahatur, quæ concluſio probatur, primò per text. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoſ. teſtam.* vbi expreſsè dicitur de legitima omne grauamen reijci. Secundò, idem probatur, *in l. coheredi, §. cum filio, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* vbi habetur, quod in fideicommiſſo vniuerſali non continetur filij legitima, ea enim debetur iure naturali, & ciuili, *§. 1. in auth. de trien. & ſemiſ. l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſt. l. ſcimus, l. commodo, l. quoniam in prioribus, C. eod.* nec filius dicitur eam conſequi ex iudicio teſtatoris, ſed ex prouidentia legis, *l. ſi arrogator, ff. de adopt.* quamuis prouenire dicatur ex ſubſtantia patris, *d. l. ſcimus, poſt prin. ver. reſolutionem,* ita Menoch. *de Præſ. lib. 4. præſ. 196. num. 14.* 1 2 3

Et in ſpecie ita ſe habent ſcribentes omnes *in l. ex tribus, C. de inoſ. teſt.* Gallian. *in l. Centurio, n. 74. & ſeqq. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Et conſulendo Anchar. *cōſ. 152. n. 8.* Capr. *conſ. 19. nu. 7.* Dec. *conſ. 688. num. 7.* Curt. iun. *conſ. 71.* vbi dicit eſſe communem opinionem, quam vno ore omnes ſequuntur, vt poſt alios congeſtos habetur apud Dec. *conſ. 18. nu. 19. & ſeq. & conſ. 106. n. 2. lib. 2.* 4

Ceph. *conſ.* 397. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 681. *n.* 9. *& ſeqq. & conſ.* 704. *n.* 23. Odd. *conſ.* 18. *n.* 26. *& conſ.* 63. *n.* 7. Honded. *conſ.* 42. *n.* 22. *& ſeqq. lib.* 2. Peregr. *conſ.* 68. *li.* 1. *vbi latè & in tract. de fideic. art.* 6. *n.* 1. *& art.* 36. *nu.* 81. *& ſeq.* Mant. *de coniect. vlt. vol. libr.* 7. *tit.* 8. *nu.* 2. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 363. *ſol.* 6. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 72. *n.* 2. *& ſeq. & præſumpt.* 196. *n.* 14. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 28. *nu.* 2. Magon. *deciſ. Luc.* 85. Alexand. Raud. *dec. Piſan.* 14. Cæſ. Barz. *dec. Bonon.* 103. *n.* 9. & alij infra in ampl. relati, ita vt nullus omnino diſcrepet ab hac ſententia.

5 Et ſi deſcendens non detraxit, ius detrahendi tranſmittitur ad hæredes, ſecundum receptiſſimam opinionem, & practicatam nemine contradicente, & quam Scribentes ſupra citati omnes ſentiunt, & præcipuè poſt alios re-
6 latos ita ſcripſerunt, Pereg. *conſi.* 65. *nu.* 6. *lib.* 1. Honded. *conſi.* 42. *nu.* 27. *lib.* 2. Alexand. Raud. *dec. Piſan.* 22. *n.* 58. Quod procedit niſi onus impoſitum ſit expreſsè, & filius viuens nunquam reclamauerit, quia eius hæres non poſſet legitimam deducere, Surd. poſt alios, *conſi.* 570. *nu.* 6. 7. *lib.* 4.

7 Ampliatur primò concluſio, quod legitima deduci poſſit, vt procedat etiam in fideicommiſſo conſtituto in contractu, vt quando duo fratres in diuiſione dicunt, quod altero moriente ſine filijs, alter & eius filij ſuccedant, & ſi filios habuerit, quod illi ſuccedant, & ſucceſſiue filiorũ filij vſque in infinitum, nam filij diuidentium grauati erga ſuos deſcendentes, vel tranſuerſales legitimam detrahent. Honded. *conſ.* 42. *n.* 22. *& ſeqq. libr.* 2. Dec. *conſ.* 1. *nu.* 28. *& ſeq. lib.* 4. vbi etiam agit, quando non omnia bona ſunt fideicommiſſo ſubiecta, quomodo legitima deduci debeat.

8 Ampliatur ſecundò, vt nec fructus in legitimã ſint imputandi, de quo tamen articulo latius dicemus *q.* 660.

9 Ampliatur tertiò, & ſi ſtatutum excludat filium à legitima, ſeu filia fuit à patre hæres inſtituta, & fideicommiſſo grauata, nam legitimam detrahet, Capr. *conſ.* 19. Galliau. *in l. Centurio, n.* 79. *ff. de vul. & pupill. ſubſtit.* Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 190. *num.* 19. Intrigl. *de ſubſt. Cent.* 3. *q.* 74. *nu.* 21.

10 Ampliatur quartò, etiam quando ſtatutum dicat quod filia ſit tacita, & contenta quantitate ſibi à patre relicta, nam ſi pater ſuper quantitate relicta imponat fideicommiſſum, non ſuſtineretur, Iacob Butrig. *in l. quoniam in prioribus, C. de inof. teſtam.* & ibi Bald. & alij Scribentes, Gomeſ. *Var. reſolut. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 28. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *n.* 209. vbi dicit eſſe communem ſententiam, refert, & ſequitur Craſſ. *in* §. *legitima, qu.* 40. *in fin.* De hoc tamen articulo videantur dicta *qu.* 297.

11 Ampliatur quintò, vt ſi ſtatutum augeret legitimam, quod nec in portione aucta poterit grauamen imponi, Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat.* 14. *C. de inof. teſt.* Alex. *in l. ſi quis priore, nume.* 6. *ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *conſ.* 468. *col.* 3. *in princ. li.* 2. Calder. *conſ.* 32. *tit. de teſt.* Hier. Gab. *conſ.* 116. *n.* 1. *lib.* 1. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *n.* 263. Craſ. *in* §. *legitima, q.* 40. *nu.* 12.

12 Ampliatur ſextò, vt procedat in omnibus deſcendentibus tam maſculis, quam fœminis, ſecundum communẽ opinionem, teſte Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *nume.* 241. 245. *& ſeq.* quem refert, & ſequitur Craſſ. *in* §. *legitima, qu.* 39. *nu.* 1.

13 Ampliatur ſeptimò, vt etiam non facto inuentario legitima deducatur de fideicommiſſis, Gloſ. *in Auth. hoc amplius, C. de fideicom.* & ibi Iacob. Butrig. Angel. Salic. & Paul. Caſtr. Gloſ. *Auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Falci.* & ibi Ricard. Malumb. Cin. Odoſ. Bart. & Ang. Gloſ. *in l. vlt.* §. *ſi quis autem temerario, C. de iur. delib.* & ibi Salic. Paul. de Caſtr. & Alexand. Bald. *in l. vlt.* §. *vlti. C. de iur. delib.* & ibi Angel. idem Bald. *in l. cum à matre, col.* 2. *C. de rei vend. in l.* 1. *col.* 1. *C. de bon. aut. iud. poſſid. & in l. filium quem habentem, C. fam. erciſc.* vbi dicit ita tenere Padilla *in l. ſi emancipata, n.* 30. *C. de iur. & fact. ignor.* Zanch. *in l. hæredes mei,* §. *cum ita, nu.* 394. *ff. ad Treb. & conſulendo* Aret. *conſi.* 43. *col.* 1. vbi de communi opinione teſtatur Alex. *conſ.* 165. *col.* 2. *lib.* 5. vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſi.* 5. *col.* 1. *lib.* 6. Corn. *conſil.* 168. *num.* 3. *lib.* 3. vbi ait eſſe communem opinionem, *& conſil.* 180. *col.* 5. *lib.* 4. Gozad. *conſ.* 67. in fine, Ruin. *conſ.* 57. *col.* 1. *& ſeq. lib.* 2 *& conſi.* 135. *col.* 6. *lib.* 3. Et in tractatibus Spec. & Ioan. Andr. *tit. de inſtrum. edit.* §. *vltim. verſ. quid de ſuo.* Aret. *de teſta.* Gloſ. 75. *in fi.* Dur. *de art. teſtan. tit. de ſubſtit. caut.* 37. Rol. à Valle *tract. de inuent. part.* 5. *q.* 4. Phanuc. *de inuent. par.* 7. *n.* 4. *vſque ad nu.* 24. Ant. Gab. *de legit. concluſ.* 7. vbi dicit eſſe magis communem opinionem Petr. *de fideic. q.* 15. *n.* 111. *& n.* 128. vbi teſtatur de communi opinione, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 363. *n.* 8. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 140. Surd. *deciſ.* 316. *n.* 8. vbi pariter teſtatur de communi opinione.

Pro qua opinione primò facit, quia legitima eſt debita 14
iure naturæ & dicitur debitum naturale, *Auth. hoc amplius, C. de fideicom.* Menoch. *conſ.* 250. *nu.* 90. & hoc quia ſuccedit loco alimentorum, *l. quiſquis,* §. *ad filias, C. ad leg. Iul. Maieſt.* & alimenta debentur ex iuris naturalis 15
diſpoſitione, *l. cum ratio, ff. de bon. damnat.* §. 1. *inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Pic. *in l. in quartam, num.* 172. *ff. ad leg. Falc.* Atqui naturalia ſunt immutabilia, §. *pen. inſt. de iure iur. nat. gent. & ciuil.* ergo non amittitur legitima, licet factum non fuerit inuentarium, ita arguunt Gloſ. *in* §. *ſi quis non implens, in auth. de hæred. & Falcid.* & Rol. à Valle, *d. q.* 4. *n.* 11.

Secundò patronus non perdit legitimam ob non con- 16
fectionem inuentarij, §. *pen. in aut. de hæred. & Falc.* Atqui legitima eſt magis debita filio in bonis patris, quam patrono in bonis liberti, vt comprobat Rol. à Valle *d. qu.* 4. *n.* 13. ergo &c.

Tertiò, quando inuentarium non conficitur detrahi- 17
tur prius æs alienum, *l. vlt.* §. *& ſi præfatam, C. de iur. de-*
lib. Sed legitima dicitur æs alienum, *l. Papinianus,* §. 4. *& 18*
§. *quoniam autem quarta, ff. de inof. teſta.* Bald. *in l.* 2. 1. *de liber. præter.* Menoch. *de arbit. iud. conſ.* 149. *n.* 10. 12. *& conſ.* 77. *n.* 16. Petr. *de fideic. qu.* 15. *nu.* 59. *& ſeqq.* Pereg. *de fideic. art.* 4. *nu.* 14. 15. ergo &c.

Et ab iſta opinione conſulendo, & iudicando recedendum non erit, & quam ſemper vidi in practica ſeruari ſine aliqua contradictione.

Contrariam ſententiam malè probarunt Nic. Matar. 19
in d. auth. Sed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. & ibi Fulgoſ. Angel. *in l.* 1. §. *hac ſtipulatio, colu.* 7. *in fin. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falcid.* & ibi Imol. *col. pen.* Iaſ. *in l. vltima,* §. *ſin autẽ, col.* 1. *C. de iur. delib.* Old. *conſ.* 134. Corn. *conſ.* 168. *col.* 3. *lib.* 3. vbi dicit hanc opinionem eſſe de iure veriorem. Argumenta autem huius opinionis adducit Rol. à Valle *d. q.* 4. eaque diluit, vt apud eum, & ea pariter tollit Surd. *d. deciſ.* 316. *n.* 8.

Intelligenda tamen eſt hæc ampliatio, vt procedat quã- 20
do legitima deducitur contra fideicommiſſarios vniuerſales, aliud enim eſt tenendum, ſi deductio prætendatur contra fideicõmiſſarios particulares, & legatarios, Paul. de Caſtr. *conſ.* 188. *quia dubia libr.* 2. Ant. Gabr. *de legit. concl.* 7. *n.* 2. Pereg. *de fideic. art.* 36. *n.* 41. vbi hoc dictum declarat, & latè Surd. *deciſ.* 316. [Alios pro hac opinione adducit Surd. *& n.* 8. refert aliquos velle, filios deducere legitimam contra legatarios, quamuis non ſit factum inuentarium, ſed à prima opinione recedendum non eſt, quam probat alijs multis relatis Roland. à Vall. *in tract. de inuent. par. vlt. qu.* 4.]

Ampliatur octauò, etiam ſubſtitutus pia cauſa, nam nec 21
cius

eius fauore, & priuilegio impedita erit detractio legitimæ, Paul. de Caſtr. *conſi. 43. num. 2. lib. 2.* Alexand. *conſil. 45. col. penult. n. 7. li. 1. & conſ. 18. col. 1. li. 4.* Corn. *conſ. 138. col. 1. lib. 4.* Dec. qui alios adducit *conſ. 688. n. 7.* Dec. *conſ. 18. n. 20. in fine, lib. 2.* Honded. *conſ. 73. nu. 40. lib. 1.* Eman. Coſta, *in cap. ſi pater, in verb. Trebellianica, n. 7. de teſta. in 6.* vbi dicit eſſe veriſſimam, & receptiſſimam opinionem Ant. Gabr. *de legit. concl. 1. numer. 10.* Craſſ. *in §. legitima, q. 38. n. 20.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 196. nu. 17.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 74. nu. 19.* Magon. *deciſ. Luc. 85. n. 5.*

22 Ampliatur nonò, etiam in teſtatore milite, vt *in authe. vt cum de appell. cognoſ. §. ſine igitur*, & ſcribunt Alex. *in l. Centurio, n. 48. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & ibi Gallian. *nu. 79.* idem Alex. *in l. precibus, C. de impub. & alt. ſubſtit.* vbi Cagnol. *n. 66.* Did. *in c. nos quidem, n. 7. ext. de teſtam.* vbi teſtatur de communi opinione, Clar. *in §. teſtamentum, q. 72.* Odd. *de compen. par. 5. qu. 3. præmiſſ. 6. n. 7.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 8. n. 15. & 16.* Menoch. *lib. 4. præſump. 196. n. 18.* Peregr. *de fideicom. art. 36. nu. 82.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. nu. 20.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 3. except. 14. n. 11. par. 2.*

23 Ampliatur decimò, etiam in reciproco fideicommiſſo, Gloſ. *in l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſtam.* & ibi Bar. Bal. Salic. Paul. de Caſtr. & Iaſ. Gloſ. *in l. cum ex filio, ff. de vul. & pup. ſubſt.* Bart. *in l. filius matre, C. de inoff. teſt.* Rip. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 42. ff. de verb. oblig.* Roderic. Suarez. *in l. quoniam, in priorib. ampl. 6. n. 5. & ſeq. C. de inof. teſtam.* & ibi Add. Alex. *conſ. 43. in fi. lib. 2.* Dec. *conſ. 456. n. 3.* Ceph. *conſ. 189. n. 7. lib. 2.* Hier. Gab. *conſ. 116. n. 23. in fi. lib. 1.* Honded. *conſ. 42. n. 23. lib. 2.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Ant. Gabr. *de legat. concl. 1. n. 6.* vbi de communi opinione teſtatur, Craſſ. *in §. legitima, q. 38. n. 19.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Rot. Rom. *deciſ. 488. n. 8. par. 1. in nouiſſ.*

Probatur primò iſta opinio, per *d. l. quoniam in prioribus*, in ſui generalitate, quæ diſponit legitimam eſſe filio relinquendam abſque aliqua conditione, onere, vel grauamine, ergo &c. Sic arguit Suarez *dicta ampliat. 6. numer. 5.*

Secundò accedit, quod licet alter fratrum, ex futuro euentu poſſit commodum ſperare ex reciproco fideicommiſſo, ſi frater ante eum decederet, tamen hic euentus eſt incertus & poteſt eſſe, quod ipſe prius decedat, & per conſequens quod fideicommiſſum afferat onus, & cum commodum ſit incertum ob futurum euentum, fideicommiſſum dicatur oneroſum, ita Suarez *ibi ſupra*.

Tertiò, ſi fideicommiſſum reciprocum eſt vtile fratri ſuperuiuenti, ſequitur quod ſit oneroſum reſpectu fratris præmorientis, qui de ſua legitima non poſſet diſponere, ergo in omni caſu erit oneroſum in perſona vnius ex fratribus, arguit Suarez *d. ampl. 6. num. 5. verſ. præterea*, vbi allegat Gloſ. *in l. licet, C. de pact.* quæ dicit, quod pactum reciprocum inter fratres de inuicem ſuccedendo dicitur continere onus, cum in perſona cuiuslibet eorum habeat locum pactum. Onus enim eſt manifeſtum, quia impeditur facultas alienandi tam inter viuos, *l. vlt. §. ſin autem ſub conditione, C. commun. de legat.* quam in vltima voluntate, *auth. contra rogatus, C. ad Trebell.* & probatur *in l. 1. C. de pact.* & probat Vaſq. *d. §. 10. nu. 181.* licet ipſe diſſentiat.

Contrariam ſententiam, quod fideicommiſſum afficiat legitimam dependentiam, probarunt Gloſ. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* Richard. Malumb. *in dicta l. ſi pater puellæ, C. eod.* & ibi Cin. Iacob. de Are. Cuman. Fulgoſ. Caſtr. & Vaſq. *nu. 3.* Azo. *in Summa, de inof. teſta.* Iacob. de Are. *in l. cum ex filio, ff. de vulg. & pupi. ſubſtit.* & ibi Angel. Hiſpan. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. col. 1. & ſeq.* Nat. *in cap. quamuis, col. 41. de pact. in 6.* Dec. *conſ. 457. col. 3. num. 8.* Capilis *inter conſi. vlt. vol. conſ. 79. nu. 20.* cui ſubſcripſit Iacob. Aluar. Menoch. *conſ. 196. nu. 16. & conſ. 686. in fi.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 174. & ſeq.* licet dicat contrariam opinionem eſſe communem, Petr. *de fideicomm. qu. 15. nume. 105.* vbi aſſerit hanc opinionem eſſe communem, hanc etiam probauit Menochius *in addit. ad ſex libros Præſumpt. 96. lib. 4.*

Facit primò pro hac opinione *l. ſi pater puellæ, C. de inof. teſtam.* vbi eſt caſus, quod pater inſtituit filium hæredem ex ſemiſſe, & filiam ex triente, & vxorem in reliquo ſextante, & fideicommiſit, vt ſi quis eorum intra vigeſimumquintum annum decederet portionem ſuam ſuperſtitibus reſtitueret, & pariter vxori præcepit, vt partẽ ſuam filijs reſtitueret. Imperator ibi decidit, filiam non poſſe intentare querelam inofficioſi teſtamenti, quaſi ſit exinanita legitima per fideicommiſſum, ratio eſt, quia ex reciproco fideicommiſſo portio tam matris, quam fratris ad eam poterat peruenire, ex quo colligitur, quod vbi eſt factum reciprocum fideicommiſſum non videntur filij grauati.

Secundò, facit ratio, quod *lex quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* fuit inducta ad tollendum grauamen, ne teſtamentum euerteretur, ſed vbi fideicommiſſum eſt reciprocũ, ceſſat querela, *d. l. ſi pater puellæ.* ergo, &c. & ita arguit Imol. *d. l. cum ex filio. col. vlt. verſi. & aduerte.*

Tertiò, accedit quod fideicommiſſum reciprocum nõ affert onus, ſed commodum, & dicitur fauorabile, Hier. Gabr. *conſil. 123. num. 25. lib. 2.* Menoch. *conſ. 452. num. 50. & conſil. 688. nu. 21.* Crauet. *conſi. 106. col. vlt.* Præt. *de interpr. vlt. volu. fol. 275. ſol. 3. nu. 21.* Cæſ. Barz. *dec. Bonon 5. nu. 35. & deciſ. 6. n. 53.* cum alijs citatis *qu. 290. nu. 8.* ergo, &c. 24

Quartò, hoc probatur *in d. l. de fideicommiſſo, C. de trãſact.* vbi valet remiſſio reciproci fideicommiſſi, & pactum nocet etiam minori, qui non dicitur lædi, quamuis ex futuro euentu renunciatio potuerit illi eſſe damnoſa, vnde Bald. vbi dicit eſſe caſum, quod in pari conuentione quis non læditur, nec reſtitutio in integrum competit, quod ibi in ſummario dicunt, & Caſtr. & Alexand. & pluribus comprobat Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. nu. 174. & ſeq.* 25

Ego teneo cum tenentibus primam opinionem, quam etiam ſemper vidi in Praxi ſeruari, vnde ab ea conſulendo, & iudicando recedendum non erit, & ad contraria dico.

Non obſtare primum, nam Gloſ. *in d. l. ſi pater puellæ*, reſpondet, quod illa *l.* corrigitur per *l. quoniam in prioribus, C. de inof. teſtam.* quod etiam Bartol. ibi tenet, dicendo ita ſeruari de conſuetudine, & ſequitur Suarez *in d. l. quoniam in prioribus, ampl. 6. numer. 5. verſ. & reperio.* Et licet replicent alij, quod immo *d. l. quoniam in prioribus*, declaratur iuxta *l. ſi pater puellæ*, vt ſcilicet tollatur grauamen, niſi pater hic fecerit, proſpiciendo filio. Tamen ad hoc reſpondetur ex dictis a Suarez *d. amp. 6. n. 5. verſ. reſtat*, vbi plura deducit pro reſponſione *d. l. ſi pater puellæ.* Et aliud diſponi *in d. l. ſi pater puellæ*, aliud *in d. l. quoniam in prioribus*, dixit Vaſq. *de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 174.* 26

Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis ad primum.

Ad tertium reſpondetur, quod diſpoſitio continet grauamen, cum nullus filiorum poſſit de ſua legitima diſponere, vt dicam infra ſtatim in reſponſione ad ſequens argumentum.

Ad vltimum reſpondetur, quod argumentum non procedit, nec concludit in hac materia: nam ibi à principio ex renunciatione reciproci fideicommiſſi reſultat commodum vtrique, quia quiſque habet ſua bona libera, nec curatur quod ex poſt fuerit renunciatio dam-

poſa, nam reſtitutio non datur ex læſione quæ ſuperuenit, ſi à principio nulla fuit læſio, *l. verum, §. ſciendum, ff. de minor.* At hic à principio adeſt onus, quia nemo poteſt de rebus ſuis diſponere, & ita egregiè reſpondet Suarez *d. ampl. 6. n. 6.*

27 Ampliatur vndecimò, & ſi filius ſit inſtitutus in maiori portione, quam ſit eius legitima, & adierit hæreditatem paternam, quia adhuc poteſt legitimam deducere, Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 244.* vbi dicit ita tenere omnes Doct. Craſſ. *in §. legitima, q. 58. num. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 196. nu. 20.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 74. n. 22.* Magon. *dec. Luc. 81. n. 3. & 4.* Eugen. *conſ. 38. n. 4. & ſeqq.* vbi loquitur, & ſi filius approbauit patris teſtamentum. Peregr. *conſi. 67. n. 11. lib. 1.*

28 Ampliatur duodecimò, & ſi filius ſit grauatus reſtituere totam hæreditatem, vel omnia & ſingula bona teſtator ſubiecit fideicommiſſo, & filius ſimpliciter paternam adiuit hæreditatem, nam legitimam deducere poterit, ita poſt alios ſcribunt Soc. ſen. *conſ. 199. nu. 3. lib. 1.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Pariſ. *conſil. 27. libr. 3.* Mandoſ. *in addit. ad Roman. conſ. 185. n. 2. in verbo, non veniat.* Ceph. *conſ. 188. nu. 29. lib. 2.* dum reprobat *conſi.* Calcan. qui diſſentiebat. Burſat. *conſ. 92. num. 11. libr. 1.* Math. Brun. *conſ. 6. n. 19. & ſeq.* Peregr. *conſ. 67. n. 11. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 36. nu. 82. & ſeqq.* vbi loquitur in fortioribus terminis, Gomeſ. *Variar. reſol. tom. 1. cap. 11. n. 25.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Ant. Gab. *de legitim. concluſ. 1. n. 4.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. n. 3. & ſeqq.* Craſſ. *in §. legitima, qu. 38. nu. 4.* Petr. *de fideicom. qu. 15. n. 19.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 196. nu. 10. & ſequentib.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. num. 22.* Caroc. *deciſ. 68. n. 7.* & alij relati infra in ſubampliatione, *& in ſeqq. ampliationibus.*

29 Ratio eſt, quia legitima detrahitur contra voluntatem teſtatoris, & ab ea omne grauamen reijcitur, habet enim filius legitimam ex prouidentia legis, non iudicio patris, *l. ſi arrogator, ff. de adopt.* ideo ex voluntate patris in diſpoſitione generali non includitur legitima, quoniam voluntas trahitur ad poſſibilia, non ad impoſſibilia. & ita arguit Peregr. *dicto conſ. 67. nu. 11. verſic. ſed iſta lib. 1.* & ante eum idem dixit Dec. *conſ. 81. n. 1. & conſ. 218. n. 3.* Galliau. *in d. l. Centurio, n. 23. verſ. ſed aduerte, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 7. tit. 8. nu. 4.* & quæ dicam *n. 122.*

30 Secundò accedit, quod ſi filius eſt grauatus reſtituere totam hæreditatem, non venit legitima, quia non dicitur pars hæreditatis ſed bonorum, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inof. teſtam.* & ſcribunt Iaſ. *in auth. nouiſſima, n. 3. C. de inof. teſta.* Dec. *in auth. præterea in 7. not. C. vnde vir & vxor,* cum alijs citatis à Menoch. *libr. 4. præſumpt. 196. n. 21.* & Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 5.* ergo teſtator imponendo grauamen fideicommiſſi ſuper tota hæreditate, non ſenſit de legitima filio debita, arg. *l. ſi Titius, ff. de legat. 3.* Cum nec dictus vniuerſalis mutet ſignificationem hæreditatis, ſecundum Mant. ibi ſupra, qui adducit in ſimili, quæ dixit Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 36. ff. ad Trebell.* & ibi Soc. iun. *nu. 44. verſic. & vbi vellemus.*

31 Tertiò, legitima videtur eſſe de facultatibus proprijs filij, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & in fideicommiſſo non veniunt bona propria filij, vt ibidem probatur, & dixi *quæſtione* 648. Vlterius quod eſt
32 tantum naturaliter debitum retinetur de fideicommiſſo, *l. Stichum, §. aditio, ff. de ſolut.* Bart. *in l. precibus n. 8. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Rolland. à Valle *conſi. 65. nu. 14. libr. 2.* & dixi *quæſtione* 665. Et legitima dicitur naturaliter debita filio, *l. ſcimus, §. illud, in principio, C. de inoffic. teſtam.* & appellatur debitum bonorum ſubſidium, *l. ſi totas, C. de inoffic. donat.* non erit ergo credendum, quod pater voluerit eam in fideicommiſſo includi, ita Mantic. *dicto lib. 7. tit. 8. n. 7.*

Quartò, filius non excluditur à legitima, nec ab eius 33
ſupplemento, niſi adſit expreſſa renunciatio, *l. quando, §. & generaliter, C. de inof. teſtam.* & ibi Doct. ergo, quando etiam pater voluiſſet legitimam expreſsè prohibere, filius non prohiberetur eam detrahere, nec approbando teſtamentum dicitur legitimæ renunciaſſe, Ruin. *conſ. 57. n. 3.* Dec. *conſ. 81. n. 1.* Pariſ. *conſ. 42. num. 18. & 35. lib. 2.* Rol. à Valle *conſ. 78. num. 5. libr. 3.* & ita arguit Mant. *d. tit. 8. n. 8.*

Quintò, Trebellianica liberis primi gradus prohiberi 34
non poteſt, *l. iubemus, C. ad Trebell.* & tamen ſi etiam fuerit à patre prohibita, poterit filius eam detrahere, licet per aditionem tacitè videatur teſtamentum paternum agnouiſſe Curt. ſen. *conſ. 76. colum. 5. verſ. ſed præmiſſis,* Dec. *conſ. 257. col. vlt.* Hieron. Gabr. *conſ. 96. nu. 2.* Peregr. *conſi. 67. n. 6. lib. 1.* Atqui legitima magis eſt debita filio cum iure naturali ſit debita, & dicatur creditum filij, vt ſupra dictum eſt, ergo ſi Trebellianica poteſt detrahi non obſtante prohibitione teſtatoris, & aditione filij, multò magis non erit excluſa detractio legitimæ, & ita arguit Pereg. *d. conſ. 67. n. 12. lib. 1.*

Contrariam ergo ſententiam malè probarunt Calc. 35
conſi. 56. n. 18. verſ. quinimo. Bero. *conſ. 24. n. 6. li. 2.* Natta, *conſ. 321. n. 5.* Ceph. *conſ. 16. nu. 55. conſ. 272. n. 43. & conſ. 291. n. 16. & ſeq.* Surd. *conſ. 458. nu. 24. lib. 4.* vbi alios addit, Petr. *de fideic. qu. 15. n. 105.* Et quando relictũ eſt plus legitima, vt filius ſibi præiudicet acceptando tacitè, vel expreſsè voluntatem patris, licet de legitima, nõ ſit facta ſpecialis mentio, volunt vltra alios citatos Magon. *deciſ. Luc. 28. nu. 49. & ſeqq.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. n. 53. par. 3.*

Mouentur iſti, quia filius adeundo in omnibus videtur 36
amplexus voluntatem patris, quamuis enim onus reijciatur *d. l. quoniam in prioribus.* hoc tamen procedit volente filio, ideo tenetur filius voluntatem ſuam declarare, quod velit legitimam ſine onere, & quod hæres non poſſit facere hanc declarationem.

Sed reſpondetur, quod pater his verbis filium grauando, non cenſetur in legitima onus impoſuiſſe, vt diximus 37
in argumentis contrariæ opinionis, nimirum ſi non eſt neceſſaria declaratio voluntatis filij, vt in ſpecie ſcribunt Mant. & Ceph. relati pro prima opinione. Ratio que eſt, nam hæres adeundo non dicitur conſentire, & teneri, niſi quatenus lex diſponit, quia ea lege videtur adire, vt poſt Bald. *conſ. 184. municip. col. 7. libr. 5.* ſcribit Peregr. *d. art. 36. nu. 86.* Imo ius petendi legitimam, & eius ſupplementum tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos, licet non ſit petitum, Bald. *in auth. presbyteros, n. 2. C. de Epiſc. & Cler.* Corn. *conſ. 264. n. 24.* vſque in finem, *li. 1.* Capr. *conſ. 6. n. 17. 18.* & latè, *conſ. 76. n. 14. & ſeq.* Ruin. *conſ. 107. n. 12. lib. 3.* vbi teſtatur de communi Boer. *dec. 250. nu. 4.* quos refert & ſequitur Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. n. 10.* addo Decian. *conſi. 18. n. 22. lib. 2.*

Vlterius non requiritur alia proteſtatio, quia filius ſciebat ius ſuum ſibi eſſe ſolum, & patrem non poſſe prohibere legitimæ detractionem, arg. *l. ſicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol.* & ita etiam reſpondet Pereg. *de fideic. art. 36. n. 86. in fi.* 38

Secundò pro hac ſecunda opinione facit quod, clauſula illa omnia, & ſingula &c. habet vim ſpecialis expreſſionis, Gloſ. *communiter recepta in c. vt circa de iur. patr. in 6.* Rim. iun. *conſ. 786. n. 32. & ſeq.* Hier. Gab. *coſ. 144. n. 68. & ſeq. li. 20.* Pedroc. *tract. de interp. reſol. contract. n. 470. vſque ad nu. 479.* Atqui quando facta eſt expreſſa & ſpecialis mentio legitimæ grauamen tenet, vt infrà dicetur, ergo &c. 39

Reſpondetur primò, quod etiam facta expreſſione

legitimæ

legitimæ per ſimplicem hæreditatis aditionem non tenet grauamen in legitima, *vt in ſeq. ampliatione.*

40 Reſpondetur ſecundò, quod in legitima requiritur ſpecialis mentio, vt dictum fuit, & dicetur: & quando verba poſſunt trahi ad duplicem ſenſum, non ſufficiunt verba generalia, maximè cum legitimæ reſpectu deficiat poteſtas grauandi, & propterea verba dubia referenda ſunt ad ea, quæ ſunt in poteſtate teſtatoris, ita reſpondet Peregr. *d. art. 36. nu. 83.*

41 Subamplia, & ſi filius adeundo approbauerit patris diſpoſitionem, nam non erit excluſus à beneficio deducendi legitimam, Anchar. *conſ. 151. n. 8.* Galliau. *in d. l. Centurio, n. 81. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Ceph. *conſ. 42. n. 4. lib. 1. & conſ. 281. n. 35. lib. 2.* Eugen. *conſ. 38. num. 4. & ſeq.* Præ. *de interp. vlt. vol. fol. 363. nu. 7.* Menoch. *lib. 4. præſum. 196. n. 22. in fine,* Mant. *de coniect. vlt. vol. li. 7. tit. 8. nu. 8.* & alij citati *in ſeq. ampliatione.*

42 Ratio eſt, quia in legitima non cenſetur impoſitum grauamen per hæc verba, vt ſupra dictum fuit, nimirum ſi approbatio non præiudicat, ſciebat enim filius perdurare ius petendi legitimam, licet teſtamētum approbaſſet, cum requiratur expreſſa renunciatio, *l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoſ. teſtam.* & ibi Doct. & plures refert, & ſequitur Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 498. nu. 119.* Pereg. *conſ. 67. nu. 2. libr. 1.* Menoch. *conſ. 171. in principio,* Eugen. *conſ. 38. n. 5.*

43 Secundò, approbatio pro ſui natura non extendit, *l. Aurelius, §. teſtamento, ff. de liberat. legat.* & ibi Bart. Iaſ. *in l. more, nu. 41. ff. de iuriſd. omn. iud.* & ibi Dec. Peregr. *conſ. 67. numer. 10. lib. 1.* Atqui in diſpoſitione non venit legitima ex præſumpta mente teſtatoris, vt dictum fuit, ergo approbatio teſtamenti, non extendit illius diſpoſitionem ad legitimam, de qua nihil fuit dictum, & ita arguit Pereg. *d. art. 36. nu. 81. in fine.*

Sed an in caſu huius ampliationis fructus ſint imputandi in legitimam, necne, & loquor de fructibus perceptis ex bonis vltra legitimam: & contrarias opiniones refert Peregr. *de fideicom. art. 49. nu. 42.* qui diſtinguit, & vt apud eum videri poteſt, receptior eſt opinio, quod non fiat imputatio fructuum, & videantur dicta infra hac *qu. nu. 65. & ſeqq.*

44 Ampliatur decimotertiò, & ſi pater reliquit fideicōmiſſum ſuper legitima, & filius conſenſit teſtamento adeundo hæreditatem, nam & tunc legitimam deducet, vt in ſpecie tradunt Anchar. *conſ. 152. column. 3.* Alexandr. *conſ. 89. col. vlt. lib. 4.* Signor. *conſ. 80. colum. 2.* Soc. ſen. *conſ. 230. lib. ...* Dec. *conſ. 257. col. vltim.* Curt. iun. *conſ. 10. col. 1. in fine, & ſeq. & conſ. 71. n. 8.* vbi de communi opinione teſtatur Ruin. *conſ. 56. nu. 8. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 45. col. 2. conſ. 46. col. 1. lib. 2. & conſ. 43. nu. 36. lib. 3.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem Gramm. *conſ.* Ciuil. *145. col. 2.* Ceph. *conſ. 188. n. 29. lib. 2.* Bertaz. *conſ. 85. n. 22.* Dec. *conſ. 18. n. 21. li. 2.* Pereg. *cōſ. 67. n. 12. li. 1. & in trac. de fideic. art. 36. n. 84.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Clar. *in §. teſtamentum, q. 72.* Ant. Gab. *de legit. concl. 1. n. 7.* Mant. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 8.* Craſſ. *in §. legitima, quæſt. 38. nu. 21.*

Probatur primò iſta opinio, quia omne grauamen de legitima pro iure reijcitur, *dicta l. quoniam in prioribus,* & ſæpius dictum fuit, ergo præceptum eſt nullum, &c. Sic Pereg. *d. conſ. 67. n. 12. li. 1. & d. art. 36. n. 84.*

Secundò, legitima non tollitur per renunciationem generalem, *l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoſ. teſta.* & dicitur *in ſeqq. ampliationibus:* ergo multò minus per ſimplicem aditionem abſque aliqua renunciatione, ſic arguit Peregr. *d. conſ. 67. n. 12. lib. 1.*

45 Tertiò, hæres, qui ſimpliciter adit hæreditatem, non tenetur ſeruare præcepta teſtatoris iure improbata, *l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Falcid.* & ibi Bart. & alij, Bald. *in l. 1. n. 8. C. de his quæ pœnæ nomine,* & comprobat Pereg. *d. art. 36. nu. 85.* qui in ſpecie noſtra vtitur hoc argumento, ergo &c.

Contrariam opinionem malè tenent Calcan. *conſil. 56. n. 18.* & Ceph. *conſ. 272. n. 143. lib. 2.* Argumenta autem huius opinionis adducta ſunt in ampliatione præcedenti, vbi etiam ad ea reſponſum fuit. 46

Ampliatur decimoquartò, & ſi dictum ſit, quod plus petere non poſſit etiam occaſione legitimæ, & filius ſimpliciter acceptet, & etiam quietet hæredem abſque aliqua proteſtatione, nam ſibi in legitima non erit præiudicatū, quin illam habere poſſit, *d. §. & generaliter,* & ibi Bald. *n. 1.* Paul. Caſtr. & Iaſ. Alexand. *conſ. 69. lib. 1. & conſ. 8. lib. 3.* Soc. ſen. *conſ. 1. lib. 4.* Dec. *conſ. 289. nu. 4. & conſil. 392. n. 1.* Lafred. *conſ. 26. n. 3.* Ruin. *conſ. 56. n. 8. conſ. 60. & conſ. 79. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 130. n. 4. li. 2.* Ceph. *conſil. 42. n. 3. li. 1.* Pancir. *conſ. 124. n. 2.* Peregr. *conſ. 67. n. 16. li. 1.* vbi de communi, *& in tract. de fideic. art. 36. nu. 94.* Ant. Gabr. *de legit. concl. 1. n. 9.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 498. n. 119.* Guid. Pap. *deciſ. 96.* Ceph. *cōſ. 41. n. 3. & ſeqq. conſ. 95. n. 6. 7. 11. & ſeq. conſ. 320. dubio ſexto, conſ. 404. n. 40. & ſeq. conſ. 479. nu. 73. & conſ. 563. dubio 1.* Barz. *deciſ. Bonon. 86. n. 45. & ſeqq.* Menoch. *conſ. 71. n. 21. & ſeq. & conſ. 250. n. 73.* Petr. *de fideic. qu. 15. n. 110.* Hier. Gabr. *conſ. 56. lib. 1.* Dec. *conſ. 35. n. 95. vſque ad n. 104. lib. 2.* & alij relati in ampliationibus ſequentibus. Et facit etiam ratio, quia præceptum teſtatoris fuit nullum, quatenus diminuit legitimam, *d. l. quoniam in prioribus,* ideo ſimplex agnatio non præiudicat filio in legitima, ita Peregr. *d. conſ. 67. nu. 16. & d. art. 36. nu. 94.* vbi dicit legem ipſo iure reijcere illam conditionem, de plus non petendo, & ſupplementum reſeruari abſque alia proteſtatione. Præterea, de natura approbationis eſt, non extendere *d. l. Seius & Augurius, cum alijs ſuprà relatis, n. 43.* ergo, &c. & hanc tenui & comprobaui *conſi. 92.* vbi trigintaquinque Doctores pro ea congeſſi, & pro meo conſilio fuit iudicatum ab Excellentiſs. & eruditiſſimo D. Iulio Federico. 47

Cæterum alij ſunt in opinione, quod filius agnoſcendo relictum ſibi factum à patre pro omni eo, & toto &c. excludatur à petitione legitimæ, & eius ſupplemento, Bald. *in l. 1. n. 34. verſ. item pone filio, C. de iur. fiſc. lib. 4.* Menoch. *conſ. 206. n. 113. & conſ. 453. nu. 16.* vbi allegat Iaſ. Ruin. Rub. Soc. iun. Curt. iun. & Deci. in addit. Suid. *conſ. 357. n. 33.* qui vltra præallegatos adducit Gul. de Bened. Dec. Pariſ. Bero. Calcan. & Rimin. iun. idem vult Honded. *conſ. 63. nu. 104. libr. 1.* Sed prima opinio eſt æquior & magis recepta, & ſecundum eam obtinui.

Ampliatur decimoquintò, & ſi pater relinquat rem minorem legitima pro ſua legitima, & in ea imponat grauamen, nam nō tenet, & ſi filius agnoſcat rem relictam, Iaſ. *in l. ſi quando, §. & generaliter, nu. 5. C. de inoſ. teſtam.* Bert. *in l. hac edictali, in verbo, ſi verò plus, C. de ſecun. nupt.* Gul. Bened. *in c. Rainutius, in verbo, dum habens filias, nu. 293. extr. de teſtam.* Luc. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. n. 16.* Paul. de Caſtr. *conſ. 73. iſta Domina Liſa, col. 2. verſ. his non obſtantibus lib. 1.* Alex. *cōſ. 69. col. 2. verſ. & cum dos lib. 1.* Iaſ. *conſ. 162. col. 3. verſ. ſimiliter in generali li. 2.* Rui. *conſ. 140. n. 7. lib. 4.* Ceph. *conſ. 42. lib. 1.* Menoch. *conſ. 7. n. 4. lib. 1.* Pereg. *conſ. 67. n. 19. lib. 1.* Ruin. *tract. quod ſtant. maſcul. art. 9. num. 62.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 498. n. 116. & ſeqq.* & alij relati in ampliatione præcedenti. 48

Mouetur ea ratione, quia filius non cenſetur renunciare legitimæ, niſi adſit expreſſa, & ſpecifica renunciatio, *d. l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoſ. teſta.* & plures adduxi *ſuprà nume. 42.* quod non contingit, quando filius ſimpliciter agnouit relictum patris, ſciebat enim ius ſuum ſibi ſaluum eſſe, vt ſupra ſæpius dictum fuit,

& quia tale onus ipſo iure reijcitur de legitima *dicta l. quoniam in prioribus*, & filius agnoſcendo relictum præ-
49 ſumitur ſibi reſeruare legitimam ſibi debitam legis beneficio, nec præſumitur renunciatio iuris ſui *l. poſtquam liti. C. de pact.* vbi Dec. *nu.* 16. qui alios referens dixit non cenſeri renunciatum, niſi expreſsè ita actum fuerit, idem ſcribunt poſt alios Tirequell. *in l. ſi vnquam in præfatione, n.* 138. *C. de reuocan. donat.* Pariſ. *conſ.* 49. *nu.* 39. *lib.* 3. Natt. *conſ.* 78. *in fine lib.* 1. Ruin. *conſ.* 129. *num.* 19. *lib.* 3. Crauett. *conſ.* 257. *n.* 5. *& latè conſil.* 290. *colum.* 2. *verſi.* 4. *non præſumitur*, Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 212. *& ſeq.* Ceph. *conſ.* 25. *n.* 47. *& ſeq. lib.* 1. *& latiſſimè*, Maſcard. *de probat. concl* 1262. *& concl.* 1263.

50 Subampliatur primò, & ſi filius acceptando relictum fecit liberationem hæredi, abſq; aliqua reſeruatione ſupplementi legitimæ, nam & tunc pariter ſibi non præiudicat, niſi ſpecialiter ſit dictum, quod ſit contentus relicta, vel data, & quod de eo quod ſupereſt nullam mouebit quæſtionem, *d. §. & generaliter*, & ibi Scribentes, Anan. *conſ.* 99. Curt. ſen. *conſ.* 75. Dec. *conſ.* 218. *nu.* 3. *& conſ.* 257. Ceph. *conſ.* 42. *n.* 5. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 67. *n.* 20. *lib.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 36. *nu.* 93. Mant. *de coniect. vlti. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 8. *cum alijs citatis ſup. n.* 47. Et ratio eſt eadem quæ deducta fuit pro comprobatione ampliationis præcedentis.

51 Subampliatur ſecundò, & ſi vltra quietationem dixit, quod renunciabat hæreditati, & bonis paternis, quia adhuc poterit habere ſupplementum legitimæ abſque alio grauamine, Gui. de Cun. *in l. de his, ff. de tranſact.* & ibi Bald. Angel. & Alber. Iaſ. *in l. ſi quando, § & generaliter, n.* 5. *C. de inof. teſtam.* Alex. *conſ.* 69. *in fin. lib.* 1. *conſi.* 8. *nu.* 6. *lib.* 3. *& conſ.* 89. *n.* 13. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 687. *nu.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 36. *nu.* 98. Afflict. *dec.* 178. *dubio ſecundo.* Ratio eſt, vt ſæpius fuit repetitum, quia generalis renunciatio non excludit filium à beneficio legitimæ, ſed requiritur ſpecialis.

52 Subampliatur tertiò, & ſi vltra quietationem, & renunciationem hæreditatis, & bonorum paternorum filius promiſit amplius non petere, Guliel. de Cun. *in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inof. teſtam.* & ibi Salicet. Ang. Aret. *in §. tam autem, in fine inſtit. de inof. teſtament.* Dec. *conſ.* 419. *nu.* 9. *conſ.* 452. *nu.* 11. *conſil.* 460. *nu.* 6. *& conſ.* 687. Peregr. *de fideic. art.* 36. *nu.* 99. vbi dicit Doctores communiter hanc opinionem admittere. Ratio eſt, quia adhuc ſumus in generali renunciatione, & promiſſio de amplius non petendo poteſt commodè reſtringi ad acceptata, vnde ex neceſſitate non inducitur renũciatio legitimæ, nec in renunciatione alia venire debent, quam expreſſa, cum ſtrictiſſimè ſit interpretanda, ita Peregr. poſt Dec. citatum.

53 Idem eſſet, ſi filius vltra quietationem, & renunciationem hæreditatis, & bonorum paternorum promiſit plus non petere, quia promiſſio de plus non petendo verificari poteſt in petitione de facto, licet quoad petitionem, quæ de iure competit, nil operetur, vnde ne filio præiudicetur in legitima reſtringi promiſſio debet quantum fieri poteſt, & hanc ſententiam in ſpecie probarunt Bald. *in d. l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſtam.* & [illegible] Iaſ. *nu.* 5. Aret. *in §. tam autem, inſtit. de inof. teſtam.* Soc. ſen. *conſ.* 2?0. *n.* 4. *lib.* 2. Guid. Pap. *dec.* 93. Ruin. *conſi.* 56. *n.* 8. *lib.* 2. *& conſil.* 60. *n.* 4. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 67. *nu.* 22. *libr.* 1. vbi dicit ita ſtare communem opinionem, *& in tract. de fideic. art.* 36. *n.* 100.

54 Contrariam ſententiam probauit Caſtr. *in d. §. & generaliter*, cuius tamen opinio procederet, quando promiſſio facta eſſet de plus non petendo de iure, nec de facto ſecundum Pereg. *d. art.* 36. *n.* 100. *in fine.*

55 Declaratur tamen hęc ampliatio, vt non procedat quando filius acceptando relictum fecit quietationem hæredi, & etiam promiſit aliquid non petere de bonis, & hæreditate patris, vel vtitur amplioribus verbis, vt ſi promiſit, nihil aliud, vel nihil plus petere, nam talis promiſſio operatur, quod & ratione legitimæ nihil aliud petere poſſit, Ruin. *conſ.* 97. *nu.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 56. *n.* 10. 11. *li.* 2. refert, & ſequitur alios etiam allegando, Peregr. *d. artic.* 36. *num.* 101.

Ampliatur decimoſextò, & ſi filius expreſsè approba- 56
uerit teſtamentum patris, in quo ſuper legitima eſt impoſitũ fideicõmiſſum, nam per hoc nõ diceretur renũciaſſe legitimæ, quæ requirit ſpecialem renunciationem, nec per approbationem teſtamenti ſit extenſio, cum filius ſciat iura ſua ſibi eſſe ſalua, vt ſupra ſæpius dictum fuit, ita in ſpecie, Anchar. *conſ.* 152. *nu.* 4. *&* 11. Anan. *conſil.* 59. *colum. vlti.* Iaſ. *conſ.* 108. *colum. penult. lib.* 4. Dec. *conſil.* 81. *colum.* 1. *conſi.* 218. *col.* 2. *conſil.* 236. *dubio quarto, & conſ.* 688. *dubio tertio*, Pariſ. *conſ.* 43. *n.* 39. *lib.* 3. Rubr. Alex. *conſ.* 43. *nu.* 11. Crauet. *conſi.* 312. *circa finem*, Ceph. *conſ.* 42. *n.* 4. *lib.* 1. *& conſi.* 281. *nu.* 35. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 102. *n.* 11. Eugen. *conſ.* 38. *n.* 4. *& ſeq.* Pereg. *conſ.* 67. *nu.* 14. *lib.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 36. *nu.* 81. *& ſeq.* Craſſ. *in §. legitima, q.* 38. *nu.* 21. Mant. *de coniect. vlt. vol. libr.* 7. *tit.* 8. *nu.* 4. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *& multis ſeqq.* Magon. *dec. Luc.* 85. *n.* 6. *& ſeq. dec. Floren.* 35. *nu.* 8.

Contrariam opinionem malè probarunt Rip. *in l. in* 57
quartam, nu. 10. *ff. ad leg. Falcid.* & Ruin. *conſ.* 56. *nu.* 10. *libro ſecundo.*

Limitatur primò hic caſus, vt non procedat quando 58
prælegatum eſt factum filio, adiecta cõditione expreſſa, quod ſi filius vult prælegatum, non deducat aliquam legitimam, & filius acceptauit prælegatũ, Corn. *conſi.* 303. *n.* 1. *lib.* 1. Dec. *conſi.* 687. *nu.* 2. Curt. iun. *conſ.* 159. Ruin. *conſ.* 136. *n.* 13. *&* 17. *li.* 2. Soc. iun. *conſ.* 122. *n.* 6. *lib.* 1. Ceph. *conſi.* 16. *n.* 56. *lib.* 1. Bertaz. *conſi.* 75. *n.* 19. *in ciuil.* Menoch. *conſ.* 71. *n.* 21. *conſ.* 206 *n.* 95. *& ſeq. conſ.* 196. *n.* 15. *circa fin. conſ.* 681. *n.* 36 *conſ.* 686. *nu.* 29. *conſ.* 1204. *n.* 4. *lib.* 4. *præſump.* 196. *n.* 23. Ant. Gabr. *de legit. concl.* 1. *n.* 58. Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 7. *tit.* 8. *nu.* 11. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 97. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *quæſt.* 74. *num.* 26.

Pro qua opinione adduci poſſunt ea fundamenta, quæ 59
infra adducentur pro comprobatione ſequentis limitationis.

Contrariam autem ſententiam tenent Alex. *conſil.* 8. *n.* 21. *lib.* 3. *& conſ.* 81. *nu.* 13. *libr.* 4. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 498. *n.* 118. *n.* 116. *& ſeqq.* pro qua opinione faciunt quæ dicta ſunt *ſupra numero* 48. *verſicul. mouentur.*

Et fortius communis opinio procederet, ſi filius in 60
vita patris approbaſſet teſtamentum paternum, & poſteà eo mortuo agnouiſſet legatum, Peregr. *conſi.* 67. *n.* 17. *lib.* 1.

Limitatur ſecundò, quãdo pater reliquit filio certa bo- 61
na, & eum fideicommiſſo grauauit, & dixit, quod ſi filius nollet ea bona habere cum fideicommiſſo, habeat ſuam legitimam, alio hærede inſtituto, vel ſubſtituto, nam ſi filius acceptet relictum, non poterit de fideicommiſſo legitimam deducere, Cagnol. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, num.* 17. *ff. de inof. teſtam.* Pic. *in l. in quartam, num.* 271. *ff. ad leg. Falcid.* Dec. *conſi.* 687. Pariſ. *conſil.* 9. *lib.* 3. Soc. iun. *conſil.* 122. *dubio ſecundo, & conſil.* 159. *libr.* 1. Alciat. *conſ.* 493. *nu.* 4. Bero. *conſ.* 93. *num.* 13. *li.* 2. Franc. Capillit. *inter conſ. vlt. volunt. conſ.* 78. *num.* 11. *& ſeqq. tom.* 1. Burſat. *conſ.* 355. *num.* 61. *& latè conſil.* 385. *libr.* 3. vbi dicit eſſe veriſſimam opinionem. Laderch. Imol. *conſ.* 26. *nu.* 2. 3. Natt. *conſ.* 321. *num.* 5. Rimin. iun. *conſil.* 136. *nu.* 141. Maluaſ. *conſ.* 117. *numer.* 3. Corn. *conſ.* 303. *n.* 1. *li.* 1. Ruin. *conſ.* 136. *n.* 13. *&* 17. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 159. Bertaz. *conſ.* 75. *nume.* 19. Ceph. *conſ.* 16. *numer.* 56.

lib. 1.

lib. 1. *& conſ.* 153. *n.* 4. *& nu.* 91. *lib.* 7. Menoch. *conſ.* 71. *nu.* 9. *conſ.* 156. *nu.* 15. *& nu.* 209. *ad medium*, *conſil.* 206. *n.* 95. *&* 96. *conſ.* 303. *n.* 5. *conſ.* 533. *dubio ſecundo conſil.* 681. *n.* 35. *conſ.* 686. *n.* 28. *conſ.* 903. *n.* 2. *conſ.* 1141. *n.* 1. *& conſ.* 1204. *nu.* 4. *& ſeqq.* Ond. *conſ.* 63. *n.* 23. *in fine*, *& n. ſeqq.* vbi loquitur, & ſi expreſſe non approbet, Peregr. *conſ.* 67. *n.* 28. *lib.* 2. *& in tract. de fideic. art.* 36. *n.* 62. *& num.* 97. Dur. *de art. teſtan. tit. de ſubſtit. caut.* 31. Cucch. *tract. de legit. tit. legit. nullum grauam. num.* 27. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7 *tit.* 8 *n.* 11. Marz. *in epit. de fideic. part.* 2. *q.* 50. Fachin. *lib.* 5. *cōtro. iur. c.* 96. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *n.* 18. *& ſeq. part.* 3. Surd. *de alimē. tit.* 2. *quaeſt. num.* 154. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *nu.* 41. *& ſeqq. & n.* 66. & videnda erit tota deciſio vbi loquitur in fortioribus. Magon. *deciſ. Luc.* 85. *numer.* 15. *vſque ad finem*, Bero. *quaeſt.* 34. *num.* 16. Caeſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 105. *n.* 30. Surd. *deciſ.* 21. *n.* 20. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, & etiam eam dicit communem, Ant. Gabr. *de legit. concl.* 1. *n.* 38. licet ipſe diſſentire videatur.

Ratio prima eſt, quia filius acceptando rem videtur illam pro ſua legitima aeſtimare, *ad text. in l. Imperator*, *§. ſi certum*, *ff. de leg.* 2. quam rationem in ſpecie ponderat, Pereg. *conſ.* 67. *n.* 18. *lib.* 1. poſt Soc. iun. *in conſ.* 122. *nu.* 15 *lib.* 1.

61 Secundò, filius nō poteſt acceptare, vel niſi legitimam, vel niſi rem relictam, ſic enim, & pater teſtando voluit, ergo acceptando rem relictam, dicitur renunciaſſe legitimae, quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, *cap. nonne, ext. de procurat. l. maritus*, *C. de procurat.* & ita arguit, Soc. iun. *d. conſ.* 122. *nu.* 9. *in fine lib.* 1.

Tertiò, attenta diſpoſitione teſtatoris incompatibile eſt, quod filius habeat legitimam, & rem relictam, voluit enim teſtator filium vna tolum rem habere. Atqui ſi duo ſunt incompatibilia, eligens vnum, dicitur alteri renunciare, nec poteſt poſteà ad illud redire, nam, vno ex contrariis, & incompatibilibus poſito nec eſſe eſt aliud tolli, *l. haec verba §. ille, aut ille ff. de verb. oblig. l. ſi inter*, *ff. de except. rei iud.* ergo dum filius acceptat rem, non poteſt amplius petere legitimam, cui dicitur renunciaſſe, & hoc etiam fuit argumentū, Soc. iun. *d. conſ.* 122. *n.* 10. *& ſeq. lib.* 1.

Quartò, quod ſemel placuit amplius diſplicere non debet *l. in acceſſionibus*, *in fine*, *ff. de diuerſ. & tempor. praeſcript. cap. quod ſemel*, *de reg. iur. in* 6. ergo re acceptata non poterit peti legitima, ſic Soc. iun. *d. conſilio* 122. *nu.* 10. *& ſeq. lib.* 1.

62 Quintò accedit, quod filius poteſt in re propria grauari, quando ei vltra legitimam relinquitur, *l. filius familias. §. apud Marcellum. ff. de legat.* 1. *l. Imperator*, *§. ſi certum*, *ff. de legat.* 2. Fabian. *in auth. nouiſſima*, *n.* 166. *C. de inoffic. teſtamēt.* Surd. *de aliment. tit.* 2. *quaeſtione* 15 *n.* 181. ergo, & in legitima poterit grauari.

63 Sexto facit, quia filius non dicitur grauatus in legitima, quando habuit compenſationem, Imol. *in l.* 2. *colum.* 8. *in fine verſ. facit optime*, *ff. de conditio. & demonſtrat.* Soc. iun. *conſi.* 122. *colum. vlt. lib.* 1. Menoch. *conſil.* 196. *nu.* 15. *verſ. & his accedit*, ergo filius cum habuerit compenſationem, tenet grauamen fideicommiſſi, quibus accedant alij relati, *infrà. num.* 70. *in fine*, *verſ. nono facit.*

Septimò addo, quod filius ſimpliciter adeundo haereditatem, videtur ſe obligare ad omnia onera haereditaria ex quo dicitur quaſi contrahere, *§. haeres inſtitut. de obligat. quae ex quaſi contract. l. ex maleficiis*, *§. haeres ff. de act. & oblig.* & videtur hoc caſu onus potius iniunctum ab ipſo filio, quam à teſtatore, cum potuerit repudiare haereditatem retenta legitima, ita arguit, Surd. *tract. de aliment. tit. ſecundo*, *quaeſtione* 15. *n.* 184.

Contra tamen hanc limitationem tenuit Alexand. *conſ.* 8. *n.* 21. *lib* 3. Ruin. *conſil.* 149. *n.* 13. *l.* 3. Rimin. iun. *con.* 510. *n.* 20. *& ſeq. & n.* 32. Eugen. *conſ.* 38. *n.* 10. *& ſeqq.* hanc tenet, niſi approbatio teſtamenti ſit facta expreſſè, vel verbis generalibus, & pregnantibus, quae habeant vim expreſſi, & refert hanc etiam fuiſſe opinionē Phanut. *in tract. de inuent. part.* 7. *nu.* 127 *& ſeqq.* & hāc veriorem opinionem dicit etiā Modern. Parii. *in add. ad. d. conſi.* Dec. 638. *& ſequitur* Ant. Gabr. *de legit. concl.* 3. *num.* 38. & cum hac concurrit, & Praet. *de interp. vlt. vol fol.* 498. *n.* 116. *& ſeqq.* 64

Mouetur Praet. tribus fundamentis, & primò quia tale onus non poteſt patrem imponi, nec cenſetur impoſitum ſuper legitima.

Reſpondetur, quod quando verba ſunt dubia non cēſetur impoſitum grauamen, vt ſupra dictum fuit, ſed hic verba ſunt clara, quod teſtator voluit grauare in legitima, igitur ceſſat ratio voluntatis teſtatoris. Quod verò pertinet ad poteſtatem illius, quod ſcilicet tale onus non poſſit imponi intelligitur, quia filius retēta legitima poſſit nolle adimplere voluntatem teſtatoris, aliàs ſi ſit expreſſe impoſitum grauamē in legitima, filius acceptādo voluntatem patris ſibi praeiudicat, vt volūt omnes relati infra in limitationibus, & praeciſè, Surd. *in tract. de aliment. tit.* 2. *quaeſtione* 15. *nu.* 183. *& ſeqq.* ergo cum clara ſint verba teſtatoris, ſi filius acceptauit rem cum onere fideicommiſſi, ſibi praeiudicauit, nec amplius redire poteſt ad legitimam.

Secundò mouetur Praet. quia filius non dicitur legitimae renūciaſſe niſi per ſpecialem renuntiationē *l. ſi quando*, *§. generaliter*, *C. de inoff. teſtam. & allegat.* Bald. Alex. Dec. Pariſ. Bero. Gabr. & Pancir. & ſupra etiam dictum fuit, ego acceptando legatum, cum ſpecialis non adſit renunciatio legitimae, non poterit dici illi fuiſſe renunciatum.

Reſpondetur primò, quod obiectum procederet quādo filius legitima veniret priuandus, & nihil haberet in recompenſationem, tunc enim requiritur expreſſa, & ſpecialis renunciatio, ſecus eſt quando in recompenſationem aliud eſt datum, vt in iſto caſu, & ſic reſpondet Soc. iun. *d. conſ.* 122. *n.* 24. *& ſeq. libr.* 1. & Eugen. *conſ.* 38. *n.* 10.

Reſpondetur ſecūdo, & melius, quod, lex non requirit de forma ſpecialem, & ſpecificam renunciationem legitimae, ſed ſufficit clare, & indubitatè apparere quod filius voluit carere legitima, ita Soc. iun. *d. conſ.* 122. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 1. & latiſſimè hoc comprobat, Pariſ. *conſi.* 9. *libr.* 3. vbi oſtendit in terminis iſtis ſatis dici expreſſam, & ſpecialem renunciationem factam à filio, dum acceptat loco legitimae rem illam cum onere fideicommiſſi, idem volunt Menoc. *conſ.* 71. *nu.* 23. Becc. *conſilio* 34. *n.* 14. Roland. à Vall. *conſ.* 99. *n.* 22. *&* 37. *li.* 4. & Pereg. *d. conſi.* 67. *n.* ... *lib.* 1.

Tertiò, additur ratio à Praet. quod renunciatio eſt ſtricti iuris, nec praeſumitur niſi neceſſariò inferatur, & expreſſè ex doctrina, Dec. *in conſ.* 379. *num.* 3. & Crauet. *conſ.* 200 *n.* 3. & dictum fuit *ſupra n.* 49.

Reſpondetur renunciationem reſultare ex neceſſitate ſtantibus diſpoſitis à teſtatore, vt oſtendunt Pariſ. & Soc. iun. ſupra ſtatim citati. Vnde ex praedictis concludo, retinendam eſſe limitationem reiecta contraria opinione Praeti, & aliorum.

Limitatur tertiò, non procedere, quando filius inſtitutus vltra legitimam grauatus eſt reſtituere, vel legitimam, vel fructus perceptos vltra legitimam, nam filius qui adiuit haereditatem, non poterit aliquam deducere legitimam, ſi fructus percepti aſcendunt ad legitimae quantitatē Comenſ. *in l. coheredi*, *§. cum filia*, *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. in fideicōmiſſariam. ff. ad Treb-* 65

Ampliatur ſecundò, vt nec fructus imputentur in de- 4
tractionem pro dote fiendã, Meno. *conſ.* 292. *n.* 21. Surd. latiſſimè *conſ.* 291. & dicam latiùs *q.* 064. *n.* 6. *& ſeq.*

Ampliatur tertiò, etiam in dotis argumento facto poſt 5
mortem patris, Bald. *in auth. res quæ, C. commun. legat.* & ibi Paul. Caſtr. & Curt. iun. *num.* 45. Crauet. *conſ.* 291. *col.* 1. *&* 2. Menoch. *conſ.* 292. *n.* 19. *lib.* 3.

Ampliatur quartò, etiam pia cauſa ſubſtituta, Viu. *d.* 6.
concl. 846. *n.* 3. & quæ dixi *qu. præcedenti, nu.* 21.

Declaratur primò, non procedere quando filia ſpeci- 7
ficè cum iuramento conſenſiſſet oneri appoſito, quia grauamen teneret, Dec. *conſ.* 306. *col. vltim.* Rip. *l.* 3. *reſp.* 5. Dur. *de art. teſtan. tit. de liber. inſtit. caut.* 5. *in fin.* Albert. Brun. *ſuper ſtat. quod ſtant. maſcu. art.* 11. *qu.* 3. *col.* 6. Ant. Gabr. *de legitim. concl. n.* 64. De quo tamen videnda erũt ſcripta *in præcedenti qu. limit.* 8. *nu.* 100. *& ſeq.*

Declaratur ſecũdò, non habere locum, ſi teſtator no- 8
minatim grauauit in dote, quia ſuper legitimam teneret fideicõmiſſum, *l. vlt. §. filiæ, ff. de legat.* 2. & ibidem Bart. & Paul. caſt. *l. a filia, ff. ad Trebel.* & ibi Bart. Ang. Imol. Paul. Caſt. & Alex Bart. *in l. Lucius, §. marcus, ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *in auth. res quæ, num.* 6. *C. comm. de legat.* Suarez, *in l. quoniam in prioribus, ampl.* 12. *n.* 2. *C. de inof. teſtam.* vbi teſtatur de communi opinione, Roman. *conſ.* 134. *n.* 3. Surd. *conſ.* 291. *n.* 23. *lib.* 2. Vaſq. *de ſucc. creat. §.* 10. *nu.* 259. vbi ſcribit eſſe communem & receptiſſimam opinionem, Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 7. *tit.* 8. *n.* 27. vbi declarat Craſ. *in §. legitima, q.* 41. Præt. *de interp. vl. vol. fol.* 354. *nu.* 7. *& ſeq.* vbi dicit eſſe communem opinionẽ, Peregr. *de fideic. art.* 6. *num.* 1. Viu. *commun. opin. concl.* 846. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *n.* 13.

Extenditur primo hæc declaratio, vt procedat etiam 9
quando pater in vita dotauit filiam, & poſtea moriens eã inſtituit in dote, & alijs bonis, & eam fideicommiſſo grauauit ſimpliciter, nam & tunc fideicommiſſum tenet in dote pro portione vltra legitimam, Cin. *in l.* 1. *§. videamus, in fin. ff. de rei vxor. action.* Bald. *in l. cum virum, nu.* 10. *& ſeq.* . . *de fideic.* Roman. *conſ.* 134. *col.* 2. Aret. *cõſ.* 153. *col.* 1. Corn. *con.* 32. *col.* 3. *lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 44. *in princ. lib.* 1. Bald. Nouell. *tract. de dot. part.* 6. *priuil.* 62. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 304. *n.* 8.

Intellige tamen primò, hanc extentionem non pro- 10
cedere quando dos eſt reuerſura ad patrem, vel ad hæredes patris, quia tunc grauari poſſet filia etiam in portione legitimæ, Bald. *in l. quoniam nouella, in fin. C. de inof. teſt. & in conſ.* 301. *in primis eſt videndum an pater, verſ. ſeptimò, lib.* 4. Brun. *ſup. ſtat. quod ſtant. maſcu. art.* 11. *q.* 3.

11.q.3.n.12. *Prat. de interp. vlt. vol. fol. 304. n. 8. verſ. ſi verò*, Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *nu. 206. & ſeq.*

Verum contrariam opinionem eſſe communem dicit Vaſq. *d.* §. 10. *n. 260. & ſeq.* & Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. n. 27.* dicit valere onus ſolum vſque ad legitimæ quantitatem.

Sed circa hæc diligenter aduertendum eſt ad dicta Doctorum, nam non dicunt filiam non poſſe conſequi ſuam legitimam, volunt enim legitimam ei deberi, ſed nõ in dote, & ideo quamuis grauamen teneat ſuper dote, etiam in quantitate legitimæ, quia dos dicitur eſſe in bonis patris cũ ſtipulatio facta ſit, vt patri reſtituatur, quod enim ad eum reuerſurum eſt, perinde eſt ad effectum legandi, & fideicommittendi, ac ſi de præſenti eſſet in bonis, arg. *l. 1. & l. quod ſponſæ, Cod. de donat. inter vir. & vxor.* vnde ex tali fideicommiſſo filia non erit priuata ſua legitima, quia eam conſequetur in alijs bonis, ita declarat Vaſq. *dicto* §. 10. *n. 261.* vbi dicit de hoc eſſe caſum, *in d.* §. *cum filia*, in ſua generalitate.

11 Nec obſtat, quod dos in legitimam imputetur, nã hoc procedit volente patre, *vt in d. l. quoniam nouella, & in l. omni modo*, §. *imputari, C. de inoff. teſt. in l. vt liberis, in l. illud, C. de collat. bonor. & in toto illo tit. ff. & C. ita* Vaſq. *loco citato, nu. 261. verſ. nec ad rem pertinet.*

12 Intellige ſecundò hãc extenſionem procedere, quando reuerſura eſt dos ad grauantem, vel ad eius hæredes, & quia pater ſtipulatus ſit ſibi, vel hæredibus ſuis reſtitui, ſecus ſi dos eſt permanſura apud filiam iure conſolidationis. vt quia pater dotauit filiam, & ſtipulatio dotis reſtituendæ concepta eſt in filiam, & ſuos hæredes, tunc enim, quia actio de dote eſt quæſita filiæ, non poterit in ea grauari, nec pro portione ſuper legitimam, Bald. *in l. quoniam nouella, q. 2. C. de inoff. teſt. & in conſ. 59. ſuper ſecundo lib. 2. & conſ. 301. in primis eſt videndum an pater, n. 1. li. 4.* Imol. *in l. Lucius*, §. *maritus, ff. ad Treb.* Paul. de Caſtr. *conſ. 13. n. 3. lib. 2.* Alex. *conſ. 20. col. pen. n. 2. li. 3. & conſ. 217. n. 12. lib. 6.* Io. Andr. *in Addit. ad Specul. de inſtr. edit.* §. *compend. verſ. ſed ſemper, col. 18.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *nu. 260.* vbi dicit idem ſentire Bart. & Roder. Suarez. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 3. tit. 8. n. 27. in fi.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 304. n. 8. in fin.*

Ratio eſt, quia tunc dos exiuit patrimonium patris, ex cauſa enim dotis pater potuit donare filiæ, *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſc.* nec poteſt imponi fideicommiſſum ſuo prætextu, quod inter viuos ſit datum, *l. perfectam, C. de donat. quæ ſub mod.* poteſt enim ſolum grauari is, qui in vltima voluntate eſt honoratus, non is cui inter viuos datum eſt, §. 1. *inſtit. de ſingul. reb. per fideic. rel. & l. ab eo, C. de fideic. l. apud Iulianum*, §. 1. *ff. de leg.* 1. & ita arguit Vaſq. *d.* §. 10. *n.* 260.

Contrariam ſententiam tenent alij dicentes, quod adhuc vltra legitimam teneat grauamen, licet conſolidationis iure dos ſit remanſura apud filiam: ita Paul. de Caſtr. *in d.* §. *filia, & in d. l. quoniam nouella, C. de inoff. teſta. & in l. fin.* §. *fideic. ff. de legat.* 2. & ibi Cuman. dicit eſſe communem opinionem & ſequitur Apoſtil. ad Rod. Suarez, *in l. quoniam, in prioribus, ampliat. 12. in litera B*, & ante hos, Cin. *in l. vnica*, §. *videamus ad finem, C. de rei vxor. act.* & D. *in conſ. 36.* Mouentur per generalitatẽ, *d.* §. *cum filiæ*, ſeq. Vaſq. *loco citato* oſtendit ibi dotem datam fuiſſe cum hoc, quod ad patrem reuerteretur.

13 Vnde Alex. & Rod. Suarez relati à Craſſ. *in* §. *legitima, q. 42. n. 5. & 6.* dicunt quod iudex poteſt iudicando, quam vult ſententiam ſequi, cum articulus ſit valde dubius, ego tamen ſemper iudicarem pro filia, pro qua etiã ſtat magis recepta ſententia Scribentium, vt patet ex allegatis pro vtraque opinione, quorum etiam ſententiam veriorem in iure eſſe exiſtimo.

14 Declaratur tertiò, non procedere quando ſumus in loco vbi adeſt ſtatutum, quod fœminæ ſint excluſæ ſtatibus maſculis, & quod illæ debeant dotari, & quod ſint tacitæ, & contentæ dote ſibi relicta, cum alijs verbis quæ variè concipi poſſunt in ſtatutis, pro cuius tamen declarationis vera reſolutione ſunt diſtinguendi aliquot caſus vnà cum Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 304. n. 9. & ſeq.*

Primus caſus eſt, quando ſtatutum excludit fœminas, & mandat eas debere eſſe contentas dote eis relicta, eo modo & forma, prout diſpoſitum fuerit in teſtamento patris, vel aui, & tunc tenet fideicommiſſum ſuper tota dote nulla habita ratione legitimæ, Corn. *conſi. 210. colu. vlt. lib. 1.* Capra *conſ. 72. n. 4.* Hieron. Gab. *conſi. 116. lib. 1.* vbi latiſſimè Brun. *d. art. 11. n. 58.* Præt. *de interp. vltį. volunt. fol. 305. nu. 11.* 15

Cæterum contrariam ſententiam probarunt alij, volẽtes onus fideicommiſſi non poſſe imponi à patre, quia licet ſtatutum tribuat facultatem patri diminuendi legitimam, non tamen tribuit ius grauandi dotem fideicõmiſſo. ita in ſpecie noſtra hanc opinionem probarũt. Iacob. Butrig. *in d. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſt. m.* & ibi Bald. Salicet. Paul. Caſtr. Aretin. & Iaſ. Imol. *in l. vlt. colu. antepen. ff. de hæred. inſtitut.* Vaſq. qui prædictos refert, *de ſucceſſ. creat. libr. 2.* §. 10. *num. 209.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, addo Gomez. *variar. reſol. tom. 1. cap. 11. n. 28.* & Craſſ. *in* §. *legitima, qu. 40. in fine*, cum quibus & ego tranſeo. Argumenta autem huius ſẽtentiæ ſunt illa, quæ ſtatim adducentur in ſeq. caſu pro ſecunda opinione. 16

Secũdus caſus eſt, quando ſtatutum admittit maſculos excluſis fœminis, & mandat fœminas dotari cum nubent, vel ſi maritabuntur, & tunc fideicommiſſi onus ſuper tota dote tenere volunt, Cuman. *conſil. 134. & in eodem*, Fulgoſ. Paul. de Caſtr. *conſ. 59. col. 1. libr. 1. conſi. 6. ſuper eo, de quo quæritur in fine, conſ. 16. viſo dicto puncto, col. 2. ver. breuiter, conſ. 96. ſi dicta Cornelia, in prin. & cõſ. 222. ſuper 1. dubio. n. 5. li. 2.* Alex. *conſ. 179. col. 3. verſ. & quando, lib. 5.* Natta *in cap. quamuis, colu. 41. de pact. in 6.* Ceph. *conſ. 145. col. pen.* Hier. Gab. *conſ. 40. & conſ. 116. lib. 7.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Dur. *de arte teſt. tit. de liber. inſt. caut. 5.* Pereg. *conſ. 5. nu. 14. & ſeq. lib. 5.* 17

Ratio eſt, quia huic filiæ nulla debetur legitima, vt poſt alios ſcribit, & probat Pereg. *d. conſ. 5. n. 15. & n. 17. li. 5.* Hier. Gab. *conſ. 11. n. 3. & conſ. 116. lib. 2.* vbi ſæpius hoc repetit, & ſic dos debita ex diſpoſitione ſtatuti retinet propriam naturam dotis. Atqui dos ſui natura poteſt fideicommiſſo grauari quatenus eſt ſupra legitimam, *l. ſi.* §. *filiæ, ff. de leg. 2.* & ibi Bartol. & alij, & dictum eſt ſupra ergo, &c. & ita hoc argumento vſus eſt Hieron. Gabr. *d. conſ. 116. n. 28. & ſeq. par. 2.* 18

Secũdò facit, quia filio iuſtè exhæredato in toto eo, quod illi relinquitur fideicõmiſſum poteſt imponi, *l. cohæredi*, §. *cum filiæ, ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* ergo filiæ à ſtatuto excluſæ in dote ſubſtitui poterit, quia habetur pro extranea exhæredata, & pro perſona ſecundi gradus in ſucceſſione, ad tradita per Bart. *in l. 1.* §. *ſciendum, ff. de ſuis, & legit.* per Doct. *in l. planè*, §. *ſi duob. ff. de leg. 1. & in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth.* Et in ſpecie hoc argumento vtitur Hier. Gabr. *d. conſ. 116. n. 32. lib. 1.* 19

Contrariam ſententiam magis communiter tenent Doct. Bald. *in l. vlt. in 2. lect. colu. 4. C. de dot. promiſſ. & in l. auia, col. pen. C. de iur. dot. & conſ. 150. lib. 5.* Laur. *in* §. *cæterum, col. 6. inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Corn. *conſil. 32. col. pen. lib. 4.* Ant. de Butr. *conſ. 9. caſus talis eſt, verſ. tertium dubium*, Paul. Caſtr. *conſ. 265. licet iſta li. 1.* Dec. *conſ. 106.* Io. Mar. Rimin. *conſ. 337. ad finem, li. 2.* Decia. *conſ. 54. n. 2. li. 1.* Brun. *ſuper ſtat. quod ſtant. maſcul. art. 11. qu. 3. col. 6. verſ. quid autem ſit in modo à n. 48. vſque ad nu. 56.* vbi alios allegat Ant. Gabr. *de legit. concl. 1. nu. 61. & ſeqq.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, 20

Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 304. *nu.* 10. vbi præcipuè hanc tenent, quando fœmina moritur, poſt matrimoniū, quaſi tunc, expleta conditione, filia habeat potius diſpoſitione ſtatuti dotem, quam iudicio patris, Craſſ. *in §. legitima, q. 40. in fin.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. li. 2. §. 10. nu.* 209. vbi alios addit, & communē opinione teſtatur, & cum iſtis, & ego tranſeo.

21 Primò facit pro iſta opinione, quod dos reſeruata à ſtatuto dicitur eſſe patrimonium filiæ, cum per ſtatutum ſit priuata ſua legitima propter dotem, ideo grauamen imponi non poſſit, Ant. de Butr. *conſ. 9. caſus talis, verſ. tertium dubium*, quem & alios refert, & ſequitur, Præt. *de interpr. vlt. volu. fol.* 304. *n.* 10. *ad medium.*

Secundò, ſi filia moritur poſt matrimonium, dicitur expleta conditio, & dotem habet potius diſpoſitione ſtatuti, quam iudicio teſtatoris, & ideo non venit ſub fideicommiſſo à patre conſtituto, *l. ſed & ſi ſic, §. vlt. ff. de legat. 3. l. cum quis, §. vxor, ff. de dot. præleg. & l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell.*

22 Tertiò, quia legitima non poteſt auferri per ſtatutum, vnde dos à ſtatuto reſeruata ſiue excludat dotem, ſiue mandet dotari, ſuccedit loco legitimæ, & de ea iudicandum eſt, prout de legitima Rich. Malumb. *in l. ſancimus, C. de nup.* & ibi Cin. Bald. & Salic. Abbas *conſi. 92. col. 2. libr. 2.* Anchar. *conſ.* 232. Paul. de Caſtr. *in d. l. Lucius, §. maritus, & conſ. 265. licet iſta col. vlt. lib.* 1. rurſus Bald. *conſ. 498. in fi. lib.* 1. Laur. de Pallat. *de ſucceſſ. maſcul. in §. cæterum, par. 1. n.* 16. Capr. *nu.* 89. Bal. Nouell. *tract. de dot. par. 6. priui. 16. ver. & ex prædictis*, Dec. *reſp. 54. nu. 11. lib.* 1. Io. And. *in rubr. ſtat. Mona. in ver. ſcire debes.* Alber. *in 2. par. ſtat. q. 104. & in l. quoniam in priorib. C. de inof. teſt.* Corn. *conſ. 162. per totum, lib.* 2. Lud. Molin. *de Hiſp. primog. lib. 2. c. 15. nu.* 11. Sicuti ergo fideicommiſſum non tenet in legitima, *d. l. quoniam in priorib. C. de inof. test.* & diximus, *q. præcedenti*, pariter nō tenebit in dote, cum nec in dote fideicommiſſum conſtitui poſſit ex iuris cōis diſpoſitione, *d. l. ſi. §. filiæ*, & ibi Doct. & dictum eſt ſupra. Et cum ex ſtatuto dicatur dos diminuta non ablata ſecundum opinionem Bart. *in d. l. Titio, §. Titio genero*, quem ſequitur Cuman. *conſi.* 46. non videtur patri data facultas grauandi etiam filiam fideicommiſſo, cum id ſtatutum non dicat, Paul. Caſtr. *d. conſ.* 265. Aret. *conſ.* 43. & alij relati pro hac opinione. Licet enim ſtatutum diſpenſet in quantitate, non tamen dicitur diſpenſare, vt & conditio fideicommiſſi apponi poſſit, ita poſt Iacob Butrig. Bald. Salic. Paul. Caſtr. Imol. Iaſ. & Aret. ſcribit Vaſq. *de ſucceſſ. creat. libr. 2. §. 10. nu.* 209. vbi dicit eſſe communem opinionem.

Quartò, retenta etiam opinione, quod dos non ſuccēdat loco legitimæ, negari tamen nō poteſt, quod filia propter dotem excludatur à ſucceſſione, & legitima, cum ergo filia excludatur à legitima, & ſucceſſione propter dotem, apud eam cū effectu dos remanere debet, & liberè, *l. qui volebat, ff. de hæred. inſt.* quia inuito patre illam accipit legis diſpoſitione, vnde onus fideicommiſſi non recipit, *d. l. ſi arrogator, §. ſed nec impuberis, ff. de adop.*

Quintò, ſtatutum quando excludit fœminas propter maſculos, hoc facit fauore maſculorum, vnde quatenus eorum fauor ceſſat fœminæ non dicuntur excluſæ, arg. *c. cum ceſſante, extr. de appell.* Atqui onus fideicommiſſi non recipit fauorem maſculorum cum aliorum fauore grauari poſſint, ergo &c.

Sextò, ſtatutum vult reſeruari dotem filiabus, nec voluit confidere de patre: Atqui ſi valeret fideicōmiſſum, ſequeretur abſurdum, quod contra mentem ſtatuti filia eſſet excluſa propter dotem, quam cum effectu non haberet, ita Paul. Caſtr. poſt Angel. *conſ. 48. col. 3. lib.* 2. Corn. *conſ. 40. n. 23. lib.* 3.

Si tamen magis placeret prima opinio, ad ſupradicta argumenta reſponderi poteſt, vt latè per Hieron. Gab. *d. conſ. 116. n. 40. verſ. non obſtat primum vſque ad fi. d. 1.*

Tertius caſus eſt, quādo ſtatutum, dum diſponit de dotatione fœminarum, loquitur de congruitate dotis, vel legitima, vel ſumus in caſibus, quod tunc dos loco legitimæ ſuccedit, & tunc fideicommiſſum non poterit imponi in minima parte, & ſi dos excederet legitimam, Bald. *in l. quoniam in priorib. nu. 10. C. de inof. teſt.* & ibi Salic. *in fin.* Paul. de Caſtr. *n.* 2. Iaſ. *col.* 5. Paul. Caſtr. *in d. l. Lucius, §. maritus, nu. 5. ff. ad Trebel.* Cuman. *in d. l. Titio, §. Titio genero*, Iaſ. *in l. pater filium, C. de inſt. & ſubſt.* & ibi Dec. *in fin.* Anchar. *conſi.* 232. Paul. Caſtr. *conſi. 43. ſubſtitutio prædicta, in fine lib. 2. conſi. 9. col. 1. conſ. 16. col. 1. & conſ. 468. nu. 6. eod. lib.* 2. Calder. *conſ. 32. an ſi ſtatutum, tit. de teſta.* Capr. *conſ.* 89. Soc. ſen. *conſ. 147. col. 1. & conſ. 288. n. 27. lib.* 2. Brun. *ſup. ſtat. quod ſtat. maſcu. art. 12. q. 3. nu.* 59. Bald. Nouel. *tract. de dot. par. 7. priuil. 62. circa fin.* Laur. de Pallat. *de ſucceſſ. maſcul. exclud. fœm. par. 1. nu.* 16. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 305. n.* 12. 23

Ratio eſt, quia cum filia excludatur propter dotem, æquum eſt vt totam dotem habeat ſine mora, arg. *l. qui volebat, ff. de hæred. inſti.* & quia dotem videtur habere à ſtatuto non à patre, ideo in ea grauari non debet, iuxta *d. l. ſi arrogator, §. ſed an impuberi, ff. de adopt.*

Secundò, poteſt ſtatutum legitimam augere, & de ea aucta idem iudicatur quod de legitima iuris communis, vt ſcilicet in ea non poſſit imponi grauamen, Calder *cōſi. 32. tit. de teſtam.* Paul. Caſtr. *conſ. 468. col. 3. in princ. lib.* 2. Alex. *in l. quis priore, nu. 6. ff. ad Trebell.* & diximus, *q. præced. ampl.* 6. 24

Tertiò, quia vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui ædes, ff. de vſucap.* Si igitur in quantitate legitimæ non recipit onus, vt ſupra dictum eſt, ergo nec in reliquo.

Contrariam ſententiam probarunt alij, tenentes quod vltra legitimam poſſit imponi onus fideicommiſſi, in reliquo non ita Hier. Gabr. *d. conſ. 116. n. 6. verſ. 2. quia, & n. ſeqq. & n. 21. & ſeqq. libr.* 1. vbi allegat Alber. *de ſtat. par. 2. q. 104. in fin. & in l. qui negotiationem, §. pupillo, ff. de adminiſtr. tut.* Rom. *conſ. 134. n.* 3. Paul. Caſtr. *in l. Titio, §. Titio genero, col. 3. ff. de cond. & demonſt. & conſi. 59 pro pleniori, col. 1. verſ. ſi verò ſtatutum, li. 1. & cōſ.* 265. Cuman. *conſ. 124. col.* 2. Angel. *conſ. 134. n.* 5. Aret. *conſ.* 43. Corn. *conſ. 40. n. 6. li. 3. & conſ. 32. col. 2. li.* 4. Alexand. *conſ. 179. col. 3. lib.* 5. Aret. *in §. fuerat, n. 23. inſt. de act.* Bal. Nouel. *de priuil. Dot. pag. 6. priuil. 17. n. 5. verſ. vnde arbitrium.* Natt. *in c. quamuis, q. 22. n. 142. de pact. in 6.* Ceph. *conſ. 92. li.* 1. & tandem ipſe Gabr. *nu.* 13. concludit hanc eſſe veriſſimam & receptiſſimam opinionem. 25

Ratio eſt, quia licet ſtatutum reſeruet dotem loco legitimæ, non tamen cenſetur voluiſſe augeret legitimam vltra diſpoſitionem iuris communis, niſi exprimat, Corn. in terminis, *conſ. 32. col. 2. in fine li.* 4. Alex. *conſ. 179. col. 2. in fine libr.* 5. Sicuti etiam ſtatutum non cenſetur liberare patrem à danda dote minore legitima, niſi aliud exprimat, Salic. *in auth. res quæ, in 1. not. C. commun. de legat.* Paul. Caſtr. *conſi. 362. lib.* 1. Alexand. *conſi. 69. col. 1. lib.* 1. Corn. *conſi. 100. nu.* 3. Quemadmodum ergo ſtatutum reſeruat dotem loco legitimæ, nec patrem arctet ad dandam dotem maiorem legitima, pariter ſi pater det dotem maiorem legitima, dos vltra quantitatem legitimæ, non habebit priuilegia legitimæ, *l. 1. cum ibi not. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & ita arguit Hieron. Gabr. *d. conſ. 116. n. 7. & ſeqq.* vbi alia pro comprobatione adducit. 26

Secundò facit, quod ſtatutum fuit factum contra filias, vt dotibus ſint contentæ, nec in earum fauorem interpretari debet, ita vt quæcunque dos relinquatur à patre ex neceſſitate vltra legitimam habeat priuilegia

legitimæ,

legitimæ, & talis dos dicatur à patre ſtatuti diſpoſitióne relicta, quæ enim relicta ſunt ad diminutionem non
27 pariunt augumentum, *l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* Et actus ad vnum finem ordinatus, non parit alium finem, ad quem non fuit directus, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat. cap. veniat. ext. de teſta.* & ita hoc argumento vſus fuit Hieron. Gabr. *conſ.* 116. *n.* 10. 11. *lib.* 1. poſt Alex. *conſi.* 179. *lib.* 5. & Corn. *conſ.* 32. *lib.* 4.

Hac ergo retenta opinione non obſtant contraria, ad primum enim reſpondetur, verum non eſſe, quod filia dicatur habere totam dotem diſpoſitione ſtatuti, non à patre, nam ſolum pro concurrenti quantitate legitimæ dicitur habere à ſtatuto, reliquum liberalitate patris, & propterea patré poſſe onus ſuper ea quantitate imponere, *d. l. vltim. §. filia, & d. l. ſi arrogator §. ſed. an impuberi,* ita reſpondet Hieron. Gabr. *conſ.* 116. *n.* 13.

Ad ſecundam reſpondetur, verum non eſſe, quod ſtatutum voluerit augere legitimam debitã filiæ ex iuris communis diſpoſitione, immo veriſimile nõ eſt quod ſtatuentes habuerint intentioné augendi legitimam filiabus ex reſeruatione dotis, ſic Alex. *d. conſ.* 179. *lib.* 5. Corn. *d. conſ.* 32. *lib.* 4. & dixi ſupra in ſecundo argumento, & ita reſpõdet Hier. Gabr. *d. cõſ.* 116. *n.* 11. *verſi. nõ obſtat, li.* 1.

28 Ad tertium reſpondetur, quod vna & eadé res poteſt diuerſo iure cenſeri, quando diuerſa ratio hoc ſuadet, Dec. *in l. in teſtamento, n.* 8. *C. de teſtam. milit.* Tiraquel. qui alios congeſſit, *de retrac. conſang. §.* 1. *gloſ.* 18. *n.* 23. Vnde legatum eiuſdem rei ad quantitaté legitimæ onus non recipit, & ſupra legitimam fideicommiſſum imponi poteſt, *l. ſcimus. §. autem., C. de inoff. teſtam.* & ſic cõſtat, diuerſam eſſe rationem de quantitate legitimæ, ad quantitatem excedentem legitimam, quod dixit & Hier. Gabr. *d. conſ.* 116. *n.* 12. *li.* 1. ſicuti etiam in dote relicta à patre remoto ſtatuto idem dicitur, nam filia ad quantitaté legitimę, non poteſt grauari, vltra vero poteſt, Doct. *in d. l. ſi. §. filiæ,* & dictum eſt ſupra, tamen & illa eſt vnica dos.

29 In quantitate autem legitimæ non poſſe fideicommiſſum nec onus imponi, ſcribunt Bald. Salic. Cuman. Paul. Caſtr. Iaſ. Dec. Laurent. Pallat. Anchar. Capr. Soc. ſen. Butrig. Alexand. Imol. & Aret. quos refert & ſequitur Hieron. Gabr. *conſ.* 116. *n.* 12. *lib.* 1.

30 Quartus caſus eſt quando ſumus in terminis ſtatuti excludentibus fœminas ſtantibus maſculis, & fœmina eſt nupta tempore mortis patris, & tunc fideicommiſſum ſuper dote imponi non poterit, ſiue reſeruata ſit dos pure, ſiue conditionaliter ſi nupſerit, quidquid dicendum ſit, quando filia ante nuptias moritur Cuman. *cõſ.* 134. & ibi Fulgoſ. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 304. *nu.* 9. & 10. *ver. tamen & magis.* Ratio eſt, quia tunc dos eſt factum propriũ patrimonium filię *l.* 3. *§. ſed vtrũ, ff. de minoribus,* in quo non poteſt imponi grauamen *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. ſubſti.* Doct. *in d. l. vlt. §. filiæ. ff. de leg.* 2. *& in d. l. Lucius, §. maritus, ff. ad Trebell.* & ſupra etiam dictum fuit.

31 Quintus caſus vltra Præt. eſt, quando ſtatutum dicit, quod fœmina dotata non ſuccedat, & pater dotando filiam apponit pactum, quod ea moriente ſine filijs, dos ad ſuos hæredes reuertatur, & tunc tale pactum & fideicõmiſſum non ſuſtinetur, Bald. *in l. vltim. in* 2 *lect. de dot. promiſſ.* Craſ. *in §. legitima, q.* 41. *in fine,* Alex. *conſ.* 13. *li.* 3. Peregr. *conſ.* 5. *n.* 14. *lib.* 5. Ratio eſt, quia qualitas dotis, & quod filia ſit dotata requiratur tempore mortis, quo tempore de iure communi debetur legitima, ideo ſicuti tunc in legitima non tenet grauamen *d. l. quoniam in prioribus,* pariter non tenebit in dote.

32 Notandum tamen eſt, quod ſtante huiuſmodi ſtatuto valeret reciprocum fideicommiſſum inter filias impoſitum ſuper dote. Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus, n.* 129. *C. de reuo. donat.* Hierõ. Gabr. poſt Natt. chatum, *in conſ.* 116. *n.* 24. *lib.* 1. Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 305. *n.* 10. *in fine,* & videnda erunt dicta *q. præced. ampliatione* 10. *n.* 23. *& ſeqq.*

Alia circa hanc quæſtionem videnda erunt *quæſtione præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 Pupillariter ſubſtitutus, vel legitimi hæredes filij grauari fideicommiſſo poſſunt, declara per totam quæſt.

2 Fideicommiſſum relictum à pupillariter ſubſtituto, vel legitimis heredibus filij expirat poſt ætatem pupillarem, contra n. 3.

4 Hæres hæredis fideicommiſſo grauari poteſt, declara num. 5.

6 Hæredes filij non poſſunt fideicommiſſo grauari in legitima, quando mater facit teſtamentum, cõtra n. 7.

8 Hæres exhæredati filij, vel ſubſtitutus, non poſſunt fideicommiſſo grauari.

QVÆSTIO CCXCVIII.

Vtrum fideicommiſſum poſſit relinqui à pupillariter ſubſtituto, vel ab hæredibus legitimis.

RECEPTA eſt omnium ſententia, quod 1
pupillariter ſubſtitutus, & legitimi hæredes filiorum grauari poſſunt fideicommiſſo, ita enim ſcribunt omnes relati *q. præcedenti ab hac ſecunda,* in ſecundo caſu, & volunt omnes congeſti *in ſequenti quæſtione.*

Difficultas eſt, an onus fideicommiſſi habeat locum 2
tantum durante pupillari ætate, ita vt ſi filius excedat pupillarem ętate extinctum etiam ſit fideicommiſſum? Et in hoc puncto communiter Doctores tenent, fideicommiſſum expirare finita pupillari ætate, ita in ſpecie ſcribunt Gloſ. *in l. quod fideicommiſſum, ff. de legat. primo,* & ibi Scribentes communiter, Paul. de Caſt. *in l. ex tribus n.* 3. *verſ. ſi verò decedat, C. de innoff. teſta.* Roder. Suarez. *in l. quoniã in priorib. limit.* 1. *n.* 18. *C. eod.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 835. *& ſeqq. ff. ad Trebell.* Et conſulendo, Paul. Caſtr. *conſ.* 43. *col.* 2. *& conſ.* 72. *dubio primo, lib.* 2. Alex. *conſ.* 43. *col.* 2. *li.* 2. Ruin. *conſi.* 58. *n.* 19. *& conſ.* 59. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 36. *n.* 37. *& conſ.* 81. *n.* 11. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 79. *n.* 24. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 188. *n.* 27. Et in tractatibus Vacõ. *lib. vlt. decl. cap. vlt. n.* 7. *& ſeq.* Clar. *in §. teſtamentum, q.* 72. *verſ. & ideo hæc omnia.* M. Anton. Cucch. *tract. de legit. in verb. nec vſufructu defraudari, n.* 26. *circa finem,* Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 8. *tit.* 3. Craſſ. *in §. legitima, q.* 38. *n.* 8. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 305. *n.* 17. Menoch. *li.* 4. *præſũp.* 72. *n.* 20. Pereg. *de fideicõ. art.* 8. *n.* 28. *& art.* 12. *n.* 30. Cracc. *deciſ.* 70. *n.* 5.

Probatur iſta opinio per text. *in l. quod fideicommiſſum, ff. de leg.* 1. *iuncta l. ſeq.* vbi dicitur valere fideicommiſſum quatenus filius decedat impubes, quod ſi pubes decedat, euaneſcit. Et ratio eſt, quia poteſtas patris teſtandi pro filio expirat per pubertatem filij, *l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & §. maſculo inſtituta de pupill.* pariter igitur expirat & fideicommiſſum à pupillariter ſubſtituto relictum, *l. ſi fundum, §. vult. ff. de legat.* 1. *iuncta l. ſeq.* ſubſtitutus enim pupillaris, & legitimi hæredes filij poſſunt grauari fideicommiſſo, quia dicuntur habere ex iudicio teſtatoris, vt dixi *q.* 296. *in ſecũdo caſu,* ſed poſt pubertatem dicuntur habere iudicio puberis ſucceſſionem, non patris, nimirum ſi fideicommiſſum relictum in bonis puberis redditur nullum, & inualidum, *l. ſed ſi ſic, §.* 1. *ff. de leg.* 3. *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & hanc rationem adduxit præcipuè Peregr. *de fideicom. art.* 8. *n.* 28.

Contrariam ſententiam, quod fideicommiſſum de- 3

beatur etiam ſi filius erat pubes, quādo fideicōmiſſum relinquitur ab heredibus filij, tenuerunt Alex. *conſil. 67. lib. 2.* Iaſ. *conſ. 296. col. penul. & vlt. lib. 2.* hoc ſupponit, dum loquitur de filio qui teſtamentum fecerat, Ruin. *conſ. 130. nu. 17. & ſeqq. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 81. col. 1. & 2. lib. 2. & conſ. 21. n. 46. & ſeqq. lib. 3.* Tob. Non. *conſ. 90. n. 26.* Ceph. *conſil. 153. n. 66. lib. 2.* Odd. *cōſ. 69. n. 49.* vbi teſtatur eſſe communem opinionē, *& conſ. 63. n. 18. & ſeq.* qui vltra prædictos dicit ita tenuiſſe Io. Paul. Lācelottum, & Marc. Anton. Eugenium: & hanc ſententiam ego credo eſſe veriorem, & tenendam, cum hac tamen diſtinctione, vt in legitima non poſſit grauari legitimus hæres puberis, in alijs bonis ſic, hæres verò impuberis poſſit etiam in legitima grauari, Peregr. *de fideicom. art. 12. n. 23. & ſeq. & n. 34. verſ. ſecundo,* & dixi *q. præcedēti ab hac ſecunda, in ſecundo caſu,* & dicam *q. ſeq. ab hac ſecunda in ſecundo caſu.* Sed quod etiam legitimam non poſſit detrahere hæres filij puberis fideicommiſſo grauatus tenuit Odd. *d. conſ. 63. n. 18.* vbi ait ita conſuluiſſe Alex. Iaſ. Pariſ. Tob. Lancel. & Eugen. *locis ſupra citatis,* & videnda erunt dicta infrà *quæſt. ſequ. ab hac ſecunda.*

4 Probatur autem hæc opinio, quod fideicommiſſum ad hæredē filij puberis relinqui poſſit, quia non reperitur prohibitum, quod hæres hæredis grauari poſſit immo ex benigna interpretatione hoc eſt permiſſum, *l. ſi fuerit. §. fin. ff. de legat. 3. & l. ſed & ſi ſic, ff. eod.* & ibi Gloſ. Bart. Alber. Paul. Caſtr. & alij communiter, Zāc. *in l. hæredes mei §. cū ita, n. 836. ff. ad Trebell.* Ruin. *cōſ. 113. n. 5. lib. 2.* Odd. *conſi. 63. n. 32. & conſi. 65. n. 40.* Craſſ. *in §. fideicommiſſū, q. 6. n. 2.* P. æt. *de interp. vlt. vol. fol. 269. ſolut. 1. n. 4.* Peregr. *de fideicō art. 1. n. 4.* Pereg. *de fideicom. art. 1. n. 18. & art. 12. num. 5.* Et velle reſtringere, *d. l. ſi fuerit, §. fin.* ad hæredem impuberis contra eius benignam interpretationem, non eſt aliud, quam fauores reſtringere qui tamen ſunt ampliandi iuribus notis.

Nec obſtat *l. ſi fundum per fideicommiſſum, aliàs incipit, ſi Titio pecunia, §. vlt. iuncta l. ſeq. ff. de legat. 1.* vbi habetur quod fideicommiſſum, quo hæres pupilli grauatur expirat per pubertatem pupilli, ergo hæres illius non poteſt grauari. Reſpondetur enim, quod lex præſumit patrem noluiſſe grauare filij impuberis hæredem, niſi donec filius potuit facere teſtamentum, & de rebus ſuis diſponere, ſicuti etiam expirat pupillaris ſubſtitutio, idque procedat ex præſumpta mente defuncti, vnde ſi conſtet de contraria patris voluntate fideicommiſſum non expirabit per aduentum pubertatis, ita Odd. *d. conſi. 63. n. 21.*

Non obſtat, quod diuerſa ſit ratio in hærede impuberis, & in hærede puberis, nam in hærede impuberis ita demum ille in legitima grauari poteſt, quia habet iudicio teſtatoris, cum pater poſſit alium pupillo pupillariter ſubſtituere, vnde ſubſtituendo per fideicommiſſum, dicitur velle hæredem pupilli habere hæreditatem cum legitima filij, arg. *l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* & ſic cum hæres habeat iudicio teſtatoris potuit grauari ad *l. ab eo, C. de fideicom.* In hærede verò puberis, dicitur illum conſequi legitimam ex iudicio filij, non iudicio patris, nam filio non potuit impediri factio teſtamenti, & diſpoſitio de ſua legitima, vnde ſi filius non vult facere teſtamentum, cenſetur velle, quod perueniat ad ſuum legitimum hæredem, *d. l. conficiuntur,* vnde cum à patre non habeat ſed à filio, non etiam poteſt à patre grauari, *d. l. ab eo.* Immo ſi legitimus hæres filij puberis poſſet in legitima grauari à patre, diceretur per conſequens quod & filius poſſet in legitima grauari, quod ſi hæres haberet ex iudicio patris, filius non diceretur de ea potuiſſe teſtari, ita hoc argumento vſi ſunt Rip. *in l. Centurio, n. 126. & ſeq. ff. de vulg. pupill. ſubſtit.* & ante eum Ruin. ibi, & eſt de mente omnium.

Reſpondetur, diſtinguendum eſſe, an hæres hæredis poſſit fideicommiſſo grauari cum nihilo à teſtatore fuit honoratus. Aut grauatur nominatim hæres ſub nomine proprio, & non tenet grauamen. Aut grauatur ſub nomine appellatiuo & tenet grauamen, *d. l. ſi fuerit, §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 3.* & ibi Gloſ. & Doct. alios citaui infrà, *q. 303. n. 1. & ſeq.* & ita reſpondet Odd. *d. conſ. 63. n. 22. & conſ. 69. n. 50.* 5

Illud etiam obſeruandum erit, quod ſi mater faciat teſtamentum, non tenebit grauamen in legitima, Caro. *deciſ. 70. n. 6.* poſt Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 412. in fi.* & alij relati *q. ſeq. ab hac ſecunda, n. 1.* 6

Contrarium tamen tenuit Pariſ. *conſ. 21. n. 46. & ſeq. lib. 3.* ſequitur Odd. *d. conſ. 63. n. 18.* 7

Quod ſi filius fuit exhæredatus, fideicommiſſum non poſſet relinqui nec à ſubſtituto illi dato, nec à venientibus ab inteſtato, vt *in ſeqq. in declaratione 4.* 8

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum dicitur iniunctum filio quando expreſſe teſtator eum grauauit reſtituere.*
2 *Fideicommiſſum dicitur iniunctum pupillariter ſubſtitutis, vel legitimis hæredibus filij, quando expreſſe teſtator eos grauauit reſtituere.*
4 *Fideicommiſſum in dubio præſumitur iniunctum filio non pupillariter ſubſtitutis, vel legitimis hæredibus, contra n. 9. declara per totam quæſt.*
5 *Intell. l. cohæredes, §. cum filio, ff. de vulg.*
7 *Trebellianica non detrahitur ſubſtituta pia cauſa.*
8 *Subſtitutiones in compendioſa comprehenſa iudicantur tales à principio, prout caſus euenit.*
10 *Fideicommiſſum præſumitur iniunctum ei, à quo relinqui potuit, & n. 12.*
11 *Actus vt valeat fit interpretatio, non autem vt valeat, omni meliori modo.*
13 *Actus præſumitur certus, prout eſt vtilius agenti, & omni meliori modo.*
19 *Fideicommiſſum non præſumitur in dubio relictum à legitimo hærede filij puberis, ſed à filio, & poterit detrahi legitima, contra n. 20.*
21 *Fideicommiſſum in dubio non præſumitur relictum à legitimis hæredibus filij, quando mater eſt hæres filij contra nu. 22.*
23 *Fideicōmiſſum nō poteſt relinqui à ſubſtituto nec legitimis hæredib. exhæredati filij, ampl. & decl. n. ſeq.*
28 *Fideicommiſſum non præſumitur relictum à ſubſtituto, vel legitimis hæredibus, quando ſubſtitutio eſt facta in prædictis bonis, contra n. 29.*
30 *Fideicommiſſum præſumitur relictum à filio, quando illi ſubſtitutus eſt filius, & ſecundo loco ſimpliciter ſubſtitutus extraneus.*
32 *Fideicommiſſum cenſetur relictum à filio, quando verba ſubſtitutionis ſunt directa ad filium vt ſi dictum ſit, ei ſuccedat, vel ei ſubſtituo, contra n. 33.*
34 *Fideicommiſſum in dubio præſumitur relictum à filio ſi verbum commune eſt ſimpliciter appoſitum, contra n. 35.*
36 *Fideicommiſſum in dubio cenſetur relictū à filio ſi dictū ſit, quādocūque filius ſine liberis deceſſerit, &c.*
37 *Fideicommiſſum in dubio præſumitur relictum à filio quando fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt iuncta cum directa, contra n. 38.*
39 *Fideicom. cenſetur in dubio relictum à venientib. ab inteſtato vel pupillariter ſubſtitutis quādo filius in legitima tantū, vel minus legitima eſt inſtitutus.*
40 *Fideicommiſſū præſumitur in dubio relictum à ſubſtituto, vel legitimis hæredibus, quando Trebellianica eſt prohibita, contra n. 42.*
41 *Trebellianica filiis primi gradus nō poteſt prohiberi.*

43 *Fidei-*

43 *Fideicommiſſum præſumitur relictum à ſubſtitutis vel legitimis hæredibus, quãdo adeſt clauſula omni meliori modo.*

44 *Fideicommiſſum præſumitur relictum à ſubſtituto, quando poſt mortem primi ſubſtituti bona reſtitui alteri voluit teſtator.*

QVÆSTIO CCXCIX.

Vtrum fideicommiſſum præſumatur relictum à filio vel potius à pupillariter ſubſtitutis, vel legitimis hæredibus filij.

DEPENDET à præcedentibus diſputatio quando fideicommiſſum dicatur relictum à filio, & quando à pupillariter ſubſtitutis, vel legitimis hæredibus? vtiliſſimum enim eſt hoc ſcire ob dicta in præcedentibus, & quæ in ſequentibus dicentur: vnde conſtituo tres caſus.

1 Primus caſus eſt, quando teſtator expreſsè iniungit onus fideicommiſſi ipſi filio, & tunc filius dicitur grauatus, Ripa poſt alios *in l. Centurio, nu. 127. ff. de vulg. & pup. ll. ſubſtit.* & ibi Gallia. *n. 409.* Menoch. *conſ. 144. nu. 25. & lib. 4. præſumpt. 72.* Clarus *in § teſtamentũ, q. 72.* Alex. Trent. *de ſubſtit. part. 4. c. 2. n. 21.* & ſequuntur omnes relati in tertio caſu.

2 Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum fuit expreſsè iniunctum pupillariter, ſubſtituto, vel legitimis hæredibus filij, & hoc caſu pariter ab eis relictum eſſe dicendum erit, Ripa *dicta l. Centurio, n. 127. ff. de vulg.* Menoch. *conſi. 144. n. 25. & lib. 4. præſupt. 72. n. 8.* Clarus *in § teſtamentum, q. 72.*

3 Tertius caſus eſt, quando dubium eſt cui fideicommiſſum ſit iniunctum, an filio, an vero legitimis eius hæredibus, vel pupillariter ſubſtituto? quia in diſpoſitione nulla extant verba, ex quibus percipi poſſit, qui ſint grauati, & in hoc caſu tres ſunt opiniones.

4 Prima eſt opinio, quod fideicommiſſum præſumatur iniunctũ filio, quam tenuerunt Barto. *in d. l. Centurio*, & ibi Paul. de Caſtr. Salic. Imol. & Aret. relati à Galliaula *n. 409. verſ. aliquando autem*, vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionem, & communem, quam ſequitur Ripa *ibi, n. 128* qui teſtatur eſſe magis communem Fabia. *in auth. nouiſſima, nu. 140. C. de inoffic. teſtam.* Et conſulendo Paul. Caſtr. *conſ. 342. mater iſta, n. 4. lib. 1. & cõſ. 67. in fi. li. 2.* Alex. *conſ. 67. lib. 1.* Soc. ſen. *conſ. 1. cõſ. 140. n. 3.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, *& conſ. 150.* Curt. ſen. *cõſ. 42. col. 12,* Ruin. *col. 52. n. 1. in fin.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſ. 96. n. 7. & ſeq. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 131. n. 36. lib. 2.* vbi in fine dicit hanc opinionem ex vſu apud Doctores videri eſſe receptam. Rub. Alexand. *conſ. 157. n. 6.* Hieron. Gabr. *conſ. 113. n. 26. & ſeq. lib. 2.* vbi dicit hanc eſſe magis cõmunem ſententiam. Et in tractatibus Matth. *not. 162.* Peteg. *de fideicom. artic. 12. n. 20,* vbi ſcribit ita communiter ſeruari in iudiciis Fachin. *lib. 4. contr. iur. c. 66.* In deciſionibus Capalc. *deciſ. 3. n. 45. verſ. & in dubio, part. 3.* & alij relati tertia opinione, quando agitur de legitimis hæredibus.

5 Adducitur primò pro iſta opinione, *l. cohæredi, §. cum filia, verſ. quod ſi hæredẽ, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* vbi colligitur fideicommiſſum ab impubere dici poſt eius mortem datum, prout ita illum tex. induxit Bart. ibi.

Reſpondetur ibi verba fuiſſe prolata ad filium impuberem, quia pater eum grauauit, ibi enim dicitur, quod ſi hæredem filium pater rogauerit ſi impubes diẽ ſuum obierit Titio hæreditatem ſuam reſtituere &c. quæ verba ſunt relata ad filiũ & propterea rectè ſubiungit Iuriſconſ. vt ab impubere fideicommiſſo poſt mortẽ eius dato, &c. ita intelligit Bart. *in l. qui duos, ff. eod. de vulg.* cæteri tenentes contrariam opinionem ſequuntur præcipuè Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 3. n. 3.*

6 Secundò adducitur *cap. ſi pater, de teſta. in 6.* ducto argumento à contrario ſenſu, dicitur enim ibi quod legitima, & Trebellianica non potuit deduci, quia, ſubſtitutio erat directa pupillaris, ergo à contrario ſenſu, ſi ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria legitima potuiſſet detrahi, ergo fideicommiſſum intelligitur relictum à filio, cui non poteſt prohiberi detractio legitimæ, *d. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* ſi enim cenſeretur relictum à legitimis hæredibus deduceretur legitima, vt fuit dictum, *q. præced. ab hac tertia, in ſecundo caſu.*

7 Reſpondetur quod argumentum à contrario ſenſu non poteſt ſumi ex illo textu, nam ſi procederet, ſequeretur, quod & Trebellianica potuiſſet detrahi contra pauperes ſubſtitutos, & tamen non detrahitur ſubſtitutis pia cauſa, ita reſpondet Alex. *in l. 1. §. vl. n. 3. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & in d. l. coher. §. cũ filia, n. 5. ff. eod.* Peregr. *de fideic. art. 12. n. 34. verſic. & pro iſta ſententia.*

Tertiò probatur hæc opinio, *in l. codicillis, in princ. in vlt. reſp. ff. de v. infr.* vbi teſtator voluit rẽ peruenire ad Rempublicam poſt mortem liberorum, & ibi dicitur fideicommiſſum videri relictum ab vltimo moriente, ergo non ab eius herede, cum tamen legatarij hæres grauari fideicommiſſo poſſit, *l. ſi ſic, ff. de legat. 3.* & dixi *q. 319.* & hoc argumento poſt Aretin. vſus eſt Menoch. *dicto præſumpt. 72. n. 16. verſic. ſecundus caſus.*

Reſpondetur tamen, ibi non agi, an fideicommiſſum ſit relictum ab vltimo moriente, vel ab eius hæredibus ſed dubium eſt an à primo moriente, vel ab vltimo moriente diceretur relictum, & reſoluitur ab vltimo moriente.

Quartò legitimi heredes impuberis non ſunt in teſtamento nominati, ergo à filio nominato, non ab eius heredib. fideicommiſſum videtur relictũ, quaſi teſtator non cogitauerit de illis, *l. non eſt ferendus, ff. de tranſact.*

Reſpõdet Pereg. *d. art. 22. n. 34. ver. tertio adducitur*, præſumi teſtatorem cogitaſſe de hæredibus impuberis cum poſt mortem filij relictum ſit fideicommiſſum.

Quintò, idẽ fideicommiſſum non debet diuerſo iure cenſeri ad reg. *l. cum qui ædes, ff. de vſucap. & per reg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. ſubſti.* ſed poſt tẽpus pupillaris ætatis legitima detrahitur, & fideicommiſſũ cẽſetur relictum à pubere, ergo idẽ ſi eueniat caſus mortis filij intra pupill. ætatẽ, & ita arguit Curt. *conſ. 70. n. 16.*

8 Reſpondetur quod ſubſtitutio compendioſa ſi eueniat caſus pupillaris, vel fideicommiſſariæ talis iudicatur à principio, prout caſus euenit, Bart. *in d. l. Centurio, col. 9. & 10. ff. de vul.* & ibi alij, ſi ergo eueniat quod pupillus moriatur in pupillari, intelliguntur grauati eius legitimi hæredes, & legitimam non detrahent, ſi verò moriatur poſt pupillarem ætatem, dicitur grauatus filius, & legitima deducetur.

Secunda eſt opinio contraria præcedenti, quod ſcilicet onus fideicõmiſſi dicatur iniunctũ ſubſtituto vel le- 9
gitimis hæredib. filij inſtituti, & hanc probarunt Bald. *in l. qui duos, in fi. ff. de vulg. & pup. ſubſti.* Fulgoſ. *in l. eam quam, n. 11. C. de fideicom.* Imol. *in l. cohæredi § cũ filia, n. 7. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & ibi Paul. Caſtr. *n. 9.* Alex. *n. 7.* Iaſ. *nu. 16.* qui de communi opinione teſtatur, Fulgoſ. *in l. ex trib. C. de inoff. teſtã.* & ibi Caſtr. *nu. 4. & 5.* & Iaſ. *n. 5.* Alex. *in l. 1. §. vltimo, nu. 2. ff. de vulg.* & ibi Claud. Seiſſel. *n. 7.* Iaſ. *in l. precibus, n. 15. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem & ibi Seuer. *n. 70.* Ripa *in l. Centurio, n. 129. ff. de vulg.* & ibi Gallia. *nu. 188. verſic. ſecundo aduerte*, vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem. Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita part. 6. n. 14. ff. ad Trebell.* Et conſulendo Alex. *conſil. 12. nu. 32.* vbi teſtatur de communi opinione, nec

ab ea iudicando eſſe recedendum, *& conſil. 71. n. 9. lib. 2.* Iaſ. *conſil. 99. col. 2. lib. 4.* Soc. iun. *conſ. 116. nu. 26. lib. 1.* Curt. iun. *conſil. 61.* vbi ait eſſe communem opinionem, *conſ. 71. n. 8. & conſ. 72. nu. 9.* Ruin. *conſ. 64. nu. 2. conſ. 104. n. 13. li. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, nec iudicando ab ea recedendum eſſe. *& conſ. 149. n. 5. lib. 3.* Grat. *conſ. 134. n. 45. lib. 1. & conſ. 103. n. 13. lib. 2.* vbi ſcribit eſſe veram opinionem, & communem, Parił. *conſ. 71. n. 9. conſ. 83. lib. 2.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, *conſ. 21. n. 48. & conſ. 55. nu. 8. & n. 12. libr. 3.* Modern. Pariſ. *in addit.* ad Alexand. *conſ. 12. n. 32. libr. 3.* Bero. *conſ. 79. nu. 11. lib. 2.* Rub. Alexand. *conſ. 73. nu. 4. & conſ. 141. n. 8.* Tib. non. *conſ. 32. n. 47. & ſeq.* vbi dicit hãc eſſe communem opinionem, Crau. *conſ. 878. n. 9.* Ceph. *conſ. 153. n. 66.* vbi ait eſſe magis communem opinioné, *conſ. 188. n. 25. conſ. 264. n. 58. & conſ. 429. nu. 172. & ſeq.* Hier. Gab. *conſ. 117. n. 31. lib. 1.* Odd. *conſ. 63. n. 12.* vbi affirmat hanc eſſe magis communem opinionem, quidquid in contrarium dictum ſit ab alijs, dicentibus, primam opinionem eſſe magis communem, *& conſilio 69. n. 33. & n. 45.* vbi teſtatur de cõmuni opinione Surd. *conſ. 541. n. 31. lib. 4.* vbi ſcribit eſſe magis communem, & in tractatibus Alex. *de art. teſtand. tit. 5. caut. 34. nu. 2.* Vazq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 26. nu. 58.* vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communem Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 72. verſ. tertius eſt caſus,* vbi teſtatur eſſe magis communem & in praxi ab hac non eſſe recedendum, Ant. Gabr. *ad Trebell. concluſ. 1. n. 13.* Mant. *de coniect. vltimarum voluntat. libr. 8. tit. 3.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu. 9.* vbi ſcribit hanc eſſe magis communem opinionem Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 4. cap. 2. n. 22.* vbi dicit eſſe communem opinionem. Viu. *communium opinionum, concl. 164. n. 27.* vbi de communi opinione teſtatur, & alij relati in tertia opinione.

10 Primò adducitur pro hac ſententia ratio, quòd fideicommiſſum præſumitur iniunctum ei, à quo relinqui potuit, vt actus potius valeat, quam pereat, *l. quoties, ff. de reb. dub.* Atqui filius in legitima non poteſt grauari, *d. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt.* legitimi autem hæredes pupilli, & ſubſtitutus pupillariter poſſunt grauari, vt dictum eſt *quæſt. 296. in ſecundo caſu,* ergo &c. ita Peregr. *de fideicomm. iſſ. art. 22. n. 33. in fin.*

11 Reſponderi poteſt, quod regula, *l. quoties* operatur, vt fiat interpretatio, quod actus valeat, nõ autem, vt valeat omni meliori modo, & efficaciori, *l. planè. § ſi duob. vin Etis traditis,* à Iaſ. *in primo not. ff. de leg. 1.* & ita reſpondet Rip. *in d. l. Centurio, number. 28. ff. de vulgar. & pupill.*

Secundò facit, quod ſubſtitutus habet expreſſum iudicium teſtatoris, & apud eum reperitur hæreditas, quę reſtitui debet, ergo veriſimiliter ipſe potius, quam filius cẽſeri debet grauatus, ita arguunt Salic. *in d. l. ex tribus in fine,* Aret. *locis citatis,* & Mantic. *de coniect. vlt. vol. li. 8. tit. 3. n. 5. verſ. ſed ſi filius.*

Tertiò veriſimile non eſt, quod fideicommiſſum, quod debetur poſt mortem filij ab ipſo filio dicatur relictum, quia à mortuo diceretur relictum: ſed bene eſt veriſimilibus, quod ſit relictum à venientibus ab inteſtato, à quibus relinqui potuit, quando veniunt ex tacito iudicio teſtatoris, *l. ſi Titio, §. vlt. & in l. ſeq. ff. de legat. 1.* & hoc argumento vtitur, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 3. n. 5. in fin. verſic. quod ſi mater non ſuperſit,* vbi tamen hoc intelligit in filio decedente in pupillari ætate.

Quartò, quia hæreditas reperitur apud ſubſtitutum pupilli, ergo conuenientius ab eo videtur fideicommiſſum relictum, ita Menoch. *d. præſumpt. 72. nu. 14.* & clarius, Peregr. *d. art. 12. num. 32. verſ. tertio quia.* Et ſi agitur etiam de legitimis hæredibus, reſtitutio fieri debet ab eis, non ab impubere defuncto, vnde eis reſtitutionis onus videtur iniunctum, cum præſumatur teſtatorem voluiſſe reſtitutionem fideicommiſſi fieri ab eo, qui facere poteſt, Aret. *conſi. 156. col. 3. verſic. confirmatur,* Pereg. *loco ſupra ſtatim citato.*

Quintò allegatur text. cum Gloſ. *in l. qui duos, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi etiam Bart. loquitur de ſubſtituto impuberis. 12

Sextò fideicommiſſum eſt onus, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Atqui teſtator ita potuit grauare filium, vti etiam eius legitimos hæredes, immo hos in plus, quia, vt dixi *q. 296.* pupillum non poteſt legitima grauare, eius autem legitimos hæredes poteſt, vt ibi in ſecundo caſu, ergo præſumitur noluiſſe filium grauare, *ad l. ſcripto ſ. ff. vnd. liber. & l. nec in ea, ff. de adult.*

Septimò actus præſumitur geſtus, prout eſt vtilius agenti, & omni meliori modo, *l. & magis, ff. de ſolut.* Bart. *in l. gerit, n. 2. ff. de acquir. hæred.* Crauet. *conſ. 106. nu. 8.* Atqui pinguius eſt relictum, & per conſequens vtilius teſtatoris, ſi dicitur fideicommiſſum relictum à legitimis hæredibus, quia, vt dixi, illi in legitima grauari poſſunt, non filius, ergo &c. 13

Octauò præſumi debet, quod talis fuerit voluntas teſtatoris, qualis euenientæ caſu ſi fuiſſet interrogatus reſpondiſſet ſic velle, Gloſſ. *in tale pactum* communiter recepta, *C. de pact.* Atqui ſi teſtator interrogatus eſſet mortuo pupillo, an vellet fideicommiſſum dici relictum à filio, vel eius legitimis hæredibus, certè reſpondiſſet à legitimis hæredibus, quia & legitima reſtituenda eſſet, & ſic pinguius eſſet fideicommiſſum, ergo &c. Et ex his magis placet ſecunda hæc opinio.

Et hæc ſecunda opinio maximè procederet, quando filius in legitima tantum fuiſſet inſtitutus, & poſt mortem illius facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, Mãt. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 3. nu. 5. ver. hac autem ſententia,* & dicetur *infra n. 39.* 14

Tertia eſt opinio, quæ diſtinguit inter ſubſtitutum pupillarem, & inter legitimos impuberis hæredes, vt ſcilicet fideicommiſſum præſumatur relictum à ſubſtituto pupillari, non ita quando agitur de legitimis hæredibus pupilli, quia tunc relictum præſumitur à filio. Et in hac ſententia fuerunt, Bart. *in l. cohæredi, & §. cum filiæ in fine, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & clarius Salic. *in l. ex tribus, nu. 10. C. de inoffic. teſtam.* Aret. *in l. 1. § vltimo, nu. 20. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Alex. *in l. & ſi contra, nu. 7. ff. eod.* Rip. *in d. l. Centurio, nu. 127. & ſeq. ff. eod.* Paul. de Caſtr. *conſ. 43. ſubſtitutio, n. 2. lib. 2.* Aret. *conſil. 159. col. pen. & vlt.* Soc. ſen. *conſ. 17. col. vlt. li. 4.* Ruin. *conſ. 44. n. 3. lib. 2. conſi. 116. n. 8. & ſeq. & conſi. 118. n. 22. li. 3.* Menoch. *conſ. 144. nu. 25. verſ. quintus, & lib. 4. præſumpt. 72. nu. 13.* Peregr. *de fideic. art. 12. nu. 12.* vbi dicit eſſe indubitatum, quòd fideicommiſſum præſumatur relictum à ſubſtituto. 15

Verum, quando agitur de legitimis hæredibus, an ab eis, vel à filio præſumatur fideicommiſſum relictum, magna eſt inter ſcribentes contentio, alij enim tenent, quod fideicommiſſum præſumatur relictum à legitimis hæredibus, inter quos Bartol. *in d. l. qui duos, ff. de vulg.* & ibi Imol. Cuman. & Caſtrenſ. Bart. *in l. 1. quæſt. 16. ff. de iur. codicill.* Imol. *in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg.* & ibi Cuman. Paul. Caſtr. Alex. & Iaſ. Fulgoſ. *in l. eam quã, C. de fideicommiſſ. & in l. ex tribus, C. de inoffic. teſtam.* & ibi Paul. Caſtr. & Iaſ. Cuman. *in l. 1. §. vltimo ff. de vulg.* & ibi Alexand. & Claud. Aquen. Cuman. *in l. Centurio, ff. eod.* & ibi Alexand. *n. 39. 76. & 89.* & Rip. *nu. 108. & nu. 135.* Paul. Caſtr. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum §. vlt. ff. de lega. 3.* Iaſ. *in l. ſi arrogator, columna quarta, ff. de adopt. & in l. precibus, colu. 11. C. de imp. & al. ſubſt.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 476. ff. ad Trebellia.* 16

Imol.

Iinol. in cap. Raynutius, in materia vulgaris, ext. de teſt. & ibi Gul. Bened. in verbo ſi abſque liberis, par. 2. n. 48. Alex. conſi. 67. n. 4 lib. 1. conſi. 12. col. pen. li. 3 & conſ. 64. n. 3. lib. 5. Iaſ. conſ. 95. lib. 4. qui teſtatur de communi opinione, Soc. ſen. conſi. 1[illegible]8. n. 26. lib. 1. Dec. conſ. 480 num. 14. Grat. conſi. 13. num. 12. lib. 2. Curt. iun. conſil. 70. 71. 72. 73. vbi pleniſſimè, Ruin. conſ. 116. col. vlt. lib. 3. Pariſ. conſi. 41. nu. 44. & conſi. 81. num. 10. & ſeqq. lib. 2. Dec. conſi. 2. nu. 31. lib. 2. Hieron. Gabr. conſi. 127. n. 31. lib. 1. Clar. in §. teſtamentum, quaeſt. 72. verſic. tertius caſus, Anton. Gabr. ad Treb. li. concl. 1. nume. 13. Mant. de coniectur. vltim. vol. lib. 8. tit. 3. Peregr. de fideic. art. 12. nu. 33. & alij multi ex relatis ſupra pro ſecunda opinione principali.

Argumenta huius opinionis ſunt relata ſupra pro ſecunda opinione principali, vbi licet confuſim ſint poſita fundamenta, tam contra ſubſtitutum pupillarem, quàm contra legitimos hæredes, nihilominus omnia ſeruiunt & pro hac ſententia, quam & nos probauimus.

17 Alij verò tenent filium præſumi grauatum, nō autem eius legitimos hæredes, inter quos Bart. in l. cohæredi, §. cum filiæ, & in l. Centurio, col. 9. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. ſi arrogator, in tertia oppoſ. ff. de adopt. Bald. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. & ibi Salic. nu. 49. & 50. Alciat. in l. Centurio, n. 30. ff. de vulg. & ibi Galliau. nu. 88. Matth. not. 161. Bart. conſil. 13. ex facto, Bald. conſi. 39. teſtatur lib. 1. Angel. conſi. 126. Paul. Caſtr. conſi. 342. mater iſta, libr. 1. & conſi. 67. in caſu præſenti lib. 2. Curt. ſen. conſi. 42. col. 11. Ruin. conſi. 58. nu. 20. lib. 2. Curt. iun. conſ. 131. col. vlt. Crauet. conſ. 878. n. 9. Tom. Doc. conſi. 181. num. 8. & alij relati ſup. num. 15. [Ego etiam probaui hanc ſententiam in vna Mediolanē. ti de Carcanis, vt in conſil.... dubio ſecundo n. 128. & ibi vltra prædictos allegaui Galliau. in d. l. Centurio, nu. 409. verſic. aliquando autem, qui alios citat, & dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, & ibi Rip. n. 128. vbi defendit hanc opinionem, & pariter de communi teſtatur Alexand. in l. & ſi cōtra, n. 7. ff. de vulg. Curt. iun. conſi. 131. col. vlt. Fabian. in auth. nouiſſima, nu. 140. C. de inof. teſtam. Corn. conſi. 152 col. vlt. verſic. ſecundo lib. 2. conſi. 277. nu. 12. lib. 1. & conſi. 93. n. 8. lib. 3. Bald. in l. ſi arrogator, in tertia oppoſitione ff. de adopt. Salic. in l. ex tribus, C. de inof. teſtam. Soc. ſen. conſi. 117. in fine, lib. 4. Alciat. in d. §. cum filiæ, col. 2. Soc. iun. conſ. 131. num. 75. & ſeq. lib. 1. Aqui. in l. 1. §. vl. ff. de vulg. Rub. Alexand. conſ. 157. num. 6. Bald. in l. cum verum, nu. 18. C. de fideicom. Paul. Caſtr. in l. Scæuola, col. 2. ff. ad Trebell. Franc. in cap. ſi pater, num. 93. de teſtam. in ſexto, Cuman. in d. l. Centurio, col.... Angel. Aret. inſtit. de pup. li. in princ. col. 5. Guliel. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. in verb. ſi abſque liberis, nume. 19. & ibi Crot. fol. 24. col. 4. in tertio caſu, extr. de teſtam. Roder. Suarez. allegat. 2. nume. 18. Hier. Gabr. conſi. 123. num. 26. & ſeqq. lib. 2. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem, & vltra multos ex ſupra citatis allegat etiam Coſt. qui poſt longam examinationem dicit eſſe veriorem opinionem, & magis communem, & Ruin. & aſſerit eſſe de mente omnium, idem Ruin. conſi. 58. num. 11. & 20. lib. 2. Menoch. conſ. 144. numer. 25. in quinto caſu, vbi de magis communi opinione teſtatur, Fachin. libr. 5. controuerſ. iur. cap. 66. & Caualcan. deciſ. 3. num. 45. verſ. & in dubio, par. 3.]

Fundamenta huius opinionis ſunt deducta ſupra pro defenſione primæ opinionis principalis, & ibi etiam fuit ad ea reſponſum, vnde tenenda erit opinio, quod legitimi hæredes pupilli in dubio ſint grauati, & hæc eſt verior, & magis recepta ſententia.

Retenta igitur ſecunda opinione principali, de qua ſupra numer. 9. quod fideicommiſſum in dubio præſumatur relictum à pupillariter ſubſtituto, vel à legitimis hæredibus pupilli, pluribus modis erit declaranda.

18 Primò igitur declaratur habere locum fideicommiſſum durante pupillari ætate, nam ea finita nullum deberetur fideicommiſſum, ſiue ſit relictum à ſubſtituto, ſiue à legitimis hæredibus, vt dictum eſt quæſtione præcedenti.

19 Declaratur ſecundò non procedere, quando ageretur de grauando hærede filij puberis, quia tunc præſumitur fideicommiſſum relictum à filio, & detrahi poterit legitima, Bart. in l. Centurio, col. 12. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & ibi Rip. nu. 167. & Galliau. num. 188. Bart. in l. ſed & ſi ſic, ff. de leg. 3. Bald. in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibi Salic. nume. 49. & 50. Paul. Caſtr. in l. ex tribus, C. de inoffic. teſtam. & in l. ſi fundum, §. vlt. ff. de legat. 3. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 6. num. 27. ff. ad Trebell. vbi teſtatur de communi opinione. Et conſulendo, Paul. Caſtr. conſi. 366. col. vlt. libr. 1. Aret. conſi. 154. Curt. iun. conſ. 70. num. 15. conſil. 71. num. 9 & conſil. 73. num. 15 Ruin. conſ. 14. nu. 21. lib. 3. Pariſ. conſi. 36. nu. 37. & ſeq. conſ. 81. num. 11. libr. 2. & conſi. 55. numer. 11. & ſeq. lib. 3. Soc. iun. conſi. 131. num. 77. lib. 1. & ibidem col. vlt. dicit hanc opinionem communi vſu receptam eſſe, Ceph. conſ. 88. nu. 27. Butrig. inter conſi. vlt. vol. diuerſ. conſ. 154. nu. 14. lib. 1. Et in tractatibus Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 3. nu. 6. & ſeqq. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 305. num. 16. Menoch. ſenſit libr. 4. præſumpt. 72. in fin. Peregr. de fideicomm. art. 12. nu. 20. & num. 27. vbi dicit ita per conformes obtinuiſſe, Caroc. dec. 70. nu. 5.

20 Contrariam opinionem, quod fideicommiſſum præſumatur relictum ab hærede puberis, & quod legitima non poſſit deduci, tenuerunt Ruin. conſi. 58. n. 1. & 11. lib. 2. Pariſ. conſ. 81. nu. 3. & 4. lib. 2.

21 Declaratur tertiò, vt non procedat, quando mater eſt illa quæ ſuccedit filio ab inteſtato, quia tunc fideicommiſſum non præſumitur relictum à matre, & hoc caſu mater poſſet habere legitimam in bonis filij, Aretin. conſil. 155. Corn. conſ. 322. lib. 4. Bero. conſi. 79. n. 22. lib. 2. Galliau. in dicta l. Centurio, n. 411. ff. de vulg. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita, par. 6. nu. 24. ff. ad Trebell. Mant. de coniect. vltimar. volunt. libr. 8. tit. 3. num. 5. circa finem, Menoch. lib. 4. præſumpt. 72. numer. 19. Mouentur hanc opinionem tenentes, arg. l. precibus, Cod. de impuber. & alijs ſubſtit. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtitut. cum ibi not. per Scribentes.

22 Horum tamen ſententiam reijciunt alij, tenentes, & à matre hærede filij præſumi relictum fideicommiſſum, ita Cuman. in d. l. Centurio, ff. de vulg. & ibi Alexand. nume. 76. & Ripa nu. 137. qui tamen loquuntur quando teſtator diſpoſuiſſe de omnibus ſuis bonis. Alexand. conſi. 12. col. penult. libr. 3. Curt. iun. & alij, conſi. 70. 71. 72. & 73. Peregr. de fideicomm. art. 12. nu. 37. & n. 48. vbi alios addit: & vult cum Ripa loco citato hanc opinionem maximè procedere, quando teſtator diſpoſuit de omnibus ſuis bonis.

23 Declaratur quartò non habere locum, quando pupillus fuiſſet exhæredatus, quia tunc fideicommiſſa non poſſunt relinqui, nec à ſubſtituto, nec ab hæredibus venientibus ab inteſtato, l. cum quidam, C. de legat. l. pen. C. de fideicomm. & l. ab exhæredato, ff. de legat. 1. Peregr. de fideicomm. art. 8. n. 29.

24 Ampliatur primò hæc declaratio etiam, quod exhæredato fuiſſet relictum legatum à patre, l. cum quidam, C. de legat. l. miles ita, §. ſi miles, ff. de teſtam. milit. & l. qui fundum, §. qui filios, ff. ad l. Falc. Pereg. de fideicomm. art. 8. nu. 29.

25 Ampliatur ſecundò, etiam quod exhæredatus ſucceſſeris in hæreditate patris, ſed non eius iudicio, l. qui fun-

dum,§.qui filios,ff.ad leg.Falc.& l.vlt.ff. de legat.3. Peregr.d.art.8.nu.29.

26 Subdeclaratur primò, quando ſubſtitutus pupilli, vel eius legitimus hæres ſucceſſiſſent in tota, vel in quota hæreditate patris,§.plane, la ſeconda, ff.de legat.1.& l.in ratione,§.vlt.ff.ad leg.Falc.Pereg.de fideic.art.8.nume.29.in fine.

27 Subdeclaratur ſecundò, quando exhæredatus ſucceſſiſſet in paterna hæreditate ex iudicio patris, vt quando ſubſtitutus fuit cohæredi, l.qui ſuntum, §.qui filios,ff.ad leg.Falcid.Peregr.d.d.ſto art.8.nu.29.in fin.

28 Declaratur quintò non habere locum,quando fuit dictum in ſubſtitutione, quod ſuccedat in prædictis bonis, cum enim fiat relatio ad bona de quibus loquitur inſtitutio,videtur fieri ad perſonam in prædictis bonis inſtitutã, & hanc coniecturam probauit Rim.ſen.conſ.259.n.26.

29 Sed diſſenſit Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.3.n.9.verſ.poſtremò,vbi dicit hanc eſſe leuem coniecturam, quod filius præſumatur grauatus.

30 Declaratur ſextò non procedere, quando teſtator filio ſubſtituit alterum filium,& ſecundo loco ſimpliciter ſubſtituit extraneũ,quia præſumitur relictum à filio. Hier. Butrig.inter conſ.vlt.vol.diuerſ.conſ.154.lib.1. Mant. de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.3. in fine.

31 Declaratur ſeptimò, vt habeat locum,quando primæ ſubſtitutiones habuerunt effectum,aliud eſſet ſi mortuus fuiſſet ſubſtitutus primus,& onus fideicommiſſi remanſiſſet ipſi filio, quia tunc legitima detrahi poteſt, Bart. in l.cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulg.& ibi alij communiter, Iaſ.conſ.99.colum.3.verſ.ideo præmiſſis,lib.4.

32 Declaratur octauò,non procedere, quando ſubſtitutionis verba ſunt ad filium relata, vt ſi dictum ſit, ei ſuccedat, vel ei ſubſtituo, quia tunc præſumitur fideicommiſſum impoſitum filio,& legitima detrahetur, Bald. in l.ex tribus,C.de inoffic.teſtame. & ibi Salic. Fulgoſ.Paul. Caſtr.Iaſ.& alij,Aret.in l.1.§.vlt.nu.19.ff.de vulg.Iaſ. in l.precibus,num.15.verſ.breuiter,C.de impub.& alijs ſubſt. Rip.in l.Centurio,n.129.ff. de vulg. & ibi Gallian. nu.412.Alciat.in l.cohæredi,§.cum filiæ,n.7.ff.eod.Aret. conſilio 154.nu.14.Iaſ.conſ.99.col.5.lib.4. Soc.ſen.conſ. 140.nu.3.in fin.lib.1.Curt.iun.conſ.71.nu.4.& nu.10. & conſ.73.col.1.& 2.Ruin.conſ.48.n.11.& n.20.li.2. Pariſ.conſ.7.nu.77.lib.3.Soc.iun.conſ.131.nu.71.lib.1. Bellon.conſ.81.nu.5.And.de Biſig. & alij inter conſ.vlt. vol.diuer.conſ.152.conſ.153. & conſ.154.libr.2.Tom. Doct.conſ.181.nu.8.Ceph.conſil.429.nu.172.Menoch. conſi.144.nu.25.verſ.tertius,& lib.4. præſumpt.72.nu. 10.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Pereg.de fideicom.art.12.nu.36.

33 Contrariam ſententiam probauit Curt.iun. conſi.73. num.17.

34 Declaratur nonò,non habere locum,quando teſtator, ita dixit,ſi filius meus deceſſerit,ſubſtituo Titium, & ſic verbum commune eſt ſimpliciter appoſitum, tunc enim fideicommiſſum eſt iniunctum filio, & legitima erit detrahenda, Aret.in l.1.§.vltimo,ff.de vulg.& pup.Rip. in l.Centurio, num.129.ff.eod.vbi alios refert, & ibi Gallian.nu.412.verſ.aliquando verò, Alciat.in l.cohæredi,§. cum filiæ, n.10.ff.eod.Aret.conſ.154.nume.14. And.de Biſig.inter conſ.vlt.vol.diuer.conſ.152.n.2.& 3.conſ. ſeq.lib.2.Menoch.conſ.144.nu.25.verſ.quartus, & lib. 4.præſump.72.nu.11.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit. 3.nu.9.verſ.poſtremò,Peregr.de fideicom.art.12.nume. 36.& alij relati in præcedenti declaratione. [Idem ſcribunt Barrius de ſucceſſ.lib.8.tit.6.num.4.verſic.nam ſi. Merlin.de legit.lib.3.tit.2.quæſt.13.numer.28. Bellon. conſ.36.nu.9.]

Ratio eſt ſecundũ Aret.quem approbant, Mant.Menoch.& alij, quia cum ſubſtitutio ſit ſecunda inſtitutio, verbum,ſubſtituo, magis refertur ad filium, quando hæredem,ideò filius primo inſtitutus præſumitur grauatus, cum præcipuè filius veniat ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris,legitimi verò hæredes filij ex tacita voluntate eiuſdem. Vlteriùs,hæc ſententia probatur ex cap. ſi pater, de teſta.in 6.inducendo illud, vt per Aret.loco citato.

Contra tamen hanc declarationem tenuit Claudius, Seiſſel.in l.1.§.vltimo,nu.10.verſ.ſed iſta ſua diſtinctio, ff.de vulg.& pupil.ſubſtit. 35

Declaratur decimò non procedere, quando ſubſtitutio facta eſſet ſub conditione, quandocunque filius ſine liberis deceſſerit, nam tunc fideicommiſſum cenſetur relictum à filio inſtituto,non autem ab eius legitimis hæredibus,Butrig.inter conſilia vltimar. voluntatum diuerſ. conſil.154.nu.14.verſic.2.pondero,lib.1.& ita in his terminis conſuluerunt, Aret.d.conſil.154.periculoſum eſt, Soc.iun.conſ.131.in fine,libro 1.vbi dicit opinionem hãc ex viſu apud Doctores videri receptam, & alios refert,& ſequitur Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.3.n.6.& ſeq. 36

Monetur Mantic. quia ſi filius decederet poſt pubertatem, ſi diceretur fideicommiſſum relictum ab hæredibus legitimis filij non valeret, l.quod fideicommiſſum,ff. de legat.1.vbi dicitur fideicommiſſum valere, quatenus filius decedit impubes, quod ſi pubes decedat euaneſcit, cum igitur teſtator voluerit deberi fideicommiſſum..., quãdocunque filius ſine liberis decedat, & ſic etiam poſt pubertatem, ad quod tempus præcipuè conditio, ſi ſine liberis, refertur, cum eo tempore poſſit filius etiam relictis liberis decedere,ſequitur, ſi volumus ſuſtinere fideicommiſſum,quod dicatur relictum ab ipſo filio,& in terminis huius conditionis ſi ſine liberis loquitur text.in d. cap.ſi pater, quod ſi à contrario ſenſu inducendum eſt, vt ſupra dicebam, ſequitur inductionem eſſe faciendam in terminis illius textus.

Declaratur vndecimò non procedere, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt iuncta cum directa, vt ſi dictum ſit, poſt mortem filij mei volo bona peruenire in Titium vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, tunc enim ſi pupillaris eſt nulla deficiente aliquo ex requiſitis, de quibus ſupra in materia pupillaris dictum fuit quæſt..., ſubſtitutio fideicommiſſaria dicetur facta filio, ſicuti ei etiam facta erat ſubſtitutio pupillaris,licet fuerit nulla, & hoc ratione æqualis determinationis ad reg.l. iam hoc iure,ff.de vulg.ita in ſpecie ſe habent, Iaſ.conſil. 99.lib.4.Socin.iun.conſ.131.n.69.li.1.Zanch.in l.hæredes mei,§.cum ita,nu.884.ff.ad Trebell. Peregr.de fideic. art.12.n.39.Præt de interp.vlt. vol.fol.236.n.31. 37

Contrariam opinionem tenent, Curt.iun.& alij conſ. 72.73.& 74. [Declaratur duodecimò non procedere, quando teſtator reſtrinxit ſubſtitutionem ad bona ſua, Hier.Gabr.conſ.113.n.33.& ſeqq.libr.2.] 38

Retenta autem prima opinione principali,quod fideicommiſſum præſumatur relictum à filio, nõ autem à pupillariter ſubſtitutis, vel à legitimis eius hæredibus.

Limitatur primò non procedere, quando filius eſt inſtitutus in minus, quàm in legitima, vel in legitima tantum,nam tunc niſi fideicommiſſum ſit nominatim iniunctum filio præſumitur relictum ab eius hæredes, Bartol. in l.Centurio,col.12.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& ibi Cuman.Alex.n.89.& Rip.nu.154. Bart.in l.codicillis, ff.de vſufr.leg.Fulgoſ.in ſpecie,in l.ex tribus, C.de inof.teſt. vbi dicit ita conſuluiſſe,& ibi Caſtrenſ. Io.de Mont.Sper. in l.eam quam,C.de fideic.& ibi Fulg.nu.11.Cuman.in l. cohæredi,§.cum filiæ,n.5.ff de vulg.& pup.ſubſt.Claud. Aquen.in l.1.§.vltimo,ff.eod.Mant.de coniect.vlt.vol. lib.8.tit.3.nu.5.verſ.hæc autem ſententia, & Peregr.de fideicom.art.12.nu.35. 39

Ratio eſt,quia fideicommiſſum in legitima relinqui non potuit à filio, dict.l.quoniam in prioribus, potuit autem

tem ab eius legitimis hęredibus,& pupillariter ſubſtituto
relinqui, vt dictum eſt, ergo, vt actus valeat fideicom-
miſſum præſumitur relictum ab eo, à quo relinqui po-
tuit, ad reg. *l. quoties, ff. de reb. dub.* & ita hac ratione mo-
uentur omnes,& præcipuè Cuman.& Mont.

40 Limitatur ſecundò, quando teſtator dixit, inſtituo filiũ
meum impuberem, & quandocumque deceſſerit in pu-
pillari ætate, volo quod omnia bona mea, vel tota, vel in-
tegra hæreditas, vel ſine diminutione reſtituatur Caio,
vel aliter legitima, & Trebellianica ſit prohibita, tunc e-
nim fideicommiſſum dicetur relictum ab hæredibus ab
inteſtato,& legitima non detrahetur, Bart. *in l. Centurio,
n. 27 ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & ibi Alex. *n. 76.* Aretin.
n. 10. Rip. *n. 129 & n. 135.* & Galliau. *nu. 409.* Alexand.
in l. 1. §. vlt. column. 1. ff. eod. & ibi Claud. Aquenſ. Iaſ. *in
l. precibus, ante nu. 16. C. de impub. & alijs ſubſt.* Alciat.
in l. cohæred. §. cum filia, n. 10 ff. de vulg Zanch. *in l. hæ-
redes mei §. cum ita, nu 497 ff. ad Treb. ita.* Alex. *conſi.
67. col. 2. & 3. lib. 1.* Corn. *conſi. 106. nu. 8. lib. 2* Soc. ſen.
conſi. 116. n. 26. lib. 1. & conſil. 104. nu. 3. lib. 3. Curt. iun.
conſ. 71. n. 5. conſ. 72. n. 9. & conſ. 73. col. 1. 2. Ruin. *conſ.
52. n. 7. lib. 2. & conſ. 147. n. 4. lib. 3.* Grat. *conſ. 103. n. 12
lib. 2.* Pariſ. *conſ. 42. n. 11. lib. 3.* Bellon. *conſ. 81. n. 5.* Hier.
Gabr. *conſ. 117. n. 32. lib. 1.* Menoch. *conſ. 144. in fine, &
lib. 4. præſumpt 72. n. 12.* Alex. Trent. *de ſubſt. part. 4. ca.
2. n. 22.* Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 3. n. 5. verſ.
ſed filius,* Peregr. *de fideicom. art. 12. nu. 38.*

41 Ratio eſt, quia teſtator voluit totam hæreditatem ſine
detractione ad ſubſtitutum peruenire, cum autem filijs
primi gradus Trebellianica non poſſit prohiberi, *l. iube-
mus, C. ad Trebell.* ſequitur quod prohibitio ſit facta hæ-
redibus filij, ne ſuperuacanea ſit prohibitio detractionis,
ita arguunt Ruin. *dicto conſ. 147. num. 4. lib. 3.* & Mant.
*de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 3. nu. 5. verſ. ſed ſi filius, ad
medium.*

42 Contrariam ſententiam probarunt Paul. Caſtr. *dicto
conſ. 341.* & Curt. iun. *conſi. 70. n. 7 & 9.*

43 Limitatur tertiò, quando in teſtamento adeſt clauſu-
la, quod teſtator vult diſpoſita ab eo valere iure teſtamẽ-
ti,& iure alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, & omni
meliori modo, Curt. iun. & alij *conſ. 71. 72. & 73.* Pere-
gr. *de fideicom. art. 12. nume. 40.* Et de clauſula omni me-
liori modo, quando adeſt in teſtamento, vt fideicommiſ-
ſum præſumatur relictum à pupillariter ſubſtituto poſt
alios relatos teſtando de communi ſcribit Peregr. *conſi.
46. n. 20. lib. 1.*

44 Limitatur quartò, ſi teſtator expreſsè ſubſtituit pupil-
lariter filio Titium, & dixit, & poſt mortem Titij hære-
ditas mea reſtituatur Seio, nam cum tunc hæreditas ſit
penes Titium pupillariter ſubſtitutũ filio, ſeu penes eius
hæredes, dicendum eſt fideicommiſſum intelligi ab eo
relictum, Gloſ. ita loquitur *in dict. l. qui duos,* vt voluit
Aret. *dicto conſil. 154.* quos refert, & ſequitur Menoch.
dicta præſumpt. 72. nume. 14. & 15. vbi etiam dicit hanc
opinionem probari, *in l. codicillis, ff. de vſufr. leg.* vbi fi-
deicommiſſum relictum poſt plurium mortem, ab vlti-
mo moriente videtur relictum, & ratio ea eſt, quia tem-
pore purificatæ conditionis fideicommiſſi reperiuntur
bona apud eum, & ab hæreditate primi receſſerat fidei-
commiſſum virtute ſubſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes filij teſtamento matris fideicommiſſo grauati nõ
reſtituunt, niſi bona materna deducta legitima.*
2 *Pupillaris ſubſtitutio a matre facta trahitur ad fidei-
commiſſum.*
4 *Hæredes legitimi filij puberis à patre fideicommiſſo gra-
uati, non reſtituunt, niſi bona teſtatoris detracta legiti-
ma, contra n. 6.*
5 *Hæres non tenetur in plus quam principalis.*
7 *Hæredes legitimi pupilli, vel pupillariter ſubſtitutus,
quando ab eis relictum eſt fideicommiſſum, ſi teſtator
de bonis ſuis diſpoſuit non reſtituunt pupilli bona, ſed
tantum teſtatoris cum legitima.*
8 *Hæredes legitimi impuberis filij grauati fideicommiſ-
ſo, non detrahunt legitimam, contra n. 9.*
10 *Pupillariter ſubſtitutus fideicommiſſo grauatus, re-
ſtituit bona pupilli cum legitima. Declara n. 7.*
11 *Hæredes legitimi filij impuberis fideicommiſſo gra-
uati, non reſtituunt bona pupilli.*
12 *Hæredes legitimi filij impuberis, & pupillariter
ſubſtitutus fideicommiſſo grauari poſſunt in bonis pu-
pilli.*

QVÆSTIO CCC.

*Vtrum pupillariter ſubſtitutus, vel legitimi hæredes
filij fideicommiſſo grauati teneantur reſtitue-
re legitimam, & bona pupilli?*

DVbitatio alia oritur ex prædictis, vtrum ſcilicet
pupillariter ſubſtitutus, vel legitimi hæredes filij
grauati fideicommiſſo teneantur reſtituere etiã
legitimam, & bona pupilli, an verò ſolum bona teſtato-
ris legitima deducta? In qua quæſtione diſtinguo ſex
caſus.

Primus caſus eſt, quando mater fecit teſtamentum, 1
vel alij, qui non poſſunt pupillariter ſubſtituere, & fidei-
commiſſum ab hæredibus relictum eſt, & tunc veniunt
ſolum bona materna deducta legitima, Rip. *in l. Centu-
rio, numer. 127. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Roder. Sua-
rez *in l. quoniam in prioribus, limit. 1. nume. 14. & num.
17. C. de inoffic. teſtam.* vbi dicit ita conſuluiſſe, & etiam
iudicaſſe, addens quod tempore peſtis plures ortę de hoc
erant lites, & ſic conſuluiſſe Aduocatos, & plures lites
ceſſaſſe, Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 72.* Præt. *de inter-
pr. vltimarum volunt. fol 305 num. 17.* Menoch. *lib. 4.
præſumpt. 72. num. 9.* Peregr. *de fideicomm. art. 12. num.
20. in fine,* Caualc. *deciſ. 3. numer. 45. part. 3.* Caroc. *dec.
70. num. 6.*

Ratio eſt, quia mater non poteſt filio pupillariter ſub- 2
ſtituere, immo ſi ſubſtituat trahitur ſubſtitutio ad fidei-
commiſſum, Gloſſ. *in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pu-
pill. ſubſt.* & ibi Bartol. Bald. & alij Scribentes communi-
ter, & dixi *ſupra quæſt. 118.* Et in hoc fideicommiſſo non
venit legitima filij, non iure pupillaris, quia a matre pu-
pillaris fieri non poteſt, non iure fideicommiſſi, quia fi-
lius in legitima grauari per fideicommiſſum non poteſt,
l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. teſtam. & dictum eſt
ſupra quæſt. 296. ita in ſpecie Suarez *d. limit. 1. num. 14.
Et l. ſi Titio, § fin. ff. de leg. 2.* quæ vult hæredem impube-
ris poſſe fideicommiſſo grauari in legitima, procedit
ſolum in fideicommiſſo facto à patre, qui poteſt pro filio
teſtari, & codicillari, non autem locum habet in matris
teſtamento, quæ pro filio non poteſt teſtari, *leg. 2. ff. de
vulg.* & ibi Doct. ita Rip. *in d. l. Centurio, num. 127. ff. de
vulg. & pupill.*

Cõtrariam opinionem malè probauerunt Pariſ. *conſ.* 3
81. n. 3. & ſeq. libr. 2. & Odd. *conſ. 62. n. 18.*

Secundus caſus eſt, quando pater fecit teſtamentum, 4
& grauauit hęredes legitimos filij puberis, & tunc etiam
non veniunt, niſi bona teſtatoris detracta legitima, Bar.
in d. l. Centurio, col. 12. ff. de vulg. & ibi Rip. *num. 127.* &
Galliau. *nu. 80.* Bart. *in l. ſed & ſi ſic, ff. de leg. 3.* Bald. *in
l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.* & ibi Sanc. *numer.
49. & ſeq.* Paul. Caſtr. *in l. ex tribus, C. de inoff. teſtam. &*

*in l.ſi fundum,§.vltimo,ff.de legat.2.*Zanch.*in l.hæredes mei,§.cum ita,par.6.n.27.ff.ad Trebell.* vbi de communi opinione teſtatur. Et conſulendo Aret.*conſ.*154.Paul. Caſtr.*conſi.*366.*colum.vlt.libr.*1.Curt.iun.*conſi.*70.*nu.*15.*conſi.*71.*col.*3.*& conſil.*73.*num.*15. Ruin.*conſ.*14. *num.*21.*lib.*3.Pariſ.*conſi.*36.*nume.*37.*& ſeq. conſil.*81. *num.*11.*lib.*2.*& conſ.*55.*num.*11.12.*lib.*3. Butrig.*inter conſi.vlt.vol.conſi.*154.*num.*14.*lib.*1.Soc.iun.*conſ.*131. *num.*37.*& col.vlt.* dicit hanc opinionem communi vſu eſſe receptam, *lib.*1.Ceph.*conſi.*188.*nume.*27.Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.*8.*tit.*3.*num.*6.*& ſeqq.* Craſſ.*in §.fideicommiſſum,qu.*9.*in fine,* Præt.*de interp.vlt. vol.fol.*305.*nu.*17.Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*72.*in fine,* Peregr. *de fideicomm.art.*12.*nu.*20.23.*& ſeq.& nu.*27.vbi dicit ita per binas conformes obtinuiſſe Caualc.*dec.*3.*nu.*43. *& ſeq.par.*3.

Ratio eſt, quia nullibi reperitur cautum, quod hæres hæredis poſſit in plus grauari, quam potuerit ipſe hæres, immo videtur contrarium probari, *in l.qui fundum, §.qui filios,ff.ad leg. Falc. & in l.Publius, §.1.ff de cond. & demonſtr.* Atqui filius pubes non poteſt à patre grauari in legitima, *l.quoniam in prioribus,C.de inof.teſt.*& latè diximus *quæſt.* 296. ergo nec eius hæres poterit in legitima grauari, & ita arguit Pereg. *dicto art.*12.*n.*23.*& n.*26.*& art.*1.*n.*19.

5 Secundò, hæres repræſentat perſonam defuncti, §.1. *in auth de iur.iur.à morien.præſti.l.hæres,ff.de vſucap.* Et hæres non tenetur in plus quam principalis *tot. tit.C. de hæred.act.* Bartol.*in l.*4.*§.Cato,in* 3.*oppuſ.ff.de verb. oblig.*ergo &c.

Tertiò accedit *l.Imperator,§.cum quidam,ff.de legat.*2.vbi nemo poteſt grauari in fideicommiſſo in pluſquam ſit honoratus. Atqui hæres filij puberis habet legitimam ex perſona filij, non iudicio patris, dum ergo grauatur fideicommiſſo vniuerſali, in eo non debet comprehendi legitima, quia non à teſtatore eſt habita, ſed ſolum reliqua bona reſtituet deducta legitima, *l.ſi fundum per fideicommiſſum, §.*1.*ff.de legat.*1. & ita arguit Peregr.*d. art.*12.*n.*24.

6 Sed quod legitima nõ poſſit deduci ab hærede filij puberis fideicommiſſo grauato, malè probarunt Alexand. *conſ.*67.*lib.*1.Iaſ.*conſ.*296.*col.pen. & vlt.libr.*2.Ruin. *conſ.*58.*n.*1.*& n.*11.*lib.*2.Pariſ.*conſ* 81.*col.*1.*&* 2.*li.*2. *& conſ.*21.*n.*40.*& ſeq.lib.*3.Tob.Non.*conſ.*90.*nu.*26. Ceph.*conſ.*153.*n.*66.*lib.*2. quos refert & ſequitur Odd. *conſi.*63.*n.*18.vbi dicit idem conſuluiſſe Lancell. & Eugen. pro cuius opinionis comprobatione videnda erunt ſcripta, *qu.præced.ab hac ſecunda nu.*3.& argumenta ibi adducta pro conformatione illius opinionis procedunt etiam in legitima, vt ibi dictum eſt.

7 Tertius caſus eſt, quando teſtator diſponit de bonis ſuis, & tunc pupillus ſi dicimus ei iniunctum fideicommiſſum deducet legitimam, hæredes autem eius legitimo, & pupillariter ſubſtitutus, ſi ab eis fideicommiſſum relictum eſt, reſtituent totum patrimonium teſtatoris, non autem bona pupilli, Aretin. *conſ.*155.*col.*9.*in principio,*Socin.ſen.*in l.*1.*num.*13.*in* 5.*caſu,ff.de vulg. & pupill.ſubſtitut.* Peregr. *de fideicommiſſ.articul.*12. *numero* 52.

8 Quartus caſus eſt, quando teſtator nil dixit, quod pupilli bona reſtituerentur, & dixit bona deuenire in Titiũ poſt mortem pupilli, & ſumus in caſu, quod ſubſtitutio non poteſt cenſeri pupillaris, & etiam ſumus in caſibus, quod fideicommiſſum præſumitur iniunctum à legitimis hæredibus non à filio, vt ſupra diximus, *quæſt.*298.& tũc communis eſt opinio, quod legitimi hæredes non poſſunt detrahere legitimam, Bartol.*in l.qui duos,ff.de vulgar.& pup.ſubſtit.* & ibi Paul. Caſtr. Batol. *in l.cohæredi,§.cum filia,ff.eod.*& ibi Imol.Cuman.& Paul.Caſtr. *num* 9.Fulgoſ.*in l.ex tribus, C.de inof.teſta.* & ibi Paul. Caſtr.Cuman. *in l.*1.*§ vltim.ff. de vulgar.* & ibi Aret. Alexan.& alij Fulgoſ. *in l.eam quam, C.de fideicommiſſ.* Rip.*in l.Centurio,numer.*108.*ff.de vulgar.* Ruin.*conſil.*118.*num.*22.*lib.*3.Pariſ.*conſil.*41.*num.*44.*& conſil.*81. *num.*9.*& ſeqq.lib.*2.Grat.*conſ.*103.*nu.*12.*lib.*2.Ceph. *conſi.*294.*nu.*58.Peregr.*de fideicomm.art.*8.*num.*25.26. *&* 42.*in fine, & art,*12.*nu.*48.vbi de communi opinione teſtatur.

Contrariam opinionem tenuit Ruin.*conſi.*52.*num.*4. *& ſeq.libr.*2.qui tamen primam admittit, quando filius fuit inſtitutus in plus, quàm ſit ſua legitima, & per verba expreſſa, vel æquipollentia fuit prohibita detractio legitimæ. 9

Quintus caſus eſt, quando teſtator fecit ſubſtitutionem per verba indefinita, non ſe reſtringendo ad bona ſua, vt quia dixit ſubſtitutio in bonis, vel bona deueniant, &c. & tunc ſi agitur de ſubſtituto pupillari, legitima, & alia bona pupilli ſunt reſtituenda, vt dixi *quæſt.*655.an quæſita ex ſubſtitutione pupillari veniant in reſtitutione fideicommiſſi: Si verò agitur de hæredibus venientibus ab inteſtato, illi retinebunt bona propria pupilli, Paul.Caſtrenſ. *in l.Scæuola, ff.ad Trebell.* Aretin.*in l.qui duos in ſecundo not ff.de vulgar.* Ruin.*conſil.*52.*numero* 4.*lib.*2. Peregrin. *de fideicommiſſ.art.*12. *num.*49. 10

Contrariam ſententiam, etiam quod dictum ſit bona ſua tenuit Præt.*de interpr. vltim. voluntatum, fol.*366. *num.*20. 11

Sextus caſus eſt, quando teſtator expreſſè in bonis pupilli relinquit legata, vel fideicommiſſa particularia à pupillariter ſubſtituto, vel à legitimis filij hæredibus, & talia relicta præſtanda ſunt, *l.ſi fundum per fideicommiſſum,§.vltim.ff.de leg.*1.& ſcribunt Imol. Caſtr. Aretin. & Alex.quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideicom.art.*12.*num.*47. 12

Alia videantur *in quæſt.præcedenti, & in quæſt.*655. *an* quæſita ex pupillari ſubſtitutione veniant in reſtitutione fideicommiſſi.

QVÆSTIO CCCI.

QVæro, ſi fideicommiſſum relictum eſt à pupillariter ſubſtituto, ſi ille ſuccedat ex tacita vulgari, an teneatur illud præſtare? Et non teneri poſt alios ſcribit Rip. *in l.*1.*numer.* 167.*ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.*

QVÆSTIO CCCII.

QVæro, an exemplariter ſubſtitutus poſſit fideicommiſſo grauari? Dixi *in materia exemplaris ſubſtitutionis, quæſt.* 194.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis, vel legatarij poteſt fideicommiſſo grauari, declara per totam quæſt.*
2 *Hæres hæredis ſub nomine proprio ſi grauetur non tenet grauamen: idem ſi legitimi hæredes grauentur, declara num.*3.
4 *Hæres hæredis non poteſt in plus grauari, quàm poterat primus hæres.*

QVÆSTIO CCCIII.

Vtrum hæres hæredis, vel legatarij poſſit fideicommiſſo grauari?

Vidi-

1 Vidimus, quando pupillariter ſubſtitutus, & legitimi hæredes filij poſſint grauari. Nunc autem videamus, an hæres hæredis, vel legatarij poſſit grauari, & dicendum eſt poſſe ſicut primus hæres, vel legatarius grauari potuiſſent, *l. ſi fuerit, l. ſed, & ſi ſic, ff. de legat. 3.* & ibi Gloſ. Bart. Alber. Caſtr. & alij communiter, Rip. poſt alios *in l. cum filiofamilias, numer. 26. ff. de legat. 1.* & ibi Crauett. *part. 1. nume. 86.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 836. ff. ad Trebell.* Ruin. *conſil. 113. num. 5. lib. 2.* Odd. *conſi. 65. num. 40. & conſi. 63. nume. 22.* Craſs. *in §. legatum, quæſt. 13. nu. 3. & 4. & in § fideicommiſſum, quæſt. 6. nu. 2.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 296. ſol. 1. nu. 4.* vbi alios adducit Peregr. *de fideicom. art. 1. num. 18. & art. 12. nu. 5.*

2 Declaratur primò, vt procedat dummodò grauetur hæres ſub nomine appellatiuo, ſecus, ſi grauetur ſub nomine proprio, vel legitimi hæredes eſſent grauati, quia tunc grauamen non teneret *d. l. ſed, & ſi ſic. §. 1. ff. de leg. 3. & l. ſi fuerit, ff. eod.* & ibi Gloſ. & ſuper vtraque lege Doct. antiqui Din. Alber. & Paul. de Caſtren. Rip. poſt alios *in l. cum filios familias, nume. 27. ff. de leg. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi Crauet. *part. 1. nu. 86.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita n. 836. & ſeq ff. ad Treb.* Soc. iun. *in d. l. cum filio, n. 66. ff. de leg. 1.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Signor. *conſi. 173. nu. 22. & ſeq.* Odd. in his terminis *conſ. 63. n. 22. conſ. 65. n. 40. & conſ. 69. n. 50.* Craſs *in §. legatum, q. 13. nu. 3.* Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 296. ſolut. 1. in fine*, Peregr. *de fideic. art. 1. nu. 18.*

Ratio differentiæ eſt, nam cum nominatim hæres, vel legitimi hæredes grauantur, dicuntur iſti habere bona caſu, & fortuna, & non iudicio teſtatoris, ſed diſpoſitione hæredis, *l. 1. §. non ſolum, ff. vt legat. ſeu fideicom. m. nom. caueat.* ideo grauari non poſſunt, quia à teſtatore non honorati, iux. *l. Labeo, C. de fideicommiſſ.* At quando grauantur legitimi hæredes iſti dicuntur habere iudicio teſtatoris, cum certum ſit quemlibet habiturum hæredẽ, & ideo non dando alium ſubſtitutum, prout dari poterat à teſtatore, dicuntur legitimi hæredes habere bona ab ipſo teſtatore, *l. ſi ſin. dum, §. vltimo, ff. de legat. 1. & l. 1. & l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* & quæ in vtraque *l. notant* Doctor. ita in ſpecie hanc rationem Peregr. poſt alios *de fideic. art. 1. nu. 18.*

3 Subdeclaratur quãdo grauaretur ille ſub nomine proprio, qui veriſimiliter ſucceſſurus ſit, vt filius hæredis, quia tunc teneret grauamen Præt. de Bellap. relatus à Rip. *in d. l. cum filiofamilias, num. 27. in fine*, & ibi Socin. iun. *num. 71. ff. de legat. 1.* Craſs *in §. legitima, quæſt. 13. nume. 4.* dicit hanc opinionem eſſe benigniorem, & probabiliorem.

4 Contrariam ſententiam probant Iaſ. *in d. l. cum filiofamilias*, & ibi Soc. ſen. & eſſe communem teſtatur ibidem Soc. iun. *n. 72. ff. de legat. 1.*

5 Declaratur ſecundò, vt hæres hæredis, vel legatarij in tantum grauari poſſit, in quantum hæres primus, vel legatarius poterat, *l. qui fundum, §. qui filios, ff. ad legat. Falcid.* Bartol. *in d. l. ſi fuerit, ff. de lega. 3.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 837. ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art. 1. nu. 19. & art. 12. c. 23. & ſeqq.*

QVÆSTIO CCCIV.

QVæro, ſi conditio appoſita fideicommiſſo verificetur poſt mortem grauati, an illius hæres teneatur fideicommiſſum reſtituere? Et fideicommiſſum deberi, probatur *in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in l. legato ſub conditione, ff. de cond. & demonſtr.* & ibi not. Bart. *in l. Centurio, in vlt. quæſt. 3. quæſt. principaliter*

cip. verſ. quæro vlterius, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & ibi alij communiter ſequuntur Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 147. ff. ad Trebell.* Soc ſen. *conſ. 116. col. 3. lib. 1. & conſi. 149. col. 3. lib. 2.* Curt. iun. *conſil. 42. col. 10. & ſeq. & conſ. 44. col. 4.* Parill. *conſ. 15. nu. 4. lib. 3.* Peregr. *conſi. 42. lib. 4. maximè n. 8. 11. 12. & in tract. de fideicom. art. 12. nu. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum à filijs in conditione poſitis relinqui poteſt, contra n. 2.*

3 *Prohibitio alienationis filijs poſitis in conditione fieri, an poſſit?*

4 *Fideicommiſſum relictum ſub conditione ſi hæres ſine filijs, vel eius filij ſine filijs deceſſerint, dicitur relictũ ab hærede ſub duplici conditione non à filijs poſitis in conditione, amplia, & declara ibidem.*

QVÆSTIO CCCV.

Vtrum filij in conditione poſiti, fideicommiſſo grauari poſſint?

SEquitur videre de alia quæſtione, an fideicommiſſa relinqui poſſint à filijs poſitis in conditione? In qua quæſtione duæ ſunt contrariæ Scribentium ſententiæ.

Prima eſt, quod filij poſiti in conditione grauari poſ- 1
ſunt, & hanc probarunt Bart. *in l. Centurio, num. 27. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & ibi Galliau *numer. 458.* Ferdinand. Soarez *nu. 45.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Socin. iun. *in l. cum filiofamilias, nume.... ff. de legat. 1.* vbi dicit hanc opinionem conſulendo fuiſse canonizatam per Doctores Peruſinos, Barb. *conſil. 27. lib. 1. & conſ. 55. num. 7. libr. 2.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe magis communem, Socin. ſen. *conſi. 57. nu. 11. conſi. 168. nu. 75. lib. 2. conſi. 110. num. 20. conſil. 145. nu. 35. & conſi. 158. num. 69. lib. 3.* Dec. *conſi. 42. numer. 21. & conſi. 44.* Guid. Pap. *conſ. 36. part. 2.* vbi teſtatur ita iudicatum fuiſſe in Curia Parlamenti Delphinalis, Ruin. *conſ. 3. lib. 2.* vbi tamen fatetur contrariam opinionem eſſe communem, Crauet. *conſ. 155.* Port. Imol. *conſi. 46. nume. 19.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Gribal. *inter conſ.* Port. *conſi. 40.* Marzar. *conſi. 7. num. 6.* Guid. Pap. *q. 39.* vbi ſcribit ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Delphinali. Gomeſ. *tomo 1. Var. Reſol. capit. 5. nume. 43.* licet dicatur contrariam opinionem magis cõmunem, Craſs. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 7.* Et hæc opinio mihi ſemper magis placuit, pro qua videnda erunt ſcripta à Ruſtico *in tract. de liber. in condit. poſit. libr. 4.* vbi latè defendit hanc opinionem, & infinitas adducit authoritates.

Secunda eſt opinio, quod fideicommiſſum non poſſit 2
relinqui à liberis in conditione poſitis, & hãc tenet Imol. *in l. Lucius, nu. 2. ff. de hæred. inſtit.* Alex. *in l. ſi cum dotẽ, n. 16 ff. ſolut. matr.* Iaſ. *in l. 1. nu. 12. C. de pact.* & ibi Dec. *n. 15.* Soc. ſen. *in l. cum auus, nume. 11. ff. de condit. & demonſtrat.* Rip. *in l. Centurio, nume. 159. ff. de vulg.* & ibi Claud. Aquenſ. ſcribit hãc eſſe communem opinionem, nec ab hac conſulendo & iudicando recedendum eſſe. Did. *in cap. Rainutius, §. 3. num. 3. ext. de teſtam.* Paul. Caſtr. *conſ. 359. nu. 1. lib. 2.* Alex. *conſi. 105. nu. 4. lib. 1. conſ. 109. n. 4. conſ. 199. n. 6. lib. 2. conſ. 32. nu. 3. & conſ. 158. nu. 19. lib. 3.* Moder. Pariſ. *in addit. ad eundem Alexand. conſi. 64. lib. 5.* Corn. *conſi. 1. nu. 21. lib. 3.* Iaſ. *conſ. 143. n. 3.* Curt. ſen. *conſi. 43. & conſ. 63. col. 1. & ſeq.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Bertrand. *conſi. 82. num. 6. lib. 1.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem *conſ.*

173.*n.*21.*conſ.*226.*conſ.*251.*n.*3.*& conſ.*286.*n.*4.*lib.*3. Dec.*conſi.*384.Curt. iun. *conſi.* 1.Ruin. *conſ.*89.*conſil.* 100.*conſ.*101.*conſ.*130.*li.* 2. *& conſi.*128.*lib.*3.vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Pariſ.*conſi.*18.*n.* 10.*conſ.*17.*n.*20.*conſ.*75.*n.*44.*conſ.*31.*n.*4. vbi dicit eſſe communem opinionem *lib.*2.*& conſ.* 14.*n.*5.*lib.*3.Soc. iun.*cõſ.* 112.*n.*34. vbi dicit opinionem Bart.communiter reprobari, *& conſ.*176.*n.* 20.*lib.*2.Nat.*conſi.*151.*n.*3.*li.* 1.Port.Imol.*conſ.*8.*n.*25.Celſ.Vgo.*conſ.*20.*num.*18.*& ſeq.*vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Cran. *conſ.*62.*n.*6.*& conſ.* 155.*nu.*2.Torniel.*inter conſ. Port. conſi.*43.*n.* 5.*&* 10.Mant.*conſi.*22.*n.*6.*& conſ.*115.*n.* Roland à Valle *conſil* 56.*n.* 16.*& ſeq.lib.*3. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam Burſat. *conſi.* 1.*num.* 13. *lib.* 1. Girard Mazzo.*conſi.*2.*n.*74.Odd.*conſ.* 46.*nu.*20.vbi ait eſſe magis communem opinionem Emanuel Suarez *in addit.ad Gomeſ.tomo* 1.*Variar.Reſolut.cap.*5.*num.* 24. Clar.*in* § *teſtamentum, qu.*77. Achil. Perſonal. *tract.de adipiſc.poſſeſſ.nu.* 195.vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem,& veriorem, Anton Gabr. *de fideicommiſſ. concl.*4.*nu.*17.Odd.*de compend. parte* 5.*artic.*3. Boer. *deciſ.* 155.*nu.*27.vbi teſtatur ita in Curia Romana fuiſſe iudicatum.

Hæc tamen quæſtio pendet à dictis quæſt. an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati quando ſunt grauati, de qua infra agetur,& ibi dicta videnda erunt, & videndus etiam erit Peregr.*de fideicomm.art.*12.*nu.*14.Quod ſi eſſemus in caſibus, quod cenſerentur vocati poſiti in conditione, vel quia magis placeat opinio, quod ſint vocati,vel quia extent coniecturæ,vel ſtatura,quod ſint vocati,ſine dubio dicendum erit ab eis fideicommiſſum relinqui poſſe.

3 Prohibitio autem alienationis, an poſſit fieri filijs in conditione poſitis? dicetur infra *quæſt.*681.

4 Sed quid ſi teſtator dixit,ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs,vel eius filij ſine filijs,ſubſtituo Titium,an fideicommiſſum dicatur relictum à filijs in conditione poſitis, an verò ab hærede ſub duplici conditione, ſi ipſe hæres ſine filijs,& eius filij ſine filijs deceſſerint? & quod fideicommiſſum dicatur relictum ab hærede ſub duplici conditione,ſcribunt Bar *in l. Centurio, nu.*37.*ff. de vulg.*& ibi Aret.Imol.Rip.*n.* 167.Alciat.*n.*37.*& ſeq.*Ceph.*n.* 961.& alij communiter,Bart.*in l.ſed ſi ſic,*§.1.*ff.de leg.*3.*& in l.codicillis, in princ.ff.de vſufr.leg.*Bald.*in l.precibus,C. de impub.& alijs ſubſtit.* & ibi Salic.Zanch. *in l.hæredes mei,*§.*cum ita.num.*726 *ff.ad Trebell.* & conſulendo Aret.*conſil.*120.*& conſ.*137.Caſtr.*conſ.*131.*lib.*2.Cuma. *conſ.* 25.Alex.*conſ.* 105.*nu.*4.*lib.*1.*conſil.*11.*col* 4.*lib.*3. *& conſ.*113.*n.* 11.*li.*4.Soc.ſen.*conſ.*104.*lib.*3.Curt.ſen. *conſi.*43.*col.*8.Dec.*conſ.*181.*& conſ.*422.Curt.iun.*cõſ.* 139.*col.pen.*Ruin.*conſi* 128.*n.*8.*lib.*3. Pariſ.*conſi.*18.*n.* 52.*li.*2.Soc.iun.*conſ.*176.*col.vlt.lib.*2.Alciat.*conſ.*209. Rim.ſen.*conſi.*29.*n.*17 Et in tractatibus Clar.*in* §.*teſtamentum, qu.*78.*in fine*, Ruſtic.*in tract. de liber. in cond. poſit.lib.*4.*cap.*1.*& cap.*5. Alex.Trent. *de ſubſtit. part.* 4.*cap.* 11.*numer.* 33. vbi de communi opinione teſtatur, Craſſ.*in* §.*fideicommiſſum, qu* 7.*in fin.* Præt. *de interpr. vlt.vol.fol* 300 *nu.*2.vbi dicit eſſe communem opinionem,Peregr.*de fideicom.art.*12.*n.*9.vbi ſcribit hanc opinionem communiter eſſe receptam, & ibi agit quando conditio alternatiuè eſt concepta,*& num.*17.idem tenet ſi copulatiuè eſſet concepta.

Quaſdam tamen diſtinctiones in hoc articulo afferũt Alc.*conſ.*209.Intrig.*de ſubſt.cent.*3 *q.*26 *n.*89 *& ſeqq.* & latius Ruſtic.*tract.de lib.in cond.poſit.lib.*4.*per tot.*

5 Amplius dicta communis opinio, quod ab hærede dicatur relictum fideicommiſſum ſub duplici conditione, & ſi conditiones per copulam eſſent poſitæ hoc modo,ſi filius ſine filijs,& eius filij ſine filijs deceſſerit, &c.Salic. *in l.precibus,qu.*6.*C.de imp.& alijs ſubſtit.* Ripa *in d.l. Centurio,nu.*169.*ff.de vulg.* & ibi Galliau & Alciat *nu.* 106.Zanch.*in l.hæredes mei,*§.*cum ita, num.*1304 *ff.ad Trebell.*Corn.*conſ.* 226.*col.*4.*lib.*4.Soc.iun.*conſ.*145.*nu.* 23.*lib.*3. Ruſticus *tract.de lib.in cond. poſit.lib.* 4.*cap.*1. *nu.*2.Præt.*de interpr.vlt.vol fol.*300.*n.*2.*in fin.*Peregr. *de fideicom art.*12.*nu.*17.*& ſeq.*

Contrariam opinionem malè probauit Ruin.*conſil.* 96.*n.*18.*& conſil.*175.*col penul. lib.*2. 6

Limitatur quando filij poſiti in conditione,fuiſſent ali- 7
quo caſu expreſsè vocati, vel ex coniecturis eſſent vocati,vel ex conſuetudine,vel ſtatuto loci eſſent vocati, quia ab eis diceretur relictum fideicommiſſum,non autem ab hærede ſub duplici conditione, Bart. hoc ſenſit *in l. Centurio,ff.de vulg. & in l. ſed & ſi ſic,*§.1.*ff. de leg.*3.*in l. codicillis,ff.de vſufr.leg. & in l.qui duos,in fi.ff.de vulg.* Zanch.*in l. hæredes mei,*§.*cum ita,nu.*726.*ff.ad Trebell.* Pereg.*de fideicom.art.*12.*nu.*14. [Sed aduerte circa hãc limitationem, quod illa procedit, dummodò eueniat caſus,in quo fuerunt vocati, quia eueniente eo caſu dicuntur grauati,ita vt ſi aliunde hæreditas ad eos peruenerit, & conditio eueniat, non tamen grauamen locum habebit,niſi verificetur caſus ille, in quo fuerunt expreſsè vocati. Anchar.*conſ.*137.Aret.*conſ.*155.*num* 4.Cumanſ. *conſ.*118.*in fine,*Alex.*conſ.*185.*n.*22.*lib.*1.*conſ.*24 *n.*5. *in fine lib.*3.*& conſ.*55.*nu.*14.*libr.*4. Capr. *conſ.*2.*dubio ſecundo,*Corn.*conſ.* 186.*nu.* 10.*lib.*3.Soc.ſen.*conſ.*62.*n.* 7.*conſ.*116.*col.*1.*verſic.addo lib.*3. *& conſ.*94.*nu.*6.*lib.* 4.Rimin.ſen.*conſi.*182.*n.*15.*lib.*1.Dec.*conſ.*291.*col.penult. verſic.non obſtat conſi.*384.*column.*2.*verſic.ſecundo,& conſ.*465.*col.penult. verſ.quinto non obſtat,*Ruin. *conſ.*89.*conſ.*96.*num.*8 *conſi.*100.*num.*7.*conſi.*104.*num.* 8.*conſi.*111.*num.*4.*conſi.*113.*nu.*6.*conſi.*114.*nu.*8.*conſ.* 121.*n.*9.*conſi.*175.*n.*3.*conſi.*180.*nu.*12. *lib.*2.*conſi.*128. *conſ.*134.*n.*14.*& ſeq.conſ.*143.*nu.*5. *& conſi.*228.*nu.*6. *lib.*3.Celſ.Vgon.*conſi.*20.*num.*58.Pariſ.*conſi.*44 *col.*1. *& conſi.*86.*nu.*40.*lib.*2.Zanch.*in l.hæredes mei,*§.*cum ita par.*7.*nu.*26.*ff.ad Trebell.*Menoch.*lib.*4. *præſumpt.* 76.*nu.*43.vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam Ruſtic. *tract.de liber.in cond. poſit.lib.*4.*cap.*4.*numer.*2.Intrigl. *de ſubſtit.cent.*3.*quæſt.*26. *nu.*100. Peregr. *de fideicom. art.*12.*numer.*19.vbi addit Cardin.Alban. Angui.Gabr. Berret.& Ceph.

Exemplum afferri poteſt,quando inſtituto fuerit vulgariter ſubſtituti eius filij,& ſi inſtitutus, & eius filij decedant ſine filijs,alius ſi. ſubſtitutus,nam filij hæredis nõ cenſebuntur fideicommiſſo grauati, niſi eueniat caſus vulgaris, ita vt licet hæreditas patris ad eos peruenerit, non tamen dicuntur grauati, ita declarat Peregr. *d.art.* 12.*nume.*19.vbi allegat Ancharan. Alex. Aret.Curt.ſen. Soc.ſen.Rim.ſen.Dec.Ruin.Alb.Angui.Berret.Zãch. & Cephal.& videnda erunt, quæ ego ſcripſi ſuper teſtamento D. Io. Baptiſtæ Puluſellæ in conſil...

Aliud eſt exemplum, quando filij hæredis fuerunt vocati tantum in caſum alienationis, quia ſi poſtea grauati ſint, non cenſentur grauati, niſi in caſum alienationis ſucceſſiſſent, Ruin.*in l.filiusfam.tius,*§ *Diui,fol.vltim. colum.*1.*poſt princip.ff.de legat.*1.*conſi.*108.*conſil.*117. *col.*2 *conſi.*130.*col.* 3.*conſil.*89.*nume.*31. *& conſil.*131. *lib.*2.Zanch.*in d.*§.*cum ita,part.*7.*num.*28.Ruſtic.*d.cap.* 4.*num.*3.Menoch.*d.præſumpt.*76.*nu.*44. Intrigl. *d.qu.* 26.*nu.*101.

Prædicta tamen procedunt, quãdo grauamen expreſsè fuiſſet relictum ab iſtis filijs inſtituti in conditione poſitis,vt in his terminis loquuntur plures ex ſupra citatis, aliud eſſet, ſi ab inſtituto nominatim fuiſſet fideicommiſſum relictum, ſi ipſe, & eius filij ſine filijs decedant, ita Peregr.*dict.art.*12.*n.*19.*verſ.paſſus.*

Vel impersonaliter eſſet relictum, vt quia dictum ſit, ſi in-

ſi inſtitutus,& eius filij deceſſerint ſine liberis, bona deueniant in Titium, quia tunc ne fideicommiſſum reddatur inutile, capienda erit interpretatio, vt à primo dicatur relictum, ita Peregr. *ibi ſupra*, vbi allegat Ruin. *conſ.* 115. *ſub nu.* 7. *verſi. nec obſtat lib.* 3. Pariſ. *conſi.* 18. *num.* 53. *& ſeq. lib.* 2. & Hier. Gabr. *conſi.* 117. *lib.* 1.

Sed contra, quando imperſonaliter fideicommiſſum eſt relictum, vt cenſeatur relictum à filijs inſtituti, ſi tamen eueniat caſus, in quo ſunt expreſſè vocati, nõ autem ab inſtituto, ita Zanch. *in d. §. cum ita, nu.* 736. *ſecundum primam impreſſionem*; mouetur, quia ſic grauamen non ſit inutile, cum valeat eueniente illo caſu, in quo fuerunt filij vocati, & ſic ceſſat ratio tenentium primam opinionem, quæ fuit, ne fideicommiſſum reddatur inutile. Vlterius dicit Zanch. quod potius fideicommiſſum imperſonaliter relictum, cenſeri debet relictum à filijs inſtituti tanquam vltimis; & alia etiam pro comprobatione adducit, quæ apud eum videnda erunt; & hanc opinionem ego etiam probaui in dicto conſ....

Quod ſi teſtator in omni caſu ſubſtituiſſet filijs inſtituti, non eſſet facienda reſtrictio ad caſum, quo fuerunt vocati Ruin. *d. §. Diui, col. antep. & conſi.* 169. *col.* 3. *lib.* 2. Zanch. *d. §. cum ita, part.* 7. *n.* 37. Menoch. *dict. præſumpt.* 76. *n.* 44. *in fine*, Intrigl. *dict. qu.* 26. *n.* 103.]

De hoc tamen articulo copioſiùs agetur in qu. an filij poſiti in conditione vocati dicantur? in illa coniectura, an ex quo ſunt grauati dicantur vocati?

QVÆSTIO CCCVI.

QVæro, an quis poſſit grauari de ſibiipſi reſtituendo? Et non poſſe probatur, *in l. qui filiabus, §. fin. ff. de legat.* 1. & ſcribunt Soc. iun. *conſi.* 111. *nu.* 4. *& n.* 14. *lib.* 3. Menoch. *conſi.* 125. *n.* 18. *lib.* 1.

QVÆSTIO CCCVII.

1 QVæro, an fideicommiſſaria ſubſtitutio poſſit fieri in contractibus? Dixi *ſupra qu.* 14. *n.* 6. *& ſeq.*

2 Et an in donatione cauſa mortis? Dixi *ſup. q.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſuccedendo in vniuerſali ſucceſſione eſt nullum. amplia, & declara per totam quaſi.*
2 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*
3 *Pactum de ſuccedendo impedit libertatem teſtandi, & tanquam contra bonos mores eſt reprobatum.*
7 *Laudum arbitratoris, quod altero ſine filijs moriente alter ſuccedat, eſt nullum, declara n.* 85.
8 *Pactum de ſuccedendo in tranſactione poſitum eſt nullũ, declara n.* 85. *& ſeq.*
9 *Pactum de ſuccedendo in cauſa inteſtati, eſt nullum.*
10 *Pactum de ſuccedendo inter fratres in executione voluntatis paternę eſt nullum, ſi patris teſtamentum erat nullum, contra nu.* 12.
11 *Teſtamentum eſt publici iuris, nec eius forma pactis priuatorum alterari poteſt.*
15 *Voluntas nulla teſtatoris non poteſt approbari in vim teſtamenti.*
16 *Soluens ſponte fideicommiſſum, vel legatum inutiliter relictum non repetit.*
18 *Iuramentum non ſuſtinet pactum de ſuccedendo in vniuerſali ſucceſſione, contra n.* 24.
19 *Iuramentum non conualidat actum omninò nullum.*
20 *Iuramentum non conualidat actum celebratum contra legis prohibitionem.*
21 *Iuramentum non impedit quin vltima voluntas mutari non poſſit.*
22 *Iuramentum non confirmat contractum contra bonos mores.*
23 *Iuramentum non ſupplet formam iuris publici.*
25 *Iuramentum ſeruandum eſt, quando ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt.*
28 *Pactum de non ſuccedendo non tollit teſtamenti factionem, & validum eſt.*
29 *Donatio inter virum, & vxorem eſt contra bonos mores, contra n.* 30.
30 *Donatio inter virum, & vxorem confirmatur iuramento.*
32 *Donatio bonorum præſentium, & futurorum ſuſtinetur iuramento, contra n.* 34.
33 *Pactum de ſuccedendo ſuſtinetur fauore piæ cauſæ, et inter milites, & n.* 42. *&* 45.
34 *Donatio bonorum præſentium, & futurorum non eſt contra bonos mores, declara ibi.*
35 *Pactũ de ſuccedendo inducit votum captãdæ mortis.*
35 *Votum captandæ mortis tam à iure ciuili, quam canonico eſt improbatum.*
36 *Pactum de ſuccedendo in vim donationis non ſuſtinetur, contra n.* 37. *declara n.* 38. *& ſeq.*
37 *Donatio hæreditatis valet per viam contractus.*
40 *Pactũ de ſuccedendo factum inter eos, qui habent authoritatem legis condendæ, in eorum territorio valet.*
41 *Contractus principum habent vim legis.*
42 *Pactum de ſuccedendo factum à militibus dum ſunt in caſtro valet.*
43 *Pactum de ſuccedendo valet inter Marchiones, & Comites, contra nu.* 44.
43 *Marchiones & Comites gaudent priuilegijs militũ.*
46 *Pactum de ſuccedendo valet, ſi ex lege, vel loci conſuetudine hæc pacta ſunt approbata, contra n.* 48.
47 *Conſuetudo, & lex poteſt inducere nouam ſuccedendi formam.*
49 *Statutum non poteſt facere id quod eſt prohibitum fieri per pactum ob id, quod ſit contra bonos mores, declara n.* 50. *&* 51.
49 *Conſuetudo contra bonos mores, & peccati nutritiua non valet.*
51 *Teſtandi facultas eſt de iure ciuili, declara ibid.*
52 *Statutum, vel conſuetudo non operantur quo ad bona alterius territorij.*
53 *Pactum de ſuccedendo admiſſum à lege, vel conſuetudine cenſetur admiſſum ita, vt ſit reuocabile.*
54 *Conſuetudo vnius familiæ quod maſculi ſuccedant excluſis fœminis ſuſtinetur, contra n.* 55. *& ibi declara, & num. ſeqq.*
55 *Familia carens iuriſdictione nõ poteſt cõdere ſtatuta.*
57 *Familia iuriſdictione carens non poteſt inducere cõſuetudinem.*
65 *Pactum de ſuccedendo, in quota hæreditatis, vel bonorum non valet, contra n.* 66.
63 *Pacto dari pars hæreditatis non poteſt.*
63 *De parte idem eſt iudicium quod de toto.*
64 *Teſtandi libertas reſtringi non debet.*
67 *Pactum de ſuccedendo fauore matrimonij ſuſtinetur, contra ibi declara ibi.*
68 *Pactum de ſuccedendo in certis bonis ſuſtinetur: idem ſi in certo genere bonorum, contra n.* 70.
73 *Legatum ita fieri non poteſt vt ſit irreuocabile, amplia ibi, contra n.* 76. *Declara n.* 77.
74 *Fideicommiſſum in contractibus conſtitui non poteſt, contra n.* 78.
74 *Fideicommiſſum in contractu factum ad libitum reuocari poteſt.*
75 *In contractibus quis diſponere poteſt de re ſua poſt mortem.*
80 *Pactum de ſuccedendo in hæreditate patris, vel ma-*

ſtis, vel alterius valet, vti de re certa factum.

81 *Hæreditatem alicuius teſtatori obuentam grauatus reſtituere dicitur particulariter fideicõmiſſo grauatus.*

82 *Pactum de ſuccedendo in bonis præſentibus valet vti de re certa factum.*

83 *Pactum de ſuccedendo in bonis ſimpliciter factum valet vti pactum de re certa.*

84 *Pactum de ſuccedendo in bonis tunc à paſciſcentibus poſſeſſis valet vti de re certa.*

85 *Tranſactio in qua datur ſucceſſio in certis bonis, non in hæreditate, vel quota valet, declara n. 86.*

87 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum aliqua reſeruata valet.*

86 *Pactum de ſuccedendo in omnibus bonis re aliqua reſeruata valet, declara ibi.*

87 *Pactum de ſuccedendo in re certa valet, nec poteſt reuocari.*

89 *Pactum de ſuccedendo quando valet non requirit inſinuationem.*

90 *Pactum de ſuccedendo quando valet ſufficit fieri corã duobus teſtibus, declara nu. 91.*

92 *Pactum de ſuccedendo quando valet requirit ſolemnitatem ſtatuti de donationibus, contra n. 93.*

93 *Pactum de ſuccedendo non eſt donatio, nec venit appellatione donationis.*

94 *Donatio reciproca non requirit ſolemnitatem ſtatuti de donationibus.*

QVÆSTIO CCCVIII.

Pactum de inuicem ſuccedendo, an ſit validum?

CОntingit ſæpè, præcipuè inter fratres, qui deſiderãt conſeruare bona in agnatione, pro dignitate familiæ, quod fiunt pacta de inuicem ſuccedendo, vel ſimpliciter, vel ſub conditione, ſi ſine filijs, alter moreretur: dubitatur an talia pacta ſint valida? In qua quæſtione diſtinguendi ſunt tres caſus.

1 Primus eſt caſus, quando agitur de vniuerſali ſucceſſione, vt quia dictum ſit, quod altero ſine filijs moriente alter ſuccedat in hæreditate, vel in omnibus bonis præſentibus, & futuris, vel pactum ſit conceptum per ſimilia verba, ex quibus colligatur pactum factum fuiſſe de vniuerſali ſucceſſione. & quod non valeat pactũ hoc caſu.

Probatur primò *in l. licet, Cod. de pact.* vbi pactum futuræ ſucceſſionis inter priuatos non valet: etiam pro donatione cauſa mortis.

2 Secundò facit ratio, quod hæreditas pacto dari non poteſt, *l. pactum quod dotalis, C. de pact. l. hæreditas, C. de pact. conuent.* Socin. iun. *conſi. 44. nu. 2. lib. 2.* Dec. *d. l. licet, in princ. C. de pact.* Alciat. *reſp. 74. numer. 1. & ſeqq. lib. 8.* Ceph. *conſ. 511. nu. 34.* Dec. *conſ. 488. nu. 19.* Honded. *conſ. 40. n. 2 lib. 1.*

3 Tertiò, quia hoc pactum impedit liberam teſtandi facultatem, inducitque votum captandæ mortis, ideo tanquam contra bonos mores à iure eſt reprobatum, *l. ſi quis in princ. tiſtam. ff. de legat. 3.* Ruin. *conſil. 112. nu. 1. lib. 4.* Alciat. *reſp. 74. nu. 1. & infra lib. 8* Et quis non poteſt ſibi auferre liberam teſtandi facultatem, *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obl.* Crauet. *conſi. 19. nu. 7.* Roman. *conſ. 293.* Ceph. *conſ. 511. nu 35.* Honded. *conſ. 40. n. 5. & ſeqq. lib. 1.*

4 Quartò, quod quis poſt mortem de patrimonio ſuo teſtari poſſit ex quadam diſpoſitione, & indulgentia iure permiſſum eſt, Gloſ. *in l. illa institutio, ff. de hæred. inſtit.* Canon. *in rub. ext. de teſt.* diſpoſitio enim procedit in tẽpus quo res amplius ſua non eſt, *l. in tempus, ff. de hæred. inſtit.* conceſſio autem a lege eſt data, dummodò diſpoſitio fiat ſub certa forma, hoc eſt per ſolemne teſtamentum, *l. 3. vbi Gloſſ. ff. de teſtam.* quapropter, ſi verba contractus reſpiciunt tempus poſt mortem, actus eſt nullus, ita arguit Alciat. *reſp. 74. nu. 3. 4. libr. 8.* vbi allegat Bart. *conſi. 112.* Dec. *in l. pactum, C. de collat.* Curt. iun. *conſi. 15. poſt tract. feud.* Ang. *conſil. 66.* & Alexand. *conſil. 83. lib. 2.* idem Alciat. *reſp. 8. n. 14. conſil. 64. n. 2, 3.* Honded. *conſi. 40 n. 1. lib. 1.*

Quintò, quia nec etiam fideicommiſſa per viam conuentionis, & in contractibus conſtitui poſſunt, & ſi ſint conſtituta ad libitum reuocari poſſunt, vt dicam *infra in tertio caſu, n.* ....

Vltimò hanc opinionem probarũt Doct. *in d. l. licet, C. de pact.* præcipuè Iaſ. & Curt. iun. *nu. 15. & ſeqq.* Bart. *in l. vltima, n. 10. C. de pact.* Purpur. *in l. pactum, quod dotali, n. 2. C. de collat.* & ibi Dec. *n. 3.* Bart. *conſi. 212.* Ang. *conſ. 66. col. pen. in fi. verſ. hoc probo ex verbis,* Alexand. *conſ. 28. col. vlt. li. 3.* Corn. *conſ. 60. col. 2. lib. 2.* Iaſ. *conſi. 87. n. 3. li. 1. & conſ. 60. li. 3.* Soc. ſen. *conſ. 136. col. vlt. li. 3.* Bertrand. *conſ. 29. col. 1. lib. 1. in antiq.* Dec. *conſ. 184. n. 7. conſ. 203. col. 1. conſ. 225. conſ. 236. & conſ. 613. n. 2.* Curt. iun. *conſ. 15. col. 1.* Ruin. *conſ. 16. n. 17. lib. 2. & cõſ. 112. col. 1. 2. & 4. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 24. n. 65. li. 2.* Soc. iun. *conſ. 44. lib. 2.* Alciat. *conſil. 74. lib. 8. conſ. 8. conſi. 64. & conſ. 65. lib. 9.* Crauet. *conſ. 19. n. 7.* Ceph. *conſ. 44. n. 12. & n. 24. li. 1. conſ. 511. n. 24.* Decian. *conſ. 31. n. 64. 72 & n. 158 li. 1.* Menoch. *conſi 92. n. 12. conſ. 591. n. 5. & ſeq. & conſi. 1018. nu. 1. & ſeqq.* Odd. *conſ. 39. nu. 8. & ſeq.* Surd. *conſi. 247. n. 4. lib. 2.* Pereg. *conſil. 4. n. 1. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 51. nu. 25* Dur. *de arte teſtand. tit. 2. caut. 10.* Tiraquell. *de primog. iur. q. 6.* Ant. Gabr. *de pact. concluſ. 1. nu. 10.* Craſſ. *in §. ſucceſſio, q. 9. nu. 9. & ſeqq.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem Fachin. *libr. 5. controu. iur. capit. 84. 85. & 86.* Boer. *deciſ. 355.* Octau. *dec. Pedem. 100.* Theſaur. *dec. Pedem. 225.* 5

Et iſta opinio eſt receptiſſima, nec ab ea cõſulendo, & iudicando recedendum erit, nulla habita conſideratione quod contrariam ſententiam probauerunt Craue. *conſi. 19. dubio 2. & conſi. 130. nu. 10. & ſeq.* Roll. à Valle ſenſit, *conſi. 58. lib. 3.* & Franc. Marc. *deciſ. 597. per totam,* Ceph. *conſ. 511.* quos refert & ſequitur Odd. *conſ. 39. n. 16.* addo Decian *conſ. 73. lib. 3.* 6

Non obſtant authoritates prædictæ allegatæ ab Oddo, nam vltra alia quæ dici poſſent, Crau. *conſ. 19.* contrariũ tenet, vt patet ex dictis, *nu. 7.* loquitur enim Crauett. de pacto rerum particularium, Ceph. *conſ. 111.* contrarium etiam affirmat, vt habetur, *n. 34.* Decian. verò additus à me loquitur de pacto inito, iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis ex forma ſtatuti.

Ampliatur primò communis opinio, etiam in laudo arbitratoris, habente vim tranſactionis, illud enim non valeret ſi diceret, quod altero præmoriente ſine filijs alter ſuccederet ſecundum Ang. *conſil. 66.* refert & ſequitur Peregr. *de fideic. art. 51. n. 25.* 7

Ampliatur ſecundò, etiã in pacto initio in tranſactione, ſecundum Crauet. *conſ. 19. n. 7. & infra,* vbi patet ita in his terminis tranſactionis ipſum loqui. 8

Ampliatur tertiò, etiam in pacto de ſuccedendo in cauſa inteſtati, Iaſ. *in d. l. licet, C. de pact.* & ibi Curt. iun. *n. 15. & ſeq.* Alex. *conſi. 28. libr. 3.* Peregr. *de fideicomm. art. 51. n. 25.* Alciat. *conſi. 74. in fi. lib 8.* 9

Ampliatur quartò, vt procedat etiam, quando paciſcẽtes dixerunt hoc facere in executione voluntatis paternæ quando teſtamentum patris fuit nullum, ita ſcribũt Dec. *conſi. 488. dubio 3. nu. 16. & ſeq.* Ruin. *conſi. 7. lib. 3.* Menoch. *conſil. 591. nu. 4. verſ. ne. hic paciſcentes,* & ita ego conſului in vna de Coradellis, licet ibi tenuerim validam eſſe conuentionem, quia diſpoſitio non erat facta de omnibus bonis, ſed ſolum de re particulari. 10

Proba-

11 Probatur hæc opinio, quia teſtamentũ eſt publici iuris, nec eius forma priuatorum pactis alterari poteſt, *l. 3. ff. de teſt. l. ius publicũ, l. iuriſgentiũ, §. ſi paciſcar. ff. de pact. fi. ff. de ſuis & legit.* Et ſolemnitas teſtamenti pacto tolli non poteſt, Bart. *in d. l. 3. ff. de teſt.* Et ad hoc, vt diſpoſitio ſuſtineatur vt teſtamentum debet apparere de ſcriptura teſtamenti: non enim aſſertio partium poteſt facere, vt adſit fideicommiſſum, vbi nõ adeſt, cum per noſtrum affirmare, vel negare non mutetur veritas, Socin. iun. *conſ. 112. n. 2. 3. lib. 1.* Menoch. *d. conſi. 591. nu. 4. verſi nec hi.* Et ſi huiuſmodi conuentiones operarentur teſtamentum extare, & fideicommiſſum, eluſoria redderetur diſpoſitio iuris, quæ tantam requirit ſolemnitatem propter fraudum ſuſpicionem, & ad fraudes remouendas *l. fi. C. de fideicomm. iubemus, in fine, C. de teſtam.* Vnde ſolemnitas teſtamentorum à teſtatore, & contrahentibus remitti nõ poteſt, Bar. *in l. nemo p teſt, verſic. præterea omnia quæ, ff. de legat. 1.* & ibi alij, & ita arguunt Dec. *conſi. 488. nu. 18.* & Menoch. *d. conſ. 591. nu. 4.* Ruin. *conſi. 7. lib. 3.* qui loquuntur de patris voluntate inter filios.

Secundò non etiam poteſt illa diſpoſitio ſuſtineri vti pactum, & conuentio, ex illis omnibus rationibus conſideratis *ſupra n. 1. & ſeqq.* & ita arguunt Dec. & Menoc. *locis ſupra citatis.*

12 Contrariam ſententiam probauit Odd. *conſ. 39. num. 17. & ſeqq.* vbi vult diſpoſitionem valere non vt conuentionale fideicommiſſum, ſed vt fideicommiſſum paternum: niſi conuentio eſſet facta de vniuerſa hæreditate, quia tunc concedit non valere, ſed bene valere, quãdo fit de certis bonis iuxta terminos tertij caſus, quod autem valeat vt fideicommiſſum paternũ, mouetur. Odd. quia in diſpoſitione patris inter filios remiſſa eſt omnis ſolemnitas teſtamentaria, nec teſtes requiruntur pro ſolẽnitate, ſed ſolum ad probandũ, quod pater ita voluerit, Corn. *conſi. 215. n. 4. lib. 2. & conſi. 307. nu. 6. 7. lib. 3.* Natta *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, qu. 19. verſ. vnde tenendum, & verſ. concludendo, C. de teſta.* Et ſufficit, quod de voluntate conſtet ex confeſſione partium, vt dicunt Natta, & Corne. & plenè Tiraquell. *de priuil. piæ cauſæ, priuil. 2.* quod concedit etiam Ruin. *d. conſi. 7. n. 6. verſic. nec obſtat, lib. 3.*

13 Quod ſi conuentio facta eſſet non in executione voluntatis patris, ſed alterius, tunc ſine dubio non ſuſtineretur, Dec. Ruin. & Menoc. *citati ſupra n. 10.* concedit etiã Odd. loco ſupra ſtatim citato per rationes pro ampliatione deductas.

14 Nec obſtat ſi dicatur, approbationem teſtamenti eſſe validam, & eſſe obſeruandam, primò quia contractus ex conuentione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſ. & in reg. contractus, ff. de reg. iur. in 6.* Reſpondetur enim regulam eſſe veram, ſed fallere quando pactum eſt contra ius publicum, & publicam vtilitatem, & contra bonos mores, vt patet ex iam dictis.

15 Secundò obijci poteſt, *l. non dubium, §. illud etiam, C. de teſt.* vbi hæres qui agnouit voluntatem defuncti, quæ de iure non valebat, cogitur illam adimplere. Reſpondetur, quod hæres potuit approbare in ſui præiudicium, ſed tamen non poteſt voluntatem nullam approbare in vim teſtamenti, nec in vim ſimplicis conuentionis, cum pactum ſit contra ius publicum, & bonos mores, nec poſſint ſolemnitates teſtamentorum tolli pactis priuatorum, vt ſupra dictum eſt, & ita etiam reſpondet Dec. *d. conſ. 488. nu. 21.*

16 Tertiò, in contrarium videtur, *l. 2. C. de fideic.* vbi hæres, qui ſponte ſoluit fideicommiſſum inutiliter relictum non poteſt illud repetere: ergo idem in promittentibus ſoluere, & adimplere diſpoſita in teſtamento nullo: cum paria ſint ſoluere, vel promittere, *l. fi. C. ad l. Falc.*

17 Reſpondetur, quod illud procederet, niſi reprobatum eſſet pactum à iure tanquam contra bonos mores, & ius publicum, ita Dec. *ibi ſupra nu. 21. cum alijs ſupra adductis, nu. 11. verſ. probatur.*

Ampliatur quintò, vt nec talis conuentio ſuſtineatur, 18
licet ſit iurata, vt ſcripſerunt in ſpecie, Gloſ. *in l. pactum quod dotali, C. de collat.* & ibi Bart. & Salic. *n. 3.* vbi dicit Canoniſtas ita communiter tenere Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* & ibi Iaſ. *n. 11.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarum, Curt. iun. *in l. fi. nu. 5. C. de pact.* & ibi Cagn. *nu. 22.* teſtatur de communi opinione Did. *in c. quamuis pactum, in princ. part. 3. nu. 8.* vbi aſſerit hanc opinionem frequentius eſſe receptam, Alexan. *conſ. 28 lib. 3.* Alciat. *conſ. 74. n. 6. lib. 8.* vbi de communi, *conſ. 8 n. 16. conſi. 64. nu. 8. & 9. ad medium lib. 9.* Paril. *conſi. 24. nu. 55. libr. 2.* vbi plures alios cumulat Dec. *conſi. 488. nu. 19.* Soc. iun. *conſ. 44. n. 15. lib. 2.* vbi alios adducit, & teſtatur de communi opinione Franc. Becc. *conſi. 74 nu. 2.* Villal. *comm. op. in verbo, pactum n. 1.* Viu. *comm. opin. li. 1. in verbo, pactum, nu. 5.* Tiraquell. qui plures congeſſit, *de iur. primog. q. 6.* Fernand. Vaſ. *de ſucceſſ. creat. §. 18 n. 197.* Ant. Gabr. *de pact. concluſ. 1. nu. 11.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, Craſſ. *in §. ſucceſſio, q. 9. n. 7.* vbi plures allegat, & teſtatur eſſe magis communem opinionem Cacheran. *deciſ. Pedemont. 100. n. 12.*

Adducitur primò, quia iuramentum non conualidat 19
actum omnino nullum, maximè quando eſt nullus ipſo iure, Angel. *conſ. 160. col. 2.* Soc. iun. *conſ. 44. num. 71. & ſeqq. lib. 2.*

Secundò facit, quia actus celebratus contra legis pro- 20
hibitionem non confirmatur iuramento, *l. non dubium, in fin. C. de legibus, l. ſi quis inquilinos, §. vlt. ff. de legat. 1.* Marſ. *inter conſi. Crimin. conſi. 125. columm. 4. verſ. quia reſpondeo,* Soc. iun. *d. conſil. 44. nu. 20. lib. 3.*

Atqui lex prohibet huiuſmodi pactiones tanquam contra bonos mores, & contra ius publicum, vt dictum eſt, ergo.

Ratio, in actibus variabilibus ex mero arbitrio nemo 21
poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere, *l. ſi quis, in principio, ff. de legat. 3.* & plures refert, Socin. iun. *d. conſ. 44. nu. 23. lib. 2.* vbi poſt multos relatos tenet, nec poſſe iuramento fieri, vt non poſſit recedi à prima voluntate. Atqui habere aliquem ſucceſſorem bonorum pendet ex arbitrio, cum vltima voluntas ſit variabilis, *l. quod ſi iterum, ff. de adim. legat. & l. cum hic ſtatus, §. ait oratio, ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Quartò, pactum hoc de ſuccedendo eſt contra bonos 22
mores, *l. ex eo, C. de inut. ſtipul. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, ff. de verbor. oblig.* Atqui iuramentum non format conuentionem contra bonos mores, *cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. auth. quod eis, C. de nupt.* Soc. iun. *d. conſ. 44. n. 30. & ſeqq. lib. 2.* vbi latius confirmat. Menoc. *conſi. 401. nu. 195.* Honded. *conſi. 40. n. 14. libr. 1.*

Quintò iuramẽtum non ſupplet iuris publici formam, 23
l. ius publicum, ff. de pact. Bart. *in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ.* Doct. communiter *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Dec. *conſ. 184.* Alciat. & alij *in l. pactum quod dotali, C. de pact.* ſed deferre hæreditatem quis non poteſt, niſi ſub certa forma, vt dictum eſt ſupra *n. 11.* ergo &c. & hoc argumento vſus fuit *conſi. 74. n. 6. lib. 8. & in alijs conſilijs ſupra relatis.*

Cæterum contrariam opinionem probarunt, & malè 24
Bald. *in §. morib. tit. ſi de feud. fuerit cõtro. int. don. & agnat.* Ang. *conſ. 179. col. 1.* Menoc. *conſ. 923. n. 14.* Guid. Pap. *conſi. 31.* Auſr. *in addit. ad Capel. Tholoſ. 451. nu. 4.* vbi dicit ita per plura arreſta fuiſſe iudicatum, Theſaur. *dec. 225. n. 25. verſ. pro concordia,* vbi tamen dicit ad libitum ſubſtinente iuſta cauſa reuocari poſſe, Hond. etiam dicit hanc eſſe veriorem opinionem, *conſi. 40. n. 61. lib. 1.*

fatetur tamen aliam eſſe magis communem.

25 Non obſtat quod iuramentum ſit ſeruandum, quando ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt, *ca. cum contingat, ext. de iur. iur. c. quamuis de pact. in 6.* & in vtroque loco Doct. cum multis, quæ adduci poſſent. Et quod ſine periculo ſalutis frater ſuperſtes, vel eius filij ſuccedere poſſunt.

26 Reſpondetur enim quod id procederet, niſi pactum eſſet contra bonos mores, & contra ius publicum, quia tunc iuramentum non obligat: ſicuti etiam non eſt ſeruandum, quando interponitur ſuper actu nullo, vt hæc omnia probantur ex argumentis primæ opinionis.

27 Non obſtat *c. quamuis, de pact. in 6.* vbi pactum de hereditate viuentis confirmatur iuramento.

28 Reſpondetur enim quod ibi non aufertur libera teſtādi factio, nam pactum erat quod filia non ſuccederet, & illo pacto non obſtante poterat filia inſtitui, ſecundū magis communem, vt in ſpecie ſic reſpondet Soc. iun. *d. conſil. 44. nu. 31. lib. 2.* Præterea in illo pacto ceſſabat votum captandæ mortis, cum eſſet pactum de non ſuccedendo, vt aduertit ibidem Socin. At in pacto noſtro, & obſtat votum captandæ mortis, & pariter ſublata eſt libera teſtandi facultas, ergo &c.

29 Non obſtat, quod donatio inter virum, & vxorem eſt prohibita, quia eſt contra bonos mores, *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & dicit Aret. *conſi. 84. dubio ſecundo,* & tamen iuramento firmatur, Aret. *vbi ſupra,* Iaſ. *in l. pacta quæ contra, Cod. de pact.* vbi defendit & teſtatur de communi, Ceph. *conſi. 61. n. 13.* vbi dicit eſſe communem ſententiam Ant. Gabr. *de donat. concl. 3.* vbi plures allegat, & eſt receptiſſima opinio.

30 Reſpondetur (admiſſa opinione, quod iuramento firmetur hæc donatio) quod non eſt contra bonos mores, nec hoc probat, *d. l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.* quæ ſolum dicit moribus apud nos receptum eſſe ne valeat, & debet intelligi de moribus, hoc eſt de iure non ſcripto, & de cōſuetudine, *§. ex nō ſcripto, inſt. de iur. nat. gēt. & ciuil.* idē *in l. moribus in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & l. more, ff. de acquir. hæred.* & ita declarant Gloſ. *in d. l. 1.* Imol. *in c. cum contingat, circa fi. ext. de iur. iuran.* Iaſ. *in d. l. pacta, quæ contra. C. de pact.* Fort. Hiſp. *in tract. de vltimo fine iur. canon. & ciuil. pag. 20. col. 2. verſi. ſi tamen aliquis,* quos refert & ſequitur Soc. iun. *d. conſ. 44. num. 34. libr. 2.* Alias ſi donatio eſſet contra bonos mores non validaretur iuramento per *d. cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. & auth. quod eis, C. de nupt.*

31 Reſponderi etiam poteſt, quod per talem donationem aufertur libera teſtandi facultas, quod ſecus eſt in pacto de quo agitur, vt ſupra dictum fuit.

32 Nō obſtat, quod donatio de bonis præſentibus, & futuris ſuſtinetur iuramento, vt ſcribunt Panormit. *conſ. 18. ver. plus dico, lib. 1.* Dec. *conſi. 655. n. 12. & in l. pactum, quod dotal., col. 1. C. de pact.* vbi dicit eſſe veriorem opinionem, Corn. *conſ. 252. col. 3. lib. 3.* Cæpol. *conſil. Ciuil. 8. col. 4.* Crauet. *conſ. 129. col. vlt.* Soc. iun. *conſi. 65. num. 49. conſi. 143. nu. 36. libr. 1.* Did. *in rub. ext. de teſt. par. 2. num. 5.* & tamen iſta donatio aufert liberam teſtandi facultatem, eſtque contra bonos mores, ſed tamen non eſt cōtra bonos mores iure canonico inſpecto, ſed ſolum inſpecto iure ciuili, vt per Corneum, *conſil. 252.* ideo prohibita ſicuti non eſt talis donatio cum iuramento, idem erit in hoc pacto dicendum, quod licet iure ciuili ſit reprobatum, cum tamen nec iuri naturali, nec gentium repugnet, nec iuri canonico, nec peccatum cōtineat, debeat

33 iuramento firmari. Quod autem iuri naturali pactum non repugnet, nec contineat peccatum, probatur, nam tale pactum ſuſtinetur inter milites, & fauore piæ cauſæ, *l. licet, C. de pact.* & ibi Dec. Bald. *in l. fin. col. 5. C. de pact.* Bartol. *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.* Alex. *conſi. 152. col. 3. lib. 6.* Socin. iun. *conſil. 44. num. 8. lib. 2.*

Reſpondetur, quod immo donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum eſt nulla, licet iuramento ſit vallata, vt ſcribunt Bart. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta,* & ibi alij præcipuè Alex. Soc. iun. *n. 85. in auth. ſacramenta puberum, col. 16.* vbi dicit ita ſeruari in practica, Soc. iun. *conſi. 44. nu. 35.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Abbas *conſil. 48. lib. 2.* Bart. *in l. ſi quis in principio teſtamenti, col. vlt. ff. de leg. 3.* Corn. *conſil. 66. col. 3. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, Curt. iun. *in l. fi. nu. 57. C. de pact.* qui pariter de communi teſtatur, & ibi Hieron. Cagn. *n. 220.* Iaſ. *n. 37.* Purpur. *n. 240.* Paul. Caſt. *conſ. 82. in fin. lib. 2.* Ripa *lib. 3. reſp. c. 24.* Curt. iun. *conſ. 25.* Claud. *in l. licet, C. de pact.* Io. Lup. & Did. à Coſta, *in l. 69. Tauri,* Crauet. *conſi. 139. col. vlt.* qui pariter aſſerit eſſe communem, Grat. *conſ. 70. num. 27. lib. 1.* Menoch. *conſ. 184. n. 10.* vbi ſcribit hanc eſſe magis receptam opinionem, Honded. *conſ. 39. n. ... & ſeqq. lib. 3.* vbi teſtatur de magis communi opinione. 34

Reſpondetur ſecundò, non rectè argui à donatione bonorum præſentium, & futurorum, à pacto noſtro: nam illa, vt dictū eſt, non eſt contra bonos mores inſpecto iure Canonico: ſed pactum noſtrum eſt contra bonos mores, etiam iure canonico inſpecto, nam inducit votum captandæ mortis, vt probatur *in l. fi. C. de pact. ibi & periculoſi euentus,* & votum captandæ mortis etiam à iure Canonico eſt improbatū, *c. deteſtanda, & c. captandæ, de conſ. præbend. lib. 6.* & ita reſpondet Soc. iun. *d. conſi. 44. n. 37. lib. 2.* Et ideo talis conuentio dicitur etiam peccati nutritiua, & contra præceptum Decalogi, non occides, quod præceptum habet locum etiam in homicidio mentali, *c. homicidiorum, & c. periculoſæ, & cap. ſi cui, de pœnis diſt. 1.* idque colligitur, quia talis conuentio dat occaſionem voti captandæ mortis, vt in ſpecie ſcribit, Ripa *in ff. infort. de ſubſtit. reſp. 1. n. 28.* 35

Ampliatur ſextò, & ſi pactum ſit factum per verba donationis, Ceph. *conſi. 44. n. 16. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 51. n. 32. ad medium.* 36

Ratio eſt, quia hæreditas pacto dari non poteſt, *d. l. hæreditas, cum alijs adductis ſupra n. 1. & ſeqq.*

Contrarium tenuit Dec. *in l. pactum quod dotali, n. 3. C. de pact.*

Pro hac opinione facit, quia per viam contractus valet donatio hæreditatis, Glo. *in l. fin. C. de pact.* Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* & ibi Iaſ. *n. 17.* Dec. *in l. pactum quod dotali, in fine & in l. fi. n. 17. C. de pact.* & ibi Purpur. *n. 216.* Marz. *ſing. 333.* Iaſ. *conſil. 60. col. 1. li. 3. & conſi. 173. col. 5. verſ. tertio in terminis, lib. 4.* Dec. *conſ. 655. n. 11.* Ruin. *conſ. 125. n. 5. lib. 1. cōſ. 16. n. 4. & 10. lib. 2. & conſ. 7. n. 5. lib. 3.* Curt. iun. *conſil. 15. n. 2.* Gozad. *conſ. 87. n. 2. & 3.* Pariſ. *conſ. 26. n. 51. lib. 2.* Rub. *conſi. 95. n. 2.* Grammat. *conſ. 139. col. 2.* Soc. iun. *conſ. 80. n. 1. lib. 2.* Menoch. *conſil. 97. nu. 44.* Tiraquel. *de iure primog. q. 6. nu. 5.* 37

Non recedo tamen à prima opinione, quādo pactum eſt factum de hæreditate, vel omnibus bonis præſentibus, & futuris per verba donationis, *per d. l. hæreditas:* aliud verò eſſet, quando pactum eſſet de certis bonis, vel de certo genere bonorum, collatum tamen poſt mortem paciſcentium, & tunc valet, etiam retenta opinione: de qua in tertio caſu, quod non valeat pactum de certa re: & ita tenuit Alciat. *reſp. 74. num. 8. libr. 8.* vbi allegat Alex. *conſi. 83. lib. 2.* & ſequitur Peregr. *d. art. 51. nu. 32.* vbi tamen diſtinguit: quod aut verba poſt mortē promittentis, referūtur ad bona, vt quia dictum ſit, quod poſt mortem alterius ſine liberis bona obueniant alteri, & tunc non valeat pactum: Aut verba contractus ſunt promiſſiua, & obligatiua contrahentium de præſenti: & valeat pactum: & ita etiam diſtinguunt Præt. *conſi. 123. n. 10. & ſeqq.* & 38

Honded.

Honded.conſil.40.num.11, 14. num.55.lib.1.

39 Ratio autem quare tunc ſuſtineatur pactum factum per verba donationis de præſenti, collatum tamen poſt mortem eſt, quia non inducitur ex contractu bonorum obuentio poſt mortem, ſed inducit obligationem de præſenti, purificandam in caſu mortis, quod fieri poteſt, cum obligationes, & ad onus hæredum incipere poſſint, *l.11. C. vt act. ab hæred.* Old. *conſil.139.* Alciat. *d.conſi.74.nu.9.lib.8.* Peregr. *d.a.t.51.numer.32. ante finem.* Honded. *conſ.40 nu.12.lib.1.*

40 Limitatur autem primò hic caſus, quando conuentio fieret inter eos, qui habent poteſtatem legis condendæ in eorum territorio, quia ſuſtinerentur huiuſmodi pacta, vt in ſpecie ſcribũt, Purpur. *in l.ſi n.220.C.de pact.* Gomeſ. *in cap.1.n.107.de conſt.in 6.* Bart. *conſ.72.* Iaſon *conſ.46. lib.1.* Dec. *conſ.516.col.1. & ſeq. & conſil.655.* Gozad. *conſ.87.* Zaſ. *conſ.1.n.20. & ſeq.lib.2.* Soc.iun. *conſ.115. lib.1.* Campeg. *tract. de dot. part. vlt. qu.79.* Ang. Gabr. *de pact. concl.1.n.5.* & Peregr. *de fideicom. art.51.nu.34.* vbi dicit limitationem carere dubitatione in Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus.

41 Ratio eſt, quod quia ſicuti per legem id facere poterat igitur & per pactum: contractus enim Principum habent vim legis, *l.Caſar, ff.de public. l.pen. ff.de Decr. ab ordin. facien.* Bartol. *in l.pen. C.de donat. inter vir. & vxor.* & ita arguit Peregr. *d.art.51.n.34.* & ante eum Bal. *in l.precibus, col.vlt. C.de impub. & alijs ſubſtit.* vbi dicit, quod Principes ſunt leges animatæ, & eorũ teſtamenta & actus pro lege ſeruanda ſunt, per text. *in d.l.pen. C. de don. inter vir. & vxor.* Alex. *in l.Centurio, nu.26.* & ibi Claud. Aquent. *n.9. ff. de vulg. & pupill.*

42 Limitatur ſecundò, in militibus paciſcentibus, dum ſunt in caſtris, nam talia pacta valent in vim ſupremi iudicij, *l.licet, C.de pact.* & ibi Gloſ. Angel. Salic. Alex. Iaſ. Dec. Curt.iun. Claud. Aquent. & alij communiter, Surd. *conſ.517.n.2.verſ.demum, li.4.* Menoch. *conſ.923.n.12.* vbi loquitur etiam quando ſunt extra caſtra, Tiraquell. *de iur. primog. q.6.nu.24.* Peregr. *de fideic. art.51.num.33.* Honded. *conſ.40.nu.19.lib.1.* vbi dicit, quod licet ſit validum, poterit tamen ad libitum reuocari, nam cum ſuſtineatur fauore militum in vim vltimæ voluntatis, pactum eſſet oneroſum, ſi irreuocabile eſſet.

43 Limitatur tertiò in Marchionibus, & Comitibus, qui gaudẽt priuilegijs militũ, Menoch. *d.conſ.923.n.12.13.*

44 Contrarium quando non habent iuriſdictionem, & authoritatem legis condendæ, tenuit Peregr. & melius *de fideic. art.51.n.34. verſ.cæterum,* vbi allegat Octau. *dec.100.col.pen.* vbi patet ita iudicatum, idem voluit in nobilibus, Ripa *in ff. infort. reſp.1.n.26. & ſeq.*

45 Limitatur quartò, quando ageretur de fauore piæ cauſæ, Dec. *in d.l.licet, n.4.C.de pact. cum alijs citatis ſupra nu.33.* & hoc quia pia cauſa habet priuilegia militum, vt per Soc.iun. *conſ.44.n.8.lib.2.* vnde eſſet reuocabile, ſicut & in militibus eſt reuocabile, vt dixi *ſup.nu.42.*

46 Limitatur quintò, quando ex lege, vel conſuetudine loci hæc pacta eſſent approbata, nam tunc ſeruanda eſſent, vt in ſpecie ſcribunt, Decius *in l.pactum, quod dotali, nu.10.C.de pact.* Zaſ. *conſ.1.libr.2.* Ruin. *conſ.40. & conſil.59.lib.1.* Parif. *conſ.12.nu.8.lib.3.* Soc.iun. *conſ.65.lib.3.* Menoch. *conſ.1.n.163. & conſ.92.nu.52.* vbi dicit eſſe veriorem, & receptiorem opinionem, & ibi alios plures adducit Tiraquel. *de iur. primog. q.4. qu.6.nu.23. & q.7.* Craſſus *§.ſucceſſio, q.9.nu.8.* vbi dicit hanc eſſe communem, & receptam ſententiam, Peregr. *de fideicõ. art.51. num.35.* Franciſc. Marc. *deciſ.136.* Octau. *d.deciſ. Pedem. 100 num.4.in fine,* & Theſaur. *deciſ.225.nu.12.* vbi alios [illegible]

47 Ratio eſt, quia à lege, & conſuetudine poteſt induci noua ſuccedendi forma, & ſi *in l.licet, C.de pact.* hoc fuit

conſtitutum fauore militum, nulla eſt ratio cur idem lege vniuerſali ſtatui poſſit. Vlterius probatur, *in c.mulier. tit. de fil. nat. ex matrim. & c.filij nati, tit. ſi de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat.* vbi Bald. Aluar. & Card. notant pacta, de quibus in illis legibus, licet non valeant, tamen ex conſuetudine poſſe approbari.

Cæterum alij tenent, huiuſmodi pacta non poſſe ſtatuto, vel conſuetudine confirmari, & hanc tenuerunt pro- 48
barunt, Bald. *in l.2. colum.2. verſ. item in pacto, de futura ſucceſſione, C. quæ ſit long. conſuet.* Alex. *in addit. ad* Bald. *in l. Archimedoram, C. vt in poſſeſſ. legat. & in l.pactũ, col.2. verſ. fallit tamen hæc regula, C.de pact.* & ibi Iaſ. *colum.2.* Alex. *in l.vlt. ante fi. C.eod. & in l.pactum, col.1. verſi. vtrum autem,* & ibi Iaſ. *col.2.in 4.limit.* & Iac. à Sancto Georg. *poſt principium, C.de collat.* Alex. *in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, col.3. verſ. an autem poſſit, ff. de verbor. oblig.* & ibi Iaſ. *col.2.in vlt. not.* idem Iaſ. *in l.de quibus, col.17. verſ. & in conſuetudine, ff. de legibus.* Georg. Natta *in cap. quamuis, col.15. verſ. ex his regulã habes, de pact. lib.6.* Iaſ. *conſ.87.col.vlt. libr.1.* Bertrand. *conſ.29.col.1.lib.1.conſ.1.n.92.lib.2. & conſ.267.col.1. libr.3.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, nec ab ea recedendum eſſe iudicando, & conſulendo, Dec. *conſ.215. & conſ.236.col.vltim. cum alijs relatis* à Theſauro *dec.225. ante n.12.* Rip. *in ff. infort. reſp.1.n.26. & ſeqq.*

Mouentur iſti, quia vbicunque aliquid prohibetur fieri 49
per pactum, ob id quod ſit contra bonos mores, nõ poteſt nec fieri per ſtatutum, Bartol. *in l.omnes populi, in 3.qu. p inc. ff. de iuſt. & iur.* & ibi Ang. & alij, Bald. *l.non impoſſibile, in fin. ff. de pact.* Atqui hoc pactum eſt cõtra bonos mores, tum quia impedit liberam teſtãdi facultatem, tum quia affert votum captandæ mortis, vt ſupra dictum fuit, vbi etiam oſtenſum eſt tam contra bonos mores iuris ciuilis eſſe, quam etiam iuris Canonici. Et pariter cõſuetudo contra bonos mores, & peccati nutritiua non valet, vt probat Ripa *in ff. infort. reſp.1.n.26. & ſeq.* vbi etiam comprobat hanc eſſe conſuetudinem contra bonos mores, & peccati nutritiuam.

Reſpondetur primò doctrinam Bart. *in d.l.omnes po- 50
puli,* procedere, quando ſunt mali mores, qui per legem boni non poſſunt fieri repugnante lege naturali, ac diuina, quia tunc lex ciuilis non poteſt contrarium ſtatuere, vt not. *in l.vlt. C.ſi contr. ius vel vtil. public.* aliud ſi tales mores poſſunt effici boni remota legis prohibitione, ita Socin. *in d.l.pactum quod dotali, C.de pact.* Tiraquell. *de iur. primog. qu.7.n.6.* Atqui à lege poſſunt mores fieri boni, quod probatur, quia militibus conceſſum eſt, vt valeant iſta pacta, *in d.l.licet, C.de pact.* ergo &c.

Reſpondetur ſecundò, propoſitionem, quod ſtatuto 51
fieri non poſſit, quod per pactum fieri non poteſt, quãdo eſt contra bonos mores, procedere, quando mores continent turpitudinem, & ita loquitur Bart. *in d.l.omnes populi,* aliud ceſſante turpitudine, licet vigeat prohibitio iuris, quia hoc caſu ſtatutum valet, licet nõ valeret pactum, vt declarat ibi Bartol. Atqui facultas teſtandi eſt de iure ciuili, Angel. *in §.1. in auth. vt fact. non. conſt.* & quando etiam dicatur ſubſtantiam eſſe de iure gentium, adiectiones tamen ſunt de iure ciuili, Bart. *in l.interdũ, ff. de cond. indeb.* Et quod libera ſit facultas teſtãdi fuit introductum à iure ciuili, *l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig. l.ex eo, C.de inut. ſtipul. & l.1. C.de ſac. ſanct. eccl.* nimirum ſi iſta libertas teſtandi à ſtatuto mutari poteſt, *§.fin. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Et ita reſpondet Tiraquel. *de iur. primog. quæſt.7.n.5.*

Aduerte tamen, quod conſuetudo, vel ſtatutum non 52
operaretur quo ad bona alterius territorij, ita poſt alios Tiraquell. *de iur. primog. q.6. nu.13.* Octau. *deciſ. Pedemont. 100.col.vlt.* Peregr. *de fideic. art.51.nu.31.in fine.*

Intellige etiam quod ſi ſtatutum, vel conſuetudo ad- 53

mittere hæc pacta, quod tamen reuocabiliter conſerentur admiſſa, ita Theſaur. *deciſ.* 215. *n.* 13.

54 Limitatur ſextò, quando in vna familia extaret conſuetudo, quod altero moriente ſine maſculis, alij maſculi de familia ſuccedant excluſis, & dotatis fœminis, nam talis conſuetudo ſuſtinenda eſſet, ſecundum Ioan. Andr. *in Addi. ad Spec. in tit. de inſt. edit. § compendioſè, verſ. ſed nunquid dicemus, in add. parua, in verbo Caſtri*, Ang. *in l.* 3. *ff. de teſt.* & ibi Imol. *col.* 1. *in princ.* Roman. *in l. ſi non ſpeciali, col.* 1. *in fin. verſic. & pro iſta opinione, C. de teſt.* Iaſ. *in l. omnes populi, col.* 9. *verſ. an autem vna progenies. n.* 42 *ff. de iuſt. & iur.* & ibi Crot. *col.* 4. *verſ. imò non ſolũ*, Barbat. *in rub. de conſ. col.* 6. *verſ. & pondera accuratè.* And. de Iſern. *in c. Imperialem, §. præterea Ducatus, col.* 2. *verſ. ſed quomodo probatur, de probib. feud. alien. per Fed.* Crot. *in ca.* 1. *col.* 4. *in* 5. *notab. de conſt. in* 6. Curt. ſen. *conſ.* 67. *n.* 43. Soc. ſen. *cõſ.* 61. *col. vlt. verſ. qui immo etiã, li.* 3. Lofred. *conſi.* 14. *col.* 2. *verſ. quia imo vna prog.* Soc. iun. *conſ.* 65. *col.* 10. *& ſeq. verſ.* 4. *probatur. n.* 34. *li.* 1. *& conſ.* 62. *li.* 2. Guid. Pap. *conſ.* 131. Iaſ. *conſ.* 46. *n.* 3. *li.* 1. Pariſ. *conſ.* 96. *n.* 27. *li.* 2. *& conſ.* 72. *n.* 11. *lib.* 4. Natta *conſ.* 503. *n.* 15. *li.* 3. Pancir. *conſ.* 1. *n.* 99. Ruin. *cõſ.* 29. *n.* 6. *conſ.* 34. *n.* 5. *li.* 1. Neuiz. *inter conſ.* Brun. *conſ.* 11. *col. vlt.* Gaillar. *conſ. vlt. n.* 29. Bald. *conſ.* 347. *quæro quidã nob. lit. li.* 1. Menoc. *conſ.* 251. *n.* 18. Boer. *q.* 155. *n.* 29 Ant. Gabr. *tit. de conſ. conc. vlt.* Curt. iun. *tract. feud. p.* 3. *col.* 5. *verſ.* 8. *fallit*, Chaſſan. *in conſ. Burgũd. fol.* 118. *col.* 4. *& ſeq.* Albert. Brun. *in tract. ſtat. in verb. parentela, in fine*, Ioan. Campeg. *in tract. de dot. part. vlt. qu.* 79.

55 Verum à prædictis diſſentiunt alij multi, volentes familiam iuriſdictione, & facultate legis condendæ carentem non poſſe inducere hãc conſuetudinem, quæ valida ſit, & ſeruari debeat, ita inquam ſcripſerunt Ang. *in l. fin. C. de teſta.* Raph. Com. *in l.* 3. *ff. de teſtam.* & ibi Aretin. n. 4. Alex. *in l. ſi non ſpeciali, C. eod. col. vlt. verſ. & an illud*, Mart. Laud. *in diſput. incipit Augerius, col.* 9. *verſ. venio nunc ad deciſionem*, Gomeſ. *in cap.* 1. *pag.* 26. *verſ. noto nono de conſt. in* 6. *& pag.* 27. *verſ. non obſtat modo*, Ruin. *conſi.* 38. *col.* 5. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 51. *n.* 36. Octau. *deciſ. Pedemon.* 100. *col. penult.*

56 Hæc etiam opinio mihi magis probatur, nam familiæ carentes iuriſdictione non poſſunt condere ſtatuta, Bar. *in l. omnes populi queſt.* 1. *princip. ff. de iuſt. & iur.* cum infinitis allegatis à Tiraquell. *in tract. de iur. primog. qu.*
57 6. *n.* 2. Si ergo non poſſunt condere ſtatutum, cõſequenter nec conſuetudinem inducere, *l. forma, C. de of. Præf. Præt. cap. vlt. de off. ordin.* & ibi Hoſt. & Ioan. And. *cap. cũ inferior de maior. & obed.* Doct. *in cap. vlt. de hæret. in* 6. Bald. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & in l. ne quicquam, §. vlt. ff. de offic. Proconſ.* Alexan. *in l.* 1. *col.* 1. *ff. quod quiſq. iur.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Peregr. *in ſpecie tract. de fideic. art.* 51. *nu.* 36.

58 Retenta autem prima opinione, aduertẽdũ erit, quod conſuetudo familiæ cum ſit facti probanda erit, vt in ſpecie ſcribũt Guid. Pap. *conſ.* 131. *n.* 4. Ruin. *conſ.* 34. *n.* 10. *in fine lib.* 1. Menoch. *conſ.* 251. *n.* 19. Nec ſufficeret probare, quod maſculi excluſerint fœminas ſimpliciter, niſi probetur quod excluſerint in vim illius conſuetudinis, Anc. *conſ.* 299. *col.* 5. *verſ. ad ſecundam rationem*, Ruin. *conſi.* 208. *n.* 2 *lib.* 1. Crauet. *conſ.* 171. *n.* 14. *conſ.* 226. *col.* 2. *& conſ.* 124. *col.* 10. *verſ. ſecundò reſpondeo*, quos refert & ſequitur Menoch. *d. conſi.* 251. *n.* 20.

59 Si tamen acceſſiſſet Principis confirmatio ſuſtineretur conſuetudo, latè Dec. *conſ.* 516. *n.* 8. Peregr. *d. art.* 51. *nu.* 36. *in fine.* idem ſi approbata fuiſſet à populo. Tiraq. *d. q.* 16. *n.* 8. Ant. Gabr. *d. concl. vlt. n.* 7.

60 Quod ſi familia haberet ius ſtatuendi valeret conſuetudo, vt poſt multos relatos ſcribunt Tiraquell. *de iur. primog. queſt.* 16. *nu.* 7. & Ant. Gabr. *de conſuet. vlt. n.* 3. & concedit etiam Peregr. *d. art.* 51. *num.* 36.

Secundus caſus eſt, quando non agitur de vniuerſali 61
ſucceſſione, ſed de quota ſucceſſionis vniuerſalis, vt ſi dictum eſſet, quod altero ſine filijs moriente alter ſuccedat in dimidia hæreditatis, vel in dimidia omnium bonorum, & tunc etiam conuentio huiuſmodi non valet, vt in ſpecie ſcribunt Bald. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat.* & ibi Caſtr. Alexand. *in l. vlt. C. de pact.* & ibi Lancel. Dec. & Claud. Aquenſ. Dec. *in l. pactũ quod dotali, C. de collat.* Anchar. *in rubr. extr. de teſtam.* & ibi Imol. & conſulendo eandem ſententiam probarunt Alex. *in conſ.* 82. *n.* 17. *li.* 2. qui loquitur in pacto, quod alio decedente ſine filijs, alij ſuperſtites pro æqualibus partibus ſuccedant, Dec. *conſ.* 184. vbi in pacto de non auantagiando plus maſculos, quam fœminas, *conſ.* 303. *num.* 3. *conſ.* 613. *col.* 2. vbi in pacto dimidiæ hæreditatis, *& conſ.* 475. *n.* 21. *&* 26. Alciat. *conſ.* 9. *lib.* 6. vbi in conuentione, quod maſculi habeant duas partes bonorum, & fœminæ vnam, Soc. iun. *conſ.* 44. *libr.* 2. vbi de pacto dimidiæ bonorum, Pariſ. *conſ.* 26. *n.* 66. *libr.* 2. Crauet. *conſ.* 19. *nu.* 7. Torniell. *inter conſ.* Port. *conſ.* 81. *n.* 7. vbi teſtatur de cõmuni opinione Ceph. *conſ.* 44. *n.* 12. *lib.* 1. Decia. *conſ.* 31. *n.* 64. 72. *&* 188. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 92. *n.* 11. *conſ.* 591. *n.* 5. *& ſeq. conſi.* 1028. *nu.* 1. *& ſeq.* Odd. *conſi.* 39. Honded. *conſ.* 40. *n.* 9. *li.* 1. vbi alios allegat, & adducit, *§.* 1. *inſtit. de codicill.* Surd. *conſ.* 147. *n.* 4. *li.* 2. *& conſ.* 517. *n.* 2. *verſ. demum, lib.* 4. *n.* 3. *lib.* 1. *& in tract. de fideicom. art.* 51. *nu.* 26. *& ſeq.* vbi dicit hanc opinionem communiter recipi, Tiraquel. *de iur. primog. qu.* 6. *nu.* 22. Ant. Gabr. *de pact. concl.* 1. *nu.* 10. Fachin. *lib.* 4. *contro. iur. cap.* 84. 85. 86. Octau. *deciſ. Pedem.* 100. *n.* 26.

Probatur primo hæc opinio, *in l. pact. quod dotali, C. de* 62
pact. vbi non valet pactum in inſtrumento dotali, quod filia æqualiter ſuccedat cum filio: nam illo pacto non obſtante pater poterit ad libitum de bonis ſuis teſtari.

Secundò tota ſucceſſio dari pacto non poteſt, *d. l. hæ-* 63
reditas cum alijs ſupra citatis, ergo nec pars poterit, cum idem ſit iudicium totius, & partis, *l. an pars, ff. pro derelict. l. quæ, de tota, ff. de rei vendic.*

Tertiò, libertas teſtandi reſtringi non debet, *l. cũ duo-* 64
bus, §. idem reſpondit, ff. pro ſocio, & dictum fuit ſupra; addo Præt. *conſ.* 113. *n.* 22. *&* 24. Honded. *conſ.* 40. *n.* 10. ſed *n.* 49. reprobat argumentum in pacto rei particularis. Atqui ſi valeret pactum, ſequeretur quod pro parte quis haberet hæredem quem vellet, pro alia parte habere poſſet inuitum, ergo &c. & hoc modo conſtringi libertatem teſtandi conſiderarunt Bart. *conſi.* 72. *col.* 1. *in fi.* Soc. iun. *conſi.* 143. *nu.* 39. *lib.* 1. Dec. *conſi.* 23. *nu.* 2. quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideicomm. art.* 51. *n.* 27.

Quartò, pactum eſt contra bonos mores, quia inducit 65
votum captãdæ mortis, vt ſupra dictum eſt, & hoc poteſt contingere tam in parte, quam in toto.

Cæterum à prædictis malè diſſenſerunt alij, volentes 66
huiuſmodi pacta de quota ſucceſſione eſſe valida, ſic Pet. *in l. fi. C. de pact.* & ibi Cin. & Bald. Iaſ. *conſi.* 211. *col.* 3. *lib.* 2. *& conſi.* 173. *col.* 5. *libr.* 4. Menoch. *conſi.* 92. *n.* 51. hanc tenet quando ſucceſſio eſt de quota bonorum.

Ratione illa mouentur, quia non aufertur libera teſtãdi facultas in alijs bonis: ſed tamen nõ eſt bona ratio, quia ſi non tollitur, ſaltem reſtringitur, quod fieri non debet, vt dictum fuit: vnde conſulendo, & iudicando non erit recedendum à prima opinione, quæ receptiſſima eſt.

Declarandus tamen eſt hic caſus ſecundum dicta ſupra in primo caſu.

Declarari etiam poterit, quando pactum eſt factum 67
fauore matrimonij, quia valeret, Crauet. *conſi.* 256. *nu.* 2. & Menoch. *conſi.* 1. *n.* 162. *& conſ.* 92. *nu.* 4. pro quorum opinione facit, *l. Diui Conſtantini, C. de nat. liber. & l. ſi inter, ff. de pact. dotal.* [Et cum hac declaratione tran-

ſeunt

ſeũt etiam Rip. in ff. vet. de pact. dotal. reſp. 1. n. 3. Boer. deciſ. 355. & Anton. Gabr. de pact. concl. 1. n. 5. in fine.]

Contrariam opinionem probauit Fachin. lib. 5. contr. iur. capit. 87. cuius opinio poſt alios relatos à Tiraquello, de iur. primog. q. 6. probatur in l. pactum quod dotali, & in d. l. hæreditas, C. de pact. [Idem tenent Rip. in infort. de ſubſtit. reſp. 1. n. 19. & ſeqq. Peregr. d. art. 51. nu. 21. in fine, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 57. nu. 100. rurſus Peregr. deciſ. 50.]

Ego dico, quod ſi pactum verſatur circa dotem, vel donationem propter nuptias, quod procedat prima opinio, & ita in his terminis loquuntur, d. l. Diui Conſtantini, & d. l. ſi inter, quæ volunt talia pacta eſſe valida, aliàs procedat ſecunda opinio, in cuius terminis loquuntur, d. l. hæreditas, & d. l. pactum quod dotali, C. de pact.

68 Tertius caſus eſt, quando pactum reſpicit res certas, & particulares, non autem totam hæreditatem, & ſucceſſionem, vel quotam, vt ſi dictum fuiſſet, quod altero moriente alter ſuccedat in bonis immobilibus, vel in tali domo, villa, caſtro, vel poſſeſſione, & tunc licet paciſcentes vſi ſint verbo, ſuccedat, validum erit pactum: ita ſcribũt Alber. in l. fi. C. de pact. & ibi Ioan. Fab. Salicet. col. penul. & Iaſ. limit. 4. Io. Fab. in l. 1. C. ſi manc. ita fuer. alien. & in §. ſi quis alij inſtit. de inutil. ſtipul. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n. 11. ff. de verb. oblig. & ibi Crott. n. 65. Guliel. Benedict. in cap. Rainutius, in verb. duas habens filias, num. 217. extr. de teſtam. & conſulendo Old. conſ. 139. Bart. conſ. 72. Angel. conſ. 5. Paul. de Caſtr. conſ. 234. ſuper puncto lib. 2. Alex. conſ. 29. n. 10. conſ. 59. lib. 5. & conſ. 83. n. 6. libr. 2. & ibi Modern. Pariſ. in addit. Bellam. conſ. 17. Abbas conſ. 18. ad fin. libr. 1. Iaſ. conſil. 233. col. 4. conſ. 211. lib. 2. conſ. 17. lib. 3. & conſ. 173. colu. 5. libr. 4. Bertrand. conſ. 121. col. vlt. li. 1. in nouis. Bart. Socin. cõſ. 10. n. 18. lib..... Dec. conſ. 225. col. pen. conſ. 236. col. vlt. conſ. 516. conſ. 578. n. 4. 5. & conſ. 655. Caſſan. conſi. 39. n. 5. Curt. iun. conſ. 1. n. 16. conſ. 81. n. 4. conſ. 269. nu. 2. & 3. Gozad. latè conſ. 87. Ruin. conſ. 126. col. 2. lib. 1. conſil. 61. n. 12. li. 2. & conſ. 212. n. 8. & ſeq. lib. 4. Pariſius conſ. 26. n. 84. & ſeq. lib. 2. conſ. 1. n. 115. & ſeq. lib. 3. & conſ. 72. col. 2. lib. 4. Gratus conſ. 19. n. 13. lib. 1. Brun. conſ. 8. n. 34. & conſ. 9. n. 10. Zaſ. conſ. 1. n. 15. lib. 2. Campeg. conſ. 11. col. 6. verſ. quantũ igitur. Soc. iun. conſ. 76. n. 52. conſ. 243. lib. 1. & conſ. 80. nu. 1. lib. 2. Crauet. conſ. 19. nu. 7. Marcab. conſ. 6. n. 5. & ſeq. Rub. Alex. conſ. 95. n. 3. Natt. conſ. 474. Hieron. Gabr. conſ. 137. n. 17. & 33. verſ. hinc eſt, & n. 37. lib. 1. & conſ. 36. n. 1. lib. 2. Port. Imol. conſi. 36. & conſ. 80. & ibi Torniel. in conſ. ſeq. n. 7. & 9. vbi teſtatur hanc eſſe cõem opinionem, Ceph. conſ. 44. n. 3. & 24. lib. 1. Berett. conſ. 56. n. 5. & 7. Dec. conſ. 31. n. 64. 72. & 158. lib. 1. & conſ. 73. n. 2. lib. 3. Honded. conſ. 40 nu. 32. & 47. lib. 1. & per tot. conſ. vbi n. 51. & ſeq. tollit authoritates in contrarium citatas, Menoch. conſi. 1. n. 161. conſ. 91. nu. 48. conſ. 923. n. 13. verſ. 2. & conſ. 1126. vbi latè, Odd. conſ. 22. n. 2. verſ. cui ſolido, & conſ. 39. nu. 14. & ſeqq. n. 20. Franc. Hotom. conſ. 1. verſ. quantum ad ſecundam obiectionem, vbi tam ex rigore iuris, quàm æquitate, & conſuetudine oſtendit hanc opinionem procedere, Peregr. conſ. 4. n. 1. lib. 1. Surd. conſ. 247. n. 4. & conſil. 517. nu. 2. verſ. demum. Et in tractatibus Hipp. ſing. 331. And. Gail. lib. 2. Pract. obſeruat. obſer. 126. n. 2. & ſeqq. Campeg. tract. de dot. par. vlt. q. 79. Arnol. Feron. in cõſuet. Burdeg. tit. de teſta. §. 22. Ant. Gab. de pact. concl. 1. Peregr. de fideic. art. 51. nu. 29. & ſeqq. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Craſſ. in §. ſucceſſio, q. 9. n. 10. & ſeq. vbi teſtatur hanc opinionem viu receptiſſimã, Guid. Pap. q. 267. Et in deciſionib. Octau. dec. Pedem. 100. nu. 26. Theſaur. dec. 225. num. 11. Magon. dec. Florent. 102. Ceſ. Barz. dec. Bonon. 14.

69 Mouentur Doct. quia pactum de ſuccedendo in certis rebus, vel in certo genere bonorum, non eſt pactum de futura ſucceſſione, quia non eſt de iure hæreditario in tota, vel quota, per quod ius hæreditarium hæres repræſentat defunctum actiuè, & paſſiuè, ſiue de tota agatur, ſiue de quota. Vlterius ceſſant rationes, quæ impediunt pacti de ſuccedẽdo validitatem: quarum prima, eſt, quod ex eo inducitur votum captandæ mortis: ſecunda, quod tollitur libera facultas teſtandi, propter quod pactum dicitur contra bonos mores, tertia, quia hæreditas, ſeu eius quota pacto dari nõ poteſt. Hæ enim rationes ceſſant, & prima ceſſat, quia illa conſideratur, quando agitur de ſucceſſione tertij, non autem ipſorum paciſcentium, Doct. in l. vlt. C. de pact. cum alijs allegatis ab Hõded. conſ. 40. n. 32. & ſeq. li. 1. Secunda etiá ceſſat, quia agitur de certis rebus tantum, propter quod non tollitur libera teſtãdi facultas. Bar. in d. l. ſtipul. hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & ibi alij communiter, & plures congeſſit Hond. d. conſ. 40. n. 38. Tertia pariter ceſſat, cum agatur non de hæreditate, nec de quota, ſed de certa re, & ita arguunt Menoc. & Hond. locis citatis, vbi latius comprobatur.

Reſpondetur, quod licet ceſſent prædictæ rationes, quod tamen non ceſſant aliæ rationes conſideratę pro ſecunda opinione, vt dicam ſtatim, quod ſc. lex dedit certas formas contrahendi, & alias formas diſponendi per vltimam voluntatem, & quæ rationes habent locum, tam quando agitur de re particulari, quam ſi ageretur de tota vel quota hæreditatis, ita reſpondet Menoc. d. conſ. 1028. n. 12. verſ. ſicuti. Hoc tamen non eſt verum, vt dicam infra nu. 75. Immo in pacto de re particulari dicimus fieri poſſe contractum, etiam poſt mortem, vt latè comprobat Honded. conſi. 40. n. 34. & ſeqq. & n. 55. lib. 1.

70 Contrariam igitur ſentẽtiam, quod nec valeat pactum de re particulari, vel de certo genere bonorum, ſicuti non valet de vniuerſali ſucceſſione, vel quota, tenuerũt Imol. in rubr. ext. de teſt. & ibi Anchar. Alciat. in l. licet, C. de pact. & in l. pactum quod dotali, n. 8. C. eod. Purpur. in d. l. licet, n. 43. & in l. fi. n. 218. C. de pact. Butrigar. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 11. ff. de verb. oblig. & ibi Io. Bolog. n. 63. Angel. conſ. 66. Alex. conſ. 28. n. 11. lib. 3. Caſſan. conſ. 63. n. 36. in fi. Dec. conſi. 63. in fin. iunctis dictis ante col. 2. in princ. conſ. 300. colu. 1. conſ. 475. conſil. 488. conſ. 578. n. 4. & conſ. 608. n. 3. Curt. iun. conſ. 25. n. 7. Soc. iun. conſ. 44. n. 14. lib. 2. Bero. conſ. 30. n. 28. & ſeq. lib. 3. Ruin. conſ. 129. n. 6. lib. 1. conſ. 16. n. 1. 2. iuncto nu. 17. verſi. nec etiam prædictis, lib. 2. Alciat. conſil. 74. n. 7. conſ. 118. lib. 8. conſ. 8. nu. 17. & ſeq. conſ. 65. nu. 1. lib. 9. Pariſ. conſ. 24. n. 55. & 56. & conſi. 26. nu. 111. lib. 2. Neuiz. in addit. ad conſ. Brun. n. 3. Siluan. conſ. 90. n. 3. Cran. conſ. 139. col. 2. Simod. de Pret conſ. 123. num. 22. & 24. Menoc. conſ. 85. n. 30. conſ. 325. n. 6. conſ. 794. n. 8. & cõſ. 1028. n. 7. vbi dicit eſſe communem opinionem, & tollit plures authoritates in contrariũ adductas. Dec. conſ. 48. n. 22. lib. 2. Tiraq. de iur. primog. q. 6. Capel. Toloſ. q. 452. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. nu. 16. & §. 18. nu. 204. Pirrus Anglebar. tract. de donat. int. vir. & vxor.

71 Primò facit pro hac opinione, quia à lege diſtinctus & traditus fuit modus & forma contrahendi ac diſponẽdi in vltimis voluntatibus, l. 1. ff. de petit. hæred. l. codicillus, §. vlt. ff. de leg. 2. & §. fi. inſtit. tit. per quas perſo. nob. acquir. lex autem non permittit, quod modus iſti confundantur, nec vnus pro alio capiatur, l. vlt. ff. de ſuis, & legit. ſicuti etiam idem ſtatutum fuit de teſtamento, & codicillis, §. 1. inſtit. tit. de codicill. ne ergo confundantur modus & formæ contractuum, & vltimarum voluntatum, non poterit ſic contrahi, & ita arguit Menoch. d. conſi. 1028.

72 Secundò facultas teſtandi conceſſa eſt ex quadam gratia, & indulgentia, Gloſ. in l. inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. Abb. in rub. ext. de teſt. in principio, quæſt. 3. confertur enim diſpoſitio in tempus mortis, quo res non eſt amplius teſtatoris, ſed tamen lex dedit facultatem diſpo-

niendi, dummodò ſub certa forma, & ſolemnitate id fieret, hoc eſt per viam teſtamenti, *l. 3. vbi Gloſſ. ff. de teſt. text. in l. ſocietatem, & in l. fratres, §. idem reſpondit, ff. pro ſoc.* & iſtud locum habet, ſiue agatur de re vniuerſali, ſiue de re particulari, & ita argumentatus fuit Alciat. *conſ. 591. n. 4.* ſecundum antiquam impreſſionem, & ſecundum nouam *in conſi. 74. n. 7. 8. lib. 8. & conſi. 64. n. 2. lib. 9.* & Menoch. loquutus fuit, *d. conſ. 794.*

73 Tertiò facit authoritas eorum, qui ſcripſerunt, legatum ita fieri non poſſe, vt non poſſit ad libitum reuocari, cum enim ſui natura ſit reuocabile, *l. 3. vlt. ff. de adim. leg.* non poteſt quis legem ſibi imponere, quod reuocari non poſſit, etiam ſi dictum ſit in caſu reuocationis ex nunc, prout ex tunc, rem illam iure donationis irreuocabilis inter viuos donare, vel aliter pactum eſſet conceptum, Bald. *in l. ſancimus, C. de teſtam.* Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 4. ff. de verb. oblig.* & ibi Claud. & Curt. iun. *nu. 4.* Aretin. *in l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſt.* Angel. *conſil. 66. ad fin.* Paul. de Caſtr. *conſ. 420. num. 2. lib. 2.* Alex. *conſ. 29. num. 10. lib. 5.* Iaſ. *conſi. 6. col. 5. lib. 3.* Dec. *conſi. 475. num. 17.* Ruin. *conſ. 129. nu. 4. lib. 1.* Curt. iun. *conſ. 56.* Soc. iun. *conſ. 114. colum. 1. lib. 3.* & tamen eſt diſpoſitio rei particularis, ergo &c.

74 Quartò accedit opinio eorum, qui dixerunt, in contractibus non poſſe fideicommiſſum conſtitui, ſic Menoch. poſt alios relatos *conſ. 85. n. 28. & ſeqq.* Peregr. *de fideic. art. 1. nu. 15. & ſeqq.* Alciat. *conſ. 517. num. 3.* Rimin. iun. *conſ. 566. & conſ. 824. num. 30.* cum alijs congeſtis ſupra *q. 14.* Et in ſpecie arguit Alciat. *reſp. 64. num. 5. libr. 9.* vbi *nu. ſeqq.* dicit, quod ſi ſit factum fideicommiſſum in contractu, poteſt ad libitum reuocari, cum natura vltimarum voluntatum ſit, vt reuocari poſſint, & ſint ambulatoriæ vſque ad mortem, *d. l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg. 3. l. 1. C. de ſacro. ſanct. eccl. & l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.*

Quintò adducitur tex. *in d. l. licet, C. de pact.* qui loquitur de rebus.

Non erit tamen recedendum à prima opinione, quæ ſine dubio eſt verior, & magis communis, & eam vidi in facto ſæpius ſeruari, & præcipuè obtinui per conformes ſuper conuentione inita inter Ser. Gaſparem de Bartolis cum fratre, in qua factum fuerat pactum ſuper bonis paternis, & maternis de inuicem ſuccedendo altero ſine filiis mortuo, & ſecunda ſententia lata fuit à Doctiſſimo D. Co. Alphonſo Proualeo, per quam fuit confirmata prima iudicis ordinarij lata pro validitate pacti. In alia etiam grauiſſima cauſa de Coradellis, diſputabatur inter alia de fideicommiſſo facto in iſtrumento Deeſſionum inter D. Ioan. Marcum & fratres de Coradellis de bonis paternis excepta legitima, & in principio Aduocati partis aduerſæ oppenebant de hoc fideicommiſſo conuentionali, tandem ſiluerunt ſcientes non poſſe illud annullari.

75 Ad contraria autem reſpondetur, & ad primum, & ſecundum, quod lex non prohibuit in contractibus diſponi de rebus ſuis etiam poſt mortem, immo conceſſit *vt in l. quoties, C. de dona. quæ ſub mod. & in l. hæredibus, ff. de leg.* vnde quod nõ eſt prohibitum cenſetur permiſſum, & latè hoc probat Honded. *conſil. 40. numer. 37. & num. 55. lib. 1.*

76 Ad tertium reſpondetur non eſſe omninò tutam opinionem eorum, qui dixerunt legatum per pactum non poſſe fieri irreuocabile, vel per viam donationis, nam contrarium tenuerunt Roman. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* & ibi Alexand. *num. 3.* & Crott. *num. 13.* Imol. *in d. l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſtam.* & concludendo Roman. *conſil. 293.* Paul. de Caſtr. *conſ. 324. col. 2. lib. 2.* Dec. *conſ. 293.* & Torniel. *d. conſil. 81. num. 18. & hos allegat* in ſpecie reſpondendo Peregr. *d. articulo 51. numero 31, verſ. ſed hæc recit.*

Reſpondetur ſecundò, obiectum procedere, quia teſtator diſpoſuit per viam ſui natura reuocabilem, & ſic per viam legati: nimirum ſi non poteſt ſe obligare ad nõ reuocandum, id quod de ſui natura eſt reuocabile, aliud eſt quando per viam contractus, & actum promiſſiuum quis promittit aliquam rem non legare, vel de ea non teſtari, ita poſt Torniel. & Soc. iun. reſpondet Peregr. *d. art. 51. n. 31. circa fin.* Honded. *conſi. 40. n. 52. lib. 1.* 77

Ad quartum reſpondetur, magis receptam eſſe opinionem, quod in contractibus poſſint fieri fideicommiſſa, ſic tenent Magon. *deciſ. Florent. 71. n. 6.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 85. nu. 6.* Milan. *deciſ. 8. nu. 395. lib. 1.* Burd. *deciſ. 144. n. 6.* Farin. *deciſ. Roman. 464. in fine*, cum alijs à me congeſtis *d. quæſt. 14.* 78

Ad quintum de *l. licet reſpondetur*, quod dum in illo textu ſit mentio de rebus, intelligitur de vniuerſali ſucceſſione, vt ibi declarant Bart. *n. 3.* Bald. *n. 2. 5.* Caſtr. *n. 3.* Salic. *n. 2.* Iaſ. *n. 13.* Dec. *nu. 8.* & Curt. iun. *nu. 7.* & ita reſpondet etiam Honded. *d. conſ. 40. n. 54. lib. 1.*

Secunda tamen opinio non procederet, quando pactũ eſſet conceptum per verba donationis collatæ poſt mortem paciſcentium, vt dictum eſt *ſupr. n. 39.* 79

Tenendo primam opinionem communem.

Ampliatur primò, vt pactum dicatur factum de certa re, quando eſſet factum de hæreditate alicuius, puta de hæreditate patris, vel matris, ſic in ſpecie conſuluerunt Old. *conſ. 139.* Angel. *conſ. 179. col. 1.* Ruin. *conſ. 7. nu. 5. lib. 3.* Menoch. *conſ. 591. nu. 4.* Peregr. *de fideicomm. art. 51. nu. 29.* quos etiam allegaui in illis cauſis ſupra relatis de Bartolis & Coradellis. 80

Et facit, quia grauatus reſtituere hæreditatem, quæ aliunde obuenit teſtatori dicitur particulari non vniuerſali fideicommiſſo grauatus, *l. cogi, § ſed & ſimiles, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. & alij, Crauet. *in l. 1. nu. 144. ff. de leg. 1.* Simon. de Pret. *conſ. 305. n. 16. lib. 1. & de interpr. vlt. vol. fol. 273. n. 2. verſ. illud verò.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr. 7. tit. 2. n. 7.* Peregr. *de fideic. art. 5. nu. 42.* 81

Ampliatur ſecundò, vt etiam pactum dicatur de re certa, quando eſſet ſimpliciter conceptum de bonis præſentibus, Bart. *in l. fin. n. 11. C. de pact.* Peregr. *de fideicomm. art. 51. nu. 32. ad medium, & alij relati in ſeq. ampliatione*, qui in fortioribus loquuntur. 82

Ampliatur tertiò, vt pactum dicatur de re certa, quando ſimpliciter eſſet conceptum de bonis, quia intelligitur de præſentibus, Bart. *in dict. l. fin. n. 11. C. de pact.* Alciat. *conſ. 8. lib. 9.* Cepol. *conſ. 44. num. 5. lib. 1.* Pereg. *d. art. 51. n. 25. & nu. 32. ad medium*, & in his terminis loquuntur multi ex citatis *in ſeq. ampliatione*, & ſenſit Honded. *conſ. 39. n. 31.* 83

Ampliatur quartò, vt pactum de re certa dicatur, quãdo relatum eſſet ad bona tunc per paciſcentes poſſeſſa. Alber. *in d. l. fin. col. 3. in fine, C. de pact.* & ibi Salicet. *col. pen.* & Iaſ. Angel. *in l. ſancimus, poſt principium, Cod. de donat.* Romanus *in l. Attilius, ff. de donat.* & ibi Imol. Alex. *in d. l. licet, col. vlt. C. de pact.* & ibi Iaſ. *colum. vlt.* Dec. *col. vlt.* & Iacob. de ſancto Georg. *col. 1.* Iaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 9. verſicul. ſecundò hoc prouenit, ff. de verb. oblig.* Angel. *conſil. 179.* Alex. *conſil. 83. col. 2. lib. 2.* Iaſ. *conſ. 211. colum. 5. lib. 2. conſ. 5. col. 4. conſ. 11. col. vlt. conſ. 60. col. 1. lib. 3. & conſ. 173. colu. 6. verſ. tertiò in terminis, lib. 4.* Bertrand. *conſil. 121. col. 2. lib. 4.* Dec. *conſ. 516. col. 1.* Guid. Pap. *conſ. 31. colu. 2. & conſ. 214. col. 5.* Ruin. *conſ. 126. col. 3. lib. 1.* Soc. iun. *conſ. 143. n. 27. libr. 1.* Io. Andr. *in addit. ad Specul. de inſtrum. edit. §. porrò, col. vlt.* Manſuet. *tit. de ſociet. §. item quando in contractu*, Peregr. *de fideicom. art. 51. nu. 32.* Boer. *deciſil. 355.* & ita etiam ego conſului in vna de Bruno de Valle Camonica. 84

Ampliatur

85 Ampliatur quintò, vt etiam laudum, & tranſactio valeant, quando in eis diſponitur, quod altero decedente ſine filijs alter ſuccedat in certis bonis, puta in bonis mobilibus, & immobilibus, & ſic non reſpiciat vniuerſitatem ſucceſſionis, nec quotam, Iaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, colum. 7. ff. de verb. oblig.* Angel. *conſi.* 5. Alexand. *conſi.* 59. *col.* 1. *lib.* 5. Curt. iun. *conſi.* 1. *nu.* 16. *& conſi.* 81. *nu.* 4. Iaſ. *conſ.* 17. *col. vlt. lib.* 3. *conſ.* 211. *col.* 3. *& conſil.* 233. *col.* 5. *lib.* 2. Parii. *conſ.* 26. *num* 88. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 112. *n.* 8. *lib.* 4. Soc. iun. *conſ.* 143. *col.* 4. *lib.* 1.

86 Ampliatur ſextò, idem eſſe, quando fieret pactum, vel tranſactio de omnibus bonis reſeruata aliqua re, nam valeret, cum non dicatur ſublata libera facultas teſtandi, Bart. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* dum vult valere donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum aliqua re reſeruata, & idem cum Bart. de donatione ibi ſcripſerunt alij, vbi Iaſ. *nu.* 10. & eſſe communem opinionem dicit Clar. *in §. donatio, q.* 19. *verſ. ſecundo principaliter,* Ceph. *conſ.* 288. *nu.* 28. Anton. Gabr. *conſ.* 139. *n.* 1. *lib.* 1.

87 Et in ſpecie, vt valeat pactum de omnibus bonis re aliqua reſeruata, ſcribunt Ruin. *conſ.* 112. *n.* 8. *lib.* 4. Angel. *conſ.* 5. Alex *conſ.* 59. *lib.* 5. alios refert, & ſequitur Meno. *conſ.* 1126. Hond. *conſ.* 39. *n.* 1. *lib.* 1. vbi de communi.

Intelligo tamen procedere, dummodò ſit facta reſeruatio eo expreſſo, vt poſſit de eo teſtari, vt ſcribũt Meno. *conſ.* 184. *n.* 5 Clar. *in §. donatio, q.* 19. *in fi.* Honded. *conſ.* 39. *n.* 14. *lib.* 1. quod tamen mihi non placet, cum ſufficiat ſimplex reſeruatio, vt dicit Hier. Gab. *conſ.* 139. *n.* 2. *li.* 1.

88 Ampliatur ſeptimò, vt nec tale pactum poſſit reuocari, ita vt decedens poſſit de illis bonis facere teſtamentũ, Crau. *conſ.* 19. *n.* 12. *& ſeq.* Ceph. *conſ.* 301. *n.* 112. *conſi.* 12. *n.* 77. *& conſ.* 613. *n.* 26. Dec. *conſ.* 31. *n.* 63. *& conſi.* 41. *n.* 37. *& ſeq. li.* 1. Menoc. *conſ.* 92. & Odd. *d. conſ.* 39. *n.* 25. & ita ego tenui in dicta cauſa Vallis canonicæ, addo Hond. *conſ.* 40. *n.* 69. *lib.* 1. Hier. Gab. *conſi.* 137. *n.* 30. *lib.* 1. Contractus enim qui à principio ſunt voluntarij, ex poſt facto ſunt neceſſarij, *l. ſicut, C. de act. & oblig.*

Contrariam ſententiam malè probauit Bero. *conſ.* 30. *n.* 23. *&* 25. *lib.* 3.

89 Amplia octauò, vt ad validitatem conuentionis non ſit neceſſaria inſinuatio, ſecundũ Alex. *conſ.* 83. *n.* 6. *verſ. & ſubdit, lib.* 2. quem refert & ſequitur Odd. *conſ.* 22. *nu.* 3.

90 In caſibus tamẽ, quod pactum valeret, duos teſtes ſufficeret ſecũ tũ Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 17. *n.* 193. voluit & Honded. in pacto reciproco, licet ex forma ſtatuti quinq; teſtes requirerentur *in conſ.* 40. *n.* 15. *&* 63. *li.* 1.

91 Declaratur tamen hoc dictum, quando eſſemus in caſu, quod pactum de ſuccedendo reuocari poſſet, nã quinque teſtes eſſent neceſſarij, ad hoc vt ille, cui acquiritur ſucceſſio non mutata voluntate, poſſit ex pacto habere, vt ſcribit Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 17. *num.* 252. *verſ. putarem tamen,* cum alijs citatis ab Honded. *conſ.* 40. *nu.* 22. *lib.* 1. vbi allegat Dec. *in d. l. licet, nu.* 2. & Alexan. *ibi n.* 4. qui tamen loquuntur de pacto reciproco habere vim donationis cauſa mortis.

92 In caſibus autem, de quibus dictum fuit ſupra conuentionem valere, ſiue agatur de tota ſucceſſione, vel quota, ſiue de re particulari, dubium oritur, an ſolẽnitas requiſita à ſtatuto in donationibus, puta quod quinque teſtes adhibeantur, vel duo notarij, vt Brixiæ habemus tale ſtatutum, an ſuſtineatur conuentio ſine huiuſmodi ſolemnitate: & videtur non valere, niſi adhibitis ſolemnitatibus illis, nam hæc conuentio eſt donatio, cum nulla neceſſitate cogente ſit facta, *l. donari, ff. de reg. iur.* & ſcribunt Doct. *in d. l. pactum quod dotali, & in l. licet, & in l. vlt. C. de pact.* Gozad. *conſ.* 87. *nu.* 9. & Curt. iun. *conſ.* 5. *nu.* 5. *verſ.* 2. [Et regula eſt, quod omne pactum gratuitum, conceſſio, remiſſio, ceſſio, & renunciatio inſinuationem requirit, Bald. Alex. Barbat. Rip. & Port. quos refert & ſequitur Peregr. *de fideicom. art.* 51. *n.* 61.]

In contrarium eſt veritas, nam cum ſit pactum reci- 93
procum, non eſt donatio, nec venit appellatione donationis, Gloſ. *in l. licet, in verbo mortis cauſa, C. de pact.* Frãciſ. Curt. *n.* 13. vbi dicit pactum vtique afferre onus, ideo non eſſe donationem ſenſit Alex. *nu.* 7. Salic. *d. l. vlt. n.* 9. *C. de pact.* Gozad. *conſ.* 87. *nu.* 12. quos refert, & ſequitur Honded. *conſ.* 40. *nu.* 63. vbi etiam ſubdit non eſſe donationem, ſed promiſſionem factam ob honeſtam cauſam ſecundum Odd. & alios ab eo citatos, quibus addo Odd. *conſi.* 22. *n.* 3. [Et ita etiam tenent Peregr. *d. art.* 51. *n.* 61. vbi alios adducit Carpan. *ad Stat. Mediol. c.* 324. *n.* 75.]

Præterea, quando etiã eſſet donatio, cum ſit recipro- 94
ca non requireret pro validitate ſolemnitatem ſtatuti, ſic Gloſ. Alex. Curt. & Honded. *locis citatis.*

Et in ſpecie ſic determinat alia adducendo Honded. *d.* 95
conſ. 40. *n.* 63. *& ſeqq.* & conferunt Alex. & Odd. *citati ſupr. n.* 89. [Idem eſſe in pacto non reciproco dixit Torniel. apud Port. Imol. *conſ.* 81. *nu.* 10.

Sed in eodem caſu contra conſuluit alius Doctor, vt apud ipſum Port. *conſ.* 80. *nu.* 10. & ipſe Port. *conſi.* 36. *n.* 70. refert, & ſequitur Peregr. *d. art.* 51. *nu.* 61. & cum his ego tranſeo, per rationem à Pereg. adductam, & ita etiã conſului pro D. Catarina Ranzetta de Gambara.]

SVMMARIVM.

1 *Pacta de hæreditate viuentis non valent.*
2 *Pacta de hæreditate mortui valent.*
3 *Pacta de rebus fideicommiſſi viuente grauato valent, contra nu. 4. amplia n. 5.*

QVÆSTIO CCCIX.

Pactum cum extraneo de bonis fideicommiſſi viuente grauato, fieri an poſſit?

RECepta eſt omnium ſententia, quod non valet pactũ 1
de hæreditate viuentis, *l. vlt. C. de pact.* cum ſua materia: modò ſubſtitutus per fideicommiſſum viuente
grauato facit pactum de bonis fideicommiſſi, vtrum va- 2
leat tale pactum? Et Raph. Comenſ. valere conſuluit, & etiam idem tenuit *in l. quidam, §.* 1. *ff. de donation.* quẽ ſequuti ſũt Iaſ. *in l.* 1. *n.* 18. *C. de pact.* & ibi Rip. *n.* 77. Clau. Aquenſ. *n.* 12. Cagn. *n.* 40. & Purpur. *n.* 37. & ita deciſum fuiſſe in Senatu Luſit. teſtatur Ant. Gama *deciſ.* 92.

Ratio eſt, quia valet pactum de hæreditate mortui, vt 3
not. *in d. l. fin. C. de pact.* & ſubſtitutus per fideicommiſsũ ſuccedit teſtatori iam mortuo, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar.* & dicitur etiam creditor grauari, vt dicit Iaſ. *loco citato.*

Contrariam opinionem tenent alij relati à Cagnolo *in* 4
d. l. vlt. n. 40. *C. de pact.* mori, quia & iſto caſu ſubeſt periculum captandæ mortis grauari, & ignorante pactum, & illam opinionem tenuit etiam Bologn. *in d. l. fi. n.* 36. *C. de pact.* & ſentiunt Dec. *conſil.* 48. *libr.* 2. & Peregr. *deciſ.* 106. ſed reſpondet Cagnol. ibi ſupra, quod ſola ratio voti captandæ mortis non impedit pacta de hæreditate viuẽtium, ſed aliæ etiam adſunt rationes conſideratæ à lege, vt per eum. Et quia latius de hoc agunt Decian. & Peregr. relati adducendo multa argumenta, videnda erunt *dicta quæſt. ſeq.*

Ampliatur prima opinio, ſiue fiat pactum inter ipſos 5
confideicommiſſarios, ſiue cum tertio: ita Cagnol. *loco citato,* & Comen. & Iaſ. loquuntur, quando contractus eſt cum extraneo factus.

Digitized by Google

Hæc ſufficiant hoc loco alia videnda erunt *quæſt.* 124. vtrum fideicommiſſa poſſint cedi, vel vendi?

SVMMARIVM.

1 *Pacta ſuper fideicommiſſo conditionali ſunt licita.*
2 *Iura in ſpe à iure probata poſſunt deduci in pactum.*
3 *Pacta omnia ſunt licita niſi à iure ſint prohibita.*
4 *Pactum reciprocum de hæreditate viuentis valet.*
6 *Pactum de inuicem ſuccedendo in parte bonorũ valet.*
7 *Pactum de æqualiter ſuccedendo inter plures, quorum vnus ſolus, poteſt eligi non obſtante electione facienda valet, & per totam quæſt. contra n. 8. & ſequentibus, declara nu. 14.*
7 *Pactum fideicommiſſo alteri reſtituendo valet.*
8 *Pacta de hæreditate viuentis non valent, n. 8.*
9 *Pacta de hæreditate viuentis ſunt contra bonos mores.*
10 *Pacta de hæreditate pupilli inter pupillariter ſubſtitutos viuente pupillo ſunt illicita.*
13 *Fideicommiſſarius dicitur creditor grauati.*

QVÆSTIO CCCX.

Eligere grauatus fideicommiſſo, ſi poteſt vnum ex familia, vel plures: vtrùm inter illos de familia valeat conuentio de æqualiter ſuccedendo non obſtante quocunque electione?

DIſputatio egregia eſt, an ſi teſtator dedit facultatem grauato fideicommiſſo vnum ex fratribus, vel de familia eligere ſibi ſucceſſorem in fideicõmiſſo, poſſint omnes fratres, vel omnes de familia paciſci ſimul de inuicem ſuccedendo non obſtante quacunque electione facienda per grauatum? Conſuldi aliquando præteritis annis ſuper ſimili conuentione facta inter DD. Camillum, Io. Paulum, Io. Marcum, & Io. Ducum de Coradellis, qui cum haberent M. Reuerend. D. Bartolomeum patrem, qui ex conuentione inter eos tenebatur relinquere certa bona, cui ex fratribus ſibi magis placeret, poſtea illi conuenerunt de æqualiter ſuccedendo: nunc etiam hanc quæſtionem in præſenti tractatu interere non inutile fore exiſtimaui. Et quod valeat conuentio.

1 Primò facit, quia pacta ſuper fideicommiſſo conditionali ſunt licita, *l. 1. C. de pact. l. de fideic. C. de tranſa. & l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* ergo &c.

2 Secundò iura in ſpe à iure probata poſſunt deduci in pactũ, *l. ſpem, C. de donat. l. nec emptio, ff. de cõtrah. empt. l. ſi ſtipulatus fuerim, & l. ſi à colono, ff. de verb. obligat.*

3 Tertiò omnia pacta ſunt permiſſa, niſi à lege reperiantur probibita, *l. iuriſgẽtium. §. pacta, ff. de pact. l. ſi emptione, §. omnium, ff. de contrah. empt.* Atqui huiuſmodi pactũ iniuriæ non reperitur prohibitum, ergo &c. nec dicatur eſſe prohibitum per *l. fin. C. de pactis,* nam text. ille loquitur de pacto hæreditatis viuentis: ſed pactum illud continet fideicommiſſum debitum paciſcentibus poſt mortem hæredis iure dominij, *l. vltim. §. ſin autem ſub conditione, C. comm. de leg.* ergo &c.

4 Quartò, quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* & in iuribus futuris poteſt iuri ſuo renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* ergo paciſcentes de re fideicommiſſo ſibi debito ex electione facienda poterunt fauori, & iuri ſuo renunciare paciſcendo de æqualiter ſuccedendo.

5 Quintò valet pactum reciprocum de hæreditate viuentis, vt ſcribũt Odd. *conſ. 139. ad hæredem,* Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de inſtru. edit. §. porrò, col. vlt. verſ. fuit etiam alia quæſtio.* Alexand. *conſ. 83. libr. 2. & conſ. 10. libr. 3.* Angel. *conſ. 179.* ergo multò magis valebit pactum de hæreditate iam mortui.

Sextò valet pactum de inuicem ſuccedendo, quando 6
agitur ſolum de parte bonorum, ſecundum communem, & receptam ſententiam, quam probarunt Ceph. *conſil. 44. n. 3. lib. 1.* Dec. *conſi. 31. num. 64. 72. & 158. lib. 1. & conſ. 73. n. 2. lib. 3.* Honded. *conſi. 40. nu. 32. & 47. ità.* Odd. *conſ. 22. n. 2. & conſ. 39. n. 14. & ſeqq. & n. 20.* Surdus *conſ. 247. n. 4. lib. 1. & conſ. 517. nu. 2. verſ. demum, lib. 4.* Peregr. *conſ. 4. nu. 1. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 51. nu. 29. & ſeqq.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch. *conſ. 1. nu. 161.* & latiſſimè *conſil. 1126.* Octau. *deciſ. Pedem.* 100. *n.* 26. Theſau. *deciſ.* 225. *n.* 11. Magon. *deciſ. Florent.* 102. Cæſ. Bartz. *deciſ. Bonon.* 14. cum alijs à me congeſtis ſupra *quæſt. ab hac ſecunda, in tertio caſu,* vbi etiam comprobaui. Atqui hic agitur de ſola parte bonorum grauati, in qua tenetur facere electionem. Et licet agatur de hæreditate etiam grauantis, nihilominus dicitur de parte bonorum, per ea quæ ſcribunt Ruin. *conſ. 7. n. 5. lib. 3.* & Menoc. *conſ. 591. n. 4.* poſt Old. *conſ. 139.* & Angel. *conſ. 179. col. 1.*

Vltimò facit authoritas multorum, qui tenuerunt, va 7
lere pactum de hæreditate mortui deuoluẽda ad aliquos poſt alicuius mortem, & ſic quando agitur de fideicommiſſo alteri reſtituendo, nam tunc agitur de hæreditate mortui, cum per fideicommiſſum ſuccedant defuncto. *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & in ſpecie ſic ſcribunt Cuman. *in l. quidam, §. fi. ff. de donat.* Iaſ. *in l. prima, nu. 18. C. de pact.* & ibi Rip. *nu. 27.* Claud. Aquen. *in l. vlt. n. 12. C. de pact.* & ibi Cagnol. *num. 40.* Purpur. *n. 37. & ſeq.* Anton. à Gama, *deciſ. Luſit. 92.* vbi teſtatur in Senatu Luſitaniæ fuiſſe iudicatum valere pactum inter ſubſtitutos, & tertium de bonis fideicommiſſo ſubiectis viuente grauato: & in terminis terminantibus caſus noſtri ſic per conformes fuiſſe iudicatum, teſtatur Pereg. *deciſ. 106. in fine.*

Pro contraria verò opinione plura etiã vrgent: & pri- 8
mò, quia pactum de ſucceſſione viuentis non valet, *l. vlt. C. de pact. & l. pactum quod dotali, C. eod.* vbi non valet pactum, quod filiæ æqualiter cum filijs ſuccedant.

Secundò, conuentio iſta non debet valere, quia confer- 9
tur in tempus mortis hominis viuentis, & continet votũ mortis illius, ad hoc vt citius bona inter ſe compartiantur, & cogitare ante mortem illius de bonis ſuis inhumanum, & auarum deſiderium reputatur, & ideo à iure reprobatum, *l. cum quidam, §. fin. ff. de donat.* & ita arguit Peregr. *deciſ. 106. nu. 14.*

Tertiò idem Peregr. *loco citato, nu. 15.* adducit aliam rationem, quod ſcilicet hæc pacta ſunt contra bonos mores, cum ſit contra bonos mores diuidere hæreditatem viuentis, ſub ſpe quod eo mortuo deuoluentur in paciſcentes, allegat *d. l. quidam, §. fin. ff. de donat. l. 2. ff. de in dig. l. 2. §. interdum, ff. de vulg. & pupill. & l. ſi quis mihi bona, §. ſed vtrum, ff. de acquir. hæred.*

Quartò alio argumento mouetur Peregr. ibidem *nu. 15. verſ. quartò ponderabam* de ducto ex *d. l. fi. C. de pact. ibi cum alienis reb. contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patitur:* ergo non potuit valere, & dicit procedere tam in caſu, quando hæres grauatus poteſt paciſcentes eligere, & non eligere, quam etiã ſi ex neceſſitate teneretur aliquem, vel aliquos ex illis eligere, iuxta materiam *vnum ex familia, ff. de leg. 3.* & allegabat Parp. *in l. 1. col. 1. & 2. C. de pact.*

Quintò non parum facit *l. 2. §. interdum, ff. de vulg. &* 10
pupill. ſubſtit. vbi ſubſtituti pupillariter non poſſunt paciſci de hæreditate pupilli inter eos, Bald. *in l. 1. nu. 7. C. de pact. & conſ. 6. lib. 3.* Bart. *conſil. 8. lib. 2.* Dec. *conſil. 331. in princ.* quos refert in ſpecie noſtra, & ſequitur Peregr. *d. deciſ. 106. n. 16.*

Vltimò, in terminis noſtris non valere huiuſmodi pa- 11
ctum inter eligendos de æqualiter ſucceeendo, tenuerunt

in vno

In vno, & eodem caſu Dec. *conſi.48.lib.2.* & Peregr. *deciſ.106.n.7. vſque ad fi.* qui etiam allegat Bolognet. *in l. fi.num.36.C.de pact.* tenentem non valere pactum inter confideicommiſſarios. Alia argumenta adducunt Dec. & Peregr. *locis citatis*: ſed iam relata ſunt vrgetiora, ego etiam addidi duo alia *conſil.63.* vbi videndum erit.

Placet prima opinio, quam etiã probaui conſulendo, vt iã dixi, & eſt *conſ.63.* ad contraria reſpondetur: quod procedunt, quando agitur de hæreditate viuentis, ſecus ſi agatur de hæreditate mortui ſecũdum cõem opinionem, vt dixi in vltimo fundamento contrariæ opinionis, & nos loquimur de fideicommiſſo, & ſic de bonis iam mortui.

12 Ad ea quæ dicta ſunt in quinto fundamento de ſubſtitutis pupillariter, qui non poſſunt paciſci de hæreditate viuentis pariter reſpondetur, & quod tunc agitur de hæreditate viuentis, nam per pupillarem ſuccediтur pupillo & in eius bonis, *l.2.* & ibi plenè per Doct. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & dictum eſt ſupra in materia pupillaris ſubſtitutionis, *q.88.* Et quamuis ſubſtitutorum pupillariter ſit ſpes ſola, ſicuti etiam in ſubſtitutis per fideicommiſſum, attamen ſpes ſubſtitutorum eſt variabilis, cum ceſſet per pubertatem pupilli, & ſic non eſt omninò certa: vnde in hoc deceptus fuit Pereg. *d. deciſ.106.n.17.* vbi dicit eſſe ſpem inuariabilem moriente pupillo in pupillari, nam eſt variabilis, cum ignoretur, an poſſit mori ante, vel poſt pubertatem, ſed ſpes fideicommiſſariorum eſt inuariabilis, cum grauatus ex neceſſitate teneatur vnum, vel plures ex eis eligere: vnde etiam fideicommiſſarius dicitur habere ſpem probabilem, vt dicam, *q.*... & dicitur creditor grauatus, potius quam dicatur ſollicitus de eius hæreditate, vt poſt Cuman. citatum dicit Iaſ. *in d.l.1.nu.18.C. de pact.*

13 Ad vltimum de authoritate Dec. & Peregr. reſpondetur primò, in iudicijs eorum ſententiam non fuiſſe receptam, quam etiam eſſe contra cõem patet ex iam dictis.

14 Prædicta tamen procedunt, quando grauatus ex neceſſitate tenetur vnum, vel plures eligere: ſecus eſſet, quando eſſet in mera facultate hæredis eligere, & non eligere: nam tunc rectè procedunt argumenta Dec. & Peregr. qui alia fundamenta ſuper omiſſa deduxerunt, & in his proprijs terminis ipſi loquuntur & bene, verum enim eſt, quod tunc agitur de hæreditate viuentis, & obſtant omnes rationes, in quibus fundata eſt deciſio, *l. vltima, C. de pact.* & quas ponderauit Peregr. *ibid.*

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum concipit fœmininum.*
2 *Voluntas teſtatoris talis præſumitur qualis de iure eſſe debet.*
3 *Voluntas teſtatoris præſumitur conformis diſpoſitioni iuris.*
5 *Filiorum appellatione veniunt fœminæ, & nu.1. & per totam quæſt. vbi amplia, & declara.*
6 *Filia venit appellatione filiorum ex propria ſignificatione, vel ex interpretatione comprehenſiua, contra num. 7. declara num.8.*
8 *Dictio, quaſi eſt ſignificatiua impropietatis.*
9 *Filia venit appellatione filiorum ex identitate rationis, & coniecturata mente teſtatoris.*
10 *Filia non venit quando vocati ſunt filij maſculi.*
11 *Filia ſucceſſiuè poſt maſculos non venit, quando filij maſculi ſunt vocati, n.15. declara n.14. 18.*
12 *Filios maſculos vocans dicitur filias fœminas excludere.*
13 *Excluſus ſemel perpetuò remanet excluſus.*
14 *Dictio, taxatiua, excludit perſonas diuerſas.*
19 *Deſcendentes maſculos vocans, & poſt eos proximiores, fœminæ deſcendentes excludunt agnatos maſculos remotiores, declara nu.21. 22.*
20 *Plurimi inſtitutorum filij maſculi ſi ſunt ſubſtituti, altero moriente cum filia, illa excludet filios maſculos aliorum inſtitutorum.*
21 *Dictio, alius, eſt repetitiua ſimilium, & n.17.*
22 *Proximiores de domo, vel familia, vel agnatione vocans, dicitur excludere fœminas, etiam proximiores.*
24 *Filia non venit, quando teſtator in vna parte teſtamenti vocauit maſculos, & fœminas, & in alia ſimpliciter filios, quia tunc de maſculis ſolum ſenſit, contra n.25.*
26 *Filia venit appellatione filiorum, quando teſtator in prima ſubſtitutione vocauit filios, & in ſecunda filios, & filias.*
27 *Filios maſculos nominibus proprijs expreſſis prius vocans, ſi in ſequenti ſubſtitutione vocentur alij filij, ſolum maſculi dicuntur vocati.*
27 *Filij maſculi in prima ſubſtitutione ſi ſunt vocati, & in defectum eorum fœmina, & deſcendens ab ea, vt ſupra, ſolum maſculi ex fœmina dicuntur vocati.*
28 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, ſi fideicommiſſum eſt factum pro conſeruatione agnationis.*
30 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando agnatus eſt ſubſtitutus, cont. nu.31. declara n.32.33.*
31 *Agnationis ratio nõ dicitur habita ex eo, quod agnatus ſit ſubſtitutus, declara n.32.33.*
34 *Filia ſucceſſiuè poſt filios venit, quando teſtator vocauit filios ad fideicommiſſum factum pro conſeruãdis bonis in agnatione, declara n.35.36.*
37 *Filia non venit appellatione filiorum, quãdo teſtator diſcretiuè loquutus fuit de maſculis, & fœminis, decl. num. ſeq.*
38 *Filia venit de fideicommiſſi ſucceſſionem, quando teſtator filiam in re certa inſtituit, & duos maſculos vniuerſales hæredes fecit, & dixit quod altero moriente ſine filijs, ſuperſtites ſuccedant, declara n.39.*
40 *Filios vocans illius, qui habet vnum maſculum, & vnam fœminam, nec alij ſperantur, & filiam dicitur vocaſſe.*
41 *Emphiteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & filijs dicitur & conceſſa pro fœmina extante tempore conceſſionis ſi non ſperabatur naſci alios filios.*
42 *Filia non venit appellatione filiorũ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, cont. n.44. declara n.45. & ſeqq.*
43 *Teſtator præſumitur potius ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, quàm iuris communis.*
46 *Voluntas quæ deducitur ex actu non extenditur vltra id quod ex ipſo actu de neceſſitate infertur.*
57 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando in ciuitate extat ſtatutum, quod verba teſtamentorum intelligantur ad litteram.*
58 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando teſtator propinquiores fœminas excluſit inſtituendo maſculos, & illis ſubſtituit filios, & numer. ſeqq. declara.*
59 *Subſtitutio declaratur ab inſtitutione.*
60 *Per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuccediтur teſtatori.*
61 *Affectio maior eſt erga natos, quam naſcituros.*
63 *Agnationis ratio dicitur habita, quando teſtator vocat maſculos.*
66 *Pluralis locutio non verificatur in vno, declara ibi.*
70 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando maſculinum exprimitur cum aliqua qualitate, contra num.71.*
71 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando fil\[i\]o vocato appoſita eſt qualitas, quæ non conuenit fœminis, & n.ſeqq. ponuntur exempla.*
77 *Prouiſio, & diſpoſitio interpretari debet à ſolitis.*
78 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ ſi ſequeretur aliquod abſurdum.*

79 *Domus ſi relicta ſit filijs, & prohibita diuiſio, relictum non dicitur factum filiabus.*

80 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando ſequerentur plures improprietates.*

81 *Filiorum appellatione non veniunt feminæ, ſi repugnãtia reſultaret in diſpoſitione teſtatoris.*

82 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando ex communi vſu loquendi non venirent.*

82 *Teſtator præſumitur accommodaſſe voluntatem ſuam communi vſui loquendi, declara ibi.*

82 *Communis vſus loquendi probandus eſt ab eo, qui in illo ſe fundat.*

83 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando ex conſuetudine homines non ſolent ſimilia bona relinquere fœminis.*

84 *Filiorum appellatione non veniunt fęminæ, quando fęminæ ſunt incapaces illorum bonorum, vt in feudis, & iuriſdictionibus, ampl. n. 85.*

84 *Fęminæ non ſuccedunt in feudis, & iuriſdictionibus.*

86 *In primogenituris fęminæ non veniunt appellatione filiorum, contra n. 87. declara n. 88.*

89 *Filiorum appellatione in contractibus non veniunt fęminæ, contra n. 90. declara n. ſeqq.*

90 *Deſcendentium appellatione etiam in contractibus veniunt fęminæ, contra n. 92.*

93 *Hæredũ appellatione in contractibus veniunt fęminæ.*

94 *In contractu facto à fęmina filiorum appellatione veniunt fęminæ.*

95 *Filiorum appellatione non veniunt fęminæ, quando fęminis ſpecialiter eſt promiſſum.*

96 *Filiorum appellatione non veniunt fęminæ, quando in præcedentibus vocati ſunt maſculi, & poſtea vocantur filij cũ verbis repetitiuis præcedentiũ qualitatum.*

97 *Filiorum appellatione non veniunt fęminæ de iure Longobardorum.*

97 *Filiorum appellatione non veniunt fęminæ ſubſtituta pia cauſa.*

98 *Filij maſculi ſi ſint per plures gradus ſubſtitutionum vocati, & in fine dictum ſit ſubſtituere in perpetuum deſcendentes ex eis, vel agnatos, vel proximiores, fęminæ non erunt excluſæ niſi extantibus maſculis, & n. ſeq. contra n. 100. declara nu. ſeqq.*

103 *Fideicommiſſum quod in familia & agnatione permanere debet, ſi peruenit ad fęminam agnatam, ea defuncta reuertitur ad maſculum proximiorem de agnatione.*

104 *Fęminæ veniunt appellatione filiorum, quando cum dictione vniuerſali ſunt vocati quicunque filij, licet eſſemus in caſibus limitationum dicentium fęminis nõ venire appellatione filiorum.*

105 *Verba vniuerſalia operantur quod in diſpoſitione cõtineantur, quæ alias non continerentur.*

106 *Fęminam non eſſe excluſam à fideicommiſſo in dubio pronunciandum eſt.*

QVÆSTIO CCCXI.

Filijs vocatis ad fideicommiſſum, an tam maſculi, quàm fœminæ dicantur vocati?

NOtiſſima, & frequens eſt quæſtio, an maſculinum concipiat fœmininum in vltimis voluntatibus, & præcipuè, an filiorum appellatione veniant fęminæ? Hoc autem cõtingere poteſt duobus modis, vel quod diſpoſitiuè ſit facta filiorum mentio, vel conditionaliter, ſed quia aliquæ ſunt differentiæ inter diſpoſitiuã, & conditionalem vocationem, ideo ſeparatim de vtraq; agendum eſſe cenſui, nunc igitur prius agam, quando filij diſpoſitiuè vocantur: & poſtea *quæſt.* 402. dicam quando conditionaliter de eis facta eſt mentio. Receptiſſima igitur eſt ſententia, quod ſi teſtator ad fideicommiſſum, vel aliam ſubſtitutionem vocauit filios, quod tam maſculos, quàm fęminas cenſetur vocaſſe.

Primò hæc opinio probatur, *in l. ſi quis ita. ff. de teſta. tut. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 1. l. iuſta, l. non eſt ſine liberis. & l. quiſquis, ff. de verb. ſignif. l. qui duos, & l. ſeruus, ff. de leg. 3.* in quibus locis apertè probatur maſculinũ concipere fęmininum, addo etiam *l. Lucius, §. vlt. ff. de leg. 2.* vbi legatum relictum filijs debetur, & filiæ. 1

Secundò facit, nam quod fęminæ, ſicuti & maſculi admittantur conuenit iuri naturali, & ciuili, cum vtroque iure nulla ſit differentia inter maſculos, & fęminas, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Atqui voluntas teſtatoris talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe dẽt, *l. quamquam, ff. de rit. nupt.* & voluntas teſtatoris præſumitur conformis diſpoſitioni iuris communis, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. & alij communiter, & latè Ripa *n.* 74. ergo teſtator ſubſtituendo filios tam maſculos, quam fœminas cenſetur vocaſſe. 2

Tertiò, qua interpretatione filij appellatione venit nepos, eadem maſculinum concipit fœmininum, *l. iuſta, ff. de verb. ſignific.* Bart. *in l. liberorum, nu.* 10. *ff. eod.* ſed appellatione filii in fideicommiſſis venit nepos, *l. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2.* Roman. *conſi.* 148. & latè dicam *q.* 319. ergo appellatione filiorum veniunt fœminæ. 3

Quartò, quod maſculinum cõcipiat fœmininum prouenit ex præſumptione iuris, *l. 1. C. de cond. inſert.* vbi dicitur ſtandum eſſe huic præſumptioni, niſi in cõtrarium probetur extare voluntatem teſtatoris, & ita argumentatus fuit Rimin. ſen. *conſi.* 223. *n.* 48. *lib.* 2. 4

Vltimò, in ſpecie hãc opinionem probarunt poſt multos alios Iaſ. *in l. qui filiabus, n.* 14. *ff. de legat.* 1. Dec. *in l.* 2. *n.* 103. vbi dicit eſſe communem opinionem, *ff. de reg. conſi.* 442. *num.* 12 & *conſi.* 236. *num.* 2. Corn. *conſ.* 124. *nu.* 21. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 140. *nu.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 168. *nu.* 13. *lib* 3. Hier. Gabr. *conſi.* 97. *nu.* 28. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 1. *num.* 22. *lib.* 1. vbi affirmat eſſe magis communem opinionem, Menoch. *conſ.* 496. *dubio tertio, & conſil.* 588. *dubio tertio, & lib. 4. præſump.* 84. Anton. Gab. *de verb. ſignif. concl.* 6. Anchara. iun. *libr.* 2. *quæſt.* 65. Mant. *de coniect. vlt. vol. libr.* 8. *tit.* 7. Cuſſ. *in §. fideicommiſſum, qu.* 12. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *nu.* 43. Anton. à Gama *deciſ. Luſit.* 337. *n.* 9. & *ſeq.* Rot. Rom. *in nouiſ. deciſ.* 132. *par.* 4. alias impreſſæ ſub nomine Farinac. cùm alijs multis citatis à Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *c.* 10. *de condit. & demonſtr.* 5

Ampliatur venire etiam ex propria ſignificatione, vel ex interpretatione comprehenſiua, vt ſcribunt Gloſs. *in l. 1. ff. de verb. ſignif.* Barbat. *in rub. de fid. inſtrum. col.* 8. Cardin. *in clem.* 1. *col.* 3. *qu.* 3. *de elect.* & ibi Barbat. Curt. ſen. *conſ.* 9. *col.* 7. Rimin. iun. *conſ.* 757. *num.* 4. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 1. *num.* 26. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 848. *num.* 32. Menoch. *conſ.* 496. *n.* 36. Anchar. *conſ.* 120. Alex. *conſ.* 55. *col. vlt. verſic. præterea illa verba, lib.* 3. & *conſ.* 17. *col.* 3. *verſ. quartò quia, lib.* 7. Corn. *conſil.* 83. *col.* 1. *verſ. tamen his non obſtantib. lib.* 1. & *conſ.* 177. *colu.* 3. *verſ.* 3. & *videmus in ſimili, lib.* 4. Dec. *conſ.* 568. *col. vlt. verſ.* 2. *principaliter,* Tiraquel. *de retr. conſang. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 112. Bero. *conſi.* 113. *n.* 1. *lib.* 2. & Angul. *conſ.* 64. *n.* 2. *lib.* 6. 6

Mouentur iſti ex iuribus ſupra *n.* 1. allegatis.

Cæterum alij quamplures magni nominis authores ſentiunt, ex ſermonis improprietate filias venire appellatione filiorum, & per interpretationem, non autem ex proprietate verborum, inter quos Bart. *in l. 1. ff. de verb. ſignif.* Dec. *in l. fœminæ, col.* 13. *ff. de reg. iur.* Alex. *conſil.* 45. *col.* 1. *li.* 7. Soc. ſen. *conſi.* 90. *col.* 2. *lib.* 1. Soc. iun. *conſi.* 114. *n.* 18. *li.* 1. & *conſi.* 168. *col.* 4. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 74. *nu.* 5. *libr.* 3. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Oſd. *conſ.* 6. *n.* 7. Honded. *conſ.* 12. *n.* 2. *conſi.* 57. *nu.* 2. *lib.* 1. vbi 7

teſtatur

teſtatur de magis communi opinione, Menoch. conſil. 204.n.1.conſ.877. Tiraquell. de retr. conſang.§.1.gloſ.9. nu.178. & ſeq. dicit hanc eſſe communem opinionem, Ant. Gabr. de verb. ſignif. concluſ.6.nu.31. vbi aſſerit eſſe communem opinionem Alex. Trent. de ſub. l.par.4.c.7. n.12. Peregr. de fideic. art.25.nu.4. vbi eſſe communem opinioné teſtatur, Intrig. de ſubſt. cent.q.58.nu.2. in quibus locis alij eiuſdem ſententiæ adducuntur: & hæc eſt verior opinio retinenda, quam poſt alios citatos probauit etiam Ruſtic. in l. cum auus, lib.6.c.10.n.15. & ſeq.

8 Probatur iſta ſententia, ex l. ſeruis legatis, in princ. ff. de legat.3. ibi quaſi commune nomen: & dictio, quaſi, eſt ſignificatiua improprietatis, vt dicit ibi Gloſ. idque probatur ex d.l. iulia, ff. de verb. ſignif. & in l. cum in adoptiuis, §. quæ in filio, C. de adop. ibi *Quæ in filio diximus, hæc in filia extendimus.*

Prima opinio tamen vera eſſet, quando filiorum mētio negatiuè facta eſſet, nam tunc ex propria ſignificatione fœminæ venirent appellatione filiorum, ita poſt alios citatos Ruſtic. in d.l. cum auus libr.6.cap.10.nu.18. ff. de condit. & demonſt.

9 Veniunt tamen ex identitate rationis, & coniecturata mente teſtatoris, vt ſcribunt Dec. in d.l. fœminæ, col.15. ff. de iur. Odd. de compend. ſubſtit. part.6.q.2.art.4.nu.2. Ant. Gabr. d.concluſ.6.n.47. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.q.58.n.4. Surdus deciſ.85.nu.8. & alibi ſæpe, Ruſtic. in d.l. cum auus, lib.6.cap.10.nu.17. verſic. in hac autem.

Ampliatur ſecundò, & ſi vocati eſſent filij legitimi & naturales, quia adhuc fœminæ eſſent comprehenſæ, vt poſt Io. Andr. Ant. de Butr. Alexan. & Iaſ. ſcribit Ruſtic. d.l. cum auus, lib.6.cap.10.n.8.

10 Limitatur primò, quando teſtator vocaſſet filios maſculos, tunc enim verba ſunt clara, & conferunt authoritates adductæ q.402. quando conditionaliter de filijs facta eſt mentio, nu.5. & expreſsè Peregr. de fideicom. art.27.n.20. & alij infra in ampliatione citati.

11 Ampliatur hæc limitatio, vt tunc filiæ nec dicātur vocatæ poſt maſculos, vt in ſpecie ſcribunt Bartol. in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. & ibi communiter Doct. Capr. conſ.18. Dec. conſ.182. col. vlt. Ruin. conſ.168.n.25. libr.3. Hieron. Gabr. conſ.132. qu.5. libr.1. Menoch. conſ.504.n.18. & n.31. dicit hoc verum, quando maſculi ſunt vocati pro conſeruatione bonorum in agnatione, conſ.1111.n.29. lib.4. præſump. 89.nu.97. Peregr. conſ.179. lib.4. & in tract. de fideic. art.27.n.20. Videnda tamen erunt etiam dicta infra n.34. & n.98. & ſeqq.

12 Facit quia eo ipſo, quod maſculi ſunt vocati, fœminæ dicuntur excluſæ, iuxta regulam l. cum prætor, ff. de iud. ita Menoch. qui plures adducit conſi.1099.nu.20. vbi dicit hanc excluſionem fœminarum dici ſpecialem, allegat Curt. iun. conſi.159.n.10. & Rip. in l.1.n.161. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Sed quando fœminæ ſunt ſpecialiter, & expreſsè excluſæ non poſſunt dici quomodo vocatæ, ergo &c. idem dicit ipſe Menoch. conſ.1111.n.29.

13 Accedat quod ſemel excluſus perpetuò remanet excluſus, iuxta capit. primum, §. qui etiam, in vſib. feud. cit. Epiſc. vel Abbat. & ibi ſic notarunt Iſern. Bald. Aluar. Præpoſ. & Afflict. Bart. in l. vlt. §. quando, n.2. ff. ad Sena. Conſ. Tertul. Bald. in l.2.n.7. C. de lib. præter. & ibi Caſtr. n.2. Afflict. in c.1. §. filia, tit. de ſucceſ. feud. Paul. de Caſt. conſ.159.n.30. li.2. Alexand. conſ.20.n.7. & 8. li.1. Soc. ſen. conſ.19. col.2. lib.1. Brun. conſi.65. & conſi.78. col. pen. Pariſ. conſ.21.n.15. lib.1. & conſi.72.nu.79. lib.4. Dec. conſ.309.n.5. Ruin. conſ.9.n.6. & conſ.16.nu.10. lib.1. Soc. iun. conſ.110. & conſ.114. li.2. Menoch. conſ.1152.n.2. lib.12. & Peregr. de fideicom. art.27.nu.16.

14 Maxime autem ampliatio iſta, quòd fœmina dicatur perpetuò excluſa, procederet, quando vocati eſſent maſculi tātum, quia hæc taxatio excludit perſonas diuerſas, l.1. vbi Bar. ff. ſi quis, iuſdic. non obtem. & in ſpecie ſic tenet Menoch. d.conſ.1111.n.30.

Cæterum contrariam ſententiam in hac ampliatione eſſe receptiorem ſcribit Menoch. conſ.904.n.27. & ſeq. vbi vult fœminas excludi à maſculis paribus in gradu, à remotioribus verò non: ſed ego vix intelligo quid velit Menoch. cum in eodem conſi. num.18. contrarium affirmauerit, nec Caſtr. ab eo allegatus loquitur in terminis ſubſtitutionum, vt nos agimus, hanc tamen opinionem ſequitur idem Menoch. conſ.926. num.31. vbi dicit eſſe omnium penè receptam ſententiam, & n.33. & ſeqq. & conſi.957.nu.13. verſ. ſecundo, & ſequitur Odd. in conſi.65.n.62. verſ. ſecundò autem. 15

Ratio qua mouetur Odd. eſt ſuppoſitio quod ab inteſtato fœminæ non excludantur à maſculis, quia teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, l. hæredes mei, §. cū ita, ff. ad Trebell. & ibi omnes præcipuè Ripa n.7. 16

Ratio verò qua mouetur Menoch. poſt Caſtr. eſt, ne ſequatur abſurdum, & iniquum, quod quilibet maſculus, qui eſſet etiam in remotiſſimo gradu excluderet fœminam primi gradus. 17

Prima tamen opinio ſecundum Menoch. d.conſ.926. n.30. verſ. reſpondetur tertiò, procederet, quando teſtator vocaſſet maſculos excluſis fœminis, ad dicta etiam ſupra n.12. Vel vocaſſet maſculos, vt bona in agnatione, & familia conſeruarentur, quia tunc fœmina eſſet ſemper excluſa, idem dicit n.36. vbi plures alios allegat. 18

Sed quid ſi teſtator inſtituit deſcendentes maſculos, & poſt eos vocat proximiores, an fœminæ deſcendentes excludant agnatos remotiores? Pereg. tract. de fideicom. art.25.num.48. in fin. tenet pro fœminis ad excluſionem agnatorum remotiorum, & alij relati infra qu.366. an proximioribus vocatis veniant fœminæ? n.8. 19

Pro cuius opinione in fortioribus facit, quod dixit Odd. conſi.65.nu.62. verſ. ſecundo autem, vbi vult, quod ſi plurium inſtitutorum maſculi ſint ſubſtituti, ſi vnus ex inſtitutis decedat relicta fœmina, illa admittenda ſit excluſis deſcendentibus maſculis ex alijs, de quo videnda erunt quæ diximus quæſt.475. an reciprocum fideicommiſſum inducatur de linea ad lineam; vbi declaratur latiùs. 20

Quæ deciſio Peregr. non procederet, quando teſtator vocat maſculos, & eis deficientibus dixit ſuccedere alios proximiores, quia erit de maſculis intelligendum, propter iſtam dictionem, alios, ita Surd. conſ.21. in fine libr.1. & conferunt dicta infra hac quæſt. numer.27. qu.366. num.22. 21

Similiter ſi poſt maſculos teſtator vocaſſet proximiores de domo, vel de agnatione, vel de familia, licet non eſſet dictum, maſculina, fœminæ, non eſſent admittendæ ad excluſionem agnatorum maſculorum remotiorum, Soc. ſen. conſ.63.n.11. li.3. Curt. ſen. conſi.40. Ruin. conſ.161.n.5. & 18. li.2. Crauet. conſ.306.n.5. Burſat. conſ.288.n.46. Menoch. conſ.522.n.4. & ſeq. & conſ.833. in fine Pereg. conſ.159.n.13. & conſ.58.n.16. li.5. in tract. de fideicom. art.25.n.48. in fine, vbi allegat Soc. iun. conſ.268. lib.2. addo Præt. de interp. vlt. vol. fol.293.n.70. & conſ.161.nu.28. & ſeq. vbi alios adduxit Hieron. Gabr. conſi.132.q.5. lib.1. & dixi qu.366. an proximiorum appellatione veniant fœminæ, n.24. 22

Limitatur ſecundò, quando teſtator in vna parte teſtamenti vocauit maſculos, quia in alia parte, vbi ſimpliciter fecit mentionem de filijs, intelligitur & ſolum maſculos vocaſſe, Peregr. de fideicom. art.25.n.48. 23

De hac tamen limitatione, quæ eſt multum cōtrouerſa quæſtionem ſeparatam fecit, & eſt quæſt.403. ibi videndum erit.

Sed quid ſi teſtator in vna parte teſtamenti vocauit 24

maſculos, & fęminas, & in alia parte ſimpliciter nominet filios, an in hac parte dicendum ſit voluiſſe intelligere ſolum de maſculis: & quod ſolum de maſculis ſenſerit teſtator, volunt Alexan. *conſi.* 134. *lib.* 6. *& conſ.* 45. *lib* 7. Rim. ſen. *cōſ.* 121. *n.* 10. Soc. iun. *conſ.* 128. *num.* 60 *lib.* 1.

25 Sed tamen alij volunt, quod ſi facta ſit mentio maſculorum, & fœminarum in vno capitulo teſtamenti, & in alio ſimpliciter filiorum, quod & tunc veniant fœminæ, ita Menoch. *conſi.* 496. *n.* 43. Pancir. *conſi.* 91. *nu.* 18. Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *nu.* 48. *verſi. qua etiam ratione*, cum quibus, & ego tranſeo, & addo Surd. *deciſ.* 84. *num.* 9. *vſque ad finem*, & hanc opinionem ego etiam probaui conſulendo ſuper teſtamento Do. Pellegrini de Michaelibus.

Pro qua opinione faciunt quatuor argumenta, de quibus dixi *d. q.* 403. *n.* 3. *& ſeqq.*

26 Et fortius ſi in prima ſubſtitutione vocati eſſent filij ſimpliciter, & in ſecunda filij & filię, nam & in prima intelligendum erit de filijs, & filiabus per eadem argumēta: quibus addo quintum, ne fœminæ vlterioris gradus minus dilectæ plus conſequantur, quam fœminæ proximiores, contra *l. Publius, ff. de cond. & demonſtr.* & hoc argumento vſus fuit Pereg. *d. art.* 25. *n.* 48. *in præcedenti facti ſpecie de qua ſupra nu.* 25 26. ſed non concludit ad caſum Pereg. quia ibi fœminæ proximiores ſunt vocatæ, & honoratæ, & tamen Peregr. arguit, ac ſi fœminæ remotiores eſſent honoratæ, non proximiores: & hic eſt caſus, de quo nunc verba facie mus. Et in terminis, quod ſi teſtator vocauit vlterius fœminas fortius voluerit vocare proximiores, ſcribunt Pariſ. *conſ.* 53. *nu.* 18. *& ſeq. lib.* 2. Surd. *deciſ.* 84. *n.* 9. *verſ. quod ſi fœminæ.*

27 Aliud eſt dubium, ſi teſtator in præcedentibus vocauit ſolos maſculos nominibus proprijs expreſſis, & in ſequenti ſubſtitutione vocet filios cum dictione alios, nam tunc intelligi debet de maſculis, ob dictionem, alios, quæ eſt ſimilium ſignificatiua, Gloſ. *in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit.* Et in ſpecie ita ſcribunt, Corn. *conſi.* 182. *n.* 6. *verſ. bis non obſtantibus, lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 257. *n.* 23. Pariſ. *conſi.* 20. *nu.* 54. *lib.* 3. Surd. *conſi.* 21. *n.* 13. *lib.* 1. Menoch. *conſi.* 565. *nu.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam alijs argumentis comprobat, *& lib.* 4. *præſumpt.* 84. *num.* 13. 14. & conferunt dicta ſupra *num.* 21.

Similiter ſi teſtator in primis ſubſtitutionibus vocaſſet maſculos, & in eorum defectum fęminas, & deſcendentes ab eis in infinitum, vt ſupra, nam ſolum maſculi ex fęmina deſcendentes eſſent vocati, ob vim dictionis, vt ſupra, Pereg. *conſi.* 41. *nu.* 16. *& ſeqq. libr.* 5. & quod in fortioribus dixit Decian. *conſ.* 24. *n.* 20. *lib.* 2.

28 Limitatur tertiò, quando teſtator fecit ſubſtitutionē pro agnationis conſeruatione, nam tunc fęminæ non dicerentur vocatæ filijs vocatis, ita in terminis ſcripſerunt poſt alios, Soc. ſen. *conſi.* 73. *col. pen. lib.* 4. Grat. *conſ.* 53. *col.* 2. *lib.* 2. Ruin. *conſi.* 146. *col.* 3. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 57. *col. penul. lib.* 2. Soc. iun. *conſi.* 1. *n.* 118. *conſi.* 116. *col. vlt. lib.* 1. *& conſi.* 168. *n.* 84. *lib.* 2. Ceph. *conſil* 511. *n.* 25. *& ſeq.* Roland. à Valle *conſ.* 82. *nu.* 33. *verſi. ſecundo, lib.* 3. Mandel. Alba. *conſ.* 19. *n.* 10. vbi teſtatur de communi opinione, Tob. Nou. *conſi.* 36. *n.* 11. Odd. *conſi.* 6. *n.* 22. *& conſ.* 33. *n.* 9. Rimin. iun. *conſi.* 246. *n.* 39. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 877. *n.* 3. *conſ.* 904. *n.* 21. *conſ.* 1152. *n.* 12. *& ſeq. & lib.* 4. *præſump.* 84. *n.* 8. Ludou. Molin. *li.* 3. *de Hiſpa. primog. cap.* 5. *n.* 2. Anton. Gabr. *de verbor. ſignif. concl.* 6. *n.* 54. Crau. *in § fideicommiſſum, qu.* 12. *nu.* 4. Pereg. *de fideicom. art.* 25. *n.* 47. vbi etiam plura dicit, quando dicatur habita ratio agnationis, Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 8. *tit.* 7. *n.* 1. *in fine*, Præt. *de inte. pr. vlt. vol. fol.* 292. *nu.* 66. *& ſeq.* Mant. *in l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 10. *in fine, ff. de condit. & demonſtr.* Guid. Pap. *qu.* 485. Caual. *deciſ.* 16. *n.* 2. *part.* 1. *tertiæ princ*, Theſaur. *deciſ.* 188. *n.* 3. Farinac. *deciſ. Rom.* 132. [Aduerte, quod ibi erroneè citatur Mā t. *in l. cum auus, quia eſt.* Ruſtic. in illo loco, & adde quod illam limitationem tenuit, & Surd *conſ.* 443.]

Ratio eſt, quia per maſculos conſeruatur agnatio, in 29
fœminis autem finem habet, *l. pronunciatio ff. de verbo. ſignific. §. cæterum, & §. media inſtit. tit. de legit. agnat. ſucceſſion.*

Vnde ſi teſtator ſubſtituiſſet agnatum, fęminæ non ve- 30
nirent appellatione filiorum, quia tunc cenſeretur habita ratio agnationis, Peregr. *de fideicom. art.* 25. *nu.* 47. alios multos refert & ſequitur Roland. à Valle *conſil.* 85. *nu.* 33. *verſ. ſecundo, lib.* 3. Theſaur. *deciſ.* 188. *nu.* 3. & infra dicetur.

Sed hoc non eſt abſolutè verum, nam ex ſubſtitutione 31
agnati non cenſetur habita ratio agnationis, niſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris, Gieron. Gabr. *conſil.* 97. *n.* 7. *& n.* 24. *lib.* 1. Odd. *conſi.* 44. *nu.* 38. Honded. *conſil.* 56. *n.* 18. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 70. *n.* 21. *li.* 3. *conſ.* 30. *n.* 4. *lib.* 4. *& in tract. de fideicom. art.* 25. *n.* 27. & Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 14. *nu.* 7.

Si tamen teſtator habuiſſet cognatos proximiores, vel 32
filios, vel ſorores, & vocaſſet agnatos remotiores, habita diceretur ratio agnationis, Ceph. *conſi.* 37. *n.* 16. Menoc. *conſi.* 463. *n.* 5. *verſic. cæterum*, Surd. *conſ.* 96. *n.* 31. *verſi. accedat lib.* 1.

Vel teſtator progreſſus eſſet ad plures gradus ſubſtitu- 33
tionum, quia & tunc ratio conſeruandi bona in agnatione diceretur habita, Hier. Gabr. *conſ.* 97. *n.* 7. 24. *& ſeq. lib.* 1. *& conſi.* 88. *nu.* 8. *lib.* 2. Ceph. *conſi.* 46. *n.* 27. Menoch. *conſ.* 95. *nu.* 55. *verſ. præterea*, Honded. *conſil.* 56. *nu.* 18. *lib.* 2. Peregr. *conſi.* 30. *n.* 4. *lib.* 4. & Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 15. *nu.* 7.

Declaratur hæc limitatio, vt fęmina tunc non ſit om- 34
nino excluſa, ſed ita demum extantibus maſculis, & his deficientibus ipſa admittenda erit, Arr. Pinel. *in l.* 3. *n.* 29. *verſi. & hæc opinio, C. de bon. matern.* Soc. ſen. *conſ.* 227. *lib.* 2. Ruin. *conſi.* 117. *col. antep. conſ.* 140. *n.* 4. *conſ.* 154. *n.* 3. *conſ.* 163. *& conſ.* 109. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 2. *n.* 12. *li.* 1. Hier. Gabr. *conſi.* 132. *qu.* 5. *lib.* 1. vbi dicit hoc verum, ſi à principio fęmina ſub verbis contineatur, alias ſecus, Ceph. *conſi.* 511. *nu.* 25. *& ſeqq.* Peregr. *de fideic. art.* 25. *nu.* 47. *circa medium*, Pariſ. *conſ.* 83. *nu.* 18. *lib.* 2.

Cæterum contraria opinio tenenda eſt, quando ratio 35
agnationis eſt expreſſa, vel ſumus in caſibus, quod ſub nomine filiorum non poſſunt contineri, ob aliquam qualitatem inhærentem vſque ab initio, nam tunc cenſentur perpetuò excluſæ, etiam deficientibus maſculis, ita egregiè declarant Hieron. Gabr. *d. conſi.* 132. *q.* 5. *& q.* 4. *nu.* 45. *& infra libr.* 2. allegat Dec. *conſi.* 182. *col. vlt.* Ruin. *conſ.* 168. *n.* 15. *lib.* 3. & concedit Ruin. *conſ.* 154. *n.* 6. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 27. *n.* 20. & quæ dixi *limit.* 1.

Ratio eſt, quia ſucceſſiua vocatio locum habet ſolum 36
inter eos qui à principio vocantur, ſed eorum admiſſio remanet ſuſpenſa ob aliquam rationem ad aliorum beneficium ad not. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.* 3. Sed quando vocatio eſt reſtricta ad aliquas perſonas, ceſſat ſucceſſio, vt ſcribit Bartol. *in d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo*, & qui excluſi ſunt ab initio, ſemper remanent excluſi, ad dicta ſupra *hac quæſt. num.* 13. & probatur ex notatis à Bart. *in l. Centurio, nu.* 5. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & in l. Lucius, nu.* 92. *ff. eod.* & ibi Alexand. *num.* 16. & hanc rationem latius deduxit Hieron. Gabr. *dicto conſi.* 132. *qu.* 5.

De hoc videnda erunt dicta ſupra *limit.* 1. *& infra in declarationibus generalibus, nu.* 98. *& ſeq.* & quæ dicam *qu.* 369. vbi agam quando detur ordo ſucceſſiuus inter maſculos, & fœminas.

Limitatur quartò, quando teſtator diſcretiuè loqu- 37
tus

tus fuit de maſculis, & fœminis, vt ſi maſculos vocauit filios, fęminas verò vocauit filias, vel quia fęminis aliquid reliquit inſtituendo maſculos, nam tunc fœminæ non venirent appellatione filiorum, Bald. in l. multis, ff. de ſtat. homin. Iaſ. in l. ſi quis id quod, nu. 13. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. cohæredi, §. qui diſcretas, n. 8. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Barbat. inter conſ. Alexand. conſ. 52. lib. 4. Soc. ſen. conſ. 63. n. 15. lib. 3. & conſ. 73. col. 1. lib. 4. Iaſ. conſi. 140. col. 5. & conſi. 141. col. 6. lib. 2. Grat. conſil. 53. n. 5. lib. 2. Crot. conſ. 6. n. 13. Ruin. conſ. 150. n. 7. lib. 2. Purpur. cõſ. 402. n. 9. lib. 2. Bero. conſ. 114. n. 5. conſ. 115. n. 11. & cõſ. 133. n. 4. lib. 2. Soc. iun. conſ. 1. n. 37. lib. 1. & conſ. 168. n. 37. lib. 2. Alciat. reſp. 52. ad finem. Rol. à Vall. conſ. 82. nu. 28. lib. 3. Rimin. iun. conſi. 246. n. 34. lib. 3. Dec. conſ. 47. n. 18. lib. 3. Menoch. conſ. 204. n. 45. conſ. 215. n. 70 conſ. 463. n. 11. conſ. 752. n. 15. conſ. 877. nu. 10. & lib. 4. præſumpt. 84. n. 9. Lud. Molin. de Hiſp. primog. li. 3. cap. 5. n. 35. Ant. Gabr. de verb. ſignif. concl. 6. nu. 63. Craſſ. in §. fideicommiſſ. q. 12. n. 2. Pereg. de fideicom. art. 25. num. 45. Caual. deciſ. 14. n. 3. & ſeqq. par. 3. cum alijs citatis infra qu. 402. quando conditionaliter facta eſt mentio de filijs. n. 115. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 10. n. 12. & n. 25. ff. de condit. & demonſtr.

38 Declaratur hæc limitatio, vt non procedat in caſu, quādo teſtator filiam in re certa inſtituit, & duos maſculos vniuerſaliter hæredes fecit, & dixit, quod ſi alter ſine liberis decederet ſuperſtites ſuccederent, nam cum ſubſtitutio ſit de pluribus facta, nec verificari poſſit in vno, & ſi verificanda eſt in pluribus de neceſſitate ſit comprehendenda filia, tunc & ipſa veniret, Bart. in l. vlt. nu. 2. ff. ad Trebell. Rip. in l. Lucius, nu. 38. ff. de vulga. & pupill. ſubſtit. Comen. conſ. 13. Curt. iun. conſi. 22. num. 8. conſi. 69. n. 2. & conſi. 127. nu. 7. Ruin. conſi. 158. nu. 9. & conſ. 168. lib. 2. Bellon. conſ. 53. n. 6. Hieron. Gabr. conſ. 121. n. 20. lib. 1. quos refert & ſequitur Menoch. conſi. 524. n. 2. idem conſ. 50. n. 19. [conſ. 198. n. 6. & n. 27. conſ. 525. n. 2. conſi. 528. n. 37. & ſeqq. vbi alijs ſimilibus comprobat, & conſi. 588. nu. 11.

39 Hoc tamen intelligendum eſt, quando teſtator voluit prouidere his qui tunc teſtamēti tempore extabant, quia tunc de neceſſitate vocatio de ſuperſtitibus non verificantur in vno ſolo maſculo, aliud eſt quādo teſtator filijs in futurum prouidere voluiſſet, nam eo caſu ob incertitudinem, an tempore euenientis conditionis vnus tantum, vel plures extarent, & eſſent naſcituri, cenſetur teſtatorem in numero plurali vocaſſe, & ideo etiam vno tantum nato locutio pluralis in eo verificabitur, Alex. in l. ſi duobus, n. 1. ff. de leg. 1. Menoch. conſi. 524. in fine.

40 Declaratur ſecundò non procedere (& eſt ferè eadem declaratio cum præcedenti) quando teſtator ſubſtituit filios alicuius, & ille habebat ſolum vnum maſculum, & vnam vel plures fęminas, nec alij maſculi naſci ſperabantur, quia hoc caſu & fœminæ venirent per eandem rationem, quod locutio pluralis non poteſt verificari in vno. Menoch. conſi. 588. nu. 11. [Et vide pro hac declaratione, quæ ſcripſi quæſt. 320. n. 62.]

41 Sic emphiteuſis eccleſiaſtica Titio conceſſa pro ſe, & filijs ſuis, dicitur conceſſa & pro fœmina, quæ extabat tēpore conceſſionis, ſi naſci non ſperabantur alios filios, Marſ. in l. 1. § ſeruus, n. 5. ff. de quæſt. Anton. Gab. de verbor. ſignif. concl. 6. nu. 91. Menoch. d. conſi. 588. num. 12. verſic. & in ſpecie magis.

42 Limitatur quintò, quando in ciuitate extat ſtatutum exclusiuum fœminarum extantibus maſculis, quia tunc fęminæ non venirent: ea ratione, quia præſumitur voluntatem teſtatoris fuiſſe conformem diſpoſitioni ſtatuti, l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & ibi Bartol. & al. præcipuè Rip. nu. 75. Farin. deciſ. Rom. 508. nu. 4. Et potius præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, quam iuris communis, Soc. iun. conſ. 168. n. 88. li. 2. Menoch. conſ. 95. n. 93. lib. 1. conſ. 524. n. 7. & conſ. 836. n. 14. & ſeqq. Peregr. conſ. 41. n. 11. lib. 5. ſucceſſio enim legalis eſt ex mente defuncti, l. conficiuntur, §. ſi quis cū nullum, ff. de iur. codicill. Dec. conſ. 100. n. 30. lib. 3. Curt. iun. conſ. 57. nu. 8. Peregr. conſ. 44. n. 13. lib. 1.

Vlterius hoc confirmatur, nam in materia differenti maſculinum non concipit fęmininum, Anchar. in l. tres fratres, ff. de pact. Did. lib. 3. Variar. Reſol. cap. 5. num. 5. cum alijs à Menoch. citatis conſ. 95. nu. 62. 43

Et in ſpecie ſtante dicto ſtatuto, quod filiæ non veniāt appellatione filiorum, ſcripſerunt Bald. in l. tres fratres, ff. de pact. & ibi Iaſ. colum. 2. limi. 6. Barbat. in l. cum acutiſſimi, pag. penult. C. de fideicom. & in rub. C. qui adim. colum. 96. Alex. in l. Gallus, §. 1. in fin. ff. de liber. & poſthum. Alex. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Iaſ. in l. ſi quis id quod, col. 3. limit. 8. ff. de iuriſd. omn. iudic. Rebuff. in l. iuſta, col. 1. verſ. tertio, de verb. ſignif. Barba. in cap. Rainaldus, pag. 2. & 45. ext. de teſtam. Felin. in ca. ius generale, col. 3. diſt. 1. Natt. in cap. quamuis, colu. 34. de pact. in 6.

Et conſulendo Anchar. conſ. 120. nu. 3. Paul. de Caſtr. conſ. 410. col. 2. lib. 2. Alex. conſ. 127. libr. 1. Corn. conſil. 197. col. 4. libr. 1. Grat. conſ. 53. col. 2. conſ. 54. colu. 4. & vlt. & conſ. 56. col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 299. n. 11. & conſ. 545. col. 1. & ſeqq. Curt. ſen. conſ. 52. col. 4. & conſ. 116. col. 4. Rim. ſen. conſ. 184. & conſ. 586. Gozad. conſi. 45. col. 3. conſi. 59. col. 2. & conſ. 80. col. 2. Ruin. conſil. 168. col. 3. lib. 2. & conſ. 36. col. 2. lib. 3. Pariſ. conſ. 48. col. 2. & conſ. 57. col. penult. li. 2. Soc. iun conſ. 1. n. 113. conſ. 104. col. 5. lib. 1. & conſ. 168. col. 10. lib. 2. Ceph. conſ. 695. nu. 6. Mandel. Alba. conſil. 19. qui teſtatur eſſe communem opinionem, Burſat. conſi. 36. nu. 31. lib. 1. Menoch. conſil. 463. n. 11. conſi. 524. n. 4. verſ. tertiò & vltimò, & conſ. 836. n. 13. & ſeq. Honded. conſ. 75. nu. 25. lib. 1. Decian. conſ. 7. nu. 50. & ſeqq. lib. Peregr. conſ. 56. n. 8. lib. 3. conſ. 13. n. 10. & conſi. 41. n. 10. & ſeqq. lib. 5. Gerad. Mazol. conſ. 5. n. 5. Rimin. iun. conſi. 246. num. 3. & conſ. 681. in princ. lib. 6. conſ. 80. col. 2. lib. 1.

Et in tractatibus Hipp. ſing. 317. Brun. tract. quod ſtat. maſc. fœm. non ſucced. art. 5. q. 12. Dilect. de art. teſtan. tit. 5. caut. 17. n. 2. Lud. Molin. lib. 3. de Hiſpa. primog. ca. 5. n. 38. & ſeq. Ant. Gab. de verb. ſignific. conclu. 6. nu. 84. Anchar. iun. lib. 4. quæſt. 65. nu. 2. 3. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 7. n. 1. verſic. ſed adhuc. Menoch. li. 4. præſumpt. 84. n. 10. Craſſ. in §. fideicommiſſum, qu. 12. n. 3. vbi ait eſſe communem opinionem, Carpan. ſup. ſtat. Mediol. cap. 278. n. 42. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 10. nu. 13. de condit. & demonſtrat. In deciſ. Pedemont. deciſ. 127. n. 2. 3. Caual. deciſ. 14. n. 5. & deciſ. 16. n. 2. & n. 8. par. 1. tert. part. principal. Caroc. deciſ. 105. Rot. Rom. apud Farinac. deciſ. 132. part. 4. Et ego etiam ſecundum hanc opinionem ſæpius conſului, & obtinui, præcipuè ſuper teſtamento D. Ioan Mariæ de inuerardis, & ſuper teſtamento D. Chriſtophori Lolij de Luere.

Contrariam ergo opinionem malè probarunt alij, nolentes ſtatutum non obſtare fœminis, ita Pileus antiquus doctor relatus à Peregr. d. art. 25. num. 52. Bald. in l. quicunque, numer. 12. C. de ſeru. fugit. Anchar. in cap. canonum ſtatuta, ext. de conſtit. & quæſt..... num. 64. alios citaui idem tenentes, quando conditionaliter facta eſt mentio de filijs. 44

Tertia eſt opinio, quod tunc fœmina non ſit omnino excluſa, ſed tantum extantibus maſculis ſit excluſa, ita vt maſculis non extantibus illa admitti debeat: ita in ſpecie tenent Bald. in l. maximum vitium, col. 4. C. de liber. præter. & in l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Soc. ſen. in l. Gallus, §. 1. num. 4. ff. de liber. & poſthu. Dec. in l. precib. nu. 12. C. de impub. & al. ſubſtit. Fulgoſ.

conſ.102.col.10.Caſtr.cõſ.279.col.1.li.1.in nouis,Corn. conſ.145.li.1.& conſ.134.li.2.Soc.ſen.conſ.113 col.2. conſ.85.in fi.lib.1.conſ.227.col.8.li.2.& conſ.35.n.13. li.4 vbi teſtatur de communi opinione, Dec.conſ.568.in fine,Gozad.conſ.79 n.7.Ruin.conſ.117.n.16.conſi.140. n.4.conſ.151.n.14.& ſeq.conſ.153.n.9.& conſ.154.li.2 Soc.iun.conſ.63.n.7.lib.4.Hieron.Gab.conſ.132.q.5.li. 1.Ceph.conſ.252.nu.23.& conſ.134.nu.52. vbi dicit eſſe communem opinionem,Dec.conſ 7.n.39.& 40.li.1.& conſ.74.n.28.lib.3.Menoch.conſ.496.nu.49.verſic.non obſtat quintum,conſ.588.n.14.& conſ.803.n.18.& ſeq. Peregr.conſ.56.n.8.lib.3.& conſ.41.n.12.li.5.Anchar. Regien.lib.2.q.65.n.10. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.6. tit.7 n.12.& li.8.tit.12.n.7.& 10.Prat.de interpr.vlt. vol.fol.329.n.63.Menoch.ſenſit lib.4.præſump.84.n.4. vbi loquitur vocata familia,Peregr.de fideicom.art.25.n. 51.art.22.n.23.art.27.n.21. & ſeq. & art.19.n.26.& 27. vbi tamen dicit hanc opinionem veram vocatis deſcẽdentibus,vel alijs nomine collectiuo,ſecus ſi vocentur filij,quoniam ſi per exiſtentiam maſculorum fœminę fuerunt ſemel excluſæ,ſemper remanent excluſæ, aliud autẽ eſſet, ſi nunquam fuerunt maſculi, quia & tunc illæ admittendæ eſſent, & Surd.deciſ.84. Ruſtic.in l.cum auus, lib.6.c.10.n.14.de condit. & demonſtr.

Licet fœminam ſemper excluſam remanere conſuluerit, Menoch.conſ.524.lib.6. ſed malè.

46 Probatur autem hæc tertia opinio ea ratione, quia voluntas quæ deducitur ex actu, non debet extendi vltra id quod ex ipſo actu de neceſſitate infertur,Bartol.in l.1.§. hoc interdicto,ff.de itin.actuque priuat. Surd. conſil.52.n. 73.ergo excluſio fœminarum ex præſumpta mente teſtatoris cauſata ex ſtatuti diſpoſitione, non procedet niſi quatenus diſponat ipſum ſtatutum: & ita arguit Surdus deciſ.84.n 9.in fine. Et ego etiam concurro cum hac tertia opinione,quæ in effectu non eſt contraria primæ, ſed potius illam declarat.

47 Prima autem opinio ſine dubio procedit, quando fœmina excluditur à maſculo extante à ſucceſſione inteſtati,tam à ſucceſſione grauati,quàm grauantis, vt ſcribunt Anchar.in d.l.tres fratres,ff.de pact. Soc.ſen.in l.Gallus, §.quidam rectè,nu.4.ff.de liber.& poſthum. Butr.conſil. 1.dubio primo,Corn.conſi.1.n.27.& n.30.lib.4. Socin. ſen.conſ.113.n.3.lib.1.conſ.238.lib.2.conſi.55.li.3.conſ. 51.n.19.& ſeq.& conſ.73.nu.13.lib.4. Rim.ſen.conſil. 36.37.38.Menoch.conſi.524.n.4.verſ.3.& vlt.Pereg. de fideic.art.25.n.54.& ſenſit,conſ.44.nu.3.lib.1.& omnes infra referendi concedunt.

48 Dubium eſt,quando fœmina excluditur à ſucceſſione grauati,non grauantis, vel à ſucceſſione grauantis, non grauati,an tunc locum habeat limitatio ex ſtatuto, vt excludatur. Et quod idem ſit, quando fœmina eſt excluſa à grauati ſucceſſione, licet non eſſet excluſa à ſucceſſione grauantis,tenent Corn.conſi.55.n.7.libr.1.Soc.ſen.conſ. 51.n.30.conſ.73.n.13.& ſeq.conſ.249.nu.21.& nu.25. verſic.aliquando,& ſecundo,Ruin.conſ.141.n.5.conſil. 151.n.7.& ſeq.& conſi.166.n.6.lib.2. Rimin.ſen.conſi. 186.Curt.iun.conſi.125.col.vlt. Dec.conſ.12.n.31.li.1. Pancirol.conſi.91.n.7.8.14.& ſeq. Peregr.de fideic.art. 25.n 49.& 55.conſ.44.n.13.lib.1.& conſ.41.nu.13.& ſeqq.lib.5.cum alijs congeſtis q.402.quando conditionaliter de filijs facta eſt mentio, n.69.

Alij tenent,quod vt limitatio locum habeat, requiratur fœminam eſſe excluſam à ſucceſſione grauantis, nec curandum ſit quod ſit excluſa à ſucceſſione grauati, ita tenent Alexan. Soc.ſen. Ruin. Gozad. Zuccard. quos refert Menoc.conſ.95.n.64. & conſ.524.n.4.verſ.tertiò, & vltimò addo,Curt.iun.conſi.49.n.10. Alban.Cardin. conſ.23.nu.10.verſ.hoc idem videtur,Ceph.conſi.46.nu. 19.in fi.lib.1.& Surdus deciſ.84.n.11.cum infinitis alijs, quos congeſſi d.q.402.quando conditionaliter filiorum facta eſt mentio,nu.66. idem etiam voluit Ruſtic.in l.cũ auus,lib.6.cap.10.nu.14.verſ.tertio,id eſt intelligendum, ff.de cond.& demonſt. [Et in diſpoſitiua vocatione,quidquid ſit in conditionali, hanc opinionem tenendam eſſe ſcribit poſt alios Peregr.d.art.25.n.57.& ſeqq.& idem vult Menoch.conſi.524.n.3.

Ratio differentię poteſt eſſe,quia conditio nil ponit in eſſe,nec inducit diſpoſitionem,& vocationem,ſed ſolum reſeruatum dicitur ius ſucceſſionis ab inteſtato, & cum patri ab inteſtato ſuccedant, eius perſona inſpici debet, non teſtatoris. At quando filij ſunt diſpoſitiuè vocati per fideicommiſſum, quia in fideicommiſſis ſucceditur teſtatori non grauato, l.cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulg. Bart.in l.1.nume.5.C.de pact. Honded.conſil.73.nu.20. lib.1.Mantic.de coniect.vlt.vol.libr.8.tit.7.num.3. Peregr.de fideicom.art.20.nu.1.cum alijs multis ſupra à me congeſtis qu.274.ipſius perſona, non grauati inſpicienda erit.]

De veritate autem harum opinionum videnda erunt quæ ſcripſi d.q.402.n.66.& ſeqq.vbi latiùs diſcuſſi articulum,ibi dicta non repeto. [Ampliatur etiam reſpectu bonorum,quæ extra Territorium poſſidebat teſtator, vt poſt Soc.ſcribit Crauet.conſ.250.nu.1. ſequitur Menoch. lib.4.præſumpt.202.n.17.

49 Sublimitatur primò,quod dictum eſt fœminam excludi ſtante ſtatuto, vt procedat ſi maſculus exiſtens capax eſt ſucceſſionis, ſecus ſi eſſet incapax, nam tunc ille non eſſet impedimento,quin fœmina admittatur, Ruin.conſi. 154.n.5.lib.2.Anton.Gabr.d.concl.6.n.85.

50 Sublimitatur ſecundò,quando teſtator eſſet extraneus non agnatus,quia tunc in vocatione filiorum facta recurrendum erit ad interpretationem iuris communis, non autem municipalis, vt dixi d.q.402.nu.90. vbi retuli diſſentientes,& concordaui opiniones.

51 Sublimitatur tertiò, quando cum dictione vniuerſali vocati eſſent filij, vt ſi teſtator ſubſtituiſſet omnes filios, vel quoſcunque filios, nam tunc & fœminæ vocatæ cenſerentur,Anchar.iun.d.q.65.n.4.& ſeqq.vbi tamen dicit prius maſculos, deinde fœminas eſſe admittendas, alios adduxi d.q.402.n.48.vbi etiam rationem adduxi, & dicã etiam hac q.n.104.

52 Contrarium tamen voluit Menoc.conſ.867.nu.20.& ſeqq.Sed ſtante ſucceſſiua vocatione, vt dixit Anch.illius opinio retinenda erit, cum conueniat dictis ſupra nu.45.

53 Sublimitatur quartò, quando teſtator in alia parte teſtamenti vocaſſet tam maſculos quam fœminas,quia ſi in alio capitulo ſimpliciter de filijs fecit mentionem, venient & fœminæ, Menoc.d.conſ.496.dubio tertio,& quæ dixi ſupra n.24.& 25.

54 Sublimitatur quintò, quando teſtator vocauit filios & filias, prout de iure, quia tunc fœminæ concurrunt pro virili,Bald.in l.quicunque,n.12.C.ſeru.fugit. Caſtr.conſ. 25.nu.34.lib.2.in nouis.

55 Cõtrariam opinionem probarunt & bene, Anchar.in d.l.tres fratres,C.de pact. Alexand.in l.hæredes mei,§.cũ ita,n.8.ff.ad Trebell.Iaſ.in l.ſi is quod,nu.18.ff.de iuriſd. omn.iud.Soc.ſen.conſi.36.n.11.lib.4.Camp.tract.de dot. q.37.Capr.ſup.Stat.Mediol.cap.278.n.43.& dixi q.477. quando plures ſunt ſubſtituti, pro qua parte ſuccedant,n. 52.& ſeq.

56 Sublimitationes alias colligere quiſque poterit ex dictis ſupra n.38.39.40 & ex dictis quæſt.402.quando conditionaliter facta eſt mentio de filijs pro declaratione quartæ limitationis,n.61.& ſeqq.

57 Limitatur ſextò, quando extat ſtatutum, quod verba teſtamentorum intelligantur ad litteram, nam eo caſu, appellatione filiorum non venirent fœminæ, ita in ſpecie ſcribunt Iaſ.in l.qui filiab.num.14.ff.de leg.1.Dec.in l.2. n.101.

n.101.ff.de reg.iur. Alciat.in l.1.ff.de ver.ſignif.Bald.cõſ. 460. Ioannes lib.5.Corn.conſi.14.col.penult.li.2.Socin. iun.conſ 1.n.102.& conſ.23.col.vlt.lib.1. Menoch.cõſ. 215.n.16.& conſ.752.n.14. vbi dicit in Hiſpania extare Regiam Conſtitutionem, Tiraquel. de retract.conſang. §.1.gloſ.9.n.181.& ſeq.Ant,Gabr.de verb.ſignif.concl. 6.n.12.Mant.de coniect. vlt.vol.lib.8.tit.7.nu.1.verſ. ſecundo. Menoch.lib.4 præſump.84.nu.42.Ruſtic.in l. anus,lib.6.cap.10.nu.1.ff.de cond.& demonſtr.

58 Limitatur ſeptimò,quando teſtator propinquiores fęminas excluſit inſtituendo maſculos, & illis ſubſtituit filios,quia tunc ſolum maſculi dicuntur vocati, ſiue teſtator inſtituerit filium, ſiue fratrem, ſiue alium agnatum, ita in terminis ſcripſerunt Bald. conſ.481. in cauſa Andreoli,lib.3.Fulgoſ.conſ.38.& conſi,38. Alex. conſil.15. lib.4.Corn.conſ.202.n.12.& conſ.230.nu.8.lib.3.Grat. conſ.54.n.35.lib.2.Ruin.conſ.150.n.5.& ſeq.li.2.Curt. iun.conſi.112.n.5.Menoch.latè conſ.524.conſi.565.n.6. 7.conſ.752.n.17.conſ.836.dubio ſecundo, & conſi.877. n.4.& ſeq.Rimin.ſen.conſ.223.nu.66.Rol.à Vall.conſi, 82.lib.3.Hieron.Gabr.conſ.97.n.16.verſ.tertius caſus, lib.1.Dec.conſ.24.n.22.lib.2.Odd.conſ.46.n.31.verſic. quo ſtante teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem,licet ipſe poſtea diſſentiat,Surd.conſ.21.li.1.Pereg. conſ.23.n.6.conſ.52.n.3.lib.3.conſ.30.n.3.lib.4.vbi reddit rationem cur ita tenendum in diſpoſitiua vocatione, & contrarium in conditionali, & conſ.57.n.13.& ſeqq. eod.lib.4.& in tract.de fideic.art.25.n.43.& ſeq.Craſſ. in §.fideicommiſſum,q.12.n.2,Mant. de coniect.vlt.vol. libr.8.tit.7.n.1.verſic.addo,Menoch.lib.4.præſump.84. n.24.Surdus deciſ.84.Theſaur.deciſ.188.n.3.

59 Facit primò pro hac opinione, quod ſubſtitutio declaratur ab inſtitutione, prout in fideicommiſſaria ſubſtitutione,ita ſcripſerunt Dec.in l.1.n.7.C.de impub.& alijs ſubſtit.& ibi Curt.iun,qui teſtatur eſſe receptam opinionem,Soc.iun.conſi.75.n.23.lib.3. vbi dicit eſſe communem opinionem, Mant,de coniect. vlt.vol.lib.5.tit.1.n. 20.Præt.de interpr.vlt.vol.fol.526.n.16.cum alijs confectis ſupra q.12. Atqui in inſtitutione teſtator vocauit ſolos maſculos, ergo &c.

60 Secundò,cum agatur de ſubſtitutione fideicommiſſaria,per quam ſucceditur teſtatori,l.cohæredi,§.cum filia, ff.de vulg.& pup.ſubſt. Burſat. conſ.460.n.10.Menoch. conſ.124.n.13 & ſeq.Pereg.de fideic.art.20.n.1.veriſimile non eſt, quod magis voluerit vocare nepotes, quam filias contra l.Publius,§.1.ff.de cond.& demonſtr. & ita hoc argumento vſus eſt Menoc,poſt multos relatos conſ. 877.n.9.lib.9.& dict.præſumpt.84.n.24.

61 Tertiò,maior eſt affectio erga natos,quã naſcituros, l.qui filiabus,ff.de legat.1.Menoch.lib.4.præſumpt.16. n.6.Et ſi teſtator excluſit natas & cognitas,multo fortiùs creditur voluiſſe excludere non natas, & remotiores.

62 Quartò,illud cenſetur diſpoſitum, quod teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet ſi viuens interrogatus fuiſſet, Gloſ. in l.tale pactum,§.vlt.ff.de pact. Crauet. conſil.98.nu.2. Soc.iun.conſ.127.nu.6.lib.1.& alibi ſæpe. Atqui ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an voluerit fœminas remotiores excludere propter maſculos, vtique reſpondiſſet velle eſſe excluſas,tum quia maiorem affectionem demõſtrauit erga maſculos,quam erga fœminas, tum etiam, quia vocando maſculos cenſetur feciſſe fauore agnationis, vt bona in illa conſeruarentur. Honded.conſ.55.nu.10.lib. 1.Surdus conſ.241.n.12.lib.2.Menoch.lib.4.præſumpt. 69.n.10.Peregr.de fideicom.art.25.nu.26.cum alijs congeſtis,q.499.nu....ergo fœminæ habendæ erunt, ac ſi per expreſſum fuiſſent excluſæ.

63 Vltimò, adducitur text.in l.ſi vnica matre, C.de bon. matern.

64 Et per has rationes & authoritates conſului ſuper teſtamento D.Bernardini de Salis contra fœminas in hoc caſu.Teſtator iſte inſtituerat filios ſuos maſculos,& filijs ſubſtituit filias fœminas,& filiabus ſine filijs maſculis decedentibus ſubſtituit fratrem,aut eius filios: mortui ſunt maſculi filij teſtatoris, & illis ſucceſſit D.Caterina filia; poſtea deceſſit ipſa D.Caterina mortuo fratre teſtatoris ſubſtituto,ex quo aderant niſi filiæ,quæ prętendebant admitti ex ſubſtitutione facta de fratre,& eius filijs,reſpondi ego ſubſtitutionem intelligendam eſſe de filijs maſculis fratris,ne ſequatur abſurdum,quod melioris conditionis fuiſſent fœminæ filiæ fratris, quam fœminæ ex proprijs filiabus teſtatoris deſcendentes, & quæ fuerunt per teſtatorem excluſæ. Et in alio etiam caſu tenui hanc limitationem, & fuit conſilium deciſum ſuper teſtamento Iacobi Faſchini de Pezatijs.

Maximè autem iſta limitatio procederet,quãdo teſta- 65
tor excluſit propriam filiam inſtituendo fratrem,& eius filios, vel agnatum & eius filios, quia ſolum maſculi erũt vocati. Alex,conſ.15.lib.4.Corn.conſi.202.num.12.libr. 3.Hieron.Gabr.conſ.97.numer.16.verſic.tertius caſus, lib.1.Odd,latè conſ.6.Peregr.de fideicomm.art.25.num. 44.in fine. [Et ita ego conſului in vna de Pilottis, vt in conſi.109.& comprobaui,idem tenet Menoch.præſump. 84.numer.24.& conferunt, quæ ſcripſi quaſt.402.numer.45.]

Ampliatur iſta limitatio,etiam quando tempore diſpo 66
ſitionis extaret vnus tantum maſculus,& vna fœmina,& in numero plurali vocati ſint filij, nam licet locutio pluralis non verificetur in vno, l.fin.ff.ad Trebell.& ibi Bar. & alij, attamen cum diſpoſitio ſit collata in futurum euentum numerus pluralis verificatur in vno Alex. in l.ſi duobus,nu.1.ff.de leg.1.in terminis, Menoch. dicto conſ. 524.n.2.iuncto n.9.& conſi.ſeq.n.2.& ſeq.& conferunt dicta q.401.& q.494.n.5.

Declaratur primò hæc limitatio, vt procedat ſolum 67
excluſa filia,nam alia fęmina excluſa non haberet locum, ſecundum Menoch.conſi.588.nu.13.qui mouetur ex eo, quia d.l.ſi viua matre, Cod.de bonor.matern. loquitur de filia.

Non tamen credo tutam eſſe hanc deciſionem, nam licet hæc limitatio in remotione fęmina excluſa non probetur, in d.l.ſi viua matre,probatur tamen per rationem illius legis, & per alias rationes ſupra deductas pro confirmatione limitationis.

Declaratur ſecundò, vt fœminæ non ſint omninò ex- 68
cluſæ,ſed quod veniant in defectum maſculorum. Surd. latè dec.84.Peregr.conſi.58 lib.5.Gomel. Variar.Reſolut.tomo 1.cap.5.nu.25. Craſ.in § fideicommiſſum, qu. 12.num.5.

Sed contrarium voluit Menoch. dicto conſi.524. vbi conſuluit in caſu,quo nulli maſculi extabant, & in conſilio,ſeq.defendit ſuam opinionem. [Et ita etiam ego tenui in dicta cauſa de Pilottis conſ.109. & eſt de mente omnium citatorum ſupra nu.58.præcipuè Hier.Gabr.d. conſ.97.nu.16.verſ.tertius caſus,lib.1.vbi dicit ſolos maſculos cẽſeri vocatos, & Gabrielem ſequuti ſunt Menoc. d.præſumpt.84.nu.24.& Peregr.d.art.25.nu.44.in fine, & ita obtinui in illa de Pilottis ex ſententia Excellentiſs. D.Gaſparis Lanæ, quæ in appellatione fuit confirmata per Excellentiſs. D. Iulium de Federicis, & ambo ſunt ex primarijs Iureconſult. Brixiæ.

Pro clariori tamen intelligentia ego ſic dicerẽ, Quod aut teſtator vocauit filios ſuorum deſcendentium, & tũc fœminæ veniant ſucceſſiuè poſt maſculos. Aut verò ſumus in fœminis tranſuerſalis, vt quando teſtator filias proprias excluſit, & maſculos inſtituit, quibus deſcendẽtibus ſine filijs fratrem ſubſtituit,& eius filios, vel ſubſtituit filios fratris,vel alij agnati,& tunc tene in ſubſtitutione de filijs fratris venire ſolos maſculos, ob veriſimilem

mentem teſtatoris. præſumi enim debet, quod noluerit
magis vocare filias fratris, quam proprias filias, *vt ſupra
numer.60. in ſecundo argumento*, & in ſpecie ita ſe habet
Hier. Gabr. *d. conſ.97. nu.16. verſ. tertius caſus*, vbi dicit
hoc caſu maſculos tantum cenſeri vocatos, & loquitur in
fœminis tranſuerſalibus, & de iſtis ſequendo Gabrielem
loquuntur Menoch. & Peregrinus *ſupra ſtatim relati*, &
in tranſuerſalibus ego conſului in illa de Salis, & in illa
de Pilottis, de quibus ſupra dixi, & in illis caſibus non ex-
tabant maſculi ex fratre, ſed ſolum fœminæ, & tenui in-
trepidè teſtatorem non potuiſſe ſentire feminis ex fratre
per rationes ſupra adductas.

Et circa iſtam limitationem videnda etiam erunt quæ
ſcripſi *quaeſt.402. nu.45.*]

69 Declaratur tertiò, quando vocati eſſent filij per verba
vniuerſalia, quod tamen pendet à dictis *ſupra n.5.*

70 Limitatur octauò, quando cum aliqua qualitate ex-
primitur maſculinum, vt ſi teſtator ſubſtituiſſet filios
Monachos, quia Moniales non venirent, Alexand. *in l.
tres fratres, ff. de pact.* & ibi Iaſ. *numer.3.* vbi alios refert,
idem Alex. *conſi.15. n.2. lib.4.* Barbat. *conſi.50. col. vlt. li.
4.* Curt. ſen. *conſi.9.* Anton. Gabr. *dicta concl.6. num.89.*
Menoch. *lib.4. præſumpt.84. nu.11.*

71 Contrariam tamen opinionem probarunt alij relati ab
Ant. Gabr. *d. concl.6. n.89.*

72 Limitatur nonò, quando teſtator oppoſuit qualitatem
filio vocato, quæ non conuenit fœminæ, Anton. à Gam.
dec. Luſit.337. n.2.3. idem ſenſit Menoc. *conſ.938. n.12.
lib.10. & 1075. n.7. lib.11.* in quibus locis apponit infra-
ſcriptos caſus, & exempla.

73 Primum eſt exemplum, quando filijs eſſet appoſita cō-
ditio diſcendi literas, vel libri eſſent reiicti, nam tunc ob
iſtam qualitatem de maſculis cenſetur intellexiſſe, hoc
ponit Ant. à Gam. *vbi ſupra*.

74 Secundum exemplum eſt, quando teſtator dixit nolle
bona alienari, niſi in caſu quo filij eſſent capti ab hoſtibus,
vt ſe redimerent, Menoch. *ibi ſupra conſi.938.*

75 Tertium exemplum erit, quando teſtator dixiſſet, fi-
lios non poſſe alienare, niſi caſu quo ob aliquod deli-
ctum capitale damnati eſſent, Menoch. *ibi ſupra conſilio
938. nu.12.*

76 Quartum exemplum, quando teſtator poſt vocationē
filiorum dixiſſet, quod eueniente caſu confiſcationis bo-
norum, filiorum bona peruenirent ad alium, talis enim
prouiſio cenſetur facta fauore maſculorum, non autem
fœminarum, quę delinquere non ſolent, Menoch. *vbi ſu-
pra, conſi.1075. nu.7.*

77 Ratio eſt, quia prouiſio & diſpoſitio interpretari debet
à ſolitis, *l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædil. edic. leg. ſi
quis donationis*, vbi Gloſſ. *de vſufr. l. nam ad ea, ff. de le-
gib. l. quæ ratio, ff. de reg. iur.* & ibi Dec. Euer. *in loc. à ſo-
litis*, Decian. *conſi.7. n.55. lib.5.* ita Menoc. *d. conſ.1075.
numer.7.* Vlterius diſpoſitio conſideratur à communiter
contingentibus.

78 Limitatur decimò, quando aliquod abſurdum ſeque-
retur, ſi fœmina veniret filiorum appellatione, quia tunc
non contineretur, Alex. *conſi.45. col.2. lib.7.* Ant. Gabr.
d. concl.6. n.115. Menoch. *lib.4. præſump.84. n.18.*

79 Et ideo ſi domus ſit relicta filijs, & prohibita diuiſio,
cenſentur ſolum maſculi vocati, ne ſequatur abſurdum
quod fœminæ cum earum maritis habitare teneantur in
eadem domo, ita Odd. *conſi.33. n.8.*

80 Limitatur vndecimò, quando ſequerentur plures im-
proprietates ſi fœminæ venirent filiorum appellatione,
Abb. *conſi.26. n.3. lib.1.* Corn. *conſi.271. num.13. in fine,
lib.4.* Grat. *conſi.53. nu.10. lib.2.* Menochius *conſil.150.
n.49. lib.2. & lib.4. præſumpt.84. num.19.* Anton. Gabr.
de verb. ſignif. concl.6. nu.116.

81 Limitatur duodecimò, quando repugnantia reſulta-
ret in diſpoſitione teſtatoris, vt ſi teſtator in vna parte te-
ſtamenti ordinaſſet fœminas ſemper eſſe excluſas, & in
alia ſubſtituiſſet ſimpliciter filios, Menoch. *libr.4. præ-
ſumpt.84. num.23.* vbi in ſimili ſuper diſpoſitione ſtatuti
allegat Ruin. *conſi.103. n.7. lib.3.* & Anton. Gabr. *d. con-
clu.6. in fine*.

Limitatur decimotertiò, quando ex communi vſu lo- 82
quendi appellatione filiorum non veniunt fœminæ, præ-
ſumitur enim teſtatorem voluntatem ſuam communi v-
ſui loquēdi accommodaſſe, Nat. *in cap. quamuis, de pact.
in 6.* Fulgoſ. *conſil.34.* Abbas *conſil.36. in fine lib.1.* Alex.
conſi.84. col.1. lib.4. Ant. Gabr. *de verb. ſignif. concl.6. n.
114.* Menoch. *lib.4. præſump.84. n.17.*

Sed aduerte, quod iſte communis loquendi vſus erit
probandus, vt dixi *q.320. n.14.* quibus coniecturis filiorū
appellatione veniant nepotes.

Intell. tamen, vt ſi teſtamentum ſit latinè ſcriptum,
quod locum non haberet hæc limitatio ad dicta *qu.321.*
quibus coniecturis filiorum appellatione non veniant ne-
potes, *nu.46.*

Limitatur decimoquartò, quando ex conſuetudine ho- 83
mines non ſolent bona illa relinquere fœminis, vt ſi eſ-
ſent Caſtra, quæ ſolent tranſire in maſculos pro dignitate,
& conſeruatione familiæ, Dec. *conſi.7. n.51. lib.1.* Guid.
Pap. *Sing.521.* Tiraquel. *de iur. primogen. qu.11.* Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.10. n.8. in fine.

Limitatur decimoquintò, & fortius, quando fœmi- 84
na eſſet incapax bonorum, vt quia eſſent feuda, & iuriſ-
dictiones, in quibus fœmina non poſſet ſuccedere, Pariſ.
conſi.72. nu.7.8.33. & 81. lib.4. Menoch. *conſi.204. per
totum, maximè num.13. & ſeqq. & conſil.752. num.6.*
Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.10. nu.8. in fine*, Pere-
gr. *de fideicomm. art.25. numer.46. cum alijs citatis, d. q.
402. nu.112.*

Quod procedit etiam ſi cum iſtis eſſent mixta bona 85
allodialia, & patrimonialia: ne fiat diuerſa determinatio
diſpoſitionis quæ reſpicit omnia bona, *ad l. iam hoc iure,
ff. de vulg. & pupill. & l. quamuis, C. de impuber. & alijs
ſubſtit.* & ibi Doctor. & in ſpecie ita arguit Menoch. *d.
conſi.204. nu.16.* & ſequitur Peregr. *d. artic.25. num.46.
in fine*.

Limitatur decimoſextò, quādo teſtator conſtituit pri- 86
mogenituram perpetuam pro ſe filijs, & deſcendentibus,
quia non cenſetur intellexiſſe de fœminis, Pariſ. *conſ.72.
n.7.8.33. & 81. lib.4.* Ceph. *conſi.158. n.7. & conſ.664.
n.36.* Menoch. *conſ.204. n.27. & ſeq. & n.67.* Tiraquel.
de iure primogen. q.10. n.16. Ludou. Molin. *libr.3. de Hi-
ſpan. primog. cap.5. n.2. & 38.* Mant. *de coniect. vlt. vol.
li.8. tit.10. nu.8.* Peregr. *de fideicom. art.26. n.46.* Anton.
à Gam. *deciſi. Luſit.51.*

Cæterum contrariam opinionem tenuit Ant. à Gam. 87
deciſ. Luſit.337. maximè n.7. & nu.12. dicit maximè eſſe
verum, quando teſtator vocaſſet primogenitum, aut pri-
mogenitam, vel vocaſſe filium, vel filiam, *& deciſ.51. nu.
7. licet d. deciſ.337. in fine* dixerit iudicatum fuiſſe pro
maſculo, quando vocatus erat filius, vel filia.

Et hoc caſu ſucceſſiuè venire fœminas poſt maſculos 88
ſcribit Peregr. *conſil.58. nu.3. lib.5.* & ſenſit de fideic. *art.
25. nu.46.* Tiraquel. *de iur. primog. q.10. nu.9. & ſeqq.* vbi
alios adducit Molin. *lib.1. de Hiſpa. primog. c.18. n.22. &
lib.3. cap.4. n.10. & ſeqq. & c.5. n.52.*

De hac tamen limitatione latiùs dixi *q.385.* vbi actum
fuit, an fœmina ſuccedat in primogenituris.

Limitatur decimoſeptimò in fideicommiſſo conſtitu- 89
to in contractibus, nam filiæ non venirent ad fideicom-
miſſum relictum filijs, cum in contractibus maſculinum
non concipiat femininum, Iaſ. *in l. ſi quis id quod, numer.
23. de iuriſd. omn. iud.* vbi allegat Guid. de Suzar. Ar-
chid. Io. de Imol. Raph. & Roman. Alexand. *in l. quod*

dicitur

dicitur,nu.24.ff.de verbor.oblig. Iat.*in l.2. C. de iur.emphit.*Felin.*in c.quoniam,nu.4.de Simon.* Alexand.*conſil.61.col.1.lib.1.*Corn.*conſ.263.in princ.li.1.*Gozad.*conſ.*20 Dec.*conſi.223.in princip.* Ruin.*conſil.13.lib.1.*Soc. iun.*conſil.10.nu.10.lib.4.* vbi teſtatur de communi Rolan.à Vall.*conſi.93.li.2.* Luderch.Imol. *conſil.9.*Ceph. *conſi.11.*Pereg.*conſ.23.nu.11.lib.3.* alios multos retulit, vbi dicit ita communiori opinione receptum eſſe, Anton. Gabr.*de verb.ſignific.concl.6.n.93.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, & ita ego tenui ſuper tranſactione inter D.Iulium Girellum, & Reueren.Magiſt. Hieronymum eius fratrem.

Ratio eſt, quia in contractibus fit ſtricta interpretatio,*l.veteribus,ff.de pact.*

90 Cæterum contrariam ſententiam, quod & in contractibus maſculinum concipiat fœmininũ,probarunt Bart. *in l.1.ff.de verb.ſignif.* vbi nullam facit differentiam inter contractus,& vltimas voluntates. Bald.*in l.2.Cod.de iur.emphit.*& ibi Salic.*in 17. quæſt.* Imol. *in l.quod dicitur,col.antepen.ff de verb.oblig.* Dec. *in l.2.n.105.ff.de reg.iur.* Domin.*in capi.generali, col.3.in fine,de electi.in 6.*Angel.*conſi.118* Alex.*conſi.1.col.7.lib.5.*Dec.*in l.fœminæ,col.17.& ſeq.ff.de reg.iur.*

91 Sublimita primò in caſu,quando cõceſſio eſt facta pro ſe,filijs, & deſcendentibus,nam ob commune verbum,deſcendentibus, continentur & fœminæ, Rol.à Valle *conſ.93 n.23.lib.2.*Peregr.*d.conſi.23.n.11.lib.3.* cum alijs citatis ab Ant.Gabr.*d.concl.6.n.102.*

92 Contrariam opinionem tenent Alex.*conſ.61.col.pen. lib.1.*& Dec.*in dicta l.fœminæ, col.2.*

93 Sublimitatur ſecundò, quando in contractu dictum eſſet pro filijs & hæredibus, nam & tunc fęminæ continentur. Alex.*in l.2.§.liberos, colu.1. ff.de in ius vocand.* Iat.*dict.l.ſi quis id quod.col.5 & conſ.115.col.vlt.lib.1.* Dec.*conſ.32.*Goz.*conſ.20.colum.2.* Ruin. *conſ.178.col.3.lib.2 conſ.43.col.5.& conſ.51.col.5.lib.3.* Dec.*in l.2.n.98.ff.de reg.iur.* Ant.Gabr.*dicta conclu.6.n.104.*& Peregr.*d.conſ.23.n.11.lib.3.*

94 Sublimitatur tertiò,in contractu facto à muliere,nam cum non præſumatur illam odio habere ſexum ſuum, & fœmina contineretur. Iaſ.*in l.2.§.liberos, ff.de in ius vocand.*Soc.ſen.*in l.Gallus,§.nunc de leg. col.3.ff.de lib.& poſthum.*Curt.iun.*conſ.181.col.2.*Grat.*conſi.110.n.26. lib.1.*Gozad.*conſi.71.col.3.& conſi.79. in fine.*Rub. Alexan.*conſi.22.col pen.*quos refert Anton.Gabr.*de verb. ſignificat.concl.6.n.107.*

Sublimitationes alias ponit Ant. Gabr. *de verb.ſignif. concl.6.n.102.vſque ad n.111.*

95 Limitatur decim. octauò, quando ſpecialiter fœminis eſſet prouiſum,quia tunc inſurgit coniectura,teſtatorem voluiſſe eas à cæteris bonis excludere, ita in ſpecie ſcribunt Bald.*in l.in multis,ff.de ſtat.homin.* Zanch.*in l.hæredes mei,§.cum ita,nu.677.in fine.* Hieron.Gabr.*conſil.132.n.41.lib.1.*Soc.iun.*conſi.114.nu.19.lib.1.*vbi alios citat Menoch.*conſi.197.n.55.& conſ.867.nu.15.*Ceph. *conſi.394 num.19.*vbi plures alios addit, & hæc eſt ferè eadem cum limitatione quarta.

96 Limitatur decimonono, quando teſtator in vno capitulo vocaſſet maſculos, & in ſequenti appoſuiſſet verba repetitiua præcedentium qualitatum, vt filios ſupraſcriptos: vt ſupra,alios filios: nam fœminæ non venirent, vt dixi *ſupra n.27.*addo Peregr.*conſi.23.n.4.lib.3.* vbi alios adducit, & dixi etiam *quæſt.403.* an repetitio maſculinitatis fiat ꝯ n....

97 Limitatur vigeſimò, quando teſtator habebat filios & nepotes, & nepotes ex filio præmortuo, & inſtituit filios proprio nomine expreſſo,& nepotes ex filio præmortuo non expreſſis proprijs nominibus, & eos inuicem ſubſtituit, nam nepotes tunc non dicerentur vocati in inſtitutione,nec ſubſtitutione, vt comprobat Canal. *dec.14.dubio primo par.3.*

Limitatur vigeſimoprimò, de iure Longobardorum fęminas non venire appellatione filiorum,vt poſt Thom. Gram. Alber.de Roſar.Catel.Crot.And. de Barul.ſcribit Ruſtic.*in l.cum auus,lib.6.cap.10.n.20.ff.de condit. & demonſtr.*vnde in locis,in quibus iura Longobardorũ ſeruantur locum haberet.

Limitationes aliæ colligendæ erunt ex Menoch. *dicta præſumpt.84.* Ant.Gabr.*de verb.ſignif. concl.6.* & quæ dixi *quæſt.402.* quando conditionaliter de filijs facta eſt mentio.

Limitatur etiam quando ſubſtituta eſſet pia cauſa, Iaſ. *in d.l.ſi quis id quod,in limit.12.nu.21.*Ruſtic.*in d.l.cum auus,lib.6.cap.8.n.18.*vbi alios refert *& cap.10.n.22.& ſeq.ff.de condit.& demonſt.*de quo tamen videnda erunt quæ dixi,*q.402.nu.....* quando de conditionali mentione filiorum actum fuit.

Declarandæ autem erunt prædictæ omnes limitationes: primò,quod ſi teſtator per plures gradus ſubſtitutionum vocauit filios maſculos, & poſtea in fine dicat ſubſtituere in perpetuum deſcendentes ex eis,vel ſuos, vel propinquos, vel poſteros,vel proximiores,vel cõiunctos, vel per ſimilia verba communia, quod tunc fęminæ non erunt omninò excluſæ, ſed tantum extantibus maſculis, quibus deficientibus ipſæ admittendæ erunt. Alex.*conſi.17.n.8.& ſeq.lib.1* Corn.*conſi.203.libr.4.*Ruin.*conſil.165.col.vlt.& conſ.127.in fine lib.2.*Bero.*conſ.83.nu.2.& 9.conſ.87.& conſ.88.lib.2.*Curt.ſen.*conſ.60.col.fin.* Soc.ſen.*conſ.51.col.1.lib.4.*Dec.*conſi.223.num.2.& 3.conſ.253.n.4.conſi.527.n.56.& conſi.570.nu.10.& ſeq.* Pariſ.*conſ.20.n.18.& conſ.24.n.17.& ſeq.li.2.*Crauet. *conſ.250.n.4.*Hier.Gab.*conſ.132.q.5.lib.1.* Ceph.*conſ.53.n.84.& ſeq.& conſi.134.n.40.& ſeqq.*Craſſ.*in §.fideicommiſſum,qu.12.nu.5.*Præt.*de interpr. vlt.vol.fol.328.n.63.*Ruſtic.*in l.cum auus, lib.6. cap.10.nu.14.ff.de condit. & demonſtr.* & videnda quæ dixi ſupra hac *qu.n.11.& ſeqq.*& quæ dicam *quæſt.366.num.2.& ſeqq.& quæſt.379.* 98

Maximè quando clauſula in fine poſita eſſet per modum rationis, quia tunc fęminæ poſt maſculos veniunt, vt ſi teſtator vocaſſet filios maſculos,& illis ſubſtituit eorum filios,& deſcendentes maſculos, & poſtea ſubdat, quia volo bona mea perpetuò manere in deſcendentibus meis,vel in familia,vel in agnatione, Surd.pulchrè *deciſ. Mantic.84.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Senatu, & loquitur in caſu quod ſtatutum fęminas excludebat, & etiam in caſu quod teſtator proprias filias excluſerat, & mandauerat fœminas maſculorum dotari. Et vide dicta *ſupra n.15.* 99

Contra tamen hanc declarationem, vt fęminæ ſint omninò excluſæ, & qualitas maſculinitatis ſit repetita, tenent Soc.ſen.*conſ.63.n.11.& ſeq.lib.2.* Curt.ſen.*conſ.40.*Ruin.*conſ.161.n.5.& n.18.lib.2.*Crauet.*conſ.306.n.5.*Hieron.Gabr.*conſ.132. quæſt.5.nu.54.lib.1.*Peregr. *conſ.58.n.6.conſi.159.lib.5.*vbi latè, *& conſ.23.nu.4.& ſeqq.libr.3.*Pariſ. qui dicit eſſe communem opinionem, *conſ.48.n.22.lib.2.*Craſſ.*in §.fideicommiſſum,q.12.nu.3.* & alij relati *ſupra n.11.& ſeqq.* 100

Et hæc opinio ſecunda locum maximè haberet, ſi adeſſent dictiones relatiuæ ad maſculos prius nominatos, vt poſt multos relatos ſcribit Menoch. *libr.4.præſumpt.84.num.13.& ſeqq.*Peregr.*conſ.23.num.4.lib.3.*& dixi *ſup.num.27.* 101

Intelligenda autem erit hæc declaratio, vt ita demum procedat, niſi ex aliqua adiectione appoſita appareat à principio teſtatorem intellexiſſe de ſolis maſculis, quia tunc nullo modo datur ordo ſucceſſiuus inter maſculos, & fœminas, vt dixi *ſup.limitatione tertia,nu.35.& ſeq.* 102

d by Google

Et quando detur ordo ſucceſſiuus inter maſculos, & fœminas latè dixi *quæſt. 369.*

103 Illud tamen notandum eſt, vt fideicommiſſum in familia permanere debet, & agnatione, ſi peruenit ad fęminã agnatam, ea defuncta reuertitur ad maſculum de agnatione proximiorem. Pariſ. *conſi. 35. ad finem, & conſ. 47. n. 61. & ſeq. lib. 3.* alios refert Pereg. *conſ. 23. n. 23. lib. 3.* & Præt. *de interpr. vlt. vol fol. 337. nu. 10. in fine*, & videnda erunt quæ latiùs dixi *q. 352. nu. 48. & ſeq.*

104 Declarantur ſecundò prædictæ limitationes, quando vocati eſſent filij cum dictione vniuerſali, vt ſi ſubſtituti eſſent omnes filij, nam tunc fœminæ venirent ob vim dictionis vniuerſalis, licèt aliàs non venirent, Anchar. *conſ.* 68. Crauet. *conſ. 155. col. 2.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 167. n. 66. cum alijs relatis ſupra nu. 51. & q. 402. nu. 88.* quando agitur de conditionali vocatione filiorum.

105 Ratio eſt, quia tanta eſt vis verborum vniuerſalium, vt per ea comprehendatur in diſpoſitione id, quod aliàs nõ contineretur, Bald. *in l. quicunque nu. 10. C. de ſeru. fugit.* Et de vi verborum vniuerſalium plura ſcribũt Ant. Gab. *de reg. iur concl. 4.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 174. fol. 8.* & Maſcard. de Probat. *concl. 1252. & concl. 1264.*

106 Illud autem prætermittendum non eſt, quod in dubio pronunciandum erit fęminam non eſſe excluſam, nam cum illa habeat fundatam intentionem in iure communi, per quod nulla eſt inter maſculos, & fęminas differẽtia, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* ſi agetur de illius excluſione, non aliter ſenſebitur excluſa, niſi cõſtet euidentiſſimè teſtatorem voluiſſe illam excludere: non enim recedendum eſt à diſpoſitione iuris communis, niſi manifeſtè de contraria voluntate conſtet, *l. 1. C. de cond. inſert.* ibi *niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur*, *l. ſi plures, ff. de vulg.* ibi *niſi fortè alia fuerit mens teſtatoris*, quod vix credendum eſt, niſi euidenter fuerit expreſſa, *l. libertas, §. vlt. ff. de man. teſt.* ibi *niſi aliud ſenſiſſe patremfamilias manifeſtiſſimis rationibus probauerit*, *l. Lucius, §. quæſitum, ff. de legat. 3. l. ſcriptura, ff. de iur. dot.* ibi *niſi euidentiſſimè contrarium probetur*, quod latiùs comprobat alijs rationibus, Ludou. Molin. *libr. 3. de Hiſpan. Primog. cap. 4. nu. 32. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Fœminas vocans non dicitur vocaſſe maſculos.*
2 *Maſculinum concipit fœmininum.*
3 *Fœmininum concipit maſculinum.*
4 *Fœminarum appellatione non continetur maſculus ex fœmina.*

QVÆSTIO CCCXII.

Fœminas vocans non dicitur vocare maſculos, etiam ex fœminis deſcendentes.

1 VIdimus in præcedenti quæſtione, quando filiorum appellatione veniant filiæ, nũc congruè videndum eſt, vtrum ſi teſtator ſubſtituit filias, vel fęminas dicatur vocaſſe filios, vel maſculos? Et contra maſculos tenent Hieron. Gabr. *conſi. 96. nu. 22. libr. 1.* Rimin. iun. *conſil. 786. nu. 54.* Peregr. *conſi. 42. in fine lib. 3. conſ. 41. ante n. 9. & conſ. 52. nu. 11. lib. 5. & in tract. de fideic. art. 26. nu. 21. & ſeq.*

2 Ratio eſt, quia licet maſculinum cõcipiat fęmininum, *l. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2. l. qui duos, ff. de leg. 3.* & latiùs dictum eſt quæſtione præcedenti, non tamen vllibi reperitur, quod fęmininum concipiat maſculinum. Gloſ. *in §.*
3 *fin. inſtit. quis teſt. tut. dar. poſſeſ.* Imol. *in l. ſi ita ſcriptum, n. 8. ff. de leg. 2.* Soc. ſen. *conſ. 63. n. 17. lib. 3.* Peregr. *d. art. 26. n. 22.* poſt Franciſc. Tigrin. & Alber. de Roſat. Immo habemus legem dicentem turpiſſimum eſſe, quod maſculinum cõtineatur ſub fęminino, & eſt *dict. l. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2.* vbi apertè conceditur maſculinum cõcipere fœmininum, non è contra.

Ampliatur concluſio, vt nec maſculi ex fœminis contineantur appellatione fęminarum, vt ſcribunt Hier. Gab *d. conſi 96. n. 22. lib. 1.* & Pereg. & Rimin. *locis citatis*, & ita ego conſului ſuper teſtamento magiſtri Franciſci de Venetijs. 4

Si tamen teſtator ſubſtituiſſet fęminas, & deſcendẽtes ab eis, tũc deſcẽdentiũ appellatione venirent & maſculi, Pereg *d. conſ. 41. n. 26. lib. 5.* [Declar. ſecundum Gabr. *d. conſ. 96. n. 22. & pluribus ſeq. maximè n. 27. & 28.*] 5

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium capax ſucceſſionis admittitur quando vocati ſunt filij.*
2 *Monaſterium non ſuccedit quando fideicommiſſum eſt relictum filio, & eius deſcendentibus, & eis finitis alter eſt ſubſtitutus.*
3 *Monaſterium non ſuccedit in fideicommiſſo relicto filijs, vt bona conſeruentur in agnatione.*
4 *Monaſterium quando non ſuccedit in fideicommiſſo relicto filijs, poſſidet tamen viuente filio.*

QVÆSTIO CCCXIII.

Vtrum Monaſterium ſucceſſionis capax ſuccedat in fideicommiſſo relicto filio?

SI teſtator reliquit fideicommiſſum ad fauorem filiorum, ſi filij ſunt ingreſſi Monaſterium ſucceſſionis capax, monaſterium admittetur, *l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, C. de Epiſc. & cler. §. ſed & hoc præſenti, in auth. de Sanctiſſ. Epiſc. cap. in præſentia, ext. de probat.* Pariſ. *conſ. 22. n. 1. & ſeq. lib. 3.* Did. *lib. 1. Variar. Reſol. cap. 19. n. 6. & ſeq.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 7. in fine*, & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Sfortiæ Marentij ad fauorem Reuer. Monialium S. Crucis. Hic enim teſtator reliquerat per viam legati D. Nicolao Tiraboſco lib. ſex mille, cum conditione, quod eo decedente ſine filijs in legato ſuccederent eius ſorores, iſtæ ingreſſæ ſunt monaſterium Sanctæ Crucis, poſtea euenit caſus ſubſtitutionis per mortem D. Nicolai ſine filijs, conſului Monaſterium ſuccedere. 1

Limitatur primò, quando teſtator fecit fideicõmiſſum vt bona conſeruarentur in agnatione, nam tunc monaſterium eſſet excluſum. Pariſ. *conſ. 22. nu. 9. & ſeqq. lib. 3.* Idem ſi facta eſſet prohibitio alienationis bonorum, vt in familia conſeruarentur, Pariſ. ibidem: & ita ego cõſului ſuper fideicommiſſo D. Hieronymi de Armannis, qui vocauerat proximiorem grauati decedentis, mandando eius bona, & hæreditatem perpetuò in agnatione maſculina conſeruari: mortuo autem D. Foreſto grauato Reuer. D. Lactantius eius frater patebat fideicommiſſum ad fauorem ſororis ſtante renuncia in eius gratiam facta per Reuer. Congregationem Caſſinenſem: conſului per prædicta Reuer. D. Lactantium non potuiſſe in fideicommiſſo ſuccedere, nec monaſterium, de quo etiam videnda erunt dicta *q. 428. n. 10. & quæſt. 429. n.* 2

Limitatur ſecundò, quando fideicommiſſum relictum eſt Titio, & eius deſcendentibus, quibus finitis alius ſit ſubſtitutus, quia tunc monaſterium excludetur. Pereg. *de fideic. art. 28. n. 69.* contra Afflict. *deciſ. 83. n. 13. & ſeq.* 3

Limitationes aliæ colligendæ erunt ex dictis *qu. 429.* an monaſterium faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c.

Sed quid ſi datus ſit ſubſtitutus filio, an monaſterium 4

in vita

In vita filij poſſidere debeat bona fideicommiſſi, an verò ſtatim ſuccedat ſubſtitutus, communis opinio Doctorum ſtat pro monaſterio, Peregr. *de fideicom. d. art.* 28. *nu.* 81. *& conſ.* 47. *nu.* 4. *lib.* 1. & dicam latiùs *dict. queſt.* 429. an monaſterium faciat deficere conditionem fideicomiſſi, ſi ſine filijs, *num.* ...

S V M M A R I V M.

1 *Naturales filij non dicuntur vocati ad fideicommiſſum relictum filijs. Amplia, & declara per totam qu.*
2 *Veros filios vocans, non cenſetur vocaſſe naturales.*
3 *Naturales non veniunt ad fideicommiſſum relictum filijs intuitu agnationis.*
4 *Ex naturalibus nati, licet legitimi nō admittuntur ad fideicommiſſum in quo naturales non poſſunt ſuccedere.*
5 *Naturales veniunt in fideicommiſſo relicto filijs, quando in aliqua parte teſtamenti de naturalibus facta eſt mētio. declara n.* 6.
7 *Naturales admittuntur in fideicommiſſo, quando extant ſoli naturales teſtamenti tempore, & teſtator ſenſit de iam natis.*
8 *Naturales veniunt appellatione filiorum, quando ſubſtituti ſunt filij illius, qui tantum naturales habere poteſt.*
9 *Naturales veniunt appellatione filiorum in fideicōmiſſo conſtituto ab ignobili, & non poſito in dignitate.*
10 *Naturales veniunt appellatione filiorum, quando omnes, & quicunque filij ſunt vocati.*
11 *Naturales veniunt appellatione filiorum in fideicommiſſi, quando nulli extant legitimi.*
12 *Spurij non dicūtur vocati ad fideicommiſſum relictum filijs.*
13 *Ex ſpurijs nati, licet legitimi, & naturales, non ſuccedunt in fideicommiſſis.*
14 *Spurij admittuntur in fideicommiſſis, quando omnes, & quicunque deſcendentes ſunt vocati.*
15 *Spurij admittuntur in fideicommiſſis, quando ſpecialiter ſunt vocati, niſi eſſet pater à quo capere non poſſunt.*
16 *Nati ex damnato coitu non ſuccedunt in fideicommiſſo ſpurijs relicto.*
17 *Spurij qui dicantur, remiſſiuè.*
18 *Baſtardos vocans dicitur vocare natos ex illicito coitu, non ex damnato.*
19 *Baſtardos vocans, & adulterinos dicitur vocaſſe.*
20 *Baſtardos vocans ad fideicommiſſum, cenſetur admittere natos ex coniugato & ſoluta, contra n.* 21.
22 *Baſtardos vocans dicitur vocare omnes qui non ſunt nati ex matrimonio.*
23 *Naturales filios vocans ad fideicommiſſum dicitur, & ſpurios vocaſſe.*

QVÆSTIO CCCXIV.

Naturales, ſpurij, & Baſtardi, quando admittantur ad fideicommiſſum relictum filij?

1 VIdimus in præcedentibus, quando fœmina veniat ad fideicommiſſum relictum filijs, nunc autem videamus, quando naturales ſpurij & baſtardi cenſeantur vocati filijs vocatis: Et prius quid de naturalibus dicendum ſit agendum eſt: ſentio igitur, quod ſi teſtator filios vocauit, non cenſetur vocaſſe naturales, ita Bald. *in l. placet, ff. de liber. & poſth.* Angel. *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* rurſus Bald. *in conſ.* 319. *matrimonium, n.* 8. *lib.* 4. Angel. *conſ.* 366. & Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 8. *tit.* 7. *n.* 4.

2 Maximè ſi veris filijs eſſet relictum fideicommiſſum, *l. vltima, C. de iur. delib.* Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* & ibi Paul. Caſtr. & Alex. *n.* 16. Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 8. *tit.* 7. *n.* 6. Peregr. *de fideic. art.* 22. *n.* 79. *& ſeq.*

Idem in fideicōmiſſo relicto intuitu agnationis, Corn. *conſi.* 126. *n.* 4. *lib.* 2. Capr. *conſ.* 90. *n.* 4. *& ſeq.* Mant. *d. li.* 8. *tit.* 7. *n.* 6. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 79. 3

Ampliatur, vt nec legitimè nati ex naturalibus admittendi ſint, tanquam nati ex radice infecta, vt dicam *infra n.* 13. *& in queſt. ſeq. n.* 2. 4

Limitatur primò, quando teſtator in aliqua teſtamenti parte de naturalibus mentionem fecit, quia tunc ad fideicommiſſum cenſerentur vocati, Bartol. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, ff. ad Trebell.* Pereg. *conſ.* 44. *nu.* 9. *lib.* 2. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 4. 5

Sublimitatur, quando facta eſſet mentio naturalium vnius perſonæ, quia per hoc non cenſerentur vocati naturales alterius perſonæ in alia ſubſtitutione, in qua de filijs facta eſt mentio, ſecundum Menoch. *conſ.* 500. *dubio tertio.* 6

Limitatur ſecundò, quando nulli nati eſſent filij legitimi tempore diſpoſitionis, ſed tantum naturales extarent, & teſtator ſenſit de filijs iam natis, Mant. *d. titul.* 7. *num.* 4. *verſ. ſecunda.* 7

Limitatur tertiò, quando ſubſtitutio facta eſt ei, qui filios legitimos, & naturales habere non poteſt, Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 8. *tit.* 7. *n.* 4. *verſ. ſecunda.* 8

Limitatur quartò, quando teſtator non erat nobilis, nec in dignitate conſtitutus, quia & tunc naturales venirent, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 5. 9

Limitatur quintò, quando vocati eſſent omnes, & quicunque deſcendentes, vel filij, de quo videndus erit Peregr. *de fideic. art.* 22. *n.* 81. *in fine.* 10

Limitatur ſextò, quando nulli extant legitimi, quia tunc naturales veniunt, *l. vlt. C. de iur. delib. l. hæreditas, §. vlt. ff. ad Trebel.* Doct. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* præcipuè Imol. Paul. Caſt. Alex. *n.* 16. & Rip. *n.* 57. Iaſ. *conſ.* 51. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 365. Ruin. *conſ.* 49. *n.* 5. *conſ.* 120. *n.* 12. *lib.* 1. *& conſ.* 161. *n.* 20. *lib.* 2. Pancir. *cōſ.* 169. *n.* 9. Ceph. *conſ.* 591. *& conſ.* 656. *n.* 38. Pereg. *conſ.* 54. *lib.* 2. *& in tract. de fideic. art.* 22. *n.* 80. *& in tract. de iur. fiſc. tit. de natur. nu.* 9. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 5. *verſ.* 4. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 325. *n.* 35. *verſ. ſi verò.* Et ſecundum hanc opinionem ſæpius fuit iudicatum in Excellentiſſ. Conſ. de X L. 11

Ex lege tamen Excellentiſſimi Senatus 1617. 21. Maij in Sereniſſ. hoc Veneto Dominio Sancitum eſt naturales non admitti, niſi ſint expreſsè vocati, quæ lex erit regiſtrata *in fine queſt.* 406.

Sublimitatur ex dictis ſupra *hac qu. n.* 2. *&* 3. & latius ex dictis *infra qu.* 406. an filij naturales faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs?

Spurij etiam, & fortius non erunt vocati filijs vocatis ad fideicōmiſſum, ſecundum Bart. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, col.* 2. *ff. ad Treb.* & ibi Alex. *n.* 7. *& ante n.* 51. & Rip. *col.* 1. *& n.* 49. Angel. *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſt. & ſubſt.* Abbas *in c. in præſentia, ext. de prob.* & ibi Decia. *n.* 33. Angel. *conſ.* 30. Ceph. *conſ.* 591. Pereg. *de fideic. art.* 22. *n.* 81. Ratio eſt, quia homines abhorrēt ſpurios, nimirum ſi ad hos vti odioſos nō debet referri diſpoſitio, *arg. l. Lucius, §. Lucius Titius Daman, ff. de leg.* 2. 12

Imò non venient etiam ex ſpurijs, licet legitime eſſent nati, quando eſſemus in caſu, quod nepotes venirent appellatione filiorum, vel expreſsè vocati eſſent deſcendentes, & hoc quia ſunt nati ex radice infecta. Curt. iun. *cōſ.* 145. *n.* 25. Bened. Barz. *tract. de fil. non legit. nat. p.* 2. *nu.* 32. quos refert, & ſequitur Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 3. *n.* 3. *& ſeqq. cum alijs citatis, q.* 407. *n.* 78. 13

Limitatur primò, quando vocati eſſent omnes, & quicunq; deſcendentes, Pereg. *de fideic. art.* 22. *n.* 81. *in fine.* 14

Limitatur ſecundò, quando ſpecialiter à teſtatore eſ- 15

ſent vocati, niſi eſſet pater, à quo capere nõ poſsũt, Hier. Gab. *cõſ.* 140 *n.* 21. *et ſeq. li.* 1. Pere. *de fideic. art.* 22. *n.* 79.

16 Sublimitatur tamen, vt tunc non veniant nati ex damnato coitu, Hier. Gabr. *conſ.* 140. *n.* 21. *& ſeq. lib.* 1.

17 Qui autem dicantur ſpurij, videndi erunt Surd. *tract. de alimen. tit.* 1. *q.* 10. *nu.* 30. *& ſeqq.* Pereg. *tract. de iur. fiſc. tit. de natur.*

18 Baſtardi autem ſi ſint vocati, veniunt omnes nati ex illicito, non tamen damnato coitu, Dec. *conſ.* 433. *n.* 10. *& ſeq.* Hier Gab. *conſ.* 140 *n.* 20. *& ſeq. li.* 1. Men. *conſ.* 631. *n.* 11. Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 8. *tit.* 7. *n.* 7. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 188. *n.* 12. Pereg. *de fideic. art.* 22. *n.* 88.

19 Sed quod contineantur adulterini volunt Rip. *in l.* 1. *n.* 18. *ff. de ſol. matr.* Bertran. *conſ.* 31. *li* 3. Rol. à Vall. *conſ.* 79. *n.* 48. *lib.* 2. & Pereg. *de fideicom. art.* 22. *n.* 88.

20 Et ſpurios natos ex coniugato, & ſoluta venire volunt, Præpoſ. Alexand. *in cap. per venerabilem, col.* 2. *ext. qui fil. ſint legit.* Faleot. *de ſpur. & not. cap.* 17. *n.* 7. Pereg. *de fideico. art.* 22. *nu.* 88. *& conſ.* 36. *n.* 4. *lib.* 1. vbi addit Bal. *conſ.* 129. *dubio ſecundo, lib.* 2. *& conſ.* 306. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 51. *n.* 9. *li.* 5. & Præt. *de interpr. vlt. vol. li.* 3. *interp.* 1. *ſolut.* 2. *n.* 12. idem ſcribit Menoch. *conſi.* 631.

21 Contrariam tamen opinionem poſt alios citatos tenuit Surd. *conſ* 459. *nu.* 30. *lib.* 1. vbi teſtatur eſſe communem ſententiam.

22 Et omnes venire, qui nõ ſunt nati ex matrimonio, ſcribunt Bart. *in l. vlt. C. de verb. ſignif.* & ibi Bald. Bart. *in l. pronunciatio, ff. de verb. ſignif.* Corn. *conſ.* 216. *n.* 4. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 22. *n.* 88. vbi dicit ita Collegium Paduæ conſuluiſſe, *& conſ.* 36. *n.* 5. *lib.* 1.

23 Si autem teſtator vocauit expreſsè naturales ad fideicommiſſum, dicitur & ſpurios vocaſſe ob communem loquendi vſum ſecundum Menoch. *conſ.* 631. & in fortioribus ſentiunt alij relati *ſupra num.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati veniunt appellatione filiorum. Declara per totam quæſt.*

2 *Spurij legitimati per reſcriptum admittuntur ad fideicommiſſum relictum filijs.*

3 *Filij legitimi & naturales, & nati ex legitimo matrimonio ſi ſint vocati, non ſuccedent nati ex patre legitimato, li. et nati ex legitimo matrimonio.*

4 *Legiti. per reſcriptũ, & legitimati per ſubſequens matrimonium ſi concurrant, qui ſint præferendi, remiſſiuè.*

5 *Legitimati per reſcriptum in Statu Veneto, non ſuccedũt in fideicommiſſo filijs legitimis, & naturalibus relicto, aliud ſi ſimpliciter filijs eſſet relictum.*

7 *Legitimati per ſubſequens matrimonium, an ſuccedant in fideicommiſſis?*

QVÆSTIO CCCXV.

Legitimati, an admittantur in fideicommiſſis relictis filijs?

1 QVæritur, an legitimati admittantur in fideicommiſſis, ad quæ filij ſunt vocati, & admitti patet ex allegatis *infra qu.* 408. an filij legitimati faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, Doctores enim conculcant hos caſus, quando conditionaliter, & quando diſpoſitiuè de filijs facta eſt mentio; ſed quia ibi ſunt multa omiſſa quæ pertinent ad diſpoſitiuam vocationem, ideo videndi erunt Peregr. *de fideic. art.* 23. *& conſi.* 61 *nu.* 7. *lib.* 5. *& conſi.* 41. *nu.* 4. *lib.* 4. & Menoch. *conſi* 625. *n.* 29. *& ſeqq. & conſ.* 1012. *n.* 30.

2 Spurij etiam plenariè legitimati admittendi erũt, licet vocati ſint filij legitimi, & naturales, Peregr. *dict. art.* 23. *n.* 46. *& dict. conſ.* 41. *nu.* 5. *lib.* 4. vbi multi alij citantur.

Sciendum tamen eſt, quod ſubſtituti ſunt filij legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, quod nati ex legitimo matrimonio, ſed ex parte legitimati, non poſſent ſuccedere, *l. vlt. C. de natur. liber.* Crauet. *conſ.* 184. *& conſ.* 200. Peregr. *conſ.* 41. *nu.* 8. *lib.* 4. vbi comprobat Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 7. *n* 8. quã opinionem etiam ſequitur & comprobat Gallus *de except. ſucceſſ. except.* 2. *n.* 43. *& ſeqq.* & alij relati *qu.* 407. *nu.* 78. idem tenet Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 178. *verſ. ampliatur tertiò, de condit. & demonſtr.* idem antea ſcripſit Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 79. *n.* 25. 3

Contrariam opinionem malè tenuit Ceph. *conſi.* 102. *lib.* 1. vbi tamen admittit primã opinionem, quando filius vellet ſuccedere ex perſona patris per repræſentationem. 4

Quod ſi concurrant legitimati per reſcriptum, & legitimati per ſubſequens matrimonium, qui ſint præferendi, videndus erit Decian. *conſ.* 33. *n.* 44. *& ſeq. lib.* 5. 5

Aduertendum autem eſt in hoc Statu Veneto legitimatos per reſcriptum non poſſe ſuccedere ex parte maioris Conſilij 567. de qua dicetur *infra q.* 407. *nu.* 139. vt apertè etiam dicit Peregr. *conſi.* 70. *nu.* 1. *lib.* 5. vbi loquitur quãdo vocati ſunt filij legitimi, & naturales, *& conſi.* 41. *nu.* 4. *lib.* 4. de hac tamen parte maioris Conſilij 567. latiùs dicetur, *d. q.* 407. *n.* 139. 6

Sed quid de legitimatis per ſubſequens matrimonium videnda erunt *dict. qu.* 408. vbi in fine regiſtrata eſt Pars Excellentiſs. Senatus 1517. 21. Maij, per quam in hoc Dominio Veneto non veniunt niſi expreſsè vocati. 7

SVMMARIVM.

1 *Adoptiui filij non veniunt in diſpoſitione facta de filijs, liberis, agnatis, cognatis, & ſimilibus, Decl. per tot. quæſt.*

4 *Adoptiui filij non veniunt appellatione filiorum legitimorum. Declara n.* 13. *& ſeqq.*

6 *Adoptiui filij veniunt in diſpoſitione, ſi adoptio eſt facta iuſſu & voluntate teſtatoris.*

8 *Adoptiui veniunt appellatione filiorum, quando vocantur filij eius, qui niſi adoptiuos filios habere poteſt.*

10 *Adoptiui filij veniunt appellatione filiorum, quando vocantur filij eius, qui ante teſtamentum fecit adoptionem. Declara n. ſeqq.*

18 *Adoptiui filij veniunt filiorum appellatione, quando teſtator aliquem adoptauit in nepotem tanquam ex filio.*

25 *Arrogati filij non veniunt appellatione filiorum, nec in diſpoſitiuis, nec in conditionalibus. Declara ibi.*

QVÆSTIO CCCVI.

Vtrum adoptiui, & arrogati admittantur ad fideicommiſſum, ad quod vocati ſunt filij, liberi, agnati, cognati, & ſimiles?

ALia proponitur quæſtio, an appellatione filiorum tam in diſpoſitiuis, quam in conditionalibus veniãt filij adoptiui, & ſimiliter, an adoptiui ad fideicommiſſa admittantur, quando agnati, vel cognati, vel ſimiles ſunt vocati? In quo articulo negatiua opinio tenenda eſt, ſiue agatur de diſpoſitiua vocatione, ſiue de conditionali, vt eſt receptiſſima ſententia, quam probarunt in ſpecie per text. *in l. ſi ita quis, §. vltim. ff. de legat.* 2. *& in l. in fideicommiſſa, ff. de condit. & demonſtr.* Cin. *l. generaliter, in quarta quæſt. C. de inſtit. & ſubſtit.* & ibi Rain. Petr. & Angel. *num.* 4. Alber. *num.* 6. Iaſ. *num.* 3. *limit.* 8. 1

& Dec.

& Dec. n. 16. Bar. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. & ibi Alex. n. 12. & Rip. n. 31. Comen. in l. ſi quis ita, §. 1. ff. de legat. 2. & ibi Paul. Caſtr. n. 4. Soc. ſen. in l. cum auus, n. 65. ff. de cond. & demonſtr. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 187. ff. de liber. & poſthum. Gul. Bened. in cap. Rainutius, in verb ſi abſque liberis, il primo, n. 10. ext. de teſtam. Bero. in c. præſentia, n. 297. ext. de probat. poſt Gloſ. & Alba. Eman. Coſt. in c. ſi pater, part. 1. in verb. ſi abſque liberis, num. 46. de teſt. in 6. Et conſulendo Bald. conſ. 407. n. 13. li. 3. Calde. conſ. 1. tit. qui fil. ſint legi. Alex. conſ. 2. n. 51. conſ. 94. col. 3. li. 1. & conſ. 4. n. 3. li. 4. Calcan. conſ. 20. n. 7. & 11. Corn. conſi. 85. li. 3. Iaſ. conſ. 51. col. penult. lib. 3. Soc. ſen conſil. 226. nu. 9. libr 2. Dec. conſi. 399. n. 1. & 2. Ruin. conſi. 173. lib. 2. Curt. iun. conſ. 145. n. 11. & per totum, Rimin. ſen. conſ. 324. n. 9. lib. 2. Pet. Ant. Anguiſc. conſ. 77. n. 6. li. 6. Ceph. conſ. 303. n. 23. li. 3. Pancir. conſ. 134. n. 1. Menoch. conſ. 266. n. 39. conſi. 625. n. 47. & conſ. 1029. n. 11. & ſeq. & n. 33. Raud. latè reſp. 15. lib. 2. Marcab. ab Anguil. conſ. 102. nu. 103. Odd. conſil. 6. nu. 31. vſque ad fin. Tiraq. qui plures addit in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 2. & ſeqq. C. de reuoc. donat. Aſcan. Clem. tract. de patr. poteſt. cap. 5. n. 11. Odd. de compend. ſubſt. part. 6. art. vlt. n. 4. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 11. tit. 8. Alex. Trent. de ſubſt. part. 4. c. 7. n. 13. Peregr. de fideic. art. 22. nu. 93. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 325. nu. 35. Menoch. li. 4. præſump. 82. vbi latè & dicit eſſe communem ſententiam, & præſump. 86. num. 104. Craſſ. in §. fideicommiſſum, qu. 39. vbi dicit eſſe cōem opinionem Ant. Gaill. lib. 2. Obſeruat. pract. obſeru. 136. n. 13. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. qu. 61. nu. 9. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 10. & ſeqq. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 2. cap. 12. nu. 57. ff. de condit. & demonſtr.

2 Et idem in tacita conditione, ſcribunt poſt alios multos relatos Ceph. conſ. 576. nu. 19. Dec. conſ. 34. nu. 14. lib. 1. Menoch. conſ. 625. n. 46. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 10. tit. 8. nu. 18. Menoch. lib. 4. præſump. 89. n. 104. Intrigl. d. cent. 3. q. 51. n. 14. & Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. ca. 12. nu. 56. & ſeqq.

3 Contrariam opinionem, quando conditionaliter de filijs facta eſt mentio, vt etiam veniant adoptiui, malè tenuerunt Paul. Caſtr. in l. cum auus, num. 2. ff. de condit. & demonſtr. & in conſ. 14. ſi contingat dictam, nu. 1. libr. 1. & Rip. in l. ex facto, §. 1. n. 27. ff. ad Trebell.

4 Ampliatur communis opinio primò, & ſi teſtator vocaſſet filios legitimos ſimpliciter, vel eos in conditione poſuiſſet, Odd. conſ. 6. nu. 31. & ſeqq. & videtur infra hac quæſt. limit. 5.

5 Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator adoptaſſet nepotes ex filia, nam hi non facerent deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, quando de maſculis ſenſit teſtator, Odd. d. conſ. 6. n. 42.

6 Limitatur primò, quando adoptio eſt facta voluntate, & iuſſu teſtatoris, quia adoptiui tunc venirent, l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. ſecundum intellectum Bart. ibi quē probarunt Soc. ſen. n. 10. & alij communiter: hoc etiam probatur in text. l. ſi quis poſth. ff. de liber. & poſthum. & ibi Gloſſ. Cuman. Caſtr. & Iaſ. n. 8. ad idem eſt text. in l. 1. §. fi. ff. de legat. præſtan. & ſcribunt vlterius Imol. in l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtr. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 35. ff. ad Trebell. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, nu. 73. C. de reuoc. donat. Odd. de compend. ſubſt. par. 6. q. 2. art. vlt. num. 5. verſ. limita. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 8. nu. 6. Alex. Trent. de ſubſt. par. 4. cap. 7. nu. 14. Menoch. lib. 4. præſump. 82. n. 16. & conſ. 1029. n. 33. Peregr. de fideic. art. 22. n. 91. vbi dicit eſſe communem opinionem Ruſtic. in l. cum auus, lib. 2. cap. 12. n. 50. ff. de condit. & demonſtr.

7 Ampliatur dicta limitatio etiam in diſpoſitione facta poſt teſtamentum, Pereg. de fideic. art. 22. n. 94. in fine.

Limitatur ſecundò, quando diſpoſitio refertur ad eum vel fit ab eo, qui non poteſt habere, niſi filios legitimos; quia tunc intelligitur de adoptiuis, exemplum eſſe poteſt in clerico, & ſpadone l. hæredibus, §. vltimo, ff. ad Treb. Gloſſ. in l. ſi quis poſthumus, ff. de lib. & poſthum. & ibi Bart. Bal. Angel. Imol. Caſtr. Alex. & Iaſ. Aret. in l. ſed & ſi quæſitum, ff. de liber. & poſthum. Marſil. in rubri. de fideiuſſ. n. 197. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 35. ff. ad Trebell. Dec. in cap. in præſentia, n. 58. & n. 100. ext. de probat. Marſ. ſingul. 350. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 8. n. 7. Odd. de compend. part. 7. art. vlt. n. 5. in fin. Aſcan. Clem. de patr. poteſt. c. 5. n. 13. Alex. Trent d. c. 7. n. 15. Menoch. lib. 4. præſumpt. 82. n. 17. Pereg. de fideic. art. 22. n. 92. & art. 28. n. 41. in fine, Intrigl. de ſubſt. cent. 3. q. 61. num. 18. & videnda erunt quæ ſcripſi quæſt. 431. quando conditio, ſi ſine filijs, refertur ad clericum, de quibus filijs intelligatur?

Limitatur tertiò, quando adoptio facta fuit volente ipſo ſubſtituto, Imol. in l. in fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtr. Soc. ſen. in l. ſi cognatis, nu. 10 ff. de reb. dub. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 23. C. de reuoc. donat. vbi alios congeſſit, Nat. in c. quamuis 3. q. 3. quæſt. princip. n. 36. ext. de pact. nu. 6. Mari. ſing. 350. Menoch. lib. 4. præſump. 82. nu. 18. 9

Limitatur quartò, quando ante factum teſtamentum adoptio facta fuiſſet ſecundum Bart. in d. l. ſi cognatis, nu. 1. verſ. oppono, ff. de reb. dub. & ibi Soc. ſen. n. 3 & 20. & Corn. nu. 3. Imol. in l. fideicom. ff. de condit. & demonſtr. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 22. C. de reuocat. donat. Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantū, n. 30. & in nou. addit. n. 27. ff. de liber. & poſthu. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, n. 34. ff. ad Treb. Alex. Raud. conſ. 15. num. 31. lib. 2. vbi ſcribit eſſe communem concluſionem, Menoch. conſ. 266. n. 12. & li. 4. præſump. 82. n. 16. Alciat. lib. 3. de verbor. ſignif. n. 12. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 8. n. 5. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 61. nu. 16. Peregr. de fideicom. art. 22. n. 94. 10

Declaratur primò hæc limitatio, vt procedat, ſi ſciente teſtatore facta eſt adoptio, ſecus ſi facta eſſet eo ignorante, Alciat. libr. 3. de verb. ſignif. nu. 12. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 8. n. 5. 11

Declaratur ſecundò hæc limitatio, vt non procedat in Regno Galliæ, in quo filij adoptiui nullo modo ſunt capaces ſucceſſionis, vt ſcribunt Guliel. Bened. in c. Rainut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n. 758. & ſeq. ext. de teſta. Manſuet. titul. de probat. in verb. & ſi defectus, Tiraquel. loco ſupra citato, Mant. d. lib. 11. tit. 8. n. 5. 12

Limitatur quintò, ſi teſtator vocaſſet etiam filios legitimos tantum ſic, ſubſtituo filios legitimos, & naturales, vel legitimos tantum, vel in conditione eos ſic poſuiſſet Gloſ. communiter recepta, in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. Gloſſ. inſt. adopt. in princ. Alciat. in rub. ff. de liber. & poſthu. n. 12. & lib. 3. de verbor. ſignif. nu. 12. Raud. latè d. conſ. 15. libr. 2. Odd. de compend. ſubſtit. part. 6. art. vlt. n. 5. & conſ. 6. n. 41. Mant. de coniect. vl. vol. lib. 11. tit. 8. nu. 7. Alexand. Trent. de ſubſtit. part. 4. cap. 7. n. 13. in fine, Menoch. libr. 4. præſumpt. 82. n. 15. in fine, Intrig. d. cent. 3. q. 61. n. 13. 13

Contrariam opinionem tenent Curt. iun. conſi. 145. & alij, quos refert, & ſequitur Menoc. conſ. 1029. n. 11. verſ. tertium, & n. ſeqq. 14

Sublimitatur primò, quando teſtator ſic dixiſſet, & ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, ac legitimis, ſeu legitimatis tantum, quia tunc adoptiui non comprehenderunt, Rip. in l. ex facto, n. 33. ff. ad Treb. Dec. conſ. 399. n. 4. Ruin. conſ. 173. lib. 2. Curt. iun. conſ. 145. nu. 11. Pet. Ant. Anguiſc. conſ. 73. n. 8. li. 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 82. n. 14. & conſ. 1029. n. 11. & ſeqq. 15

Sublimitatur ſecundò, quando ex alijs verbis teſta- 16

menti, vel coniecturis colligeretur contraria voluntas teſtatoris, Curt.iun.*conſ*.145.*n*.1.2.& 11. Dec.*conſ*.389 *n*.4.*verſ.ſed difficultatem non paruam*, Mant.*de coniect. vlt. vol. lib*.11.*tit*.8.*n*.8. Alex. Trent.*de ſubſt.part*.4.*c*.7. *n*.13.*in fine*, Intrigl.*de ſubſtit.cent*.3.*q*.61.*nu*.16.

17 Sublimitatur tertiò, quãdo teſtator vocaſſet legitimos tantum, vel in conditione poſuiſſet legitimos tantum, procedit enim limitatio ex eo, quia teſtator prius vocauit legitimos, & naturales, & poſtea addidit, vel legitimos tantum, ita declarat Odd.*d.conſ*.6.*num*.41.

18 Limitatur ſextò, quando teſtator illum ſibi in nepotem tanquam ex filio ſuo adoptaſſet, ſiue ante, ſiue poſt teſtamentum facta ſit adoptio, nam ſi adoptatus ſuccederet, Bar.*in d.l.ſi cognatis, verſ.ſi aliquis, ff.de reb. dub*.& ibi Soc.ſen.*n*.20. Imol.*in l.ſi fideicommiſſum, circa principium, ff.de condit.& demonſtr*. Rip.*in l.ex facto, § ſi quis rogatus, n*.34 *ff.ad Trebell*. Odd.*de compen. part*.6.*art*.6.*n*.5. Mant.*de coniect. vlt. vol. lib*.11.*tit*.8. *n*.6. Alex. Trent.*de ſubſtit. par*.4.*cap*. 7.*n*.14. Menoch. *lib*.4.*præſumpt*.82.*n*.16. vbi alios addit Intrigl.*de ſubſtit.centur*.3.*q*.61.*n*.17. Ruſtic.*in l.cum auus, lib*.2.*cap*. 12.*n*.60.*de condit.& demonſtr*.

19 Limitationes aliæ colligendæ erunt ex Rand. *dicto conſ*.15.*lib*.2.

20 Amplianturautem prædictæ limitationes, vt nec etiã ci...ndus ſit ſubſtitutus cum ſit adoptio. Mantic.*de coniect. vlt. vol. lib*.11.*tit*.8.*n*.9.& *ſeq*.

21 Contrarium tamen tenuit Ruin.*conſ*.173.*lib*.2.

Ampliatur ſecundò dictæ limitationes, vt nec ſit neceſſarium in actu adoptionis iudici facere mentionem de perſona ſubſtituti, Mant.*dict.lib*.11.*tit*.8.*nu*.13.

22 Contrarium & in hoc tenuit Ruin.*d.conſ*.173.*num*. 15.*lib*.2.

Ceſſarent autem prædictæ limitationes, quando mẽtio facta eſſet filiorum legitimorum, & naturalium, nam tunc nunquam admitterentur adoptiui. Menoch. *lib*.4. *præſumpt*.82.*n*.2.

Ceſſarent etiam in Regno Franciæ, in quo adoptiui non poſſunt ſuccedere, vt dixi *ſupra nu*.12.

Quæ autem dicta ſunt de adoptiuis, procedunt & in arrogatis, Ruin.*in l.Gallus, § ſi eius, nu*.59.*ff.de liber.& poſth*. Soc.ſen.*conſ*.226.*nu*.7.*in fin.lib* 2. Curt.iun.*conſ*. 145.*n*.19.& *ſeq*. Mant.*de coniect. vlt. vol. lib*.11.*tit*.8. *n*.4.*verſ.ſed conſidera*, & *nu*.15. Præt.*de interp. vlt. vol. fol*.325.*n*.35. Menoch.*libr*.4.*præſump*.82.*nu*.4.& *ſeqq*. Gallus *de except.ſucceſſ.except*.27.*n*.116.*par*.2. Ruſtic. *in l.cum auus, lib*.2.*cap*.13.*ff.de condit.& demonſtr*.

24 Contrariam opinionem probauit Ruin.*conſi*.173.*nu*. 17.*lib*.2.

Limitatur autem in nepote in filium arrogato ab auo materno, vt comprobat Ruſtic. *in l.cum auus, libr*.2.*cap*. 13.*n*.63. *vſque ad finem*.

SVMMARIVM.

1 *Odioſi inimici, & exhæredati, non veniunt in diſpoſitione vocante filios, vel agnatos, vel ſimiles. Declara per totam quæſt.*

2 *Inimici & odioſi, quando ſunt excluſi à fideicommiſſo, & eorum deſcendentes erunt excluſi.*

3 *Vno excluſo omnes ab eo deſcendentes ſunt excluſi.*

4 *Radix infecta ſi eſt excluſa, pariter nati ex ea excludẽtur.*

5 *Filius non debet portare iniquitatem patris.*

9 *Odioſus & inimicus poteſt eligi ad fideicommiſſum, quãdo grauato data eſt electio, contra nu*.10. *declara ibi.*

12 *Odium cenſetur remiſſum à teſtatore confeſſo, & contrito mortuo.*

14 *Inimicus ſuccedit in fideicommiſſo, quando inimicitia prouenit à teſtatore, contra num*.15.

15 *Inimicitia cum grauato fideicommiſſo non excludit ſubſtitutum à ſucceſſione, contra n*.17.

18 *Occidens grauatum non poteſt ſuccedere in fideicommiſſo, vti indignus.*

19 *Incapax qui à teſtatore non potuit eligi ad ſucceſſionẽ non etiam poterit eligi à grauato, qui habet facultatem eligendi.*

20 *Incapaces non cenſentur vocati ad fideicommiſſum.*

21 *Incapaces ſi vocentur ad fideicommiſſum non admittuntur, ſed ſuccedunt, vel ſubſtituti vel coniuncti.*

QVÆSTIO CCCXVII.

Vtrum exhæredati, & inimici ſuccedere poſſint in fideicommiſſis, & quid de incapacibus?

QVæritur ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum filios, agnatos, cognatos, familiam, vel ſimiles, an exhæredati, odioſi, & inimici admittantur? In hoc articulo duo caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, quando exhæredatio facta eſt à teſtatore, vel ille erat inimicus teſtatoris, vel ei odioſus, & tũc 1 diſpoſitio ad eum non refertur, *l.Lucius, §.Lucius, Titius, Daman, ff.de leg*.2. vbi ad legatum libertis relictum, non veniunt liberti, quos teſtator anno præcedenti è domo expulerat, & in eo tex. ſic Bart. notauit, & poſt Iac. de Aret. dixit quod in beneficijs generalia verba odioſos nõ comprehendunt, idem Bald. ibi Imol. & Paul. de Caſtr. Bald.*in l.ipſius, n*.4.*C.famil.herciſ*. Rub. Alex.*in l.Gallus §.quidam rectè, nu*.91.*ff.de liber.& poſthum*. Corn.*conſ*. 229.*col*.2.*lib*.3. Soc.ſen.*conſi*.37.*num*.6.*lib*.3. Dec.*conſ*. 361.*num*.4 Menoch.*conſil*.30.*nume*.15.& *ſeq*. Ludou. Molin.*de Hiſpan. Primog.lib*.1.*cap*.9.*nu*.13. Præt.*de interpr. vlt. vol. fol*.59.*n*.10.& *ſeqq. multis*. Peregr.*de fideicomm.art*.22.*nu*.99. Alex. Raud.*deciſ. Piſan*.37.*num*. 291. Surd.*dec*.41. vbi plura congeſſit, ex quibus quis præſumitur fuiſſe odioſum teſtatori, & dicit hanc opinionẽ placuiſſe ferè omnibus de Senatu.

Ampliatur primò, vt etiam deſcendentes ab odioſis, 2 & inimicis ſint excluſi, de qua tamen deciſione vide Præt. *de interpr. vlt. vol. fol*.59.*nu*.12. & ampliationem probat Surd. alios adducendo *d.deciſ*.41.*n*.7.& *ſeqq*.

Pro qua ampliatione facit ſecundum Surd.*d.deciſ*.41. 3 *nu*.6.& *ſeqq*. primò, quod vno excluſo, omnes ab eo deſcendentes ſunt excluſi. Angel.*in §.reliquum, in auth.de hæred.ab inteſt*. Dec.*conſ*.589.*n*.6.& *conſ*.872.*nu*.7. Pariſ.*conſ*.20.*n*.47.*lib*.3. & *alibi ſæpè*.

Secundò eccipit reg. quod ſi radix eſt infecta, & ex- 4 cluditur, pariter nati ex ea excluduntur, *l.vltima, C.de natur.liber*. Dec.*conſil*.472.*nume*.6. latè Surd.*conſil*.85. *num*.10.

Tertiò addo, quod pater, & filius reputantur vna, & eadem perſona, & vix poteſt contingere, quod ſi pater ſit odioſus, filius illius non ſit odioſus, ita Surd. *dicta deciſ*.41.*num*.8.

Non obſtat, quod filius non debet portare iniquitatem 5 patris, vt allegando Prætum hanc facit obiectionem Surd.*d.deciſ*.41.*num*.10. Reſpondet enim Surd.*loco citato*, quod in vltimis voluntatibus ſufficit ſola voluntas teſtatoris, etiam irati, vnde ſolum attenditur eius præſũpta voluntas, quæ ſi talis coniecturetur, vt voluerit, & filios odioſi excludere, non eſt vlterius quærendum, cum ſufficiat pro ratione voluntas.

Ampliatur ſecundò, odioſos, & inimicos non venire 6 in vocatione, & ſi verba ſint generalia, Paul. Caſtr.*in l. Lucius, §.Lucius Titius Damam, ff.de legat*.2. Præt. qui alios allegat *de interpr. vlt. vol. fol*.59.*n*.13.*verſ.hæc autem*, & *fol*.175.*nu*.48. Surd.*d.deciſ*.41.*nu*.2.

Ampliatur

Digitized by Google

Ampliatur tertiò, etiã in præſumpto odio, Iaſ. *cõſ.* 124. *n.*5. *lib.*4. Aret. *conſ.*67. *dubio* 3. Surd. *d. dec. nu.*41. *nu.*3.

Ampliatur quartò, & ſi offenſa fuiſſet leuis, & pariter odium fuiſſet leue, vt poſt Cuman. ſcribit Socin. ſen. *conſ.* 37. *n.*6. *verſ. primo quia, lib.*3. Surd. *d. deciſ.*41. *n.*3. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 59. *n.*13. *verſ. hæc autem*, vbi hoc declarat non procedere, quando vocatio eſt facta ſpecialiter, & nominatim.

7 Limitatur primò, quando præceſſit inimicitia, & vocatio ſpecialis facta eſt, quia tunc odium cenſetur remiſſum. Peregr. *de fideicom. d. art.*22. *in fine*.

8 Limitatur ſecundò, quando omnes vocati eſſent pariter odioſi, vel verba teſtatoris non poſſunt verificari, niſi etiam includatur odioſus, Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 59. *n.*12. *verſ. limita prædicta*.

9 Limitatur tertiò, quando data eſſet facultas eligendi grauato, quia, & odioſus, & inimicus teſtatoris poterit eligi, Padill. *in l. cum quidam, n.*14. *&* 15. *ff. de legat.*2. vbi tamen declarat.

10 Contrariam opinionem probarunt, & melius Soc. ſen. *in l. verũ, §. cũ quidã, col.*3. *ff. de reb. dub.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 59. *n.*10. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 37. *n.* 291.

11 Limitatur quartò, in ſimpliciter odioſo, quando teſtator mortuus eſt confeſſus, & contritus, quia odium cenſetur remiſſum. Bald. *in l. id quod pauperibus, nu.*34. *C. de Epiſc. & Cler.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 59. *n.*13. *in fi.*

12 Contrariam opinionem poſt alios relatos tenuit Alex. Raud. *d. deciſ. Piſan.* 37. *n.*291. vbi dicit ſtare ſimul quod quis ſit confeſſus, & contritus, & noluerit quem admitti, quando odium contra eum habuit, prout etiam potuiſſet actiones iniuriarum exercere, Gloſ. *in c. ſi quis contriſtatus*, 50. *diſtinct.* Bart. *in l. ſi tibi decem, §. quædam, n.*3. *ff. de pact.* & hęc opinio tutior mihi videtur, niſi eſſemus in caſu ſequentis limitationis, etiam retenta ſecunda opinione contra limitationem.

13 Limitatur ſextò, ſi inimicitia prouenit defectu teſtatoris, & non culpa vocati, ſecundum Bart. *in l. cum tale, §.*1. *per illum tex. ff. de his quib. vt indign.* Marſil. *in l.*1. *§. cũ quis, n.*6. *ff. de qu.* Aret. *in l.*2. *§. item ſi in facto, col.*2. *ff. de verb. oblig.* Roman. *in l.*1. *nu.*17. *C. vnd. vir. & vxor. & in conſ.*196. Catell. Cott. *in ſuis Memoral. in verb. inimicitiæ capital.* Petraſ. *ſing.* 5. *n.*4. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 59. *n.*14. *vſque ad fin.* vbi latè hanc opinioné defendit.

14 Contrariam ſententiam probarunt & melius Bart. ſibi contrarius *in l. ex parte, ff. de adim. legat.* Iaſ. *in l. ſi filiam, n.*2. *C. de inof. teſt. & in l. hæreditas, C. de his quib. vt indig.* Ripa *in l. vlt. n.*151. *C. de reuoc. donat.* Lopez. Hiſp. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §.*38. *col. antep.* Didac. *rub. de teſt. part.*2. *nu.*19. vbi alios addit Ioan. de Amic. *conſ.*4. Diaz. *reg.*158. Vaſq. *de ſucceſ. progreſſ. lib.*3. *§.*27. *n.*9. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.*2. *tit.*5. *n.*9. Ioſeph. Lud. *concl.*14. *col.*10. *verſ. decl. tertiò*, vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem Surd. *dec.*41. *nu.*12.

15 Probatur autem primò hæc opinio *ex l.*4. ibi *& teſtatorem pænituerit prioris offenſæ, ff. de adim. legat. & in l. ex parte*, ibi, *& cum teſtator grauiſſimis inimicitijs proſequutus, &c. ff. eod.*

Secundò facit, quia odioſi non admittuntur, eo quia talis cenſetur voluntas teſtatoris, Surd. *d. deciſ.*41. *nu.*10. *& ſeq.* & iſta voluntas procedit, etiam quod teſtator cauſam odij præbuerit, igitur idem ius ſtatuẽdum eſt *l. à Titio, ff. de verb. obl.* & ita ſentiunt omnes, præcipuè Mant. *d. tit.*5. *n.*9.

Limitationes aliæ colligi poterunt ex dictis ſupra Ioſephum Ludouic. *concl.*14. *ampl.*13. *per totam*, arguendo à legatis ad fideicommiſſa.

16 Secundus eſt caſus, quando exhæredatio facta eſt à grauato, vel cum eo ortæ ſunt graues inimicitiæ, & tunc ſubſtitutus non excluderetur à ſucceſſione in bonis fideicõmiſſis ex hac cauſa inimicitiæ, Corn. *in l.*1. *col.*3. *ver. præterea, C. de condit. inſert.* Peralt. *in l.*3. *§. qui fideicommiſſariã, n.*86. *ff. de hæred. inſtit.* Guliel. de Monſer. *in tract. de ſucceſſ. Reg. Franc. num.*19. Ioan. de Terra Rubea *in tract. contr. rebell. tract.*5. *concl.*10. Moden. Pariſ. *in cõſuet. tit.*1. *§.*8. *gloſ.*3. *nu.*12. Ludouic. Molin. *de primog. Hiſp. libr.*1. *cap.*9. Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.*8. *tit.*12. *n.*23. *& ſeq.* Peregr. *de fideicom. art.*22. *n.*95.

17 Contrariam opinionem malè probarunt Crott. *in l. filiusf. §. Diui, n.*172. *& ſeq. ff. de legat. primo* Plot. *conſil.* 54. *n.*40. *& ſeq.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 59. *nu.*13.

18 Scias tamen occidentem grauatum vti indignum excludendum eſſe à ſucceſſione, Peregr. *de iur. fiſc. tit. de eo qui interf. defunct. & in tract. de fideicom. art.*22. *nu.* 58. & latè, *conſ.*91. *libr.*1. vbi ſequitur in terminis ſtatuti Brixiæ, & ita de anno 1618. fuit iudicatum per illuſtriſſimum D. Franciſcum Maurocenum Prætorem Brixiæ contra quendam de Suttis, qui occiderat D. Bernardinum...... cui ipſe occiſor erat ſubſtitutus in certa parte bonorum, ſi D. Bernardinus deceſſiſſet ſine liberis, & euenerat caſus ſubſtitutionis, & bona fuerunt applicata fiſco, me aduocante pro fiſco.

19 Incapax autem, quem teſtator eligere non potuiſſet, non poterit pariter eligi à grauato, qui habet facultatem eligendi, *l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, ff. de leg.*2. Bart. *in l. vlt. nu.*7. *ff. de his quibus vt indig.* Padill. *in d. l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, nu.*2. *ff. de legat.*2. poſt Paul. Caſtr. *ibi nu.*5. Bertach. *de Epiſc. par.*6. *nu.*39. Did. Spin. à Carcer. *in Specul. teſt. tit. de fideic. ſubſtit. num.* 54. Alex. Raud. *dec. Piſan.* 37. *n.*291.

20 Incapaces etiam non cenſerentur vocati, quia teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, *l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. Paul. Caſtr. Alexand. Ripa, & alij communiter. Et quia in generali grauamine inimico, hæredi non includitur perſona incapax, *l. Lucius, §. Lucius, Titius, ff. de legat.*3. Pereg. *de iur. fiſc. lib.*3. *tit.*19. *n.*9. *in fine*.

21 Quinimò ſi incapaces eſſent expreſsè vocati non admitterentur, ſed eſſet aperta via alijs, qui caperent ſi incapaces in medio non eſſent, & ſic ſubſtituti, vel coniuncti, vel venientes ab inteſtato admitterentur, Gloſ. *in § legari, inſtit. de legat. & in l. ſi quis mihi bona, §. ſi quis planè, ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l. vlt. col.*2. *&* 3. *ff. de his quibus ut indignis, & in l. confertur, in princ. ff. de iur. fiſc. & in l.*1. *C. de delat. li.*10. Doctores omnes *in l.*1. *C. de hære. inſt.* Bald. *in l.*1. *C. de ſecund. nupt.* & ibi Dec. *nu.*10 Old. *conſ.* 39. Alex. *conſ.*202. *lib.*6. Calcan. *conſ.*61. Corn. *conſ.* 31. *col.*2. *li.*1. *& conſ.* 322. *col. vlt. li.*4. Soc. ſen. *conſ.*22. *col. pen. lib.*1. Pariſ. *conſ* 65. *nu.*17. *&* 18. *lib.*2. Soc. iun. *conſ.*3. *n.*12. *li.*3. Peregr. *de iur. fiſc. lib.*3. *tit.*1. *n.*2. Et horum opinio probatur, *in l. ſi qua pæna, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & in l. ſi poſt mortẽ, §. liberi, ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.* & videnda erunt dicta *ſupra qu.*50.

Cum autem Brixiæ eueniſſet caſus ſuper teſtamento D. Pauli Girolæ occaſione confiſcationis bonorum D. Philippi Girolæ, teſtator enim ſubſtituerat filijs ſine filijs maſculis decedentibus proximiores agnatos, & cum multi extarent agnati Brixienſes, extarent autem agnati forenſes incapaces ex ſtatutorum diſpoſitione: Aduocati fiſcales illius temporis prædeceſſores mei dicebant bona pertinere ad fiſcum, tanquam relicta forenſibus, ita diſponente ſtatuto Brixiæ. E contra dicebatur hos forenſes tanquam incapaces non venire in hac ſubſtitutione facta de proximioribus agnatis, ſed finitum fuiſſe fideicommiſſum, cum non extaret perſona, quæ ſuccedere poſſet ex ſubſtitutione, vt dicetur *quæſt.* 551. & horum partem credo veriorem, per prædicta, & videndus etiam erit Cæſ. Barz. *dec. Bonon.*3. *nu.*2. *& ſeqq.* non omitto tamen in hac cauſa fuiſſe iudicatum pro fiſco per

Illuſtriſſimos DD. Rectores, ſententia autem fuit appellata ad Illuſtriſs. & Excellentiſs. Conſ. X. ſed tandem dementum fuit ad concordiam.

SVMMARIVM.

1 *Nati poſt mortem teſtatoris non admittuntur ad legata, & fideicommiſſa pura.*

2 *Succeſſio ex teſtamento regulatur ex ſucceſſione ab inteſtato, & num. 58.*

3 *Ab inteſtato qui vult ſuccedere tanquam agnatus, vel cognatus, debet eſſe talis tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur.*

Natus & conceptus poſt alicuius mortem ille non agnoſcitur nec cognoſcitur, declara n. 46.

4 *In ſucceſſione ex teſtamento non admittitur ille, quem teſtator ignorabat, vel putabat mortuum.*

5 *Tutor datus filijs non dicitur datus his, quos teſtator ignorabat habere vel putabat mortuos.*

6 *Affectio non cadit in ignotos, nec in hos, quos quis putabat mortuos.*

8 *Nati poſt mortem teſtatoris, & concepti veniunt ad fideicommiſſum purū, quando vocantur filij eius, qui teſtamenti tempore filios non habebat, vel in numero plurali vocaſſet filios illius, qui vnum tantum filiū habebat.*

9 *Nati poſt mortem teſtatoris veniunt in puro relicto, quando filij plurium ſunt vocati, quorum vnus habebat filios, alius non.*

10 *Conceptus in vita teſtatoris admittitur in relictis puris, licet naſcatur poſt eius mortem.*

11 *Conceptus habetur pro nato quo ad eius commodum.*

12 *Conceptus quamuis non natus habet iure ſucceſſionis vnde liberi, vnde agnati, & vnde cognati.*

13 *Poſthumus facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit.*

14 *Poſthumi inſtitutio comprehendit poſthumos natos poſt teſtamentum tā in eius vita, quām poſt eius mortem.*

15 *Tutor datus filijs, cenſetur datus & poſthumis.*

16 *Poſthumus non venit in diſpoſitione facta de filijs, niſi ex coniecturis appareat teſtatorem & de his cenſiſſe.*

17 *Poſthumus quando veniat appellatione filiorum, remiſſiuè.*

18 *Nati poſt teſtamentum licet in vita teſtatoris non admittantur in limitis extraneis. Limita n. 19.*

20 *Nati poſt mortem teſtatoris in relictis puris veniunt quando vocatio eſt facta verbis vniuerſalibus.*

21 *Deſcendentes vel poſteros vocās dicitur in purè relictis vocare etiam natos poſt eius mortem. Contra n. 22.*

23 *Nati poſt mortem teſtatoris in purè relictis admittuntur, ſi relictum fuit fauore patris tunc exiſtentis.*

24 *Naſcituros vocans in prima ſubſtitutione, & in ſecunda an dicatur vocaſſe.*

25 *Nati poſt mortem teſtatoris veniunt in purè relictis, quando alias inter deſcendentes, vel filios fratrum vocatos reſultaret inæqualitas.*

26 *Nati poſt mortem teſtatoris admittuntur in purè relictis, quando iſti veriſimiliter eſſent magis dilecti alio ſubſtituto.*

27 *De legitimo matrimonio natos vocans, an dicatur vocaſſe & poſt eius mortem natos?*

28 *Nati poſt mortem teſtatoris veniunt ſi ex coniecturis apparet teſtatorem & de naſcituris ſeſiſiſſe.*

29 *Natum quem eſſe tempore conditionis exiſtentis ſufficit in fideicomm. conditionalib. contra num. 34. ſed male amplia nu. 39.*

30 *Fideicommiſſi dies cedit tempore purificatæ conditionis, & ſubſtitutioni ſit locus.*

Qualitas agnationis, vel alia requiſita in ſubſtituto requiritur, vt adſit tempore euenientis conditionis, & n. 37.

35 *Concepti tempore euenientis conditionis admittuntur, licèt poſtea naſcantur.*

39 *Pronomina, meū, tuū, ſuum, denotāt tempus præſens.*

40 *Verborum proprietas in vltimis voluntatibus attēdi debet, limita n. 46.*

41 *Poſſeſſiua nomina ſunt, meus, tuus, ſuus.*

42 *Poſſeſſiua nomina denotant tempus præſens.*

43 *L. cum pater, § hæreditatem intellectus.*

45 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt nihil operatur.*

Agnatos vocās ſimpliciter cēſetur ſuos agnatos vocare.

Familia vocata ſimpliciter intelligitur vocata familia teſtatoris.

46 *Voluntas teſtatoris præualet proprietati verborum.*

47 *Agnatio duplex, alia ſpecialis, alia vniuerſalis.*

Agnatos ſuos vocās non dicitur vocare totā agnationē, ſed ſolū ſuos agnatos ſpeciales, & qui ſunt de ſtipite.

49 *Proximitas teſtatoris attēditur quando agnatos, vel familiam ſuam vocat.*

50 *Filios procreatos vocans in conditionalibus dicitur vocare & natos poſt eius mortem, ſi tamen tempore purificatæ conditionis ſint nati.*

51 *Adiectiuum reſoluitur in relatiuum & ſuum verbum, quando agitur de actu futuro.*

52 *Nati in vita teſtatoris, & nati poſt, ſi concurrunt præferuntur nati in vita teſtatoris, contra num. 53. vt concurrant, Deci. n. 54.*

55 *Conceptus & natus poſt diem conditionis non admittitur in fideicommiſſo conditionali.*

56 *Conceptum quem eſſe tempore conditionis ſufficit, vt admittatur ad fideicommiſſum conditionale.*

57 *Nati poſt euentum conditionis pares in gradu, vel proximiores, non concurrunt, nec auocat bona à iam admiſſis tempore diei fideicommiſſi, contra num. 72. & ſeqq. ibi declaratur.*

60 *Fideicommiſſum purum, & purificatum per euentū conditionis æquiparantur.*

61 *Qualitas requiſita ad effectum alicuius diſpoſitionis debet adeſſe quando diſpoſitio ad effectum producitur.*

62 *Diſpoſitio cōſideratur ſecūdū tēpus, in quo cōfertur.*

63 *Subſtitutus ſi ſemel ſucceſſit alio non exiſtente tēpore ſucceſſionis, ſubſtitutio amplius non extinguitur.*

64 *Subſtitutio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*

65 *In conditionibus ſpectatur initium primæ exiſtentiæ nullo habito reſpectu ad id, quod ex poſt ſuccedit.*

66 *Dominium rerum non debet ſtare in ſuſpenſo, contra ibid. & n. 79. declara n. 108.*

67 *Succeſſio ſemel obtenta non debet variari.*

69 *Ius quæſitum non debet auferri.*

70 *Capacitas ſubſtituti requiritur tēpore quo cedit dies fideicommiſſi.*

71 *Fideicommiſſum vnicum non poteſt diuerſis temporibus cedere, declara n. 81.*

Conceptus poſt euentum conditionis reputatur inferioris gradus.

75 *Dilectus magis præſumitur à lege natus tempore purificatæ conditionis, licet poſt mortem teſtatoris quam natus poſt diem fideicommiſſi.*

76 *Affectio non cadit erga non natos.*

77 *Nati poſt euentum conditionis admittuntur, & cōcurrunt cum iam natis, ſi ex coniecturis conſtet talem fuiſſe mentem teſtatoris.*

78 *Natus poſt diem fideicommiſſi excludit ſubſtitutum iam admiſſum, ſi is ſit magis dilectus iam admiſſo.*

79 *Voluntates defunctorum non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, limita ibi.*

82 *Verba, tunc, & eo caſu ſubſtituo, operantur vt nati poſt diem fideicommiſſi omnino ſint excluſi.*

83 *Verba, tunc, & eo caſu referuntur ad tempus purificatæ conditionis.*

85 *Nati poſt conditionis euentum admittuntur, quando conditio penderet à voluntate grauati.*

86 *Naſcituri ſi ſunt vocati, admittūtur & nati poſt diē fidei-*

fideicommiſſo,contra n.95.& 96.diſtinguitur.

87 *Affectio teſtatoris relata ad filios naſcituros, æqualis eſt erga tam natos tempore purificatæ conditionis, quã poſt.*

88 *Participium reſoluitur in relatiuum, & verbum futuri temporis.*

89 *Relatiuum adiectum verbo futuri temporis importat conditionem.*

90 *Conditio,ſi naſcatur,eſt caſualis, & ſufficit quandocunque impleri.*

91 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

92 *Naſcituri quando dicantur ſubſtituti, & nu.ſeqq.*

94 *Per collectiuam vocati admittuntur,licet ſint nati poſt conditionis euentum & n.97.cont.n.98.Decl.n.99.*

97 *Nati poſt conditionis euentum admittuntur in fideicõmiſſis perpetuis, declara n.99.*

100 *Nati poſt conditionis euentum admittuntur, ſi extantes tempore euenientis conditionis non agnouerunt fideicommiſſum.*

101 *Paria ſunt,extare,& non ſuccedere,& excludi tempore,vel renunciatione.*

102 *Coniunctus vel ſubſtitutus admittitur ad portionem non acceptantis.*

103 *Fœmina à ſtatuto excluſa extantibus maſculis ita demum erit excluſa ſi maſculi extent, & ſuccedant, ſecus ſi non ſuccederent.*

104 *Maſculus qui ex forma ſtatuti excludit fœminam, ſi moriatur ante aditam non tranſmittit ius excludendi ſororem.*

105 *Proximiores vocans, ſi adeſt proximior teſtamenti tempore,num ille excludat proximiorem tempore euenientis conditionis.*

107 *Alienata contra prohibitionem teſtatoris, poſſunt reuocari etiam à natis poſt alienationem, amplia nu.112. & ſeqq.*

108 *Dominium rei alienatæ contra prohibitionem alienationis poteſt ſtare in ſuſpenſo, donec naſcantur aliqui quorum fauore prohibita eſt alienatio.*

109 *Succeſſio fideicommiſſi non debet ſtare in ſuſpenſo poſtquam euenit dies, declara ibidem.*

110 *Voluntatem teſtatoris deducere non debet eſſe in poteſtate hæredis.*

111 *Dominium poſt in vltimis voluntatibus aliquando eſſe ambulatorium, & ad tempus.*

113 *Conſenſus præſtitus alienationi rei prohibitæ alienari per exiſtentes tempore alienationis non præiudicat poſtea natis,amplia nu.114.& ſi ſint hæredes eorum, qui conſenſerunt.*

114 *Conſentientes alienationis rei prohibitæ alienari, dicitur alienare.*

Proximiores contrauenientes voluntati teſtatoris circa alienationem rerum alienari prohibitarum non impediunt ſequentes in gradu, qui non contrauenerunt, vt admittantur.

115 *Alienata contra prohibitionẽ teſtatoris,ſi non reuocãt extãtes tẽpore alienationis poſtea nati poterunt reuocare,maximè ſi decurſa ſit legitima præſcriptio.n.119.*

116 *Non reuocans alienata contra prohibitionem, per patientiam dicitur & ipſe alienare.*

117 *Alienare & alienanti conſentire,paria ſunt.*

120 *Alienata contra prohibitionẽ teſtatoris ſi non reuocãt extantes tempore alienationis,nec imputari,poſſit negligentia,cum eis concurrant poſtea nati, cont.n.123.*

121 *Ius reuocandi alienata cõtra prohibitionẽ non dicitur competere ante declarationem, quod vult reuocare.*

122 *Hæres facit fructus ſuos antequam fideicommiſſarius declaret velle acceptare fideicommiſſum.*

124 *Nati poſt alienationem non reuocant eorũ portionem ab illis, qui erant nati tempore alienationis, & reuocauerunt alienata, cont.n.125.decl.n.126.& 127.*

128 *Filij nati poſt confiſcationem bonorum patris,an reuocent bona à fiſco, vel à ſubſtitutis iam admiſſis?*

QVÆSTIO CCCXVIII.

Filios,liberos,familiam,agnatos, vel alios verbis collectiuis vocans ad fideicommiſſum,an dicatur vocaſſe ſolum extantes tempore teſtamenti,vel mortis: an etiam poſtea natos?

EGregia admodum, frequentiſſimaque in iudicijs eſt diſputatio,an & quando filij, deſcendentes, agnati, cognati, & ſimiles admitti debeant ad fideicommiſſum, ſi ſunt nati poſt mortem teſtatoris? In qua difficultate quatuor caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, quando agitur de fideicommiſſo pu- 1
ro,vel in diem certam relicto,& tunc admittuntur ſolum nati teſtamenti tempore,vel mortis teſtatoris, nõ autem poſtea.

Primò probatur iſta opinio ex textibus ſatis claris *in l. ſi cognatis,ff.de reb.dub. in l.qui filiabus, ff.de legat.1.in l.cum ita,§.in fideicommiſſo,ff.de legat.2.& in l.interuenit,ff.de legat.præſtand.*

Secundò,ſucceſſio ex teſtamẽto regulatur à ſucceſſio- 2
ne ab inteſtato,*Gloſ.in l.cum ita,§.in fideicom.ff.de lega.*2.& ibi Doct.Ceph.*conſ.*313.*nu.*45. Dec.*conſ.*1.*n.*340.*&* 344.*lib.*1.Menoch. *conſ.*404.*n.*8.*& conſ.*554.*nu.*5. Odd.*conſ.*45.*n.*37.vbi dicit eſſe communem Pereg.*conſ.*64.*lib.*5.vbi infert ad plures deciſiones, & alios congeſſi q.481. Atqui ab inteſtato qui vult ſuccedere tanquam agnatus, vel tanquam cognatus, debet eſſe talis tempore mortis eius,de cuius ſucceſſione agitur, *l.ſi quis filio exhæredato,in princ.verſ.ſed hæc ita,ff.de iniuſt.irrit.teſta.* Vulpiani verba ſunt.*Sed hæc ita,ſi mortis aut tempore,in vtero nepos fuit,cæterum ſi poſtea conceptus eſt, Marcellus ſcribit, neque vt ſuum, neque vt nepotem, aut cognatum ad hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem poſſe admitti.* Idem probatur *in l.Paulus,§.pen.ff.de bon liber. in l.1.§.ſi quis proximior,ff.vnd.cogn l.1.§.ſcie.dum,& l.Titius,ff.vnd.legit.& in §.cum autem,inſt.de hæred.quæ ab inteſt.defer.* Ratio autem eſt,quia conceptus,& natus poſt alicuius mortem illi non agnaſcitur, vel cognaſcitur, *l.item Prætor,ff.de ſuis & legit.*cum alijs ſupra citatis,& ſcribit Pereg.*de fideic.art.*22.*n.*9. Et cũ in præcitatis legibus dicatur, quod volens vt agnatus vel cognatus ſuccedere in legato,vel fideicommiſſo puro, ſit agnatus tẽpore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris,ergo à ſenſu contrario non ſufficit,ſi poſt illa tempora agnatus efficiatur, & ita hac ratione à ſenſu contrario vius eſt etiam Menoch.*conſ.*413.*n.*10.*& conſ.*566.*n.*5.

Tertiò, ſicuti quando tempore mortis teſtatoris, quo 3
tempore cedit dies fideicommiſſi ſi honoratus eſt mortuus efficitur caducum fideicommiſſum, *l.vnica,§.& cum triplici,C.de caduc.tollend.*ita quãdo tempore mortis teſtatoris non reperitur natus, qui prætendit ſe vocatum fuiſſe, & ita poſt Io.And.& Lambert.de Rampol. arguit Soc.ſen.*d.l.ſi cognatis,n.*30.

Vltimò, in ſpecie hanc ſententiam probarunt Bart. *in l.ſi cognati,col.*2.*ff.de reb.dub,*& ibi Soc.ſen.*ante nu.*16.*& n.*27.*&* 30.& alij ibi,Cuman.*in l.qui filiab.ff.de leg.*1.& ibi Alex.& Iaſ. Anchar. *in c.indicante, ext.de teſta.*& ibi Imol.*n.*12.Bald.*conſ.*488. *quidam Titius ad finem, li.*3.Angel.*conſ.*38.Roma.*conſ.*231.Caſtr.*conſ.*16.*viſo puncto,col.pen.lib.*2.Alex.*conſ.*183.*col.*1.*lib.*2.*& conſ.*26.*lib.*3.Soc.ſen.*conſ.*10.*col.fi.& conſ.*73.*n.*25.*li.*3.Capra *conſ.*35.*dubio primo,*Ruin.*conſ.*36.*n.*10.*conſ.*96.*nu.*17.*& conſ.*123.*n.*16.*li.*2.Curtius iun.*conſ.*57.*n.*12.Alciat.*conſ.*47.*& conſ.*76.*li.*9. Rol.à Valle *conſ.*70 *n.*9.*lib.*3. Alba.*cõſ.*106.*n.*12.Ceph.*conſ.*262.*n.*14.*& ſeq.& cõſ.*659.*n.*23.Rimin.iun.*conſ.*564.*n.*13.Menoch.*conſ.*106.

n.21.conſ.413.n.8. conſ.97.n.75.conſ.404. conſ. 496.n. 14.& conſ.566.n.3.& ſeqq.Surd. conſi.125.n.35.Tiraquel.tract.Ligna.§.1.gloſ.9.n.84 Ludou.Molin.lib.3.de Hiſp.primog.cap.10.nu.24.& 35.Mant.de coniect.vlt.vol lib.8.tit.8.n.9.Craſſ.in §.fideicom.q.17. vbi dicit eſſe communem opinionem,Præt.de interpr.vlt.vol.fol. 201.n.5.ad medium,Intrigl.de ſubſt.cent.3. q.86.num.1. Pereg.de fideic.art.22.n.7.& Menoch.libr.4.præſumpt. 93.n.1.Ruſtic.in l.cum auus,li.6.ca.12.n.21.ff.de cond.& demonſtr.Magon.deciſ.Florent.92.n.42.& Rot.Roman.apud Farinac.deciſ.458.in fine.

4 Verum,non omnes exiſtentes tempore teſtamenti,vel mortis teſtatoris admittendi ſunt,nam ſi teſtator ignorabat aliquos extare,vel putabat eos mortuos,diſpoſitio ad eos non refertur,Bart. in d.l.ſi cognatis, ff.de reb.dub.& ibi Soc.ſen.n.2.quos refert, & ſequitur Peregr. tract.de fideic.art.22.n.7.verſ.quam tamen, Ruſtic.in l.cum auus lib.6.c.14.n.37.ff.de cond.& demonſt.

5 Adducitur pro iſta opinione, l.ſi quis ita,§.ſi quis cum ignoraret,ff.de teſta.tut. vbi tutor datus filijs, non dicitur datus his, quos teſtator ignorabat habere, vel putabat mortuos. Cõfirmaturque ea ratione, quia legata & fideicommiſſa relinquuntur ob affectionem, l.nec adiecit,ff. pro ſocio,& affectio,non cadit in hos, quos quis putat deceſſiſſe,vel illi ignoti ſunt,l.non eſt ferendus, ff.de tranſa. Menoc.conſ.333.n.5.Præt.de interp.vlt.vol.fol.62.n.8.

6 Contrariam opinionem probauit Aret.in d.l.qui filiabus,in fine, ſed ad illius argumenta reſpondet Soc.ſen.in d.l.ſi cognatis,nu.27.ff.de reb.dub. Ego tamen ſequor opinionem Aretin.quando ſumus in eo,quem teſtator putabat mortuum, vt ſcilicet is debeat admitti, nam in iſto cadit affectio,ſi teſtator credidiſſet eſſe viuum, ideo ratione affectionis admitti debet. Nec obſtat d.§.ſi quis cũ ignoraret. nam ibi tutela ceſſat, quia pater in tutela mouetur ratione filiationis, ſed in fideicommiſſis mouetur teſtator ratione affectionis,& ita etiam tenet Soc.ſen.in d.l.ſi cognatis,n.2.in fi.ff.de reb.dub. Sed tamen circa differẽtiam tutelæ & legatorum,& fideicommiſſorũ,quod ſcilicet illa procedat iure filiationis, fideicõmiſſa iure affectionis,nõ placet Bart.in l.qui filiabus, n.3.ff.de leg.1.

7 Limitatur primò,quando vocatus eſſet primogenitus, vt dicam q.388.

8 Limitatur ſecundò, quando teſtator vocaſſet filios alicuius,qui teſtamenti tempore filios nõ habebat, vel in numero plurali vocaſſet filios illius, qui vnum tãtum filium habebat, nam etiam poſt teſtatoris mortem nati, & concepti venirẽt,probatur autem iſta opinio,in l.qui filiabus, ff.de leg.1.& in l.fi.ff.ad Trebell.& in ſpecie hanc limitationem tenuerunt Bart.in l.ſi cognatis, in princ. col.2.ff. de reb.dub.& ibi Soc.ſen.n.7 in princ. Sadol.col.8.verſ. ſubdit.& alij communiter Bart.in l.qui filiabus,n.5.verſ. item,ff.de leg.1.& in l.fin.ff.ad Trebell. & in l.in quartã §.vlt.ff.de leg.1. Paul.de Caſtr.in l.cohæredi, §.qui diſcretas,ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Torniel. in l.Gallus, §. quidam rectè,n.28.ff.de liber.& poſthu.Imol.in cap.indicantes,n.12.ext.de teſta.Paul.de Caſtr.conſi.242.n.3.in fine,lib.1.Imol.conſ.113.n.7.Alex.conſ.171.n.2.in fine, & n.3,lib.2.Ruin.conſ.22.n.11.& ſeq.& conſ.168.n. 12.lib.2.Soc.iun.conſ.72.lib.2.Rimin.ſen.conſil.38.nu. 19.Pariſ.conſ.71.lib.4.Dec.conſ.50. conſ.253.ad finem, & conſ.287.n.13.in fine,Bello.conſ.50.n.6. Alciat.reſp. 495.n.1.Ceph.conſ.318.n.24.& conſ.659.n.30.Menoc. conſ.97.n.75.& n.81.conſ.106.n.66.& ſeqq.conſ.404. n.2.conſ.528.n.37.& ſeqq.vbi alijs ſimilibus comprobat conſ.1.nu.179.& ſeq.conſi.496.nu.15.verſ.ſecundò, & conſ.822.n.1.& ſeq.& Peregr.de fideic.art.22.nu.10.& quæ dicam infra nu.19.

9 Idem eſt, quando vocati eſſent filij plurium, quorum vnus habebat filios,alius non,nam & de naſcituris teſtatorem ſenſiſſe,dicendum eſt,quia videtur teſtatorem habuiſſe eandem affectionem ad parentes filiorum,ideò & nati poſt mortem teſtatoris admitti debent, vt inter eos ſeruetur æqualitas,ſic ſenſuerunt Pariſ.conſ.71.li.4.Soc. iun.conſ.172.li.2.Menoch.conſ.404.n.6.conſ.528.n.40. & conſ.822.n.12.Torniel.in d.l.Gallus,§.quidam rectè, n.28.ff.de lib.& poſthu.Pereg. de fideic.art.22.n.10.ad medium,vbi aſſerit idem præſupponere, Dec.conſil.253. ad finẽ,& clarè Præt.de interpr.vlt.vol.fol.515.n.104.

10 Limitatur tertiò,quando quis eſt conceptus in vita teſtatoris,& poſt mortem naſcitur, nam & is admitti debet vt ſcribunt Paul.de Caſtr. conſ.6.col.pen.libr.2.Torniel. in l.Gallus,§.quidam rectè, n.40.ff.de liber.& poſthu.Pereg.d.art.22.n.11.& ſeq.& Menoch.lib.4.præſump.93. nu.4.qui tamen loquitur in terminis ſecundi caſus de diſpoſitione conditionali,vt dicam infra n.35.hanc opinionem etiam poſt alios relatos tenet Ruſtic. in l.cum auus, lib.6.cap.4.nu.41.verſ.2.,ff.de cond.& demonſtr.

11 Facit primò,pro hac ſententia,l.qui in vtero,ff.de ſtat. homin. vbi concepti in vita teſtatoris pro natis habentur quo ad eorum commodum, & poſt alios ita ſcribit Menoch. conſ.413.n.16.

12 Secũdò adducitur l.Titius,& l.ſeq.ff.de ſuis & legit. & l.ſi quis filio,§.1.ff.de iniuſ.irrit.teſtam.vbi cõceptus, quamuis non natus, habet ſucceſſionis iura, tam vnde liberi, quam vnde agnati,& vnde cognati.

13 Tertiò, in conditione,ſi ſine filijs continetur, & poſthumus grauati, l.iubemus,§.pen.ff.ad Trebell.

14 Quartò, inſtitutio poſthumi comprehendit tam poſthumos natos poſt teſtamentum in vita teſtatoris, quam etiam poſt mortem teſtatoris,l.placet,ff.de lib.& poſth.

15 Quintò, tutela data filijs comprehendit etiam poſthumos, l.qui filiabus,ff.de teſtam.tut.

16 Contraria tamen ſententia probatur in l.qui filiabus, ff.de leg.1.vbi in diſpoſitione facta de filijs non veniunt poſthumi niſi ex indicijs appareat teſtatorem de eis etiã ſenſiſſe,quod etiam probatur in d.l.qui quartam,§.fin.licet in tutelis poſthumus veniat appellatione filiorum, & ſentiunt Bart.d.l.ſi cognatus, col.2.dum opponit d.l.placet,& ibi Soc.ſen.n.29.& conſ.73.n.25.

17 Circa tamen hunc articulũ,quando poſthumus veniat appellatione filiorum, vidẽdi erunt Bart. in l.qui filiabus, ff.de leg.1.& ibi Alex.Iaſ.& alij,Zanch.in l.hæredes mei, §.cũ ita,n.256.& ſeq.ff.ad Trebell.Præt.de interpr.vlt. vol.fol.376.n.6.& Pereg.de fideic.art.22.n.11.& ſeqq.

18 Limitatur tertiò, quãdo fideicommiſſum relictum eſt filijs liberis, agnatis, vel coniunctis alicuius extranei teſtatoris,nam tunc non veniunt niſi qui extabant tempore teſtamenti,nec dicuntur vocati, licet naſcantur in vita teſtatoris: procedit enim concluſio principalis, quando fideicommiſſum relictum eſt filijs,vel agnatis,vel coniunctis filij, vel alterius coniuncti, ad quos videtur teſtatorẽ habuiſſe maiorem affectionem, Bartol.in d.l.ſi cognatis, col.2.ff.de reb.dub. & ibi Soc.ſen. ante nu.26. & ſequuntur alij,& eſſe communem opinionem dicit Peregr.de fideic.art.22.num.14.

19 Sublimitatur primò, quando extraneus ille nõ habuiſſet filios,vel agnatos teſtamenti tempore, vel vnum tantum habuiſſet, & in numero plurali de filijs facta eſſet mentio,quia tunc, & de natis poſt teſtamentum intelligeretur,Bart.in d.l.ſi cognatis, col.2.ff.de reb.dub. Hieron. Gabr.conſ.130.n.8.lib.1.Ceph.conſ.318.n.24.lib.3.Menoch.conſ.1.n.179.& ſeq.lib.1.Peregr.de fideic.art.22. n.16.& quæ dixi ſupra n.8.

Sublimitationes aliæ haberi poterunt ex dictis in limitationibus, & caſibus, quibus fideicommiſſum debetur natis poſt mortem.

20 Limitatur quartò, quando diſpoſitio eſſet concepta verbis vniuerſalibus, quia tunc nati poſt mortem veniunt,

ſtum, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 515. n. 106. & Peregr. de fideicom. art. 22. n. 18. verba enim generalia referuntur ad futura, l. cum pater, §. filia tua, ff. de legat. 2. & ibi not. Bart. & alij.

21 Limitatur quintò, quando teſtator vocaſſet deſcendētes, vel poſteros, quia omnes in infinitum veniunt, quamuis nati poſt mortem teſtatoris, Dec. conſ. 498. num. 19. Ceph. conſ. 318. nu. 24. Menoch. conſil. 1. n. 184. & lib. 4. præſumpt. 91. in fine, Petr. de fideicom. quæſt. 11. nu. 85. Soc. ſen. in d. l. ſi cognatis, nu. 30. in fine, ff. de reb. dub. vbi de poſteris, & deſcendentibus loquitur.

22 Contrariũ tenent Alber. conſ. 106. n. 13. & ſeq. Mant. de coniect. vlt. vol. libr. 8. tit. 11. nu. 4. vbi non vult venire nondum conceptos, niſi quando diſpoſitio in tempus futurum collata eſt, & allegat Alex. in conſi. 26. nu. 5. lib. 3. Dec. conſi. 299. n. 8. & Soc. ſen. conſil. 51. n. 41. & ſeq. lib. 4. & hanc etiam opinionem probauit Præt. de interp. vlt. vol. fol. 515. n. 108.

23 Limitatur ſextò quando fideicommiſſum eſt relictum filijs alicuius, & poteſt etiam videri relictum fauore patris tunc exiſtentis, nam debebitur etiam natis poſt mortem teſtatoris, exemplum eſt in caſu Ruin. conſ. 30. dubio 1. libr. 2. vbi conſuluit ad legatum relictum filiabus Titij pro earum dotibus, venire & filias natas poſt teſtamentum, & mortem teſtatoris, quia legatum videbatur relictum etiam fauore patris pro eum exonerando à dotatione debita filiabus: & hanc limitationem probauit Peregr. de fideic. art. 22. nu. 19. qui adducit etiam conſilium Alex. 111. col. 3. præterea dato lib. 2.

24 Limitatur ſeptimò, quando teſtator in prima ſubſtitutione vocaſſet & naſcituros, quia in ſecunda pariter dicetur de eis ſenſiſſe per ea quæ dicam infra n. ....

25 Limitatur octauò, quando alias reſultaret inæqualitas inter deſcendentes, vel ſi ius fratrum vocatos, quia tunc & nati poſt mortem teſtatoris veniunt, vt dixi ſup. n. 9.

26 Limitatur nonò quando naſciturus veriſimiliter eſſet magis dilectus illo, qui petit admitti ad fideicommiſſum, nam is, licet poſtea natus, præferri debet, vt ſi teſtator vocaſſet filios fratris, & poſt eos vocaſſet alium remotiorē, nam ſi contingat filios fratris tunc extantes præmori, & naſci alium poſt mortem teſtatoris, tunc iſtum præferendum eſſe ſuadet ratio præſumptæ voluntatis, & dilectionis teſtatoris, arg. l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demonſt. & comprobat Cephalus conſ. 318. nu. 46. & ſeqq.

27 Limitatur decimò, quando facta eſſet vocatio de filijs natis ex legitimo matrimonio, quia & nati poſt mortem veniunt, vt ſcribit Menoch. conſ. 1. n. 182. lib. 1. qui mouetur ea ratione, quia teſtator ſi de iam natis ſenſiſſet tantum, ſuperfluum erat apponere verba, de legitimo matrimonio, quia iam ſciebat qualitatem filiorum natorum, ideo ex qualitate adiecta de legitimo matrimonio, videtur teſtatorem ſenſiſſe & de naſcituris, quorum conditionem ſcire non poterat, & ſic voluit illegitimè naſcituros excludi. Hæc tamen conſideratio abſolutè non concludit, nam potuit fieri teſtamentum à ſano corpore, & venirent etiam naſcituri poſt teſtamentum vſque ad diē eius obitus, vt ſupra dictum eſt, venire etiam natos poſt teſtamentum ſi reperiantur nati tempore mortis teſtatoris, & in his naſcituris poteſt verificari voluntas teſtatoris, non autem in naſcituris poſt eius mortem.

28 Limitatur vndecimò, vbicũque ex aliquibus coniecturis poteſt colligi teſtatorem ſenſiſſe & de naſcituris poſt eius mortem, vt vno ore ſentiunt omnes relati in præcedentibus limitationibus, & in ſpecie ſic ſcripſerunt Socin. ſen. in d. l. cognatis, ff. de reb. dub. & in conſ. 51. n. 4. lib. 4. Ruin. conſ. 64. n. 3. lib. 3. Soc. iun. conſ. 172. nu. 26. & nu. 28. lib. 2. Alba. conſ. 106. n. 18. Ceph. conſil. 318. num. 41. Petr. de fidei. qu. 11. n. 602.

29 Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum eſſet relictum in diem, vel ſub conditione, & tunc nati poſt teſtatoris mortem ſunt admittendi, ſi nati ſunt tempore purificatæ conditionis, ſufficit enim eos eſſe natos vel tempore teſtamenti, vel tempore mortis teſtatoris, vel tempore euenientis conditionis fideicommiſſi.

Probatur primò iſta opinio, quia tempore euenientis conditionis cedit dies relicti, & fit locus ſubſtitutioni, l. ſi poſt, & l. ſi dies, ff. quando dies leg. ced. Atqui in relictis in diem, vel ſub conditione qualitas requiſita in honorato cōſideratur tēpore euenientis diei, vel conditionis, l. cum qui poſt, ff. de cond. & dem. & l. non oportet, ff. de leg. 2. & l. cū pater, §. hæreditate, ff. de leg. præſtand. ergo &c. 30

Secundò accedat, quod ſicuti in relicto cōditionali ad hoc vt honoratus admittatur, requiritur quod exiſtat tēpore euenientis conditionis, quo cedit dies fideicommiſſi, d. l. ſi poſt, & d. l. ſi dies, ff. quando dies leg. ced. & tunc mortuo fideicommiſſario caducum remanet fideicōmiſſum, l. vnica, §. & cum triplici, & §. pro ſecundo, C. de caduc. tollen. Gloſſ. in l. 1. C. de his qui ante apert. tab. & ibi Doct. Cephal. conſi. 132. n. 2. Burſat. conſi. 1. n. 3. lib. 1. & dixi latiùs quæſt. 565. ergo pariter non erit admittendus, qui tempore euenientis conditionis non eſt natus, & ita poſt Lambert. de Rampo. & Ioan. Andr. arguit Soc. ſen. d. l. ſi cognatis, n. 30. ff. de reb. dub. 31

Tertiò, idem probatur in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. vbi prohibita alienatione, vt bona remaneant in familia, qui tempore alienationis reperitur de familia, reuocat alienationem, vt etiam infra dicetur. 32

Vltimò, in ſpecie ſententiam hanc probarunt Bart. in l. pater filium, §. filiam, ff. de leg. 3. Soc. ſen. in d. l. ſi cognatis, nume. 30. ff. de reb. dub. Dec. in rubr. C. de ſucceſſ. edic. Crott. in l. filiusfam. §. diui, nu. 174. ff. de leg. 1. & ibi Ferdin. Loarez n. 105. Torniel. in l. Gallus, §. quidam rectè, n. 43. ff. de liber. & poſthu. Et conſulendo Roman. conſ. 134. nu. 5. & conſ. 438. num. 13. Paul. de Caſtr. conſ. 16. lib. 2. Alex. conſ. 26. lib. 3. Iaſ. conſ. 206. n. 2. li. 2. Dec. conſ. 254. n. 6. conſ. 299. n. 8. conſ. 364. ad finem. & conſ. 717. in fine. Curt. iun. conſi. 58. & conſ. 111. n. 19. vbi dicit eſſe communem opinionem Ruin. conſ. 22. n. 10. & conſ. 123. nu. 16. lib. 2. Parit. conſi. 31. n. 41. & conſ. 83. n. 12. lib. 2. Soc. iun. conſ. 126. n. 53. lib. 3. & conſ. 172. li. 2. col. 6. vbi dicit eſſe communem opinionem, Rub. Alex. conſil. 8. in fine. Alciat. conſi. 32. n. 13. & conſ. 76. n. 1. lib. 9. vbi de communi opinione teſtatur Crauet. conſil. 212. num. 6. Roland. à Valle conſ. 70. nu. 1. lib. 3. conſ. 38. n. 3. vbi teſtatur de cōmuni opinione, & conſ. 39. lib. 4. Euer. conſ. 5. col. 4. Pancir. conſ. 59. n. 14. Rimin. iun. conſ. 75. n. 38. conſ. 482. n. 64. & conſ. 546. n. 13. 14. 22. Ceph. conſi. 318. n. 23. conſ. 16. n. 63. conſ. 262. n. 8. & conſ. 659. dubio 3. Hiero. Gab. conſ. 130. n. 8. & conſ. 117. n. 37. lib. 1. Dec. conſ. 1. n. 194. & n. 335. lib. 1. & conſ. 37. n. 12. li. 4. Menoch. conſ. 1. n. 191. vbi de magis communi opinione teſtatur conſi. 106. n. 78. & ſeq. conſ. 413. n. 13. conſ. 496. n. 14. & conſ. 566. n. 6. & ſeq. Pereg. conſi. 47. n. 5. li. 2. & conſ. 46. n. 7. lib. 5. Hond. conſ. 70. n. 54. lib. 1. & conſ. 49. n. 10. & ſeq. lib. 2. Surd. in fortioribus, conſ. 125. lib. 1. 33

Et in tract. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de teſt. verſic. item Lambertinus, Tiraquell. de retr. Lign. §. 1. gloſ. 9. nu. 199. Ludou. Molin. libr. 3. de Hiſpan. primog. cap. 6. num. 59. Mantic. de coniect. vltim. vol. libr. 8. tit. 12. num. 14. Petr. de fideicomm. q. 11. n. 584. & ſeq. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 327. num. 47. verſ. hoc autem, & fol. 343. nu. 45. & fol. 514. num. 91. & ſeqq. vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch. lib. 4. præſumpt. 93. n. 3. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 69. & ſeqq. vbi dicit eſſe communem ſententiam, & art. 19. numer. 29. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 86. nu. 3. & ſeqq. Fachin. libr. 4. controu. iur. cap. 88.

Et in deciſionibus Rand. deciſ. Piſan. 24. n. 23. & ſeq.

part. 1. Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſ.* 579. *in fine par.* 1. & apud Farinac. *dec.* 458. *in fine par.* 4.

34 Alij fuerunt in contraria ſententia, vt non admittantur niſi illi, qui fuerunt vel nati, vel ſaltem concepti tempore mortis teſtatoris, & hãc probarunt, Torniel. *in d. l. Gallus in Quæſt. in* 3. *quæſt. nu.* 44. poſt Alex. *conſilio* 184. *colum.* 1. *& conſi.* 219. *col. vlt. lib.* 2. Soc. ſen *conſi.* 73. *col.* 3. *lib.* 4. *& conſi. vlt. lib.* 1. cui ſubſcripſerunt Othon. de Nicol. Saluſt. de Peruſ. Marian. Soc. Franc. Aret. And. Barbat. & Io. Bapt. Caccialup. Dec. *conſi.* 95. *col.* 5. *num.* 7. *verſi. tertio principaliter*, vbi plures citat Ruin. *conſ.* 86. *nu.* 10. *& conſ.* 112. *n.* 12. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 495. *col.* 1. Menoch. *conſi.* 106. *n.* 80. licet non firmet, & dicit primam opinionem eſſe magis receptam, & refert pro hac opinione Bart. Angel. Anchar. Imol. & Roman.

Mouentur per tex. *in d. l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & in d. l. peto, §. fratre, iuncta Glo. ff. de leg.* 2. in quibus iuribus requiritur qualitas quod ſit filius, vel agnatus, vel cognatus tempore mortis teſtatoris: qui enim naſcitur poſt mortem teſtatoris eius agnatus nunquam fuit, *l. Titius, ff. de ſuis, & legit.* 1. *§. ſi quis proximior, ff. vnd. cogn.* Ego non recedo à prima opinione, quæ receptiſſima eſt, & iura obiecta non reſtringunt in conditionali, diſpoſitione vocationem ad habentes qualitatem tempore mortis teſtatoris.

35 Ampliatur primò opinio communis, vt procedat, etiã quod ſolum eſſent concepti tempore euenientis, conditionis, licet naſcantur poſt, vt ſcribunt poſt alios relatos Ludou. Molin. *li.* 1. *de Hiſp. primog. c.* 6. *nu.* 49. Rim. iun. *conſi.* 564. *n.* 13. 32. *&* 33. *lib.* 4 Menoch. *conſi.* 106. *n.* 29. *conſi.* 128. *n.* 17. *conſi.* 413. *n.* 16. *conſi.* 566. *nu.* 8. *& lib.* 4. *præſum.* 94 *n.* 4. Intrig. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 86. *n.* 5.

Ratio eſt, quia concepti habentur pro natis ad ſui cõmodum, vt dixi *ſupra n.* 11.

36 Ampliatur ſecundò, etiam quando teſtator vocaſſet liberos, agnatos, vel ſimiles, per pronominà, meos, vel ſuos vel vocaſſet ſibi agnatos, ita ſcribunt Crott. *conſi.* 54. latè Rol. à Valle *conſ.* 39. *lib.* 4. Petr. *de fideic. q.* 11. *nu.* 585. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, Peregr. *de fideic. art.* 22. *nu.* 71. vbi dicit quod in Senatu Mediolani fuit iudicatum in caſu, ſuper quo Roland. conſuluit, vt ſupra, addo Ruin. *conſ.* 96. *n.* 16. 17. *lib.* 2. & in eadem facti ſpecie Parii. *conſ.* 36. *lib.* 2. Euer. *conſ.* 5. *n.* 2. Torniel. *in l. Gallus, §. quidam recte, n.* 34. *ff. de liber. & poſthum.*

37 Ratio eſt, quia quando volũtas teſtatoris eſt collata in futurum euentum, & incertum, in quem dubium erat, an tunc extarent illi, qui erant tempore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris, tunc attenditur, an ſit qualitas tempore euenientis conditionis, & quo adeſſet qualitas agnationis illo tempore ſi teſtator ſuperuixiſſet, ita poſt Rui. Soc. ſen. Dec. & Curt. dixit in ſpecie Rol. à Valle *d. conſi.* 39. *n.* 3. cum alijs relatis *ſupra n.* 33.

38 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes, vt nõ nati, nec concepti tempore mortis teſtatoris admittãtur ad fideicommiſſum conditionale in futurum euentum dilatum ob vim bonorum verborum, ſui, vel mei, licet extarent tempore purificatæ conditionis, ita cenſuerunt Alex. *in annot.* ad Bart. *in d. l. ſi cognatis, n.* 2. *in verb. quæro, ff. de reb. dub.* Alciat. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, n.* 12. *ff. de leg.* 2. *& in l. ſi à colono, nu.* 3. *ff. de verb. ſignif.* & ante hos Bal. *in conſ.* 488. *caſus talis eſt ad finem, lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 159. *col. pen. lib.* 4. Caccialup. *in ſubſcript. ad conſi.* Soc. ſen. 6. *lib.* 1. *& inter conſ.* Alex. *conſ.* 114. *n.* 15. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 174. *n.* 5. *verſ. & hanc rationem, lib.* 3. Alciat. *conſ.* 76. *num.* 3. *lib.* 5. & ſecundum aliam impreſſionem, *conſ.* 538. *n.* 3. Anguiſ. *conſ.* 80. *n.* 9. *& conſ.* 86. *lib.* 6. Menoch. latiſſimè *conſi.* 106. *n.* 168. *vſque ad n.* 288.

39 Primo adducitur pro hac opinione, *l. ſi ita, ff. de aur. & arg. leg.* & ibi Bart. *in princ.* vbi dicit, nomina poſſeſſiua, meum, tuum, ſuum ſignificare tempus præſens, ergo facta mentione de agnatis meis, vel ſuis, intelligitur de his, qui erant agnati tempore teſtamenti.

Ad hunc textum pluribus modis reſpondet Roland. à Valle *d. conſ.* 39. *lib.* 4. quas tamen reſponſiones Menoc. conatus fuit tollere, cum ambo in eadem cauſa conſuluerint vnus pro vna, alter pro alia opinione, ita inquam Menoch. *d. conſ.* 106. *n.* 169. *& ſeq.* vbi etiam alijs iuribus conatur oſtendere, quod pronomina hæc, meum, ſuum, tẽpus præſens demonſtrent.

Secundò adducitur, quod in vltimis voluntatibus non 40
eſt recedendum à proprietate verborum, *l. non aliter, ff. de leg.* 3. *l. ſi alij, ff. de vſufr. leg.* Bald. *conſ.* 408. *ſtatuto ciuitatis, lib.* 3. Crau. *conſi.* 161. *num.* 13. Atqui attenta propria ſignificatione, natus ex agnato meo, me mortuo, nõ dicitur agnatus meus, *l. Titius, & l. item prætor, ff. de ſuis & legit.* ergo &c.

Tertiò hæ dictiones, meus, tuus, ſuus, ſunt nomina 41
poſſeſſiua, Doct. *in l. Quintus, §. argẽto, ff. de aur. & arg. legat.* Alciat. *in l. ſerui electione, §. vlt. nu.* 6. *ff. de leg.* 1. Atqui poſſeſſiuum demonſtrat tempus præſens, Doct. *in l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Neuiz. *conſ.* 71. *nu.* 4. ergo dum nominatur agnatus meus, intelligitur de eo, qui de præſenti eſt agnatus.

Ego certè exiſtimo veriorem eſſe primam opinionem 42
& voluntati teſtatoris magis conuenire, præcipuè quando teſtator digreſſus eſſet ad plures gradus ſubſtitutionũ, vel quia conſtituiſſet perpetuum fideicommiſſum inter deſcendentes, & in defectum eorum vocaſſet agnatos ſuos, nam cum poſſit euenire caſus, quod poſt multas ætates conditio fideicommiſſi eueniat, niſi dicamus, & agnatos natos poſt teſtatoris mortem exiſtentes tempore cõditionis, venire ex mente teſtatoris, reſultaret quædam repugnantia, quod voluerit conſtituere perpetuum fideicommiſſum, & ſucceſſiuum per plures gradus, & quod efficeretur inutile ob defectum ſubſtituti agnati nati tẽpore mortis teſtatoris.

Probatur vlterius iſta limitatio, *in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg.* 2. vbi 43
filius grauatus reſtituere hæreditatem filijs ſuis, vel cui ex eis voluiſſet, cum moreretur reſtitutio poteſt fieri etiam natis poſt mortem teſtatoris, ſicuti in illis terminis ſcribunt Ruin. *conſil.* 96. *col. penul. verſ. poſtremò, & verſ. nec obſtat, & conſ.* 123. *n.* 16. *li.* 2. & Pariſ. *conſ.* 89. *n.* 30. *lib.* 2. Nec tenenda eſt ſuppletio quam Roman. facit ad illum text. *in conſ.* 438. *n.* 12. *verſ. quoniam dico*, vbi vult ſuppleri, quod tamen filij ſint nati, vel concepti tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris.

Sed verè iſte text. apud me non ſtringit, nam non vocauit 44
teſtator ibi ſuos filios, ſed vocauit filios hæredis, nimirũ ſi non debet attendi perſona teſtatoris, an ſint nati tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris? ſed ſola perſona hæredis, & ita declarat Torniel. *in dict. l. Gallus, q.* 3. *nu.* 44. *verſ. ego concludo*, quem refert, & ſequitur Menoch. *conſ.* 106. *n.* 283. *verſ. ſecundus eſt caſus.*

Secundò facit, quia expreſſio eius, quod tacitè ineſt nil 45
operatur, *l. non rectè, C. de fideiuſ. libr.* 3. & ibi Doct. *ff. de leg.* 1. Atqui quando teſtator vocat agnatos, cenſetur vocare proprios, licet non addat pronomen, meos, *l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.* & ibi Bart. *nu.* 2. & idem vocatis illis de familia, quia intelligitur de familia teſtatoris, Bartol. *in l. peto, §. fratre, ff. de leg.* 2. Soc. *in d. l. ſi cognatis, nu.* 31. *in fin.* ergo idem erit dicendum, quando vocat agnatos ſuos, vt non reſtringatur per pronomen, ſuus, vel meus vocatio ad natos tempore mortis teſtatoris.

Tertiò, largo ſaltem modo, agnatus meus dicitur & il- 46
le, qui me mortuo naſcitur, *l. quam Tuberonis, ff. de pecul. l. item prætor, ff. de ſuis, & legit. hæred.* Bald. *conſil.* 198. *punctus talis eſt, n.* 4. *lib.* 3. Alciat. *lib.* 2. *Diſput. cap.* 4. Atqui quando pro vna parte concurrit mens teſtatoris, pro

alia pro

alia proprietas verborum, attenditur mens potius, quam
propria ſignificatio, *l. non aliter*, *ff. de leg. 3.* Bart. *in l. in
ambiguo, ff. de reb. dub.* Alex. *in l. 3. n. 4. C. de liber. præt.
& in ſpecie d. pronomine, meum.* Bellõ. *conſil. 5. n. 8. 11.*
& 15. & alibi ſæpe, ergo &c. Maximè quia verba agnatus
meus, intelligi poſſunt, & exponi, id eſt, qui meus a-
gnatus eſſet, ſi ego viuerem, argum. *l. quibus. diebus, §.
dominus, ff. de cond. & dem. l. qui fundo, ff. de fund. inſtru.
& l. mulier, §. 1. ff. de cond. inſtit.* & hanc interpretationē
etiã poſt Rot. Val. habuit Pereg. *de fideic. art.* 22. *n.* 71.
47 Quartò accedit, quod agnatio duplex eſt, alia ſpecia-
lis, alia vniuerſalis, *l. pediculis, §. Labeo, ff. de ſuppell. lega.
l. 1. §. ſciendum, ff. de ædil. edic.* Cagnol. *in l. quæ dubita-
tionis, ff. de reg. iur.* Cum ergo teſtator vocat agnatos, ad-
dito pronomine, meos, vel ſuos, non interpretatur vt fe-
cerit ad demonſtrandos tantum agnatos exiſtentes tem-
pore teſtamenti, & eius mortis: ſed alia eſt interpretatio,
vt ſcilicet intellexerit de agnatis ſuis ſpecialibus, & ſic de
ſuo ſtipite, non autem de agnatis vniuerſalibus totius ag-
nationis, *l. pronunciatio, §. iure enim proprio, & §. cõmu-
ni iure ff. de verb. ſign.* Dec. 322. *col. 4.* Alex. *conſ. 219. col.
2. li. 6.* Ruin. *conſ. 149. col. 3. li. 2.* Paril. *conſil. 31. col. 2. 3.
lib. 1.* Et quod ex vocatione agnatorum ſuorum, veniant
ſolum agnati, qui ſunt de ſtirpe probarunt, Dec. *conſ. 86.
nu. 29. li. 3.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. n. 12.*
Menoch. *lib. 4. præſumpt. 88. n. 19.* Intrig. *de ſubſtit. cent.
3. q. 83. n. 21.* & de qua quæſtione dixi etiam *quæſt. 262.*
48 Quintò, alia poteſt etiam dari interpretatio, ad hoc
verbum, meum, vt ſi adiectum, ad tollendam controuer-
ſiam, an attendi deberet proximitas teſtatoris, vel graua-
ti eueniente caſu ſubſtitutionis de agnato: qui articulus
quam ſit difficilis patet ex dictis *quæſt. 484.* vbi etiam di-
xi *num. 51.* ſine controuerſia attendi proximitatem teſta-
toris, quando vocauit agnatos ſuos, vel meos, ita ibi vltra
alios adduxi Decian. *conſ. 26. nu. 75. & ſeq. lib. 2.* Peregr.
*conſ. 50. n. 2. & ſeq. lib. 1. conſ. 30. n. 27. lib. 3. & in tract.
de fideicom. art. 29. nu. 9.* Ceph. *conſ. 313. nu. 17.* Mant. *de
49 coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. n. 31.* & Rot. Roma. *deciſ.
72. n. 2. par. 1.* ergo ad coadiuuandam mentem teſtatoris
hæc interpretatio accipienda erit, nõ autem, quod teſta-
tor voluerit ſe reſtringere ad agnatos exiſtentes tempo-
re teſtamenti, & eius mortis. Vnde per prædictas ratio-
nes, & authoritates, ita conſului, *vt in conſi. 56.*
50 Ampliatur tertiò, etſi vocati eſſent liberi, vel agnati
procreati, quia cum verba ſint prolata in diſpoſitione re-
ſpiciente futurum euentum, intelliguntur, & exponũtur,
id eſt, qui procreati erunt, Menoch. in ſpecie, *conſi. 1. nu.
194.* vbi allegat Bart. *in l. 1. n. 34. ff. de cond. & demonſt.*
& ibi Imol. *in fin.* addo Pereg. *conſ. vlt. nu. 4.* Quod ex eo-
dem Menoc. confirmatur, quia adiectiuum reſoluitur in
relatiuum, & ſuum verbum, quando agitur de actu futu-
51 ro, & hoc modo reſoluentur, procreati, id eſt, qui procre-
entur, Glo. *in clem. 1. in verb. dignitatis, ext. de preben.*
Iaſ. *conſ. 55. col. 5. ver. confirmatur quia, lib. 3.* vbi exponit
verbum, deſcendentes, id eſt, qui deſcendent, *& conſil.
65. col. 2. ver. ſed præmiſſis, eod.* & ante hos Bar. *in l. Cen-
turio, n. 25. ff. de vulg. & pupill.* & ibi Ripa, *n. 95.* & Gal-
lau. *n. 358.* Alex. *conſ. 109. n. 3. lib. 1. & conſ. 126. n. 4. li.
2.* Ruin. *conſ. 49. n. 11. lib. 3.*
52 Declaratur primò iſte caſus, vt procedat, dummodò
non concurrant alij nati in vita teſtatoris, ſi enim concur
rerent tanquam prædilecti præferendi eſſent nati in eius
vita, natis poſt, licet eſſent nati tempore purificatæ con-
ditionis, ita ſe habent Croci. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.
164. ff. de leg. 1.* & ibi Ferdin. Loarez. *nu. 10.* Zanch. *in l.
hæredes mei, §. cum ita, nu. 81. ff. ad Trebell.* Ruin. *conſi.
36. n. 10. verſ. ſed his non obſtantibus, lib. 2.* Curt. iun. *cõſ.
57. nu. 11. & conſ. 58. prope finem,* Soc. iun. *conſ. 122. col.
1. & 2. lib. 2.* Alciat. *conſ. 76. n. 1. lib. 5.* Ceph. *conſ. 318. n.
23.* Rimin. iun. *conſ. 75. n. 38. conſ. 482. n. 64. conſ. 564. n.
13. 14. & 22.* Menoch. *conſi. 1. n. 192. conſ. 106. n. 82. conſ.
413. n. 13. & ſequentibus, & conſ. 566. n. 7. verſic. verũ,
& lib. 4. præſumpt. 93. n. 5.* Tiraquell. *de retract. Lign. §.
1. gloſ. 9. n. 199.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. n.
14.* Preç. *de interpr. vlt. vol. fol. 343. num. 46.* Intrigl. *de
ſubſtit. cent. 3. q. 86. n. 6.* Ruttic. *in l. cum anus, lib. 6. c. 12.
n. 23. ff. de cond. & demonſt.*
Sed contrariam ſententiam, vt tam nati tempore mor 53
tis teſtatoris, quam nati poſt tempore euenientis ſucceſ-
ſionis, concurrere debeant, voluit Ceph. *conſ. 659. n. 24.
& ſeq.* vbi loquitur quando ſumus in vocatis nomine ap-
pellatiuo, quia tunc non conſtat quod teſtator maiorem
habuerit affectionem ad natos, quam ad naſcituros, &
dicit hoc probari, *in l. cum ita, §. in fideicõmiſſo, ff. de leg.
2.* à contrario ſenſu idem voluit Peregr. *de fideic. art. 22.
n. 89. in fin.* vbi tamen non omnino affirmat, ſed dicit ma-
turius eſſe cogitandum, & ait ita pro concurſu fuiſſe iu-
dicatum, & ſenſit Honded. *conſ. 70. n. 74. & ſeq. lib. 1.* vbi
dicit id etiam ſentire alios ab eo relatos.
Subdeclaratur, quando nati poſt mortem teſtatoris, 54
ſed tempore euenientis conditionis ſuccederent ex iure
repræſentationis, vel tranſmiſſionis, quia & hi concur-
rerent, ita Honded. *d. conſ. 70. nu. 53. lib. 1.*
Declaratur ſecundò iſte caſus, vt procedat dummodò 55
ille ſit natus tempore euenientis conditionis, vel ſaltem
conceptus, aliàs non admitteretur, *d. l. ſi cognatis, ff. de
reb. dub.* & ibi Soc. ſen. *n. 30.* Alciat. *in l. pronunciatio, §. a-
gnatorum, ff. de verb. ſign.* Torniel. *in l. Gallus, §. qui. ans
rectè, n. 23. & n. 70. ff. de liber. & poſthum.* Anchar. *in c.
iudicante, ext. de teſta.* & ibi Imol. *nu. 17.* Paul. de Caſtr.
conſ. 16. col. penult. lib. 1. Alex. *conſ. 184. col. 1. conſ. 219.
col. vlt. li. 2. conſ. 22. col. 2. lib. 3. & conſ. 13. libr. 4.* quod
eſt conſ. Ant. de Præt. Iaſ. *conſ. 206. n. 1. li. 2.* Soc. ſen. *cõſ.
113. col. 3. lib. 1. conſ. 238. lib. 2. & conſi. 104. col. 3. lib. 3.*
Dec. *conſ. 253. col. vlt.* Ruin. *conſ. 106. n. 6. & n. 10. li. 2.*
Soc. iun. *conſ. 174. n. 30. & ſeq. lib. 2.* Anguic. *conſ. 69. n. 3.
lib. 6.* Alba. *conſ. 106. col. 1. & 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 130.
n. 8. & ſeq. li. 1.* Menoch. *conſ. 106. n. 29. conſ. 281. nu. 17.
conſ. 413. n. 16. 17. & conſ. 566.* vbi latè comprobat Hon-
ded. *conſ. 49. n. 10. lib. 2.* Peregr. *conſ. 33. nu. 18. lib. 2.* Io.
And. *in addit. ad Specul. tit. de teſta. n. 27.* poſt Lambert.
relatum, Petr. *de fideic. q. 11. nu. 584.* Menoch. *lib. 4. præ-
ſumpt. 93. num. 4.* Pereg. *de fideic. art. 22. num. 72.* Craſſ.
in §. fideicommiſſ. qu. 17. Guid. Pap. *q. 511. & q. 612.* Ma-
gon. *deciſ. Floren. 71. n. 12. verſ. & quando,* Rot. Rom.
in nouiſſ. deciſ. 38. par. 1. vbi apparet ita iudicatum.
Et ſufficere quod ſint concepti tempore euenientis 56
conditionis, ad hoc vt admittantur, ſcribunt Menoch.
*conſi. 106. n. 29. conſi. 281. nu. 17. conſ. 413. nu. 16. & lib.
4. præſumpt. 93. nume. 4.* vbi allegat Molin. & Rimin. iun.
Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 86. num. 5.* Ratio eſt, quia
conceptus habetur pro nato ad ſui commodum, vt dictũ
eſt *ſupra nu. 11.*
Ampliatur iſta declaratio, vt ſi nati poſt euentum cõ- 57
ditionis ſint pares in gradu cum natis tempore exiſtentis
conditionis, quod non concurrunt cum eis: & ſi nati poſt
euentum conditionis etiam eſſent proximiores, non ta-
men auferrent bona à remotioribus iam admiſſis, Al-
ciat. *in l. pronunciatio, §. agnatorum, ff. de verb. ſignific.*
Torniel. *in l. Gallus, § quidam rectè, n. 50. & ſequentib.
ff. de liber. & poſthum.* Paul. de Caſtr. *conſil. 16. column.
penult. lib. 1.* Alex. *conſi. 13. n. 5. libr. 4.* Soc. ſen. *conſil. 73.
nu. 23. libr. 4.* Curt. iun. *conſil. 57. num. 12. & conſil. 58.
num. 5. & ſeq.* Ruin. *conſi. 22. num. 12. & ſeqq. & conſil.
109. num. 17. lib. 2.* Crauett. *conſil. 212. numer. 6.* Alciat.
conſi. 117. lib. 9. & ſecundum aliam impreſſionem *conſil.
594.* Alba. *conſ. 106. num. 3. 4. 6. 17.* Petr. Anton. Anguic.
conſ. 67. num. 7. & ſeq. lib. 6. Berett. *conſil. 27. nu. 7.* Hie-

ton. Gab. *conſ.* 130. *n.* 8. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 318. *n.* 23. Surd. *conſ.* 125. *n.* 41. *lib.* 1. Dec. *conſ. vlt. nu.* 9. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 106. *n.* 71. *& ſeq. conſi.* 413. *n.* 17. *& ſeq. multis, & n.* 43. *& ſequentibus, & n.* 60. *verſic.* 5. vbi confutat plures authoritates in contrarium à Molin. loco *infra citato adductas conſ.* 566. *n.* 17. *conſ.* 658. *n.* 24. *conſ.* 830. *n.* 2. *& ſeqq. per totum*, vbi latè reſpondet ad argumenta contraria, *& conſ.* 1118. *n.* 27. *& ſeq. conſi.* 1213. *n.* 24. *& li.* 4. *præſumpt.* 93. *n.* 7. Pract. *de interp. vlt. vol. fol.* 514. *nu.* 9. *& ſeqq. & fol.* 515. *n.* 102. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 86. *num.* 8. Alex. Raud. *decis. Piſan.* 18. *n.* 112. *verſ. itaque.* Magon. *dec. Florent.* 92. *n.* 32. Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſ.* 38. *& deciſ.* 379. *nu.* 11. *parte* 1.

Probatur primò iſta opinio in pluribus legibus, ſcilicet *in l. cum ita, §. vlt. ff. de leg.* 2. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. in l. qui filiabus, ff. de legat.* 1. *in l. cum pater, §. hæreditatẽ, ff. de leg.* 2. *in l. ſi poſt mortẽ, in princ. ff. de leg.* 1. *in l. generaliter, §. ſi homini libero, ff. de fideic. libert. & in l. interuenit, ff. de cond. & demonſtr.*

58 Secundò, fideicommiſſa regulantur à caſu inteſtati, Glo. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. Decia. *conſ.* 1. *n.* 340. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 513. *nu.* 45. Menoch. *conſi.* 106. *n.* 83. Odd. *conſi.* 45. *nu.* 37. vbi dicit eſſe communem opinionem, Pereg. *conſ.* 47. *nu.* 16. *lib.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 29. *n.* 20. *& ſeqq.* & alios congeſſit *q.* 481. Atqui ad hoc vt quis admittatur ad ſucceſſionem inteſtati, inſpicitur tempus delatæ ſucceſſionis, an ſit capax, & poſſit ſuccedere, necne, *l. ſi quis cum haberet, ff. de ſuis, & legit.* 2. *§. proximum, ff. eod. & §. proximus, inſtit. tit. de legit. agnat. ſucceſſ.* ergo idem in ſucceſſione ex teſtamẽto, vt ſcilicet natus poſt conditionis euentum non ſit admittendus.

59 Tertiò, ſicut in diſpoſitione ſimplici in ſui natura attẽditur tempus purum ipſius diſpoſitionis, ad hoc vt producatur ad effectum, *l. eum qui Calendis, §. vlt. ff. de verbor. oblig. §. omnis, inſt. eod. & l. cedere diem, ff. de verb. ſignif.* ita quoque in diſpoſitione conditionali, quæ ſui natura incerta eſt, debet attendi tempus purificatæ conditionis, *l.* 1. *C. de pact.* Bart. *in l.* 1. *col.* 1. *ff. de cond. & demonſtr.* Alciat. *reſp.* 492. *nu.* 13. & ſecundum aliam impreſſionem, *conſi.* 110. *n.* 9. *lib.* 3. ergo &c.

60 Quartò, fideicommiſſum purum, & purificatum poſt euentum conditionis æquiparantur, *l. vlt. §. Titius, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & ibi Iaſ. *in ſecundo notabili.* Caſtr. *cõſi.* 247. *in cauſa quæ vertitur Sauonæ, col.* 5. *ver. non debent ergo, lib.* 1. Menoch. *conſ.* 830. *nu.* 4. Atqui in fideicommiſſo puro, illi ſolum ſuccedunt, qui extant tempore mortis teſtatoris, & alij poſtea nati excluduntur, vt dictum eſt in primo caſu: ergo pariter in fideicommiſſo conditionali purificato, admitti ſolum debent illi, qui extant tempore purificatæ conditionis, ita poſt Alban. *in conſ.* 106. *nu.* 4. argumentatur Menoch. *conſil.* 566. *n.* 10. *& ſeqq. & conſi.* 830. *n.* 5.

61 Quintò, quando qualitas requiritur ad effectum alicuius diſpoſitionis, qualitas debet adeſſe tempore quo diſpoſitio ad effectum producitur, Alex. *in l. ſi rem meam, in fine, ff. de verb. oblig.* Alciat. *reſp.* 101. *nu.* 10. *lib.* 9. ergo qualitas filiationis, vel agnationis requiſita ad ſucceſſionem fideicommiſſi, debebit adeſſe tempore delatæ ſucceſſionis fideicommiſſi.

62 Sextò accedit, quod diſpoſitio conſiderari debet ſecũdum tempus, in quo confertur, *l. Titio cum moreretur, ff. de vſufr. legat.* Bartol. *in l. quod ſponſæ, C. de donat. ante nupt.* & ibi Bald. Tiraquell. *de iure primog. q.* 40. *nu.* 174. Atqui ſubſtitutio de filijs, vel agnatis eſt collata in tempus purificatæ conditionis, ergo illud tempus attendendum erit.

63 Septimò quando quis eſt vocatus ad ſucceſſionem, ſi ſemel ſucceſſit, vocatio, & ſubſtitutio extinguitur, ſi nullus alius extat tempore delatæ ſucceſſionis, qui poſſit ſuccedere, *l. cum in teſtamento, in princ. ff. de hæred. inſt. & in l. ſi mater, §.* 1. *de vulg. & pupill.* & ſubſtitutio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, *l. qui res, §. aream, ff. de ſolut.* Sed tempore delati fideicommiſſi nati ſucceſſerunt, ergo quoad poſtea natos ſubſtitutio euanuit, & eſt extincta, & hac argumẽtationem fecerunt Alex. *conſ.* 13. *n.* 6. *lib.* 4. Alba. *conſ.* 106. *n.* 4. Menoc. *conſ.* 566. *n.* 15. vbi hoc argumentum confirmat, Pereg. *de fideicom. art.* 22. *n.* 7. *verſ. ſecundo, quia.* idem Menoch. *conſ.* 830. *n.* 18. *& ſeqq.* vbi latè confirmat, & reſpondet quibuſdam oppoſitionibus, quæ huic argumento fieri poſſent. 64

Octauò, in conditionibus ſemper ſpectatur initium primæ exiſtentiæ, nullo habito reſpectu ad id quod ex poſt facto ſuccedit, Bald. *in l. precibus, n.* 6. *C. de impub. & al. ſubſt. & in auth. ſed ſi quis, num.* 6. *C. de ſecun. nupt.* ratio autem eſt, quia ſufficit quod implementum conditionis exiſtat tempore ſucceſſionis delatæ, licet poſtea non duret, *l. ſi quis hæredem, C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi Iaſ. *nu.* 6. Dec. *conſ.* 63. *n.* 2. Cum igitur tempore purificatæ conditionis aliqui filij, vel agnati exiſtunt, in eis erit purificata conditio, nec quod poſtea eueniet erit curandum. Et hoc argumento vſi ſunt Alban. *d. conſ.* 106. *num.* 12. Menoch. *conſi.* 566. *nu.* 14. 65

Nonò, dominia rerum ſtare non debent in ſuſpenſo, *l. vlt. in fin. ff. comm. præd. l. ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* Gloſ. & Doct. *in l. ſi ego, ff. de ſolut.* nec dominium rerum debet eſſe ambulatorium, & ad tempus, niſi aliud voluerit teſtator, *l. illud, C. de legat.* Atqui niſi nati poſt euentum conditionis poſſent cõcurrere cum natis illo tempore purificatæ conditionis, dominium ſtetiſſet in ſuſpenſo à tempore purificatæ conditionis, vſque ad natiuitatem natorum poſtremam nati tempore euentus conditionis non habuiſſent dominium patris ſpectantis ad natos poſt, ergo &c. & hoc argumento vſi ſunt Caſt. *d. conſ.* 16. *viſo dicto pũcto, n.* 5. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 13. *n.* 5. *in fin. lib.* 4. Alba. *d. conſ.* 106. *n.* 6. quos refert & ſequitur Menoch. *conſ.* 566. *n.* 13. 66

Ad hoc tamen argumentum reſpondet Menoch. ipſe *conſ.* 1213. *n.* 18. vide apud eum, & ſubtiliter etiam reſpõſio patet ex adductis à Ruino *conſ.* 22. *inſi. lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 22. *n.* 73. *verſ. verum beneuole, & n.* 74.

Decimò, quia ſi nati poſtea admitterentur, ſequeretur abſurdum, quod ſucceſſio ſemel obtẽta variaretur, quod non fieri debere in ſpecie ſcribũt Paul. de Caſtr. & Alex. quos refert & ſequitur Pereg. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 72. *verſ. primò, quia,* & Menoch. *conſ.* 830. *n.* 30. *& ſeqq.* vbi reſoluit obiectum, quod fieri poſſet, vt per eum. 67

Vndecimò, ſicuti inter natos remotior excluditur à proximiore, *l. cum ita, §. in fideicommiſſi, ff. de leg.* 2. ergo à fortiori iam nati excludent naſcituros, qui non ſunt in rerum natura, ita arguit Peregr. *d. art.* 22. *num.* 72. *verſ. tertio addit.* 68

Duodecimò, ius quæſitum non debet auferri, *l. penultima, ff. de pact.* & ibi Doctor. Atqui iam natis ius eſt quæſitum, ergo &c. ita Peregr. *d. art.* 22. *num.* 72. *verſ. quarto addo ego.* 69

Decimotertiò, quia capacitas requiritur tempore quo cedit dies fideicommiſſi, *l. vbi purè, cum concord. ff. ad Treb.* ergo &c. ita arguit Pereg. *d. art.* 22. *n.* 72. *in fin.* 70

Decimoquartò, quia vnicum fideicommiſſum non poteſt diuerſis temporibus cedere, ſed ſemel tantum. Bart. *in l. cum illud aut illud, ff. quand. dies leg. ced.* Atqui ſi & nati, & naſcituri ad diem fideicommiſſum admitterentur, ſæpiùs ceſſiſſet dies fideicommiſſi, ergo &c. ita argumentatus fuit Peregr. *dicto art.* 22. *num.* 72. *verſic. ſextò, quia,* & Menoch. *conſil.* 830. *num.* 30. *& ſeqq.* vbi confirmat. 71

Decimoquintò accedit, quod conceptus poſt euentũ condi-

conditionis reputatur inferioris gradus, vt dicit Ruin. *conſ.22.n.13.lib.2.* quem refert, & ſequitur Menoc. *conſ.* 830.*n.*10. & *conſ.*413.*n.*54. & *conſ.*566.*n.*20.

72 Contrariam ſententiam probarunt alij volentes & natos poſt purificatam cōditionem fideicommiſſi admitti, ita vt concurrant cum paribus in gradu iam admiſſis, vel ſi ſunt proximiores reuocent bona à iam admiſſis remotioribus, in qua ſententia fuerunt Bal. *in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.*162. *ff. ad Treb.* Anchar. *conſ.*220.*col.*2. Roma. *conſ.*134.*dubio quarto, n.*5. & *conſ.*438.*n.*10. Caſtr. *conſ.*247. *in cauſa, quæ vertitur Sauonæ, colum.*7.*lib.*1. Soc. ſen. *conſi.*86. *n.*12.*lib.*3. & *conſ.*51.*nu.*42.*lib.*4. Ruin. *conſ.*22 *libr.*2. Soc. iun. *conſ.*126.*n.*53.*lib.*1. & *conſ.*172.*n.*24. & *n.*28. *li.*2. Pariſius *conſ.*71.*li.*4. Natta *conſ.*675.*n.*7. Rim. iun. *conſ.*564.*n.*23. & *ſeq.* Rolan. à Valle *conſ.*70.*n.*48.*li.*3. vbi approbat dictum Caſtr. quãdo ſunt in eodem gradu, Ceph. *conſi.*318.*nu.*56. & *ſeq.* vbi loquitur in caſu, quando conſtat teſtatorem non habuiſſe maiorem affectum ad natos, quàm ad naſcituros, Surd. *conſil.*125.*nu.*36. & *ſeqq. lib.*1. Chriſtoph. Torniel. *conſ.*83. *in fine.* Tiraquell. etiam qui plures congeſſit, *de retract. conſang. §.* 1. *glo.*9. *n.*88. Ludouic. Molin. qui alios adiunxit *tract. de Hiſpan. primog. lib.*3. *cap.* 10. *n.*25. *verſ. ex quibus*, Peregr. *de fideic. art.*22.*n.*73. & 74. hanc tenet quando poſteà natus erat proximior, Fachin. *libr.*4. *controu. iur. cap.*88. Guid. Pap. *q.*511. & *q.*512. Boer. *q.*172.*nu.*6.

73 Primò adducitur à Caſtr. ratio, quod ſicuti in fideicōmiſſo puro ſi tempore delatæ ſucceſſionis non eſſent nati filij admitterentur ſi poſtea naſcantur, ergo idem in fideicommiſſo conditionali iam purificato, quia idem iudicatur de fideicommiſſo purificato per conditionis euẽtum, quod de puro fideicommiſſo, vt dixi *ſup. n.*60.

Reſpondetur, quod immo ſicuti idem eſt iudicium de fideicommiſſo puro, & de purificato, vt conceditur, ſicuti in fideicommiſſo puro admittuntur ſolum extantes tempore delatæ ſucceſſionis, vt dixi *ſup. in primo caſu*, ergo pariter in fideicommiſſo purificato admitti illi ſoli debẽt, qui extant tempore euentus conditionis, & purificati fideicommiſſi, ita Menoch. *conſ.*413.*nu.*50. *verſic. & nil vrget*, & *conſ.* 830.*n.*5.

74 Secundò facit, quia nulla ratio dilectionis maioris poteſt conſiderari in natis poſt euentum conditionis, & nacis illius tempore, cum nulli fuerint à teſtatore cogniti, ideo cum æqualis erga omnes naſcituros fuerit affectio, debent etiam omnes concurrere, & ita argumentabãtur à ceſſante ratione dilectionis, Curt. iun. *conſ.*57.*nu.*12. Rimin. iun. *conſ.*75.*n.*34. Ceph. *conſi.*318.*n.*24.

75 Reſpondetur, quod lex præſumit maiorem dilectionẽ teſtatoris erga natos tempore purificatæ conditionis, quam erga deinde conceptos, cum iſtos lex non admittat ad ſucceſſionem, vt dictum eſt ſupra, & ita reſpondet Menoc. *conſ.*413.*n.*53. *conſ.*566.*n.*20. & *conſ.*830.*n.*7.

Reſpondetur ſecundò, quod licet ceſſet ratio maioris affectionis, quod tamen remanent firma alia argumenta deducta ſupra pro prima opinione.

Vlterius iſta ratio non eſt generalis, nec ſeruit quando illi extantes tempore purificatæ conditionis fuiſſent cogniti à teſtatore, quia tunc præſumerentur magis dilecti, *l. qui filiab. ff. de leg.* 1. Meno. *conſ.*266.*n.*24. *conſ.*269.*n.*59. & *li.*4. *præſ.*16.*n.*6. Dec. *cōſ.*100.*n.*27.*lib.*2. Præt. *de int. vl. vol. fol.*62.*n.*8. vbi dicit etiã erga non natos, nõ cadere affectionẽ, quod ſcribit etiam Menoc. *conſ.*333.*n.*7.

76 Ex prædictis cenſeo recedendum non eſſe à prima opinione, quæ melioribus rationibus eſt fundata, niſi aliter
77 conſtare poſſit de voluntate teſtatoris, quæ cum totum faciat in vltimis voluntatibus, & fideicommiſſis, *l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. l. cum virum, C. de fideic. l. in conditionib. primum locum, ff. de cond. & demonſtrat.* illa ſola ſpectanda eſt, vnde extantibus coniecturis, quod teſtator voluerit etiam poſt euentum conditionis natos concurrere, & hi admittendi erunt, ita ſcribunt Ruin. *conſi.*22. *n.*11. & *ſeq. lib.*2. Rimin. iun. *conſil.*564.*nu.*14. & *ſeqq.* Menoch. *conſi.*830.*n.*18. Peregr. *conſ. vlt. lib.*3. & 7. *lib.*5. & volunt omnes infra referendi.

Porrò opinio prima in hac ampliatione tenenda non 78
eſſet, quando poſtea natus fuiſſet magis dilectus nato tẽpore purificatæ conditionis, nam ex coniecturata mente teſtatoris potior eſſet conditio magis dilecti, ad excluſionem nati, qui iam fuiſſet admiſſus, ita ſcribunt Dec. *conſ.*38.*col.*4. *verſ. tertiò conſiderandum*, & *conſi.*648.*n.*29. Ceph. *conſ.*318.*n.*49. & *n.*67.*li.*3. Sur. *cōſi.*125.*n.*16. & 17. *li.*1. quos refert, & ſequitur Men. *conſ.*1213.*n.*20. & *ſeq.* Exemplum afferri poſſet in caſu in quo conſuluit Roman. *in conſil.*134. *dubio quarto*, teſtator inſtituit filium Bartolomeum, eoque decedente ſine filijs maſculis legauit filijs maſculis filiarum tunc pupillarum certam pecuniç ſummam, & non extantibus filijs maſculis filiarũ ſubſtituit teſtator filios maſculos fratris. Euenit quod mortuus eſt Bartolomeus filius ſine filijs maſculis, & tempore eius mortis non erant nati aliqui maſculi ex filiabus, extabant ſolum maſculi fratris, qui petebant legatum, filię verò teſtatoris dicebant expectandum eſſe tempus an ex ipſis naſcerentur filij maſculi, Romanus conſultus reſpondit filios maſculos fratris non eſſe admittendos, donec ſupereſt ſpes quod ex filiabus teſtatoris poſſint naſci filij maſculi motus inter alias rationes, quia teſtamenti tempore filiæ teſtatoris non habebãt filios maſculos, nec habere poterant, quia erant in pupillari ætate, & ſic voluntas teſtatoris non poterat verificari niſi in filijs maſculis filiarum naſcituris: & fortius, quia contentio erat inter filios fratris tranſuerſales, & deſcendentes maſculos teſtatoris, quos teſtator veriſimiliter voluit præferri, & Romani ſentẽtiam ſequuti ſunt plures relati à Ludou. Molin. *lib.*3. *de Hiſpan. primog. c.*10. *nu.*25. *verſ. ex quibus & alijs*, Parif. *conſi.*71.*lib.*4. Soc. iun. *conſ.*172.*n.*24. *lib.*2. quos & alios refert, & ſequitur Pereg. *de fideic. art.*22.*n.*23. & *ſeq.* Surd. *conſ.*125.*n.*29.*lib.*1. Petr. *de fideic. q.*11.*n.*583. Menoch. *conſi.*1213.*n.*12. & *ſeqq.*

Pro qua opinione Romani facit deciſio, *l. cum auus, ff. de cond. & demonſtr.* & certè ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, vnde haberi debet pro diſpoſito, iuxta Gloſ. *in l. tale pactum, §. vlt. ff. de pact.* & ita arguit Peregr. *d. art.*22.*n.*74. *circa finem.*

Verum in eadem facti ſpecie contra Romanum conſuluit Paul. de Caſtr. *in conſ.*16. *viſo dicto puncto, & dubijs, li.*2. quẽ ſequuti ſunt Alex. Soc. ſen. Alc. Alba. Crau. Alciat. & Anguic. quos refert, & ſequitur Menoch. *conſ.* 413. idem tenet Ruin. *conſ.*22.*n.*11. & *ſeq. li.*2. Præt. ſenſit *de interpr. vlt. vol. fol.*515.*nu.*104. *verſ. adeo*, vbi dicit Caſtr. eſſe maioris authoritatis, quam Romanum.

Non obſtat principale fundamentum huius opinionis, 79
quod defunctorum voluntates non poſſunt ſtare in ſuſpẽſo, *l. vlt. ff. comm. præd.* & dixi *ſupra, num.*66. & ideo filij maſculi fratris admitti debeant, non expectato an filij maſculi filiarum teſtatoris naſcantur, nam reſpondent alij, quod voluntates defunctorum poſſunt ſtare in ſuſpenſo, cum ſperatur ſuſpenſionem ceſſare, veluti per natiuitatem filiorum naſcendorum ex ſpe probabili, & quando conſtat de voluntate teſtatoris, qui vult ſtare in pendenti, *l. qui hæredi, §. fin. ff. de cond. & dem.* cum alijs adductis per Doct. citatos *ſupra num.*66. *verſ. ad hoc tamen.* Accedat quod naſcituris ius erat quæſitum in ſpe à iure approbata, *l. poſt emancipationem, §.*1. *ff. de liber. legat.* & ibi Bart. Tiraq. *de legib. connub. gloſ.*2.*n.*36. Effectus autem huius ſpei eſt, vel quod ſuſpendatur trãſlatio, donec ex futuro euentu certificetur, an hæc ſpes euaneſcat, iuxta *l. ſi duobus, in princ. ff. de leg.*1. & ibi Bart. vbi ius com-

potens naſcituro ex teſtamento impedit, & ſuſpendit ius
accreſcendi. Vel ſi non ſuſpenditur translatio acquiſitio-
nis,ſaltem ius transfertur non pleno iure,& irreuocabi-
liter: ſed tantum reuocabiliter, ita vt ſi illud ius incipiat
competere naſcituro,reſoluatur,& ad eum deuoluatur,
iuxta not. *in l. ſeruo legato, §. 1. ff. de leg. 1.* Bart. *in l. cum
pater, §. libertis, ff. de leg. 2.* Caſt. *d. conſ. 247. nu. 3. libr. 1.*
Magon. *deciſ. Florent. 91. n. 23. verſ. & dato, & n. ſeqq.*

80 Similis caſus,in quo ampliatio tenenda eſſet ex præſu-
pta mente teſtatoris, eſſet, quando teſtator ſubſtituiſſet
filios plurium ſub conditione mortis hæredis, & contin-
geret, quod tempore mortis hæredis extarent filij vnius,
& non extarent filij alterius, ſed poſtea naſcantur, nam
& iſti filij nati poſt conditionem purificatam admitti de-
bent, & interim donec naſcantur ſucceſſio pro portione
naſciturorum ſtare debet in ſuſpẽſo, vt in huiuſmodi ca-
ſu hanc ſententiam probarunt Torniel. *in l. Gallus, §. qui-
dam rectè, n. 53. & ſeq. de liber. & poſth.* & in eodem ca-
ſu conſulendo Pariſ. *conſ. 71. lib. 4.* & Soc. iun. *conſ. 172.
nu. 24. lib. 2.* idem tenet Menochius *conſil. 404. n. 6. conſ.
496. nu. 15. verſ. ſecundò accedat, conſil. 527. num 40. &
conſ. 842. nu. 12.* Pereg. *de fideic. art. 22. n. 73. ante finem,
& n. 74. in fine,* Magon. *deciſ. Florent. 91. nu. 23. & ſeqq.*
& Præt. *de interpr. vlt. volu. fol. 515. nu. 104.* Ratio eſt,
quia teſtator parem affectionẽ ad filios omnium habuit,
nimirum ſi & naſcituri ex alio admitti debent, ita in ſpe-
cie Pereg. *conſi. vltim. num. 3. lib. 5.* dum allegat conſilia
iſta Pariſ. & Soc. iun.

Non obſtat, quod voluntas teſtatoris non poſſit ſtare
in ſuſpenſo: quia, vt dictum fuit, poteſt ſtare ex præſum-
pta mente teſtatoris,& circa hoc videnda erunt quæ ſcri-
pſi ſupra *nu. 79.*

81 Non etiam obſtat, quod ſemel & non pluries cede-
re debeat dies fideicomiſſi, vt dixi ſuprà *nu. 71.* quia
hoc procedit, quando fideicommiſſum relictum eſt
plurib. per nomem appellatiuum, vel coniunctim eſt re-
lictum, nam tunc vnicum eſt fideicommiſſum, & dies
illis ſemel tantum, non pluries cedere debet, aliud eſt,
quando plurib. relinquitur fideicommiſſum, nã quo ad
fideicommiſſarios diuerſis temporib. cedere poteſt dies
fideicommiſſi, nec conueniens, eſt quod relictum quo
ad vnum ſit purum, quo ad alium ſit conditionale. *ſ. l. vlt.
§. Seio, ff. de legat. 2. l. Iulius Paulus, ff. de condit. & dem.*
Bart. *in l. mulieri & Titio, ff. eod.* & ita in ſpecie noſtra
poſt Torniel. reſpondet Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 73.
circa finem.*

82 E contra verò ampliatio tenenda eſſet reiecta opinio-
ne contraria, de qua *ſuprà nu. 72.* quando teſtator in ſub-
ſtitutione appoſuit verba, tũc & eo caſu, vt ſi dixit, & de-
cedente hærede ſine filijs, tunc & eo caſu ſubſtituo filios
Titij, nam tunc ſolum extantes tempore purificatæ con-
ditionis venirent, excluſis poſtea natis, Caſtr. *conſ. 16. vi-
ſo puncto & dubijs. n. 5. lib. 2.* Alciat. *conſ. 594. nu. 2.* Me-
noch. *conſi. 413. n. 33. verſic. octauo in ſpecie, conſ. 566. n.
17. verſ. octauo & vltimo, conſ. 1118. n. 14.* ſenſit Pere-
gr. *de fideic. art. 22. n. 73. circa principium.*

83 Ratio eſt, quia illa verba, tunc, & eo caſu, referuntur
ad tempus mortis grauati, *l. ſubſtitutione filij, ff. de vulg.
& pupill. ſubſt.* & ideo ad illud tempus vocatio, & diſpo-
ſitio eſt reſtricta, nam qualitas iuncta verbo intelligitur
ſecundum tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de
noxal. act.* & ita hac ratione vſi ſunt Caſtr. *d. conſi. 16. nu.
5. lib. 2.* & Menoch. *conſi. 1118. n. 15.* & natura dictionis,
tunc, eſt vt ſtet reſtrictiuè, *l. 4. §. fin. ff. de condit. & de-
monſtr. l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* vbi
Iaſ. *n. 8.* Dec. *conſi. 63. & conſ. 332.* & Soc. iun. *conſi. vlt.
n. 2. lib. 2.*

Idem ſi ſubſtituti eſſent deſcendentes nunc ſuperex-
tantes, nam nati poſt idem conditionis omninò eſſent ex-
cluſi, Alex. *conſ. 109. n. 4. lib. 7.* Pereg. *conſ. 33. n. 16. li. 3.*

Ratio eſt, quia participium, tunc ſuperextantes, facit
tacitam conditionem & reſoluitur, ac ſi dictum fuiſſet,
qui tunc ſupererit, & quia dictio, tunc, ſtat reſtrictiuè re-
ſpectu temporis, & demonſtratiuè reſpectu perſonarũ,
& hæc omnia comprobat Pereg. *d. conſi. 33. nu. 16. & 17.
lib. 3.* idem volunt Alciat. *conſi. 594. n. 1. ad finem.*

Idem eſſet quando teſtator dixiſſet, ſtatim & inconti- 84
nenti ſuccedere filios Titij, vel ſimilibus verbis vſus eſſet,
nam tunc colligitur voluntas teſtatoris, quod ſucceſſio
non ſuſpendatur, ſed ſtatim extantes admittantur exclu-
ſis naſcituris, & in his terminis loquitur Menoch. *d. conſ.
413. nu. 33. verſ. octauo in ſpecie, cum alijs relatis infra
in tertio caſu, declaratione prima, n. 126.*

In alio etiam caſu nati poſt conditionis euentum ad- 85
mittendi eſſent, quando ſcilicet conditio pendebat à vo-
luntate grauati, quia non debet eſſe in poteſtate hæredis
deludere voluntatem teſtatoris, per ea quæ ſcribit Pereg.
poſt alios relatos *de fideic. art. 22. n. 72.* & dicam *infra in
tertio caſu.*

Quod ſi teſtator vocaſſet filios naſcituros, nati poſt cõ- 86
ditionis euentum admitti debent, vt in ſpecie ſcripſerunt
Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 4. num. 221. ff. ad
Treb.* Torniel. *in l. Gallus, §. quidã rectè, n. 28. ff. de liber.
& poſthum.* vbi dicit eſſe indubitatam opinionem, Caſtr.
conſ. 247. n. 3. verſi. nunc venio ad illa, lib. 1. vbi deciſiuè
Ego tamen huic caſui aſſentire non poſſum, nam etiã in diſpoſitiuis Doctores citati pro prima opinione volũt nepotes venire appellatione filiorum, & ideò ſi ſumus in tranſuerſalibus, facilè cum iſtis tranſeo, ſi verò in fideicommiſſo aſcendentis, non video cur grauatus reſtituere filijs, non dicatur etiam grauatus reſtituere nepotibus, cum eadem ſit ratio, & affectio erga omnes deſcendentes, ad dicta *infra q. ſeq. in 8. coniect. & in coniect. 11.* dictum fuit nepotes venire appellatione filiorum, vbicunque ab inteſtato nepotes cum filijs ſuccederẽt, *& in coniect. 12.* fuit etiam dictum in fideicommiſſo facto a communi aſcendente nepotes comprehendi in vocatione filiorum: vnde iſte caſus apud me non eſt verus. Sed retinenda erit communis opinio pro nepote, & recurrẽdum ad coniecturas, de quibus in ſequentibus quæſtionibus dicetur: & nepotes etiam hoc caſu venire appellatione filiorum poſt multos relatos ſcribit Cephal. *conſi. 262.* & volunt plures ex relatis à Ruſtico *num. 21.* qui loquuntur de diſpoſitiua vocatione, & videndi erunt etiam omnes relati pro communi opinione, qui in terminis huius primi caſus ferè omnes loquuntur.

21 Secundus caſus eſt, quando ſumus in fideicommiſſis ad excludendum ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine filijs, & tunc dicit Ruſtic. *loco citato, nu. 21.* ſubſtitutis filijs ad fideicommiſſum firmãdum cenſeri ſubſtitutos nepotes, allegat Old. Alex. Roman. Iaſ. Capr. Soc. ſen. Gozad. Soc. iun. Rub. Ruin. Peregr. Cephal. Hieron. Gabr. Bero. & Rimin. iun.

Ego quidem non rectè percipio, quid velit dicere Ruſtic. hoc loco: nam ſi dicit ad excluſionem ſubſtituti ſub conditione ſi ſine filijs venire nepotes, rectè dicit, & ita loquuntur Old. Ceph. Peregr. & alij ab eo citati, & dixi q. 413. in ſecundo caſu: ſed dum poſtea ſubdit, ad firmandum fideicommiſſum, ſubſtitutis filijs, cenſeri per fideicommiſſum ſubſtitutos nepotes, ego non video quomodo hæc intelligantur diuerſo modo, quam in primo caſu; nam & illo caſu viget ratio ab eo adducta in primo: & credo potius illa verba addita ex abundanti, nõ quod voluerit alium caſum definire, quam de conditionali vocatione quod mihi perſuadetur, nam, vel authoritates ab eo citatæ loquuntur in his terminis, vel nil faciunt.

Ex his habemus leges, rationes, & authoritates quibus vtraque opinio fundatur: reſponſiones autem ad argumenta vtriuſque opinionis non affero breuitatis cauſa, ſed apud citatos Doctores videri poterunt: exiſtimo autem non eſſe recedendum à prima ſententia, quæ & æquior, & longe magis recepta eſt, vt patet ex authoritatibus pro vtraque ſententia congeſtis, ex quibus colligitur, quàm valdè ſint decepti nonnulli ex Doctoribus pro ſecunda opinione relatis, qui nimis facilè teſtati ſunt eorũ opinionem eſſe communem, ſi enim enumeraſſent citatos pro prima opinione, equidem ita non dixiſſent: vidi etiam in practica hanc ſententiam probari: ita, vt cum ſæpiùs conſultus fuerim contra nepotes, nunquam inſtiti, quod regula eſſet contra eos, ſed ſolum conſiderari coniecturas, ex quibus excluſi viderentur, & ita etiam verè ſenſit in *conſ. 95. dubio 2.* non erit ergo a prima opinione conſulendo, & iudicando recedendum.

Quia autem tota iſta materia coniecturalis eſt, vt ſcribunt omnes, ideò videamus ex quibus coniecturis nepotes contineantur filiorum appellatione, & poſtea enumerabimus etiam contrarias coniecturas, per quas excluſos eſſe ex mente teſtatoris apparere poterit, idque in duabus ſequentibus quæſtionibus explicabimus, vt faciliùs omnia comprehendantur.

Illud tamen in primis ſciendum eſt, quòd licet nepotes veniant filiorum appellatione, quod tamen non veniunt ex propria ſignificatione, ſed impropriè & per extenſionem lato ſumpto vocabulo, ita Bart. poſt D. n. *in d. l. liberorum, n. 10. ff. de verb. ſign. & in l. alimenta, nu. 4. ff. de alim. & cib. leg.* Bald. *in l. maximum vitium, n. 8. C. de lib. præter. & in l. Gallus, §. inſtituens, col. pen. ff. de liber. & poſthu.* & ibi Soc. ſen. *col. pen.* Dec. *conſi. 95. dub. 2.* Curt. iun. *conſ. 57. nu. 6.* Ruin. *conſi. 163. num. 10. lib. 3.* Soc. iun *conſi. 114. n. 9. lib. 1.* Alciat. *conſ. 2. n. 1. & 2. li. 8.* Alba. *conſ. 29. n. 11.* Rim iun. *conſ. 246. nu. 41. 71.* vbi de communi *lib. 3.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. libr. 1. cap. 6. n. 27.* cum alijs congeſtis à Ruſtico, *in l. cum auus, lib. 6. cap. 14. n. 1. ff. de cond. & dem.* & concedunt multi ex relatis pro opinione fauente nepotibus, Surd. *de alim. tit. 9. q. 36. nu. 1. & ſeqq. & nu. 13. in vltimis verbis* ita concludit. [Idem dicit Rota in vna Romana de Columnis regiſtrata, infra *q. 441. ſub n. 1. D.*] 12

SVMMARIVM.

1 *Nepotes continentur appellatione filiorum in fideicõmiſſis extantibus coniecturis voluntatis teſtatoris.*

2 *Pronepotes dicuntur vocati ad fideicõmiſſum vocatis filijs, in caſibus, in quibus nepotes dicerentur vocati.*

3 *Nepotes veniunt appellatione filiorum in ſubſtitutione directa, contra n. 5.*

4 *Subſtitutio directa non continet onus alicuius.*

6 *Nepos venit appellatione filij, quando ſubſtitutio cõtinet vulgarem, & fideicommiſſariam.*

7 *Nepos venit appellatione filij, quando teſtator eum vocabat in vita filium, declara n. 10. 11.*

8 *Conſuetudo loquendi teſtatoris oſtendit qualis fuerit eius voluntas.*

9 *Vſus loquẽdi præualet propriæ ſignificationi, & n. 13.*

12 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando ita ſe habet communis vſus loquendi.*

14 *Vſus communis loquendi eſt probandus ab allegante.*

15 *Nepotes dicuntur vocati, quando filij ſunt vocati ſub conditione reſpiciente futurum euentum, & ignoratur an illo tempore futuri ſint filij, vel nepotes, ſed contra nu. 16. declara nu. 19. 20.*

17 *Verborum proprietas non attenditur, vt voluntas teſtatoris ſeruetur.*

18 *Extenſio fit in fideicommiſſis de perſona ad perſonã, ne teſtatoris diſpoſitio reddatur eluſoria.*

21 *Verba intelligi debent per prius non per poſterius.*

22 *Filijs nomine proprio, vel per verba relatiua vocatis non veniunt nepotes.*

23 *Nepotes dicuntur vocati, quando ſunt vocati filij nati, & naſcituri, amplia, & declara n. ſeqq.*

24 *Nepotes dicuntur vocati vocatis filijs, quando diſpoſitio ſui natura habet tractum ſucceſſiuum.*

28 *In primogenituris filiorum appellatione veniunt nepotes, declara nu. ſeq.*

Primogenituræ natura eſt, vt ſit perpetua.

29 *Primogenito vocato non finit primogenitura in primo admiſſo declara ibid. & n. ſeq.*

31 *Nepotes veniunt appellatione filiorum in fideicommiſſo conſtituto fauore agnationis, contra n. 32.*

Nepotes veniunt appellatione filiorum lato ſumpto vocabulo ſecundum omnes.

33 *Extenſio admittitur de perſona ad perſonam, quando perſona ad quam fit extenſio poteſt contineri ſub verbis lato ſumpto vocabulo.*

34 *Fideicommiſſum dicitur repetitum de vno in alium, quando ratio agnationis habita fuit remiſſiuè.*

35 *Extenſio de perſona ad perſonam ſecundum multos fit, licet perſona ad quam fit extenſio non contineatur*

ſub verbis lato ſumpto vocabulo.

36 *Nepotes dicuntur vocati ad fideicommiſſum relictum filijs, quando in eis eadem viget ratio, quæ viget in filijs, declara num. 38.*

37 *Extenſio de propria ſignificatione ad latam fit vbi viget eadem ratio.*

39 *Nepotes dicuntur vocati, quando teſtator vocauit filios in ſtirpes, non in capita, declara num. 43.*

40 *Stirps non poteſt conſiderari inter ipſos filios, cum ſit reſpectu plurium diuerſorumque graduum.*

41 *Proximior non admittitur in fideic. quando vocatio eſt facta in ſtirps ad excluſionẽ remotioris ex alia linea, ſed proximior in qualibet linea dicitur ſubſtitutus.*

44 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, ne ſequatur abſurdum, & irrationabile, quod magis dilectus excludatur à minus dilecto.*

45 *Interpretatio facienda eſt ne ſequatur abſurdum, & impium.*

46 *Actus annullatio potius toleratur, quam quod ſequitur abſurdum.*

47 *Abſurdum allegare ſufficit, licet non probetur.*

48 *Nepotes cenſentur ad fideicommiſſum vocati vocatis filijs, quando illi vnà cum filijs erant ab inteſtato ſucceſſuri, contra n. 50.*

49 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, & n. 51. dicitur hanc eſſe debilem coniecturam, declara n. 52. & 53.*

54 *Nepotes cenſentur vocati ad fideicommiſſum vocatis filijs, quando à communi aſcendente factum fuit.*

55 *Nepotes veniunt appellatione filiorum in fideicõmiſſo reciproco, contra n. 57.*

56 *Fideicommiſſum reciprocum dicitur fauorabile.*

58 *Nepotes veniunt filiorum appellatione, quando teſtator filios non habebat.*

Verba intelliguntur de facto, & impropriè, quãdo aliter intelligi non poſſunt.

59 *Interpretatio fieri debet, vt actus potius valeat, quam pereat.*

Interpretatio, quæ fit pro actus validitate, dicitur alijs præcipua.

60 *Nepotes ad fideicommiſſum veniunt vocatis filijs, quãdo nullus filius ſupereſt, ſed tantum nepotes ex eis, cõtra num. 61.*

62 *Nepotes cenſentur vocati vocatis filijs in numero plurali, ſi tempore diſpoſitionis vnus tantum extabat filius, contra n. 63. declara n. 65.*

64 *Pluralis numerus verificatur in ſingulari.*

66 *Nepotes cenſentur vocati ad fideicommiſſum, ad quod filij ſunt vocati verbis vniuerſalibus, vt ſi vocati ſunt quicunque filij, contra n. 67.*

68 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando vocati ſunt filij deſcendentes ex Titio, declara n. 69.*

70 *Nepotes dicuntur vocati ad fideicommiſſum vocatis filijs, quando teſtator æqualiter inſtituit hæredes filios, & nepotes, contra n. 71.*

72 *Nepotes ſuccedunt in fideicommiſſo relicto filijs quãdo honoratus eſt filius, & nepotes ex filio præmortuo, nam ſubſtitutis eorum filijs, nepotes filij honorati dicuntur vocati.*

73 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, quando ſubſtitutio eſt facta de filio, & nepotibus ex filio præmortuo, & moriatur filius ante diem fideicommiſſi.*

74 *Nepotes dicuntur vocati, quando ſubſtituti ſunt filij in infinitum, vel in perpetuum.*

75 *Verba denotantia perpetuitatem operantur, vt fideicommiſſa temporalia fiant perpetua, & extendantur ad omnes perſonas in infinitum.*

76 *Prohibitio alienationis, non extenditur vltra quartum gradum, niſi ſint appoſita verba perpetuitatis.*

77 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando teſtator conſtituit perpetuum fideicommiſſum.*

78 *Nepotes veniunt in fideicommiſſis appellatione filiorum, quando ex teſtamento apparet teſtatorem habuiſſe nomen filiorum, & liberorum pro ſinonimis.*

79 *Verba teſtamenti clara in vna parte declarant dubia in alia parte.*

80 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator in vna ſubſtitutione vocauit filios, in alia deſcendentes.*

81 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando teſtator vocauit filios, & filiorum filios, & poſtea in alia parte vocat ſupradictos ſuos filios.*

82 *Relatiua verba referunt dicta ad omnes, ac ſi nominatim facta fuiſſet mentio de omnibus.*

Vna ſubſtitutio, aliam declarat.

83 *Nepotes veniunt appellatione filiorum in diſpoſitione facta à Iuriſperito.*

84 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, vbicunque ſumus in caſibus, quod maſculinum concipit fœmininum, contra n. 85.*

86 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando agitur de fideicommiſſo excludendo.*

87 *Nepotes, quando veniunt appellatione filiorum, veniunt etiam ſubſtituta pia cauſa.*

QVÆSTIO CCCXX.

Nepotes ex quibus coniecturis filiorum appellatione veniant?

IN præcedenti diſputatione actum fuit, an filiorum appellatione contineantur nepotes? diximuſque veriorem, æquiorem, & magis receptam eſſe ſententiam, quod comprehendantur: quia autem ex diſpoſitis ſæpè colligitur voluntas teſtatoris, quod contineantur, vel non contineantur, ideò in hac quæſtione agendum erit de coniecturis, ex quibus contineantur: nam quando etiam ſecunda opinio negatiua magis placeret, ab ea tamen ex coniecturis recedi vbique ſcribunt Doct. infra relati, & præcipuè Iaſ. *conſ. 52. lib. 3.* Curt. iun. *conſi. 111. n. 27. & ſeqq. conſi. 75. nu. 67. & conſil. 78. num. 10. & ſeq. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 30. nu. 26. in fine, & ſeqq. lib. 4.* Crauett. *conſ. 155.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. num. 12.* cum alijs relatis à Ruſtico *in l. cum auus, lib. 6. ca. 11. nu. 45. & ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 36. n. 34.* 1

Et quod dicitur de nepotibus, habet locum etiam in pronepotibus, Bart. *in l. 1. §. ſi quis, ff. de ſuis, & legit. & in l. liberorum, colum. pen. verſ. quæro an appellatione, ff. de verbor. ſignif. & in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Cuman. Alexan. Iaſ. & communiter alij, Paul. de Caſtr. *in d. l. Gallus, §. idem credendum, ff. eodem,* Cuman. *conſi. 13.* Fulgoſ. *conſ. 68. & conſ. 119. column. vlt.* Alex. *conſi. 125. lib. 5.* Ruin. *conſi. 166. nu. 8. lib. 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſi. 62. nu. 4. lib. 3.* vbi teſtatur de magis communi Pariſ. *conſil. 20. nu. 23. lib. 1. & conſ. 52. colum. 4. lib. 2.* Crauet. *conſi. 152. col. 1. in fine, & col. ſeq.* vbi declarat Peregr. *conſi. 52. nu. 7. poſt principium lib. 3. & in tract. de fideicom. art. 22. nu. 45.* Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concl. 1. nu. 44.* vbi poſt Bart. & Gozad. relatos ſubdit venire etiam ex propria ſignificatione, Corn. *conſ. 291. nu. 6. verſ. ita in propoſito, lib. 4.* Crott. *conſil. 25. n. 2. 12. 15. & 16. lib. 1.* Burſat. *conſi. 13. nu. 15. lib. 1.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 13. n. 19. 20. ff. de condit. & demonſtr.* 2

Quod tamen declarandum eſt iuxta ea, quæ dixit qu. *ſeq. nu. 93. & infra.*

Prima coniectura vocationis eſt, quando ſumus in ſubſtitutione directa, *d. l. Lucius, l. 2. ff. de hæred. inſtit.* 3

& in ſpecie ſcribunt Alexand. conſ.9.libr.1. & conſi.26. lib.3. & in addit. ad primum conſil. Alexand. lib.1. Modern. Pariſ. in littera L., vbi teſtatur eſſe magis communẽ opinionem, Dec. conſ.301.num.2. Soc.iun. conſi.114.nu.31.lib.1. Alciat. conſi.2.n.23.lib.8. & conſ.9.n.10.lib.9. Non. conſi.25. vbi dicit eſſe crebriorem opinionẽ. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.8.tit.8.n.13. Craſſ. in §. fideicommiſſum, qu.10.nu.2. Farinac. in fortioribus deciſ. Roman. 426.n.4. circa medium, Ruſtic. in l. cum auus, libr.6.c.14. n.17. ff. de condit. & demonſtr.

4 Et ratio etiam poteſt aſſignari, quia in directa ſubſtitutione non agitur de onere alicuius, vt præciſè dicit Mant. d.lib.8.tit.8.nu.13. nimirum ſi in materia fauorabili omninò nepotes veniunt appellatione filiorum, vt volunt Doct. omnes, & ſupra dictum eſt.

5 Contrariam tamen ſententiam probarunt Matth. Laim. in reſp. pro cauſ. Honoal. num.34. Ceph. conſi.607.nu.54. vbi teſtatur de communi opinione, quos refert, & ſequitur, Menoch. conſ.347.nu.49. Magon. deciſ. Luc.82.

6 Secunda coniectura eſt, quando ſubſtitutio continet vulgarem, & fideicommiſſariam, nam ſicuti filius ſubintrat locum patris ne ſubuertatur teſtamentum, idem erit, & in fideicommiſſaria, vt omnes ſubſtitutiones vniformiter determinentur iuxta regul. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. ita in ſpecie Rota Romana apud Farinac. deciſ.426. nume.4. circa medium, part.4. in nouiſſ.

7 Tertia eſt coniectura, quãdo teſtator in vita nepotem vocabat filium, & eum, vt filium tractabat, nam ex hoc elicitur vehemens coniectura: quod teſtator vocando filium ſenſerit, & de nepote, ita ſe habent in ſpecie Bart. in l. alimenta in principio, n.4. ff. de alimen. legat. & ibi Soc. ſen. Roman. in l. ſi verò, §. de viro, nu.66. ff. ſol. matrim. Aret. in §. fin. colum. final. inſtit. quib. teſtament. tut. dar. poſſ. Iaſ. in l. Gallus, §. inſtituens, col.6.n.3. verſic. iſta communis, ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi pater col.1. C. de hæred. inſtit. Crott. in l.4.§. Cato, n.4. ff. de verb. oblig. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. libertis, n.84. C. de reuocan. donatio. Soc. ſen. in d. l. Gallus, §. inſtituens, num.4. verſ. primus eſt ff. de liber. & poſthum. Bald. conſi.186. quidam magni Doctores, verſ. iſta eſt veritas, lib.4. Paul. de Caſtr. conſi.117. videtur dicendum, nu.2.lib.2. Aret. conſi.146. ante finem, Soc. ſen. conſil.152. in 4. ſubſcript. lib.1. Zaſ. conſi.7.nu.20. Roman. conſ.438. in fine. Rimin. iun. conſ.389.nu.25. & conſ.390.n.31.lib.4. Bero. conſ.122. in princip. lib.2. Roland. à Vall. conſi.43.n.37. verſ. ſexto reſpondetur, lib.4. Dec. conſi.100.nu.40.lib.2. Burſat. conſi.372.n.3. Bardell conſ.83.nu.47. Menoch. conſil.215.n.124. & ſeq. li.3. & lib.4. præſumpt.94.n.24. Soc. ſen. in tract. fallen. reg.229 incipit, lex generaliter, in 36. fallentia. Ant. Gab. de verbor. ſignif. concl.1.n.40. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.3.c.9.n.2. & li.8.tit.8.n.14. verſ. ſecũdus caſus, Pereg. de fideic. art.22.n.55. Ruſtic. in l. cũ auus, li.6.c.12.n.2. ff. de cond. & demonſt. Surd. de alimẽ. tit.9.q.36.n.44. & deciſ.241.n.18. verſi. ſic ſi teſtator.

Probatur iſta opinio in dicta l. alimenta, ff. de aliment. legat.

8 Facit etiam, quia ex conſuetudine loquendi teſtatoris ſumitur coniectura eius voluntatis, l. ſi ſeruus plurium, §. vltimo, ff. de lega.1. & ibi not. Bart. Aret. & alij, Roman. in l. hæredes palam, num.7. ff. de teſtam. cum alijs legatis à Mant. de coniect. vltimarum voluntatum, lib.3. titul.9. Clar. in §. teſtamentum, q.76. reg.3. Menoch. libr.1. Præſumpt. q.18.nu.1. q.28.nu.1. & ſeqq. & lib.4. præſumpt. 106.n.3. Peregr. de fideic. art.11.nu.7. Præt. de interpret. vlt. vol. fol.19.nu.47. & ſeqq. & fol.10. fol.9. Soc. ſen. conſ.73.n.23.lib.4.

9 Accedit, quòd vſus loquendi præualet propriæ ſignificationi, iuxta l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat.3. & not. in l. Labeo, ff. de ſuppell. legat.

Intelligenda primò eſt iſta coniectura, vt procedat, ita 10
demum, ſi nominatio ſeriò facta ſit, non autem ſi blandiendi cauſa, iuxta l. nemo, §.1. ff. de hæred. inſtit. & tradit Menoch. de arbitr. iud. conſ.89.nu.7. in fi. Solent enim aui nepotes nominare filios dilectionis gratia, Bald. in l. maximum vitium, n.7. C. de liber. præt. Alex. conſil.9.n.5. in fi. lib.1. & Rip. in l. in quartam, n.191. in fine, ff. ad leg. falcid. quos in ſpecie ad declarandum iſtam coniecturam refert Menoch. d. conſ.215.n.126.

Intell. ſecundò, vt non procedat, quando filius, & ne- 11
pos concurrerent, nam tunc verus filius veniret filij appellatione, & de eo potiùs, quàm de nepote verba intelligenda eſſent, ita Iaſ. in l. ſi pater tuus, num.3. verſ. ſecundam collige limitationem, C. de hæred. inſtit. Surd. d. tit.9. q.36.n.45. & ſeqq.

Tertia coniectura vocationis eſſet, quãdo ex commu- 12
ni vſu loquendi filiorum appellatione venirent nepotes, nam, & tunc teſtatorem, ita ſenſiſſe dicendũ eſſet, Raud. qui multos citat, in conſ.24.nu.28. & ſeq. lib.2. Pereg. de fideicom. art.22.n.55.

Ratio eſt, quia communis loquendi vſus præualet pro- 13
priæ ſignificationi verborum, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg.3. not. in l. Labeo, ff. de ſuppell. leg. cum multis allegatis à Præt. de interp. vltim. voluntatum, fol.22. fol.11. & Matic. de coniect. vltimarum voluntatum, lib.3. tit.8.

In teſtamento tamen Latinè ſcripto ceſſaret hæc coniectura, & dicam q. ſeq. n.64.

Declaratur tamen iſta coniectura: vt communis lo- 14
quendi vſus ſit probandus, vt ſcribunt Præt. & Matic. locis relatis, vbi etiam tradunt modum, & plura alia obſeruanda, vt apud eos, & plenè Ruſtic. in d. l. cum auus, lib.6.c.14.n.48. & ſeqq. & videantur etiam dicta q. ſeq. coniect.14.

Quarta coniectura eſt, quando filij ſunt vocati ſub ali- 15
qua conditione reſpiciente futurum euentum, & ignoratur, an illo tempore reperientur filij, vel nepotes, quia tunc, & de nepotibus præſumitur teſtatorem ſenſiſſe, ita ſcribunt in ſpecie Imol. in l. Gallus, §. inſtituens, num.48. ff. de liber. & poſthum. & ibi Alex. nu.7. Iaſ. nu.23. verſic. poteſt ad illum textum, Socin. ſen. nu.5. Claud. de Seiſſell. num.10. Aret. in §. fin. nu.5. inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, part.4. nume.197. & nu.232. ff. ad Trebell. vbi dicit eſſe communem opinionem, & ſecundum primam impreſſionem eſt, num.239. verſ. tertio adde.

Et conſulendo Bald. conſi.487. in fine lib.2. Alex. conſ. 16
9.nu.2. verſ. hoc idem, numero 6.lib.1. conſ.5.nu.9 verſ. fortius, conſ.26.nu.5.lib.3. & conſ.36. late lib.6. Iaſ. cõſ.52. colum.3. verſ. ad idem benè, lib.3. Corn. conſi.207.nu.13.lib.2. Soc. ſen. conſ.1.num.38.lib.3. vbi dicit hanc opinionem abſque dubio procedere, Gozad. conſ.4.num.13. & num.31. vbi teſtatur de communi opinione, & conſi.59.nu.8. Dec. conſil.291.nu.3. verſ. & iſta concluſio, & nu.5. verſ. hoc ſaltem, Curt. iun. conſil.57. colum.4. conſi.111.num.9. conſi.113.nu.11. conſi.139.num.32. verſ. ad quid fortius, vbi teſtatur de communi, & conſi.161.nu.2. verſ. quia cum filij filiorum, Pariſ. conſilio 78. numero 11.lib.2. conſi.51. numer.22. & conſil.86. num.23. libr.3. Socin. iun. conſi.114. numer.31. verſ. & hoc eo maximè, vbi aſſerit eſſe communem, conſilio 116. numer.13. lib.1. conſi.1.n.38. & conſ.30.n.3 lib.3. Alciat. conſi.2.n.2. lib.8. Bertrand. conſ.72.n.2.lib.2. Ruin. conſ.101.nu.9 verſic. & præmitto, conſil.102. numero 3. conſil.154. num.4. lib.2. conſ.115.n.11. verſ. & maximè, & conſi.129.n.2. verſ. & hæc opinio lib.3. Nat. conſ.602.n.19. Rim. iun. conſ.23.nu.66. conſ.72.nu.5.lib.1. conſ.246.nu.6.lib.3. conſ.358.n.68.lib.4. conſ.502.n.108.lib.5. & conſ.744.

n.37.li.7.Dec.conſ.24.n.11.& conſ.88.n.54.li.2. Purpur.conſ.311.n.7.li.1. Anguſ.conſ.41.nu.2.lib.6.Præt. conſ.56.ante n.8.Chriſtoph.Torniel.conſ.83.nu.22.Eugen.conſil.94.nu.6.Modero.Pariſ.in addit.ad Alexand. conſ.1.lib.1.Hieron.Gabr.conſ.121.n.36.lib.1.vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Ceph.conſi.16.n.64.vbi dicit eſſe communem.conſ.107.n.15.conſi.242.n.5.& conſ.262.n.8. vbi dicit eſſe omninò indubitatam opinionem.Menoch.conſ.530.nu.24.lib.6. Ioan.Franciſc. Cotius in addit.ad Martin.Laud.conſ.25.in verbo continentur,Odd.conſ.39.n.52. Pereg.conſil.31.nu.11.lib.2. Celſ.Vgo.conſ.93.n.11.Non.conſ.29.n.23.Rub.Alexa. conſ.8.n.10.Ruſtic.in conſ.2.nu.121.poſito poſt tract.de liber.in condit.poſit.

Et in tract. Duran.de art. teſtan.tit. de ſubſtit.caut.4. Did.lib.3.Variar.Reſolut.c.5.n.3. Anton.Gabr.de verbor.ſignific.concluſ.1.nu.56. vbi ait eſſe communem opinionem, Ludou.Molin.de Hiſpan.primog lib.1.cap.6.n.29.verſ.hoc etiam comprobatur,& c.5.num.20.in fine, Præt.de interpr.vlt.vol.fol.327.n.57.Pereg.de fideic.art.22.nu.50.vbi de communi, Craſſ.in §.fideicommiſſum.q.5.n.6.vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Ruſtic. in l.cum auus,lib.6.c.12.n.4.& ſeqq & n.13.dicit eſſe veriorem & crebriorem ſententiam, nec ab ea conſulendo, & iudicando recedendum eſſe, hanc etiam tenet, eod.lib.6.c.14.n.22.Surd.de aliment.tit.9.q.36.n.35.

Et in deciſionibus Magon. deciſ. Florent.71.n.12.

Ratio eſt, quia cum ſubſtituti ſunt filij ſub conditione, teſtator non potuit eſſe certus an tempore purificatæ cõditionis futuri ſint filij, vel nepotes, ideo & de nepotibus intelligitur ſenſiſſe, & ita intelligitur d.l. Lucius,ff.de hæred.inſtit.la 2. Et quia tunc veriſimiliter præſumitur par affectio teſtatoris erga filios, & nepotes.

16 Contra tamen iſtam coniecturam tenent alij, volentes nec tunc nepotes venire appellatione filiorum, ita ſcripſerunt Aret.in conſ.146.colum.penult.verſic.nec obſtat præmiſſis. Roman.conſ.438.ad finem, verſic.quæ determinatio, Dec.cõſ.97.col 4.verſ.& ibi dicit,n.5.Soc.ſen. conſ.73.n.19.verſ.ſed tamen his non obſtantibus,libr.4. vbi dicit eſſe communem opinionem, Gozad.conſ.36.nu.11.Soc.iun.conſi.30.n.24.in fin.lib.3.Bero.conſi.122.n.2.li.2.Alciat.reſp.98.n.13.& reſp.526.n.5.Rimin.iun. conſi.173.n.7.lib.2.Marcab.conſi.61.n.97.Menoch.conſ.215.nu.100.& ſeqq.vbi dicit eſſe veriorem, & receptiorem opinionem, conſ.347.n.23.& ſeq.conſ.591.nu.5.& lib.4.præſump.94.in fine. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.8 numer.20. videtur in hanc opinionem inclinare Ruin.in l.Gallus,§.inſtituens,n.15.ff.de liber.& poſthu. Pinel.in l.1.par.1.n.70. C.de bon.matern.

Mouetur Roman.per text.in l.cum pater,§.hæreditatem,ff.de leg.2.ſecundum intellectum Gloſ.& Din.ibi in text.cum alijs eligendi poteſtas non fuerit.ſupplent Gloſ. & Din.id eſt, præmortuorum filijs, & dicit Roman.ibi eſſe caſum, quod diſpoſitio eſt collata in futurum euentum, & tamen ibi deciditur, filium inſtitutum, qui poterat eligere vnum ex filijs ſuis, cui hæreditatem reſtitueret, non poſſe eligere nepotem, & ſic filiorum appellatione non venire nepotes, etiam collata diſpoſitione in futurum euentum.

Vlterius Aret.dicto conſil.146.colu.penult.dicebat diſtinctionem Imol.inter puram diſpoſitionem, & collatam in futurum euentum non probari, nam quælibet vltima voluntas non habet effectum, niſi poſt mortem, l.1. ff.de teſtamen.& ideo etiam in pura diſpoſitione teſtator potuit cogitare de nepotibus, ſi filij non extarent tempore eius mortis, & tamen hoc caſu Imol. tenet non venire nepotes, ergo idem erit in diſpoſitione conditionali, & idem cum Aret.dixit etiam Menoch.in conſ.215.numero 104.lib.3.

Ad l.Lucius, la ſeconda,ff.de hæred.inſtit.in qua fundata videtur hæc coniectura, reſpondent Ruin. in l.Gallus,§.inſtituens,n.17.& 18.ff.de liber.& poſthu.& Ruſtic.in d.l.cum auus, lib.6.c.12.nu.5.verſ.ſecundo dixi vſque ad n.10.

Placet mihi opinio Imol.quæ fauet nepotibus, quę etiã longè magis recepta eſt: quicquid in contrarium afferant 17
Socin. ſen.& Menoch. Ad text. autem in l.cum pater,§. hæreditatem,ff.de leg.2.adductum pro contraria opinione pluribus modis reſpondent Doctores, vt patet ex ſcriptis per Ruſtic.in d.l.cum auus,lib.6.c.12.nu.12.& ſeq. ff.de cond.& demonſtr. Et de intellectu etiam huius textus pro opinione Gloſs. & Din. videndus erit Menoch. conſi.215.n.42.& ſeqq.

Hæcque ſententia apud me indubitata eſſet in caſu, 18
quando teſtator conſtituit perpetuum fideicommiſſum inter ſuos deſcendentes, & illis quandocunque deficientibus ſubſtituit alium, & eius filios, nam tunc appellatione filiorum venire debent nepotes, pronepotes, & cæteri: ſi enim teſtator omnibus ſuis deſcendentibus in infinitum voluit alterius filius ſubſtituere, per conſequens dicendum erit, quod, vt ſuſtineatur eius diſpoſitio, intellexerit non tantum de filijs primi gradus, quam vlterioribus, filij enim primi gradus non poſſunt naturaliter viuere in perpetuum, nec etiam vltra centum annos, & tamen ſubſtitutionis conditio ex mente teſtatoris in ſuis deſcendentibus potuit quandocunque euenire. Vt igitur voluntas teſtatoris ſeruetur, eſſet recedendum à ſtricta, & propria ſignificatione verborum, vt ſcribunt Clar.in §.teſtamentum,quæſt 76. Zanch.in l.hæredes mei,§.cum ita,num.133.ff ad Trebell. Menoch.conſil.20.nume.20. & latiſſimè,lib.1.Præſumpt.quæſt.26 Præt.de interpr. vltim.volunt.fol.153 numer.219.& ſeqq.& fol.162.à tergo,colu.1.Mant.de coniectur.vltimar.volunt.lib.3. titul.3 num.9.& latè tit.3.vbi plura pro confirmatione colligi poſſunt: & ideo quoad dum ad ſubſtitutionem ſubſtituit filios quandocunque non extarent ſui deſcendentes, voluerit filiorum appellatione contineri nepotes, qui ſaltem ex larga, & impropria ſignificatione veniunt appellatione filiorum, vt omnes admittunt, & dixi quæſt. præced.num.7.Confirmatur, nam ex quo teſtator voluit conſtituere perpetuum fideicommiſſum, capienda eſt coniectura, per quam perpetuitas locum habeat, vt in ſimili dixit poſt Molin.Ruſtic.in dicta l.cum auus, libr.6. cap.12.num.24.verſic.& ratio. Accedat quod ne diſpoſitio teſtatoris reddatur eluſoria, fit extenſio de perſona ad perſonam, vt ſcribunt Ruin.in l.ſi conſtante, num.63. ff.ſol.matrim.Crauett.conſ.135.nu.25. Socin.iun.conſi.129.nu.37.lib.3.

Declaratur primò iſta coniectura, quando nepotes nõ 19
erant nati, nec concepti in vita teſtatoris, de cuius tamen declarationis veritate dicam, qu.ſeq.in coniectura vndecima,nu.51. & contra hanc declarationem poſt alios citatos tenet, & benè Surd. de alimen. tit.9.q.36.n.35.

Declaratur ſecundò, quando extant filij, & nepotes, 20
quia tunc filius pręfertur, & ſolum nepos dicitur vocatus non extante filio, Pinell.in l.1.part.1.nu.70.& ſeq.C.de bon.matern.vbi alios refert Roman. conſ.438.colu.vltima, Menoch.conſi.215.n.40.lib.3.

Mouentur primò Menoch. & alij, quia verba debent intelligi per prius, & non per poſterius, l.boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſignif.& ibi Tiraquell.latè l.qui liberis, §.hæc verba,ff.de vulg.& pupill.ſubſt. Corn.conſi.143. nu.3.in fine lib.3.

Secundò adducunt l.cum pater, §.hæreditatem,ff.de 21
leg.2.inducendo, vt per Menoch. vbi ſupra n.42. De cuius tamen textus intellectu videndus erit Ruſtic. in d.l. cum auus,lib.6.cap.12.n.10.ad medium, & n.ſeq.

Declaratur tertiò, vt non procedat, quando vocati 22
ſunt

ſunt filij nomine proprio, vel per verba relatiua vt ſi ſu-
perſtites ſint vocati, Hieron. Gabr. *conſil.* 121. *num.* r. 22.
libr. 1. vbi allegat Bart. ol. & alios *in d.* §. *inſtituens*, Corn.
conſil. 290. *lib.* 4. Alexand. *conſil.* 204. *libr.* 8. Ruin. *conſil.*
279. *&* *conſi.* 281. *lib.* 2. & dicam *qu. ſeqq. num.* 71. *& ſe-
quentibus.*

Ratio eſt, quia tunc verba relatiua oſtendunt teſtato-
rem ſenſiſſe de perſonis iam nominatis tãtum, maximèq;
procedit ſi verba relatiua eſſent repetita, vt ſi vocati eſ-
ſent ſuperſtites, & ſuperuiuentes, vt dicit Mantic. *de con-
iect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 10. & dicam *qu. ſeq. n.* 75.

23 Quinta eſt coniectura, quando teſtator vocauit natos,
& naſcituros, nam tunc, & nepotes eſſe vocatos ſcripſe-
runt Imol. *in dict. l. Gallus*, §. *inſtituens*, Anchar. *conſil.*
146. *col.* 1. Roman. *conſi.* 428. Ruin. *conſi.* 35. *nu.* 14. *lib.*
1. Alex. *conſi.* 9. *num.* 2. *lib.* 1. Curt. iun. *conſi.* 113. *nume.*
11. *conſi.* 139. *nu.* 22. *conſi.* 114. *nu.* 2. 3. *& conſi.* 121. *nu.* 7.
Gerard. Mazzo. *conſi.* 1. *num.* 111. *& conſ.* 114. *num.* 91.
verſ. veniunt quoque, inter conſil. Soc. iun. *lib.* 3. Hippol.
Rimin. *conſi.* 604. *num.* 26. *lib.* 6. idem Curt. iun. *conſi.* 3.
num. 9. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, *conſ.* 48.
num. 3. *& conſi.* 111. *num.* 9. Crauet. *conſil.* 155. *n.* 4. Dec.
conſ. 47. *num.* 24. *lib.* 3. Ceph. *conſ.* 262. *numer.* 11. *lib.* 3.
Menoch. *conſi.* 1035. *num.* 2. *& lib.* 4. *præſumpt.* 94. *n.* 28.
Anton. Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 51. Craſſ. *d. qu.* 10. *num.* 9.
Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 16. Præt. *de in-
terp. vlt. vol. ſol.* 328. *n.* 57. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*,
qu. 10. *n.* 9. Matheac. *de legat. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 19. Ruſtic. *in
l. cum auus, lib.* 6. *c.* 12. *n.* 17. *de condit. & demonſt.* Surd.
d. tit. 9. *q.* 36. *n.* 36. *& n.* 53. & Farinac. *deciſ. Roman.* 426.
nu. 4. *part.* 4.

24 Maximè procederet iſta coniectura, quando vocati eſ-
ſent nati, & quicunque naſcituris, Mant. *de coniect. vlt.
vol. lib.* 8. *tit.* 8. *n.* 22. Curt. iun. *conſ.* 48. *n.* 3. *& conſ.* 111.
n. 9. Crauet. *conſ.* 155. *n.* 4. Ceph. *conſ.* 262. *n.* 11. Menoch.
lib. 4. *præſump.* 94. *n.* 28. Ruſtic. *in d. l. cum auus*, *lib.* 6. *c.*
12. *n.* 18. *ff. de cond. & demonſtr.*

Ratio huius coniecturæ eſt, quia dum teſtator vocat
naſcituros, profert ſuam diſpotionem in futurum euen-
tum, quo caſu in præcedenti coniectura dictum fuit, fi-
liorum appellatione venire nepotes: Iſta autẽ ratio multò
magis procedit, quando vocati ſunt quicunque naſcituri,
nam perinde eſt ac ſi teſtator dixiſſet quandocunque na-
ſcitures, prout ita exponit Curt. iun. *d. conſil.* 48. *nu.* 4. &
ſequitur Ruſtic. *d. lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 18. *ad medium.* Acce-
dat quod dum teſtator vocat naſcituros non poteſt dici,
quod habuerit affectionem ad certas perſonas, ita Imol.
& alij præcipuè Surd. *d. n.* 53.

25 Ampliatur hæc coniectura, vt procedat, & ſi vocati
eſſent nati ex ſe, & eius vxore, vt volunt Gerard. Maz-
zo. *d. conſ.* 114. *nu.* 92. *inter conſ.* Soc. iun. *lib.* 3. quem re-
fert, & ſequitur Ruſtic. *d. l. cum auus*, *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 17.
verſ. quod procedit.

26 Declaratur tamen iſta coniectura, vt non procedat,
niſi in nepotibus natis, vel tempore teſtamenti, vel
tempore mortis teſtatoris, nam poſtea nati non inclu-
derentur, ita ſe habent Lodou. Roman. *conſ.* 231. *in
princip.* Corn. *conſil* 199. *n.* 35. *lib.* 2. *& conſil.* 350. *nu.* 7.
li. 4. Soc. ſen. *conſil.* 72. *n.* 25. *verſ. ad prædictam obiectio-
nem, & infra lib.* 4. Gozad. *conſil.* 36. *n.* 11. *verſ. præterea
& quarto* Pariſ. *conſil.* 20. *nu.* 58. *li.* 3. Hippol. Riminald.
conſ. 246. *n.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 670. *n.* 19. *&* 20. *lib.* 6. Me-
noch. qui alios addit *conſil.* 215. *nu.* 73. *lib.* 3. Surd. *d. tit.*
9. *q.* 36. *n.* 53. *& ſeqq.*

Pro hac opinione Soc. mouetur *arg. l. ſi cognatis*; *cum
ibi not. ff. de reb. dub. & l. ſi ita, ff. de aur. & arg. legat. &
in l. cum ita.* §. *in fideicommiſſo, ff. de leg.* 2.

Secundò facit Doct. Bart. *in conſil. incipiente*, *Bona-
gentura*, vbi vult quod ſi teſtator ſubſtituat Titium, &
eius filios, non intelligitur ſubſtituiſſe poſthumos na-
tos poſt mortem teſtatoris.

Tertiò, quia nepotes, & pronepotes nati poſt mortem
eius, de cuius ſucceſſione agitur non vocantur ex perſo-
na propria ad ſucceſſionem, nec poſſunt excludere agna-
tos, vel cognatos, *l. ſi quis filio exheredato.* §. 1. *ff. de iniuſ.
teſtam.* §. *planè inſt. tit. de hæred. quæ ab inteſtat. deferun.*

Alij tamen tenent, & natos poſt mortem teſtatoris ad- 27
mitti, Alex. *conſ.* 26. *n.* 14. *verſ. non obſtat, lib.* 3. cum alijs
citatis à Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 22.

De veritate tamen huius declarationis videnda erunt
quæ ſcripſi ſupra *qu. ab hac ſecunda*, vbi plenè tractatur
quęſtio, quando nati poſt mortem teſtatoris admittantur
ad fideicommiſſa.

Declaratur ſecundò, vt procedat in deſcendentibus
teſtatoris, aliud ſit in tranſuerſalibus, Mantic. *d. tit.* 8. *nu.*
16. Surd. *d. q.* 36. *n.* 53. *ad medium.*

Sexta coniectura, efficaxque eſt, quando ſumus in di- 28
ſpoſitione ſui natura habente tractum ſucceſſiuum, &
perpetuum, nam filiorum appellatione tunc veniunt ne-
potes, exemplumque eſt quando ſumus in primogenitu-
ris, ita ſanè ſcribunt, Dec. *conſi.* 498. *num.* 19. *verſ. & ad
confirmationem*, Pariſ. *conſ.* 72. *column.* 12. *verſ. & quia
ſumus, lib.* 4. Gozad. *conſi.* 36. *column.* 3. *in fine*, Socin. iun.
conſ. 108. *numer.* 2. *verſ. ſecundo hoc idem, lib.* 2. Soc. ſen.
conſi. 251. *col.* 4. *verſ. præterea, lib.* 2. *& conſil.* 86. *nume.*
22. *lib.* 3. Ioan. Lopez. *in rubric. ext. de donat. int. vir. &
vxor.* §. 69. *numer.* 21. *verſiculo ſed meo iudicio, fol.* 117.
Tiraquell. *de iur. primog. queſt.* 40. *num.* 57. *verſ. decima-
quinta ratio, & num.* 42. *& num.* 37. Did. *Pract. q. cap.*
38. *nu.* 6. 7. Ludou. Molin. *in tract. de Hiſpan. primog. lib.*
1. *cap.* 6. *nu.* 28. *verſ. in Hiſpanorum*, Peregr. *de fideicom.
art.* 22. *nu.* 51. *verſ. idem eſt, & conſi.* 41. *nume.* 34. *libr.* 5.
Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 24. Riminal. iun.
conſ. 23. *nu.* 51. *& ſeq.*

Ratio eſt, quia natura primogenituræ eſt, vt ſit per-
petua inter omnes deſcendentes, ideò capienda eſt in-
terpretatio, per quam perpetuitas locum habeat, & i-
deò nepotes etiam venient, nam ſi finiret in filijs primi
gradus, non haberet effectum voluntas conſtituentis
perpetuam primogenituram, ita Molin. & Ruſtic. *locis
citatis.*

Declaratur tamen iſta coniectura, vt procedat, quan- 29
do primogenitura fuit erecta per nomen pluralis nu-
meri, nam tunc primogenitura non finit in primogeni-
to admiſſo, quia numerus pluralis plures perſonas de-
ſiderat, *l. vbi numerus, ff. de teſtibus*: exemplum, ſi teſta-
tor vocaſſet filios Titij primogenitos, ſecus ſi per nume-
rum ſingularem ſubſtitutus fuiſſet filius Titij primoge-
nitus, quia vno primogenito admiſſo finita eſt primoge-
nitura, nec vlterius progreditur, ita declarat Peregr. *d.
art.* 22. *nu.* 53. ſequitur Ruſtic. *in l. cum auus, libr.* 6. *cap.*
12. *n.* 27.

Iſta tamen diſtinctio numeri pluralis, & ſingularis nõ 30
haberet locum, quin vocatus eſſet maior natu, vel primo-
genitus de vna agnatione, vel familia, nam licet in nume-
ro ſingulari ſit facta vocatio, primogenitura erit perpe-
tua. Anchar. *conſi.* 27. Dec. *conſ.* 321. Peregr. & Ruſtic.
locis ſupra ſtatim relatis.

Sed quando primogenitura ſit perpetua, vel finiat in
primo admiſſo latiùs ſcripſi *quæſt.* 390. ibi videndum
erit.

Septima coniectura, per quam nepotes veniant ſub no- 31
mine filiorum, erit quando ratione agnationis, & pro cõ-
ſeruandis bonis in familia fideicommiſſum eſſet relictũ,
ita volunt Salic. *in l. maximum vitium, num.* 7. *verſ. quia
autem, C. de liber. præter.* Imol. *in l. ſi verò*, §. *de viro, co-
lum. vltima, ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in l. de quibus, col.* 4. *&
ſeqq. ff. de legib. & in dicta l. Gallus*, §. *inſtituens, numer.*

23.*verſ.ſecundò principaliter*,*ff.de liber.& poſthu.* Fulgoſ.*conſ.77.ſuppoſito ſtatuto,ante n.1.verſic.& ſoluendo*, Paul.de Caſtr.*conſ.40.præſ.ns caſus,n.4.verſic.prætereà etiam,lib.2.*Iaſ.*conſi.52.ante nu.1.& infra libr.3.* Caſſan.*conſ.63.n.29.*Gozad.*conſ.89.in hac cauſa ante n.13.verſic.nam licet fideicommiſſ* Curt.iun.*conſ.3.n.11.conſ.22.n.13.conſ.23.præſupponitur,n.15.verſic.ego in propoſito,conſ.111.nu.11.verſic.& ſi teneamus,& nu.12.conſi.113.nu.2.& conſ.161.* Pariſ.*conſi.63.nu.23.& ſeq.conſ.72.n.10.conſ.75.n.67.conſ.78.n.10.conſ.85.n.8.lib.2.& conſi.52.n.20.& ſeqq.lib.3.*Soc.iun.*conſ.19.n.1.2.11.conſ.116.n.13.*vbi dicit ita omnes tenere *conſi.125.n.35.lib.1.conſ.149.nu.3.conſi.181.nu.36.lib.2.& conſ.1.n.39.lib.3.*Bero.*conſi.121.n.10.lib.2.* Rimin.iun.*conſi.23.n.74.lib.1.& conſ.744.n.32.& ſeq.lib.7.* Burſat.*conſ.17.n.13.lib.1.* Dec.*conſ.88.nu.57.& 60.lib.2.* Menoch.*conſ.387.nu.1.lib.4.* Odd.*conſi.39.n.53.* Alex. Raud.*conſ.74.n.8.& ſeqq.lib.2.* Bardellon. *conſ.83.nu.42.*Peregr.*conſ.52.nu.45.lib.3.*vbi loquitur de tranſuerſali,*& de fideic.art.22.nu.55.*Anton.Gabr.*de verbor.ſignific.concl.1.n.37.* Mant.*de coniect.vlt. vol. lib.8.tit.8.n.17.*Præt.*de interpr. vlt. vol.fol.327.nu.53.*Craſſ.*in §.fideicom.q.10.n.8.*Surd.*de aliment.libr.9.q.36.nu.37.* Ruſtic.*in l.cum auus,lib.6.c.12.n.44.*Caroc.*deciſ.69.*

32 Cæterum in contraria ſententia fuerunt alij, volentes, nec appellatione filiorum venire nepotes, licet habita ſit ratio agnationis: nam ratio agnationis cenſetur habita eueniente caſu diſpoſitio à teſtatore, non autem operatur, vt fideicommiſſum extendatur de perſona ad perſonam: ita in ſpecie ſcribit Menoch.*conſi.328.n.35.& ſeq.lib.4.& lib.4.præſumpt.94.nu.25.in fine,* vbi allegat Aret.*in l.Gallus,§.inſtituens,ff.de liber. & poſthum.& in conſ.145.n.2.*Corn.*conſ.182.n.7.& n.12.lib.2.*Soc.ſen.*conſ.152.col.1.lib.1.& conſ.104.columm.1.libr.3.*Rub. Alexand.*conſ.144.nu.4.*Gozad.*conſil.36.nume.3.*Curt. iun.*conſ.111.n.2.& conſ.135.colum. vltima.* Alciat.*in l.liberorum,nu.3.ff.de verbor.ſignific. & in reſp.526.*& Boer.*quæſt.155.n.3.*addo Decian.*conſ.94.lib.5.vbi nu.21.*apparet in illo caſu appoſitam fuiſſe rationem conſeruandi bona in agnatione: & loquitur in caſu quando vocati erant filij, & filiorum filij, & vult fideicommiſſum, non extendi ad pronepotes, & hanc ego viſus ſum ſequi *in conſil.2. nume....* vbi pariter vocati erant filij, & filiorum filij, & tenui diſpoſitionem non extendi ad pronepotes.

Verum teneo primam opinionem, quam etiam non omninò impugnaui *in dicta conſi.2.* nam ibi non firmaui meam ſententiam in prima reſponſione: ſed ex alijs coniecturis oſtendi pronepotes non venire appellatione filiorum, & præcipuè quia ibi agebatur de fideicommiſſo tranſuerſali, & quia vocando filios & filiorum filios reſtrictum erat fideicommiſſum ad nepotes, & quia etiam diſpoſitio habuerat effectum in filijs: de quibus etiam coniecturis latiùs agemus *in ſequen. quæſtione.*

Præterea ratio Menoch. *dicto conſilio 328.numer.35.* quod ratio agnationis operetur ſolum in caſu diſpoſito, non autem pariat effectum extenſionis, non militat.

33 Reſpondetur enim, quod omnes admittunt ſaltem lato ſumpto vocabulo, quod filiorum appellatione veniunt nepotes, & quamuis extenſio non admittatur de perſona ad perſonam, vt ſcribunt Honded.*conſil.50.numer.47.lib.1.* Odd.*conſi.66.numer.98.*Surd.*conſil.544.num.2.lib.4.*Peregr.*conſil.33.numer.43.& ſeqq.libr.3.* & latè dictum fuit *quæſt.458.* Attamen fit, quando illa perſona, ad quam fit extenſio poteſt contineri ſub verbis lato ſumpto vocabulo, vt ſcribunt Gozad. *conſil.59.num.4.iuncto,num.21.& 22.*Socin.iun. *conſil.129. nume.35.lib.3.*Cephal.*conſil.446.nume.36.lib.3.* Ruſtic.*conſil.1.numer.68.poſito poſt tractat.de liber.in condition.poſit.* Peregr. *conſil.49.nume.9. in fine libr.1. & in tract.de fideicommiſſ.artic.1.num.30.in fine,& nume.ſeqq.*Mantic.*de coniect.vltimar.volunt.libr.3.tit.19.numer.8.in fine.*

Sic etiam dicimus fideicommiſſum, quod non dicitur repetitum de vno in alium, vt dicam *quæſtion.480.* attamen cenſeri repetitum, quando fuit habita ratio agnationis, vt ibi dicam ſecundum vnam opinionem. 34

Quinimò ex ſententia multorum fideicommiſſum extenditur de perſona ad perſonam, licet perſona non eſſet compreheñſa ſub verbis lato ſumpto vocabulo, vt ſcribũt Angel.Iaſ.Gozad.Curt.iun.Parit.Grat.Socin.iun.Marz. Beret.Rimin.iun.Menoch.Surd.Petr.Præt.& Caualc. quos adduxi *in d.q.458.n....* 35

Octaua coniectura eſt vocationis, quando eadem viget ratio in nepotibus, quæ viget in filijs, ſiue conſideretur ratio agnationis, de qua in præcedenti coniectura, ſiue alia ratio, puta dilectionis: ita ſcribunt Bald.*conſil.76.*Agneſa *libr.4.* Roman.*conſil.129.* Aret.*conſil.145.* Socin.ſen. *conſil.152.libr.1.* & ibi alij in ſubſcrip. Corn. *conſil.290.columm.3.lib.3.* Alexand. *conſil.140.lib.6.& conſi.26.num.5.lib.3.*Parii.*conſi.75. nume.66. & conſil.78.nume.10 & ſeqq.libr.2.*Socin.iun. *conſ.1.numer.39.lib.3.*Dec.*conſ.47.num.2.lib.3.* Cephal. *conſ.262.num.9.*Odd.*conſi.39.num.53.*Craſſ. *in § fideicommiſſum, qu.10.num.6.* Mant. *de coniect.vltim.vol.lib.8.tit.8.num.17.ad medium*, Præt.*de interpr.vltim. volunt.fol.328.numer.56.*Rimin.iun.*conſil.744.nume.35.lib.7.*Ruſtic. *in l.cum auus,lib.6.cap.12.numer.65.ff.de condition.& demonſtration.* Surd.*de aliment.titul.9.quæſt.36.numero 38.* 36

Ratio eſt, quia cum ſaltem ex lata ſignificatione vocabuli filiorum appellatione veniãt nepotes, vt dictum eſt: At vbi viget eadem ratio fit extenſio de propria ſignificatione ad latam, Gloſ. *in authent.minoris debitor,C.qui dar.tut.poſſ.& in § ſed & ſi quis,in auth. vt ij qui oblig. ſe perhib. hab. rem minor.* Dec. *cum alijs adductis ſupra nu.33.* ergo &c.& ita in ſpecie arguit Decian. *dicto conſi.47.n.2.lib.3.* 37

Hæc tamen coniectura non procederet, quando repugnarent verba teſtamenti, & ſic teſtatoris voluntas, vt quia proprijs nominibus vocaſſet filios, vel quia diuerſis nominibus vocaſſet filios, & nepotes, ita ſcribit Dec.*d. conſi.47 nu.28.lib.tertio,* & latiùs diceretur *in ſequenti quæſtione*, vbi agetur de coniecturis, ex quibus nepos non venit filiorum appellatione. 38

Nona coniectura adducitur, vbi teſtator vocauit filios in ſtirpes, & non in capita, nam tunc quod ſub nomine filiorum contineantur nepotes ſcribunt Curt. iun. *conſil.161.num.1.verſ. confirmatur intentio.* Socin.iun.*conſil.116.num.13.verſ.item etiam, lib.1.& conſ.1.num.44.lib.3.*Petr.Caball.*conſil.181.num.7.*Raud. *conſ.24.num.33.& ſeqq.lib.2.*Rimin.iun.*conſ.283.nu.19.lib.3.conſ.267.num.34.lib.7.*Dec.*conſil.24.nume.8.verſ.ſecundo, quod iſta,lib.2.*Galliau.*conſ.17.num.14.*Menoch.*conſi.347.num.51.*Hieron.Gabr.*conſ.69.n.43.libr.2.*Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.8.nume.18.*Menoch.*lib.4.præſumpt.94.nu.29.*Ruſtic. *in d.l.cum auus,lib.6.ca.12.num.50.& ſeq.ff.de cond.& demonſtrat.*& ante iſtos Soc.ſen.*in conſ.250.num.4.poſt medium,verſ.oſtenditur etiam,lib.2.* 39

Ratio eſt, quia ſtirps non poteſt conſiderari inter ipſos filios, cum ſtirps ſit reſpectu plurium, diuerſorumque graduum, & quando fit vocatio in ſtirpes, non eſt differentia, quod vnus de vna linea, & ſtirpe ſit proximior, alter de alia ſtirpe ſit remotior, nam ſimul admittuntur in concurſu ſeruata proximitate in quacunque linea, Cephal. *conſi.489.nu.53.& ſeqq.& conſi.493.nu.21.*Dec. 40 41

conſi.55.

conſi.55.nu.24.& ſeq.lib.3.Burſat.conſ.67.n.22.lib.1. Menoch.conſi.124.nu.64.& ſeqq. & conſi.793.num. 3.Pereg.de fideicom.art.20.num. 8. & conſ.129.lib.5. vbi dicit eſſe receptam opinionem cum alijs citatis qu. 483.num.2.

42 Declaratur primò iſta coniectura, vt procedat, quando filius, & nepotes eſſent ſucceſſuri teſtatori ab inteſtato, aliàs ſecus, quia ex his verbis non vocantur plures perſonæ, quàm ſi eſſent omiſſa, nec mutatur diſpoſitio in aliquo, ſed ſolum hæc verba ſignificant, quòd ſi ex altero filio teſtatoris extarent plures filij, & ex alio vnus tantum, non admittantur per capita, ſed in ſtirpes, ita declarat Mantic. loco citato, qui ad idem allegat Curt. iun.conſi.161.num.7.verſic.ad ſecundum, & Socin.iun. verſ.149.num. 8.lib.2.

43 Sed iſta declaratio reijcienda eſt, cum ex dictis per Mantic. non tollatur, quòd teſtator ſenſerit de nepotibus, dum vocauit filios in ſtirpes: nam, vt dictum eſt ſupra num.40. ſtirps conſtituitur ex pluribus diuerſiſque gradibus, vnde ex neceſſario conſequenti teſtator ſenſit, quod vno filio mortuo, eius filij, & ſic nepotes, ſuccedát in ſtirpes: fruſtatorium enim fuiſſet apponere iſta verba, in ſtirpem, & non in capita, niſi ad plures, diuerſoſq; gradus teſtator reſpexiſſet: vnde Manticam iure meritò reprehendit, & Ruſticus in d.l.cum auus, libr.6.cap. 12.nu.51.& ſeqq. vbi dicit opinioni Manticæ etiam repugnare Paul.de Caſtr. conſi.438. colum.vlt.verſ.quia iſta forent libr.2.Surd.de alimen.tit.9.queſt.36. nu.41. & ſeqq.

Declaratur ſecundò, vt locum habeat coniectura, quando teſtator vocat filios ſuos, vel Titij in ſtirpem, & non in capita, quia tunc procedit ratio, quod ſtirps conſideratur reſpectu plurium graduum, non autem inter filios primi gradus, aliud eſſet, quando teſtator ſubſtituiſſet filios filiorum, vel filios plurium in ſtirpem, & non in capita, nam tunc, quia ceſſat ratio coniecturæ, non veniunt nepotes appellatione filiorum, & ita declarat Menoch. 622.num.8.lib.7.

44 Decima eſt inſigniſque coniectura, vt omninò nepotes contineantur ſub nomine filiorum, quando aliàs ſequeretur abſurdum, & irrationale, vt quia non admiſſo nepote deſcendente teſtatoris, extraneus admitteretur, vel minus dilectus, vel filius naturalis, hancque coniecturam probarunt Bart.in l.liberorum, ante nu.5.verſi. ſi ab homine, ff.de verbor.ſignif. & in l.vxorem, §.concubinæ, poſt Glo.ibi in verb.cur non deberētur, ff.de leg. 3.Bald.in l.Gallus.§.inſtituens, col.penult.verſ.Petrus ſic diſtinguit, ff.de liber. & poſthum. & ibi ante iſtos, Petrus Ant.de Piſis, Cin.& Rain.de Forliu. Alexand.in l. ſed ſi hac, §.liberos, nu.3.verſ.& vbi abſurdum, ff.de in ius vocand.

Et coſulendo Bald.conſi.478 in fine lib.2.Corn.conſil.97.n.10.lib.1. Alex.conſi.9.n.5.lib.1.conſil.5.n.2.n. 6.verſ.iſtud idem, lib.3.conſi.37 nu.11.13.& 15.lib.6. Otho Lapus de Nicol.inter conſi.Soc.ſen.conſ.152.lib. 2.& Soc.ipſe, conſi.73.num.5.verſ.& imprimis, lib.4. Curt.iun.conſi.3.n.8.& conſi.111.nu.8.vbi dicit in hoc neminem contradicere Signor.de Homod.conſi.249.in fine, Ruin.conſ.35.n.13.verſ.ne igitur, lib.1.conſi.8.n. 5.& conſ.118.nu.13.verſ.& hinc eſt, lib.2.Rola Vall. conſi.93.n.25.verſ.& vbi abſurdum, lib 2.& conſ.23. n.33.lib.4.Bero.conſ.122.n.4.verſ.præterea, li.2.Dec. conſi.88.n.6.& ſeq.& 63.lib.2.Oud.conſi.39.nu.54. Bardell.conſ.83.n.29.Rimin.iun.conſ.173.n.42 lib.2. conſ.389.n.10.lib.4.conſ.502.n.111.lib.5.& conſ.744. n.36.lib.7.Surd.conſi.85.n.28.lib.1. Soc.iun.conſ.126. n.35.lib.1. Menoch.conſi.613.nu.11.lib.6.

Et in tractatibus Mantic. de coniect. vlt.vol.libr.8. tit.8.numer.16.vbi dicit hanc coniecturam non habere difficultatem, Præt.de interp.vlt.vol.fol.328.nume.56. Menoch.lib.4.præſumpt.94.numer.26.Anton.Gabr.de verb ſignific.concluſ.1.num.34. Pereg.de fideicom.art. 22.nu.48.Craſſ.in §.fideicommiſſum, quæſt.10.nume.10. Ruſtic.in l.cum auus, lib.6.cap.12.n.7.& n.54.& ſeqq. ff.de cond.& demonſtr.

Probatur primò iſta opinio per text.in l.liberorum, §. ſed & Papirius, ff de verb.ſignific.& in l.vxorem, §.cōcubinæ, ff.de leg.3.quæ iura ad hoc allegat Bart. locis iam citatis.

Secundò accedit, quod ſemper facienda eſt interpretatio, ne ſequatur abſurdum, & impium, etiam ſi recederemus à propria ſignificatione verborum, Alex.conſil. 17.num.7.lib.7.Abb.conſ.78.colum.2.verſ.tertio hic intellectus, lib.2.latè Ruin.conſi.42.num.8.& ſeqq.lib.2. Crauet.conſ.130.n.8.Surd.conſ.85.n.27.li.1.Hier.Gab. conſ.14.n.31.lib.1.Quod procedit etiam ſi actus annullatio ſequeretur, Ruin.latè conſ.150.num.8.& 9.lib.2. Surd.conſ.85.nu.28.in ſpecie Ruſtic.in d.l.cum auus, li. 6.c.12.n.7.& n.59. 45

Tertiò probatur in l.Lucius, la 2.ff.de hæred.inſtit.vbi diſiuncta in coniunctam reſoluitur, ac ſubſtitutus extraneus præferatur liberis fratris conſanguinei teſtatoris ab eo valde dilecti; quod etiam ibi not. Imol. ante numer.2. verſ.in gloſ.1.& ſcribit Ruſtic. d.cap.12.num.6.7. 46

Porrò illud notandum eſt, quòd ſufficit allegare abſurdum, licet authoritate non probetur, iudicio enim intellectus colligitur, an ſit abſurdum, vt ſcribunt Abb.in cap.inuſtum, num.2.in penultim.not.ext.de rer.permut. Hieron.Gabr.conſil.169.numero 5.libr.1.& conſil.18. nu.20.libr.2.Euer.in ſua Centuria, cap.8.verſ.& procedit iſtud. 47

Vndecima coniectura additur, quando nepotes ab inteſtato vna cum filijs erant ſucceſſuri teſtatori, nam tunc ſimiliter ex præſumpta mente teſtatoris debent admitti ad fideicommiſſum, Aretin.conſi.145.reſpondendo ſummatim, colum.2.circa finem, verſic.eſt autem, Alex.conſ. 5.nu.4.verſ.& illud eſſet, lib.3.Gozad.conſi.36.num.1. Curt.iun.conſi 57.nu.5.verſi.illo ſecundo principaliter, Alciat.conſil.69.num.10.lib.9.Socin.iun.conſ.146.num. 12.16.& 18.conſi.149.nu.6 lib.2.& conſ.1.nu.42.li.3. Dec.conſ.47.nu.4 lib.3.Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.1119.verſ.accedat, ff.ad Trebell. Anton.Gabr.de verb.ſignif.com.l.1.n.6.Mant.de coniect. vlt. vol.lib.8. tit.8.nu.15.Menoch.lib.4.præſumpt.94.nu.30. Ruſtic. in d.l.cum auus, lib.6.cap.12.n.61.& ſeq.ff.de condit.& demonſtrat. 48

Et ideò diſtinguebat Mantic. pro hanc coniecturam, quòd aut fideicommiſſum eſt relictum ab aliquo aſcendente, & veniant nepotes filiorum appellatione, quia & ab inteſtato ſuccederent, vt in §.in auth.de hæredit.ab inteſt.venient. Idem ſi eſſet relictum à patruo, auunculo, amita, vel matertera, quia & his ab inteſtato ſuccedunt nepotes cum filijs, §.reliquum, in auth.de hæred.ab inteſt. venien. Aut fideicommiſſum fuit relictum ab vlterioribus collateralibus, & non veniunt nepotes.

In hoc autem ſecundo membro credo bene dicere Mantic. quod etiam ante eum dixit. Socin.iun.conſ.149. nu 6.libr.2.Sed primum membrum non credo abſolutè eſſe verum, illud enim concedo in fideicommiſſo relicto à communi aſcendente, de quo etiam dicam infrà in ſeq. coniectura: ſed in fideicommiſſo relicto à patruo, auunculo, amita, & matertera, obſtat, quia tunc ſumus in tranſuerſalibus, in quibus appellatione filiorum non venire nepotes ex magis communi conſtat ex dictis quæſt. ſequenti coniect.prima. Et quando agitur de ſuccedendo patruo, vt non veniant nepotes filiorum appellatione, voluit Pariſ.conſ.30.col.penult.lib.3. refert, & ſequitur Menoch.conſ.215.n 97.

49 Ratio autem huius coniecturæ eſt, quia teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, Bartol. *in l. hæredes mei §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Alex. *nu.* 9. Rip. *num.* 74. *&* 79. & latè Iaſ. *conſ.* 84. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Menoch. *conſi.* 215. *nu.* 117. *& alibi ſæpè*, ſicuti ergo ab inteſtato nepotes ſuccedunt cum filijs, ergo pariter & ex teſtamento.

50 Cæterum à prædicta coniectura receſſerunt Comen. *conſ.* 106. Corn. *conſ.* 182. *n.* 7. *conſ.* 207. *num.* 13. *lib.* 1. *& conſi.* 290. *n.* 4. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 95. *n.* 8. Ruin. *conſ.* 134. *nu.* 22. *&* 23. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 30. *colu. penult. libr* 3. Gozad. *conſ.* 36. *col.* 2. quos refert, & ſequitur Menoch. *conſ* 215. *nu.* 97. *lib.* 3. quorum opinio mihi placet, quando ſumus in tranſuerſalibus, vt dicam *quæſt. ſeq.*

51 Facilè enim receditur ab illa coniectura; quod teſtator velit ſuam diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi, vel municipali. cum leuis admodum ſit, vt ſcribũt Corn. *conſ.* 91. *col.* 2. *& conſ.* 192. *colum. penul. lib.* 1. Soc. ſen. *in l. Gallus, §. nunc de lege, nu.* 5. *ff. de liber. & poſthu.* Soc. iun. *conſ.* 156. *n.* 50. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 180. *nu.* 4. *& conſ.* 250. *num.* 2. quos retulit & ſequutus fuit Menoch. *conſ.* 215. *n.* 122.

52 Limitatur autem primò iſta coniectura, quando teſtamentum eſt factum ab imperito, & idiota, nam in eo ceſſat ratio quod voluerit ſuam voluntatem eſſe conformem legibus, & ſtatutis, ita Soc. ſen. *conſ.* 37. *col.* 2. *verſ. quinto, libr.* 3. Menoch. *conſ.* 215. *n.* 123.

53 Limitatur ſecundò, quando aliquæ coniecturæ in cõtrarium extant: nam vt dixi, leuis eſt iſta coniectura fundata in ratione, quod teſtator velit ſuam diſpoſitionem eſſe iuribus conformẽ, & facilè ab ea receditur. Menoch. *d. conſi.* 215. *n.* 122. & dixi *ſupr. nu.* 51.

54 Duodecima eſt coniectura ferè tamen eadem cum præcedenti, ſed magis reſtricta, quando fideicommiſſum eſſet factum à communi aſcendente: vt poſt Accurſ. relatum ſcribit Cin. *in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthum.* quam opinionem probarunt etiam Alex. *conſi.* 26. *nu.* 6. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſi.* 14. *ante nu.* 3. *verſ. ſecundò prædicta concluſio, lib.* 1. Alciat. *conſi.* 2. *nu.* 2. *lib.* 8. *conſi.* 59. *n.* 3. *& conſi.* 69. *n.* 10. *lib.* 9. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *ca.* 12. *nu.* 63. *ff. de condit. & demonſtr.*

55 Decimatertia eſt coniectura pro nepotibus, quando ageretur de fideicommiſſo reciproco, vt ſcribunt Curt. iun. *conſ.* 23. *nu.* 12. *&* 14. Ruſtic. *in l. cum auus, libr.* 6. *c.* 12. *n.* 67. *ff. de condit. & demonſtr.*

56 Ratio eſt, quia fideicommiſſum reciprocum dicitur fauorabile non odioſum, vt ſcribunt Iaſ. *in l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſtam.* Hieron. Gab. *conſ.* 123. *nu.* 23. *lib.* 2. Crauet. *conſi.* 306. *col. vlt.* Berett. *conſi.* 81. *n.* 15. Menoc. *conſ.* 452. *nu.* 50. *& conſ.* 636. *nu.* 30. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 275. *ſolut.* 3. *n.* 21. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 5. *n.* 35. *& deciſ.* 6. *n.* 53. & dixi *quæſt.* 290. *n.* 8.

57 Contrariam tamen ſententiam, etiam in reciproca ſubſtitutione, nepotes non venire appellatione filiorum, probarunt Paul. de Caſtr. *conſil.* 131. *dubium facit, col.* 2. *verſ. ſed ad iſta, lib.* 2. Dec. *conſi.* 465. *n.* 10. *verſ. & ſubſtitutio.* Alba. *conſ.* 29. *n.* 12. *lib.* 1.

58 Decimaquarta erit coniectura, quando teſtator filios non habebat, nam tunc filiorum appellatione venire nepotes ſcribunt Iacob. de Aret. Cin. & Bald. *in d. l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthum.* Alex. *conſi.* 9. *num.* 4. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 207. *co.* 6. *verſ. ſi profertur diſpoſitiuè, num.* 13. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſi.* 73. *nume.* 19. *verſ. aut habebat, lib.* 4. Ceph. *conſ.* 394. *num.* 23. Dec. *conſ.* 47. *num.* 11. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 215. *n.* 38. *& conſ.* 1039. *num.* 1. Peregr. *conſ.* 31. *num.* 14. *lib.* 2. *& in tract. de fideicom. art.* 22. *num.* 57. Præt. *de interp. vlt. vol. lib.* 2. *ſolut.* 1. *nu.* 13. *fol.* 129. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 70. *ff. de condit. & demonſtr.*

Ratio eſt, quia fieri debet interpretatio, vt actus potiùs valeat, quam pereat *l. quoties. ff. de reb. dub. cap. Abbate. ext. de verb. ſignific.* Hancque interpretationem fieri etiam in materia ſtricti iuris ſcribunt Crauet. *conſ.* 52. *n.* 6. *& per totum*, vbi latè infert ad plura Præt. *de interp. vlt. vol. lib.* 1. *interpr.* 1. *dubit.* 2. *ſolut.* 3. *num.* 6. *fol.* 7. Et interpretatio, quæ fit pro actus validitate dicitur alijs præcipua, Dec. *in cap. quoniam Abbas, n.* 16. *C. de offic. de legat. & in l. in teſtamento, n.* 11. *& ſeq. C. de teſta. milit.* Ceph. *conſi.* 146. *nu.* 25. *lib.* 1. 59

Vlterius verba intelliguntur impropriè, & de facto, quando aliter intelligi non poſſunt, *l. mulieri, §. ſi quis hæreditarium, ff. de condit. inſtit. l. ſtipulatio iſta, §. hi qui, ff. de verbor. obligat. l. quibus diebus, §. dominus, ff. de cond. & demonſtr.* & ibi Soc. ſen. *in* 4. *not.* Ruin. *conſi.* 110. *nu.* 3. *lib.* 3. Ceph. *conſil.* 606. *nu.* 16. vbi etiam dicit quod poſterorum appellatione veniunt tranſuerſales, quãdo nulli extabant deſcendentes, in quibus diſpoſitio verificari poſſet, & hoc ſcribat teſtator.

Accedit tertia ratio de qua dixi *quæſt.....hæredum appellatione an veniant extranei hæredes? numer.* 42. *verſ. ratio eſt.*

Decimaquinta eſt coniectura, quando ex filijs vocatis ad fideicommiſſum nullus ſupereſt, ſed tantum ſuperſũt nepotes ex eis, & tunc nepotes venire ad fideicommiſſum ſub filiorum nomine, voluerunt Imol. *in d. l. Gallus, ff. de liber. & poſthu.* & ibi Alex. Iaſ. Soc. ſen. Claud. Seiſſell. & alij communiter, Odd. *conſ.* 39. *nu.* 56. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Menoch. *conſ.* 215. *nu.* 38. Pereg. *conſi.* 31. *n.* 15. *lib.* 2. Anton. Gab. *d. concl.* 1. *n.* 36. 60

Verum Peregr. *in tract. de fideicom. art.* 22. *nu* 60. proponit hunc caſum, & refert Bal. & alios multos diſſenſiſſe, tenentes nec tunc nepotes venire appellatione filiorum, *& n.* 61. refert plures alios tenentes hanc coniecturam, cum quibus & ipſe tranſire videtur: ſed licet Peregr. *in d. nu.* 60. proponat caſum huius coniecturæ, attamen ex ab eo adductis colligitur, & extra terminos huius coniecturæ plures ex relatis Doctoribus loqui, vnde diligentiùs videndum erit. 61

Coniectura decimaſexta ſimilis eſt, quando vocantur filij in numero plurali, & tempore diſpoſitionis extabat vnus tantum filius, nam ex coniectu rata mente teſtatoris intelligitur, & de nepotibus ſenſiſſe Ceph. *conſi.* 262. *nu.* 11. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 22. *in fin.* 62

Probatur iſta opinio per *l. vltim. ff. ad Trebell.* & quæ ibi tradunt Bart. & alij, cum alijs à me adductis *q.* 79. *nu.* 7. vbi actum fuit de quæſt. quando extant fratres vtrinq; coniuncti, & coniuncti ex vno latere tantum, *& q.* 261. *nu.* 7. vbi diſputatio fit de reciproca facta inter filios, an trahatur ad fœminas in re certa inſtitutas: & in *quæſt.* 494. *nu.* 6. vbi agitur an coniuncta prius admittantur in ſubſtitutionibus?

Cæterum contrariam opinionem tenuerunt Comen. *conſi.* 116. Soc. ſen. *conſi.* 104. *num.* 1. *lib.* 3. Dec. *conſi.* 80. *col.* 2. *verſ. quarto, & conſi.* 636. *numer.* 4. Crauet. *conſil.* 283. *colu.* 1. quos refert & ſequitur Menoch. *conſil.* 215. *num.* 110. *lib.* 3. 63

Mouetur ratione, quod nomen plurale verificatur in ſingulari, *l. non eſt ſine liberis, ff. de verb. ſignif.* 64

Exiſtimo veriorem eſſe primam opinionem, intelligẽdo eam prout intelligi debet, videlicet quando teſtator teſtamenti tempore habet filium, & nepotes, & in numero plurali vocat filios, & tunc nepotes venire tenendum eſt. Si verò diſpoſitio collata eſſet in futurum euẽtum, ita vt incertum ſit an illo tempore vnus, vel plures filij exituri ſint, & tunc procedat ſecunda opinio, quod & numerus pluralis in vno poſſit filio verificari, & ita etiã declarat Menoch. *d. conſ.* 215. *n.* 108. 65

Decimaſeptima eſt coniectura, quando teſtator verbis ge- 66

bis generalibus vocaſſet filios, vt ſi vocaſſet quoſcunque filios, nam tunc & nepotes venire volunt, Alexand. *conſ. 9. lib. 1.* Curt. iun. *conſi. 38. n. 3. & conſ. 111. n. 9.* Crauet. *conſi. 155. n. 4.* Ceph. *conſi. 262. nu. 11.* Soc. iun. *conſ. 1. nu. 38. lib. 3.* Menoch. *lib. 4. præſum. 94. n. 28. & conſi. 1037. n. 6.* Peregr. *de fideic. art. 22. nu. 49.* Mant. *d. tit. 8. nu. 22.* Surd. *d. tit. 9. q. 36. n. 56.*

Ratio eſt, quia vniuerſalis ſermo operari ſolet, vt contineantur res, & perſonæ, quæ aliàs ex propria ſignificatione non includerétur, *l. Iulianus, & l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3.*

67 Verum Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. nu. 22.* contrarium tenet, niſi de naſcituris ſit facta mentio, vt ſi vocati eſſent quicunque filij naſcituri, & in his terminis loquuntur etiam ferè omnes relati ſupra pro coniectura iſta, & videnda erunt dicta ſupra *hac q. nu. 24.*

68 Decimaoctaua eſt coniectura, quando vocati ſunt filij deſcendentes ex Titio, quia etiam de nepotibus cenſetur intellexiſſe teſtatorem, maximè ſi addita eſſent verba, in perpetuum, Ruin. *conſi. 115. n. 11. lib. 3.* Rimin. iun. *conſ. 23. nu. 65. & n. 68.* Peregr. *de fideic. art. 22. nu. 54.* [Hanc pariter coniecturam probauit Martha de clauſulis, *part. 3. concl. 5. n. 1.*]

69 Aliud eſſet dicendum, quando vocati eſſent deſcendẽtes filij, & ſic prius poſitum verbum deſcendentes generale, & poſt verbum filij ſpeciale: nam tunc nepotes non venire appellatione filiorum conſului in cauſa grauiſſima ad fauorem Illuſtriſſimæ D. Com. Iſabellæ Mariæ Gambaræ, *vt in meo conſ. 2.* vbi comprobaui, & ibi patet contrarium tenuiſſe grauiſſimum Iureconſultum D. Bartolomeum Stellam, qui pro alia parte conſulebat, & ibidem illius conſilium eſt regiſtratum, ita vt facile videri poſſit quis melius ſentiat: cauſa nunc pendet, & in diem ſententia expectatur.

70 Decimanona coniectura eſt, quando teſtator inſtituit filios, & nepotes æqualiter hæredes, & poſtea in ſubſtitutione vocauit filios, & hæredes, quia & de nepotibus cenſetur intellexiſſe, ſecundum Pariſ. *conſil. 52. num. 27. lib. 2.*

71 Sed contrariam opinionem tenuit Decian. *conſil. 47. n. 18. verſi. non obſtat tertium, lib. 3.*

72 Vigeſima coniectura eſt, quando teſtator ſubſtituit vnum, vel plures filios, & nepotem ex filio præmortuo, nã moriente filio relictis filijs, iſti nepotes teſtatoris, licet non expreſsè vocati, tamen ex præſumpta mente cenſentur vocati, cum teſtator & nepotes ex filio ante à præmortuo vocauerit: & hac ratione ęqualitatis ſeruãdæ per ea quæ ſcribit Magon. *deciſ. Luc. 82. nu. 1. & ſeqq.* Eugen. *conſ. 94. n. 10.* vbi loquitur quando vocatus fuit filius fratris, & nepos ex filio fratris mortuo.

73 Confirmatur hæc coniectura, nam licet fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur ex communiſſima opinione, vt dixi *q. 490.* attamen ſi teſtator ſubſtituit vnũ filium & nepotes ex filio præmortuo, præmoriente filio ante diem conditionis fideicommiſſi, illud erit tranſmiſſum ex præſumpta mente teſtatoris ratione ſeruandæ æqualitatis, Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita, n. 334. ff. ad Trebell.* Curt. iun. *conſi. 256. n. 16.* Soc. iun. *conſi. 63. li. 4.* Menoch. *conſi. 209. n. 22. conſi. 334. nu. 34. & conſi. 610. n. 18.* Peregr. *conſi. 69. nu. 21. & ſeq. lib. 3. & in tract. de fideicom. art. 31. nu. 9.* Viu. *concl. 844. nu. 15.*

Hanc tamen coniecturam improbauit Magon. *d. deciſ. Luc. 82.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum.

74 Vigeſimaprima coniectura eſt, quando teſtator vocauit filios in infinitum, vel in perpetuum, quia tunc etiam nepotes venirent, Ruin. *conſ. 115. n. 11. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 37. col. 4. libr. 2.* Rimin. iun. *conſ. 23. nu. 65. & 68.* Alciat. *reſp. 2. nu. 2. lib. 8.* vbi declarat hoc procedere, quando ex verbis præcedentibus appareret in mentione facta de filijs, teſtatorem ſe reſtrinxiſſe ad filios primi gradus. Hãc etiam coniecturam probauit Pereg. *conſi. 53. n. 2. 5. lib. 3. & conſi. 41. n. 2. & ſeqq. lib. 5* & ſenſit *in tract. de fideic. art. 22. n. 54.* Menoch. *conſ. 310. nu. 12 verſ. primo quia,* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 14. num. 40. ff. de condit. & demonſtr.*

75 Illud autem procedit ob vim verborum denotantium perpetuitatem, quæ operabatur vt fideicommiſſa temporalia fiant perpetua, extendanturque ad omnes perſonas in infinitum, Pariſ. *conſ. 17. nu. 23. & ſeqq. lib. 4.* Peregr. *conſ. 41. num. 4. lib. 5.*

76 Et ideo licet prohibitio alienationis non extendatur vltra quartum gradum, ſi tamen ſint appoſita verba perpetuitatis, extenduntur, Bart. *in auth. de reſtit. fideicom.* Dec. *conſi. 23. col. 2. conſ. 516. nu. 15. & 16.* Ruin. *conſil. 123. n. 17. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 140. in fin.* Pereg. *de fideic. art. 30. n. 13.* Alba. *conſi. 51. n. 6. 7.* Ceph. *conſ. 724. nu. 11.* Menoch. *conſ. 95. nu 5.* Dec. *conſi. 50. n. 24. lib. 1.* Petr. *de fideic. qu. 8. nu. 594. & ſeqq.* Fachin. *lib. 4. contr. iur. cap. 100.* Did. *lib. 3. var. reſol. cap. 5. nu. 3.*

Confirmatur à fortiori ex his quæ ſcripſi ſupra *nu. 28. in 6. coniectura,* vbi dictum fuit, in primogenituris filiorum appellatione venire nepotes, & hoc quia ſumus in materia ſui natura habente tractum in futurum, & ſic tacitè conſiderata eſt perpetuitas ſucceſſionis, ergo fortius ſi expreſsè.

Declaratur tamen hæc coniectura ex dictis *quaſt. ſeq. num. 96.*

77 Vigeſimaſecunda coniectura eſt, quando teſtator voluit conſtituere perpetuum fideicommiſſum, & hæc eſt ſimilis præcedenti, & per eandem rationem determinatur, ſic in ſpecie ſcribit Menoch. *conſ. 310. n. 10. vſque ad finem. & conſi. 487. n. 2. & ſeq.*

78 Vigeſimatertia coniectura eſt, quãdo teſtator habuit nomina filiorum, & liberorum pro ſinonimis, vt ſi in vna parte teſtamenti fecit mentionem de filijs, & liberis, & in alia ſimpliciter loquatur de filijs, quia tunc & appellatione filiorum venient nepotes, Curt. iun. *conſi. 111. n. 7.* Crauet. *conſi. 62. & conſi. 155. n. 3.* Dec. *conſ. 88. nu. 59. lib. 2.* Eugen. *conſ. 4. n. 7. & ſeqq.* Menoch. *conſ. 359. nu. 2. lib. 4. præſumpt. 94. n. 27.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 328. nu. 56 ad med. m.* Mant. *d. tit. 8. nu. 21.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 36. nu. 57.*

79 Ratio eſt, quia verba teſtamenti in vna parte clara declarant ea quæ in alia parte ſunt dubia, *l. qui pluribus, in princ. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. Centurio, nu. 27. ff. de vulg. & pupill.* Soc. ſen. *in l. 1. n. 1. ff. de reb. dub.* Pariſ. *conſi. 73. n. 48.* vbi teſtatur de communi opinione *lib. 2.* Socin. iun. *conſi. 51. n. 9. & conſi. 65. n. 10. lib. 4.* qui aſſerit eſſe communem opinionem cum alijs allegatis a Mant. *in tract. de coniect. vlt. vol. libr. 6. tit. 13. nu. 5.*

80 Accedit ſecundò, quod interpretanda voluntate teſtatoris attenditur præcipuè eius conſuetudo, Gloſ. *in l. ille à quo, § ſi de teſtamento, in verb. verba, ff. ad Trebell.* & latius dixi *ſupr. n. 8. 9.*

Contra tamen hanc coniecturam, quando teſtator in vna ſubſtitutione vocaſſet filios, & deſcendentes, & in alia ſimpliciter filios, quod in hac non cenſeatur intellexiſſe de nepotibus, voluit Honded. *conſ. 60. n. 63. verſ. tertio eò magis, & n. 65. li. 1.* vbi allegat Dec. *conſ. 44. nu. 32. & ſeq. lib. 3.* & Ciuſſum. *conſi. 7. nu. 8.* Ratio eſt, quia ſi in ſubſtitutione, vbi de filijs facta eſt ſimplex mentio, teſtator intellexiſſet, & de nepotibus expreſſiſſet, ſicuti fecit in alia ſubſtitutione, arg. *l. vnica, § ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.*

Pro qua opinione facit etiam, quia ſi teſtator in vna parte teſtamenti mentionem fecit diſcretiuè de filijs, & de nepotibus, ſi in alia ſimpliciter nominentur filij, non venient nepotes, vt dicam *in ſeqq. quaſt. coniect. ....* & in

terminis ego etiam conſului in vna de Girellis,& pro iſta opinione faciunt etiam quæ dixi *qu. ſeqq. coniect.* 13. vbi alios pro hac opinione adduxi.

Poſſent opiniones ſic concordari, vt in ſecunda ſubſtitutione facta eſt mentio de eiſdem filijs, de quibus in prima,& procedat prima opinio, ſi de diuerſorum filij procedat ſecunda,& in his terminis loquitur Hond. citatus.

81 Vigeſimaquarta eſt coniectura, quãdo teſtator in præcedentibus vocauit filios,& filiorum filios,& in ſequenti ſubſtitutione vocat ſupradictos ſuos filios, quia intelligitur tam de filijs, quam filiorum filijs, Farinac. *deciſ. Rom.* 426. *nu.* 4. *ad medium, part.* 4. *in nouiſſ.*

82 Ratio eſt, quia verbum relatiuum, ſupradictos refert dicta ad omnes, hac ſi expreſsè, & nominatim fuiſſet facta mentio de filijs,& filiorum filijs, *l.* 3. *ff. de leg.* 1 Aret. *conſi.* 21. *n.* 2. Dec. *conſ.* 423. *n.* 5. Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 134. *lib.* 3. Roman. *conſi.* 15. *n.* 4. *lib.* 3. Crauet. *conſi.* 93. *num.* 8.& fuit in ſpecie ratio conſiderata à Rota *d. deciſ.* 426. quæ prædictas authoritates refert.

Vlterius hæc coniectura confirmatur ex eo, quod vna pars teſtamenti aliam declarat, vt dictum eſt *ſupra num.* 79. Et etiam vna ſubſtitutio clara declarat aliam dubiam, Menoch. in ſpecie poſt multos alios *conſi.* 215. *nu.* 168. *& ſeqq.& latè dixi, q.* 11.

83 Vigeſimaquinta coniectura eſt, quando diſpoſitio eſſet à Iuriſperito, quia tunc appellatione filiorum veniret nepotes, ſecundum Bardell. *conſi.* 83. *nu.* 29. *verſ. decimo.*

84 Vigeſimaſexta erit coniectura, quando eſſemus in caſibus, quod maſculinum conciperet fœmininum, quia pariter & filij appellatione veniret nepos. Curt. iun. *conſil.* 22. *n.* 15. *conſ.* 111. *nu.* 12. Ceph. *conſi.* 262. *nu.* 10. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 327. *n.* 51. mouentur per text. *in l. iuſta, ff. de verbor. ſignific.*

85 Diſſentit tamen Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 8. *in princ.* vbi etiam comprobat,& mihi illius opinio magis probatur.

86 Vigeſimaſeptima eſt coniectura, quando agitur de fideicommiſſo excludendo, tunc enim nepos filij appellatione venit, Ceph. *conſ.* 107. *n.* 16. *& ſeqq.* Non. *conſ.* 33. *n.* 26. Rim. iun. *conſ.* 75. *n.* 46. *& ſeqq.* vbi late, quos refert & ſequitur Bardell. *conſ.* 83. *nu.* 41.

87 Vigeſimaoctaua coniectura eſt, quando in nepote adeſt qualitas, quæ fuit conſiderata in filio, quia tunc filij appellatione venit nepos. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *nu.* 71. *C. de bon. matern.* Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *nu.* 78. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 36. *n.* 39. vbi dicit eſſe eandem coniecturam cum octaua, de qua ſupra *nu.* 36. contra Pinell. qui vult eſſe diuerſas.

88 Prædictæ autem coniecturæ,& recepta opinio, de qua in præcedenti quæſtione, quod nepotes contineantur, præcederent, licet ſubſtituta eſſet pia cauſa, vt in ſpecie tenent Dec. *conſi.* 391. *num.* 3. *& num.* 6. *verſ. quia ad hoc reſpondetur*, Lud. Gozad. *conſ.* 4. *ante num.* 14. *verſic. & fortius vult,& verſic. tertio, & conſil.* 36. *num.* 2. Soc. ſen. *conſi.* 17. *circa fin. verſ. poſtremo adduco, libr.* 4. quos refert & ſequitur Ruſtic. *in d. l. cum auus, libr.* 6. *cap.* 13. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum ſi ex coniecturis apparet teſtatorem de eis non ſenſiſſe, contr. n.* 5. *diſtinctio traditur, n.* 7. *decl. n.* 9. *& ſeqq.*

2 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum in tranſuerſalibus.*

3 *Auus dicitur magis amare nepotem, quàm filium.*

4 *Conditio, ſi ſine liberis, non ſubauditur in fideicommiſſo conſtituto à tranſuerſali.*

5 *L. Lucius, la ſeconda, ff. de hæred. inſtit. intellectus datur.*

13 *Nepotes non veniunt appellatione filiorũ, quãdo vocati ſunt filij ex ſuo corpore, cont. n.* 16. *ampl. n.* 19. 21.

14 *Dictio ex, cauſam immediatam ſignificat, nu.* 17. *aliquando denotat cauſam remotam.* (*nuatio.*

17 *Inter filium & nepotem conſideratur ſanguinis cõti-*

18 *Deſcendentes ex Titio vocans, num dicatur vocare ſolum deſcendentes primi gradus, ſed omnes.*

20 *Proprium dicitur quod nõ recipit adiunctum,& cohæret perſonæ, nec alteri communicantur.*

23 *Nepotes non dicuntur vocati, ſi filij primi gradus sũt vocati, contra nu* 24.

25 *Nepotes non dicuntur vocati, quando vocantur filij cum aliqua qualitate, quæ non inſit nepotibus.*

26 *Qualitas quæ eſt in perſona vnius, & non in perſona alterius, operatur, vt aliter iudicetur de vno, aliter de alio.*

27 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator limitatiuè & reſtrictiuè loquutus fuit de filijs num. ſeqq.*

30 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando ab inteſtato non ſuccederent cum filijs, nec per repræſentationem patris locum ſubintrarent.*

31 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando diſpoſitio habuit effectum in filijs. Amplia nu.* 33. 34. 35. 36. *Declara nu.* 38.

32 *Diſpoſitio verificatur in primo actu.*

39 *Nepos non venit appellatione filiorum, quãdo illius pater viuit, nec cum eo concurrere poteſt.*

40 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris.*

41 *Verba intelligenda ſunt per prius & poſterius.*

42 *Nepotes non admittuntur vocatis filijs, quãdo extãt nepotes ex filio mortuo,& filijs, cont. nu.* 45. *decl. n.* 49.

43 *L. cum pater. § hæreditatem, ff. de leg.* 2. *intellectus traditur, & infra.*

46 *Nepos repræſentat perſonam patris in fideicõmiſſo aſcendentis vel patrui.*

50 *Nepotes non dicuntur vocati vocatis filijs, quando tempore teſtamenti extabant filij & nepotes.*

51 *Nepos natus poſt mortem teſtatoris non dicitur vocatus vocatis filijs, declara n.* 52. *& ſeqq.*

52 *Natus poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur non excludit à ſucceſſione remotiores agnatos, nec cognatos.*

58 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator diſcretiuè de filijs & nepotibus loquutus fuit.*

59 *Specialitas circa res vel circa perſonas derog. generi.*

60 *Nepotes non veniunt filiorũ appellatione, quãdo teſtator nominando nepotes, eos vocauit filios filiorum.*

61 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator in vna parte teſtamenti vocauit filios, & in alia vocauit deſcendentes.*

Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator in alia parte teſtamenti cum vocauit filios intellexit de filijs primi gradus.

62 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, ſi communis loquendi vſus ita ſe habeat, declara n.* 64.

64 *Vſus communis loquendi non attenditur in teſtamento latinè ſcripto.*

64 *Nepotes non veniũt appellatione filiorũ, quando nominatim filij ſunt ſubſtituti, Amplia & limita n. ſeq.*

68 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando filij ſunt nomine proprio nominati, & poſtea dictũ ſit, ſi dicti filij, vel alijs verbis relatiuis,& reſtrictiuis ſit de filijs facta mentio.*

71 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando ſuperſtites filij ſunt vocati. Ampl. & decl. nu. ſeqq.*

72 *Verbum ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, reddit diſpoſitionem conditionalem.*

73 *Super-*

75 *Superſtites vocans ad fideicommiſſum dicitur nominatim illos vocare.*
76 *Geminatio oſtendit enixam, & deliberatam mentem diſponentis.*
81 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum ſtante ſtatuto, quod verba teſtamentorum ad litteram intelligantur, contra nu.83.*
84 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator iuſſit eius verba intelligi vt iacent.*
85 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quādo filij in capita, & non in ſtirpes ſunt vocati.*
87 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum quando magis dilectus excluderetur à minus dilecto, limit. n.88.*
90 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando pater habens filios, & nepotes inſtituit ſolos filios.*
91 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, ſi verba diſpoſitionis ad nepotes non poſſunt adaptari.*
92 *Nepotes non dicuntur vocati, quādo vocantur filij immediatè.*
93 *Pronepotes non dicuntur vocati, quando teſtator vocauit filios filiorum, contra n.94. limita n.95. & ſeqq.*
99 *Nepotes venientes ex radice infecta non veniunt appellatione filiorum.*
100 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum in ſubſtitutione facta in legatis.*
101 *Legata ſunt ſtrictè intelligenda.*
102 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum in ſubſtitutione facta in contractu.*
103 *Contractus ſunt ſtrictè interpretandi.*
105 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator erat imperitus & idiota, declara numer.107. & ſeqq.*

QVÆSTIO CCCXXI.

Nepotes ex quibus coniecturis non veniant filiorum appellatione?

VIdimus in præcedenti diſputatione, ex quibus coniecturis nepotes comprehendantur ſub nomine filiorum, nunc autem videndum erit de contrarijs coniecturis ex quibus colligi poſſit teſtatorem vocando filios non intellexiſſe de nepotibus. Etſi enim aliquando, & etiā regulariter filiorum appellatione veniant nepotes, vt in præcedentibus diximus, nihilominus non continentur, quando ex aliquibus coniecturis conſtat teſtatorem non ſenſiſſe de nepotibus, Corn. *conſi.* 250. *nume* 3. *lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 52. *num.* 3. *lib* 3. Alciat. *reſp.* 526. *nu.* 5. Soc. iun. *conſ.* 114. *num.* 31. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſ.* 121. *num.* 25. *libr.* 1. Menoch. *conſ.* 215. *nu.* 47. & paſſim omnes infra relati, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 39. *nu.* 33.

2 Prima coniectura eſt, quando ſumus in tranſuerſalib. in his enim nepotes non venire appellatione filiorum ſcribunt Cin. poſt Accurſ. relatū *in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthu.* & ibi Bald. *col. pen. poſt princ. verſ. dicit,* Salicet. *in l.* 1. *C. de cond. inſert.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 4. *num.* 195. *ff. ad Trebell.* Bald. *conſi.* 487. *lib.* 2. *& conſ.* 76. Agnela *lib.* 4. Alex. *conſi.* 1. *nume.* 16. *lib.* 1. *& conſ.* 26. *num.* 7. *lib.* 3. Roman. *conſ.* 438. *colu. vlt. verſ. quo ad quintum,* Aret. *conſ.* 145. Dec. *conſi.* 95. *ante num.* 6. *verſ. ſecundo.* Soc. ſen. *conſil.* 14. *col.* 2. *libr.* 1. *& inter eiuſdem conſil.* Otho Lapus Nicol. de Strigat. *conſ.* 152. *eod. libr.* 1. cui ſubſcripſerunt Socin. ſen. Saluſtius de Bongui. Marianus Socinus, Andreas Siculus, Angelus de Gambi. *omnibus,* Franciſcus de Accol. Petrus de Exio, Bernardus de Bongiohannis, Zenobius de Guaſconibus, & Ioan. Baptiſta Caccial. de Sancto Seuerino, Corn. *conſ.* 199. *numer.* 34. *poſt medium, lib.* 4. Socin. iun. *conſ.* 30. *num.* 18. 21. 22. *lib.* 1. *& conſ.* 73. *num.* 19. *lib* 4. qui teſtatur de magis communi opinione Bero. *conſ.* 122. *n.* 1. *& ſeq. libr.* 2. Curt. iun. *conſ.* 57. *nu.* 7. Paulus Pichus *conſ.* 74. *n.* 3. *& ſeqq.* Rimin. iun. *conſ.* 246. *n.* 92. *vſque ad n.* 107. *lib.* 3. *conſi.* 389. *n.* 22. *conſ.* 390. *n.* 13. *lib.* 4. vbi *nu.* 42. teſtatur de magis communi, & reprehendit Decian. qui contrariam ſententiam dixit magis communem, Alciat. *reſp.* 526. *num.* 4. & ſecundum aliam impreſſionem, *conſ.* 2. *n.* 22. *lib.* 8. *& conſ.* 69. *n.* 9. *lib.* 9. Rol. à Valle *conſ.* 43. *n.* 37. *lib.* 4. Bardell. *conſ.* 83. *n.* 22. Ceph. *conſ.* 195. *nu.* 21. *li.* 2. Aldoin. *conſ.* 89. *n.* 9. Berett. *conſ.* 130. Bero. *conſ.* 122. *col.* 2. *lib.* 2. Menoch. *conſi.* 591. *nu.* 1. *verſ. ſecundo, conſ.* 215. *nu.* 52. *conſ.* 886. *nu.* 22. in quibus locis dicit eſſe receptam ſententiam, Dec. *in Apolog. poſt eius reſponſa, c.* 17. *nu.* 15. vbi dicit ita omnes concludere, Pereg. *conſil.* 67. *lib.* 2. *conſ.* 64. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 4. *& in tract. de fideicom. art.* 22. *nu.* 56. *ad medium,* Mant. *de coniect. vlt. vol. libr.* 8. *tit.* 8. *n.* 11. *ad medium,* Ruſtic. etiam videtur cum hac tranſire, *in l. cùm auus, libr.* 6. *c.* 13. *nu.* 2. *&* 3. & expreſsè eam defendit, *c.* 14. *n.* 56. *& ſeqq. ff. de cond. & demonſtr.* Cardin. Tuſc. *concluſ.* 376. *n.* 19. 42. 50. *&* 122. *littera* I. Præt. *lib.* 3. *de interpret. vlt. vol. interpret.* 3. *dubio* 4. *ſolut. n.* 40. Hier. Ceual. *Commun. opin. lib.* 3. *q.* 762. *n.* 128. Valaſq. *deciſ.* 140. *n.* 14. *& in fine.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 36. *nu.* 18. & ſæpius hanc ego conſulendo probaui tanquam magis receptam, & veriorem, & præcipuè in vna de Honorandis, in alia de Madijs, in alia de Girellis, in alia de Portulacis, *vt in conſ.* 95. *n.* 13.

Probatur primò, quia *in l. iuſta, & in l. liberorum, ff. de verbor. ſignific.* in quibus dicitur filiorum appellatione venire, ratio videtur eſſe, vt dicitur *in l. liberorum, in fin.* quia nepotes noſtros dulciore nomine appellare non poſſumus, quam filios, filius enim deriuatur a philos Grecè, quod eſt amor, ſecundum Gloſ. *in §. fin. inſtit. quib. teſtam. tut. dar. poſſ.* Hæc autem ratio non cadit in filijs tranſuerſalibus, erga quos amor, & dilectio, quæ eſt in proprijs deſcendētibus nullo modo eſt, vt natura ipſa nos certos reddit. Immo auus nepotes dicitur maiori amore proſequi, cum longiorem propagationem per eos videat, Older. *conſ.* 269. *in fin.* & iſta ratio non cadit in tranſuerſalium filijs, & ita arguunt Rolan. à Vall. *conſ.* 43. *nu.* 38. *lib.* 4. Soc. iun. *conſ.* 30. *n.* 18. *lib.* 3. 3

Secundò facit, nam diſpoſitio *l. cum auus, ff. de cond. & demonſt.* fundata in dilectione teſtatoris erga ſuos deſcendentes, non procedit quando grauatus eſt frater vel trāſuerſalis teſtatoris, Doctores communiter *in d. l. cum auus,* & dixi *qu.* 393. in deſcendentibus enim ſubauditur conditio, ſi ſine filijs, non in tranſuerſalibus, in quibus non eſt par ratio, & hoc argumento vſi ſunt, Socin. ſen. *conſ.* 152. *n.* 11. *lib.* 1. Soc. iun. *conſ.* 30. *nu.* 18. *verſ. & pro iſta conſideratione, lib.* 3. 4

Contrariam autem ſententiam malè probarunt alij, volentes, & in tranſuerſalibus appellatione filiorum venire nepotes, ſic tenent, Angel. de Vbald. *in l. Lucius, la* 2. *ff. de hæred. inſtit.* & ibi Imol. *col.* 1. Alex. *conſ.* 9. *n.* 2. *li.* 1. *conſ.* 5. *n.* 3. *lib.* 3. *& conſ.* 37. *n.* 8. *& n.* 15. *lib.* 6. Iaſ. *conſ.* 52. *n.* 1. *lib.* 3. *& in l. Gallus, §. inſtituens, nu.* 22. *de lib. & poſth.* Dec. *conſ.* 372. *per totum,* Gozad. *conſ.* 4. *ante n.* 14. *verſ. & vult procedere, & nu.* 15. *& conſ.* 59. Curt. iun. *conſ.* 3. *n.* 11. vbi dicit eſſe cōem, Rub. Alex. *conſ.* 28. *n.* 3. 9 *& conſ.* 8. *ad fi.* Soc. iun. *conſ.* 116. *n.* 13. *&* 26. *li.* 1. Pariſ. *conſ.* 75. *n.* 65. *li.* 2. Crauett. *conſ.* 155. Bertaz. *conſ.* 30. *nu.* 14. Lud. Molin. *in addit. ad Alexand. conſ.* 1. Becc. *conſi.* 221. *n.* 10. Natt. *conſ.* 164. *n.* 34. *& conſ.* 191. *n.* 11. *& ſeq.* Dec. *conſ.* 88. *n.* 55. *ante fi. & n.* 63. *li.* 2. Pereg. *conſ.* 31. *n.* 17. *lib.* 2. *conſ.* 52. *lib.* 3. *& conſ.* 59. *lib.* 5. Eugen. *conſ.* 94. *n.* 1. *& ſeq.* Ceph. *conſ.* 262. Præt. *conſ.* 56. *nu.* 9. *& de interpr. vlt. vol. fol.* 327. *n.* 54. Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concl.* 1. *n.* 89. Lud. Molin *li.* 1. *de Hiſp. primog. c.* 7. *n.* 27. *& ſeq.* Gutier. *li.* 2. *Pract. Quæſt. q.* 92. *n.* 4. Hier. Ceual. 5

Spec. comm. cont. commu. qu. 694. nu. 1. vbi dicit ita obtinuiſſe in facto, & n. 5. Angel. de Gambel. de teſtan. gloſ. 79. n. 6. Surd. de aliment. tit. 9. qu. 36. n. 9. Alciat. in l. liberorum, ff. de verbor. ſignif. vbi dicit ita judicatum, Zanc. in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 203. ff. ad Trebell. Anchar. in clem. 1. n. 7. ext. de verbor. ſignif. {Et hanc ſententiam probarunt etiam Soc. iun. conſ. 126. lib. 2. vbi teſtatur ita iudicatum Odd. conſ. 39. n. 49. Peregr. art. 21. nu. 44. & art. 22. n. 61. ad medium refert Rubeam Alexan. teſtantem de communi opinione.}

6 Probatur primò iſta opinio per text. in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. vbi caſus eſt in tranſuerſalibus, quod appellatione filiorum veniant nepotes.

Reſpondetur primò, text. in d. l. Lucius, de liberis primi gradus intelligi debere, prout ita intellexerunt Bal. & Corn. quos refert & ſequitur Dec. cõſ. 95. ante n. 6. verſ. vel ſecundo reſpondetur, addo Socin. iun. conſ. 30. nu. 19. verſ. & primo, lib. 3.

Reſpondetur ſecundò, text. illum intelligi, quando cõditionaliter facta eſt mentio filiorum, quia tunc, vt ibi dicitur, veniunt nepotes, ſecus ſi diſpoſitiuè & hunc intellectum ad illum text. probarunt Bald. in l. Gallus, §. inſtituens, colu. penul. in fine, verſ. item, in l. Lucius, & ibi Soc. ſen. col. 3. verſ. ſecundus caſus, & conſ. 249. col. 2. verſic. 2. confirmatur, lib. 2. Corn. conſ. 182. col. 3. in h. lib. 2. Alex. conſ. 1. col. antep. in fin. verſi. item ſecundum, libr. 1. Fortun. Garz. in d. l. Gallus, §. idem credendum, colu. 7. in princ. verſ. & quam primum, ff. de liber. & poſthu. Soc. iun. conſ. 30. n. 19. verſ. vel ſecũdo reſponderi poteſt, li. 3. Rimin. iun. conſ. 246. n. 105. & ſeq. & Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 6. cap. 11. n. 32. ff. de condit. & demonſtrat.

Reſpõdetur tertiò, quod in d. l. Lucius, toleratur, quod filiorum appellatione veniant nepotes, ne ſequatur abſurdum, quod teſtator dicatur prętuliſſe extraneos, & ſeruos filijs fratris ſui: & hunc intellectum probarunt Bald. in d. l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthum. & ibi Imol. & alij communiter, Alex. conſ. 1. n. 12. lib. 1. Gozadinus conſi. 36. nu. 11. Dec. conſil. 95. ante nu. 6. verſ. non obſtant. Socin. iun. d. conſ. 30. nu. 19. verſic. vel tertiò reſponderi, lib. 3. Rimin. iun. conſ. 246. nu. 105. 106. & eſſe communem intellectum teſtatur Ruſtic. in dicta l. cum auus, lib. 6. c. 11. n. 31. ff. de condit. & demonſtr.

Adducitur ſecundò pro hac ſententia, l. vxorem, §. concubina, ff. de leg. .... vbi Iuriſconſultus loquitur de tranſuerſalibus, & dicitur nepotes venire appellatione filiorum.

Reſpondetur ſecundum Gloſs. & Bart. ibi hoc procedere, quia agitur de dura ſeparatione, ita vt ceſſante ratione pietatis contrarium ſit dicendum: & ita illum text. intelligunt omnes præcipuè Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 48.

Videnda erunt etiam quæ dicam infra in ſexta coniectura.

7 Tertia eſt opinio Menoch. lib. 4. præſump. 94. nu. 21. in fine, qui diſtinguit. Vt prima opinio procedat in caſu, quando extat filius tranſuerſalis, & ex alio filio nepos, & ſumus in caſu quod ab inteſtato filius excluderet nepotẽ in ſucceſſione teſtatoris, & hoc quia cauſa teſtati regulatur à cauſa inteſtati, Gloſ. in l. cum ita, §. in fideicom. ff. de leg. 2. Menoch. conſ. 106. n. 83. Peregr. de fideic. art. 29. n. 20. & ſeqq. Odd. conſ. 45. n. 37. vbi dicit eſſe communem opinionem, Ceph. conſi. 313. n. 45. Si verò extat ſolus nepos, procedat ſecunda opinio.

Hanc tamen diſtinctionem Menoch. non recipit Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 6. cap. 14. nu. 58. in fine, nec mihi etiam probatur, cum & multi relati pro prima opinione loquantur, quando non concurrunt filius & nepos ex filio prædefuncto. Præterea ſi eſt vera opinio prima per rationes adductas, licet non extaret filius, ſed tantum nepos, debet excludi nepos tanquam non vocatus, & fideicommiſſum erit factum caducum per mortem eius patris, iuxta l. vnicam, §. pro ſecundo, C. de caduc. toll. cum ſua materia, vt dicam quæſt. 565.

8 Prima autem opinio ſine dubio procederet, quando ageretur de ſuccedendo propatruo, vel alio remotiori, ſecundum opinionem eiuſdem Menoch. d. præſump. 94. n. 20. & conſ. 886. n. 22.

9 Ampliatur prima opinio, vt nepos non veniat filiorum appellatione, etiam quod ratio agnationis eſſet habita à teſtatore ſecundum Alciat. reſp. 2. nu. 2. & 51. lib. 8. Rol. à Valle, conſi. 43. nu. 37. iunctis dictis n. 38. verſ. & ſimiliter, & num. 43. libr. 4. ita ego etiam conſului vt in conſil.... Verum eſt quod non potui obtinere, & contra fuit iudicatum.

10 Contrariam opinionem tenuit Peregr. conſ. 52. nu. 43. lib. 3. vbi conſuluit pro tranſuerſali.

11 Limitatur primò communis opinio contra nepotes, vt in coniectura, quando aliàs ſequeretur abſurdum, & dura ſeparatio, ita vt minus dilectus, vel extraneus excluderet filios fratris, vt probatur in d. l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. & volunt omnes relati ſupra nu. 6. verſ. reſpondetur 3. & præcipuè Ruſtic. in d. l. cum auus, libr. 6. c. 14. num. 59.

12 Limitatur ſecundò, quando conditionaliter facta eſt mentio filiorum fratris, nam tunc in conditione omnes deſcendentes continentur, d. l. Lucius, ff. de hæred. inſtit. ſecundum intellectum, de quo ſupra n. 6. verſi. reſpondetur ſecundo, & volunt omnes ibi relati, & præcisè ita declarat Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 6. c. 14. n. 59.

13 Secunda eſt coniectura vt non veniant nepotes appellatione filiorum, quando vocati ſunt filij ex ſuo corpore nati, & hanc probarunt Bart. in l. Gallus, §. inſtituens, n. 2. verſ. non obſtat. ff. de liber. & poſthu. quem ſic intellexit Paul. de Caſtr. ibi nu. 4. & latè Guid. Pap. deciſ. 353. cum alijs à me relatis, q. 413. n. 9.

14 Fundamentum huius opinionis eſt in illa dictione, ex, quæ cauſam immediatam ſignificat, l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. naufr. l. eo tempore, §. vlt. ff. de pecul. Bald. in l. ex hoc iure, col. 4. verſ. ſeptimo opponitur, ff. de iuſt. & iur. Ruin. conſ. 23. n. 7. lib. 3. Alex. conſ. 49. nu. 3. lib. 3. Dec. conſi. 69. n. 3. Bero. conſi. 17. n. 2. lib. 1.

15 Confirmatur horum opinio ex authoritate eorum, qui ſcripſerunt, appellatione deſcendentium ex ſuo corpore non venire, niſi deſcendentes primi gradus: & hos retuli q. 327. nu. 3. & ſeqq. ſi ergo hoc dicitur in vocatione deſcendentium quæ propriè comprehendit omnes in infinitum, l. liberorum, ff. de verbor. ſignific. fortius procedere debet in appellatione filiorum, cum nepotes propriè non veniant appellatione filiorum, vt dictum fuit quæſt. præcedenti ab hac ſecunda.

16 Cæterũ coniectura iſta communiter reprobatur, nec retinenda eſt: cõtra enim tenuerunt Bart. in l. liberorum, n. 16. ff. de verb. ſignif. Bald. in l. 1. nu. 3. per illum text. C. de condit. inſert. & in cap. 1. §. filia, in fine, de ſucceſſ. feud. & ibi Aluar. Ancha. in c. 1. verſ. tertiò principaliter, ext. de conſtitut. Angel. in l. Lucius, la ſeconda, n. tertio, ff. de heredib. inſtit. & ibi Imol. n. 1. Paul. de Caſtr. in l. Gallus, §. inſtituens, n. 4. ff. de liber. & poſthu. & ibi Aret. colu. 3. verſ. pro ſecundo dicto, Alex. in l. ex facto, §. vltimo, n. 4. ff. ad Trebell. & ibi Ripa n. 5. Cardin. in c. 2. ext. de verb. ſignific. Oldr. conſil. 269. Capr. conſi. 72. nu. 10. & conſil. 18. n. 4. Paul. de Caſtr. conſi. 164. in præſenti cauſa, n. 4. li. 2. Soc. ſen. conſi. 17. n. 2. & conſ. 51. n. 10. lib. 4. Bald. cõſ. 13. punctus eſt, n. 3. lib. 3. Bertra. conſi. 57. n. 2. conſ. 263. n. 2. li. 1. conſ. 33. li. 2. & conſ. 302. n. 11. lib. 3. Pariſ. conſ. 18. n. 59. 60. li. 2. Curt. iun. conſ. 113. n. 3. Ruin. cõſ. 203. n. 22. li. 2. conſ. 63. n. 6. & egregiè cõſ. 115. n. 15. li. 3. Rom. cõſ. 129. & conſ. 148. in princ. Gerar. Marzo. cõſ. 1. n. 111.

Rimin.

Rimin.iun.conſ.75.n.6.lib.1.conſ.358.n.70.& ſeq.lib.4.& conſ.604.nu.26.lib.6.Ioan. Petruc. de Monteſper. conſ.6.n.3.Petrus Caball.conſ 181.n.13.14. Chriſtoph. Torniel.conſ.32.n.32.& conſ.83.nu.24.Ceph.conſ.262. in fi.Menoch.conſ.1039.n.8.& ſeq. conſ.124.n.100.& ſeq.Odd.de compend.par.6.art.2. Anton.Gabr.de verb. ſignif.concluſ.1.nu.47. Præt.de interp.vlt. vol.fol.327. Pereg.de fideicommiſ.art.28.nu.34. vbi teſtatur de communi opinione Ruſtic.in l.cum auus, lib.6.c.13 num.4. Laur.deciſ.Auento.84.vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ,Surd. deciſ.73.n.19.& alios congeſſi.q.436.n.8.

Probatur primò iſta ſententia,in d.l.Lucius,la ſeconda de hæred.inſtit.vbi fit mentio de filio ex ſe nato,& ibi veniunt nepotes.

17 Secundò facit ratio, nam inter filium & nepotem cõſideratur ſanguinis continuatio,Bald.d.l.1.n.3.C.de condit.inſert. & quidquid continuatiuè venit per rerum naturam vnum & idem eſt,l.cum acutiſſimi,C.de fideicom. Capr.conſ.27.nu.12.vbi ego adduxi conſ.42.nu 47.verſ. reſpondetur ſecundò, & nepos dicitur portio paterni corporis,l.cum ſcimus,C.de agric.& cenſ.libr.11. Et quidquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, l.manumiſſiones,de iuſt.& iur.

Retenta igitur hac opinione non obſtant contraria. Ad primum enim de dictione,ex, dicitur non eſſe inconueniens quod importet cauſam etiam remotam,vt comprobant Corn.conſ.97.col.4.verſic.& licet filius,lib.1. Ruin.conſ.109.n.8.lib.1.& dixi ego in conſ.42.nume.47. Maximè cum in præcedentibus fiat ſanguinis continuatio, vt dictum eſt.

18 Ad ſecundum de authoritate eorum qui ſcripſerũt vocatis deſcendentibus ex aliquo, non venire niſi filios primi gradus,reſpondetur, contrariam opinionem eſſe receptiorem,quam probarunt Soc.ſen.conſ.51.n.7.& ſeq. libr.4. Alex.in l.ex facto,§.ſi quis ita, ff.ad Trebell.& ita Rip.n.6.Rebuff.in l.cognoſcere,§.liberorum,ff.de verbo. ſignif.Alciat.in l.liberorum,in fi.ff.eod. Parit.conſ.51.nu. 30.lib.2.Cæſ.Barz.deciſ.Bonon.4.n.17.& deciſ.7.n.24. & patet ita in illa Rota fuiſſe iudicatum, & hanc tenui & comprobaui ego conſ.42.dubio tertio.

19 Ampliatur iſta communis opinio,& primò,vt nepotes veniant,licet vocati eſſent filij ex ſuo proprio corpore nati, ita ſcribunt Ruin.conſ.115.nu.16.lib.3.poſt Paul.caſtr.conſ.164.n.4.lib.2. Ruſtic. conſ.2.nu.14.poſt tract.de liber.in condit.poſit.& in l.cum auus, libr.6.cap.13.nu. 14.vbi vltra prædictos adducit etiam Odd.

20 Contra tamen hanc ampliationem tenent Guid. Pap. quæſt.353.& Pereg.tract.de fideicomm.art.28.num.34. in fine. Ratio eſt ſecundum iſtos, quia proprium non recipit adiunctum,& cohæret perſonæ, nec alteri communicatur cap.nulli,in verb.proprio, & cap. vt circa,§.fin. de elect.in 6. Et quia alias verbum proprio,nihil operaretur, contra l.ſi quando,ff.de leg.3. & hæc opinio mihi etiam magis probatur.

21 Ampliatur ſecundò etſi vocati eſſent filij ex ſuo matrimonio nati, nam adhuc & nepotes cenſerentur vocati, niſi enim præceſſiſſet matrimonium, ex quo natus eſt filius,nõ fuiſſet natus nepos ex eo, omnes enim nati ſumus ex matrimonio Adam, & Euæ, ideo per continuationem omnes deſcendentes dicuntur vna caro cum ſuis aſcendentibus,l.vlt.C.de impub.& al.ſubſtit.& per prædicta ſic determinauerunt Paul.de Caſt.conſi.410.viſo facto, & dubijs,n.4.ſed reſpondeo,libr.1.Peregr.de fideico.art. 28.n.34.circa medium,Ruſtic.in l.cum auus, lib.6.c.13. nu.12.ff.de condit.& demonſtr. & tenũt Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.8.num.21.in fine.

22 Contrariam opinionem probauit Rip. lib.2.reſp.cap. 26.n.1.19.& ſeq.& de ſecund.nup.reſp.9.nu.9.

23 Tertia eſt coniectura, quando teſtator vocaſſet filios primi gradus, nam tunc nepotes cenſerentur excluſi, Alex.conſi.56.n.5.in fine lib.5.Rim.iun.conſi.173.num 8. verſ.ſecundo confirmatur,& n.10.li.2.Berett.conſ.130. n.3.Cacher.conſ.72.num.11.& ab hac opinione non eſſe recedendum propter magnam Alexandri authoritatem ſcribit Ruſtic.in l.cum auus,lib.6.cap.13.nu.15.& ſeqq. ff.de condit.& demonſtr.

Mouetur Alexand.ex l.iubemus,§.vlt.iuncta Gloſ.C. ad Trebell.

Et pro hac opinione etiam adducitur §.ſecundo gradu, inſtit.de gradib.cognat.ibi ſecundo gradu ſupra auus auia, infra nepos, neptis, ex tranſuerſo frater & ſoror. Et quod in gradibus filiorum non veniant nepotes ſcribunt Fortun.Garz.in l.Gallus,§.idem credendum,nu.23.ff.de liber.& poſthum.

Contrariam tamen ſententiã probarunt Odd.in tract. de compend.part.6.art.3.nu.7.Alex.Trent.de ſubſt.part. 4.cap.7.nu.59.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.57 num.7. qui loquuntur in conditione, ſi deceſſerit ſine filijs primi gradus. 24

Mouentur ex tex.in §.cum autem, inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer. vbi ſi inſtitutus decedit ſine filijs relictis nepotibus,nepotes dicuntur eſſe in primo gradu.Ad hũc tamen text.reſpondet Ruſtic.d.cap.13.n.17.verſic.quinimo,vbi colligit ex illo tex.probari primam opinionem, vt apud eum: & certè in illo text. nullum verbum quod nepos non exiſtente filio ſit in primo gradu: vlterius aduertendum eſt,quod alius eſt gradus ſanguinis,& de hoc intellexit teſtator vocando filios primi gradus, alius eſt gradus ſucceſſionis, vnde quando etiam diceretur nepotem eſſe in primo gradu ſucceſſionis, nihil referret, quia teſtator vocauit filium primi gradus,& ſic ſanguinis,nec nepos eſt in primo gradu ſanguinis, d.§.ſecundo gradu, inſt.de grad.cogna.vnde coniectura retinenda erit, reiecta opinione Odd.Alex.Trent.& Intrigl.

Quarta eſt coniectura excludens nepotes, quando vocantur filij non aliqua qualitate quæ non inſit nepotibus, vt ſi vocatus eſſet filius Doctor,mercator,ſpurius primogenitus,vel filia nupta,ita in ſpecie ſcribunt Bart.in l.liberorum,nu.6.verſ.item prædicta vera,ff.de verb.ſignif. Bald.in l.iubemus,§.vltimo,nume.2.C.ad Trebell.& in l.Gallus,§.inſtituens,in fine,ff.de liber.& poſthum. Criſtoph.Port.in §.vlt.in fi.inſtit.qui teſtamen.tut.dar.poſſ. Socin.ſen.in l.cum auus,col.58.verſ.primus caſus, ff.de condit.& demonſt.Alex.conſ.4.n.7.8.& ſeq.li.4.Corn. conſ.234.n.4.in fine,& n.8.lib.4.Vbald.Zaſ.conſi.7.lib. 1.Caſtal.conſ.13.col.penult.& ſeq.Dec.conſil.443.nu. 24.Rub.Alexand.conſ.22.n.14.Dec.conſ.88.n.31.lib.2. Bero.conſ.71.n.28.lib.1.Rimin.iun.conſ.27.nu.4.conſi. 75.n.22.lib.1.& conſ.173.n.14.lib.3.Præt.conſ.56.nu. 13.Berett.conſ.134.n.24.Hieron.Gabr.conſ.121.n.24. lib.1.Alban.conſ.60.n.5.Bardell.conſ.83 nu.18.& ſeqq. Pereg.conſ.52.nu.10.lib.5.Maſ.ſingul.303.Præt.de interpr.vlt.vol.fol.326.n.45.Surd.de aliment.tit.vlt.qu. 36.n.16.Ruſtic.in l.cum auus, libr.6.cap.14.nu.13.ff.de cond.& demonſt.Capic.deciſ.21.n.9.Gama.deciſ.Luſit. 160.n.8.verſ.non obſtat. 25

Pro hac opinione primò à Bald. adducitur text. in l.final.C.de natur.liber.

Secundò Alexand.allegat l.non ſolum, §.ſi pupillæ,ff. de rit.nupt.

Tertiò facit ratio, quia qualitas quæ eſt in perſona vnius,& non in perſona alterius,operatur vt aliter de vno, aliter de alio iudicetur, l.is qui opem,ff.de furt.& ſubiectum,cui additur qualitas reſtringit, l.ea tamen, l.hoc legatum,ff.de leg.3.latè Menoch.conſi.29.nu.30.libr.2.& ſequitur Ruſtic.in d.l.cum auus,lib.6.cap.14.nu.14 ff.de condit.& demonſtr. 26

Quinta coniectura eſt, quando teſtator reſtrictiuè, 27

& limitatiuè loquutus fuit, vt ſi dixiſ, ſi bſtituo filios Ti-
tij, vel ſubſtituo filios ſuos, Iaſ. in l. Gallus §. inſtituens, nu.
23. ff. de liber. & poſthu. & ibi Soc. ſen. n. 5. Alex. conſ. 6. n.
4. lib. 4. Corn. conſ. 47. col. 3. lib. 4. Natt. conſil. 191. circa
finem, Rimin. iun. conſ. 173. n. 17. Mant. conſ. 73. num. 3.
Paulus Picus conſ. 74. n. 28. Crauett. conſ. 98. n. 9. Ceph.
conſ. 607. n. 61 lib. 4. Turret. conſ. 68. n. 28. lib. 2. Menoc.
conſ. 215. n. 52. conſi. 328. n. 14. conſ. 886. nu. 18. & lib. 4.
præſumpt. 94. n. 3. Bardell. conſ. 83. n. 18. & ſeqq. & nu.
48. Surd. de aliment. tit. vlt. quæſt. 36. n. 17. & ita ego te-
nui conſ. 65. nu. 9.

Ratio eſt, quia dictio, ſuus, denotat quādam immedie-
tatem, Soc. ſen. in l. Gallus, §. inſtituens, n. 5. ff. de liber. &
poſthum. Menoch. conſ. 328. n. 14.

28 Contrariam ſententiam probarunt Alexand. conſ. 37.
n. 1. lib. 6. Pariſ. conſ. 75. n. 65. lib. 2. Præt. conſ. 56. nu. 12.
lib. 1. Pereg. conſ. 31. n. 4. & ſeq. libr. 2. & in his terminis
loquuntur omnes, qui conſuluerunt pro nepotibus, & ve-
rior opinio mihi videtur, quia ſemper eſt neceſſe expri-
mere nomen patris filiorum vocatorum.

29 Prima tamen opinio facilius procederet, quando alijs
reſtrictiuis circumlocutionibus teſtator vſus fuiſſet, vt di-
ctus filius, talis filius, ipſe filius, vel filius ex Vincentio, &
Lucretia eius vxore naſciturus, Alex. conſ. 56. nu. 6. lib. 5.
& conſ. 140. nu. 3. lib. 6. Soc. ſen. conſ. 62. nu. 10. & conſ.
104. nu. 2. lib. 3. Dec. conſ. 54. num. 32. Menoch. conſi. 215.
n. 51. lib. 3. Pereg. conſi. 52. nu. 10. lib. 5. Præt. de interpr.
vlt. vol. ſol. 326. n. 46. Ceph. conſ. 330. nu. 41.

30 Sexta eſt coniectura ſecundum aliquos, quando ſumus
in caſibus, in quibus ab inteſtato nepotes non eſſent ſuc-
ceſſuri cum filijs, vel per repræſentationem filius nō ſub-
intrat locum patris, nam tunc filiorum appellatione non
veniunt nepotes, ſicuti è contra venirent, quādo eſſemus
in caſu admiſſæ repræſentationis, ita ſcribunt Aret. conſ.
146. col. vlt. verſ. eſt autem hic coniectura, Curt. iun. conſ.
57. n. 5. vbi dicit, quod in his terminis rari ſunt Doctores
qui contrarium teneant, Hippol. Rimin. conſ. 592. n. 112.
lib. 5. conſ. 690. n. 13. lib. 6. & conſ. 389. nu. 19. lib. 3. Soc.
iun. conſ. 149. n. 4. & ſeqq. lib. 2. Burſat. conſi. 372. nu. 5.
Bardell. conſi. 83. n. 24. Menoch, conſi. 591. n. 2. conſ. 886.
nu. 21. & lib. 4. præſump. 94. n. 18. Anton. Gabr. de ver-
bor. ſignif. concl. 1. nu. 6. Mant. de coniect. vlt. vol. libr. 8.
tit. 8. nu. 7. & n. 15. ad medium, Ruſtic. in l. cum auus, lib.
6. cap. 14. nu. 23. licet non omnino affirmet, Zanch. in l.
hæredes mei, §. cum ita, nu. 194. & 204. ff. ad Trebell. A-
lex. conſ. 5. num. 7. in fi. lib. 2. & ibi Moder. Pariſ. in addit.
Corn. conſi. 131. n. 4. & 7. lib. 3. Bero. conſi. 122. n. 2. Præt.
de interpr. vlt. vol. ſol. 326. n. 40.

31 Septima eſt coniectura, quādo diſpoſitio iam eſſet ſor-
tita effectum in perſonis filiorum, nam tunc ad nepotes
extentio facienda non eſſet, in ſpecie ita ſe habent Bartol.
in l. liberorū, n. 18. ff. de verbo. ſignif. Soc. ſen. in l. Gallus
§ inſtituens, in fin. verſic. ſed tu defendendo, ff. de liber. &
poſthum. Alex. conſi. 91. n. 5. verſ. oſtenditur etiam, conſil.
105. n. 3. lib. 1. & conſ. 11. col. 5. libr. 3. Curt. ſen. conſ. 45.
n. 17. Soc. ſen. conſ. 104. col. 2. in princ. li. 3. Curt. iun. cōſ.
IN praecedentibus diſputationibus actum fuit, an filiorum appellatione veniant nepotes in fauorabilibus, & quando vocati ſunt filij ad fideicommiſſum, nunc autem videndum eſt, quid dicendum ſit in odioſis, & ſic an ſi filij ſint fideicommiſſo grauati, & nepotes in grauamine veniant filiorum appellatione? Receptiſſima autẽ eſt ſententia, quod grauatis filijs fideicommiſſo non dicatur grauati nepotes, quam in ſpecie probarunt Bart. *in l. liberorum, n. 5. ff. de verbor. ſignif. & in l. Gallus, §. inſtituens, n. 3. ff. de liber. & poſth.* Paul. de Caſt. *conſ. 97. n. 2. & conſ. 131. n. 2. lib. 2.* Alex. *conſ. 1. lib. 1. & conſ. 56. lib. 5.* Soc. ſen. *conſ. 104. in principio, lib. 3.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Corn. *conſ. 182. col. 1. & conſ. 199. li. 2.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, Curt. ſen. *conſi. 46. col. 9. verſ. nec mirum eſt.* Dec. *conſ. 95. dubio ſecundo, conſi. 215. n. 12. cõſ. 287. col. 1 & ſeq. conſ. 511. col. 2. conſ. 513. n. 6. & conſ. 593. n. 5.* Curt. iun. *conſ. 111. col. 1. conſ. 133. col. 3. & conſ. 135. n. 8.* Pariſ. *conſ. 31. n. 15. & ſeq. conſil. 87. n. 26. conſ. 88. n. 23. conſ. 89. n. 2. & 24. lib. 2. & conſi. 14. n. 19. lib. 3.* Rub. Alexand. *conſ. 144. col. 2.* Nat. *conſil. 191. n. 10.* Rol. à Valle *conſ. 43. n. 26. & ſeq. lib. 4.* vbi aſſ. hanc opinionem magis communiter approbari, Alciat. *conſ. 2. n. 18. & ſeq. lib. 8. & conſ. 69. lib. 9.* Et ſecundum aliam impreſſionẽ, *conſ. 98. n. 10. & conſ. 526. n. 2.* Tob. Peruſ. *conſ. 33. n. 23.* Feder. Scot. *conſ. 18. n. 8. li. 2. tom. 1. & conſ. 41. n. 6. lib. 4. tom. 2.* Pancir. *conſ. 59. n. 2.* Burſat. *conſi. 337. n. 16. lib. 1.* Rimin. iun. *conſi. 173. n. 34. & cõſ. 535. n. 57.* Ceph. *conſ. 268. n. 8. conſ. 194. n. 20. & cõſ. 433. n. 41. in fi. & n. ſeq.* Dec. *conſ. 47. n. 20. lib. 3.* Hier. Gabr. *conſ. 121. n. 37. li. 1.* Menoch. *conſ. 215. n. 35. conſ. 315. n. 19. & conſ. 347. n. 27. & ſeq.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Eugen. *conſ. 94. n. 3.* Honded. *conſ. 60. nu. 46.* vbi teſtatur de communi, *& n. 62. lib. 1.* Odd. *conſ. 66. n. 108.* vbi

vbi dicit eſſe communem opinionem. Peregr. *conſ.47.n.15. ver quæro, lib.1. conſ.31.n.13. lib.2. conſ.59.nu.2. & conſ.138.n.9. lib.5.* Chriſtoph. Torniel. *conſi.20.n.69.*

Et in tract. Dur. *de art. teſta. tit. de ſubſt. caut.4.* Marzar. *in epit. de fideicom. qu.17. verſ. redeundo,* Lud. Molin. *lib.1. de Hiſpan. primog. cap.6. num.27.* Tiraquel. *de iur. primog. q.40. nu.56. & ſeq.* Anton. Gabr. *de verbor. ſign. concluſ.1.n.8.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.2.n.20.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol.275.n.14. & fol.326.nu.41. & ſeq.* Menoch. *lib.4. præſumpt.94.n.22.* Pereg. *de fideic. art.1.n.27. & ſeq. & art.22.n.62.* vbi dicit eſſe communem opinionem Ruſtic. *in l. cum auus, libr.6. cap.14. nu.18. ff. de condit. & demonſt.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.10.n.3.* vbi dicit omnes Doctores in hoc conuenire, Gail. *de except. ſucceſſ. tit.4. except.24. nu.10. part.2.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.22. num.56.* [Idem tenet Rota in vna Romana de Columnis regiſtrata infra *quæſt.441. nu.1. in fine G.*]

2 Probatur primo iſta opinio *in l. quod ſi nepotes, ff. de teſtam. tut. & in §. vlt. inſt. quib. teſtam. tut. dar. poſſ.* vbi probatur, quod in odioſis filiorum appellatione non veniunt nepotes. Atqui fideicommiſſum eſt onus, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ergo &c.

3 Secundò quia in his, quæ ſunt odioſa, & ſtricti iuris nõ fit extenſio de perſona ad perſonam, etiam quod aliàs ſub lata ſignificatione contineretur, & ita arguit inferendo ad quæſt. noſtram, Pereg. *de fideic. art.1.n.27.*

4 Tertiò facit, quia eadem ratione prohibitio alienationis facta filijs non cenſetur facta nepotibus, Gloſ. per illũ tex. *in §. nos igitur, in auth. de reſtit. fideicom.* Cin. *in l. voluntas, C. de fideic.* & ibi Bald. & Salic. Did. *var. reſolut. lib.5. c.5. n.4.* vbi de communi opinione teſtatur Mant. *de coniect. vltim. vol. lib.8. tit.2. num.20.* Pereg. *de fideic. art.1.n.28.* Dec. *conſi.1.n.143. lib.1.* Menoch. *conſil.85. nu.117.* vbi teſtatur de communi opinione Odd. *conſ.67. n.23.* Magon. *deciſ. Florent.19.n.3.* Surd. *deciſ.125.* cum *alijs congeſtis, q.677.*

5 Sed contrariam opinionem malè probarunt alij, volẽtes grauamen iniunctum filijs cenſeri etiam iniunctum nepotibus, quam opinionem videntur ſentire Dec. *conſil.391.* Curt. iun. *conſi.116. col.5.* Pariſ. *conſ.60. col.1. in fin. & ſeq. conſi.61. col.2. lib.2. & conſi.17. col.2. lib.3.* Rub. Alex. *conſi.28. col.3.* [Ampliatur & ſi poſſit conſiderari fauor, & odium filiorum, quia adhuc filiorum appellatione non veniunt nepotes, exemplum in caſu ſuper quo cõſului in vna de Madijs *in conſ.2. nu.39.* ibi vocati erant filij, & filiorum filij, dicebat D. Brunorius pronepos venire appellatione filiorum, & eſſe in fauorabilibus, quia agebatur de eius vocatione, ego verò dicebam agi de grauamine iniungendo nepoti ad vocationem pronepotis, & ideo in eo caſu, filiorum appellatione non venire nepotes, adduxi Alciat. *conſi.2.n.21. lib.8. & conſi.69. nu.7. lib.9.* Rolan. à Vall. *conſi.43. nu.26. lib.4.* & Dec. *conſi.47.n.20. lib.3.*]

6 Declaratur tamen prima opinio, quando teſtator grauaſſet omnes, & quoſcunque filios, nam tunc ob vim vniuerſalis ſermonis nepotes dicerentur grauati, ſermo enim vniuerſalis effectum parit, vt res, & perſonæ includantur, quæ alias non continerentur ſecundum propriã ſignificationem verborum, *l. Iulianus, & l. liberorum, §. quod tamen, Caſſius, ff. de leg.3.* & de vi verbi, quibuſcunque, vt comprehendat perſones, quæ aliàs non comprehenderentur, plura ſcribunt Bald. *in l.1. q.34. ff. de rer. diuiſ. & in cap. Imperialem, in principio, de prohib. feud. alienat. per Feder.* Alexand. *in l. quæda, §. nihil, ff. de edend.* Roman. *in l. etiam, ff. ſoluto matrimon.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, col.7. C. de fideic.* Gloſ. *in clem.1. de iud.* Alex. *in l. ſi patroni, colum.5. ff. ad Trebell.* & etiam de hoc eſt tex. *in l.1. §. permittitur, in verb. quemcunque ſucceſſorem, ff. de aq. quotid. & æſt.*

7 Et in ſpecie hanc declarationem probarunt, Curt. iun. *conſi.48.n.3.* & Peregr. *in tract. de fideic. art.22.n.49.*

8 Declaratur etiam non habere locum, quando in contrarium extant coniecturę, quod teſtator, & nepotes grauare voluerit, nam in vltimis voluntatibus mens teſtatoris totum facit, *in l. conditionibus primum locum, ff. de condit. & dem.* & in terminis ſic volunt Socin. ſen. *conſ.104. lib.3.* Dec. *conſi.391.n.5.* Curt. iun. *conſ.111.n.5. & conſ.116.n.11. & ſeq.* Pariſ. *conſ.61.n.10. conſ.95.n.10. lib.2. & conſi.52.n.36. lib.3.* Menoch. *conſ.347. nu.29. lib.4.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.2. num.20. verſ. ſed hæc,* Peregr. *de fideic. art.22.n.62.*

9 Coniecturas autem quilibet elicere poterit apud præcitatos Doctores, & ex his, quæ ſcripſi *quæſt.480.* fideicommiſſum, an, & quando dicatur repetitum de vno in alium, & *quæſt.677.* an prohibitio alienationis facta filijs extendatur ad nepotes?

10 Sed quid ſi fideicommiſſum eſt relictum à nepotibus, an debeatur à pronepotibus? & non deberi ſcribit poſt alios Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.375. num.14.* & ſenſit Peregr. *conſi.5.n.25. lib.3.*

11 Ratio eſt, quia fideicommiſſa ſunt odioſa, & ſtrictè interpretanda, nec egrediuntur perſonas nominatas, vt poſt multos citatos affirmant Præt. & Peregr. *locis citatis.*

Hoc tamen non procederet extantibus coniecturis in contrarium, ad dicta ſupra *n.8.*

SVMMARIVM.

1 *Nepotibus vocatis ad fideicommiſſum, & pronepotes & vlteriores cenſentur vocatis, contra nu.5. & amplia n.6. limita per totam quæſt.*

2 *Nurus appellatione venit pronurus.*

3 *Aui appellatione venit proauus.*

4 *Nepotis appellatione ex propria ſignificatione venit pronepos, contra num.7.*

8 *Nepos ex Titio ſi vocetur, non dicitur vocatus pronepos ex Titio.*

9 *Nepos præfertur in ſucceſſionibus pronepoti.*

10 *Nepotis appellatione non venit pronepos ex fratre.*

11 *Improprietates plures concurrere non poſſunt.*

12 *Pronepos venit ſub nomine nepotis in caſibus, in quibus nepos venit appellatione filiorum.*

QVÆSTIO CCCXXIII.

Nepotibus vocatis ad fideicommiſſum, an & pronepotes vocati cenſeantur.

1 TEſtator facto fideicommiſſo ſubſtituit nepotes, dubitatur, ſi nõ adſint nepotes, ſed pronepotes, an iſti veniant appellatione nepotum? Et recepta eſt ſententia, quod nepotes admittendi ſint, vt ſcribunt Bart. *in l.1. §. ſi quis, ff. de ſuis & legit. & in l. liberorum, col. pen. verſic. quæro an appellatione, ff. de verbor. ſignif. & in l. Gallus, §. inſtituens, num.2. ff. de liber. & poſtu.* & ibi Alex. *num.5. verſ. ego puto,* Soc. ſen. *n.40.* Paul. de Caſtr. *in d. l. Gallus, §. item credendum, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Fortunat. Garz. *nu.13.* Cuman. *conſi.13.* Fulgoſ. *conſi.68. & conſi.119. col. vlt.* Alex. *conſi.125. lib.5.* Ruin. *conſi.166. nu.8. lib.1.* vbi teſtatur de communi opinione *conſil.30. num.2. lib.2. & conſi.62. num.4. lib.3.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Pariſ. *conſi.20. num.23. lib.1. & conſi.52. col.4. lib.2.* Gozad. *conſi.59.* Crauett. *conſi.155. col.1. in fine, & colum. ſeqq.* Alciat. *conſ.59. num.3. lib.9.* Purpur. *conſi.265. num.6. libr.1.* Pereg. *conſil.59. num.5. lib.5.* Caſſan. latè *in conſuet. Burgund. rub.7. §.10.n.17.*

verſ.7.facit. Ant.Gabr.*de verb. ſignif. concluſ.1.nu.44.* Mant.*de coniect. vlt. vol.lib.8.tit.8. in fine,n.24.* Præt. *de interp. vlt. vol.fol.328.n.59.* Ruſtic.*in l.cum auus,li.6.cap.13.in fine,ff.de cond. & demonſtr. & cap.15.nu.8.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem.

2 Mouetur Bart.per text.*in l.nurus,l.generi,l.ſoceri,ff.de verbor.ſignific.* vbi nurus appellatione continetur pronurus, ergo & eadem ratione appellatione nepotis continetur pronepos.

3 Secundò facit,quòd poſt Bart. *in d.§.instituens,in fine,* ſcribit Ruin.*conſ.166.nu.8.lib.1.* vbi vult quod *auth.matri,& auia, C.quand.mul.tut.off.fung.pot.* quæ loquitur de auia habeat locum etiam in proauia, & tamen *illa auth.* eſt correctoria, & hoc quia non agitur de extenſione,ſed de comprehenſione ex propria ſignificatione vocabuli.

4 Tertiò,quod pronepos dicatur propriè nepos,habetur *in l.qui eorum,§.affinitatis, ff.de poſtul.* & ſolum additur præpoſitio,vt diſcernatur primus à ſecundo,& vnus continetur in alio,licet cum quadam adiectione cauſa notandi ordinem,vt declarat Bart.*in l.Gallus,§.instituens,n.2.3.ff.de liber. & poſthum.*

Quartò, iſta opinio probatur *in d.§.instituens,* ſecundũ verum intellectum.

5 Contrariam opinionem probarunt alij, volentes pronepotem non ſuccedere in fideicommiſſo,ad quod nepotes ſunt vocati, Aret.*conſ.145.n.2.* Corn.ſenſit *conſ.143.lib.3.*& ante iſtos Ruin,*in d.l.Gallus, §.instituens,*& ibi And.de Pariſ. Din. Bald. Angel. Aret.& Iaſ.*n.15.* Rebuf. *in d.l.liberorum,§.Papirius, verſ.appellatione etiam nepotis,ff.de verb.ſign.* Rimin.iun. *conſi.389.nu.18.libr.4.* [Et hanc ſententiam tenet etiam Eugen. *conſi.1.n.12.*]

Probari videtur iſte opinio,*in l.Gallus, §.item credendum,ff.de liber.& poſthu.*ſecundum communem intellectum. Reſpondet tamen Bart.*in d.§.instituens,n.2.* quod ibi erat vocatus nepos,qui ex eo filio naſceretur, nimirũ quod tunc pronepos non venit,quia non naſcitur ex eo filio immediatè.

6 Ampliatur communis opinio, vt nepotis appellatione pronepos contineatur, etiam ex propria ſignificatione vocabuli Bart.*d.l.qui eorũ,§.affinitatis,ff.de poſtul.* Alex. *in d.l.Gallus,§.instituens, ff.de liber. & poſthu.* Gozad. *conſ.125.col.tertia,lib.5.* Gozad.*conſi.59.nu.10.* Anton. Gabr.*de verb.ſign.concl.1.n.45.* Ruin.*conſ.166.n.8.lib.1.*& volunt ferè omnes citati *ſupr.nu.1.*

7 Contrariam tamen ſententiam probarunt Iaſ. *in l.2.n.6.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.* Port.Imol.*conſi.15.cum alijs relatis ſupra num.5.*& alios refert,& ſequitur Dec. *conſ.94.nu.6.lib.5.*

8 Limitatur primò communis opinio, quando vocatus eſt nepos,qui ex tali filio naſcetur,vt dictum eſt *ſupra nu.5.verſ.probari.*

Vel teſtator relationem habuiſſet ad perſonas nepotũ tantum,ſic Ruin.*conſi.117.nu.2.lib.2.* Fortun.Garz.*in d.§.idem credendum,num.14.verſ.vnde ego,* Ruſtic.*d.lib.6.cap.15.n.12.*

9 Limitatur ſecundò,quando extãt nepotes,nam hi præferri debent pronepotibus, procedit enim communis opinio,quando non extant nepotes, Port.Imol.*conſ.15.*

Et maximè hoc procederet, quando nepos ab inteſtato excluderet pronepotem,vt poſt Port. Imol. ſcribit Pereg.*conſi.59.in fine lib.5.*

Hæc tamen limitatio non eſt abſolutè vera, quando pronepos non deſcendit à nepote viuo,circa quod videnda erunt,quæ dicta ſunt *quæſt.præcedenti ab hac ſecunda,* quando nepos non venit appellatione filiorum, *coniect.9.n.42.& ſeqq.*

10 Limitatur tertiò,quando vocati eſſent nepotes ex fratre,quia tunc non veniret pronepotes,niſi communis vſus loquendi aliter ſe habeat, volunt Alex. *in l.ſi pecuniam,n.4.C.de negot.geſt.* Dec.*in l.2.nu.12.C.de ſucceſſ.edict.* Corn.*conſ.47.nu.7.lib.4.& conſi.143.num.4.& ſeqq.lib.3.* Tiraq.*in tract.Lign.§.1.gloſ.14.num.97.* Soc.iun. *conſ.125.n.22.lib.1.* Ruſtic.*d.l.cum auus,lib.6.cap.15.n.7.ff.de condit. & demonſtr.*

Ratio eſt, quia quod appellatione nepotis veniat pronepos,fit impropriè,ſic quod filius fratris non eſt propriè nepos, vnde ſi appellatione nepotis veniret pronepos ex fratre, duæ concurrerent improprietates, quod non eſt concedendum, *arg.l.1.C.de dot.præmiſſ.*& hoc argumẽto vſus eſt Corn.*d.conſ.143.n.4.& 5.lib.3.* vbi latè comprobat maiorem, & minorem argumenti prædicti. 11

Limitatur quartò, vbi in contrarium extent coniecturæ,nam tunc non veniret pronepos appellatione nepotis, Corn.*conſ.143.lib.3.* Mantic.*de coniect. vlt. vol.libr.8.tit.8.nu.24.* Coniecturæ autem colligi poterunt ex dictis *qu.321.* nepos quibus ex coniecturis non veniat appellatione filij, vnde etiam Bart.*in d.l.liberorum,*dicebat pronepotem venire ſub nomine nepotis,in caſibus, in quibus nepos venit filiorum appellatione, quod etiam voluit Alexand.*d.conſ.125.n.11.& ſeqq.lib.5.* vbi dicit procedere argumentum affirmatiuè, & propterea non omnes coniecturæ,quæ excludunt nepotem vocato filio, excludent pronepotem vocato nepote, ſed illæ tantum, quæ concludunt. [Limitatur quintò,quando de filijs & nepotibus facta eſt mentio, Eugen. *conſil.1.num 9.10.& 13.* Surd.*conſi.554.num.7.8.11.12.* 12

Quod ego intelligo verum,niſi teſtator in diſpoſitione ſenſerit de omnibus deſcendentibus, vt dixi in vna Romana pro Excellentiſs. D. Duce Vrſino, *vt in conſ.4.* Et Rota ſecundum illud conſilium iudicauit.]

SVMMARIVM.

1 *Nepotis appellatione venit nepos ex fratre, contra n.2. Limita num.2.*

3 *Nepos gradum deſcendentem ſignificat non collateralem.*

4 *Nepotis appellatione venit nepos ex fratre impropriè & ſecundum communem loquendi vſum.*

6 *Nepotis appellatione venit nepos ex fratre, quando teſtator non habebat niſi nepotes ex fratre.*

8 *Subiecta talia ſunt,qualia prædicata demonſtrant.*

9 *Nepotis appellatione venit nepos ex fratre, quando teſtator vocauit fratrem, & nepotes.*

10 *Copulæ natura eſt copulare ea, quæ ſunt de eodem genere & qualitate*

11 *Copulæ natura eſt addere.*

QVÆSTIO CCCXXIV.

Nepotum appellatione an veniat nepos ex fratre?

Contingit etiam aliquando dubitare, an ſi teſtator vocauit nepotes dicatur vocaſſe nepotes ex fratre, vel ſorore? Et quod veniant, ſcribunt Gloſs.*in l.ſi auia, C.de ſucceſſ.edict.*& ibi Angel.Bald.*nu.2.* Salic.*in princ.* Paul.de Caſtr.*nu.4.* Iaſ.*nu.9.*& Dec. *nu.11.*& alij communiter, Abb.*in cap.per tuas,ext.de probat.* & ibi Felin. *in vlt.not.* Aret.*in 5.not.* Dec.*numer.6.* Iaſ.de Beluiſ.*in capit.1.quibus mod.feud.amit.* & ibi Bald. *in verſic.ſimiliter,ſi dominum,* Bartol. *in l.ſi instituta, §.de inofficioſo,nume.1.ff.de inofficioſo teſtam.* Aretin.*in §.quarto gradu,num.3.inſtit.de gradibus.* Feder. Scot. *in rubr.ff.de oper. nou. nunciat.fol.26.* Ruſtic.*in l.cum auus,lib.6.cap.15.* 1

Pro hac opinione allegantur plura iura, *l.illam, C.de*

collat.

qullat. l. ſi auia, C. de ſucceſſ. edict. l. ſi inſtituta. §. de inoſ. ff. de inoffic. teſta. l. pen. C. de donat. quæ ſub mod. §. quarto gradu, inſtit. de gradib. capit. 1. §. ſimiliter ſi dominus quibus mod. feud. amitt. ca. per tuas, de probat. c. dilecto, de præbend. cap. 2. de arbitris, cap. quod ſuper his, de conſang. & affin. cap. fœlicis, §. cæterum, de pœnit.

2 Sed quod filij fratrum non veniant appellatione nepotum, voluẽt alij relati à Ripa, *in l. hæredes mei, § cum ita, n. 64 ff. ad Trebell.* & Zanch. *ibidem nu. 236.* & Dec. *in l. 2 n. 11. C. de ſucceſſ. edict.*

3 Nepos enim gradum deſcendentem ſignificat, nõ collateralem, Soc. ſen. *in l. cum auus, n. 10. ff. de cond. & demonſt. & in l. cũ vir. n. 6. ff. eod.* Abb. *conſ. 79. col. 2. lib. 1.*

4 Verum conciliando opiniones dicẽdum eſt, filios fratris non venire appellatione nepotum ex ſermonis proprietate, ſed per improprietatem, & ſecundum vſum loquendi communem, ita dicunt Bald. *in d. l. ſi auia, in vlt. not.* & ibi Ang. *circa finem, C. de ſucceſſ. edict. & in l. vxor, in fin. C. qui accuſ. non poſſ.* Aret. *in d. §. quarto gradu, col. 1.* Abb. *in cap. per tuas, de probat.* & ibi alij, Canon. Io. And. *in cap. fundamenta. de elect. in 6.* vbi etiam D. de Sanct. Gemian. Imol. *in cap. 2. colum. vlt. de arbit.* Abbas *conſil. 79. col. 2. verſic. filius autem fratris, lib. 1.* Feder. de Sen. *conſi. 39. colu. 2. verſic. reſpondeo impropriè,* Aret. *conſi. 37. nu. 5.* Corn. *conſil. 143 n. 3. lib. 3. & conſil. 47. n. 7. lib. 4.* Dec. *in d. l. ſi auia, n. 12. C. de ſucceſſ. edict.* Ruſtic. *d. lib. 6. cap. 15. n. 2.*

5 Et præcipuè ſecunda opinio procederet, quando teſtator haberet filios, nam vocando nepotes non eſſent vocati nepotes ex fratre, ne videatur teſtator propriam ſobolem excludere, & extraneæ conſulere, *l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. iuncta, l. tale pactum, §. ſi. ff. de pact.* & in ſpecie hanc ſententiam probarunt, Aretin. *in d. cap. per tuas, n. 12. ext. de probat.* Soc. ſen. *in l. cum vir, n. 6. ff. de condit. & demonſtr.* refert & ſequitur Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 15. n. 6. ff. eod.*

6 Econtra ſi teſtator non haberet niſi nepotes ex fratre: de illis veriſimiliter intellexiſſe cõcedunt omnes: in ſpecie ita ſcribunt, Bald. *in cap. 1. §. ſimiliter ſi dominum, in fine, verſ. ſed ſi non habet, quib. mod. feud. amitt.* Roman. *in l. 2. C. de ſucceſſ. edict.* & ibi Salic. & Dec. *n. 11. in fine,* Imol. *in cap. 2. in 4. not. ext. de arbit.* & ibi Dec. *n. 4. in ſi.* Ruſtic. *in d. l. cũ auus, li. 6. c. 15 n. 5. ff. de cond. & demonſ.*

7 Probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra, *q. 320.* quibus coniecturis nepotes veniant appellatione filiorum *n. 58.* vbi dixi, nepotes venire appellatione filiorum, quando teſtator non habebat filios ſed nepotes.

8 Pro hac opinione etiam facit regula, quod talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, *l. vlt. §. qui dulcia, ff. de vin. trit. oleo legat.* Vlterius ad hoc inducitur in arg. *l. vlt. ff. ad Trebell.*

9 Similiter nepotes ex fratre venirent, quando teſtator vocaſſet fratres, & nepotes ſuos, nam intelligeretur de nepotibus ex fratre, vt ſcribunt Bald. *in l. 2. n. 3. C. de ſucceſſ. edic.* & ibi Salic. *n. 2.* Paul. de Caſt. *n. 4.* Alex. & Dec. *n. 11.* Bald. *in l. ſi dotali, verſ. ſed an in contractu, ff. de ſolut. matrim.* Dec. *in cap. per tuas, col. 3. nu. 6. ext. de probat.* Alex. *conſi 32. conſideratis, lib. 4.* Corn. *conſi. 139. et conſi. ſeq. lib. 2.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 6. c. 15. nu. 3. verſ. niſi ex aliquo, ff. de condit. & demonſtr.* Prat. *de in-*
10 *terpr. vlt. vol. fol. 148. n. 103.* Quæ concluſio ſecundum Salic. vbi ſupra probatur primo, ex natura copulæ, cuius natura eſt copulare ea, quæ ſunt de eodẽ genere, & qualitate, *l. vlt. §. cui dulcia, ff. de vin. trit. & ol. legat. l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct.* Secundò, quia copulatorum intellectus colligitur ex præcedentibus, *l. hæredes palam, §. ſed ſi notam, ff. de teſtam. l. ſi ſeruus*
11 *plurium, in fine, ff. de leg. 1.* Tertiò, quia natura copulæ eſt addere, *l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Deſcendentibus vocatis ad fideicommiſſum veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, limita numer. ſeptimo, & ſequentibus.*
2 *Deſcendens ex fœmina dicitur deſcendens aui materni, contr. n. 4. declara n. 4. & ſequentibus.*
5 *Pronepos non dicitur deſcendens aui materni.*
7 *Nepos ex fœmina venit appellatione liberorum, declara ibidem.*
9 *Teſtator præſumitur potius ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutorum, quam iuris communis.*
11 *Fœminæ non ſunt aptæ conſeruare agnationem.*
15 *Copulæ natura eſt exæquare omnia copulata.*

QVAESTIO CCCXXV.

Deſcendentibus vocatis an tam maſculi, quàm fœminæ veniant?

Receptiſſima eſt omnium ſententia, quod ſi teſtator in fideicommiſſis vocauit deſcendentes, quod cenſetur vocaſſe tam maſculos, quàm fœminas, quę concluſio probatur *per l. vlt. C. de ſuis, & legit. & auth. de hæred. ab inteſt. in princ. l. cognoſcere, §. vlt. ff. de verbor. ſignific. capit. nouit. ext. de iudic.* & in ſpecie ita ſe habent Crott. *in l. omnes populi, nu. 154. ff. de iuſt. & iure,* Rebuff. *in l. liberorum, in verb. deſcẽdunt, ff. de verb. ſignif.* Alex. *conſi. 160. nu. 2. lib. 2.* Dec. *conſ. 223. n. 4. conſi. 413. n. 11. & conſi. 468. n. 32.* Curt. iun. *conſi. 49. nu. 5. in fine,* Paril. *conſi. 26. n. 34. lib. 2.* Natt. *conſi. 64. nu. 8. lib. 1.* Crauett. *conſi. 984. num. 5.* Rol. à Valle *conſi. 58. n. 24. lib. 3.* Hieron. Gabr. *conſi. 97. nu. 17. verſic. quartus caſus, lib. 1.* Rimin. iun. *conſ. 44. n. 22. conſi. 56. n. 71. lib. 1. & conſ. 835. n. 13. lib. 7.* Ceph. *conſi. 11. n. 7. conſi. 46. n. 47. & cõſ. 312. nu. 1.* Menoch. *conſi. 318. n. 5. conſi. 331. n. 9. conſil. 420. n. 18. & 24. conſi. 519. n. 25. conſil. 522. nu. 2. conſil. 585. n. 1. conſi. 752. n. 18. & conſi. 1012. num. 15.* Burſat. *conſi. 157. n. 45. lib. 2.* Odd. *conſi. 33. nu. 3. conſi. 46. n. 35. & conſi. 65. nu. 62.* Dec. *conſil. 7. num. 30 & ſeqq. lib. 4.* Alexand. Raud. *conſ. 5. n. 6. lib. 2.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 15. n. 1.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. n. 1.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 289. n. 24. & fol. 293. nu. 66.* Menoch. *libr. 4. præſumpt. 84. in ſecundo capite, & præſumpt. 91. n. 2.* Pereg. *de fideic. art. 20. n. 8. & ſeq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 85. n. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus, li. 2. cap. 5. nu. 14. ff. de condit. & demonſtr.* vbi alios addit, Surd. *deciſ. 62. n. 2. & deciſ. 84. n. 6.* 1

Et veniunt propriè, vt ſcribunt Gozad. *conſi. 20. n. 7. 8.* Soc. iun. *conſi. 69. n. 12. lib. 2.* Ceph. *conſi. 395. n. 4.* Bero. *conſi. 151. nu. 13. lib. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. cap. 5. n. 16. ff. de condit. & demonſtr.* 2

Ampliatur vt etiam natus ex fœmina dicatur deſcendens aui materni, *l. vlt. C. de ſuis & legit. hæred. §. vlt. in auth. de hæred. ab inteſt. venient.* & in ſpecie ſic ſcribunt Rebuff. *in l. liberorum, §. præter hęc omnia in verb. deſcendunt, ff. de verb. ſignific.* Fulgoſ. *conſil. 86. col. 1.* Alex. *conſi. 160. col. 3. lib. 2.* Soc. ſen. *conſi. 61. n. 1. & 4. lib. 4.* Corn. *conſ. 246. lib. 2.* Dec. *conſ. 222. n. 2. & conſ. 413. n. 11.* Ruin. *conſi. 49. n. 3. & conſil. 120. n. 8. lib. 1.* Paril. *conſ. 51. n. 30. conſ. 88. n. 11. & conſ. 92. nu. 62. lib. 2.* Alciat. *reſp. 563. n. 1.* Natt. *conſi. 64. n. 8. lib. 1. & conſ. 437. n. 2. lib. 3.* Ceph. *conſ. 46. n. 46. & ſeq.* Menoch. *cõſ. 321. n. 4. conſ. 875. n. 11. 14. 16. & conſ. 1127. nu. 9. & lib. 4. præſumpt. 84. n. 26. & præſump. 91. n. 3.* Tiraquel. *de iur. primog. q. 13. n. 2.* Craſſ. *in §. fideicom. q. 15. n. 1. & ſeqq.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. n. 1. & ſeq.* Pereg. *in fortioribus, de fideic. art. 25. n. 7.* Ruſtic. *in d. l. cũ auus,* 3

lib.2.cap.5.n.14.ff.de cond.& demonſt. Intrig. *de ſubſtit. cent.3.q.95.n.3.* Rota Rom. *deciſ.213.part.2.in nouiſſ.*

4 Contrariam ſententiam, quod nepos ex filia non dicatur deſcendens aui materni, probarunt Bald. *conſil.40. quidam magnus nobilis, col.2.lib.3.* Saliç. *inter conſi. eiuſdem*, Bald. *conſ.205.dubium, col. vlt. libr.5.* Corn. *conſil. 190.n.3.lib.3.* Iſern. *in cap.1.num.2.de ſucceſſ.feud.* Menoch. *conſ.172.n.26.conſil.400.n.5.& conſil.774.n.4.* Sed à prima opinione magis communi recedendum nõ erit conſulendo, & iudicando.

5 Hæc tamen ampliatio non eſſet recipienda in aliquibus caſibus. Primus eſt, quando vocati eſſent deſcendentes, ex parte patris, vel ex linea paterna, Bartol. *conſ.10. ſtatuto cauetur*, Curt. iun. *conſi.5.num.24 & 29.* Ruinus *conſ.141.nu.21.lib.5.* Peregr. *de fideic. art.29.in fi.* quos ego ſequutus ſum *in conſ.61.dubio 2.*& dicam *q.346.*& ibi rationem adduxi *n.4.*& latiùs declaraui. Secundus eſt caſus, quando vocati eſſent deſcendentes maſculi, quia tunc maſculus ex fœmina non veniret, de quo latiùs dixi declarando *q.404.* Tertius caſus eſt, quando ageretur de pronepote ex filia, vel vlteriori, nam licet nepos poſſet dici deſcendens aui materni, non tamen idem de pronepote dicendum eſſet, Menoch. *conſ.774.nu.6.& conſ.879.n.19.* Et maximè quando vocati eſſent deſcendentes a ſe teſtatore, quia licet veniret nepos ex filia, nõ tamen venirent vlteriores deſcendentes, Menoc. *d.conſ. 878 nu.14. verſ. ſecundò accedit.*

6 Liberorum autem appellatione venire nepotem ex filia probat, *l.1. C. de cond. inſert.*& in ſpecie volunt Gloſ. ibi Cæpol. *conſ.49.n.4.* Iaſ. *conſi.140.col.2. & conſ.142. col.4.lib.2.* Roman. *conſ.148 col.1.* Alciat. *conſ.34.n.8. lib.9.* Croc. *conſ.1.n.2.conſ.17.n.9.* Alba. *conſi.19.nu.3. lib.1.* Gerard. Mazzo. *conſ.5.n.81.* Socinus *conſ.114.n.4. lib.1.* quos refert, & ſequitur Ruſtic. *in l.cum auus, li.6. c.8.n.25.ff.de cond.& demonſt.* Hoc tamen dictum nõ eſt abſolutè verum, ſed recipit plures declarationes, de quibus per Ruſtic. *d.c.8.nu.25. vſque ad finem.*

7 Limitatur primò communis opinio in puncto principali, quando vocati eſſent deſcendentes ex linea maſculina, vel per virilem ſexum, quia tunc fœminæ ex maſculis non venirent, vt dicam *q.346.nu.12.& ſeqq.* vbi tamen retuli diſſentientes, & ibi de hoc latiùs.

8 Limitatur ſecundò ſi in ciuitate extat ſtatutum, vel conſuetudo, quod fœminæ non admittantur extantibus maſculis, nam fœminæ non cenſerentur vocatæ, ita poſt multos relatos ſcribunt Rimin. iun. *conſ.185.nu.35.lib. 2.& conſ.499.n.63.lib.5.* Præt. *conſil.101.n.29. verſic. coadiuuatur.* Dec. *conſ.45.n.12.lib.3.& conſ.7.n.49.in fine,& n.50.lib.5.* Menoch. *conſ.420.n.29.conſi.836.n. 13.& ſeqq.& n.21.conſ.867.n.11.& ſeq. conſ.10.12. n.26.conſ.1076.n.2.& ſeq.conſ.1079.nu.29.& l.br.4. præſumpt.85.n.34.* Intrig. *de ſubſt. cent.3.q.85.in fine.* Peregr. *conſ.41.n.12.in fin.li.5.& in tract.de fideic.art. 25.n.15.2.26.* Ruſticus *in l.cum auus, lib.6.c.8.n.16. ff.de cond.& demõſt. cum multis alijs allegatis q.311.n. 42.& ſeq.*& dixi etiam *conſ.73.n.10. verſ. nec pariter.*

9 Ratio eſt, quia præſumitur teſtatorem voluiſſe ſuam diſpoſitionem eſſe cõformem diſpoſitioni iuris municipalis, & potiùs diſpoſitioni ſtatutorum, quam iuris communis Rota Rom. apud Farinac. *dec.508.n.4.* Soc. iun. *conſ.168 n.18.lib.2.* Menoc. *conſ.524.n.7.& conſ.836. n.14.& ſeqq.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.6.tit.6.* Pereg. *conſ.41.n.11.lib.5.* vbi poſt multos relatos dicit teſtatorem præſumi ſe conformare cum diſpoſitione legis municipalis ſuæ patriæ, quam cum diſpoſitione iuris cõmunis, quod & ego affirmaui *conſ.73 n.8.*

Declaratur tamen multipliciter hæc limitatio ex traditis *d.q.311.n.42.& ſeqq. multis*, vbi latè & videndus erit Ruſtic. *d.lib.6.c.8.n.17.*

Limitatur tertiò, quando teſtator tacitè, vel expreſſè habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, ita poſt alios ſcribũt Præt. *conſ.161.n.13.& de interpr. vlt. vol. fol.293.nu.67.* Menoch. *conſ.585.n.23.conſ.900.n.40. conſ.1012.n.27.* vbi de tacita conſeruatione bonorum in agnatione ob vocationem maſculorũ, *conſ.1029.nu.31.* vbi allegat 25. Doctor. *& conſ.1040.nu.1.& ſeqq.* cum multis alijs allegatis *dicta q.311.nu.28.& ſeqq.* 10

Ratio eſt, quia fœminæ non ſunt aptæ conſeruare agnationem, cum per eas finem habeat, *l. pronunciatio, ff. de verborum ſignif. §. cæterum,& §. media, inſtit. de legit agnat. ſucceſſ.* 11

Declaratur tamen iſta limitatio ex dictis *d.q.311.nu. 28.& ſeqq.* 12

Limitatur quartò, quando teſtator vocauit deſcendẽtes maſculos, vt poſt alios ſcribunt Hier. Gabr. *conſ.132. q.5.lib.1.*& Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.293.n.67.in fin.*& dixi, *q.311.n.10.& ſeqq.& q.401.n....* 13

Declaratur tamen iſta limitatio ex his, quę latius ſcripſi in dictis quæſtionibus.

Limitatur quintò, quando teſtator vocauit filios maſculos, & eorum deſcendentes, nam in deſcendentibus cenſebitur repetita qualitas maſculinitatis, latè Menoch. comprobat *conſ.585.* vbi allegat Ruin. *conſ.115.nu.5.6. lib.3.* Iaſ. *conſ.228.num.2.lib.2.* Rimin. iun. *conſ.179 n. 4.* Curt. iun. *conſ.3.1.nu.24.* Ludou. Molin. *lib.3.de Hiſpan. primog. c.5.n.59. rurſus* idem Menoch. *conſil.420. nu.30.& infra*: & in primogenitura idem tenet Raud. *conſi.5.n.9.lib.2.* 14

Ratio eſt, quia in eadem oratione per copulam ſunt vocati filij maſculi, & eorum deſcendentes, cuius copulæ natura eſt exæquare omnia copulata, *l.quamuis, C.de impub.& alijs ſubſtit.*& ibi Bald. Alia argumenta indicantur apud Menoch. *d.conſi.585.* Et videnda erunt quæ ſcripſi *q.402.n....* 15

Ampliatur iſta limitatio dupliciter per Menoch. *dict. conſi.585.*

Quinimò ſi teſtator vocaſſet in primis ſubſtitutionibus maſculos, & in defectum maſculorum fœminas, & deſcendentes ab eis, vt ſupra, ſoli deſcendentes maſculi fœminarum cenſerentur vocati, ob dictionem, vt ſupra, Peregr. *conſ.41 nu.16.& ſeqq. libr.5.*& faciunt in fortioribus dicta a Deciano *conſ.24 n.20.lib.2.*& quæ dixi *d.q.311.num....* 16

Limitatur ſextò, quando teſtator fœminis deſcendentibus prouidit de dotibus, nam non venirent in ſubſtitutione de deſcendentibus, & cenſerentur excluſæ à reliquis bonis, Hieron. Gabr. *conſ.132.n.41.lib.1.* Menoch. *conſ.197.n.55. verſi.10.& conſ.867.n.15.* cum alijs de quibus *q.311.nu....*& plures allegat Ruſtic. *in d.l.cum auus.lib.6.c.8.n.14.ff.de cond.& demonſtr.* 17

Contrariam opinionem tenent alij relati à Ruſtic. *d. cap.8.num.13.*

Limitationes aliæ habentur ex traditis, *d.q.311.* vbi latiſſimè de materia, & aliqua hic repetij in terminis de vocatione deſcendentium, vt habeantur authoritates in terminis terminantibus loquentes, quas ſemper mihi placuit conſulendo habere.

QVÆSTIO CCCXXVI.

Liberos vocans ad fideicommiſſum, an tam maſculos quàm fœminas dicatur vocaſſe?

EX dictis in præcedenti quæſtione poſſumus habere an vocatis liberis, dicantur vocati tam maſculi, quàm fœminæ? Nihilominus vt authoritates in terminis habeantur diſtinctè & de hac quæſtione agendum eſſe cenſui: receptum

ceptum ergo eſt apud omnes, quod vtriuſque ſexus liberi contineantur, *l. liberorum, ff. de verbor. ſignifi. l. officiales, C. de epiſc. & cleric.* Eman. Coſta, *in cap. ſi pater, in verb. ſi abſque liberis, nu. 22. de teſtam. in 6.* Alex. *conſil. 188. lib. 3.* Corn. *conſ. 230. n. 6. lib. 2.* Dec. *conſi. 248. nu. 2. & conſ. 253. n. 4.* Curt. iun. *conſ. 49. n. 5.* Alciat. *conſ. 563. n. 1.* Alba. *conſ. 19. n. 13.* Menoch. *conſ. 420. nu. 26. conſi. 565. n. 8. verſ. & dicendum, conſ. 856. n. 21. conſ. 1040. n. 5. conſ. 1070. n. 1. & lib. 4. præſumpt. 84. n. 25.* Pereg. *cōſ. 44. n. 1. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 25. n. 8.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 289. nu. 24.* & alibi ſæpiſſimè, Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 8. num. 3. ff. de condit. & demonſtr.* vbi dicit poſt alios citatos venire ex propria verborum ſignificatione, & *n. 7.* ampliat etiam procedere in contractibus plures ad hoc referens.

Declaratur autem iſta receptiſſima ſentētia multipliciter ex dictis, *qu. præced. & q. 311.* & per Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 6. cap. 8. n. 15. & ſeqq.*

Et nepotem ex filia venire probatur, *in l. 1.* & ibi Gloſ. *C. de condit. inſert.* Cepol. *conſ. 49. num. 4.* Iaſ. *conſi. 140. col. 2. verſ. tertiò accedendo, & conſ. 142. col. 4. verſ. ſed vltra, lib. 2.* Roman. *conſ. 148. col. 1.* Alciat. *conſ. 34. n. 8. lib. 9.* Crott. *conſ. 1. n. 2. & conſ. 57. n. 9* Alba. *conſil. 19. n. 3.* Gerard. Mazz. *conſi. 5. n. 82.* Socin. iun. *conſi. 114. n. 4. lib. 1.* Ruſtic. *d. lib. 6. cap. 8. nu. 25. & ſeq.* vbi declarat, & erunt videnda dicta *quæſt. præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes, vel liberos vocans ad fideicommiſſum dicitur omnes in infinitū vocare, declara multipliciter.*
2 *Deſcendentes filios vocans non dicitur vocaſſe, niſi liberos primi gradus.*
3 *Deſcendentes ex Titio vocans dicitur vocaſſe ſolum filios primi gradus, contra n. 7. & ſeqq. declara n. 10. & ſequentibus.*
4 *Dictio, ex, denotat cauſam proximam, & immediatam, & nu. 5. quod propriè declara n. 10.*
14 *Deſcendentes vocans, non omnes ſimul, ſed prout ab inteſtato ſuccedunt cenſetur vocare.*
21 *Dictio, alius, eſt repetitiua ſimilium.*
24 *Deſcendentes vocans, non omnes in infinitum cenſetur vocare, ſi diſpoſitio teſtatoris eſt reſtricta ad aliquod tempus, ſed ſolum illos, qui intra illud tempus naſcuntur.*
25 *Deſcendentem, vel liberum in numero ſingulari vocans dicitur vocare ſolum filios primi gradus.*
26 *Dictio, ſeu, ſtat ampliatiuè, vel expoſitiuè.*
28 *Species oppoſita generi reſtringit genus, ſiue præcedat, ſiue ſequatur.*
31 *Liberos ſi imperitus teſtator vocat dicitur ſolum filios primi gradus vocare, declara n. 32.*
33 *Deſcendentes ex tali matrimonio vocans dicitur vocare ſolum liberos primi gradus, contra nu. 54.*
38 *Liberorum appellatio vltra trinepotem comprehendit, contra nu. 39.*

QVÆSTIO CCCXXVII.

Deſcendentes, vel liberos vocans ad fideicommiſſum, an omnes ij, qui in infinitum vocaſſe dicatur?

1 NOtiſſima, ac facilis, ab omnibuſque recepta eſt concluſio, quod ſi teſtator ſubſtituit deſcendentes, vel liberos, cenſetur ſubſtituiſſe omnes in infinitum, quod probatur *in l. liberorum, ff. de verbor. ſignif. in l. vltima, C. de legit. hæredit. in § 1. in auth. de hæred. ab inteſt. venient. & in cap. nouit. ext. de iud.* & deſcendentium vel liberorum appellatione omnes in infinitum venire ſcribunt Iacob. de Beluiſ. *in auth. de reſtit. fideic.* & ibi Bart. Alciat. *in l. liberorum, col. 1. ff. de verb. ſign.* Franc. *in ca. ſi pater, colum. antepen. ver. vigeſimo ſexto de teſtam. in 6.* Alex. *conſi. 56. col. 1. lib. 1. conſi. 160. lib. 2. & conſi. 24. n. 13. lib. 5.* Soc. ſen. *conſi. 51. col. 1. lib. 4.* Dec. *conſi. 223.* Pariſ. *conſ. 51. nu. 30. & conſi. 88. nu. 11. & ſeq. lib. 2.* Alciat. *conſi. 36. num. 10. lib. 9.* Ceph. *conſil. 664. n. 26.* Menoch. *conſ. 1. nu. 197. & ſeq.* vbi dicit liberorum nomen extendi vltra trinepotem, *conſi. 152. num. 28. conſil. 328. dubio primo,* vbi de liberis agit, *conſi. 585. nu. 29.* vbi de deſcendentibus, & *conſi. 1099. num. 14.* Peregr. *conſ. 44. num 1. libr. 1.* vbi loquitur de liberis, Craſſ. *in § fideicommiſſum, qu. 15.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 11.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 289. nume. 24.* vbi tam de liberis, quam de deſcendentibus, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 91. num. 7.* Peregr. *de fideicom. art. 22. nu. 43.* vbi de liberis, & de deſcendentibus loquitur, Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 4.* vbi latè, & etiam ampliat *deciſ. 7. & deciſ. 12. num. 4.* Rot. Roma. *in nouiſs. 211. num. 2. par. 2.* & apud Farinac. *dec. 492. nu. 1. par. 4.*

Ampliatur iſta concluſio, & ſi teſtator verbo deſcendentes adiecit verbum filios ſpeciale, vt ſi ſubſtituit deſcendentes filios Titij, ita in cauſa grauiſſima ſuper teſtamento D. Chriſtofori de Madijs tenebat Excellentiſſimus D. Bartolomeus Stella Iuriſconſultus ſummæ doctrinæ, ego verò contrarium in illamet cauſa conſului, tenendo verbum filios, ſpeciale reſtringere verbum, deſcendentes, generale: rationes vtriuſque videri poterunt *in meo conſi. ſecundo,* in illa cauſa edito, vbi etiam incertum eſt conſilium Excellentiſſimi Stellæ, & quæſtio fuit tranſactione ſopita, & faciunt etiam quæ dicam *infra numer. 28.* 2

Declaratur primò iſta communis concluſio, vt locum non habeat, quando vocati ſunt deſcendentes ex Titio, quia intelligitur de filijs primi gradus Titij. 3

Probatur primò hæc ſententia, *in § filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt.* ibi nepos qui ex filijs, pronepos, qui ex nepotibus.

Secundò facit, quia dictio, ex, denotat cauſam immediatam, ita quod teſtator videatur ſenſiſſe de filijs primi gradus, qui immediatè ab ipſis vocatis deſcendunt, iuxta tradita à Bart. *in l. 1. § ex incendio, ff. de incend. ruin. & naufrag.* Bald. *in l. pecorib. C. ad leg. Aquil. & in l. non dubium, C. de legib.* Doctor. *in rub. ff. ſi cert. pet.* Soc. ſen. *d. conſ. 51. num. 7. & ſeqq. lib. 4.* Menoch. *conſ. 40. n. 3. & conſi. 129. nu. 99.* 4

Tertiò, dictio, ex, propriè denotat cauſam proximam, impropriè autem cauſam remotam, Alexan. *in l. ſed & ſi plures, § in arrogato, nu. 9. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & conſ. 49. nu. 3. lib. 3.* atqui verba ſunt propriè accipienda, non impropriè, niſi manifeſtè conſtet de contraria voluntate, *l. non aliter, ff. de legat. 3.* & in ſpecie Ceph. *conſ. 330. n. 42.* vtitur hoc argumento. 5

Vltimò, hanc opinionem probarunt Ceph. *conſ. 330. n. 40. lib. 3.* Menoch. *conſil. 482. nu. 1. & conſil. 585. nu. 31. & ſeq.* vbi alios allegat Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 289. nu. 24. in fine.* 6

Mihi tamen ſemper magis placuit contraria opinio, quam etiam probaui in cauſa grauiſſima de Calinis, vt *in conſil. 40. dubio 3.* 7

Mouebat primò per tex. *in l. 1. C. de cond. inſert. & in l. Lucius, in fine, ff. de hæred. inſtitut. in verb. ex ſe natum, iuncto verbo, liberos,* vbi appellatione filiorum ex ſuo corpore natorum veniunt etiam liberi vlterioris gradus, quàm primi, idque in illis terminis tenuerunt Angel. ibi, Soc. ſen. *conſi. 51. num. 10. lib. 4.* vbi pulchrè comprobat, Menoch. *conſ. 124. nu. 100. & ſeqq. conſ. 1037. nu. 8. & conſ. 1039. n. 9.* Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 36. nu. 2.* 8

vbi ſcribit eſſe communem opinionem Peregr. *de fideic. art.*28.*num.*34. vbi teſtatur de communi opinione Barz. *dec. Bonon.*4.*nu.*34. vbi dicit Doctores ita communiter tenere cum alijs multis allegatis à me *ſupra quaſt.* 321. quibus coniecturis appellatione filiorum veniant nepotes, *nu.*13. *& ſeqq.*

9 Secundò in ſpecie noſtra quando diſpoſitiuè ſunt vocati deſcendentes ex aliquo, quod veniant omnes deſcendentes in infinitum, adducebam Soc. ſen. *conſi.*51.*nu.*10. *lib.*4. Alciat. *in l. liberorum, in fine, ff. de verb. ſignif.* Ripa *in l. ex facto §. ſi quis ita, nu.*6. *ff. ad Trebell.* & ante eum Alex. ibi *num.*4. Rebuff. pulchrè *in l. cognoſcere, §. liberorum, ff. de verb. ſignif.* vbi ſcribit, quod ſi eſt facta mentio de filio nato ex Titio, non comprehenditur progenitus ex nepote, quia dictio, ex, denotat cauſam proximam, & immediatam: aliud eſt, quando vocatur deſcendens ex aliquo, vel per aliud verbum collectiuum denotans varias perſonas, quia tunc omnes deſcendentes continentur in infinitum, & hoc quia verbum, deſcendentes, latè patet, & de ſui natura omnes in infinitum comprehendit, ideò non patitur reſtrictionem ex eo, quod vocati ſint deſcendentes ex aliquo, idem ſcribit Pariſ. *conſ.*51. *n.*30. *lib.*2. & hos refert & ſequitur Barz. *deciſ. Bonon.*4. *num.*17. *& dec.*7.*n.*2. *&* 4. *verſ. his tamen non obſtantibus, & numer. ſeqq.* vbi dicit, quod appellatio deſcendentium eſt relatiua ad ſtipitem, cuius reſpectu omnes dicuntur deſcendere ex eo, idem voluit Peregr. *de fideicom. art.*22.*nu.*54. [Idem voluit & Rota apud Seraph. *deciſ.* 939.*nu.*5.]

10 Non obſtant contraria, & præcipuè quod dictio, ex, denotat cauſam proximam, & immediatam, nam etiam reſpicit cauſam remotam, & mediatam ſecundum ſubiectam materiam, Rip. *in l. Lucius, nu.*40. *in fi. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.*8. *tit.*18. *n.*12. Menoch. *conſ.*217.*nu.*62. *&* 63. *& conſ.*40.*nu.*29. Ceph. *conſ.*649.*n.*45. Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3. *qu.*66.*nu.* 12. 13. Et cum in deſcendentibus ſit ſanguinis continuatio, ſatis dicitur immediatè fieri, quod per rerum naturã continuatiuè procedit, vt poſt Bald. & Paul. de Caſtr. dicit Ceſ. Barz. *dec.*4.*n.*17. *&* 18.

11 Maximè autem hæc ſecunda opinio tenenda eſſet, quando adeſſent verba denotantia perpetuitatem, perpetuitas enim non habet temporis præfinitionem, & in ſpecie quod tunc omnes deſcendentes comprehendantur, voluit Barz. *deciſ. Bonon.*4. *numer.*22. allegat Dec. & Pariſ. addo Peregr. *d. art.*22. *nume.*54. vbi adducit Ruin. *conſi.*115.*num.*11.*lib.*3. & Rimin. iun. *conſi.*23.*num.*65. *& nu.*68.

12 Quod ſi dictio, ex, poſſet videri relata, vt admittantur deſcendentes ex Titio, ad exclusionem deſcendentium ex alio, ſecunda opinio tenenda eſſet, vt declarat Menoch. *conſi.*585.*nu.*31. *& ſeq.*

13 In alio etiam caſu ſecunda opinio ſine dubio procederet, & ſic prima opinio limitanda eſſet, ſuper quo ego conſului in eadem cauſa Calina, *vt in conſ.*40. *dubio* 3. *verſ. reſpondetur tertio*, quando ſcilicet teſtator vocaſſet primo vnam deſcendentiam in infinitum, vt puta maſculos, & defecta illa deſcendentia vocaſſet deſcendentes ex Antonino fratre, vel ex filiabus, vt erat caſus in cauſa Calina: nam cum diſpoſitio facta ſit ſub conditione reſpiciente futurum euentum, & longiſſimum tempus poſt, & ignoratur an illo tempore poſſint reperiri filij, vel nepotes, vel pronepotes, vel vlteriores, vt voluntas teſtatoris ſortiatur effectum in ſubſtitutione, dicendum eſt vocationem non eſſe reſtrictam ad filios fratris, vel filiarum, ſed debet comprehendere omnes deſcendentes, per ea quæ dicunt, Cephal. *conſi.*16. *numer.*64. Menoch. *conſil.*530. *numer.*24. Peregr. *de fideicomm. art.*22. *num.*50. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*9. *tit.*8. *num.*20. qui volunt nepotes ſine dubio venire appellatione filiorum, quando diſpoſitio reſpicit futurum, & ignoratur, an illo tempore ſint extituri filij, vel nepotes. [Circa hanc declarationem videndus erit Surdus *conſ.*315. *& conſil.* 554. vbi plura in his terminis.]

Declaratur ſecundò, vt non omnes ſimul veniant, ſed 14
cenſentur vocati prout ab inteſtato ſuccederent, Soc. ſen. *conſ.*51.*n.*19. *& ſeq. lib.*4. Natt. *conſi.*474.*num.*26. Menoch. *conſil.*774.*num.*7. dum dicit cenſeri vocatos proximiores, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.*289.*nume.*24. Pereg. *de fideic. art.*21.*numer.*1. & quæ dixi *quæſtione* 481. præſumitur enim, quod teſtator voluerit ſuam diſpoſitionem eſſe debere conformem diſpoſitioni iuris, Bartol. Alex. Ripa, & alij communiter, *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

Declaratur tertiò, vt ſi adſint deſcendentes mediati & 15
immediati, quod cenſentur vocati deſcendentes immediati, & proximiores, ita poſt alios relatos dixit Menoch. *conſ.*774.*n.*7. *& ſeqq.* vbi idem dicit, quando vocantur filij, vel liberi, vel hæredes & ſimiles.

Hæc tamen declaratio non eſt abſolutè vera, quia ſi ſunt tales deſcendentes quod & remotiores non proximioribus forẽt admittendi ab inteſtato, vel poſſet locum habere repræſentatio, vel tranſmiſſio, vtique omnes venirent, de quo tamen videnda erunt quæ dixi *q.*481. *& ſeq.* vbi materia proximitatis, repræſentationis, & tranſmiſſionis diſcutitur.

Declaratur quartò, quia ne ſequatur abſurdum ver- 16
bum, deſcendentes, reſtringi debet ad filios primi gradus, vt eſt caſus, *in l. Lucius, la ſeconda, ff. de hæred. inſt.* vbi dicit Bero. *conſi.*122.*num.*5.*lib.*2. prout eum refert, & ſequitur Menoch. *d. conſi.*328.*num.*2. Surd. *conſ.*554. *num.*16.*lib.*4.

Declaratur, quintò, quando teſtator facta mentione 17
liberorum exponendo dixit, ſe intelligere de maiore natu, & poſtea de ſecundo genito in ordine geniture, quia tunc ſolum intelligitur ſenſiſſe de filijs primi gradus, quia ordo geniture conſideratur inter plures fratres, non autem inter filium, nepotem, & pronepotem, ita declarat Menoch. *d. conſil.*328.*numer.*4. *verſic. ſecundo confirmatur.*

Declaratur ſextò non habere locum, quando teſtator 18
in prima ſubſtitutione vocat filios vnius, in ſecunda verò ſubſtitutione vocat liberos alterius, cum additione verbi, vt ſupra, quia tunc etiam in ſecunda cenſetur intellexiſſe de filijs, prout fecit in prima, Menoch. *conſil.*328. *numer.*5. *verſic. tertio*, Surd. *conſ.*554. *numer.*16. *libr.*4. vbi dicit idem eſſe quando vocantur liberi eiuſdem, & in prima ſubſtitutione intellexit de liberis primi gradus, quia & in ſecunda eadem facienda erit interpretatio ob verba reſtrictiua, & relatiua poſita in ſecunda. [Hanc declarationem probant, & Dec. *conſ.*377. *col.*3. Menoc. *conſ.*347.*num.*7. ad medium, & Surd. *conſ.*315.*num.*12. *verſic. ſecundo.*]

Declaratur ſeptimò, quando liberi Titij eſſent vocati, 19
& poſtea dictum eſſet, & ſi illi ſine liberis deceſſerint, &c. nam liberi diſpoſitiuè vocati intelligi debent ſoli liberi primi gradus, non autem de vlterioribus, cum illi reperiantur poſiti in conditione ad excluſionem liberorum primi gradus: aliàs ſequeretur quod vna perſona eſſent agens, & patiens, contra *l. Vranias, ff. de fideiuſſor.* & ſcribunt Doct. *in l. ſi debitori, C. de pact.* Conditio enim liberorum ſe habere debet ad eſſe & non eſſe, *l.*1. & ibi Doct. *ff. de condit. & demonſt.* & hoc non poſſet contingere ſi liberi diſpoſitiuè vocati eſſent, & ſic omnes deſcendentes, ita declarant Soc. iun. *conſi.*108.*n.*23. *lib.* 2. quem refert & ſequitur Menoch. *d. conſ.*328.*n.*8. *verſ. quarto comprobatur.*

Declaratur octauò non habere locum, quando te- 20
ſtator

ſtator vocat liberos cum aliqua qualitate reſtrictiua ad filios, vt ſi vocauit liberos Titij, admittẽdo prius maiorem natu, & poſteà alios ſucceſſiuè, quia intelligitur alios filios ſucceſſiuè vocare, non autem vlteriores liberos. Menoc. *d.conſ.*328.*n.*11.*& ſeq.* vbi allegat Corn.*conſ.* 182.*nu.*6. *lib.*5. Ruin.*conſ.*23.*n.*2.*lib.*1. Curt.iun. *conſi.*257.*n.*23. Pariſ.*conſi.*20.*n.*54.*lib.*3. Dec.*conſi.*55.*nu.*7.*lib.*9.

21 Ratio eſt, quia dictio, alius, eſt repetitiua ſimilium, Menoch.*conſ.*335.*n.*18.*& conſ.*401.*nu.*72. Ceph.*conſ.* 249.*n.*5.6.*& conſ.*414.*nu.*12. Did.*Pract. Quæſt.cap.*25. *n.*7. Petr.*de fideic.qu.*5.*nu.*545.*& ſeqq.* Præt.*de interpr. vlt.vol.fol.*171.*n.*202.

22 Declaratur nonò, non procedere, quando teſtator verbo, liberis, adiecisſet verba, meis, vel ſuis: quia cenſetur vocare liberos immediatè, & ſic primi gradus, Menoch. *conſ.*328.*n.*14. vbi mouetur ex eo, quia hæc verba meus, ſuus, ſunt reſtrictiua, & ob id quando vocantur filij ſui, vel mei, filiorum appellatione non veniant nepotes, de quo etiam dixi *q.*321. quibus coniecturis filiorum appellatione non veniant nepotes, *n.*27.

23 Sed dubia redditur hæc declaratio ex his quæ ſcripſi *d.q.*321.*nu.*28. vbi probauit nepotes venire filiorum appellatione, licèt vocati ſint filij ſui, vel mei, immo non rectè arguitur de verbo, filijs, ad verbum, liberis, nam nepotes, & vlteriores non veniunt propriè filiorum appellatione, ſed impropriè, & per interpretationem, vt dixi *qu.* 319. quod ſecus eſt in verbo, liberis, quod propriè cõtinet omnes deſcendentes in infinitũ, *d.l.liberorum, ff.de verb. ſignific.* & volunt omnes relati *ſupra num.*1. & non video quomodo ſi ego in diſpoſitione ſẽtiam de omnibus meis deſcendentibus, facienda ſit reſtrictio ad deſcendentes primi gradus ob verbum, meis, cum ſine eo verbo, nec aptè posſim exprimere, de quibus deſcendentibus ſentiã; reijcienda igitur erit iſta declaratio.

24 Declaratur decimò non procedere, quando diſpoſitio teſtatoris eſt reſtricta ad aliquod tempus, nam intelligitur vocaſſe deſcendentes, qui intra illud tempus poſſunt veriſimiliter naſci, Dec.*conſil.*1.*nu.*254.*lib.*1. Menoch. *conſi.*328.*n.*17.

25 Declaratur vndecimò, vt concluſio procedat ſi in numero plurali teſtator vocauit liberos, vel deſcendentes, ſecus ſi in numero ſingulari vocauit liberum, vel deſcendentem, quia tunc de liberis, & deſcendẽtibus primi gradus vocatio intelligenda eſt. Probatur hoc *in l.ius agnationis, ff.de pact.* & ibi Bald. & Iaſ. Tiraquell. *in l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, nume.*243. *C.de reuoc. donat.* quos ad ſpeciem iſtam retulit, & ſequutus fuit Menoch.*d.conſi.*328.*n.*20. vbi ampliat, & ſi vocauerit teſta-
26 tor liberum, ſeu liberos, quia licet dictio, ſeu, ſtet ampliatiuè, vel expoſitiuè, vt ſcribunt Bartol. *in l.ſi quis ita, ff.de aur. & arg.legat.* Did.*libr.*2. *Variar.reſol. cap.*3.*nu.*10. Menoch.*de arbitr.iud.c.*343.*n.*17. Ceph.*conſi.*532.*n.*15. tamen tunc ampliat reſpectu numeri, ac ſi dixiſſet filiũ, ſeu filios, non autem reſpectu gradus, vt ſi dixiſſet filium, ſeu nepotes.

27 Declaratur duodecimò non habere locum, quando teſtator pro ſynonymis habuit verbum, filios, & verbum, liberos, quia verbum, liberos intelligitur de liberis primi gradus, ita ſcribit Menoch. *conſi.*328.*n.*22.*lib.*4. vbi reddit rationem, quia verbum generale, liberos, reſtringitur à verbo ſpeciali, filios, per reg.*c.*2.*de reſcript.in*6.*&*
28 *l.nam quod liquida, §.vlt.ff.de pæn.legat.* Quod procedit ſiue ſpecies præcedat, ſiue ſequatur genus, quia ſemper reſtringit genus Odr.*conſ.* Din.*in cap.generi, n.*8.*de reg. iur.in* 6. Dec.*conſi.*92.*col.*2. Menoch. *conſ.*328.*n.*23.

29 Sed in contrarium, quod immo verbum, filios, intelligatur de liberis, non autem verbum, liberos, reſtringatur ad filios primi gradus, tenent Curt.iun. *conſ.*11.*nu.*7.*& conſ.*116.*col.pen.* & alij relati *ſupra q.*321. quibus coniecturis filiorum appellatione nepotes non contineantur, *n.*58.*& ſeqq.& q.præced. n.*78.*& ſeqq.* vbi melius.

Si tamen ex diſpoſitis appareret teſtatorem magis ſenſiſſe de liberis vocãdo filios, quàm de filijs primi gradus vocando liberos, ſequenda eſſet eius voluntas ad dilatandum verbum, filios, vel reſtringendum verbum, liberos, ita Menoch.*conſi.*328.*nu.*23. 30

Declaratur decimotertiò non haberẽ locum, quando teſtator eſſet imperitus; quia nomen liberorum intelligitur de liberis primi gradus, Bart.*in l.liberorum, nu.*20. *ff. de verb.ſignif.* Menoch. *conſi.*328.*n.*25.*& ſeqq.* vbi vult procedere etiam in teſtamento ſcripto à notario, Surd. *conſi.*554.*n.*11.*lib.*4. Ruſtic.*in l.cum auus, libr.*6.*c.*8.*n.* 19.*& c.*17.*ff.de condit. & demonſtr.* 31

Sed in teſtamento latinè ſcripto à notario contrarium tenendum eſt, prout in fortioribus dixi *q.*321. quibus cõiecturis filiorum appellatione non veniant nepotes, *nu.* 107.*& nu.*108. & latiſſimè comprobat Ruſtic. *in l.cum auus, lib.*6. *c.*17.*ff.de condit. & demonſtrat.* 32

Declaratur decimoquartò non procedere concluſionem, quando vocati eſſent liberi ex tali matrimonio, quia reſtringitur ad filios ex illo matrimonio, vt tenet Ripa *de ſecund.nupt.reſp.*9.*n* 9. 33

Sed & iſta declaratio diluitur ex his, quæ ſcripſi in fortioribus *d.quæſt.*321. quibus coniecturis filiorum appellatione non veniant nepotes, *nu.*21. vbi poſt alios citatos dixi nepotes veniſſe appellatione filiorum ex ſuo matrimonio natorum. 34

Declaratur decimoquintò non procedere, quando teſtator in ſubſtitutione fecit mentionem de liberis, & deſcendentibus, quia tunc pro liberis dicitur intellexiſſe de liberis primi gradus, Surd.*conſi.*554.*n.*6. *verſi.ſuper concluſionibus, lib.*4. 35

Declaratur decimoſextò, quando teſtator in vna parte teſtamenti fecit mentionem de liberis, & deſcẽdentibus, & in alia ſimpliciter vocauit liberos, nam hoc caſu liberorum nomen non comprehendit niſi liberos primi gradus, ſecundum Surd.*conſi.*554.*n.*11.*lib.*4. 36

Illud autem ſciẽdum eſt, quod ſi ſumus in pauperibus, & dubium eſt, an teſtator voluerit omnes vocare, & patrimonium ſcinderetur in plures partes, quod ſtrictius quam fieri poteſt ſit interpretatione patrimonium in tot partes ſcindatur Menoch.*conſ.* 27.*nu.*30. *verſ.*9. *conſil.* 585.*n.*34. vbi allegat Grat. *conſi.*120.*n.*23.*& ſeq.lib.*2. Menoch.*conſi.*774.*n.*12.*& conſi.*878.*n.*25. 37

Porrò nõ omitto, liberorum appellatione plures velle contineri vltra trinepotẽ, Gloſ. Iaſ. Non. Cuman. Franc. de Gald. & Alaobr. relati a Ruſt. cum quo, & ipſe tranſit comprobando *in d.l.cum auus, lib.*6.*c.*8.*nu.*22.*ff.de cond. & demonſtr.* addo Menoch.*d.conſ.*1.*nu.*197.*& ſeqq.* 38

Alij volunt contineri ſolum vſque ad trinepotem incluſiuè Bart. Alex. Iaſ. Alciat. Emil. Ferret. Bellon. Bald. Cap. Pariſ. Menoch. Rol. à Valle, & Rub. Alex. quos congeſſit Ruſtic.*d.c.*8.*num.*21. & infra, vbi etiam dixit eſſe communem opinionem.

Sed à prima opinione recedendum non eſſe exiſtimo, quæ probatur ex generalitate, *l.liberorum, ff.de verb. ſignific. l.*1. *§.generaliter, ff.de leg.præſt & l.ſed & ſi hac, §.liberos, & l.quique, §.parentes, ff.de in ius vocand.* 39

QVÆSTIO CCCXXVIII.

Deſcendentes vocans, an non hæredes vocaſſe dicatur?

DESCENDENTES ad fideicommiſſum ſunt vocati, dubitatur an ſi non ſint hæredes admittantur? Et dicendum eſt admitti, vt ſcribunt Natt.*conſi.*431.*n.*8. Præt.*de interpret.vlt.vo.* 1

lunt.fol.289.nu.24.ad medium, & dicam latius alibi.

Limitatur quando aliud eſſet cautum in teſtamento, nam voluntas teſtatoris ſeruanda erit in ſpecie, Alexand. *conſi.1.n.9.& ſeq.lib.1.* Corn.*conſi.199.col.3. lib.2.* Alciat.*conſi.17.n.21.li.9.* Guid.Pap.*q.457.* Præt.*de interp. vlt.vol.fol.289.nu.24.*

S V M M A R I V M.

1 *Generationis appellatione veniunt deſcendentes.*
2 *Generationis appellatione veniunt fœminæ, & deſcendentes ab eis, contra n.3.*
4 *Pronepos ex fœmina nõ venit appellatione generationis.*
5 *Generatione maſculina vocata non veniunt fœminæ.*
7 *Generationis appellatione veniunt agnati.*
8 *Generationis appellatione veniunt hi, qui venirent vocata parentela, & familia.*

QVÆSTIO CCCXXIX.

Generatione vocata ad fideicommiſſum, qui veniant?

1 VIdimus, qui veniant appellatione filiorum, deſcendẽtium, & liberorum, ſequitur vt videamus de alijs ſimilib. & in primis vocata generatione, qui contineãtur.

Primò dicendum eſt propriè venire deſcendentes, veluti ab eo generatos, *l.liberorum, ff.de verb.ſignif.* ibi *eodem genere orti*, & in fortioribus probant alia iura infra referenda. Dec.*in l.2.nu.72.ff.de reg.iur.* Imol.*conſ.62. poſt exhibitum*, Corn.*conſi.219.n.9.& ſeq.li.2.& conſ.213.n.3.lib.4.* Ceph.*conſ.606.n.17.* Menoch.*conſil.957.n.4.& alij infra n.ſeqq.relati.*

2 Secundò veniunt fœminæ, & deſcendentes ab eis, cum natus à fœmina dicatur natus ab auo materno, & ab eo genitus, Bald.*in l.1.n.3.C.de condit.inſert.* & ibi Paul.de Caſtr.*n.4.& ſeqq.* Alex.*in l.ex facto,§.vltimo,n.5.ff.ad Trebell.* & ibi Ripa,*nu.9.& ſeq.* Bald.*in c.1.§.filia,bi ſtne, de ſucceſſ.feud.* Dec.*in l.2.nume.66.de reg.iur.* Corn.*conſi.219.n.9.& ſeq.lib.2.* Bero.*conſi.77.n.17.& conſ.120.n.33.34.54.& 81 lib.2.* Crauet.*conſi.180.n.1.* Alciat.*reſp.8.n.27.verſ.tertio,li.8.* Paul.de Caſtr.*cõſ.410.n.4.verſ.tertio,lib.1.* Alex.*conſ.61.n.4.lib.*...*& conſ.53.n.6.lib.6.* rurſus Corn.*conſi.51.n.4.lib.3.& conſ.233.n.3.lib.4.* Soc.ſen.*conſ.25.nu.1.lib.3.* Dec.*conſi.233.col.2.verſic.ſed tamen,& conſi.495.n.5.* Gozad.*conſ.20.n.8.* Pariſ.*conſ.47.n.58.lib.3.* Menoch.*conſ.1127.n.9.10.* Tiraquell.*de iur.conſang.§.1.gloſ.9.n.241.* Craſſ.*in §.fideicommiſſum, qu.15.nu.5.* Corbul.*tract.de cauſ.ex quib.emph.priua.tit.de cauſ.priuat.ob line.finit.n.39.* Clar.*in §.emphyteuſis,q.36.* Præt.*de interpret.vlt.vol.fol.93.n.67.& fol.337.n.10.* Menoch.*lib.4.præſumpt.88.nu.8.* Peregr.*de fideic.art.22.n.28.* Intrigl.*de ſubſt.cent.3.q.83.nu.7.* Marcus Solon. Burgoſ. de Pace, *in comment.ad leg.Taur.Hiſpan.in proœmio,n.117.* vbi loquitur in materia primogenituræ, Boer.*q.241.nu.6.* Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.12.nu.19.* vbi tamen poſt ab Alciat. relatos dicit prius venire agnatos, quàm cognatos, & ſic prius deſcendentes ex maſculis.

Probatur primò iſta opinio per text.*in cap.nouit, ex. de iud.* ibi *de cuius genere Rex ipſe deſcendit*, iuncta expoſitione Io. And. dicentis, quod ille Rex deſcendebat de genere Theodoſij ex parte matris; eandem expoſitionem probarunt Hoſt. & Ant. de Butr.

Secundò hoc colligitur, *cap.ſtatutum,il 2.heret.lib.6.* vbi loquitur de generatione, & interpretatur etiam de deſcendentibus ex fœmina.

Tertiò, ad idem eſt text.*in l.liberorum, ff.de verbor.ſignific.* ibi *eodem genere orti*, & ibi dicitur appellatione liberorum venire omnes cognatos deſcendentes, vt ibi in princ. & poſtea *in verſ. autem* dicitur, appellatione liberorum comprehendi omnes, qui ex eodem genere ſunt orti.

Quartò, nepos ex filia dicitur generatus ab auo materno mediante filia, ad quod Paul. de Caſtr. *in d.l.1.n.5.* inducebat illum tex.*in verb.ſuſceperat*, & ex illo colligebat, quod auus maternus dicitur ſuſcipere nepotem ex filia, & iſta ſuſceptio nil aliud eſt, quam generatio.

Quintò accedit, quod Chriſtus dicitur de generatione Dauid, & ſic capitur generatio à fœminis, quæ fuer ſit de ſtirpe Dauid, *vt in ſacro Euangelio.*

Sed contrariam ſententiam, quod nepos ex fœmina, & ab ea deſcendentes nõ poſſit dici de generatione aui materni, cum generatio incipiat à patre, non à matre, & ſic filius dicatur de generatione proprij parentis, non autem aui materni, tenent alij. Bald.*in l.2.n.7.C.de iur.emphyt.* 3
Lucas de Penna, *in l.ſi quis procurator, colu.1.C.de cur.lib.10* Barbat.*in l.cum acutiſſimi,nu.120 C.de fideicommiſ.* Iſern.*in c.1.column.5.C.de conceſſ.feud.* Anchar.*in cap.pen.col.2.de pœn.in 6.* Franc.*in cap.ſi pater, column.55.verſic.duodecimo,& verſ.decimotertio,de teſtam.in 6.* Bald.*conſil.40.quidam magnus nobilis, col.2.lib.3.* Salic.*inter conſ.Bald.conſ.205.dubium ſuper quo,col.fin.li.5.* Fulgoſ.*conſi.132.in fin.* Barbat.*conſil.57.col.11.lib.2.* Corn.*conſi.190.nu.3.lib.3.* Capr.*conſi.18.nu.10.in fine*, Pariſ.*conſi.93.n.34.lib.2.* Menoch.*conſ.326.n.87.& ſeq.conſ.172.n.24.& ſeqq.conſ.774.n.3.4.5.conſ.205.n.36.conſ.1019.n.30.conſ.400.n.12.& conſ.1036.n.14.& in addit.nu.5.* Laur. Pallat.*tract.quod ſtant.maſcul.fœmin.non ſucced.n.151.* Hieron.Gig.*tract.de crim.læſ.maieſt.lib.3.q.17.n.14.& ſeq.* Curt.iun.*tract.feud.prima parte ſecun.artic.princip.num.26.* Io.Marin.*in comment.feud.tit.11.de feud.fœmin.n.44.* Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.290.nu.34.* Bertrand.*conſi.30.n.3.lib.4.*

Probatur autem iſta opinio per tex.*in l.1.§.vltimo, ff.de iur.immun.* vbi priuilegium immunitatis conceſſum generationi alicuius non competit ad eos, qui ex fœminis nati ſunt.

Secundò adducitur *cap.vbicunque, de pœn.libr.6.* vbi pœna impoſita contra aliquem & eius tertiam, vel quartam generationem, non afficit deſcendentes ex fœmina.

Non recedo à prima opinione, quæ verior & magis communis eſt. Nec obſtant iura pro ſecunda opinione allegata, quia illa loquuntur in ſuis tantum caſibus priuilegiorum, & pœnarum, & ita reſpondent Paul.de Caſtr. *in d.l.1.nu.4.C.de condit.inſert.* & Tiraquel. poſt multos relatos, *d.§.1.glo.9.n.239.*

Non omitto Menoch.*conſil.774.numer.6.* dixiſſe appellatione generationis non venire pronepotem ex fœmina. 4

Sed vocata eſſet generatio maſculina, abſolutum eſſet fœminam non comprehendit, vt ſcribunt Anchar.*conſi.* 5
359. Corn.*conſi.190.col.2.lib.3.* Pariſ.*conſi.22.n.26.lib.3.* Bero.*conſi.116.nu.9.lib.2.* Præt.*de interp.vlt.vol.fol.293.n.67.in fine.*

Limitationes plures colligi poterunt concluſioni quod fœmina veniat appellatione generationis, ex his quæ ſcripſi *in quæſtionibus*, an fœminina veniat appellatione filiorum, & deſcendentium. 6

Tertiò, agnati veniunt appellatione generationis, *l.1. in fin.ff.de probat.* & ibi Glo. Bart.*in fin.* Angel.*in 2.not.* 7
Alber.*in principio*, & Caſtr. Roma.*in rub.ff.ad Senatuſconſult.Sillan.* Bald.*in cap.ſi pater.de teſt.in 6.* Alciat.*in cap.nouit.n.22.ext.de iud.* Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.12.n.19.* Menoch.*lib.4.præſumpt.88.nu.7.*

Quartò, dicuntur vocati illi, qui dicerentur vocati vocata parentela, & familia, Paul.de Caſtr.*in l.1.ff.de probat.*

probat. Rip. *in l. ex facto, n.6 ff ad Trebell.* Menoch. *li. 4. præſumpt. 8. n.7.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q.83. n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Poſteros vocãs, dicitur vocare deſcendentes in infinitũ.*
2 *Poſteros omnes vocans, dicitur vocare, & trãſuerſales.*
4 *Poſterorum appellatione veniunt tranſuerſales, quando in deſcentibus non potuit verificari.*
5 *Fęminæ & deſcendentes ab eis veniunt appellatione poſterorum.*
6 *Poſterorum appellatione non veniunt fœminæ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, declara n.7.*
7 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris.*
8 *Poſterorum appellatione non veniunt deſcendentes ex fœmina in prohibitione alienationis, quia teſtator vult bona manere poſteris, contra n.9.*
9 *Fideicommiſſa ſunt odioſa, & ſtrictè interpretanda, contra nu.10.*
11 *Poſteritatem vocans non dicitur vocare deſcendentes ex fœmina, contra n.12. ex communi.*

QVÆSTIO CCCXXX.

Poſteris vocatis, vel poſteritate, qui dicantur vocati?

1 POſteros, vel poſteritatem vocauit teſtator ad fideicommiſſum, dubitatur, qui cenſeantur vocati? Et dicendum eſt propriè cenſeri vocatos deſcendentes, *l. vocatio, ff. de muner. & honor. l. quod his, in fine, ff. de leg. 3. l. 1. & l. 4. ff. de iur. immun.* & in dictis locis Gloſ. & Doct. *in cap. ſtatutum, in verbor. ignorare, de hæret. in 6.* Socin. ſen. *in l. Gallus, §. nunc de lege, n.5. in fi. ff. de liber. & poſthu.* Dec. *in l. 2. n.70. & ſeq. ff. de reg. iur.* Anchar. *conſil. 339.* Soc. ſen. *conſi. 51. n.3. lib. 4.* Ruin. *conſ. 117. n. 18. lib. 2.* Soc. iun. *conſi. 80. n.4. lib. 2.* Gozad. *conſi. 20. n. 8.* Ceph. *conſi. 372. n. 12.* vbi plures citat, *& conſi. 606. n. 18.* Menoch. *conſi. 331. nu. 15. verſ. & certum, & conſil. 941. nu. 12.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 292. n.61.* Pereg. *de fideic. art. 22. nu. 23. & nu. 37.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. c. 9. ff. de condit. & demonſtrat.*

2 Et veniunt omnes deſcendentes in infinitum, vt volunt præcitati omnes, addo Ceph. *conſi. 371. num. 12. & ſeq.* Menoch. *conſi. 895. n. 10. & lib. 4. præſump. 89. n. 20.* vbi alios citat. Et probatur *in l. immunitates, ff. de iur. immun. & in l. Iuriſconſultus, §. parentes, ff. de gradibus,* Ruſtic. *qui alios plures allegat, in l. cum auus, libr. 6. c. 9. n. 1. ff. de condit. & demonſtr.* & dixi ego *in conſil. 71. nu. 13. & conſil. 73. n. 22.*

3 Si tamen teſtator vocaſſet omnes poſteros, cenſeretur vocaſſe & tranſuerſales, ob vim dictionis vniuerſalis, per ea quæ ſcribit Pereg. *de fideic. art. 22. n. 23. in fine.*

4 Sic teſtator ſciebat hoc nomen non poſſe verificari in deſcendentibus, dicitur vocaſſe agnatos tranſuerſales, Ceph. *conſ. 606. nu. 16. & ſeq.* vbi in ſimili allegat Socin. ſen. *conſi. 175. n. 21. lib. 2.* addo quod dixi *qu. 320.* quando & quibus coniecturis filiorum appellatione veniant nepotes, *nu. 58.* vbi poſt alios relatos tenui, filiorum appellatione venire nepotes, quando teſtator ſciebat diſpoſitionem non poſſe verificari in filijs, & ibi etiam ad hoc probandum adduxi argumenta, quæ & ad præſentem articulum ſeruire poſſunt; & iudicantur dicta *quæſt. ab hac ſecunda, nu. 3. & q. 364. n. 3. & q. 335.* progenie vocata, qui dicantur vocati, *n. 2. & q. 351.* vtrum familia vocata veniant tranſuerſales, *n. 31. & ſeqq.*

5 Fœminæ etiam, & deſcendentes ab eis veniunt, *l. Iuriſconſultus, §. parentes, ff. de gradib. l. quod his verbis, §. fin. ff. de leg. 3. iuncta l. cognoſcere, § fin. ff. de verb. ſignifi. l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. li. 10. cap. 1. §. contra naxos, de ſchiſmat. in 6.* Cardin. *in c. 1. §. hoc quoque, col. vlt. tit. de ſucceſſ. feud.* Soc. ſen. *in l. cum auus, n. 84. ff. de condit. & dem.* vltr. & ibi Ruſtic. *lib. 6. c. 9.* Dec. *in l. 2. n. 22. ff. de reg. iur.* Anchar. *conſ. 339.* Butr. *conſi. 9. alias conſil. 1. incipit, viſo puncto,* Dec. *conſ. 269. n. 2.* Ruin. *conſ. 117. n. 18. lib. 2.* Bero. *conſi. 120. n. 11. lib. 2.* Ceph. *conſ. 372. n. 12. lib. 3.* Menoc. *conſ. 331. n. 15.* vbi alios addit Dec. *cõſ. 7. nu. 30. & ſeqq. lib. 5.* Tiraquel. *de retract. conſang. §. 1. glo. 9. nu. 204. & nu. 242.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 41.* vbi alios citat Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 15. n. 5.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 84. n. 29.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 293. n. 67. & fol. 337. n. 10.* Peregr. *de fideic. art. 22. n. 37.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. c. 5. n. 2. & n. 14. & lib. 6. c. 9. n. 1. & ſeqq.* vbi latè.

Declaratur primò non procedere ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, Corn. *conſi. 55. ante fin. & conſi. 145. n. 3. lib. 1* Ceph. *conſ. 134. nu. 15. libr. 1.* Menoch. *conſi. 1076. n. 6.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, libr. 6. c. 9. n. 3.* Dec. *conſi. 1. n. 386. & n. 391. lib. 1.* Ruin. *conſil. 141. ante nu. 5. lib. 2.* 6

Ratio eſt, quia præſumitur teſtatorem ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, vt ſæpius hoc argumento cũ alijs vſus ſum, & ſcribunt Menoc. *conſ. 836. n. 4. & ſeq.* & Farinac. *deciſ. Roman. 508. n. 4. aliàs part. 4. in nouiſſ.* 7

Hæc tamen declaratio intelligenda eſt ſecundum dicta *q. 311.* an filiorum appellatione veniant fęminæ? *n...*

Declaratur ſecundò non habere locum, quando eſſemus in prohibitione alienationis facta, quia vult bona remanere apud poſteros, nam hoc caſu ex linea fœminina deſcendentes non dicerentur vocati ad fideicommiſſum in caſu alienationis, ita Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. c. 9. n. 4.* qui mouetur ex eo, quia prohibitio alienationis eſt odioſa, quia aufert liberam teſtandi facultatem, *l. non vſque adeo, ff. ſi quis à parent. fuer. manum.* & in his quæ ſtrictè interpretantur non veniunt poſterorum appellatione deſcendentes ex fęminis, *l. 1. §. ſi ff de iur. immun. l. vocatio, ff. de muner. & honor. cap. vbicunq. de pœn. in 6.* 8

Sed non placet iſta opinio Ruſtici, nam ſi eſſet vera ob rationem ab eo allegatam, idem dicendum eſſet in omni fideicommiſſo reſtitutorio, cum ex receptiſſima omniũ ſententia ſint odioſa, & ſtrictè interpretanda, *l. cohæred. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Menoc. *conſi. 85. n. 39.* Dec. *conſi. 9. n. 10. lib. 3.* Hieron. Gabr. *conſi. 125. n. 6. lib. 2.* Rol. à Valle *conſi. 30. n. 25. lib. 4.* Odd. *conſi. 59. nu. 29.* vbi de communi opinione teſtatur, Rim. iun. *cõſ. 117. n. 35.* Ceph. *conſi. 525. n. 72.* Eugen. *conſi. 61. nu. 17.* Menoch. *lib. 4 præſumpt. 67. nu. 20. & ſeqq.* Theſaur. *deciſ. Pedem. 248. n 8.* Alexand. Rub. *deciſ. Piſan. 28. nu. 123.* cum alijs congeſtis *ſupra quæſt. 290.* 9

Niſi dicamus veriorem eſſe opinionem, quod fideicõmiſſa reſtitutoria ſint fauorabilia, quam opinionem latè defendit Mant. *de coniectur. vlt. vol. libr. 7. tit. 1.* & eſſe communem opinionem ſcribit Pereg. *de fideic. art. 1. nu. 24.* & eam ſequuntur plures congeſti, *d. qu. 290. nu. 2.* ſed vtcunque ſit, teneo contra Ruſtic. *& ad l. 1. §. fin. ff. de iur. immu. & c. vbicunque, de pœnis in 6.* quibus ipſe mouetur, reſpondeo, quod id quod ibi dicitur, obtinet tãtum ſpecialiter in ſuis caſibus propter ſubiectam materiam, nec ad alios caſus extenditur; vt ſcribunt Gloſ. Anchar. Luc. de Penn. Imol. Fulgoſ. Caſtr. Alex. Iaſ. Franc. Curt. ſen. Dec. Catel. Cott. Bertrand. & Rip. quos refert & ſequitur Tiraquel. *de retrac. conſang. §. 1. glo. 9. num. 283.* Quæ enim ſpecialiter in aliquo caſu introducta ſunt à iure, in cæteris caſibus non procedunt, *l. quod verò, & l. ius ſingulare, ff. de legib.* 10

Declaratur tertiò ſecundum aliquos, quando vocata eſſet poſteritas, nam tunc ſolum maſculos venire multi 11

ſentiunt, licet poſteris vocatis concedant, & fœminas, & deſcendentes ab eis venire; ita ſentit Alex. *conſi. 160. nu. 4. lib. 2.* quem ſic intelligit Tiraquell. *de retract. Lignag. §. 1. glo. 9. n. 203.* Anchar. *conſi. 339. col. 1.*

12 Sed contraria opinio verior eſt, quod & poſteritatis appellatione veniunt deſcendentes ex fœminis, ſicuti veniunt poſterorum nomine, ita ſcribunt Dec. *in l. 2. n. 62. verſ. tertio reperio, ff. de reg. iur.* Ruin. *conſil. 58. n. 4. lib. 5.* Alba. *conſi. 85. nu. 8.* Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. glo. 9. n. 202. & n. 239.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 2. c. 5. n. 3. & lib. 6. c. 9. nu. 11. & ſeq.* vbi etiam reſpondet ad Alex. & Anchar. qui videntur contrarium tenere, probaturque iſta opinio, *in l. cum acutiſſimi, C. de fideic.*

Declarationes aliæ haberi poterunt ex dictis *q. 311.* filiorum appellatione, an & fœminæ contineantur, vbi latiſſimè, quando maſculinum non concipiat fœmininum?

SVMMARIVM.

1 *Sanguinem vocans dicitur vocare deſcendentes, & agnatos.*
2 *Cognati non dicũtur vocati ab eo, qui ſanguinem vocat.*
3 *Sanguine vocato in concurſu præferuntur agnati cognatis.*
4 *Sanguinem vocans, fœminas vocaſſe etiam dicitur. Declara nu. 5 remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCXXXI.

Sanguinem vocans quos dicatur vocaſſe?

1 HAbui in facto teſtamentum, in quo aderat fideicõmiſſum, ad quod vocabantur illi de ſanguine, dubitabatur, qui eſſent vocati per hæc verba, conſului vocatos cenſeri deſcendentes, & hoc non habet dubium aliquod: *& conſ. meum eſt in ordine 49.* & aliqua etiam in eodem caſu ſcripſeram *conſil. 25.*

2 Præterea de ſanguine dicuntur eſſe illi, qui ſunt de genere, & ſic ſoli agnati dicuntur de ſanguine, non autem agnati ſecundum communem loquendi vſum, ita dixi *in dicto conſ. 49. nu. 4.* vbi allegaui Alciat. *in l. pronunciatio, in verbo, agnatus, ad fin. ff. de verb. ſignific.* & Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 289. n. 21. in fine.*

3 Quod ſi eſſemus in caſibus, quod ex coniecturis etiam venirent cognati, præferendi eſſent agnati cognatis. Alba. *conſil. 67.* Peregr. *tract. de fideic. art. 22. nu. 25. in fine,* quos retuli, & ſecutus ſum *dicto conſi. 49. n. 14.*

4 Fœminæ veniunt, ſicuti veniunt appellatione conſanguineorum, vt dixi *q. 304. n. 5.* & ibi declaratur.

5 Declaratur tamen hoc multipliciter ex his, quæ ſcripſi *d. conſi. 49. & ex traditis ſupra quæſt. 311.*

SVMMARIVM.

1 *Semen alicuius vocans dicitur vocare deſcendentes in infinitum.*
2 *Semen vocans, dicitur, & naturales vocare, ſi non adſunt legitimi.*
3 *Semen vocans tranſuerſales dicitur vocaſſe, ſi in deſcendentibus non potuit impleri diſpoſitio.*
4 *Verba intelliguntur de facto & impropriè, quando aliter intelligi non poſſunt.*
5 *Interpretatio, vt actus valeat, fieri debet.*

QVÆSTIO CCCXXXII.

Semen alicuius vocans, quos dicatur vocaſſe?

SImilis eſt quæſtio, quando fideicommiſſum eſt relictum ſemini alicuius, & ſi dubitatur, qui cenſeantur vocati? Dicendum eſt cenſeri vocatos deſcendentes in infinitum, *l. 1. C. de condit. inſert.* Ceph. *conſi. 664. numer. 25.* 1

Naturales etiam veniunt, quando diſpoſitio in legitimis, & naturalibus non poteſt verificari. Surd. *conſi. 279. n. 6. lib. 2. & numer. 16. & ſeqq.* declarat non procedere, quando ex coniecturis conſtaret de contraria voluntate teſtatoris. 2

Tranſuerſales etiam veniunt, quando diſpoſitio teſtatoris non poterat verificari in deſcendentibus. Surd. *conſilio 279. num. 12. verſ. ſecundo reſpondeo,* & faciunt alij relati *ſupra quæſt. 330. numero quarto,* poſteriorum appellatione veniunt tranſuerſales, *& infra quæſt. 364. numero 3* 3

Ratio eſt, quia verba intelliguntur de facto & impropriè, quando aliter intelligi non poſſunt, *l. mulieri, §. ſi quis hæred. tarium, ff. de condit. inſt. & l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de condit. & demonſtrat.* & ibi Socin. ſen. *in 4. not.* Ruin. *conſil. 110. numer. 3. lib. 3.* Cephal. *conſi. 606. numero 16. & ſeqq.* vbi in ſimili caſu vtitur hoc argumento. 4

Præterea facienda eſt interpretatio, vt actus potiùs valeat, quam pereat, *l. quoties, ff. de reb. dub. cap. Abbate, extr. de verbor. ſignific.* cum alijs multis in ſimili caſu adductis per Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. c. 12. num. 70. & ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.* 5

SVMMARIVM.

1 *Proſapiam vocans dicitur vocare deſcendentes in infinitum.*
2 *Proſapiam vocans fœminas, & deſcendentes ab eis dicitur vocare, declara ibid. remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCXXXIII.

Proſapiam vocans, quos dicatur vocaſſe?

VIdeamus etiam quando ad fideicommiſſum eſt vocata proſapia alicuius, qui admittendi ſint, & tunc dicuntur vocati, qui ſunt de generatione, & familia. *l. cum ſacris, & l. nec ciuitas, Cod. de agri. & cenſit. lib. vndecimo,* Glo. *in l. ſi quis ex corpore, Cod. de ſacrilegii. lib. vndecimo,* Iaſ. *in l. fin. C. de verbor. ſignificat.* Bald. *in cap. ſi pater, de teſtam. in 6.* & ibi Franc. *col. penult. column. 1.* Parii. *conſil. 51. numer. 11 & conſil. 93. num. 33. libr. 2.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 292. numer. 62.* 1

Fœminæ, & deſcendentes ab eis, veniunt per ea, quæ poſt alios ſcribit Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 293. num. 66. & ſeq.* vbi declaratur: & etiam pro declaratione videnda erunt ſcripta *quæſtione 311.* & aubi, quando vocati ſunt deſcendentes, liberi, generatio, poſteritas, & ſimiles. 2

SVMMARIVM.

1 *Sobolem vocans, dicitur vocare omnes deſcendentes.*
2 *Sobolem vocans dicitur vocare fœminas, & deſcendentes ab eis, declara n. 3. remiſſiuè.*
4 *Sobolem vocans propriè, non dicitur vocare, niſi natos ex iuſtis nuptijs, non autem naturales.*

QVÆ-

QVÆSTIO CCCXXXIV.

Sobole vocata ad fideicommiſſum, qui dicatur vocati?

1 TEſtator vocauit ſobolem alicuius ad fideicommiſſum, quæritur qui cenſeantur vocati? Et dicendum eſt cenſeri vocatos omnes deſcẽdentes. *vt in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. § ſi quis autem defunctus.* Alex. *in l. etiam filios, nu. 3. ff. ſolut. matrim.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. cap. 6. nu. 14. ff. de condit. & demonſtr.*

2 Et fœminæ, & deſcendentes ab eis veniunt, *l. 1. ff. ſol. matrim.* ibi *propter ſobolem procreandam, l. 3. C. de natur. liber. l. cum ſatis, in princ. & § finali, C. de agric. & cenſit. libr. 11.* Barb. *in l. cum acutiſſimi, column. 47. C. de fideicomm.* Laurent. de Pallat. *ſuper ſtat. quod ſtant maſcul. n. 192. verſ. nunc autem quæro,* quos refert, & ſequitur Ruſtic. *in l. cum auus, libr. 2. cap. 6. nu. 15. ff. de condit. & demonſtr.*

3 Declaratur multipliciter ex traditis in quæſtionibus, quando filiorum appellatione, vel deſcendentium, & ſimilium veniat fœmina.

4 Naturales autem, & legitimati, an veniant appellatione ſobolis? Ruſticus loco citato tangit, & dicit propriè venire ſolum natos ex iuſtis nuptijs, ſed etiam naturales venire dicit tenuiſſe Barbat.

SVMMARIVM.

1 *Progeniem vocans ad fideicommiſſum, dicitur vocare deſcendentes.*
2 *Progenie vocata ad fideicommiſſum veniunt tranſuerſales, quando deſcendentibus non poteſt verificari diſpoſitio, & hoc ſciebat teſtator.*
3 *Tranſuerſales veniunt vocatis omnibus de progenie, quando non extant deſcendentes.*
4 *Progenie vocata, vſque ad quem gradum admittatur.*
5 *Progenie vocata, an fœmina, & deſcendentes ab eis veniunt? Declaramus ſeqq.*

QVÆSTIO CCCXXXV.

Progenie vocata, qui admittantur?

1 PRogeniem, ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum, dicitur vocaſſe propriè deſcendentes, vt ſcribunt Franc. *in cap. ſi pater, colu. 55. verſic. quarto qui veniant, de teſtam. in 6.* Corn. *conſil. 312. col. vlt. libr. 3.* Curt. iun. *conſi. 5. num. 40.* Laurent. de Pallat. *tract. quod ſtant. maſcul. nu. 149.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 292. nume. 60.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. nu. 23.*

2 Limitatur primò, quando teſtator ſciebat nõ poſſe verificari in deſcendentibus, quia etiam tranſuerſales comprehenduntur, qui impropriè ſub nomine progeniei continentur, Roman. *in l. 1. C. ad Sillan.* Corn. *conſ. 234. n. 2. lib. 2.* cum alijs relatis *ſupra in ſimilibus, q. 330.* poſteris vocatis, qui dicantur vocati? & *quæſt. ab hac præcedenti tertia, n. 3. & ſeqq.* vbi adducuntur rationes.

3 Idem ſi vocati eſſent omnes de prole, nam non extantibus deſcendentibus veniunt tranſuerſales, Pereg. *d. art. 22. num. 23.*

4 Sed vſque ad quem gradum admittantur; & ſolum vſque ad decimum gradum admitti volunt, Dec. *conſ. 321.* & Cephal. *conſ. 137. n. 2.* Sed forſan verius eſt, quod omnes in infinitum veniant, quando cenſentur vocati deſcẽdentes, per ea quæ dixi *q. 381. primo caſu.*

5 Fœminæ etiam, & deſcendentes ab eis cenſentur vocatæ, ſiue ſit vocata proles, ſiue progenies, vt volunt Alex. *conſi. 183. lib. 3.* Curt. iun. *conſi. 49. num. 5.* Rip. *tit. de ſubſtit. reſp. 15. nu. 2.* Ceph. *conſi. 511. nu. 26.* Craſſ. *in § fideicommiſſum. q. 15. n. 5.* vbi alios adducit.

Contraria opinio, quod nepos ex filia non veniat appellatione progeniei, probat *l. 1. Cod. de emanc. lib.* & ibi Bald. Surd. *tract. de alim. tit. 1. q. 16. nu. 3.* 6

Fallit quando teſtator voluit conſulere agnationi, quia fœmina non contineretur, Gozad. *conſi. 45. nu. 10.* Ceph. *conſi. 511. n. 26.* cum alijs adductis *in qu. 321.* an filiorum appellatione veniant nepotes? 7

Fallentias alias quiſque habere poterit ex dictis eadem *qu. 311.* appellatione filiorum an fœminæ contineantur? 8

SVMMARIVM.

1 *Prolem vocans dicitur illos vocare, qui cenſerentur vocati vocatis liberis.*
2 *Tranſuerſales veniunt vocata prole, quando verbis vniuerſalibus eſt vocata proles.*
3 *Tranſuerſales veniunt vocata prole, quando ſciebat teſtator in liberis non poſſe verificari.*
4 *Fœminæ, & deſcendentes ab eis veniant-ne vocata prole?*

QVÆSTIO CCCXXXVI.

Prole vocata, qui dicantur vocati?

PRolem alicuius ſi teſtator ſubſtituit dicitur ſubſtituiſſe illos, qui veniunt liberorum appellatione, Bald. *in cap. 1. de grad. ſucceſſ.* Anchar. *in cap. vlt. col. 2. de pænit. libr. 6.* Franc. *in c. ſi pater, colu. 55. verſ. decimoquarto, de teſtam. in 6.* Bald. *conſil. 321. ſtatuto cauetur, lib. 1. conſil. 334. in quæſt. num. 8. lib. 3.* Dec. *conſi. 495. nu. 6.* Rip. *reſp. 15. num. 2. tit. de ſubſtit.* Laur. de Pallat. *tract. quod ſtant. maſcul. n. 159.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 292. num. 63.* Boer. *deciſ. 336.* Peregr. *de fideic. art. 22. n. 22. & ſeqq.* 1

Tranſuerſales etiam venirent ſi teſtator vocaſſet omnes de prole, & quando non extarent deſcendentes, Peregr. *d. art. 22. nu. 23. in fine.* 2

Sic tranſuerſales venirent, quando teſtator ſciebat diſpoſitionem non poſſe verificari in deſcendentibus, per ea quæ dicta ſunt *ſupra quæſt. præced. nu. 2.* 3

Fœminæ, & deſcendentes ab eis, an veniant? dixi *quæſt. præcedenti, nu. 5. & ſeqq.* 4

SVMMARIVM.

1 *Stirpe vocata dicuntur vocati deſcendentes, non collaterales.*
2 *Omnes de ſtirpe vocans, dicitur vocare & collaterales.*
3 *Stirpe vocata veniunt collaterales, quando diſpoſitio in deſcendentibus verificari non poterat.*
4 *Fœmina, & deſcendentes ab eis veniũt vocata ſtirpe.*

QVÆSTIO CCCXXXVII.

Stirpe vocata, qui dicantur vocati?

SImiliter ſi teſtator vocauit ſtirpem ad fideicommiſſum, cenſetur vocaſſe deſcendentes, non autem collaterales, *l. ſi quis in ſuo, in principio, C. de inofficioſo teſtamento,* & ſcribunt Imol. *in l. ex facto, § ſi quis rogatus, numer. 5. ff. ad Trebell.* Franc. *in capit. ſi pater, numero 227. de teſtam. in ſexto,* Socin. ſen. *conſilio 104. numero tertio, libr. tertio,* Paril. *conſilio 35. columna prima, & conſil. 81. numero 24. libro tertio,* Alciat. *conſilio 546. columna ſecunda,* Menoch. *conſilio 376. numero 31. & conſilio 376. num. 33.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 22. n. 23.* 1

Menoch. *libr.4.præſumpt.88.nu.9.* Intrigl. *de ſubſt.cent.3.qu.81.n.8.*

Tranſuerſales tamen venirent, ſi teſtator vocauit omnes de ſtirpe, & non extant deſcendentes, Peregr. *d.art.22.nu.23.*

Tranſuerſales etiam continentur ſi in deſcendentibus verificari diſpoſitio non potuit *ad dicta quæſt. præcedenti ab hac ſecunda, n.2.*

Fœminæ etiam dicuntur vocatæ, Io. de Monteſper. *in l. voluntas, C. de fideicom.* Paris. *conſ.35.nu.5.libr.3.* Menoch. *libr.4.præſumpt.88.n.3.* Intrigl. *d.cent.3.q.83.n.3.* Præt. *de interp.vlt.vol.fol.293.n.63. & fol.327.n.10.*

Declaratur tamen multipliciter ex dictis *qu.311.* filiorum appellatione, an veniant fœminæ?

S V M M A R I V M.

1 *Suos vocans dicitur vocare deſcendentes, qui omnibus etiam præferuntur.*

2 *Suos vocans dicitur vocare venientes ab inteſtato ſecundum gradus prærogatiuam.*

3 *Suos vocans dicitur vocare coniunctos vſque ad ſeptimum gradum.*

4 *Hæredes extranei etiam veniunt appellatione ſuorum.*

5 *Fœminæ veniunt appellatione ſuorum.*

QVÆSTIO CCCXXXVIII.

Suos vocans ad fideicommiſſum, quos dicatur vocaſſe?

SI teſtator ad fideicommiſſum vocauit ſuos, dubitatur, qui cenſeantur vocati.

1 Primò veniunt deſcendentes, qui etiam omnibus præferuntur, vt ſcribunt Decian. *conſi.217.circa finem, conſi.228.colum.1. & conſi.253.colum.2.* Crauet. *conſi.22.colum.1.* Mant. *de coniect.vlt.vol.libr.8.tit.14.nume.19.* Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.238.nu.43.* Peregr. *de fideicomm.art.31.nu.38.*

2 Et venientibus ab inteſtato ſecundum gradus prærogatiuam cenſeri vocatos volunt, Alex. *in l. Gallus, §. etiã, ff. de liber. & poſthum.* Paul. de Caſt. *conſi.374. viſis omnibus, col. vlt. & conſil.404. duo videnda ſunt, col.1.lib.1.* Brun. *conſ.43.col.2.* Rubeus Alex. *conſi.141.n.4.* Mant. *de coniect.vlt.vol.libr.8.tit.14.nu.19.* Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.238.n.43.* Pereg. *de fideic.art.22.nu.38.*

3 Et coniunctos vſque ad ſeptimum gradum venire dixit Alex. *conſi.32.nu.5.lib.6.*

4 Hæredes etiam extranei veniunt ſuorum appellatione vt ſcribunt Iaſ. *in d.l. Gallus, § etiam ſi parente, n.13.ff. de liber. & poſthum.* Imol. *conſi.21.* Alex. *conſi.26.n.5.lib.5.* Dec. *conſi.216.n.6.* Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.238.n.45.* Peregr. *de fideic.artic.22.n.38.*

5 Fœminæ etiam veniunt, vt tradunt Dec. *conſ.253.nu.4.* Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.293.nu.67.* Quod tamen declarandum erit, iuxta ea quæ dixi *qu.311.* an vocatis filijs veniant fœminæ?

S V M M A R I V M.

1 *Hæredum appellatio in diſpoſitiuis comprehendit tam hæredes bonorum quam ſanguinis, contra nu.6. ampliatur & declaratur latè per totum.*

2 *Hæredum appellatione in contractibus veniunt hæredes bonorum.*

3 *Hæres idem eſt quod dominus.*

4 *Verborum proprietas in vltimis voluntatibus attendi debet, declara nu.41. & 43.*

5 *Agens ex fideicommiſſo probare debet concludenter ſe eſſe vocatum.*

7 *Hæredes & filij inſtituti præſumuntur magis dilecti hæredibus, & filijs ſubſtituti.*

8 *L. pater filium, §. penult. ff. de leg.3. intellectus datur, & num.11.*

9 *Conditio debet ſe habere ad eſſe, & non eſſe.*

10 *Nemo decedit ſine hærede, & nu.77.*

11 *Hæredes & ſucceſſores vocans dicitur vocare extraneos etiam hæredes, contra n.13.*

12 *Succeſſoris nomen importat ſucceſſorem bonorum.*

14 *Succeſſor idem ſignificat quod hæres.*

15 *Hæredes & ſucceſſores vocans intelligendo de deſcẽdentibus non cenſetur vocare niſi etiam ſint hæredes.*

17 *Hæredis appellatione veniunt extranei, ſi diſpoſitio non poterat verificari in deſcendentibus, & n.42.*

18 *Hæredibus in perpetuum vocatis veniunt & extranei hæredes, contra nu.19.*

20 *Hæredes ſuos vocans cenſetur extraneos bonorum hæredes vocare, & n.25. contra nu.26.*

21 *Hæredis nomen comprehendit hæredes extraneos, quando de filijs facta eſt ſpecialis mentio.*

22 *Interpretatio fieri debet, ne verba ſint ſuperflua.*

23 *Vſuſfructus legatum pro ſe, & hæredibus intelligitur factum hæredibus extraneis.*

24 *Legata annua Titio & eius hæredibus facta, intelliguntur facta hæredibus bonorum.*

27 *In vita alicuius, & eius hæredibus facto legato, intelligitur de hæredibus ſanguinis.*

28 *Viuens non poteſt habere hæredem.*

29 *Hæredum mentione facta intelligitur poſt mortem, niſi aliud expreſſè ſit dictum.*

30 *Hæredis nomen intelligitur de hæredibus ſanguinis in re non tranſitoria ad hæredes extraneos, decl. n.34.*

30 *Feudum pro ſe, & deſcendentibus acquiſitum, ſi vni relinquatur & eius hæredibus, de hæredibus ſanguinis intelligitur, declara nu.34.*

31 *Hæredis verbum in feudis accipitur pro filijs ſi feudum non poteſt tranſire ad extraneos hæredes.*

32 *Verba dubia intelliguntur pro rerum, & perſonarum conditione.*

33 *Emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus, intelligitur conceſſa pro deſcendentibus non extraneis hæredibus, declara n.34.*

34 *Hæredes quoſcunque vocans dicitur vocare, & extraneos hæredes, & n.39. contra n.38.*

35 *Verba vniuerſalia operantur, vt in diſpoſitione contineantur, quæ alias non venirent, & n.82.*

36 *Hæredes extranei non veniunt appellatione hæredum, quando teſtator in præcedentibus diſpoſitiuè, conditionaliter intellexerit ſolum de filijs, contra nu.38. declara nu.43.45.*

37 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

41 *Voluntas teſtatoris potius attenditur, quam proprietas verborum.*

43 *Verba impropriè, & de facto intelliguntur, quando propriè operari non poſſunt.*

43 *Verba in teſtamentis interpretantur, vt operentur, non vt ſient inutiliter.*

44 *Feudum pro ſe, & hæredibus acquiſitum intelligitur de extraneis hæredibus, ſi ille cui fuit conceſſum filios habere non poterat.*

45 *Hæredum extranei mentione facta intelligitur de extraneis eius hæredibus.*

46 *Teſtator non præſumitur cogitare de filijs, quando de eius poſteritate non agitur.*

48 *Filio decedenti ſubſtituens alios filios ſuperſtites, & eorum hæredes, dicitur ſubſtituiſſe hæredes ſanguinis, non bonorum, contra numer.50. declara numer.51.52.53.*

49 Specia-

49 *Specialiter nominati in fideicommiſſis præferuntur nominatis per nomen collectiuum.*
50 *Filios aut hæredes vocans dicitur poſt filios vocare hæredes extraneos.*
54 *Hæredes extranei appellatione hæredum non veniunt ad excluſionem deſcendentium teſtatoris.*
55 *Hæredes extranei non continentur appellatione hæredum ad excluſionem perſonæ magis dilectæ.*
56 *Hæredes maſculi ſi ſint vocati, non dicuntur vocati hæredes extranei, limita n. 58. & ſeqq.*
57 *Affectio maior erga maſculos, quam erga fœminas non ſolet haberi, quando agitur de extraneis.*
58 *Hæredes de iure ſuccedentes ſunt legitimi hæredes.*
59 *Hæredes legitimi ſunt qui ab inteſtato ſuccedunt, n. 72.*
60 *Pro non ſubſtituto habetur, qui de iure ſuccedere non poteſt.*
61 *Hæredes extranei non veniunt appellatione hæredum, quando diſpoſitio eſt facta pro conſeruandis bonis in agnatione.*
62 *Hæredes extranei honorati non continentur appellatione hæredum, quando teſtator fecit legatum, vel aliter honorauit filios illius.*
63 *Hæredibus deſcendentis, vel cõiunctæ perſonæ vocatis, non veniunt niſi hæredes ſanguinis. Amplia nu. 64.*
65 *Hæredes ex ſuo corpore vocans non dicitur vocaſſe extraneos hæredes ſed ſolum deſcendentes.*
66 *Hæredum appellatione non veniunt extranei, ſi in vna parte teſtamenti vocati ſunt filij Titij, & in alia parte hæredes Titij.*
67 *Hæredum appellatione veniunt ſoli deſcendentes, quãdo ita ſe habet communis vſus loquendi.*
68 *Vſus communis loquendi non attenditur in teſtamentis Latinè ſcriptis.*
69 *Hæredes extranei non continentur, ſi dictum ſit bona tranſire de hærede in hæredem.*
69 *Clauſula de hærede in hæredem exponitur de deſcendente in deſcendentem.*
70 *Hæredes & deſcendentes vocans dicitur vocare hæredes, qui ſunt de deſcendentibus.*
70 *Filios & hæredes vocans, dicitur vocare hæredes extraneos.*
71 *Copula, &, ſtat ampliatiuè.*
72 *Hæredes legitimos vocans dicitur vocare ſuccedentes ab inteſtato, contra n. 73.*
74 *Hæredes vtriuſque ſexus ſi ſint vocati, ſoli deſcendentes veniunt.*
75 *Conditio, ſi ſine hæredibus, intelligitur de hæredibus ſãguinis, & ſic de deſcendentibus. Amplia infra.*
76 *Conditio ſe debet habere ad eſſe, & non eſſe.*
78 *Conditio ſi ſine hæredibus quibuſcunque deceſſerit intelligitur de ſolis deſcendentibus, contra n. 81.*
79 *Hæredis verbum eſt vniuerſale, & continet omnes ſucceſſiuros.*
80 *Verba vniuerſalia reſtringuntur ne ſequatur abſurdum & inconueniens.*
83 *Verba vniuerſalia reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam, & ad habilia.*
84 *Conditio, ſi ſine hæredibus legitimis, intelligitur de ſolis deſcendentibus, contra nu. 85.*

QVÆSTIO CCCXXXIX.

Hæredum appellatione, an veniant tam extranei hæredes, quàm deſcendentes?

SEquitur diſputatio inſignis circa interpretationem mentis teſtatoris, quando in ſua diſpoſitione fecit mentionem de hæredibus, an voluerit intelligere de hæredibus ſanguinis, & ſic de deſcendentibus tantum, an

etiam de hæredibus bonorum. Hæc quæſtio pertractatur latiſſimè à Modernioribus, ſed vt omnia plenius habeantur, cum & plura addenda ſint vtiliſſima, ideo & de hac à nobis agendum erit. Quia autem hæredum mentio fit in teſtamentis diſpoſitiuè, & conditionaliter, ideo conſtituo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando diſpoſitiuè facta eſt mentio 1
hæredum, vt ſi teſtator inſtituto ſubſtituat Titium, & eius hæredes: & in hoc caſu magna eſt contentio inter Doctores. Alij enim tenent venire omnes hæredes ſiue ſanguinis, ſiue bonorum, ſiue agatur de fideicommiſſo ſimplici, & abſoluto, ſiue de prohibitione alienationis, vt bona remaneant Titio, & eius hæredibus, Bartol. *in l. Gallus, § etiam ſi parente, numer. 4. verſ. ſi verò illa iniquitas, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Bald. Ang. Imol. Aret. *num.* 4. Iaſ. *num.* 12. Socin. ſen. *nume.* 7. *verſ. quarta, & vltima,* & alij communiter ibi, Bart. *in l. Lucius, §. Semproniæ, ff. de legat.* 3. Bald. *in l. vltim. in 7. oppoſit. C. de hæred. inſtit.* Imol. *in l. quod dicitur, colum. penult. ff. de verb. oblig.* & ibi Alexand. *column. penult.* Rip. *in l. ex facto, § fin. ff. ad Trebell.* Innoc. *in rubr. extr. de iure pat.* Bald. *in cap. 1. in fin. in princ. de eo, qui lib. & hæred. ſuis,* Ant. de Butr. *in cap. in præſentia, ext. de prob.* & ibi Imol. *colum.* 3. Abb. & Dec. Imol. *in cap. potuit, column. 6. ext. locat.* Angel. *conſil.* 306. Fulgoſ. *conſil.* 58. Paul. de Caſtr. *conſ. 453. lib.* 2. Imol. *conſil. 21. in fin. prim. colu. & colu. ſeqq.* Alexand. *conſ. 9. conſ. 56. colum. 2. lib. 2. conſ. 36. lib. 3. & conſi. 49 numer. 9. lib.* 6. Socin. ſen. *conſil. 257. col. 4. & ſeqq.* Corn. *conſil. 272. libr.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionem, Curt. ſen. *conſ* 40. *colum. vltim. & conſ.* 45. apparet ita conſuluiſſe Collegium Papienſe, & teſtatur ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum in Rota Romana Dec. *conſi.* 294. Ruin. *conſ. 188. colum. 1. lib.* 2. Pariſ. *conſ. 52. numer. 22. & conſ. 88. in fine, lib.* 2. Riminaldi. *conſ. 252. num. 22. & nume.* 47. Hieron. Gabr. *conſil. 132. num. 28. lib.* 1. Dec. *conſ. 77. num. 1. libr.* 5. Menoch. *conſ. 158. num.* 12. Peregr. *conſ. 46. lib.* 5. Tiraquell. *de retr. conuent. § 1. gloſ. 6. num.* 36. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit.* 14. Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concl.* 2. vbi alios multos addit Ioſeph. Ludou. *concl. 16. illat. 82. verſi. quarto modo.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 130. Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 54. nume.* 8. Peregr. *tract. de fideicommiſſ. articul. 32. numer. 26. & multis ſeqq.* Guid. Pap. *quæſt.* 230. Peregr. *deciſ.* 101. qui teſtatur eſſe communem opinionem, & eam defendit, & loquitur etiam in fideicommiſſo reſultante ex prohibitione alienationis.

Pro hac opinione primò eſt tex. *in l. annalibus, C. de legat.* vbi in relicto Titio, & eius hæredibus dicuntur vocati hæredes bonorum in infinitum.

Secundò adducitur tex. *in l. pater filium, §. penult. ff. de legat.* 3. vbi ſi hæres grauatus ſit non alienare prædia, ſed ea ſucceſſioni ſuæ conſeruare, non tenetur fideicommiſſo, conſtat autem ſucceſſorum appellatione abſque dubio deſignari hæredes bonorum, & eos qui ſuccedunt in vniuerſum ius defuncti, *l. quædam, § nihil intereſt, ff. de edend.* & ibi Alexand. & alij, *l. hæreditas, ff. de verb. ſignif.* cum alijs relatis à Peregr. *in tract. de fideicom. art. 32. nu.* 26.

Tertiò, accedit *l. veteres, C. de contrahen. ſtipul. l. pactum, ff. de probat. & l. ſi ſic, ff. de verb. oblig.* in quibus iuribus habetur: in contractibus appellatione hæredum 2
venire ſucceſſores bonorum.

Quartò, idem colligitur *ex l. hæredis, & l. ſciendum, ff. de verbor. ſignific.* vbi nomen hæredis accipitur pro vniuerſali hærede, etiam extraneo.

Quintò, idem eſt hæres quod dominus, *l. his verbis,* 3
in princ. ff. de hæred. inſtit. l. item Mela, §. legis, ff. ad leg. Aquil. ergo hæredis appellatione veniet ſucceſſor bo-

norum, in quem dominium tranſit, & fuit conſideratio, Bart. *in d.l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. deliber. & poſthum.*

4 Sextò, in vltimus voluntatibus non licet recedere à propietate verborum, *l. non aliter, & l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff de. leg. 3.* Atqui appellatione hæredis propriè venit ſucceſſor bonorum iuribus in præcedentibus argumentis adductis, & ſcribunt Ceph. *conſ. 311. n. 47. & ſeqq.* & Peregr. *de fidercom. art. 32. n. 9.* ergo ſtandum erit verbis.

5 Vltimò, alleganti ſe eſſe ex fidei commiſſo vocatum, onus probandi incumbit, ſe eſſe ex illo fideicommiſſo vocatum, & hoc per concludentes demonſtrationes, & hoc argumento vſus eſt Peregr. *d. artic. 32. in fine, & d. deciſ. 101. verſic. & pro iſta.*

6 Alij tamen ſunt in ſententia, quod veniant ſoli deſcendentes, non autem extranei hæredes, ita ſe habent Bald. *in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* Salic. *in l. 2. C. de iur. emphyt.* Imol. *in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. & in l. filius familias, §. cum quis, ff. de leg. 1.* idem Bald. *in c. ſi pater, col. 17 de teſtam. in 6. & conſ. 283. verba teſtamenti, lib. 2. conſ. 325. viſo teſtamento, lib. 4. & conſ. 267. proponitur, quod Manfredinus, lib. 5.* Paul. de Caſtr. *conſ. 278. primo videndum eſt, col. 2. verſ. ſecundo probatur, libr. 1.* Alex. *conſil. 105. n. 5. lib. 1. conſ. 23. col. 2. lib. 2. conſil. 26. col. 3. penult. verſ. ad prædicta, lib. 3. & conſil. 49. col. 3. libr. 6.* Barba. *conſi. 89. col. penult. lib. 3.* Corn. *conſ. 97. li. 1. & conſ. 59. nu. 17. lib. 2.* Bellam. *conſi. 25. dubio ſecundo.* Caſſan. *conſ. 67. num. 20.* Soc. ſen. *conſi. 249. n. 11. & 18. onſi. 250. col. 2. lib.... conſ. 12. n. 1. & 2. & conſi. 57. nu. 5. libr. 3.* Ruin. *conſ. 110. nu. 9. conſi. 174. col. 4. conſi. 188. nu. 4. lib. 2. & conſ. 158. col. 5. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 85. n. 37. lib. 2.* Curt. iun. *conſil. 45. col. 2. verſ. quarto confirmatur,* Soc. iun. *conſil. 158. lib. 2.* Alciat. *conſil. 43. lib. 9.* Natt. *conſil. 130.* Neuiz. *conſi. 29. n. 5.* Crauet. *conſ. 108. n. 4.* Pancir. *conſi. 35. n. 5.* Ceph. *conſi. 417. n. 8.* Odd. *conſi. 46. n. 14.* Menoch. *conſil. 958. nu. 3. & ſeqq.* vbi alios addit, & dicit eſſe receptiſſimam opinionem, *conſi. 1135. n. 23. & conſi. 1177. n. 2. & ſeqq.* Specul. *tit. de teſtam. §. 1. & tit. de locat. §. nunc aliquantum 113.* Anton. Gabr. *de verb. ſignific. concl. 2. nu. 19.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 196. nu. 5. & fol. 290. nu. 38. & fol. 328. nu. 68.* & ita fuiſſe deciſum in Curia parlamenti Delphinatis teſtatur Guid. Pap. *q. 591. & quæſt. 457.* Hic etiam Brixiæ in facto habui hunc caſum ſuper teſtamento D. Ioannis de Madijs, qui reliquerat vſumfructum bonorũ ſuorum per annos viginitiquinque ſorori & eius hæredibus, ſucceſſerat filius, & hæres ſororis in legato prædicto, qui poſtea deceſſit durante tempore vigintiquinque annorum relictis filiabus, inſtitutis hæredibus D. Principalle, & fratribus de Barbiſonibus nepotibus ex fratre, diſputatum fuit coram D. Michael Foſcareno, tunc Poteſtate Brixiæ inter filias, & hæredes extraneos, & fuit pro filiabus iudicatum, & ſententia laudata cunctis ſuffragijs duobus exceptis in Excellentiſſimo Conſ. de XL. Ciu. Non. Venet. omneſque Aduocati Veneti ſentiebãt abſolutè pro filiabus, etiam illis, qui diſputarunt cauſam pro hæredibus extraneis, vnde ſi caſus cõtingeret coram Illuſtriſs. Magiſtratibus Venetis melior eſſet cauſa deſcendentium, quam extraneorum hæredum.

7 Mouentur primò tenentes hanc opinionem, quia præſumitur teſtatorem magis dilexiſſe filios, & hæredes inſtituti, quam ſubſtituti, ſicuti etiam dicitur magis dilexiſſe inſtitutum, quam ſubſtitutum, *l. Publius, §. fin ff. de condit. & demonſtr.* Sed niſi intelligamus de hæredibus ſanguinis, ſequeretur abſurdum, quod hæredes ſubſtituti præferentur hæredibus inſtituti, quod dicendum non eſt, ergo &c.

Secundò pro hac opinione facit *l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.* vbi in vltimis voluntatibus hæredum nomen accipitur pro liberis, videtur enim teſtator loqui cum ſuis, & ad naturalem affectionem reſpexiſſe, vt dicit Bald. *in d. §. fin.*

Tertiò accedit, *l. pater filium, §. penult. ff. de legat. 3.* ſecundum intellectum Gloſ. Din. Rain. Oldr. & Alber. quẽ eſſe communem dicit Soc. ſen. *conſ. 249. nu. 19.* & de quo textu plura per Petr. *de fideicom. quæſt. 5. nu. 29. verſ. rurſus,* vbi hunc intellectum, & alios ponit. Intellectus autem eſt, quod ibi relictum ſucceſſoribus, ex mente teſtatoris interpretatur relictum deſcendentibus. 8

Quartò confirmatur ratione, nam ſi hæredis nomen intelligeretur de hæredibus bonorum, fideicommiſſum redderetur inutile, quia hæres non poſſet reuocare alienata *vendicantem, ff. de euict.* ideo accipi debet pro liberis, & ita arguit Dec. *conſil. 38. nume. 5.* Socin. ſen. *d. conſ. 249. nu. 19. lib. 2.* Rip. *in l. ex facto, §. fin. in fine, ff. ad Trebell.* Peregr. alios addens *deciſ. 101. verſ. licet,* & hanc rationem ponderarunt allegati à me infrà *quæſt. 411.* an filij in conditione poſiti ad hoc vt excludant ſubſtitutum, debeant eſſe hæredes? *in ſecundo caſu verſ. contrariam opinionem.* Et grauatus poſſet fideicommiſſum etiã reddere inutile grauando ſuum hæredem de alteri reſtituendo, iuxta *l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 3.* Ego puto conſulendo & iudicando non eſſe recedendum a prima opinione, iuribus & rationibus pro ea adductis. Et ad cõtraria ſic poteſt reſponderi.

Ad primum de maiori dilectione reſpondetur, quod aut teſtator inſtituto, ſi ſine filijs decederet, ſubſtituit Titium & eius hæredes, & tunc ratio dilectionis videtur habita à teſtatore, ita vt non cenſeatur intellexiſſe de hæredibus Titij extraneis, ne videatur prædilexiſſe hæredes extraneos Titij, pluſquam hæredes inſtituti, cui ſubſtituit ſub conditione, ſi ſine filijs, vt dicam etiam infra *decl. 3. num. 36.* Aut teſtator ſimpliciter inſtituit aliquem, & poſt eius mortem ſubſtituit Titium, & eius hæredes, & tunc ceſſat ratio prædilectionis, & ita voluit Peregr. *d. art. 32. numer. 33. in princ.* latè non ita apertè declaret. 9

Ad ſecundum, *d. l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.* reſpondetur, quod illud procedit in conditionalibus, vt etiam infra dicetur in ſecundo caſu, & hoc quia conditio debet ſe habere ad eſſe, & non eſſe, aliàs non eſſet conditio, *l. cum ad præſens, & l. itaque, ff. ſi cert. petat.* niſi enim conditio de hæredibus intelligeretur, de deſcendentibus non poſſet deficere conditio, quia nemo decedit ſine hærede, & ſi alij deficiant ſuccedit fiſcus, *l. 1. Cod. vnde vir & vxor, l. 1. §. an bona, ff. de iur. fiſc. & l. 2. Cod. ad l. Iul. de vi pub.* & dicam infra *in ſecundo caſ. in tertio argumento.* 10

Ad tertium, *d. l. pater filium, §. penulti ff. de leg. 3.* reſpondetur, quod ille intellectus Gloſ. & aliorum citatorum communiter reijcitur, nam textus intelligit verè de hæredibus bonorum, non autem de filijs, vt dixit etiam Peregr. *d. art. 32. nu. 33. poſt medium, & d. deciſ. 101.* Et quia ille intellectus Gloſ. fuit fundatus in oratione conſiderata in quarto fundamento pro contraria opinione, ad quod ſtatim reſpondebo, ideo ex conſideratis ſibi ſtatim fiet ſuppletio ad confutandum hunc intellectum. Et ſi libet plura habere de intellectu, *d. §. penul.* videri poterit Peregr. *de fideic. q. 5. nu. 29. vbi verſ. rurſus,* ponit hunc intellectum Gloſ. *& verſ. quarto loco,* ponit alium intellectum de hæredibus extraneis. 11

Ad vltimum reſpondetur, verum non eſſe, quod intelligendo de hæredibus bonorum fideicommiſſum redderetur inutile, quia immo poteſt eſſe vtile, vt ſi moriatur ille, cuius hæredes ſunt vocati ante grauatum, nam tunc fideicommiſſum non efficietur caducum, ſed per vulgarem hæredes ſuccedent, qui expreſ-

ſim

82 Mouentur iſti ob vim verbi vniuerſalis, quod includit, quæ aliàs non includerentur, *l. Iulianus, ff. de leg.* 3. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 176. *num.* 6. 7. Ceph. *conſi.* 347. *& conſi.* 451. *num.* 39. *& ſeqq.* Maſcard. de Probat. *concluſ.* 1252. *& concluſ.* 1264.

Prima tamen opinio tenenda eſt conſulendo, & iudicando, quæ etiam eſt magis communis, & ferè omnes citati pro ſecunda opinione loquuntur, quando diſpoſitiuè facta eſt mentio hæredum, quo caſu etiam ſupra conceſſimus venire extraneos quando vocati ſunt hęredes quicunque, ſed in conditionali diſpoſitione vrgent pro negatiua rationes conſideratæ ſupra.

83 Non obſtat, quod quando verba ſunt vniuerſalia, nulla ſit facienda reſtrictio; nam vt dictum eſt & vniuerſalitas reſtringitur ne ſequatur abſurdum, & inconueniens. Immo etiam verba vniuerſalia reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam, & ad habilia. Cephal. *d. conſi.* 2. *numer.* 16. *conſil.* 186. *num.* 54. *& conſi.* 347. *nu.* 9. Menoch. *conſi.* 291. *numer.* 51. Atqui ſubiecta materia conditionis eſt, quæ debet ſe habere ad eſſe & non eſſe, ergo conditio, ſi ſine hæredibus quibuſcunque deceſſerit, reſtringi debet ad quoſcunque hæredes ſanguinis, qui alias non ſe haberet ad eſſe, & non eſſe, cum nemo decedat ſine hærede, vt dictum eſt.

Ampliatur ſecundò, vt conditio, ſi ſine hæredi legitimo, intelligi debeat de deſcendentibus non extraneis legitimis hæredibus. Guid. Pap. *quæſt.* 457. vbi dicit, ita iudicatum *in conſil. Parlamenti Delphinalis*. Anton. Gabr. *de verbor. ſignific. concluſ. ſecunda numer.* 12. Præt. *de interpret. vltimar. volunt. fol.* 156. *numer.* 8. *fol.* 197. *nume.* 12. *ad medium.* Bertrand. *conſil.* 1. *colu. penult. lib.* 1. 84

Ratio eſt, quia adhuc militat ratio abſurditatis conſiderata ſupra pro opinione, quod conditio, ſi ſine hæredibus, intelligi debet, ſi ſine deſcendentibus ad hoc vt conditio ſe habeat ad eſſe, & non eſſe, vt ſupra dictum eſt *num.* 76.

Alij tamen volunt, & malè, intelligi de omnibus alijs legitimis hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus, ita ſe habent Cuman. *in l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell.* qui indeciſum relinquit, ſed ibi Alexand. *numer.* 9. tenet venire omnes legitimos hæredes ab inteſtato ſuccedentes, refert ſimpliciter Ruin. *conſil.* 174. *numer.* 6. *libr.* 3. idem Rip. *titul. de hæred. inſtit. reſp.* 1. *numer.* 20. Mant. *de coniect. vltimarum voluntatum, libr.* 11. *titul.* 1. *numer.* 10. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 315. *nume.* 3. *in vltimis verbis*. 85

Mouetur autem Alexand. quia vbi ab homine fit mentio de legitimo hærede intelligitur de ſuccedentibus ab inteſtato, *l.* 3. *§. de illo, ff. pro ſocior.* & ibi Bart. & dictum eſt *ſupra numer.* 72. Sed reſponderi poteſt, quod verba impropriari, & reſtringi debent ne ſequatur abſurdum, & inconueniens, prout hic reſultaret, quia diſpoſitio redderetur inutilis, cum, vt dictum eſt, nemo decedat ſine hærede; Vlterius, poteſt dici, quod teſtator poſuerit in conditione legitimos hæredes, ad differentiam naturalium, & ſic interpretando omnia de plano procedunt. 86

SVMMARIVM.

1 *Hæredum appellatione quando veniunt ſoli deſcendentes non requiritur quod ſint hæredes, contra numer.* 4.
2 *Interpretatio ea facienda eſt, per quam voluntas teſtatoris poſſit impleri, & non reddatur inutilis.*
3 *Ius concernens liberos vt liberos eſt quid ſeparatum ab aditione hæreditatis.*
6 *Verba ſunt improprianda minus quàm fieri poteſt.*
7 *Verba ſunt intelligenda cum effectu.*
8 *Hæredis mentio intelligitur de eo hærede, qui adiuit hæreditatem.*
9 *Hæredis nomen tripliciter ſumitur, vt ibi.*
10 *In feudo hæreditario non admittuntur niſi filij, qui ſint hæredes, declara n.* 20. 21. 22.
11 *Hæredes maſculi ſi ſunt vocati; non requiritur quod deſcendentes ſint hæredes, contra n.* 12.
14 *Hæredes & ſucceſſores vocans non dicitur vocare deſcendentes, niſi ſint hæredes.*
15 *Filios hæredes vel filios & hæredes alicuius vocans, non dicitur vocare filios, niſi etiam ſint hæredes, contra num.* 17.
16 *Copula requirit concurſum plurium copulatorum, declara n.* 18.
17 *Filios & hæredes vocans dicitur vocaſſe filios, & hæredes extraneos.*
19 *Filios & hæredes Titij vocans mortuo filio Titij relictis extraneis hæredibus, & poſtea Titio, filij Titij ſuperſtites, non excludunt hæredes extraneos filij præmortui, ſed omnes concurrunt, remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCXL.

Hæredum appellatione, quando veniunt ſoli deſcendentes, an vt admittantur requiratur, quod etiam ſint bonorum hæredes?

VIdimus ſupra hæredum appellatione in multis caſibus contineri ſolos deſcendentes, nunc conſequés eſt, vt videamus an quando reſtrictio fit ad deſcendétes, requiratur quod etiam ſint bonorum hæredes? Iſta diſputatio habet duo capita.

Primum caput eſt, quando conditionaliter facta eſt mentio hæredum, & de hoc agam infra *quæſt.* 421. vbi diſcutitur, an filij non hæredes faciant deficere conditionem, ſi ſine filijs?

1 Secundum caput eſt, quando diſpoſitiuè ſunt vocati hęredes, & tunc admodum controuerſa eſt opinio, an requiratur quod deſcendentes ſint etiam hæredes, ad hoc vt admitti poſſunt ad fideicommiſſum, ad quod ſunt vocati; nam quod non requiratur qualitas hæreditaria, volunt Bald. *in l. Gallus, §. etiamſi parente, ff. de liber. & poſthu.* & ibi Angel. Imol. Alex. & Iaſ. *nu.* 3. Paul. de Caſtr. *in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.* & ibi Ripa *in fine* Crott. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, col.* 41. *ff. de verb. ſignificat.* Iaſ. *in l. ſi filius qui patri, in fine, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in conſi. 7. colu. 9. poſt medium, lib. 3. & conſi. 118. col. 3. lib. 4.* Soc. ſen. *conſi.* 12. *& conſ. 13. & conſil. 57. colu. 2. verſic. ſuccedit, lib. 3.* Dec. *conſi.* 38 *nume.* 5. vbi loquitur, quando fuit dictum, quod bona tranſirent de hærede in hæredem, Ruin. *conſi. 174. nu. 11. lib. 2. & conſi. 158. col. penult. & fin. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 31. nu. 42. & ſeq. lib. 2.* vbi agit quando dictum fuit, quod bona tranſirent de hærede in hæredem, Alciat. *reſp. 35. num. 7. & reſpon. 43. nume. 19. lib. 9.* Natta *conſ. 531. num. 21. & conſ. 679. colum. 2.* Pancir. *conſi. 129. nume. 13.* Dec. *conſ. 50. num. 15. libr. 1.* vbi in caſu quando dictum fuit, quod bona tranſirent de hærede in hæredem. Peregr. *conſ. 31. numer. 22. & ſeqq. conſ. 54. num. 24. verſ. & ſtante, lib. 2. conſi. 59. num. 5. & ſeqq. lib. 5. & conſ. 68. nu. 4. eod.* hanc tenet in fideicommiſſaria perpetua de hærede in hæredem, *& in tractatu de fideicommiſſ. art. 32. num. 9. verſic. ſed contra, & num. 43. in fine.* Mant. *de coniect. vltim. vol. libr. 8. tit. 14. nu. 11. & nume.* 14. loquitur, quando dictum fuit, quod bona tranſirent de hærede in hæredem, Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 5. numer. 179. verſic. & iterum.* Præt. *de interpret. vltimar. volunt. fol. 198. nume. 8. verſic. non autem, & fol. 197. numer. 16.* vbi quando dictum fuit, quod bona tranſirent de hærede in hæredem: & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Ioſeph Guadagnini, de Valle Camonica.

Pro hac ſententia primò facit, quia ſi requireretur qualitas hæreditaria, ſequeretur euerſio fideicommiſſi, quia deſcendentes hæredes non poſſent reuocare alienata à patre grauato, *ad l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de legat. 1.* & ita arguunt Dec. *conſil. 38. numer. 5. conſi. 531. num. 21.* Pariſ. *conſ. 31. num. 42. lib. 2.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 32. numer. 9.* Ripa *in l. ex facto, in fine, ff. ad Trebellianum.*

2 Secundò accedit, quod ſi requireretur qualitas hæreditaria, eſſet in poteſtate grauati inſtituere hæredem extraneum, & deſcendentes excludere, vnde capienda eſt interpretatio, per quam mens teſtatoris poſſit impleri, & quod non ſit in poteſtate grauati vocatos ad fideicommiſſum excludere, ita arguit comprobando Ruin. *in conſ. 174. n. 12. verſ. aliàs cauſa reſtrictionis, lib. 2.*

3 Tertiò ius concernens liberos, & deſcendentes vt liberos, dicitur ſeparatum ab aditione hæreditatis, Bald. *in l. generaliter, §. in his autem, verſ. ex iſto ſenſu, C. de ſecund. nupt.* quem in ſpecie noſtra refert, & ſequitur Pręt. *de interpr. vlt. vol. fol. 197. n. 16. in fine*; ſed dum teſtator vocat hæredes alicuius, & intellexit de liberis, eis voluit prouidere, vt liberis, ergo &c.

4 Alij verò ſunt in contraria ſententia, quod deſcendentes non admittantur, niſi & qualitatem hęreditariam habeant; & ita ſe habent Bart. *in l. ex facto, §. vlt. ff. ad Trebell.* & ibi Alex. *num.* 8. Bart. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberis, ff. de oper. libert.* Bald. *in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de leg. 1. & in l. 1. C. de condit. inſert.* Aret. *in d. l. Gallus, §. etiam ſi parente, col. penultim. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Paul. de Caſtr. *nu.* 6. Dec. *in l. vnica, colum. 2. poſt medium, C. quand. non peten. part.* Bald. *in l. liberti, libertæque, C. de oper. liber.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem, §. libertus, col. vltima, ff. de condict. indeb.* Bald. *conſil. 455. primo conſiderandum eſt, lib. 3. conſ. 200. feudum, & conſil. 202. inueſtitura, colum. ſecunda, libr. 5.* Paul. de Caſtr. *conſ. 77. num. 7. conſ. 259. omnis difficultas, column. ſecunda, conſ. 302. viſis, & conſideratis, lib. 1. conſ. 93. in cauſa quę vertitur, col. vlt. conſ. 146. viſo puncto ſupraſcripto, colu. 1. & conſ. 244. viſo & examinato dubio quarto li. 2.* Alex. *conſ. 10. libr. 3. & conſ. 26. column. 2. libr. 5.* Iaſ. *conſ. 180. colu. 5. lib. 2.* Bertrand. *conſ. 1. nu. 114. lib. 2.* Corn. *conſil. 199. colu. 14. verſic. & propterea non obſtat, libr. 2.* Curt. ſen. *conſ. 51. col. 8.* vbi patet ita tenuiſſe Collegium Bononienſe *conſ. 74. col. 4. circa medium, & conſ. penult. colu. 4.* Dec. *conſ. 208. num. 10.* Ruin. *conſ. 29. numer. 8. libr. 2.* Curt. iun. *conſ. 138. col. 4. & ſeqq.* Grat. *conſi. 31. num. 15. lib. 2.* Gozad. *conſ. 26. col. 4. circa medium,* Alciat. *conſil. 10. num. 24. lib. 9.* Socin. iun. *conſ. 126. num. 128. lib. 1. conſ. 14. num. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *conſi. 188. num. 14. lib. 2. & conſ. 13. num. 15. li. 3.* Crauet. *conſ. 131. n. 9. conſ. 197. n. 5. & conſ. 593. n. 13.* Pancir. *conſ. 35. n. 12.* Dec. *conſ. 98. n. 9. & conſ. 100. n. 12. li. 3.* Ceph. *conſ. 511. nu. 16. & ſeq.* vbi in caſu quando dictum fuit, quod bona tranſirent de hærede in hæredem, *conſi. 228. nu. 2.* vbi dicit eſſe magis communem, Odd. *conſ. 46. nume. 15.* Alba. *conſ. 490. num. 6. lib. 3.* Pereg. *conſ. 56. num. 9.* vbi in caſu quando dictum fuit, quod bona tranſirent de hærede in hæredem *conſi. 108. nu. 8. in fine lib. 3. & conſ. 68. num. 4. lib. 5.* Guid. Pap. *quæſt.* 456. Menoch. *conſi. 640. n. 16. lib. 7. conſ. 958. num. 13. lib. 10.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam *conſ. 158. n. 11. verſic. ſeptimus, & vltimus, lib. 2. & conſi. 1123. nu. 10. lib. 12.*

5 Primò facit pro hac ſententia, quia verbum hæredes importat proprie hæredes bonorũ, vt dictum fuit *in præcedenti quæſtione*, vnde licet nomen hæredis reſtringendum ſit ad deſcendentes, non tamen ita debet improprietati, vt amittat propriam vim, & ſignificationem ſuam, ita arguit Pereg. *d. art. 32. n. 9. circa principium.*

6 Et quia ſemper facienda eſt minor impropriatio, quàm fieri poteſt, vt in ſpecie dixit Alciat. *reſp. 10. n. 15. lib. 9.*

7 Secundò verba intelligi debent cum effectu, *l. 3. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur.* ideo vocatio de hęrede erit intelligenda de hærede, qui cum effectu adiuit hęre- 8
ditatem, Dec. *in l. eius qui, in Prouincia, §. vlt. nu. 8. ff. ſi cert. petat. & in l. hæredem, in fine, ff. de regul. iur. & conſ. 441. n. 54.* Ruin. *conſ. 29. n. 8. lib. 2.*

9 Tertiò facit, quod hæredis nomen tripliciter ſumi poteſt, vt dicit Bald. *in l. ſi fratris, num. 7. verſic. extra, C. de iur. deliber.* & refert. & ſequitur Pręt. *de interpret. vltimar. voluntat. fol. 196. nu. 9.* Videlicet primo pro hærede ſolo nomine, vt appellatur filius, qui à patris hæreditate ſe abſtinuit, vt *in l. pro hærede, §. ſi ſepulchri, ff. de acquir. hæred.* Secundò pro hærede, habitu, non actu, *vt in l. fratris, Cod. de iur. deliber.* Tertiò, pro hærede, habitu, & actu, vt in hærede qui adiuit hęreditatem, Sic *in l. 1. §. qui minorem, ff. vt legat. nomin. caueat.* Atqui cum ex his tribus modis accipi poſſit nomen hæredis, in po-

tentiori

tentiori ſignificatu erit accipiendum, & ſic de hærede, habitu, & actu, Gloſ. *in l.3.§. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit.* & ibi Bartol. & Imol. Alex. *conſ. primo, nu.6. lib.1.* cum alijs allegatis à Menoch. *conſ.958. nume.14.* vbi in ſpecie vſus eſt hoc argumento ad probandam hanc ſecundam opinionem.

10 Quartò ad feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, non admittuntur niſi filij, *cap.1.§. & ſi clientulus, de alienat. feud.* & iſti filij debent eſſe hæredes, aliàs non admitterentur. Andr. & Hern. *in d. cap.1. quod ergo, num.8.* Alex. *conſ.19. n.6. lib.5.* Franc. *decif.1. num.22. & ſeqq. parte prima,* Oſaſch. *deciſ.23.* Burſat. *conſ.76. numer.2. lib.1.* Ceph. *conſ.311. n.50. lib.1.* & plures congeſſit Ant. Gabr. *de verbor. ſignific. concluſ.3. num.5.* vbi teſtatur do communi, & magis communi opinione.

Mihi magis probatur prima opinio, pro qua etiam argumenta pro ea adducta magis ſtringũt, ex quibus etiam colligitur reſponſio ad tria prima argumenta huius ſecũdæ opinionis. Et ad vltimum de feudo, dico in his requiri qualitatem hæreditariam reſpectu domini concedentis, vt magis reſtringatur conceſſio, & ita reſpõdet Ruin. *conſil.174. nu.11. lib.2.* & clariùs poſt alios Peregr. *de fideic. art.32. n.9. ante finem, & ſeqq.*

Quod ſi alicui videretur tenendam eſſe ſecundam opinionem, ad argumenta contraria poteſt reſponderi, & ad primum reſpondetur ex dictis *quæſt. præcedenti, nu.11. verſic. ad vltimum,* ibi enim eadem argumentatio facta fuit, *vt ibidem n.8. verſ. quartò.*

Ad ſecundum reſpondetur, non eſſe in poteſtate grauati reddere eluſorium fideicommiſſum alios inſtituendo, quia etiam ſi hæreditas non ſit delata, nil refert, cum ſufficiat eum poſſe ſuccedere ſecundùm vnam opinionem, de qua *infra, verſ. intellige, nu.20.*

Ad tertium reſpondetur, in eo ſupponi id, de quo diſputatur, nam dum teſtator vocat hæredes, non cenſetur velle prouidere eis, vt liberis, ſed vti hæredibus bonorũ, vt tenent omnes relati pro ſecunda opinione.

11 Porrò ſi teſtator vocauit hæredes maſculos, an requiratur qualitas hæreditaria ad hoc, vt poſſint ſuccedere, Alex. *in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* tenet nõ eſſe neceſſe, quod deſcendentes ſint hæredes; & cum eo tranſeunt Claud. *in d. §. ſi quis autem, in fine,* Iaſ. *conſil.7. col.9. lib.3.* Bertrand. *conſ.42. col.2. libr.3.* Rubeus Alexand. *conſ.85. col.2. & conſ.164. dubio 3. & conſ.110. num.5.* vbi teſtatur de communi, Cremenſ. *ſing.14.* Dec. *conſ.185. col.2. conſ.395. col.2. in fin. & col. ſeq. & conſ.78. col.2. & 3.* Gozad. *conſ.26. col.5. circa medium.* Ruin. *conſ.174. n.12. li.2. & conſ.158. col. pen. lib.3.* Soc. ſen. *conſ.12. & conſ.13. lib.3.* Alciat. *conſ.35. n.7. lib.9.*

12 Sed contraria ſententia in hoc etiam habet ſuos authores, qui tenent, & vocatis hæredibus maſculis, requiri quod ſint hæredes bonorum, Bart. *in l. iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert.* Paul. de Caſt. *in l. Gallus, § etiam ſi parente, col. vlt. verſ. ſed an requiratur, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Aretin. *col. vlt.* Bald. *in tit. agnat. vel filij, col.4.* Caſtrenſ. *conſ.77. in fine lib.1.* Alex. *conſ.26. col.2. & ſeq. & conſ.28. col. penult. lib.5.* Cepol. *conſ.31. col.4.* Bertrand. *conſ.18. col.1. lib.1. in antiq.* Grat. *conſil.4. & conſ.57. col.4. lib.1.* Rubeus Alex. *conſ.18.* Curt. iun. *conſ.138. col.5.* Dec. *conſ.308. n.9.* Lofred. latè *conſil.1.* Soc. ſen. *conſ.50. col. penult. lib.3.* Soc. iun. *conſ.58. libr.2.* Pariſius *conſ.23. n.162. & ſeq. libr.1. & conſ.48. colu. vlt. lib.4.* Crauetta *conſ.131. n.8. & conſ.197. nu.5.* in quibus locis dicit eſſe communem opinionem.

Aſſentio primæ opinioni, nam dum teſtator ſubſtituit hæredes maſculos, cenſetur hoc feciſſe cauſa conſeruandi bona in agnatione, cuius voluntas eliderctur ſi qualitas hæreditaria requireretur, vt etiam dicit Ruinus *d. conſ.174. n.11. ad medium lib.2.*

Non obſtat *c.1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis,* vbi in feudis cõceſſis pro ſe, & hæredibus maſculis requiritur qualitas hæreditaria. Reſpondetur enim *illud cap.* loqui in feudis, & nos in vltimis voluntatibus, & rationem differentiæ poſt alios relatos aſſignat Peregr. *de fideicomm. art.32. nu.9. in fine:* & aduertatur quod plures relati pro ſecunda opinione loquuntur in materia feudorum, & ſic illorum authoritas nil facit.

Si tamen teſtator voluit omninò bona deuenire ad hæredes filij, non eſſet neceſſe quod ſint hæredes, quia non poſſet forſan ſortiri effectum voluntas teſtatoris, cum filius poſſet alienare bona, & eius deſcendentes non poſſent contrauenire ſi eſſent hæredes, ita ſcribunt Dec. *cõſ.38. col.5.* Alciat. *conſ.35. n.7. lib.9.* Crauet. *conſ.131. n.9.* 13

E contra ſi vocati eſſent hæredes, & ſucceſſores, intelligeretur de ſucceſſoribus bonorum, vt dictum eſt *quæſt. præcedenti, n.15.* 14

Similiter ſi vocati ſint filij hæredes, vel filij, & hæredes, requireretur quod cum effectu ſint hæredes. Paul. de Caſtr. *in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.* & ibi Hercul. & Philip. *nu.19.* idem Caſtrenſ. *in l. Gallus, §. etiam, nu.6. ff. de liber. & poſthu.* & ibi Aret. *col. pen.* & Soc. ſen. *n.9.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem, §. libertis, ff. de condict. indeb.* Soc. ſen. *in l. ſi filius qui patri, col. vlt. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Pancir. *conſil.35. nu.4.5.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.359. ff. ad Trebell.* Alex. *in l. ſed & ſi hac, § liberos, col.1. ff. de in ius vocan.* Imol. *in l. quod dicitur, ff. de verbor. oblig.* & ibi Alex. *col.9. & ſeqq.* idem Alex. *conſ.10. col. penult. libr.3. & conſ.19. col.4. libr.5.* vbi teſtatur de communi opinione, Bron. *conſ.1. col.8.* Crau. *conſ.131. n.7.* Iaſ. *in l. ſi quis id quod, col.5. in ſublim.2. ff. de iuriſd. omn. iud.* Guid. Pap. *ſing.951.* Crot. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu.68. verſ. ſecundus caſus eſt, D. de verb. oblig.* Ferrat. *caut.37.* Pariſ. *conſ.21. num.17. libr.1.* Ant. Gab. *de verb. ſignific. concluſ.3. n.2.* Caſtr. *conſ.77. n.7. lib.1. repetitum, conſ.302. eod.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.14. nu.11.* 15

Ratio eſt, quia niſi intelligeretur de filijs cum qualitate hæreditaria, verbum hæredes, ſtaret ſuper fluò contra *l. ſi quando, D de leg.3. & cap. ſi Papa, de hæret. in 6.*

Secundò facit, quod copula requirit concurſum pluriũ copulatorum, *l. ſi hæredi plures, D. de condit. inſtit. in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, D. de reb. dub.* Dec. *conſ.89. colu.3. verſ. & vtraque.* Curt. iun. *conſ.89. col.2.* Ruin. *conſ.172. col.2. lib.2.* 16

Diſſentiunt tamen alij, volentes filios etiam non hæredes admitti, nam dum teſtator vocauit filios, vocauit licet non ſint hæredes, quando verò adiecit & hæredes, intellexit de hæredibus extraneis, non autem voluit addere qualitatem hæreditariam filijs, & copula ſtat ampliatiuè, & extenſiuè, non autem reſtrictiuè, *l. ea tamen adiectio, D. de leg.3.* & ita in ſpecie ſentiunt Bart. *in l. Gallus, §. etiã col.2. D. de liber. & poſthu.* & ibi Bald. Ang. Imol. Alex. Iaſ. *n.35.* Galliaul. *in d. l. Gallus, §. quid, ſi in rectè, n.76.* Soc. ſen. *inter conſ.* Bruni *conſil.10 dub.2.* Curt. ſen. *conſ. penult. col.6.* Ruin. *conſ.1. n.12. & conſ.16. n.2. lib.1.* Crauet. *conſ.131. n.8. in vltimis verbis,* Dec. *conſ.41. lib.4.* Peregr. *conſ.59. nu.5. & ſeqq lib.5. & in tract. de fideic. art.32. n.18.* Et hæc opinio mihi etiam verior videtur. 17

Ad contraria reſpondeo, & ad primum, quod verbum, hæredes, non eſt ſuperfluum, quia importat hæredes extraneos, non autem iniungit filijs qualitatem, quod debeant eſſe hæredes. 18

Ad ſecundum de copulatiua, reſpondet Bald. *in d. §. etiam ſi parente,* vbi diſtinguit circa naturam copulatiuæ, & videndus etiam erit Pereg. *dicto art.32. n.18. verſ. ſed contra, & d. conſ.59. nu.7.* illi dicunt concurſum tunc requiri, quando plura copulantur reſpectu vnius ſubiecti tantum, aliàs ſecus.

19 Sed elegans dubium oritur, teſtator inſtituit Titium,
poſt eum vocauit eius filios, & hæredes, vnus horum
moritur relictis filijs, alter verò relictis tantummodo
extraneis hæredibus, an filij vnius concurrant cum hære-
dibus extraneis alterius, & quod concurrant cum decla-
rationibus, tamen dixi *quæſtione præcedenti, num. 48. vſ-
que ad num. 55.*

20 Intellige tamen, vt in caſibus, in quibus requiritur qua
litas hæreditaria, quod ſi non ſit hæreditas delata, vt in
filia à ſtatuto excluſa, quod nihilominus erit danda ſuc-
ceſſio, vel quia alij eſſent inſtituti: ita in materia feudi
hæreditarij, vt admitatur ille, in quo requiritur qualitas
hæreditaria, quando hæreditas ei non fuit delata, ſcribũt
Bald. *in cap. 1. an agnat. vel fil.* & ibi Iacob. de Beluiſ. Al-
uar. *col. 3. verſ. ſubſequenter*, & Afflict. *n. 6. 7.* Bald. *in l.
cum ſecundum, col. vlt. C. de fideic.* Curt. iun. *conſi. 138. nu.
25. & conſi. 155. col. 2.* Dec. *conſ. 208. colu. vltim.* Pariſ.
conſi. 23. n. 185. lib. 1. Roland. à Valle, *conſi. 53. col. ante-
pen. & vlt. lib. 3. conſi. 48. nu. 50. & conſi. 90. n. 46. lib. 4.*
Bertaz. *conſil. 90. n. 17.*

21 Sed quod, niſi adſit qualitas hæreditaria quando requi
ritur filius non admittatur, licet hæreditas non ſit delata,
ſcribunt Soc. ſen. *inter conſ.* Ruin. *conſ. 10. num. 11.* Curt.
ſen. *conſi. 82. col. 4. & ſeq.* Curt. iun. *poſt tract. feud. conſ.
1. col. 4. & ſeq.* Pariſ. *conſ. 2. nu. 28. lib. 1.* Siluan. *conſ. 30.
dubio primo, & inter illa conſ.* Nat. *conſil. 32. column. 4.
& 5.* Ceph. *conſi. 224. nu. 56.* Roland. à Valle *conſi. 53. n.
14. lib. 3. conſi. 67. col. vlt. lib. 2. & conſi. 48. n. 28. libr. 4.*
quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideic. art. 32. n. 23.* vbi
dicit eſſe veriorem opinionem in diſpoſitione hominis,
& hæc etiam mihi magis probatur, cum qualitas requi-
ſita deficiat, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.*

22 Et fortiùs hæc opinio retinenda eſſet, quando extaret
alius deſcendens, qui haberet qualitatem hæreditariam,
nam is omninò eſſet præferendus, vt poſt Nattam cita-
tum ſcribit Pereg. *dicto art. 32. n. 23.*

23 Sed cum qualitas hæreditaria requiritur, an ſufficiat
inſtitutio in re certa, vel quota, dicam *quæſt. ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredes vocans, in re certa inſtitutos, non dicitur vo-
caſſe. Amplia n. 5. limita n. 7.*
2 *Hæres in re certa habetur loco legatarij, & n. 11. & re-
miſſiuè n. 22.*
3 *Verba debent intelligi in potentiori ſignificatu.*
4 *Succeſſorum appellatione veniunt ſucceſſores vniuer-
ſales, non ſingulares.*
5 *Hæredes & ſucceſſores vocans, dicitur vocaſſe hæredes
& ſucceſſores vniuerſales, non particulares, contra
numero 6.*
7 *Hæredes, vel ſucceſſores quoſcunque vocans, dicitur vo-
care etiam hæredes, & ſucceſſores particulares.*
8 *Hæres in re certa venit appellatione hæredis, quando
verbum, hæres, intelligitur de ſolis filijs.*
9 *Hæredis verbum quando intelligitur de deſcendentibus,
& requiritur qualitas hæreditaria, verificatur in hæ-
rede in re certa.*
9 *In feudo hæreditario ſuccedit etiam inſtitutus in re certa.*
10 *In emphyteuſi pro ſe, & hæredibus conceſſa, ſuccedit in-
ſtitutus in re certa, contra n. 11.*

QVÆSTIO CCCXLI.

Hæredis nomen, vtrum contineat hæredem in re certa?

SÆpiſſimæ contingit in teſtamentis, & ſubſtitutioni- 1
bus, quod vocantur hæredes etiam honorati, vnde
inutiliter agendum eſt, vtrum etiam hæredes in re certa
contineantur, & negatiuam opinionem, ſi extat hæres v-
niuerſalis, probarunt Bart. *in l. quoties, C. de hæred. inſti.*
& ibi Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Alexan. Iaſ. & alij com-
muniter Bart. *in l. ex facto, ff. eod.* & ibi Angel. Imol. &
alij, Bald. *in l. libenti, nu. 30. C. de bon. libert.* Angel. *in l.
quædam, §. nihil, ff. de eden.* & ibi Alex. *num. 15.* & Iaſ. Al-
ciat. *in l. hæredes appellatione, ff. de verbor. ſignific.* Alex.
conſi. 2. n. 2. lib. 3. Ruin. *conſi. 9. n. 12. lib. 1.* Crauet. *conſ.
186. n. 2.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. num. 12.*
Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 178. n. 11. & fol. 197. n. 35.*
Pereg. *de fideic. art. 32. n. 8. & 29.*

Et ratio eſt, quia adeunte hærede vniuerſali, inſtitutus 2
in re certa habetur loco legatarij, *l. ex facto, ff. de hæred.
inſtit. l. quoties, C. eod.* & in vtroque loco plenè ſcribunt
Bart. Bald. Angel. Paul. Imol. Alexand. & alij, Menoch.
*lib. 4. præſumpt. 20. & in tract. de adipiſ. remed. 4. quæſt.
19.* Peregr. *de fideic. art. 3. nu. 7.* Crauet. *conſi. 186. nu. 2.*
vbi dicit hæredem in re certa non eſſe propriè hæredem,
ſed ſecundum quid, & quod ideo diſpoſitio loquens de
hærede, non verificatur in hærede in re certa, etiam con-
ceſſo, quod ſit ſpecies mixta participans de hærede vni-
uerſali, & legatario. Verbum enim, hæredes, ſonat in eos,
qui in vniuerſum ius ſuccedunt, *l. nihil aliud, ff. de verb.
ſignific.* & hæres vniuerſalis eſt propriè hæres, *l. hæredi-
tas, ff. de reg. iur.* vnde à proprietate verborum receden-
dum non eſt, *l. non aliter, ff. de legat. 3.* & ibi notant Bart. 3
& alij. Accedat, quod verba debent intelligi in potentiori
ſignificatu, *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager, vectig. vel
emphyt. petat. & l. quæritur, ff. de ſtat. homin.* Iaſ. *conſil.
89. n. 14. lib. 3. & conſ. 180. nu. 7. lib. 2. vbi add.*

Idem eſſet vocatis ſucceſſoribus tantum, nam veniunt 4
ſolum ſucceſſores vniuerſales, non ſingulares, *l. quædam,
§. his autem, ff. de edend.* & ibi Bald. Angel. & alij Bald. *in
l. emptorem, colu. 3. C. de locat.* Iaſ. *conſ. l. 89. nu. 2. & 14.
lib. 3.* Peregr. *de fideic. art. 32. nu. 84.* rationes ſunt, quod 3
verba ſunt intelligenda propriè, & quod intelligenda ſunt
in potentiori ſignificatu, vt dixi *ſupra num. 2.* quod decla-
ratur non procedere, ſi appoſita ſit dictio, quibuſcunque,
vt dicam *infra num. 7.*

Ampliatur, etiam quod vocati ſint hæredes, & ſucceſ- 5
ſores, nam adhuc intelligitur de hæredibus, & ſucceſſori-
bus vniuerſalibus non ſingularibus; nam quando dicitur,
hæredibus, intelligitur de hæredibus vniuerſalibus, qui
ſuccedunt de iure ciuili, & dum poſtea eſt additum ver-
bum, ſucceſſoribus, intelligitur de ſucceſſoribus vniuer-
ſalibus, qui ſuccedunt de iure prætorio, *l. ſtipulatio iſta,
in principio, cum Gloſ. in verbo, cæterorum, ff. de verb.
oblig.* & ita declarando tenent Imol. *in l. quod dicitur, col.
penul. ff. de verb. oblig.* & ibi Alexand. *in vlt. chart.* idem
Alexand. *in dicta l. quædam, §. nihil intereſt, in primo not.
ff. de eden. & in conſil. 124. column. 2. in principio, lib. 5.*
Iaſ. *dicto conſilio 89. num. 14. & ſequentibus lib. 3.* Pariſ.
conſi. 79. num. 7. & 8. lib. 3. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.
200. n. 39.* Pereg. *de fideic. art. 32. in fine.* Roland. à Valle,
conſ. 53. lib. 3.

Sed in hoc caſu contrarium tenuit Alexand. *in conſil.* 6
192. libr. 2. qui vult, quod ſi cumulentur verba hæredes,
& ſucceſſores, verbum, hæres, denotet vniuerſalem hæ-
redem, & verbum, ſucceſſor, denotet particularem ſuc-
ceſſorem, mouetur per text. *in l. fluminum, §. quod adij-
citur, ff. de damn. infect.* & quia niſi ita intelligatur ver-
bum, ſucceſſores, eſſet ſuperfluum, contra reg. *l. ſi quan-
do, ff. de legat. 3. & cap. ſi Papa, de priuileg. in ſexto.*

Reſpondetur hoc fundamentum Alexandr. eſſe falſum,
nam verbum, ſucceſſores, non eſt ſuperfluum, cum deno-
tet ſucceſſorem vniuerſalem, qui ſuccedit de iure prætorio,

tio,& verbum hæredes, vniuerſalem hæredem, qui ſuccedit de iure ciuili, vt dictum eſt *ſupra n.5.* & ita in ſpecie reſpondet Iaſ. *d. conſil. 89. nu. 19.* vbi etiam dupliciter reſpondet ad tex. *in dict. l. fluminum, §. quod adijcitur, ff. de damn. infect.* vbi apud eum videri poteſt.

7 Limitatur primò principalis cõcluſio, vt etiam veniat hæres in re certa, vel ſucceſſor ſingularis, quando teſtator vocaſſet quoſcunque hæredes, vel quoſcunque ſucceſſores, Bald. *in c. impetrante, in princ. col. penult. de prohib. feud. alienat. per Feder. in cap. 1. §. donare, col. 2. qual. olim feud. poter. alien. & in l. 1. q. 48. ff. de rer. diuiſ.* Roman. *in l. id tempus, §. 1. ff. de vſucap.* Alexand. *in l. quadam, §. nihil intereſt, col. 1. ff. de eden. & in l. ſi patroni, in princ. in penult. & vlt. col. ff. ad Trebell. & in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſth. & in l. quod dicitur caut. vlt. ff. de verb. obl.* Roman. *in l. etiam, in princ. ff. ſol. matr.* & ibi Alex. Iaſ. *conſ. 89. nu. 14. lib. 3. & conſil. 125. col. vlt. lib. 4.* Curt. iun. *conſi. 62. col. penult. & vlt.* Alciat. *in l. hæredis appellatione, ff. de verbor. ſignif.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 199. ante nu. 36.* Peregr. *de fideic. art. 32. in fine.* Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concluſ. 4. n. 5.* vbi alios addit.

8 Limitatur ſecundò, quando verbum hæres reſtringeretur ad deſcendentes, quia & deſcendentes in re certa inſtitutus veniret, Imol. *in l. ex facto col. 6. verſ. item attende, ff. de hæred. inſtit.* Ant. Gabr. *de verb. ſign. concl. 2. n. 20.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. n. 12.* vbi declarat Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 199. n. 37. & ſeq.* vbi etiam ipſe declarat Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. qu. 54. nu. 5.* Guid. Pap. *q. 458.* & ante iſtos Spec. *in tit. de teſtam. §. 1. verſ. pone, A. inſtituit hæredem B. n. 31.* Bald. *in l. liberti, libertæque, colu. pen. ver. ſed quid ſi quidam extraneus, C. de oper. libert.* Bero. *conſil. 110. n. 50. lib. 2.* fundamenta huius opinionis ponit Specul. *loco citato,* quia tandem mouetur ad ita ſentiendum fauore vltimæ voluntatis: addo, quod ex quo facta eſt mentio de hæredibus, & teſtator ſenſit de filijs, non eſt neceſſaria qualitas hæreditaria, vt plenè dixi *quæſt. præced.*

9 Ampliatur etſi requireretur quod iſti deſcendentes eſſent hæredes, quia ſufficit eos eſſe hæredes in re certa, Spec. quem refert, & ſequitur Bart. *in l. vt iuris iurandi, §. liberti, ff. de oper. liber. & in conſ. 55. & conſ. 60.* Imol. *in l. ex facto, ff. de hæred. inſt.* Angel. *d. l. quædam, §. nihil, ff. de hæred. inſtit.* & ibi Paul. de Caſtr. idem Angel. & Paul. *in l. quoties, C. de hæred. inſtit.* Caſtr. *in l. Gallus, §. etiam, n. 7. ff. de liber. & poſthum.* Bald. *in cap. 1. column. 3. verſ. quæro vtrum filius, de ſucceſſ. feud.* Aluar. *in cap. 1. col. vlt. an agn. vel fil.* Alex. *conſ. 128. colum. vlt. lib. 1. conſ. 9. col. 1. lib. 2. conſi. 8. colum. 1. lib. 3. conſi. 19. nu. 13. & conſi. 22. n. 2. lib. 5.* Brun. *conſ. 9. n. 10. & ſeq. lib. 1.* Siluan. *conſ. 30. n. 24. & ſeq.* Roland. à Valle *conſ. 53. nu. 3. conſ. 67. nu. 31. lib. 2.* vbi de magis communi, Guid. Papæ *q. 458.* Vincemel. *in feud. conſ. 1. nu. 92.* Curt. iun. *tract. de feud. par. 3. princ. ver. quinto principaliter,* Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concl. 3. n. 21.* Pereg. *de fideic. art. 32. n. 21.* qui loquuntur ferè omnes in re non tranſitoria ad extraneos hæredes, vt in feudis, vel emphyteuſi eccleſiaſtica conceſſis pro ſe, & hæredibus, pertinere enim dicuntur ad filios iure conuentionis, & non iure ſucceſſionis, vt poſt Iacob. de Beluiſ. & Bald. ſcribit Ruin. *d. conſ. 9. n. 11. in fin.* qui propterea infert non eſſe attendendam qualitatem ſucceſſionis, ſed qualitatem ſucceſſoris.

10 Et in diſpoſitione inter viuos vt inſtitutus in re certa cum vniuerſali hærede admittatur, loquitur Specul. cuius dictum eſſe notabile dicit Paul. de Caſtr. *d. l. Gallus, §. etiam ſi parente, nu. 7.* & ſequuntur Peregr. *d. art. 32. nu. 21.* & Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concl. 3. nu. 21.*

11 Diſſentiunt tamen alij, qui volunt hæredis appellatione non venire inſtitutum in re certa, quia appellatione hæredis, in dubio venit hæres vniuerſalis, non autem hæres in re certa, *l. quoties, C. de hæred. inſt. l. hæreditas, ff. de reg. iur. l. quædam, §. nihil, ff. de eden.* & dictum eſt *ſupra nu. 2.* Et in emphyteuſi eccleſiaſtica pro ſe, & hæredibus, non poſſe ſuccedere inſtitutum in re certa, ſcribit, & comprobat Alex. *conſi. 124. nu. 3. & ſeq. lib. 5.* vbi allegat Specul. Bald. Angel. & Salic. ſed in hoc non inſiſto, quia non eſt materia noſtra.

Quãdo autem inſtitutus in re certa habeatur loco hæredis, vel legatarij, ſcribunt Bartol. & alij *in l. Lucius, ff. de vulgar. & pupil. ſubſt.* Tiraquel. *in tract. Le mort ſaiſit, par. 2. declar. 4.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 250. n. 49. ad medium.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. qu. 19. & libr. 4. præſump. 20.* Pereg. *de fidc. com. art. 3. n. 3. & ſeqq.* 12

SVMMARIVM.

1 Hæredis appellatione veniũt fœminæ limitatiuè remiſſiuè.
2 Clauſula, de hærede in hæredem bona tranſire, & c. comprehendit fœminas.
3 Filios & hæredes vocans, dicitur & fœminas vocare.
4 Quoſcunque hæredes vocans, dicitur vocaſſe fœminas.
5 Quoſcunque hæredes vocans, dicitur vocare & deſcendentes à fœminis.
7 Statutis deficientibus, an recurrendum ſit ad ius ciuile Romanorum, vel potius ad ius ciuitatis dominantis? remiſſiuè.

QVÆSTIO CCCXLII.

Vtrum fœminæ veniant hæredis appellatione?

EX his quæ ſcripſimus ſupra, an vocatis filijs, vel deſcendentibus veniant etiam fœminæ? Haberi poteſt reſolutio præſentis diſputationis, vtrum vocatis hæredibus veniant fœminæ? nihilominus cum iura, & authoritates de hæredibus loquentes habeantur, non grauabor, & de hoc particulariter agere; dicendum eſt igitur, & fœminas venire appellatione hæredis, vt probatur *in l. hæredis appellatione ff. de verb. ſignif. l. 3. C. de legit. hæred. & in l. ex facto, § fin. ff. ad Trebell.* & ibi Doct. & ſcribunt etiam Alexand. *in l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de in ius vocan. & conſil. 56. num. 4. & conſ. 8. col. penul. libr. 1.* Gozad. *conſi. 20. col. 2.* Grat. *conſ. 64. col. 2. lib. 2.* Ruin. *conſi. 188. col. penul. in lib. 2. & conſil. 114. col. 3. lib. 3.* Crot. *conſ. 4. nu. 24.* Pariſ. *conſi. 83. nu. 12. lib. 2. & conſil. 26. num. 17. lib. 3.* Bero. *conſi. 110. num. 50. & ſeqq. lib. 2.* Odd. *conſ. 40. nu. 34. & ſeqq. & conſil. 68. nu. 16.* Bardel. *conſ. 81. n. 15. & ſeq.* Menoch. *conſ. 680. n. 18. 19. conſil. 732. n. 54. conſ. 926. n. 10. conſ. 1053. nu. 5. & lib. 4. præſu. 84. n. 34.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 159. n. 38. fol. 293. n. 67. & fol. 337. n. 10.* Surd. *deciſ. 95. n. 13.* Magon. *deciſ. Luc. 7. n. 1. & deciſ. 14. n. 4.* 1

Et quando dictum fuit, bona tranſire de hærede in hæredem, quod & fœminæ contineantur, volunt Alexand. *conſi. 23. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 13. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 88. col. 3. lib. 2.* quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideic. art. 32. nu. 43. poſt principium.* 2

Idem eſſet ſi vocati eſſent filij, & hæredes; quia fœminæ veniunt, Menoch. *conſ. 732. n. 56.* 3

Maximè autem fœminæ venirent, quando vocati eſſent quicunque hæredes, etiam quod eſſemus in materia non tranſitoria ad fœminas, quia tunc & fœminæ venirent, Ruin. *conſ. 16. col. 1. lib. 1.* Anton. Gabr. *de verb. ſignif. concl. 4. n. 2.* & alij infra ſtatim relati; & quæ dicta ſunt *q. 311. n.... & q. 401. n....* 4

Et iſto caſu, quando vocati ſunt quicunque hæredes, vt veniant & deſcendentes à fœminis, dixit Gab. *d. concl. 4. nu. 3.* vbi allegat Ruin. & Tiraquell. vt apud eum. 5

by Google

6 Declarãtur principalis concluſio eam non procedere quando teſtator proprias filias excluſit inſtituendo maſculos, quia ſi poſtea vocat hæredes, vel ſucceſſores, non intelligitur de fœminis, ſed tantum de maſculis, Alciat. *conſil.632.in fine*. Contrarium tenuit Odd. *conſil.46.numer.49.& conſi.68.num.16.* ſed hæc declaratio pendet à dictis *quæſt.311.nu....*

7 Declarationes plures etiam haberi poterunt ex dictis *dicta qu.311.*

Aduerte tamen quod Venetijs extat ſtatutum *in corr\-ect.li.6.cap.55.fol.111.tergo*, per quod diſtinguitur inter diſpoſitionem aſcendentis, & extranei, vt primo caſu ſoli maſculi veniant, in extraneis tam maſculi quam fœminæ, quod eſt notabile in locis Sereniſs. Dom. Veneti, ſi tenemus opinionem, quod in defectum ſtatutorum recurrendum ſit ad ſtatuta ciuitatis dominantis, de quo articulo videndi erunt Peregr. *conſ.63.nu.5. & ſeqq. libr.1.conſ.14.numer.3.lib.5.& deciſ.1.* Zanch. *in l.hæredes mei, § cum ita, nume.114.ff.ad Trebell.* Menoch. *libr.2. præſumpt.6.nu.12.& conſ.313.num.29.* Dec. *reſp.32.n.27.lib.2.* Ceph. *conſ.169.nu.7.conſ.238.nu.6.conſil.343.num.26.* & latè *conſ.414.nu.34.vſquoad n.43. & 67.& ſeqq.* Ludou. *concluſ.55.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredum appellatione veniunt omnes in infinitum.*
2 *Succeſſorum appellatione veniunt omnes in infinitum.*
3 *Prohibitio alienationis facta hæredi, an dicatur facta hæredi hæredis.*
4 *Hæredis appellatione veniunt omnes in infinitum, ſiue in numero plurali, ſiue ſingulari facta ſit mentio hæredis.*
5 *Vſusfructus relictus Titio, & eius hæredibus, intelligitur relictus ſolum primis hæredibus.*
6 *Hæredes alicuius tertij iam defuncti vocans, dicitur ſolos primos hæredes vocaſſe. Quod maximè procedit ſi aliquis, puta Titius, & hæredes Seij mortui eſſent vocati, nu.7. contra n.8.*
9 *Hæres hæredis non venit appellatione hæredis, quando teſtator proprium hæredem ſubſtituit.*
10 *Affectio non cadit erga incognitos.*
10 *Legato facto Titio, & poſt eius mortem ſubſtituto hærede, mortuo primo hærede ante Titium, caducata eſt ſubſtitutio de hærede, nec venit ſecundus hæres, Declara num.ſeqq.*
11 *Legato facto Titio in vita, mortuo hærede ante Titium legatum pertinet ad hæredem hæredis, Decl.nume.13. & 14.*
12 *Legatum ad tempus relictum, finito tempore reuertitur ad ius hæreditatis.*
15 *Hæredes nominatim, vel per dictiones relatiuas ſi vocentur, intelligitur de primis hæredibus ſcriptis, Decl. nu.15. & 16.*
17 *Hæres meus, vel ſuus ſi vocetur venit ſolum primus hæres.*
18 *Hæredes primi ſi extent, & hæredes ex prædefuncto hærede, concurrunt omnes, contra numer.18. & 19.*
21 *Hæredis appellatione quando veniat hæredis hæres, in contractibus, vltimis voluntatibus, pœnalibus, priuilegijs, & legis diſpoſitione, remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCXLIII.

Hæredum, vel ſucceſſorum appellatione, an veniant omnes in infinitum in fideicommiſſis?

1 ALia ſequitur dubitatio, vtrum ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum hęredes, vel ſucceſſores Titij, admittantur ſolum primi hæredes, an etiam hæredum hæredes, & quod veniant hæredes hæredum, quando vocati ſunt hæredes, probatur *in l.hæredis appellatio, & l.ſciendum, ff.de verbor.ſignific. & in l.qui per ſucceſſionem, ff.de reg.iur. l.3.§.fin. ff.de petit.hæred.l.quamuis, ff.ad Trebell. l.final.C.de hæred.inſtit. & in annalibus, C.de legat.* & de verbo, ſucceſſores, vt omnes contineantur, habetur *in Proœm.ſex.decret.§.ſanè, & in Clemen. dudum, de ſepult.* & ſcribunt Gemin. poſt Gloſ. *in cap.1. de homicid.* Bart. *in l.Gallus, §.etiam ſi parente, ff.de liber.& poſthum.* & ibi alij communiter, Rebuff. *in l.hæredis appellatione, col.1.verſ.amplia, ff.de verbor.ſignific.* Zanch. *in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.331.ff.ad Trebell.* Alex. *conſ.36.n.2.3.lib.3.& conſ.49.nu.6.7.lib.6.* Corn. *conſ.307.n.19.& ſeq.lib.1.& conſ.59.n.22.lib.2.* Pariſ. *conſ.33.n.38.lib.1.* Soc.iun. *conſil.128.ante nu.88.lib.1.* Ceph. latè poſt multos relatos *conſ.499.num.13.& ſeqq.* Menoch. *conſ.89.n.134.conſ.867.n.16.& ſeqq.& conſ.1071.num.1.& ſeqq.* Duran. *de arte teſtan.tit.6.cau.24.* Tiraquell. *de retrac.conuent.§.1.gloſ.6.nu.21.* Mantic. *de coniect.vlt.vol.libr.8.tit.14.nu.21.* Pięt. *de interp.vlt.vol.fol.198.n.21.& multis ſeqq.* Pereg. *de fideic.art.32.nu.60.& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *concl.16.illat.44.verſic. ampliatur quartò.*

2 Sed contrarium in ſubſtitutionibus, vt non veniãt niſi primi hęredes probauit Ancharan. *conſi.130.* vbi allegat Bartol. & Bald. & illam deciſionem Ancharan. probauit Mant *de coniectur.vlt.vol.libr.8.tit.14.in fin.* Ioſeph. Ludou. *concl.16.illat.44.verſic.tertiò reſpondetur.*

Adducit Anchar. *l.qui liberis, §.hac verba, ff.de vulg.& pupill.* & prætorea addit rationem, quod ſubſtitutiones fiunt ob merita & affectionem, *l.nec adiecil, ff.pro ſoc.* nec affectio & merita cadere poſſunt in eos qui caſu poſtea, & fortuitò ſuccedunt, *l.ſi fuerit.ff.de leg.3.& l.non eſt ferendus, ff.de tranſact.*

3 Sic è contra prohibitio alienationis facta hęredi dicitur facta & hęredi hæredis, ſecundum Bart. *in l.filiusfamil.§.Diui, ff.de leg.1.* & ibi alij, *& in l.Lucius, §.Sempronio, ff.de leg.3.* Soc.ſen. *conſt.106.col.3.libr.3.* Ruin. *conſ.124.num.1.libr.2.* Dec. *conſ.377.nu.5.* Rimin.iun. *conſ.20.nu.6.* Ceph. *conſ.318.nu.84.& conſi.499.nu.19.* Peregr. *conſ.58.nu.1.& ſeqq.lib.1.& in tract.de fideic.art.32.n.67.* Piet. *de interp.vlt.vol.fol.283.nu.7.* Tiraquell. *de retract.conuent.§.1.gloſ.6.n.24.* Ruſtic. *in l.cum anus, lib.6.cap.11.nu.28.verſ.tertiò, ff.de condit.& demonſtr.* cum alijs congeſtis *q.677.* prohibitio alienationis an extẽdatur de perſona ad perſonam *declar.5.* vbi latiùs de hoc.

4 Ampliatur autem concluſio, vt procedat, ſiue in numero plurali, ſiue in numero ſingulari facta ſit mentio hæredum, quicquid aliqui contra dixerint diſtinguendo, quod in numero plurali facta mentione omnes veniant, ſecus ſi in numero ſingulari, nam indefinita locutio ęquipollet plurali, *l.ſi pluribus, ff.de leg.2.& l.plures, ff.de legat.3.* & ita ſe habet recepta ſententia, quam in ſpecie probarunt Bart. *in l.Gallus, §.etiam ſi parente, ff.de liber.& poſthu.* Gul. de Cun. *in d.l.in annalib.C.de legat.* & ibi Salic. Fulgoſ. Alex. & Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.14.nu.21.* Pereg. *de fideicom.art.32.nu.61.*

5 Limitatur primò, quando hæres eſt vocatus ad rem, quæ ſui natura non tranſit ad hęredes, vt ſi vocatus ſit ad vſumfructum Titius & eius hęredes, quia de primo tantum hærede intelligitur, *l.antiquitas, C.de vſufr.* Bart. *in l.Gallus, §.etiam ſi parente, nu.7.ff.de liber.& poſthum.* Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.14.nu.22.* Menoch. *li.4.præſumpt.130.n.6.* Ludou. *concl.16.illat.44.verſi.tertio limitatur.*

Limitatur

6 Limitatur ſecundò, quando teſtator vocaſſet hæredes alicuius ter ij iam defuncti, quia tunc diſpoſitio reſtringitur ad primos hæredes, qui fuerunt cogniti teſtatori, Anchar. conſ. 130. Peregr. de fideicom art. 32. nume. 66. [Et Anchar. ſequitur Mant. de coniect. vlt. vol. libr. 8. tit. 14. in fine.]

7 Quod fortiùs procederet, quando teſtator vocaſſet Titium, & hæredes Caij iam mortui, nam intelligeretur de primis heredibus, quia ſicuti Titius moriens non tranſmiſiſſet ius ſubſtitutionis ad ſuos hæredes, ſed caducum fieret fideicommiſſum pro illius portione, vt dicā q. 490. fideicommiſſum conditionale vtrum tranſmittatur? ita pariter hæredes Seij, coniuncti in ſubſtitutione non tranſmittent ad eorum hæredes, per reg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup ſubſt. & l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſt. & ita in ſpecie arguit, & decidit Anchar. conſ. 130. in fin. [Et deciſionem Ancharani probant Peregr. d. art. 32. nu. 66. & Mant. d. tit. 14. in fine.]

Sed contra conſil. Anchar. illud reprehendendo tenet Rimin. iun. conſi. 252. n. 32.

8 Limitatur tertiò, quando teſtator ſubſtituiſſet hæredes non alicuius tertij, ſed proprios: vt ſi facto legato Titio, poſt Titij mortem ſubſtituatur hæres, nam mortuo hærede primo ante Titium, caducatur diſpoſitio, nec admittitur hæres hæredis, Bart. in l. qui liberis, § hæc verba in primo not. ff. de vulg. & pupill. & ibi Bald. Cuman. Imol. Alexand. & Iaſ. Bald. in l. cauſæ, §. Pomponius, D. de minor. & in l. vlt. in 3. oppoſit. & q. 26. n. 46. C. de hæred. inſtit. Alex. in d. l. Gallus, § etiam ſi parente, in fin. D. de liber. & poſth. Hieron. Gabr. conſi. 132. q. 4. nu. 27. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 32. n. 74. & ſeq. Ceph. conſi. 158. nu. 27. & ſeq. lib. 2. & conſ. 497. n. 21. lib. 4. [Sed aduerte quod Riminald. loco obiecto non tenet contra Anchar. quidquid dicat Peregrinus, immo ſi ad eius dicta aduertatur, concordat cum eo, nec caſus Riminaldi erat in terminis propoſitis ab Ancharano, nam ibi erat vocata Ludouica, & eius hæredes, ſed in caſu Ancharani vocati erant hæredes iam mortui, & ego etiam conſulendo tenui cum Anchar. vt patet in conſil....]

9 Probatur primo iſta opinio per tex. in d. l. cauſæ, §. Pōponius, D. de minor. vbi habetur caſus, de quo ſupra.

10 Secundò, cum teſtator vocauit poſt Titium hæredem ſuum, videtur ſenſiſſe de hærede ſcripto, erga quem habuit affectionem, ideo eo deſcendente pendente conditione, non ſuccedit hæredis hæres, ſed caducatur ſubſtitutio, l. vltim. §. fin. autem ſub conditione, C. de caduc. toll.

Tertiò, cum hæredis verbum proferatur de homine in ſubſtitutione de hærede ſcripto intelligitur quia circa incognitos & fortuitos hæredes nulla cadit affectio, l. ſi fuerit, D. de leg. 3. & l. non eſt ferendus, D. de tranſact. & fideicommiſſa relinquuntur ob affectionem, ex qua colligitur voluntas teſtatoris, l. nec adiecit, D. pro ſoc. & ita arguunt Anchar. Bart. Bald. Cuman. Alex. Iaſ. & Peregr. locis citatis.

11 Quod tamen intelligitur quando res ſimpliciter fuit legata, & poſt mortem Titij ſubſtitutus hæres, ſecus ſi legatario eſſet relicta res ad vitam, quia eo caſu hæres hæredis admitteretur, quia tunc potius ius hæreditarium, quam perſona hæredis fuit conſideratum: legatum enim ad tempus relictum, tempore finito reuertitur ad ius hereditatis, l. ſi ita, ff. de ſtat. liber. & l. illud, C. de legat. & ibi Bart. Bald. Salic. Fulgoſ. Alexand. Caſtr. Corn. & Iaſ. Bart. in l. Titia cum teſtamento, §. Titia, colu. 1. ff. de leg. 2. Rip. de donat. reſp. 3. Rub. Alex. conſu. 23. Dec. conſil. 597. num. 4. Soc. in conſi. 54. col. 1. libr. 4. Pariſ. conſil. 21. num. 38. libr. 2. Caualc. in tract. de vſufr. mul. relic. nume. 79. Ceph. conſ. 258. n. 27. & ſeq. lib. 2. qui omnino videndus erit per totum, vbi latè tractat quando legatum eſt relictum ad vitam, an hæres hæredis admittatur, & multipliciter declarat.

Niſi poſtquam fuit factum legatum ad vitam addi- 12
tum eſſet, & poſt mortem Titij ſubſtituo hæredem, nam tunc intelligeretur de hærede ſcripto, ita vt eo decedente ante legatarium, ſubſtitutio de hærede ſit caducata, ita in ſpecie tenuerunt Bart. in d. l. Titia cum teſtamento, §. Titia, ff. de legat. 2. & ibi Bald. Corn. in l. illud, C. de legat. Soc. ſen. conſi. 192. column. penult. verſ. ſed poſito, libr. 3. Pariſ. conſi. 21. n. 38. & nu. 44. & conſ. 97. n. 6. & 7. li. 2. Soc. iun. conſ. 54. n. 2. lib. 1. & ante iſtos Petr. de Bellapert. in §. Titia, Caſtr. in l. ſi filius a patre, col. vltim. ff. de lib. & poſthum. Soc. iun. conſ. 102. n. 24. lib. 2. Ceph. conſil. 158. n. 27. & ſeq. lib. 2.

Contra verò in hoc caſu tenent Caſtr. in d. l. Titia, cum 13
teſtamento § Titia, ff. de legat. 2. & ibi Pic. num. 15. Caſtr. in l. illud, C. de legat. & ibi Alex. idem Alex. conſ. 92. col. 1. & col. 3. & conſ. 173. lib. 5. Ruin. conſ. 29. n. 5. lib. 2.

Porrò ſi vocati eſſent hæredes nominatim, vel per di- 14
ctiones relatiuas; infraſcripti, ſupraſcripti, dicti, & ſimiles, tunc ſoli ſcripti in teſtamento admitterentur, & illis mortuis ante grauatum fideicommiſſum, vel legatum tāquam caducum remaneret apud eum, Bart. in l. qui liberis, § hæc verba, ad finem ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & ibi Alex. Imol. in l. ſi quis filium, § fin. ff. de acquir. hæred. Dec. in l. qui per ſucceſſionem, num. 4. D. de reg. iur. & ibi Cagnol. nu. 6. & 9. Rip. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 111. ff. de legat. 1. & in l. hæredes mei, § cum ita, num. 69. ff. ad Trebell. Alciat. in l. hæredis appellatio, D. de verb. ſignif. Fulgoſ. conſ. 70. num. 1. & ſeq. Alex. latè conſ. 173. libr. 5. & conſ. 76. n. 6. lib. 7. Corn. conſ. 69. lib. 4. Ruin. conſ. 29. nu. 5. lib. 2. Rub. Alex. conſ. 23. n. 4. Soc. iun. conſi. 131. nu. 74. lib. 1. & conſi. 54. nu. 9. & ſeq. lib. 4. Port. Imol. conſ. 8. Ceph. conſi. 158. n. 44. & conſi. 499. n. 20. Bertaz. conſi. 83. n. 15. & n. 118. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. n. 22. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 171. n. 219. fol. 176. n. 62. & fol. 178. n. 22. Peregr. de fideic. art. 32. n. 7. Ioſeph. Ludou. concl. 16. illat. 44. verſ. limitatur primo, & verſ. quintò limitatur.

Probatur apertè per caſum, in l. qui liberis, §. hæc verba, D. de vulg. & pupil. in l. cum ita adiicitur, §. vlt. D. de cond. & dem. monſt. & in l. Celſus, § quo alicuius, D. de legat. 2.

Niſi eadem militaret ratio tam in primo quam in ſe- 15
cundo hærede, nam tunc non obſtantibus verbis relatiuis hæredis hæres comprehenderetur, Iaſ. in l. filiusfamilias, §. Diui, in 2. lectura, num. 18. D. de legat. 1. Dec. in l. qui per ſucceſſionem, nu. 4. D. de reg. iur. & ibi Cagnol. nu. 6. & 9. Alciat. in l. hæredis appellatio. D. de verb. ſignifi. Corn. conſi. 69. li. 4. Ceph. conſ. 258. n. 44. Pereg. d. art. 32. num. 70. Ratio enim generalior dicto illud extendit, Bart. in l. pater filium, §. fundum, D. de leg. 3. & alibi ſæpiſſime.

Ratio autem eadem videtur ineſſe vbicunque nulla 16
veriſimilis affectio conſiderari poſſit magis in hæredibus ſcriptis quam in non ſcriptis, vt dicit Ceph. dict. conſil. 158. numer. 44. poſt Corn. Dec. Cagnol. & Alciat. ſupra relatos.

De hoc autem articulo, quando hæres hæredis veniat, licet adſint verba relatiua, videndus erit Ceph. dict. conſ. 158. lib. 2. vbi latè, & ſubtiliter.

Idem eſſet quando teſtator vocaſſet hæredem ſuum, 17
vel dixiſſet, ſubſtituo hæredem meum, nam tunc non veniret hæres hæredis, quaſi reſtrictio facta ſit ad primum hæredem, ita poſt Old. Dec. & alios ſcribit Præt. de interpret. vlt. vol. fol. 198. nu. 27. Ioſeph. Ludou. d. concl. 16. illat. 44. verſ. quintò limitatur. Niſi adſit eadem ratio tam in primo quam in ſecundo hærede, vt nu. 15. & ſeqq. dictum fuit.

Sed quid ſi extent aliqui ex primis hæredibus, & 18

hæredes ex vno ex primis hæredibus defuncto, an tunc concurrant tam primi hæredes, quam hæredes hæredis iam defuncti, & pro concurſu conſuluit Alex. *conſil 36. lib. 3.* & ſequitur Pariſ. *conſ. 21. lib. 2.*

19 Contrariam verò ſententiam, quod hęres immediatus admittatur & præferri debeat hæredibus hæredum præmortuorum, ſcribunt Menoch. *conſil. 774. nu. 7. & ſeqq.* Peregr. *de fideic. art. 32. n. 38. in fine.*

20 Quæ opinio maximè procederet, ſi vocati eſſent hęredes verbis relatiuis ad primos, nam hæredes immediati ſoli admitterentur: ita in vno, & eodem caſu conſuluerũt Socin. iun. *conſ. 54. lib. 4.* & Port. Imol. *conſ. 8.* quos refert & ſequitur Peregr. *d. art. 32. nu. 78. in fine.* & probatur ex dictis ſupra *n. 14.*

21 Quando autem hæredis appellatione non veniat, vel veniat hæredis hæres, tam in contractibus, quam vltimis voluntatibus, in pœnalibus, in priuilegijs, & in diſpoſitione legis, plenè habetur per Bart. & alios Doct. *in l. Gallus §. etiam ſi parente, ff. de lib. & poſthum.* Bart. & Doct. *in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pup. ſubſtu.* Roman. *in l. ſi quis filium, §. vltimo, ff. de acquir. hæred.* & ibi Imol. & Iaſ. Dec. *in l. qui per ſucceſſionem, ff. de reg. iur.* & ibi Cagnol. Ceph. *conſi. 158. conſi. 393. nu. 139. & ſeq. & conſ. 499* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. Gloſ. 6. n. 17. & ſeqq.* Prat. *de interpr. vlt. volunt. fol. 198. nu. 27. & ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *concl. 16. illat. 44. verſu. ampliatur quarto, vſque ad illationem 45.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 130. n. 6.* Pereg. *de fideic. art. 32. nu. 60. & ſeqq* & Mant. *de coniect. vlt. vol. libr. 8. tit. 14. in fin.* & quæ dicam *in ſeq. quæſt.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredem grauans dicitur grauaſſe & hęredem hæredis, decl. nu. 4. 6. 7. 9.*
2 *Legata relicta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto, Decl. n. 8.*
4 *Conditionalis diſpoſitio debet ſe habere ad eſſe, & non eſſe.*
6 *Hæres hæredis non dicitur grauatus hærede nominatim, vel verbis relatiuis grauato.*
9 *Hæredi hæredis non dicitur impoſitum grauamen, quod eſt impoſitum hæredi in materia pœnali, & odioſa.*

QVÆSTIO CCCXXX.

Hærede primo grauato, & hæredis hæres vtrum grauatus cenſeatur?

1 QVæro, & teſtator grauauit hæredem, an & hæredẽ hæredis dicatur grauaſſe? Et pro affirmatiua opinione extat *conſi.* Corn. *69. lib. 4.* quem refert & ſequitur Peregr. *de fideicommiſſ. art. 32. n. 67.* & probatur *in l. annuam, ff. de annu. legat.* Facit etiam ratio, quia ſi teſtator grauauit primum hæredem cognitum, & quem magis diligebat, fortiùs dicendum eſt, quod voluerit grauare etiam ſecundum hæredem incognitum, ita Corn. *d. conſ. 69. n. 6. lib. 4.* Vnde etiam dicitur, quod legata relicta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto, *l. Imperator, ff. de leg. 2.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 2. nu. 15.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 108.* Peregr. *de fideicomm. art. 16. n. 54. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 1171. n. 40. & ſeq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. q. 56. & q. 99.*

2 Et ideo prohibitio alienationis facta hęredi dicitur facta & hæredi hæredis, vt dixi *quæſt. præced. n. 3.* & dicam latiùs *q. 677.*

3 Declaratur primò in caſu propoſito à Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de teſtam. §. in primis, in vlt. addit. circa finem*, vbi vult, quod ſi teſtator inſtituit tres fratres, & dixit, ſi aliquis hæredum meorum ſine filijs, moriatur, Titium ſubſtituo, nam altero mortuo cum filio hærede, licet poſtea ſine hæredibus decedat, ſubſtitutio euaneſcit, nec dicitur facta & hæredi hæredis; idem tenent Natt. *conſ. 191. nu. 22.* & Rimin. iun. *conſil. 252. nu. 45.* quos refert & ſequitur Peregr. *de fideic. art. 32. num. 68.* vbi dicit eſſe communem opinionem.

4 Ratio autem eſt, quia diſpoſitio eſt conditionalis, quæ propterea debet ſe habere ad eſſe & non eſſe ex natura conditionis, *l. cum ad præſens, & l. itaque, D. ſi cert. pet. §. conditiones, & §. ſub condit. inſtitut. de verb. obligat. l. ſi pupillus, §. primo, D. de nouat. & l. conditio in præteritũ, D. de verb. oblig.* Si autem appellatione hæredis veniret in hoc caſu, & hæres hæredis, conditio non ſe haberet ad eſſe & non eſſe: ita Imol. declarat *in l. qui libertis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* & ibi Aret. *in vlt. not.* & refert & ſequitur Pereg. *d. art. 32. n. 68. in fin.*

5 Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator nominatim grauaſſet primum hæredem, vel relatiuis verbis, dicendo quiſquis mihi hæres erit, quia intelligeretur de hærede ſcripto, non autem de hęrede hæredis, *l. cum filio, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. qui liberis, §. hæc verba, ff. eod. l. ſecundum, ff. de verb. ſignif.* Bald. *in l. quidam eulogio, col. vlt. C. de iur. delib. & in cauſa egregia, libr. 5.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. n. 19.* Peregr. *de fideic. art. 32. n. 69.*

6 Idem eſſet, quando hæres eſſet nominatus alijs verbis relatiuis, dictus, ſupraſcriptus, infraſcriptus, ipſe, & ſimilibus, quę important grauamen perſonaliſſimum, vt ſcribunt Bald. Alex. Dec. Ruin. Imol. Iaſ. Cagnol. & Rip. relati à Pereg. *d. art. 32. n. 69.* quos & ipſe ſequitur: & idem in actiua vocatione tenent multi relati *q. præced. n. 14.*

7 Quæ opinio etiam probatur ex eo, quod dicitur legata nominatim relicta ab inſtituto, nõ cenſeri repetita à ſubſtituto, *l. Celſus, §. alicuius, ff. de legat. 2. l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. falcid.* Doct. *in l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* vbi Bart. & Iaſ. *nu. 31.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 2. n. 15.* Peregr. *de fideic. art. 16. num. 59.* & latè comprobat Menoc. *lib. 4. præſump. 108. n. 24. & ſeqq.*

8 Subdeclar. tamen multipliciter ex traditis à Cephal. *conſ. 158.* & Peregr. *d. art. 32. n. 70.*

9 Declara tertiò (licet ſit extra materiam noſtram) quãdo ſumus in odioſis, & pœnalibus, quia tunc grauamen impoſitum hæredi, non dicitur impoſitum & hæredi hęredis, quia in pœnalibus & odioſis non ſufficiunt coniecturæ Bald. *in l. vlt. q. 22. C. de hæred. inſtit.* & ibi Alex. & Iaſ. *col. 2.* Roman. *in l. ſi quis filium, §. vlt. D. de acquir. hæred.* Dec. *in l. qui per ſucceſſionem, in 3. limit. ff. de reg. iur.* & ibi Cagnol. *num. 10.* Crot. *in l. filiusfam. §. Diui, nu. 133. ff. de legat. 1.* & ibi Ferdin. Loarez. *nu. 150.* Alexand. *conſil. 140. lib. 6.* Rimin. iun. *conſil. 482. numer. 3.* Duen. *reg. 39. n. 2.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. Gloſ. 6. n. 18. & in tract. Le mort ſaiſit, par. 2. decl. 5. nu. 7.* Pereg. *de fideic. art. 32. nu. 71.* Ioſeph. Ludou. *concl. 16. illat. 44. ver. limitatur ſecundo.*

SVMMARIVM.

1 *Lineam vocans teſtator, ſolos deſcendentes vocaſſe dicitur.*
2 *In primogenituris vocata linea, intelligitur de deſcendentibus.*
3 *Verba in ſpecie potiùs quàm in genere accipi debent.*
4 *Interpretatio ſumitur, per quam hæres minus grauatur.*
7 *Pronomen, ipſius, facit perſonalem demonſtrationem.*
8 *Pronomen, ipſius, ſignificat immediatum quandam.*
11 *Lineam domus hæredis vocans dicitur tam tranſuerſales, quàm deſcendentes vocaſſe.*

12 *Lineam*

12 *Lineam rectam vocans, dicitur ſolos deſcendentes vocare.*

13 *Linea vocata veniunt etiam tranſuerſales, quando in deſcendentibus non poſſe verificari teſtator ſciebat.*

15 *Lineæ appellatione veniunt & agnati tranſuerſales, quando diſpoſitio eſt facta pro conſeruandis bonis in agnatione, contra n. 16.*

17 *Linea agnationis vocata, veniunt & agnati tranſuerſales.*

18 *Linea maſculina vocata, & tranſuerſales dicuntur vocati, limita n. 19.*

20 *Linea vocata, & tranſuerſales veniunt, ſi in alio teſtamento teſtator ſub nomine lineæ voluit & tranſuerſales comprehendi.*

21 *Voluntas teſtatoris dubia declaratur ex dictis in alio teſtamento, contra n. 22.*

22 *Qualitas appoſita in primo teſtamento non cenſetur repetita in ſecundo, contra n. 21.*

23 *Linea vocata & tranſuerſales veniunt, quando teſtator plures lineas vocauit, & in vno ſenſit de linea tranſuerſali.*

24 *Aequalitas præſumitur ſeruata à teſtatore inter filios, fratres, vel alios coniunctos.*

25 *Qualitas appoſita in vno cenſetur repetita in alio obſeruandam æqualitatem.*

26 *Lineam vocans, vſque ad quem gradum extendatur vocatio, diſtinguitur.*

27 *Linea vocata, intelligitur de linea teſtatoris, non hæredis.*

QVÆSTIO CCCXLV.

Vtrum linea vocata veniant ſoli deſcendentes, an etiam tranſuerſales?

1 LIneam vocauit teſtator, vel dixit, quod bona conſeruentur in linea: oritur dubitatio, an teſtator ſenſerit de linea effectiuè, & ſic de ſolis deſcendentibus & aſcendentibus, an etiam de linea contentiuè, ita vt etiam de tranſuerſalibus intelligatur? Receptiſſima eſt ſententia, quod vocati ſint ſoli deſcendentes, in qua fuerunt Paul. de Caſtr. *in l. maritus, C. de procur.* & ibi Iaſ. & alij ſequuntur, idem Iaſ. *in rubr. de oper. nou. nunciat. colu. 2. & in l. 2. col. 2. C. de iur. emphyt.* Bald. *conſi. 321. statuto cauetur quod hæres, lib. 1. & conſ. 334. in quæſtione, lib. 3.* Anchar. *conſ. 95. nu. 7.* Corn. *conſ. 92. col. vlt. conſil. 198. col. vlt. lib. 3. & conſ. 113. n. 2. lib. 4.* Soc. ſen. *conſi. 3. nu. 9. 10. lib. 3.* Dec. *conſ. 365. col. 3. & conſ. 379. n. 4. & ſeq.* Ruin. *conſi. 98. n. 4. lib. 1. conſi. 49. n. 6. conſ. 153. n. 10. conſ. 209. n. 3. lib. 2. conſi. 23. col. 3. & conſ. 24. li. 3.* Parit. *conſ. 74. nu. 32. lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 57. n. 66. lib. 2.* Crauet. *conſ. 250. n. 5.* Ceph. *conſi. 313. n. 59. & 60.* Præt. *conſi. 59. nu. 14. lib. 1.* Menoch. *conſ. 233. nu. 15. & ſeqq. multis, conſil. 234. n. 7. & ſeqq. conſ. 326. n. 6. & 8. conſ. 633. n. 11. conſ. 732. n. 43. conſi. 926. n. 14. conſi. 957. nu. 9. & ſeqq. conſil. 982. n. 8. & conſ. 1177. n. 9. lib. 4. præſumpt. 88. nu. 11.* Pereg. *conſ. 11. n. 16. lib. 2. conſi. 57. n. 8. & infra lib. 5. & in tract. de fideic. art. 22. n. 24.* vbi alios addit, Brun. *ſup. ſtat. exclud. fœmin. art. 11. q. 19. col. 1. & 2.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 83. n. 10.* Pret. *de interpr. vlt. vol. fol. 291. n. 41. & ſeq.* Capic. *deciſ. 159. n. 6.*

2 Et in primogenituris vocata linea, quod intelligatur de linea effectiuè, volunt Ceſ. Vgo *conſi. 120. n. 25.* Burge. Salon. *conſi. 29. n. 23. verſ. item ſecundam,* quos refert & ſequitur Menoch. *conſi. 926. n. 14.*

Probatur *in cap. 1. in tit. de nat. ſucceſſ. feud.* Et quod in ſimili dicitur de duabus vijs, quæ habent idem principium, nam duæ ſunt viæ, & qui eſt in vna, non eſt in alia, ſic Bald. Salic. & Dec. relati à Peregr. *d. art. 22. nu. 24.*

Secundò facit, quia verba debent potiùs accipi in ſpecie, quam in genere, *l. hoc legatum. ff. de leg. 3.* & ibi Bart. & ita arguit Pereg. *conſi 57. n. 9. verſ. primò quia, lib. 5.* & Menoch. *conſi. 233. numer. 16. & ante ipſos* Socin. ſen. *conſ. 33. n. 10. lib. 3.* Dec. *conſ. 379. n. 4. 5.* Ruin. *conſ. 198. n. 4. lib. 1.* 3

Tertiò, ſumenda eſt interpretatio, quod hæres minus grauetur, quam fieri poſſit, *l. vnum ex familia, §. ſi rem, & l. Titia cum teſtamento, §. 1. ff. de leg. 2.* & hoc argumento etiam vſus eſt Peregr. *d. conſ. 57. nu. 9. verſic. tertiò ſumitur, lib. 5.* 4

Malè ergo ab hac opinione diſſenſerũt Comenſ. *conſ. 2. n. 4.* & Ceph. *conſ. 313. n. 57.* qui voluerunt & tranſuerſales contineri, ſed Ceph. loquitur, quando teſtator voluit bona conſeruare in agnatione. 5

Prima autem opinio maximè procederet, quãdo teſtator dixiſſet, quod bona conſeruarentur in linea ipſius teſtatoris, nã tranſuerſales non continerentur, Ruin. *conſ. 153. n. 11. li. 2.* Hier. Gabr. *conſ. 132. n. 60. li. 1.* Pereg. *cõſ. 57. n. 9. lib. 5.* Menoch. *conſ. 233. n. 21. & lib. 4. præſump. 88. n. 11. in fi.* Et hoc propter illud pronomen, ipſius, quod facit perſonalem demonſtrationem, & habet naturam præciſam, vt not. *in rub ff. de oper. nou. nunc.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 111. ff. de leg. 1.* &, poſt alios multos, Tiraquel. *de retr. act. conuent. §. 1. glo. 6. n. 25.* Meno. *conſ. 349. n. 3.* Ceph. *conſ. 43. n. 8. & conſ. 630. n. 1.* Et immediatatem quandam ſignificat, Alciat. *reſp. 33. num. 3.* Soc. iun. *conſ. 144. n. 14. lib. 3.* Menoch. *conſ. 276. nu. 13.* 6 7 8

Et etiam tranſuerſales non venirent, quando vocati eſſent, qui ſunt ex linea Titij, & hoc propter dictionem, ex, quæ denotat immedietatem certam, vt poſt alios dicit Menoch. *conſi. 234. n. 12.* 9

Et quando vocata eſſet linea hæredis, vel linea Titij, quia de ſolis deſcendentibus intelligitur, Bald. *conſi. 321. & conſi. 334. in quæſtione, lib. 3.* Menoch. qui plures adducit *conſi. 924. nu. 1.* Capic. *deciſ. 159. nu. 6.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 291. num. 41.* 10

Niſi vocata eſſet linea domus hæredis, quia verbum hæredis non refertur ad lineam hæredis, ſed ad domum hæredis, quo caſu veniunt etiam tranſuerſales, qui ſunt de domo hæredis, Menoch. *d. conſi 924. num. 12.* vbi propterea dicit ſumendum eſſe initium ab ipſa domo à qua linea prouenit, cum omnes de domo dicantur de linea domus. 11

Et ſimiliter, ſi vocata eſſet linea recta, non venirent alij, quam deſcendentes, Bart. *conſil. 56. quia ſatium, col. vlt. lib. 2.* Bald. *conſ. 321. ſtatuto cauetur, lib. 1.* Alex. *cõſ. 118. n. 2. & ſeq. lib....* Soc. ſen. *conſi. 33. nu. 9. lib. 3.* Corn. *conſ. 198. col. vlt. li. 3.* Dec. *conſ. 365. n. 4.* Ruin. *conſ. 98. col. 2. lib. 1.* Socin. iun. *conſi. 108. n. 32. lib. 2.* Ceph. *conſil. 510.* Menoch. *conſi 326. num. 81. & ſeqq.* vbi alios addit Præt. *conſi. 32. n. 2. & ſeqq. lib. 1. & de interpr. vltimar. volunt. fol. 293. n. 71. circa medium.* 12

Declaratur primò recepta opinio principalis, vt locum non habeat, quando aliàs verba eſſent ſuperflua, vel teſtator ſciebat non poſſe verificari lineæ vocationem in deſcendentibus, quia tunc & collaterales comprehenderentur, Crauett. *conſi. 656. n. 6.* Menoch. *lib. 4. præſump. 88. nu. 11. in fi.* & conferunt egregiè dicta à Ceph. *conſi. 606. n. 16. & ſeq.* Ruin. *conſ. 149. n. 8. lib. 2.* Menoc. *conſi. 106. nu. 219. conſi. 924. n. 5.* & quæ ego ſcripſi *quæſt. præced.* quando vocata eſt proles, vel generatio, vel ſui, vel poſteri, vel hæredes, vbi comprobaui & tranſuerſales venire, quando in deſcendentibus non potuiſſe verificari ſciebat teſtator, & argumenta ibidem adducta ſeruiunt & ad præſentem declarationem. Et ego conſulendo idem tenui ſuper teſtamento, & fideicommiſſo D. Camilli Pannitiæ de Lonato. 13

14 Declaratur ſecundò non habere locum, quando vocata eſſet linea domus hæredis, vel Titij, quia tunc & tranſuerſales venirent, vt dixi ſupra *n.11.*

15 Declaratur tertiò non habere locum, quando teſtator voluit agnationem conſeruare, quo caſu, ſi non extant deſcendentes venire tranſuerſales ſcribunt Cuman. *conſi.* 2. Salic. inter conſil. Anchar. *conſil.95. col. penul.* Paul. de Caſtr. *conſi.111. viſis & ponderatis, col. vlt. libr.1.* Soc. ſen. *in l. Gallus, §. nunc de lege, nu.4. ff. de liber. & poſthu.* Ruin. *conſ.149. n.10. lib.2.* Menoc. *conſi.428. num.6. & conſ.924. n.8.* Dur. *de art. teſtan. tit.5. caut.22. in fi.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol 291. n.43.*

16 Contrariam ſententiam probauit Crauet. *conſi.250. n.5.* qui loquitur de ſtatuto, prout etiam aliqui ex citatis pro contraria opinione loquuntur.

17 Declaratur tertiò, quando teſtator vocaſſet lineam agnationis, quia tunc omnes aſcendentes, deſcendentes tranſuerſales agnatos comprehendit, Menoc. *conſi.427. n.16. conſ.463. n.12. in fine, & conſ.924. n.1. & ſeqq.* Peregr. *conſi.11. n.16. verſ. allegata autem, lib.2.*

18 Declaratur quartò, quando vocata eſt linea maſculina, nam tunc etiam tranſuerſales venire ſcribit Præt. poſt alios *de interpr. vlt. vol. fol.290. nu.39. & 43.* Menoch. *conſ.463. n.12.* vbi vocata eſt linea paterna, & agnatitia, & fortius addito verbo, quicunque de linea maſculina; Ruin *conſ.149. n.10. lib.2.*

19 Niſi vocati eſſent deſcẽdentes maſculi per lineam maſculinam, nam tunc nec deſcendentes, nec tranſuerſales venirent, Alex. *conſ.18. n.2. lib.3.* Soc. iun. *conſ.108. nu.32. lib.2.* Ceph. *conſ.510.* Præt. *conſ.32. n.2. & ſeq. lib.1.* vbi alios etiam refert, & *in tract. de interpr. vlt. vol. fol. 239 n.72. ante verſ. tertiò declaratur.*

20 Declaratur quintò, non habere locum, quando teſtator in alio teſtamento accepiſſet lineam etiam pro tranſuerſalibus, quia & in vltimo teſtamento dicendum erit eundem ſenſum teſtatorem habuiſſe, Menoch. in ſpecie *conſ.924. nu.16.* & facit quod dixit Dec. *in conſ.515. col. vlt.* vbi vult quod ſi in primo teſtamento facta eſt mentio lineæ maſculinæ, quod iſta qualitas cenſetur repetita in ſecundo.

21 Ratio eſt, quia dubia voluntas teſtatoris declaratur ex his quæ in alio teſtamento diſpoſuit; Menoch. *conſ.434. n.10.* Mant. *de coniectur. vlt. vol. libr.12. tit.16. n.10.* & dicam *q.451.* an qualitas appoſita in vno teſtamento dicatur repetita in alio?

22 Hæc tamen declaratio non eſt omnino tuta, quia multi tenent qualitatem appoſitam in primo teſtamento non cenſeri repetitam in ſecundo, Bart. *in l. Statius Florus, in princ. ff. de iur. fiſc.* Menoch *lib.4. præſumpt.176.* Peregr. *de fideicom. art.16. nu.51.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.3. tit.20. n.4.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol.79. num. 54. verſic. nam primò,* vbi comprobat.

23 Declaratur ſextò non procedere, quando teſtator plures filios, vel fratres vocauit, cuiuſque lineas vocando, & in perſona vnius vocauit & lineam tranſuerſalem, quia & in linea alterius præſumendum erit teſtatorem, & de linea tranſuerſali intellexiſſe, Menoch. *conſil.924. num.18.*

24 Ratio eſt, quia præſumitur teſtatorem voluiſſe inter filios vel fratres ſeruare æqualitatem, *l. vt liberis, C. de colla.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par.1. nu.44. ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.6. tit.3. num.5.* Ceph. *conſi.733. n.16. & ſeqq.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.202 num.12. & ſeqq.* Et de æqualitate inter fratres, Zanch. *vbi ſupra nu.49.* & Menoch. *conſ.998. nu.11. & conſil.117. nu.68.*

25 Et repetitio qualitatum fit, & non fit de vna diſpoſitione ad aliam, ob ſeruandam qualitatem tam inter deſcendentes quàm tranſuerſales, Aret. *conſ.1. n.14.* Ruin. *conſ.15. n.8. lib.1.* Socin. iun. *conſ.71. n.7. lib.3.* quos refert & ſequitur Menoch. *conſ.117. n.68.*

Et ad idem facit, tranſmiſſionem dari ob ſeruandam æqualitatem, licet regulariter non detur, vt dixi *qu.480. n.136. & ſeqq.*

Sed an vltra decimum gradum extendatur vocatio facta de linea, & in hoc diſtinguendum eſt: nam ſi agitur de tranſuerſalibus, non extenditur, ſecus ſi de linea deſcendentium, Curt. ſen. *conſi.52. nu.36.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.291. n.45.* 26

Sed an intelligatur de linea teſtatoris, an verò hæredis & dicendum eſt intelligi de linea teſtatoris, niſi teſtator mentione facta hæredis addidiſſet pronomen, ipſius quod ſignificat perſonalitatem, Ruin. *conſil.153. nu.12. lib.2.* Hieron. Gabr. *conſ.132. n.6. lib.1.* quos refert & ſequitur Menoch. *conſ.982. n.7. in fine.* 27

SVMMARIVM.

1 *Linea vocata veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, declara multis modis per totam quæſt.*
2 *Deſcendentes ex fœminis dicuntur de linea, contra n. 3. Declara multipliciter per totam quæſt.*
4 *Fœmina eſt finis lineæ patris & principium alterius.*
6 *Fœmina eſt finis agnationis.*
7 *Lineam rectam vocans, non dicitur vocare deſcendentes à fœminis.*
8 *In feudis & iuriſdictionalibus lineæ conceſſis non veniunt fœminæ.*
12 *Lineam maſculinam vocans, nõ dicitur vocare fœminas, contra nu.19. declara infra per totam quæſt.*
12 *Deſcendentes per virilem ſexum vocans, non dicitur vocare fœminas, contra num.19. declara infra per totam quæſt.*
13 *Ex maſculorum vocatione cenſetur teſtator voluiſſe conſeruare bona in agnatione.*
14 *Prohibito aliquo cenſetur prohibitum & conſequens per quod peruenitur ad illud prohibitum.*
15 *Plures filij ex aliquo faciunt plures lineas, & maſculi maſculinas, & fœminæ fœmininas.*
17 *Lineam maſculinam vocans, non dicitur vocare deſcendentes à fœminis, amplia etiam in maſculis, num. 52. & ſeqq.*
17 *Deſcendentes per virilem ſexum vocans non dicitur vocare deſcendentes à fœminis. Etiam maſculos, num. 32. & ſeqq.*
18 *Ius omne potentius eſt in cauſa quam in cauſato.*
20 *Fœmina dicitur agnata.*
21 *Nepos ex filia dicitur eſſe de generatione aui paterni.*
23 *Linea eſt triplex, aſcendẽs, deſcẽdens, & trãſuerſalis.*
24 *Linea maſculina dicitur, quia deſcendit à maſculo.*
35 *Filia teſtatoris non continetur in linea maſculina.*
35 *Emphyteuſis pro ſe & linea maſculina conceſſa, non dicitur conceſſa filiæ recipientis.*
35 *Feudum conceſſum pro ſe & linea maſculina, non eſſet conceſſum filiæ recipientis.*
35 *Feudum conceſſum pro ſe & linea maſculina, non eſſet conceſſum pro filia primi inueſtiti.*
36 *Filia inueſtiti, & grauati non continetur ſub vocatione lineæ maſculinæ, licet etiam nepos ex filio contineretur.*
37 *Linea deſcendentium ab aliquo incipit à primis.*
42 *Linea maſculina vocata, fœminæ & deſcendentes ab eis excluduntur, ſi habita fuit ratio agnationis.*
43 *Fœmina venit ſub nomine lineæ maſculinæ, quando ratio agnationis habita non fuit, vel ſubſtitutus eſt qui agnationem conſeruare non poteſt.*
44 *Linea maſculina in perpetuum vocata, fœminæ eſſent excluſæ.*

45 Linea

48 *Linea maſculina vocata, fęminæ non veniunt, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, declara nu. ſeqq.*

49 *Lineam paternam, vel ex parte patris vocans, non dicitur vocaſſe deſcendentes à fęmina.*

50 *Fęmina in caſibus in quibus non venit appellatione lineæ, ſemper excluſa non erit, ſed ſolum extantibus maſculis.*

QVÆSTIO CCCXLVI.

Linea vocata, an fœminæ, & deſcendentes ab eis veniant?

1 NVlla eſt dubitatio probabilis, quod linea vocata, veniant tam maſculi, quam fęminæ, vt ſcribunt omnes relati infra in declarationibus, & præcipuè Cephal. *conſ.413.nu.18.& ſeqq. & conſil.664.nu.23.* Bardell. *conſil.66.nu.21.* Menoch. *conſi.625.num.9. & ſeqq.* Pereg. *de fideicom. art.22.num.24.* Corbul. *de caduc. ob lin. finit. nu.40.* Neptis enim ex filio dicitur eſſe agnata aui, *l. lege 12. tabularum, C. de legit. hæred. cum concord.* de quibus per Menoch. *conſi.205.numer.1.& infra,* ergo ſi eſt agnata erit etiam de linea aui paterni, vt poſt Caſtr. hanc conſequentiam facit Menoch. *d. conſ.205.num.2.*

2 Maius dubium eſt, an deſcendentes ex fęminis dicantur de linea, & eſſe de linea, poſt multos relatos ſcribunt, Cephal. Bardell. Menoch. & Corbul. *locis citatis,* & alij volunt infra referendi.

3 Sed contrariam opinionem, quod deſcendentes ex fęmina dicantur de linea, nec admitti debeant, ad fideicommiſſum, ad quod linea alicuius eſt vocata, tamen Bart. *conſ.10. viſo ſtatuto,* Curt. iun. *conſ.5.n.23.24.& 29.* Ruin. *conſil.141.n.21.lib.5.* Menoch. *conſi.326.nu.86.* Pereg. etiam ita ſenſit *in tract. de fideicomm. art.22. n.24. in fine, & art.26. in fine,* Celſ. Vgo. *conſil.120.nu.3. in fine.*

4 Fœmina enim eſt finis lineæ patris, & principium alterius lineæ, ſic Menoch. *loco citato ſupra ſtatim,* vbi allegat Caſtrenſ. *in l. ſi maritus, numer.5. C. de procurat.* Alexand. *in l. Gallus, §. nunc de lege, numer.3 ff. de liber. & poſthum. & in conſ.53.num.9 lib.6.* Curt. iun. *in l.1. num.21. C. vnd. vir & vxor,* Ferdin. Loarez *in l. filiuſfamilias, §. Diui, nume.67. ff. de legat.1.* Ruin. *conſil.97. columm.2. verſ. ſed præmiſſis, conſil.208.num.7.lib.1.& conſil.149.num.11.lib.2.* Socin. iun. *conſil.66.numer.30. lib.3.* Celſ. Vgo *conſil.120.numer.3. in fine,* Ceph. *conſil.413.num.23.* Et per fœminam rumpitur linea paterna, & alia incipit cognationis origo, *l. iuriſconſultus, §. cognationis, ff. de gradib.* & ſcribit Curt. iun. *dicto conſil.5. num.24.*

5 Declaratur primò quando teſtator tacitè, vel expreſsè habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, quia tunc nec fœminæ, nec deſcendentes ab eis venirent in vocatione de linea, per ea quæ ſcribunt Iaſ. *conſil.52. col.4.& ſeq. lib.3.& conſ.108. col.3.& ſeq. li.4.* Ruin. *conſi.24.n.7.8.lib.2.* Pariſ. *conſ.57.col.2.& conſ.63.nu.24.lib.2.* Socin. iun. *conſ.80.n.20.lib.1.* Bero. *conſi.83.n.2.lib.2.* Crot. *conſ.48.nu.39.* Crauet. *conſil.180.nu.1.& conſ.318.n.5.* Præt. *conſ.161.nu.14.& ſeqq. lib.1.* Menoch. *conſil.625.n.2.*

6 Ratio eſt, quia in fœmina finit agnatio, *l. p. onunciatio, §. vlt. ff. de verbor. ſignif. & §. cæterum, & §. media autem, inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Peregr. *de fideicom. art.22.n.25. ad medium.*

7 Declaratur ſecundò, quando vocata eſſet linea recta, nam deſcendentes ex fœmina non veniunt. Sigiſmun. Lofred. *conſ.34.n.14.* Menoch. *conſ.326.n.83.*

8 Declaratur tertiò locum non habere, quando agitur de bonis feudalibus, vel habentibus annexam iuriſdictionem, & dignitatem, nam cum de his non ſit capax fœmina, ita non veniret ſub nomine lineæ. Caſtr. *in l. ſi maritus, C. de procur.* Ruin. *conſ.108.num.7.lib.1.* Menoch. *conſ.205.n.24.* Sic etiam dicimus, quod filijs vocatis non comprehenduntur fęminæ, quando ſumus in huiuſmodi rebus feudalibus, & habentibus iuriſdictionem annexã, vt dixi *quæſt.311.n.84.*

Declaratur quartò, quando teſtator in defectum lineæ vocaſſet fęminas, vel ab eis deſcendentes, nam ſi 9 continerentur in vocatione de linea, fruſtra de eis, defecta linea, facta eſſet ſubſtitutio, ita in ſpecie Menoch. 10 *conſil.205.num.33.* mouetur, quia verba in teſtamentis non debent eſſe ſuperflua, per reg. *l. ſi quando, ff. de legat.1.*

Declaratur quintò, quando teſtator proprias filias 11 excluſit, quia tunc neptis ex filio non diceretur de linea teſtatoris, vt dicetur *infra numer.39.* & de hoc etiam videnda erunt quæ dixi, an filiorum appellatione veniat filia, vbi latè de hoc, quando teſtator proprias filias excluſit.

Declaratur ſextò non habere locum, quando vocata 12 eſſet linea maſculina, vel deſcendentes per lineam maſculinam, vel per virilem ſexum, quia tunc fœminæ non veniunt deſcendentes ex maſculis, Paul. de Caſtr. *in l. maritus, num.5. C. de procurat.* Socin. ſen. *in l. Gallus, §. nunc de lege, numer.3 ff. de lib. & poſthum.* & ibi Ruin. *num.7.* Claud. Marc. Salomo. *in fine,* & alij, Curt. iun. *in l.1. nume.21. C. vnde vir & vxor. & in l. qui ſe patris, num.77. C. vnde liber.* Alciat. *in l. cognoſcere, §.1. in fine, ff. de verbor. ſignificat.* Crot. *in l. filiuſfamilias, §. Diui, num.10. ff. de legat.1.* & ibi Ferdin. Loarez *nume.61.* vbi teſtatur de communi opinione Paul. de Caſtro *conſilio 190. libro 2.* Alexand. *conſil.43. numer.6. lib.3. & conſil.53. num.6. libro 6.* Socin. ſen. *inter conſil. Curt. ſen. conſi.40. columm.5.* Curt. ſen. *conſil.43. ſtatuto, colum.7.* Curt. iun. *conſil.5. numero 25. conſil.154. numero 12. & conſi.172. nume.6.* Dec. *conſil.319. num.2.* Rip. *lib.2. reſp. cap.3. num.10.* Pariſ. *conſil.40. numero 43. libro 1. conſil.22. numero 16.40.& 44. libr.3.* vbi de communi opinione teſtatur, *& conſil.47. num.68. eod.* Ruin. *conſi.98. num.4. conſil.90. columm.2. conſi.126. num.13. conſi.208. numer.7. lib.1. conſilio 149. num.2.& 11. lib.2.& conſilio 4. colum.1. lib.3.* Socin. iun. *conſil.1. numero 117. libr.1. conſilio 186. num.5.& per totum lib.2.& conſil.69. nu.30. libro 3.* Gozad. *conſil.87. num.15.* Bero. *conſil.77. numer.19 & conſil.116. numero 9. libr.2.* Celſ. Vgo *conſil.120 numero 4.* Crauett. *conſi.250. nu.3.* Menoch. latiſſimè *conſilio 295.* vbi dicit hanc eſſe magis receptam ſententiam, & ibi ſequitur in caſu, quando deficiente linea maſculina vocauerat lineam fœmininam, *conſilio 585. numero 18. conſil.625. numero 7. conſil.957. num.30.& lib.4. præſumpt.91 numero 6.* Peregr. *conſil.11. num.15. libro 2.& in tract. de fideicommiſ. art.26. numer.23.& ſequentibus.* Curt. iun. *tract. feud. parte 3. num.28* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſtione 15. numero tertio.* Præt. *de interpret. vltimar. voluntat. folio 287. num.5. folio 292. numero 51.& folio 293. numero 67. in fine.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur.3. quæſtione 85. numero 7* Et ego ſecundum hanc opinionem conſului pro Doctiſſimo, & Prudentiſſimo Phyſico meo, Excellentiſſimo D. Ioanne Maſperono.

Pro hac opinione plura vrgent, & primò, quod teſta- 13 tor vocando maſculos cenſetur voluiſſe conſeruare bona in agnatione, & familia. Curt. ſen. *conſilio 40. nume.12.* Socin. ſen. *conſil.063. numero 14. libro tertio.* Dec. *conſil.329. dubio ſecundo, & conſil.516. numero 16.* Crauett. *conſilio 130. numero 9.* Decian. *conſilio 33. numero 88. libro 1.* Roland. à Valle *conſilio 82. numer.41. lib.3.* Cephal. *conſil.16. numero 14. conſi.306. numer.71,*

& conſil.330.numer.62.Hieron.Gabr.conſil.97.num.34.lib.1.Menoch.conſ.565.num.7.& conſil.775.num.20.Honded.conſil.70.numer.29.libr.1.Surd.conſil.96.num.30.libro 1.Mant.de coniect.vltimarum voluntatum libr.6.tit.15.numero 2.Præt.de interpret.vltimar.voluntat.fol.287.numero 5.& ſequentibus,vbi teſtatur de communi opinione,Peregr.de fideicommiſſ.arti.25.numer.47.Cæl.Barz.deciſ.Bononienſ.6.num.34.& ſeq.cum multis alijs congeſtis, quæſt.499.numer..... Atqui
14 teſtator,ſi noluit bona tranſire ad extraneos,ſed conſeruari in agnatione, cenſetur etiam noluiſſe tranſire ad neptes,quia illæ nubendo transferunt bona in alienas familias,& quando aliquid prohibetur,dicitur etiam prohibitum omne illud antecedens, quo peruenitur ad illud conſequens iam prohibitum,l.oratio,ff.de ſponſal.& de qua reg.plura per Tiraquel.in tract.de retract.conſang.§.primo gloſ.14.numer.17.& in tract.de legib.connub.gloſ.3.numero 175. Et in ſpecie noſtra hoc argumento vſi ſunt. Paul.Caſtrenſ.in dicta l.maritus,numer.quinto.C.de procurat.Socin.ſen.inter conſil.Curt.ſen.conſilio 40.columna quinta,verſic.quarto confirmatur. Ruinus conſilio 208.numero 7.libro primo. Ripa lib.2.reſp.capit.2.numero decimo.Menoch.conſilio 205.numero 61.& alij multi ex ſupra relatis.

15 Secundò facit,nam ſi pater plures habet filios vnuſquiſque filiorum ſuam facit lineam,& ſi vnus eſt maſculus facit lineam maſculinam, ſi fœmina lineam fœmininam,Caſtrenſ.in d.ſta l.ſi maritus,numer.5.C.de procurat.Ruinus conſil.98.columna ſecunda, verſic.ſed præmiſſis lib.1.Celſ.Vgo.conſil.120 numero 4.circa finem,Socin.iun.conſil.69 num.30.libr.3. Hieron.Gabr.conſ.90.nu.33.libr.1.quos refert,& ſequitur Menoch.conſ.205.nu.19.& alij relati ſupra hac quæſt.num.4. Si igitur linea maſculina, ſic diſtinguitur à fœminina, patet fœminam non contineri ſub linea maſculina, ſed ſub fœminina,& hoc argumentum confirmatur ex ſcriptis à Peregr.de fideicomm.art.26.num.28.

16 Tertiò, qui vult ſuccedere tanquam de linea maſculina debet habere duas qualitates,quod ſit ex linea,& quod ſit maſculus,ergo fœmina, quæ non habet qualitatem maſculinitatis non poterit ſuccedere,& hoc argumento vſi ſunt,Gozad.conſil.87.num.15.Menoch.conſ.205.numer.29. Peregr.art.26.num.29. verſ.circa verò ſecundum.

17 Quartò accedit, quod vocata linea maſculina per dictionem ex,vel per,vel vocatis deſcendentibus per virilem ſexum deſcendentes ex fœmina excluduntur,ita ſcribunt Paul.de Caſt,in l.Gallus,§.nunc de lege,ff.de liber.& poſth.& ibi Alex.Iaſ.Socin.ſen.n.5.& alij,Dec.conſ.319.nu.2.Soc.iun.conſ.69.& hos refert,& ſequitur Peregr.de fideicom.art.26.nu.29. in fine. Etiam quod ſint maſculi,vt ſcribunt præcitati,& Ruin.conſil.18.libr.3.Ceph.conſ.139.n.7.& conſ.581.n.12.& dicam infra nu.32.& ſeqq.ſicuti ergo illis obeſt ſexus fœmineus, à quo procedunt,igitur obſtare debebit,& ipſi fœminæ, nam omne ius potentius eſt in cauſa, quam in cauſato,& ita hoc argumento poſt Caſtr.relatum, vſus eſt Peregrin,d.art.26.nu.29.ante finem,& num.30.

18 Quintò Caſtr.d.conſ.190.lib.2.relatus à Pereg.d.art,26.num.29.verſ.circa vero ſecundum ſic arguebat quod quando vocatur quis ſub nomine agnationis contineatur & fœmina agnata,& de hoc etiam infra dicetur, ſi verò vocatur ſub nomine maſculinitatis, neceſſaria ſint duo, primum quod ſit maſculus, ſecundum quod ex maſculo proueniat.

19 Contrariam ſententiam,quod fœminæ veniant,quando vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam,vel de linea maſculina,vel à linea maſculina,vel virilis ſexus vel per virilem ſexum, probarunt alij grauiſſimi Iuriſconſulti,inter quos Gloſſ.in l.Gallus,§.nunc de lege, in verb.nam etſi,ff.de lib.& poſthu.& ibi Bald.Alex.nu.3.Iaſ.nu.25.& alij communiter,Pinel.in l.3.C.de bon.matern.vbi dicit eſſe veriorem opinionem, æquiorem,& communiorem,Alex.conſil.54.nume.9.lib.9.Socin.ſen.conſil.227.n.5.lib.2.conſ.51.n.6 lib.3.& conſil 81.n.2.lib.4.Dec.conſ.320.n.1.& conſ.379.num.4.Curt.iun.conſil.105.nu.8.& conſi.115.nume.20.Ruin.conſil.98.num.1.3.4.conſ.140.num.2.lib.1.conſ.4.nu.2.& conſi.152.col.4.lib.4.Paril.conſil 47.num.41.lib.3.& conſil.72.n.95.lib.4.Rub.Alex.conſ.128.num.5. Bero.conſil.77.num.18.lib.2.& conſil 33.& 36.eod.Celſ.Vgo.conſ.120.num.25.Cephal.conſ.413.nu.18.& ſeqq.& conſil.663.nu.23.Hieron.Gabr.conſ.90.nu.33.lib.1.Menoch.conſi.318.num.6.conſ.379.num.26.conſil.625.num.8.& ſeqq.vbi ſe declarat contra ea,quæ ſcripſit conſi.205.& latè comprobat conſil.732.num.31.& ſeqq.& conſil.1053.num.9.Peregr.conſil.50.lib.3.& deciſ.4.vbi dicit ita iudicatum Grammat.deciſ.63.num.2. Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.11.nume.9.Gall.de except.ſucceſſ.tit.4.except.27.numer.75.part.2. Hieron.Cæual.ſpec.communium contra communes,quæſt.54.vbi in fine dicit eſſe veriorem opinionem, Ruſtic.in l.cum auus.libro ſecundo,cap.5.num.22.ff.de conditio.& demonſtrat.

Prohac autem ſententia primò facit,quia fœmina dicatur eſſe agnata l.lege duodecim tabularum,C.de legit.hæred.§.item vetuſtas,inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer.l.2.§.1.ff.de ſuis.& legit.iuncto,§.cæterum inſt.tit.de legit.agnat.ſucceſſ.cum igitur ſit agnata, dicitur & ſub eius linea contineri,ita arguit Caſtr.in conſ.91.præſuppoſito quod ſtatutum,column.2.verſ.nunc videndum eſt lib.2. vbi voluit idem eſſe dicere deſcendentem per lineam maſculinam,quod dicere agnatum,Menoc.conſ.625.num.9. 20

Secundò facit, quod nepos ex filia dicitur eſſe de generatione aui materni,Crauet.conſ.180.num.1.Alciat.reſp.8.n.27.verſ.tertio,lib.8. Craſſ.in §.fideicommiſſi,quæſt.15.n.5. Præt.de interpr.vlt.vol.fol.93.n.67.Menoch.lib.4.præſumpt.88.num.8.Pereg.de fideicom.art.22.num.28.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.12.n.19.& latè comprobaui quæſt.329. generatione vocata ad fideicommiſſum qui veniant,nu.2. ergo filia multo magis dicetur de linea patris ſui, & ſic de linea maſculina, quæ propriè incipit à patre ſuo,& in ipſam filiam finit, ita argumentatus fuit Bero.in conſ.77.n.15.verſ.præterea deſcendentes,lib.2. 21

Tertiò,pater dicitur principium lineæ maſculinæ,& filia eius finis, cum in ea finiatur ipſa linea, ſicuti ergo caput continetur ſub corpore,pariter,& pater ſub linea continetur:& ſicuti pes,corporis pars vltima, continetur ſub corpore,pariter,& fœmina, quæ eſt finis lineæ maſculinæ continebitur,& ita arguũt,Bald.in conſ.339.quæritur,vtrum de linea,lib.3.Alciat.in l.Gallus,§.cum de lege,num.11.in fine,ff.de liber.& poſth.Menoch.qui etiam prædictos allegat,conſi.625.num.9.verſic.ſecundo ſuffragatur. 22

Quartò additur, quod linea eſt triplex, ſuperior quæ aſcendentes reſpicit, inferior quæ deſcendentes, tranſuerſalis,quæ collaterales,§.1.inſtit.de gradib.& ibi Doctor.Bald.conſ.339.libr.3.Dec.conſ.379.nu.45.Ruin.conſilio 149.nu.7.lib.2.Oliu.Textor.in tract.de grad.cogn.quæſt.9. Et quælibet harum linearum habet maſculos,& fœminas,l.Iuriſconſultus,§.& ſi inferioribus,ff.de gradib. Et dicitur linea maſculina, ex quo incipit a maſculo,Alexan.in d.l.Gallus,§.nunc de lege,ff.de liber.& poſthum.& conſ.53.lib.6.Socin.ſen.conſ.33.nu.8.lib.3.ergo,&c.& ita hoc argumento etiam vſus fuit Menoch.d.conſ.625.nu.12. 23 24

Non

25 Non omitto referre nonnullas conciliationes inter has diſcordantes ſententias; & prima ſit illa quam attulit Socin. ſen. *in d. § nunc de lege, numer. 4. ff. de liber. & poſthum* & ante eum Alexand. ibi qui voluit, quod ſi vocatur linea per dictionem, ex, non veniant deſcendentes ex fœmina: ſi vero vocantur deſcendentes per lineam maſculinam, & tunc fœminæ veniant; de qua concordia videndus erit Menoch. *conſil. 625. numer. 2. verſic. quinto*, vbi plures allegat, & quia contrariam tenuit *in conſil.* 205. dicit hanc procedere, quando non eſt ſubſtitutus, qui familiam conſeruare poteſt, contrariam verò, quando ſubſtitutus eſt aptus agnationem conſeruare, & pro hac diſtinctione allegat Alciat.

26 Contra verò, quod nulla ſit facienda differentia, ſiue ſint vocati deſcendentes per lineam maſculinam, ſiue ex linea maſculina, vt fœminæ non admittantur, probarunt Alciat. *in leg. Gallus, §. nunc de lege, numero vndecimo, ff. de liber. & poſthum.* Bero. *conſilio 77. numero 19. libr. 2.* Menoch. *conſil. 205. numer. 26.* Caſtrenſ. *in l. ſi maritus, numero quarto, C. de procur. & in conſil. 190 libr. 2.* Ruin. *conſil. 126. numer. 13. conſil. 90. colum. 2. & conſ. 208. numero 7. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 26. num. 30.* vbi nullam conſtituit differentiam, ſiue dictum ſit de deſcendentibus virilis ſexus, ſiue à ſexu virili, per virilem, de virili ex virili, à linea maſculina, de linea, ex linea, per lineam, & idem ſentiunt plures alij ex relatis pro prima opinione, addo Menoch. *libr. quarto, præſumpt. 91. numer. 6.*

27 Et ſecundum membrum Socin. quando vocatio eſt facta per dictionem, per, & fœminæ non admittantur, contra Socin. facit quia fœmina non dicitur eſſe in linea maſculina, nec in ſexu virili, cum dictio, per, ſignificet deſcendentiam incluſam *l. ſi putator, ff. ad legem Aquil.* exemplum etiam affertur, nam ſi dico, ego deſcendo per montem, concludo me eſſe in montem, ſic ergo ſi dicatur, deſcendens per lineam maſculinam debet eſſe incluſus in linea maſculina, & ita arguebat Peregr. *conſ 50. num. 1. ad medium, lib. 3.*

28 Concordatur ſecundò à Bero. *conſil. 77. nu. 19. in fin. lib. 2.* & Menoch. *conſ. 379. num. 23.* Aut diſpoſitiuè ſunt vocati deſcendentes ex linea maſculina, vel per virilem ſexum, vel per lineam maſculinam, & non admittitur fęmina. Aut conditionaliter eſt vocata linea, vt quia dictum ſit, & deficiente linea maſculina, vel deficientibus deſcendentibus ex linea maſculina, vel ſi deficerent deſcendentes per lineam maſculinam, & tunc fœmina admittatur.

Sed hæc concordia impugnatur à Menoch. *dicto conſ. 205. num. 43. verſic. non obſtat ſextum.*

29 Concordatur tertiò, ſecundum Bero. loco citato quē ſequitur Menoch. *conſ. 732. nu. 33.* aut vocantur deſcendentes per lineam maſculinam à teſtatore, & venit fęmina, aut vocātur deſcendentes per lineam maſculinam inſtitutorum, & non veniunt fęminæ.

Sed iſta concordia deſtruitur ex dictis per Pereg. *dicto art. 26. num. 29. & infra dicetur.*

30 Concordatur vltimò, ſecundùm Alciat. *in l. Gallus, §. nunc de leg. num. 11. & 14. ff. de libr. & poſthu.* quem ſequi videntur Mant. *de coniect. vltimar. voluntat. libr. 8. tit. 11. numer. 14.* vt refert Menoch. *conſil. 205. num. 40. & ſeqq.* & etiam videndus erit Ruſtic. *in dicta l. cum auus, libr. 2. cap. 5. num. 32. vſque ad finem*. Aut teſtator vocauit deſcendentes per lineam maſculinam, vel ex linea maſculina, & tunc fęminæ non veniunt, aut vocantur deſcendentes à linea maſculina, & tunc dicit Alciat. communem opinionem eſſe, quod veniant fœminæ, ipſe tamen dubitat, ſed expreſsè contradicit Pereg. *dicto art. 26. num. 30.*

31 Materia iſta mihi valdè confuſa videtur, & potiùs conſiſtere in ſubtilitatibus, quam in perſcrutanda reali intentione teſtantium, vnde ego fac lè concedo nō multum ſtringere argumenta pro magis communi opinione adducta repugnante fęminis, ſed tamen exiſtimo veriſimilem mentem teſtantis fuiſſe non admittere niſi maſculos, & deſcendentes à maſculis, dum vocauit deſcendentes vel per lineam maſculinam, vel, ex, vel, de, vel, à, ſiue etiam dictum ſit per virilem, vel de virili, vel ex virili ſexu. Non tamen hæc abſolutè ſicut erunt intelligē da, ſed cum infra aſcriptis modificationibus.

Primò, ſi teſtator vocauit maſculos per lineam maſculinam, deſcendentes, maſculi ex fœmina non venirent. Bald. *in l. Gallus, § nunc de lege, ff. de lib. & poſthum.* Socin. ſen. *conſil. 51. numer. 5. lib. 4.* Ruin. *conſi. 18. numer. 9. verſicul. vel ſecundo lib. 3.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 5. numer. 69.* Menoch. *conſil. 802. nu. 82.* 32

Ampliatur etiam, quod vocati eſſent ſolum deſcendentes ex linea maſculina, quia maſculus ex fęmina non veniret. Ruin. *conſil. 18 lib. 3.* Ceph. *conſil. 239 num. 7. & conſ. 581. num. 12.* Pereg. *de fideicomm. art. 26 num. 4. & num. 29. in fine.* 33

Secundò, vocatis deſcendentibus per virilem ſexum, vel per lineam maſculinam, non venirent deſcendentes etiam maſculi ex fęmina, licet admitteretur fęmina ex maſculo deſcendens, Bald. *in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de lib. & poſthum. per illum text.* Socin. ſen. *conſil. 51. num. 5. libr. 4.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 15. numer. 3.* vbi de communi opinione teſtatur Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8 tit. 11. num 9* Menoch. *lib. 4. præſump. 91. nu. 6.* Intrigl. *de ſubſt. tut. cent. 3. quæſt. 85. num. 6.* Pereg. *conſ. 50. nu. 1. lib. 3.* Sed quod deſcendentes etiam maſculos ex fęmina, vt non veniant pro abſoluto habeo, ſed an veniat fęmina ex maſculo, alia eſt quæſtio, de qua ſupra diſcuſſum fuit. 34

Tertiò, quando ageretur de filia teſtatoris, illa non veniret ſub vocatione lineæ fęmininæ, quia fęmina eſt principium lineæ fęmininæ, ſicut etiam emphyteuſis, & feudum conceſſum pro ſe, & linea maſculina non eſſet conceſſum aliæ recipientis, ita poſt Alexand. & alios Claud. Aquen. *in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de lib. & poſthum.* Pariſ. *conſil. 22 num. 44. lib. 3* Bero *conſil. 77. n. 19 lib. 2.* Curt. iun. *de feud. 3 par. princip. n. 8.* Hieron. Gabr. *conſ. 90. n. 32. lib. 1.* Ceph. *conſ. 413. nu. 22. & ſeq.* & faciunt dicta infra ſtatim, quia vtraque concluſio regulatur eiſdem rationibus addo Pereg. *conſ 50 n. 1. circa finem lib 3.* 35

Quartò, ſi ageretur de filia primi grauati, vel inſtituti, illa non admitteretur, tanquam comprehenſa ſub linea maſculina, exemplum, teſtator uocauit Titium, & eius lineam maſculinam, vel deſcendentes per eius lineam maſculinam, filia Titij non dicetur de linea maſculina, ita ſcribunt Alex. *conſ. 43. n. 6. lib. 3. repetitum conſi. 56. lib.* Claud. Aquen. *in dicto §. nunc de lege.* Bero. *conſi. 77. num. 19. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 90. numer. 31 & ſeqq. lib. 1.* Cephal. *conſi. 413 num. 18. & ſeqq.* Menoch. *conſ 379. num. 26.* Curt. iun. *conſ. 114. num. 12. & conſ. 172. column. 2.* Soc. iun. *conſil. 186 numero 14. & per totum lib. 2.* Curt. ſen. *conſil. 44. ſtatuto, column. 7.* Ruin. *conſ. 4. colum. 1. lib. 3. & dicto conſil. 96. colum. 2.* Celſ. Vgo. *conſil. 120 num. 4 in fine.* Menoch. *conſ. 205. num. 10. 20.* vbi alios addit Peregr. *de fideicomm. art. 25. num. 29.* vbi dicit eſſe receptam opinionem. Caſtr. *in l. maritus, Cod. de procur.* Croc. *in l. filiusfamilias, §. Diui, numer. 10. in fine, ff. de legat. 1.* ubi teſtatur de communi opinione, & ibi Ferdin. Loarez *nu. 67.* Pariſ. *conſ. 22. num. 44. lib. 3.* ubi de communi Peregr. *conſ. 50. nu. 1. circa finem lib. 3.* 36

Ratio eſt, quia linea deſcendentium ab aliquo inci- 37

pit à primis, *cap. quod dilectio, & cap. vlt. ext. de conſang. & affin. cum gloſſ.* ibi, vnde filia Titij inſtituti non poteſt eſſe de linea maſculina, quia ab ea incipit linea fœminina, ſed filius Titij eſt de linea maſculina, & ab eo incipit linea maſculina, & hoc argumento vſi ſunt, Alex. Ruin. Peregr. & alij *locis citatis* ſupra ſtatim, & apertiùs Menoch. *dicto conſ.* 205. *nu.* 19.

38 Quintò, ſi in bonis adeſſent feuda, iuriſdictiones, & dignitates, fœmina & eius deſcendentes non admitterentur ad dicta *ſupra n.* 8.

39 Sextò, fœmina non veniret, quando teſtator iam proprias filias excluſerat, ita voluit Ruin. *conſil.* 149. *nu.* 34. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 87. *n.* 15. Ceph. *conſ.* 413. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 205. *n.* 32. *conſ.* 585 *nu.* 19 Peregr. *de fideicom. art.* 26 *nu.* 30. *in fine*, circa quod videndum erit, quod in ſimili dixi *quæſt. an vocato filio veniat filia*, vbi etiam rationes habentur, quæ præcipuè fundamentum recipiunt *ex l. Publius, §. vltimo, ff. de condit. & demonſtrat. & l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* vbi habetur, non debere eſſe melioris conditionis neptem quam filia.

Sed tamen hoc caſu filias cenſeri excluſas fauore deſcendentium maſculorum, non tranſuerſalium, volunt Ruin. *conſ.* 149. *n.* 4. *libr.* 2. Gozad. & Ceph. relati à Menochio *conſil.* 625. *num.* 19. *in fine*.

40 Si tamen teſtator in præcedentibus ſubſtituiſſet maſculos, & dixiſſet tandem, quod finita linea alij ſuccedant, fœminæ deſcendentes ex maſculis non eſſent excluſæ, vt voluit Menoch. *conſil.* 379. *n.* 68. *& ſeq. libr.* 4. vbi loquitur quando finita linea erat ſubſtituta pia cauſa, & pro fœminis tenet etiam Ruin. à Menoch. allegatus *in conſi.* 149. *num.* 4. *lib.* 2. [Sed contra tenet Menoch. *conſi.* 205. *& conſ.* 625. *n.* 9. *& vide ſupra hac quæſt. nu.* 28. & hæc opinio eſt verior.]

41 Eſt etiam aduertendum, quod quando teſtator proprias filias excluſit, non cenſetur excluſiſſe neptes, niſi fauore deſcendentium maſculorum, non autem fauore tranſuerſalium. Menoch. *conſ.* 625. *n.* 19. *in fine*, vbi dicit ita ſenſiſſe Gozad. & Ceph. *ab eo relatos*.

42 Septimò fœmina omninò, & deſcendentes ab eis eſſent excluſi, quando teſtator habuit ſenſum, vt bona in familia conſeruarentur, Dec. *conſ.* 319. *n.* 1. Ruin. *conſil.* 126. *n.* 13. *lib.* 1. Soc. iun. *conſ.* 186. *li.* 2. Bero. *conſ.* 7. *n.* 31. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 656. *n.* 8. Menoch. *conſi.* 379. *n.* 30. Peregr. *de fideicom. art.* 26. *nu.* 29. *circa finem, & nu.* 30. *circa finem.* Menoch. *conſ.* 625. *n.* 1.

43 Sicuti è contra, quando ſubſtitutio non eſt facta pro conſeruandis bonis in agnatione, vel eſt ſubſtitutus is, qui agnationem conſeruare non poteſt, vt pia cauſa, fœmina veniret, Menoch. *conſ.* 625. *n.* 32. vbi alios allegat.

44 Octauò, fœmina eſſet excluſa, quando in perpetuum, vel in infinitum vocati eſſent deſcendentes per lineam, vel ex linea maſculina, Pariſ. *conſ.* 22. *num.* 40. *lib.* 3.

45 Nonò, fœmina non diceretur vocata, tanquã de linea maſculina, quando extat ſtatutum excluſiuum fœminarum; Ruin. *in l. Gallus, §. nunc de leg. nu.* 7. *ff. de lib. & poſth.* & ibi Alciat. *n.* 10. *& infra*, Soc. iun. *conſil.* 69. *nu.* 30. *lib.* 3. Peregr. *de interpr. vlt. vol. lib.* 3. *ſolut.* 11. *nu.* 54. *verſic. Soc. verò fol.* 292 Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 5. *verſic. hanc quoque opinionem, ff. de cond. & demonſtr.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 26. *nu.* 30.

46 Et ratio eſt, quia teſtator præſumitur ſe conformare cum ſtatuto, vnde facta mentione de linea etiam ſimpliciter intellexit vocare maſculos non fœminas, per ea quæ ſcribunt Bartol. & alij communiter *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & latius de hoc dictum fuit ſupra *quæſ.* 311. an filiorum appellatione veniant fœminæ: *numer.* ..... vbi quando extat ſtatutum excluſiuum fœminarum.

47 Sed hanc coniecturam ex ſtatuto ſolam non ſufficere voluit Mant. *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 8. *tit.* 11. *in fine*.

Vnde ſi magis placeret ſecunda opinio, de qua ſupra *numer.* 19. fauente fœminis, exiſtimarem in caſu ſtatuti dicendum eſſe, quod in concurſu maſculus debeat præferri, ſicuti ex ſtatuto ab inteſtato præferretur, ſed maſculo non extante fœmina ſuccederet, cum & ipſa ſit de linea, vt dicunt tenentes illam opinionem, & ita tenuit etiam Peregr. *deciſ.* 4. vbi teſtatur ita iudicatum. 48

Quid autem ſi teſtator vocaſſet lineam paternam, vel ex parte patris, & hoc caſu pro abſoluto eſt non eſſe vocatos deſcendentes ex fœmina ab eodem patre procedentes, Bartol. *in conſil.* 10. *ſtatuto cauetur*, Curt. iun. *conſil.* 5. *nu.* 24. *&* 29. Ruin. *conſi.* 141. *num.* 21. *lib.* 5. Peregr. *de fideicom. art.* 26. *in fi* quos ego ſequutus ſum, *in conſi.* 61. *dubio ſecundo*. Et ratio eſt, vt dicit Curt. quia per fœminam rumpatur linea paterna, & ab ea incipit agnationis origo, *l. Iuriſcõſultus §. agnationis, ff. de gradib.* eſt enim fœmina finis propriè familiæ, *l. pronunciatio*, *§. fin. ff. de verb. ſignific.* 49

Sed quid in caſibus, in quibus diximus ſupra fœminam non cenſeri vocatam, an dicatur omninò ipſa excluſa, an ſolum extantibus maſculis: & ſucceſſiuè poſt maſculos eſſe vocatam volunt, Pic. *in l.* 3. *nume.* 29. *verſic. & hæc opinio, C. de bon. matern.* Menoch. *conſil.* 205. *in fine, & conſil.* 625. *num.* 12. *verſ. quinto ad rem*, Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *num.* 75. *part.* 2. Peregr. *deciſ.* 4. *in fine*. Et pendet ex dictis *quæſt.* 311. *in limitationibus, quæſt.* 379. 50

SVMMARIVM.

1 *Linea vocata naturales dicuntur vocati, declara numero* 4. 5.
2 *Filiorum appellatione veniunt naturales.*
3 *Naturalis filijs dicitur eſſe ex parte patris.*
5 *Spurij, & odibiliter nati non continentur vocata linea.*
6 *Spurij non veniunt appellatione filiorum.*

QVÆSTIO CCCXLVII.

Lineam vocans, an naturales vocaſſe dicatur?

SEd an naturalis admittatur ad fideicommiſſum, ad quod vocati ſunt illi de linea? Et admitti ſcribunt Dec. *conſ.* 365. Ceph. *conſ.* 591. & Pereg. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 80. *in fine*. Et ſecuti filiorum appellatione veniunt naturales, Angel. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellian.* & ibi Rip. *nume.* 58. & alij communiter, Dec. *in cap. in præſentia, numer.* 46. *ext. de probat.* ergo pariter naturales venient filiorum appellatione, & ita arguunt Ceph. & Pereg. locis citatis. Alio etiam argumento confirmatur à Ceph. qui vult, quod naturalis dicatur eſſe ex parte patris, prout ex eo natus, Alex. *in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nume.* 56. *ff. ad Trebell.* Tiraquel. *de nobilit. numer.* 27. Atqui idem eſt dicere ex linea paterna, vel ex parte patris. Curt. iun. *conſil.* 5. *numer.* 24. ergo naturalis dicetur etiam de linea patris. 1 2 3

Hoc tamen declarandum eſſet non procedere in illis caſibus, in quibus filiorum appellatione non veniunt naturales, ſicuti ſentiunt Ceph. & Peregr. dum arguunt à vocatione filiorum ad vocationem lineæ, quando autem naturales non veniant appellatione filiorum, dixi *quæſt.* 314. 4

Spurij autem, & odibiliter nati non veniunt in vocatione lineæ, vt dixi Cephal. *d. conſil.* 591. ſicuti etiam non 5

non veniunt appellatione filiorum *l.lic-t,C.de natur.lib.* & in corpore vnde ſumitur Bart.*in l.ex facto,ff.ad Trebell.col.2.*& ibi Alex.*n.8.& ante nu.51.*Rip.*nu.49 cum alijs citatis* à Peregr.*de fideicom.art.22.nu* 81.vbi teſtatur de communi opinione. Homines enim ſpurios abhorrent, & ideò vti odioſos in generali diſpoſitione de linea non debere comprehendi dicendum eſt arg. *l.Lucius,§.Lucius,Titius,Damam,ff.de leg.2.*

SVMMARIVM.

1 *Cippum domus vocans perinde eſt ac ſi agnatos vocaſſet, declara num.2.11.12.*
3 *Cippum vocans dicitur proprium Cippum non hæredis vocaſſe.*
4 *Cippo domus vocato, ſi plures ſunt colonelli, intelligitur de colonello teſtatoris, contra n.5.*
6 *Cippum domus ſubſtituens fœminas non intelligitur vocare, contra num.7.*
8 *Fœmina nupta dicitur de domo, & de agnatione.*

QVÆSTIO CCCXLVIII.

Cippo vocato in fideicommiſſis, qui dicantur vocati?

1 TEſtator ſubſtituit cippum domus, dubitatur, quos ſubſtituiſſe dicatur: Communiter ſcribentes omnes, perinde eſſe, ac ſi vocati eſſent agnati, qui pro eorum proximitate admitti debent, Bald.*in l.fin.n.7.C.de verb.ſignif.*& ibi Angel.Caſtr.Iaſ.*nu* 25. & communiter alij ſequuntur, Ang.*conſi.*38.quidam Ioannes Alex.*conſi.25.col.1.lib.4.*Barb.*conſi.27.col.10.verſ.modo illud libr.1.& conſi.18.col.4.verſ.tertiò præmitto,lib.2.*Corn.*conſil.55.num.7.lib.1.conſ.26.num.5.& conſil.41.nume.9.lib.4.*Iaſ.*conſil.215.lib.4.*Soc ſen.*conſi.49.num.1.lib.1.& conſi.51.nu.21.lib.4.*Curt.iun.*conſi.*172.Odd.*conſi.67 nu.46.*Honded.*conſi.75.num.7.& ſeqq.lib.1.*Mant.*de coniect.vlt.vol.libr.8.tit.12.num.16.*Præt.*de interpret.vltim.voluntatum,fol.289.num.19.* Peregr.*de fideicommiſſ.art.22.num.29.& num.64.in fine,*Menoch.*lib.4.præſumpt.88.numer.17.* Intrigl.*de ſubſtitut.centur.3.quæſt.83.numero* 18. Farinac.*deciſ.Roman.*503.*num.2.*

2 Verum eſt, quod non continentur omnes qui ſunt ex ea familia, & qui eadem inſignia ferunt, ſed ij tantum, qui ſunt fundamentum, & ſtabilimentum domus, ita Menoch.*dicta præſump.88.in fine,*vbi refert Corn.*conſi.26.num.5.& conſi.41.numer.9.lib.4.* ſequuntur Intrigl.*de ſubſtit.cent.3.quæſt.83.nu.*18. Præt *de interpr.vlt.vol.fol.*289.*num* 19.

3 Et ſemper dicuntur vocati, qui ſunt de cippo teſtatoris, non hæredis. Iacob. à Sanct. Georg. *in l.1.C.de ſecund.nup.*& ibi Ioan.de Garron.*num.*92. vbi plura adducit Corn.*conſ.41.lib.4.*Pereg.*de fideicommiſſ.art.32.num.83.ad medium.*

4 Et ſi plures ſint colonelli de eadem familia, intelligitur de familia, & colonello ipſius teſtatoris, ita Bart.*in l.filiusfamilias,§.cum pater, ff.de legat.1.& in l.peto,§.fratre ff.de legat.2.*Socin.ſen.*in l.ſi cognatis,num.31.ff.de reb.dub.* Curt.ſen.*conſ.40.nu.*15 16. Parif.*conſ.1.nu.59.lib.3.*Ruin.*conſ.153.nume.1.libro ſecundo,* quos refert, & ſequitur Peregr.*de fideicommiſſ.art.32.num.83.in fine,*& faciunt quæ dicam infra *quæſt.*351. quando familia eſt vocata, an intelligatur de familia propria teſtatoris in ſpecie non in genere? [Aduerte tamen, quod dũ hic fit mentio de Colonello teſtatoris, intelligitur de deſcendentibus à teſtatore, & ſic etiam loquuntur citati ſupra, vt apud eos videri poteſt, & clarè ita intelligit Peregr.*d.art.22.num.26 verſ.verum,* vbi confundit Colonellum teſtatoris & deſcendentes teſtatoris, prout ego etiam dixi in vna Romana de Guidatijs, *conſi.16.circa finem,verſ.& dum.*]

Contrariam ſententiam probauit Riminal.iun.*conſ.* 5
4.*nu.46.& ſeqq.*vbi vult cenſeri vocatos omnes de familia, dummodo a communi ſtipite deſcendant.

Aduertendum tamen eſt, quod vocato cippo non ve- 6
niunt fœminæ, quæ cippum, & agnationem conſeruare non poſſunt, *l.pronunciatio,in fin.ff.de verb.ſignif.*& in ſpecie ita ſcribunt Soc.ſen.*in l.cum auus.numer.58 ff.de condit.& demonſtr.*Franc.*in cap.ſi pater.nu* 207.*& nu.*228 *de teſtam.lib.6.*Corn.*conſi* 55 *nu* 86.*lib.1.conſ.26.num.4.& ſeq.conſil.41.nu.9.& conſi.273.num.5.lib 4.*Curt.iun.*conſi.172.num.3.*Parif.*conſil.53.nu.29.31.& 36.lib 3.*Socin.iun.*conſ.1 num.62.lib.1.*Grat.*conſi.67.num.10.& ſeq.lib.2.*Gozad.*conſ.45.nu.10.& conſ.79.num.6.& ſeq.*Non.*conſ.34.num.1.& conſ.76.num 29.& num.31.*Burſat.*conſil* 228.*num.45.lib.3.* Port.Imol.*conſil.13.nu.31.*Ceph *conſil.511.nu.26.*Menoch.*conſil.*649 *nu.13.*Ruſtic.*conſ.1.nu.19.poſito poſt tractatum de liberis in conditione poſitis.*Præt.*conſ.203.n.2.& ſeq.lib.1.*Honded.latiſſimè *conſ.75.per totum lib* 1.vbi teſtatur de communi opinione, *& conſi.65.in fine lib.2.* vbi dicit eſſe veriorem ſententiam, & magis receptam, Odd.*conſ.46.num.54.*Dur.*de art.teſtand.tit.de ſubſtit.caut.22.n.*2.Laurent.de Pallat.*tract.quod ſtant.maſcul.nume.*202. Brun.*ſtep.ſtat.quod diſtant.maſcul.art.12.numer.*267. Marzar.*in Epit.de fideicommiſſ.quæſt.*43. Mant.*de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.12.num.16.*Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol.289.num.19.& fol.293.numer.63.*Menoch.*lib.4.præſumpt.88.in fine.*Peregr.*de fideicommiſſ.artic.22.num.29.*Intrigl.*de ſubſtitut.centur.3 quæſt.79.num.13.& quæſtione 83.num.20.* Viu.*concluſ.*850.*num.5.& lib.1.deciſ.10.nume.8.9.*Cyroc.*deciſ.41.numer.12.* Farinac.*deciſ.Roman.in nouiſſ.part.1.deciſ.130.verſic.ſecundò deciſ.503.num.2.& deciſ.507 numer.2 verſic.quam rationem.*

Ratio adducitur, nam cippus arboris ſignificat eam partem arboris, in qua totus arbor ſuſtentatur, nec veniunt palmites, frondes, nec fructus qui ſtant in arbore, licet hæc omnia poſſint dici de arbore, & ſint pars arboris, ſic cippus domus cenſentur ſoli maſculi, in quibus conſiſtit ſtabilimentum, perpetuitas, & firmamentum totius domus, & fœminæ non poſſunt eſſe firmamẽtum, & perpetuitas domus, cum illæ ramis, ac frondibus comparentur, ita aiunt Corn.*conſ.55.nu.5.libr.1.& conſ.26.num.5.lib.4* Durand.*de art.teſt.tit.5.caut.22.numer.2.*Honded.*conſil.75.num.8.lib* 1.

Contrariam autem opinionem malè probarunt Parif. 7
conſ.35.col.1.& conſil.47.num.50.& ſeqq.lib.3. Non.
*conſil.41.num.28.*Mouentur *per l.voluntas,C.de fideic.* 8
vbi habetur, quod fœmina deſcendens ex maſculo dicitur de domo, de agnatione, & de familia, quod etiam dixerunt ibi Bald.*num.2.*Salic.& alij communiter, Soc.ſen.*conſ.227.nu.5.libr.2.* Dec.*conſil.287.nu.12.* Parif.*dicto conſil.35.num.5.& conſil.47.num.40.& 41.lib.3.*Soc.iun.*conſ.2.nu.14.& 16.lib.2.*Ruin *conſ.173.nu.9.lib.3.*Ceph.*conſil.53.numer.86.*Tob.Non.*conſi.41.numer.28.*Hieron.Gabr.*conſ.195.nu.3.lib.1.* Anchar.Regien.*lib.3.quæſt.41.num.*15. qui loquuntur etiam de muliere nupta, de quo etiam latius dicam *quæſt.*352. an vocata familia veniant fœminæ.

Reſpondetur tamen, quod aliud eſt, quod ſit ſubſtitu- 9
ta familia, vel agnati, aliud quod ſit ſubſtitutus Cippus domus, nam quamuis fœmina veniat appellatione agnationis, non tamen venit appellatione Cippi: & ita poſt Durand.& Corn. reſpondet Honded.*conſi.75.num.28.libr.1.*

10 Prima tamen opinio maximè procederet ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum. Mant. *de coniect. vlt. vol. libr. 8. tit. 12. n. 16.*

11 Declaratur tamen cõmunis opinio, vt procedat, quando apparet, teſtatorem voluiſſe cõſeruare bona in agnatione, nam tunc fœmina non venit, ſecus ſi non extet aliqua coniectura conſeruandi bona in agnatione, vt *in decis. Roman. in nouiß. 503. nu. 2. 3. part. 5.* quæ fuit Card. Manticæ. Et quando ratio agnationis fuit habita, vt fœmina non veniat appellatione Cippi concedit & Parif. *d. conſ. 35. num. 11. & ſeqq. lib. 1.* Mantic. *dict. lib. 8. tit. 12. num. 16.* Burſat. *conſi. 228. nu. 46 lib. 3.* quos refert, & ſequitur Honded. *dicto conſil. 75. nu. 14. & ſeqq.* vbi latè confirmat.

12 Sed dum Mant. voluit *in dicta deciſ. 503. nu. 3.* fœminas venire Cippi appellatione, ſi ratio agnationis habita non fuit, non puto ei aſſentiendum eſſe, nam ſolum verbum, Cippi, excludit fœminam, vt probant omnes relati pro communi opinione, & probat ratio, de qua ſupra *in verſic. ratio adducitur.* Et poſt Durand. & Corn. ſentit Honded. *dicto conſi. 75. num. 28 lib. 1.* Immo ex eo, quod
13 teſtator vocauit Cippum domus, inſertur habitam fuiſſe rationem agnationis, vt dixi *quaſt. 499. num....*

SVMMARIVM.

1 *Fratrem vocans ad fideicommißum, non dicitur vocaſſe ſororem.*
2 *Fratres grauans fideicommiſſo, non dicitur grauaſſe ſorores.*
3 *Fratrem in ſingulari vocans, ſi plures ſint fratres omnes admittuntur.*

QVÆSTIO CCCXLIX.

Fratrum appellatione, an veniant ſorores?

1 DIctum eſt ſupra, quando actum fuit de filijs, maſculinum concipere fœmininum, ſed videndum modo eſt, an hęc regula procedat quando ſunt vocati fratres, an & ſorores contineantur? Et non contineri dicendum eſt, quia maſculinum non continet fœmininum, quando ſexus ſunt diuerſi nominis, & in ſpecie quod fratrum appellatione non contineantur ſorores, ſcribunt Cornel. *conſi. 273. num. 9. lib. 4.* Curt. ſen. *conſ. 9.* Capr. *conſ. 62. in fin.*, & latè comprobat, Dec. *in l. 2. nu. 123. & ſeqq. ff. de reg. iur.* Ant. Gabr. *de verb. ſign. concl. 6. n. 111.* Menoch. *lib. 4 præſumpt. c. 4. num. 12.*

2 Idem eſt, vt fideicommiſſum relictum à fratribus, non extendatur ad ſorores, Iaſ. *in l. tres fratres in 4. limit. ff. de pact.* quem, & alios refert, & ſequitur Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 275. n. 14.*

3 Obiter autem hoc loco dicamus, quod ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum fratrem in numero ſingulari, & plures extent fratres, quod omnes admittũtur, vt probatur *in l. qui filiabus, §... ff. de leg. 1. & in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tut.* & ibi Bart. *n. 1.* Alex. *in l. 2. ad finem, ff. de liber. & poſth.* Crauet. *conſi. 161. nu. 4. & conſ. 180. nu. 3.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 320. nu. 9.*

QVÆSTIO CCCL.

TEſtator in ſubſtitutione mentionem fecit de fratribus eos vocando, dubium eſt, ſi extant fratres vtrinque coniuncti, & fratres conſanguinei tantum, an omnes ſimul admittantur, an verò vtrinque coniuncti præferantur? hunc articulum diſcuſſi ſupra *quæſt. 79. in tertio caſu, num. 22. & per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Familia vocata intelligitur, tam de deſcendentibus, quam tranſuerſalibus, contra n. 3. declar. per totam q.*
1 *Domo vocata intelligitur, & tranſuerſales vocaſſe, contra nu. 3 declara per totam q.*
2 *Verba operantur ſecundum propriam ſignificationem, etſi extet præſumptio, quod teſtator aliter ſenſit, & num. 11.*
5 *Verba debent accipi potius in genere, quam in ſpecie, & n. 7. in materia ſtricta, declara nu. 10.*
8 *Familiæ nomen in ſtatutis intelligatur de familia in ſpecie.*
9 *Fideicommiſſ. allegans tenetur probare ſe eſſe vocatũ.*
10 *Fideicommiſſum factum fauore familiæ dicitur fauorabile.*
12 *Deſijſſe non videtur, quod non incepit.*
13 *Deficere, verbum, non refertur ad eos, qui nunquam fuerunt.*
14 *Prohibitio alienationis facta poſt ſubſtitutionem, vt bona remanent in familia intelligitur facta ſolum fauore familiæ inſtitutorum, & n. ſeq. contra n. 22. & infra concord. nu. 23.*
15 *Verba dubia declarantur ex præcedentibus.*
16 *Verba dubia magis declarantur ex præcedentibus, quam è contra.*
17 *Extenſio de perſona ad perſonam non fit.*
18 *Clauſula ſequens in coniuncta ſcriptura intelligitur de illiſmet perſonis, de quibus dictum eſt in præcedenti coniuncta ſcriptura.*
19 *Interpretatio fit, vt hęres grauetur minus quàm fieri poſſit.*
24 *Ratio expreſſa amplior dicto extendit diſpoſitionem ad perſonas non expreſſas, declara nu. 25.*
26 *Verba, in perpetuum, in infinitum, ſatis operantur reſpectu perſonarum nominatarum, nec admittunt extenſionem vltra perſonas nominatas.*
27 *Familia ipſius teſtatoris vocata ſoli deſcendentes veniunt, contra nu. 29.*
28 *Genitiuus, ipſius, denotat cauſam immediatam, & habet naturam præciſam.*
30 *Familia recta, & tranſuerſali vocata veniunt ſoli deſcendentes.*
31 *Familiæ nomen comprehendit tranſuerſales, quando in deſcendentibus non poterat verificari.*
32 *Legitimatus non ſuccedit in feudo nobili, declara ibi.*
33 *Naturales veniunt appellatione filiorum, quando diſpoſitio in legitimis non poterat verificari, licet alias eſſemus in caſu quod naturalis non veniret filij appellatione.*
34 *Generalis diſpoſitio pro ſpeciali habetur, quando in vna tantum ſpecie verificari poteſt.*
35 *Verba intelliguntur de facto, & impropriè, quando aliter intelligi non poſſunt.*
36 *Verba intelliguntur cum effectu, & vt operentur.*
37 *Familiæ nomine proprio expreſſo veniunt & tranſuerſales.*
38 *Familiæ appellatione veniunt tranſuerſales, quando habita eſt ratio familiæ non perſonarum.*
40 *Familia & agnatione vocata veniũt tranſuerſales.*
41 *Familia vocata, ſi plures ſunt colonelli dicitur vocatus colonellus teſtatoris.*
42 *Familia vocata non veniunt non agnati, licet ſint de illo nomine.*
43 *Familia vocata non veniunt, niſi deſcendentes ſi teſtator in primo teſtamento prouidit ſolis deſcendentibus nulla mentione facta agnatorum, nam idẽ in ſecundo teſtamento cenſetur intellexiſſe, & è contra.*

QVÆ-

QVÆSTIO CCCLI.

Familia, vel Domo vocata, vtrùm intelligatur de Domo, & Familia in ſpecie, at ſic de ſolis deſcendentibus, an etiam de Domo, & Familia in genere, & ſic de tranſuerſalibus etiam?

DISputatio non minus vtilis, quàm egregia eſt, ſi teſtator in ſubſtitutione mentionem facit de Familia, vel de Domo, vtrum ſenſerit de Domo, & Familia in ſpecie, & ſic de ſolis deſcendentibus, an verò in genere, & ſic etiam de tranſuerſalibus, in quo articulo duæ ſunt opiniones.

1 Prima eſt opinio, quòd non ſolum deſcendentes, quàm etiam tranſuerſales dicãtur vocati, dummodò ſint de familia, licet non ſint etiam ſanguine coniuncti, quã ſi probarunt Bart. *in l. 1. C. de conduc. libr. lib.* 10. vbi de domo vocata, *& in l. 1. in princ. ff. ad Sillan.* Paul. de Caſtr. *in l. peto, §. fratre, ff. de leg.* 2. Barbat. *in l. cum acutiſſimi, nu.* 140. *C. de fideicomm.* Romul. *in l. filiusfam. §. Diui, num.* 102. *ff. de leg.* 1. Salic. *conſ.* 95. *num.* 1. Alex. *conſi.* 213. *nu.* 6. vbi de domo, *& conſ.* 91. *lib.* 7. Pariſ. *conſil.* 22. *num.* 62. *& ſeqq. libr.* 3. vbi de domo, & caſata, Gozad. *conſil.* 79. Crauet. *conſi.* 800. *numer.* 5. vbi erant vocati proximiores de domo, Hieron. Gabr. *conſi.* 124. *num.* 59. *& conſ.* 132. *q.* 6. *lib.* 1. Dec. *conſi.* 86. *num.* 27. *lib.* 3. Rimin. iun. *conſil.* 482. *num.* 46. *& ſeq.* Peregr. *conſil.* 47. *nume.* 7. *& ſeqq. lib.* 2. *conſi.* 31. *num.* 11. *lib.* 3. *conſil.* 149. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 5. & hanc tenet *conſi.* 31. *lib.* 4. quando familia ſimpliciter eſſet vocata, nec ſupra facta eſſet mentio aliqua de deſcendentibus, *& in tract. de fideicom. art.* 22. *num.* 26. *verſic. verum,* vbi de familia, *& numer. ſeqq.* quando de domo facta eſt mentio, *& art.* 32. *num.* 83. Craſſ. *in §. legatum, quæſt.* 14. *nu.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Mant. *de coniect. vltim. voluntat. libr.* 8. *tit.* 12. *num.* 12. vbi de domo, vel familia vocata, Pręt. *de interpret. vltimar. voluntatum, fol.* 289. *nume.* 25. *& ſequentibus,* & hanc ego conſulendo probaui, *vt in conſilio* 37. *& in conſil.* 32. & in vtroque caſu obtinui. [Et hanc primam opinionem tenet Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 645. *num.* 3. *& ſeqq.*]

Primo ſatis probatur iſta opinio *in l. fin. C. de verb. ſignif. in l. cum ita, §. in fideicom. in l. peto, §. fratre, ff. de legat.* 2. *& in l. pronunciatio, §. famil. verſ. communi iure, & in fin. ff. de verborum ſignif.* in quibus locis patet & tranſuerſales contineri appellatione familiæ.

2 Secundò accedit, quod verba operari debent ſecundũ eorum propriam ſignificationem, *l. non aliter, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg.* 3. & hoc locum habet etiã quando aliqua extaret præſumptio, quod teſtator aliter ſenſerit, Crauet. *conſ.* 161. *nu.* 13. ſed ex proprietate ſermonis appellatione familiæ, & domus veniunt tranſuerſales, vt in iuribus ſupra citatis, ergo &c.

3 Secunda eſt opinio, quod ſoli deſcendentes dicantur vocati, vel familia inſtitutorum, & hanc tenuerunt Bart. *in l. peto, §. fratre, num.* 1. *ff. de leg.* 2. Socin. ſen. *conſ.* 249. *nu.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. *& inter conſi.* Curt. ſen. *conſi.* 40. *nu.* 14. *&* 15. Ruin. *conſi.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Pariſ. *conſi.* 51. *n.* 10. *conſi.* 88. *n.* 36. *lib.* 2. *& conſi.* 1. *nu.* 59. *lib.* 3. Soc. iun. *conſil.* 87. *nu.* 64. *lib.* 2. Alba. *conſ.* 483. *nu.* 42. *& conſ.* 616. *nu.* 3. *& ſeq.* Beret. *conſi.* 29. Cell. Vgo *conſi.* 313. *nu.* 14. *conſ.* 353. *nu.* 13. *& conſ.* 495. *nu.* 34. Roland. à Valle *conſ.* 70. *nu.* 75. *lib.* 3. Surdus *conſi.* 247. *num.* 12. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 30. *n.* 13. 14. *conſil.* 106. *n.* 226. *conſ.* 233. *n.* 15. *& ſeq. conſi.* 633. vbi latè dicit ita ſæpius fuiſſe iudicatum in Excellentiſs. Conſ. de XL. incIyta Ciuitate Venetiarum, & teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, & *nu.* 18. tollit plures authoritates, in contrarium citatas, *conſi.* 732. *nu.* 40. *& ſeqq. conſi.* 875. *num.* 25. *in fine, conſ.* 424. *num.* 22. *conſ.* 1171. *nu.* 2. *& conſ.* 1177. *num.* 7. *& lib.* 4. *præſump.* 88. *n.* 2. Pereg. *conſi.* 31. *lib.* 4. *conſ.* 57. *lib.* 5. *& deciſ.* 134. in quibus locis latè comprobat Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 83. *num.* 3.

Probatur autem ſententia iſta pluribus fundamentis. 4
Et primò quia nomen familię in genere poteſt continere omnes de familia etiam tranſuerſales & in ſpecie ſolum
deſcendentes, ſed verba debent potius in ſpecie, quam in 5
genere accipi in dubio, *l. hoc legatum, ff. de legat.* 3. & ibi Bart. Gozad. *conſil.* 60. *n.* 10. Curt. iun. *conſ.* 5. *nu.* 5. Tiraquell. *in l. boues, §. hoc ſermone, par.* 1. *n.* 8. *ff. de verb. ſign.* 6
Menoch. *conſil.* 233. *nume.* 16. *& conſi.* 633. *numer.* 7. *& ſeqq.* & debent verba potius intelligi per prius, quam per poſterius, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* ergo erit intelligendum de ſolis deſcendentibus.

Secundò, fideicommiſſa ſunt odioſa, *l. cohæredi, § cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & dixi *ſupra quæſt.* 290. vbi etiam dixi, ſtrictè eſſe intelligenda. Et in materia odioſa verba ſtrictè, & in ſpecie ſunt intelligenda, vt in vocatione lineę ſic argumentati ſunt, Soc. ſen. *conſ.* 33. *n.* 10. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 379. *n.* 4. 5. Ruin. *conſ.* 198. *n.* 4. *libr.* 1. Pereg. *conſi.* 57. *n.* 9. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 233. *n.* 16. *& conſi.* 633. *nu.* 8. *verſ. ſecundo confirmatur,* ergo ſubſtitutio de familia, erit intelligenda de ſolis deſcendentibus. 7

Tertiò, in ſtatutis mentio familiæ intelligitur de familia in ſpecie, Bald. *conſ.* 321. *ſtatuto cauetur, lib.* 1. Ruin. *conſ.* 23. *num.* 6. *& conſ.* 24. *nu.* 2. *&* 5. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 6. *nu.* 11. *lib.* 1. Cranet. *conſ.* 243. *nu.* 4. *& conſi.* 250. *nu.* 5. Atqui licet argumentari à ſtatutis ad vltimas voluntates, Bart. *in l.* 1. *C. de his quib. vt indig.* Curt. iun. *conſil.* 5. *nu.* 18. Euerar. *in loco à ſtat. ad vlt. volunt.* ergo ſicuti in ſtatutis familiæ nomen accipitur in ſpecie idem & in vltimis voluntatibus dicendum erit. Et in ſpecie hoc argumento vſus eſt Menoch. *conſ.* 633. *n.* 9. 8

Quartò additur quod allegãti fideicommiſſum imponitur onus illud probandi, quia ſufficit reo dicere, ſubſtitutio de te non loquitur, Menoch. *conſi.* 85. *nu.* 39. Decian. *reſp.* 12. *num.* 1. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 39. *nu.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. & in ſpecie, *deciſ.* 134. *n.* 6. Honded. *conſil.* 60. *num.* 12. *libr.* 1. & dixi alios allegando, *quæſt.* 615. Et probatio debet eſſe concludens non dubia, aliàs actor ſuccumbit, Ceph. *conſ.* 469. *num.* 6. *conſ.* 430. *nu.* 17. *& ſeqq.* Pereg. *conſ.* 31. *num.* 2. *lib.* 4. Honded. *conſil.* 51. *numer.* 59. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 233. *num.* 6. *& conſi.* 522. *num.* 3. alios adduxi *in qu.* 615. *n.* 4. 5. Sed verbum familiæ non concludit neceſſariò, quod teſtator ſenſerit etiam de familia contentiuè, ergo &c. 9

Ego in puris & ſimplicibus terminis non recederem à prima opinione, nec argumenta contrariæ ſentẽtiæ multum ſtringunt, & facilè diſſoluuntur; ad primum enim reſpondetur, quod illud procedit in odioſis, ſecus in fauorabilibus, in quibus verba intelliguntur in genere, ita Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 166. *num.* 8. Atqui fideicommiſſum conſtitutum fauore familiæ dicitur fauorabile, Ceph. *conſi.* 137. *nu.* 40. Dec. *conſi.* 1. *nu.* 317. *lib.* 1. Honded. *conſi.* 63. *nu.* 101. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 204. *n.* 60. *& conſ.* 610. *n.* 11. cum alijs à me citatis, *d. conſ.* 37. *n.* 20. vbi ſic reſpondi ad obiectum iſtud.

Ad ſecundum patet reſponſio ex iam dictis ſupra ſtatim, dum dixi fauorabile eſſe fideicommiſſum relictum fauore familiæ.

Ad tertium reſpondeo, quod hic non eſt arguendum à ſtatutis ad vltimas voluntates, cum adſint aperta iura, quod familiæ nomen continet & tranſuerſales, vt in primo argumento primæ opinionis.

Ad vltimum reſpondetur, quod ex proprietate ver- 10

borum tranſuerſalis venit appellatione familiæ; vt ſupra dictum eſt, & verba etiam in materia odioſa accipi debent ſecundum propriam ſignificationem, *l.1.§ pecuniam.ff.de calum.l.1.§.quod autem,ff.de aleat.l.cum lege,ff.de teſt.*& ibi not. Aret. Menoch.*conſ.424.n.9.*& ita reſpondet Peregr.*conſi.149.n.11.12.lib* 5.quem ſequutus ego ſum *d.conſ.37.n.18.& conſi.72.num.19.*

11 Declaratur primò communis opinio, quando teſtator facta mentione de aliquo, puta inſtituto, vel ſubſtituto ſubiecit clauſulam: ita & taliter quod bona non exeant de familia ipſius: nam intelligi debet de familia ipſius, cui reliquerat, ita in ſpecie Cephal.*conſil.*510.*nu.*12. quem refert & ſequitur Peregr.*tract.de fideicom.art.*22.*n.*26.*in fine*, ſequitur Menoch.*conſil.*233. vbi latè quando vocati erant certi gradus deſcendentis, & poſtea dictum, ita & taliter, quod bona nunquam exeant de familia, & vult intelligi de familia primo nominatorum. Ratio eſt, cur intelligi debeat de familia eorum, quibus relictum eſt, non de familia tranſuerſalium, quia tranſuerſalium

12 familiæ non erat opus proſpicere, quod bona de illa non exirent, cum illi non eſſet relictum. *l.Titio vſusfructus, ff.de condit.& demonſtrat.*ibi *deſijſſe non videtur, quod non incepit, leg.*3.*§.deſinere, vbi Gloſ.ff.de vſufruct. quemad caueat,l.non videtur rem amittere l.non poteſt videri,ff.de reg.iur.§.ſeruus, inſtit tit. de cap.diminut.* Facit etiam *l.*3.*§.conditio, ff.de adim.leg.& l.legatum, ff.eod.*& tradita à Soc.ſen. conferent, *in l.legatum,nu.*4.

13 *ff.de legat.*1. Accedat quod ſicuti verbum, deficere, non referunt ad eos, qui nunquam fuerunt. Alciat.*conſi.*492.*num.*11. Ceph.*conſi.*510.*nume.*15. Menoch.*conſil.*106.*num.*342. pariter exire de familia non poteſt, quod nunquam fuit relictum, & ita arguit Ceph.*d.conſ.*510.*num.*22.*& ſeqq.* Alia argumenta deſumi poterunt ex dictis *in ſeq.d. clarat.*

14 Declaratur ſecundò elegantiſſimè, quando teſtator in primis ſubſtitutionibus fecit mentionem de filijs inſtitutorum, & eorum deſcendentibus, & poſtea ſubiecit clauſulam, vel in prohibitione alienationis, vel aliter, quia volo bona perpetuò manere in domo, vel in familia, quia intelligitur de familia, & domo inſtitutorum.

15 Probatur primò iſta ſententia, quia verbum, familia, eſt generale, & ambiguum cum variè accipiatur, *l pronunciatio,§.primo,& §.vltim.ff.de verbor ſignif.*Corn.*conſil.*216.*num.*2.4.*lib.*2. Cephal.*conſil.*510.*numer.*16.

16 igitur declarari debet ex præcedentibus, quæ loquuntur de familia, & deſcendentibus inſtitutorum, cum præcedentia magis declarent ſequentia, & in ea influant, quam è contra, Bartol.*in l.quiſquis, ff.de leg.*3. Roman.*ſing.*672. Dec.*conſil.*14.*num.*5. Curt.iun. *conſil.*70.*nume.*2. Ruin.*conſil.*170.*numer.*9.*poſt princ.lib.*2. quos in ſpecie noſtra ſic arguendo refert & ſequitur Cephal.*conſ.*510.*num.*16.

17 Secundò facit regula, quod perſona extrinſecus non ſubintelligitur, vbi diſpoſitio quæ ſequitur poteſt intelligi continuatiuè de perſonis, de quibus ſupra facta erat mentio, *l.ſi ita ſtipulatus,§.Griſogonus, de verbor.oblig. l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact.* Et in vltimis voluntatibus habet locum iſta regula *l.Gallus per totam,ff.de liber.& poſthum.*& dixi latè *quæſt.*458. an fideicommiſſa extendantur de perſona ad perſonam & hoc argument. vſi ſunt Menoch.*conſil.*233.*num.*11.& Peregr.*d.conſil.*57.*num.*4.*lib.*5.*& deciſ.*134.*num.*2. cum ergo in præcedentibus actum ſit de deſcendentibus, vel filijs inſtitutorum, ſequitur quod verba ſequentia, quod bona remaneant in familia, intelligi debent de familia ſupra nominatorum.

18 Tertiò accedit *l.fin.ff.de reb.dub.*& ibi Bart.*in verſic. quaro quare,& l.ſi.§.cui dubia in ſecunda reſp.ff.de vitrit. & ol. legat.* ex quibus iuribus deducitur concluſio, quod ratio continuati ſermonis, & coniunctæ ſcripturæ operatur, vt clauſula ſequens in coniuncta ſcriptura intelligatur loqui de eiſdem perſonis, de quibus actum fuit in præcedenti, & hanc concluſionem probarunt Soc.ſen. *conſ.*53.*n.*11.*li.*1. Dec.*conſ.*63.*col.*3. *conſ.*377.*col.*3.*& 4.& conſ.*636. Soc.iun.*conſ.*4 *lib.*3.*& conſi.*21.*num.*8. Card.Alban.*conſ.*1 *n.*9. ceph.*cõſ.*17.*n.*24.*& conſ.*477.*n.*16. Beret.*conſ.*63.*n.*5.*& conſ.*75.*n.*7. Burſat.*conſ.*195 *n.*7. Hier.Gabr.*conſ.*111.*n.*21.*lib.*1.*& conſ.*138.*n.*24.*lib.*2. Rimin.iun.*conſi.*279.*n.*61.*& conſ.*531.*n.*43. Menoc.*conſ.*327.*n.*72.*& conſ.*376.*n.*49. Odd.*conſ.*66.*n.*44. cum alijs congeſtis à Peregr. *conſil.*57.*nu.*11.*lib.*5. ergo dum teſtator in præcedentibus fuit loquutus de certis perſonis, dum poſtea in ſequenti clauſula facit mentionẽ de domo, vel familia, in qua bona remaneant, intelligi debet de familia eorum, de quibus antea dictum fuit.

Quartò additur ratio, quod verba debent potius accipi in ſpecie, quam in genere, vt dictum eſt *ſupra n.* 4.

Quintò, quia ſumenda eſt interpretatio, vt hæres minus grauetur, quam fieri poſſit, *l.vnum ex familia, §.ſi rem,& l.Titia cum teſtamento,§.*1.*ff.de legat.*2. 19

Sextò, quia in dubio pronunciandum eſt fideicommiſſum non extare, vt dixi *ſupra nu.*7.& in ſpecie ita poſt alios arguit Menoch.*conſ.*233.*nu.*26.

Septimò, hoc etiam videtur colligi *ex l.cum acutiſſimi,C de fideic.*ex quo textu probatur, quod mentione facta de familia à teſtatore, intelligitur de familia propria effectiuè, & illum text. poſt Bartol relatum ſic intelligit, Peregr.*conſ.*57.*n.*8.*lib.*5.*deciſ.*134.*nu.*4. 20

Vltimò, ſententiam hanc probarunt grauiſſimi authores, inter quos Ruin.*conſ* 153.*libr.*2. vbi teſtator inſtituerat, & ſubſtituerat filios, & deſcendentes ſuos maſculos, & addiderat clauſulam ita, quod bona remaneant in illis de agnatione teſtatoris, & vult Ruin. intelligi de agnatione teſtatoris, id eſt, de deſcendentibus, & idem facta mentione familiæ, Paril. *conſil.*51.*numer.*5.6.10.*lib.*2.*& conſ.*1.*nu* 5.*lib.*3. Socin.iun. *conſil.*97.*num.*64.*lib.*2. Dec.*conſil.* 10.*nume.*75.*libr.*3. Berett.*conſil* 29.*in princ.* Cephal.*conſi.*510. Menoch.*conſil.*233.*per totum, conſ.*723.*nu.*40.*& ſeqq.* Surd.*conſi.*247.*nu.*12. Soc.iun. *inter conſ.* Curt.iun.*conſi.*40.*& inter ſua conſil. in conſil.*249.*num.*12 Pereg.*conſi.*57.*lib.*5.& in nulla cauſa, quæ fuit Bonon. de Lambertinis pro tranſuerſalibus iudicauerat Rot. Roman. ſed propoſita iterum cauſa in Rota receſſum fuit à deciſis, & iudicatum, fideicommiſſum eſſe inductum ſolum inter illos de familia ſupra nominatos, non autem inter alios de eadẽ familia Lambertina, prout latè habetur per ipſum Peregr. *in eius deciſ.*134. idem Pereg.*conſ.*31.*per totum lib.*4.& ibi reſpondet ad authoritatem Rimin.iun.& Menoch. locis citatis pro contraria ſententia, & vult eos loqui, quando teſtator dixit, quia vult bona manere in familia de Fuſarijs, ſecus ſi dictum fuiſſet in familia teſtatoris, ita Peregr. *vbi ſupra nu.*6.*in fin.* Bardell *conſ.*95.*n.*26. Hanc etiam probauit Menoch. *conſil.*633. vbi teſtator pluribus filijs inſtitutis eis prohibuit alienationem bonorum ſed quod ipſa bona in domo perpetuò manere deberent, & intelligit de domo deſcendentium teſtatoris, non tranſuerſalium, idem tutius Peregr. *de fideic. art.*22.*nu.*26.*in fine art.*32.*n.*43. [Et cum hac opinione tranſeunt Torniol.*conſ.*70.*n.*19. & Ceph. *conſ.*510.*n.*16.*& ſeq.lib.*4.] 21

Pro contraria ſententia facit, nam tranſuerſales ſunt de familia teſtatoris propriè, *§.ſunt autem agnati, inſtit. de legit.agnat.tut. l.pronunciatio,§.familiæ, ff.de verb. ſignif.& l.fin.C.eod.* igitur inhærendum erit verbis teſtamenti, *l.*1.*§.ſi is qui nauem,ff.de exercit.& in §.nos igitur in authen.de reſtit.fideicom.* Et cum verba diſpoſitionis conueniant, conuenire etiam debet diſpoſitio importata per verba *l.*4.*§.toties,ff.de damno infecto*,& cum, vt dixi, 22

dixi, familiæ appellatione propriè veniant tranſuerſales, non erit recedendum à proprietate verborum *l.non aliter,ff.de leg.3.*& cum verba ſunt clara non admitti debet voluntatis diſputatio, *l.ille aut ille,§.cum in verbis,ff.de leg.3.*& nunc ceſſant cauillationes Aduocatorum, Bald. *conſi,174.ad fi.lib.*1.Crauet.*conſil.*21.*nu.*6.

Et in ſpecie de qua agitur extant plures grauiſſimorum Iureconſultorum deciſ. & in primis Tiber. Dec. *conſil.86.numer.*18.*verſic.3.libr.*3. conſuluit in caſu, in quo teſtator tribus maſculis filijs inſtitutis, & ſubſtitutis eorum deſcendentibus, adiecit hæc verba. Quia intentio D.teſtatoris eſt, quod bona ſua conſeruentur in maſculos legitimos, & naturales de familia, & agnatione præfati D. teſtatoris: & Dec. vult hoc caſu reſultare fideicommiſſum non extantibus deſcendentibus ad fauorem maſculorum tranſuerſalium de illa familia.

Hippol. Rimin.*conſi.*481. vbi teſtator inſtitutis filijs, & ſubſtitutis deſcendentibus maſculis excluſis fœminis prohibuit bona alienari his verbis additis. Quia volui bona ipſa perpetuò permanere in familia,&c. conſuluit Rimin. extinctis omnibus deſcendentibus maſculis fideicommiſſum durare ad fauorem tranſuerſalium de familia.

Menoch. *conſ.*424. vbi teſtator, inſtitutis filijs, & reciprocè ſubſtitutis, & eorum deſcendentibus maſculis, prohibuit alienationem bonorum, ad hoc vt bona ipſius teſtatoris conſeruarentur in familia in perpetuum: & Menoch. concludit extincta deſcendentia maſculina, fideicommiſſum extare ad fauorem tranſuerſalium de familia.

Peregr.*conſi.16.dubio 2.lib.*3. vbi teſtator inſtituerat Paulum nepotem ex fratre, & illi ſubſtituerat eius deſcendentes maſculos, & poſtea adiecit prohibitionem his verbis. Item voluit quod bona, in quibus D.Paulum, & eius filios inſtituit,& ſubſtituit, non poſſint vendi, alienari, nec aliquo modo transferri extra familiam maſculinam, de Macheronibus del Vlmo per contractum, nec vltimam voluntatem,&c. Quia vult dicta bona non exire familiam maſculinam, vt ſupra, ſed perpetuò,& in infinitum remanere in dicta familia maſculina. Mortuo Paulo hærede cum deſcendentibus maſculis, ſed poſtea extincta deſcendentia maſculina Pauli, tenuit Peregr. agnatos tranſuerſales del Vlmo cenſeri vocatos, & in eadem cauſa ego conſului,& Bergomi diſputaui coram Illuſtriſſimo Prætore,& obtinui, fuitque ſententia laudata in Excellentiſſ.Conſil.XL. virorum.

Peregr. etiam *conſi.* 149.*lib.*5. vbi teſtator filijs inſtitutis, & ſubſtitutis eorum deſcendentibus in infinitum, prohibita fuit alienatio bonorum verbis amplis, adiecta ratione. Quia firma intentio D.teſtatoris eſt, quod bona ſemper ſtent in domo,& familia,&c. Peregr. concludit tranſuerſales de familia extincta deſcendentia maſculina cenſeri vocatos, & pluribus comprobat, vt apud eum.

Ego aliquando in grauiſſima cauſa quæ antiquitus accepta fuit requiſitus fui, vt conſulerem, & caſus erat, quod teſtator inſtitutis nepotibus ex fratre, & eorum deſcendentibus maſculis ſubſtitutis, poſtea adiecit prohibitionem alienationis cum cauſa, vt bona perpetuò manerent in familia, pro extincta linea maſculina deſcendentium inſtitutorum pro tranſuerſalibus, conſuluerunt primarij Aduocati ætatis præcedentis, cum autem nunc renouare vellent litem, ijdem tranſuerſales, conſultus fui cum Doctiſſimo & acutiſſimo Iureconſulto D.Bartolomeo Stella, & poſt longam diſcuſſionem ambo concorditer concluſimus non venire in prohibitione alienationis tranſuerſales de familia: & iis fuit relicta. perſonas nominare non exiſtimaui conueniens, ne eis inferatur præiudicium, ſi alio tempore alijs conſulentibus in contrarium litem proſequi vellent.

23 Concordari tamen poſſe prædictas diſcordantes ſententias ſic exiſtimarem, Quod aut prohibitio alienationis eſt appoſita ad præcedentem ſubſtitutionem conſequutiuè, & acceſſoriè, & ad illius corroborationem, & tunc ſi fideicommiſſum præcedens de deſcendentibus eſt reſolutum, non fiat tranſitus ad tranſuerſales de familia, ſed intelligatur retentis terminis primæ ſubſtitutionis. Aut verò prohibitio alienationis eſt magis ampla, quam præcedens fideicommiſſum, & verba prohibitionis proferunt nouam diſpoſitionem, ita vt ex ea colligi poſſit teſtatorem ſenſiſſe non tantum de deſcendentibus, quam etiam de tranſuerſalibus non comprehenſis in fideicommiſſo, & tunc & illi veniant, quorum fauore facta eſt prohibitio, *l.filiusfamilias, §.Diui, §.de legat.* ita ſenſit Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 133. eſt & alia deciſ. Rotæ Romanæ *in nouiſſ. deciſ.* 568.*part.*1. relata in deciſ. Peregrini 134. vbi refertur alia deciſio eiuſdem Rotæ, vt in vna Bononienſi de Lambertinis, & *ibid.numer.16.& ſeqq.* colligitur ita ſenſiſſe Rotam: & fuit etiam hoc dictum approbatum à Peregr.*conſil.*149. *num.*14.*lib.*5. [Et facit Rota *deciſ.*177. *in fine part.*4. *diuerſ.* Gratian.*diſcept.forenſ.capit.*828. *numer.*23.*& ſeqq.Tom.*5.& ita dicebat Rota Florentina *in dubijs datis in cauſa de Dctis à me relatis conſil.* 168. *numer.*13. *& per totum*, & videndum erit *illud conſilium*, quod fuit Eruditiſſimi D.Ludouici Ricciardi I.C. Florentini *num.29.& ſeqq.& num.*61.*& ſeqq.* vbi bene, & doctè declarat hanc diſtinctionem, & ſecundum illud conſil. & meum in eadem cauſa factum fuit iudicatum ab illa Rota.]

24 Pro hac autem diſtinctione,& vltimò membro admittente diſpoſitionis ampliationem vltra perſonas ſupra expreſſas, optimè facit, quia ratio expreſſa amplior dicto, operatur, vt diſpoſitio præcedens ampliatur non ſolum in tempore,& rebus, ſed etiam in perſonis, Bart.*in l.pater filium,§.fundum,ff.de leg.3* Crot.*in l.filiusfamilias,§.Diui,nume.*127.*ff.de leg.*1.& ibi Ferdin. Loarez. *nu.*58. Zanch.*in l.heredes mei,§.cum ita,num.*275.*ff.ad Trebell.* Paul.de Caſtr.*conſ.*77.*viſis,nu.*5.*lib.*1.*& conſ.* 401.*lib.*2. Roman.*conſi.*457.*num.*2. Socin.ſen.*conſi.*43. *col.*1.*lib.*3. Iaſ.*conſ.*23.*col.*1.*lib.*3. Dec.*conſi.*182.*nu.*4. Ruin.*conſi.*158.*num.*10.*& conſi.*161.*numer.*18.*lib.*2. Curt iun.*conſi* 41.*num.*11.*& conſil.*115.*col.vlt.* Pariſ. *conſ.3.col.3.lib.3.* Bero.*conſ.*64.*num.*17.*lib.*2. Crauett. *conſ.*144.*col.*2.*& conſil.*443.*col.*1. Marcob. ab Anguiſ. *conſi.*61.*ad fin.* Rimin.iun.*conſi.*20.*num.*8. Ceph.*conſil.* 134.*nu.*35. Rol. a Valle *conſ.*24.*lib.*3.*& conſ.*6.*n.*21.*li.* 1. Surd.*conſi.*67.*num.*40.*& conſil.*96 *numer.*42. Berett. *conſi* 115.*& conſ.*142.*num.*30. Peregr.*conſi.*149.*num.* 14 *lib.*5. 25 Quod tamen dictum Bart.& aliorum procedit, quando non ſumus in oratione conſecutiua, ſed ſumus in oratione, quæ ſtat de per ſe per viam principalis diſpoſitionis: nam quando ſtat conſecutiuè, & cautatiuè, videtur teſtatorem voluiſſe reddere rationem, quare ſic fecit illas ſubſtitutiones, non autem nouas perſonas vocare, Rota Romana *deciſ.*221.*n.*2.*part.*2. *relata in alia deciſ. eiuſdem* Rotæ, de qua in *deciſ.* Peregr. 134.*num.*15.*& ſeqq.*& pulchrè declarat Ceph.*conſ.*510.*nume.*7.*& ſeq.* Vel dicendum eſt rationem appoſitam poſt prohibitionem, quia volo bona perpetuò manere in familia, ita demum illam ampliare ad alias perſonas ſupra non expreſſas, quando prohibitio iam erat veſtita, nam tunc ne ratio ſtet ſine effectu operatur extenſionem, ita Rota Roman. apud Peregr. *deciſ.*134.*nu.*16.*in fi.& nu.ſeqq.* quo caſu etiam dicit admitti ſolam extenſionem caſuum non perſonarum.

26 Porrò declaratio iſta retinenda erit, quamuis in diſpoſitione adeſſent verba perpetuitatis, vt quia dictum

fuiſſet, quia volo bona perpetuò manere in familia, nam ſufficit quod perpetuitas verificetur in illa deſcendentia, Curt. iun. conſ. 218. n. 14. Surd. conſi. 448. num. 26. Rota Romana relata à Peregr. in deciſ. 134. n. 21.

27 Declaratur tertiò, quando teſtator vocaſſet familiam ſuam, vel eſſet vocata familia ipſius teſtatoris, quia tunc ſoli deſcendentes venirent, Ruin. conſ. 153. nu. 10. lib. 2. Soc. iun. conſ. 97. n. 63. in fin. & ſeqq. lib. 2. Cephal. conſi. 510. n. 13. Hieron. Gabr. conſ. 32. q. 6. in fine lib. 1. vbi tamen non affirmat Pereg. conſ. 57. n. 9. cõſ. 149. n. 18. ver. tertio, & n. ſeqq. lib. 5. conſ. 31. n. 6. circa fin. lib. 4. & deciſ. 134. n. 5. & n. 24. Menoch. conſ. 233. n. 21. conſil. 177. n. 5. & lib. 4. præſump. 88. n. 2. & conſ. 424. n. 19. 20. 21. vbi hanc tenet opinionem vocata familia, aliud vocata cognatione, Berett. conſ. 105. n. 19. [Adde hanc declarationem probari à Gratian. diſcept. forenſ. cap. 869. n. 27. & ca. 645. n. 5. Rimin. iun. conſ. 482. n. 51. & ſeq. Odd. de fideicom. q. 8. n. 77. Turret. conſ. 49. n. 5. li. 3. Io. Franc. à Ponte conſ. 154. n. 60. & ſeq. lib. 2. Scip. R[illegible]uita conſil. 27. n. 19. Ioſeph de Seſſ. deciſ. 49. n. 9. Serap. deciſ. 1438. n. 11. Rot. Rom. in vlt. collect. per Farinac. deciſ. 702. n. 2. & 3. par. 2. & de hac re habemus duo conſilia in vna Florentina de Detis, alterum Clariſs. D. Ludouici Ricciardi I. C. Florẽtini poſitum inter mea conſ. & eſt conſil. 168. & alterum meum, quod eſt 169. ſecundum quæ etiam Illuſtriſs. Rota Florentina iudicauit, non obſtantibus dubijs datis, & ibi regiſtratis.]

28 Quæ declaratio vltra argumenta relata ſupra pro ſecunda opinione principali ſuadetur etiam, quia genitiuus, ipſius, denotat cauſam proximam, & immediatam, iuxta not. in rub. ff. de oper. nou. nunciat. & perſonalitatem quandam ſignificat, & habet naturam pręciſam. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 9. nu. 25. Ripa in l. filiusfam. §. Diui, nu. 111. ff. de legat. 1. & in ſpecie noſtra Menoc. conſ. 233. n. 21. & Pereg. locis citatis.

29 Sed & in his terminis quando teſtator vocauit familiam ſuam, vel dictum eſt de familia ipſius teſtatoris, vt veniant & tranſuerſales, ſcribunt Peregr. de fideicomm. art. 22. n. 26. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 12. verſ. ſed ego, Decian. conſ. 86. n. 18. verſ. 3. libr. 3. Peregr. conſ. 149. n. 10. lib. 5. & ſentit d. conſ. 31. n. 6. verſi. nam licet, lib. 4. vbi tamen diſtinguit, vt apud eum.

30 Quod ſi vocata eſſet familia, ipſorum, in numero plurali, an intelligatur de familia teſtatoris? Et Rimin. iun. conſ. 482. num. 46. & ſeqq. intelligit non poſſe referri ad teſtatorem, quia ſi teſtator voluiſſet intelligere de familia à ſe deſcendente, dixiſſet in familia ſua, & ita ego conſului in vna Bergomenſi del Vimo, & obtinui, vt in conſ. 72.

Retenta autem opinione, quod ſoli deſcendentes dicantur vocati, de qua ſupra n. 5.

31 Ampl. procedere, etiam quod vocata eſſet familia recta & tranſuerſalis, nam intelligitur de tranſuerſali reſpectu ſuorum deſcendentium inter ſeſe, ita Menoch. conſi. 1177. n. 9. verſic. non obſtant verba.

Limitatur autem ſecunda opinio principalis, primò, quando diſpoſitio facta ad fauorem familiæ non poterat verificari in deſcendentibus, vt quia nõ extarent, vel quia vocati eſſent illi, qui non poterant habere filios, vt ſacerdotes: nam tunc appellatione familię venirent tranſuerſales de familia, Ruinus conſ. 149. num. 8. lib. 2. Cephal. conſil. 606. num. 15. & ſeq. Peregr. conſil. 41. libr. 2. Menoch. conſi. 106. num. 229. conſil. 1171. num. 12. & conſi. 1177. num. 8.

32 Simile eſt, quod dicimus, licèt in feudo nobili non ſuccedat legitimatus in feudo ſimpliciter, ſi tamen pater legitimati non habebat niſi feudum nobile, & in illo ſuccedet legitimatus, Cephal. conſi. 23. nu. 25. verſic. ſecundo quoniam, lib. 1.

Accedit, quod licet aliquando in diſpoſitione facta de filijs non veniant naturales, ſi tamen diſpoſitio non niſi in naturalibus verificari non poterat, tunc in diſpoſitione & naturales comprehenduntur, l. hæredibus, §. fin. ff. ad Trebell. & ibi Bart. Paleot. de not. & ſpur. cap. 27. nu. 7. verſic. aut ſi genere. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 9. n. 13. verſic. tertiò debet reſtringi.

Confirmatur ex alio, nam & nepotes veniunt appellatione filiorum, quando diſpoſitio non poterat verificari in filijs, vt dixi quæſt. 320. num. 58. ſic & poſterorum appellatione veniunt tranſuerſales, quando diſpoſitio non poterat ſortiri effectum in deſcendentibus, vt dixi quæſt. 330. nu. 4. Idem vocato ſemine, vt dixi quæſt. 332. num. 3. & faciunt dicta quæſt. 335. nu. 10. vbi de progenie vocata, & etiam dicta q. 364. n. 3.

Ratio autem omnium prædictorum eſt, quia generalis diſpoſitio pro ſpeciali haberi debet, quando verificari poteſt in vna tantum ſpecie, l. fundus qui locatus, ff. de fund. inſtruc. l. Quintus, §. 1. ff. de aur. & arg. leg. & ibi Bart. Becc. conſil. 34. nu. 14. vbi ex hoc infert ad alias deciſiones Soc. iun. conſi. 136. nu. 18. libr. 1. Menoch. conſil. 71. nu. 23. lib. 1. 34

Vlterius verba intelliguntur de facto, & impropriè, quando aliter intelligi non poſſunt, l. Speculatio iſta, §. hi qui, ff. de verb. oblig. l. mulier, §. ſi quis hæreditarium, ff. de condit. inſtit. l. quibus diebus, §. dominus, ff. de cond. & demonſt. & ibi Soc. ſen. in quarto not. Ruin. conſil. 110. n. 3. lib. 3. Cephal. conſil. 606. n. 16. 35

Præterea verba in teſtamentis ſunt intelligenda, vt effectum operentur, non autem vt ſient inutiliter, l. quoties, ff. de reb. dub. c. Abbate, ext. de verb. ſign. Et pro actus validitate fit interpretatio etiam in materia ſtricti iuris, Crauett. conſ. 52. num. 6. & ſeqq. per totum, Ceph. conſi. 146. nu. 25. lib. 1. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. c. 12. n. 71. ff. de condit. & demonſtr. 36

Limitatur ſecundò, quando vocatio eſſet facta expreſſo proprio nomine familię, vt familia Fontana, quia tunc & tranſuerſales veniunt, Pereg. conſi. 31. n. 16. in fin. lib. 4. vbi loquitur in terminis quando prius erant vocati deſcendentes inſtitutorum, & poſtea addita prohibitio alienationis cum ratione, vt bona remanerent in familia Fontana, nam hoc caſu concedit venire etiam tranſuerſales de familia Fontana, licet neget hoc, quando non expreſſum fuiſſet nomen familię, & ita intelligit Rimin. iun. conſ. 485. & Menoch. conſi. 424. hanc etiam limitationem probauit idem Peregr. conſ. 149. n. 21. lib. 5. vbi allegat Alex. conſ. 213. lib. 6. Crauett. conſ. 800. colum. 1. Hier. Gabr. conſi. 132. n. 58. lib. 1. Ruin. conſi. 24. num. 4. conſ. 110. n. 14. & conſ. 161. n. 7. lib. 2. & in his terminis loquitur etiam Pereg. conſ. 16. n. 11. lib. 3. vt patet ex dictis ſupra nu. 10. verſ. verba autem, & ex dictis ibi a Peregr. d. conſ. 140. colligitur idem procedere, licet appoſitum ſit genitiuum, ipſius teſtatoris: & limitationem probat etiam Rota Roman. deciſ. 490. n. 19. par. 4. Verũ in his terminis quando expreſſum erat nomen proprium familiæ, vt tranſuerſales non veniant, tenent multi ex relatis ſupra n. 3. pro ſecunda principali opinione præcipuè Soc. ſen. conſ. 40. col. 6. inter cõſ. Curt. ſen. quem & alios refert, & ſequitur Menoch. conſ. 732. n. 42. ſed pro limitatione facit ratio, nam quando expreſſum eſt nomen familiæ cenſetur habita ratio agnationis, non perſonarũ, quo caſu, & omnes de familia etiam tranſuerſales veniunt, vt in ſeq. limitatione dicetur. 37

Limitatur tertiò, quando teſtator habuit rationem ipſius familiæ, non perſonarum, nam tunc & tranſuerſales veniunt, Menoch. conſ. 424. numer. 12. Hier. Gabr. conſ. 124. num. 59. lib. 1. vbi poſt alios relatos dicit, quod qui in familia relinquit, dicitur habere rationem familiæ, non perſonarum, & ideo venire omnes agna- 38

tos, qui

tes,qui de eadem famiglia ſunt,licet non eſſent ſanguine coniuncti.

39 Limitatur quartò,quando teſtator prius vocaſſet deſcendentes,& in defectum deſcendentium vocaſſet proximiores de familia, quia tunc clarè conſtat teſtatorem ſentiſſe de omnibus agnatis Pereg.*conſ.* 47.*n.* 10. *verſ. verum,lib.* 2.

40 Limitatur quintò, quando vocata eſſet familia, & agnatio,quia tunc veniunt & tranſuerſales,& hoc ob vim verbi,agnatio,quod comprehendit omnes per virilem ſexum coniunctos,*l.vltim.§.*1.*in fin ff.degrad.cum concord.*& ita in ſpecie ſcribunt Pariſ. *conſ.*22.*num.*64.*& ſeqq.lib.*3. Menoch. *conſ.*424. Decian. *conſ.* 86. *num.* 28.*& ſeq.lib.*3.Pereg.*conſ.*149.*n.*22.*lib.*5.& ego ſcripſi *in conſ.*37.*circa finem*,& pleniùs,*conſ.*37.*nu.*12.Sed contra ſtat *deciſ.*Peregr. 134.vbi etiam patet Rot.Roman.ita iudicaſſe: idem poſt Ruin. ſcribit Chriſtoph. Torniol.*conſ.*76.*n.*19.

41 Sed quid ſi eſſent plures colonelli, dicas vocatum eſſe collonellum teſtatoris,vt dixi *q.*463.*Cipo vocato, qui veniant ?num.*4.

42 Illud tandem non omitto, quod ſi teſtator in primo teſtamento fecit diſpoſitionem ad fauorem ſolum ſuorum deſcendentium,vel inſtituti, nulla habita ratione agnatorum tranſuerſalium, quod in ſecundo vbi ſimpliciter de familia mentionem fecit, intelligendum erit de deſcendentibus,non de tranſuerſalibus,Menoch.*conſ.*233. *numero* 13.Vnde ego è contra dicebam, *in conſil.*72. *n.*..... quod ſi teſtator in primo teſtamento honorauit & tranſuerſales quod in ſecundo,in quo de familia ſimpliciter dixi intelligetur de tranſuerſalibus.

43 Si tamen aliqui ad eſſent de illo nomine,qui non fuiſſerat agnati teſtatoris,illi non cenſerentur vocati Pereg. *conſil.*42.*lib.*5.contra Hieron. Gabr. *conſi.*124.*num.* 59.*lib.*1.

SVMMARIVM.

1 Fœmina ſuccedit in fideicommiſſo familia relicto. Declara latè per totam quæſt.
3 Fœmina admittitur ad bona prohibita alienari extra familiam,declara latè per totam quæſt.
2 Gener & nurus veniunt appellatione familiæ.
6 Prohibitio alienationis extra familiam,quãdo importat ſimplex fideicommiſſum,non admittit quod fœmina ſuccedat.
9 Fœmina non ſuccedit in fideicommiſſo relicto familiæ eius nomine proprio expreſſo.
10 Fœmina non ſuccedit in fideicommiſſo relicto familiæ quando factum fuit pro conſeruatione bonorum in agnatione,declara nu. 12. *& ſeqq.*
11 Fœminæ non poſſunt conſeruare agnationem,& nu. 44 *declara num.*42.
15 Fœmina nõ ſuccedit in fideicommiſſo relicto familia quando maſculi ſunt vocati.
*16 Fœmina non admittitur ad fideicommiſſum familiæ relictum ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, declara num.*17.
*19 Volũtas teſtatoris & eius verba interpretantur ex communi loquendi vſu, & num.*32.
*20 Fœmina non ſuccedit in fideicommiſſo ſucceſſiuo, & duraturo in familia, contra num.*21.
20 Fœmina eſt finis agnationis patris, & principium agnationis viri.
22 Fœminæ non admittũtur ad fideicommiſſum familiæ relictum,quando illis teſtator prouidit de dote.
*23 Fœminæ nõ veniũt ad fideicommiſſum familiæ relictũ, quãdo teſtator proprios filios excluſit,contr.n.*24.
*25 Fœmina nupta non venit ad fideicommiſſum relictũ familiæ,cont. num.*35.*declara num.*43. 44. 45. 46.
26 Filia nupta deſinit eſſe de familia patris, & n. ſeqq.
26 Fœmina nupta non dicitur de familia, nec cognomine patris.
30 Filia nupta deſinit eſſe de foro patris.
31 Fœmina nobilis nubendo non retinet nobilitatem patris, & num 43.
*33 Priuilegium quod competit & pro fœminis, non cõpetit pro fœminis nuptis, contra num.*34.
36 Lex generaliter loquens,generaliter intelligi debet.
37 Filia nupta remanet in poteſtate patris.
38 Filia nupta eſt ſua hæres.
40 Filia nupta dicitur de agnatione, & familia patris.
41 Finis potius inſpiciendus eſt, quam principium.
42 Fœmina nupta in aliquo de ſua familia dicitur conſeruare agnationem, & familiam.
47 Conſeruatio agnationis, an poſſit conſiderari, quando fœmina eſt teſtatrix, remiſſiuè.
*48 Fœmina ſi eſt admiſſa ad fideicommiſſum relictum familiæ, & poſt eius mortem admittuntur eius filij, contra num.*53.*declara num ſeqq.*
49 Alienata res ſemel, ſemper durat alienabilis.
50 Teſtator in portione relicta vni cenſetur huius poſteritatem prædiligere.
51 Filij dicuntur portio viſcerum matris.
52 Prohibita alienatio ſi eſt, non dicitur prohibita alienatio legalis, & ſic ſucceſſio ab inteſtato.
52 Succeſſio ab inteſtato, eſt alienatio legalis.
52 Succedentes oẽs ab inteſtato dicũtur eſſe de familia.
54 Nepos ex filia non dicitur de familia aui materni.
54 De familia dicuntur qui ſunt agnati.
54 Agnati ſunt deſcendentes qui coniunguntur per virilem ſexum.

QVÆSTIO CCCLII.

Fœmina admittaturne ad fideicommiſſum relictum familiæ, vel facta prohibitione alienationis extra familiam, vtrum fœmina admittatur.

IN fideicommiſſis,vt plurimum,cõtentio eſt cum fœminis,vnde vtiliſſimum etiam erit videre, vtrum ad fideicommiſſum vocata familia,& fœminę de familia dicantur vocatæ, vel ſi prohibitio alienationis extra familiam ſit facta, an & fauore fœminarum dicatur bona fuiſſe prohibita alienari, ita vt relicto in fideicommiſſo ex prohibitione alienationis,fœminæ ſint excluſæ, vel potius & illæ tanquam de familia ſint admittendæ? 1 receptiſſima autem eſt ſententia, quod fœminæ non ſint excluſæ,ſed quod vocatæ cenſeantur,quam in ſpecie probarunt Doct.communiter *in l. voluntas, C. de fideicom.* Angel.*conſil.*191.*in fine.* Alex.*conſ.*56.*num.*4.*lib.*1. Iaſ. *conſ.*143.*n.*3.*in fi.lib*.... Corn.*conſ.*230.*n.*11.*li.*3. Dec. *conſ.*287.*n.*12.Curt.ſen.*conſ.*63. Curt.iun. *conſ.*49.*n.*4. *& conſ.* 166.Paul.*conſ.*40.*num.*33. *conſ.* 51.*n.*12.*conſ.* 63.*n.*4.*conſ.*88.*n.*20.*lib.*2.*& conſ* 35.*n.*2.*lib.*3. Alciat. *conſ.*632.*in fin.*Socin.iun.*conſ.*94.*nu.*10.*lib.* 1.*conſ.*2.*n.* 13.*& ſeqq.& conſi.* 158.*n.*44.*lib.*2. Crauet.*conſ.*656. Fab.Turret.*conſ.*77.*n.*1.*lib.*1. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem,Hier.Gabr.*conſil.*132. *quæſt.*4.*nu.* 32.*& ſeq.lib* 1.Rimin.iun.*conſ.*383.*num.*1.*lib.*1. Pancir.*conſ.*94.*n.*36.Pisc.*conſ.* 14.*n.*13.Cardin.Alban.*cõſi.* 1.*n.*13.Ceph.*conſil.*663.*nu.* 13. *lib.*5. Burſat.*conſ.*1.*nu.* 33.*lib.*1.Odd.*conſil.*46.*nu.*39.*& ſeqq.multis,& conſil.* 68.*n.*17.Menoch.*conſ.*197.*nu.*37.*& ſeqq.conſ.*680.*n.* 1.*& ſeqq.& conſ.*730.*n.*12.Peregr. *conſ.*31.*n.*7.*li.*4. *conſil.*42.*nu.*8.*in fin.& conſ.*58.*lib.*5.

Et in tractatibus Roch.de Curte *tract.de iur.patron. verſic.competens,nu.*2.Marcar.*in epit.de fideicom. libr.* 2.*quæſt.*43.Craſſ.*in §.legitima,quæſt.*41.*nu.*1. Mant.*de coniect.vltim.vol.libr.*8.*titul.*12.*n.*6.Praxi.*de interpr.*

Digitized by Google

*vlt.vol.fol.*293.*n.*66.*& ſeq.& fol.*332.*n.*10. Maſcard. *de Probat.concl.*1236.*n.*42. Menoch.*lib.*4.*præſump.* 88.*n.*3. Pereg.*de fideicom.art.*22.*nu.*26. Intrigl.*de ſubſt. centur.*3 *quæſt.*83.*nu.*2. Ruſtic.*in l.cum auus,lib.*2.*cap.* 5.*n.*4.*ff.de condit. & demonſtr.*

COntingit ſæpe, quod in ſubſtitutionibus vocatur proximior agnatus, vel proximior de familia, in numero ſingulari, plures autem extant in eodem gradu, dubitatur, an omnes debeant admitti, & ſine dubio verum eſt quod omnes ſuccedere debẽt, ad text. *in §. ſi plures, inſtit. tit. de legit. agnat. ſucceſſ. & l. 2. §. hæreditas, ff de ſuis, & legit. hæred.* Bart. *in l. ſi cognatis, nu. 3. ff. de reb. dub.* Iaſ. *conſ. 215. col. 3. lib. 3.* Capr. *conſ. 50. n. 9. & ſeq.* Crauet. *conſ. 161. n. 4. & conſ. 180. n. 3.* Io. Mar. Rimin. *conſ. 505. ad finem*, Rol. à Valle *conſ. 38. num. 46. & ſeqq. lib. 2.* Menoch. *conſ. 158. nu. 28* Surd. *conſ. 2.. 7. nu. 10. lib. 2.* Tiraquel. *de retract. primog. qu. 4. n. 56. & qu. 17. .. 4.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. libr. 8 tit. 12. num. 33* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 334 n. 19 & fol. 337. n. 8 11. & ſeqq.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſtione 12. nu. 1.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 22. nume. 6. in fine.* 1

Ampliatur, & ſi teſtator iuſſit bona indiuiſa peruenire ad proximiorem agnatum, quia adhuc ſi plures extẽt in eodem gradu, omnes admittuntur, & diuiſio fit ſolũ de vſufructu non autem de proprietate, Dec. *conſil. 71. lib. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. libr. 8. tit. 10. nu. 5.* 2

Nſi teſtator dixiſſet, bona indiuiſa reddi vni ex proximioribus agnatis quo caſu reſultaret dubitatio, an locus ſit gratificationi, vel potius dignior, aut maior natu ſit admittendus, & pro maiore natu inclinant Dec. & Mantic. & expreſſius, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 338. nu. 17.* & infra dicetur. 3

Declaratur non procedere, quando teſtator vocaſſet vnum proximiorem, quia tunc vnus ſolus admitti debet, nam teſtator loquens de vno in ſingulari, excluſit pluralem numerum, *c. p. is, qui de præben. cap. pen. de re iud. in 6.* Gloſ. *in l. 1. ff. de opt. legat. l. idem Iulianus, §. ſcio ex facto, ff. de legat. 1.* Natt. *conſil. 112. num. 2.* Et ita in ſpecie ſcribunt Menoch. *conſ. 158. nu. 40. verſ. primo*, vbi de feudo conceſſo cum facultate inueſtito eligendi vnum ex ſuis hæredibus, & de fideicommiſſo vni relicto, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 337. n. 11.* 4

Et quando vni tantum defertur ſucceſſio, non erit locus gratificationi, nec dignior cenſebitur vocatus, ſed maior natu, Soc. ſen. *conſ. 252. col. 3. libr. 2. & conſi. 88. maxime in colum. 2. verſic. perſuadetur lib. 3.* Guid. Pap. *q. 4..7.* Gul. Benedic. *in c. Raynutius, in verb. in eodem teſtamen. o relinquen. il primo, n. 174. ext. de teſt.* Angel. *conſil. 281* Aret. *conſil. 164. num. 3.* Iaſ. *conſ. 215. col. 2. verſic. 2. facit lib. 2.* Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampl. 10. col. 20. C. de inoff. teſta. & in quæſt. de maior. colu. 5.* Did. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. n. 3.* Io. Lap. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vx. 8. 69. nu. 21.* Alex. *conſi. 4. nu. 4. lib. 4.* Pariſ. *conſi. 72. n. 113. lib. 4.* Tiraquel. *de iur. primog. in Præfat. nu. 195. & ſeqq. & in qu. 64. eiuſdem tractatus, & in l. boues, §. hoc ſermones, n. 125. ff. de* 5

ff.de verb.ſign. Menoch.*conſil.* 158.*nu.*41.*& ſeq.* Præt. *de interpr. vlt. vol.fol.*337 *nu.*11.*& nu.*17. *& fol.*329. *ante n.*74.addo Decian.& Mantic.relatos *ſupra num.* 3. & videnda erunt quæ dixi *quæſt*, 384. primogenitura quando dicatur conſtituta, *num.*2.

Hoc autẽ fit, vt actus valeat iuxta *l. quoties, ff. de reb. dub.* & ne diſpoſitio vitietur ratione incertitudinis, *ad text. in l. ſi fuerit, ff. eod. tit.*

6 Declaratur ſecundò non procedere, quando ſumus in aliqua diſpoſitione indiuidua, quia tunc vnus ſolus admittendus eſſet, vt poſt Zanch. ſcribit Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 238.*n.*17.*in fine.*

7 Declaratur tertiò, quando teſtator mandaſſet, nominandum, vel hæreditatem ſuam conſequuturum debere aſſumere inſignia, & nomen familiæ, nam intelligeretur vocatus vnus tantum, & is primogenitus ex ratione, *l. cum qui colendis, verſi. ſin autem, ff. de verb. oblig. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.* Guid. Pap. *qu.*467. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 329.*nu.*74.*in fine.*

8 Declaratur quartò, quando vocatus eſſet maior maſculus, quia ſolum maior natu ſuccederet, vt poſt Alex. Marzar.& Colleg. Bonon. ſcribit Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 329.*num.*74.*in fine.*

9 Sed an præmortuo vno ex pluribus admiſſis ſuccedant eius filij, an verò alij proximiores ſuperſtites, dixi *quæſt.* 38.*num.*6.& videantur, quæ dicam *quæſt. ſeq. ab hac ſecunda in* 2.*limit.*

SVMMARIVM.

1 *Proximiore parente ſubſtituto, venit proximior reſpectu ſucceſſionis, non ſanguinis.*
2 *Gradus reſpectu ſanguinis non conſideratur in fideicommiſſis, ſed ſolum reſpectu ſucceſſionis.*
3 *Filia excluſa à ſtatuto per maſculum dicitur eſſe in ſecundo gradu, & maſculus in primo.*
4 *Proximiore ſubſtituto admittitur proximior in ſucceſſione delata à ſtatuto, nõ autem à iure communi.*
5 *Proximior reſpectu ſucceſſionis dicitur ſubſtitutus, & ſi vocatio facta ſit ſalua gradus prærogatiua, contra num* 9.
7 *Proximiores gradatim ſi vocãtur intelligitur de proximioribus ſucceſſionis non ſanguinis.*
8 *Proximior agnatus ſi vocetur, an remotior factus proximior per matrem in agnatione nuptam, excludit proximiorem agnatum per virilem ſexum coniunctum.*

QVÆSTIO CCCLVII.

Proximiore parente vocato ad fideicommiſſum, vtrum admittatur proximior reſpectu ſanguinis, vel reſpectu ſucceſſionis?

1 BIs habui in facto quæſtionem, teſtator ſubſtituit proximiorem parentem, dubitabatur, an vocatus eſſet proximior ſanguinis, vel ſucceſſionis? Reſpondi cenſeri vocatum proximiorem ſucceſſionis, & ita dixi in vna de Herbaſco, & in alia grauiſſima de Salis, vt in meo *conſ.* 36.in qua etiam conſuluit Peregr. loco infra allegando, adducebam pro mea ſententia, Gloſ. *in l. cum ita, §. fideicom. ff. de leg.* 2.& ibi Imol. *in fi.* Alex. ad Bart. *in l. ſi cognitis, in verb. quæro, ff. de reb. aut.* Rip. *in l. ex facto, n.* 7. *ff. ad Trebell.* Bald. *conſ.*488.*li.*3. Alex. *conſ.*88.*col.*1. *lib.*1. Socin. ſen. *conſ.*249.*n.*13.*& conſ.*252. *ante nu.*18. Corn. *conſ.*22.*n.*15 *conſ.*131.*n.*6.*&* 10.*lib.*2.*conſ.*230. *col.*3.*in fin. lib.*3.*& conſ.*101.*nu.*7.*lib.*4. Rub. Alexand. *conſ.*82.*col. vlt.* Brun. *conſ.*191.*n.*10.*lib.*2. Ruin. *conſil.* 162.*n.*8.*li.*2. Pariſ. *conſ.*59.*n.*20.*li.*3. Socin. iun. *conſ.*94. *n.*14.*lib.*1.*& conſ.*257.*n.*17.*lib.*2. Simon de Præt. *conſ.* 37.*n.*1.*lib.*1. Honded. *conſ.*70.*n.*44.*lib.*1. Hieron. Gab. *conſ.*86.*n.*3.*lib.*1. Ceph. *conſ.*133.*n.*3. Peregr. *conſ.* 52. *n.*10. *vſque ad fin. lib.*2.*conſ.*56.*nu.*7.*lib.*3.*conſ.*41.*nu.* 25.*& conſ.*56.*nu.*20.*& ſeq. libr.*5. quod fuit in eadem cauſa de Salis, ſuper qua & ego priùs conſului, idem Peregr. *in tract. de fideic. art.*211.*nu.*9.*& ſeqq. & art.*25. *n.*49.*ante verſ. quid autem,* Viu. *commun. opin. concluſ.* 448.*num.*2.*&* 5. Farinac. *deciſio. Roman.*426.*nu.*5.*ante finem,* aliàs eſt impreſſa *in* 4.*part. deciſ. nouiſſ. illius Rotæ Romanæ.*

Et ratio eſt, quia in materia fideicommiſſaria non cõſideratur gradus reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis, Socin. ſen. *conſ.*249.*col.*13. *verſic.*13. *probat. & conſ.*252.*ante nu.*18. Corn. *conſ.*230.*col.*9. *in fine lib.*1. Peregr. *conſil.*44.*nu.*16.*lib.*1. Ideo licet filius & filia ſint 2
in pari gradu reſpectu ſanguinis, ſi tamen ex forma ſtatuti in ſucceſſione non concurrunt, filius dicitur eſſe in primo gradu, & filia in ſecundo, Ruin. *conſ.*120.*nu.*11. *lib.*1.*conſ.*117.*n.*8.*conſ.*151.*nu.*14.*& ſeq. lib.*2. Curt. iun. *conſ.*125.*nu.*5. Soc. ſen. *conſ.*113.*nu.*3.*lib.*1. Ludou. Molin. *li.*3.*de Hiſpan. primogen. c.*5.*n.*12. quos refert, & ſequitur Pereg. *d. conſ.*44.*n.*17 *lib.*1. vbi alios adducit, *& in tract. de fideicom. art.*25.*n.*49.*ante finem.* 3

Et attenditur diſpoſitio ſtatutorum, non autem iuris communis, Doct. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.*2.*& in l. vlt. C. de verb. ſign.* Anchar. *conſ.*433.*nu.*2. Soc. ſen. *conſ.*51.*n.*26.*lib.*4. Socin. iun. *conſ.*135.*n.*4.*li.*1. Bero. *conſ.*144.*n.*11.*lib.*2. Ruin. *conſ.*151.*n.*14.*& ſeq. lib.*2. Viu. *d. concl.*848.*nu.*5 & ita conſului ſuper fideicommiſſo Mauri de Gardonzonis de Gardono, & pariter in illa cauſa de Salis, vt *in dicto conſil.* 26. 4

Ampliatur primò, & ſi vocat ſalua gradus prærogatiua, quia adhuc intelligitur de prærogatiua gradus ſucceſſionis, Præt. *d. conſi.*37.*n.*25.*& ſeq. lib.*1. Viu. *d. concl.* 847.*n.*5. vbi dicit eſſe communem opinionem. 5

Contrariam opinionem probarunt alij relati à Dec. *conſil.*1.*col. vlt.* 6

Ampliatur ſecundò, & ſi vocati ſint proximiores gradatim, nam intelligitur de proximioribus gradatim in ſucceſſione, Paul. de Caſtr. *in l. vlt. col. vlt. C. de verb. ſignif.* Alex. *conſ.*88.*n.*4.*& conſil.*137.*in princ. li.*1. Iaſ. *conſ.*159 *nu.*4.*lib.*4. Dec. *conſil.*299.*in fin.* Viu. *d. concl.* 848.*n.*5.*verſ. tum quia.* 7

Pulchra autem eſt dubitatio, teſtator vocauit proximiorem agnatum, adſunt agnati remotiores, ſed quia deſcendunt à fœmina eiuſdẽ agnationis, efficiuntur proximiores, quod contingit, quando fœmina eſt nupta vni de ſua agnatione, an illi remotiores agnati, ſed per fœminam facti proximiores, excludant alios agnatos qui per virilem ſexum ſunt proximiores: & pro agnato deſcendente à fœmina proximiore conſuluit Vegg. latiſſimè *conſ.*63.& in eodem caſu pariter Alba. *conſi.*86.*& conſi.*87.& Vegg. teſtatur ſecundum ſuum conſ. fuiſſe iudicatum, pro qua opinione videnda erunt, quæ ſcripſi *quæſt.*352. an fœmina admittatur ad fideicommiſſum relictum familiæ, quando eſt nupta in agnatione, & *quæſt.*404. an maſculis vocatis veniant maſculi ex fœmina, *nu.*12. Et ego in facto habui hunc caſum ſuper fideicommiſſo Illuſtriſſimi Co. Aloiſij Martinengi, qui vocauerat proximiorem agnatum de domo Martinenga: mortuo enim Illuſtris. D. Co. Camillo deſcendente teſtatoris fuit orta dubitatio, an Illuſtrils. D. Ferdinandus, & fratres, qui in gradu agnationis erãt proximiores, præferendi eſſent Illuſtris. D. Comiti Bartolomeo Martinengo, fratri vterino C. Camilli vltimo defuncti, qui vti frater vterinus erat proximior, & etiam erat agnatus, & ſic verba teſtamenti verificari videbantur, quia erat agnatus, & etiam proximior: quæſtio tamen adhuc eſt in ſuſpenſo, nec in dubio deducta fuit. 8

ſed ſi fundum, ff. de leg. tt. 2. vbi rogatus reſtituere agnatis quibus volet, poteſt vnum eligere, & Bart. ſequutus fuit Cuman. ibi, & Imol. *in eadem lege. §. ſi duos, ff. de legat. 2.* & ibi Iaſ. de quo etiam dicetur infra *quæſt.* 3 o. in grauatus fideicommiſſo poſſit quem vult eligere ex ſubſtitutis.

9 Octauò facit, nam & è contra numerus ſingularis verificatur in pluribus *§. ſi plures, inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. 2. §. hæred. tas, ff. de ſuis, & legit hæred.* Menoch. *conſ. 158. n. 28.* Surd. *conſi. 247. n. 10. lib. 2.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. libr. 8. t. 1. 12. num. 33. cum alijs congeſtis, quaſi. præced. ad hac ſecunda.*

10 Nonò, quando teſtator vocat plures, ſufficit quod diſpoſitio potuerit verificari in potentia in pluribus, licet in actu non fuerit verificata, & potentia in habitu idem operatur, quod potentia in actu, vt in ſpecie noſtra arguit, & comprobat Dec. *conſi. 64. num. 40. & ſeq. lib. 2.*

11 Verum alij tenent, quod pluralis vocatio non poſſit verificari in vno tantum, & quod ideo etiam remotiores concurrere debeant, & hoc per regulam quod numerus pluralis requirit ſaltem duos, nec poſſit verificari in vno, *l. vbi numerus, ff. de teſtib. l. Libertus, §. final. ff. de manumiſſ. teſta. l. inter illam §. fin. ff. de verb. ſign. l. vltim. ff. ad Trebell.* ex quo text. ita decidit Bart. ibi poſt Oldrad. *conſil. 142. factum tale eſt,* & ſequuti ſunt Paul. de Caſtr. *conſil. 219. column. 1. lib. 1.* Alexand. *conſil. 109. column. penult. & vlt. lib. 7.* Corn. *conſil. 29. col. vlt. lib. 1.* Dec. *in l. 1. num. 4. C. de pact. & conſi. 287. nu. 13.* Ruin. *conſil. 104. conſi. 172. col. 2. lib. 2. & conſi. 110. col. 2. lib. 3.* Qui ideo diſtinguit poſt Dec. *in d. l. 1. num. 4. & dict. conſil. 287. col. 6.* quod ſi conditionaliter eſt facta mentio de pluribus, conditio verificetur in vno per iura, & authoritates de quibus *ſupra num. 6.* aut diſpoſitiuè, & requiratur concurſus plurium.

12 Pro concordia autem ſic dicendū eſt, quod aut à principio tempore diſpoſitionis poterat numerus pluralis verificari in pluribus agnatis eiuſdem gradus, quamuis tempore purificatæ conditionis non ſit actu verificata niſi in vno, & procedat prima opinio; Aut verò à principio non potuit verificari niſi in vno, & hoc ſciebat teſtator, & tunc contineantur ea quæ aliàs non continerentur. Alex. *conſil. 109. num. 9. lib. 7.* Dec. *conſi. 362. nu. 2.* quos refert & ſequitur Peregr. *de fideicomm. art. 22. num. 66. in fin.* & ſenſit Dec. *conſil. 64. numer. 40. libr. 2.* dum conſiderat potentiam à principio in diſpoſitione, quod in pluribus poſſit verificari, licet actu non ſit verificata.

13 Limitatur primò communis opinio, quando vocatio eſt facta cum dictione vniuerſali, vt ſi teſtator vocaſſet omnes agnatos, vel omnes de familia, per regulam quod oratio vniuerſalis continet ea, quæ aliàs non continerentur, vt habetur *in l. Iulianus, & l. liberorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat. 3.* Crauett. *conſ. 294. col. 4. & 5.* Natt. *conſ. 93. nu. 13.* Ceph. *conſ. 150. num. 2.* Rol. à Valle *conſil. 81. libr. 4.* Et ita in ſpecie noſtra limitauit Peregr. *tract. de fideicom. art. 22. num. 68.*

14 Idem eſt, quando teſtator reliquiſſet cuilibet ex agnatis, nam omnibus agnatis tam proximioribus, quam remotioribus debebitur fideicommiſſum, ſecundum Caſtrenſ. & Alciat. quos refert, & ſequitur Peregr. *d. art. 22. numero 68. ad medium.* idem tenuit Pariſ. *in conſ. 49.*

15 *lib. 2.* in terminis quæſt. noſtræ: Licet in caſu legati certæ ſummæ relicti cuilibet ex agnatis, quomodo debeatur, diſcordent præcitati Doctor. vt refert Pereg. *loco citato,* & videndus erit etiam Rand. *deciſ. Piſan. 32. numer. 336.* Et ratio eſt, quia illa dictio, cuilibet, eſt diſtributiua, & eſt vniuerſalis requirens plurium concurſum, *l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de arbit.*

Limitatur ſecundò non procedere, quando teſtator ſpecialiter aliquos vt præuilectos nominauit, quia illi præferuntur alijs ſub nomine collectiuo vocatis, qui etiā collectiuo nomine vocati non admittuntur, niſi extinctis omnibus ſpecialiter nominatis, text. eſt *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2* & ibi volunt Doct. omnes. Gloſ. *in l. fin. C. de verbor. ſignif.* Parit. *conſil. 38. nu. 49. conſ. 21. nu. 16. lib. 2.* vbi de communi opinione teſtatur, & hos refert & ſequitur Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 16. nu 4.* & latiùs dicam *q. ſeq.* 16

Limitatur tertiò, quando teſtator vocaſſet alicuius tertij familiam, deſcendentes, agnatos, cognatos, & ſimiles, quia tunc cenſeretur vocaſſe ſimul tam proximiores, quàm remotiores. Bart. *in l. cognatis, in fine, ff. de reb. dub.* & ibi Soc. ſen. *n. 32.* Bart. *in l. fin. C. de cond. & procur. libr. 11.* A ex. *in l. Gallus, § quidam rectè, ff. de liber. & poſth.* & ibi Iaſ. & Rub. Alexand. Ioan. de Garron. *in l. 3. nu 93. C. de ſecund. nupt.* Curt. iun. *in l. fin. C. de edict. Diu. Adria. toll.* & ibi Mantu. *num. 122* Anchar. *in cap. iudicante, ext. de teſtam.* & ibi Imol. Socin. ſen. *conſi. 12. colum. 3. in princ. pio, conſi. 86 num. 8. & conſ. 249. num. 29. lib. 3.* Ruin. *conſil. 174. num. 9. lib. 1.* Rimin. ſen. *conſ. 256 num. 15. lib. 2.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 290. num. 28.* Peregr. *de fideicom. art. 17. n. 39. & art. 22. num. 63. & conſ. 46. num. 19. lib. 2.* vbi intelligit hoc verum, quando nulla erat ſanguinis coniunctio inter teſtatorem, & vocatos ſub nomine collectiuo. Probatur autem iſta opinio, per tex. *in l. is qui cum plures, ff. de legat. 3.* Et facit ratio ponderata à Præt. loco citato, quia ſcilicet ceſſat ratio coniunctionis perſonæ defunctæ: vnde ſenſit Præt. quod neceſſe ſit nullam eſſe coniunctionem inter teſtatorem, & familiam vocatam, ſi ſimul ſuccedere debent omnes. 17

Hæc tamen limitatio non procederet, ſi ex coniecturis colligi poſſet, teſtatorem voluiſſe eos ordine ſucceſſiuo vocare, licet eſſent de aliena familia. Socin. ſen. *conſi. 12 lib. 3. & conſi. 51. nu. 30. libr. 4.* Ruin. *conſ. 141. nu. 5. conſ. 174. nu. 9. lib. 2. & conſi. 158 n. 9. lib. 3.* Pancir. *conſ. 91. nu. 7. & ſeq.* Dec. *conſi. 74 num. 21. lib 2.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 290. nu. 28.* Pereg. *de fideicom. art. 17. nu. 39. & art. 22. num. 63. in fine.* 18

Prima coniectura eſt, quando qualitas hæreditaria eſſet adiuncta, vt in caſu ſuper quo conſuluerunt Soc. ſen. & Ruin. *locis citatis,* ratio eſt, ſecundum Ruin. *d. conſ. 174. n. 9. lib. 2. & conſ. 158 nu. 9. lib. 3.* quia vbi expreſsè ſunt vocati agnati, qualitas agnationis poteſt conuenire pluribus in diuerſis gradibus exiſtentibus, *l. 1. §. ſecundo gradu cum ſeqq. ff. de gradibus, & §. ſecundo gradu, & §. ſeq. inſtitut. eod.* ideò non eſt mirum, ſi omnes poſſunt ſuccedere nulla habita ratione gradus, at quando vocantur hæredes, non poteſt dari concurſus primi, & ſecundi hæredis, quia dum quis viuit non poteſt hæredem habere, *l. qui ſuperſtitis, ff. de acqu r. hæred.* 19

Secunda coniectura eſt, quando appoſita eſſet clauſula, ſalua gradus prærogatiua, ita poſt Paul. de Caſt. Corn. Dec. Curt. iun. Gozad. Crauett. & Durand. ſcribit Marzar. *in ep. tom. de fideicom. par. 2. q. 32.* 20

Tertia eſt coniectura, quando eſſet coniunctio inter teſtatorem, & familiam, vel agnatos tertij vocatos, nam vbicunque extat coniunctio inter teſtatorem & familiā, vel agnatos vocatos proximior admittetur, ita Præt. *d. fol. 290. nu. 28 ad medium,* & Peregr. *conſi. 46. nume. 19. libro 2.* Et facit ratio, nam in fideicommiſſis ſuccedituṙ prout ex forma iuris, vel ſtatutorum ab inteſtato defertur ſucceſſio, Gloſ. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* & ibi Doct. Odd. *conſil. 43. num. 37.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Peregr. *conſ. 47. num. 16 lib. 2. & conſil. 64. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 29. nu. 20. & ſeqq.* Dec. *conſil. 7. num. 71. & ſeqq. libr. 5.* Menoch. 21 22

conſ. 886. nu. 8. Ceph. conſ. 313. n. 45. cum alijs congeſtis
qu. 481. Atqui ſi inter vocatos ex aliena familia, & teſta-
torem adeſſet coniunctio, ſimul etiam daretur regularis
23 ſucceſſio ab inteſtato ſecundum prærogatiuam gradus,
& eadem ſucceſſio reſultaret in fideicommiſſo ex præ-
ſumpta mente teſtatoris, ergo &c.

Quarta coniectura eſt, quando ageretur de fideicom
miſſo ſucceſſiuo, & duraturo in illa familia, agnatione
vel deſcendentia extranei, quia tunc fideicommiſſum
gradatim eſſet præſtandum proximiori. Et limitatio in-
telligi debet, quando agitur de fideicommiſſo, quod ex-
tinguitur, primo admiſſo, ita Præt. *de interpr. vlt. vol.
fol. 290. nu. 28. verſ. hoc autem procedere* vbi allegat Ca-
ſtr. Cuman. Ruin. & Iaſ.

24 Aliæ coniecturæ elici poterunt ex dictis *quæſt. 477.
& quæſt. 382.*

Limitatur quartò, quando vocatus eſſe antiquior de
familia, quia tunc non proximior admittitur, ſed qui eſt
ætate maior, Peregr. *conſ. 47. nu. 15. lib. 2.* vbi etiam dicit
antiquiorem eſſe admittendum, licet non eſſet ſanguine
coniunctus teſtatori excluſo coniuncto iuniore.

25 Limitationes aliæ colligi poterunt ex dictis *qu. 483.*
an in fideicommiſſis proximior admittatur, *& quæſt.
ſeqq.*

Porrò non omitto hic dicere, quòd ſi teſtator voca-
uit agnatos, vel familiam, quod, & degentes in aliena
Prouincia dicitur vocaſſe. Alciat. *conſ. 638. in fine.* Petr.
de fideicom. q. 11. n. 521.

SVMMARIVM.

1 *Nominati ſpecialiter in fideicommiſſis præferuntur vocatis ſub nomine collectiuo, declara, & amplia per totam quæſt.*

1 *L. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. intellectus latè.*

2 *Dilectio maior colligitur ex ſpeciali nominatione.*

3 *Collectiuè vocati prius excluduntur per ſpecialiter nominatos poſtea.*

4 *Dilectio maior oritur ex ſpeciali nominatione, quàm ex illa quæ fit in ordine litteræ.*

6 *Nominati per collectiuam non ſuccedunt, niſi extinctis omnibus ſpecialiter nominatis.*

7 *Nominati appellatiuo nomine præferuntur nominatis in genere, & collectiuo nomine, contra nu. 8. declara num. 9.*

10 *Maior affectio teſtatoris eſt erga cognitos, quàm erga incognitos.*

11 *Verba relatiua dictos, ſupraſcriptos, eos, & familia habent vim ſpecialis nominationis.*

31 *Nominati ſpecialiter habent ſolum ius prælationis, contra collectiuè vocatos, non ius excluſionis, declara num. 12.*

31 *Familiam, videlicet Petrum, & Vincentium ſubſtituens, non dicitur omnes de familia vocare, ſed ſolum Vincentium, & Petrum.*

13 *Videlicet, Dictio habet naturam reſtringendi ſignificationem præcedentis nominis.*

14 *Prohibitio alienationis facta fauore fœminæ, videlicet Vincentij, & Petri, non dicitur facta aliorum de familia fauore, quam nominatorum, ampl. ibid.*

15 *Verba perpetuitatis relata ad perſonas non egrediuntur eorum perſonas, ſed reſtringuntur ad eorum vitam.*

QVÆSTIO CCCLIX.

Vtrum ſpecialiter nominati in fideicommiſſis præferantur ſub nomine collectiuo vocatis?

COntingit aliquando in ſubſtitutionibus, quòd ali- 1
qui ſingulariter, & in indiuiduo nominantur, alij
verò ſub nomine collectiuo, dubitatur, an verò omnes
ſimul ſuccedere debeant, an verò aliqui eorum ſint præ-
ferendi? Habemus caſum legis, quod ſpecialiter nomi-
nati præferri debent, & illis poſteà extinctis admittun-
tur per collectiuam vocati, ita Iureconſ. *in l. cum ita, §.
in fideicomm. ff. de leg. 2.* & ibi Gloſ. & Doct. communi-
ter. Gloſ. *in l. fi. C. de verb. ſig.* & ibi alij, Pariſ. *conſ. 38. n.
49 & conſ. 21. n. 16. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opi-
nione Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu. 16. nu. 4.* Menoch.
conſ. 200. nu. 6. & ſeq. vbi addit Ruin. *conſ. 15. nu. 19.
lib. 3.* Pariſ. *conſi. 29. nu. 8. & 16 lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 57.
nu. 4.* & Soc. iun. *conſ. 20. nu. 8. lib. 3.* Peregr. *de fideicom.
art. 11. n. 23. verſ. ſecundo, vt filij.*

Ratio etiam eſt, quia ex ſpeciali nominatione colligi- 2
tur maior affectio, & ideò etiam cauſa prælationis, ita
Doct. omnes *in d. §. in fideicommiſſo,* Menoch. *dict. conſ.
200. num. 12.*

Scias autem triplicem eſſe nominationem, aliam ſin-
gularem, & indiuiduam, & eſt, quando nomine proprio
expreſſo fit nominatio: aliam ſpecialem, & eſt quando
nomine appellatiuo fit, & aliam generalem, & eſt quādo
nomine collectiuo eſt nominatio facta, ita declarat Me-
noch. *conſ. 124. n. 89. & ſeqq. & conſ. 200. n. 6. & ſeqq.*
Peregr. *de fideicomm. art. 21. n. 45.* Petr. *de fideicomm. q.
12. nu. 21.* in hac tamen quæſtione ſingularis, & ſpecialis
nominatio confunduntur, ad differentiam generalis no-
minationis factæ per nomen collectiuum.

Ampliatur primò, etiam quando nomine collectiuo 3
vocati ſunt prius in ordine litteræ, & poſtea nominantur
alij proprio nomine, vt ſi teſtator dixit, ſubſtituo fami-
liam, vel deſcendentes, & Vincentium, & Petrum, nam
Petrus, & Vincentius præferri debent in ſucceſſione a-
lijs de familia, Bart. & Paul. de Caſtr. *in d. §. in fideicom-
miſſo,* & ibi Alciat. *n. 4.* quos refert, & ſequitur Menoch.
d. conſil. 200. nu. 13. & conſil. 105. n. 7. & ſeqq. vbi alios
addit.

Ratio eſt, quia præſumptio oriens ex nominatione eſt 4
efficacior illa, quæ reſultat ex ordine litteræ, *argument. l.
quoties, ff. de vſufr.* & volunt Alciat. & Menoch. ſupra
relati.

Ampliatur ſecundò, & ſi ſpecialiter nominati ſint in 5
gradu remotiores, nam adhuc præferuntur ſub collecti-
uo nomine vocatis. Soc. ſen. *conſ. 57. n. 3. lib. 3.* Curt. iun.
conſi. 57. num. 10. Ruin. *conſ. 134 nu. 23. lib. 2. & conſil.
163. nu. 12 lib. 3.* Alciat. *dicto § in fideicommiſſo, num. 4.
verſ. idemque.* Menoch. *conſ. 200. num. 15.* qui mouen-
tur ex ratione, quod præſumptio oriens ex ſpeciali nomi-
natione præfertur præſumptioni reſultanti ex coniun-
ctione ſanguinis.

Ampliatur tertiò, vt nominati per collectiuam non 6
poſſint ſuccedere, niſi omnibus ſpecialiter nominatis ex-
tinctis; immo etiam excluduntur filij ſpecialiter nomi-
natorum mortuorū, ita poſt Caſtrenſ. Anchar. Roman.
& Socin. ſen. ſcribunt, Alciat. *in l. cum ita, §. in fideicom-
miſſo, num. 4. verſ. quod adeo, ff. de legat. 2. &* Menoch.
conſ. 200. nume. 17. vbi dicit ideo admitti ſuperſtitem ex
ſpecialiter nominatis, quia illi cenſentur inuicem reci-
procè ſubſtituti: addo Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 16.
num. 3.* vbi allegat Pariſ. *conſ. 38. nume. 49. lib. 2.* & Did.
Couar. *Pract. Quæſt. cap. 38. num. 4. verſ. ſextò conſtat.*
qui teſtatur de communi opinione: & videnda erit etiam
d. q. 483. n. 6.

Ampliatur quartò, vt non ſolum iſtud procedat, quan- 7
do ſpecialiter nominati ſunt vocati proprio nomine
expreſſo, ſed etiam locum habeat, quando nomine
appellatiuo ſunt vocati, & alij nomine collectiuo, nam
hi præferuntur vocatis nomine collectiuo, vt ſi teſta-
tor

by Google

tor ſubſtituit filios,& deſcendentes, nam filij prius nomine appellatiuo vocati erunt admittendi, & poſtea deſcendentes nominati ſub nomine collectiuo Angel. *coſ.* 306. *in fi.* Ruin. *conſ.* 101. *n.* 10. & *ſeqq. conſil.* 134. *n.* 24. *conſ.* 169. *num.* 7. *verſic. tertiò confirmatur, lib.* 2. & *coſ.* 163. *n.* 10. & *ſeqq. lib.* 3. & *in l. Gallus,* §. *quidam rectè, ff. de liber.* & *poſthum.* Dec. *conſil.* 1. *in fin.* & *conſ.* 480. *n.* 10. *verſic.* & *hoc idem.* Curt. iun. *conſilio* 22. *nu.* 8. *conſ.* 57. *colum. vlt. verſic.* & *iuuat, conſil.* 58. *num.* 4. *conſil.* 123. *num.* 13. *conſ.* 161. *num.* 4. & *in l.* 1. *numer.* 13. *C. de ſucceſſ. edict.* Pariſ. *conſi.* 18. *num.* 86. & *conſil.* 37. *num.* 49. *lib.* 2. Gaſp. Fabian. *inter conſil. Port. conſ.* 54. *nu.* 22. Ratio eſt, quia nominati per appellatiuum videntur ſpecialiter nominati, *l. Titius, ff. de liber.* & *poſthum.* & poſt alios citatos ſcribit Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 21. *num.* 34.

8 Contrariam tamen ſententiam probarunt alij volentes non ſufficere ſpecialem nominationem per nomen appellatiuum, ſed neceſſariam eſſe expreſſionem proprij nominis. Gloſſ. *in l. cum ita,* §. *in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. vbi intelligit illam legem procedere in vocatione facta ſub nomine proprio, & ibi Alciat. *num.* 5. Curt. iun. *conſ.* 57. *numer.* 4. Ruin. *conſil.* 115. *numer.* 19. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 39. *num.* 8. & 16. *libr.* 2. & cum his videtur ſentire Menoc. ſi rectè eius dicta perpendantur *in conſ.* 200. *nu.* 20. & *ſeqq.* Mouentur primo iſti, quia ex nominatione ſpeciali facta nomine appellatiuo non demonſtratur maior affectio. Vlterius Alciat. *d.* §. *in fide. commiſſo, nu.* 5. mouetur, quia verba accipienda ſunt ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, vt ſcribit Bart. *in l. hæredes mei,* §. *cum ita, ff. ad Trebell.* & quod ab inteſtato filij ſuccedunt in locum patris, §. *cum filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*

9 In hac diſſenſione maiorum noſtrorum Menoch. *conſ.* 200. *nu.* 23. & *ſeq.* voluit primam opinionem procedere, quando filij nomine appellatiuo vocati erant cogniti teſtatori, allegat Rub. *conſi.* 37. *numer.* 6. Curt. iun. *conſi.* 57. *num.* 12. *verſic. conſidero igitur,* & Fabian. *inter conſ. Port. Imol. conſ.* 54. *num.* 18. Ratio eſt, affectio maior, & dilectio erga iſtos cognitos appellatiuo nomine vocatos, quam erga vocatos collectiuo incognitos, vnde ſicuti dilectio præſumpta ex nominatione proprij nominis tribuit ius prælationis, pariter idem fit in dile-
10 ctione reſultante ex cognitione teſtatoris vocatorum: quod autem maior ſit affectio teſtatoris erga cognitos ab eo, quam erga incognitos tradiderunt Soc. ſen. *conſil.* 73. *num.* 26. *lib.* 4. Neuiz. *conſil.* 34. *numer.* 43. Menoch. *conſil.* 266. *num.* 24. *conſil.* 269. *num.* 59. *conſi.* 333. *num.* 5. Dec. *reſp.* 100. *num.* 27. *lib.* 2. & *reſp.* 84. *nu.* 22. *libr.* 3. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 62. *numer.* 8. & 14. & *fol.* 336. *num.* 3.

11 Ampliatur quintò, vt procedat non tantum in nominatione proprio nomine facta, quam etiam in nominatione relatiuè facta, dictos, ſupraſcriptos, ſuperſtites, eos, vel per ſimilia verba, quæ pro ſui natura faciunt relationem ad perſonas ſupra nominatas: vt de verbo infraſcriptos, Ruin. *conſi.* 134. *nu.* 23. *lib.* 2. Menoch. *conſi.* 200. *nu.* 1. De verbo, alter, vel alij. Alex. *conſ.* 204. *nu.* 4. *lib.* 2. Dec. *conſi.* 182. *col. penult.* Ruin. *conſi.* 115. *nu.* 12. & *conſ.* 130. *nu.* 1. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 64. *n.* 31. *lib.* 2. Socin. iun. *conſi.* 100. *nu.* 13. *libr.* 2. Menoch. *conſil.* 200. *num.* 2. Ruin. *conſi.* 101. *num.* 9. *libr.* 2. Cephal. *conſi.* 16. *num.* 21. De verbo, ſuperuiuentem, Ruin. *conſi.* 163. *nu.* 7. *verſic. tertiò confirmatur libro* 2. Dec. *conſil.* 76. *in principio.* Pariſ. *conſil.* 9. *num.* 24. & *conſil.* 37. *num.* 53. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 200. *num.* 4. Et generaliter de omnibus verbis relatiuis poſt multos relatos, Peregr. *de fideicom. art.* 21. *nu.* 29.

12 Sed in hac quæſtione ſuccedit aliud dubium, dictum eſt ſupra, *ampliatione prima, nu.* 3. quod ſi teſtator vocauit familiam aliquam, & Vincentium, & Petrum, quod Vincentius, & Petrus ſpecialiter nominati præferri debent alijs de familia ſub nomine collectiuo vocatis: nunc videndum eſt, an Vincentius & Petrus habeant ius tantum prælationis, ita vt illis extinctis admittantur alij de familia, an verò habeant etiam vim excluſionis: Et ſolum tributum eſſe ius prælationis, non excluſionis, colligitur ex text. *l. cum ita,* §. *in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. & in ſpecie ſcribit Menoch. *conſi.* 705. *num.* 7. & *ſeq.* vbi allegat Ludou. Molin. *lib.* 3 *de Hiſpan. Primog. c.* 4. *nu.* 17. & 32. Did. Burgoſ. *in lib. Quæſt. Ciuil. q.* 2. *nu.* 119. & volunt alij relati *ſupra num.* 3.

Hoc tamen declaratur, quando teſtator vocaſſet familiam his verbis: ſubſtituo familiam, videlicet Vincentium, & Petrum, quia tunc venire in fideicommiſſi vocatione alij non poſſent quàm Vincentius & Petrus, & etiam illis extinctis alij non cenſentur vocati, ob vim dictionis, videlicet, quæ ſtat limitatiuè ad nomen familiæ collectiuum, ita ſcripſerunt Bart. *in l. cum ita,* §. *in fideicommiſſo, n.* 1. *ff. de legat.* 2. & clariùs ibi Caſtrenſ. *in fi.* Comen. *n.* 2. & Alciat. *n.* 2. quos refert, & ſequitur Menoch. *conſ.* 705. *nume.* 9. & *ſeqq.* vbi damnat opinionem Zanch. qui dicebat verbum, videlicet, aliquando ſtare demonſtratiuè, exemplificatiuè, & declaratiuè. Sed quod ſtet reſtrictiuè, & ſui natura habeat vim reſtringere ſignificationem præcedentis nominis, vel verbi, dixit Bartol. *in l.* 1. *ff. ad leg. Falcid.* cum alijs copioſè relatis à Menochio *conſil.* 705. *numer.* 20. & *ſequentibus, conſi.* 243. *num.* 43. & *conſil.* 330. *nu.* 16. Cephal. *conſil.* 637. *num.* 4. & *conſi.* 704. *nu.* 15. & videndus etiam de hac dictione, videlicet, erit Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 157. *nu.* 10. & *fol.* 176. *nu.* 63. 12 13

Et procedit, & ſi poſteà ſequeretur prohibitio alienationis, vt bona remaneant in familia, vt ſupra, quia ob dictionem, vt ſupra, prohibitio eſſet facta ſolum fauore Vincentij, & Petri, non autem totius familiæ, vt comprobat Menoch. *conſil.* 705. *num.* 22. & *ſequentibus,* vbi etiam impugnat opinionem Caualcan. qui volebat dictionem, vt ſupra, referri ad familiam ſupra nominatam non autem ad perſonas Vincentij, & Petri. Subditque Menoch. *ibid. num.* 28. & *ſeqq.* prædicta locum habere, etiam quod teſtator dixiſſet, quod bona perpetuò remaneant in familia, vt ſupra: nam, & tunc non obſtantibus verbis denotantibus perpetuitatem non fit extenſio ad perſonas non nominatas, etiam quod eſſent verba geminata. Et hoc quia verba perpetuitatis recipiunt interpretationem à ſubiecta materia, & ideò interpretantur durante vita Vincentij, & Petri: pro quorum comprobatione, Menoch. allegat Ruin. *conſil.* 143. *num.* 10. *libr.* 4. vbi verba erant geminata. Pariſ. *conſil.* 100. *num.* 39. *lib.* 4. Bero. *conſ.* 155. *n.* 24. *lib.* 1. *conſ.* 18. *nu.* 5. & *conſi.* 27. *num.* 8. *lib.* 3. Caſſan. *conſ.* 11. *numer.* 8. Rimin. iun. *conſ.* 66. & *ſeq.* & *conſ.* 499. *nu.* 84. & Rolã Vall. *conſ.* 84. *nu.* 11. & *ſeq. lib.* 1. vbi etiam de verbis geminatis, ibi in ſuo caſu dictum erat, ſemper, in perpetuum, & nullo vnquã tempore. 14 15

SVMMARIVM.

1 *Caſatam vocans ad fideicommiſſum dicitur vocare eos, qui ſunt de domo & agnatione.*
2 *Caſata vocata intelligitur de caſata teſtatoris.*
3 *Caſata vocata non veniunt naturales, nec eorum filij, contra num.* 5.
4 *Naturales non dicuntur de agnatione.*
7 *Naturales non hēnt nobilitatem patris, nec matris.*
8 *Spurij non veniunt caſata vocata.*
9 *Caſata vocata, an veniant fœminæ?*

QVÆSTIO CCCLX.

Caſata, vel caſali vocatis ad fideicommiſſum, qui veniant?

1 SI teſtator vocauit caſatam, vel caſale ad fideicommiſſum, dicuntur vocati, qui ſunt de domo & agnatione, Bald. in cap. innotuit, num. 16. ext. de elect. Farinac. in cap. ſi pater, column. penult. verſic. 29. de teſtam. in 6. Imol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 10. verſic. ſi autem ſtatutam, ff. ad Trebell. Pariſ. conſil. 25. col. 1. & cōſil. 32. col. 2. lib. 3. Socin. iun. conſ. 94. num. 7. lib. 1. Præt. conſ. 161. lib. 1. & in tract. de interpr. vltimar. vol. fol. 288. nu. 17. Laur. de Pallat. tract. quod ſtant. maſcul. nu. 155. & n. 169.

2 Et intelligitur de caſata teſtatoris, per ea quæ ſcribũt Menoch. lib. 4. præſumpt. 88. in princ. Peregr. de fideicomm. art. 32 nu. 83. & quæ ſcripſi ſupra quæſt. 351. vbi etiam declaratur quomodo hoc procedat.

3 Naturales non veniunt, nec eorum filij, Tiraquell. tract. de nobilit. cap. 15. numer. 12. Capr. conſi. 90. Ruin. conſil. 161. num. 4. libr. 2. Peregr. tract. de fideicom. art. 22. num. 83.

4 Ratio eſt, quia vt dixi nu. 1, caſata accipitur pro agnatione, & iſti non dicuntur de agnatione, Doct. in l. vlt. C. de verb. ſignif. Bart. in l. pronunciatio, ff. eod. Bald. cōſ. 168. proponitur li. 5. Paul. de Caſtr. conſ. 178. ſuper eod. lib. Corn. conſi. 216. num. 3. 4. lib. 2. & conſi. 69. col. vlt. lib. 3. Dec. conſi. 365. colu. 1. Tiraquell. tract. de retract. lign. §. 1. Gloſ. 8. num. 46. Rim. iun. conſil. 442. col. 3. & conſi. 563. nu. 31. Menoch. conſ. 117. nume. 51. Mant. de coniect. vlt. volunt. libr. 8. tit. 12. num. 20. Petr. de fideicom. quæſt. 11. num. 202. Peregr. d. art. 22. num. 83. verſi. ſed contra.

5 Licet alij teneant, naturales dici de domo, caſata & familia largo modo, & ſecundum commune loquendi vſum, Bart. in l. fi. C. de verborum ſignif. & ibi Salicet. & Angel. idem Angel. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. num. 16.

6 Et maximè naturales non venirent, quando habita fuiſſet ratio nobilitatis, vt dixit Peregr. dict. art. 22. numer. 84.

7 Mouetur, & bene, quia naturales, & ſpurij non habent nobilitatem patrum, nec etiam matrum, vt poſt alios ſcribunt Tiraquell. tract. de nobil. cap. 15. numer. 10. Burſat. conſil. 52. numer. 27. Duen. regul. 69. Menoch. conſil. 117. numer. 51. Peregr. d. art. 22. numer. 84. vbi in fine dicit, rationem eſſe, quia cenſentur viles, & vilis conditionis.

Venirent tamen, quando concederetur illegitimè natis ex conſuetudine ferre arma, & inſignia familiæ, & dicerentur de domo, vt in quæſt. ſeq. num. 16.

8 Spurij autem multò minus venirent, vt comprobat Peregr. d. art. 22. num. 83. in fin. vbi dicit, quod ſi ſpurius non venit appellatione filij, quod eſt nomen naturale, multò minus venire debet appellatione caſatæ, vt videnda erunt dicta q. ſeq. nu. 15.

9 Fœminæ autem, an veniant, pendet ex dictis quæſt. an familia vocata veniant fœminæ. & q. an filijs vocatis veniant fœminæ. Verùm Oud. conſil. 46. numero 54. dicit ex vſu loquendi referri ad agnationem maſculinam, ſed Præt. conſil. 165. ſenſit fœminas venire, niſi in contrarium extent coniecturæ: & quod veniãt voluit etiam Honded. conſil. 56. num. 31. libr. 2. vbi allegat Corn. in l. voluntas, C. de fideicommiſſ. Socin. ſen. conſil. 227. col. 9. verſ. prima eſt, lib. 2. Pariſ. conſil. 47. nu. 55. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 20. numer. 33. & ſeqq. lib. 2. Ceph. conſil. 53. nu. 85. & ſeqq. lib. 1. qui vt plurimum loquuntur de domo vocata.

SVMMARIVM.

1 *Domo vocata ad fideicommiſſum veniunt, qui ſunt de agnatione, & familia.*
2 *Domo vocata veniunt omnes ferentes eadē inſignia.*
3 *Domo vocata ad fideicommiſſum, veniunt omnes vſque ad decimum gradum.*
5 *Domo vocata ad fideicommiſſum, proximiores de domo ſuccedunt.*
6 *Domo vocata intelligitur de domo teſtatoris.*
7 *Domo vocata ad fideicommiſſum, & fœminæ admittuntur, contra n. 8. declara n. ſeqq.*
13 *Naturales non ſuccedunt in fideicommiſſo domui relicto, contra n. 14. decl. n. 16. & ſeqq.*
15 *Spurij non admittuntur ad fideicommiſſum domui relictum.*
18 *Nobilium de domo appellatione non veniunt naturales.*

QVÆSTIO CCCLXIV.

Domo vocata ad fideicommiſſum, qui admittantur?

NOn parum vtile etiam erit ſcire, qui dicantur vocati, quando teſtator ad fideicommiſſum vocauit domum, vel illos de domo, vnde dicendum erit, cenſeri vocatam illam familiam, & agnationem, quam teſtator nominauit c. 1. de ſciſmat. in 6. ibi domus de columna, & ſcribunt Bart. in l. 1. nu. 4. C. de condict. & procur. præd. fiſc. lib. 11. & in l. ſi cognatis, in fin. ff. de reb. dub. & in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſign. & in l. 1. in fin. principij, ff. ad Sillan. Bal. in l. 1. per illũ text. C. ne lucas potent. & in l. 1. C. ſi quacun. præd. pot. Anchar. conſ. 27. non ſeruato, & conſ. 152. n. 4. Alex. conſ. 113. nu. 3. lib. 6. Corn. conſ. 55. n. 55. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 216. nu. 3. & ſeq. li. 2. Calcan. conſ. 8. n. 3. Ruin. conſ. 110. n. 14. & cōſ. 161. n. 4. lib. 2. Gozad. conſ. 45. n. 9. Socin. iun. latè conſil. 94. n. 9. lib. 1. & conſ. 103. n. 2. & n. 19. lib. 2. Bero. conſ. 96. n. 7. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 835. nu. 25. & ſeqq. lib. 7. Crauet. conſ. 800. n. 5. Præt. conſ. 161. n. 24. & 28. lib. 1. Menoch. conſ. 633. n. 2. & conſ. 1171. n. 2. & lib. 4. præſump. 88. num. 12. Surd. conſ. 79. nu. 17. lib. 2. Menoch. conſ. 4. num. 14. & 15. & conſ. 75. num. 1. libr. 1. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 11. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 289. nu. 22. Pereg. de fideicom. art. 22. n. 27. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 83. n. 12. Caualc. deciſ. 102. n. 1. part. 3. Caroc. deciſ. 41. 1

Et veniunt omnes ferentes eadem inſignia. Rebuff. in l. pronunciatio, §. iure proprio, ff. de verbor. ſign. Alex. conſ. 213. n. 3. lib. 6. & conſi. 91. n. 5. lib. 7. Calcan. conſ. 8. n. 3. & 7. Corn. conſ. 216. n. 4. lib. 2. conſ. 26. n. 3. & conſ. 51. n. 6. lib. 4. Grat. conſ. 63. n. 10. & ſeq. lib. 2. Ruin. cōſ. 161. n. 4. lib. 2. Socin. iun. conſ. 101. n. 2. lib. 2. Gozad. cōſ. 45. n. 9. Crauet. conſ. 800. n. 5. Marz. conſ. 1. n. 10. Pereg. conſ. 47. n. 13. lib. 2. & in tract. de fideic. art. 22. num. 27. Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 293. in fi. Mantic. de coniect. vlt. m. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 17. Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 289. n. 22. Menoch. libr. 4. præſumpt. 88. n. 12. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 83. nume. 13. Caroc. deciſ. 41. n. 10. 2

Et veniunt vſque ad decimum gradum, Dec. cōſ. 321. Cephal. conſ. 137. nu. 2. Caroc. deciſ. 41. in fin. & videantur d. quæſt. 381. 3

Et dicuntur vocati qui aliàs ad ſucceſſionem vocarētur, Cephal. conſil. 137. nu. 3. 4

Et proximiores admittuntur, Cagnol. in l. precibus, n. 197. C. de impub. & al. ſubſtit. Corn. conſil. ſupra citatis, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 289. nu. 22. in fin. Menoch. 5

lib. 4.

*lib.4.præſumpt.*88.*nu.*12.*in fin.* Peregr.*dicto art.*22.*n.*27.*in fin.* Hoc tamen erit declarandum iuxta dicta *ſupra qu.*358.

6 Et dicuntur vocati qui ſunt de domo teſtatoris, Iacob. à Sanct.Georg.*in l.*1.*C.de ſecund.nupt.*& ibi Io.de Garron.*nu.*82.Corn.*conſ.*41.*lib.*4. Peregr.*de fideicom.art.*32.*num.*82.& quæ dixi *quæſt.*353.vbi hæc concluſio declaratur.

7 Sed an fęminæ admittantur ad hoc fideicommiſſum relictum domui, vel illis de domo duæ ſunt Doctorum ſententiæ. Prima eſt, quod fœmina admittatur, quam probarunt Odd.*conſ.*46.*n.*40. Nat.*conſil.*21.*n.*48. Burſat.*conſi.*343.*n.*4.*& ſeqq.*Ceph.*conſ.*53.*n.*84.*& ſeqq.* Bardel.*conſ.*66.*n.*22.Dec.*in l.voluntas,C.de fideicom.* vbi Corn.Soc.ſen.*conſ.*227.*col.*9.*verſ.prima eſt, lib.*2. Parit.*conſil.*20.*n.*33.*& ſeq.lib.*2.*& conſ.*47.*nu.*55.*& ſeqq.lib.*3.Cephal.*conſ.*53.*nu.*85.*& ſeqq.lib.*1. Honded.*conſil.*56.*num.*31.*lib.*2. Anchar.iun.*lib.*3.*qu.*6.*nu.*10.*vſque ad fi.*Peregr.*conſ.*23.*n.*30.*lib.*3. Menoch.*lib.*4.*præſump.*88.*nu.*12.*in fin.* [Et pro hac opinione ſtant etiam Dec.*conſ.*287.*n.*11.vbi in ſpecie, vt in caſu ibi Iaſ. *conſ.*31.*lib.*3.Parit.*conſ.*85.*n.*20.*conſ.*47.*n.*55.*& conſ.*81.*nu.*20.*lib.*2.]

8 Secunda eſt opinio, quod fœmina non admittatur, & hanc probarunt Corn.*conſ.*41.*lib.*4.Gozad.*conſi.*45.*n.*10.*& conſ.*79.*nu.*6.Crauet.*conſ.*800.*col.*2.Rimin.iun. *conſ.*835.*n.*27.*lib.*7.Surd.*conſi.*46.*nu.*27.*& ſeq.lib.*1. Honded.*conſ.*75.*lib.*1. Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.*83.*n.*14.Viu.*Commun.opin.concl.*850.Caroc.*deciſ.*4.*nu.*11.

9 Coniecturis autem extantibus, quod teſtator non ſenſerit de fœminis, illæ non eſſent admittendæ. Et prima coniectura eſt, quando fideicommiſſum eſt relictum domui pro conſeruatione bonorum in agnatione: nam fęmina non ſuccederet, cum non ſit apta conſeruare agnationem, vt in ſpecie ſcribunt Corn.*conſ.*26.*n.*4.*lib.*4. Gozad.*conſ.*45.*n.*10.Ceph.*conſ.*511.*num.*27. Peregr. *conſil.*23.*n.*10.*lib.*3. Menoch.*lib.*4. *præſumpt.*88.*nu.*15.& quæ dicta ſunt *ſupra q.*352. an familia vocata veniant fœminæ in ſecunda coniectura, vbi etiam hoc abſolutè non admittitur, ſed cum declaratione, vt ibi.

10 Secunda coniectura eſt, quando vocatus eſſet cippus domus, de qua latiùs dixi *q.*348.*cippo domus vocato, qui veniant? n.*6.*& ſeqq.* vbi retuli diſſentientes.

11 Tertia eſt coniectura, quando fœminæ eſſent nuptæ, Honded.*conſ.*75.*nu.*12.*lib.*1. cum alijs congeſtis *dicta quæſt* 352. Vtrum familia vocata veniant fęminæ, in nona coniectura.

12 Contrariam tamen ſententiam, quod fęmina admittatur, licet ſit nupta, probarunt Ceph. *conſil.*53.*num* 84.*& ſeq.*Bardel.*conſil.*66.*nu.*23. cum alijs à me congeſtis *d.quæſt.*352.*coniect.*9.*nu.*35.*& infra.*

Fundamenta vtriuſque opinionis habentur *d.coniectura* 9. vbi etiam plura pro declaratione videnda erunt.

Coniecturæ aliæ adducuntur in *eadem quæſt.* vtrum familia vocata veniant fœminæ? quæ hic repetere ſuperfluum eſſet, cum ibi videri poſſint.

13 Naturales autem, nec eorum filij non cenſentur vocati ad fideicommiſſum domui relictum. Bart.*in l.tutelas, in princ.ff.de capit.dimin.* Bal.*in l.vlt.C.de verb.ſign.*& ibi Salic.Bal.*conſil.*368.*proponitur, lib.*5. Paul.de Caſtr.*conſ.*178.*ſuper eo, li.*1.*& conſ.*19.*n.*7.*li.*2.Corn. *conſ.*216.*n.*4.*lib.*2.*conſ.*169.*col.fi.lib.*3.*& conſ.*200.*n.*10.*lib.*4.Dec.*conſ.*365.*n.*2.Grat.*conſi.*0.*n.*4.*li.*2.Ruin. *conſ.*161.*n.*4.*lib.*2. Capr.*conſ.*90.*nu.*4.*& ſeq.*Rimin. iun.*conſ.*563.*n.*31.Dec.*conſ.*6.*n.*1.*lib.*3.Surd.*conſ.*279. *nu* 17.*&* 18.Pereg.*conſ.*41.*lib.*1.*& in tract.de fideic. art.*21.*n.*83. vbi dicit maximè procedere extantibus legitimis, Tiraq.qui plures alios adducit *tract. de nobilit.* *cap.*15.*num.*12.*& in tract.de retract. conſang.§.*1.*gloſ.*8.*nu.*6.Lambert.*de contract.eorum, qui prohib à iure contrah.gloſſ.nume.*1.Mant.*de coniect.vltimar.volunt. libr.*8.*tit.*12.*num.*20.*& nume.*21. loquitur de filijs naturalium. Petr.*de fideicommiſſ quæſt.*11.*nume.*202.*in fine.* Menoch.*libr.*4.*præſumpt.*88.*numer.*13. Caroc.*deciſ.*41.

Contrariam ſententiam malè probarunt Pariſ.*conſil.*58.*num.*91.*lib.*4.Ruin.iun.*conſil.*442.*num.*64.*& ſeq.* Peregr.*conſil.*36.*numer.*6.*lib.*1. cum alijs relatis *quæſt. præced.num.*5. 14

Et tertius prima opinio locum haberet in ſpurijs, vt poſt alios relatos ſcribunt Pereg.*d.art.*22.*nu.*83.*ante fi.* *& conſ.*41.*n.*6.*lib.*1.Caroc.*deciſ.*41.*nu.*4.*& ſeqq.* 15

Si tamen ex conſuetudine concederetur naturalibus, & illegitimè natis ferre arma, & inſignia familiæ, & dicerentur de domo, admitterentur ad fideicommiſſum. Soc.ſen.*conſ.*102.*num.*8.*libr.*3. Ceph.*conſil.*591.*num.*13.Lamberteng.*de contract.& c.gloſſ.*19.*num.*1.Mantic.*de coniect.vlt.vol.libr.*8.*tit.*12.*num.*20.*in fin.* Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*88.*num.*14. quæ dixi *quæſt.præced.num.*5. vbi citaui Bartol.Salic.& Angel.volentes ex communi vſu loquendi naturales dici de domo. Hic autem Brixiæ ex conſuetudine naturales ferunt arma, & inſignia domus, & dicuntur de illa domo, & eorum filij retinent nobilitatem familiæ, & admittuntur ad omnes honores, & dignitates, ac ſi ex legitimis parentibus nati eſſent. 16

Declaranda tamen erunt prædicta de naturalibus, ſecundum ea quæ ſcribunt Doctores *in l.ex facto, & ſi quis rogatus, per illum text.ff.ad Trebell.*& ita declarãdã eſſe ſcribunt Mant.*de coniect. vlt.vol. lib.*8.*tit.*12.*nu.*20.*in fin.*& latè Peregr.*d.conſ.*41.*lib.*1. 17

Nobilibus autẽ de domo vocatis, multò minus venirent naturales, nec eorum filij, ad dicta *q.præced.nu.*6. 18

SVMMARIVM.

1 *Agnatis vocatis ad fideicommiſſum veniunt deſcendentes, & tranſuerſales.*
2 *Agnatio duplex eſt, alia ſpecialis, alia vniuerſalis.*
3 *Tranſuerſales propriè dicuntur agnati, & potiùs quã deſcendentes, & num.*4.
6 *Copulatiuæ natura eſt, vt addat & ponatur inter diuerſa.*
7 *Agnationem ſuam vocans, non dicitur vocare tranſuerſales, contra num.*9.
9 *Agnationem filiorũ vocans, non dicitur vocare tranſuerſales, ſed ſolum deſcendentes.*
12 *Agnationis appellatione veniunt maximè tranſuerſales, quando teſtator ſciebat diſpoſitionem non potuiſſe verificari in deſcendentibus.*

QVAESTIO CCCLXII.

Vtrum agnatis vocatis ad fideicommiſſum veniant tam deſcendentes, quàm tranſuerſales?

DVbitatio non inutilis eſt, ſi teſtator ſubſtituit agnatos, an dicatur vocaſſe agnatos ſanguinis, an etiam nominis? Et vtroſque eſſe vocatos cum prælatione tamen deſcendentium, ita vt his non extantibus admittantur tranſuerſales ſcripſerunt in ſpecie, Ancharan. *conſil.*94.*col.penult.*Rimin.iun.*conſil.*23.*num.*52.*in fin.*Hieron.Gabr.*conſil.*132 *quæſt.*6.*num.*58.*& ſeqq.libr.*1. Cephal.*conſil.*006.*num.*15.Dec.*conſil.*86.*num.*29.*lib.*3.Menoch.*conſil.*106.*num.*226.*& ſeqq.conſ.*173.*nu.*30.*& ſeqq.& conſil.*424.Peregr.*conſil.*149.*numer.*6. 1

22.& per totum lib.5.& in tract.de fideicommiſ. artic. 22.nu.25. Mant.de coniect. vltim.vol.lib.8.tit.12.num. 12. Intrigl.de ſubſt.cent.3.quæſt.83.in fine. Præt. de interpr. vltimar. voluntat.fol.288.n.10.11.12. Menoch. lib.4.præſump.88.num.19.

2 Duplex enim eſt agnatio, alia ſpecialis, alia vniuerſalis, l.pediculos, §. Labeo, ff.de ſuppel.leg. l.1.§.ſciendum, ff.de ædil.edict. Ioan. Andr. in cap.nimis, il primo, in fine, de exceſſ.prælat. Cagnol.in l.quæ dubitationis, ff.de reg. iur. & ſentiunt omnes ſupra relati.

3 Probatur primò, quia agnatorum appellatione propriè continentur agnati tranſuerſales, l.2.§.agnati, ff.de ſuis, & legit. l.penultim ff. vnd. legit. & inſtit.de legit. agnat. tut. & inſtit.de legit.agnat. ſucceſſ.in princ. vbi habetur, quod agnati ſunt cognati per virilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi à patre connati, veluti frater, fratris filius, nepos ex eo.

4 Secundò magis propriè tranſuerſales dicuntur agnati, quàm deſcendentes, qui hoc nomine filiorum, deſcendentium, & liberorum appellari ſolent, coniuncti verò ex tranſuerſo per virilem ſexum communiter dicuntur agnati, prout comprobat etiam Menoch. conſil.424.numer.3.& lib.4.præſumpt.88.numer.19. Et quod tranſuerſales ex communi vſu loquendi dicantur agnati, ſcribunt Anchar.conſil.152.nume.5. Mant.de coniect. vltimar. voluntatum, libr.8.tit.12.numero 12.verſic.ſed in propoſito; Communis autem loquendi vſus attendi debet in teſtamentis, & etiam anteponitur propriæ ſignificationi verborum, l.cum de lanionis, § aſinam, ff.de fund. inſtruct. & inſtrum. leg. l.liberorum, §.quod tamen Caſſius, ff.de leg.tertio, & alibi ſæpè, ergo &c.

5 Maximè autem tranſuerſales venirent, quando vocata eſſet familia, & agnatio, ita ſcribunt Dec.conſil.86. num.28.& ſeq.lib.3. Menoch.conſ.424. Pereg. conſil. 149.num.6.& ſeq.lib.5. qui mouetur non tantum propter ſignificationem propriam verbi, agnatio; quam e-
6 tiam propter copulatiua vocationem familiæ, & agnationis, cum natura copulatiuæ ſit, vt addat, & ponatur inter diuerſa, Gloſ.in rubr.ff.de iur.& fact.ignor. Abbas in cap.ex parte, ext.de reſcript.& ibi Rip.num.41 Iaſ. in l.1.nu.2.ff.de inſtit.& iur. Socin.iun. conſi.36.num.1. lib.4. Corn.conſ.203.n.3.lib.4 Dec. conſil.223.num.4. Parif.conſil.92.nu.13.lib.1.

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus ſubſtitutis agnatis, vel his, qui ſunt de agnatione, non venirent tranſuerſales agnati.

7 Primus eſt, quando teſtator vocaſſet agnationem ſuam, vel dixiſſet, ſubſtituo agnatos meos, ita ſcribunt Bald.conſil.311.libr.1. Ruin.conſil.153.num.10.libr.2. Socin.iun.conſil.97.num 64.& 65.libr.2 & alij adducti quæſt.351.familia vocata, an veniant ſoli deſcendentes, vel etiam tranſuerſales? num.27.& ſeqq. vbi etiam
8 habentur fundamenta huius ſententiæ; quibus accedat, quod dum teſtator nominat ſuos agnatos, dicitur excludere alienos, arg. l.ſi inter te & me, ff.de except. rei iudic. l.hæc verba, ff.de verb.ſignific. Doct.in rubr.ff.de acquirend.poſſeſ.& Iaſ.in l.placet, nume.22.C. de ſacroſanct. Eccleſ. [Et in ſpecie de agnatione vocata Ruin. conſil.153.num.10.lib.2. Franc.à Ponte conſil.154.numer.60 & ſeq.lib.2. Cephal. conſil.510. Torniol.conſi.76.nu.19 Giouagn.conſ.39.nu.20.libr.1.& Rota ibi relata num.34. id conſiderauit Rot.Roman. deciſ.193.& deciſ.300.p.1.recent.]

9 Contrariam ſententiam probarunt Menoch. libr.4. præſumpt.88.num. 19.& conſi.424 nu.20.& ſeq. Dec. conſil.86.num.18.verſic.3.lib.3. Peregr.conſil.149.nu.10.libr.5. Laur.de Pin.conſil.12 num.3. Mantic.de coniect. vltim. volunt.lib.8.tit.12.nume.12.verſic.ſed ego ſubſiſto, cum alijs relatis d.quæſt.familia vocata, an veniant tranſuerſales? nume.29.& his aſſentio, & ego ea ratione, qua mouetur Menoch. dum dicit, quod nomen agnationis latiſſimum non conſideratur in genere, & in ſpecie, ſicuti conſideratur nomen familiæ, quod voluit, & Decian.dicto conſil.86.num.29.lib.3. ideo dum teſtator vocat agnationem, cenſetur & tranſuerſales vocaſſe; immo potiùs de eis intellexiſſe, cum propriè deſcendentes non dicantur agnati, ſed deſcendentes. Menoch. dicta præſumpt.88.num.19.& communis loquendi vſus ſe habeat, quod agnatorum appellatione non veniant deſcendentes, vt ſupra dictum eſt. Ex quibus patet authoritates in contrarium adductas non nocere, quia illæ loquuntur de nomine familiæ, quod in ſpecie, & in genere capitur, & ſic reſpondet Menoch. dicto conſil. 424 numer 21.& voluit lib.4. præſumpt.88. numer.16. [Hæc autem ſecunda opinio locum haberet, quando diſpoſitio teſtatoris non potuiſſet à principio verificari in deſcendētibus, Rota d.deciſ.193.& deciſ.300. & voluit Rota etiam in vna de Nerlis, à me relata in vna de Dotis Florentina poſt conſil.168. & idem admiſit Clariſs.I.C. Florentinus D.Ludouicus Ricciardus in eius conſil. in eadem cauſa edito, vt inter mea conſil. in conſil.167. num.37.& ſeqq. vbi egregie loquitur, & numero 51.& ſequenti.]

Secundus caſus eſt, quando teſtator vocaſſet agnationem filiorum ſuorum, vt quando relicto fideicom- 10
miſſo filijs, vel deſcendentibus teſtator dixit, nolle bona exire de agnatione ipſorum, quia tunc ſolum deſcendentes venirent, non tranſuerſales, Cephal.conſil.510. numer.12.& ſequentibus, Menoch. dicta præſumpt.88. numero 19.verſicul.ſecundus caſus. Intrigl.de ſubſtitut. cent.3.quæſt.23.numero vigeſimo tertio. Ratio eſt, quia deſcendentes inter ſe dicuntur agnati, l.penultima, ff. vnd. legitim.& inſtit.de legit.agnat. ſucceſſ. in princip. & ita arguit Menoch. dict. præſumpt. 88. numero 19. verſicul. ſecundus eſt caſus. Alias rationes adduxi dicta quæſt. ſam ita vocata, an veniant ſoli deſcendentes? numero decimo verſicul. declaratur primo, quæ tamen non ſeruiunt, niſi quando dictum fuit, quod bona non exeant de agnatione, & hoc propter vim verbi, exire, vt ibi latius deduxi.

Tertius caſus eſt, quando teſtator inſtituit filios, & il- 11
lis ſubſtituat eorum deſcendentes in infinitum, & ſubdat, quia volo bona ſemper manere in agnatione, nam extincta teſtatoris deſcendentia, agnati tranſuerſales non admitterentur, vt dixi quæſt.familia vocata, an veniant etiam tranſuerſales? numer.14.& ſequentibus, vbi latè diſcuſſi hunc articulum, & retuli contrarias Doctor. ſententias.

Porrò, quando teſtator ſciebat diſpoſitionem ſuam 12
de agnatis non poſſe verificari in deſcendentibus, tunc dubio etiam tranſuerſales cenſerentur vocati ad fideicommiſſum. Ruin.conſil.149.numer.8.libro 2. Cephal. conſil.666.num.15.& ſeqq. Menoch. conſil.106.num.229. cum alijs congeſtis qu. familia vocata, an veniant tranſuerſales? num.31.& ſeqq. vbi fundamenta huius concluſionis ſimul adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina venit appellatione agnatorum.*
2 *Fœmina non venit appellatione agnatorum, quando fideicommiſſum eſt factum pro conſeruatione agnationis, contra num.3. Declara remiſſiuè.*
4 *Fœmina non venit appellatione agnatorum ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos declar. remiſſiuè.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO CCCLXIII.

Vtrùm agnatis, vel agnatione vocatis veniant fœminæ?

1 SAepiſſimæ ſupra in multis queſtionibus dictum fuit, maſculinum continere fęmininum, nunc ſpecialiter videndum eſt, an agnatis vocatis ad fideicommiſſum, & fęminæ ſint comprehenſæ? affirmatiua opinio tenenda eſt, quam probat text. *in l. pronunciatio, §. fin. ff. de verb. ſign. & l. voluntas, C. de fideicommiſſ.* & in ſpecie hanc ſententiam probarunt, Socin. ſen. *conſil. 227. col. 7. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 34. nu. 45. lib. 1. conſ. 51. n. 13. conſil. 58. n. 14. & n. 20. lib. 2. & conſ. 47. n. 42. lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 4. n. 10. lib. 1.* Ceph. *conſi. 53. n. 85.* Honded. latè *conſ. 75. n. 1. & ſeqq. lib. 1.* Peregr. *conſ. 23. nu. 10. lib. 3. & in tract. de fideicomm. art. 22. n. 25.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 293. nu. 66.*

2 Receditur tamen ab hac opinione, ſi in contrarium extent coniecturæ; & prima eſt coniectura, quando fideicommiſſum eſt relictum pro conſeruatione agnationis, quia tunc fęmina, quę non eſt apta conſeruare agnationem non cenſebitur vocata, Socin. ſen. *in l. Gallus, §. nunc de lege, col. vlt. ff. de liber. & poſth. & conſi. 60. nu. 14. lib. 3.* Curt. iun. *conſi. 154. nu. 12. & conſil. 172. col. 2.* Ruin. *conſil. 24. n. 4. & ſeq. conſil. 110. nu. 14. lib. 2.* Crauet. *conſ. 180. n. 1. & conſ. 306. nu. 5.* Præt. *de interpret. vltimarum voluntatum, fol. 293. nu. 67.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. num. 25. & conſ. 23. nu. 10. & ſeqq. libr. 3.* cum alijs adductis *quæſt. 352.* familia vocata vtrum fœminæ veniant? in ſecunda coniectura, vbi etiam declaratur, vt ibi videri poteſt.

3 Contrariam opinionem probauit Pariſ. *conſ. 35. & conſ. 47. nu. 55. lib. 3.*

4 Secunda eſt coniectura, quando extaret ſtatutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, quia tunc, & fęminæ erunt excluſæ à maſculis, Crauet. *conſi. 180. col. 2. & conſil. 306. num. 5.* Peregr. *conſil. 23. numer. 13. lib. 3.* alios congeſſi *d. quæſt. 352. in quarta coniectura*, vbi etiam declaratur.

Aliæ coniecturæ deſumendæ erunt ex adductis *d. qu. 352.* vbi latè de hoc articulo, qui idem reputatur vocata familia, vt ibi, vel vocata agnatione, vt hic.

S V M M A R I V M.

1 *Conſanguineos vocans ſolum agnatos cenſetur vocaſſe, declar. num. ſeqq.*
2 *Conſanguineorum appellatione veniunt & cognati, ſi ita ſe habet communis loquendi vſus.*
3 *Conſanguineorum appellatione veniunt cognati, ſi diſpoſitio in agnatis verificari non poterat.*
4 *Conſanguineorum appellatione, quando veniunt cognati, illi non admittuntur extantibus agnatis.*
5 *Conſanguineis vocatis ad fideicommiſſum, & fœminę veniunt, declara remiſſiuè.*
6 *Conſanguineorum appellatione non veniunt mater, & auia propriè, ſed tantum abuſiuè ex communi loquendi vſu.*
7 *Conſanguineorum appellatione non venit auunculus.*
8 *Conſanguineos vocans, & naturales vocaſſe cenſetur, declara ibid.*
9 *Conſanguineos ſubſtituens in fideicommiſſo, vt ſuccedant debent eſſe intra ſeptimum gradum.*

QVÆSTIO CCCLXIV.

Conſanguineis vocatis, qui cenſeantur vocati?

1 COnſanguineos teſtator vocauit ad fideicommiſſũ, quæritur, an dicantur vocati, tam agnati, quàm cognati? Et ſolum agnatos cenſeri vocatos, probatur in text. *l. ſi ſpurius, ff. vnd. cogna. in l. ſi poſt ſuos, ff. de ſuis, & leg. hæredib. ibi poſt ſuos conſanguinei vocantur*; conſanguineos autem Caſſius definit eſſe eos, qui ſanguine inter ſe ſunt connexi, *in l. ſi conſanguinitatis, & ibi Gl. C. de legit. hæred. in l. poſt conſanguineos, ff. de ſuis, & legit. in auth. de conſang. & vter. in cap. conuentiones, 25. quæſt. 2.* & ita tenent Bart. *in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred.* & ibi Bart. Aretin. & Alexand. Corn. *conſil. 21. col. 2. & ſeq. libr. 1. conſil. 13. nu. 15. & conſ. 167. col. 1. & 2. lib. 2.* Alexand. *conſil. 82. col. 1. lib. 6. conſ. 229. nu. 10. lib. 6. & conſil. 153. col. 1. li. 7* Grat. *conſi. 43. nu. 19. & ſeq. lib. 1.* Curt. iun. *conſil. 46. num. 4. & conſil. 176. col. 1* Bero. *conſi. 83. nume. 5. 6. & conſi. 95. nu. 10. lib. 2.* Alba. *conſ. 69.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 289. n. 21.* Peregr. *de fideicom. art. 22. nu. 35.* & idem ego tenui *in conſil. 49.*

2 Venirent tamen, & cognati appellatione conſanguineorum, primò, ſi communis loquendi vſus ſe haberet, quod, & cognati comprehenderentur, Bald. *in l. ſi quando, in principio, C. de inoffic. teſtam.* & ibi Paul. de Caſtr. Alberic. *in l. ſi is qui, ff. de adopt.* vbi teſtatur, ita ſe habere communem loquendi vſum. Alexand. *in l. cum quidam, §. quod dicitur, nu. 16. & ſeqq. ff. de acquir. hæred. t.* Tiraquel. etiam ex communi vſu loquendi venire teſtatur *in tract. de retract. ligna. §. 1. Gloſ. 9. num. 5.* vbi alios plures adducit, Præt. *de interpre. vltimar. voluntatum, fol. 299. nu. 21.* Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 35.* vbi dicit allegandi vſum loquendi incumbere onus illud probandi.

3 Secundò venirent cognati, quando teſtator ſciebat nõ poſſe diſpoſitionem in agnatis verificari per ea, quæ ſũt ſupra *quæſtione præcedenti ab hac ſecunda, numero 12.* & ſæpius in alijs quæſtionibus ſupra.

4 Quando tamen cognati veniunt appellatione conſanguineorum, ſi extant agnati, & cognati, erunt præferendi agnati, cognatis, Alba. *conſ. 69.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. num. 35. in fine*, vbi mouetur, quia propriè agnati continentur, impropriè, & largo modo cognati, & hos ego ſequutus ſum *in conſil. 49. num. 14.*

5 Fęminæ etiam cenſentur vocatæ, & propriè veniunt appellatione conſanguineorum, Rebuff. *in l. 1. verſic. 13. ff. de verbor. ſignific.* Angel. *conſil. 191. ſuper puncto,* Corn. *conſi. 227. per totum lib. 3.* Tiraqu. *de re. tract. ſang. §. 1. Gloſſ. 9. nu. 202.* Menoch. *lib. 4. præſump. 84. nu. 30.* Peregr. *de fideicom. art. 22. nu. 34.* & idem ego ſcripſi *in conſ. 49. num. 9.*

Hæc tamen concluſio recipit plures declarationes, ſecundum ea quæ ſcripta ſunt *quæſt. 352.* an familia vocata veniant fęminæ?

6 Mater, & auia non veniunt, quia non ſunt de ſanguine, Bald. *in l. vltim. num. 3. C. de verborum ſignific.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 22. num. 35.* vbi dicit, quod licet ex propria ſignificatione non veniant, quod tamen abuſiuè & ex communi vſu loquendi comprehenduntur.

7 Auunculus etiam non eſt propriè conſanguineus nepotis ex ſorore, Bald. *conſi. 269. ſi conſideramus, lib. 3.* Peregr. *d. art. 22. num. 35. prope finem.*

8 Naturales autem veniunt, nam ex eodem ſanguine procedunt, vt docuit Bart. *in l. pronunciatio, ff. de verb. ſignific. & in l. fin. C. eod.* & in ſpecie ita ſcribit Peregr. *de fideicomm. art. 22. num. 89.* vbi tamen ſolum admittit eos venire non extantibus legitimis, & ſpurios omninò excludit, de hoc etiam videndus erit Lambertin. *tractatu de contract. eorum qui, & c. gloſ. 10. num. 1.*

9 Vltra autem ſeptimum gradum non admittuntur, ſecundum Paul. de Caſtr. *conſil. 383. notandum eſt in fine*

lib. 1. Alciat. *in l. pronunciatio, in verbo, agnatorum, ad finem, ff. de verbor. ſignific.* & Præt. *de interpret. vltimarum voluntatum, fol.* 289. *numer.* 21. de quo tamen articulo videnda erunt ſcripta *quæſtion.* 381. *in ſecundo caſu.*

SVMMARIVM.

1 *Parentes vocans dicitur vocare, qui ſunt ex eadem familia, & agnatione.*

2 *Parentes vocans ſecundum communem loquendi vſum, & cognatos dicitur vocaſſe. Declara numero quarto.*

4 *Parentes maſculos vocans, non cenſetur vocaſſe cognatos.*

5 *Parentes vocans propriè aſcendentes vtriuſque ſexus, dicitur vocaſſe.*

6 *Parentes vocans, & naturales cenſetur vocaſſe.*

7 *Parentes vocans legitimatos per reſcriptum, cenſetur etiam vocaſſe.*

8 *Legitimati per reſcriptum ſuccedunt agnatis & cognatis, & è contra.*

9 *Legitimatus per reſcriptum continetur ad excluſionē fœminarum in ſtatuto excludente fœminas propter maſculos.*

10 *Parentes vocans, & fœminas vocaſſe cenſetur, declara remiſſiuè.*

11 *Parentes vocans, an dicatur intellexiſſe de poſthumis, emancipatis, exhæredatis, monachis, clericis, adoptiuis & arrogatis? remiſſiuè.*

12 *Parentela vocata intelligitur de parentela teſtatoris, & hæredis, contra ibid.*

QVÆSTIO CCCLXV.

Parentes vocans ad fideicommiſſum, quos vocaſſe dicatur?

PArentes teſtator vocauit ad ſucceſſionem bonorum ſuorum per fideicommiſſum, dubitatur qui contineantur?

1 Primò, cenſentur vocati, qui ſunt ex eadem familia, & agnatione, ſecundum communem vſum loquendi, vt ſcribunt Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *quemad. feud. ad fil. pertin.* Corn. *conſ.* 47. *col.* 3. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 79. *nu.* 4. *& ſeqq.* Capr. *conſil.* 104. *nu.* 9. Peregr. *conſi.* 2. *num.* 10. *lib.* 4. *& in tract. de fideicomm. art.* 22. *numer.* 31. Tiraquell. *de retract. coniang.* §. 1. *gloſſ.* 8. *nu.* 1. Lambert. *ſuper ſtat. prohib. & c. gloſſ.* 17 *nume.* 1. *& ſuper illomet ſtatuto.* Carpan. *cap.*.... *num*.... Præt. *de interpret. vltimar. voluntatum, fol.* 292. *numer.* 57. Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 18. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſtione* 84. *numero* 18. Anchar. iun. *lib.* 3. *queſt.* 6. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi dicit vſum hunc communem loquendi eſſe probandum ab allegante ſe comprehenſum, cum propriè ſoli aſcenden-
2 tes contineantur, vt infra dicetur. Vnde non extantibus aſcendentibus, ſi teſtator mentionem fecit de parentibus abſque alia probatione communis loquendi vſus, diſpoſitio intelligeretur de agnatis, ad quod videndi etiam erunt Socin. iun. *conſil.* 94. *num.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 116. *numer.* 4. *lib.* 3. & Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 292. *num.* 57.

3 Secundò, cognati etiam veniunt ſecundum communem loquendi vſum, Gloſſ. *in Clem. vnica, in verbo, parentelam, de iur. iurand. capit. parentela* 25. *quæſt.* 5. *& cap. fin. qui cler. vel vou.* Aret. *in l. cum quidam,* §. *quod dicitur, numer.* 3. *ff. de acquirend. hæred. & in capit. per tuas, numer.* 9. *extr. de probat.* Angel. *conſil.* 264. Corn. *conſil.* 57. *numer.* 7. *& conſil.* 137. *numer.* 7. *libr.* 2. Capr. *conſilio* 104. *numer.* 9 Præt. *de interpr. vltimar. volunt. fol.* 292. *num.* 57. Peregr. *tract. de fideicom. art.* 22. *num.* 31. *& conſ.* 52. *numer.* 10. *lib.* 4. & ego conſului ſuper teſtamento D. Ioann. Franciſci Salæ, *vt in conſil*..... *dubio primo.*

Limitatur quando ratio agnationis habita eſſet, vt quia parentes maſculi ſint vocati, nam non venirent niſi agnati, Paul. de Caſtr. *conſil.* 421. *quod iſta mater, lib.* 1. Socin ſen. *conſil.* 31. *column.* 1. *libr. primo.* Peregr. *conſil.* 52. *num.* 10. *lib.* 4. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 22. *numer.* 31. 4

Tertiò, propriè aſcendentes vtriuſque ſexus veniunt vſque ad Tritauum, *l. quarta,* §. *parentes, ff. de in ius vocand. l. Iuriſconſultus,* § *parentes, ff. de gradib.* Angel. *conſil.* 268. Crauett. *conſ.* 161. *nu.* 3. Anchar. iun. *lib.* 3. *q.* 6. *nu.* 15. Peregr. *conſ.* 52. *num.* 10. *lib.* 4. *& in tract. de fideicommiſ. art.* 22. *nu.* 31. 5

Quartò, naturales etiam veniunt, qui ſunt de parentela. Bart. *in l. pronunciatio, ff. de verb. ſign. in l. tutelas, ff. de capit. dimin.* Aret. *in l. quod dicitur,* §. *quod dicitur, column.* 2. *ff. de acquir. hæred.* Dec. *conſ.* 365. *colu.* 2. Cephal. *conſil.* 591. Tiraquel. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 8. *nu.* 3. 4. Peregr. *conſ.* 52. *n.* 12. *lib.* 4. *& in tract. de fideicomm. art.* 22. *n.* 85. *& n.* 89. vbi declarat, vt ita demum admittantur naturales, quando non extāt legitimi; & ſpurios omninò excludit. De quo etiam articulo videndus erit Lābert. *de contr. eor. & c. gloſſ.* 19. *numero primo*, vbi contrarium tenet; ſed loquitur quando in lege, vel ſtatuto ſit mentio parentum. 6

Declaratur tamen ſecūdum ea, quæ dixi *ſupra quaſt. domo vocata qui veniant? nu.* 13. *& ſeqq.*

Quintò, fortiùs venient legitimati etiam per reſcriptum, ita in vna de Salis ego conſului ſuper teſtamento D. Nicolai, qui ſubſtituerat proximiores parentes, & ſuper eadem etiam conſuluit Peregr. *conſil.* 52. *numer.* 7
12. *& ſeqq. libr.* 4. Ratio autem eſt, quia legitimati per 8
reſcriptum agnaſcuntur, & cognaſcuntur aſcendentibus, & tranſuerſalibus, agnatis, & cognatis, ac ſi ab initio fuiſſent nati de legitimo matrimonio, quo ad ſucceſſiones mutuas §. *trious, &* §. *generaliter, in auth. quib. mod. natur. effic ſui.* & ibi Bartol. & Angel. lat. *in l. ſi is, qui pro emptore, num.* 264. *ff. de vſucap.* cum alijs citatis à Peregr. *conſ.* 96. *num.* 3. *lib.* 1. *conſ.* 8. *lib.* 2 *conſ* 52. *nu.* 13. *lib.* 4. *& in tract. de fideicom art.* 23. *nu.* 20. *& ſeqq.* vbi latius.

Immo legitimatus, niſi ſtatutum reſiſtat, habet ius ſucceſſionum delatarum à ſtatuto in hæreditatibus fratrum, & aliorum agnatorum de familia ad excluſionem fœminarum, Menoch. *conſil.* 227. *conſil.* 266. *conſil.* 68, *numero* 57. *& libr.* 6. *præſumpt.* 39. *numero* 3. Peregr. *conſil.* 52. *numero decimoquarto, & in tract. de fideicommiſſ. art.* 23. *numero* 29. Ceph. *conſil.* 278. *lib.* 2. vbi teſtatur de magis communi opinione Anton. Gabr. *de legitim. concl.* 1. *numer.* 35. Carpan. *ad ſtat. Mediol. cap.* 276. *num.* 61. 9

Sextò fœminæ veniunt, Dec. *conſ.* 527. Crauet. *conſi.* 80. *num.* 12. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 8. *numero* 3. *& ſeqq.* Anchar. iun. *libr.* 3. *Practicar. Quaſi. quaſt.* 6. *num.* 10. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 22. *numer.* 31. *in fine*, vbi dicit hoc verum, niſi habita eſſet ratio agnationis. 10

Declaratur autem multipliciter ex his, quæ ſcripſi *qu.* 352. familia vocata, an veniant fœminæ? 11

Sed an veniant poſthumi, exhæredati, emancipati, monachi, clerici, adoptiui, & arrogati, videndi erunt Lambert. *ſuper ſtat. prohib. contr. ſine cert. ſolemn. gloſſ.* 17. *per totam*, & Carpan. *ſuper eodem ſtatuto Mediolani capit*.... 12

Sed remanet difficultas, an veniant qui ſunt de pa- 13

rentela

rentela teſtatoris tantum, an etiam grauati? Farinac. *deciſ. Roman.* 513. tenuit venire tam parentelam teſtatoris, quam grauati; & quæſtio ibi erat: teſtator deficiente ſua deſcendentia ſubſtituit Doctorem de parentela, & ibi reſolutum fuit in Rota poſſe ſuccedere Doctorem, tam de parentela teſtatoris, quam gradati, maximè, quando talis ſucceſſio eſſet perpetua, quia parentela teſtatoris finit. Verùm regulariter tenerem intelligi de parentela teſtatoris non grauati; ad dicta *ſupra quæſtione* 361. domo vocata, qui veniant? *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Proximioribus, proximis, vel propinquis cognatis veniunt agnati, & cognati.*
2 *Proximioribus, vel propinquis vocatis, veniunt & fœminæ, declara num. ſeqq.*
3 *Statutum vocans proximiores, dicitur vocare tam maſculos, quàm fœminas, & num.* 5.
10 *Interpretatio fit ſecundum id, quod teſtator veriſimiliter reſpondiſſet ſi fuiſſet interrogatus.*
13 *Maſculorum mentio ſi eſt facta, cenſetur habita ratio agnationis.*
14 *Maſculinum non concipit fœmininum quando teſtator voluit conſeruare bona in agnatione.*
15 *Maſculinitatis qualitas appoſita in præcedenti cenſetur repetita in ſequentibus.*
16 *Subſtitutio vna aliam declarat.*
17 *Subſtitutio declaratur ab inſtitutione.*
18 *Fœminas proximiores ſi excluſit teſtator propter maſculos, veriſimiliter & fœminas remotiores præſumitur voluiſſe excludere.*
23 *Dictio, alius, eſt repetitiua ſimilium.*
26 *Proximiores vocans, dicitur vocaſſe vſque ad ſeptimum gradum tantum, Contra ibi, quod vſque ad decimum.*

QVÆSTIO CCCLXVI.

Proximis, vel proximioribus vocatis ad fideicommiſſum, qui veniant?

1 PRoximos, vel proximiores ſubſtituit teſtator, ſi dubitetur, qui dicantur ſubſtituti? dicendum eſt, cenſeri ſubſtitutos agnatos, & cognatos, vt probatur *in l.* 1. *§. proximus, ff. vnd. cognat.* Angel. *conſil.* 289. *viſo facto,* Dec. *conſil.* 225. *nu.* 3 *& conſ.* 269. *col.* 2. Rub. *conſ.* 106. Tiraq. *de retract. ſanguin. §.* 1. *Gloſſ.* 9. *numer.* 15 *& ſeq. & §.* 11. *Gloſſ.* 1. *nume.* 3. 4. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 21. *nu.* 33.

2 Fœminæ etiam veniunt, ſiue ſint vocati proximi, ſiue propinqui, ſiue proximiores, quod probatur primò *in l.* 1. *§. proximus, ff. vnd. cogn. §. non tamen, iuncto, §. cæterum, inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

Secundò facit, quia in ſtatutis vocantibus proximiores, tã fœminæ, quàm maſculi admittuntur, Corn. *conſil.* 122. *lib.* 3. ergo item & in teſtamentis, cum liceat argumentari a ſtatutis ad teſtamenta. Eueraid. *in cent. in loc. à leg. ad teſtat. & in loc. ab vltim. volunt.* ..d *l. vel ſtat.*

4 Hinc etiam dicitur ſtatutum à pari procedere cum vltima voluntate, Bart. *in l. omnium, C. de teſtament.* Bald. *in l. penult. C. de verb. ſign.* Socin. iun. *conſ.* 181. *numer.* 38. *lib.* 2.

5 Ad quod etiam facit, quod in alijs diſpoſitionibus ſtatutum loquens de proximioribus continet, tam maſculos, quam fœminas, Angel. *conſil.* 288. *num.* 1. Dec. *in l. fœmina, nu.* 123 *ff. de reg. iur. & conſ.* 527. *n.* 5. Crauet. *conſ.* 656. *n.* 7.

6 Tertio in materia indifferenti maſculinum concipit fœmininum *l.* 1. *C. de conditio. inſert. l. Lucius, §. vlt. ff. de legat.* 2. Bero. *conſil.* 113. *nume.* 1. *lib.* 2. alios congerit Tiraquell. *de retract. ſanguin. §.* 1. *Gloſſ.* 9. *num.* 205. Sed in ſucceſſionibus, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſumus in materia indifferenti, cum tam maſculi, quam fœminæ admittantur, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Bald. *conſil.* 334. *in quæſtione, colum.* 2. *lib.* 3. ergo, &c.

Vltimò facit authoritas multorum, qui in ſpecie tenuerunt fœminas admitti ad fideicommiſſum relictum proximis, propinquis, vel proximioribus, ita ſanè Dec. *in l.* 2. *numer.* 125 *ff. de reg. iur.* Rebuff. *in l.* 1. *numer.* 13. *ff. de verbor. ſignific.* Angel. *conſil.* 289. *viſo facto,* Alex. *conſil.* 106. *num.* 4. *lib.* ..... Dec. *conſil.* 223. *num.* 2. *conſil.* 269. *colum.* 2. *conſ.* 525. *nu.* 3. *& ſeqq. & conſil* 570. *nu.* 10. Paril. *conſil.* 20. *num.* 30. *conſil.* 29. *num* 18. *& conſil.* 89. *nu.* 40. *lib.* 2. Socin. iun *conſil.* 10. *col. vlt. lib.* 2. Rub. Alex. *conſ.* 106. Crauett. *conſil.* 250. *colum.* 1. *& conſil.* 656. *num.* 7. Dec. *conſ.* 7. *nu* 31. *& ſeqq lib.* 5. Menoch. *conſ.* 463. *conſil.* 522. *num.* 2. *verſic tertio,* vbi loquitur, quando proximior eſt vocatus, idem dicit *conſil.* 833. vbi latè, *& lib.* 4. *præſump.* 84. *nu.* 33. Tiraquell. *de retract. conſang. §.* 1. *Gloſ.* 9. *nu.* 8. *& nu.* 201. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 293. *nu.* 67. *& fol.* 337. *n.* 10. Petr. *de fideicom. qu.* 11. *n.* 520. Anchar. iun. *Pract. quæſt. lib.* 3. *qu.* 6. *nu.* 21. Peregr. *de fideicom. art.* 21. *nu.* 33. vbi de proximioribus, *& numero* 36. loquitur de propinquis, & idem ego tenui conſulendo, *vt in conſilio* 60. *dubio tertio.* 7

Ampliatur etiam, quando teſtator vocauit maſculos; & illis ſubſtituiſſet eorum deſcendentes maſculos, & maſculis deficientibus vocauit proximiores, quia fœminæ proximiores excludent agnatos remotiores, Crauett. *conſ.* 656. *num.* 7. Dec. *conſil.* 98. *num.* 5. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 833. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 25. *num.* 48. *in fine,* & videnda erunt dicta *quæſt.* 311. *num.* 19. *& ſeqq.* [Et ita iudicauit Rota Romana *in vna de Guidatijs,* & deciſio habetur inter mea *conſilia poſt conſil.* 15.] 8

Ego non recederem ab ampliatione, quando contentio eſſet inter fœminas deſcendentes à teſtatore, & tranſuerſales, ob præſumptam dilectionem teſtatoris erga illas, arg. *l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* Et quia veriſimile eſt quod ſi teſtator de hoc caſu fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, vnde interpretatio facienda eſt prout veriſimile eſt teſtatorem fuiſſe reſponſurum, ſi fuiſſet interrogatus, *l. Titius, § Lucius, ff. de liber. & poſth.* Crauet. *conſil.* 25. *numero* 25. Anton. Gabr. *de reg. iur. concluſ.* 10. Mantic. *de coniect. vltimarum voluntatum, libro* 3. *tit.* 19. Præt. *de interpr. vltimarum voluntatum fol.* 52. *ſol.* 5. & in his terminis de fœmina deſcendente à teſtatore loquuntur Crauet. & Dec. *locis in ampliatione citatis.* 9 10

Maius dubium eſſet, quando fœmina non eſſet deſcendens a teſtatore, ſed tamen eſſet deſcendens maſculorũ, grauatorum, & hoc caſu pro fœmina reſpondet Menoch. *conſil.* 833. 11

Sed ſi eſſemus inter maſculos, & fœminas non deſcendentes, nec a teſtatore, nec à grauatis, crederem contrariam opinionem eſſe tenendam; moueor primò, quia quando teſtator ſæpius fecit mentionem de maſculis cẽſetur id feciſſe pro conſeruãdis bonis in agnatione, Menoch. *conſ.* 20 5. *nu.* 13. Cel. Barz. *dec. Bonon.* 6. *num.* 4. Ruffic. *in l. cum auus, lib.* 6. *tit.* 6. *nu.* 10. *& lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 17. *ff. de condit. & demonſtr.* Præt. *de interpret. vltimarum voluntatum, fol.* 285. *num.* 4. qui loquitur in ſimplici maſculorum vocatione, maximè autem id tenendum eſt cum ſubſtitutus eſt maſculus. Ceph. *conſ.* 137. *numer.* 13. Mant. *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *nu.* 8. 12 13

Digitized by Google

14 Sed quando teſtator voluit conſeruare bona in agnatione, & familia; maſculinum non concipit fęmininum, Roland. à Vall. *conſ.* 82. *num* 33 *verſ.* & *in fortioribus, lib.* 1. Menoch. *lib* 4. *præſum. pt.* 85. *nu.* 25. Alban. *conſil.* 19 *nu.* 10. vbi dicit eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideicom. art.* 25. *nume.* 4. cum alijs citatis ſupra *quæſt.* 311. *num.* 28. ergo &c.

15 Secundò, quia in præcedentibus ſubſtitutionibus vocati ſunt maſculi, ergo qualitas maſculinitatis cenſetur repetita in ſequenti facta de proximioribus. Menoch. *dicta præſum. pt.* 85. *num.* 26. & *conſil.* 204. *numer.* 43. & 53. vbi dicit eſſe magis receptam opinionem. Peregr. *conſi.* 30. *n.* 3. & *ſeqq. conſil.* 41. *num.* 19. & *ſeqq. libr.* 5. Surd. *conſ.* 21. *num.* 8. *lib.* 1. & *deciſio.* 321. *nu.* 70. Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 374. *nu.* 4. & apud Franc. *deciſ.* 483. cum alijs citatis à me *quæſt.* 403. *num.*....

16 Tertiò, quia vna ſubſtitutio aliam declarat, Menoch. *conſ.* 215. *n.* 168. & *ſeqq.* Peregr. *conſ.* 34. *n.* 13 & *ſeqq. lib.* 3. Odd. *conſ.* 95. *num.* 76. 90. & *ſeqq* cum alijs citatis

17 *ſupra quæſt.* 14. Et pariter ſubſtitutio declaratur ab inſtitutione, Cepn. *conſi.* 411. *num.* 8. & *ſeq.* Menoch. *conſil.* 452. *n.* 7. Honded. *conſil.* 57. *num.* 6. & 9. *lib.* 1. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 20. & dixi ſupra *qu.* 15. cum ego tam in inſtitutione, quàm in ſubſtitutione præcedentibus maſculi ſint vocati, idem erit dicendum de maſculis teſtatorem ſenſiſſe in vltima ſubſtitutione facta de proximioribus ſimpliciter.

18 Quartò, quia veriſimile non eſt, quod teſtator in prima diſpoſitione voluerit excludere fœminas proximiores propter maſculos, & in ſecunda voluerit fęminas remotiores concurrere cum maſculis, contra *l. Publius,* §. 1. *ff. de condit.* & *demonſtr.* & ſcribit Menoch. *conſil.* 836. *num.* 11.

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus fœminæ non admitterentur vocatis proximioribus.

19 Primus caſus eſt, quando ſumus in materia differenti, quæ non conuenit fęminis, ſed tantum maſculis, nam hoc caſu fœminæ non venirent appellatione proximiorum. Alex. *in l. ſed ſi hac,* §. *liberos, num.* 5. *ff. de liber.* & *poſthum.* Iaſ. *in l. ſi quis id quod, nu.* 11. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Soc. ſen. *conſil.* 73. *col.* 3. *lib.* 4. Grat. *conſ.* 53. *col.* 2. *li.* 2. Ruin. *conſil.* 146. *colum.* 3. *libro* 2. Paril. *conſil.* 57. *col. pen. lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 108. *num.* 84 *lib.* 2. Menoch. *conſi.* 463. *numero* 9. in terminis, quando vocantur proximiores.

20 Secundus caſus eſt, quando teſtator diſcretiuè de maſculis, & fœminis loquutus fuit, vt quia inſtituit maſculos, & fœminis ſolum dotes reliquit, Menoch. *conſi.* 463. *num.* 11.

21 Tertius caſus eſt, quando teſtator ſe reſtrinxit ad maſculos, nam fœminæ erunt incluſæ. Alciat. 638. Petr. *de fideicom. quæſt.* 11. *n.* 520. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 293. *n.* 67. *in fine.*

22 Quartus caſus eſt, quando teſtator vocaſſet maſculos, & in defectum maſculorum alios proximiores ſubſtituiſſet, nam ob verbum, alios intelligitur ſolum vocaſſe maſculos non fœminas. Surd. *conſil.* 21. *in fin. lib.* 1. Menoch. *conſi.* 565. Et ratio eſt, quia dictio, alios, eſt ſignificatiua ſimilium. Gloſ. *in l. ſi fugitiui, C. de ſeruit. fug.* & Menoch. *conſi.* 328. *num.* 12. 13. *conſil.* 335. *num.* 18. & *conſil.* 401. *num.* 72. Ceph. *conſ. l.* 249. *numer.* 56. *conſil.* 412. *num.* 12. Did. *Practicar. Quæſt. cap.* 25. *num.* 3. *verſic. hinc.* Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 171. *num.* 22. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 11. *numer.* 545. *vſque ad num.* 549.

24 Quintus caſus eſt, quando vocati eſſent proximiores de agnatione, vel de familia, vel de domo, vel diſpoſitio eſſet facta fauore agnationis, nam tunc fœminæ non cenſerentur vocatæ. Alexand. *conſ.* 163. *lib.* .... Menoch. *conſ.* 522. *num.* 4. & *ſeqq.* & *conſil.* 833. *in fine.* Hieron. Gabr. *conſi.* 132. *quæſt.* 5. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 58. *num.* 61. *conſil.* 159. *num.* 17. *libr.* 5. & *in tract. de fideicommiſſ. art.* 25. *num.* 45. *in fine.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 293. *nu.* 70. & *conſil.* 161. *num.* 28. & *ſeqq.* vbi alios adduxit Honded. *conſ.* 75. *n.* 14. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 96. *n.* 28. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 83. *nu.* 4. Oſach. *deciſ. Pedem.* 127. vbi dicit hoc maximè verum in fœmina tranſuerſali. Viu. *deciſ.* 1. *num.* 1. & *ſeqq.* & *nu.* 13. & dixi *ſupra quæſt.* 311. *num.* 22. vbi alios congeſſi. [Sed contra quod fœminæ non ſint excluſæ licet ſubſtituti ſint proximiores de domo, vel de familia, tenuit Rot. Rom. *deciſ.* 281. *part.* 2. *in collectis per Farinac.* & vide quæ dixi infra *qu.* 499. *nume.* 10. & ita etiam iudicauit Rota *in illa de Guidaſijs,* & *deciſio eſt poſt meum conſi.* 15.]

Sextus caſus eſt, quando extat ſtatutum excludens fęminas propter maſculos, & ab illo maſculo fœmina ab inteſtato eſſet excluſa, nam fęmina non cenſeretur vocata. Menoch. *conſil.* 463. *nu.* 12. de quo articulo videnda erunt, quæ latiùs dixi *quæſt.* 311. *num.* 42. & *ſeqq.* vbi declaratur. 25

Alij caſus reſultant ex traditis *dicta quæſt.* 311.

Sed vſque ad quem gradum admittantur, qui volunt ſuccedere, Bald. *conſil.* 80. *libr.* 4. dixit admitti ſolum ad ſeptimum gradum. Paril. vero *de fideicommiſ. art.* 22. *nu.* 33. dicit admitti vſque ad decimum gradum, de quo tamen articulo erunt videnda, quæ dixi *quæſt.* 38. *in ſecundo caſu.* 26

SVMMARIVM.

1 *Propinquos vocans ad fideicommiſſum, dicitur vocaſſe agnatos, & cognatos.*
2 *Propinquos vocans ad fideicommiſſum, dicitur, & fœminas vocaſſe. Declara remiſſiuè.*
3 *Propinquos vocans non dicitur affines vocaſſe, contra ibid.*

QVÆSTIO CCCLXVII.

Propinquis vocatis ad fideicommiſſum, qui vocati cenſeantur?

PRopinquos ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum, dicitur vocaſſe agnatos, & cognatos, qui admitterentur ab inteſtato ad ſucceſſionem de iure ciuili vſque ad decimum gradum, *l.* 1. *C. vnde vir & vxor, l. vltim. C. de verb. ſignific. l. vlt. C. de ædeſiam. mil. & l.* 1. *C. de impon. lucr. deſcr. lib.* 10. Bald. *conſ.* 334. *in* 4. *lib.* 3. Anchar. *conſ.* 95. Dec. *conſ.* 321. *n.* 2. Tiraq. *de retr. Lign.* §. 1. *gloſ.* 9. *nu.* 8 & *ſeq.* Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 22. *n.* 30. 1

Fœminæ etiam veniunt, vt dixi *in præcedenti quæſt.* vbi etiam multipliciter fuit declaratum. 2

Affines non veniunt, Bart. per illum text. *in l. fin. C. de verb. ſign.* & ibi Iaſ. *n.* 22. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 30. *in fine.* Sed contra venire affines ſcribunt Alciat. *cōſ.* 107. *num.* 14. *libr.* 9. & Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 208. *num.* 14. *in fine.* 3

SVMMARIVM.

1 *Cognatos vocans dicitur vocaſſe qui coniunguntur per maſculos, & per fœminas, declara num.* 2.
2 *De familia cognationis facta ſubſtitutione, veniunt ſolum agnati.*
3 *Cognatis vocatis, & fœminæ admittuntur.*
4 *Cognatis vocatis, & naturales veniunt in defectum legitimorum.*

QVÆ-

QVÆSTIO CCCLXVIII.

Cognatis vocatis ad fideicommiſſum, qui veniant?

1 TEſtator ſubſtituit cognatos, ſi dubium oriatur, qui cenſeantur vocati? Dicendum erit generaliter vocatos eſſe qui coniunguntur per maſculos, & fœminas, ſpecialiter verò, qui per fœminas. *l. inter agnatos, ff. vnd. legit. l. 1. ff. vnd. cogna. l. non facile, §. cognitionis, ff. de gradib. affin.* Curt. iun. *conſi.* 5. Tiraquell. *de retract. ſanguin. §. 1. glo. 9. numer.* 11. Peregr. *de fideicomm. art. 22. num.* 39.

2 Declaratur non procedere, quando vocati ſunt illi de familia cognationis & de domo, quia ſolum agnati dicerentur vocati, Socin. ſen. *conſ. 63. nu. 15. libr. 3.* Peregr. *de fideicom. art. 22. nume. 39.* & quæ dixi *quæſt. ſeqq. ab hac tertea, nu. 3.*

3 Fęminæ etiam dicuntur vocatæ, Rebuff. *in l. 1. verſ. 13. ff. de verb. ſignif.* Tiraq. *de retract. ſanguin. §. 1. Gloſ. 9. nu. 103.* Anch. iun. *lib. 3. quæſt 6. n. 21.* Peregr. *de fideicom. art. 22. nu. 39.* Menoch. *lib. 4. præſumpt 84. nu. 31.*

4 Naturales pariter veniunt in defectum legitimorum, Peregr. *d. art. 22. n. 85. & n. 89. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Coniunctos vocans dicitur vocare maſculos, & fęminas ſanguine iunctos, declara num. 2.*
2 *Coniunctos vocans dicitur & affines vocaſſe.*
4 *Coniunctis vocatis naturales admittuntur in defectum legitimorum.*

QVÆSTIO CCCLXIX.

Coniunctis ad fideicommiſſum vocatis, qui admittantur?

1 COniunctos teſtator ſubſtituit, ſi quęſtio oriatur, qui veniāt appellatione coniunctorum, reſolutio erit, quod admittendi erunt maſculi, & fœminæ ſanguine iuncti, vt ſcribunt, Bart. *in l. 1. de verb. ſignifi.* & ibi Rebuff. Bald. *in l. Gallus, col. vltim. ff. de liber. & poſthum.* Alex. *conſi. 115. num. 9. & 10. lib. 2.* Dec. *conſil. 223. numer. 1. & ſeqq. conſil. 169. num. 4. & conſ. 510. numer. 9. & ſeqq.* Ruin. *conſ. 117. num. 14. libr. 2.* Soc. ſen. *conſil. 13. num. 17 lib. 3.* Gozad. *conſ. 20. num. 8.* Tiraquel. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 9. num. 200.* Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 32.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 84. n. 31.* Præt. *de interpret. vltim. voluntatum, fol. 293. nume. 67. & fol. 337. num. 14.*

2 Quod autem de fęminis admittendis dictum fuit, declarandum erit ſecundum ea quæ dixi *quæſt. 311.*

3 Affines etiam veniunt, Socin. ſen. *conſ. 57. col. penult. verſic. primo enim caſu, li. 1.* & Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 288. nu. 14. in fin.* Philip. Franc. *in cap. ſi pater, colum. antep. verſic. 22. de teſtam. in 6.* Rebuff. *in l. latè, §. amicus, pag. 711. ff. de verb. ſignific.* Blanch. *de comprom. qu. 1. num. 17.* Bertaz. *clauſ. 7. Gloſ. 11. nu. 5. verſ. ſecus,* vbi alios allegat.

4 Naturales etiam veniunt, Tiraquell. *de retract. ſanguin. §. 1. Gloſ. 8. num. 32. & ſeq.* Peregr. *de fideic. art. 22. nume. 85. & 89.* qui intelligit venire ſolum in defectum legitimorum.

SVMMARIVM.

1 *Affines vocans dicitur vocaſſe viri & vxoris cognatos, declara num. ſeqq.*

2 *Affinium appellatione veniunt conſanguinei.*
3 *Affines vocans, an naturales vocaſſe dicatur remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCLXX.

Affines vocans quos vocaſſe dicatur?

AFfines ſi vocentur à teſtatore cenſerentur vocati agnati viri & vxoris, Franc. *in cap ſi pater, col. penult. de teſtam. li. 6.* Laur. de Pallat. *tract. quod ſtant maſcul. nu. 164.* Tiraquell. *de retract. ſang. §. 1. Glo 9. nu. 20.* Peregr. *de fideicom. art. 22. num. 40.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 288. nu. 14.* 1

Sciendum tamen eſt, quod teſtatores, & notarij intelliguntur vocare conſanguineos, cum in iure ſcripto, & apud bonos authores hoc modo accipiatur, Ioan. Andr. *in c. 1. de ſponſa. in 6.* & ibi Dom. & Archid. Tiraquell. *de retract. ſangui. §. 1. Gloſſ. 9. nu. 20.* Pereg. *de fideic. art. 22. n. 40.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 288. nu. 14.* 2

Vnde ſi teſtator non haberet affines propriè, intelligerentur vocati agnati, ne diſpoſitio reddatur eluſoria, Bald. *in l. fin. verſic. & pro hoc, C. de verb. ſign.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 288. nu. 20.* pro cuius ſententiæ confirmatione videnda erunt quæ latius ſcripſi *quæſt. 351.* familia vocata, an veniant ſoli deſcendentes, *nu. 31. & ſeqq.* & ſæpius in præcedentibus quæſtionibus de hoc in ſimili actum fuit. 3

Naturales autem, an veniant videndus eſt Lamber. *de contract. ſor. & c. Gloſ. 19. n. 2.* 4

SVMMARIVM.

1 *Attinentes vocans ad fideicommiſſum cenſetur vocaſſe omnes coniunctos vtriuſque ſexus, decl. ibi.*
2 *Attinentes, qui dicantur relinquitur Iudicis arbitrio.*
3 *Attinentes maſculos de domo, vel de familia, aut agnatione vocans, cenſetur vocare ſolum agnatos, non cognatos.*
5 *Attinentibus vocatis admittuntur proximiores in gradu ſucceſſionis.*

QVÆSTIO CCCLXXI.

Attinentes ad fideicommiſſum vocans, quos vocaſſe dicatur?

QVæritur ſi teſtator attinentes vocauit ad fideicommiſſum, qui, & quomodo admitti debeant? in quo articulo, primò dicendum eſt, venire omnes coniunctos vtriuſque ſexus, Angel. *in auth. de alien. & emph. §. œconomus, & in auth. de hæred. & Falcid. in principio,* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, fol. 24. col. 2. verſic. quid ſi teſtator, C. de fideicomm.* Bald. *in c. ex litteris, ext. de teſtib.* Socin ſen. *conſil. 63. num. 13. libr. 3.* Ruin. *conſ. 161. nu. 1. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 24. n. 17. & ſeq. & conſ. 49. per totum lib. 2.* Peregr. *con. 11. nume. 8. lib. 2. & in tract. de fideicom. art. 22. num. 41.* Præt. *de interpret. vltimarum voluntat. fol. 288. nu. 15. fol. 297. nume. 67. & fol. 337. n. 10.* 1

Sed Iudicis arbitrio relinquendum eſſe, qui dicantur attinentes, volunt Pariſ. *conſ. 49. libr. 2.* & Præt. *de interpr. vltimarum voluntatum, fol. 288. num. 15.* quorum tamen ſententiam rectè impugnauit Peregr. *de fideicom. art. 22. num. 41.* 2

Quod ſi teſtator vocaſſet attinentes maſculos, vel de domo, vel de familia, aut agnatione, ratione adiuncti cenſerentur vocati, agnati, non cognati, Ruin. conſ. 3

*111.num.4.libr.2.*quem refert, & ſequitur Peregr.*art.22.nu.41.in fine*, & conferunt dicta ſupra *quæſtione ab hac tertia,nu.2.* vbi dixi vocatis cognatis de familia, vel de domo venire ſolos agnatos.

4 Fœminæ etiam non venirent, quando tacitè, vel expreſsè teſtator habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, vt poſt alios ſcribit Præt. *de interpr. vlt. voluntatum,fol.293.nu.67.*& pariter non venirent in alijs caſibus,qui poſſunt colligi ex dictis *qu.311.*ad quam recurrẽdum erit vbicumque oritur diſputatio, vtrum maſculinum concipiat fœmininum.

5 Et veniunt proximiores teſtatoris in gradu ſucceſſionis abinteſtato, Paul.de Caſtr.*conſ.383.notandum eſt, col.1.libr.1.*Præt.*conſil.203.num.4. & de interpr.vlt. volunt.fol.288.nu.15.& folio 376.nu.14.*

SVMMARIVM.

1 *Conſortibus vocatis ad fideicommiſſum,cenſentur vocati qui ſunt de eadem familia.*
2 *Conſortibus vocatis,veniũt proximiores teſtatoris.*
3 *Conſortibus vocatis,fœminæ veniunt,declara numer. ſequentibus.*

QVÆSTIO CCCLXXII.

Conſortibus ad fideicommiſſum vocatis, qui admittantur?

1 COnſortes ſi ſint ſubſtituti,cenſentur vocati qui ſunt de eadem familia, Salic.*in l.penult.in princ. C.de contra.empt.*Franc.*in cap.ſi pater; fol.penult.verſicul. octauò.de teſtamen.in 6.*Alexand.*conſ.125.nu.1.libr 7.*Ruin.*conſ.24.lib.2.*Gozad.*conſ.89.n.4.* Honded.*conſ.4.n.15.lib.1.*Mant.*de coniect. vlt.volunt.lib.8.tit.12.num.18.*Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.289.n.20.*Menoc. *lib.4.præſumpt.88.nu.17.*Peregr.*de fideicomm.art.22.nu.42.*Intrigl.*de ſubſtitut.centur.3.quæſt.83 nu.15.*

2 Et veniunt proximiores teſtatoris, Paul.de Caſtrenſ. *conſ.159.ſuper primo in princip libr.1.* Præt.*de interpr. vlt.vol.fol.289,nu.20.*

3 Fœminæ etiam veniunt.Gozad.*conſ.79.n.4.*Menoch. *lib.4.præſumpt.88.num.13.* licet contrarium teneat, & malè Mant.*de coniectur.vltimar.vol.libr.8.tit.12.numer.18.*

4 Limitatur quando fideicommiſſum eſt relictum pro conſeruatione bonorum in agnatione, quia fœmina non eſt apta conſeruare familiam & agnationem, *l.pronunciatio,§.familiæ, ff.de verb.ſignific.* fœmina non cenſetur vocata,ita in ſpecie Gozad.*conſ.79.*Ruin.*conſ.24.num.5.& 7.lib.2.*Menoch.*libr.4.præſump.88. numero 17.in fine*,quod tamen erit declarandum ſecundum ea quæ dixi ſupra *quæſt.311.filijs vocatis, an veniant fœminæ? & quæſtione 325.familia vocata, an veniant fœminæ?*

Limitationes aliæ colligendæ erunt ex dictis *dicta quæſt.311.& d.quæſt.352.*

QVÆSTIO CCCLXXIII.

Antiquitatem ſuam,ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum, qui veniant?

ANtiquitatem ſuam ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum cenſetur vocaſſe conſanguineos, *l.cum ſcimus,in fine, C.de agric. & cenſ. lib.11.*& ibi Gloſ.*in verbo, antiquitas.* Franc.*in cap.ſi pater, fol.pen.verſic. 15.de teſtament.in ſexto.* Laurent.de Pallat.*tract.quod ſtant. maſc. fœmin. non ſucced. num.160.* quos refert & ſequitur Præt.*de interpr. vltimarum voluntatum, fol. 288.num.16.*

QVAESTIO CCCLXXIV.

Neceſſarijs vocatis ad fideicommiſſum, qui cenſeantur vocati?

SI neceſſarios teſtator vocauit ad fideicommiſſum, qui veniant? videndus erit Tiraquel.*de retract.lign. §.1.gloſſ.9.num.20.*

QVAESTIO CCCLXXV.

DOmeſticos teſtator ſubſtituit, ſi dubium oriatur, qui cenſeantur vocati? dicendum erit admitti eos, qui ſunt de familia.Bar.*in l.1.in princ.ff.ad Sillan.*Frãc. *in cap.ſi pater,column.55.verſi.17. de teſtam.in 6.*Laurent.de Pallat.*tract.quod ſtant.maſcul.nu.161.* quos refert & ſequitur Præt. *de interpret.vltim. voluntat. fol. 289.num.23.*

QVAESTIO CCCLXXVI.

Familiaribus relicto fideicommiſſum, qui ſuccedere poſſint?

SI teſtator reliquit fideicommiſſum ſuis familiaribus, debetur his,quos teſtator circa ſe, & ſui cultus gratia tenebat continuos commenſales domi ſuæ,*l.alimenta,§.libertis,in fine,ff.de alim. & cib. legat.* Paul.de Caſtr.*conſ.240.præmiſſis allegationibus, n.2.lib.1.* Barbat. *conſil.82.col.3.lib.4.*Ioan.de Seluat.*tract.de benef.par. 3.quæſt.11.numer.22.* Ioan.Stapb. *de grat.& expect. §.circa,num.50.*Gig.*tract.de penſio. quæſt.25.numer.5.* Præt *de interpret.vltim.volunt.fol.290.num.35.*Bero. *quæſt.35.num.3.& 4.*

SVMMARIVM.

1 *Prout de iure venit ſuccedendum facta ſubſtitutione qui dicantur vocati, qui ab inteſtato ſuccederent inſtituto.*
2 *Prout de iure venit ſuccedendum facta ſubſtitutione, attenditur ſucceſſio delata à ſtatutis.*
3 *Succeſſio in fideicommiſſis regulatur à cauſa inteſtati.*
4 *Succeſſio in fideicommiſſis regulatur ſecundum quod ab inteſtato defertur à ſtatutis,non à iure ciuili.*
5 *Teſtator cenſetur potius ſe conformare cum ſtatutis quam cum iure communi.*

QVAESTIO CCCLXXVII.

Prout de iure venit ſuccedendum facta ſubſtitutione, qui admittantur?

TEſtator dixit ſubſtituere,prout de iure venit ſuccedendum,ex hoc cenſetur vocaſſe eos, qui ab inteſtato ſuccederent inſtituto,ſecundũ Cephal.*conſil.739.* vbi tamen hoc declarat non procedere extãtibus coniecturis in contrarium, & ibi refert plures coniecturas. 1

Et an attendatur perſona teſtatoris, vel grauati,vidẽda erunt quæ ſcripſi *quæſt. an in fideicommiſſis attendatur proximitas teſtatoris, vel grauati*, & quod dixi *in conſil.12.circa medium.*

Sed an in ſuccedendo attendatur diſpoſitio iuris ciuilis vel municipalis: teneo ius municipale attendi

perea,

per ea quæ ſcribunt Iaſ. *in l. omnes populi, in ſecunda lectura, nu. 28. ff. de iuſtit. & iur.* Soc. iun. *conſi. 51. nu. 18. & 33. lib. 4.* vbi teſtatur de communi opinione, Alber. Brun. poſt Lancell. Dec. *tract. quod ſtatut. maſcul. art. 5. quæſt. 12.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. libr. 4. tit. 10. nu. 13.* Præt. ſenſit *de interpr. vlt. vol. fol. 203. num. 11.* Carpan. *ſup. ſtat. Mediol. cap. 278. num. 43.*

3 Et generaliter in fideicommiſſis, in quibus ſucceſſio regulatur à cauſa inteſtati, Glo. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 1.* & ibi Doct. Odd. *conſil. 45. nu. 37.* vbi de communi teſtatur Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 20. & ſeqq.* Menoch. *lib. 4. præſump. 94. num. 19.* Et dixi

4 latè *q. 481.* hæc tamen regulatio à cauſa inteſtati erit facienda ſecundum diſpoſitionem iuris municipalis, etiam quod ſit correctorium iuris communis, vt latiſſimè cõprobat Soc. ſen. *d. conſ. 51. lib. 4.* Menoch. *conſil. 822. numer. 17.* & alij omnes: ſic etiam dicitur quod teſtator

5 præſumitur potiùs ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutorum, quam iuris communis, Bart. & alij *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Clar. *in §. teſtamẽtum, quæſt. 76. reg. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. *conſil. 95. numer. 93.* vbi pariter dicit eſſe communem opinionem, Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 6. num. 7.* [Quod ſi vocati ſint venientes ab inteſtato, intelligitur de venientibus ab inteſtato teſtatoris, Menoch. *conſil. 434. dubio quarto*, & eum ſequutus ſum *in conſil. 12. num. 14.*

Sed contra faciunt quæ dixi *quæſt. 484. n. 47.*]

QVÆSTIO CCCLXXVIII.

Naturales ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum, qui veniant?

PLura vidi teſtamenta, in quibus in defectum legitimorum vocauerunt naturales, dubitatio oritur, qui vocati cenſeantur? pro cuius quæſtionis reſolutione videndi erunt Ceph. *conſil. 48. numer. 1. & ſeqq.* Menoch. *conſil. 60. num. 3. 4. conſil. 108. num. 26. conſil. 285. num. 9. 10. & conſi. 461. num. 21.* Peregr. *conſi. 36. nu. 6. verſ. quinimo, lib. 1.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 22.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol. 88. nu. 12. poſt principium*, Petr. *de fideicomm. quæſt. 11. num. 170. & ſeqq.* Alexand. Trent. *de ſubſtit. par. 4. cap. 7. num. 40.* Sura *tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 9. n. 9. vſque ad finem.* Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 16. & ſeqq. & in tract. de iur. fiſc. tit. de natur.*

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ſimul cum maſculis admittitur, quando vocatis filijs, vel aliter nominibus collectiuis, veniũt & fœminæ, declara per totam quæſt.*

2 *Fœmina ſucceſſiuè poſt maſculos dicitur vocata, quando vocatis filijs, vel alijs nominibus collectiuis fœminæ non veniunt, declara num. ſeqq.*

5 *Maſculos, & fœminas eadem oratione vocans, dicitur ſimul eos vocaſſe, declara num. ſeqq.*

7 *Plures copulatiuè ſi ſint vocati, cenſentur in viriles vocati.*

8 *Copulatiuæ natura eſt copulatos pro virili vocare.*

9 *Agnatio per fœminas non conſeruatur.*

10 *Feudum conceſſum pro maſculis & fœminis, non debetur fœminis, niſi ſucceſſiuè poſt maſculos.*

13 *Emphyteuſis conceſſa pro maſculis & fœminis, dicitur prius maſculis, & ſucceſſiuè fœminis conceſſa ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum.*

14 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates valet.*

15 *Argumentum à feudis ad fideicommiſſa valet, declara ibi, & n. 16.*

20 *Verba teſtamentorum mulierum, & perſonarum idiotarum, naturaliter intelliguntur non ſecundum iuris ſubtilitatem.*

21 *Tam maſculos quam fœminas vocans, dicitur ſimul eos vocare, declara n. ſeqq.*

22 *Dictio, tam & quàm, habet naturam copulatiuæ.*

23 *Dictio tam & quàm, facit æqualem comparationẽ inter nominatos.*

25 *Ad feudum, vel emphyteuſim ſi vocentur tam maſculi, quàm fœminæ, cenſentur vocati ſucceſſiuè ſi ex iuris ordine ſucceſſiuè admitti debent.*

26 *Maſculos, vel fœminas, aut fœminas, ſiue fœminas, ſubſtituens, dicitur ſucceſſiuè fœminas poſt maſculos ſubſtituere.*

27 *Alternatiua denotat ſucceſſiuum ordinem ſuccedendi.*

29 *Maſculos vel fœminas vocans præponendo maſculos, fœmina non admittitur, donec maſculi extant.*

30 *Maſculos & fœminas vocans & eorum deſcendentes præponendo maſculos, ſi fideicommiſſum deuenit ad fœminam, & ex illa extent filius, & filia, filius admittetur excluſa ſorore.*

31 *Maſculos & fœminas vocans, præponendo maſculos, maſculus ex fœmina præponendus erit fœminæ proximiori.*

32 *Maſculis & fœminis conceſſo feudo cum prælatione maſculorum, maſculus ex fœmina non præfertur fœminæ proximiori.*

36 *Dictio, ſemper, importat idem quod, omni caſu, & omni tempore.*

38 *Maſculos, & fœminas ſubſtituens cum prælatione maſculorum, ſi fœmina ſucceſſit ob defectum maſculorum, ſi poſtea ſuperuenit maſculus excludit fœminam admiſſam, contra numero 59. & ſeqq.*

40 *Feudo conceſſo maſculis & fœminis cum prælatione maſculorum, ſi eſt admiſſa fœmina, maſculus ſuperueniens eam non excludet.*

41 *Plures inſtituens, & illis ſubſtituens filios maſculos, & maſculis deficientibus fœminas, fœmina ex vno erit excluſa à maſculis alterius lineæ, contra n. 45. amplia nu. 51.*

44 *Emphyteus, vel feudum conceſſa pro maſculis, & deficientibus maſculis pro fœminis, fœminæ deſcendentes, ab vno excludentur à maſculis alterius, contra num. 48. amplia nu. 49.*

46 *Filius præſumitur magis dilectus alio in portione patri relicta.*

50 *In primogenituris non fit tranſitus de linea ad lineam.*

51 *Reciproca inter plures, & eorum filios maſculos, & fœminas cum prælatione maſculorum facta, non cẽſetur facta de linea ad lineam.*

52 *Maſculis extantibus fœminas non ſuccedere dicens, vel quod non extantibus maſculis fœminæ ſuccedant, fœminæ poſt maſculos ordine ſucceſſiuo cenſentur vocatæ, contra numero 54. diſtinguitur numero 58.*

53 *Feudum maſculis non extantibus ſi concedatur pro fœminis, ſi maſculus ſucceſſit & poſtea deficiat fœminæ ſucceſſiuè dicuntur inueſtitæ, contra num. 56.*

59 *Verbum, deficere, non refertur ad eos qui nunquam fuerunt.*

60 *Intellectus cap. 1. §. quin etiam. tit. Epiſc. vel Abb.*

61 *Deſcendentes maſculos in longa ſucceſſione vocãs, et his deficientibus fœminas, & deſcendentes ab eis in*

infinitum, ſi ſucceſſio deuenit ad fœminas, vel deſcendentem ab eis, & hæc moriatur relictis maſculis & fœminis, omnes concurrunt. Declara ibid.

62 *In fideicommiſſis ſucceditur eo ordine quo ab inteſtato ſuccederetur vltimo grauato, & n. ſeq.*

64 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, declara nu. 65. & ſeqq.*

68 *Per collectiuam vocati, dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo.*

69 *Proximitas grauati non grauantis attenditur in fideicommiſſis ordine ſucceſſiuo delatis.*

70 *Maſculus concurrens cum ſorore in ſucceſſione ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, dicitur eſſe in primo gradu, & ſoror in ſecundo.*

71 *Feudum conceſſum pro ſe & deſcendentibus, defertur gradatim ſecundum ordinem inteſtatæ ſucceſſionis reſpectu vltimi defuncti, non attenta perſona primi acquiſitoris.*

QVÆSTIO CCCLXXIX.

Fœminæ quando ſuccedant vna cum maſculis, & quando ſucceſſiuè poſt maſculos, & quando ſint omnino excluſæ?

DIximus ſæpe in præcedentibus quæſtionibus, fœminas ſuccedere vna cum maſculis, & aliquando ſucceſſiuè ſuccedere, aliquando etiam eſſe omnino excluſas, quia tamen hæc tota diſputatio ex iam dictis non eſt plenè reſoluta, ideo vtiliſſimum erit hic omnia dicta reaſſumere, & alia addere; Vnde pro faciliori & pleniori cognitione plures erunt diſtinguendi caſus.

1 Primus caſus eſt, quando teſtator ſimpliciter vocat filios, deſcendentes, agnatos, familiam, & ſimiles, & ſumus in caſibus, quod etiam fœminæ dicuntur vocatæ, & tunc ſimul veniunt, prout dictum fuit ſupra *quæſt. 311. & in multis ſeqq.*

2 Secundus caſus eſt, quando ſimpliciter vocauit prædictos, & ſumus in caſibus quod fœminæ non veniunt, prout dictum fuit *eadem dicta quæſt. 311.* in limitationibus, & tunc fœminæ ſucceſſiuè poſt maſculos dicuntur vocatæ, Soc. ſen. *conſi. 237. num. 6. lib. 2.* Ruin. *conſi. 217. col. antepen. conſ. 140. n. 4. & conſi. 154. n. 3. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 83. n. 18. lib. 2.* Peregr. *conſil. 41. nu. 12. lib. 5. &* dictum fuit ſæpius in diſcurſu *d. q. 311. & q. 352.* an familia vocata veniant fœminæ, & voluit Peregr. *de fideicom. art. 27. nu. 20. & ſeqq.*

3 Contrariam opinionem, quod fœminæ ſemper ſint excluſæ, quando profertur nomen cum aliqua qualitate reſtrictiua, probarunt Bartol. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* Dec. *conſi. 282. col. vlt.* Ruin. *conſ. 168. n. 15. lib. 3.* Hier. Gabr. *conſ. 132. q. 5. lib. 1.* Pereg. *de fideicom. art. 27. num. 20.*

4 Concordantur tamen hæ opiniones ſecundum Hier. Gabr. *loco citato*, quod prima opinio ſuccedat, quando fœminæ à principio ſunt comprehenſæ, ſed non poſſunt ſuccedere, quia extat coniectura, quod præferantur maſculi. Secunda verò opinio locum habeat, quando fœminæ à principio ſunt excluſæ, & hanc diſtinctionem probauit & Peregr. *d. art. 27. num. 20. & ſeqq.* licet ipſe pro clariori cognitione materiæ firmet plures caſus, qui in ſubſtantia ad hos duos rediguntur.

5 Tertius eſt caſus, quando teſtator vocauit maſculos, & fœminas eadem oratione, & tunc fœminæ æqualiter cum maſculis cenſentur vocatæ, Ceph. *conſ. 511. nu. 45.* Pereg. *conſi. 57. n. 5. vſque ad finem lib. 2.* admittunt omnes.

6 Ratio eſt, quia maſculi & fœminæ eadem oratione vocantur, ergo vniformiter & æqualiter ſuccedere debent, reg. *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. ſubſti. & l. quibus, C. de impub. & al. ſubſti.* cum alijs congeſtis à Ceph. *d. conſil. 511. numer. 4.* qui in ſpecie hanc rationem adducit.

Secundò, ob vim copulæ, cuius natura eſt omnes copulatos pro virili vocare, *c. Rainutius, ext. de teſtam. l. ſi duob. ff. de leg. 1. l. vnica, §. his ita, C. de caduc. tollen. l. reos, §. cum in talibus, ff. de duob. reis.* Peregr. *de fideic. art. 17. n. 33.* & in ſpecie noſtra *conſi. 57. n. 10. lib. 1.* hanc rationem adduxit. 7

Limitatur primò hic caſus, quando fideicommiſſum eſt relictum pro conſeruandis bonis in agnatione, nam tunc maſculi ſunt præferendi, cum per illos agnatio conſeruetur, non autẽ per fœminas, quæ in alienas tranſeunt familias, *l. pronunciatio, in fine, ff. de verbor. ſignif. l. 1. §. vlt. ff. de iur. immun.* Gloſ. *in l. peto, §. final. ff. de legat. 1.* & ibi Bal. & Caſtr. Corn. *conſil. 190. col. 2. verſi. & ſic agnatio, lib. 3.* Curt. iun. *conſ. 5. nu. 25. & conſ. 154. n. 13.* Crauet. *conſil. 250. num. 2. & conſ. 306. n. 5.* Rimin. iun. *conſ. 47. n. 22. libr. 1.* Menoch. *conſil. 95. nu. 13. & conſil. 400. nu. 46.* Decian. *conſil. 30. nu. 14. lib. 3.* Honded. *conſ. 75. num. 16.* 8 9

Sic etiam dicimus in feudo, in quo agnatio conſideratur, quod ſi inueſtitura ſit facta pro maſculis, & fœminis, fœminæ ſolum veniunt non extantibus maſculis, argum. tex. *in cap. 1. §. ſi de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. §. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis maſc. & fœmin. inueſt. accept.* Alexand. *in l. quod dicitur, nu. 24. ff. de verb. oblig.* Dec. *conſi. 139. nu. 2. in fin. & nu. ſeq. & conſi. 193. n. 5. verſi. & quando etiam fœminæ,* Curt. iun. *in tract. feud. part. 3. nu. 32. circa prin. verſ. primò, quia in feudis.* [Et vide Peregr. *conſ. 10. per totum lib. 2. conſ. 24. num. 18. verſic. ad ſecundum, & num. 20. eodem conſil. 15. nu. 9. lib. 1. & art. 27. n. 12. & ſeqq.*] 10

Et in ſpecie hanc limitationem probauit Cephal. *conſ. 511. nu. 25. & ſeqq.* qui per prædicta, & alia fundamenta mouetur.

Limitatur ſecundò, quando extat ſtatutum excluſiuũ fœminarum ſtantibus maſculis, nam tunc per prius maſculi cenſentur vocati, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita nu. 1139. ff. ad Trebell.* Didac. *in c. Rainutius, §. 2. nu. 2. ext. de teſtam.* Alexand. *conſil. 9. col. 1. libr. 5.* Socin. ſen. *conſi. 113. lib. 1. conſi. 180. in fin. lib. 2. & conſ. 51. nu. 36. lib. 4.* Ruin. *conſ. 151. n. 8. lib. 2.* Ceph. *conſ. 511. num. 19.* Dec. *conſi. 1. n. 385. lib. 1.* Brun. *tract. quod ſtant. maſcul. fœmin. non ſucced. art. 5. quæſt. 5. col. 1.* Anchar. iun. *libr. 2. quæſt. 65. nu. 10. & 11.* Mant. *de coni. ult. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 10.* Peregr. *de fideicomm. art. 27. n. 34.* & idem ego conſului ſuper fideicommiſſo D. Pauli Rebuffoni, *vt in conſil. 27.* 11

Pro qua ſententia primò facit, quia communis eſt ſententia, quod teſtator in ſuis diſpoſitionibus cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti de ſucceſſoribus. Bar. & alij communiter *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Pereg. *de fideicom. art. 17. num. 4.* & limitatio eſt fundata in hac communi traditione ex ſententia omnium ſupra pro eo citatorum. 12

Secundò, ad idem accedit Doctrina Bartol. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberti, nu. 5. ff. de oper. liber.* vbi in emphyteuſi conceſſa pro ſe, filijs maſculis, & fœminis, datur ordo ſucceſſiuus inter maſculos, & fœminas ſtante huiuſmodi ſtatuto, & fœminę ſolum in defectum maſculorum in ea ſuccedere poſſunt, & Bart. ſecuti ſunt Alexan. *in d. §. cum ita, nu. 9.* vbi refert Imol. & Ancharan. Corn. *conſ. 131. nu. 7. lib. 2.* Iaſ. *in l. 2. nu. 255. C. de iur. emphyt.* Soc. iun. *conſi. 71. num. 11. lib. 1.* qui teſtatur eſſe communem opinionem, quam etiam dicit communem Peregr. *de fideicomm. art. 17. nu. 24.* At qui licet arguere à contractibus 13 14

bus ad vltimas voluntates, *ad leg. quæ de legat ff. de leg. 1. & l. ſeruum filij. §. cum qui chirographū. ff. eod.* & ſæpiſſime Peregr. *in ſuo tract. de fideicom.* arguit ab emphyteuſi & feudo ad fideicommiſſa, & præcipuè valere argumentum à feudis ad fideicommiſſa, quando aliud non reperitur deciſum, ſcribit ipſe Pereg. *d. tract. de fideicom. art. 27. n. 4.* vbi allegat Andr. Iſern. Dec. Soc. ſen. & Corn. addo poſt alios ab eo relatos Menoch. *conſ. 9.*

85 Contrariam ſententiam tenēt alij, volētes maſculos & fœminas ſimul concurrere, non obſtante ſtatuto prędicto, ita Alciat. *reg. 3. præſump. 32.* quem ſequitur Peregrinus *conſil. 17. libro 1.* quod conſilium eſt deciſiuum, & vult, quod ex quo copulatiua vocatio inducit ſimultaneam ſucceſſionem ex propria natura copulæ, vt dictum eſt *n. 7.* non tanti ſit facienda præſumptio pro ſtatuto, vt voluntas teſtatoris ad illud redigatur omiſſa verborum proprietate, allegat Alex. *in d. §. cum ita, n. 11.* Ruin. *conſi. 90. n. 3. & conſ. 159. n. 16. 17. lib. 2.* Alex. Raud. *conſ. 52. n. 23. & 28.* vltra Alc. loco ſupra citato, idēque in ſimili voluit ipſe Peregr. *de fideicō. art. 17. n. 22.* [Pro qua etiam opinione facit authoritas Ruin. Alben. Ruſtic. Menoch. Intrigl. Peregr. & Alex. Raud. quos citaui *quæſt. 437. nu. 69.* qui volunt, quod, ſi poſiti ſint in conditione filij, & filię & extet ſtatutum, quod ſtantib. maſculis fœminæ non ſuccedant, quod ex hoc reſultet coniectura vocantis, ea ratione, quia ab inteſtato filiæ obſtante ſtatuto non poſſint patri ſuccedere, & quod propterea ſuccedant ex teſtamento, cum eis non poſſit dici prouiſum, niſi ex teſtamento, & ſic iſti pro abſoluto ſentiunt, quod ex teſtamento filia concurrat in ſucceſſione cum maſculis.

Horum tamen opinionem reprobraui in hac additione *d. quæſt. 437. n. 20. verſic. in hac.*]

86 Ad doctrinam Bart. *in d. §. ſi libertus reſpondet* Pereg. *d. conſi. 57. n. 12. lib. 1. & in contract. de fideic. art. 17. nu. 24.* quod non rectè arguitur à contractibus ad fideicommiſſa, nam in emphiteuſi, & ſic in contractibus ſtipulatio cenſetur facta pro ſe & hæredibus, & ſit etiam facta pro ſe & filijs, Bar. *in l. ſi tibi. §. ſi pactus ff. de pact. et in l. quod dicitur, colu penult. ff. de verb. obligat.* nimirū ſi filia quæ non eſt hæres patris obſtante ſtatuto excluditur in emphyteuſi per maſculos. At ſecus eſt in fideicommiſſis, quæ relinquuntur ob affectionem erga honoratos *l. nō adiecit, ff. pro ſec.* Alciat. *d. præſump. 32. n. 9.* Placet tamen mihi prior opinio, & quæ & communis eſt, vnde conſulendo, & iudicando ab eo non erit recedendum.

87 Verum prima opinio ſine dubio procederet, quando eſſemus in ſubſtitutione directa vulgari, quæ poteſt videri facta in caſum neceſſitatis iuxta conſilium Galli, ne alioquin præteritione filiarum teſtamentum redderetur nullum. ſi caſus contingeret, quod inſtitutus filius moreretur, & nepos maſculus ſubſtitutus extante nepte, quia ſubſtitutio de filia ſtante ſtatuto ſe habet ad filium, prout nepos ad filium patremque ſuum. Matthæſ. *not. 161. nota quod ſi aſcendens.* Soc. ſen. *d. conſ. 51. n. 23. lib. 4.* & in hoc caſu ſucceſſiuam vocationem non obſtante ſtatuto concedit, & Pereg. *d. conſ. 57. n. 6. lib. 1.* licet in fideicommiſſaria contrarium tenuerit, idem *in tractatu de fideicō. art. 17. n. 4. verſ. item quia inſtituta.*

88 Sublimitatur primò, quando in ſubſtitutione adeſſet clauſula; æquis portionibus &c. quia tunc ſine dubio maſculi & fœminæ ſimul admitterentur, ita Cæſ. Craſſ. *deciſ. 152. n. 8. 9. & deciſ. 154. n. 7. & 13.* ſequitur Alex. Raud. *deciſ. Piſan. 32. nu. 337.*

89 Sublimitatur ſecundò, quando diſpoſitio eſt facta à muliere vel perſona idiota & illiterata: nam tunc non obſtante ſtatuto ſimul cum maſculo fœmina ſuccedet, ita declarat Peregr. *in d. conſil deciſiuo 57. lib. 1. in fine* mouetur, quia verba diſpoſitionis mulieribus vel idiotæ intelliguntur ſecundum naturalem, non ciuilem intel- 20 ligentiam, & reconditas iuris interpretationes Anchar. *conſ. 225. n. 1.* Iaſ. *conſ. 151. col. penult. verſic. confirmatur, lib. 4.* Curt. iun. *conſ. 145. n. 6.* Mant. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5. nu. 7.* & cum Peregr. etiam ego tranſeo, quia verè idiotæ ignorabant has verborum ſubtilitates, nec in eorum diſpoſitionibus penetrant ad has iuris interpretationes.

21 Quartus caſus eſt, quando teſtator vocauit tam maſculos, quam fœminas, & tunc etiam fœmina concurrit cum maſculo, Soc. iun. *conſ. 71. n. 11. lib. 1.* Pereg. *cōſ. 57. nu. 8. & per totum lib. 1.* vbi loquitur etiam ſtante ſtatuto exluſiuo fęminarum, & in fine ibi apparet per tres conformes ſic fuiſſe iudicatum. 22

Et fundamentalis ratio huius caſus eſt, quia dictiones, tam & quā, habent naturam copulatiuæ, *l. vt omn. iud. in rubro, & in nigro, l. vltim. C. de dot. promiſſ. l. cū ſcimus, C. de agric. lib. 11.* Alciat. *conſ. 39. numer. 1. lib. 9.* Dec. *cōſ. 186. col. 1.* Pereg. *de fideicō. art. 13. n. 64. in fin. & d. conſi. 57. n. 8. lib. 1.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 455. num. 89.* Atqui in copulatiua vocatione maſculi, & fęminæ datur concurſus, vt in præcedenti caſu dictum eſt, ergo &c.

23 Præterea dictiones illæ, tam & quam, non tantum vim habent copulatiuæ, ſed etiam faciunt æqualem comparationem inter nominatos. *l. non ſolum, ff. de iniur. l. pro hærede, in princ. de acq. hæredit.* & ibi Bart. & Areti. Albert. *in ſuo dictionario in verbo, tā & quam* Iaſ. *conſ. 143. n. 5. lib. 4.* Signor. de Hōded. *conſ. 207. n. 5.* vbi de cōmuni, Bero. *conſil. 66. n. 36. lib. 2. & quæſt. 120. nu. 11.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 455. nu. 89.* & ita in ſpecie ponderat Pereg. *d. conſil. 57 n. 14. lib. 1.*

24 Ego tamen diſſentio à Peregr. in iſto caſu, dum *in illo conſ. 57. lib....* vult fœminas admitti cum maſculis etiam ſtante ſtatuto, nam contrarium credo verius per dicta *ſupra, n. 11. & ſeqq.* & ſic etiam tenet Ruin. *conſ. 151. n. 9. verſ. ſic ego, lib. 2.* vbi non facit differentiam inter vocationem per copulam, &, & per dictionem, tam & quam, vt patet, quia *nu. 8.* loquitur de vocatione per copulā, &: & *num. 9.* loquitur de vocatione per dictionem, 25 tam, & quam. Confirmatur & ex eodem Pereg. *de fideicomm. art. 13. num. 64.* vbi dicit hanc dictionem, tam, & quam, operari vt coniuncti vocati videantur ſucceſſiuo ordine, iuxta inter eos iuris ordinem, allegat Dn. Signor. Bald. Campeg. Soc. ſen. Iaſ. Io. Baptiſt. Vinc. Dec. & Brun. qui loquuntur in materia feudali emphyteotica ria, & fideicommiſſaria quando tam maſculi, quam fœminæ ſunt vocati. Atqui ex ordine iuris, & ſtatutorum, maſculi ab inteſtato præferuntur fœminis, ergo, &c.

26 Quintus caſus eſt, quando teſtator vocauit per alternatiuam, hoc modo, ſubſtituo maſculos, vel fœminas, vel hoc modo, ſubſtituo maſculos ſiue fœminas, & tūc fœminę non admittuntur, niſi maſculis non extantibus, Ruin. *conſ. 149. n. 13. lib. 2.* Menoch. *conſ. 348. n. 5. & 8.* & ibi Menoch. loquitur in caſu, quando poſiti erant in conditione filij, vel filiæ, ſed erant vocati, & vult in vocatione eſſe attendendam alternatiuam, & in his terminis idem ego tenui *conſ. 27.* Et ratio, quia dictiones 27 alternatiuæ denotant ordinem ſuccedendi, *l. cum pater, § penult. ff. de leg. 1. l. hæredes mei, §. penult. ff. ad Trebel.* Bart. & alij *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* Ruin. *conſ. 49. nu. 13. lib. 2. &* dicam *quæſt. 476.* quando plures ſunt vocati ſimul, an ordine ſucceſſiuo ſint vocati?

Sextus caſus eſt, quando teſtator in vna parte ſubſtitutionis expreſſè vocauit fœminas poſt maſculos, & in 28

Google

alia ſubſtitutione etiam de alijs perſonis facta ſubſtituit maſculos, & fœminas, vt ſupra, nam tunc ob vim dictionis, vt ſupra, fœminæ erunt ſucceſſiuè poſt maſculos vocatæ in ſecunda ſubſtitutione, ſicuti in prima, ita Menoch. *conſil.* 435. vbi tamen alia erunt argumenta pro prælatione maſculi.

29 Septimus caſus eſt, quando teſtator vocauit expreſsè maſculos, vel fœminas, præponendo maſculos, & tunc donec maſculi extabunt illi admittentur, & poſt eos fœminæ, Dec. *conſil.* 40 *numer.* 32. *libr.* 1. Menoch. *conſil.* 359. *num.* 10. & *conſi.* 585. *num.* 35. Peregr. *de fideicom. art.* 27. *nu.* 27.

30 Octauus caſus eſt, quando teſtator vocauit maſculos, & fœminas, & ab eis deſcendentes, præponendo ſemper maſculos, & ob extinctionē maſculorum fideicommiſſum deuenit ad fœminam, ex qua extat maſculus, & fœmina, & tunc etiam maſculus excludit fœminam, vti pro abſoluto hoc habuit Peregr. *de fide. com. art.* 7. *nu.* 1. & *conſi.* 40. *num.* 2. *lib.* 5. & *per totum.*

31 Ampliatur iſte caſus, vt ſi fœmina admiſſa deceſſerit relictis plurib. filiabus, ex altera quarum ſuperſint maſculi, quod iſti maſculi admitterentur excluſis fœminis proximioribus, ita Peregr. *tract. de fideicom. art.* 27. *nu.* 1. & *ſeqq.* & dicit per conformes obtinuiſſe contra Do. Soaciam, qui defendebat iura fœminæ proximioris, & intelligebat prælationem maſculorum ſolum procedere data paritate gradus, motus authoritate, Curt. iun. *in tract. de feud. part.* 3. *quæſt.* 15. Pariſ. *conſil.* 21. *num.* 29. *lib.* 1. Præpoſ. *de feud.* March. *numer.* 10. & Tiraquell. *de iur. primog. q.* 19. *num.* 25.

Sed ampliationem ſenſit Mantic. *de coniect. vltimarum voluntatum*, *libro* 8. *tit.* 18. *ante num.* 5. & clariùs *num.* 11. & *ſeqq.* vbi idem vult, & ſi factus ſit tranſitus ad vlteriores gradus, & videnda eſt facti ſpecies ab eo propoſita.

32 Pro qua ampliatione facit, quod in feudo accepto pro ſe & deſcendentibus maſculis & fœminis, cum prælatione maſculorum, maſculus remotior natus ex fœmina excludit aliam fœminam proximiorem, Bald. *conſil.* 167. *D. Iordanus, lib.* 2. vbi conſuluit contra filiam hæredem patris, pro maſculo nato ex alia filia, Curt. iun. *de feud. par.* 3. *princ. n.* 18. & *conſil.* 140. *col.* 1. Calder. *conſi.* 13.
33 *rubr. de feud.* Pro quo facit etiam, quia feudum acceptū pro ſe, & deſcendentibus maſculis & fœminis, ita tamen quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, nepos ex ſorore excludit amitam. Glo. *in cap.* 1. *in tit. de eo qui ſib. & hæred. ſuis*, & hoc argumento à feudis in ſpecie noſtra vſus eſt Peregr. *d. art.* 27. *nu.* 3. 4. 5.

34 Procederet etiam ampliatio, quando mater maſculi adhuc viueret, nā maſculus tam amitam, quam matrē excluderet, Peregr. *d. art.* 27. *n.* 5. *ad medium*, & *n. ſeqq.*

35 Fortiùs autem maſculus remotior præferretur fœminæ proximiori, quando teſtator vocauit maſculos, & fœminas, præponendo ſemper maſculos fœminis, & hoc
36 quia dictio, ſemper, importat idem quod, omni caſu, & omni tempore, *l. Caio, §. Imperator. ff. de alim. & cibar. legat. l. ſemper, ff. de iur. immu. l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* & ibi Bart. *not. col.* 5. *n.* 21. & Ripa *num.* 107. Boer. *deciſ.* 158. Pariſ. *conſil.* 90. *n.* 28 *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 38. *num.* 23. & *conſil.* 244. *nu.* 22. & 23.

Et in ſpecie ita tenent Paul. de Caſtr. & Cornel. quos refert, & ſequitur Peregr. *d. art.* 27. *nu.* 1. & *ſeqq.* vbi, vt dictum eſt, dixit ita per conformes obtinuiſſe.

37 Nonus eſt caſus, quando teſtator inſtituit filiam, & ſi filios maſculos haberet eos ſubſtituit, quod ſi maſculos non habuerit, ſed fœminas, eas ſubſtituit, prohibuitque alienationem bonorum, volens ea ſubiacere perpetuò fideicommiſſo, ita vt vadant de hærede in hæredem maſculum: & mortua eſt filia, relicta vnica filia, quæ poſtea moritur relicto filio & filia: pro maſculo conſuluerunt tria celeberrima collegia, Patauinum, Bononienſe, & Peruſinum, vnà cum doctiſſimo Mantica, vt apud eum latè *in tract. de coniectur. vltimarum volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *numero primo, vſque ad num.* 11. & vltimo loco Peregr. *vt in eius conſil.* 40. *lib.* 5. Pro fœmina verò conſuluit Clariſſimus Menoch. *vt in conſil.* 315. fundamenta vtriuſque ſententiæ non refero, cum apud eos videri poſſit, ego tamen vt quid ſentio dicam, exiſtimo potiora eſſe iura maſculi.

Decimus caſus eſt, quando teſtator vocauit maſculos, 38
& fœminas, præferendo ſemper maſculos, & fœminæ ſucceſſerunt in fideicommiſſo, & poſtea ex eis ſuperuenit maſculus: hoc caſu maſculus ſuperueniens excludit fœminas iam admiſſas ſecundum And. Iſern. Curt. iun. Laud. Præpoſ. Iacobin. Zaſ. Paul. de Caſtrenſ. Dec. Ruin. Natt. Celſ. Vgo Roman. & Lud. Molin. relatos à Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 27. *nu.* 11. qui vt plurimum loquuntur in feudalibus, & horum aliqui nil concludunt ad caſum.

Contra tamen tenet Pereg. *de fideicom. art.* 27. *num.* 39
11. vbi in ſpecie de fideicommiſſis adducit Paul. de Caſtr. *conſil.* 16. *column. penult. libr.* 1. Alciat. *in l. pronunciatio. §. agnatorum, ff. de verbor. ſignific.* & *in conſilio* 116. *lib.* 9.

Et in materia feudali idem tenuerunt Iacob. de Bel- 40
liſ. Nicol. de Neap. Bald. Aluarot. Curt. iun. Io. Citier. & Clarus, quos refert Peregr. loco citato, teſtādo ſimul de communi opinione, quam etiam dicit communem Socin. iun. *conſil.* 110. *num.* 10. *lib.* 2.

Iſte caſus pendet ex dictis *quæſt.* 3. 18. filijs, vel familia vocatis, an dicatur vocaſſe ſolum extantes teſtamenti tempore, vbi *nu.* 57. & *ſeqq.* hunc articulum latè diſputaui, & dixi tenendam eſſe hanc ſecundam opinionem, & comprobaui.

Vndecimus eſt caſus, quando teſtator tres vel plures 41
inſtituit, & dixit, velle bona deuenire de hærede in hæredem maſculum, & maſculis deficientibus in fœminas, & vnus eorum deceſſit relicta fœmina, an maſculi alterius lineæ eam excludant, & pro maſculis ſcripſerunt Dec. *conſ.* 514. Ruin. *conſ.* 165. *lib.* 3. Leon. *conſi.* 23. & *ſeqq.* cui ſubſcripſerunt Hippol. Rimin. & Præp. [Addo pro hac eadem opinione Crott. *conſ.* 48. Menoch. *conſ.* 348. *nu.* 31. vbi Albam & Ruinum refert Caualc. *deciſ.* 17. vbi refertur deciſio Rot. Romanæ, & *deciſ.* 18. *præcipuè num.* 17. *part.* 3. Rauden. *var. reſol. cap.* 39. *n.* 409. Socin. iun. *conſil.* 69. *lib.* 3. & ibi Leon. & alij *in conſil.* 23. 24. 25. 26.]

Pro qua opinione primò facit regula, quod in ſubſti- 42
tutionibus, ſi ſupereſt aliquis ex ſubſtitutis, qui ſunt in poſterioribus gradibus ſubſtitutionis vocati, non admittuntur, niſi extinctis omnibus primò vocatis, *l. cum in teſtamento, in principio, ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater, §. vlt. ff. de vulgar. & pupill. & ſubſtitut. l. quandiu, la* 3. *ff. de acquir. hæred.* & ſcribit Molin. *libro* 3. *de Hiſpan. primog. c.* 10. *num.* 19. ergo dum extabunt maſculi prius vocati, fœminæ vltimo loco ſubſtitutæ non erunt admittendæ.

Secundò, ad idem facit *l. cum ita, §. in fideicomm. ff. de* 43
leg. 2. vbi Bart. & alij communiter ſcribunt, & in fideicommiſſo relicto fœminæ eſſe admittendos, qui priùs sūt vocati, tanquā magis dilecti, ergo maſculi qui ſunt priùs vocati, ſunt etiam magis dilecti, & per conſequens omnibus fœminis præferendi.

Tertiò in emphyteuſi à patre ſtipulata ſub eadem for- 44
ma pro maſculis, & maſculis deficientibus pro fœminis, quod maſculi vnius colonelli præferantur fœminis alterius colonelli, voluit Florian. & Anchar. *in conſil.* 359. Cornel. *conſil.* 263. *col.* 1. & 2. *libr.* 1. & *conſil.* 24. *lib.* 2.

lib.2. & in feudis idem voluit Ioan. Baptiſt. Vincemela, *inter conſilia feudalia, conſi*. 1. *num*. 118. vbi inquit ſenſiſſe Caſtr. *conſi*. 176. *&* *conſil*. 300. *viſo, col. vlt. libr*. 1. [Alios plures addit Pereg. *conſ*. 16. *nu*. 6. 7. *&* 20. *lib*. 2. qui tamen per *totum conſil*. multipliciter declarat *conſil*. 25. *num*. 9. *lib*. 1. Menoch. *conſil*. 974. vbi de feudo, & allegat decem & nouem Doct.]

45 Sed contrariam ſententiam probarunt alij, ſentientes non induci reciprocam de linea ad lineam, & ſic maſculos vnius lineæ non excludere fœminas alterius lineæ, Paul. de Caſtr. *conſ*. 434. *lib*. 2. Corn. *conſ*. 230. *lib*. 3. Soc. ſen. *conſ*. 227. *lib*. 2. Rol. à Valle *conſ*. 100 *num*. 24. *lib*. 1. Cephal. *conſil*. 17. *num*. 28. *&* *conſil*. 401. Dec. *conſ*. 24. *num*. 10. *lib*. 1. *&* *conſ*. 98. *n*. 13. *lib*. 3. Menoch. *conſ*. 926. *n*. 34. Peregr. *conſ*. 37. *n*. 7. *lib*. 3. *&* *in tract. de fideicom. art*. 27. *nu*. 11. *&* *ſeqq. vſque ad nu*. 16. & alij relati infra *nu*. 51. [Pro eadem ſententia ſtant etiam *deciſ. Pedem*. 23. *nu*. 30. *&* 34. vbi allegatur Menoch. *conſ*. 489. *n*. 7. *&* *conſ*. 633. *n*. 27. *&* *conſ*. 730. *n*. 3. *&* 12. Aldou. *conſil* 94. *num*. 22. qui & alios congerit, Rot. Roman. *deciſ*. 466. *in princ. deciſ*. 491. *nu*. 4. *verſ. præterea, par*. 4. *recent*. *&* *deciſ*. 145. *nu*. 6.]

46 Pro qua opinione adducitur primò, quod in portione, in qua pater vnum honorauit, cenſetur omnem illius poſteritatem honoraſſe, Bald. *in l. cum acutiſſimi, col*. 1. *C. de fideicom*. Paul de Caſtr. *conſ*. 198. *colu*. 1. *lib*. 2. Alex. *conſ*. 204. *nu*. 3. *lib*. 2. Corn. *conſi*. 202. *n*. 5. *lib*. 3. Ruin. ſen. *conſi*. 223. *col*. 4. Soc. ſen. *conſ*. 227. *n*. 10. Dec. *conſil*. 370. *nu*. 4. Curt. ſen. *conſi*. 44. *nu*. 26. Dec. *conſ*. 98. *n*. 12. *lib*. 3. Menoch. *conſ*. 95. *nu*. 17. *&* *lib*. 4. *præſumpt*. 16. *num*. 8. & alibi ſæpe, Peregr. *conſi*. 47. *nu*. 4. 5. *lib*. 3.

47 Secundò, quia prælatio maſculorum poteſt commodè interpretari, vt cuiuslibet lineæ maſculi præferatur: ergo ſufficit dicere agenti pro fideicommiſſo, ſubſtitutio de te non loquitur, vt in ſpecie ita arguit Peregr. *d. art*. 27. *n*. 15. *verſic. denique*.

Alia argumenta pro comprobatione deduci poſſunt ex dictis *quæſt*. 475. an fideicommiſſum reciprocum inducatur de linea ad lineam?

48 Quibus accedant, quod in emphyteuſi, & feudo recepto pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis cum prælatione maſculorum, maſculi vnius lineæ non excludunt fœminas alterius lineæ, *cap*. 1. *de nat. ſucceſſ. feud. cap*. 1. *tit. de duob. fratr*. Bart. *in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. oblig*. & ibi communiter Doct. Fulgoſ. *conſi*. 229. Alex. *conſ*. 119. *col*. 1. *lib*. 5. Ruin. *conſ*. 3. *num*. 9. *lib*. 1. Rimin. ſen. *conſil*. 359. *nume*. 31. Curt. ſen. *conſ*. 44. *nu*. 26. *ad finem*. Corn. *conſ*. 262. *col. penult*. *&* *vlt. lib*. 1. *&* *conſi*. 24. *n*. 16. *lib*. 2. Bero. *conſ*. 111. *lib*. 1. *&* *conſi*. 152. *nu*. 35. *libr*. 2. Dec. *conſ*. 24. *nu*. 60. *lib*. 1. *&* *conſ*. 98. *nu*. 13. *lib*. 3. Pereg. *conſ*. 37. *num*. 7.

49 Quod procedit non tantum, quando à principio feudum eſt conceſſum, vel emphyteuſis duobus, quo caſu quilibet cenſetur ſtipulatus pro ſuis deſcendentibus, vt dicunt præcitati, ſed etiam quando à principio conceſſio facta eſt vni pro ſe & deſcendentibus ſuis maſculis, & fœminis cum prælatione maſculorum, nam donec extant maſculi, vel fœminæ vnius ex deſcendentibus primi inueſtiti, non fit tranſitus ad aliam lineam, *cap*. 1. *de nat. ſucceſſ. feud*. per quem text. ita voluit Socin. ſen. *in l. ſi cognatis, in fin. ff. de reb. dub*. *&* *conſil*. 249. *col*. 12. *in ſexto, & ſeptimo argumentis*, Ruin. *conſil*. 166. *num*. 10. *lib*. 1. *&* *conſil*. 19. *num*. 6. *libr*. 2. Rimin. ſen. *conſil*. 259. *colum*. 3. *dec. Pedem*. 23. *nu*. 34. cum alijs citatis a Pereg. *d. artic*. 27. *num*. 14.

50 Quod etiam deciſum reperitur in maioratibus & primogenituris, vt non fiat tranſitus de linea ad lineam. Tiraquell. *de iure prim*. 9. *quæſt*. 11. *&* 14. Didac. *Pract. quæſt. cap*. 38. *in* 11. *illat*. Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib*. 3. *c*. 4. *num*. 14. & dicam alibi, quando agetur de primogenituris.

Et hac ſecunda opinione retenta non obſtant in contrarium adducta; ad primum enim & ſecundum patet reſponſio ex his, quæ ſcribit Menoch. *conſ*. 926. *n*. 40. *&* *ſeq*. vbi fecerat hæc obiecta.

Ad tertium de emphyteuſi ſtipulata pro maſculis, & fœminis cum prælatione maſculorum, reſpondetur veriorem eſſe opinionem, quod non fit tranſitus ad lineam alterius colonelli, donec extant maſculi, vel fœminæ ex eo, vt dictum eſt ſupra *n*. 48. *&* 49. 51

Ampliatur autem opinio pro fœmina, de qua ſupra *n*. 45. vt procedat etiam quando plures & eorum maſculi, & fœminæ deſcenſiuè, & reciprocè ſunt vocati cum prælatione maſculorum, quia intelligitur, vt donec extât maſculi, aut fœminæ vnius lineæ, non admittentur maſculi alterius lineæ, ſed ſolum maſculi præferantur fœminis eiuſdem lineæ, Peregr. *conſ*. 37. *numer*. 7. *lib*. 3. vbi allegat Cepol. *conſil*. 18. Alexand. *conſil*. 167. *libr*. 5. Iaſ. *conſ*. 143. Dec. *conſ*. 186. Rimin. ſen. *conſ*. 28. *n*. 14. Corn. *conſ*. 230. *col*. 10. *verſic. & licet, lib*. 3. *&* *conſ*. 233. *n*. 10. *lib*. 4. Dec. *conſ*. 127. *nu*. 24. *libr*. 3. & videnda erunt dicta *quæſt*. 475.

Duodecimus eſt caſus, quando teſtator dixit, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, vel quod non extantibus maſculis fœminæ ſuccedant, & tunc ordine 52
ſucceſſiuo fœminæ poſt maſculos admittentur, Peregr. *d. art*. 27. *n*. 24. vbi dicit idem eſſe in feudalibus, allegatq; Ruin. Pariſ. Gozad. Alex. Dec. & Crauet. idem tenet ipſe Pereg. in feudalibus, & emphyteuticis, *artic*. 29. *n*. 18. vbi alios plures addit, & teſtatur bis ita iudicatum, & 53
etiam fuiſſe iudicatum contra Soc. iun. *conſ*. 110. *libr*. 2. *relatum infra n*. 56. & ita etiam ſeruatum pro fœmina in Statu Montisferrati.

Contrariam ſententiam, quando maſculi ſucceſſerũt, 54
& poſtea defecerunt, quod fœmina ſemel per maſculos excluſa, ſit ſemper excluſa, tenuit Menoch. *conſ*. 567. *nu*. 12. *&* 13. vbi allegat Brun. *in conſ*. 92. *lib*. 2.

Pro qua ſententia facit, quia fœminæ fuerunt vocatæ 55
ſub conditione, ſi maſculi non extarent, quod ſi extiterunt, licet poſtea defecerint, euanuit ſubſtitutio, licet illi poſtea ſine liberis ſint mortui, ſufficit enim conditionem ſemel impleri, ad quod facit *l. hæredibus*, *ff. ad Trebell*. *&* *l. ſi quis hæredem, C. de inſtit*. *&* *ſubſtit*. *&* *l. cum vxori, C. quand. dies leg. ced*.

Vlterius in feudalibus fœmina ſemel excluſa propter 56
exiſtentiam maſculorum erit perpetuò excluſa, *c*. 1. §. *qui etiam, tit. Epiſc. vel Abb*. ita poſt multos relatos teſtando de communi opinione ſcribit Curt. iun. *in tract. feud. part*. 3. *q*. 27. ſequuntur Ruin. *conſ*. 16. *num*. 10. *libr*. 1. Pariſ. *conſil*. 2 . *nu*. 15. *lib*. 1. *&* *conſil*. 72. *nu*. 79. *lib*. 4. Socin. iun. *conſ*. 110. *&* 114. *li*. 2. in quibus locis alios addit, & dicit eſſe communem opinionem. Verum contra *conſi*. Socin. iun. 110. fuit iudicatum in Rota Romana teſte Peregr. *art*. 29. *nu*. 18.

Accedat quod ius ſuccedendi, quod fœminæ compe- 57
tebat, fuit ſemel extinctum in eius excluſione, vnde non debet poſtea reuiuiſcere, arg. *l. quires, §. arcam, ff. de ſolut*. cum alijs allegatis ab Afflic. *in cap*. 1. §. *qui etiam, tit. Epiſc. vel Abb*. *&* *ita in feudis* arguit Soc. iun. *d. conſ*. 110. *num*. 7. *lib*. 2.

Ego tamen ſentirem cum Menoch. quando dictum 58
fuit (etſi maſculi non extabunt) nam ſemel exiſtentibus maſculis conditio deficit quod ſufficit. Aliud crederem, quando fuiſſet dictum (etſi deficient maſculi, vel maſculis deficientibus) nam hæc verba ſupponunt maſculos extitiſſe, ſed poſtea defeciſſe; cum verbum deficere non referatur ad eos, qui nunquam fuerunt, Alciat. 59
conſil. 492. *num*. 11. Cephal. *conſi*. 510. *num*. 12. *&* *ſeqq*.

Menoch.*conſ.*106.*num.*342. Vnde tunc dici non poteſt, quod conditio defecerit per exiſtentiam, immo fuit purificata per ſubſequentem deficientiam; ideo non aſſentirem Ruin. *in d. conſ.* 92. *lib.* 2. qui *n.* 13. loquitur in caſu, quando dictum fuit ſi maſculi non extarent, eoſque deficere contingeret, fœminas ſubſtituo; & vult ſemel exiſtentibus maſculis, & poſtea deficientibus fœminas omnino eſſe excluſas. Idem dicerem quando teſtator conſtituit perpetuum & ſucceſſiuum fideicommiſſum, licet dictum eſſet (etſi maſculi non extabunt, &c.) nam voluntas teſtatoris non poſſet impleri, niſi ſucceſſiuè poſt maſculos fœminæ admitterentur; & hoc non habet dubium.

60 Retenta autem opinione Peregr. de qua ſupra *num.* 52. quod fœmina ſuccedere debeat poſt maſculos, non obſtat *cap.* 1. *§. quis etiam, tit. Epiſc. vel Abbat.* cum authoritatibus, de quibus ſupra *nu.* 56. tripliciter enim ad illum tex. reſpondet poſt Soc. ſen. & alios Pereg. *d. art.* 27. *nume.* 24. *vſque ad fin.* & ad authoritates Doctorum ibi allegatorum, patet contrariam ſententiam in praxi eſſe receptam, & eſſe veriorem, & magis receptam, vt colligitur ex authoritatibus adductis *ſupra num.* 13.

61 Decimus tertius caſus eſt, quando teſtator in longa ſerie ſubſtitutionum vocauit maſculos, & deficientibus maſculis ſubſtituit fœminas, & deſcendentes ab eis in infinitum, vel dixit ſubſtituere lineam fœmininam, vel prolem, aut poſteritatem fęminarum, vel ſimilibus verbis vſus eſt: & defecit linea maſculina, & ſucceſſio delata eſt ad fęminas, vel aliquem deſcendentem ex fęminis, qui poſtea moritur relictis maſculis, & fęminis, & contentio oritur inter iſtos, prætendentibus maſculis ſolis ſuccedere, è contra ſororibus dicentibus velle cum eis concurrere, & dubitatur an detur concurſus, vel ſoli maſculi ſuccedant? Hanc quęſtionem habui in facto in grauiſſima cauſa ſuper teſtamento D. Hieronymi Gauardij qui in certa parte bonorum inſtituit tres nepotes ex fratre maſculos, & eorum poſteritatem maſculinam, & per lineam maſculinam deſcendentium in perpetuum; & deficiente poſteritate maſculina, vt ſupra, ſubſtituit eorum poſteritatem fęmininam, euenit caſus, quod defecit poſteritas maſculina nepotum, & ſucceſſit Illuſtriſſimus Co. Leomparaus de poſteritate fœminina, hic autem deceſſit relictis Illuſtriſs. Co. Io. Baptiſta filio maſculo, & Illuſtriſſimis DD. Camilla, & Fuluia filiabus, prima vxore Illuſtriſſimi Co. Rainucij de Suragna Cremonenſis, & ſecunda Illuſtriſs. Co. Lelij Martinenghi Ceſareſchi, & inter iſtos nata eſt contentio, prætendentibus ſororibus concurrere cum fratre, ego iura fratris defendi, vt habetur *in conſil.* 73. & obtinui ex iudicio Illuſtriſſimi D. Michaelis Fuſcareni Prætoris, ex dictis autem *in dicto conſil.* 73. patet reſolutio iſtius caſus, in quo ſic diſtinguendum eſſe cenſeo.

Aut ſumus in caſibus, quod ſorores patri vltimo grauato ab inteſtato ſimul ſuccedunt cum maſculo, & inter eos detur concurſus, quia de iure communi promiſcua eſt ſucceſſio maſculorum, & fęminarum, *l. maximum vitium, C. de liber. præter. & §. 1. in authen. de hæred. ab inteſt. venient.* Et cum fœminas teſtator non excluſerit eis maſculos præponendo, nec nos id dicere debemus, quia ſi teſtator voluiſſet præponere maſculos, dixiſſet, & cum non dixerit cenſetur noluiſſe, *l. vnica, §. ſin autem ad deficientes, C. de caduc. tollen. l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hæred.* & hoc argumento ſæpiſſimè vtuntur Doctores. Accedente, quod mens teſtatoris præſumitur conformis legum diſpoſitioni, Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, col.* 1. & 2. & ibi latè Alexand. Rip. & alij communiter, Bald. *in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 25. *num.* 53. Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 9. *tit.* 6.

Aut verò extat ſtatutum, per quod fœminæ excluduntur à maſculis, & tunc maſculi ſuccedent pariter in fideicommiſſo excluſis fœminis, moueor autem ex pluribus.

Primò, quia vbi teſtator ordinauit ſucceſſiuum, fideicommiſſum, & non conſtituit ordinem ſuccedendi diuerſum à iure communi, vel ſtatuario, præſumitur teſtatorem voluiſſe in fideicommiſſo ſuccedi ſecundum ordinem præſcriptum à iure ciuili, vel municipali in ſucceſſione ab inteſtato, Gloſ. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.* 2. & ibi Doctores, & poſt multos relatos, ita ſcribunt Socin. iun. *conſil.* 26. *numer.* 25. *lib.* 1. Alciat. *conſil.* 96 *numer* 34. Port. Imol. *conſil.* 55. *numer.* 30. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 313. *numer.* 45. Dec. *conſil.* 1. *numero* 340. *& numero* 344. *lib.* 1. *conſ.* 83. *numer.* 53. *libr* 4. *& conſil.* 7. *num.* 71. *& ſeqq. libr.* 5. Menoch. *conſ.* 106. *numer.* 83. *conſil.* 404 *num.* 8. *conſ.* 554. *nume.* 5 *conſ.* 591. *in fine. conſil.* 886. *num.* 8. *conſ.* 1161. *num.* 4. *& lib.* 4. *præſumpt.* 94 *num.* 19. Odd. *conſil.* 45. *num.* 37. vbi dicit eſſe communem opinionem, Peregr. *conſil.* 45. *num.* 25. *verſ. contra tamen, conſil.* 47. *num.* 16. *libr.* 2. *conſ.* 56. *num.* 19. *& ſeqq. & conſil.* 63 *libr.* 5. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 30. *num.* 20. *& ſeqq.* Laurent. *deciſ. Auen.* 37. *num.* 9. Magon. *deciſ. Florent.* 37. *num.* 15. *& deciſ.* 102. *num.* 5. Anton. à Gama *deciſ. Luſit.* 206. *nu.* 25. *& ſeq.* & dixi *quæſt.* 481.

Et ratio eſt, quoniam lex communis, vel vniuerſalis reputatur iuſta, & rationabilis, cum ſit lata pro bono publico, *l.* 1. *&* 2. *ff. de leg. capit. erit autem lex. diſtinct.* 4. propterea teſtatores legi iuſtę, & honeſtæ de facili ſuam voluntatem accommodaſſe præſumuntur, *l. conficiuntur, §. ſi quis cum nullum, ff. de iur. codicillor.* Pereg. *conſil.* 64. *num.* 1. *in fin. & in tract. de fideicom. art.* 21. *num.* 5. *artic.* 20. *num.* 1.

Et in hoc attenditur ordo, qui ſeruaretur in ſucceſſione vltimi defuncti, Corn. *conſ.* 96. *lib.* 1. *& conſ.* 22. *lib.* 2. Rub. Alex. *conſ.* 36. *nu.* 5. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *num.* 49. *& num.* 55. *art.* 30. *num.* 20. *& conſ.* 41. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 5. & eſt de mente omnium. 63

Secundò quia licet ad fideicommiſſum filijs relictam veniant tam maſculi, quàm fœminæ, vt plenè dixi *q.* 311. attamen quando in loco extat ſtatutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis ſoli maſculi admittentur excluſis ſororibus, Bald. *in l. tres fratres*, & ibi Anchar. & Iaſ. *limit.* 6. *ff. de pact.* Ruin. *conſil.* 150. *num.* 4. *libr.* 2. Cranet. *conſ.* 180. *column.* 2. Rimin. iun. *conſil.* 80. *colu.* 2. Cephal. *conſil.* 695. *numer.* 6. Manuel. Alba. *conſ.* 19. vbi teſtatur de communi opinione, Burſat. *conſ.* 36. *num.* 31. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 463. *numero* 11. *conſ.* 836. *num.* 13. *& ſeqq. & lib.* 4. *præſumpt.* 184. *num.* 10. Honded *conſil.* 35. *num.* 25. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 7. *nu.* 50. *& ſeq. libr.* 5. Peregr. *conſil.* 56 *num.* 8. *lib.* 3. *& conſ.* 23. *num.* 10. *lib.* 5. Mant. *de coniectur. vltimar. voluntatum, lib.* 8. *tit.* 7. *nume.* 1. *verſic. ſed adhuc*, Craſſ. qui de communi teſtatur, *in § fideicommiſſum, quæſt.* 12. *num.* 3. Ruſtic. *in l. cum annis, lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 13. *ff. de cond. & demonſtr.* Pedem. *deciſ.* 123. *num.* 2. 3. Caualc. *deciſ.* 14. *num.* 5. *& deciſ.* 16. *num.* 2. *& num.* 8. *part.* 1. *tert. part. princip.* Caroc. *deciſ.* 105. Rota Roman. apud Farinac. *deciſ.* 132. *part.* 4. & alios congeſſi *d. q.* 311. *num.* 42. vbi etiam comprobaui. 64

Et ſufficit in hoc, quod fęmina ſit excluſa à ſucceſſione grauati vltimo defuncti, licet non eſſet excluſa à ſucceſſione grauantis, Corn. *conſ.* 55. *nu.* 7. *libr.* 1. Socin. iun. *conſ.* 51. *nu.* 30. *conſil.* 73. *n.* 13. *& ſeq. conſ.* 249. *n.* 21. *& nu.* 25. *verſic. aliquando & ſecundo*, Ruin. *conſil.* 141. *nu.* 5. *conſ.* 151. *nu.* 7. *& ſeq. & conſ.* 156. *n.* 6. *li.* 2. Rimin. iun. *conſ.* 186. Curt. iun. *conſ.* 125. *col. vlt.* Decian. *conſ.* 12. *n.* 31. *lib.* 1. Pancir. *conſ.* 91. *num.* 7. 8. 14. *& ſeqq.* Peregr. 65

de fidei.

*de fideicom.art.25.num.49.& num.55.conſil.44.nu.13. lib.*1.quos retuli,& ſequutus ſum *d.quæſt.*311.*num.*48. *& quæſt.*102.an filia fœmina faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs? *num.69.*

66 Tertiò accedit,quod ſi teſtator vocat filios,vel deſcẽdentes Titij extranei non agnati, ſuccedunt æqualiter maſculi, & fœminæ nulla habita conſideratione, quod extet ſtatutum excluſiuum fœminarum, quod reſpectu extraneorum locum non habet, ita Anchar. *in d.l.tres fratres,ff.de pact.* Alex.*in l.hæredes mei,§.cum ita,num.*10.*ff.ad Trebell.& in conſil.*15.*libr.*4.Curt.ſen.*conſil.*64.*aliàs* 49.*antiquiſſima,nume.*25.Ruin.*conſil.*141.*numer.*5.*lib.*2.Pariſ.*conſil.*78.*num.*19.*lib.*2.Did.*in c.Rainaldus,ante nu.*3.*extr.de teſt.*Pereg.*de fideicom.art.*25.*num.*49.*conſi.*44.*num.*26.*lib.*1.*& conſ.*41.*nu.*13.*lib.*5. Gallus *de except.ſucceſſ.tit.*4.*except.*27.*numer.*96.*&*

67 *ſeqq.part.*2.Si verò teſtator vocat filios,& deſcendentes alicuius,qui jam ſucceſſit, licet hic ſit extraneus, fœminæ non concurrerent cum maſculis ſtante dicto ſtatuto Ruin.*d.conſil.*141.*n.*5.*lib.*2.*conſil.*158.*num.*9.*& conſil.*174.*lib.*3.Dec.*conſ.*24.*numer.*21.*lib.*2.Pancir.*conſ.*91.*n.*7.*&* 8.Gallus *loco citato,*Peregr.*locis iam relatis,* vbi ſubdit rationem eſſe,quia cum vocantur deſcendentes,vel aliter nomine collectiuo, continente plures per-

68 ſonas diuerſorum graduum, vocatio intelligitur facta ordine ſucceſſiuo,*l.cum ita,§.in fideicommiſſo, de legat.*2.*l.vlt.C.de verb.ſignif.* Peregr.latè *de fideicomm.art.*17.*num.*36.*art.*18.*num.*21.*& ſeqq.*& plenè *art.*19.*nu.*31.*& ſeqq.*ſucceſſiuus verò ordo in fideicommiſſis intelligitur iuxta ordinem ſuccedendi ab inteſtato perſonæ grauatæ vltimo defunctæ, & hunc ordinem ſucceſſionis inteſtatæ teſtator cenſetur reſpexiſſe, vt ſupra *nu.*

69 62.*in primo fundamento.* Præterea in ſucceſſoribus fideicommiſſarijs ſucceſſiuo ordine delatis obſeruatur proximitas reſpectu perſonæ grauatæ, Bart.*in l.re coniuncti,num.*3.*& num* 62.*ff.de leg.*3. Beret.*conſil.*33.*nu.*7. vbi teſtatur de magis communi opinione, Burſat.*conſil.*1.*nu.*18.*& ſequent.lib.*1.*& conſi.*170.*num.*23.*& ſeq. lib.*2.vbi dicit hodie eſſe crebriorem ſententiam Ceph.*conſ.*11.*n.*4.21.*& ſeq.& conſil.*600.*nu.*15.*& ſeqq & nu.*24.dicit eſſe communem opinionem, Dec. *conſ.*25. *libro* 3. vbi teſtatur eſſe magis communem, & eſſe veriorem,& magis communem,dixit, *conſil.*26.*nu.*14.*& ſeq.lib.*2.Menoch.*conſil.*106.*nu.*311.vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam,Odd.*conſil.*39.*num.*29 vbi de magis communi teſtatur, & eſſe veriorem magis communem,nec iudicando,& conſulendo ab ea eſſe recedẽdum,ſcripſit Io.Botta *conſil.*7. Honded.*conſil.* 70.*nu.*2. *lib.*1.Peregr.latè *conſil.*42. *& conſ.*56.*num.*6. *lib.*3. vbi dicit eſſe communem opinionem, & in iudicijs eſſe receptam,& latè *in tract. de fideicomm.art.*20. vbi aſſerit ſecundum hanc opinionem ſæpius fuiſſe iudicatum, quam tenet *& deciſ.*132.*Auenion.*37.*num.*34.vbi dicit eſſe ſaniorem & magis communem opinionem. Magon. *deciſ.Luc.*83.vbi teſtatur,ita per binas fuiſſe iudicatum, Cæſ.Barz.*deciſ.Bonon.*11.*n.*8.vbi dicit hanc opinionem tenuiſſe Rotam Romanam, & in Rota Bononienſi ita fuiſſe iudicatum, Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.*72.vbi apparet eſſe veriorem, & magis communem, & ſecundum eam ſæpius in illa Rota fuiſſe iudicatum, & infinitos congeſſi pro hac ſententia *quæſt.*484. vbi etiam plenè comprobaui.

70 Nec dicatur fœminas in eodem gradu eſſe cum maſculis, nam proximitas, quo ad maſculum & fœminam eiuſdem gradus conſideratur reſpectu ſucceſſionis inteſtatæ, ita vt maſculi ſtante ſtatuto dicantur eſſe in primo gradu,fœminæ in ſecundo, Bald. *in l.fratres quæſt.*8.*ff.de inoff.teſtam.* Aret.*in l.ventre, colu.*4.*ff.de acq. hæred.*Soc.ſen.*in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ſub n.*4.*ff.de lib.& poſth.& conſ.*113.*num.*3.*lib.*1.Paul.Caſtr. *conſ.*164.*col.*6.*lib.*2.Curt.iun.*conſil.*125.*n.*5.Ruin.*cõſ.*120 *n.*11.*lib.*1.*conſ.*117.*n.*8.*& conſ.*151.*n.*14.*&* 15. *lib.*2.Ludou.Molin.*de Hiſpan. primog.lib.*3.*c.*4.*nu.*12. Peregr.*conſ.*41.*n.*25.*conſ.*56.*n.*21.*lib.*5.*& in tract.de fideic.art.*25.*nu.*49.*circa finem,& num.*51.

Quartò accedit,quod feudum cõceſſum pro ſe, & de- 71
ſcendentibus regulatur ſecundum ordinem inteſtatæ ſucceſſionis non attenta perſona primi inueſtiti, ſed prout vnus alteri ſuccedit ab inteſtato, *cap.*1.*de nat.ſucc.feud.* & ibi Doct.Soc.ſen.*in l.ſi cognatis, col.penult. ff.de reb. dub.& conſil.*86.*col.pen.lib.*3. Dec.*conſi.*445.*num.* 19. Soc.iun.*conſ.*126.*n.*27.*lib.*1.*& coſil.*192.*col.vlt.lib.*4. Rolà Valle *conſil.*160.*lib.*1.Pariſ.*conſ.*41.*nu.*15.*lib.*5. ergo idem in fideicommiſſis,cum liceat arguere à *feud. ad fideic.*Soc.ſen.*in l.ſi cognatis,col.penul.ff.de reb.dub.* & dixi *ſupra num.*14.& ſæpius in hoc tractatu hoc argumento vſi ſumus.

Vltimò,pro hac opinione adducebam in terminis Peregr.*conſil.*41.*lib.*5. vbi teſtator vocauit Hieronymum filium & ei ſubſtituit omnes eius deſcendentes in infinitum, & his deficientibus quandocunque ſubſtituit Genebriam filiam & eius filios in infinitum,mortua Genebria relictis maſculo filio,& duabus fœminis,prætendebant fœminæ ſucceſſionem in concurſu cum fratre, & Peregr.ſtante ſtatuto, per quod fœminæ ab inteſtato excludebantur à ſucceſſione Genebriæ matris, conſuluit pro filio maſculo.

Alia etiam eſt ad hoc elegans deciſio eiuſdem Peregr.*in conſil.*44.*libr.*1.vbi plenè conſuluit pro hac parte; & in fine dicit ita fuiſſe iudicatum. [Et ego etiam ſic obtinui ex iudicio Illuſtriſs. D. Michaelis Foſcareni,& ſententia fuit laudata in Excellentiſs. Conſ. de XL.

Decimus quartus caſus eſt, quando teſtator vocauit maſculos cum fœminis, & tunc fœmina concurrit cum maſculo, ob illam dictionem *cum*, ita in feudalibus ſcripſit Peregr.*conſ.*25.*num.*13.*libr.*1.poſt Bald. Iaſ. Dec. Pariſ. & Clar.]

SVMMARIVM.

1 *Electio non eſt data grauato eligendi, quem vult ex deſcendentibus, vel familia ſubſtitutis, ſed proximiores gradatim admittuntur, decl.per totam quæſt.*

2 *In feudis remotior eligi non poteſt, ſed proximiores gradatim ſuccedunt.*

3 *Licentia alienandi ſi data ſit grauato, alienatio poteſt fieri in remotiorem ex vocatis, & ſeqq.*

4 *Alienatio ſi eſt permiſſa inter aliquos ceſſat ordo ſucceſſiuus inter eos,& remotior poteſt eligi.*

5 *Prohibitus alienare extra familiam poteſt vni alienare alijs non requiſitis.*

8 *Vni de familia ſi relinqui debet plures poſſunt eligi, et è contra, declara num. ſeqq.*

9 *Vnus non poteſt eligi, quando teſtator expreſſè iuſſit plures eſſe eligendos, declara nu.ſeq.*

10 *Plures eligi ſi teſtator iuſſit, & vnus tantum extet, vnus poterit eligi, & num.ſeq.*

12 *Plures eligi non poſſunt ſi ex coniecturis colligatur teſtatorem de vno ſolo ſenſiſſe.*

13 *Vnus tantum poteſt eligi ad fideicommiſſum, quando teſtator iuſſit nominandum aſſumere debere nomen & inſignia domus ſuæ.*

14 *Vnus tantum eligi poteſt, quando teſtator dixit bona de vno in alium deuenire.*

15 *Vnus eligi tantum poteſt, quando teſtator ſæpius fecit mentionem de vno eligendo.*

16 *Vnus eligi tantum poteſt, ſi teſtator iuſſit integra bona abſque detractionibus reſtitui.*

17 *Prohibitus alienare, vt bona in familia remaneant, vel conſeruentur, vel ne exeant de familia, vel vt relinquantur in familia, poteſt in remotiorem alienare, declara num. ſeqq.*

18 *Prohibitio alienationis quando operatur ſimplex et abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis, remotior non poteſt eligi, ſed omnes proximiores admittuntur, contra num. 20. & num. ſeq. declar.*

22 *Feudum poteſt alienari ſine conſenſu domini in remotiores comprehenſos in inueſtitura.*

23 *Feudum alienatum in remotiores, auocatur à proximioribus, vel paribus poſt mortem alienantis.*

24 *Proximioribus vocatis ſucceſſio datur ordine ſucceſſiuo, nec remotior poteſt eligi.*

25 *Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, operatur, proximiores admitti excluſis remotioribus.*

26 *Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, impedit repræſentationem, quæ aliàs daretur.*

27 *Clauſula, quod ſuccedatur ſaluo iuris ordine, operatur ne remotior poſſit eligi, ſed proximiores admittuntur.*

28 *Clauſula, quod ſuccedatur ſaluo iuris ordine, excludit repræſentationem.*

29 *Prohibitus alienare extra familiam poteſt in remotiorem alienare.*

QVÆSTIO CCCLXXX.

Vtrum filijs, deſcendentibus, familia, agnatis, vel ſimilibus electio detur grauato relinquendi cui vult?

1 DIximus in præcedentibus ſæpius, in fideicommiſſis proximiorem admitti, & alibi etiam dicemus, nũc autem videndum eſt, an hoc abſolutè verum ſit, an vero etiam aliquando ſubſtitutis filijs deſcendentibus, agnatis, vel familia, grauatus poſſit quem vult eligere? In quo articulo plures caſus diſtinguo.

Primus caſus eſt, quando teſtator grauauit hæredem, ſi moriatur, reſtituere hæreditatem familiæ, vel filijs, aut deſcendentibus Petri, & tunc non poteſt remotior eligi, ſed proximiores gradatim dicuntur vocati, Gloſ. *in l. vnum ex familia, §. 1. in verbo vni, ff. de leg. 2.* & ibi Cuman. Paul. de Caſtr. & alij communiter, Bald. *in l. fin. in 2. not. C. de verb. ſignificat.* & ibi Iaſ. *num. 25.* Paul. de Caſtr. *in l. filiusfamilias, §. cum pater, in fine, ff. de leg. 2.* Comen. *in l. peto, § fratre, in ſecunda lectura, num. 4. de leg. 2.* & ibi Paul. de Caſtr. Iaſ. *in l. 2. n. 111. C. de iure emphyt.* Alciat. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, nume. 3. ff. de leg. 2.* Ferdin. Loarez. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 91. ff. de leg. 1.* Soc. ien. *conſ. 217. n. 9. li. 2.* Dec. *conſil. 218. n. 14. & conſi. 377. n. 7.* Ruin. *conſ. 114. col. 4. & 5. conſil. 117. nu. 26. conſ. 127. col. pen. lib. 2. & conſ. 168. col. 1. li. 3.* Curt. iun. *conſ. 361. n. 13. & conſi. 226. nu. 43.* Soc. iun. *conſ. 126. n. 4. 361. n. 46. libr. 1.* Parii. *conſ. 30. n. 52. conſil. 49. n. 19. lib. 2. & conſ. 72. n. 90.* Alciat. *conſil. 36. nu. 10. & 14. & conſi. 102. in princ. lib. 9. lib. 4.* Berett. *conſ. 75. nu. 11.* Rimin. iun. *conſ. 279. n. 84. & conſil. 535. num. 3.* Dec. *conſ. 78. n. 6. lib. 3.* Menoch. *conſil. 197. n. 32. in primo caſu, conſi. 211. n. 134. & ſeq. conſ. 227. dubio ſecundo, conſ. 327. n. 105. & ſeqq. & conſ. 407. nu. 20. & ſeqq.* Pereg. *conſ. 53. n. 12. lib. 1. conſ. 38. n. 1. conſ. 113. n. 1. lib. 3. conſ. 74. nu. 4. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 14. nu. 7. verſic. at ſecus, & deciſio. 23. num. 14.* Tiraquel. *de retract. conſang. §. 11. gloſſ. 6. nu. 15.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 15.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 22. nu. 20. &* Magon. *deciſ. Florent. 72.*

Probatur iſte caſus *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* vbi primo nominati, deinde qui nominatorũ ſunt magis coniuncti, & poſtea cæteri de familia gradatim: Atqui ſi grauatus potuiſſet eligere, fruſtra daretur à lege hic ordo ſuccedendi.

Secundò ad idem eſt text. *in l. fin. C. de verbor. ſign. ſ. & in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* inducendo, vt per Menoch. *conſil. 277. num. 27.* 2

Tertiò idem eſt diſpoſitum in feudo, vt non poſſit remotior eligi, Bald. *in cap. 1. tit. de vaſal. qui contr. conſtitut. Lothar. & conſ. 38. D. Thomas, libro 1.* Iacob. *de feud. in verb. & vnus, num. 22.* Ruin. *conſ. 8. per totum lib. 1.* Ceph. *conſi. 27. num. 31.* Tiraquell. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 7. in princ.* Siluan. *conſ. 15.* latè cum alijs adductis per Menoc. *conſ. 277. num. 32. & ſeq.* vt in ſpecie vtitur hoc argumento, & dicit licitum eſſe argumentum à feudo ad fideicommiſſum.

Secundus caſus eſt, quando teſtator conſtituit fideicommiſſum ſucceſſiuum inter deſcendentes, vel illos de familia, ſiue ſit reſtitutorium, ſiue per prohibitionem alienationis in caſu mortis, ſed tamen dedit licentiam grauatis alienandi inter deſcendentes, vel familiam, vel in caſum neceſſitatis, expreſsè vel tacitè, & tunc poteſt quilibet per grauatum eligi etiam remotiorem, ita ſcribunt Socin. ien. *conſil. 227. colum. 5.* Dec. *conſil. 377. nu. 7.* Ruin. *conſil. 114. num. 9. & conſil. 116. nu. 12. & ſeq. lib. 2.* Menoch. *conſ. 277. num. 24. & conſi. 356. num. 6. verſ. quartò accedit:* & ſenſit Magon. *deciſ. Florent. 72.* & idem Menoch. *conſil. 197. num. 32.* ſenſit Petra *de fideicom. quæſt. 5. num. 117. & ſeq.* Pereg. *deciſ. 23. nu. 14.* Surd. *conſil. 24. n. 2. & deciſ. 238. nu. 13. 14.* Oddus *conſ. 48. n. 26.* Bardellon. *conſ. 66. n. 24.* Et in vna de Portulacis Brixienſi idē tenuerunt Menoch. *conſ. 327.* Dec. *conſ. 27. lib. 3.* & in eadem ego etiam idem ſcripſi *conſ. 1. nu. 24.* Et quando teſtator dedit facultatem diſponēdi inter filios, vel alios, quod grauatus poſſit relinquere cui vult, Surdus *conſ. 20. lib. 1.* vbi latè. 3

Ratio eſt, quia vbicunque permiſſa eſt alienatio inter aliquos, non datur ordo ſucceſſiuus, ſed poteſt alienatio fieri in remotiorem, vt dicitur *in l. voluntas, C. de fideicommiſſ.* & ibi Bartol. & alij, *& in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. & in l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 1.* & ita ſpecie dicit Ruin. *d. conſil. 116. numer. 13. libr. 2.* 4

Secundò probatur, quia prohibitis alienare extra familiam, poteſt vni de familia alienare alijs non requiſitis, *l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 3.* vbi dicitur, quod quandiu res eſt in familia, non poteſt peti per illum, qui vocatur per fideicommiſſum in caſum alienationis factæ extra familiam, *d. l. voluntas, C. de fideicom.* & ibi Bart. 5

Tertiò, inutilis eſſet licentia alienandi, ſi relinquendum eſſet, prout diſponitur in fideicommiſſo, *contra l. ſi quando, ff. de leg. 3.* & ſenſit Ruin. *d. conſil. 114. num. 9. lib. 2.*

Non obſtat, quod licentia alienandi inter deſcendentes, & familiam, ſubſtitutos regulari debeat ſecundum ordinem fideicommiſſi, ita vt fieri poſſit alienatio eo ordine inter eos, quo & ad fideicommiſſum vocantur, & ſic ſeruato gradu proximitatis, prout ex iuris diſpoſitione eſt diſpoſitum, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. & l. peto, § fratre, ff. eodem,* tantò magis, quia ſi permiſſa eſſet alienatio aliter quàm ſucceſſio datur in fideicommiſſo, ſequeretur de facili abſurdum, quod ſubſtitutio facta ordine ſucceſſiuo redderetur eluſoria. 6

Reſpondetur enim cum acutiſſimo Ruino *d. conſil. 114. num. 9. & conſi. 116. num. 12. lib. 2.* quod conceſſio alienationis eſt facta in fauorem prohibiti, & grauati, & ideo non debet regulari ſecundum ordinem fideicom- 7

miſſi

miſſi facti ad beneficium ſubſtitutorum deſcendentium vel familiæ, ex illa enim facultate alienandi conceſſa grauatus conſequitur licentiam diſponendi de re ſua, quod eſt ei fauorabile, ideo facere poteſt alienationem in vnum de familia, etiam alijs non requiſitis, *l. filiusfamilias, §. cum pater, & l. pater, §. 15. ff. de legat. 3. l. voluntas, C. de fideicomm.*

8 Sed an per licentiam alienandi ſit derogatum fideicommiſſo præcedenti, dicam *quæſt.* 725.

Tertius caſus eſt, quando teſtator dixit, quod vni de familia relinquatur, & tunc poteſt electio fieri per grauatum etiam de pluribus, licet in numero plurali ſit relictum fideicommiſſum, & è contra in plurali numero, quibus voles de familia relicto fideicommiſſo, poteſt vnus eligi, *l. cum pater, §. rogo ff. de leg. 2. l. vnum ex familia §. itaque, & §. rogo, & §. ſi duos, ff. eod.* & ibi Gloſ. Bart. Paul. Caſtr. *n.* 1. Imol. *col. 1. verſic. item nota*, Pallid. *nu.* 4. 5. & alij communiter, Bald. *in d. l. vnum ex familia, §. ſed & ſi feud. ff. de leg. 2.* & ibi Cuman. Peralt. *nu.* 4. & alij communiter, Roman. *ſing.* 454. Crott. *conſi.* 48. *nu.* 12. *& ſeq. lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 72. *n.* 11. *& ſeq. lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſi.* 132. *quæſt.* 11 *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 110. *n.* 3. *& n.* 12. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 277. *dub.* 2. *& cõſ.* 1107. *num.* 12. *& ſeq. de interpret. vlt. volunt. fol.* 329. *num.* 71. Alex. Raud *deciſ.* 22. *num.* 17. *& ſeqq.*

9 Limitatur primò, quando teſtator expreſsè dixiſſet duos vel plures eligendos eſſe, quia vnus non poſſet eligi, Bart. *in l. prima, ff. de optio. legat.* Alex. *in l. Gallus, §. quod ſi is, nu. 2. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Iaſ. *num.* 12. idem Alex. *in l. in quartam, §. fin. n. 2. ff. de leg. 1.* Padill. *in l. vnum ex familia, §. ſi duos, ff. de legat. 2.*

10 Sublimitatur, quando non reperiantur tot quot teſtator iuſſit eligi, quia ſufficit eligere extantes, Bald. *in l. 1. ff. de leg. 2.* & ibi Angel. de Perig. *col. 4. in fin.* Padill. *in l. vnum ex familia, §. ſi duos, n. 6. ff. de leg. 2.* Ceph. *conſil.* 656. *num.* 73.

11 Limitatur ſecundò, ſi fideicommiſſum ſit relictum pluribus, vel vni ex eis, quia vni debetur deficientibus pluribus, Ceph. *conſ.* 656. *nu.* 33. & videndus erit Hier. Gabr. *conſ.* 132. *quæſt.* 2. *n.* 10. *lib.* 1.

12 Limitatur tertiò vbicunque ex verbis, vel ex coniecturis appareret teſtatorem ſenſiſſe de vno ſolo, quia vnus non plures poſſent eligi, ſecundum Pręt. & alios *locis infra citatis*, Bart. *in d. §. ſi duos*, & ibi Bald. Imol. & Caſtr. Peral. *in d. l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundum, ff. de leg. 2.* Menoch. *conſ.* 1107. *nu.* 15.

13 Prima eſſet coniectura, quod teſtator de vno ſolo ſenſerit, quando iuſſiſſet eligendum teneri aſſumere nomen & inſignia ſuæ familiæ, veriſimile enim eſt, quod tunc de vnico ſenſerit, *l. cum qui calendis, verſic ſin autem, ff. de verb. oblig. l. bones, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſign. l. hæc conditio, l. prima, ff. de condit. & demonſtr.* Guid. Pap. *q.* 467. Præt. *de interpret. vltimar. voluntat. fol.* 329. *num.* 74. *ante fin.*

14 Secunda coniectura, quod vnius tantum eligatur eſt, quando teſtator dixit bona de vno in alium deuenire, ſecundum Peralt & Menoch. *locis citatis.*

15 Tertia eſt coniectura, quando teſtator bis, vel pluries fecit mentionem de vno eligendo, quia ex generatione colligitur enixa voluntas teſtatoris, *iuxta regulam l. Baliſta, ff. ad Trebell.* & in ſpecie ſic ſcribit Menoch. *d. conſ.* 1107. *num.* 17.

16 Quarta eſt coniectura, quando teſtator iuſſit integra bona reſtitui detractionibus legitimæ, & Trebellianicæ prohibitis, quia tunc cenſetur voluiſſe vnum tantum eligi, ſecundùm Menoch. *d. conſ.* 1107. *numer* 17. *verſ. & accedit.*

17 Quartus eſt caſus, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, vt in familia remaneant, vel vt bona conſeruentur in agnatione, vel in deſcendentibus, vel vt relinquantur in familia, vel ne exeant familiam, & tunc poteſt in quemlibet de familia fieri alienatio, vel etiam relinqui, & ſi eſſet remotior: & hanc opinionem in his terminis probarunt Caſtr. *in l. filiusfam. §. cum pater, ff. de leg. 1.* [illegible] *in l. 2. nu.* 211. *C. de iur. emphyt.* Ruin. *conſil.* 119. *n.* 6. *conſ.* 117. *nu.* 26. *& conſ.* 124. *nu.* 6. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 16. *n.* 1. Dec. *conſ.* 27. *n.* 21. *verſic. quarta concluſio, lib.* 3. Menoc. *conſ.* 197. *n.* 32. *verſ. tertius caſus, cõſ.* 211. *n.* 133. *conſ.* 277. *dubio ſecundo cõſ.* 327. *n.* 105. *conſ.* 497. *n.* 20. *& ſeqq. & conſ.* 1154. *n.* 9. Honded. *conſ.* 78. *n.* 34. *lib.* 1. vbi alios adducit Surd. *conſil.* 29. *n.* 7. *conſil.* 96. *nu.* 24. *lib.* 1. vbi poſt multos relatos dicit hoc verum, licet eſſet inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſum mortis, & ibi damnat opinionem Ruin. diſſentientis, ſed poſtea *n.* 26. *verſ. reſpondetur*, videtur etiam ſentire, quod licet poſſit fieri alienatio in remotiorem, quod tamen ſequuta morte proximior admittetur, & poſſe quemlibet eligi tenuit idem Surd. *conſ.* 247. *nu.* 14. *& ſeqq. lib.* 2. Honded. *conſ.* 42. *n.* 35. *lib.* 2. Peregr. *conſi.* 53. *n.* 12. *lib.* 1. *conſ.* 30. *n.* 23. *conſ.* 38. *lib.* 3. *conſ.* 74. *n.* 1. *et ſeq. lib.* 5. *& deciſ.* 23. *nu.* 14. *& in tractatu de fideic. art.* 14. *n.* 7. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 15. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 22. *nu.* 17. *& ſeq.* hanc tenent in verbo, relinquat, non in verbo, remaneat.

Probatur iſta opinio *in l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 1. in l. vnum ex familia, in princ. in §. 1. & in §. ſed & ſi fundum, ff. de leg. 2 in l. peto, §. fratre, ff. eod. in l. pater filium, §. 15. ff. de legat. 3. in l. voluntas, C. de fideicommiſſ. in §. non igitur, in auth. de reſtit. fideicommiſſ. & in l. ſi is, qui cum plures, ff. de leg. 3.* quæ omnia iura induxit Menoch. *conſi.* 277. *dubio ſecundo, & conſ.* 327. *n.* 97. *& ſeqq.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando ſolum inductum eſt fideicommiſſum in caſum alienationis, nam quando eſſet inductum etiam fideicommiſſum ſimplex & abſolutum in caſum mortis, proximior eſſet admittendus, nec data eſſet electio prohibito alienandi, & relinquẽdi remotiori ad excluſionem proximiorum, Ruinus *conſil.* 101. *num.* 14. *& ſeqq. conſ.* 114. *col.* 4. 5. *conſil.* 117. *n.* 26. *& conſ.* 167. *n.* 13. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 46. *col. vlt. conſ.* 114. *n.* 10. *conſ.* 161. *nu.* 13. *conſi.* 145 *col.* 3. *& conſ.* 264. *n.* 17. Siluan. *conſ.* 6. *ante n.* 13. Natta *conſ.* 110. *nu.* 11. *& conſi.* 111. *num.* 1. Alciat. *conſ.* 36. *nu.* 9. *&* 14. *lib.* 2. Riminald. iun. *conſ.* 279. *n.* 84. *& conſ.* 535. *n.* 3. Berett. *conſ.* 75. *nu.* 11. Dec. *conſ.* 78. *num.* 9. *lib.* 3. Hieronymus Gabr. *conſil.* 123. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 317. *nu.* 105. Peregr. *conſil.* 74. *per totum, libr.* 5. vbi teſtatur de communi opinione *conſ.* 113. *n.* 6. *lib.* 3. *& in tract. de fideic. art.* 14. *num.* 7. *conſ.* 30. *num.* 24 *libr.* 3. *& deciſ.* 23. *num.* 14. Surd. *conſ.* 247. *num.* 8. *& conſi.* 415. *nu.* 22. *& deciſ.* 238. *num.* 13. Mant. *de coniectur. vltimar. voluntatum, lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 15. Petra *de fideicom qu.* 5. *n.* 137. *& qu.* 7. *num.* 32. Bardell. *conſ.* 64. *num.* 24. & ego dixi in vna de Portulacis, *vt in conſil.* 1. 18

Ratio eſt, quia quando fideicõmiſſum in caſum mortis eſt conſtitutum inter plures nomine collectiuo vocatos, cenſetur inductum ordine ſucceſſiuo, & gradatim cenſentur vocati, nec permiſſum eſt grauato ordinem hunc ſuccedendi peruertere relinquendo remotiori, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. cum alijs adductis in primo caſu*, & hanc rationem adduxit Peregr. *d. conſ.* 74. *num.* 4. *lib.* 5. *& eſt veriſſima ratio.* 19

Contrariam ſententiam probarunt Crott. *conſil.* 48. *nu.* 10. 11. & Surd. qui alios allegat *conſ.* 96. *num.* 24. & alios adduxit Peregr. *d. conſ.* 74. *num.* 6. iſti enim volunt etiam in prohibitione producere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſum mortis licere prohibitio alienare in remotiorem de familia, & Crott. adducit 20

l.peto,§.fratre,ff.de leg.2. & facit etiam *l.pater filium,§.filium,ff.de leg.2.*

Sed ipſe Peregr. *d.conſil.74.nu.6.* reſpondet ad dicta iura, & tollit etiam authoritates in contrarium adductas, apud quem videri poterit, cum tractatus iſte tam mare magnum quæſtionum contineat, vt non omnia, immo potiùs pauca poſſint diſcuti.

21 Verum declaratio iſta poteſt accipi cum temperamẽto, vt ſcilicet poſſit in remotiorem alienari durante vita alienantis, eo autem mortuo proximior ſuccedat, & auocet bona ab eo, in quem fuerunt alienata, & ita voluit Surd. *d.conſil.96.nume.26.* & ſenſit Peregr. *d.conſil.74.num.5.lib.5.* & *conſ.113.nu.46.lib.3.* vbi allegat Ruin. *conſ.101.nu.14.15.lib....* Siluan. *conſil.15.* Alciat. *conſ.36.num.13.lib.5.*

22 Sic enim, & in feudis conceditur, in quibus licet valeat alienatio ſine conſenſu domini inter comprehenſos in inueſtitura licet remotiores *capit.1.de alienat. feud. pat.* & ibi afflict. Bald. *in l.qui Romæ,§.duo fratres,quæſ.12.ff.de verb.oblig.* & ibi Ripa *num.83.* Clar. *in §.feud.quæſt.42.* Ruin. *conſ.8.lib.1.* Ceph. poſt alios *conſil.27.nu.8.14.15.* Attamen proximior mortuo alienante reuocat bona à remotiore cui fuerunt alienata, *ca.1.§.Titius filios,in tit.de feud.* Bald. *in cap.1.§.hoc quoque in 7. concluſ.de ſucceſſ.feud.* & *conſ.38.D.Thom.lib.1.* Dec. *conſ.441.ſub n.22.verſic.venio ad ſecundum,* latè Ruin. *conſ.8.libro 1.* Siluan. *conſ.15.per totum,* Ceph. *conſi.27.n.8.* & *ſeqq.* & *conſil.29.num.21.* Bertaz. *conſ.89.n.26.* & *conſi.90.col.penult.* Iacob. Tomin. *deciſ.43.* Peregr. *conſ.113.num.4.ad finem lib.3.*

24 Declaratur ſecundò hic caſus, vt non procedat, quando de proximioribus facta eſſet mentio, nam qui proximior eſt admitti debet, nec remotior poſſet eligi, ad ſcripta per Socin. ſen. *d.conſil.227.col.6.* Ruin. *conſi.101.nu.15.* & *conſi.114.n.9.lib.2.* Pariſ. *conſi.90.n.36.* & *ſeqq.lib.3.* Menoch. *conſil.327.nu.105.* Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.2.tit.12.nu.15.* Petra *de fideicom.qu.11.n.110.*

25 Declaratur tertiò vt non procedat, quando in diſpoſitione adeſſet clauſula, ſalua gradus prærogatiua, quia tunc proximiores gradu admittuntur excluſis remotioribus, vt in ſpecie ſcribit Menoch. *conſi.277.nu.34.* motus, quia etiam quando agitur de materia repræſentatio-

26 nis, & daretur repræſentatio, non tamen daretur quando teſtator voluit ſuccedi ſalua gradus prærogatiua, vt ſcribunt Paul. de Caſtr. & alij communiter *in authen.defuncto,per illum text.C.ad Tertull.* Curt. iun. *in l.2.nu.13.C.de ſucceſſ.edict.* & *in conſil.154.num.9.* Dec. *conſil.1.num.6.* Gozad. *conſ.4.num.36.* Pariſ. *conſil.30.nu.58.conſi.37.num.57.* & *conſi.40.num.18.lib.2.* Soc. ſen. *conſil.20.in fin.libro 3.* Grauet. *conſil.66.num.5.* de quo articulo latius dixi *quæſt.485.in ſecundo caſu, in 1.coniectura.*

27 Declaratur quartò non habere locum, quãdo dictum eſſet familiam, vel deſcendentes ſuccedere debere ſaluo iuris ordine, quia proximior admittitur, etſi ſunt plures in eodem gradu omnes concurrunt, Bald. *in l.vlt.in ſecundo not.C.de verb.ſignif.* & ibi Iaſ. *num.25.* Dec. *conſi.79.numer.2.* Alciat. *conſil.774.* Did. *Pract. Quæſt.cap.vltim.numer.6.verſic.octauo,* Menoch. *conſi.277.numer.36.*

28 Ad quod facit, quod repræſentatio, quæ aliàs locum haberet, cenſetur excluſa per hanc clauſulam, vt ſcribunt Corn. *conſi.101.n.7.lib.4.* Iaſ. *conſ.159.lib.4.* Dec. *conſ.79.num.1.* Menoc. *conſil.124.n.37.* & *lib.4.præſumpt.95.nu.19.* Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.9.num.9.* Peregr. *de fideicommiſſ.art.31.num.11.*

29 Quintus eſt caſus, quando teſtator ſimpliciter prohibuit bona alienari extra familiam, vel extra deſcendentes, vel prohibeo, quod bona non exeant extra familiam, nec aliud addidit, & tunc remotior poterit eligi per prohibitum, Cumã. *in l.peto,§.fratre,ff.de leg.2.* & ibi Paul. de Caſtr. & alij communiter, Doct. *in l.filiusfamilias,§.Diui,ff.de leg.1.* vbi præcipuè Ferdin. Loarez. *num.105.* & *172.* Old. *conſil.94.per totum,* Bald. *conſil.498.factum ſuper quo,in fin.lib.1.* Cuman. *conſ.113.colum.2.* Paul. de Caſtr. *conſ.32.in fin.lib.1.* Soc. ſen. *d.conſi.227.num.6.lib.2.* Ruin. *conſil.101.nu.14.* & *ſeq.lib.2.* Pariſ. *conſ.2.n.38.* & *ſeq.lib.1.conſil.44.nu.18.* & *ſeq.conſil.72.nu.12.* & *conſil.91.nu.17.* & *ſeq.libr.2.* Dec. in vna Brixienſi de Portulacis, *conſil.27.num.20.verſ.quarta concluſio,lib.3.* in eadem cauſa Menoch. *conſil.317.nu.104.* Surd. *conſil.247.nu.14.lib.2.* Peregr. *conſ.74.num.12.lib.5.* Et in ſubſtantia iſte caſus nil differt à præcedenti, quando ſumus in terminis, quod per prohibitionem alienationis non eſt inductum ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis. Probaturque iſte caſus per omnia illa iura, quæ fuerunt adducta pro comprobatione præcedentis.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes, vel liberi, ſi ſint vocati ad fideicommiſſum omnes vſque in infinitum admittuntur.*

2 *Succeſſio deſcendentium nullis gradibus terminatur.*

3 *Hæredibus vocatis ad fideicommiſſum intelligitur de quibuſcunque hæredibus vſque in infinitum.*

4 *Fideicommiſſum relictum deſcendentibus finitur centum annis, contra num.1.*

5 *Familia, agnatis, vel cognatis vocatis ad fideicommiſſum finitur illud intra decimum gradum, declara numeris ſequentibus.*

6 *Fideicommiſſa regulantur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato.*

7 *Fideicommiſſum familiæ relictum non finit in decimo gradu, ſi talis fuit voluntas teſtatoris, vt quia vocaſſet familiam, vel agnatos cuiuſcunque gradus.*

8 *Fideicommiſſum familiæ vel agnatis relictũ erit perpetuum, quando teſtator dixit ſubſtituere familiam vel agnatis in perpetuum, contra nu.9.*

10 *Fideicommiſſum familiæ, vel agnatis relictum extenditur vltra decimum gradum, quando teſtator ſciebat non potuiſſe verificari in decimo gradu.*

11 *In primogenituris familiæ, vel agnatis relictis datur ſucceſſio vltra decimum gradum, declara ibid.*

13 *Graduum computatio fit ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis.*

14 *Gradus decimus limitatus in fideicommiſſo familiæ, vel agnatis relicto, computatur incipiendo à teſtatore contra quod incipiat à grauato nu.15.* & *concord.num.16.*

17 *Prohibitio alienationis vt bona perpetuò maneant in deſcendentibus, vel liberis excedit quartam generationem, & eſt perpetua, contra num.18.*

19 *Familiæ appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum.*

20 *Prohibitio alienationis vt bona maneant in deſcendentibus excedit quartum gradum, & eſt perpetua licet non adſint verba perpetuitatis, contra numero 21.*

22 *Prohibitio alienationis, vt bona tranſeant de hærede in hæredem, vel de deſcendente in deſcendentem eſt perpetua.*

23 *Prohibitio alienationis vt bona perpetuò maneant in familia vel agnatione non excedit quartum gradum, contra num.25.declara num.ſeq.*

24 *Lex ſcripta quamuis dura, ſeruanda eſt.*

26 *A proprietate verborum non eſt recedendum, ampl-*

plia

plia etiam in odioſis, numero 27.

28 *Prohibitio alienationis, vt bona perpetuò maneant in familia, vel agnatione erit perpetua, & excedet quartam generationem, ſi ita teſtator voluit.*

29 *Prohibitio alienationis vt bona remaneant in familia excedet quartam generationem, ſi in quarta nõ poterat verificari.*

30 *Prohibitio alienationis excedet quartam generationem, quando teſtator reſpexit ad alios de alia linea, & eadem familia qui erant vltra quartam generationem.*

31 *Prohibitio alienationis excedet quartum gradum, ſi poſt eam facta eſt ſubſtitutio de agnato, vt bona perpetuò maneant in familia, vel agnatione.*

33 *Auth. de reſtitut. fideicomm. non eſt ſeruata in Sereniß. Dom. Veneto, declara ibi.*

34 *Prohibitio alienationis, quæ non excedit quartum gradum, intelligitur de gradu poſt perſonam teſtatoris, contra numero 35. quod poſt perſonam primi prohibiti.*

QVÆSTIO CCCLXXXI.

Collectiuo nomine vocati intra quem gradum debeant eſſe ad hoc, vt admittantur ad fideicommiſſum?

DVbitatio inſurgit quando teſtator ad fideicommiſſum vocauit deſcendẽtes, liberos, familiam, agnatos, vel alios nomine collectiuo, intra quem gradum debeat eſſe ad hoc vt admitti valeant, nec dicatur fideicommiſſum finitum, in quo articulo plures ſunt caſus diſtinguendi.

1 Primus eſt, quando agitur de fideicommiſſo ſimplici & reſtitutorio cauſato ex ſubſtitutione, non autem per prohibitionem alienationis, & ad illud vocati ſunt deſcendentes, vel liberi, vel poſteri, & hoc caſu omnes vſq; in infinitum ſunt admittẽdi, maximè ſi adſint verba perpetuitatis, Iacob. de Beluiſ. *in auth. de reſtit. fideic.* & ibi Bart. & Angel. Grat. *conſil.* 133 *nu.* 11. *libr.* 2. Curt. ſen. *conſ.* 43. *nu.* 36. *verſ. ad tertium*, Ruin. *conſi.* 124. *num.* 2. *lib.* ... Nat. *conſ.* 531. *nu.* 24. Rol. à Valle *conſi.* 70. *nu.* 11. *& ſeq. lib.* 3. Berett. *conſ.* 39. *col.* 5. & 8. Pereg. *conſ.* 46. *nu.* 10 *lib.* 2. *& in tract. de fideicom. art.* 30. *nu.* 2. *& ſeq.* Did. *lib.* 3. *var. reſolut. c.* 5. Marzar. *in epit. de fideicom. part.* 2. *quæſt.* 14. Petr. *de fideicom. quæſt.* 8. *nu.* 32. *& ſeq. & num.* 510. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 368. *dubio vltimo, ſolut.* 21. *circa medium.* Fachin. *libr.* 4. *controu. iur. c.* 100. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *nu.* 30. *& ſeq. par.* 2. Ruſtic. *in l. cum auus, libr.* 6. *cap.* 11. *nu.* 21. *ff. de condit. & demonſtr.*

2 Mouentur quia in fideicommiſſis ſuccedi tur, prout ab inteſtato ſuccederetur, vt millies dixi, præcipuè, *qu.* 481. *& infra h. c quæſt. nu.* 6. ergo ſucceſſio erit deferenda vſque ad illos gradus, in quibus ſuccedunt deſcendentes, ſed deſcendentium ſucceſſio nullius terminatur gradibus, *l. fin. C. de ſuis, & legit. §. 1 in auth. de hæred. ab inteſtat. venien.* nam appellatione deſcendentiũ veniunt omnes in infinitum, *l. Iuriſconſultus, §. parentes, ff. de gradib. l. liberorum, ff. de libertorum, ff. de verb. ſignif. & c. non ext. de iur.* & dictum fuit *ſupra q.* 327.

3 Idẽ eſſet vocatis hæredibus, quia intelligitur de quocumque hærede in infinitum, Alex. *conſi.* 30. *num.* 4. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 516. *num.* 16. Ruin. *conſil.* 124. *num.* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 1. *num.* 22. *& conſil.* 53. *nu.* 21 *lib.* 3. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 368. *num.* 3.

4 Contra hunc primum caſum, quod, immo fideicommiſſum finiatur centum annis, licet adeſſent verba perpetuitatem denotantia, ſcripſerunt Dec. *conſ.* 378. *prope finem.* & Ceph. *conſ.* 268. *nu.* 25. *& ſeq.* vbi etiam allegat Bart. Alexand. Io. de Anan. Crott. Rip. & Alciat. addo Ruin *conſ.* 127. *n.* 9. *lib.* 2. *& conſ.* 114 *nu.* 13. *vol.* 5. Sed hæc opinio improbatur à Peregr. *d. art.* 30. *nu.* 6. *& ſeq.* vbi etiam reſpondet ad argumentum Ceph. *ſupra etiam* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 23. Fachin. *li.* 4 *contr. iur. cap.* 100. *verſic. ſolet etiam.*

SECVNDVS caſus eſt, quando agitur de fideicommiſſo ſimplici, & reſtitutorio cauſato ex ſubſtitutione, vt ſupra, & ad illud vocati ſunt agnati, cognati, familia, & ſimiles, & tunc fideicommiſſum finitur intra decimum gradum, ita in ſpecie, Bald. *conſ.* 334. *in q. lib.* 3. Anchar. *conſ.* 94. Paul. de Caſtr. *conſ.* 383 *ad finẽ, lib.* 1. latè Dec. *conſi.* 321. *nu.* 4. *& conſ.* 323. *col. vlt.* Pariſ. *conſi.* 51. *n.* 8. *lib.* 2. vbi dicit computationem graduum fieri ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, Soc. iun. *conſ.* 140. *num.* 14. *& conſ.* 136. *in fine, lib.* 3. Alciat. *conſi.* 21. *n.* 42 *& conſ.* 72. *n.* 3. *& nu.* 12. *lib.* 9. Anguſ. *conſ.* 70. *col.* 1. *lib.* 6. Decian. *conſ.* 1. *n.* 339. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 386. *nu.* 24. vbi ampliat, etſi teſtator ſe retulit ad ordinem ſuccedendi ab inteſtato, Berett. *conſ.* 39. *col.* 4. *in fine*, Peregr. *conſ.* 47. *n.* 2. *lib.* 2. *conſi.* 44 *n.* 5. *lib.* 4. *conſi.* 42. *num.* 6. *libr.* 5. *& in tract. de fide. comm. art.* 30. *num.* 3 Duran. *de art. teſtan. tit. de var. præcept. cautel.* 2. Tiraquell. *de retract. Lignag. §.* 1. *Gloſſ.* 9. *num.* 23. *& ſeqq.* Did. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Marzar. *in epit. de fideicomm. part.* 2. *quæſt.* 14. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 19. *num.* 3. vbi teſtatur de communi opinione, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 17. Petra *de fideicomm. quæſt.* 8. *num* 33 *& num.* 504. *& multis ſequentibus*, Præt. *de interpr. vltimarum voluntat. fol* 268. *ſolut.* 1. *fol* 285. *ante num.* 23. *fol.* 289. *num.* 26. *& fol.* 334. *numer.* 17 Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 11. *nume.* 21. *ff. de conditione, & demonſtrat.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 79. *num.* 22. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except. numer.* 30. *& ſeq. parte* 2. 5

Probatur iſta opinio, quia fideicommiſſa regulantur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, Gloſ. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.* 2. Oud. *conſi.* 45. *num* 37. vbi dicit eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideicomm. art.* 29. *n.* 20. *& ſeqq.* Ceph. *conſ.* 313. *num.* 45. Menoch. *conſ.* 106 *n.* 43. *& lib.* 4. *præſump.* 94 *num.* 19. Laurent. *deciſ. Auen.* 57. *nu.* 9. Auton. à Gama *deciſ. Luſit.* 206. *n.* 5. *& ſeq.* Magon. *deciſ. Florent.* 37. *nu.* 15. *& deciſ.* 102. *numer.* 5. Atqui ſucceſſio agnatorum vſque ad decimum gradum protenditur, non vltra, *§. ſi verò neque fratres, in auth. de hæred. ab inteſt. veniẽt.* & ſcribunt Doctores *in l. vlt. C. vnd. cognat.* ergo &c. 6

Limitatur primò ille caſus, vt non procedat vbicumque aliquo modo conſtaret teſtatorem voluiſſe in fideicommiſſo comprehendi etiam exiſtentes vltra decimum gradum, quia etiam tales admitterentur, voluntas enim teſtatoris totum facit, vnde ſicuti potuiſſet vocare omnino extraneos, non erit reſtringenda vocatio agnatorum ad decimum gradum, ſi teſtator vltra voluit fideicommiſſum extendi, exemplum poſſet eſſe, quando teſtator vocaſſet agnatos cuiuſcunque gradus, ita ſcribunt, Anchar. *conſi.* 27. Curt. ſen. *conſi.* 40. *col. penult.* Ruin. *conſil.* 110. *num.* 14. *lib* 2. Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, num.* 112. *ff. de leg.* 1. Curt. iun. *conſil.* 80. *nu.* 2. Socin. iun. *conſ.* 140. *prope finem lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 132 *n.* 59. *lib.* 1. Alba. *conſil.* 51. *nu.* 6. *& ſeq.* Ceph. *conſi.* 137. *num.* 38. *& ſeqq.* vbi teſtator vocauerat quoſcunque agnatos, *& conſi.* 386. *nu.* 10. 18. *& ſeq.* Berett. *conſi.* 39. *col.* 4. *&* 8. Dur. *de art. teſt. tit. de variar. præcep. caut.* 2. Did. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 5. *nu.* 4. Marzar. *in epit. de fideicommiſſ. quæſt.* 14. Mantic *de coniect. vltim. volunt. libr.* 8. *tit.* 12. *num.* 17. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *nu.* 34 *& quæſt.* 11. *num.* 39. Præt. *de interpret. vltim. vol. fol.* 365. 7

ſolut. 1. in fine, Peregr. *de fideicom. art. 30. nu. 4.* vbi quicunque agnati erant vocati. Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 38 part. 2.*

8 Limitatur ſecundò, (& erit exemplum præcedentis limitationis) quando teſtator voluit inducere perpetuũ fideicommiſſum inter familiam, vel agnatos, vel alios nomine collectiuo vocatos, nam tunc fideicommiſſum debetur etiam vltra decimum gradum, Pariſ. *conſil. 72. n. 91. lib. 4.* Gribal. *inter conſ.* Port. Imol. *conſ. 40. nu. 11.* Ceph. *conſ. 137. n. 38.* vbi allegat Curt. ſen. *conſ. 40. n. 17.* Iaſ. *in l. fin. col. 2. C. de hæred. inſtit. & in conſil. 4. n. 3. lib. 1.* Dec. *conſ. 516. n. 15.* Ruin. *conſ. 123. n. 17. lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 88. n. 2.* Pariſ. *conſ. 37. n. 24. & ſeq. lib. 2.* Alciat. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 43. ff. de legat. 1.* & ibi Ripa *nu. 112.* & Ferdin. Loazez *nu. 140.* Dur. *de arte teſtand. tit. de var. teſt. præcep. caut. 2. nu. 2.* addo eundem Ceph. *conſ. 386 n. 21.* Menoch. *conſi. 117. n. 17.* Berett. *conſ. 39. num. 14.* Surd. *conſil. 241. nu. 50. lib. 2.* Peregr. *conſil. 47. nu. 6. lib. 2. conſ. 44. lib. 4.* ſæpius hoc repetit, maximè *nu. 7. conſi. 42. nu. 7. lib. 3.* Marzar. *in epit. de fideicom. quæſt. 14.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 19. num. 4.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch. *libr. 4. præſumpt. 69. num. 17.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 79. nume. 21.* Fachin. *libr. 4. Controu. iur. cap. 100. verſic. ſolet,* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 39. & ſeq. part. 2.* Peregr. *deciſ. 5.* vbi etiam declarat, ex quibus verbis arguatur teſtatorem voluiſſe conſtituere perpetuum fideicommiſſum.

9 Sed non excedere decimum gradum etiam quod adſint verba perpetuitatis, volunt plures ex citatis pro hoc ſecundo caſu, *num. 5.* & hanc opinionem in odioſo fideicommiſſo etiam concedit Cephal. *conſil. 137. nume. 38.* vbi allegat Socin. iun. *in conſil. 136. prope finem, libr. 3.* Albam *conſil. 51. num. 6.* & Dec. *in pluribus conſil.*

10 Limitatur tertiò, quando ſubſtitutio à principio non potuiſſet habere effectum in gradu decimo, vt quia teſtator ſciuiſſet grauatum non poſſe habere coniunctos intra talem gradum, per ea quę ſcribunt Ruin. *conſ. 149. num. 8. lib. 2.* Ceph. *conſil. 606. num. 15. & ſeqq.* Menoc. *conſil. 106. num. 229.* & ſæpiſſimè dictum fuit in præcedentibus quæſtionibus in ſubſtitutione venire eos, qui aliàs non venirent, quando à principio ſciebat teſtator vocationem non poſſe verificari, niſi in illis, ne voluntas teſtatoris redderetur inutilis, & in aliquibus ex dictis quæſtionibus pluribus comprobaui.

11 Limitatur quartò non procedere in ſucceſſionibus Regum, Ducum, Comitum, & Principum, & in primogenituris inſtitutis à teſtatore, quia ſuccedunt omnes vſque in infinitum, Gulielmus Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nume. 92. ext. de teſtament.* Dec. *conſil. 85. numer. 3.* Didac. *libr. 3. variarum reſolutionum, cap. 5. num. 5.* Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 17 poſt medium,* vbi dicit eſſe communem opinionem Præt. *de interpret. vltim. vol. fol. 289. num. 26. ad medium,* Gall. *de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 19. part. 2.* vbi etiam loquitur de fideicommiſſo inducto per prohibitionem alienationis.

12 Quæ tamen dicta ſunt de ſucceſſione Principum, intelligantur procedere, ſi ſucceditur iure feudi Illuſtris ſecus eſſet ſi ſuccederetur iure hæreditario, & ita declarant Doctores *ſupra citati.*

13 Graduum autem computatio in hac materia fit ſecũdum diſpoſitionem iuris ciuilis, Pariſ. *conſ. 51. nu. 8. lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 30. n. 3. & deciſ. 5. n. 2.*

14 Sed an computatio graduum ſit facięda inſpecta perſona teſtatoris, vel grauati. Doctores diſcordant, nam quod attendatur perſona teſtatoris, volunt Dec. *conſil. 321. num. 5.* Curt. iun. *conſil. 88. col. 2.* Iaſ. *conſil. 159. lib. 4.* Crott. *in l. filiusfamilias, §. Diui, col. 38. quæſt. 4. ff. de legat. 1.* & ibi Ripa *num. 31.* Ruin. *conſi. 107. col. 3. circa medium conſil. 198. colum. 3. in fine, lib. 2. & conſil. 142. col. 8. in fine, lib. 1.* Alex. *conſi. 15. in fine lib. 4.* idem Dec. *conſil. 546. colum. vltim. verſic. ſextò, & vltimò.* Pariſ. *conſ. 74. num. 11. & ſeqq. lib. 2.* Socin iun. *conſi. 168. nu. 72. lib. 2.* Ceph. *conſi 137. num. 41.* [Et pro hac opinione ſtant etiam Peregr. *deciſ. 5.* Surd. *conſ. 241. n. 46. verſic. quatenus.*]

Alij autem volunt intuendam eſſe perſonam grauati, ita poſt alios Peregrinus, *de fideicommiſſ. art. 30. num. 5. & deciſ. 5.* 15

Alij verò tenent ſufficere, quod ſint intra decimum gradum, vel habito reſpectu ad perſonam teſtatoris, vel grauati, ita Ceph. *conſ. 137. numer. 39.* ſequitur Peregr. *tract. de fideicommiſſ. art. 30. nume. 5. in fine, & deciſ. 5. num. 3. in fine.* 16

Veritas autem duarum primarum opinionum, pendet à quæſtione, an in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, vel grauantis? nam qui volunt gradus cõputari à perſona teſtatoris, mouentur, quia in fideicommiſſis attenditur proximitas teſtatoris; qui verò volunt immutationem fieri conſiderata perſona grauati: id dicunt, quia attenditur proximitas grauati: vnde dicebat Peregr. *dict. artic. 30. numero 5. in fine.* quod ſi teſtator vocaſſet proximiores agnatos vltimo ex deſcendentibus ſuis computatio graduum eſſet facienda inſpecta perſona grauati, in quem verba teſtatoris ſonant; recurrendum igitur erit ad eandem quæſtionem, & in caſibus in quibus attenderetur proximitas grauati, vel teſtatoris, in eiſdem etiam fiet computatio graduum habito reſpectu ad vnius, vel alterius perſonam.

TERTIVS eſt caſus, quando facta eſt prohibitio alienationis, vt bona perpetuò maneant in deſcendentibus, vel liberis, & tunc prohibitio omnes in infinitum continet, Iacob. de Beluiſ. *in auth. de reſtit. fideicomm.* & ibi Bart. & Angel. Barbat. *in l. cum acutiſſimi, nume. 60. C. de fideicomm.* Iaſ. *in l. filiusfamilias, §. Diui, in ſecunda lectura, num. 111. ff. de legat. 1. & in l. vlt. numer. 5. verſic. limita tamen, C. de hæredit. inſtit.* Et conſulendo idem tenent Roman. *conſil. 357.* Alex. *conſ. 59. nume. 4. lib. 3.* Iaſ. *conſil. 4. nu. 2. lib. 2.* Soc. ſen. *inter conſil.* Curt. ſen. *conſ. 40. num. 17.* Curt. ſen. *conſ. 42. nu. 10. verſic. ſecundò,* Dec. *conſi. 23. col. 2. circa fin. & conſ. 516. nu. 15.* Rimin. *conſ. 123. num. 17. lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 28. nu. 2.* Pariſ. *conſ. 72. numer. 84.* Natt. *conſ. 437. colum. 1.* Ceph. *conſ. 137. nu. 38. conſ. 114. num. 3. & conſ. 724. n. 11.* Dec. *conſ. 50. num. 42. lib. 1.* Rimin. iun. *conſil. 20. nu. 6. lib. 1.* Menoch. *conſ. 233. nu. 23. conſ. 327. num 14.* vbi teſtatur de communi opinione *conſil. 732. num. 28. & conſ. 867. num. 6.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam Marcab. *conſ. 87. nu. 170.* Peregr. *conſ. 46. libr. 2. conſ. 73. in princ. lib. 4. & conſ. 41. nu. 5 libr. 5.* Et in tractatibus Dur. *de art. teſtand. tit. de var. præcept. caut. 2.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 19. num. 2.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Petr. *de fideicommiſſis, quæſt. 8. num. 37. & ſeq. & nume. 504. & ſeqq.* vbi alios addit, Peregr. *de fideicomm. art. 30. numer. 13.* vbi dicit eſſe communem opinionem Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 79 nu. 24.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 17. part. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. c. 11. nu. 6. ff. de cond. & demonſtr.* Peregr. *deciſ. 5. nu. 4. circa finem.* Fachin. *lib. 4. controu. iur. c. 100. verſ. ſecundo ex Nouellis,* vbi tenet nullum eſſe diſcrimen, quod dictum ſit, vt bona perpetuò maneant in deſcendentes, vel vt perpetuò remaneant in familia, & tenet prohibitionem factam, vt bona perpetuò maneant in familia excedere quartum gradum, & eſſe perpetuã, ergo multo fortius, quando deſcendentium facta eſt mentio, 17

quorum

quorum nomine omnes veniunt in infinitum, vt ſupra dictum eſt, & facit text. *in l. vlt. C. de ſuis, & legit. in l. cognoſcentes, §. vlt. ff. de verb. ſignif. in l. iuriſconſultus, §. parentes, ff. de gradib. & in auth. de hæred. ab inteſtat. §. 1.* Et prædicti omnes Doct. volunt *auth. de reſtit. fideicomm.* non habere locum fact. mentione deſcendentiũ in prohibitione, ſed illam auth. eſſe intelligendam in illis terminis, in quibus loquitur.

18 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes nullam eſſe differentiam, quod prohibitio ſit facta, vt bona perpetuo maneant in deſcendentibus, vel facta ſit, vt bona perpetuò maneant in familia, nam ſi hoc ſecundo caſu facta fauore familię non egreditur quartum gradum, vt dicetur ex communi in ſequenti caſu, ſic idem fatendum ſit, quando facta eſt fauore deſcendentium, vel poſterum in qua opinione fuerunt, Iaſ. *in l. voluntas, num. 2. C. de fideicommiſ.* Crott. *in l. filiusfamilias, § Diui, circa fin. ff. de legat. 1.* & ibi Romul. *numer. 175.* Socin. ſen. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, numer. 18. ff. de verb. oblig. & in conſil. 227. colu. 6. verſ. & pro illa opinione, libr. 2.* Dec. *conſil. 231. colu. 1.* Socin. iun. *conſ. 140. num. 2. 10. libro 3.* Alciat. *conſil. 497. numer. 26.* Cephal. *conſil. 386. num. 10.* & ſenſit *conſi. 724. num. 10.* Menoch. *conſ. 233. num. 24.* Did. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 4. verſic. ſecundum.*

19 Caſus ſententiæ efficax admodum videtur fundamẽtum, quod nulla ratio realis differentię dari poſſit, quando dictum fuit, vt bona perpetuò maneant in familia, & quando diceretur, vt perpetuò maneant in deſcendentes, nec ſubſiſtere poteſt, ſi dicatur cum tenentibus primam opinionem, quod latior eſt appellatio deſcendentium, quæ omnes comprehendit in infinitum vltra quartum, & decimum gradum, quod non contingit appellatione familiæ, quandoquidem contrarium probatur *in l. pronunciatio, §. iure enim proprio, ff. de verbor. ſignific.* vbi iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiecta, vt puta patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem illorum ſequuntur, &c. & rurſus ibi dicatur ſub familia contineri omnes, qui ab vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur: & *in l. vltim. C. de verbor. ſignific.* pariter probatur liberos contineri familiæ appellatione, & liberorum appellatione veniunt in infinitum omnes deſcendentes, *l. liberorum, ff. de verbor. ſignific.* & ita in hanc rationem deduxit, Did. loco citato, & Peregr. *d. art. 30. nu. 15.* Niſi ſequendo communem opinionem dicamus *auth. de reſtit. fideicomm.* tanquam exorbitantem eſſe intelligendam in ſuis terminis quando fauore familiæ facta eſſet prohibitio, nec extendendam eſſe ad prohibitionem factam fauore deſcendentium, ſed tunc eſſe inhæredum voluntati teſtatoris & proprietate nominis, omnes in infinitũ continentis vltra quartam & quintam generationem, cum aliud non reperiatur à lege deciſum, & ita volunt Barto. & alij primam ſequentes opinionem, & Clarius Peregr. *d. art. 30. nu. 16. in fine.*

20 Ampliatur prima opinio, vt procedat, etiam quando in prohibitione alienationis nõ ſunt appoſita verba perpetuitatis, ſed ſimpliciter dictum fuiſſet, prohibeo alienationem bonorum, quia volo manere in deſcendentibus: nam verbum, deſcendentes, ſui natura comprehendit omnes in infinitum, vt iam dictum eſt, ideo nil refert quod verba perpetuitatis non ſint appoſita, Bartol. *in d. auth. de reſtit. fideic.* Did. *d. c. 5. nu. 4.* & ſenſit poſt alios relatos, Petr. *de fideicomm. q. 8. num. 505.* Sed hæc Natt. *conſ. 432.* Peregr. *de fideicomm. art. 30. nu. 14.*

21 Sed contra, quod non ſufficiat verbum deſcendentes, niſi addatur verbum perpetuitatis, volunt Bart. *in l. Lucius, §. Semproniæ, ff. de legat. 3.* dum dixit prohibitionẽ alienationis factam hæredibus afficere hæredes hæredum, non tamen extendi vltra quartum gradum, allegat tex. *in d. auth. de reſtit. fideicom.* Alexand. *in l. filiusfamil. §. Diui, numer. 27. ff. de leg. 1.* & ibi Iaſ. *in prima lectura, n. 74. & in ſecunda lectura, n. 111.* & Rip. *nu. 112.* idem Alex. *conſ. 56. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 39. num. 1. lib. 3* Soc. iun. *conſ. 81. ad fin. lib. 2.* Decian. *conſ. 50. num. 24. lib. 1.* Petra ſenſit *de fideicom. q. 2. n. 41.*

22 Non ſolum autem prohibitio facta fauore deſcendẽtium dicitur perpetua, quando in diſpoſitione adſunt verba, perpetuò, in infinitum, ſemper, & ſimilia, ſed etiam diceretur perpetua, quando dictum fuiſſet, quod bona tranſirent de hærede in hæredem, vel de deſcendente in deſcendentem, vel de maiore natu in maiorem, vel de vno in alium, ita ſcribunt Curt. ſen. *conſ. 42. num. 10.* Pariſ. *conſi. 52. num. 2. lib. 2. & conſ. 72. num. 84. & 90. lib. 4.* Decian. *conſil. 50. num. 24. lib. 1.* Petr. *de fideicommiſſ. qu. 8. nu. 51.* Peregr. *de fideicom. art. 30. nu. 23. in fin. & deciſ. 5. nu. 4. ad medium*, Gail. in fortioribus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 17. part. 2.*

23 QVARTVS caſus eſt, quando facta eſt prohibitio alienationis, vt bona remaneant in familia, vel agnatione, & tunc prohibitio non egreditur quartam generationem, etiam quod dictum ſit, quod bona perpetuò conſeruentur in familia, vel alia verba perpetuitatis ſint appoſita per *tex. in auth. de reſtit. fideicomm.* & ibi Iacob. de Beluiſ. Bart. & Angel. Bartol. *in l. voluntas, nu. 9. in 2. limit. C. de fideicom.* Crott. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 126. ff. de legat. 1.* & ibi Ferdin. Loarez. *n. 187.* & Romul. vbi dicit Doctores, ita indifferenter tranſire, Roder. Suares, *in l. quoniam in prioribus, limit. 3. C. de inoffic. teſt.* Alex. *conſ. 56. libr. 1.* & ibi Modern. Pariſ. *in addit. litera B.* dicit eſſe communem opinionem, licet diſſentiat Soc. ſen. *conſil. 227. colum. 5. in principio, conſil. 351. colum. 3. lib. 2. & conſil. 43. colum. 2. lib. 3.* Grat. *conſil. 133. num. 11. lib. 2.* Dec. *conſil. 635. num. 8.* Pariſ. *conſil. 37. numer. 24. conſil. 52. num. 18. conſil. 88. num. 22. lib. 2. & conſil. 39. num. 1. & ſeq. lib. 3* Socin. iun. *conſi. 136. colum. vlt. & conſ. 240. num. 10. libr. 3.* Alciat. *conſil. 479. nu. 26.* Mar. Anguſc. *conſil. 191. num. 47.* Port. Imol. *conſil. 40. nume. 28.* Cephal. *conſil. 386. num. 22. & conſ. 724. num. 10. & ſeq.* Decian. *conſilio 1. nu. 196. & nu. 339. lib. 1. & conſi. 26. num. 23. lib. 2.* Menoch. *conſil. 233. num. 23. & conſi. 327. numer. 114.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Surd. *conſi. 241. num. 8. lib. 2.* Odd. *conſ. 68. num. 11.* Peregr. *conſ. 46. lib. 2. conſ. 44. num. 2. & lib. 4. conſil. 2. 3. in princ. eod. & in tract. de fideicommiſſ. art. 30. num. 12. & ſeqq.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, *& dec. 5. nu. 4. ante fin.* vbi pariter teſtatur de communi. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 19. nu. 2.* vbi ait eſſe communem opinionem Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 17.* Petr. *de fideicomm. q. 8. nume. 32. & ſeqq.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 368. num. 2.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 79. numer. 23.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. numer. 10. & ſeqq. part. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 11. n. 21. & ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.*

24 Quamuis enim nouella iſta ſit dura, & videatur repugnare voluntati teſtatoris, quando conſiderauit perpetuam permanentiam bonorum in familia, attamen cum ſit ſcripta ſeruanda eſt, *l. proſpexit, ff. qui & à quibus* & ſecundum eam iudicandum erit *capit. tertio diſtinct. 4.*

25 Contrariam tamen ſententiam alij tenent, volentes, quod immo prohibitio alienationis non excedat quartam generationem, quando ſimpliciter tantum facta eſt, ſic, prohibeo alienari bona extra familiam, vt in familia, vel agnatione remaneant, ſecus ſi addita ſint verba, in perpetuum, in infinitum, vel alia ſi-

portantia perpetuam permanentiam, quia tunc prohibitio excedet quartam, & decimam generationem, & erit perpetua, ita in ſpecie Barbat. *in l. cum acutiſſimi, colum. 58. C. de fideicommiſ.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diuus, n. 112. ff. de legat. 1.* & ibi Alciat. *n. 42.* Dec. *conſ. 23. nu. 4.* Soc. ſen. *conſ. 43. nu. 3. lib. 3.* Curt. ſen. *conſi. 40.* quod tamen conſ. eſt Soc. ſen. Crot. *conſ. 48. n. 30. li. 1.* Bero. *cōſ. 88. nu. 1. lib. 2.* Alba. *conſil. 51. nu. 6. 7.* Modern. Pariſ. *in addit. ad Alexand. conſ. 56. litera, G. libro 1.* Ceph. *conſ. 724. nu. 11.* Menoch. *conſ. 95. num. 5.* vbi dicit ita omnes tenere, & præter allegatos addit Soc. ſen. *conſil. 250 col. vlt. lib. 2. & conſil. 84. num. 5. lib. 3.* Dec. *conſil. 38. col. 4.* Soc. iun. *conſil. 81. in fine lib. 3.* & Pariſ. *conſil. 88. num. 22. lib. 2.* & his accedant Decian. *conſil. 50. num. 24. lib. 1.* Peregr. *conſil. 41. nu. 5. lib. 5.* Did. *lib. 3. Variar. Reſolut. cap. 5. n. 4.* Marzar. ſenſit *d. quæſt. 14. verſ. ad tollendum.* Petr. *de fide commiſ. quæſt. 8. nu. 504. & ſeqq.* Cuiacius *in expoſit. d. Nouellæ 159.* vbi dicit hāc Nouellam fuiſſe ex numero earum, quæ Harmenopulus Tribonianum compoſuiſſe narrat obſcurè, & ambiguè pecunia corruptum, & cum Cuiacio tranſit etiam Fachin. *lib. 4. contrŏu. iur. c. 100.*

26 Cum enim verba teſtatoris importent infinitatem, nō
eſt recedendum ab eorum propria ſignificatione, & latè
accipi debent, *l. non aliter, ff. de legat. 3. l. pretio, ff. de pu-*
blic. l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. 3. & procedit etiam
27 in materia odioſa, *l. 1. §. per vniuſam. ff. de calumn. l. cum le-*
ge, ff. de teſtam. & ibi not. Aret. Pereg. *de fideic. art. 30. n.*
17. Et hæc opinio mihi magis placet cum ſit conformis
menti diſponentis, tota difficultas eſt *in d. Nouell., de*
reſtit. fideicommiſ. ad quam variè reſpondent præcitati
Doctores, apud quos videndum erit.

28 Quæ tamen ſecunda opinio retinenda erit, quando cōſtaret de mente teſtatoris, quod voluerit prohibitionem eſſe perpetuam, & quartum gradum excedere, ita Iacob. de Beluiſ. & Angel. *in d. §. nos igitur.* Iaſ. *in l. filiusfamilias, §. Diui, in 2. lectura, nu. 155. ff. de legat. 1. & in prima lect. num. 113.* & ibi Ferdin. Loarez *nume. 493.* idem Iaſ. *in l. vlt. num. 5. C. de hæred. inſtit.* Alexand. *conſ. 56. num. 1. lib. 1. repetitum conſil. 23. lib. 2.* Dec. *conſil. 635. n. 8.* Did. *lib. 3. Variar. reſolut. cap. 5. num. 4.* vbi de communi opinione teſtatur, Seguras *in l. filius, numer. 108.* Suarez, *in l. quoniam, in prioribus limit. l. Regiæ, colum. vltima, C. de inoff. teſtamen.* Franciſ. Piſcin. *de ſtat. exclud. femin. num. 55.* Ludou. Molin. *de Hiſp. Primog. lib. 1. cap. 4. num. 30. verſ. & quamuis,* vbi teſtatur de communi, Craſſ. *in § fideicommiſſum, quæſt. 19. num. 2.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 16. & ſeqq. part. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 11. num. 22. ff. de cond. & demonſt.*

29 Similiter retinenda erit opinio pro perpetua prohibitione, quando diſpoſitio non poterat verificari in quarta generatione, per ea quæ ſcribunt Ruin. *conſ. 149. nume. 8. libr. 2.* Cephal. *conſil. 606. numer. 15. & ſeq.* Menoch. *conſ. 106. numer. 229.* & ſæpiùs dictum fuit in ſimilibus caſibus *in præcedentib. quæſt.* vbi etiam fuit comprobatum.

30 Et idem quando teſtator etiam reſpexiſſet ad alios de alia linea, & eadem familia, qui eſſent vltra quartum gradum, quia dum teſtator facit mentionem ſuæ familiæ, fieri debet ex mente teſtatoris extenſio vltra quartum gradum, ita Ceph. *conſ. 386. num. 20.*

31 Sic etiam, quando teſtator poſt prohibitionem alienationis fecit ſubſtitutionem de agnato, vt bona ſemper, & perpetuis temporibus in familia remanerēt, nam & iſto caſu prohibitio non eſſet reſtricta ad quartam generationem. Dec. *conſ. 442.* Dilect. *de art. teſtan. tit. 8 caut. 2. numer. 4.* vbi dicit eſſe communem opinionem, refert & ſequitur Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 19. verſic. hinc tradunt*, quorum ſententiam credo veram propter ſubſtitutionem ſubſequentem, de agnato factam, vnde poteſt dici, quod ſumus in terminis ſecundi caſus, & in his terminis loquitur etiam optimè declarando Peregr. *conſil. 46. num. 10. lib. 2.* & Ceph. *conſil. 386. nu. 24. verſ. inſ. per.*

In ſucceſſionibus etiam Regum, Ducum, & Principum prohibitio extenderetur vltra quartum gradum, ſecundum Didac. *& alios citatos ſupra num. 11.* 32

Sub hoc pariter Sereniſs. Dominio Veneto, non eſt recepta diſpoſitio *d. auth. de reſtit. fideicom.* ſed iudicatur pro perpetuitate prohibitionis, ſi adſunt verba perpetuitatis, vt teſtatur Peregr. *d. art. 30. ante num. 18.* cuius ſententiam ego etiam credo veram coram Illuſtriſſimis & Excellentiſſimis Magiſtratibus ſuperioribus, ſed alij iudices inferiores iudicant, & iudicare debent, ſecundum iuris communis diſpoſitionem. Et idem ſeruari in Hiſpania, vt recepta non ſit dicta Nouella teſtatur Did. *lib. 3. Variar. Reſolut. cap. 5. n. 4.* 33

Sed remanet dubium reſoluendum, an generatio, & gradus incipiant connumerari omiſſa perſona prohibētis, an verò omiſſa perſona primi hæredis prohibiti? in quo articulo alij tenent gradum connumerari omiſſa perſona prohibentis, ſic Iacob. de Beluiſ. & Angel. *in d. §. nos igitur, in auth. de reſtit. fideicomm.* Alex. *conſi. 56. lib. 1. conſil. 23. lib. 2. conſil. 59. num. 4. libr. 3. conſil. 125. num. 10. lib. 5.* Socin. ſen. *conſil. 43. colum. 2. lib. 3.* Pariſ. *conſil. 52. nu. 18. lib. 2.* Port. Imol. *conſ. 40. nu. 28.* Peregr. *de fideicomm. art. 30. nu. 12.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 22. nu. 14. par. 2.* qui dicunt eſſe caſum *in d. auth. de reſtit. fideicommiſ.* 34

Sed alij volunt computationem graduum fieri poſt perſonam primo prohibitam, Angel. *in d. §. nos igitur, ſub num. 3. verſ. codicillum verò, cum verſic. ſeqq.* Dec. *conſil. 322. in cauſa quæ Alexandriæ, col. 2. verſ. præterea illud, & col. penult. verſ. & non omitto,* quos refert & ſequitur Ceph. *conſil. 386. num. 22.* addo Decian. *conſil. 1. num. 341. lib. 1.* Siluan. *conſ. 6. num. 12. & conſi. 10. per totum,* Socin. iun. *conſil. 136. num. 41. & conſil. 140. num. 10. verſ. ſecundo reſpondetur lib. 3.* vbi allegat pro ſua opinione Alexand. & Socin. ſen. locis pro prima opinione adductis à Peregrino, qui pariter adducit & ipſum Socin. iun. & Cephal. qui contrarium tenent, hanc etiam ſententiam ſequuntur Menoch. *conſil. 867. nume. 7.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. numer. 21. ver. item aduerte,* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 8. numer. 42. & num. 505.* in quibus locis adducit Menoch. & Alciat. qui tamen de hoc nihil dicunt. Cuius ſententiæ illa eſt ratio, ſecundum Angel. & alios, quia perſona prohibita primo eſt perſona generans, non autem de generatione, & prohibitio non extenditur vltra quartam generationem. 35

SVMMARIVM.

1 *Collectiuo nomine vocati dicuntur ſolum per vulgarem vocati, contra nu. 13. decl. per totam quæſt.*

6 *Diſpoſitio reſtringitur ad primum actum.*

7 *Subſtitutio interpretatur potius directa, quam fideicommiſſaria.*

7 *Succeſſiuus ordo interpretatur per vulgarem.*

8 *Per alternatiuam vocati dicuntur ordine ſucceſſiuo vocati per vulgarem.*

17 *Fideicommiſſa relicta deſcendentibus familiæ, vel agnatis cenſentur potius relicta cōtemplatione deſcendentiæ, familiæ, vel agnationis, quā perſonarū.*

20 *Intell. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, & l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. & l. fin. C. de verb. ſign.*

22 *Coniecturis inducuntur fideicommiſſa ſi à lege ſunt probata.*

probata, nec ſufficiunt coniecturæ hominum.

23 *Voluntas, quæ non tranſiuit in diſpoſitionem non attenditur.*

25 *Argumentum à lege ad teſtatorem valet.*

27 *Nomina collectiua quæ ſint, & n. 41.*

28 *Per collectiuam vocati cenſentur per fideicommiſſum vocati, licet in numero ſingulari ſint vocati, contra n. 29.*

28 *Proximus in numero ſingulari ſi vocetur à lege, vel ſtatuto, ſi plures ſunt proximi, omnes veniunt.*

30 *Superſtites, vel tunc viuos deſcendentes, vel agnatos, vel aliter collectiuo nomine vocatos dicitur per fideicommiſſum vocare, contra nu. 31. quod tantum per vulgarem.*

32 *Dictio tunc, denotat extremitatem temporis.*

32 *Agnati qui ſupererint, vel deſcendentes, qui ſupererint ſi ſubſtituantur, primi admiſſi non cenſentur grauati alijs reſtituere.*

33 *Relatiuum, qui, importat conditionem.*

34 *Collectiuo nomine vocati per verbum importans actum momentaneum, vt peruenire, tranſire, ſuccedat, dicuntur tantum per vulgarem vocati.*

35 *Dictio, tunc, adiecta ſubſtitutioni, vt tunc ſubſtituo, &c. importat ſolam vulgarem inter vocatos nomine collectiuo.*

36 *Proximioribus vocatis ad fideicommiſſum ſubſtitutio extinguitur in primis admiſſis, contra n. 38.*

36 *Antiquiores de domo ſubſtituens, in primis admiſſis extinguitur ſubſtitutio, contra nu. 38.*

37 *Proximiores vocans cenſetur excludere remotiores, & ſemel excluſi ſemper remanent excluſi.*

37 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, etiam in ſubſtitutionibus.*

40 *Collectiuo nomine vocati cenſentur tantum per vulgarem vocati, etiam quod fideicõmiſſum eſſet reale, contra ibid.*

41 *Nomina collectiua plurium graduum, & perſonarum quæ ſint, quæ tantum plurium perſonarum non graduum.*

41 *Collectiuo nomine plurium graduum, et perſonarum vocati cenſentur ſucceſſiuo fideicommiſſo vocati, ſecus in collectiuo plurium perſonarum. Contra quod in vtroque per vulgarem num. 43.*

42 *Familia vocata primi admiſſi cẽſentur grauati alijs reſtituere; contra ibid.*

44 *Collectiuo nomine vocati, ſi illis non extantibus, vel deficientibus ſit alius ſubſtitutus, cenſentur inter ſe ſucceſſiuo fideicommiſſo vocati.*

45 *Prohibitio alienationis, an inducat ſucceſſiuum fideicommiſſum inter collectiuè vocatos, remiſſiuè.*

46 *Collectiuo nomine vocati cenſentur ſucceſſiuo fideicommiſſo vocati, ſi teſtator habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, contra nu. 49.*

47 *Maſculi de familia, vel deſcendentes, vel aliter nomine collectiuo ſi vocentur, ſucceſſiuum fideicõmiſſum inter eos inducitur, & numero 48. contra numero 49. 50.*

51 *Fideicommiſſum tacitum non poteſt inducere aliud tacitum.*

52 *Collectiuo nomine vocati dicũtur ſucceſſiuo, & perpetuo fideicommiſſo vocati ſi verba diſpoſitionis habent tractum in futurum, declara nu. 53.*

54 *Verba habere tractum ſucceſſiuum in futurum, quãdo dicantur.*

54 *De deſcendente in deſcendentem, vel de hærede in hæredem, vel de vno in alium bona tranſire dicens, cenſetur inter deſcendentes induxiſſe ſucceſſiuum fideicommiſſum.*

55 *De gradu in gradum bona tranſire dicens, cenſetur ſucceſſiuum, & perpetuum fideicommiſſum induxiſſe.*

56 *Deſcendentes, vel agnatos, vel familiam in perpetuum ſubſtituens dicitur inter eos ſucceſſiuum fideicommiſſum induxiſſe.*

57 *Clauſula, gradatim, vel ordine ſucceſſiuo, importat ſucceſſiuum fideicommiſſum inter collectiuo nomine vocatos, contra nu. 58.*

57 *Clauſula ordine ſucceſſiuo, idem importat, quod clauſula de vno in alium.*

59 *Verba remaneant, conſeruentur, non exeant, important ſucceſſiuum fideicommiſſum inter vocatos nomine collectiuo.*

59 *Verba, remaneant bona, conſeruentur, non exeant, &c. denotant actum ſucceſſiuum, & permanentem.*

60 *Reciprocum fideicommiſſum ſi in vna ſubſtitutione eſt conſtitutum inter collectiuo nomine vocatos cẽſetur inductum, & in poſteriori ſubſtitutione, contra num. 61. declara n. 63.*

62 *Repetitio qualitatis, & conditionis non fit vbi adeſt diuerſitas perſonarum.*

64 *Collectiuo nomine vocati cenſentur perpetuò fideicommiſſo inter ſe vocati, ſi onus perpetuum eſt appoſitum, contra n. 65. declara nu. 66.*

67 *Clauſula codicillaris per verba futuri temporis operantur ſucceſſiuum inter collectiuo nomine vocatos, contra num. 69.*

68 *Clauſula codicillaris nõ poteſt mutare naturam vulgaris ſubſtitutionis, & eam facere fideicommiſſariam, declara num. 69.*

QVÆSTIO CCCLXXXII.

Vtrùm per collectiuam vocati per vulgarem tantum dicantur vocati, an etiam per fideicommiſſariam?

AGgredior inſignem, & per difficilem quæſtionem illam, vtrum per collectiuam vocati non tantum per vulgarem dicãtur vocati, quam etiam per fideicommiſſum ſucceſſiuum, & reciprocum? in quo articulo maiores noſtri mirum in modum variarunt, multique ex illis ſunt adeo inconſtantes, vt modò in vnam, modò in alteram tranſierint ſententiam. Duæ igitur hac in dubitatione ſunt contrariæ opiniones. 1

Prima eſt, quod vocati per collectiuam dicantur ſolum per vulgarem vocati: & hanc probarunt Raph. Cuman. *in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 8. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Rub. Alexand. *numer. 64. 70. & 71.* Alciat. *num. 31. & num. 55.* & Torniel. *num. 29.* Cuma. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, numer. 4. ff. de leg. 2.* & ibi Alciat. *num. 13. & 14.* Socin. ſen. *in l. ſi cognatis, numer. 35. ff. de reb. dub.* Paul. de Caſtr. *conſil. 434. iſtud relictum ad finem lib. 2. & conſ. 383. notandum, colum. 1. lib. 1.* Alex. *conſ. 105, num. 3. lib. 1. conſ. 185 num. 25. lib. 2. & conſi. 24 col. 3, verſ. idem voluit libro 3.* Caccia. *inter conſ. Alex. conſ. 14. num. 12. libr. 4.* Bertrand. *conſil. 60. & conſ. 82. lib. 1.* Socin. ſen. *conſ. 249. num. 22. conſ. 69. colum. 5. ver. confirmatur conſ. 104. num. 10. & conſ. 43 num. 9. libr. 3.* Dec. *conſ. 222. column. 1.* Curt. iun. *conſ. 4.* Pariſ. *conſ. 49. conſ. 87. num. 25. lib. 2. & conſ. 39. num. 7. lib. 3.* Ruin. *conſ. 92. & 98. nu. 2. conſ. 10. nu. 8. conſ. 159. n. 22. lib. 1. conſ. 19. n. 9. 10. & conſ. 128. n. 15. lib. 3.* Socin. iun. *conſ. 80. nu. 53. lib. 2.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, *& conſ. 81. num. 12. & 13. lib. 3.* Crot. *conſ. 65. nu. 6. & 16.* Rub. Alex. *conſ. 106. n. 4.* Crauett. *conſ. 180. colum. vlt.* Roland. à Valle *conſ. 34. num. 62. lib. 4.* Vegg. *conſ. 62. num. 62. conſ. 74. numer. 491. & conſilio vltim.*

Digitized by Google

*n.*487. Celſ. Vgo *conſ.*68.*nu.*7.8 *& fi. & conſi.* 120.*nu.* 19.*& ſeq.* Anguſc. *conſi.*38.*conſ* 62.*num.*4.*& conſ.* 8c. *lib.*6. vbi dicit eſſe communem opinionem, Ceph. *conſi.* 326.*n.*26.*& ſeq. conſ.*353.*nu.*43.*& ſeqq. conſi.*379.*nu.* 31.*& conſ.*447.*per totum.* Hieron. Gabr. *conſil.*121.*nu.* 13.*lib.*1. Rim. iun. *conſ.*50.*per totum lib.*1. vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſil.*371.*nu.*147.*& ſeqq.* Dec. latiſſimè *conſ.*10 *lib.*3. Menoch. latè *conſil.*85.*maximè n.*54.67.*&* 84.*conſ.*274.*n.*30.*&* 24.*conſ.*173.*nu.* 14.*ver. altera, & n.*15.*& ſeqq. multis conſ.*327.*nu.*35. *conſ.*328.*dub.*2. vbi dicit hanc eſſe magis receptam ſententiam, *& num.*91. tollit plures authoritates in contrarium allegatas *conſ.*640.*dubio* 2.*conſ.*935.*n.*16.*& ſeq. & conſi.*1010.*n.*1.*& ſeq.* Prat. *conſi.*203.*n.*24.*& ſeq. lib.*1. Surd. *conſi.*554.*n.*25.*lib.*4. Pereg. *conſ.*33.*n.*2.*& n.*41.*conſ.*53.*n.*11.*& ſeqq. conſ.*70.*n.*26.*lib.*3.*conſ.*23. *n.*7.*& ſeqq. lib.*4. vbi multis argumentis comprobat *& nu.*15. dicit eſſe magis communem opinionem, *& conſ.* 157.*n.*11.*lib.*5. vbi teſtatur eſſe communem & canonizatam opinionem, & ita obtinuiſſe Laderch. *conſ.*58.*nu.* 23. Bardell. *conſi.*13. vbi teſtatur de approbatiſſima opinione Modern. Pariſ. *in addit. ad Alexand. conſil.*24.*in verb. fratris, lib.*3. Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. li.* 1.*cap.*5.*n.*27. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.*8.*tit.*11.*nu.* 11. vbi agit quando vocata eſt familia. Petr. *de fideic. q.* 5.*n.*148.*& ſeq.* Prat. *de interpr. vltim. volunt. fol.*279. *ſolut.*9.*& fol.*369.*n.*9. Peregr. *de fideicommiſſ. art.*19. *in fin.* vbi dicit contrarium eſſe verius vocata familia, vel liberis, prole, generatione, & ſimilibus. Intrigl. *de ſubſt. cent.*3.*quæſt.*81.*numer.*26. *& ſeqq.* Matheac. *de legat. cap.*21. Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 28.*numer.*130.*& numer.*105. vbi poſt Decian. relatum dicit maximè eſſe verum, quando proximiores ſunt vocati. Surd. *deciſ.*346. *num.*18.22. Rota Roman. *dec.*51.*nu.*6.7. *& deciſ.*586. *num.*1.*part.*1. & apud Farinac. aliàs *in part.*4.*dec.*492. *in princ.*

2 Fundamenta huius ſententiæ ſunt primò, *l. vnum ex familia, §. ſi quidem, ff. de legat.*2. vbi ſufficit ſemel eſſe verificatum legatum relictum familiæ, & illa alienare poterit; Atqui ſi fideicommiſſum perſeueraret, illa alienare non poſſet, & ita hunc text. ponderarunt Cephal. *conſil.*353. *num.*44. & alij.

3 Secundò idem probatur *in l. filiusfamilias §. cum pater, ff. de legat.*1. *& in l. pater filium, ff. ad leg. Falcid.* vbi ſi teſtator grauauit hæredem ſuum, ne fundum alienaret, ſed relinqueret in familia, ſufficit ſi hæres de familia relinquat, nec nomen collectiuum operatur aliud grauamen, & hunc text. adducit Menoch. *conſ.*85.*num.*55. *conſil.*328.*num.* 40.

4 Tertiò accedit *dicta l. vnum ex familia, § ſed & ſi fundum, ff. de legat.*2. inducendo eum, vt per Menoch. *dicto conſil.*85.*num.*56.*conſil.*328.*num.*41.

Quartò, ſi nomina collectiua ſui natura ſignificarent actum ſucceſſiuum, ſequeretur quod conditio, ſi ſine liberis, non defeciſſet natis liberis, & poſtea mortuis, quia actum ſucceſſiuum, & perſeuerantiam requireret; ſed falſum hoc eſt, quia extincta eſt natis, & ſtatim mortuis liberis, *l. hæredibus, in principio, ff. ad Trebell. cum vxor. quando dies legati cedat,* ergo, &c. ita arguit Menoch. *conſil.*85.*num.*61.*conſi.*328.*nu.*43.

5 Quintò, lex in nominibus collectiuis comprehendit plures gradus, vt de deſcendentibus dicitur *in l. fin. ff. de ſuis, & legit.* ab inteſtato autem admittit priores, & his non extantibus ſequentes in gradu per vulgarem, & vno admiſſo vlterius non progreditur, *vt ff. & C. de ſucceſſ. edict.* ergo idem erit dicendum in teſtamentaria diſpoſitione, cum teſtator præſumatur ordinare ſuam diſpoſitionem ſecundum leges; Bartol. & alij *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.* & ita arguit Pereg. *conſil.*23.*numero* 7.*libro quarto.* Magon. *deciſ. Florent.* 37.*numero* 19.

Sextò facit, quod fideicommiſſum eſt odioſum, & ſtrictè intelligendum, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupill.* Iaſ. *in l. ex trib. Cod. de inoffic. teſtament.* Dec. *conſil.*289.*numer. quarto, & conſil.*465.*nume.*14. Alciat. *conſil.*529.*numer.*15.*& ſeqq.* Crauett. *conſil.*10. *num.*1.*& conſi.*161.*num.*9. Atqui in his quæ ſunt ſtricti iuris diſpoſitio reſtringitur ad primum actum, *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* & ibi latè per Tiraquell. cum alijs copioſè allegatis a Dec. *conſil.*10.*num.*23.*lib.* 3. ergo fideicommiſſum erit finitum in primis admiſſis, & hoc argumento in ſpecie vſi ſunt Cephal. *conſil.*417. *num.*17. Dec. *conſil.*10.*numer.*23.*lib.*3. Menoch. *conſil.* 85.*num.*57.*conſil.*328.*num.*41. Peregr. *conſil.*23.*nume.* 8.*lib.*4. 6

Septimò, ſubſtitutio debet interpretari potiùs directa quàm fideicommiſſaria, *l. vltim. C. de hæred. inſtit.* & ibi not. dixi *quæſt.*6. maximè quando ſubſtitutio non continet verba denotantia tractum ſucceſſiuum. Doctores *in dict. §. quidam rectè,* Alex. *conſ.*13.*num.*7.*lib.*4. Soc. ſen. *conſi.*113.*lib.*1.*& conſi.*73.*lib.*4. ergo ſucceſſiuus ordo inter collectiuè vocatos per vulgarem interpretabitur: ita Decian. *conſ.*10.*nu.*31.*lib.*3. Peregr. *conſi.*53.*num.* 12.*lib.*3.*conſil.*23.*num.*11.*lib.*4. 7

Octauò, ſubſtitutio iſta fideicommiſſaria ſucceſſiua non reperitur ex verbis teſtamenti, ſed ſolum lex interpretatur ordinem ſucceſſiuum inter collectiuè vocatos: Atqui quando lex interpretatur ordinem ſucceſſiuum, intelligitur per vulgarem, vt in ſpecie probat Decian. *conſil. decimo numero* 31.*verſicul. quarto quia, libro* 3. ergo, &c.

Nonò, vocati per nomen collectiuum, & vocati per alternatiuam parificantur quo ad hoc, vt ordine ſucceſſiuo dicantur vocati. Doct. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de vulg.* atqui per alternatiuam vocati, ſolum ordine ſucceſſiuo cenſentur vocati, *l. cum pater, §. pen. ff. de legat.*2. & not. *in d. §. quidam rectè:* & iſte ordo ſucceſſiuus intelligitur per vulgarem, vt ſcilicet vno admiſſo alij excludantur, *l. ſi fundum ſub conditione, §. his verbis, ff. de leg.*1. *l. hæredes mei, §. vltimo, iuncta Gloſſ. in verbo vnus, ff. ad Trebell.* & ibi Bartol. & alij notant, ergo idem erit dicendum in vocatis per collectiuam: ita arguunt Dec. *d. conſil.*10.*num.*32.*lib.*3. Menoch. *conſi.*85.*nu.*62. Ruin. *conſil.*92.*numer.*7. *libro* 2. idem Menoch. *conſil.* 328.*num.*44. 8

Decimò, per collectiuam vocati, ſunt actiuè vocati, vt apertum eſt, atqui actiuè vocati non cenſentur paſſiuè grauati. Bart. *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Angel. Imol. Cuman. Caſtr. & Alexand. Pariſ. *conſi.*39.*num.*7.*lib.*3. Socin. iun. *conſ.*81.*num.*11.*&* 12. *lib.*3. Ergo ſubſtitutio non interpretabitur fideicommiſſaria, & ita argumentatus fuit Decian. *conſil.*10.*numer.* 35.*libro* 3. 9

Vndecimò, contrariam ſententiam tenentes, volunt inter collectiuè vocatos cenſeri inductum etiam reciprocum fideicommiſſum. Atqui reciproca non inducitur, niſi detur alia ſubſtitutio in tota, & ab vltimo, iuxta *l. Titio Seio, §. Seia libertis, ff. de leg.*3. *cum ſua materia,* ergo ſucceſſiuus ordo intelligi debet tantum per vulgarem non per fideicommiſſum, ita hoc argumento vſus fuit Decian. *conſil.*10. *nume.*36. *libro* 3. ſenſit Menoch. *conſil.*85.*num.*41. *conſil.*328.*num.*47.*verſ. ſextò, & num. ſeqq.* 10

Quod autem fideicommiſſaria ſucceſſiua inter collectiuè vocatos ex verbis ipſis non colligitur, ergo non debet cenſeri inducta cum ſolum locum habeat in caſibus, in quibus apertè loquitur, ita arguunt Cephal. *conſi.*417.*numer.*17. Menoch. *conſil.*85.*numer.*37. Peregr.

Peregr. *conſ.* 53. *num.* 14. *lib.* 3. *conſ.* 23. *num.* 9. *lib.* 4.

11 Et in deſcenſiuo fideicommiſſo idem dicendum eſt, vt non inducatur, niſi verba vel coniecturæ neceſſariæ illud importent, & agenti obſtet exceptio, de re ſubſtitutio non loquitur, ita Menoch. & Cephal. *locis citatis*, in ſpecie ita arguunt, addo Peregr. *conſ.* 53. *nu.* 14. *lib.* 3. *&* *conſ.* 23. *num.* 9. 10. *lib.* 4.

12 Duodecimò, infinitas eſt euitanda, *l. quod bona*, *§. fin. ff. de damn. infect. l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo, & cap. cum in multis extr. de reſcript.* Et in ſpecie quod fideicommiſſum non interpretetur perpetuum, Dec. *conſi.* 321. quem refert, & ſequitur in materia iſta, Peregr. *conſi.* 23. *num.* 12. *lib.* 4.

13 Secunda eſt opinio, quòd ſic vocati per collectiuam non tantum per vulgarem ſunt vocati, ſed etiam per fideicommiſſum ſucceſſiuum, & reciprocum, & hanc tenuerunt. Petr. *in l. fin. C. de verb. ſignif.* & ibi Cin. Bal. *in ſecundo not.* Angel. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *num.* 28. vbi teſtatur de communi opinione, nec conſulendo, & iudicando ab ea recedendum eſſe Bart. ſenſit *in l. ſi cognatis col. pen. verſ. quæro quo ordine, ff. de reb. dub. & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. & ibi Bald. Paul. de Caſtr. & Cuman. *num.* 4. idem Paul. de Caſtr. *in l. Gallus, §. quidam rectè, n.* 9. *ff. de liber. & poſth.* & ibi Socin. ſen. *nu.* 5. 6. *in quinto caſu*, Alciat. *num.* 62. Galliau. *colum.* 6. *verſi. tertia ſit concluſio.* Did. *in cap. Rainutius*, *§.* 2. *ad fin. extr. de teſtam.*

Et conſulendo, Bald. *conſ.* 321. *ſtatuto cauetur*, *libr.* 1. *conſil.* 492. *& conſil. ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 305. *libr.* 3. Anchar. *conſil.* 27. *colum. pen.* Barbat. *conſil.* 27. *colum.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſil.* 18. *col.* 4. *verſ. tertio præmitto, lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 215. *col.* 3. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 249. *nu.* 21. *lib.* 2. *conſ.* 12. *num.* 13. *conſ.* 13. *& conſil.* 43. *numer.* 9. *lib.* 3. Paul. Caſtr. *conſil.* 247. *in cauſa, conſ.* 106. *num.* 1. *& col.* 2. *conſil.* 370. quia in ſupraſcripto, *& conſil.* 455. *ad primum, lib.* 2. Alexand. *conſ.* 24. *num.* 5. *lib.* 3. *conſil.* 13. *nu.* 7. cui etiam ſubſcripſit Cacciaiup. *& conſ.* 25. *col.* 1. *lib.* 4. Corn. *conſi.* 47. *num.* 5. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 205. *nu.* 4. *conſ.* 228. *dubio primo, conſil.* 236. 239. *&* 245. *num.* 5. *&* 6. *conſil.* 153. *colum.* 2. *conſil.* 384. *num.* 6. *conſ.* 245. *colu.* 2. *& conſil.* 582. Curt. iun. *conſil.* 48. *colu.* 2. *nu.* 4. 5. Ruin. *conſ.* 22. *col. penult. conſ.* 108. *n.* 11. *conſi.* 110. *n.* 14. *conſ.* 174. *conſ.* 203. *nu.* 12. *lib.* 2. *conſ.* 158. *conſ.* 164. *col. penul. & vlt. nu.* 3. *&* 7. *lib.* 3. vbi dicit hoc verum ſi vocentur deſcendentes, ſecus ſi vocentur agnati, familia & ſimiles, *& conſ.* 167. *num.* 13. *eod. lib.* 3. Socin. iun. *conſ.* 126. *nu.* 26. *lib.* 1. *& conſ.* 136. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 40. *conſ.* 52. *nu.* 22. *conſil.* 82. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 2. *& conſil.* 511. *col.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Rub. Alexand. *conſil.* 144. *nu.* 7. Natt. *conſ.* 437. *nu.* 3. *conſil.* 531. *num.* 24. *& conſ.* 675. *nu.* 8. Alben. late *conſil.* 51. vbi teſtatur de communi opinione, Rot. à Valle, *conſil.* 7. *num.* 47. *lib.* 3. Crauet. *conſi.* 22. *conſ.* 131. *& conſi.* 180. Dec. *conſ.* 1. *num.* 232. *& num.* 250. *conſil.* 22. *num.* 101. *conſi.* 41. *num.* 26. *& num.* 61. *& ſeqq. lib.* 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, *& conſil.* 77. *num.* 15. *lib.* 5. Berett. *conſi.* 33. Pancir. *conſil.* 59. *num.* 8. *& ſeqq.* Odd. *conſi.* 45. *num.* 5. Cephal. *conſil.* 478. *num.* 36. Menoch. *conſil.* 173. *num.* 29. *verſic. tertia, et numer. ſeqq. conſ.* 420. *nu.* 15. *conſil.* 1071. *numer.* 17. *et ſeqq. et conſ.* 1155. *num.* 2. Peregr. *conſil.* 55. *numer.* 29. *conſi.* 62. *num.* 20. *lib.* 1. *conſil.* 34. *num.* 8. *lib.* 2. *conſ.* 52. *n.* 11. *conſil.* 53. *numero* 6. *conſil.* 56. *numero* 5. *lib.* 3. *& conſil.* 45. *in fine, lib.* 5.

Et in tractatibus, Did. *Tract. qu. cap.* 38. vbi dicit eſſe communem opinionem, Franc. Grat. Vincent. *ſuo libel. de concil. leg. tract. de vulg. & fideicomm. nu.* 12. *et ſeq.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum. qu.* 15. *nu.* 6. *verſ. aut vero*, vbi teſtatur de communi opinione, *et quæſt.* 16. *nu.* 3. Peregr. *de fideicomm. art.* 19. tenet hanc opinionem vocatis liberis, generatione, familia, & ſimilibus, ſecus vocatis, agnatis, cognatis, & ſimilibus, & dicit eſſe communem opinionem, & ita per conformes obtinuiſſe, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 284. *num.* 18. vbi teſtatur de communi opinione, *et fol.* 239. *num.* 46.

Et in deciſionibus, Peregr. *deciſ.* 111. vbi latè, & tollit plures authoritates, quæ in contrarium adduci ſolent, Raod. *deciſ. Piſan.* 28. *nume.* 109. 110. *&* 148. *& d. ciſ.* 31. *nu.* 265. Guid. Pap. *quæ.* 512. *nu.* 2. Magon. *deciſ. Florent.* 37. *nu.* 19. *vſque ad finem*, Ceſſ. Barz. *deciſ. Bon.* 4. Caualc. *deciſ.* 18. *num.* 18. *circa finem, lib.* 3. Rota Romana *in nouiſſ.* 568. *nu.* 1. *par.* 1.

Hæc autem ſententia iuuatur primò *ex l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. *in l. fin. C. de verb. ſign. in l. peto, § fratre, ff. de legat.* 2. vbi vocati per collectiuam, omnes dicuntur vocati, & veniunt ordine ſucceſſiuo, & hæc iura pro hac opinione vltra alios induxit, Peregr. *de fideicom. art.* 19. *num.* 12. *& ſeqq.* 14

Secundò, nomen collectiuum comprehendit plures gradus, vt de nomine liberorum dicimus, quod complectitur filios, nepotes, & pronepotes, & alios in infinitum, *l. liberorum, ff. de verb. ſignif.* Atqui ſucceſſio non poſſet venire ad omnes comprehenſos ſub nomine familiæ, niſi ſucceſſiuum fideicommiſſum eſſet inter eos inductum, ergo &c. & ita hoc argumento vſi ſunt, Socin. ſen. *conſ.* 250. *num.* 5. 6. *lib.* 1. Curt. iun. *conſ.* 43. *colum.* 2. *& conſ.* 121. *num.* 15. Crauet. *conſil.* 98. *num.* 3. 15

Tertiò accedit argumentum, quod fideicommiſſa tacita teſtatoris voluntate inducuntur, *l. cum proponebatur, ff. de leg.* 2. & coniecturis induci latè dixi *quæſt.* 276. At teſtator dum ſubſtituit familiam, vel liberos, vel alios collectiuis nominibus, videtur fuiſſe voluntatis, quod bona remaneant in familia, *d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. ergo &c. ita arguit Soc. ſen. *d. §. quidam rectè, num.* 9. *verſ. quartus caſus.* 16

Quartò fideicommiſſa relicta deſcendentibus, familiæ, & agnatis, videntur potius relicta contemplatione deſcendentiæ, familiæ, & agnationis, quam perſonarum, ad tradita *in c. quoniam Abbas, de offic. deleg.* vnde veriſimile eſt, teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum tranſire ad omnes de deſcendentia, familia, & agnatione, quam finiri e in primis admiſſis: nam fideicommiſſa regulantur ſecundum rationem, ob quam facta videntur, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.* 2. & faciunt tradita per Alb. *conſil.* 51. *num.* 12. & Menoch. *conſil.* 172. *num.* 30. *& ſeqq.* 17

Quintò, accedit ratio, quod quando plures ſunt vocati per nomen collectiuum, videntur omnes ſub nomine comprehenſi eſſe vocati, ſiue ſint æquales in gradu, ſiue remotiores, *l. peto, §. fratre, ff. de legat.* 2. *& d. §. cum ita*, & debent ſimul, vel ordine ſucceſſiuo ſuccedere. Sed quia veriſimile non eſt, teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum diuidi in tot partes, & omnes qui ſunt diuerſorum graduum, ideò fit interpretatio à lege, quod omnes ſint vocati, ſed eo ordine, quo ab inteſtato vocarentur, & ſic ſucceſſiuè de gradu in gradum, Doct. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum. & in l. vlt. C. de verb. oblig.* ergo & argumentum hoc deſumitur in ſpecie à Decian. *conſil.* 11. *nu.* 14. *lib.* 3. 18

Sextò addo, quod diſpoſitio teſtatoris debet intelligi ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſed de iure communi vocati per collectiuam ſucceſſiuè vnus poſt alium dicuntur vocati, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. peto, §. fratre, ff. de leg.* 2. *l. fin. C. de verb. ſignif.* ergo &c. ita poſt Anch. arguit Menoch. *conſil.* 173. *nu.* 37. 19

Hæc autem ſunt principalia fundamenta huius ſententiæ, alia deduxit Menoch. *d. conſil.* 85. *& d. conſ.* 328. ad quæ etiam reſpondet, vbi videri poterunt.

Verior mihi videtur, & tenenda omnino prima

opinio, pro qua ſtant ſatis ſolida fundamenta, cum è con-
tra ad argumenta ſecundæ opinionis facile reſpondea-
tur, & licet ego conſuluerim bis pro ſecunda opinione,
*vt in conſil. 24. in vna de Arrigonibus, & in conſilio ſe-
xageſimo ſeptimo, in alia de Feroldis*, reuera tamen, &
ingenuè non feci multam vim in hoc, quod ſimpliciter
vocati per collectiuam cenſeantur vocati per fideicom-
miſſum, nedum & per vulgarem, ſed motus fui ex con-
iecturis ibi reſultantibus ſucceſſiui fideicommiſſi, vt ibi
videri poterit, quibus etiam coniecturis non obſtanti-
bus in illa Arrigona, fuit in prima inſtantia iudicatum,
non extare fideicommiſſum, ſed tantum per vulgarem
fuiſſe vocatos, ſed malè iudicio meo, & expectatur iudi-
cium in cauſa appellationis Iuriſconſulti Eminentiſſimi
ingenij, & ſtudioſiſſimi Domini Ludouici Baitelli, & v-
na mecum conſuluerunt Clariſſimi Iureconſulti Pere-
gr. Eques Pedrocca, & D. Nicolaus Manerba; recolo
etiam in cauſa Patauina in ſimplicibus terminis nomi-
nis collectiui reſpondiſſe contra fideicommiſſum me
ſentire, nec ſcripſi, quia contrarium petebatur. In cauſa
Ferolda adhuc pendet iudicium: nec mirandum eſt,
quod in hac materia coniecturali Aduocati, qui habent
coniecturas pro fideicommiſſo, velint omittere regu-
lam, quæ habet multos ſectatores præiudicando cauſæ,
nam variæ ſunt hominum ſententiæ, nec aduocati ſunt
iudices, & ideo exiſtimo idem ſeruaſſe multos ex conſu-
lentibus relatos pro ſecunda opinione, nam ferè in om-
nibus conſilijs citatis aderant coniecturæ pro fideicom-
miſſo: repeto igitur, & dico me tranſire manibus, & pe-
dibus cum prima opinione.

20 Non obſtant iura in primo argumento ſecundæ opi-
nionis relata, quia illa loquuntur quando relictum ha-
bet tractum in futurum, vt declarant Cuman. *dict. §. in
fideicommiſſo*, & Ruin. *conſilio 92. numero 5. & 8. &
conſil. 159. numer. 22. & ſeqq.* quos refert & ſequitur
Petr. *de fideicommiſ. quæſt. 5. num. 149. verſ. & pro iſta
parte*.

Vel iura illa intelligi debent, vt alij de familia admit-
tãtur, ſcilicet quando primi non ſunt admiſſi, ita Cuma.
Ruin. & Petr. *locis citatis*, & cæteri alij.

Sed & de intellectu illorum iurium alia videnda erũt
apud Menoch *conſ. 83. num. 83. verſic. primo argumen-
tatur, & num. 91. & ſeqq. conſil. 328. nu. 57. & ſeqq. &
num. 63. & ſeqq.*

21 Ad ſecundum reſpondetur, quod licet nomen colle-
ctiuum comprehendat plures gradus, & plures perſo-
nas, non tamen inde ſequitur quod teſtator voluerit bo-
na peruenire ad omnes ſucceſſiuè per fideicommiſſum,
ſed tantum per vulgarem, ita vt ſi primi non ſint admiſ-
ſi ſuccedant alij, & ita reſpondet Menoch. *conſil. 328.
num. 56.*

22 Ad tertium reſpondetur, fideicommiſſa induci conie-
cturis à lege probatis, non autem quæ hominum volun-
tate proueniunt ſufficiunt, vt in ſpecie reſpondet Me-
noch. *conſil. 85. num. 85. & ſeqq. & conſil. 328. num. 62.
& ſeq.* vbi pluribus comprobat, & eſt veriſſimum, quod
etiam voluerunt Decian. *conſilio 12. num. 2.. & ſeqq.
lib. 1.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 11. num. 43. & ſeqq.*
Petr. *de fideicommiſ. quæſt. 9. numer. 146.* Intrigl. *de ſub-
ſtitut. centur. 3. quæſt. 72. num. 15. & ſeqq.* Menoch. *lib.
4. præſumpt. 67. numer. 10.* Atqui nulla lege probatur in-
duci fideicommiſſum ſucceſſiuum inter collectiuè vo-
catos ergo, &c. Nec dicatur immo extare tria iura ad-
ducta in primo argumento opinionis ſecundæ, per quæ
colligitur reſultare fideicommiſſum ſucceſſiuum inter
vocatos per collectiuam, nam contrarium colligitur ex
dictis ſupra pro reſponſione ad illa iura, vnde ſi iura il-
la probant pro fideicommiſſo, non eſt vlterius diſputan-
dum, ſi verò non probant, vt verè non probant, res e-
tiam erit expedita contra ſecundam opinionem. Non
enim ſufficit, quod teſtator voluerit fideicommiſſum 23
inducere, niſi voluntas tranſierit in diſpoſitionem,
l. Gallus, §. quidam rectè, ibi *vt eo caſu valeat, qui ex
verbis concipi poſſit, ff. de liber. & poſthum. l. ſi quis in
fundi vocabulo, ff. de legat. 1. l. ex verbis, C. de donat. in-
ter vir. & vxor.* Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.
17. & 31. ff. ad Trebell.* Decian. *conſilio. 205. numero 5.*
Ruin. *conſil. 153. numer. 6. lib. 2.* Alban. *conſil. 31. num.
10.* Socin. iun. *conſil. 100. nume. 18. lib. 3.* Crauett. *conſil.
161. num. 14.*

Ad quartum reſpondetur, quod licet verum ſit fidei- 24
commiſſum relictum deſcendentibus, & familiæ
relictum contemplatione familiæ, & deſcendentium,
non autem ſingularium perſonarum, non tamen ſequi-
tur, quod durare debeat fideicommiſſum, & tranſire
ad omnes de familia, & deſcendentia, quia ſufficit ad
primum perueniſſe, *l. filiusfamilias, paragr. cum pater,
ff. de leg. primo. l. vnum ex familia, paragr. ſed & ſi fun-
dum, & paragr. ſi quidem, ff. de legat. 2. l. pater filium, ff.
ad leg. Falcid.* & ita reſpondet Menoch. *conſil. 328. nu-
mero 82.*

Ad quintum reſpondetur verum eſſe, quod omnes
comprehenſi ſub nomine collectiuo cenſentur vocati,
d. §. in fideicommiſſo, & d. §. fratre, ſed iſta vocatio in-
telligitur actiuè, non autem paſſiuè, & ſic vt primi ad-
miſſi non cenſeantur grauati erga alios ſequentes in gra-
du, ita Menoch. *dicto conſilio 328. numero 81.* Et acce-
dat quod ſicuti lex ab inteſtato vocat gradatim, nec ad-
miſſum grauat erga alios remotiores, ſic nec teſtatoris
diſpoſitio hoc operari debet, cum liceat arguere à legis 25
diſpoſitione, ad teſtatoris diſpoſitionem, & à lege ad
teſtatorem, vt latè per Euerard. *in loco à lege ad teſtato-
rem*, & faciunt alia dicta *ſupra, in quinto argumento pro
prima opinione*.

Ad textum reſpondetur, iura ibi allegata non proba- 26
re, quod per collectiuam vocati ſint per fideicommiſ-
ſum ſucceſſiuum vocati, vt dictum eſt in reſponſione ad
primum argumentum. Præterea minor propoſitio ar-
gumenti eſt falſa, nam in illis iuribus non poteſt dici vo-
cationem fieri à iure, nam ibi teſtator vocauit familiam,
ſed lex interpretatur voluntatem teſtatoris, interpretan-
do verba ab eo prolata. Immo retorqueo argumentum,
quod quando ius tribuit ſucceſſionem ab inteſtato per-
ſonis ſub nomine collectiuo, primi admiſſi non tenentur
reſtituere ſequentibus in gradu, ergo pariter non tene-
buntur facta vocatione à teſtatore, vt dixi *in quinto ar-
gumento primæ ſententiæ*.

Antequam vlterius progrediatur ſciendum eſt, quod 27
nomina collectiua ſunt, liberi, deſcendentes, poſteri, pro-
genies, proles, poſteritas, ſtirps, illi de ſanguine, de proſa-
pia, de generatione, de linea, de parentela, de familia,
agnati, cognati, coniuncti, conſanguinei, propinqui, &
ſimiles, de quibus loquuntur Menoch. *conſil. 173. num.
13.* Dec. *reſp. 10. num. 1. 14. & ſeqq. libr. 3.* vbi dicit ver-
bum (proximiores) non eſſe collectiuum, etiam quod
dictum ſit proximiores de familia, Præt. *de interpr. vlt.
vol. fol. 279. ſolut. 9.* Peregr. *de fideicom. art. 19. per to-
tum, maximè num. 11. & num. 33. & conſ. 53. nu. 6. lib.
3.* Petr. *de fideicomm. quæſt. 5. num. 174. & ſeqq.* Raud.
deciſ. Piſan. 28. nu. 110. vbi etiam ponit quæ ſint nomi-
na collectiua diuerſarum perſonarum, diuerſorum gra-
duum, & *deciſ. 31. num. 261.*

Qui autem retinent primam opinionem, illam am- 28
pliant primò, etiam ſi vocatio ſit facta in ſingulari nu-
mero. Bart. *in l. Gallus, §. etiam ff. de liber. & poſthum.*
Alexand. qui etiam alios refert *in l. fin. C. de legat.* Ber-
trand. *conſil. 30. libro 1.* Decian. *conſi. 321.* Beretr. *conſi.
118. numero 15.* Rimin. iun. *conſil. 23. nume. 62.* Pancir.
conſ.

Digitized by Google

*conſil.59.num.*8. Dec.*conſil.*41.*num.*24.59.*&* 60.*lib.*1. vbi dicit eſſe communem opinionem, Bertaz.*conſil.*98. *num.*31. Peregr.*de fideicom.art.*19.*nu.*19. vbi teſtatur per binas conformes, ita fuiſſe iudicatum in vna de Ferro, *&* *deciſ.*111.*numer.*2. vbi pariter dicit in eadem de Ferro fuiſſe iudicatum contra conſ. Crauet. Sed aduerte, quod Doctores ſupracitati à Peregr. non loquuntur omnes de vocatione in numero ſingulari, ſicuti etiam in cauſa Ferra non erat facta ſubſtitutio in numero ſingulari, ſed bene in plurali, & colligitur ex ipſo Peregr. *locis citatis*. Ratio autem eſt, quia ſi lex vocat ad ſucceſſionem proximum in numero ſingulari, ſi plures ſint proximi omnes veniunt, §. *ſi plures, inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* ergo idem quando teſtator vocat per collectiuum in numero ſingulari, quia valet argumentum à lege ad teſtatorem, vt ſupra dictum eſt ex Euerard. *in dicto loco*.

29 Contrariam autem ſententiam malè probarunt, Cranet. *conſ.*180.*nu.*3. Menoch. *conſil.*328.*n.*89. vbi etiam refert Alciat.

30 Ampliatur ſecundò, vt ſucceſſiuus ordo per fideicommiſſum inducatur inter collectiuè vocatos, quando etiam teſtator ſubſtituit illos de familia, vel deſcendentes tunc viuos, vel ſuperſtites, quia per iſta verba non reſtringitur fideicommiſſum ad primos admiſſos, ita Alben. *conſil.*51. Roland. à Valle *conſil.*70. *libr.*3. Magon. *deciſ. Floren.*37.*num.*18. *verſ. tertiò fuit actum, vſque ad finem*, & ante eos voluit Anchar. *conſil.*27. verum eſt, quod prædicti Doctore ſupponunt ex coniecturis conſtare teſtatorem voluiſſe conſtituere ſucceſſiuum fideicommiſſum, & ideo volunt dictionem, tunc, non reſtringere diſpoſitionem ad tunc viuos, & volunt hanc dictionem ſtare declaratiuè eorum quæ tacitè inerant, quaſi ſi non eſſent viui non admitterentur, & quæ declaratiuè ponuntur non poſſunt dici ſuperflua, *l. quæ dubitationis, ff. de regul. iur.* Præterea dicunt hanc dictionem parere plures effectus: primus ne videantur vocati ſolum viui tempore mortis teſtatoris, ſed etiam extantes tempore purificatæ conditionis, ſecundus vt excluderetur repræſentatio, tertius vt oſtenderetur teſtatorem noluiſſe fideicommiſſum tranſmitti, & latiùs probatur ab ipſo Alben. & Magon. *locis citatis*. Immo quod ſubſtitutio de ſuperſtitibus importet fideicommiſſum ſucceſſiuum. Præt. *de interpret. vltim. vol. fol.*280. *num.*12.

31 Sed meliùs mihi videntur ſentire alij, qui volunt excludi fideicommiſſum ſucceſſiuum, quando teſtator vocauit tunc viuos, vel tunc ſuperextantes, vel ſuperſtites quaſi per hoc ſubſtitutio ſit reſtricta ad perſonas tunc extantes, in qua ſententia fuerunt, Curt. iun. *conſil.*50. *num.*5. Ludou. Molin. *lib.*3. *de Hiſpan. Primog. c.*8.*n.*20. Menoch. *conſil.*124.*num.*95. *&* *conſi.*953.*num.*6. Socin. iun. *conſil.*133. *libr.*1. qui loquitur quando vocati erant ſuperſtites, & ſuperuiuentes, Pereg. *conſ.*33.*num.*41. *in fine, & ſeqq. libr.*3. vbi vocati erant tunc ſuperſtites, *&* *conſ.*53. *eod.* vbi vocati erant tunc viui.

32 Probatur iſta opinio, quia dictio, tunc, denotat extremitatem temporis, *l.*4. *in fine, ff. de condit. & demonſtr.* Bart. *in l. tutoribus, ff. de teſt. tut.* Et relata ad tempus, pro eo tempore exponitur, Rebuff. *in l. mulieris, §. deſinere, ff. de verb. ſignif.* Et huius dictionis natura eſt reſtringere diſpoſitionem ad viuum expreſſum, vt latè dixi *quæſt. an fideicommiſſum extendatur de caſu ad caſum?* vnde cum teſtator vocat tunc exiſtentes, oſtendit non habuiſſe affectionem ad omnes de familia, ſed tantum ad tunc viuentes, & proximiores, & ſic vnam tantum ſubſtitutionem voluit facere de proximioribus, non autem plures, cum ad viuẽtes ſed reſtrinxerit. Et quamuis nomen familiæ, & deſcendentium ſit collectiuum, vt dictum eſt, cum tamen additur qualitas, quod tunc viuiſſent, & eſſent ſuperſtites, amittit naturam collectiui, nam collectiuum continet plures gradus, & plures perſonas, ſed cum additur qualitas, quod tunc eſſent viui, reſtringitur diſpoſitio ad tunc exiſtentes viuos, & perinde eſt, ac ſi nominatim facta eſſet vocatio, ita poſt Paril. & Socin. iun. ſcribit Peregr. *conſil.*53. *numer.*6. *& ſeqq. lib.*3.

Idem eſſet ſi vocati eſſẽt agnati qui ſupererint, & hoc propter dictionem, qui, quæ conditionem importat, ita Decian. *conſil.*91. *numer.*50. *& ſeqq. libr.*5. Sed contrarium colligitur ex Præt. *de interpr. vltim. voluntat. fol.*280. *num.*12. 33

In hac tamen difficultate ſic concordarem opiniones, quod prima procedat, quando ex alijs verbis teſtamenti colligitur teſtatorem voluiſſe facere ſucceſſiuum fideicommiſſum inter collectiuè vocatos, vel ratio agnationis habita fuerit, ex qua elicitur coniectura ſucceſſiui fideicommiſſi, vt infra dicetur, & verè in his terminis loquuntur Anchar. Alba. & Magon. Secunda verò opinio locum habeat, quando nullæ adſunt coniecturæ ſucceſſiui fideicommiſſi, nam ex vocatione ſuperſtitum, vel tunc viuorum, & ſuperextantium elicitur clara coniectura, quod fideicommiſſum ſit reſtrictum ad tunc extantes, & ita loquuntur Peregr. & alij pro ſecunda opinione adducti.

Limitatur primò ſecunda opinio principalis, quando teſtator vſus eſt verbis denotantibus actum momentaneum, vt ſunt verba peruenire, tranſire, ſuccedat, ita Peregr. *conſil.*33.*num.*14. *&* 24. *verſic. videamus, & numer. ſeqq. libr.*3. vbi conſuluit in caſu, quo ſubſtitutio de deſcendentibus teſtatoris erat facta per verba denotantia permanentiam bonorum in eis, & deſcendentibus deficientibus erant ſubſtituti tranſuerſales per nomen collectiuum, ſed per verba denotantia actum momentaneum, & concludit ſubſtitutionem de tranſuerſalibus non interpretari perpetuam, & in eis duraturam, ſicuti erat ſubſtitutio de proprijs deſcendentibus, nam teſtatores ſunt proniores in ordinandis fideicommiſſis perpetuis inter deſcendentes, quam inter tranſuerſales *ad l. ſcripto, Digeſtis vnde liberis, leg. cum ratio, Digeſtis de bonor. damnat. l. cum acutiſſimi, Cod. de fideicommiſſ.* Confirmatque ſimili, nam faciliter arguitur à reciproca facta inter tranſuerſales, vt dicatur etiam facta inter deſcendentes, non è contra, allegat Ruin. & Crauett. & hoc quia fauorabiliora ſunt fideicommiſſa inter deſcendentes, in quibus bona conſeruantur, quam inter tranſuerſales. Si tamen verbo, peruenire, & ſimili adiunctum eſſet verbum in perpetuum, tunc reſultaret ſucceſſiuum fideicommiſſum, & in his terminis eſt *deciſ.* Peregr. 111. 34

Limitatur ſecundò, quando teſtator dixit, & ſi deceſſerit, &c. tunc ſubſtituo deſcendentes, vel alios nomine collectiuo, nam illa dictio, tunc, eſt taxatiua, & impedit extenſionem ad alios caſus, vt pluribus comprobat Decian. *conſil.*10. *numero* 20. *libr.*3. Addo meliorem rationem, quod ſi teſtator tunc ſubſtituit morienti, &c. reſtringit diſpoſitionem, & ſubſtitutionem ad tempus mortis grauati, & per illammet dictionem excluditur ſucceſſiuum fideicommiſſum, quia ſi daretur, tunc non ſubſtituiſſet, tum primus grauatus eſt mortuus, *ad dicta ſupra num.*32. 36

Limitatur tertiò, quando vocati eſſent proximiores, vel antiquiores, nam ſubſtitutio extinguitur in primis admiſſis Ruin. *conſil.*159. *num.*3. *&* *nume.*14. *& ſeqq. lib.*2. Dec. *conſil.*64. *lib.*2. *vbi ampl. conſil.*77. *libr.*5. *&* *conſil.*10. *libr.*3. vbi pluribus comprobat inſiſtendo hoc nomen, proximiores, non eſſe collectiuum, & vult idem procedere, licet ſint vocati proximiores de familia, 37

hanc etiam limitationem ſenſit Peregr. conſ. 53. num. 1. & 5. lib. 3. conſ. 30. nu. 6. vſque ad finem, & conſ. 52. nu. 9. lib. 4. Alciat. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num. 14. verſic. qui ratione, ff. de legat. 2. & conſ. 96. nu. 32. ſecundum veterem impreſſionem. Crauet. conſi. 161. n. 9. Menoch. conſ. 85. nu. 123. & conſ. 328. nume. 50. & nu. 86. & ſequentibus. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 26. n. 64. & ſeq. parte 2. Petr. de fideicommiſſ. quæſtione 5. numero 149. & ſequentibus. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 34. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 16. nume. 8. Præt. de interpr. vltimar. volunt. fol. 334. nu. 19. & fol. 370. num. 4. Alexand. Raud. deciſ. Piſan. 28. num. 105.

37 Ratio vitra alias poteſt eſſe, quia teſtator ſubſtituendo proximiores cenſetur excluſiſſe remotiores, per regulam, quod vnius incluſio eſt excluſio alterius, l. cum prætor, ff. de iud. l. maritus, C. de procurat. quæ procedit etiam in ſubſtitutionibus, Rip. in l. 1. num. 61. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ergo vlteriores ſemel excluſi remanent ſemper excluſi, & mortuis proximioribus, qui eos excluſerunt, vt poſt alios ſcribit Decian. d. conſ. 10. n. 29. lib. 3. qui in ſpecie deduxit hanc rationem.

38 Porrò retenta, vt dixi, ſecunda opinione principali pro fideicommiſſo ſucceſſiuo, limitatio iſta eſt communiter reprobata vocatis proximioribus de domo, de familia, de agnatione, de parentela, nam quod reſultet fideicommiſſum ſucceſſiuo ordine gradatim de proximiore in proximiorem, nec proximiore admiſſo ſequentes ſint excluſi, in ſpecie, ſcripſerunt Bald. poſt Angel. in conſil. 321. ſtatuto cauetur, lib. 1. Anchar. conſil. 27. col. 3. & 4. vbi erant vocati antiquiores de domo, Barba. conſil. 27. col. 9. lib. 1. conſ. 18. col. 6. lib. 2. conſ. 14. col. 2. verſ. vnde ſolemus, lib. 3. Soc. ſen. conſ. 250. col. 5. verſ. præterea, lib. 2. & conſi. 12. n. 18. lib. 3. & in l. Gallus, §. quidam recte, col. penult. in verſ. quartus caſus, & in §. inſtituens, colu. vlt. & ibi Iaſ. nu. 23. ff. de legat. & poſthum. & ibi Torniel. nu. 72. Ruin. conſ. 108. nu. 11. conſi. 110. nu. 14. conſ. 111. nu. 15. & conſ. 203. nu. 12. lib. 2. Dec. conſ. 321. col. 2. & conſ. 519. nu. 17. Bertrand. conſ. 23. n. 9. & conſ. 30. lib. 1. vbi de propinquiore ſui generis Crauet. conſ. 180. Dec. conſ. 41. nu. 61. lib. 1. vbi de communi conſil. 100. in princ. libr. 3. ibi vocati erant proximiores conſanguinei, & ibi dicit nomen, proximiores, eſſe collectiuum, Pariſ. conſ. 30. nu. 57. & ſeq. lib. 2. Port. Imol. conſ. 121. nu. 11. Alba. conſi. 51. nu. 4. vbi vocati erant proximiores de parentela, Socin. iun. conſ. 136. n. 3. li. 3. hanc etiam opinionem probant Tiraquel. in l. bones, §. hoc ſermone, limit. 12. nu. 5. ff. de verb. ſignif. & in tract. de iur. primog. qu. 3. nu. 9. Ieraſ. in l. vnum ex familia, §. ſed etſi fundum, n. 20. ff. de leg. 2. Rom. conſ. 438. nu. 14. Crott. conſi. 58. nu. 28. lib. 1. rurſus Ruin. conſ. 34. nu. 15. conſ. 40. col. 3. conſ. 214. nu. 9. lib. 1. conſ. 164. nu. 4. & conſ. 167. nu. 7. lib. 3. Natt. conſ. 531. nu. 27. lib. 3. Rolà Valle conſ. 70. nu. 31. lib. 3. Rimin. iun. conſi. 23. n. 52. in fine, Ceph. conſi. 196. nu. 2. Angulc. conſil. 122. nu. 43. Menoch. conſil. 173. nu. 29. verſ. tertia coniectura, & nu. ſeq. conſil. 97. num. 10. conſ. 775. num. 17. & ſeqq. conſil. 1017. nu. 13. & conſil. 1111. num. 1. & ſeq. Peregr. conſ. 52. nu. 6. lib. 3. Ludou. Molin. de Hiſpan. primog. cap. 5. numer. 18. Melch. Palacz. tract. de maior. part. 2. quæſt. 12. Mant. de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. vlt. num. 11. & ſeqq. Beret. conſ. 118. vbi in ſubſtitutione de agnato proximiore, Pācir. conſil. 59. nume. 8. Peregr. deciſ. 111. vbi de communi, & ibi vocati erant proximiores maſculi de familia, & de fideicom. art. 19. num. 17. vbi dicit per conformes fuiſſe iudicatum, ſed aduertere, quod ibi erat excluſa filia, & vocati proximiores maſculi de familia, quo caſu reſultat coniectura ſucceſſiui fideicommiſſi, cum habita fuerit ratio agnationis, vt infra latius dicetur. Mouetur Anchar. & qui eum ſequuntur, nam dum teſtator vocauit proximiores de familia, non habuit reſpectum ad aliquos certos, ſed ad incertos, & dum vocauit ſub nomine familiæ, cenſetur vocaſſe familiam, proximiores autem expreſſit, quia ex iuris diſpoſitione proximiores cenſentur prius vocati, & prælati remotioribus d. l. peto, § fratre, & d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. & hoc modo videtur eſſe expreſſum, id quod tacitè inerat. [Et quod vocatis antiquioribus de domo primis mortuis alij ſucceſſiuè admittantur, voluit Gratian. diſcep. forenſ. 645. num. 9. vbi allegat Roman. Mandoſ. Fachin. Seraph. Tiraquell. Bertrand.]

Retenta autem prima opinione, quam ego probaui, quod per collectiuam vocati, ſolum per vulgarem cenſeantur vocati, non per fideicommiſſum ſucceſſiuum, & reciprocum.

Ampliatur primò, & ſi adeſſet in ſubſtitutione clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vt dixi quæſt. 479. num.... 39

Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator pluribus inſtitutis dixit, & eos, & eorum deſcendentes inuicem ſubſtituo in ſtirpes, & non in capita, vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, vt dixi quæſtione 479. numero.... vbi retuli dicentientes, & articulum latè diſcuſſi.

Ampliatur tertiò, etiam ſi fideicommiſſum ſit reale, ſiue reſtitutorium, ſiue inductum per prohibitionem alienationis, dummodo non adſint verba perpetuitatis, vt declarat Peregr. conſ. 23. nu. 18. & ſeq. lib. 4. Sed videnda erunt dicta quæſt. 480. nu... & ſenſit Surd. conſ. 554. num. 42. & ſeq. lib. 4. 40

Contra tamen tenuit Dec. conſil. 84. numero 28. lib. 3. vbi allegat Bald. Salic. Curt. ſen. & Soc. ſen.

Declaratur primò, iſta opinio prima principalis ſecundum multos, vt ſi ſumus in nomine collectiuo, plurium perſonarum, non graduum, vocatio intelligatur tantum per vulgarem, & hæc omnia ſunt agnati, cognati ſanguinei, coniuncti, propinqui, agnatio, cognatio. Si verò ſunt nomina collectiua plurium perſonarum, & graduum, vt liberi, deſcendentes, poſteri, proles, progenies, generatio, & tunc intelligatur ſubſtitutio per fideicommiſſum ſucceſſiuum gradatim de proximiore in proximiorem, Ruin. d. conſilio 164. numero 7. lib. 3. Curt. iun. conſil. 48. colum. 2. Pariſ. conſ. 11. col. 3. 4. lib. 3. Soc. iun. conſi. 136. lib. 3. Natt. conſil. 531. num. 24. Non. conſi. 31. num. 14. Crauett. conſi. 22. nume. 7. & conſil. 131. nu. 10. Dec. conſi. 1. num. 231. 243. 244. 251. libro 1. Beret. conſ. 33. Burſat. conſ. 301. num. 16. 17. Honded. conſ. 65. n. 15. libr. 1. Craſs. in §. fideicommiſſum, q. 15. num. 16. verſic. aut verò, Præt. de interpr. vltimar. vol. lib. 3. interpr. 2. dub. 1. ſolut. 5. nu. 46. & clarè diſtinguit Peregr. de fideic. artic. 19. nu. 24. & 33. & art. 18. nu. 21. & deciſ. 111. n. 2. Alex. Raud. deciſ. Piſan. 28. nu. 109. & num. ſeqq. & num. 148. Sic etiam diſtinguit Menoch. conſil. 1155. nu. 18. & ſeqq. 41

De nomine familia, idem ſenſit Peregr. d. art. 19. nu. 33. licet contra Ruin. d. conſil. 164. & Menoch. d. conſil. 1155. num. 18. & ſeqq. de quo tamen puncto videnda erunt dicta quæſt.... an familia vocata primi admiſſi cenſeantur grauati alijs reſtituere. 42

Sed iſta declaratio falſa eſt apud me, nam ſicuti ſentio cum prædictis in vocatione collectiua plurium perſonarum non graduum, vt intelligatur tantum per vulgarem, ſic diſſentio in vocatione collectiua plurium graduum, & perſonarum, nam adhuc per vulgarem eam intelligo, cum ferè omnibus congeſtis pro prima opinione, qui vt plurimum loquuntur de liberis, & deſcendentibus, & volunt ſucceſſiuum fideicommiſſum inter eos non eſſe inductum. 43

Declaratur

44 Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator vocatis agnatis, vel deſcendentibus dixiſſet, & nullis agnatis, vel deſcendentibus extantibus, vel dixiſſet, quibus deficientibus ſubſtituo alium, nam tunc per fideicommiſſum ſucceſſiuum, & gradatim intelligitur vocaſſe agnatos, vel deſcendentes, Menoch. conſi. 173. num. 41. verſ. quarta coniectura, & conſ. 1017. num. 15. & ſeqq. vbi alios addit, Decian. conſ. 1. n. 271. lib. 1. & ego comprobaui in conſ. 24. in prima coniectura.

45 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator appoſuiſſet prohibitionem alienationis, extra familiam, de quo tamen articulo videndum erit quæſt. 479. num...... & ſeq. & Peregr. conſil. 23 nu. 18. & ſeqq. lib. 4.

46 Declaratur quartò, vt non procedat, quando ex diſpoſitis appareret teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem, nam hoc caſu locus eſſet ſucceſſiuo fideicommiſſo, Dec. conſ. 318. nu. 2. & conſ. 270. col. penult. Crauet. conſ. 161. & conſil. 180. Decian. conſil. 1. nu. 82. & ſeq. lib. 1. conſ. 64. nu 3. lib. 2. ſenſit conſ. 77. n. 22. lib. 5. & conſ. 41. nu. 85. lib. 1. Petr. quæſt. 9. nu. 149. verſic. 3. concil. art. Magon. deciſ. Florent. 37. Peregr. conſ. 33. nu. 42. in fine, & n. ſeq præcipuè nu. 45. lib. 3. dummodò ſimus in eiſdem perſonis, in quibus conſiderata fuit conſeruatio bonorum, ſecus ſi fiat tranſitus ad alias perſonas, cõſ. 30. n. 6. & ſeq. lib. 4. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 3. Craſſ. in §. fideicom. q. 16. n. 8. Gallus de except. ſucceſſ. except. 26. num. 64. parte 2. Farinac. deciſ. 462. nu. 2. verſ. his accedit. Peregr. deciſ. 111. Menoch. conſ. 1071. n. 21. lib. 11. vbi allegat Crauet. conſ. 113. nu. 1. & conſil. 130. nu. 6. Socin. iun. conſ. 110 num. 39. lib. 3. Dec. conſ. 49. nu 68. verſic. tertiò reſpondetur, lib. 3. & Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 176. part. 6. ff. ad Trebell. & ego latius hanc opinionem defendi conſi. 24. in 2. coniectura.

47 Et quando teſtator vocaſſet maſculos, tunc quia cenſetur factum pro conſeruandis bonis in agnatione, pariter pro ſucceſſiuo fideicommiſſo ſumeretur coniectura, Ruin. d. conſil. 164. nu. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 57. nu 10. lib. 2. & conſ. 53. num. 20. lib. 3. Menoch. conſil. 1071. n. 21. & ſeq. conſ. 1155. n. 6. & lib. 4. præſumpt. 171. n. 35. & ſeq. Rota Romana in nou. ſ. deciſ. 579. par. 1. Peregr. deciſ. 111. & de fideic. art. 16. nu. 17. vbi dicit ita iudicatum, cum alijs citatis, quæſt. 478. nu. 101. & ſeq.

48 Et fortius quando teſtator excluſit proprias filias, & inſtituit maſculos, quibus ſine filijs deſcendentibus ſubſtituit agnatum maſculum, nam cum finis fuerit conſeruandi bona in agnatione, & ob id filiæ ſint excluſæ, vt impleatur voluntas teſtatoris fideicommiſſum inducitur perpetuum. Dec. in l. 1. C. de pact. & ibi Curt. iun. vbi teſtatur in Excellentiſs. Conſ. Venetorum, ita fuiſſe iudicatum, idem Curt. iun. conſ. 113. numer. 5. Cephal. conſ. 137. nume. 13. & ſequentibus, vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Craſſ. dicto §. fideicommiſſum, q. 16. in fine, Bertaz. conſ. 98. n. 29. Peregr. dicta deciſion. 111. nu. 2. verſic. quorum opinio, & num. ſeq. & dixi in conſ. 24. in ſecunda coniectura.

49 Contra tamen hanc declarationem tenet Menoch. poſt alios relatos conſ. 85. num. 102. & conſ. 328. num. 74. & 76. qui dicit teſtatorem conſideraſſe conſeruationem agnationis eueniente caſu fideicommiſſi, ſecũdum ſuam diſpoſitionem, allegat Alex. Soc. iun. Dec. Ruin. Cephal. & Præt. & alibi a nobis ſæpius dictum fuit, præcipue q. 478. num. 102. & ſeq.

50 Et in tacita cõſeruatione agnationis per vocationem maſculorum, contra tenuerunt Rimin. iun. conſil. 371. num. 22. 124. & 129. lib. 3. Pariſ. conſil. 72. num. 36. 37. lib. 3. Ceph. conſil. 401. num. 39. & conſ. 476. numer. 18. Surd. conſil. 241. nu. 11. lib. 2. latè conſil. 315. num. 49. & conſ. 329. num. 1. lib. 3. Odd. conſ. 44. n 8. Menoch. conſ. 149. num. 40. vbi teſtatur de communi opinione conſilio 243. num. 52. conſil. 274. num. 26. & lib. 4. præſumpt. 62. num. 37. verſic. cæterum. Petr. de fideicom. quæſt. 9. num. 182. & ſeq. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. vltimo, num. 6. cum alijs congeſtis infra quæſt. 478. nu. 104. & ſeqq.

51 Pro qua opinione etiam facit, quia hoc modo fideicommiſſum tacitum induceret aliud tacitum, quod permitti non debet, vt dicit Surd. d. conſ. 329. num. 14. & ſequitur Peregr. conſ. 55. n. 27. lib. 1. & ante eos Bart. in l. ſeruum filij, ff. de legat. 1. per illum text.

52 Declaratur quintò, quando verba important tractum temporis in futurum, quia inter collectiuè vocatos reſultaret ſucceſſiuum fideicommiſſum gradatim, ita Cuman. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num. 4. ff. de legat. 2. & ibi Alciat. num. 13. Soc. ſen. in l. ſi cognatis, num. 17. ff. de reb. dub. & conſil. 43. nu. 9. in fine, lib. 3. Ruin. conſ. 82. num. 5. & 8. conſ. 89. num. 5. conſ. 117. num. 19. conſi. 159. num. 22. lib. 2. conſil. 19. num. 9. & ſeqq. & conſil. 164. num. 9. lib. 3. Dec. conſ. 10. num. 34. lib. 3. & conſil. 41. num. 66. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 85. num. 67. & num. 83. in fine, conſ. 173. nu. 3. verſ. tertius eſt caſus, cõſ. 274. nu. 34. & conſ. 328. num. 93. & ſeqq. vbi plura ponit exempla, Peregr. conſ. 33. num. 2. conſ. 53. lib. 3. conſ. 23. nu. 15. lib. 4. & conſ. 157. n. 11. & ſeq. lib. 5. & in tract. de fideicomm. art. 19. & deciſ. 111. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 16. n. 3. in fine. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. num. 11. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 279. ſolut. 9. per totam, vbi latè de verbis denotantibus tractum ſucceſſiuum. Magon. deciſ. Florent. 37. nu. 28. & ſeq. Caualc. deciſ. 18. num. 19. parte 3. Surd. deciſ. 346. num. 21. verſ. ſecundo, & admittunt omnes nemine diſſentiente.

53 Intellige tamen, vt verba habentia tractum in futurum debeant eſſe appoſita in ſubſtitutione vocatorum ſub nomine collectiuo, ſecus ſi eſſent appoſita in præcedenti ſubſtitutione, Ruin. conſ. 92. num. 1. 5. conſ. 156. nu. 22. lib. 2. & conſ. 19. nu. 8. in fine, & n. ſeq. lib. 3. Dec. conſ. 10. nu. 34. lib. 3. Alex. conſ. 13. nu. 7. libr. 4. Crauet. conſ. 131. num. 4. Menoch. conſil. 328. nu. 68. Torniel. in l. Gallus, §. quidam recte, num. 66. verſ. circa primum, ff. de liber. & poſthum. Præt. de interpr. vlt. vo. fol. 280. n. 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 71. nu. 12. Marzar. in Epit. de fideic. quæſt. 12. rurſus Peregr. conſ. 23. nu. 4. & ſeq. libr. 4. vbi comprobat duabus rationibus, cur non ſit facienda repetitio verborum habentium tractum ſucceſſiuum de vna ſubſtitutione ad aliam.

54 Verba autem denotantia tractum ſucceſſiuum habentur apud præcitatos Doctores, & præcipuè ſunt quãdo dictum fuit, quod bona irent de deſcendente in deſcendentem, vel de hærede in hæredem, vel de gradu in gradum, vel de vno in alium, vel quod vnus alteri ſuccedat, Ruin. conſil. 151. num. 7. lib. 2. Menoch. conſ. 1155. num. 26. Socin. ſen. conſil. 53. num. 3. lib. 3. Grat. conſ. 31. num. 17. lib. 2. Dec. conſil. 38. num. 4. conſi. 287. num. 12. & conſil. 481. col. 1. Ruin. conſi. 101. num. 14. 15. libr. 2. Gozad. conſ. 52. col. vlt. Pariſ. conſ. 88. num. 14. & ſeqq. conſil. 92. num. 39. & 46. lib. 8. conſ. 8. nu. 7. lib. 3. Ceph. conſil. 473. num. 21. & num. 35. conſil. 326. num. 27. conſ. 353. num. 80. conſil. 134. num. 31. & conſil. 478. nu. 45. & ſeqq. Menoch. conſil. 941. nu. 13. & lib. 4. præſumpt. 68. nu. 7. & ſeqq. Petr. de fideicomm. quæſt. 11. num. 164. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 280. num. 8. & ſeqq. fol. 284. num. 19. & fol. 333. numer. 4. in fine, Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. q. 81. nume. 29. Peregr. de fideicommiſſ. art. 19. & art. 32 nume. 43. ad medium, Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt 15. num. 6. Surd. conſi. 554. nu. 31. vſque ad finem, vbi notabiliter declarat, & dixi quæſt. 478. num. 60.

55 Et quando dictum fuit de gradu in gradum. Berou. conſ.41.n.4.conſ.82.num.7.& conſ.83.n.13.lib.2. Menoch.conſ.941.nu.13. Præt.de interp.vlt.vol.fol.284. num.19.ad medium.

56 Vel adeſſent verba perpetuitatis, vt in infinitum, perpetuò, ſemper, Alexand.conſ.23.num.2.libr.2. Soc.ſen. conſi.57.num.5.libr.3. Ruin.conſil.101.num.16.conſil. 108.num.13.& conſil.123.nu.19.lib.3. Pariſ.conſ.39. nu.13.lib.2.& conſ.53.nu.21.lib.3. Gozad.conſil.102. num.5.& ſeq. Alciat.conſil.72.n.1.& 12.lib.9. Decian. conſil.3.num.68.lib.1.& conſil.10.num.49.libr.3. Menoch.conſil.44.dubio ſecundo,lib.1.conſil.1111.num.3. & conſ.1155.nu.26.lib.12. Peregr.conſil.62.nu.20.lib. 1.conſ.44.nu.7.lib.4.deciſ.111.& in tract.de fideicom. art.19.num.7. Anchar. Reg.quæſt.81.nu.10.lib.1. Præt. de interpret. vltimar. voluntat. fol.280.nu.6.& ſeqq. & innumeri alij, qui allegati poſſent, ita vt non viderim contradictorem. Quod locum habet etiam ſi iſta verba fuiſſent in alio teſtamento reuocata, ſecundum Decian. conſil.3.nu.68.lib.1.

57 Vel in ſubſtitutione adeſſet clauſula, gradatim, ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo, quia intelligitur per fideicõmiſſum, vt verba ipſa ſonant. Bero.conſ.41.nu.4.libr.2. Pariſ.conſ.40.num.19.20.lib.2.& conſ.11.n.29.& 38. libr.3. Crauet.conſ.131.nu.10. Præt. de interpr. vltim. vol.fol.281.nu.13.& fol.332.nu.4. vbi alios addit Rota Romana apud Farinac.deciſ.492.num.1.cum alijs in fortioribus allegatis infra quæſt.478.n.49. vbi agitur de vocatis nomine appellatiuo. Debent enim iſta verba aliquid operari iuxta l.ſi quando,ff.de leg.1.& niſi operentur fideicommiſſum ſucceſſiuum nihil operarentur. Et expreſſio horum verborum ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo important idem, quod de vno in alium, l.cum pater,§.cum æſtimaret.ff.de leg.2.& l.ſi hæredibus,§.qui filium, iuncta Gloſ.1.ff.de teſtament.tut. Præt.in ſpecie noſtra d.fol.332.num.4. circa finem, qui propterea ſubdit, quòd cum clauſula de vno in alium importet ſucceſſiuum fideicommiſſum, vt dictum eſt ſupra numero 52. verſiculo verba, & alios addit Præt. citato loco, idem dicendum ſit de clauſula ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo, idem voluit Farinac.deciſ.Roman.492.numero primo, part.4.in nouiſſ.

58 Licet contrarium, quòd ordo ſucceſſiuus intelligatur per vulgarem, ſcripſerint, Pariſ.conſ.11.nu.28.& ſeqq. lib.3. Petr.Anguſc.conſil.1.in fine,libr.6. refert & ſequitur Menoch.conſ.328.nu.85. vbi dicit quod ordo ſucceſſiuus intelligi poteſt duobus modis, per vulgarem, & per fideicommiſſariam, ſecundum Pariſ.loco citato, & ſcribunt Doctores, in l.Gallus,§.quidam rectè, ff.de liber. & poſthum. Dec.conſ.205.nu.5.verſic.& ideo, conſil. 416.nu.16. Soc.iun.conſ.181.numero 29.libr.2. propterea non valet conſequentia, vocatio eſt facta ordine ſucceſſiuo: ergo per fideicommiſſum, quia poteſt intelligi de ordine ſucceſſiuo per vulgarem, quando enim lex interpretatur ordinem ſucceſſiuum intelligitur per vulgarem, Dec.conſ.10.num.31.verſic.quarto quia,libr.3. & ſubſtitutio in dubio debet potius interpretari directa vt dictum eſt ſupra numer.7. Ego tamen aſſentio primæ opinioni in terminis noſtris ob vim verbi collectiui, iuncta clauſula ordine ſucceſſiuo, quæ importat fideicommiſſum fuiſſe inductum, vt ſcribunt citati pro prima opinione, quibus addo Marzar. in epit.de fideicommiſſ. quæſt.16. vbi alios adducit. Et quamuis etiam vulgarem importare poſſit, id tamen procedit, quando nullibi conſtare poteſt teſtatorem voluiſſe facere fideicommiſſariam, ſed quando extat nomen collectiuum, ſatis elicitur coniectura fideicommiſſi, ne aliàs verba redderentur ſuperflua, & ita ſenſit Roman.apud Farinac.d.deciſ. 492.num.1.

Sed tamen aduertendum eſt, quod iſtud verbum, ſucceſſiuè, poteſt reſpicere ordinem ſucceſſiuum inter primum vocatum, & vocatos per collectiuam, & reſpicere ſolum vocatos per collectiuam, & primo caſu intelligo per vulgarem, per ea quæ diximus quæſtion.478.nume. 49.& ſeqq. exemplum ſi dictum ſit ſubſtituo Titium & ſucceſſiuè eius deſcendentes, ſucceſſiuus ordo datur inter Titium, & eius deſcendentes, & ſubſtitutio erit vulgaris, ſi verò dictum ſit, ſubſtituo Titium, & eius deſcẽdentes ſucceſſiuè, & tunc ſubſtitutio erit fideicommiſſaria, & in his terminis loquuntur relati ſupra num.77. & ita etiam ego declaraui in conſil.71.

Vel teſtator vſus fuiſſet verbis remaneant in familia, 59 conſeruetur in familia, vel non exeat familiam, vel deſcendentes, quia iſta verba denotãt actum ſucceſſiuum, & permanentem, & inducunt fideicommiſſum perpetuum, donec durat familia, vel deſcendentia, nam non poſſent bona in familia remanere, niſi mediante fideicommiſſo ſucceſſiuo, & reciproco inter illos de familia, Cuman.in l.vnum ex familia,§.ſed etſi fundum,num. 3.ff.de leg.2. Socin.ſen.in l.ſi cognatis, num.16.& ſeqq. ff.de reb.dub.& in l.Gallus,§.quidam rectè, numer.9.in fine,ff.de liber.& poſthum.& conſil.63.nu.15.& conſ. 12.num.13.lib.3. Alciat.in l.cum ita,§.in fideicommiſſo, num.13.& ſeqq ff.de legat.2. Ruin.conſil.92.numer.5. conſil.117.num.19.& conſil.134.num.21.libr.2. Pariſ. conſil.31.num.28.& ſeqq.libr.3. Socin.iun. conſil.168. num.78.lib.2. Dec.conſil.3.numer.63.libr.1. Mantic.de coniectur.vltimar.volunt.libr.8.tit.12.num.11. Rota Roman.in nouiſſ.deciſ.568.num.2.5.8.part.1. Peregr. conſil.52.num.12.conſil.53.ante num.12.libr.3.conſil. 23.num.3.& 15.conſil.30.num.6.conſil.50.numer.8.& 9.lib.4. Cephal.conſil.88.nu.27.& ſeqq.& conſil.353. num.45.52.53.& 65. Dec.conſil.33.numer.98.iuncto num.102.lib.1. Caualc.deciſ.19.nu.72.part.3. Menoch. conſil.1155.numero.28. vbi alios addit Cephal. conſil. 313.numer.45.48. idem Peregr. de fideicommiſſ. art. 19.numer.7.& ita ego conſului in vna de Feroldis, vt in conſil.67.

Declaratur ſextò, vt non procedat, quando teſtator in 60 vna parte teſtamenti conſtituit fideicommiſſum ſucceſſiuum, & reciprocum inter deſcendentes aliquos, nam & in alia parte erit conſtitutum inter poſteriores, Rub. in l.Gallus,§ quidam rectè, num.70.ff.de lib.& poſthu. Dec.conſi.415.colum.2. Alba.conſil 51.nu.13. Menoch. conſil.277.num.13 & conſi.575 num.12. Dec conſ.1. n.232.lib.1.& videnda erunt dicta quæſt.472. coniectura quinta, num....

Contra tamen hanc declarationem tenent Torniell. 61 in d.§.quidam rectè, nume.77.& ſeqq.ff.de lib.& poſthum. Ruin.conſ.82.column.vlt.lib.2.conſil.19.col.penult.& conſil.128 num.15 lib.3. Dec.ſenſit, conſil.10. num.42.lib.3. Menoch.conſil.328.num.66.& num.71. Peregr.de fideicomm.art.12.num.60. Ceph.conſ.347. vbi loquitur quando vnum fideicommiſſum eſt particulare, aliud vniuerſale, Peregr.de fideicommiſſo, art.12. numero 90.& confert Marcob.ab Anguil.conſil.61.nu. 129 & Alex.Raud.deciſ.Piſan.31.numero 263.cum alijs relatis ſupra num.53. Si enim teſtator voluiſſet conſtituere fideicommiſſum reciprocum inter poſteriores, feciſſet ſicuti fecit in alijs, arg.l.vnica,§.ſin autem ad de-
ficientis, C.de caduc.toll. Et confert, quia repetitio qua- 62
litatis, & conditionis non ſit vbi extat perſonarum diuerſitas, ita in ſpecie poſt alios ſcribunt Menoch. dicto conſil.328.nume.72. Pereg.conſil.23.numer. quarto, & quinto, libro 4.

Quæ opinio multo magis tenenda eſſet, quando pri- 63 mum fideicommiſſum ſucceſſiuum eſſet factum inter deſcendentes, cum verbis perpetuitatis, & tractus ſucceſſiui,

ceſſiui, & poſtea morientibus deſcendentibus, ſint ſubſtituti tranſuerſales ſub nomine collectiuo ſimplici: nam verba appoſita in prima ſubſtitutione deſcendentium importantia perpetuum fideicommiſſum, non erunt repetita in ſubſtitutione vltima tranſuerſalium, Rimin. iun. *conſil.* 471. *num.* 170. Decian. *conſil.* 10. *numero* 49. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 111. *numero* 26. quos refert, & ſequitur, Peregr. *conſil.* 23. *lib.* 4. & ratio differentiæ poteſt etiam aſſignari, quia fideicommiſſa relinquuntur ob affectionem *l. nec ad eum, ff. pro ſoc. §. 1. inſtitut. de fideicommiſſ. libert.* & teſtator naturaliter diligit ſuam poſteritatem, nimirum ſi ei proſpiciendo conſtituit fideicommiſſum perpetuum, tantaque affectio, & proſpectio non eſt erga tranſuerſales, ad tradita per Doct. *in l. cum auus, ff. de condition. & demonſtration.* dum volunt diſpoſitionem illius legis non procedere in tranſuerſalibus, de quo infra dicetur, & propterea non curant teſtatores illis prouidere de perpetuo fideicommiſſo, ad quod videndi erunt, Crauet. *conſilio* 306. *ante num.* 6. Decian. *conſilio* 12. *numero* 45. Alciat. *conſilio* 39. *nume.* 12. 13. & *conſilio* 87. *lib.* 9. Peregr. *d. conſilio* 23. *num.* 6.

64 Declaratur ſeptimò, vt locum non habeat prima opinio, quando teſtator appoſuiſſet aliquod onus in perpetuum, vt de dando quid loco pio, vel quod fieret anniuerſarium, nam ex tali onere perpetuò iniuncto reſultat perpetuum fideicommiſſum, Anchar. *conſil.* 27. *colum. vlt.* Fulgoſ. *conſilio* 68. Mattheus *colum. vltim.* Soc. ſen. *conſilio* 12. *num.* 12. *lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 90. *numer.* 9. & 10. *lib.* 1. *conſil.* 181. *num.* 45. *lib.* 2. & *conſil.* 136. *nu.* 74. *lib.* 3. Rimin. iun. *conſ.* 371. *nume.* 148. Natt. *conſil.* 531. *num.* 28. 29. Peregr. *conſ.* 44. *num.* 6. *ad finem lib.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionem, Crauett. *conſil.* 180. *ad finem.* Cephal. *conſ.* 353. *num.* 67. *lib.* 3. Decian. *conſi.* 77. *num.* 26. *in fine lib.* 5. *conſ.* 3. *num.* 11. 12. *libr.* 2. *conſ.* 41. *num.* 61. *libr.* 1. Roland. à Valle *conſil.* 70. *num.* 22. & *ſeqq. lib.* 3. Menoch. ſenſit *conſil.* 328. *numer.* 95. *ante finem conſ.* 1135. *num.* 22. *conſil.* 97. *numer.* 117. & *conſ.* 117. *num.* 10. *verſ. præterea.* Surd. *conſi.* 554. *num.* 15. *lib.* 4. Mant. *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 16. *tit. vlt. num.* 12. *in fine.* Anchar. Reg. *quæſt.* 72. *num.* 26. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 12. *numer.* 86. Præt. *de interp. vlt. vltimar. volunt. fol.* 281. *num.* 15. Matheac. *de legat. & fideicommiſſ. cap.* 21. *numero* 1. *libro* 1. Petr. *de fideicommiſſ. quæſtione* 5. *numero* 149. *verſic. ſecundo,* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 28. *numer.* 105. & hanc ego comprobaui *conſ.* 24.

65 Contrariam tamen ſententiam tenuerunt Alexand. *conſ.* 24. *num.* 6. *lib.* 3. Maſcard. de probat. *concluſ.* 775. *nu.* 16. Polit. *ſing.* 211. *num.* 2. *deciſ. Piſan.* 28. *num.* 117. Torniel. *inter conſilia Port.* 43. *nu.* 29. Petr. *de fideicom. quæſt.* 9. *num.* 45.

66 Intelligenda tamen erit prima opinio, vt locum habeat, quando onus ſpecialiter eſt relictum à vocatis per collectiuam, nam tunc concedendum eſt reſultare fideicommiſſum per reg. *l. ab eo, C. de fideicommiſſ.* ſecus ſi onus eſſet ſimpliciter relictum: hoc modo, ſi teſtator ſubſtituat fratrem, & eius liberos & deſcendentes, & poſtea à deſcendentibus relinquat onus in perpetuum, inducitur fideicommiſſum ſucceſſiuum, ſed ſi teſtator quando imponit onus, non imponat ſpecialiter a deſcendentibus, ſed ſimpliciter dicat, item ordino anniuerſarium in perpetuum fieri in Eccleſia, &c. & tunc non reſultat ſufficiens coniectura fideicommiſſi ſucceſſiui inter vocatos per collectiuam, Torniell. *inter conſ. Port.* Imol. *conſil.* 43. *num.* 21. Anguſc. *conſil.* 80. *num.* 6. *libr.* 6. & ita in his terminis conſului ſuper fideicommiſſo D. Iacobi Chizzolæ, vnà cum eruditiſſimis Iureconſultis DD. Bartolomeo Stella, & Franciſco Portulaca Eq. & ita etiam fuit iudicatum. [Idem etiam dixit Peregr. *conſil.* 98. *num.* 6. *lib.* 6.]

67 Declaratur octauò, quando in teſtamento eſſet appoſita clauſula codicillaris per verba futuri temporis in ampla forma, quia tunc præſumptio oritur, quod teſtator voluerit conſtituere ſucceſſiuum, & perpetuum fideicommiſſum inter comprehenſos ſub nomine collectiuo. Socin. ſen. *in l. Gallus, §. quidam rectè, column. vltima, ff. de lib. & poſthum. & conſ.* 12. *numero* 16. *lib.* 2. Curt. iun. *conſil.* 48. *column.* 3. & *conſi.* 139. *in fine.* Crauet. *conſ.* 22. *num.* 8. & *conſ.* 532. *num.* 3. Beret. *conſi.* 33. Menoch. *conſ.* 420. *num.* 17. *conſil.* 698. *numer.* 13. *conſil.* 1010. *num.* 5. *conſil.* 1053. *num.* 8. & *conſi.* 1155. *numero* 7. & *ſequentibus*, vbi alios addit. Peregr. *conſil.* 34. *numero* 9. *libro* 2. & *in tract. de fideicommiſſ. art.* 19. *numero* 19. *poſt medium.* Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 492. *numero* 2. *alias impreſſa, par.* 4. *in nouiſſ.* Licet 68 enim clauſula codicillaris non poſſit immutari naturam vulgaris ſubſtitutionis, & ſic fideicommiſſum inducere. Dec. *conſilio* 247. *num.* 6. & alij infra ſtatim pro contraria opinione relati, attamen operatur ex veriſimili mente teſtatoris, quod nedum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam vocati per collectiuam dicatur ſubſtitui, Doctor. *in l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Crauet. *conſ.* 22. *num.* 8. Accedat quod cum ſubſtitutio de deſcendentibus, vel aliter per collectiuum nomen ſubſtitutis non potuerit valere iure directo primo admiſſo, quia vulgaris expirat adita hæreditate, *l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtitut.* Doctor. omnes *in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* quod debet valere iure fideicommiſſi ob clauſulam codicillarem, ita Menoch. *dicto conſ.* 1155. *numer.* 7. videnda erunt circa hanc declarationem, quæ dixi *quæſt.* 11. *numer.* 25. & *ſeqq.*

Sed certè nimiæ ſubtilitates ſæpiſſimè deſtruunt vltimas voluntates, vnde non poſſum mihimet ipſi perſuadere, quod huiuſmodi clauſula, quæ ordinariò ponitur ex ſtilo Notariorum, ex mente teſtatoris poſſit inducere ſucceſſiuum fideicommiſſum, etiam quod de eius mandato ſcriptam eſſe conſtaret, illa enim ſolum operatur fideicommiſſum, quando directò ſubſtituti, directò ſuccedere non poſſunt: quod ſi directò poſſunt ſuccedere, vel ſucceſſerunt ceſſare debet fideicommiſſaria vnde rectè contrariam ſententiam probarunt Bald. *conſ.* 139. *quidam Nicolaus, colum. vltimar. lib.* 5. Dec. *in l. precibus, num.* 18. *C. de impub. & alijs ſubſtit. conſil.* 205. *colum. vlt. conſ.* 248. *columna penultima, conſ.* 287. *colum.* 2. *verſic. nec iſto in caſu, & conſilio* 291. *colu.* 2. *verſic. nec obſtat vnum.* Rip. *in l. hæredes mei, §. vltim. num.* 9. *ff. ad Trebell.* Anguſc. *conſil.* 38. *num.* 8. & *ſeqq. lib.* 6. Purpur. *conſil.* 30. *num.* 9. & *ſeqq.* Vegg. *conſil.* 74. *numer.* 489. Rimin. iun. *conſil.* 371. *numer.* 156. *libr.* 3. & eſſe veriorem, & receptiorem opinionem dixit Menoc. *conſil.* 328. *num.* 90. & videantur quæ dixi *dicta quæſt.* 8. *num.*... 69

Declaratur aliter ex his quæ ſcripſi *dicta quæſt.* 478. *in* 4. *caſu*, vbi plura dicta ſunt etiam pertinentia ad hanc quæſtionem.

SVMMARIVM.

1 *Maior de domo, ſi vocetur, intelligitur de maiori ætate, non diuitijs, nec dignitate.*

2 *Verba teſtatoris quæ in caſu vero, & caſu ficto poſſunt verificari, intelliguntur de caſu vero.*

3 *Verba, quę de actu naturali, & ciuili intelligi poſſunt de naturali erunt intelligenda.*

4 *Maiorem natu vocans dicitur vocaſſe ſeniorem.*

5 *Maior ætate ſi vocetur filij mortui excluduntur ab alio maiore natu, contra num.* 6.

7 *Maior natu ſi vocetur, ſi plures ſint omnes admittuntur.*

8 *Dignior quis ſit relinquitur iudicis arbitrio.*

9 *Digniore ſubſtituto ad fideicommiſſum, admittitur qui eſt ditior, vel ſenior.*

10 *Senectus nobilitat.*

11 *Digniore vocato, miles non dicitur dignior.*

12 *Legitimatus non admittitur tanquam dignior ad fideicommiſſum, ad quod dignior de domo eſt vocatus.*

QVÆSTIO CCCLXXXIII.

Vtrum vocato ad fideicommiſſum maiore de domo, vel de familia dicatur vocatus maior ætate, vel diuitijs, vel qui alios dignitate antecellit.

1 QVæritur, ſi teſtator vocauit ad fideicommiſſum maiorem de domo, an admitti potiùs debeat tanquam vocatus maior ætate, an maior diuitijs, an verò qui ob dignitatem alijs maior eſt. Et pro maiore ætate recepta eſt ſententia, quam probarunt Barbat. *in l. cum acutiſſimi, column. 48. verſic. & primo aſſero, C. de fideicommiſſ.* Socin. ſen. *in l. procurator, C. de eden.* Seuer. *in l. omnes populi, nume. 113. ff. de iuſtit. & iur.* & ibi Crott. *nu.* 146. *& nu.* 224. Iacob. de Sanct. Georg. *in l. 1. col. 2. C. ne lic. potent.* Ancharan. *in cap. primo, in 14. quæſt. princip. in verſic. conſuluit, extr. de conſtitut.* Felin. *in rubr. de maior. & obedien. nu. 26. & in c. ſuper eo il 2. nu. 15. ext. de teſtib.* Dec. *in cap. cum omnes, in ſecunda lect. in 5. not. ext. de conſtit.* Alexand. *conſ. 123. diſceſſis, col. 1. libro 1. & conſ. 4. nu. 2. 3. lib. 4.* Barbat. *conſ. 10. col. vlt. conſil. 18. col. 4. & conſ. 30. col. 1. libr. 2.* Iaſ. *conſil. 215. col. 2. lib. 2.* Soc. ſen. *conſilio 252. colu. 3. verſ. ex quib. verbi.* Dec. *conſil. 443. nu. 25.* Crott. *inter conſilia Rub. conſ. 36. colum. vlt. & in ſuis conſ. conſil. 9. n. 12. & conſil. 150. num. 68. & ſeq.* Pariſ. *conſil. 19. num. 125. & conſil. 93. num. 32. lib. 2.* Menoch. *conſil. 211. nu. 26. & conſil. 220. numer. 118. & libro 4. præſumpt. 92. num. 1.* Peregr. *conſil. 47. num. 16. libro 2.* Honded. *conſ. 70. num. 12. lib. 2.* Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt. 1. nu. 10. & ſeq.* Io. Lecirier. *in tract. de primoge. lib. 1. quæſt. 2.* vbi latè Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 10. numer. 1.* Præt. *de interpr. vltimar. volunt. fol. 329. nu. 74. circa finem, & fol. 334. nu. 18.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alexand. Raud. *de Analog. lib. 1. cap. 15. num. 267. & num. 269.*

Probatur autem iſta ſententia *per text. in l. ſi pater, in fine, ff. de adopt. & in l. eum qui, in princ. ff. de interd. & relegat. l. ſemper. in principio, ff. de iur. immun. & c. quoties de teſtib. & in cap. maior, 34. quæſt. 1.*

2 Secundò accedit, quia maior ætate propriè, & verè dicitur maior: Atqui verba teſtatoris, quæ poſſunt verificari in caſu vero, & in caſu ficto, intelligi debent potius in caſu vero, quam ficto *l. Statius, §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci,* Anchar. *in cap. 1. ext. de conſtit.* Crott. *d. l. omnes populi, num. 223.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, num. 108. C. de fideicom.* Socin. ſen. *conſ. 252. col. 4. verſ. ſexto corroboratur, libro 2.* Menoch. *conſ. 220. nu. 116. & ſeq.* maior autem propoſitio probatur ex Doct. *ſupra citatis.*

3 Sic etiam dicitur, quod verba quæ poſſunt intelligi de actu naturali, & ciuili debent in dubio intelligi de naturali, *l. vlt. ff. de his, qui ven. ætat. impetr. l. ex parte, §. inſulam, ff. de verb. oblig.* Glo. *in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & in cap. placuit, la ſeconda, in verb. mortuus, 16. quæſt. 1. & not. in l. fideicommiſſum, ff. de condition. & demonſtrat.* Et in ſpecie ſic argumentati ſunt, Anchar. *in d. ca. 1. in quarta quæſt. princ. verſ. conſuluit etiam Bald.* Tiraquel. *d. quæſt. 1. n. 10.* & Menoch. *d. conſil. 220. num. 16. & ſeqq. & conſil. 211. num. 26.*

Hęc autem opinio ſine dubio procederet, quando vocatus eſſet maior natu, nam hæc verba, maior natu, oſtēdunt diſponentem intellexiſſe de ſeniore, & ætate maiore, *ca. lex eſt 2. diſtinct. l. qui cum maior natu, ff. de oper. libert. & in §. minorem, inſtitut. de adopt.* Io. Lecirier. *d. quæſt. 2. num. 4.* Socin. ſen. *conſil. 252. num. 4. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 19. numero 124. & ſeqq libr. 2.* Tiraquel. *de iur. primog. quæſtione 1. in fine,* Honded. *conſi. 70. num. 13. libro 2.* 4

Et hoc caſu maior ætate excludit filios maioris defuncti, Alexand. *conſil. 4. per totum lib. 4. & conſil. 123. lib. 1.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 12. num. 86. verſ. quod ſi maior,* Præt. *de interpr. vltimarum voluntat. folio 334. num. 18. ad medium.* 5

Contrariam autem opinionem in eodem caſu contra Alexand. defendit Barbat. *conſ. 10. lib. 2.* vbi comprobat iura patris eſſe translata in filium, ſed malè, vnde pro prima opinione fuiſſe iudicatum colligitur ex Alexand. *d. conſil. 4.* 6

Si autem plures ſint in paritate gradus, omnes admittuntur, licet in numero ſingulari maior de familia eſſet vocatus, ita Præt. *d. fol. 334. numero 19.* Sed illius dictum non approbo, niſi ſint in paritate ætatis, nam quod ſint in paritate gradus non fuit à teſtatore conſideratum, ſed ſolum habita fuit ratio, quod eſſet maior, id eſt ſenior, vt ſupra fuit in principio ex receptiſſima opinione dictum. 7

Sed quid ſi teſtator vocauit digniorem, an maior ætate, vel diuitijs, vel miles, vel aliter in dignitate conſtitutis, ſit præferendus: quæſtio exigeret longum diſcurſum: pro nunc tamen dico in iudicis arbitrio eſſe, quis dicatur dignior, Dec. *in cap. ſedes, num. 8. extr. de reſcript.* Petr. *de fideicomm. quæſt. 13. numero 602. verſiculo circa primum.* 8

Si tamen teſtator habuit rationem conſeruandi bona in agnatione, dignior eſſet qui ditior eſſet, quia melius conſeruaretur nobilitas agnationis ab eo, qui & magis diuitijs abundat. *l. ſi quis à liberis, in fine princ. ff. de liber. agnoſc.* & ita in ſpecie voluit Petr. *d. quæſt. 13. nume. 602. verſic. circa primum.* vbi allegat Innoc. Albert. & Alexand. 9

Senior etiam poſſet dici dignior, quia ſenectus nobilitat, Petr. loco citato, vbi allegat *l. ſemper, ff. de muner. & honor.* & Albert. *in l. Imperatores, §. 1. numero 3. ff. de decur.* 10

Miles non poſset dici dignior, quia militia non eſt dignitas, nec nobilitas, *l. penult. C. de pact.* Bart. *in l. ex eo tempore, numero 3. ff. de teſtam. milit.* & ibi Iaſ. poſt alios *numer. 3.* & refert, & ſequitur, Petr. *loco citato, verſ. præterea.* 11

Legitimatus non poſset ſuccedere tanquam dignior, Ceph. *conſ. 606. num. 32.* 12

Quod ſi non conſtaret quis eſset dignior, poſſidens præſumeretur dignior, Ceph. *d. conſ. 606. num. 6.* [Seniore autem, vel antiquiore de domo vocato, admittitur ſenior de familia, nulla habita ratione proximitatis, Anchar. *conſ. 27. col. penult. poſt princip. nu. 6. verſic. quid iuris,* quem refert & ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 645. num. 7. & 8.* qui tamen loquitur in materia iurispatronatus, quando ad nominationem eſt vocatus ſenior, & antiquior de familia.] 13

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura coniecturis inducitur, licet expreſsè non ſit dictum.*

2 Primo

2 *Primogenitura dicitur conſtituta, quando vnus tantum eſt ſubſtitutus.*
3 *Primogenitura cenſetur conſtituta, licet in prælationibus tantum de primogenitura ſit facta mentio.*
4 *Primogenitura conſtituta colligitur ex qualitate rei relictæ, vt in Caſtro, quod teſtator voluit in familia conſeruari.*
5 *De primogenito in primogenitum, vel de maiore in maiorem, bona ire ſi dictum ſit, dicitur inſtituta primogenitura.*
7 *Primogeniti ſi ſunt ſucceſſiuè vocati, & poſtea ſecundogeniti, dicitur conſtituta primogenitura.*
8 *Primogenitura dicitur conſtituta, quando teſtator vocauit priores.*
9 *Primogenitura dicitur conſtituta, quando teſtator iuſſit deferri nomen, & inſignia domus.*

QVÆSTIO CCCLXXXIV.

Primogenitura quando, & quibus coniecturis dicatur conſtituta?

1 PRæcedens quæſtio tribuit occaſionem, vt aliqua de primogenituris dicantur, quæ licet, ſit ampliſſima materia, particularemque requireret tractatum, nihilominus cum multa non inutilia ad fideicommiſſorũ materiam ſpectent, viſum fuit aliqua ad rem facientia referre, in primiſque diſcutere quando, & quibus coniecturis primogenitura dicatur conſtitui? Illud tamen præmittendum eſt coniecturis primogenituram conſtitui licet expreſsè non ſit dictum à teſtatore, quod intendit conſtituere primogenituram, Ludou. Molin. *de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 5.* Melc. Palaez. *in tract. maior. par. 1. q. 1. nu. 3. & part. 2. q. 5.* Menoch. *conſi. 713. nu. 7. conſ. 915. num. 1. & conſil. 1023. num. 6.*

2 Prima igitur coniectura, per quam primogenituræ inſtitutio colligitur, eſt, quando teſtator vnum tantum vocaſſet, vt filium, vel proximiorem vnum, nam tunc intelligitur vocaſſe primogenitum, & conſtituiſſe primogenituram, ita poſt alios relatos ſcribunt Menoch. *conſil. 713. num. 1. & ſeqq.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 5. num. 34.* cum his, quæ dixi *quæſt. 356. Proximiores vocato ſi plures extent in eodem gradu an omnes admittantur? nume. 5.* Ratio autem eſt, quia cum vnus tantum ſuccedere debeat intelligitur de primo, iuxta *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. l. hæc conditio, la prima, ff. de condit. & demonſt. l. eum qui calendis, §. ſin autem, ff. de verb. oblig.*

3 Secunda eſt coniectura, quando in diſpoſitione, vel in præfationibus, & proœmijs ſit mentio de primogenitura, vel maioratu, hoc enim ſufficit ad inducendam primogenituram, licet in verbis diſpoſitiuis nihil ſit dictum, Molin. *d. lib. 1. cap. 5. nu. 1. & ſeqq.* Menoch. *conſil. 713. numero 6. conſil. 803. numer. 4. & conſil. 926. numer. 1. & ſeqq.*

4 Tertia quæ deſumitur ex qualitate rei relictæ, vt in Caſtro, quod teſtator voluit in familia conſeruare, nam præſumitur id iure primog. nij feciſſe, Ludou. Molin. *d. l. 1. c. 5.* Mich. Palaez. *in tract. maior. part. 2. nu. 21.* Menoch. *conſ. 713. nu. 8. & conſ. 915. nu. 21.*

5 Quarta coniectura erit, ſi dictum ſit, quod bona vadant de primogenito in primogenitum, vel de maiore natu, in maiorem, Bero. *conſil. 84. numer. 13. lib. 2.* Menoch. *conſi. 775. nu. 1. 2. & conſ. 1023. nu. 7.* Ludou. Molin. *d. c. 5. nu. 39.*

6 Ampliatur iſta quarta coniectura, etiam in caſu, quo teſtator inſtituit Titium, & ſi deceſſerit ſine filijs, ſubſtituat filios primogenitos Seij, & illo ſine filijs moriente, ſecundogenitum, declarando, quod bona tranſeant de primogenito in primogenitum ſubſtitutum, nam tūc primogenitura incipit non tantum in filijs Seij, ſed etiam in primis filijs Titij poſitis in conditione, vt latè comprobat Menoch. *conſil. 775. ſecundo dubio.*

Quinta coniectura, quando ſucceſſiuè ſunt vocati primogeniti, & poſt eos ſecundogeniti, & ſic ſucceſſiuè, Molin. *lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 5. num. 30.* Menoch. *conſil. 904. nu. 44.* idem eſſet ſi poſita ſit clauſula de gradu in gradum, Menoch. *d. conſ. 904. num. 45.* poſt Molinam *d. cap. 5. n. 32. 38. & ſeq.* 7

Sexta eſt coniectura, quando teſtator vocauit priores, quia intelligitur vocaſſe primogenitos, ita ſuper teſtamento Iaſonis conſuluit Menoch. *conſi. 915.* Et ibi erant vocati priores, & proximiores, quod eſt plus. 8

Septima eſt coniectura, quando teſtator iniunxit onus deferendi inſignia, & arma familiæ, nam elicitur ex hoc coniectura, quod teſtator voluerit primogenituram cōſtituere, Anchar. *conſil. 113. nu. 4.* Guid. Pap. *quæſt. 467. de Hiſpan. primog. cap. 5. num. 34.* Ceph. *conſi. 196. num. 11. & 21. lib. 2.* quos & alios refert, & ſequitur Menoc. *conſ. 106. num. 1.* Teſaur. *deciſ. vlt. num. 10.* 9

SVMMARIVM.

1 *Fœmina in primogeniturìs ſuccedere poteſt, contra n. 5. Declara per totam quæſt.*
3 *Nemo iure ſuo priuari debet, niſi à lege ſit ordinatum.*
6 *Primogenitura dicuntur fieri pro conſeruandis bonis in agnatione.*
7 *Fœmina non ſuccedit in Ducatibus, Regnis, & Principatibus, declara ibi, & n. 10. 11.*
8 *Fœminis ſunt interdicta officia publica.*
9 *Maſculus eiuſdem lineæ, & gradus excludit fœminam in primogeniturìs.*
Fœmina in primogeniturìs habetur ad inſtar ſecundi gradus extantibus maſculis eiuſdem gradus, & lineæ.
12 *Fœmina non excluditur à maſculo alterius lineæ in primogeniturìs.*
14 *Fœmina dicitur conſeruare memoriam teſtatoris.*
16 *Familiæ verbum comprehendit tam agnatos, quàm cognatos.*
15 *Fœmina ſuccedit in primogenitura conſtituta fauore famil æ.*
17 *Fœmina non ſuccedit in primogenitura inſtituta pro conſeruatione domus, vel agnata.*
18 *Poſthumus maſculus de linea auocat bona à fœmina iam admiſſa in primogeniturìs.*
19 *Primogenito, vel primogenitæ, aut filio, vel filiæ vocatis in primogeniturìs fœmina admittitur ſucceſſiuè poſt maſculos.*
20 *Fœmina non admittitur in primogenitura inſtituta pro conſeruandis bonis in agnatione, declara num. ſeqq.*
24 *Fœmina in primogeniturìs non ſuccedit, quando maſculis ad eam ſunt vocati, declara numero ſequenti.*
25 *Maſculus ex fœmina non admittitur in primogenituram, ad quam vocati ſunt maſculi, declara numer. 26. 27.*
28 *Maſculus ex fœmina non admittitur in primogenituram, ſi vocati ſunt maſculi deſcendentes per lineam maſculinam.*
29 *Maſculinitatis qualitas appoſita in vna parte, an dicatur repetita in alia in primogeniturìs?*
30 *Maſculus vocans in primogeniturìs, ſolum fœminas dicitur excludere, ſi extāt maſculi eiuſdem gradus, non ſi remotioris, & alterius lineæ, declara ibi.*

Digitized by Google

31 *Fœmina in primogenitura ſemel excluſa per maſculum non eſt perpetuò excluſa, ſed ſolum extante maſculo, vel eius deſcendentibus.*

32 *Fœmina in primogenitura non admittitur relicta ſimpliciter primogenito, ſi teſtator diſcretiuè de maſculis, & fœminis mentionem fecit.*

33 *Fœmina in primogenitura per maſculum excluſa, intelligitur per maſculum legitimum, vel legitimatum per ſubſequens matrimonium, non legitimatũ per reſcriptum.*

35 *Primogenitura inſtituta à fœmina, vel à maſculo, & fœmina ſimul non excludit fœminam, amplia & de cetera num. ſeqq.*

39 *Fœmina à primogenitura in dubio non erit excludenda.*

40 *Excluſio fœminarum à primogenitura, an ſit odioſa, vel fauorabilis? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCLXXXV.

Vtrum in primogenituris fœmina ſuccedere poſſit?

IN tota fideicommiſſorum materia, frequentiſſima eſt quæſtio inter maſculos & fœminas, & vt plurimum lites orientes rediguntur, an fœmina cenſeatur vocata, vel excluſa; De qua materia etiam latiùs dictum fuit in multis ex præcedentibus quæſtionibus; & infra pariter agendum erit *in quæſt. an conditionaliter filiorum mentione facta veniant fœminæ? Cum duabus ſequentibus;* cum autem nunc de primogenituris agatur, vtiliſſimum eſſe cenſui referre Doct. ſententias in hac etiam materia, cum præcipuè nunc ſatis grauis cauſa orta ſit ſuper teſtamento Domini Ottoboni Vgonij, ſuper quo conſului, *vt in conſ. 70.*

1 Proponitur igitur diſputatio an fœmina dicatur vocata in primogenituris? & fœminam eſſe capacem primogenituræ, ſcripſerunt poſt alios Ludou. Molin. *libr. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. & cap. 5.* vbi *num. 7. & ſeqq.* agit, id verum etiam in maioratu conſtituto pro agnationis conſeruatione, Melch. Palaez. *de maiorat. part. 2. quæſt. 6. n. 9.* Boer. *conſ. 120. num. 19. & 49. lib. 2.* Menoc. *conſ. 801. nu. 27. & ſeqq. conſ. 802. nu. 14. 26. & ſeqq.* vbi alios addit *conſ. 803. dub. 2. num. 9. & ſeqq.* & latè *conſil. 926.* Anton. Gama *deciſ. Luſit. 337. num. 7.*

2 Pro qua opinione facit primò, quia de iure eſt ſublata omnis differentia inter ſexum maſculinum, & fœmininum, & fœmina æquali gradu cum maſculo, ſuccedit vnà cum eo, *§. cæterum, inſtit. tit. de legit. agnat. ſucceſ. l. maximum vitium, C. de liber. præter.*

3 Secundò facit, quod nemo ſuo iure priuari debet, niſi clarè ſit à lege ordinatum, *§. igitur, in auth. de non elig. ſecund. nub. n.* Bald. *in auth. ex teſtamento. in prima lect. nume. 5. C. de ſecund. nupt.* vbi dicit, quod in materia excluſiua, vel priuatiua, excluſio non inducitur niſi expreſsè dictum ſit, quod etiam voluerunt Curt. ſen. *conſi. 44. column. 9.* vbi pluribus confirmat Curt. iun. *conſil. 5. nu. 11.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. numero 35.* Menoch. *de arbitr. iudic. conſil. 276. numer. 9. 10.*

4 ergo fœmina non erit excluſa à primogenitura, niſi expreſsè dictum ſit, Celſ. Vgo. *conſil. 93. numer. 20. & numero quarto,* Burgoſ. Salon. *conſil. 29. numer. 20. 21. & 66.* Ludou. Molin. *cap. 4. numer. 32. & ſeqq.* vbi egregiè comprobat.

5 Contrariam opinionem in primogenitura perpetua pro ſe, filijs, & deſcendentibus, vt non ſenſerit inſtituens de fœminis, probarunt Parif. *conſ. 72 nu. 7. 8. 33. & 81. lib. 4.* Cephal. *conſ. 158. n. 7. & conſ. 664. n. 36.* Menoch. *conſil. 204. nu. 27. & ſeqq. & n. 67. conſi. 752. num. 4. & ſeqq. & lib. 4. præſumpt. 84. nu. 8.* Tiraquell. *de iur. primog. q. 10.* vbi latè de hoc Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 10. num. 8.* Peregr. *de fideic. art. 26. nu. 46.* Anton. Gama. *deciſ. Luſit. 51.*

Ratio autem huius ſecundæ opinionis ea adducitur, 6
quia primogenitura non conuenit fœminis, cum facta dicatur pro conſeruandis bonis in agnatione, vt ſcribunt Ceph. *conſil. 251. nume. 48.* Decian. *conſ. 31. nu. 90. verſ. ſecundo ad probandum, libr. 1.* Hieron. Gabr. *conſil. 107. num. 3. in fine, lib. 1.* Menoch. *conſil. 117. numer. 19.* Tiraquell. *de iur. primog. q. 71. num. 23.* & Mantic. *de coniect. vltim. volun. libr. 6. tit. 15. verſ. item ſi teſtator.* Et fœminæ non ſunt aptæ conſeruare agnationem, cum per ipſas bona in alienas familias transferantur, ſed ſolum per maſculos conſeruatur, *l. pronunciatio, ff. de verbor. ſignif.*

Maximè hæc ſecunda opinio procederet in primogenitura dignitatis, quæ ſit antiquitus à maioribus inſtituta, vt ſcribunt poſt alios relatos Ludouic. Molin. *libr. 1. de Hiſpan. primogenu. capit. 13. numer. 2.* Marc. Solon. *de Pace Burgund. in comment. ad leg. Taur. Hiſpan. in primogen. numer. 80.* Menoch. *conſil. 552. numer. 6.* de quo videndus etiam erit Tiraquell. *de iur. primog. quæſt. 10.* vbi tractat latius quæſtionem, an fœmina ſuccedat in Comitatibus, Ducatibus, & Regnis, & vult quod ſi ſint feudales non ſuccedat fœmina, niſi aliud ex conuentione feudi ſit inductum, vel ex conſuetudine, vel ex priuilegio Regni, aliàs & fœminæ ſint capaces, & ibi plura adducit exempla, in quibus Regnis & principatibus ſucceſſerunt fœminæ, & etiam dicit ſaltem ſucceſſiuè poſt maſculos fœminas ſuccedere, de quo etiam infra dicetur. 7

Ratio poteſt adduci, nam fœminis ſunt interdicta officia publica, *l. fœminæ, ff. de reg. iur.* Sed eſſe Duchiſſam vel Reginam, cum regali iuriſdictione eſt habere officium publicum, *l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſtit. & iur.* ergo fœmina non erit capax ſucceſſionis Regni, neque Ducatus, & ita arguit Martin. Laud. *in tract. de primog.* quem refert Tiraquell. *dicta quæſt. 10. numer. 5. in fine.* 8

Declaranda tamen erit prima opinio, primò vt procedat quando nulli extant maſculi, nam tunc fœmina admittitur ad primogenituram, ſecus quando extant maſculi eiuſdem gradus in linea, nam iſti excluderent fœminas, & hanc declarationem probarunt Petr. de Bellapert. & Iacob. de Aret. *in l. pater filium, §. quindecim, ff. de legat. 3.* Bald. *in l. in multis, ff. de ſtat. homin.* Roman. *conſil. 98.* Pala. Rubi. *in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 69. num. 24. & ſeqq.* Dec. *in l. fœminæ, nu. 112. ff. de reg. iur.* Tiraquell. *de iur. primog. q. 10. n. 18. & ſeq.* Did. Couar. *libr. 3. var. reſolut. cap. 5. nu. 5.* Anton. Gomez. *in l. 40. Taur. n. 62.* Burg. de Pace Burgund. *in Proœm. leg. Taur. nu. 66. & ſeqq. n. 11.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſp. n. primog. cap. 4.* Menoch. *conſil. 204. nume. 17. conſ. 752. num. 6. in fine, conſil. 803. num. 16. & ſeq. conſ. 926. nu. 5. conſ. 957. nu. 7. & ſeqq. & conſ. 1027. num. 15.* Peregr. *conſil. 58. nu. 3.* & ſenſit *in tract. de fideicom. art. 25. num. 46.* 9

Fœmina enim eſt ad inſtar ſecundi gradus, quando extant maſculi eiuſdem lineæ & gradus, licet illa primogenita eſſet, Paul. de Caſtr. *conſil. 164. numero 18. libro 2.* Socin. ſen. *in l. Gallus, §. quidam rectè, numer. 4. ad finem, de liber. & poſthu. & conſ. 227. num. 3. lib. 2.* Ruin. *conſil. 120. nu. 11. lib. 1. & conſi. 168. num. 6. lib. 3.* Curt. iun. *conſil. 120. num. 5.* quos refert & ſequitur Molin. *d. cap. 7. num. 12.* 10

Ampliatur primò iſta declaratio, vt etiam in Comitatibus, Marchionibus, Baronijs, Regnis, & Principatibus fœmina admittatur non extantibus maſculis 11
eiuſdem

eiuſdem lineæ, niſi expreſsè aliud ſit diſpoſitum, vt tenet Ludou. Molin. *d. ca. 4. num. 5.* vbi allegat Andr. de Iſern. Cin. Bal. Abb. Hoſt. Io. Andr. Archid. Angel. Dec. Purpur. Gramm. Affl. Grat. Gozad. Tiraquell. Claud. Cantiun. & Burg. de Pac.

11 Licet contrarium tenuerint Iacob. de Sancto Georg. *in l. cum antiquioribus, C. de iur. del. b.* Ioan. Licerier. *in tract. de primog. quæſt. 19. & 20.* Martin. Laud. *de primog. colum. 5.* Pariſ. *conſ. 72. numer. 25. & ſeqq. lib. 4.* & Socin. iun. *conſi. 65. nu. 24. lib. 1.* qui teſtatur de communi, ſed malè, vt patet ex ſupra relatis, nec in his diutius immoror, quia non eſt propriè materia primogenituræ in teſtamento conſtitutæ.

12 Ampliatur ſecundò, quod ad hoc vt fœmina per maſculos excludatur, debet ille maſculus eſſe de eadem linea, ſecus ſi eſſet de alia linea ſemel excluſa, exemplum, ſi quis mortuus ſit relictis duobus filijs maſculis, & primogenitus admiſſus moriatur relicta vnica filia, nam iſta excludet patruum maſculum ſemel à patre ſuo primogenito excluſum, ita Tiraquell. poſt alios *dict. quæſt. 10. numer. 21.* Albert. Brun. *tract. quod ſtant. maſcul. art. 12. quæſt. 14.* Curt. iun. *in tract. feud. part. 3. limit. 15.* Io. Licerier. *de primog. quæſt. 19. colum. 2. libr. 1.* Burgoſ. de Pac. Burgun. *in Proœm. leg. Taur. numer. 121. & ſeqq.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 16.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. numer. 20. & ſeqq. & cap. 5. num. 71.* vbi dicit hoc verum, niſi ex coniecturis contrarium appareat voluiſſe teſtatorem, vt quia habita eſſet ratio agnationis, & loquitur in caſu quando maſculi ſunt vocati, nam dicit eorum vocationem intelligendam eſſe reſpectu maſculorum eiuſdem gradus, non autem remotiorum, & citat ferè omnes pro hac ampliatione citatos, Alexand. *in l. ſi dotali, num. 5. ff. ſol. matrimon.* Et conſulendo, idem probarunt Bald. *conſilio 275. verſicul. item non eſt verum, libro 2.* pulchrè Paul. de Caſtr. *conſil. 47. num. 1. & 2. libro 1.* Anchar. *conſ. 339. numer. 7.* Alexand. *conſil. 204. num. 16. lib. 2.* Corn. *conſi. 125. num. 1. lib. 4. conſil. 119. numer. 37. lib. 2.* Socin. ſen. *conſil. 30. num. 25. lib. 1.* Dec. *conſil. 451. num. 3. & ſeq. & conſil. 568. num. 4.* Pariſ. *conſil. 21. num. 29. lib. 1. & conſil. 81. num. 20. & ſeqq. libr. 3.* Ruin. *conſil. 31. num. 6. lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 187. num. 17. & conſil. 188. numer. 9. & conſil. 30. num. 60. lib. 2.* Gratian. *conſ. 19. numer. 43. lib. 1.* Gozad. *conſil. 37. nume. 12.* Sigiſm. *conſil. 39. num. 28.* Menoch. *conſ. 803. num. 16. conſi. 926. num. 34. & ſeqq.* multis vbi latè *conſil. 957. num. 8. & numer. 10. & ſeqq.* vbi latè *conſil. 1154. num. 30. & conſ. 1171. num. 30.*

13 Contrariam autem opinionem probauit ipſe Menoc. *conſ. 1006. num. 20. & ſeqq.*

14 Ampliatur tertiò, etiam in primogenitura conſtituta cauſa memoriam ſuam conſeruandi cum & per fœminas memoria conſeruetur, *l. liberorum, in fin. ff. de verb. ſignif.* & in ſpecie ita ampliat Ludou. Molin. *d. lib. 3. cap. 4. num. 6.*

15 Ampliatur quartò, etiam in maioratu conſtituto ad conſeruationem familiæ, cũ verbum, familia, latè ſumptum comprehendat tam agnatos, quam cognatos, *l. cum pater, §. item inter, & §. libertis, ff. de legat. 2. l. fi. C. de verb. ſignif. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* Alciat. *in l. pronunciatio, §. familiæ, in verbor. agnatorum ff. de verb. ſignif.* Socin. ſen. *conſ. 43. num. 10. lib. 3.* Decian. *conſil. 481. nu. 11.* per quam rationem in ſpecie hanc ampliationem probauit Ludou. Molin. *dicto cap. 4. numero 8.*

17 Aliud eſſet, quando primogenitura eſſet conſtituta ob fauorem domus, ſeu caſatæ, prout in Italia admittit Molin. *loco citato, nume. 10.* licet contrarium dicat procedere in Hiſpania, vbi ex conſuetudine aſſerit comprehendi tam maſculos, quam fœminas appellatione domus, & allegat Burgoſ. de Pace *in Proœm. leg. Taur. numer. 118.*

18 Aduertendum autem erit circa hanc declarationem, quod ſi fœmina ſit admiſſa tanquam nulli extarent maſculi, ſi poſthumus naſcatur ille auocabit bona à fœmina iam admiſſa, nam poſthumus habetur pro nato, vſque ad patris mortem *l. qui in vtero, ff. de ſtat. homin.* & in ſpecie ſcribit Tiraquel. *de iur. primog. q. 10. num. 26.*

19 Sine dubio autem fœmina ſucceſſiuè poſt maſculum eſſet vocata, quando teſtator vocauit primogenitum, vel primogenitam, vel filium, vel filiam, Gama. *deciſ. 327. numer. 12. & deciſ. 51. numer. 2.* Peregr. *conſil. 58. num. 3. lib. 5.* vel alios adducit Præcipuè Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 10. num. 9.* & Ludou. Molin. *libr. 1. de Hiſpan. primog. cap. 18. num. 22. & lib. 3. cap. 4. num. 10. & ſeqq. & cap. 5. num. 52.*

20 Declaratur ſecundò, vt fœmina excludatur à maſculis etiam remotioribus gradus, quando primogenitura expreſsè conſtituta eſt pro conſeruandis bonis in agnatione, nam ob hanc rationem expreſſam conſeruandi bona in agnatione fœmina erit cum ſuis deſcendentibus excluſa, cuius rei ratio eſt, quia fœmina non poteſt agnationem conſeruare, cum ipſa ſit finis agnationis, *l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſign. l. Iuriſconſultus, in princ. ff. de gradibus,* & ſpecie Ludou. Molin. *libr. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. num. 10.* & latiùs *cap. 5. num. 2. & ſeqq.* vbi pluribus comprobat diſpoſitionem excluſiuam fœminarum propter expreſſam rationem conſeruandi bona in agnatione extendi de caſu ad caſum, *& num. 69.* loquitur in caſu, quando vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam, & dicit, quod licet fœmina dicatur deſcendens per lineam maſculinam, nihilominus cum ratio agnationis habita ſit, fœmina erit excluſa, & fœminam eſſe excluſam poſt alios ſcribit Menoch. *conſil. 1006. num. 13. & ſeqq. & num. 25. & ſeqq.* vbi loquitur etiam nullo ſuperextante de linea.

21 Intelligitur tamen ita demum extenſionem de caſu ad caſum admitti, quando generaliter habita fuit ratio agnationis, ſecus ſit ratio conſeruandæ agnationis ſit adiecta certis perſonis, ſeu gradibus: vt ſi dictum eſſet, quia voluit in Titio, & eius deſcendentibus conſeruare bona, quia tunc ad perſonas nominatas erit reſtringenda agnationis ratio, nec ad alias poterit extendi, Ludou. Molin. *d. cap. 5. numer. 18.* vbi allegat Imol. *in l. ſi verò, §. de viro, ff. de ſolut. matrim.* Socin. iun. *conſi. 1. numer. 15. libr. 1. & conſil. 108. num. 31. & 32. libro 2.* Gozad. *conſi. 59. num. 4.* Pariſ. *conſ. 44. num. 16. lib. 2.* Grat. *conſil. 5. numer. 9. libr. 2.* Rimin. *conſil. 224. num. 27. libr. 2. & alios.*

22 Quod etiam probatur *ex l. quæ conditio, ff. de cond. & demonſtr.* vbi dicitur, quod conditio accommodata ad certas perſonas, referri debet ad eum dumtaxat gradum quo hæ perſonæ inſtitutæ fuerunt.

23 Verum nõ ita demum facienda erit reſtitutio ad perſonas nominatas, quod etiam ad eorum deſcendentes non ſit facienda extenſio, niſi limitatè, & præciſè per dictionem, tantum, vel ſimilem ſit ad perſonas expreſſas facta reſtrictio, ita Ludou. Molin. *d. cap. 5. num. 24.*

24 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator expreſsè vocauit maſculos, nec de fœminis in aliqua parte facta ſit mentio, nam tunc ad primogenituram nullo modo fœmina erit admittenda, ita Ludouic. Molin. poſt alios *d. capit. 5. in concluſione ſecunda, numer. 25. & in concl. 3. num. 30.* vbi dicit hoc verum eſſe vocati ſint hi, qui agnationem conſeruare poterant, ſiue non, cum ad poſitionem maſculorum ſequatur excluſio fœminarum, *l. 1. C. de adult. & per reg. l. cum ita, ff. de condit. & de-*

monſtrationib. & *l.cum prætor,ff.de iudic.* Et quando agitur de conſeruatione bonorum in agnatione, vt maſculis vocatis,non veniant fœminæ, poſt alios Ludouic. Molin.*lib.1.de Hiſpan.primogen.cap.6.numero* 1.

25 Ampliatur hæc declaratio, vt vocatis maſculis & excluſa fœmina, etiam omnes deſcendentes ab ea ſint excluſi,ſiue ſint fœminæ, ſiue ſint maſculi, vt poſt alios ſcribit Ludou. Molin.*lib.3.de Hiſpan.primog.cap.5.nu.41.vſque ad num.*50.

Et videnda erunt,quæ ego dixi *quaeſt*.404.*Vtrum maſculis vocatis veniant maſculi, & fœminæ*,& ibi habentur rationes huius ampliationis.

26 Niſi teſtator ex vocatione maſculorum non habuiſſet rationem conſeruandi bona in agnatione,ſed ſolum maſculinitatis, vt ſi inſtituta filia cum inſtitutione maioratus,ſint ad illum vocati eius deſcendentes maſculi, nam tunc venirent maſculi etiam deſcendentes ab aliqua fœmina deſcendente à teſtatore, vt poſt Anchar.Fulgoſ. Socin.ſen.Franc.Aret.Dec.Rub. & Carol. Molin.ſcribit Ludou.Molin.*libro 3.de Hiſpan.primog.cap.5.num.*48.quibus addendi erunt alij citati *dicta q.404.num.*15. & 16.

27 Vel primogenitura eſſet inſtituta à fœmina, quia & tunc vocatio maſculorum non excludit maſculos ex fœmina.Ludou.Molin.*d.c.5.n.49.* & *num.*.....& quæ dixi *d.q.404.n.*15.

28 Quod tamen temperandum eſt,quando vocati eſſent maſculi, & per lineam maſculinam deſcendentes, vel etiam ſimpliciter eſſent vocati per lineam maſculinam deſcendentes,vt dicunt Molin.*libr.3.de Hiſpan.primogen.cap.5.num.*69.Menoch.*conſ.*802.*num* 82.& *conſ.*1006.*n.*16. & *ſeqq.*nam tunc maſculus ex fœmina non veniret.

29 Sed quid ſi in vna parte ſit facta mentio maſculinitatis,in alia non, an qualitas maſculinitatis cenſeatur repetita,pendet ex dictis latè per Ludou. Molin. *d.cap.5. numer.*56.& *ſeqq.*vbi tenet negatiuam, ſed eam multipliciter declarat, & non fieri repetitionem voluit etiam Menoch.*conſ.*802.*num.*19.& *nu.*90. & *conſil.*803.*nu.*10.& *ſeqq.*vbi alios refert. Et ibi loquitur in caſu quando filij maſculi,& deſcendentes ſunt vocati,& dicit tunc appellatione deſcendentium,& fœminas venire,ſed hoc vltimum apud me eſt valde dubium, cum in eadem oratione ſint vocati filij, & deſcendentes ad dicta per Ludou.Molin.*libr.tertio,de Hiſpan.primogenit.cap.quinto,numer.*59.videndus etiam erit Menoch.pro ampl.& declaratione,*conſ.*802.*numer.*97. & *ſeqq.*& *conſ.*926.*numero* 36. & *ſeqq.* & videnda erunt quæ dixi *quaeſt.*403. *Vtrum mentione filiorum maſculorum facta in vna parte,& in alia non, qualitas maſculinitatis ſit repetita?*

30 Hæc tamen declaratio intelligenda eſt, vt ſi teſtator generice,& abſolutè vocauit maſculos,quod ita demum fœminæ erunt excluſæ, ſi extant maſculi eiuſdem gradus, nam remotiores maſculi non excluderent fœminam,ita notabiliter dixit Molinas *dict. cap.5.numer.*71. vbi plures alios citat,quos congeſſi *ſupra numer.*12.*ampliatione* 2.qui tamen hoc declarat, niſi tacitè vel expreſſe ſit habita ratio agnationis, vel ex verbis diſpoſitionis aliud colligatur,idem ſcripſerunt Burgenſ.Salon.*conſil.29.num.*41.& *num.*44. Menoch.*conſ.*926.*num.*31.& *ſeqq.*vbi dicit eſſe receptam ſententiam,& *conſi.*1006.*num.*8.& *ſeqq.multis.*

31 Secundò intelligenda erit hæc declaratio, vt fœmina ſemel excluſa per maſculos à perpetua primogenitura, non dicatur perpetuò excluſa, ſed ſolùm donec extant maſculi,& eorum deſcendentes, vt latè comprobat Ludou. Molin.*libr.1.de Hiſpan.primog.cap.6.num.*22.& *ſeqq.*& *lib.3.cap.5.num.*72.vbi mouet dubium, an fœmina excluſa à maſculo, mortuo maſculo relicta filia ſit ipſa,vel filia maſculi, aut alia fœmina proximior admittenda?

Declaratur quartò locum non habere, quando teſtator diſcretiuè de maſculis, & fœminis fuit loquutus, vt quando maſculum vocauit filium, fęminam filiam,nam inſtituta primogenitura inter filios, fęminæ non cenſebuntur vocatæ, etſi qualitas maſculinitatis non fuerit appoſita, ita poſt Bald.Socin.ſen. Iaſ.Brun. Georg.Lopez,& Gabr.ſcribit Ludouic. Molin. *dict.cap.5.numero* 55.quibus addendi erunt alij multi, quos retuli *in quaeſt. filiorum appellatione, an veniant fœminæ? num.*....& eſt *quaeſt.*311. 32

Sed quæro, quid ſi teſtator iuſſit ſuccedentem in primogenitura deferre debere eius nomen, & inſignia,an fœmina ex hoc ſolo præſumatur excluſa à maſculo remotiore, & ad fauorem fœminæ decidit Ludou. Molin. *d.cap.5.in fine.* 33

Illud autem omittendũ non eſt,quod maſculus quando excludit fœminam, ita demum excludet, ſi ſit legitimus, vel per ſubſequẽs matrimonium legitimatus, aliud ſi eſſet legitimatus per reſcriptum, dicendum erit,Ludou. Molin.*d.c.5.nu.*75.vbi allegat Bald.Iaſ. Dec.Tiraquel.Carol. Molin.& Port.& videnda erunt,quæ dicam *infra q.an legitimatus primogenitus excludat ſecundogenitum legitimum.* 34

Porro, ſi primogenitura ſit conſtituta à fęmina, vel à maſculo, & fœmina ſimul, venient fœminæ, & deſcendentes ab eis, Bero.*conſil.*120.*numero vndecimo,* & *ſeqq.libr.*2.& in vno eodemque caſu Alciat.*reſp.*162.*numer.*12.Tom. Marin.*tract.de feud.tit.*11.*de feud. fœmin.ſeu matern. numer.*14. refert, & ſequitur Menoch. *conſil.*802.*num.*.0.& *conſil.*1006.*num.*21.*verſic.primo obijci,* vbi dicit hoc verum, niſi ex verbis, vel coniecturis conſtet teſtatorem vocaſſe ſolum maſculos,Ant. Gabr.*de verbor.ſignific.concluſ.6.nu.*99. Tiraquel. *de iur.primog.quaeſt* 10.*in fine,*Ludou. Molin. *libr.3.de Hiſpan. primog.cap.5.n.*74.& *ſeqq.* vbi comprobat quando ſumus in caſu, quod maſculus & fęmina conſtituunt primogenituram. 35

Contrarium,quando maſculus, & fęmina conſtituerunt primogenitura, tenuit Burgos de Pace, *in Proœm. leg.Taur.num.*131. cuius tamen rationi reſpondet Molin. *loco citato.* 36

Quod extenditur etiam,quod adſint coniecturæ prælationis maſculorum remotioris lineæ,nam in dubio recedendum erit ab illis coniecturis, quando fœmina inſtituit maioratum,vt dixit Ludou. Molin.*dict.cap.5.numer.*73. 37

Intell. tamen, vt maſculus eiuſdem gradus præferatur fęminæ eiuſdem gradus,etiam primo natæ, licet remotioris gradus maſculo præferatur, Ludou. Molin. *ibi ſupra* ita tenuit poſt alios relatos. 38

Vltimò aduertendum erit, quod vbi ſumus in dubio, an fęmina ſit excludenda,necne à primogenitura, quod erit admittenda, vt egregiè comprobat Ludou. Molin. *d.cap.4.num.*32.*verſ.ex eiſdem etiam infertur,*& *num. ſeqq.* & non cenſeri excluſam niſi expreſſè ſit dictum, volunt Burgos Salon.*conſ.*29.*nu.*20.21.661.Ceſ.Vgo. *conſ.*93.*nu.*20.& *nu.*49. Menoch.*conſ.*803.*dubio* 2.& *conſil.*926. 39

Fauorabilis autem an odioſa ſit excluſio fęminarum à primogenituris,latiſſimè diſputat Ludou. Molin.*dict. cap.4.num.*15.& *ſeqq.* vbi videndum erit. 40

Alia etiam circa admiſſionem,vel excluſionem fęminarum in primogenituris videnda erunt apud Tiraquell. *de iur.primog.q.*10.& *ſeqq.* Ludou. Molin. *d.lib.3.c.4.* & 5.& *alios in tract.de primog.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per reſcriptum non excludit in primogeniturıs legitimum poſt eum natum.*

2 *Legitimatus per reſcriptum deficientibus legitimis in primogenitura, an ſuccedat? remiſſiuè.*

3 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium in primogeniturıs excludit ſecundogenitum legitimè natum, contra num. 4. declara num. 5.*

6 *Legitimatus in primogeniturıs an excludat fœminam legitimè natam? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCLXXXVI.

Vtrum legitimatus per reſcriptum vel per ſubſequens matrimonium in primogeniturıs excludatur per legitimum poſtea natum?

IN primogeniturıs ſæpè ortum fuit dubium, an filius legitimè natus excludat legitimatum antea natum? In qua difficultate duo conſtituendi ſunt caſus.

1 Primus caſus eſt, quando agitur de legitimato per reſcriptum, & hic non aufert primogenituræ ius a legitimè nato, Aretin *in l. Gallus, §. ſi eius, col. vlt. ff. de liber. & poſthu.* Alex. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, col. pen, ff. eod.* & ibi Iaſ. *in prima lectura, col. 18. verſ. primò limitatur, & in ſecunda lect. col. 14. verſ. limita iſtam concluſionem,* Ruin. *in rub ff. de liber. & poſthum. col. pen.* Imol. *in cap grandi de ſup. neglig. prælat.* & ibi Dom. Alexand. *conſil. 2 . col. 3. conſ. 49. col penult. & conſ. 67. col. 4. lib. 1.* Dec. *conſil. 85. col. pen. verſ. poſtremo prædicta,* Menoch. *conſ. 173. nu. 77. & lib. 4. præſum. 79. nu. 41.* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 34. num. 49.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 65. n. 73.* Peregr. *de fideicom. art. 23. num. 63.*

2 Et videndus etiam erit Hieron. Ceual. *Spec. Comm. contr. commun. q. 2. num. 50. & ſeqq.* vbi tractat an legitimatus per reſcriptum poſſit ſuccedere in primogeniturıs: & Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. c. 3.* vbi agit, an deficientibus legitimis poſſit ſuccedere legitimatus.

3 Secundus caſus eſt, quando agitur de legitimato per ſubſequens matrimonium, & tunc duæ ſunt contrariæ opiniones. Prima eſt, quod legitimatus per ſubſequens matrimonium admittatur, quam probarunt Bart. *in §. tribus, verſ. quæret hic in auth. quib. mod. nat. effic. ſui,* Salic. *in l. quoties, col. 3. verſ. quæris, ff. de liber. & poſthum.* Paul. de Caſtr. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, col. pen ff. eod.* Florian. *in l. in delictis, §. ſi extraneus, colum. 2. ff. de nouat.* Felin. *in c. prudentiam, col. 31. verſic. primogenitus, ff. de off deleg.* Ceſ. Vgo. *conſil. 129. num. 2.* Hieron. Gabr. *conſil. 21. n. 40. lib. 1.* Burſat. *conſ. 18. nu. 14. lib. 1.* Alciat. *lib. 3. de verb. ſign. in axioma ſecundo,* Vaſq. *de ſucceſſ. progr. part. 1. lib. 1. §. 52. nu. 89.* vbi dicit hanc opinionem eſſe communem, & veriorem, Peregr. *de fideicom. art. 24. num. 6.* Boer. *deciſ. 159. in fine,* & alij relati à Tiraquell. *tract. de iur. primogen. q. 34. n. 24.*

Rationes huius ſententiæ videri poterunt apud Hieron. Ceual. *Spec. comm. contr. commun. quæſt. 606.* vbi latè examinat quæſtionem.

4 Secunda eſt opinio magiſque recepta, quod legitimè natus præferri debeat, & hanc probarunt Iacob. de Aret. *in l. cum decem mihi, §. fi. ff. de ſolut.* & ibi Bart. & Angel. idem Iacob. de Aret. *in l. quoties, C. de rei vendic.* & ibi Iacob. Butrig. Rainer. Alber. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. & Iaſ. Iacob. de Beluiſ. *in d. §. tribus, in auth. quib. mod. nat. effic. ſui,* Alber. *in l. fin. colum. 1. C. ad Senat. Conſ. Maced.* Bal. *in l. eam quam, col. penul. C. de fideicom.* Angel. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum, ad finem, ff. de liber. & poſth.* & ibi Aret. *col. 2.* Alex. *col. pen.* vbi teſtatur de communi opinione, Iaſ. *col. 18. in prima lectura & in ſecunda lectura col. 13.* Soc. ſen. *col. pen ff. de liber & poſth.* Imol. *in l. ſi alienum, § extraneus ff. de hæred. inſtit. & in l. ex facto col. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & ibi Aret. *col. 8.* Barbat. *in l. cũ acutiſſimi, col. 58. verſ. quid ſi teſtator, & col. 95. ver. non obſtat quartũ, C. de fideic.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore col. 48. ff. de vſucap.* Aldroband. *in § fi. n. 14. Inſt. de nupt.* Henric. Boſ. *in c. tanta, extr qui fil. ſint legit.* & ibi Io. Andr. *in princ.* Anchar. & Cardin. Florent. Ioann. And. *in c fine culpa, par. 2. q. princ. de reg. iur.* & ibi Philipp Franc. *col. 1.* idem. Ioan. Andr. *in c. pro te, de reſcript. in 6. & ibi* Anchar. *in fi.* & Rom. *col. 2.* Anchar. *in c. quamuis, in fi. de reſcrip. in 6.* Cardin. Alex. *in c. per venerabilem §. quod autem, n. 31. extr. qui fil. ſint legit.* Felin. *in cap. vltim, col. 12. de conſtitut. & in c. cum olim, col. 2. extra de re iud.*

Et conſulendo idem ſcripſerunt Anchar. *conſil. 339. in fi. & conſ. 427. col. 1.* Alex. *conſ. 25. col. 2. conſ. 67. col. 3. & conſ. 94. col. 3. li. 1.* Iaſ. *conſ. 192. col. 5. lib. 2.* Corn. *conſil. 23. circa primũ col. 1. lib. 3.* Soc. ſen. *conſ. 235 col. 4. conſ. 246. col. 3. & conſil. 251. col. 1. lib. 2.* Curt. ſen. *conſil. 18.* Dec. *conſil. 85. col. pen.* Ruin. *conſ. 19 col. 1. lib. 1. & conſ. 106. n. 6. lib. 3.* Curt. iun. *conſ. 157. num. 5.* Socin. iun. *conſ. 52. nu. 7. lib. 1.* Cephal. *conſ. 364. nu. 7.* Menoch. *conſ. 16. num. 14.* vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, *& conſ. 173. nu. 77. in fine.*

Et in tractatibus Iacob. Concer. *q. iur ſingul. li. 2. q. 11.* Catell. Cott. *in memor. incip. Primogenitus, verſ. nunquid autem,* Martin. Lauden. *de primog. col. 8. verſ quæro propoſita,* Ant. Roſell *tract. legit. libro 1. in can. ſi fi. eſſ. col. 2.* Nic. Peruſ. *tract ſucceſſ. ab inteſt par. 1. in ſexta ſpecie filiorum,* Moder. Parıſ. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8 gloſſ 1. quæſt. 7. col. 2.* Tiraquell. *de iur. primog. quæſt. 34. num 4. & ſeqq. multis.* Anton. Gabr. *de legitima, concl. 1. in fi.* Ioſeph. Ludou. *concl. 14. limit. 3.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & veriorem Peregr. *de fideic. art. 23. nu. 63. & art. 24. n. 35.* Hieron. Ceual. *Specul. Communium contra communes, quæſt. 2. n. 82. & q. 606.*

Rationes huius ſententiæ latè deducuntur à Tiraq. *de iur. primog. quæſt. 34.* & Hieron. Ceual. *d. q. 606.*

Hæc tamen ſecunda opinio non procederet, quando 5
aliter ſe haberet conſuetudo loci, ita Ioan. Andr. *in d. c. fine culpa, ad fi. de reg. iur. in 6.* Cardin. Alex. *in cap. per venerabilem, §. quod autem, col. 31. extra qui fil. ſint legit.* Nic Peruſ. *in tract de ſucceſſ. ab inteſt. part. prima, in 6. ſpecie filiorum,* Ant. Roſel. *in tract. de legitim. libr. 1. col. 3. verſ. his igitur deciſis,* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 34 num. 47.*

Sed quid ſi agatur de excludenda fœmina, an maſ- 6
culus legitimatus excludat fœminam legitimam, dixi *q. præced. nu. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Nepos primogeniti filius in primogeniturıs excludit patruum ſecundogenitum, contra num. 23. declara per totam quæſt.*

4 *Filius non debet eſſe deterioris conditionis patre ſuo.*

7 *Medij naturam ſapit omne id quod per mediũ tranſit.*

8 *Cauſa remota deſcendentes à proxima habet qualitates quas habet cauſa proxima.*

9 *In fideicommiſſis ſuccedunt prius nominati poſtea eius filij, ſi aliud non ſit dictum.*

10 *Primogenitura nil aliud eſt quam fideicommiſſum.*

12 *In fideicõmiſſis caducato vno gradu cæteri ſuccedunt.*

15 *Primogenitura dupliciter intelligitur primo ſecundum tempus natiuitatis, ſecundo habito reſpectu ad tempus ſucceſſionis.*

16 *In fideicommiſſis ſucceſſio regulatur à cauſa inteſtati,*
17 *Ab inteſtato nepos ſubintrat locum patris.*
18 *In fideicommiſſo aſcendentis nepos ſubintrat locum patris.*
19 *Repræſentatio quando datur de iure, datur non tantum ad concurſum, quantum etiam ad excluſionem,*
20 *Pater & filius reputantur vna & eadem perſona. Vox patris dicitur vox filij.*
21 *Primogenitis ſpes quam habet in primogenitura eſt multum conſiderabilis.*
22 *In feudis, & iuriſdictionibus attenditur filiatio, non hereditarium ius.*
24 *Proximior qui eſt ſuccedit ab inteſtato.*
25 *Proximior gradu ſuccedit in fideicommiſſis, declara num,26,*
26 *Repræſentatio repræſentat gradum non corrumpit.*
27 *Nemo in alium plus iuris transfert quam ipſe habeat,*
28 *Primogenituræ qualitas requiritur tempore quo moritur vltimus poſſeſſor,*
29 *Qualitas adiuncta verbo, vel participio debet adeſſe tempore verbis, vel participij,*
30 *Primogenito repudiante primogenitura bona, aperitur locus ſecundogenito declara n. 31.*
33 *Primogenitus filius ſi vocetur, patruus excludit nepotem filium primogeniti, contra num,35.*
36 *Nepos filius primogeniti mortui non excludit patruum, quando eius pater non fuit admiſſus, contra num.161,*
37 *Primogenitum vocans, qui reperietur inter liberos à ſe deſcendentes, cenſetur voluiſſe patruum excludere nepotem filium primogeniti mortui,*
Primogenitum vocans, qui reperietur inter liberos à primogenito vocato deſcendentes, cenſetur voluiſſe nepotem filium primogeniti excludere patruum.
38 *Maior natu ſi vocetur nepos excludet patruum, contra num.46. declara num.49.*
39 *Verba intelligenda ſunt potius naturaliter quam ciuiliter.*
40 *Maior natu conſideratur naturaliter pro maiore natiuitate, & ſimiliter pro primogenito, cui debetur ſucceſſio.*
42 *Primogenituræ ſunt odioſæ, contra num.43.*
44 *Maiores natu cenſentur prudentiores.*
45 *Maior natu præfertur in adminiſtratione,*
47 *Maior natu, & primogenitus idem ſunt, declara numero 48.*
50 *Patruus excludit nepotem in primogenituris, quando extat ſtatutum, quod verba teſtamentorum, vt ſonant intelligantur.*
51 *Patruus excludit nepotem in primogenijs, quando perpetuò proximiores ſunt vocati.*
52 *Primogenitum & ſucceſſiuè eius primogenitos vocans, cenſetur voluiſſe patruum excludi à nepote.*
53 *Primogenitum & eius deſcendentes vocans, dicitur voluiſſe nepotem admitti in primogenituris patruo excluſo.*
54 *Bona tranſire de primogenito in primogenitum, ſi dictum eſt, nepos excludit patruum.*
55 *Nepos filius primogeniti excludit patruum, quando pater nepotis iam fuit admiſſus.*
56 *Nepos maior natu patruo excludit in primogenijs patruum, declara num.57.*

QVÆSTIO CCCLXXXVI.

Vtrum in primogenituris nepos primogeniti filius excludat patruum ſecundogenitum?

FAMOSISSIMA eſt diſputatio, an ſi ad fideicommiſſum ſit vocatus primogenitus, nepos primogeniti filius excludat patruum ſecundogenitum? In qua difficultate duæ ſunt principales ſententiæ; quod enim nepos admittatur excluſo patruo voluerunt Bartol *in auth. poſt fratres, C. de legit. hared.* Bald. *in l. ex hoc iure, col. 2. ff de iuſt. & iur.* Faber *in §. cum filius num. 4. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* Comen. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſ. ff. de legat. 2.* Cagnol. *in procem. ff... §. diſcipuli, numer. 177.* Padill. *in rubr. C de fideicommiſſ. numer. 6.* Ioan. Andr. *in rubr. de feud.* Gul. Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens, il primo, numer. 199. extr. de teſtam.* 1

Et conſulendo Barbat. *conſil. 10. col. 10. lib. 2.* vbi alios refert, & dicit hanc eſſe communem opinionem. Socin. ſen. *conſ. 252. col. 12 & ſeq.* vbi agit de teſtamento tranſuerſalis Socin. iun. *conſil. 3. nu. 3. lib. 4.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem. Alciat. *inter conſil. Grat. conſil. 8. num. 2.* Cephal. *conſil. 656. nu. 47. & ſeqq.* Decian. *conſil. 55. num. 48. lib. 3. & conſ. 23. num. 1. libr. 4.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Hier. Gabr. *conſil. 107. nu. 5. & ſeqq. lib. 1.* vbi dicit eſſe veriorem, & receptiorem opinionem, Menoch. latiſſimè *conſil. 211.* vbi dicit eſſe magis receptam opinionem. & agit primo an iure proprio veniat, ſecundo an iure repræſentationis, tertiò an iure tranſmiſſionis, idem tenet *conſ. 886. numer. 15. & num. 26. conſ. 90[illegible]. nu. 46 & ſeq.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis receptam ſententiam, *conſil. 981*, vbi latiſſimè *conſil. 1005. nu. 24. & ſeqq.* & latè *conſilio* 1082. Peregr. latiſſimè poſt multos relatos *conſ. 40. lib. 1. & conſil. 34. num. 16. lib. 3.* Honded. *conſ. 70. lib. 2.* Bardell. *conſ. 60.* vbi latè comprobat.

Et in tractatibus Alciat. *Peregr. lib. 8. cap. 15.* Gomez, *in l. 40. Tauri. num. 65. in fine*, & ibi Albedan. *gloſſ. 5. & ſeqq.* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 40.* Gutir. *Pract. Quæſt. lib. 2 quæſt. 40. n. 1.* Curt. iun. *tract. feud. part. 3. nu. 47.* Greg. Lopez *in l. 2. tit. 15. par. 2. & l. 3. tit. 213. par. 6. in verb. nugeris*, Surarat. *de vſu & conſuet. cap. 12. num. 57.* Did. Perez. *in l. 1. tit. 2. libro 5. ordinam. fol. 116 col. 2. verſ. ex qua ratione*, Siman. *de primogen. lib. 1. l. 22. & 23.* Ioan. Taur. *in tract. primogen. quæſt. 25. in fine* Did. *Pract. Quæſt. cap. 18. num. 6. & 11.* vbi de teſtamento tranſuerſalis, *& libr. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 28.* Mantica *de teſtamen. libro 9 cap. 26. numer. 86.* Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 10. num. 9.* Matthe. *lib. 5. tit. 7. gloſſ. 1. num. 1. & 2.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 92. num. 24.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan primogen. cap 16. n 3.* Craſſ. *in §. fideicomm. qu. 16. num. 7.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Hieron. Ceual. *Specul. comm. contr. commun. quæſt. 197.*

Et in deciſionibus Ægid. *deciſ. 724.* Magon. *dec. Luc. 19 nu. 8.* Mohedan. *deciſ. 1. tit de hared.* Grammat. *deciſ. 1. & dec. 174. nu 19.* Ant. à Gama *deciſ. Luſit. 1. nu. 16. 18. & deciſ. 16[illegible]. nu. 6. 7.* Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſione 395. par. 4.* aliàs impreſſæ ſub nomine Farin. vbi dicitur eſſe veriorem, & magis receptam opinionem, & nemine diſcrepante iuiſſe pro nepote reſolutum. [Addo pro eadem opinione Hieron. Gabr. *conſil. 130. num. 36. libro 2* Burſat. *conſil. 67. num. 25 libro 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem Viu. *deciſ. 502. libro 3.* vbi aſſerit, quod ſuprema tribunalia hanc receperunt opinionem, & dicit nefas eſſe ab ea recedere Surd. *conſil. 362. num. 12.* vbi de magis communi opinione teſtatur Gutier, *pract quæſt. lib. 5. cap. 66. & cap. 67. per totum*, Rot. *deciſ. 1012. par. 3.*

Idem in nepote ex ſecundogenito mortuo, in tertiogenitũ patruum, quando primogenitus vixit, & ſine liberis deceſſit, Socin. ſen. *conſ. 252. per totum*, Grammat. *deciſ.*

*deciſ.*1.Tiraquel.*d.quæſt*.41.Did.*pract.quaſt.cap*.38.*n*.9.
Gutier.*d.cap*.66.*nu*.29.]

2 Pro hac ſententia primò facit, quia ius primogeni-
turæ eſt tranſmiſſibile ad filium primogenitum, qui fi-
lius eo ipſo quod moritur pater, efficitur primogenitus
ipſi auo, quo ad effectum ſuccedendi in primogenitu-
ra, tam ratione repræſentationis patris ſui, quam ratio-
ne iuris primogenituræ in ſe tranſmiſſi, ita Moder. Pa-
riſ. *in conſuet. Pariſ. par*.1.§.8.*gloſſ*.3.*num*.5.

3 Secundò, ius filij non poteſt dici extinctum cum per-
ſona patris ſui, vti ius verè formatum & diſtinctum ab
ipſa filiatione, ita dicit Farinac. *d. deciſ*. 395. vbi alle-
gat Bald. *in l. is poteſt, ff. de acquirend. hæred*.& ibi Ale-
xand.& Iaſ.

4 Tertiò, filius non debet eſſe deterioris conditionis
patre ſuo, *l. maximum vitium verſic. ſancimus C. de li-
bert. præter*. vbi Bald. Paul. de Caſtr. Corn.& alij. Atqui
filius primogenitus excludebat fratrem ſecundogeni-
tum, ergo idem de filio primogeniti, & ita hoc argu-
mento vſus fuit Menoch. *conſil*. 211.*col*.2.*verſ. primo,
quia,& conſ*.1082.*nu*.1

5 Quartò, primogenitura ipſa eſt cauſa proxima, &
propinqua prælationis, non autem primogeniti perſo-
na, præeminentia igitur iſta non extinguitur cum per-
ſona primogeniti, ſed remanet apud eum, qui habet
qualitatem primogenituræ, arg. *cap. quoniam Abbas,
extr. de off. deleg.& cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. Cum
ergo filius primogeniti ſit primogenitus, ſequitur
præeminentiam ſuccedendi apud eum eſſe, & hoc ar-
gumẽto vſus eſt Menoch. *d.conſil*.211.*numer*.2.*& con-
ſil*.1982.*num*.2.Sed ego vel dicta huius Excellentiſs. &
Doctiſſimi viri non intelligo, vel ex hoc argumento
contrarium probatur.

6 Quintò, nepos eſt natus ex primogenito, & ſic ex ra-
dice priuilegiata, quæ cæteris præfertur: ideo aſſumit
naturam, quam pater habebat, quia forma, & origo
quæ à natura ducitur in quolibet deriuato reperitur, *l.
in ratione, la prima, §. ſi filio, ff. ad leg. Falcid. l. qui id, in*
7 *princ. ff. de donat. l. tutor, ff. de fideiuſſ*. Et quando me-
dium eſt naturale: omne id quod tranſit per medium
ſapit naturam medij, Bald. *conſil*. 309. *conſuetudo poſt
principium, libr*. 2. & hoc arg. vſus eſt Menoch. *d.conſil*.
211.*num*.4.*& ſeqq. & conſil*.1082.*num*.3.

8 Sextò accedit, quod in cauſa remota cenſetur ſtatu-
tum omne id quod eſt ſtatutum in cauſa proxima. quã-
do cauſa remota deſcendit à proxima, Bald. *in l. illam,
C. de collat*. Paul. Caſtr. *conſil*. 119. *hæreditas prædicta,
num*. 5. *libr*. 1. Sed filius eſt cauſa proxima, & ille tan-
quam primogenitus habuit priuilegium prælationis in
primogenitura. nepos verò ex eo eſt cauſa remota, ſed
deſcendit à filio primogenito patre ſuo, ergo priuile-
gium prælationis in primogenitura tranſit in nepotem,
ita argumentatur Menoch. *dict.conſil*.211.*num*.7.*& d.
conſil*.1082.*num*.4.

9 Septimò in fideicõmiſſis ſuccedit hoc ordine, pri-
mo nominatus admittitur, & ſi aliud nõ fit à teſtatore
expreſsũ poſtea admittentur eius filij. ſic in fideicom-
miſſo relicto familiæ deciſum fuit, *in l. cum ita, §. in fi-
deicommiſſo, ff. de legat*. 2. ibi *& qui ex ipſis primo gradu
procreati ſunt*. Et hoc ea ratione, quia ſicuti teſtator
prædilexit primò nominatos, ita dicitur prædilexiſſe
10 eius filios. Atqui primogenitura nil aliud eſt quam fi-
deicommiſſum, Ludou. Molin. *lib*.1.*de Hiſpan. primog.
c*.1.*num*.7. & alios plures refert, & ſequitur Menoch.
conſ.1006.*n*.38.*& conſ*.1023.*n*.5.ergo eadem mens pre-
ſumi debet in defuncto, vt vocando primogenitum, vo-
luerit & eius filios gradatim ſuccedere, & donec ali-
quis extat ex linea recta, non fiat tranſitus ad aliam,
Hoc argumento vſus fuit Menoch. *d.conſ*.1082.*n*.6.*&
ſeqq*. vbi latè exornat, & comprobat compoſitum, quòd
nõ debet fieri tranſitus ad aliam lineam, licet filius pri-
mogenitus deceſſerit ante patrem, cum nepos dicatur
ex linea primogeniti, quæ donec durat debet excludе-
re omnes alias lineas, adducit Lud. Molin. *lib*.3.*de Hiſp.
primog.c*.6.*n*.10.*& ſeqq*. vbi plura ad propoſitũ ſcripſit.

Octauò quando in fideicommiſſis vocatus eſt pri- 11
mogenitus, & ſic ſucceſſiuè filius primogeniti, & po-
ſtea nepos, & deinceps, cenſentur facti plures gradus
ſubſtitutionum, per quos dicuntur vocati omnes pri-
mogeniti deſcendentes ab illo primo, Ludou. Molin.
de Hiſp. primog. lib.3.*c*.6. *nu*. 39. Melch. Palaez. *in tract.
maior. par*.2.*qu*.10.*col*.2.*verſ. contraria opinio*, Peralt. *in l.
Celſus, nu*.13.*ff. de legat*. 2. Sed in fideicommiſſis cadu- 12
cato vno, vel pluribus gradibus cæteri admittuntur, *l.
vnica §. pro ſecundo, & §. ſin autem aliquid ſub conditio-
ne, C. de caduc. tollen*. Dec. *reſp*. 81. *lib*. 2. qui teſtatur de
communi opinione, Ceph. *conſ*.620.*n*.15. *& ſeqq*. Odd.
conſil.56.*num*.5. Peregr. *conſ*.40.*nu*.6.*lib*.1.*& in tract. de
fideicom. art*.5.*nu*. 5 *& nu*. 22. cum alijs à nobis conge-
ſtis *inf.q*.469.*nu*.... Et primogenitura nil aliud eſt quam
fideicommiſſum, vt dixi in præcedenti argumento, er-
go caducato gradu paterno, ſuccedet ſecundus gradus
qui eſt filius primogeniti.

Nonò, in iure patronatus libertorum, quod filio de- 13
betur iure ſuo, cum ſit quid ſeparatum ab hæreditate
patris, illud competit filio mortuo patre, licet in pro-
miſſione operarum facta liberto manumiſſo nihil di-
ctum ſit de filio, *l*.3.*ff. de oper. libert. & l. ſi operarum, ff.
eod*. ergo idem in iure primogenituræ, vt competat fi-
lio, licèt pater ſit mortuus, & hoc argumento vſus fuit
Menoch. *d.conſil*.211.*n*.8.

Decimò, vbicunq; ſuperſunt reliquiæ rei deficientis, 14
locus nõ fit ei, qui iuris ordine erat ſucceſſurus, vt pro-
batur ex traditis per Barr. *in l. ſi quis ſub conditione, ff.
de teſtam. tut*. Din. *in l*.1.*& l*.3.*ff. rer. amot*. Menoch. *conſ*.
211.*nu*.17. 18. 19. Atqui filius eſt portio patris primo-
geniti præmortui, *l. cum ſcimus, ad finem, C. de agric. &
cenſ. lib*.11. Menoc. *conſil*.124.*nu*.100.*lib*.2. ergo patruus
ſecundogenitus non erit admittendus nepote ex fratre
primogenito prædefuncti exiſtente.

Vndecimò, verba teſtatoris, quæ in caſu vero & in 15
caſu ficto intelligi poſſunt, accipi potius debent in ca-
ſu vero *l. Statius, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc*. Sed pri-
mogenitura dupliciter ſumitur, primo modo ſecun-
dum natiuitatem; ſecundo modo ſecundum tempus
ſucceſſionis, & primo modo capta, eſt vera, ſecundo
modo, ficta Anchar. *conſil*.82 *nu*.7. Zaſ. *conſ*.8. *nu*.4.*lib*.
1.*&* comprobat Menoch. *d.conſil*.211.*num*.23. *& ſeqq*.
qui in ſpecie vtitur hoc argumento ad excludendum
patruum ſecundogenitum, qui verè non poteſt dici
primogenitus mortuus etiam primogenito.

Duodecimò, in fideicommiſſis ſucceſſio regulatur à
cauſa inteſtati, Gloſ. *in l. cum ita. §. in fideic. ff. de legat*.2. 16
Alcia. *conſ*.96.*n*.34. Menoc. *conſil*.106.*n*. 83. Odd. *conſil*.
45.*n*.37. Peregr. *conſ*.47.*n*.16.*li*.2.*& in tract. de fideicom.
art*.29.*n*.20.*& ſeqq*. Lutent. *dec. Auen*.37.*nu*.9. Anton. à
Gama *dec. Luſit*.206.*n*.25. *& ſeqq*. alios congeſſimus *q*.
481. Atqui ab inteſtato nepos ſubintrat locũ patris ſui,
§. cũ filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Gloſ. *in §*. 17
mulieris, de ſucceſſ. libert. & ibi Io. Faber. Dec. *conſ*.9.*nu*.4.
li.2. Menoc. *conſ*.124.*n*.56.*lib*.2. *& de præſump. lib*.4.*præ-
ſump.nu*.95.*n*.6.7.& Ludou. Molin. *lib*.3.*de Hiſp. primog.
c*.7.*nu*.6. ergo nepos ſuccedet in primogenitura, in qua
pater ſucceſſiſſet, ſi viuus fuiſſet tempore mortis aui.

Confirmatur hoc argumentum, quia primogenitura
nil aliud eſt, quam fideicommiſſum, immò nos nunc
agimus de fideicõmmiſſo primogenitis relicto, ſed in
fideicommiſſis nepos repræſentat patrem, cum agitur

18 de ſuccedendo aſcendenti, latiſſimè Honded *conſ.70.*
*lib.2.*Menoch.*conſ. 392.n.18.*Odd.*conſil.54.n.12.* Pereg.
conſ.46.nu.18 lib.2. Mantic.*de coniecturis vlt. volunt.lib.*
*8.tit.9.n.2.3.*Peri.*de fideicomm.quaeſt. 16 num 8.& ſeqq.*
Theſaur.*deciſ. Pedemont.65.*Pur.*deciſ. 18.* Magon. *deciſ.*
*Florent.144.num.20.*Caſ.Barz.*deciſ.Bonon.97.nu.9. &*
*ſeqq.*Gama *deciſ. Luſit.367.*& Rot.Roman.apud Farin.
deciſ.501.& latiſſimè hanc opinionem probauimus, &
receptiſſimam diximus *quaeſt. 485.*

19 Nec dicatur ibi agi, quod nepos concurrat cum pa-
truo, non autem quod patruum excludat, vt nunc diſ-
putatur, quoniam reſpondetur, quod quando datur re-
præſentatio de iure, datur etiam ad excluſionem, nam
nepos ponitur in loco patris, ideo ſicuti frater vtrique
coniunctus excludit fratrem ex altero latere tantum
coniunctum, ita & nepos filius fratris, § *reliquum, verſ.*
huiuſmodi, in auth. de hared. ab inteſt. venient. Idem
probatur *in l. ſi quis prioris, C. de ſecund. nupt.* vbi filius
mortuus ante patrem ad nepotes filios ſuos tranſmittit
ſpem lucri, quod erat ſibi peruenturum patruis exclu-
ſis. Idem colligitur *ex auth. poſt fratris autem, C. de le-*
git. hared. vbi ſicuti in ſucceſſione fratris patruus ex-
cluditur per fratrem, pariter excluditur per filium fra-
tris prædefuncti, & ibi Accurſ. dixit hoc cauſari ex re-
præſentatione, quia alias patruus non excluderetur.

20 Decimotertio accedit, quod pater, & filius reputan-
tur vna & eadem perſona, *l. vltim. C. de impub. & alijs*
ſubſtit. & dicitur vnus cum patre ipſo, *in c. iam itaque*
prima, q. 4. Et vox patris dicitur vox filij, § *ei verò qui*
inſtit. de inut. ſtipul. & plura ad hoc per Maſcard. *de pro-*
bat. concluſ. 1151. ergo ſicuti pater excluderet fratrem
ſecundogenitum, pariter eum excludere debet filius
primogeniti.

21 Decimoquartò ſpes, quam habet primogenitus in
primogenitura eſt multum conſiderabilis, ſicuti de ſpe
in feudis ſcripſerunt Ruin. *conſil. 3. nu. 31 lib. 1.* Soc. iun.
conſ. 95. n. 21. lib. 3. Et de ſpe in fideicõmiſſis, vt ſit proba-
bilis dixi *quaeſt* .... Et quod primogenitus habeat acqui-
ſitam ſpem in primogenituræ bonis non eſt ambigen-
dum, nam illius ſpes eſt firma, certa, & immutabilis, ita
vt etiam viuo patre potuerit dici dominus, vt latè cõ-
22 probat Tiraquell. *de iur. primog. q. 40. n. 96. & ſeqq.* Hæc
autem ſpes, & ius primogenituræ conſideratur, non vt
ius hæreditarium, ſed vt ius perſonale, quia filiatio at-
tenditur non hæreditas in feudalibus, iuriſdictioni-
bus, & dignitatibus, *l. 3. l. vt iuriſiurandi, § ſi liberi, & l.*
ſi operarum ff. de oper. liber. cap. 1. an agn. vel fil. Bart. *in l.*
ſi non ſortem, § libertus, ff. de condict. indeb. & in l. quod
dicitur, ff. de verb. oblig. Bal. *in l. qui ſe patris, C. vnd. liber.*
ea autem, in quibus quis conſideratur, vt filius non vt
hæres, tranſmittuntur ad filios, *l. in quibus. & l. ſi quis*
prioris, C. de ſecund. nupt. ergo nepos etiam iure tranſ-
miſſo ſuccedet in primogenitura. Hoc tamen argu-
mentum præcipuè conuenit in primogenituris aliter
quam per fideicommiſſum conſtitutis.

23 Pro patruo autem contra nepotem tenent alij gra-
uiſſimi authores. Bal. *in l. ſi viua matre, C. de bon. matern.*
Præpoſ. Med. *in c. 1. col. 7. de feud. March.* & ibi Cardin.
Alex. *col. 16.* Paul. de Caſtr. *conſil 164. col. 6. & ſeq libr. 2.*
Abbas *conſ. 85 col. 2. verſ nec obſtat, lib. 1.* Alexand. *conſ.*
123. col 2. lib. 1. Alciat. *reſp. 184. num. 3.* Bero. *conſil. 120. n.*
83. circa finẽ lib. 2. Alba. *conſ. 60. per totum,* Menoc. *conſ.*
209 n. 49. & ſeqq. Peregr. latiſſimè *conſ. 33. maximè nu.*
22. & 26. conſ. 64. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. & conſ. 40. n. 23. &
ſeq. libro 1. Dec. *conſ. 16. libr. ..* Anton. Gabr. *de ſucceſſ. ab*
inteſt concl. 2. nu. 3. & n. 19. Ant. a Gama *deciſ. Luſit. 179.*
nu. 11. dec. 306. num. 16. & deciſ. 360. per totam, vbi maxi-
mè *n. 17.* dicit ipſum ita aliquando iudicaſſe, & pro hac
opinione fuit iudicatũ Venetijs in Offic. Clariſs. DD.
Iud. Procur. 26. Maij 1593 Et laudata fuit ſententia in
Excellentiſs. Conſil. de 40. Ciu. Ven. 6. Iulij ſequentis,
ſuper teſtamento Clariſſimi Domini Marini Capello,
qui in ſuo teſtamento condito de anno 1475. inſtitu-
to filio hærede diſpoſuerat quod eius bona irent de
primo hærede maſculo legitimo eius colonelli in pri-
mum hæredem, & voluerunt illi Magiſtratus patruum
ſecundogenitum excludere nepotem filium primo-
geniti.

Pro hac opinione primò adducitur, quod in ſucceſ- 24
ſionibus tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſucce-
dit, qui eſt gradu proximior; de ſucceſſione ab inteſta-
to ſunt tex. *in § primo, inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. & in l.*
pater filium. ff. de inoffic. teſtam. de ſucceſſionibus in fi- 25
deicommiſſis, vt proximior admittatur loquitur *l. cum*
ita, §. in fideicom. ff. de legat. 2. & ibi Bald. & Comen. Ce-
phal. *conſ. 465. n. 1.* Burſat. *conſil. 170. n. 16. lib. 2.* Menoc.
conſil. 740. num. 21. & ſeq. Præt. *de interpret. vlt. volunt.*
fol. 333. num. 16. Peregr. *de fideicomm. art. 21. num. 1.* &
nos diximus *quaeſt. 483.* ſed patruus eſt gradu prior, er-
go præferri debet nepoti.

Reſpondetur, quod argumentum procederet, quan- 26
do filius conſideraretur vti perſona a patre ſeparata,
ſed cum conſideratur, vt portio patris, & qui repræſen-
tat illum, non dicitur remotior, nam quando habet lo-
cum repræſentatio, non dicitur gradus corrumpi, ſed
repræſentari, & ideo gradus non dicitur remotior, ſed
idem met, ex quo ſuccederet pater repræſentatus, ita poſt
alios Menoch. *in conſil. 200. num. 44 libr. 2. & lib. 4. præ-*
ſump. 95. nu. 5. quod autem filius repræſentet patrem, &
eius locum ingrediatur in fideicommiſſis, dictum eſt
ſupra in argumentis pro prima opinione, *num. 18.*

Secundo facit, quod primogenitus, mortuus ante 27
patrem non habebat viuo patre vllum ius in primoge-
nitura, ergo nec aliquod ius potuit transferre in filium,
cum nemo in alium plus iuris transferre poſſit, quàm
ipſe habeat. *l. nemo ff. de regul. iur.* & ibi Gloſſ. Dec. Ca-
gnol. & alij, *cap. Dalbertum, 1. quaeſt. 7.*

Reſpondetur, quod in ſucceſſionibus filius repræ-
ſentat patrem, vt dictum eſt, & probatur *in auth. ceſ-*
ſante, & in auth. poſt fratres, C. de legit. hared. & tamen
pater nullum ius tempore eius mortis habebat in ſuc-
ceſſione.

Reſpondetur ſecundò, quod pater viuens vti pri-
mogenitus habeat ſpem ſuccedendi in primogenitura,
quæ erat valde conſiderabilis, & potuit tranſmitti, vt
dictum fuit ſupra *nu. 21.*

Tertiò ſic arguitur, quod ſucceſſio de primogenito 28
datur tempore mortis illius, qui vltimo defunctus eſt;
& tunc temporis requiritur illa qualitas primogeni-
turæ, vt arguunt Caſtrenſ. *conſil. 164. in cauſa, colum.*
2. verſicul. ad ſecundum, libro 2. Alexand. *conſil. 4. lib. 4.*
Socin. ſen. *conſil. 88. colum. 2. libr. 3.* Dec. *conſil. 443. nu-*
mer. 14. Vnde etiam dicitur qualitatem adiunctam 29
verbo, vel participio, intelligi, & regulari ſecundum
tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.*
act. & ibi Gloſſ. Bartol. & alij, *& l. Titius, ff. de milit.*
teſtamento, & ibi Bald. Sed nepos tempore mortis aui
non habet qualitatem, quod ſit primogenitus, ergo,
&c.

Reſpondetur, nepotem habere qualitatem primo-
geniti ſublato patre ſuo, vt probatum eſt ſuprà, & vo-
luit Tiraquell. *de iur. primogen. q. 40. num. 179.* & ita in
ſpecie reſpondet Menoc. *conſ. 211. num. 45.* Immo vo-
luit idem Tiraquel. *d. q. 40. n. 100.* ius iſtud primogeni-
turæ ſtatim nato poſthumo ſibi eſſe acquiſitum, &
etiam poſteris ſuis.

Quartò confirmatur, nam ſi primogenitus renun- 30
ciat iuri primogenituræ; aperitur locus ſecundogeni-

to, *l. 1.*

to,l.1.§.aſſignare.ff.de aſſignat.libert.& cap.1.an filij, vel agnati. Tiraquell.latè *de iure primogen.q.21.* ergo idem erit quando mortuus eſt primogenitus.

31 Reſpondetur primò, quod immo repudiante, vel renunciante primogenito non fit locus ſecundogenito, ſi adſunt liberi primogeniti, quia illi admitti debent, ſi verò non adſunt, ſecundogenitus ſuccederet, Bald.*conſil.389.conſuetudo,col.3.verſic.decimoſexto, libro 2.*Cardin.Alexand.*in cap.1.col.vltim.de feud.March.* & latè Tiraquell.*de iur.primog.q.21.& quaſt.26.num.5.*

Reſpondet ſecundo quod Aut renunciatio non procedit à pari cum morte naturali, & argumentum non obſtat; Aut procedit à pari, & tunc retorquetur argumentum, quod ſcilicet ſicuti per mortem naturalem fit locus nepoti, non autem ſecundogenito, idem ſit cum facta fuit renunciatio à primogenito.

Alia multa argumenta vſque ad 45. adducit Tiraquel.*d.q.40.* vbi etiam ad omnia reſpondet, ibi videndum erit.

32 Ampliatur prima opinio, vt procedat, & ſi poſt primogenitum eſſet vocatus ſecundogenitus ſiue primogenitura ſit conſtituta ab aſcendente ſiue à tranſuerſali, vel extraneo, ſecundum Socin.ſen.*conſil.252.col.12.& 13.*& Did.*d.c.78.nu.11.& ſeqq.*

33 Limilatur primò, quando vocatus eſſet filius primogenitus, quia tunc patruus excluderet nepotem, Bald.*in l.vt inteſtato, C.de ſuis, legit.* & ibi Raph.Fulgoſ. Alexand.*in l.is poteſt,colum.2.ff.de acquir.hered.* & ibi Iaſ. *colum.7.verſ.vltimò.* idem Alexand.*conſil.4.colum.2.in fin.lib.4.* Alba *conſilio 60.* Peregr.*conſ.40.nu.17.& ſeqq.lib.1.*Martin.Laud.*tract.de Primogenit.col.penult.* Tiraquell.*de iur.primogen.q.40.nu.223.* Ant.Gabr.*dicta concluſione 2.num.8.*(Et idem ego conſulendo tenui pro Illuſtriſs. D. Co. Aſcanio Scotto in maioratu conſtituto ſuper Caſtro Sarmati, & *eſt conſilio 39.* & in eadem cauſa ſcripſerunt etiam vltra alios *Clariſſimi I.C. DD. Hieronymus Moriſcus Placentinus & Caccia Mediolanenſis, quorum conſilia ſunt inter mea conſ.num.40.& 41.*& vltra prædictos allegaui Surd.*conſ.453.nu.35.& ſeq.& conſil.455.* Emanuel à Coſt.*de ſucceſſ.patr.& nepot pag.12.ad finem,* Hier.Gabr.*conſil.107.num.9.lib.2.* Theſaur.iun.*lib.1.forenſ.quaſt.34.num.22.& quaſt.35.num.36.ad finem verſic.hacque.& nu.ſeq.verſ.vel ſi, vbi addit* Rimin.iun.*conſil.554.nu.65.* Valaſc.*de iur.emph.quaſt.50.num.38.*Milan *deciſ.9.num.43.* Dec.*conſil.443.num.24.*Bero.*conſil.71.num.28.lib.1.*Maluaſ.*conſil.22.num.35.*Berett.*conſ.134.nu.24.* Gratian.*diſcept.forenſ.cap.456.num.72.tom.3.*Sacca Parmen.*conſil.229.nu.11.par.2.*Mangil.*in tract.de imput.& de tract.quaſt.77.nu.87.& num.164.*)

34 Ratio eſt, quia ex quo filij primogeniti ſunt vocati, hæc qualitas filiationis cadit in patruo, qui eſt filius, non in nepote. & in claris non eſt opus argumentis, *l.ille, aut ille,§.cum in verbis, ff.de leg.3.l.continuus,§.cum ita,ff.de verb.oblig.* Et quia verba debent intelligi naturaliter, non ciuiliter, *l.vltim.C.de his, qui ven.ætat.impetran.* Pariterque verba debent intelligi propriè, *l.non aliter.ff.de leg.3.* Et filius propriè eſt filius, nepos autem impropriè, & per interpretationem, *l.iuſta interpret.ff.de verb ſign.* & ibi Alciat. Et alius eſt filius, alius eſt nepos *l.filium habeo ff.ad Macedon.l.quod ſi nepotes, ff.de teſt.tutel.*& ſcribit Menoch.*lib.4.præſum.94.nu.2.*

35 Contrarium tamen, & ſic pro nepote fuit deciſum in Rot.Rom.apud Farin.*dec.395.*(Et in his terminis quādo vocatus fuit filius maior natu, pro nepote iudicatū fuiſſe in Senatu Luſitaniæ teſtator Melchior Phœb, *in dec.Luſit.22.ſub rub.de quaſt.patru.& nepot.*)

36 Limitatur ſecundò, quando pater nepotis nunquam fuit admiſſus, quia ſcilicet erat mortuus tempore obitus patris ſui, nam tunc patruus excludet nepotem, Menoch.*conſ.886.nu.7.& conſil.981.nu.34.* Surd.*conſ.403.*Bardell.qui alios allegat *conſ.60.nu.23.& conſ.61.* Peregr.*conſ.39.nu.22.lib.1.& conſ.102.nu.20.lib.4.* vbi alios addit, & illud eſt conſilium deciſiuum.

Hæc tamen limitatio non eſt vera, nam vbi pater fuit admiſſus, quod eius lineam egredi non poſſit pro abſoluto habent omnes Doctores, vt patet ex allegatis Tiraquell.*de iur.primog.q.40.in princ.num.1.* Ludou. Molin.*lib.3.de Hiſpan.primog num.29.* Menoch.*conſil.981.n.4.& conſil.1082.n.20.* Vnde quæſtio fuit valde controuerſa, quando primogenitus filius erat præmortuus patri ſuo, & euenit caſus ſuccedendi in concurſu ſecundogeniti, & nepotis ex primogenito iam mortuo, & ita loquuntur Tiraquell.*d.q.40.nu.7.* Dec.*conſil.397.colum.2.in fine.*Zanch.*in l.hæredes mei,§.cum ita,nu.528.in fine.ff.ad Trebell.* Menoch.*conſ.211.libr.3.*& ſic tandem in his terminis loquuntur ferè omnes relati pro prima opinione, à qua vti veriore, & magis communi, iudicando & conſulendo non erat recedendū.(In qua opinione etiam fuerunt. Abb.*in c.licet in vlt.not.de vot.& conſ.85.n.6.& ſeq.l.1.*Franc.*in c.grandi.col.1.de ſuppl.neglig.pral li.6.*Dec.*cōſ.443.n.8.verſ.5.& nu.29.*Berret.*cōſ.134.n.23.& ſeqq.*Surd.*conſ.403.n.34.vbi de magis cōmuni opinione teſtatur,& n.71.& ſeqq.*Oſaſch.*conſ.71.n.13.*Theſ.iun.*q.forenſ.lib.1.q.35.n.16.& n.32.*refert in terminis, quando vocatus eſt primogenitus, 47. Doct. *& n.34.*plures adducit, qui affirmant hanc eſſe cōmunē opinionē, & magis cómunem. *& n.44.* dicit apud eum eſſe indubitatam, Bero.*in c.dilecti n.51.& ſeqq.de arbit.& in conſ.71.lib.1.*Ruin.*cōſ.13.n.5.li.1.*Valaſc.*d.q.50.n.35.in fi.*Hier.Gab.*cōſ.107.n.6.li.1.* Lud.Pegu.*d.c.114.n.23.verſ.ex quib.par.1.*Paul.Caſtr.*cōſ.164.n.7.li.2.*Alciat.*li.8.*Parerg *c.15.*Did.Spin.*in ſpec.teſtam.gloſ.19.n.52.& nu.56.*vbi dicit eſſe veriſſimā opinionē, & ſeruandam, Rub.Alex.*conſ.149.n.11.*Eman.à Coſt.*in d.tract.p.165.& p.178.*vbi dicit cauſam patrui eſſe inferiorem, & cōſulēdo & iudicādo ita tenendū eſſe; Menoc.*conſ.220.n.121.& ſeqq cōſ.269 n.11.& ſeqq.& clarius in ſecūdo dubio n.28.& ſeqq.& n.42.& 43.*Alba *conſ.60.li.1.& conſ.382.n.71.li.2.*Guliel.de Perno.*conſ.11.col.11.verſ nec obſtat.*Nat.*conſ.682.li.4.*Milan.*dec.9.n.76.* Neapol.*in c.1.col.6.verſ.ſed ſi eſſet nepos de gradib.ſucceſ.in feud.* Rim.iun.*conſ 540.n.60.*vbi de magis cōmuni, Dec. latè *conſ.16.li.4.*Maluaſ.*cōſ.22.n.27.* Ant. à Gama *dec.Luſit.179.n.11.dec.306.n.16.& deciſ.360.*Peregr.*conſ.202.n.20.li.4.cōſ.39.n.25.lib.1.& cōſ 64.nu.19.lib.1.* Tiraq. *d.q.40.in prin.& n.70.*Viu.*recept.ſentent.in verbo nepos natus,* vbi teſtatur de magis communi opinione, Martin.Gaud.*in tract.de primogen.col.pen* Corſet.*in d.cap.grandi, col.21.verſ.vota de ſupplēd neglig.prælat.*Alex.*cōſ.4.li.4.& in l.is poteſt.col.2.ff.de acq.hered.*Mangil.*q.77.nu.157.& ſeq.* Theſau.iun.*rurſus li.2.q.20.n.4* vbi dicit ita ſæpius iudicatū. *& nu.10.verſ.ex quib.* in illo caſu teſtatur fuiſſe iudicatū pro patruo ſedentib.trib.Præſidibus, & vndecim Senatoribus nemine diſſentiēte, *& q.34 n.19.lib.1.* Ludou.Molin.*li.1.de Hiſpan.primog.li.1.c.17.& li.3.c.6.n.29.* Menoc. etiā qui cōſuluit pro nepote contra patruū *in conſ.981.*admittit *n.31.& 34.*quod ſi pater à nepote nunquā fuit admiſſus, nepotē à patruo ſecūdogenito excludi, & ibi alios allegat. Ant. Gab *de ſucceſſ.ab inteſt.concl.2.*Hond.*cōſ.70.n.5.li.2.* Et hos etiā ego ſequutus ſum *in d.cōſ.39.*pro Illuſtriſs.D. Co. Aſcanio Scotto *n.29.& in eadē cauſa* idem tenuerunt duo Eminentiſs. I.C. *DD. Hieronymus Moriſcus Placentinus, & Michael Catia Mediolanenſis, vt inter mea conſil.4041.*)

Limitatur tertiò, quando teſtator vocaſſet primogenitum, qui reperietur inter liberos à ſe teſtatore deſcendentes, quia tunc ſecundogenitus præferendus 37

 eſſet,

eſſet, ſicutì è contra, ſi vocaſſet primogenitum, qui reperiretur inter liberos à primogenito vocato deſcendentes, præferendus eſſet nepos. Socin. ſen. *in l. ſi cognatus col. 2 ff de reb. dub.* Alexan. *conſ. 123. colum. 1. lib. 1. & conſil. 4. col. vlt. lib. 4.* Curt. iun. *conſil. 161. col. 2. in fine*, Socin. iun. latè comproba *conſ. 3. num. 10. verſ. verum prædicta, & nu. ſeqq. libr. 3.* Menoch. *conſil. 216. n. 20* Anton. Gabr. *d. concl. 1. nu. 14. & num. 21*, Anton, à Gama *deciſ. Luſit. 162. nu. 7.*

58 Limitatur quartò, quando vocatus eſſet maior natu, quia tunc patruus admitteretur nepote excluſo, vt in ſpecie ſcribunt Anchar. *conſ. 82. in fine verſ. quartò ſic*, Roman. *conſ. 438. numer. 13 & ſeq.* Raph. Fulgoſ. *conſil. 68.* Alexand. *conſil. 123. col. 1 lib. 1. & conſil. 4. col. 1. 2. & fin. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 93. lib. 2.* Decian. *conſ. 433.* Bero. *conſil. 71. lib. 1.* Maluaſ. *conſil. 12.* Alciat. *conſil. 8. & conſil. 20 lib. 9.* Peregr. *conſ. 33 nu 14. & ſeqq conſ. 64. num. 10. lib. 2. & conſ. 34. num. 17. libr. 3.* Honded. latiſſimè *conſil. 70. lib. 2.* vbi plures adducit, & dicit hanc opinionem eſſe magis communem, *& conſ. 46. num. 9. eod. libro 2.* Surd. *conſ. 451. lib. 4.* Cacher. *conſ. 71. num. 72. & ſeq.* Milan. *deciſ. 9. n. 46.* Capic. *deciſ. 12. nu. 8*, Ant à Gama latiſſimè *deciſ. Luſit*, 207. vbi plenè diſputat, & alios addit, & teſtatur de magis communi opinione Tiraquel. *dict. quæſt. 40. nu. 160.* Alciat. *lib. 8. Parerg. c. 15.* Eman. a Coſta *q. de patruo & nepote. pag. 12. ad fin.* Socin. ſen. *conſil. 41. col. 3. & conſ. 88. lib. 3.* Berett. *conſ. 134. numer. 11. & ſeq.* Anton. Gabr. *de ſucceſſ. ab inteſt. concl. 2. num. 14. & num. 18.* Menoch. *conſil. 442. numer. 19. & ſeqq.* Et pro hac opinione adducitur *l. ſi libertus præterito, §. ſi libertus, ff. de oper. libert.* & plura etiam adducuntur fundamenta.

[Et reuera hæc eſt magis recepta ſentẽtia, quidquid dixerim in prima editione, tunc enim non videram multos alios hanc opinionem probantes, quos poſtea inueni dum conſulerem pro d. Illuſtriſs. D. Co. Aſcanio, & quos etiam allegaui *d. conſ. 39.* & hi ſunt.

Alex. *conſ. 4. lib. 4.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & ſecundum hoc conſilium fuiſſe iudicatum teſtatur Barbat. *conſil. 10. nu 32. in fine, lib. 2.* qui in eodem caſu contra Alexandrum conſuluerat.

Alciat. *conſil. 138. lib. 5. & conſil. 115. lib. 9.*

Surdus *conſ. 403. lib. 3.* & in illo caſu pro eo Senatus Mantuæ iudicauit, *& conſ. 455. libr. 4.* vbi comprobat pluribus fundamentis, *& num. 5.* dicit ita iudicatum ſuper Maioratu de Carrettis.

Ludou. Puguer. *deciſ. Catal. 114. part. 1.*

Dec. *conſil. 443.* vbi ait eſſe magis communem opinionem.

Io. Lup. *in rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 69. in fine.*

Menoch. *conſil. 169. num. 31. verſ. quarto, & conſ. 886. num. 14. & ſeq.*

Cancer *var. reſolut. cap. 21. nu. 303. & ſeqq.*

Berou. *conſ. 71. lib. 1.* vbi inter alia fundamenta dicit, quod nomen primogenituræ ius ſignificat, & nomen maioratus denotat facti contingentiam, & in illo conſilio plenè rationibus & authoritatibus comprobat, & teſtatur ita iudicatum, & eſſe magis communem opinionem, nec ab ea conſulendo & iudicando recedendum eſſe.

Peregr. *conſ. 39. lib. 1.* vbi de maioratu conſtituto in teſtamento, & *& præcipuè num. 22.* dicit, hoc verum in maioratibus in teſtamentis conſtitutis, quidquid ſit de maioratibus & primogenituris collatis ex legis diſpoſitione, vel per contractum, & in terminis pro patruo allegat, Præpoſ. Alexan. Abb. Caſtr. Tiraquell. & Albam. idem etiam voluit *in conſil. 17. libr. 6 & conſil. 47. n. 6. lib. 2. & in tract. de fideicom. art. 13. num. 86. verſ. quod ſi maior, poſt principium.*

Iacob. Gali. *conſil. 505. nu 40. & ſeqq.*

Caſſan. *conſil. 53. ex facto nu. 10. & ſeq.*

Capic. *deciſ. 11. num. 8.*

Alba *conſil. 60. lib. 1.* vbi in fortioribus dicit, patruum maiorem natu admitti in primogenituris, & ita conſuluit pro veritate, vt habetur *in princip & num. 9.* aſſerit hoc ſine dubio in teſtamentis locum habere, quidquid ſit quando ſumus in diſpoſitione legis, vel in conceſſione Principis.

Eman. Acoſt. *in tract. de ſucceſſ. patr. & nepot. pag. 165. & pag. 178.* vbi teſtatur ita iudicatum.

Ant. à Gama *deciſ. Luſit. 307.* vbi latè, & dicit ſæpius ita fuiſſe iudicatum pro patruo, & agit de maioratu conſtituto in teſtamento, *& num. 15.* dicit pro patruo ſtare maiorem numerum Doctorum, & ibi plures congerit, *& num. 17. circa medium*, aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem, & pro patruo iudicatum; & in fine etiam dicit ita iudicatum, *idem vult deciſ. 385.* vbi in fortioribus in concurſu nepotis maioris ætatis nati ex ſecundo genito, & nepotis minoris ætatis nati ex primogenito concludit pro maiore natu ex ſecundogenito nato.

Milan. *deciſ. 9. num. 48.* vbi teſtatur de communi opinione, *& nu 61. & ſeqq.*

Valaſch. *de iur. emphyt. quæſt. 50. à n. 6. vſque ad finem, & in tract. conſult. ac rer. iudic. conſultat. 122. lib. 2.*

Zaſ. *conſil 10. nu. 12. lib. 2.*

Melchior Palaez *de primog. in præfat. num. 3.*

Peralt. *in rubr. de hæred. inſtit. num. 130. verſ. vltimo præmiſſis.*

Theſaur. iun. *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 35. num. 17.* vbi dicit, quod qui vocat maiorem natu, cenſetur habere rationem ſolius ætatis, *& nu. 35. & ſeqq.* plures allegat teſtantes hanc eſſe communem opinionem, & ſubdit *nu. 37.* pro patruo ſæpius fuiſſe iudicatum, *& nu. 42.* teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, & ſine dubio ita tenendum eſſe, idem dicit *numer. 47.* & quod eſſe temerarium ab hac opinione recedere.

Socin. ſen. *conſil. 84. lib. 3.*

Crauett. *conſil. 607 num. 9.*

Din. Spin. in Specul. *teſtament. gloſ. 19. numer. 521 & ſeqq.*

Hieron. Gabr. *conſil. 107. nu. 9. lib. 1.*

Theſaur. iun. rurſus *libro 2. quæſt. 20. nu. 2. verſic. verum*, & infra, vbi dicit omnes Dominos de Senatu nemine diſcrepante ſequutos, fuiſſe hanc opinionem, & teſtatur hanc ſententiam frequentiori Doctorum calculo procedere, *& nu. 1. verſ. ex quibus* dicit id ſequutum ſedentibus tribus Præſidibus, & vndecim Senatoribus nemine diſcrepante.

Rota Romana etiam cenſuit pro patruo maiore natu excluſo nepote ex primogenito mortuo ante patrem in cauſa Marchionum de Carretto, prout illam *deciſ. refert Theſaur. d. quæſt. 20.* vbi ponit Rotæ deciſionem ſub die 4. Iulij 1587. & ita Rotam ſenſiſſe dicit etiam Surd. *dict. conſil. 403.*

Mangil. *d. quæſt. 77. nu. 169. & ſeq.*

Bellon. *conſ 11. n. 13. & ſeqq. & nu. 39. & 48.*

Raud. *inter conſ. vlt. vol. conſ. 241. nu. 67. lib. 2.* vbi teſtatur pro patruo iudicatum.

Alciat. qui conſuluit pro nepote contra patruum *in conſil. 95. in fine*, dicit quod ſi vocetur primogenitus, nepos præferatur; ſi verò maior natu, potior ſit cauſa patrui.

Velaſq. *conſil. 23. num. 95.*

Berret. *conſ 134. nu. 25. & ſeqq.* vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem.

Et doctiſſimus Caccia, qui vt ſupra dixi, conſuluit

in illa

in illa de Scottis, cuius *conſil.* *eſt regiſtratum inter mea conſilia ſub num.*50. allegat vltra prædictos Pancir. Spanoch Giaua. Marrat. Zanch. Fab. Nichiſ. Amad. à Pont. Ant. Bagnaſ. & Michael. ab Agiur. Pro qua opinione vltra ea quæ ſcripſi *dicto conſil.*39. plura adduci poſſunt fundamentum deſumpta ex authoritatibus ſupra citatis.]

39 Primum quorum illud conſiderandum eſt, quod verba ſunt potius intelligenda naturaliter, quam ciuiliter, & in dubio naturaliter intelligi debent, *l. qui habet, ff. de tutel. l. de fideicomm. ff. de condit. & demonſt. l. vltima, ff. de his qui ven. ætat. impetr.* & ſcribit Gloſ. *in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6.* Verba autem, maior natu, intelliguntur naturaliter de maiori ætate, & natiuitate, *l. 1. §. 1. ff de minor. 25 ann. l. qui cum maior ff. de oper. libert. & §. minorem, vbi Gloſſ. inſtit. de adopt.* Intelligi etiam
40 poſſunt ciuiliter pro primogenito, cui debetur priuilegium in vita patris, & poſt vt præferatur fratribus ſuis, qui aliàs ſimul cum eo ſuccederent vt dicunt Bald. *in l. cum antiquioribus, numer. 11. C. de iur. de liber.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Ludou. Molin. *liber. 1. Hiſpan. Primog. c. 13.* ergo hæc verba erunt intelligenda de maioris ætate, quia ſcilicet naturaliter intelliguntur,

41 Reſpondetur tamen, quod idem eſt dicere maior natu, quod primogenitus, vt dicam *infr. n. 47.*

42 Secundum accedit argumentum, quo vſus eſt Bero, *conſ. 71. nu. 30. lib. 1.* vbi dicit, quod eſt odioſum admittere ſolum primogenitum alijs excluſis, arg. *l. maximũ vitium. C. de liber. præter*, quod ideo diſpoſitio loquens de maiore natu, non debet extendi ad primogenituram,

43 Reſpondet Menoch. *conſil. 981. nu. 26. & ſeqq. vſque ad num. 33.* qui latius hoc argumentum deduxit, quod immo maioratus, & primogenituræ ſunt fauorabiles, non odioſæ, vt ſcribit Ludou. Molin. *libro 1. de Hiſp. primog. cap. 18.* & videnda etiam erunt, quæ dixit *lib. 3. c. 4. num. 15. & ſeqq. multis.*

Tertio ſi feudum habet annexam iuriſdictionem, teſtator vocauit maiorem natu, vt ſubdit rectius re-
44 gantur, iuxta *cap. ex ore. ext. de priuil.* nam in antiquioribus & natu maioribus maior ineſt rerum cognitio, & prudentia *l. ſemper. ff. de iur. immun. capit. porro 84.*
45 *diſtinct. & cap. ſciendum, 26. quæſt. 4* Et in adminiſtratione præfertur, qui maior eſt ætate. *l. vlt. ff. de fid. inſtrum.* Innoc. *in cap. cum Deputati, ext. de iud.* & ibi alij, & hoc argumento vſi ſunt Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 40. nu. 103.* Bero. *d. conſ. 71. nu. 24.* & Maluaſ. *conſ. 22. num. 42.*

Reſpondet Menoch. *d. conſ. 981. nu. 19. 20.* poſt Tiraquell. *d. quæſt. 40. nu. 205.* quod teſtator vocando natu maiorem non dicitur vocaſſe ex hac ſola ratione, prudentiæ, & ſapientię, quoniam cedente hac ratione in natu maiore præferri deberet natu minor, & patruus infans etiam non diceretur vocatus.

46 Contrariam igitur ſententiam, quod & nepos excludat patruum, licet maior natu ſit vocatus, tenuerunt magis communiter Doctores, Bald. *in l. libertis, C. de oper. libert. & in l. ex hoc iure, ff. de inſt. & iur.* Paul. Caſtr. *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Soci. ſen. *in l. ſi cognatis, col. 2. ff. de reb. dub.* Io. Andr. *in addit. ad Specul. in rub. de feud.* Oldr. *conſil.* 224. Paul. de Caſtr. *conſ. 161. lib. 1.* Roman. *conſil. 29.* Aret. *conſ. 163.* Anchar. *conſ. 78.* Barbar. *conſil. 10. col. 1. & ſeq. libr. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Abbas *conſil. 85. col. 3. & conſ. 100. libro 1.* Socin. ſen. *conſil. 7. col. 3. & ſeq. & conſ. 252. lib. 3.* Raud. *conſ. 4. lib. 2.* Bardei. *conſ.* 60. vbi latè Menoc. *conſ. 981. libro* 10. Gratian. *conſ. 6. col. 1 in fin. & col. vlt.* Alciat. *inter conſil.* Grat. *conſ. 8. lib. 1. & inter ſua conſil. 96. numer. 42. & ſeq. libro 9.* Bero. *conſil. 120. per totum, maxime num. 83. & ſeqq. libro 2.* Did. Pact. *Quæſt. cap. 38. num. 7. verſ. tertio*, Ant. Gama *deciſ. Luſitan.* 160. Did. Burgos *in quæſt. ciuil. quæſt. 1. num. 1. & quæſt. 2. nu. 84.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. c. 8. num. 2.* Pariſ. *conſ. 72. nu. 90. lib. 4.* Pala Ruui. *in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor § 69. nu. 21.* Ioan. Lecierier. *de primog. libr. 1. quæſt. 2. numero 1.* [Et vltra prædictos pro eadem ſententia ſe habent Moed. *deciſ.* 38. March. Solon. de Pace *conſi.* 29. Vaſq. *de ſucceſſ. progr. lib. 3 § 27. nu. 18.* Roſental. *libro 7. de feud. cap. 26.* Intrigl. *de feud. cent. 1. quæſt.* .... Menoc. *conſil. 211. num. 32. libro 3. & conſ. 1082. libro 11.* Melch. Phæb. *deciſ. Luſit. 22. ſub rubr. de quæſt. patr. & nepot.* vbi dicit pro nepote pluries fuiſſe iudicatum, & ſi vocatus ſit filius maior natu, Franc. Hier. Leon. *in deciſ. Valent. 109. lib. 1.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem, & ſæpius in Regno Valentiæ pro nepote fuiße iudicatum, Gratian. *diſcep. forenſ. cap 456. tom. 3.* vbi latè defendit patrem nepotis, fatetur tamen *nu. 85. & ſeqq* contra nepotem fuiſſe iudicatum.]

Pro qua opinione facit, quia idem eſt maior natu, 47
& primogenitus, vt poſt Bald. Caſtr. Abb. Rom. Pariſ. & Soc. ſen. ſcribunt Ioan. Lecierier. *tract. de primogen. lib. 1. q. 2. num. 2.* Pala. Ruui. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. num. 21.* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 1. nu. 12 & num. 14.* Didac. *lib. 3. variar. reſolut. c. 5. nu. 1. 2.* Ludou. Molin. *de Hiſpan primog. lib. 1. c. 1 n. 2. & lib. 2. cap. 8. num. 20.* vbi ſcribit hanc eſſe veriſſimam opinionem, Gratus *conſil. 6. nu. 13 libro 1.* Did. Burg. *in Quæſt Ciuil. quæſt. 1. nu. 2. & quæſt. 2. nu. 84.* vbi teſtatur de communi opinione. & Menoch. *conſil. 981. num. 1.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam. [Reſpond. tamen, quod immo hæc ſunt diuerſa, & aliud eſt primogenitus, aliud maior natu, vt poſt alios ſcripſerunt Milan. *deciſ. 9. num. 47.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Surd. *conſil. 403.* Velaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 10. nu. 20.* Melch. Palacz. *de primogen. in præfat. num. 3.* vbi multas adducit differentias. Gaſp. Ant. Theſaur. *d. quæſt. 35. nu. 4. & ſeq.* Peregr. *conſil. 34. nu. 17. lib. 9.* Bellon. *conſil. 11. num. 48.* Maluaſ. *conſ. 22. num. 99. & ſeqq.* & alij omnes relati ſupra *hac quæſt. num. 38*]

Sed pro reſponſione Menoch. *in conſil. 442. num. 20. & ſeqq.* diſtinguit duos caſus.

Primus quorum eſt, quando loquimur de vno ſolo 48
ex multis, & ſic reſpectum fratrum ſuorum, & tunc nulla ſit differentia, quod vocetur maior natu, vel primogenitus, quia licet is ſit ſecundo genitus, tamen mortuo primogenito dicitur primogenitus, cum nullus alius in gradu antecedat, vt ſcribunt multi, quos congeſſit Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 1. nu. 3.*

Secundus caſus eſt, quando agitur de vno ſolo reſpectu filiorum fratris tranſuerſalium, & tunc magna ſit differentia, quod vocatus ſit primogenitus, vel maior natu, nam ſi vocatur primogenitus teſtator relinquit rem dubiam, de quo ſenſerit, cum primogenitus dicatur, & natus ex primogenito iam defuncto, ſicuti etiam ſecundogenitus dicitur primogenitus, mortuo primogenito; ſed quando teſtator vocat maiorem natu, tunc facit rem claram, quod intellexerit de maiore ætate, & propterea teſtator, vt tolleret omne dubium, de quo ſenſerit, vocauerit maiorem natu, & cum clara ſit hæc diſpoſitio reſtituenda ſit, *cap. iudicantem, 30. quæſt. 5.*

Sed prima opinio tenenda eſſet, quando teſtator Titio inſtituto ſubſtituiſſet filium primogenitum eiuſ- 49
dem Titij, vel eo primogenito defuncto maiorem

natu

31 *Fœmina in primogenitura ſemel excluſa per maſculum non eſt perpetuò excluſa, ſed ſolum extante maſculo, vel eius deſcendentibus.*

32 *Fœmina in primogenitura non admittitur relicta ſimpliciter primogenito, ſi teſtator diſcretiuè de maſculis, & fœminis mentionem fecit.*

32 *Fœmina in primogenitura per maſculum excluſa, intelligitur per maſculum legitimum, vel legitimatum per ſubſequens matrimonium, non legitimatũ per reſcriptum.*

35 *Primogenitura inſtituta à fęmina, vel à maſculo, & fęmina ſimul non excludit fęminam, amplia & declera num. ſeqq.*

39 *Fœmina à primogenitura in dubio non erit excludenda.*

40 *Excluſio fęminarum à primogenitura, an ſit odioſa, vel fauorabilis? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCLXXXV.

Vtrum in primogenituris fœmina ſuccedere poſſit?

IN tota fideicommiſſorum materia, frequentiſſima eſt quæſtio inter maſculos & fœminas, & vt plurimum lites orientes rediguntur, an fęmina cenſeatur vocata, vel excluſa; De qua materia etiam latiùs dictum fuit in multis ex præcedentibus quæſtionibus; & infra pariter agendum erit *in quæſt. an conditionaliter filiorum mentione facta veniant fęminæ? Cum duabus ſequentibus*; cum autem nunc de primogenituris agatur, vtiliſſimum eſſe cenſui referre Doct. ſententias in hac etiam materia, cum præcipuè nunc ſatis grauis cauſa orta ſit ſuper teſtamento Domini Ottoboni Vgonij, ſuper quo conſului, *vt in conſ. 70.*

1 Proponitur igitur diſputatio an fęmina dicatur vocata in primogenituris? & fœminam eſſe capacem primogenituræ, ſcripſerunt poſt alios Ludou. Molin. *libr. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. & cap. 5.* vbi *num. 7. & ſeqq.* agit, id verum etiam in maioratu conſtituto pro agnationis conſeruatione, Melch. Palaez. *de maiorat. part. 2. quæſt. 6. n. 9.* Boer. *conſ. 120. num. 19. & 49. lib. 2.* Menoc. *conſ. 801. nu. 27. & ſeqq. conſ. 802. nu. 14. 26. & ſeqq.* vbi alios addit *conſ. 803. dub. 2. num. 9. & ſeqq.* & latè *conſil. 926.* Anton. Gama *deciſ. Luſit. 337. num. 7.*

2 Pro qua opinione facit primò, quia de iure eſt ſublata omnis differentia inter ſexum maſculinum, & fœmininum, & fœmina æquali gradu cum maſculo, ſuccedit vnà cum eo, *§. cæterum, inſtit. tit. de legit. agnat. ſucceſ. l. maximum vitium, C. de liber. præter.*

3 Secundò facit, quod nemo ſuo iure priuari debet, niſi clarè ſit à lege ordinatum, *§. igitur, in auth. de non elig. ſecund. nub. n.* Bald. *in auth. ex teſtamento. in prima lect. nume. 5. C. de ſecund. nupt.* vbi dicit, quod in materia excluſiua, vel priuatiua, excluſio non inducitur niſi expreſſè dictum ſit, quod etiam voluerunt Curt. ſen. *conſi. 44. column. 9.* vbi pluribus confirmat Curt. iun. *conſil. 5. nu. 11.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. nume-*
4 *ro 35.* Menoch. *de arbitr. iudic. conſil. 270. numer. 9. 10.* ergo fœmina non erit excluſa à primogenitura, niſi expreſſè dictum ſit, Celſ. Vgo. *conſil. 93. numer. 20. & numero quarto,* Burgoſ. Salon. *conſil. 29. numer. 20. 21. & 66.* Ludou. Molin. *cap. 4. numer. 32. & ſeqq.* vbi egregiè comprobat.

5 Contrariam opinionem in primogenitura perpetua pro ſe, filijs, & deſcendentibus, vt non ſenſerit inſtituens de fœminis, probarunt Paril. *conſ. 72. nu. 7. 8. 33. & 81. lib. 4.* Cephal. *conſ. 158. n. 7. & conſ. 664. n. 36.* Menoch. *conſil. 204. nu. 27. & ſeqq. & n. 67. conſi. 752. num. 4. & ſeqq. & libr. 4. præſumpt. 84. nu. 8.* Tiraquell. *de iur. primog. q. 10.* vbi latè de hoc Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 10. num. 8.* Peregr. *de fideic. art. 26. nu. 46.* Anton. Gama. *deciſ. Luſit. 51.*

Ratio autem huius ſecundæ opinionis ea adducitur, 6
quia primogenitura non conuenit fœminis, cum facta dicatur pro conſeruandis bonis in agnatione, vt ſcribunt Ceph. *conſil. 251. nume. 48.* Decian. *conſ. 31. nu. 90. verſ. ſecundo ad probandum, libr. 1.* Hieron. Gabr. *conſil. 107. num. 3. in fine, lib. 1.* Menoch. *conſil. 117. numer. 19.* Tiraquell. *de iur. primog. q. 71. num. 2. 3.* & Mantic. *de coniect. vltim. volun. libr. 6. tit. 15. verſ. item ſi teſtator.* Et fœminæ non ſunt aptæ conſeruare agnationem, cum per ipſas bona in alienas familias transferantur, ſed ſolum per maſculos conſeruantur, *l. pronunciatio, ff. de verbor. ſignif.*

Maximè hæc ſecunda opinio procederet in primoge- 7
nitura dignitatis, quæ ſit antiquitus à maioribus inſtituta, vt ſcribunt poſt alios relatos Ludouic. Molin. *libr. 1. de Hiſpan. primogenu. capit. 13. numer. 2.* Marc. Solon. *de Pace Burgund. in comment. ad leg. Taur. Hiſpan. in primogen. numer. 80.* Menoch. *conſil. 552. numer. 6.* de quo videndus etiam erit Tiraquell. *de iur. primog. quæſt. 10.* vbi tractat latius quæſtionem, an fœmina ſuccedat in Comitatibus, Ducatibus, & Regnis, & vult quod ſi ſint feudales non ſuccedat fœmina, niſi aliud ex conuentione feudi ſit inductum, vel ex conſuetudine, vel ex priuilegio Regni, aliàs & fœminæ ſint capaces, & ibi plura adducit exempla, in quibus Regnis & principatibus ſucceſſerunt fœminæ, & etiam dicit ſaltem ſucceſſiuè poſt maſculos fęminas ſuccedere, de quo etiam infra dicetur.

Ratio poteſt adduci, nam fœminis ſunt interdicta 8
officia publica, *l. fœmina, ff. de reg. iur.* Sed eſſe Duchiſſam vel Reginam, cum regali iuriſdictione eſt habere officium publicum, *l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſtit. & iur.* ergo fœmina non erit capax ſucceſſionis Regni, neque Ducatus, & ita arguit Martin. Laud. *in tract. de primog.* quem refert Tiraquell. *dicta quæſt. 10. numer. 5. in fine.*

Declaranda tamen erit prima opinio, primò vt pro- 9
cedat quando nulli extant maſculi, nam tunc fœmina admittitur ad primogenituram, ſecus quando extant maſculi euiſdem gradus in linea, nam iſti excluderent fœminas, & hanc declarationem probarunt Petr. de Bellapert. & Iacob. de Aret. *in l. pater filium, §. quindecim, ff. de legat. 3.* Bald. *in l. in multis, ff. de ſtat. homin.* Roman. *conſil. 98.* Pala. Ruui. *in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 69. num. 24. & ſeqq.* Dec. *in l. fœmina, nu. 112. ff. de reg. iur.* Tiraquell. *de iur. primog. q. 10. n. 18. & ſeq.* Did. Couar. *libr. 3. var. reſolut. cap. 5. nu. 5.* Anton. Gomez. *in l. 40. Taur. n. 62.* Burg. de Pace Burgund. *in Proœm. leg. Taur. nu. 66. & ſeqq. n. 11.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4.* Menoch. *conſil. 204. nume. 17. conſ. 752. num. 6. in fine, conſil. 803. num. 16. & ſeq. conſ. 926. nu. 5. conſ. 957. nu. 7. & ſeqq. & conſ. 1027. num. 15.* Peregr. *conſil. 58. nu. 3.* & ſenſit *in tract. de fideicom. art. 25. num. 46.*

Fœmina enim eſt ad inſtar ſecundi gradus, quando 10
extant maſculi eiuſdem lineæ & gradus, licet illa primogenita eſſet, Paul. de Caſtr. *conſil. 164. numero 18. libro 2.* Socin. ſen. *in l. Gallus, §. quidam recte, numer. 4. ad finem, de liber. & poſthu. & conſ. 227. num. 3. lib. 2.* Ruin. *conſil. 110. nu. 11. lib. 1. & conſi. 168. num. 6. lib. 3.* Curt. iun. *conſil. 120. num. 5.* quos refert & ſequitur Molin. *d. cap. 7. num. 12.*

Ampliatur primò iſta declaratio, vt etiam in Co- 11
mitatibus, Marchionibus, Baronijs, Regnis, & Principatibus fœmina admittatur non extantibus maſculis

eiuſdem

eiuſdem lineæ, niſi expreſsè aliud ſit diſpoſitum, vt tenet
Ludou. Molin. *d. ca. 4. num. 5.* vbi allegat Andr. de Iſern.
Cin. Bal. Abb. Hoſt. Io. Andr. Archid. Angel. Dec. Pur-
pur. Gramm. Affl. Grat. Gozad. Tiraquell. Claud. Can-
tiun. & Burg. de Pac.

11 Licet contrarium tenuerint Iacob. de Sancto Georg.
in l. cum antiquioribus, C. de iur. del. b. Ioan. Licerier. *in
tract. de primog. quæſt. 19. & 20.* Martin. Laud. *de pri-
mog. colum. 5.* Paril. *conſ. 72. numer. 25. & ſeqq. lib. 4.* &
Socin. iun. *conſi. 65. nu. 24. lib. 1.* qui teſtatur de commu-
ni, ſed malè, vt patet ex ſupra relatis, nec in his diutius
immoror, quia non eſt propriè materia primogenituræ
in teſtamento conſtitutæ.

12 Ampliatur ſecundò, quod ad hoc vt fœmina per ma-
ſculos excludatur, debet ille maſculus eſſe de eadem li-
nea, ſecus ſi eſſet de alia linea ſemel excluſa, exemplum,
ſi quis mortuus ſit relictis duobus filijs maſculis, & pri-
mogenitus admiſſus moriatur relicta vnica filia, nam
iſta excludet patruum maſculum ſemel à patre ſuo pri-
mogenito excluſum, ita Tiraquell. poſt alios *dict. quæſt.
10. numer. 21.* Albert. Brun. *tract. quod ſtant. maſcul. art.
12. quæſt. 14.* Curt. iun. *in tract. feud. part. 3. limit. 15.* Io.
Licerier. *de primog. quæſt. 19. colum. 2. libr. 1.* Burgoſ. de
Pac. Burgun. *in Proœm. leg. Taur. numer. 121. & ſeqq.*
Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 16.* Ludou. Mo-
lin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 4. numer. 20. & ſeqq. &
cap. 5. num. 71.* vbi dicit hoc verum, niſi ex coniecturis
contrarium appareat voluiſſe teſtatorem, vt quia habita
eſſet ratio agnationis, & loquitur in caſu quando maſcu-
li ſunt vocati, nam dicit eorum vocationem intelligen-
dam eſſe reſpectu maſculorum eiuſdem gradus, non au-
tem remotiorum, & citat ferè omnes pro hac amplia-
tione citatos, Alexand. *in l. ſi dotali, num. 5. ff. ſol. matri-
mon.* Et conſulendo, idem probarunt Bald. *conſilio 275.
verſicul. item non eſt verum, libro 2.* pulchrè Paul. de
Caſtr. *conſil. 47. num. 1. & 2. libro 1.* Anchar. *conſ. 339.
numer. 7.* Alexand. *conſil. 204. num. 16. lib. 2.* Corn. *conſi.
125. num. 1. lib. 4. conſil. 119. numer. 37. lib. 2.* Socin. ſen.
conſil. 30. num. 25. lib. 1. Dec. *conſil. 451. num. 3. & ſeq.
& conſil. 568. num. 4.* Paril. *conſil. 21. num. 29. lib. 1. &
conſil. 81. num. 20. & ſeqq. libr. 3.* Ruin. *conſil. 31. num.
6. lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 187. num. 17. & conſil. 188. nu-
mer. 9. & conſil. 30. num. 60. lib. 2.* Gratian. *conſ. 19. nu-
mer. 43. lib. 1.* Gozad. *conſil. 37. nume. 12.* Sigism. *conſil.
39. num. 28.* Menoch. *conſ. 803. num. 16. conſi. 926. num.
34. & ſeqq.* multis vbi latè *conſil. 957. num. 8. & numer.
10. & ſeqq.* vbi latè *conſil. 1154. num. 30. & conſ. 1171.
num. 30.*

13 Contrariam autem opinionem probauit ipſe Menoc.
conſ. 1006. num. 20. & ſeqq.

14 Ampliatur tertiò, etiam in primogenitura conſtituta
cauſa memoriam ſuam conſeruandi cum & per fœmi-
nas memoria conſeruetur, *l. liberorum, in fin. ff. de verb.
ſignif.* & in ſpecie ita ampliat Ludou. Molin. *d. lib. 3. cap.
4. num. 6.*

15 Ampliatur quartò, etiam in maioratu conſtituto ad
conſeruationem familiæ, cũ verbum, familia, latè ſum-
ptum comprehendat tam agnatos, quam cognatos, *l.
cum pater, §. item inter, & §. libertis, ff. de legat. 2. l. fi. C.
de verb. ſignif. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.*
Alciat. *in l. pronunciatio, §. familiæ, in verbor. agnato-
rum ff. de verb. ſignif.* Socin. ſen. *conſ. 43. num. 10. lib. 3.*
Decian. *conſil. 481. nu. 11.* per quam rationem in ſpecie
hanc ampliationem probauit Ludou. Molin. *dicto cap. 4.
numero 8.*

17 Aliud eſſet, quando primogenitura eſſet conſtituta
ob fauorem domus, ſeu caſatæ, prout in Italia admittit
Molin. *loco citato, nume. 10.* licet contrarium dicat pro-
cedere in Hiſpania, vbi ex conſuetudine aſſerit compre-
hendi tam maſculos, quam fœminas appellatione do-
mus, & allegat Burgoſ. de Pace *in Proœm. leg. Taur. nu-
mer. 118.*

Aduertendum autem erit circa hanc declaratio- 18
nem, quod ſi fœmina ſit admiſſa tanquam nulli exta-
rent maſculi, ſi poſthumus naſcatur ille auocabit bo-
na à fœmina iam admiſſa, nam poſthumus habetur pro
nato, vſque ad patris mortem *l. qui in vtero, ff. de ſtat.
homin.* & in ſpecie ſcribit Tiraquel. *de iur. primog. q. 10.
num. 26.*

Sine dubio autem fœmina ſucceſſiuè poſt maſculum 19
eſſet vocata, quando teſtator vocauit primogenitum, vel
primogenitam, vel filium, vel filiam, Gama. *deciſ. 327.
numer. 12. & deciſ. 51. numer. 2.* Peregr. *conſil. 58. num.
3. lib. 5.* vel alios adducit Præcipuè Tiraquell. *de iur. pri-
mogen. quæſt. 10. num. 9.* & Ludou. Molin. *libr. 1. de Hi-
ſpan. primog. cap. 18. num. 22. & lib. 3. cap. 4. num. 10. &
ſeqq. & cap. 5. num. 52.*

Declaratur ſecundò, vt fœmina excludatur à maſcu- 20
lis etiam remotioribus gradus, quando primogenitura
expreſsè conſtituta eſt pro conſeruandis bonis in agna-
tione, nam ob hanc rationem expreſſam conſeruandi
bona in agnatione fœmina erit cum ſuis deſcendenti-
bus excluſa, cuius rei ratio eſt, quia fœmina non poteſt
agnationem conſeruare, cum ipſa ſit finis agnationis, *l.
pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſign. l. Iuriſconſultus,
in princ. ff. de gradibus,* & ſpecie Ludou. Molin. *libr. 3. de
Hiſpan. primog. cap. 4. num. 10.* & latiùs *cap. 5. num. 2. &
ſeqq.* vbi pluribus comprobat diſpoſitionem excluſiuam
fœminarum propter expreſſam rationem conſeruandi
bona in agnatione extendi de caſu ad caſum, & *num. 69.*
loquitur in caſu, quando vocati ſunt deſcendentes per li-
neam maſculinam, & dicit, quod licet fœmina dicatur
deſcendens per lineam maſculinam, nihilominus cum
ratio agnationis habita ſit, fœmina erit excluſa, & fœ-
minam eſſe excluſam poſt alios ſcribit Menoch. *conſil.
1006. num. 13. & ſeqq. & num. 25. & ſeqq.* vbi loquitur
etiam nullo ſuperextante de linea.

Intelligitur tamen ita demum extenſionem de caſu 21
ad caſum admitti, quando generaliter habita fuit ratio
agnationis, ſecus ſi ratio conſeruandæ agnationis ſit ad-
iecta certis perſonis, ſeu gradibus: vt ſi dictum eſſet,
quia voluit in Titio, & eius deſcendentibus conſeruare
bona, quia tunc ad perſonas nominatas erit reſtringen-
da agnationis ratio, nec ad alias poterit extendi, Ludou.
Molin. *d. cap. 5. numer. 18.* vbi allegat Imol. *in l. ſi verò,
§. de viro, ff. de ſolut. matrim.* Socin. iun. *conſi. 1. numer.
15. libr. 1. & conſil. 108. num. 31. & 32. libro 2.* Gozad.
conſi. 59. num. 4. Paril. *conſ. 44. num. 16. lib. 2.* Grat. *con-
ſil. 5. numer. 9. libr. 2.* Rimin. *conſil. 224. num. 27. libr. 2.
& alios.*

Quod etiam probatur ex *l. qua conditio, ff. de cond. &* 22
demonſtr. vbi dicitur, quod conditio accommodata ad
certas perſonas, referri debet ad eum dumtaxat gradum
quo hæ perſonæ inſtitutæ fuerunt.

Verum nõ ita demum facienda erit reſtitutio ad per- 23
ſonas nominatas, quod etiam ad eorum deſcendentes
non ſit facienda extenſio, niſi limitatè, & præciſè per di-
ctionem, tantum, vel ſimilem ſit ad perſonas expreſſas
facta reſtrictio, ita Ludou. Molin. *d. cap. 5. num. 24.*

Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator ex- 24
preſsè vocauit maſculos, nec de fœminis in aliqua parte
facta ſit mentio, nam tunc ad primogenituram nullo
modo fœmina erit admittenda, ita Ludouic. Molin. poſt
alios *d. capit. 5. in concluſione ſecunda, numer. 25. & in
concl. 3. num. 30.* vbi dicit hoc verum ſiue vocati ſint hi,
qui agnationem conſeruare poterant, ſiue non, cum ad
poſitionem maſculorum ſequatur excluſio fœminarum,
l. 1. C. de adult. & per reg. l. cum ita, ff. de condit. & de-

monſtrationib. & l. cum prætor, ff. de iudic. Et quando agitur de conſeruatione bonorum in agnatione, vt maſculis vocatis, non veniant fœminæ, poſt alios Ludouic. Molin. *lib. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 6. numero 1.*

25 Ampliatur hæc declaratio, vt vocatis maſculis & excluſa fœmina, etiam omnes deſcendentes ab ea ſint excluſi, ſiue ſint fœminæ, ſiue ſint maſculi, vt poſt alios ſcribit Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 5. nu. 41. vſque ad num. 50.*

Et videnda erunt, quæ ego dixi *quæſt. 404. Vtrum maſculis vocatis veniant maſculi, & fœmina,* & ibi habentur rationes huius ampliationis.

26 Niſi teſtator ex vocatione maſculorum non habuiſſet rationem conſeruandi bona in agnatione, ſed ſolum maſculinitatis, vt ſi inſtituta filia cum inſtitutione maioratus, ſint ad illum vocati eius deſcendentes maſculi, nam tunc venirent maſculi etiam deſcendentes ab aliqua fœmina deſcendente à teſtatore, vt poſt Anchar. Fulgoſ. Socin. ſen. Franc. Aret. Dec. Rub. & Carol. Molin. ſcribit Ludou. Molin. *libro 3. de Hiſpan. primog. cap. 5. num. 48.* quibus addendi erunt alij citati *dicta q. 404. num. 15. & 16.*

27 Vel primogenitura eſſet inſtituta à fœmina, quia & tunc vocatio maſculorum non excludit maſculos ex fœmina. Ludou. Molin. *d. c. 5. n. 49. & num.* .... & quæ dixi *d. q. 404. n. 15.*

28 Quod tamen temperandum eſt, quando vocati eſſent maſculi, & per lineam maſculinam deſcendentes, vel etiam ſimpliciter eſſent vocati per lineam maſculinam deſcendentes, vt dicunt Molin. *libr. 3. de Hiſpan. primogen, cap. 5. num. 69.* Menoch. *conſ. 802. num. 82. & conſ. 1006. n. 16. & ſeqq.* nam tunc maſculus ex fœmina non veniret.

29 Sed quid ſi in vna parte ſit facta mentio maſculinitatis, in alia non, an qualitas maſculinitatis cenſeatur repetita, pendet ex dictis latè per Ludou. Molin. *d. cap. 5. numer. 56. & ſeqq.* vbi tenet negatiuam, ſed eam multipliciter declarat, & non fieri repetitionem voluit etiam Menoch. *conſ. 802. num. 19. & nu. 90. & conſil. 803. nu. 10. & ſeqq.* vbi alios refert. Et ibi loquitur in caſu quando filij maſculi, & deſcendentes ſunt vocati, & dicit tunc appellatione deſcendentium, & fœminas venire, ſed hoc vltimum apud me eſt valde dubium, cum in eadem oratione ſint vocati filij, & deſcendentes ad dicta per Ludou. Molin. *libr. tertio, de Hiſpan. primogenit. cap. quinto, numer. 59.* videndus etiam erit Menoch. pro ampl. & declaratione, *conſ. 802. numer. 97. & ſeqq. & conſ. 926. numero 36. & ſeqq.* & videnda erunt quæ dixi *quæſt. 403. Vtrum mentione filiorum maſculorum facta in vna parte, & in alia non, qualitas maſculinitatis ſit repetita?*

30 Hæc tamen declaratio intelligenda eſt, vt ſi teſtator genericè, & abſolutè vocauit maſculos, quod ita demum fœminæ erunt excluſæ, ſi extant maſculi eiuſdem gradus, nam remotiores maſculi non excluderent fœminam, ita notabiliter dixit Molinas *dict. cap. 5. numer. 71.* vbi plures alios citat, quos congeſſi *ſupra numer. 12. ampliatione 2.* qui tamen hoc declarat, niſi tacitè vel expreſſe ſit habita ratio agnationis, vel ex verbis diſpoſitionis aliud colligatur, idem ſcripſerunt Burgenſ. Salon. *conſil. 29. num. 41. & num. 44.* Menoch. *conſ. 926. num. 31. & ſeqq.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam, *& conſi. 1006. num. 8. & ſeqq. multis.*

31 Secundò intelligenda erit hæc declaratio, vt fœmina ſemel excluſa per maſculos à perpetua primogenitura, non dicatur perpetuò excluſa, ſed ſolùm donec extant maſculi, & eorum deſcendentes, vt latè comprobat Ludou. Molin. *libr. 1. de Hiſpan. primog. cap. 6. num. 22. & ſeqq. & lib. 3. cap. 5. num. 72.* vbi mouet dubium, an fœmina excluſa à maſculo, mortuo maſculo relicta filia ſit ipſa, vel filia maſculi, aut alia fœmina proximior admittenda?

Declaratur quartò locum non habere, quando teſtator diſcretiuè de maſculis, & fœminis fuit loquutus, vt quando maſculum vocauit filium, fęminam filiam, nam inſtituta primogenitura inter filios, fęminæ non cenſebuntur vocatæ, etſi qualitas maſculinitatis non fuerit appoſita, ita poſt Bald. Socin. ſen. Iaſ. Brun. Georg. Lopez, & Gabr. ſcribit Ludouic. Molin. *dict. cap. 5. numero 55.* quibus addendi erunt alij multi, quos retuli *in quæſt. filiorum appellatione, an veniant fœminæ? num.* .... *& eſt quæſt. 311.* 32

Sed quæro, quid ſi teſtator iuſſit ſuccedentem in primogenitura deferre debere eius nomen, & inſignia, an fœmina ex hoc ſolo præſumatur excluſa à maſculo remotiore, & ad fauorem fœminæ decidit Ludou. Molin. *d. cap. 5. in fine.* 33

Illud autem omittendũ non eſt, quod maſculus quando excludit fœminam, ita demum excludet, ſi ſit legitimus, vel per ſubſequẽs matrimonium legitimatus, aliud ſi eſſet legitimatus per reſcriptum, dicendum erit, Ludou. Molin. *d. c. 5. nu. 75.* vbi allegat Bald. Iaſ. Dec. Tiraquel. Carol. Molin. & Port. & videnda erunt, quæ dicam *infra q. an legitimatus primogenitus excludat ſecundogenitum legitimum.* 34

Porro, ſi primogenitura ſit conſtituta à fęmina, vel à maſculo, & fœmina ſimul, venient fœminæ, & deſcendentes ab eis, Bero. *conſil. 120. numero vndecimo, & ſeqq. libr. 2.* & in vno eodemque caſu Alciat. *reſp. 162. numer. 12.* Tom. Marin. *tract. de feud. tit. 11. de feud. fœmin. ſeu matern. numer. 14.* refert, & ſequitur Menoch. *conſil. 802. num. .0. & conſil. 1006. num. 21. verſic. primo obijci,* vbi dicit hoc verum, niſi ex verbis, vel coniecturis conſtet teſtatorem vocaſſe ſolum maſculos, Ant. Gabr. *de verbor. ſignific. concluſ. 6. nu. 99.* Tiraquel. *de iur. primog. quæſt. 10. in fine,* Ludou. Molin. *libr. 3. de Hiſpan. primog. cap. 5. n. 74. & ſeqq.* vbi comprobat quando ſumus in caſu, quod maſculus & fęmina conſtituunt primogenituram. 35

Contrarium, quando maſculus, & fęmina conſtituerunt primogenitura, tenuit Burgos de Pace, *in Proœm. leg. Taur. num. 131.* cuius tamen rationi reſpondet Molin. *loco citato.* 36

Quod extenditur etiam, quod adſint coniecturæ prælationis maſculorum remotioris lineæ, nam in dubio recedendum erit ab illis coniecturis, quando fœmina inſtituit maioratum, vt dixit Ludou. Molin. *dict. cap. 5. numer. 73.* 37

Intell. tamen, vt maſculus eiuſdem gradus præferatur fęminæ eiuſdem gradus, etiam primo natæ, licet remotioris gradus maſculo præferatur, Ludou. Molin. *ibi ſupra* ita ſenſit poſt alios relatos. 38

Vltimò aduertendum erit, quod vbi ſumus in dubio, an fęmina ſit excludenda, necne à primogenitura, quod erit admittenda, vt egregiè comprobat Ludou. Molin. *d. cap. 4. num. 32. verſ. ex eiſdem etiam infertur, & num. ſeqq.* & non cenſeri excluſam niſi expreſsè ſit dictum, volunt Burgos Salon. *conſ. 29. nu. 20. 21. 661.* Ceſ. Vgo. *conſ. 93. nu. 20. & nu. 49.* Menoch. *conſ. 803. dubio 2. & conſil. 926.* 39

Fauorabilis autem an odioſa ſit excluſio fęminarum à primogenituris, latiſſimè diſputat Ludou. Molin. *dict. cap. 4. num. 15. & ſeqq.* vbi videndum erit. 40

Alia etiam circa admiſſionem, vel excluſionem fęminarum in primogenituris videnda erunt apud Tiraquell. *de iur. primog. q. 10. & ſeqq.* Ludou. Molin. *d. lib. 3. c. 4. & 5. & alios in tract. de primog.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per reſcriptum non excludit in primogeniturис legitimum poſt eum natum.*

2 *Legitimatus per reſcriptum deficientibus legitimis in primogenitura, an ſuccedat? remiſſiuè.*

3 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium in primogenituris excludit ſecundogenitum legitimè natum, contra num. 4. declara num. 5.*

6 *Legitimatus in primogenituris an excludat fœminam legitimè natam? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCLXXXVI.

Vtrum legitimatus per reſcriptum vel per ſubſequens matrimonium in primogenituris excludatur per legitimum poſtea natum?

IN primogenituris ſæpè ortum fuit dubium, an filius legitimè natus excludat legitimatum antea natum? In qua difficultate duo conſtituendi ſunt caſus.

1 Primus caſus eſt, quando agitur de legitimato per reſcriptum, & hic non aufert primogenituræ ius à legitimè nato, Aretin. *in l. Gallus. §. ſi eius, col. vlt. ff. de liber. & poſthu.* Alex. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, col. pen. ff. eod.* & ibi Iaſ. *in prima lectura, col. 18. verſ. primò limitatur, & in ſecunda lect. col. 14. verſ. limita iſtam concluſionem,* Ruin. *in rub ff. de liber. & poſthum. col. pen.* Imol. *in cap grandi de ſup. neglig. prælat.* & ibi Dom. Alexand. *conſil. 2. col. 3. conſ. 49. col penult. & conſ. 67. col. 4. lib. 1.* Dec. *conſil. 85. col. pen. verſ. poſtremo prædicta,* Menoch. *conſ. 173. nu. 77. & lib. 4. præſum. 79. nu. 41.* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 34. num. 49.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 65. n. 73.* Peregr. *de fideicom. art. 23. num. 63.*

2 Et videndus etiam erit Hieron. Ceual. *Spec. Comm. contr. commun. q. 2. num. 50. & ſeqq.* vbi tractat an legitimatus per reſcriptum poſſit ſuccedere in primogenituris: & Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. c. 3.* vbi agit, an deficientibus legitimis poſſit ſuccedere legitimatus.

3 Secundus caſus eſt, quando agitur de legitimato per ſubſequens matrimonium, & tunc duæ ſunt contrariæ opiniones. Prima eſt, quod legitimatus per ſubſequens matrimonium admittatur, quam probarunt Bart. *in §. tribus, verſ. quæret hic in auth. quib. mod. nat. effic. ſui.* Salic. *in l. quoties, col. 3. verſ. quæris, ff. de liber. & poſthum.* Paul. de Caſtr. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, col. pen ff. eod.* Florian. *in l. in delictis, §. ſi extraneus, colum. 2 ff. de nouat.* Felin. *in c. prudentiam, col. 51. verſic. primogenitus, ff. de off deleg.* Ceſ. Vgo. *conſil. 119. num. 2.* Hieron. Gabr. *conſil. 21. n. 40. lib. 1.* Burſat. *conſ. 18. nu. 14. lib. 1.* Alciat. *lib. 3. de verb. ſign. in axioma ſecundo,* Vaſq. *de ſucceſſ. progr. part. 1. lib. 1. §. 52. nu. 89.* vbi dicit hanc opinionem eſſe communem, & veriorem, Peregr. *de fideicom. art. 24. num. 6.* Boer. *deciſ. 159. in fine,* & alij relati à Tiraquell. *tract. de iur. primogen. q. 34. n. 24.*

Rationes huius ſententiæ videri poterunt apud Hieron. Ceual. *Spec. comm. contr. commun. quæſt. 606.* vbi latè examinat quæſtionem.

4 Secunda eſt opinio magiſque recepta, quod legitimè natus præferri debeat, & hanc probarunt Iacob. de Aret. *in l. cum decem mihi, §. fi. ff. de ſolut.* & ibi Bart. & Angel. idem Iacob. de Aret. *in l. quoties, C. de rei vendic.* & ibi Iacob. Butrig. Rainer. Alber. Bald. Angel. Paul. de Caſtr. & Iaſ. Iacob. de Beluiſ. *in d. §. tribus, in auth. quib. mod. nat. effic. ſui,* Alber. *in l. fin. colum. 1. C. ad Senat. Conſ. Maced.* Bal. *in l. eam quam, col. penul. C. de fideicom.* Angel. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum, ad finem, ff. de liber. & poſth.* & ibi Aret. *col. 2.* Alex. *col. pen.* vbi teſtatur de communi opinione, Iaſ. *col. 18. in prima lectura & in ſecunda lectura col. 13.* Soc. ſen. *col. pen ff. de liber. & poſth.* Imol. *in l. ſi alienum, § extraneus ff. de hered. inſtit. & in l. ex facto col. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & ibi Aret. *col. 6.* Barbat. *in l. cũ acutiſſimi, col. 58. verſ. quid ſi teſtator, & col. 55. ver. non obſtat quartũ, C. de fideic.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore col. 48. ff. de vſucap.* Aldroband. *in § fi. n. 14. inſt. de nupt.* Henric. Boſ. *in c. tanta, extr qui fil. ſint legit.* & ibi Io. Andr. *in princ.* Anchar. & Cardin. Florent. Ioann. And. *in c ſine culpa, par. 2. q. princ. de reg. iur.* & ibi Philipp Franc. *col. 1.* idem. Ioan. Andr. *in c. pro te, de reſcript. in 6. & ibi* Anchar. *in fi.* & Rom. *col. 2.* Anchar. *in c. quamuis. in fi. de reſcrip. in 6.* Cardin. Alex. *in c. per venerabilem §. quod autem, n. 31. extr. qui fil. ſint legit.* Felin. *in cap. vltim. col. 12. de conſtitut. & in c. cum olim, col. 2. extra de re iud.*

Et conſulendo idem ſcripſerunt Anchar. *conſil. 339. in fi. & conſ. 427. col. 1.* Alex. *conſ. 25. col. 2. conſ. 67. col. 3. & conſ. 94. col. 3. li. 1.* Iaſ. *conſ. 192. col. 5. lib. 2.* Corn. *conſil. 23. circa primũ col. 1. lib. 3.* Soc. ſen. *conſ. 235 col. 4. conſ. 246. col. 4. & conſil. 251. col. 10. lib. 2.* Curt. ſen. *conſil. 18.* Dec. *conſil. 85. col. pen.* Rom. *conſ. 19 col. 3. lib. 1. & conſ. 106. n. 6. lib. 3.* Curt. iun. *conſ. 157. num. 5.* Socin. iun. *conſ. 52. nu. 7. lib. 1.* Cephal. *conſ. 364. nu. 7.* Menoch. *conſ. 16. num. 14.* vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, *& conſ. 173. nu. 77. in fine.*

Et in tractatibus Iacob. Concer. *q. iur ſingul. li. 2. q. 11.* Catell. Cott. *in memor. incip. Primogenitus, verſ. nunquid autem,* Martin. Lauden. *de primog. col. 8. verſ. quæro propoſita,* Ant. Roſell *tract. legit. libro 1. in cau. ſi fi. eſſ. col. 2.* Nic. Peruſ. *tract. ſucceſſ. ab inteſt par. 1. in ſexta ſpecie filiorum,* Moder. Parit. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. § 8 gloſſ 1. quæſt. 7. col. 2.* Tiraquell. *de iur. primog. quæſt. 34. num 4. & ſeqq. multis.* Anton. Gabr. *de legitima, concl. 1. in fi.* Ioſeph. Ludou. *concl. 14. limit. 3.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & veriorem Peregr. *de fideic. art. 23. nu. 63. & art. 24. n. 35.* Hieron. Ceual. *Specul. Communium contra communes, quæſt. 2. n. 82. & q. 606.*

Rationes huius ſententiæ latè deducuntur à Tiraq. *de iur. primog. quæſt. 34.* & Hieron. Ceual. *d. q. 606.*

Hæc tamen ſecunda opinio non procederet, quando aliter ſe haberet conſuetudo loci, ita Ioan. Andr. *in d. c. ſine culpa, ad fi. de reg. iur. in 6.* Cardin. Alex. *in cap. per venerabilem, §. quod autem, col. 31. extra qui fil. ſint legit.* Nic Peruſ. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. prima, in 6. ſpecie filiorum,* Ant. Roſel. *in tract. de legitim. libr. 1. col. 3. verſ. his igitur deciſis,* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 34 num. 47.* 5

Sed quid ſi agatur de excludenda fœmina, an maſculus legitimatus excludat fœminam legitimam, dixi *q. præced. nu. 34.* 6

SVMMARIVM.

1 *Nepos primogeniti filius in primogenituris excludit patruum ſecundogenitum, contra num. 23. declara per totam quæſt.*

4 *Filius non debet eſſe deterioris conditionis patre ſuo.*

7 *Medij naturam ſapit omne id quod per mediũ tranſit.*

8 *Cauſa remota deſcendentes à proxima habet qualitates quas habet cauſa proxima.*

9 *In fideicommiſſis ſuccedunt prius nominati poſtea eius filij, ſi aliud non ſit dictum.*

10 *Primogenitura nil aliud eſt quam fideicommiſſum.*

12 *In fideicõmiſſis caducato vno gradu cæteri ſuccedunt.*

15 *Primogenitura dupliciter intelligitur primo ſecundum tempus natiuitatis, ſecundo habito reſpectu ad tempus ſucceſſionis.*

16 *In fideicommiſſis ſucceſſio regulatur à cauſa inteſtati,*
17 *Ab inteſtato nepos ſubintrat locum patris.*
18 *In fideicommiſſo aſcendenti nepos ſubintrat locum patris,*
19 *Repræſentatio quando datur de iure, datur non tantum ad concurſum, quantum etiam ad excluſionem.*
20 *Pater & filius reputantur vna & eadem perſona.*
Vox patris dicitur vox filij.
21 *Primogeniti ſpes quam habet in primogenitura eſt multum conſiderabilis.*
22 *In feudis, & iuriſdictionibus attenditur filiatio, non hereditarium ius.*
24 *Proximior qui eſt ſuccedit ab inteſtato.*
25 *Proximior gradu ſuccedit in fideicommiſſis, declara num. 26.*
26 *Repræſentatio repræſentat gradum non corrumpit.*
27 *Nemo in alium plus iuris transfert quam ipſe habeat,*
28 *Primogenituræ qualitas requiritur tempore quo moritur vltimus poſſeſſor.*
29 *Qualitas adiuncta verbo, vel participio debet adeſſe tempore verbis, vel participij.*
30 *Primogenito repudiante primogenitura bona, aperitur locus ſecundogenito declara n. 31.*
33 *Primogenitus filius ſi vocetur, patruus excludit nepotem filium primogeniti, contra num. 35.*
36 *Nepos filius primogeniti mortui non excludit patruum, quando eius pater non fuit admiſſus, contra num. 161.*
37 *Primogenitum vocans, qui reperitur inter liberos à ſe deſcendentes, cenſetur voluiſſe patruum excludere nepotem filium primogeniti mortui,*
Primogenitum vocans, qui reperietur inter liberos à primogenito vocato deſcendentes, cenſetur voluiſſe nepotem filium primogeniti excludere patruum.
38 *Maior natu ſi vocetur nepos excludet patruum, contra num. 46. declara num. 49.*
39 *Verba intelligenda ſunt potius naturaliter quam ciuiliter.*
40 *Maior natu conſideratur naturaliter pro maiore natiuitate, & ſimiliter pro primogenito, cui debetur ſucceſſio.*
42 *Primogenitura ſunt odioſa, contra num. 43.*
44 *Maiores natu cenſentur prudentiores.*
45 *Maior natu præfertur in adminiſtratione.*
47 *Maior natu, & primogenitus idem ſunt, declara numero 48.*
50 *Patruus excludit nepotem in primogenituris, quando extat ſtatutum, quod verba teſtamentorum, vt ſonant intelligantur.*
51 *Patruus excludit nepotem in primogenijs, quando perpetuò proximiores ſunt vocati.*
52 *Primogenitum & ſucceſſiuè eius primogenitos vocans, cenſetur voluiſſe patruum excludi à nepote.*
53 *Primogenitum & eius deſcendentes vocans, dicitur voluiſſe nepotem admitti in primogenituris patruo excluſo.*
54 *Bona transire de primogenito in primogenitum, ſi dictum eſt, nepos excludit patruum.*
55 *Nepos filius primogeniti excludit patruum, quando pater nepotis iam fuit admiſſus.*
56 *Nepos maior natu patruo excludit in primogenijs patruum, declara num. 57.*

QVÆSTIO CCCLXXXVI.

Vtrum in primogenituris nepos primogeniti filius excludat patruum ſecundogenitum?

FAMOSISSIMA eſt diſputatio, an ſi ad fideicommiſſum ſit vocatus primogenitus, nepos primogeniti filius excludat patruum ſecundogenitum? In qua difficultate duæ ſunt principales ſententiæ; quod enim nepos admittatur excluſo patruo voluerunt Bartol *in auth. poſt fratres, C. de legit. hered.* Bald. *in l. ex hoc iure, col. 1. ff. de iuſt. & iur.* Faber *in §. cum filius num. 4. inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer.* Comen. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſ. ff. de legat. 2.* Cagnol. *in proœm. ff. . . §. diſcipuli, numer. 177.* Padill. *in rubr. C. de fideicommiſſ. numer. 6.* Ioan. Andr. *in rubr. de feud.* Gul. Bened. *ct. in cap. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens, il primo, numer. 199. extr. de teſtam.* 1

Et conſulendo Barbat. *conſil. 10. col. 10. lib. 2.* vbi alios refert, & dicit hanc eſſe communem opinionem. Socin. ſen. *conſ. 252. col. 12 & ſeq.* vbi agit de teſtamento tranſuerſalis Socin. iun. *conſil. 3. nu. 3. lib. 4.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem. Alciat. *inter conſil. Grat. conſil. 8. num. 2.* Cephal. *conſil. 656. nu. 47. & ſeqq.* Decian. *conſil. 55. num. 48. lib. 3. & conſ. 23. num. 1. libr. 4.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam. Hier. Gabr. *conſil. 107. nu. 5. & ſeqq. lib. 1.* vbi dicit eſſe veriorem, & receptiorem opinionem. Menoch. latiſſimè *conſil. 211.* vbi dicit eſſe magis receptam opinionem. & agit primo an iure proprio veniat, ſecundo an iure repræſentationis, tertiò an iure tranſmiſſionis, idem tenet *conſ. 886. numer. 15. & num. 26. conſ 90. nu. 46 & ſeq.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis receptam ſententiam, *conſil. 981.* vbi latiſſimè *conſil. 1005. nu. 24. & ſeqq.* & latè *conſilio 1082.* Peregr. latiſſimè poſt multos relatos *conſ. 40. lib. 1. & conſil. 34. num. 16. lib. 3.* Honded. *conſ. 70. lib. 2.* Bardell. *conſ. 60.* vbi latè comprobat.

Et in tractatibus Alciat. *Peregr. lib. 8. cap. 15.* Gomez. *in l. 40. Tauri num. 65. in fine,* & ibi Albedan. *gloſſ. 5. & ſeqq.* Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt. 40.* Gutir. *Pract. Quæſt. lib. 2 quæſt. 40. n. 1.* Curt. iun. *tract. feud. part. 3. nu. 47.* Greg. Lopez *in l. 2. tit. 15. par. 2. & l. 3. tit. 213. par. 6. in verb. nugeris,* Surarat. *de vſu & conſuet. cap. 12. num. 57.* Did. Perez. *in l. 1. tit. 2 libro 5. ordinam. fol. 116 col. 2. verſ. ex qua ratione,* Siman. *de primogen. lib. 1. l. 22. & 23.* Ioan. Taur. *in tract. primogen. quæſt. 25. in fine* Did. *Pract. Quæſt cap. 38. num. 6. & 11.* vbi de teſtamento tranſuerſalis, *& libr. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 28.* Mantica *de teſtamen. libro 9 cap. 26. numer. 86.* Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib 8. tit. 10. num. 9.* Matthe. *lib. 5. tit. 7. gloſſ. 1. num. 1. & 2.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 92. num. 24.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primogen. cap. 16. n. 3.* Craſſ. *in §. fideicommiſſ. qu. 16. num. 7.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Hieron. Ceual. *Specul. comm. contr. commun. quæſt. 197.*

Et in deciſionibus Ægid. *deciſ. 724.* Magon. *dec. Luc. 39 nu. 8.* Mohedan. *deciſ. 1. tit. de hered.* Grammat. *deciſ. 1. & dec. 174. nu. 19.* Ant. à Gama *deciſ. Luſit. 1. nu. 16. 18. & deciſ. 161. nu. 6. 7.* Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſione 395. par. 4.* aliàs impreſſæ ſub nomine Farin. vbi dicitur eſſe veriorem, & magis receptam opinionem, & nemine diſcrepante fuiſſe pro nepote reſolutum. [Addo pro eadem opinione Hieron. Gabr. *conſil. 130. num. 30. libro 2* Burſat. *conſil. 67. num. 25 libro 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem Viu. *deciſ. 502. libro 3.* vbi aſſerit, quod ſuprema tribunalia hanc receperunt opinionem, & dicit nefas eſſe ab ea recedere Surd. *conſil. 362. num. 12.* vbi de magis communi opinione teſtatur Gutier. *pract. quæſt. lib. 5. cap. 66. & cap. 67. per totum,* Rot. *deciſ. 1012. par. 3.*

Idem in nepote ex ſecundogenito mortuo, in tertiogenitū patruum, quando primogenitus vixit, & ſine liberis deceſſit, Socin. ſen. *conſ. 252. per totum,* Gramat. *deciſ.*

Digitized by Google

decif.1.Tiraquel.d.quaſt.41.Did.pract.quaſt.cap.38.n.9.
Gutter.d.cap.66.nu.29.]

2 Pro hac ſententia primò facit, quia ius primogeni-
turæ eſt tranſmiſſibile ad filium primogenitum, qui fi-
lius eo ipſo quod moritur pater, efficitur primogenitus
ipſi auo, quo ad effectum ſuccedendi in primogenitu-
ra, tam ratione repræſentationis patris ſui, quam ratio-
ne iuris primogenituræ in ſe tranſmiſſi, ita Moder. Pa-
riſ. in conſuet. Pariſ. par.1.§.8.gloſſ 3.num.5.

3 Secundò, ius filij non poteſt dici extinctum cum per-
ſona patris ſui, vti ius verè formatum & diſtinctum ab
ipſa filiatione, ita dicit Farinac. d. decif. 395. vbi alle-
gat Bald. in l. is poteſt, ff. de acquirend. hared. & ibi Ale-
xand. & Iaſ.

4 Tertiò, filius non debet eſſe deterioris conditionis
patre ſuo, l. maximum vitium verſic. ſancimus C. de li-
bert. prater. vbi Bald. Paul. de Caſtr. Corn. & alij. Atqui
filius primogenitus excludebat fratrem ſecundogeni-
tum, ergo idem de filio primogeniti, & ita hoc argu-
mento vſus fuit Menoch. conſil. 211. col.2. verſ. primo,
quia, & conſ.1082.nu.1

5 Quartò, primogenitura ipſa eſt cauſa proxima, &
propinqua prælationis, non autem primogeniti perſo-
na, præeminentia igitur iſta non extinguitur cum per-
ſona primogeniti, ſed remanet apud eum, qui habet
qualitatem primogenituræ, arg. cap. quoniam Abbas,
extr. de off. deleg. & cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. Cum
ergo filius primogeniti ſit primogenitus, ſequitur
præeminentiam ſuccedendi apud eum eſſe, & hoc ar-
gumẽto vſus eſt Menoch. d. conſil. 211. numer.2. & con-
ſil.1982.num.2. Sed ego vel dicta huius Excellentiſs. &
Doctiſſimi viri non intelligo, vel ex hoc argumento
contrarium probatur.

6 Quintò, nepos eſt natus ex primogenito, & ſic ex ra-
dice priuilegiata, quæ cæteris præfertur: ideo aſſumit
naturam, quam pater habebat, quia forma, & origo
quæ à natura ducitur in quolibet deriuato reperitur, l.
in ratione, la prima, §. ſi filio, ff. ad leg. Falcid. l. qui id, in
7 princ. ff. de donat. l. tutor, ff. de fideiuſſ. Et quando me-
dium eſt naturale: omne id quod tranſit per medium
ſapit naturam medij, Bald. conſil. 309. conſuetudo poſt
principium, libr. 2. & hoc arg. vſus eſt Menoch. d. conſil.
211. num.4. & ſeqq. & conſil.1082.num.3.

8 Sextò accedit, quod in cauſa remota cenſetur ſtatu-
tum omne id quod eſt ſtatutum in cauſa proxima, quã-
do cauſa remota deſcendit à proxima, Bald. in l. illam,
C. de collat. Paul. Caſtr. conſil. 119. hareditas pradicta,
num. 5. libr. 1. Sed filius eſt cauſa proxima, & ille tan-
quam primogenitus habuit priuilegium prælationis in
primogenitura, nepos verò ex eo eſt cauſa remota, ſed
deſcendit à filio primogenito patre ſuo, ergo priuile-
gium prælationis in primogenitura tranſit in nepotem,
ita argumentatur Menoch. dict. conſil. 211. num. 7. & d.
conſil.1082.num.4.

9 Septimò in fideicõmiſſis ſucceditur hoc ordine, pri-
mo nominatus admittitur, & ſi aliud nõ ſit à teſtatore
expreſsũ poſtea admittentur eius filij, ſic in fideicom-
miſſo relicto familiæ deciſum fuit, in l. cum ita, §. in fi-
deicommiſſo, ff de legat. 2. ibi & qui ex ipſis primo gradu
procreati ſunt. Et hoc ea ratione, quia ſicuti teſtator
prædilexit primò nominatos, ita dicitur prædilexiſſe
10 eius filios. Atqui primogenitura nil aliud eſt quam fi-
deicommiſſum, Ludou. Molin. lib.1. de Hiſpan. primog.
c.1. num.7. & alios plures refert, & ſequitur Menoch.
conſ.1006.n.38. & conſ.1023.n.5. ergo eadem mens pre-
ſumi debet in defuncto, vt vocando primogenitum, vo-
luerit & eius filios gradatim ſuccedere, & donec ali-
quis extat ex linea recta, non fiat tranſitus ad aliam,
Hoc argumento vſus fuit Menoch. d. conſ.1082.n.6. &
ſeqq. vbi latè exornat, & comprobat compoſitum, quòd
nõ debet fieri tranſitus ad aliam lineam, licet filius pri-
mogenitus deceſſerit ante patrem, cum nepos dicatur
ex linea primogeniti, quæ donec durat debet ex lude-
re omnes alias lineas, adducit Lud Molin lib.3. de Hiſp.
primog. c.6. n.10. & ſeqq. vbi plura ad propoſitũ ſcripſit.

Octauò quando in fideicommiſſis vocatus eſt pri- 11
mogenitus, & ſic ſucceſſiuè filius primogeniti, & po-
ſtea nepos, & deinceps, cenſentur facti plures gradus
ſubſtitutionum, per quos dicuntur vocati omnes pri-
mogeniti deſcendentes ab illo primo, Ludou. Molin.
de Hiſp. primog. lib.3. c.6. nu. 39. Melch. Palaez. in tract.
maior. par.2. qu.10 col.2. verſ. contraria opinio, Peralt. in l.
Celſus, nu.13. ff. de legat. 2. Sed in fideicommiſſis cadu- 12
cato vno, vel pluribus gradibus cæteri admittuntur, l.
vnica §. pro ſecundo, & §. ſin autem aliquid ſub conditio-
ne, C. de caduc. tollen. Dec. reſp. 81. lib. 2. qui teſtatur de
communi opinione, Ceph. conſ.620.n.15. & ſeqq. Odd.
conſil.56.num.5. Peregr. conſ.40.nu.6.lib.1. & in tract. de
fideicom. art.5.nu. 5 & nu. 22. cum alijs à nobis conge-
ſtis inf. q.469 nu.... Et primogenitura nil aliud eſt quam
fideicommiſſum, vt dixi in præcedenti argumento, er-
go caducato gradu paterno, ſuccedet ſecundus, gradus
qui eſt filius primogeniti.

Nonò, in iure patronatus libertorum, quod filio de- 13
betur iure ſuo, cum ſit quid ſeparatum ab hæreditate
patris, illud competit filio mortuo patre, licet in pro-
miſſione operarum facta liberto manumiſſo nihil di-
ctum ſit de filio, l.3. ff. de oper. libert. & l. ſi operarum, ff.
eod. ergo idem in iure primogenituræ, vt competat fi-
lio, licèt pater ſit mortuus, & hoc argumento vſus fuit
Menoch. d. conſil.211.n.8.

Decimò, vbicunq; ſuperſunt reliquiæ rei deficientis, 14
locus nõ fit ei, qui iure ordine erat ſucceſſurus, vt pro-
batur ex traditis per Barr. in l. ſi quis ſub conditione, ff.
de teſtam. tut. Din. in l.2. & l.3. ff. rer. amot. Menoch. conſ.
211.nu.17. 18. 19. Atqui filius eſt portio patris primo-
geniti præmortui, l. cum ſcimus, ad finem, C. de agric. &
cenſ. lib.11. Menoc. conſil.124.nu.100.lib.2. ergo patruus
ſecundogenitus non erit admittendus nepote ex fratre
primogenito prædefuncti exiſtente.

Vndecimò, verba teſtatoris, quæ in caſu vero & in 15
caſu ficto intelligi poſſunt, accipi potius debent in ca-
ſu vero. l. Statius, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc. Sed pri-
mogenitura dupliciter ſumitur, primo modo ſecun-
dum natiuitatem; ſecundo modo ſecundum tempus
ſucceſſionis, & primo modo capta, eſt vera, ſecundo
modo, ficta Anchar. conſil.82 nu.7. Zaſ. conſ.8. nu.4. lib.
1. & comprobat Menoch. d. conſil.211.num.23. & ſeqq.
qui in ſpecie vtitur hoc argumento ad excludendum
patruum ſecundogenitum, qui verè non poteſt dici
primogenitus mortuus etiam primogenito.

Duodecimò, in fideicommiſſis ſucceſſio regulatur à
cauſa inteſtati, Gloſ. in l. cum ita. §. in fideic. ff. de legat. 2. 16
Alcia. conſ.96.n.34. Menoc. conſil.106.n. 83. Odd. conſil.
45.n.37. Peregr. conſ.47.n.16.li.2. & in tract. de fideicom.
art.29.n.20. & ſeqq. Lutent. dec. Auen. 37.nu.9. Anton. à
Gama dec. Luſit.206.n.25. & ſeqq. alios congeſſimus q.
481. Atqui ab inteſtato nepos ſubintrat locũ patris ſui,
§. cũ filius, inſtit. de hared. qua ab inteſt. defer. Gloſ. in §. 17
mulieris, de ſucceſſ. libert. & ibi Io. Faber. Dec. conſ.9.nu.4.
li.2. Menoc. conſ.124.n.56.lib.2. & de praſump lib.4. pra-
ſump. nu.95.n.6.7. & Ludou. Molin. lib.3. de Hiſp. primog.
c.7.nu.6. ergo nepos ſuccedet in primogenitura, in qua
pater ſucceſſiſſet, ſi viuus fuiſſet tempore mortis aui.

Confirmatur hoc argumentum, quia primogenitura
nil aliud eſt, quam fideicommiſſum, immò nos nunc
agimus de fideicõmmiſſo primogenitis relicto, ſed in
fideicommiſſis nepos repræſentat patrem, cum agitur

18 de ſuccedendo aſcendenti, latiſſimè Honded *conſ.70. lib.2.* Menoch.*conſ.* 392.*n.*18. Odd.*conſil.*54.*n.*12. Pereg. *conſ.46.nu.*18 *lib.*2. Mantic.*de coniecturis vlt. volunt. lib.* 8.*tit.9.n.*2.3. Petr.*de fideicomm.quæſt.* 16 *num* 8.*& ſeqq.* Theſaur.*deciſ.Pedemont.*61. Put.*deciſ.* 18. Magon. *deciſ. Florent.*144.*num.*20. Cal.Barz.*deciſ.Bonon.*97.*nu.*9. *& ſeqq.* Gama *deciſ. Luſit.*367.& Rot.Roman.apud Farin. *deciſ.*501.& latiſſimè hanc opinionem probauimus, & receptiſſimam diximus *quæſt.* 485.

19 Nec dicatur ibi agi, quod nepos concurrat cum patruo, non autem quod patruum excludat, vt nunc diſputatur, quoniam reſpondetur, quod quando datur repræſentatio de iure, datur etiam ad excluſionem, nam nepos ponitur in loco patris, ideo ſicuti frater vtrique coniunctus excludit fratrem ex altero latere tantum coniunctum, ita & nepos filius fratris, § *reliquum, verſ. huiuſmodi, in auth. de hæred. ab inteſt. venient.* Idem probatur *in l. ſi quis prioris, C. de ſecund. nupt.* vbi filius mortuus ante patrem ad nepotes filios ſuos tranſmittit ſpem lucri, quod erat ſibi peruenturum patruis excluſis. Idem colligitur *ex auth. poſt fratris autem, C. de legit. hæred.* vbi ſicuti in ſucceſſione fratris patruus excluditur per fratrem pariter excluditur per filium fratris prædefuncti, & ibi Accurſ. dixit hoc cauſari ex repræſentatione, quia alias patruus non excluderetur.

20 Decimotertiò accedit, quod pater, & filius reputantur vna & eadem perſona, *l. vltim. C. de impub. & alijs ſubſtit.* & dicitur vnus cum patre ipſo, *in c. iam itaque prima, q.* 4. Et vox patris dicitur vox filij, § *ei verò qui inſtit. de inut. ſtipul.* & plura ad hoc per Maſcard. *de probat. concluſ.*1151. ergo ſicuti pater excluderet fratrem ſecundogenitum, pariter eum excludere debet filius primogeniti.

21 Decimoquartò ſpes, quam habet primogenitus in primogenitura eſt multum conſiderabilis, ſicuti de ſpe in feudis ſcripſerunt Ruin.*conſil.*3.*nu.*31 *lib.*1. Soc.iun. *conſ.*95.*n.*21.*lib.*3. Et de ſpe in fidecõmiſſis, vt ſit probabilis dixi *quæſt*.... Et quod primogenitus habeat acquiſitam ſpem in primogenituræ bonis non eſt ambigendum, nam illius ſpes eſt firma, certa, & immutabilis, ita vt etiam viuo patre potuerit dici dominus, vt latè cõ-

22 probat Tiraquell. *de iur. primog. q.*40.*n.*96.*& ſeqq.* Hæc autem ſpes, & ius primogenituræ conſideratur, non vt ius hæreditarium, ſed vt ius perſonale, quia filiatio attenditur non hæreditas in feudalibus, iuriſdictionibus, & dignitatibus, *l.* 3. *l. vt iuriſiurandi, § ſi liberi, & l. ſi operarum ff. de oper. liber. cap.* 1. *an agn. vel fil.* Bart. *in l. ſi non ſortem, § libertus, ff. de condict. indeb. & in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* Bal. *in l. qui ſe patris, C. vnd. liber.* ea autem, in quibus quis conſideratur, vt filius non vt hæres, tranſmittuntur ad filios, *l. in quibus, & l. ſi quis prioris, C. de ſecund. nupt.* ergo nepos etiam iure tranſmiſſo ſuccedet in primogenitura. Hoc tamen argumentum præcipuè conuenit in primogenituris aliter quam per fideicommiſſum conſtitutis.

23 Pro patruo autem contra nepotem tenent alij grauiſſimi authores. Bal. *in l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* Præpoſ. Med. *in c.* 1. *col.* 7. *de feud. Marcb.* & ibi Cardin. Alex. *col.* 16 Paul. de Caſtr. *conſil* 164. *col.*6.*& ſeq libr.*2. Abbas *conſ.*85 *col.*2. *verſ nec obſtat, lib.*1. Alexand. *conſ.* 123. *col* 2. *lib.*1. Alciat. *reſp.*184. *num.*3. Bero. *conſil.*120.*n.* 83 *circa finẽ lib.*2. Alba. *conſ.*60. *per totum*, Menoc. *conſ.* 209 *n.*45.*& ſeqq.* Peregr. latiſsimè *conſ.*33. *maximè nu.* 22.*& 26. conſ.*64.*nu.*7.*& ſeqq. lib.*.2. *& conſ.*4. *n.*23.*& ſeq. libro* 1. Dec. *conſ.*16. *libr*... Anton. Gabr. *de ſucceſſ. ab inteſt concl.*2.*nu.*3.*& n.*19. Ant. a Gama *deciſ. Luſit.* 175. *nu.*11. *dec.*306. *num.*16.*& deciſ.*360. *per totam*, vbi maximè *n.*17. dicit ipſum ita aliquando iudicaſſe, & pro hac opinione fuit iudicatũ Venetijs in Offic. Clariſs. DD. Iud. Procur. 26. Maij 1593 Et laudata fuit ſententia in Excellentiſs. Conſil. de 40. Ciu. Ven. 6. Iulij ſequentis, ſuper teſtamento Clariſſimi Domini Marini Capello, qui in ſuo teſtamento condito de anno 1475. inſtituto filio hærede diſpoſuerat quod eius bona irent de primo hærede maſculo legitimo eius colonelli in primum hæredem, & voluerunt illi Magiſtratus patruum ſecundogenitum excludere nepotem filium primogeniti.

Pro hac opinione primò adducitur, quod in ſucceſſionibus tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ſuccedit, qui eſt gradu proximior; de ſucceſſione ab inteſtato ſunt tex. *in § primo. inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. & in l. pater filium, ff. de inoffic. teſtam.* de ſucceſſionibus in fideicommiſſis, vt proximior admittatur loquitur *l. cum ita, §. in fideicom. ff. de legat.*2. & ibi Bald. & Comen. Cephal. *conſ.*465.*n.*1. Burſat. *conſil.*170.*n.* 16. *lib.*2. Menoc. *conſil.*740. *num.*21. *& ſeq.* Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.*333. *num.*16. Peregr. *de fideicomm. art.*21. *num.*1. & nos diximus *quæſt.*483. ſed patruus eſt gradu prior, ergo præferri debet nepoti. 24 25

Reſpondetur, quod argumentum procederet, quando filius conſideraretur vti perſona a patre ſeparata, ſed cum conſideratur, vt portio patris, & qui repræſentat illum, non dicitur remotior, nam quando habet locum repræſentatio, non dicitur gradus corrumpi, ſed repræſentari, & ideo gradus non dicitur remotior, ſed idem et, ex quo ſuccederet pater repræſentatus, ita poſt alios Menoch. *in conſil.*200. *num.*44 *libr.*2. *& lib.* 4. *præſump.*95.*nu.*5. quod autem filius repræſentet patrem, & eius locum ingrediatur in fideicommiſſis, dictum eſt ſupra in argumentis pro prima opinione, *num.*18. 26

Secundo facit, quod primogenitus, mortuus ante patrem non habebat viuo patre vllum ius in primogenitura, ergo nec aliquod ius potuit transferre in filium, cum nemo in alium plus iuris transferre poſſit, quàm ipſe habeat, *l. nemo ff. de regul. iur.* & ibi Gloſſ. Dec. Cagnol. & alij, *cap. Dalbertum,* 1. *quæſt* 7. 27

Reſpondetur, quod in ſucceſſionibus filius repræſentat patrem, vt dictum eſt, & probatur *in auth. ceſſante, & in auth. poſt fratres, C. de legit. hæred.* & tamen pater nullum ius tempore eius mortis habebat in ſucceſſione.

Reſpondetur ſecundò, quod pater viuens vti primogenitus habeat ſpem ſuccedendi in primogenitura, quæ erat valde conſiderabilis, & potuit tranſmitti, vt dictum fuit ſupra *nu.*21.

Tertiò ſic arguitur, quod ſucceſſio de primogenito datur tempore mortis illius, qui vltimo defunctus eſt; & tunc temporis requiritur illa qualitas primogenituræ, vt arguunt Caſtrenſ. *conſil.* 164. *in cauſa, colum.* 2. *verſicul. ad ſecundum, libro* 2. Alexand. *conſil.* 4. *lib.*4. Socin. ſen. *conſil.*88. *colum.* 2. *libr.*3. Dec. *conſil.* 443. *numer.* 14. Vnde etiam dicitur qualitatem adiunctam verbo, vel participio, intelligi, & regulari ſecundum tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. act.* & ibi Gloſſ. Bartol. & alij, *& l. Titius, ff. de milit. teſtamento*, & ibi Bald. Sed nepos tempore mortis aui non habet qualitatem, quod ſit primogenitus, ergo, &c. 28 29

Reſpondetur, nepotem habere qualitatem primogeniti ſublato patre ſuo, vt probatum eſt ſuprà, & voluit Tiraquell. *de iur. primogen. q.*40. *num.* 179. & ita in ſpecie reſpondet Menoc. *conſ.*211. *num.* 45. Immo voluit idem Tiraquel. *d. q.*40. *n.* 100. ius iſtud primogenituræ ſtatim nato poſthumo ſibi eſſe acquiſitum, & etiam poſteris ſuis.

Quartò confirmatur, nam ſi primogenitus renunciat iuri primogenituræ; aperitur locus ſecundogenito, *l.* 1. 30

to, *l.1.§.aſſignare, ff. de aſſignat. libert.* & *cap.1. an filij, vel agnati.* Tiraquell. latè *de iure primogen. q.21.* ergo idem erit quando mortuus eſt primogenitus.

31 Reſpondetur primò, quod immo repudiante, vel renunciante primogenito non fit locus ſecundogenito, ſi adſunt liberi primogeniti, quia illi admitti debent, ſi verò non adſunt, ſecundogenitus ſuccederet, Bald. *conſil. 389. conſuetudo, col. 3. verſic. decimoſexto, libro 2.* Cardin. Alexand. *in cap. 1. col. vltim. de feud. March.* & latè Tiraquell. *de iur. primog. q.21.* & *quæſt. 26. num. 5.*

Reſpondet ſecundo quod Aut renunciatio non procedit à pari cum morte naturali, & argumentum non obſtat; Aut procedit à pari, & tunc retorquetur argumentum, quod ſcilicet ſicuti per mortem naturalem fit locus nepoti, non autem ſecundogenito, idem ſit cum facta fuit renunciatio à primogenito.

Alia multa argumenta vſque ad 45. adducit Tiraquel. *d. q.40.* vbi etiam ad omnia reſpondet, ibi videndum erit.

32 Ampliatur prima opinio, vt procedat, & ſi poſt primogenitum eſſet vocatus ſecundogenitus ſiue primogenitura ſit conſtituta ab aſcendente ſiue à tranſuerſali, vel extraneo, ſecundum Socin. ſen. *conſil. 252. col. 12.* & *13.* & Did. *d. c.78. nu. 11.* & *ſeqq.*

33 Limitatur primò, quando vocatus eſſet filius primogenitus, quia tunc patruus excluderet nepotem, Bald. *in l. vt inteſtato, C. de ſuis, legit.* & ibi Raph. Fulgoſ. Alexand. *in l. ſi poteſt, colum. 2. ff. de acquir. hered.* & ibi Iaſ. *colum. 7. verſ. vltimò,* idem Alexand. *conſil. 4. colum. 2. in fin. lib. 4.* Alba *conſilio* 60. Peregr. *conſ. 40. nu. 17.* & *ſeqq. lib. 1.* Martin. Laud. *tract. de Primogenit. col. penult.* Tiraquell. *de iur. primogen. q.40. nu. 223.* Ant. Gabr. *dicta concluſione 2. num. 8.* (Et idem ego conſulendo tenui pro Illuſtriſs. D. Co. Aſcanio Scotto in maioratu conſtituto ſuper Caſtro Sarmati, & *eſt conſilio* 39. & in eadem cauſa ſcripſerunt etiam vltra alios *Clariſſimi I.C. DD. Hieronymus Moriſcus Placentinus* & *Caccia Mediolanenſis, quorum conſilia ſunt inter mea conſ. num. 40.* & *41.* & vltra prædictos allegaui Surd. *conſ. 453. nu. 35.* & *ſeq.* & *conſil. 455.* Emanuel à Coſt. *de ſucceſſ. patr.* & *nepot pag. 12. ad finem,* Hier. Gabr. *conſil. 107. num. 9. lib. 2.* Theſaur. iun. *lib. 1. forenſ. quæſt. 34. num. 22.* & *quæſt. 35. num. 36. ad finem verſic. hacque.* & *nu. ſeq. verſ. vel ſi, vbi addit* Rimin. iun. *conſil. 554. nu. 65.* Valaſc. *de iur. emph. quæſt. 50. num. 38.* Milan *deciſ. 9. num. 43.* Dec. *conſil. 443. num. 24.* Bero. *conſil. 71. num. 28. lib. 1.* Maluaſ. *conſil. 22. num. 35.* Beretr. *conſ. 134. nu. 24.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 456. num. 72. tom. 3.* Sacco Parmen. *conſil. 129. nu. 21. par. 2.* Mangil. *in tract. de imput.* & *de tract. quæſt. 77. nu. 87.* & *num. 164.*)

34 Ratio eſt, quia ex quo filij primogeniti ſunt vocati, hæc qualitas filiationis cadit in patruo, qui eſt filius, non in nepote, & in claris non eſt opus argumentis, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* Et quia verba debent intelligi naturaliter, non ciuiliter, *l. vltim. C. de his, qui ven. ætat. impetran.* Pariterque verba debent intelligi propriè, *l. non aliter, ff. de leg. 3.* Et filius propriè eſt filius, nepos autem impropriè, & per interpretationem, *l. iuſta interpret. ff. de verb. ſign.* & ibi Alciat. Et alius eſt filius, alius eſt nepos, *l. filium habeo ff. ad Macedon. l. quod ſi nepotes, ff. de teſt. tutel.* & ſcribit Menoch. *lib. 4. præſum. 94. nu. 2.*

35 Contrarium tamen, & ſic pro nepote fuit deciſum in Rot. Rom. apud Farin. *dec. 395.* (Et in his terminis quādo vocatus fuit filius maior natu, pro nepote iudicatū fuiſſe in Senatu Luſitaniæ teſtatur Melchior Phœb. *in dec. Luſit. 22. ſub rub. de quæſt. patru.* & *nepot.*)

36 Limitatur ſecundò, quando pater nepotis nunquam fuit admiſſus, quia ſcilicet erat mortuus tempore obitus patris ſui, nam tunc patruus excludet nepotem, Menoch. *conſ. 886. nu. 7.* & *conſil. 981. nu. 34.* Surd. *conſ. 403.* Bardell. qui alios allegat *conſ. 60. nu. 23.* & *conſ. 61.* Peregr. *conſ. 39. nu. 22. lib. 1.* & *conſ. 102. nu. 20. lib. 4.* vbi alios addit, & illud eſt conſilium deciſiuum.

Hæc tamen limitatio non eſt vera, nam vbi pater fuit admiſſus, quod eius lineam egredi non poſſit pro abſoluto habent omnes Doctores, vt patet ex allegatis Tiraquell. *de iur. primog. q.40. in princ. num. 1.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. num. 29.* Menoch. *conſil. 981. n.4.* & *conſil. 1082. n. 20.* Vnde quæſtio fuit valde controuerſa, quando primogenitus filius erat præmortuus patri ſuo, & euenit caſus ſuccedendi in concurſu ſecundogeniti, & nepotis ex primogenito iam mortuo, & ita loquuntur Tiraquell. *d. q.40. nu. 7.* Dec. *conſil. 397. colum. 2. in fine,* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, nu. 328. in fine, ff. ad Trebell.* Menoch. *conſ. 211. libr. 3.* & ſic tandem in his terminis loquuntur ferè omnes relati pro prima opinione, à qua vti veriore, & magis communi, iudicando & conſulendo non erit recedendū. (In qua opinione etiam fuerunt. Abb. *in c. licet in vlt. not. de vot.* & *conſ. 85. n.6.* & *ſeq. l. 1.* Franc. *in c. grandi, col. 1. de ſupple. neglig. præl. li. 6.* Dec. *cōſ. 443. n. 8. verſ. 5* & *nu. 29.* Beretr. *cōſ. 134. n. 23.* & *ſeqq.* Surd. *conſ. 403. n. 24. vbi de magis cōmuni opinione teſtatur,* & *n. 71.* & *ſeqq.* Oſaſch. *conſ. 71. n. 13.* Theſ. iun. *q. forenſ. lib. 1. q. 35. n. 16.* & *n. 32.* refert in terminis, quando vocatus eſt primogenitus, 47. Doct. & *n. 34.* plures adducit, qui affirmant hanc eſſe cōmunē opinionē, & magis cōmunem. & *n. 44.* dicit apud eum eſſe indubitatam, Bero. *in c. dilecti n. 51.* & *ſeqq. de arbit.* & *in conſ. 71. lib. 1.* Ruin. *cōſ. 13. n. 5. li. 1.* Valaſc. *d. q. 50. n. 35. in fi.* Hier. Gab. *cōſ. 107. n. 6. li. 1.* Lud. Pegu. *d. c. 114. n. 23. verſ. ex quib. par. 1.* Paul. Caſtr. *cōſ. 164. n. 7. li. 2.* Alciat. *li. 8.* Parerg. *c. 15.* Did. Spin. *in ſpec. teſtam. gloſ. 19. n. 52* & *nu. 56.* vbi dicit eſſe veriſſimā opinionē, & ſeruandam, Rub. Alex. *conſ. 149. n. 11.* Eman. à Coſt. *in d. tract. p. 165.* & *p. 178.* vbi dicit cauſam patrui eſſe inferiorem, & cōſulēdo & iudicādo ita tenendū eſſe; Menoc. *conſ. 220. n. 121.* & *ſeqq cōſ. 269 n. 21.* & *ſeqq.* & *clarius in ſecūdo dubio n. 28.* & *ſeqq.* & *n. 42.* & *43.* Alba *conſ. 60. li. 1.* & *conſ. 382. n. 72. li. 2.* Guliel. de Perno. *conſ. 11. col. 11. verſ nec obſtat.* Nat. *conſ. 682. li. 4.* Milan. *dec. 9. n. 76.* Neapol. *in c. 1. col. 6. verſ. ſed ſi eſſet nepos de gradib. ſucceſ. in feud.* Rim. iun. *conſ 540. n. 60.* vbi de magis cōmuni, Dec. latè *conſ. 16. li. 4.* Maluaſ. *cōſ. 22. n. 27.* Ant. à Gama *dec. Luſit. 179. n. 11. dec. 306. n. 16.* & *deciſ. 360.* Peregr. *conſ. 202. n. 20. li. 4. cōſ. 39. n. 25. lib. 1.* & *cōſ 64. nu. 19. lib. 1.* Tiraq. *d. q. 40. in prin.* & *n. 70.* Viu. *recept. ſentent. in verbo nepos natus,* vbi teſtatur de magis communi opinione, Martin. Gaud. *in tract. de primogen. col. pen* Corſet. *in d. cap. grandi, col. 21. verſ. vota de ſupplēd. neglig. prælat.* Alex. *cōſ. 4. li. 4.* & *in l. ſi poteſt, col. 2. ff. de acq. hered.* Mangil. *q. 77. nu. 157.* & *ſeq.* Theſau. iun. *rurſus li. 2. q. 20. n. 4.* vbi dicit ita ſæpius iudicatū. & *nu. 10. verſ. ex quib.* in illo caſu teſtatur fuiſſe iudicatū pro patruo ſedentib. trib. Præſidibus, & vndecim Senatoribus nemine diſſentiēte, & *q. 34 n. 19. lib. 1.* Ludou. Molin. *li. 1. de Hiſpan. primog. li. 1. c. 17.* & *li. 3. c. 6. n. 29.* Menoc. etiā qui cōſuluit pro nepote contra patruū *in conſ. 981.* admittit *n. 31.* & *34.* quod ſi pater à nepote nunquā fuit admiſſus, nepotē à patruo ſecūdogenito excludi, & ibi alios allegat, Ant. Gab *de ſucceſſ. ab inteſt. concl. 2.* Hond. *cōſ. 70. n. 5. li. 2.* Et hos etiā ego ſequutus ſum *in d. cōſ. 39.* pro Illuſtriſs. D. Co. Aſcanio Scotto *n. 29.* & *in eadē cauſa* idem tenuerunt duo Eminentiſs. I. C. *DD. Hieronymus Moriſcus Placentinus,* & *Michael Catia Mediolanenſis, vt inter mea conſil. 40. 41.*)

Limitatur tertiò, quando teſtator vocaſſet primogenitum, qui reperietur inter liberos à ſe teſtatore deſcendentes, quia tunc ſecundogenitus præferendus 37

 eſſet,

in illa de Scottis, cuius *conſil. eſt regiſtratum inter mea conſilia ſub num.*50. allegat vltra prædictos Pancir. Spanoch Giaua. Marrat. Zanch. Fab. Nichiſ. Amad. à Pont. Ant. Bagnaſ. & Michael. ab Agiur. Pro qua opinione vltra ea quæ ſcripſi *dicto conſil.*39. plura adduci poſſunt fundamentum deſumpta ex authoritatibus ſupra citatis.]

39 Primum quorum illud conſiderandum eſt, quod verba ſunt potius intelligenda naturaliter, quam ciuiliter, & in dubio naturaliter intelligi debent, *l. qui habet. ff. de tutel. l. de fideicomm. ff. de condit. & demonſt. l. vltima. ff. de his qui ven. ætat. impetr.* & ſcribit Gloſ. *in cap. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. Verba autem, maior natu, intelliguntur naturaliter de maiori ætate, & natiuitate, *l. 1. §. 1. ff. de minor. 25 ann. l. qui cum maior ff. de oper. libert. & §. minorem, vbi Gloſſ. inſtit. de adopt.* Intelligi etiam
40 poſſunt ciuiliter pro primogenito, cui debetur priuilegium in vita patris, & poſt vt præferatur fratribus ſuis, qui aliàs ſimul cum eo ſuccederent vt dicunt Bald. *in l. cum antiquioribus, numer.* 11. *C. de iur. de liber.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Ludou. Molin. *liber.* 1. *Hiſpan. Primog. c.* 13. ergo hæc verba erunt intelligenda de maioris ætate, quia ſcilicet naturaliter intelliguntur.

41 Reſpondetur tamen, quod idem eſt dicere maior natu, quod primogenitus, vt dicam *infr. n.* 47.

42 Secundum accedit argumentum, quo vſus eſt Bero. *conſ.* 71. *nu.* 30. *lib.* 1. vbi dicit, quod eſt odioſum admittere ſolum primogenitum alijs excluſis, arg. *l. maximum vitium. C. de liber. præter*, quod ideo diſpoſitio loquens de maiore natu, non debet extendi ad primogenituram.

43 Reſpondet Menoch. *conſil.* 981. *nu.* 26. *& ſeqq. vſque ad num.* 33. qui latius hoc argumentum deduxit, quod immo maioratus, & primogenituræ ſunt fauorabiles, non odioſæ, vt ſcribit Ludou. Molin. *libro* 1. *de Hiſp. primog. cap.* 18. & videnda etiam erunt, quæ dixit *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 15. *& ſeqq. multis.*

Tertio ſi feudum habet annexam iuriſdictionem, teſtator vocauit maiorem natu, vt ſubdit rectius re-
44 gantur, iuxta *cap. ex ore, ext. de priuil.* nam in antiquioribus & natu maioribus maior ineſt rerum cognitio, & prudentia, *l. ſemper. ff. de iur. immun. capit. porro* 84.
45 *diſtinct. & cap. ſciendum,* 26. *quæſt.* 4 Et in ad miniſtratione præfertur, qui maior eſt ætate. *l. vlt. ff. de fid. inſtrum.* Innoc. *in cap. cum Deputati, extr. de iud.* & ibi alij, & hoc argumento vſi ſunt Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 40. *nu.* 103. Bero. *d. conſ.* 71. *nu.* 24. & Maluaſ. *conſ.* 22. *num.* 42.

Reſpondet Menoch. *d. conſ.* 981. *nu.* 19. 20. poſt Tiraquell. *d. quæſt.* 40. *nu.* 205. quod teſtator vocando natu maiorem non dicitur vocaſſe ex hac ſola ratione prudentiæ, & ſapientię, quoniam cedente hac ratione in natu maiore præferri deberet natu minor, & patruus infans etiam non diceretur vocatus.

46 Contrariam igitur ſententiam, quod & nepos excludat patruum, licet maior natu ſit vocatus, tenuerunt magis communiter Doctores, Bald. *in l. libertis, C. de oper. libert. & in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.* Paul. Caſtr. *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Soci. ſen. *in l. ſi cognatis, col.* 1. *ff. de reb. dub.* Io. Andr. *in addit. ad Specul. in rub. de feud.* Oldr. *conſil.* 224. Paul. de Caſtr. *conſ.* 161. *lib.* 1. Roman. *conſil.* 29. Aret. *conſ.* 163. Anchar. *conſ.* 78. Barbat. *conſil.* 10. *col.* 1. *& ſeq. libr.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Abbas *conſil.* 85. *col.* 3. *& conſ.* 100. *libro* 1. Socin. ſen. *conſil.* 7. *col.* 3. *& ſeq. & conſ.* 252. *lib.* 3. Raud. *conſ.* 4. *lib.* 2. Bardel. *conſ.* 60. vbi latè Menoc. *conſ.* 981. *libro* 10. Gratian. *conſ.* 6. *col.* 1. *in fin. & col. vlt.* Alciat. *inter conſil.* Grat. *conſ.* 8. *lib.* 1. *& inter ſua conſil.* 95. *numer.* 41. *& ſeq. libro* 9. Bero. *conſil.* 120. *per totum, maxime num.* 83. *& ſeqq. libro* 2. Did. Paſt. *Quæſt. cap.* 38. *num.* 7. *verſ. tertio*, Ant. Gama *deciſ. Luſitan.* 160. Did. Burgos *in quæſt. ciuil. quæſt.* 1. *num.* 1. *& quæſt.* 2. *nu.* 84. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. primog. c.* 8. *num.* 2. Pariſ. *conſ.* 72. *nu.* 90. *lib.* 4. Pala Ruui. *in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor §* 69. *nu.* 21. Ioan. Lecierier. *de primog. libr.* 1. *quæſt.* 2. *numero* 2. [Et vltra prædictos pro eadem ſententia ſe habent Moed. *deciſ.* 38. March. Solon. de Pace. *conſi.* 29. Vaſq. *de ſucceſſ. progr. lib.* 3 *§* 27. *nu.* 18. Roſental. *libro* 7. *de feud. cap.* 26. Intrigl. *de feud. cent.* 2. *quæſt.* .... Menoc. *conſil.* 211. *num.* 32. *libro* 3. *& conſ.* 1052. *libro* 11. Melch. Phæb. *deciſ. Luſit.* 22. *ſub rubr. de quæſt. patr. & nepot.* vbi dicit pro nepote pluries fuiſſe iudicatum, & ſi vocatus ſit filius maior natu, Franc. Hier. Leon. *in deciſ. Valent.* 109. *lib.* 1. vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem, & ſæpius in Regno Valentiæ pro nepote fuiße iudicatum, Gratian. *diſcep. forenſ. cap* 456. *tom.* 3. vbi latè defendit patrem nepotis, fatetur tamen *nu.* 85. *& ſeqq.* contra nepotem fuiſſe iudicatum.]

Pro qua opinione facit, quia idem eſt maior natu, 47
& primogenitus, vt poſt Bald. Caſtr. Abb. Rom. Pariſ. & Soc. ſen. ſcribunt Ioan. Lecierier. *tract. de primogen. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 2. Pala. Ruui. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 69. *num.* 21. Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 1. *nu.* 12 *& num.* 14. Didac. *lib.* 3 *variar. reſolut. c.* 5. *nu.* 1. 2. Ludou. Molin. *de Hiſpan primog. lib.* 1. *c.* 1 *n.* 2. *& lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. vbi ſcribit hanc eſſe veriſſimam opinionem. Gratus *conſil.* 6. *nu.* 13 *libro* 1. Did. Burg. *in Quæſt Ciuil. quæſt.* 1. *nu.* 2. *& quæſt.* 2. *nu.* 84. vbi teſtatur de communi opinione. & Menoch. *conſil.* 981. *num.* 1. vbi dicit eſſe receptam ſententiam. [Reſpond. tamen, quod immo hæc ſunt diuerſa, & aliud eſt primogenitus, aliud maior natu, vt poſt alios ſcripſerunt Mitan. *deciſ.* 9. *num.* 47. vbi dicit eſſe communem opinionem, Surd. *conſil.* 405. Velaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 10. *nu.* 20. Melch. Palaez. *de primogen. in præfat. num.* 3. vbi multas adducit differentias, Gaſp. Ant. Theſaur. *d. quæſt.* 35. *nu.* 4. *& ſeq.* Peregr. *conſil.* 34. *nu.* 17. *lib.* 9. Bellon. *conſil.* 11. *num.* 48. Maluaſ. *conſ.* 22. *num.* 99. *& ſeqq.* & alij omnes relati ſupra *hac quæſt. num.* 38]

Sed pro reſponſione Menoch. *in conſil.* 442. *num.* 20. *& ſeqq.* diſtinguit duos caſus.

Primus quorum eſt, quando loquimur de vno ſolo 48
ex multis, & ſic reſpectum fratrum ſuorum, & tunc nulla ſit differentia, quod vocetur maior natu, vel primogenitus, quia licet is ſit ſecundo genitus, tamen mortuo primogenito dicitur primogenitus, cum nullus alius in gradu antecedat, vt ſcribunt multi, quos congeſſit Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 1. *nu.* 3.

Secundus caſus eſt, quando agitur de vno ſolo reſpectu filiorum fratris tranſuerſalium, & tunc magna ſit differentia, quod vocatus ſit primogenitus, vel maior natu, nam ſi vocatur primogenitus teſtator relinquit rem dubiam, de quo ſenſerit, cum primogenitus dicatur, & natus ex primogenito iam defuncto, ſicuti etiam ſecundogenitus dicitur primogenitus, mortuo primogenito; ſed quando teſtator vocat maiorem natu, tunc facit rem claram, quod intellexerit de maiore ætate, & propterea teſtator, vt tolleret omne dubium, de quo ſenſerit, vocauerit maiorem natu, & cum clara ſit hæc diſpoſitio reſtituenda ſit, *cap. indicantem,* 30. *quæſt.* 5.

Sed prima opinio tenenda eſſet, quando teſtator
Titio inſtituto ſubſtituiſſet filium primogenitum eiuſ- 49
dem Titij, vel eo primogenito defuncto maiorem natu

natu ſuperſtitem ex filijs dicti Titij, tunc enim ex verbis patet patruum eſſe præferendum nepoti, vt latè comprobat Menoch. *conſ.* 88. Ratio que eſt præcipua, quia qualitas iuncta verbo, vel participio intelligitur ſecundum tempus verbi, *dicta l. in delictis*, §. *ſi extraneus, ff. de noxal. act.* & ibi Gloſ. Barr. & alij, ergo qualitas quod ſit maior natu requiſita tempore ſucceſſionis adeſſe debet, & in nepote non adeſt, ſed ſolum in patruo, & propterea hic admitti debet excluſo nepote, & hoc argumento poſt Caſtr. Socin. ſen. Decian. Abb. & Berett. vſus eſt Menoch. *d. conſilio* 886. *numero* 14.

Sublimitari autem debet ex his, quæ dixerunt Honded. *conſ.* 70. *columna vltima, libro* 2. & Rauden. *conſil.* 4. *lib.* 2. vbi diſtinguit tres caſus.

50 Limitatur quintò communis opinio, vt non procedat, quando extaret ſtatutum, quod teſtamentorum verba intelligerentur, vt ſonant, quia tunc patruus excluderet nepotem, Surdus *conſ.* 455. *in fin. iunctis dictis, num.* 6. *libro* 4.

51 Limitatur ſextò, quando vocati eſſent perpetuò proximiores, quia patruus vti proximior excluderet nepotem ſecundum Peregr. *conſil.* 34. *num.* 17. *verſ. ſecundò, lib.* 3. vbi declarat [Limitatur ſeptimò, quando vocatus eſt ſuperſtes, vt ſi vocetur primogenitus, vel maior natu ſuperſtes ex defuncto, Peregr. *conſilio* 39. *num.* 20. *lib.* 1. Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap.* 8. *numero* 5. Menoch. *d. conſil.* 886. *n.* 17. *lib.* 9. *& conſ.* 269. *num.* 54. *lib.* 3. Surd. *conſil.* 403. *nu.* 51. *libr.* 3. Peguer. *deciſ.* 114. *nu.* 30. *part.* 1. Io. Bapt. Valenz. *conſ.* 23. *n.* 168. *& num.* 162. *& ſeqq.* vbi latiſſimè, & ego ſcripſi *d. conſil.* 39. *num.* 10. *& ſeq.*

Limitatur octauò, quado in ſucceſſione maioratus, vel primogenituræ teſtator conſiderauit tempus mortis vltimi, cui ſuccedi debet, nam is ſuccedet, qui eo tempore habebit qualitatem, quod eſſet maior natu, Dec. *conſ.* 445. *col.* 2. *verſ. tertio* Alben. *conſ.* 60. *num.* 12. Roland. à Valle *conſil.* 39. *num.* 40. *lib.* 4. Peregr. *conſ.* 39. *num.* 24. *lib.* 1. Surd. 403. *num.* 57. *& ſeq. & conſ.* 455. *num.* 5. Anto. à Gama *deciſ. Luſit.* 307. *nu.* 3. *verſ. huius, & nu.* 5. Theſaur. iun. *d. quæſt.* 35. *nu.* 40. *in fin. & n.* 44. *verſ. niſi in caſu*, vbi dicit hoc haberi pro expedito & indubitato, *& lib.* 2. *quæſt.* 20. *nu.* 23. Olaſch. *conſ.* 71. Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 164. *in cauſa maioria col.* 2. *verſic. ad ſecundum lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 88. *col.* 2. *lib.* 3. Berett. *conſil.* 134. *num.* 22. Menoch. *conſilio* 886. *num.* 14. *libro* 9. Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 16. *& part.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 2. Milan. *deciſ.* 9. *n.* 274. 276. *&* 281. Menoch. *rurſus conſ.* 442. *num.* 4. *& ſeqq. libr.* 5. Velaſch. *d. quæſt.* 50. *num.* 16. Peguer. *deciſ.* 114. *nu.* 32. *& ſeq. par.* 1. Peregr. *conſ.* 33. *nu.* 22. *lib.* 2. Valaſch. *conſ.* 23. *num.* 96. *& ſeqq. & nu.* 160. *& ſeq.* Eman. à Coſt. *loco citato pag.* 13. & hos ego ſequutus ſum in illa de Scottis, *conſ.* 39. *num.* 27.

Limitatur nono, quando vltimus decedens eſt tranſuerſalis, non aſcendens, & ſic nullus extat de illius linea, quia tunc patruus vti proximior nepote præferendus erit, ita Theſaur. iun. *in d. quæſt.* 35. *nu.* 45. vbi alios allegat Menoch. *d. conſil.* 269. *& d. conſ.* 981. *n.* 43. *& ſeqq.* & tamen in illo conſilio conſuluit pro nepote, Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. primog. cap.* 4. *num.* 13. *&* 14. *& ante hos* Ant. de Butr. *conſil.* 48. vbi in linea tranſuerſali dicit non habere locum primogenituram, quam quis prætendit non ex propria perſona, ſed per repræſentationem. Alexand. Neapod. *in d. cap.* 1. *col.* 15. *& col.* 27. *de ſucceſſ. feud.* Bernard. de Medic. *in eius compend. feud. inſtit. ac ſucceſſ. collat. cap.* 1. *verſ. item ſi Baro.* Lud. Sacc. *conſil.* 229. *num.* 29. *& ſeq. & conſil.* 237. *num.* 13. *lib.* 2. vbi in hoc caſu veriſſimam eſſe dicit opinionem pro patruo, Mangil. *d. quæſt.* 77. *numer.* 172. Alexan. Raud. *conſ.* 141. *num.* 66. *lib.* 2. *inter conſ. vlt. volunt.* Milan. *d. deciſ.* 9. *num.* 62. *& multis ſeqq.* vbi plenè comprobat & alios allegat & dicit hunc caſum eſſe extra omnem difficultatem, & hos ego adduxi, & ſequutus ſum *d. conſil.* 39. *num.* 31. & hic eſt caſus in terminis terminantibus in illa cauſa Scotta.

Limitatur decimò, quando ſumus in maioratu, vel primogenitura conſtitutis in re particulari, nam in fideicommiſſis particularibus filius non repræſentat patrem, nec eius locum ingreditur Bart. *in auth. poſt fratres, C. de legit. hæred.* Angel. *in* §. *reliquum in auth. de hæred. ab inteſt. venient.* Cuman. *in l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo, & ibi* Peralt. *col.* 1. *ff. de legat.* 2. Angel. Aret. *in* §. *cum filius, num.* 1. *inſtitut. de hæred. ab inteſtat. venient.* Iaſ. *in l. qui aute, numero* 6. *C. de ſucceſſ. edict. & in l. is poteſt, num.* 46. *ff. de acquir. hæred.* Ant. à Gama *deciſ. Luſit.* 59. *nu.* 3. *& deciſ.* 306. Raud. *int. conſ. vlt. volunt. conſ.* 242. *nu.* 36. *lib.* 2. vbi de communi opinione teſtatur Valaſc. *d. quæſt.* 50. *num.* 22. 23. 32. *&* 43. *& cum his ego tranſiui in d. conſil.* 39. *nu.* 32.]

Quod ſi alicui magis placeret ſecunda opinio pro patruo, ea multipliciter declaranda erit.

Et primò, quando vocatus eſſet primogenitus, & ſucceſſiuè primogeniti ipſius primogeniti, vt dictum 52 eſt in prima limitatione; & tenet Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 395. *ante finem.*

Idem ſi vocatus eſſet primogenitus, & eius deſcendentes, nam quouſque extant deſcendentes primoge- 53 niti illi admittentur, Ant. à Gama *deciſ. Luſit.* 160. *nu.* 3. Farinac. *d. deciſ.* 395. *ante finem.*

Idem ſi dictum eſſet bona tranſire de primogenito in primogenitum, Farinac. *vbi ſupra.* 54

Declaratur ſecundò non procedere, quando pater nepotis iam fuiſſet admiſſus, quia tunc nepos exclu- 55 deret patruum ſecundogenitum, nam donec extat aliquis ex linea recta, nunquam fit tranſitus ad lineam tranſuerſalem, ita poſt alios ſcripſerunt. Tiraquell. *de iur. primog. q.* 40. *nu.* 1. 2. *& ſeq.* Ant. Gabr. *de ſucceſſ. ab inteſt. concl.* 2. *nu.* 6. Martin. Laud. *tract. de primog. quæſt.* 1. Did. *pract. quæſt. cap.* 38. *nu.* 6. Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 19. & conſulendo Menoch. *conſ.* 211. *nu.* 10. 11. 12. 41. *&* 58. *conſ.* 106. *nu.* 39. *conſil.* 441. *ante n.* 11. *& conſ.* 1082. *nu.* 7. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 656. *nu.* 47. vbi dicit eſſe communem opinionem, & Bardel. *conſ.* 60. *num.* 23. *& conſ.* 61. Probaturque iſta opinio *in capit.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud.*

Declaratur tertiò non procedere, ſi nepos eſſet maior natu ipſo patruo, Bald. *in l. vt in teſtamento, C. de* 56 *ſuis, & legit.* Alex. *in l. is poteſt, num.* 2. *ff. de acquir. hæred.* Corſet. *in cap. grandi, col.* 22. *& ſeq. ext. de nupt.* Alexan. *conſ.* 4. *col.* 2. *lib.* 4. Caſtan. *conſ.* 53. *col.* 12. Dec. *conſil.* 443. *col.* 4. *& vlt. in fin.* Rub. Alex. *conſ.* 149. *col. penult. in fin.* Alba. *conſ.* 60. Tiraquell. *d. q.* 40. *num.* 5. Marz. Lauden. *d. tract. de primogen. col. penult.* Ant. Gabr. *d. concluſione* 2. *n.* 7. *&* 15.

Subdeclara quando vocatus eſt filius primogenitus, vt dictum eſt *ſupra limitatione prima.* 57

Alia circa hanc quæſt. videnda erunt apud Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 40. & Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſp. primog. cap.* 6. *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus ſi vocetur, dicitur vocatus non tantum exiſtens tempore teſtamenti, quàm etiam exiſtens tempore mortis, & delatæ ſucceſſionis, contra nu.* 2. *declara ibi per totam quæſt.*

2. *Primo-*

2 *Primogenitus qui pro tempore viueret, ſi vocetur, non dicitur vocatus exiſtens teſtamenti tempore tantum, ſed etiam exiſtens tempore mortis, & delatæ ſucceſſionis.*

4 *Primogenitus certæ lineæ ſi vocetur, admittitur exiſtens teſtamenti tempore, & etiam tempore mortis, & delatæ ſucceſſionis.*

5 *Primogenitus exiſtens teſtamenti tempore tantum dicitur vocatus, ſi teſtator reſtrinxit diſpoſitionem ad iam natum.*

6 *Primogenitus vt certus ſi vocetur, ille tantum admittetur, nec eo mortuo ſecundogenitus dicetur vocatus vti primogenitus.*

8 *Primogenitus qui eſt poſt tempus delatæ ſucceſſionis non habetur in conſideratione, quando agitur de ſuccedendo in primogenituris.*

9 *Primogenitus mortuus ante delatam ſucceſſionem non conſideratur, quando agitur de ſuccedendo in primogenitis.*

10 *Primogenitus Titius ſi vocetur, & eo ſine liberis moriente alter qui erit primogenitus mortuo Titio ante delatam ſucceſſionem, eius liberi non erunt admittendi.*

11 *Primogenitus moriens ante delatam ſucceſſionem, an traſmitat ad filios ius primogenituræ? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCLXXXVIII.

Vtrum vocato maiore de domo, vel primogenito, ſi exiſtens tempore mortis teſtatoris moriatur admittatur, qui eſt maior tempore mortis teſtatoris, vel delatæ ſucceſſionis?

1 QVÆRO, teſtator vocauit maiorem de domo vel primogenitum, ſi exiſtens teſtamenti tempore moriatur, an admittatur, qui tempore mortis teſtatoris, vel delatæ ſucceſſionis eſt maior? & quod admittatur maior tempore ſucceſſionis, vel mortis, voluerunt Soc. ſen. *in l. Gallus, §. quidam recte n. 9. & in §. inſtituens, col. final. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Iaſ. *nu.* 23. Tiraquell. *in l. bones, §. hoc ſermone limitatione tertia, nu. 16. & limitatione duodecima n. 5. ff. de verbor. ſignific.* Felin. *in rubr. de maior. & obedient.* Anchar. *conſ.* 17. *col. penult.* Roman. *conſ.* 438. *n.* 14. Barbat. *conſ.* 27. *n.* 12. *lib.* 1. *conſ.* 18. *colum.* 6. *li.* 2. & *conſ.* 14. *colum.* 2. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſ.* 250. *col.* 5. *lib.* 2. & *conſ.* 12. *n.* 18. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 34. *n.* 13. *conſ.* 40. *colum.* 3. *conſ.* 214. *n.* 9. *lib.* 1. *conſ.* 14. *nu.* 6. *conſ* 102. *n* 1. *conſ.* 110. *n.* 14. *lib.* 2. *conſ.* 164. *n.* 4. & *conſ.* 167. *n.* 7. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 516. *nu.* 16. Natt. *conſ.* 531. *n.* 27. *lib.* 3. Alba. *conſ.* 51. *n.* 14. Menoc. *conſil.* 220. *nu.* 121. & *ſeqq.* vbi alios addit & latè *conſil.* 160, Raud. lariſſimè. *conſil.* 30. *lib.* 2. vbi dicit maiorem natu tempore euenientis conditionis præferri, Surd. plenè *conſ.* 494. *lib.* 4. Honded. *conſ.* 49. *n.* 11. *lib.* 2. Melch. Palaez *tract. de maior. parte* 2. *quæſt.* 6. *nu.* 47. Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.* 13. *n.* 10. & *quæſt.* 63. Ludou. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. Primog c.* 5. *nu.* 19. Did. Burgos Salon Hiſp. *lib.* 1. *quæſt. ciuil. quæſt.* 2. *nu.* 78. Mantic. *de conieɛt. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 10. *n.* 26. & *ſeqq.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 92. *n.* 3. & 6. Peregr. *de fideicom. art.* 12. *n.* 86. & alij relati *infra nu.* 5.

2 Contrariam ſententiam, quod tantum primogenitus teſtamenti tempore admittatur, tenuerunt Bald. *in c.* 1. *in fine, de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contra*, & ibi Martin. Laud. & Cardin. Alexand. Zaſ. *conſ.* 8. *n.* 3. *lib.* 6. Burſat. *conſ.* 354. Decian. *conſ.* 16. *lib.* 4. Menoch. *conſil.* 97. *nu.* 51. & *ſeqq. multis*, vbi plures eiuſdem ſententiæ refert, & lariſſimè comprobat, *conſ.* 120. *nu.* 94. & *ſeqq. multis*.

3 Prima tamen opinio retinenda erit in duobus caſibus.

Et primò, quando vocatus eſſet primogenitus, qui pro tempore veniret. Surd. poſt alios citatos *dict. conſ.* 494. *lib.* 4.

4 Secundò, quando vocatus eſſet primogenitus talis lineæ. Surd. *d. conſ.* 494. *verſ. addo lib.* 4.

5 Aliud eſſet dicendum, quando teſtator reſtrinxiſſet diſpoſitionem ad iam natum, vt ſi vocatus eſſet primogenitus iam natus & procreatus, quia mortuo exiſtenti teſtamenti tempore, alius non admitteretur. Menoch. *d. conſil.* 97. *n.* 60. & *ſeqq.* & *d. conſil.* 220. *num.* 111. & *ſeqq.*

6 Idem quando teſtatoris erat incognitus ſecundogenitus & teſtator vocauit primogenitum, vt certum, & ſibi cognitum, Menoch. *d. conſ.* 220. *n.* 111. & *ſeqq.*

7 Alij etiam in caſibus non procederet, qui colligi poſſunt ex Menoch. *d. conſ.* 97. & *d. conſ.* 220.

8 Ex prædictis reſultat, quod qui eſſet primogenitus poſt tempus ſucceſſionis non admittetur: quia requiritur, quod tempore mortis ſit primogenitus, Bald. *in l.* 2. *num.* 5. *C. de iur. emphyt.* Alexand. *in l. ex facto, §. ſi quis autem in primo not. ff. ad Trebell.* Alciat. *in l. proximus. ff. de verbor. ſignific.* Bald. *conſil.* 275. *quod pro regula, col. penult. lib.* 2. Paul. de Caſtr. *conſ.* 164. *col.* 6. *verſic. ad ſecundum lib.* 1. Alexand: *conſil.* 4. *n.* 1. *lib.* 4. Soc. ſen. *conſil.* 88. *col.* 2. *lib.* 3. Decian. *conſil.* 443. *num.* 14. Alciat. *reſp.* 560. *filium Agnetis, & conſil* 594. *n.* 2 Feder. Scot. *conſ.* 1. *n.* 229. *lib.* 2. *tom.* 1. Io. Bolog. *conſ.* 9. *nu.* 70. Alben. *conſ. vlt. n.* 3. Menoch. *conſ.* 220. *nu.* 121. & *ſeqq.* & *conſ.* 269. *dubio primo* Tiraquell. *de iur. primog. quæſt.* 3. *nu.* 6. & *quæſt.* 37. *nu.* 28.

9 Ante delatam ſucceſſionem mortuus non habetur in conſideratione, Bald. *in d. cap.* 1. *de fil nat. ex matrim. ad morg contr.* Iſern. *in cap.* 1. *§. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* & *in cap.* 1. *§. his verò, de grad. ſucceſſ. in feud.* Ancharan. *conſ.* 82. *nu.* 8. Alexand. *conſ.* 4. *nu.* 1. *lib.* 3. Socin. ſen. *conſ.* 88. *colum.* 2. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 443. *num.* 13. & *ſeq.* Alciat. *conſ.* 560. *num.* 34. Alba. *conſ.* 60. *num.* 12. Alban. Cardin. *conſil.* 26. *numer.* 3. Menoch. *conſ* 97. *num.* 109. *conſi.* 220. *numero* 121. & *ſeqq* & *conſ.* 269. *numero* 21. Tiraquel. *de iur. primog. quæſt.* 34. *numer.* 22. & 28. Mantica *de conieɛt. vltim. volunt lib.* 8. *tit.* 10. *nu.* 2. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol* 334. *num.* 11. Bellamer. *deciſ.* 724. *col.* 7. *verſic. ſeptimo*.

10 Ampliatur & ſi ſubſtituens ſit Titius primogenitus, & eo moriente, ſine liberis, alter, qui erit primogenitus, nam ſi moriatur Titius ante delatam ſucceſſionem cum liberis, eueniente caſu ſubſtitutionis, filij Titij non admittentur, nec ex propria perſona, Menoch. *conſ.* 269. *in ſecundo dubio.*

11 Sed an hoc caſu moriens primogenitus tranſmittat ad filios ius ſucceſsionis, videndi erunt Menoch. *conſ.* 211. & *conſ.* 269. *n.* 26. 66. & *ſeqq.* Præt. *de interpr. vltim. volun.* 334. *nu.* 18. & quæ dixi *quæſt. præcedenti*, & *quæſt.* 490. *num....*

SVMMARIVM.

1 *Primogenitum & eius filios vocans, finita linea primogeniti, non ſuccedit ſecundogenitus, nec eius filij, contra num. 2.*

3 *Primogenitum Titij vocans, & ſic ſucceſſiuè in perpetuum, finita linea Titij non admittetur eius tranſuerſalis primogenitus. amp. nu. 4.*

5 *Exten-*

Digitized by Google

5 *Extenſio in primogenituris fit de perſona ad perſonam, vbi eadem militat ratio, declara ibi.*

10 *Primogenitura indicatur perpetua, quando cognati ſunt vocati deficientibus agnatis, ſub conditione, quod deferant nomen, & inſignia familia.*

11 *Primogenitura quando eſt perpetua, deſcendentes primogeniti ſuccedunt, nec fit tranſitus ad aliam lineam, donec illi extant.*

QVÆSTIO CCCLXXXIX.

Primogenito, & eius filij vocato, vtrum finita linea primogeniti admittatur ſecundogenitus, & eius filij?

1 SI teſtator vocauit primogenitum, & eius filios, finita linea primogeniti non admittitur ſecundogenitus, nec eius filij, vt comprobat latiſſime Decian. in fortioribus terminis *conſilio 2. dubio primo. libro 2.* Menochius. *conſilio 106. numero 309. & conſilio. 442. numero 10. & ſequentibus*, vbi alios citat.

2 In contraria verò opinione fuerunt Rimin. iun. latè *conſil. 23* Ceph. *conſ. 156. nu. 10.* & Tiraquell. *de iur. primog. quæſt. 3. n. 6. 7.*

Prima autem opinio declaranda erit ſecundum ea, quæ ſcribit Peregr. *conſil. 64. lib. 2.*

3 Sed quid ſi teſtator vocauit primogenitum Vincentij Fuſarij, & ſic ſucceſsiuè ſemper, an finita deſcendentia Vincentij fiat tranſitus ad tranſuerſales de domo Vincentij, ita vt & in tranſuerſalibus illius conſtituta dicatur primogenitura? Et tenendum eſt non eſſe faciendam extenſionem ad illos tranſuerſales, vt latè comprobat Bardell. *conſ. 95.* idem voluerunt Menoch. *conſ. 326. nu. 1. & ſeq.* & Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 5. nu. 57.*

4 Ampliatur etiam, quod addita eſſent verba, & ſic ſuccedat ſemper primogenitus de domo Fuſaria, quia hæc clauſula refertur ad perſonas expreſſas, Bardel. *d. conſilio 95.*

5 Sed quod vbi adeſt eadem ratio fiat extenſio in primogenituris de perſona ad perſonam, voluit Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 5.* quem refert, & ſequitur Menoch. *conſ. 203. nu. 34. & ſeqq.* vbi dicit primogenituram cenſeri in rem ſcriptam, non autem perſonalem, ideo perpetuò tranſire ad omnes. Quod tamen dictum eſt extenſionem fieri de perſona ad perſonam in primogenituris, non eſt abſolutè verum; ſed diſtinguendum erit cum Molin. *loco citato*, qui videndus erit.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitum vocans gradatim eius deſcendentes non dicitur vocaſſe, contra n. 2. decl. per totam quæſt.*

3 *De primogenito in primogenitum bona tranſire dicens, cenſetur conſtituiſſe primogenituram inter filios primogeniti gradatim, & ſucceſſiuè.*

4 *Primogenitura cenſetur perpetua inter deſcendentes primogeniti, quando onus perpetuum eſt appoſitum.*

5 *Primogenitura indicatur ſucceſſiua de primogenito in primogenitum, quando teſtator eſt digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum.*

6 *Primogenitis in plurali, ſi ſunt vocati, primogenitura cenſetur ſ. & gradatim, & ſucceſſiuè de primogenito in primogenitum.*

7 *Maiore de domo, vel de familia, vel de agnatione vocato primogenitura dicetur ſucceſſiue facta de primogenito in primogenitum.*

8 *Primogenitura indicatur perpetua de primogenito in primogenitum, quando in appoſitione ad ſunt verba habentia tractum ſucceſſiuum.*

9 *Primogenitura indicatur perpetua, ſi talis ſit conſuetudo regionis.*

QVÆSTIO CCCXC.

Vtrum vocato primogenito ad fideicommiſſum gradatim, & eius deſcendentes ſint vocati?

DISPVTATIO eſt inſignis, quando teſtator ad fideicommiſſum vocauit primogenitũ aliquem, an intelligatur voluiſſe gradatim, & eius deſcendentes admitti, an verò illo admiſſo ceſſet fideicommiſſum, quod vltimum voluerunt Roman. *conſ. 438. n. 13. & ſeq.* Soc. iun. *conſ. 108. n. 15. lib. 2.* Pont. Imol. *conſil. 28. n. 11.* Rim. iun. *conſ. 23. nu. 69. lib. 1.* Menoch. *conſ. 228. n. 49. verſic. ſeptimo,* Peregr. *conſ. 38. lib. 1.* vbi apparet ita conſultum fuiſſe per Collegium Patauinum, *conſ. 70. n. 16. 17. lib. 3. conſ. 57. nu. 19. lib. 4. & conſil. 38. n. 6. lib. 5. & in tract. de fideicomm. art. 12. n. 86. & art. 22. nu. 51. 53.* Guid. Pap *deciſ. 467.* Alciat. *reſp. 134 ſecundum primam impreſſionem,* Dec. *conſil. 16. lib. 4.* Marc. Solon Burgos *conſ. 34. n. 22. & multis ſeqq.* & Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 334. n. 19.* 1

Alij autem fuerunt in contraria opinione, & tenuerunt fideicommiſſum eſſe repetitum, ita in ſpecie, Anchar. *conſ. 27.* Paul. de Caſtr. *conſ. 164. lib. 2.* Fulgoſ. *conſ. 68.* Gozad. *conſ. 36. n. 11.* Soc. iun. *conſ. 108. n. 2. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 72. nu. 56. lib. 3.* Crauet. *conſ. 98. num. 7.* Hieron. Gabr. *conſ. 117. nu. 4. lib. 1.* Rimin. iun *conſ. 23. n. 51. & ſeqq. lib. 1.* Menoc. *cõſ. 117. n. 13. & ſeqq. conſ. 211. n. 11. conſ 220. n. 19. & multis ſeqq. conſ. 775. n. 14. 17. & ſeqq. conſ. 803. n. 4. & ſeqq. & n. 43. conſ. 1195. n. 18. & ſeqq. conſ. 1152. n. 8. conſ. 1023. n. 11. conſ. 575. n. 15. conſ. 643. n. 16. conſ. 545. n. 82. cõſ. 1006. n. 48.* vbi adducit duos & viginti authores, & dicit eſſe receptiſſimam ſententiam, *conſ. 051. n. 4. conſ 1099 n. 14. & conſ. 1152. n. 7. & ſeq.* Raud. *conſ. 15. n. 43. & ſeqq. lib. 2.* Burgos de Paz. *conſ. 39 nu. 76.* Marc. Solon. Burgos *conſ. 2. nu. 75.* Palla. Ruui. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. num. 2.* Tiraquell. *de iur. primog. quæſt. 3.* Did. Couarru. *Pract. Quæſt. cap. 8. nu. 6. 7.* Melch. Palaez. *tract. maior. parte ſecunda, quæſt. vltima,* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. c. 6. n. 28.* Menoc. *libr. 4. præſumpt. 69. n. 15. & præſump. 92. numer. 6.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 75. n. 19.* Peregr. *de fideicom. ar. 12. n. 86. verſ quod ſi maior.* Gregor. Lopez. *in l. 2. tit. 5. in verb. mair. col. 3. parte 2.* Burgos de Paz. *in proœm. leg. Taur. n. 88. & in q. 2. n. 74.* Hieron. Ceual. *Spec. commun. cont. commun. quæſt. 725. n. 5. & ſeqq. & nu. 33.* Ruttic. *in l. cum anni, lib. 4. cap. 2. nu. 39. cum alijs citatis quæſt. 480. num. 36.* 2

Hæc autem ſecunda opinio declaranda erit in duobus caſibus, vt dixi *quæſt. præcedent. ab hac ſecunda, num. 5. 6.*

Prima autem opinio recipit multas limitationes. & primo ſi dictum eſſet, quod bona tranſirent de primogenito in primogenitum, nam cenſentur vocati primogeniti ſucceſsiuè, & gradatim, Peregr. *conſ. 72. n. 90. lib. 4.* Hieron. Gabr. *conſ. 117. n. 4. lib. 1.* Menoch *conſ. 220. nu. 34.* Dec. *conſ. 23. n. 10. & ſeqq. lib. 4.* 3

Limitatur ſecundò, quando onus perpetuum eſſet appoſitum, nam tunc fit repetitio de primogenito in primogenitum, Peregr. *de fideicom. art. 12. num. 86.* cum alijs, 4

aliis, quę congeſſimus *quaeſt.* 480. *an fideicommiſſum dicatur repetitum de vno in alium? num*...

5 Limitatur tertiò, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, nam de primogenito in primogenitum tranſeunt bona, ita poſt alios Menoch. *conſ.* 803. *nu.* 7. *& conſil.* 1006. *nu.* 44. *verſ. primo.* Ludou. Moli. *lib.* 1. *de Hiſpan. primo. c.* 5. *n.* 38. & quę dixi *quaeſt.* 480. *num*... ſaltem quoad perſonas nominatas primogenitura iudicabitur perpetua.

6 Limitatur quarto, quando ſub numero plurali vocati eſſent primogeniti, vt ſi eſſent vocati primogeniti deſcendentes ex Titio, nam non finit primogenitura in primo admiſſo, ſed ſucceſſiuè tranſit de primogenito in primogenitum. Dec. *conſ.* 321. Guid. Papa. *deciſio* 467. Peregr. *de fideicom. ar.* 22. *n.* 53. Ruſtic. *in l. cum anus, lib.* 6. *c.* 12. *num.* 27. *ff. de condit. & demonſtr.* & conferunt quæ dixi *quaeſt.* 383.

7 Limitatur quintò, quando maior de domo, de familia, de agnatione vocatus eſſet, quia tunc cenſeretur habita ratio agnationis, & primogenitura erit de primogenito in primogenitum repetita. Anchar. *in celebri ſuo conſ.* 27. Dec. *conſ.* 321. Menoch. *lib.* 4. *praeſumpt.* 92. *in fine*, Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 86. vbi teſtatur de communi opinione, *& art.* 22. *num.* 53. Ruſtic. *in l. cum anus, lib.* 6. *c.* 12. *n.* 29. *ff. de condit. & demonſtrat.* Videnda tamen erunt quæ ſcripſimus *q.* 382. *nu*.... vbi latè diſcuſſum fuit de veritate opinionis. Anchar. *in d. conſ.* 27. & etiam videnda erunt dicta *quaeſt.* 480.

8 Limitatur ſextò, vbicunque diſpoſitio habet tractũ ſucceſſiuum, & perpetuum, vt quia vocati ſint primogeniti in infinitum, nam bona ſucceſſiuè de vno in aliũ primogenitum tranſibunt, Menoch. *in conſ. ſupra relatis* Collegium Patauinum *inter conſil. Peregr.* 38. *libro* 1. idem Peregr. *conſ.* 38. *nu.* 6. *lib.* 5. *& in tract. de fideicom. art.* 12. *n.* 86. Alexand. Rauden. *conſil.* 15. *n.* 44. *lib.* 2. Præt. *de interpretat. vltim. volunt. fol.* 334. *n.* 15.

9 Limitatur ſeptimò, quando ex conſuetudine regionis maioratuum natura eſt perpetua, quia tunc fideicommiſſum perpetuò durabit in primogenitos; & erit ab vno in alium repetitum, vt conſuluit Collegium Patauinum *inter conſ. Peregr. conſil.* 38. *n.* 10. *& ſeqq. & nu.* 22. *lib.* 1. idem Peregr. *conſil.* 70. *n.* 16. 17. *lib.* 3.

10 Limitatur octauò, quando vocati ſunt cognati deficientibus agnatis, cum conditione aſſumendi nomen, & inſignia familiæ, quia primogenituræ fideicommiſſum cenſebitur repetitum, Ludou. Molin. *de Hiſpan. primo. lib.* 1. *c.* 5. *nu.* 34. Melch. Palaez *tract. de maior. par.* 2. *q.* 6. *n.* 23. Menoch. *conſil.* 803. *nu.* 4. *verſ. quarta*, & dixi *quaeſt.* 480.

11 Limitationes aliæ colligendæ erunt ex his quæ latius ſcripſimus *in quaeſt.* 480. *an fideicommiſſum dicatur de vno in alium repetitum?*

Quando autem primogenitura eſt perpetua, & ſucceſſiua; intelligitur, vt primogenitus primogeniti ſucceſſiuè, & gradatim admittatur, quia cum vnam lineam eſt ingreſſa primogenitura in ea debet permanere, nec ad aliam fit tranſitus. Paul. de Caſtr. *in l. ſi pecuniam, num.* 11. *ff. de condit. ob cauſam, & in conſil.* 164. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 1. Dec. *conſ.* 948. *nu.* 19. Ruin. *conſ.* 13. *lib.* 1. Pari. *conſil.* 65. *num.* 17. *lib.* 3. Siluan. *conſ.* 15. *num.* 9. Natt. *conſ.* 602. *nu.* 32. *lib.* 4. Roland. à Valle *conſil.* 10. *nu.* 37. *&* 39. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſil.* 107. *per totum, lib.* 1. Menoch. *conſil.* 442. *n.* 26. *conſil.* 803. *num.* 31. *& conſ.* 815. *numero* 65. Tiraquell. *de iur. primogen. quaeſt.* 40. *numero* 108. Ludou. Molin. *de Hiſpan. primogen. libro* 1. *capite* 2. *numero* 17. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 12. *numero* 86. *ante finem.*

SVMMARIVM.

1 *Primogenitos Titij vocato, ſi ſine liberis moriatur, alio ſubſtituto, ſi primogenitus moriatur ſine liberis, & extet ſecundogenitus, ſubſtitutus excludet ſecundogenitum contra ibidem.*

2 *Primogenitum vocans, & ſic ſucceſſiuè, extincta linea primogeniti, ſuccedit ſecundogenitus.*

3 *Primogenitus dicitur, quem nullus antecedit in primogenitura.*

QVÆSTIO CCCXCI.

An ſubſtitutus, vel ſecundogenitus admittatur, quando vocatus eſt primogenitus, cui ſubſtitutus eſt alius, ſi ſine liberis moreretur?

QVÆSTIO alia eſt ſi teſtator ad fideicommiſſum vocauit primogenitum, & illi ſubſtitutus eſt alius, ſi ſine liberis moreretur, ſi primogenitus moriatur ſine liberis, an ſubſtitutus, vel ſecundogenitus admittatur? Pro ſubſtituto conſuluit Menoch. *conſ.* 220. *dubio ſecundo*; pro ſecundogenito conſuluit Peregr. *conſil.* 38. *lib.* 5. cuius caſus erat: teſtator reliquit primogenito Pauli in infinitum poſſeſſionem quandam, & illo ſine filijs maſculis deficiente, voluit quod poſſeſſio iret in primogenitos Cæſaris in infinitum; euenit caſus, quod primogenitus Pauli deceſſit nullis relictis filijs, extante ſecundogenito ipſius Pauli, inter quem, & primogenitum Cæſaris erat contentio; & vt dixi, Peregr. conſuluit pro ſecundogenito ad excluſionem ſubſtituti. 1

Et pro opinione Peregr. facit, quia ſi teſtator vocat primogenitum, & ſic ſucceſſiuè, extincta linea primogeniti venit ſecundogenitus licet teſtator de ſecundogenito nullam fecerit mentionem, ratio eſt, quia primogenitus dicitur quem nullus viuens in genitura præcedit, ita poſt alios Tiraquell. *tract. de iur. primog. q.* 3. *n.* 6. *& ſeq.* Menoch. *conſil.* 752. *n.* 3. 2

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus ex pluribus ſi ſit vocatus, admittitur prius natus, non autem natus ex natu maiore. ampliatur ibid.*

QVÆSTIO CCCXCII.

Primogenitus ex pluribus ſi vocetur, vtrum admittatur primogenitus natus ex maiore natu, an verò primo natus etiam ex iuniore?

QVÆRO, teſtator ſubſtituit primogenitum plurium, vt quando plures ſunt vocati dictum fuit, & poſt eos admitto eorum primogenitum prout ita vidi in teſtamento & fideicommiſſo, Dom Angeli Vgoni: ſi omnes iſti habent filios, cuius primogenitus dicatur potius vocatus, an natus ex maiore natu, an verò qui prius natus eſt etiam ex iuniore, & pro prius nato etiam iuniore tenet Alex. *conſil.* 4. *lib.* 4. Afflict. *in cap.* 1. *numer.* 37. *de nat. ſucceſſ. feud.* Peregr. *conſil.* 42. *lib.* 4. Ant. à Gama *deciſ. Luſit.* 385. 1

Ampliatur etſi expreſſum ſit proprium nomen eorum quorum primogenitus eſt vocatus, vt ſi vocatus ſit primogenitus Titij & Seij: nam non attenditur ordo ſcri- 2

Digitized by Google

do ſcripturæ, ſed proprietas natiuitatis, Peregr. d. conſ. 42. libr. 4.

3 Ampliatur ſecundò, & ſi vocati eſſent prius maſculi & inter eos ſit facta reciproca, & deficientibus maſculis ex illis, ſit ſubſtitutus primogenitus ex fœminis, & extent fœminæ ex illis maſculis, nam non præfertur primogenitus ex fœmina nata ab vltimo maſculo defuncto, licet fuerit illius hæres, ſed admittetur primò naſciturus, Peregr. d. conſ. 42. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur quando deſcendentes fideicommiſſo ſunt grauati. Amplia & decl. per totam quæſtionem.

2 Conditio ſi ſine liberis, tacitè ſubintellecta procedit ex præſumpta mente teſtatoris, non iuris fictione, contra num. 3. decl. nu. 4.

5 Conditio ſi ſine liberis, tacitè ex legis diſpoſitione, nil differt ab expreſſa.

6 Conditio ſi ſine liberis, in teſtamento militis tacitè ſubintelligitur.

7 Conditio ſi ſine liberis, tacita habet locum etiam in filio inſtituto in vita tantum, & poſt mortem grauato.

8 Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur grauato filio fideicommiſſo particulari, vel legato, contra nu. 9. declara numeris ſeqq.

17 Conditio, ſi ſine liberis ſubintelligitur etiam naturali filio grauato, contra nu. 18.

19 Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur legitimato filio ſpurio vel naturali, contra n. 20.

21 Conditio, ſi ſine liberis, ſubintellecta procedit etiam in filijs natis ex deportato, cum eſſet in deportatione qui tacitè cenſentur poſiti in conditione ad excluſionem ſubſtituti.

22 Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur etiam grauato, arrogato filio qui in poteſtatem arrogatoris tranſit.

23 Conditio, ſi ſine liberis, tacita habet locum etiam adoptiuo filio grauato, contra numero 24. concord. numero 25.

26 Conditio ſi ſine liberis, tacita habet locum ſiue grauentur filij, ſiue nepotes ſiue alij deſcendentes.

28 Conditio ſi ſine liberis, tacita procedit etiam grauata fœmina vel deſcendentibus ab ea, amplia, numero 28.

29 Conditio ſi ſine liberis, locum habet etiam emancipato filio grauato.

30 Conditionem tacitam, ſi ſine filijs, deficere faciunt, tam filij quam nepotes & cæteri deſcendentes.

31 Conditio ſi ſine liberis, tacita habet locum etiam in teſtamento matris, & deſcendentis per lineam maternam.

32 Conditio ſi ſine liberis, habet locum etiam quando filij cum extraneo ſunt inſtituti, & omnes fideicommiſſo grauati, contra nu. 39.

33 Legatum vſusfructus, quod reſtringitur ad alimenta fauore filiorum, ſi extraneus cum filijs ſit inſtitutus pro portione extranei, erit legatum vſusfructus.

34 Hæreditas aſcendentium dicitur quaſi debita filijs.

35 Filius in vita patris dicitur quaſi dominus hæreditatis paternæ, & num. 58.

36 Præſumptio vna tollit aliam, & fortior tollit minus fortem.

37 Præſumptio procedens ex mente teſtatoris præualet procedenti ex vnitate ſermonis.

38 Verborum proprietas, & natura collectiuorum non attenduntur, quando in contrarium extat mens teſtatoris.

39 Teſtamentum coram minori numero teſtium facto, ſi inſtituti ſint filij & extranei, ſuſtinetur quoad filios non quoad extraneos.

40 Reciproca facta inter filios, & extraneum inſtitutos non continebit in perſonis filiorum pupillarem, ſicuti non continetur in perſona extranei.

41 Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat omnia, decl. num ſeqq.

45 Conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur, & ſi teſtator in alia ſubſtitutione eidem filio facta expreſſa ſit conditio ſi ſine liberis, contra nu. 46.

47 Conditio ſi ſine liberis, tacitè ſubintelligitur in fideicommiſſo iniuncto filio in donatione cauſa mortis, contra nu. 48. ampl. num. 49.

50 Conditio ſi ſine liberis, locum habet etiam in fideicommiſſo filio facto in donatione inter viuos.

51 Conditio ſi ſine liberis, tacitè ſubintelligitur filio grauato, licet extet ſtatutum, quod verba teſtamentorum intelligantur, vt iacent, ſine vlla interpretatione, contra nu. 52. concord. nu. 53.

54 Conditio ſi ſine liberis, tacitè ſubintelligitur etiam ſi filio vxor teſtatoris ſit ſubſtituta.

55 Conditio, ſi ſine liberis, tacitè ſubintelligitur etiam ſi filio pia cauſa ſit ſubſtituta, contra n. 64. decl. num. 69. & ſeqq.

56 Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & ſi maior ſit ratio in vno quam in altero caſu.

57 Lex generalis priuilegiatas perſonas comprehendit.

59 Piæ cauſæ fauor præfertur fauore liberorum, contra num. 65.

60 Teſtamentum ad pias cauſas nutu ſolo conditum validum eſt.

61 Teſtamentum nutu inter liberos fieri non poteſt.

62 Subſtitutio pluribus facta piæ cauſa ſubſtituta reſoluitur in ſingularitates, contra nu. 67.

63 Donatio piæ cauſa facta non reuocatur ſuperuenientia filiorum, niſi vſque ad legitimam.

66 Eccleſia dicitur autrix, & cultrix iuſtitiæ.

68 Ius quæſitum ex contractu difficilius tollitur, quàm quærendum ex vltima voluntate.

69 Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur pia cauſa ſubſtituta, ſi fideicommiſſum eſt rei particularis parui laboris.

70 Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur pia cauſa ſubſtituta pro exoneratione conſcientiæ pro male ablatis contra nu. 71.

72 Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur, etiam ſi filio grauato alter filius teſtatoris ſit ſubſtitutus, contra num. 74. ampl. nu. 75. decl. nu. 76.

73 Teſtator qua pietate dilexit filium, eadem cenſetur dilexiſſe nepotes ex eo.

77 Nepos ſi ſubſtitutus ſit filio expreſſo nomine proprio, & poſtea extraneus, ſi extent alij nepotes, iſti admittendi erunt excluſo fideicommiſſo, amplia num. 78. declara num. ſeqq.

81 Conditio, ſi ſine liberis, tacitè intelligitur non ſolum in filijs inſtitutis, & grauatis, ſed etiam in deſcendentibus ſubſtitutis, & poſtea fideicommiſſo grauatis

82 Conditio, ſi ſine liberis, tacitè ſubintelligitur, & ſi ſubſtitutio facta ſit verbis reſtrictiuis, tunc, & eo caſu.

83 Conditio, ſi ſine filijs, tacita locum non habet grauato filio ſpurio.

84 Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur in filio ſpirituali fideicommiſſo grauato.

85 Con-

Digitized by

85 *Conditio ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, quando teſtator duobus inſtitutis, alium grauauit fideicommiſſo expreſſa conditione ſi ſine liberis, alterum ſimpliciter, contra num.86. decl nu.83. & ſeq.*

89 *Conditio ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, quando filius non eſt inſtitutus, ſed tantum in conditione poſitus: exemplum ibi.*

90 *Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur in fideicommiſſo purè relicto, vel in vita grauati reſtituendo, contra num.91.*

92 *Conditio ſi ſine liberis, tacita locum non habet, ſi fideicommiſſum eſt relictum ſub conditione, quæ in vita grauati potuit verificari.*

93 *Conditio ſi ſine liberis, tacita non habet locum in fideicommiſſo reſultante ex prohibitione alienationis.*

94 *Prohibitio alienationis, vt bona remaneant in familia, ſi facta fuit, ſi ex prohibito extent filia fœmina, alij de familia erunt excluſi.*

95 *Conditio ſi ſine liberis, tacita locum non habet in fideicommiſſo reſultante ob præteritionem filij extraneo inſtituto, cui debeantur bona vigore fideicommiſſi ob clauſulam codicillarem.*

96 *Con .i io ſi ſine liberis, tacita non ſubintell gitur ſi teſtator nepotibus fecit legatum, & filium fideicommiſſo grauauit, contra numero 97. concord. numero 98.*

99 *Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, quando teſtamenti tempore extabant nepotes, & hoc teſtator ſciebat, contra nu.100. Dec. num. ſeqq.*

108 *Conditio. ſi ſine liberis, tacitè non intelligitur, ſi apparet teſtatorem de liberis cogitaſſet, vel in contrarium extent coniectura. Declara num.109.*

110 *Præſumptio fortior tenenda eſt.*

111 *Præſumptio iuris fortior eſt, præſumptione hominis.*

112 *Præſumptionem iuris, ſi quis contra ſe habet, validiores probationes requiruntur.*

113 *Præſumptio fortior quæ dicatur, relinquitur iudicis arbitrio.*

114 *Præſumptio fundata in pietate naturali, fortior eſt alijs.*

115 *Præſumptio benignior prævalere debet alijs.*

116 *Præſumptio veriſimiliter cæteris anteponenda eſt.*

117 *Præſumptio fauens filijs fortior dicitur.*

119 *Conditio, ſi ſine filijs, tacita non ſubintelligitur in fideicommiſſo iniuncto filio, quando teſtator de filijs ſubſtituti mentionem fecit.*

120 *Conditio, ſi ſine filijs, non ſubintelligitur, quando teſtator nepotes odio proſequebatur.*

121 *Conditio, ſi ſine filijs, tacita intelligitur de his qui agnationem conſeruare poſſunt, quando apparet teſtatorem conſeruare agnationem.*

122 *Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, quando teſtator inſtituit filios maſculos, & deſcendentes ab eis maſculos, quibus deficientibus ſubſtituat fœminas in vita tantum, & illis ſubſtituit fratrem, nam in fœminis ſubſtitutis ad fratris excluſionem non ſubintelligitur conditio, ſi ſine filijs, contra numero 123.*

124 *Conditio, ſi ſine filijs, in vſufructu legato, an habeat locum.*

QVÆSTIO CCCXCIII.

Vtrum conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligatur in ſubſtitutione fideicommiſſaria deſcendentibus facta?

AGGREDIOR materiam conditionem, quæ in fideicommiſſis apponuntur, in primis autem de tacita conditione, ſi ſine liberis agam deinde de expreſſa; ac poſtea de alijs conditionibus, ſi ergo dubitatur, an grauatis deſcendentibus ſubintelligatur conditio, ſi ſine filijs deceſſerint? Papinianus Iureconſultus eminentiſſimus de hoc interrogatus reſpondit, talem conditionem ſubintelligi ex mente teſtatoris, quaſi plus dictum, & minus ſcriptum fuerit, ita *in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. in l. cum acutiſſimi, C. de fideic. & in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* & in dictis iuribus. Gloſ. & Doct. Gloſ. *in cap. in præſentia, in verbo, ſi deceſſerit, extr. de probat.* & ibi Abb. *n.*30. & omiſſis antiquis, qui à Modernis referuntur ita ſcribunt Crauet. *conſil.* 692. *nu.* 5. Roland. à Valle *conſil.* 82. *nu.* 9. *libro* 3. Burſat. *conſil.* 64. *nu.* 15. & *conſil.* 86. *nu.* 5. *lib.* 1. vbi de communi, Hieron. Gabr. *conſil.* 93. *nu.* 18. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 76 *num.* 1. Dec. *conſil.* 60. *dubio ſecundo, & conſ.* 98. *nu.* 12. *lib.* 3. Odd. *conſ.* 46. *nu.* 95. & *ſeqq. conſ.* 97. & *in tract. de compend. parte* 4. *q.* 1. *art.* 4. *nu.* 1. Alex. Trent. *de ſubſtitut. par.* 4. *c.* 7. *nu.* 1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 21. vbi dicit ita omnes tenere. Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ.* 2. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *cap.* 7. Menoc. *libro* 4. *præſump.* 89 & nouiſſimè Ruſtic. *in d. l. cum auus, libr.* 1. *c.* 11. *num.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* Magon. *deciſ. Florent.* 52. & vbique omnes nemine penitus diſcrepante, ad Io Seraph. *deciſ. Romana* 1216. 1

Ampliatur primò, vt hæc præſumptio ſit fundata in præſumpta mente teſtatoris, non autem in fictione iuris, Bart. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, nu.* 4. *ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *in d. l. cum auus,* & ibi Soc. ſen. *num.* 66. & *num.* 70. *ff. de condit. & demonſtr.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, num.* 12. & ibi Iaſ. *in primo notab.* & Padill. *nu.* 6. *C. de fideicom.* Corn. *in l. generaliter, § cum autem, nu.* 4. & 7. & ibi Dec. *num.* 10. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Eman. Coſt. *in c. ſi pater, part.* 1. *de teſtam. lib.* 6. & conſulendo Anchar. *conſ.* 46. Roman. *conſ.* 170. *num.* 7. Dec. *conſ.* 11. *nu.* 20. *conſil.* 285. *nu.* 11. & *conſ.* 465. *in fine,* Ruin. *conſ.* 121. *nu.* 1. *in fine lib.* 5. Curt. iun. *conſ.* 33. *nu.* 8. Pariſ. *conſ.* 19. *nu.* 95. *lib.* 2. Soc. *iun. conſil.* 100. *num.* 10. & *conſ.* 128. *nu.* 33. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 60. *n.* 33. *lib.* 3. Menoc. *conſil.* 95. *nu.* 25. *lib.* 1. & *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 3. Suarez, *allegat.* 27. *n.* 12. Anton. Gabr. *dicta concl.* 2. *nu.* 83. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 50. *num.* 3. Et hæc ſententia, quæ receptior eſt retinenda erit. 2

Contra tenent alij, volentes hoc procedere ex fictione iuris, ita Cuman. *in d. l. cum auus,* Fulgoſ. *in d. l. cum acutiſſimi,* Socin. ſen. *conſil.* 23. *num.* 16. *lib.* 1. & in puncto iuris eſſe veriorem opinionem dicit Ruſtic. *in dict. l. cum auus, lib.* 1. *c.* 3. vbi latè diſputat hunc articulum. 3

Erit tamen hæc præſumptio iuris tantum, non autem iuris, & de iure, Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de præſumpt. §. ſpecies, nu.* 5. *in verbo, in prædictis,* Soc. ſen. *in d. l. cum auus, n.* 72. & 74. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſump.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 13. *in fine,* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 50. *num.* 6. 4

Ampliatur ſecundo, vt iſta tacita conditio ſubintellecta nil differat ab expreſſa, Alexand. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, numer.* 11. & ibi Claud. Seiſel. *columna* 1. & Rip. *num.* 77. *ff. ad Trebell.* Iaſ. *in l. generaliter, §. cum autem, numer.* 6. & ibi Corn. *num.* 4. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Socin. ſen. *in d. l. cum auus, numer.* 63. Emanuel Coſt. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, part.* 4. *numer.* 7. *ff. de liber. & poſthum.* Dec. *in cap. in præſentia, numer.* 37. *extr. de probat. & conſ.* 460. *num.* 16. Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 18. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 50. *num.* 7. 5

6 Ampliatur tertiò, etiam in teſtamento militis, in quo ſubintelligitur huiuſmodi conditio, ſi ſine liberis, ſi grauat filium onere fideicommiſſi, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 11. verſic. tamen.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, libro 1. cap. 11. num. 7. ff. de condit. & demonſtr.*

7 Ampliatur quartò, etiam quando filius eſt inſtitutus in vita tantum & poſt eius mortem teſtator alium ſubſtituit, ſiue directò, ſiue per fideicommiſſum, nam & tunc ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis, Cuman. *in d. l. cum auus num. 3.* & ibi Socin. ſen. *num. 25. & ſeq. ff. de condit. & demonſtrat.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, col. 4. penult. C. de fideicom.* Ruin. *conſ. 77. colum. penult. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 90. nu. . lib. 2.* Peregrin. *conſ. 62. num. 5. & ſeq. lib. 2.* Menoch. *lib. . præſumpt. 89. nu. 133.* Intrigl. *de ſubſtit. centur. 3. q. 53. nu. 8.* a quibus malè diſſentit Dec. *conſ. 504. colum. vltim.* [Ampliationem etiam probauit Ruſt. *in d. l. cum auus, lib. 1. c. 15. nu. 11.*

Ampliatur quintò etiam quando pater inſtituto filio ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit filiam in eius vita tantùm, & poſt eius mortem ſubſtituit extraneum, vel locum pium, quia in perſona filiæ ſubintelligitur conditio, ſi ſine filijs, licèt enim cogitauerit teſtator de filijs filij, non tamen cogitauit de filijs filiæ, ita poſt Cuman. Soc. ſen. Aret. Corn. Grat. Ceph. & Ruin. ſcribit Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 1. c. 15. n. 12.* addo Peregr. *conſilio 62. num. . lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 33. nu. 8. verſ. quinto & verſ. ſexto,* alios citat intra *num. 81. & nu. 122.* & refert Rotam Florentinam contrarium tenuiſſe vt apud Magon. *deciſ. Florent. 51.* Videndæ tamen erunt coniecturæ, per quas Rota mota fuit ad illam deciſionem; contra etiam hanc ampliationem tenet Dec. *conſilio 581. num. 5.*

Aliud dicendum eſſet, quando teſtator inſtituiſſet filiam & eius filios natos, & naſcituros, & finita vita filiæ & ſuorum filiorum, vt ſuprà nominatorum ſubſtituit ſibi agnatos; nam ſi eueniat caſus, quod ex filia ſint nati filij, & ex iſtis alij filij pronepotes teſtatoris, agnati ſubſtituti ſuccedunt excluſis pronepotibus, qui nec tacitè cenſebantur in conditione poſiti ad excluſionem agnatorum vltimo loco ſubſtitutorum, ita diſputata cauſa ad partes concludit Ruſtic. *in dicta l. cum auus, libr. 1. cap. 16.* vbi dicit in Rota Florentina ita fuiſſe deciſum, & ego etiam in ſimili cauſa Ripetiæ Salodij de Calappis conſulendo tenui hanc opinionem, vt in conſ....]

8 Ampliatur quintò, & ſi filius ſit grauatus fideicommiſſo rei particularis, nam & tunc ſubintelligitur hæc conditio, ſi ſine liberis, *l. generaliter, §. cum autem, in fine, ff. de condit. & demonſtrat.* & ibi Gloſ. & alij communiter. Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verb. omnium, vel partem n. 3. C. de reuocand. donat.* Soc. iun. *conſil. 113. n. 1. lib. 1.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Gomez. *var. reſolut. Tom. 1. cap.... nu. 33. verſ. octauo,* vbi teſtatur de communi opinione Craſſ. *in § fideicommiſſum, quæſt. 21. num. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Odd. *de compend. part. 4. qu. 1. artic. 4. num. 2.* Gabr. *de fideicommiſſ. concl. 2. num. 8.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. . nu. 15.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 89. nu. 134.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. qu. 53. num. 9.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, libr. 1. cap. 18. num. .* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 27. limit. 31. poſt num. 5.*

9 Contrarium tenent & malè, Alber. *in d. l. cum acutiſſimi* poſt Mart. Sillan. *C. de fideicom.* Dec. *d. l. generaliter, n. 13. & conſil. 581. n. .*

10 Declaratur autem hæc ampliatio, vt procedat, quando filius eſt inſtitutus in re certa, & in illa re fideicommiſſo, vel legato particulari eſt grauatus, aliud eſſet dicendum, quando filius fuit vniuerſaliter, vel in quota inſtitutus, quia tunc ſi in re particulari, legato vel fideicommiſſo ſit grauatus, tenet grauamen; nec conditio ſi ſine liberis, ſubintelligitur, Old. *in d. l. generaliter. § cum autem,* & ibi Alber. Paul. Caſtr. *in fine,* & Dec. *nu. 13. C. de inſtitut. & ſubſtit.* Aret. *in l. Gallus, §. quidam rectè, col. 2. ff. de libr. & poſth.* Soc. ſen. *in d. l. cum auus, num. 34. & ſeq.* Gul. Bened. *in c. Rainutius, in verb. ſi abſq; liberis, il primo n. 15. extr. de teſtam.* Bald. *conſ. 141. in fi. lib. 5.* Aret. *conſil. 93. n. 6. in fin.* Soc. ſen. *conſ. 191. n. 6. verſic. ſed quo ad ſuperiora. lib. 2.* vbi tamen *n. .* dicit contrariam opinionem eſſe communem, Dec. *conſ. 581. col. 2. verſ. ſecundus caſus* Ruin. *conſ. 177. n. 14. lib. 2.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 89. n. 134. verſ. primus, & verſ. ſecundus,* vbi dicit eſſe receptam, Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. q. 53. numer. 10. & ſeq.* Petr. Greg. *Syntag. iur. part. 3. libr. 42. cap. 10. num. 3.*

11 Cæterum alij grauiſſimi Iureconſulti tenẽt, conditionẽ ſubintelligi etiã quando filius fuit vniuerſaliter, vel in quota inſtitutus, & fideicommiſſo particulari grauatus, Bal. *in l. cum acutiſſimi nu. 3. & n. 12.* & ibi Barbat. *n. 7. C. de fideicom.* Aret. *in l. Titius, col. 4. verſ. pro opinione, ff. de liber. & poſth.* Imol. *in l. cum auus, n. .... ff. de condit. & demonſtr.* Paul. Caſtr. *in l. generaliter. § cum autem, in fine,* & ibi Alex. *num. 9.* Io. Baptiſt. à San. Seuerin. *in princ.* Iaſ. *col. 1. limit. 5.* & Corn. *circa principium C. de inſtit. & ſubſtit.* Tiraquell. *in d. l. ſi vnquam, in verb. omnia, vel partem aliquam, n. 3. C. de reuocand. donat.* & ibi Rip. *in 8. quæſt. poſt num. 16.* Bologn. *in auth. ex cauſa, nu. 30. in fine C. de liber. præter.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 8. verſ. at verò grauatus, ff. ad Trebell.* Bald. *in c. in præſentia, colum. 4. verſ. ſed certè teſtator, extr. de probat.* Gulie. Bened. *in c. Rainutius, in verb. abſque liberis moretur, il primo, nu. 15. in 8. limit. extr. de teſtam.* Aret. *conſ. 92. col. 3. verſ. tertiò hoc videtur, & conſ. 156. col. 5. verſic. ex his infertur,* Soc. ſen. *conſ. 93. nu. 14. lib. 4.* Corn. *conſil. 197. col. 7. verſ. & eſt aduertendum, nu. 7. lib. 3.* Crott. *conſ. 129. n. 8.* Grat. *conſil. 9. n. 5. lib. 2.* Ruin. *conſ. 77. nu. 14. libr. 2. & conſil. 6. num. 14. lib. 3.* Socin. iun. *conſ. 113. n. 16. lib. 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem Girard. Mul. *in addit. à Roland. tit. de compend. ſubſtit. rubr. 25. poſt nu. 8.* Anton. Gabr. *de fideicom. concl. 2. nu. 8.* Odd. *de compend. par. 4. q. 1. art. 4. verſic. ampliatur,* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. nu. 15.* vbi teſtatur de communi opinione, Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 1. cap. 18. nu. 4. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi dicit hanc opinionem eſſe receptiorem.

Pro hac ſententia primò facit *l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtit.* ponderando verba in fine ibi & fideicommiſſis ſpecialibus, & in text. *præſupponitur filios inſtitutos.* Secundò facit ratio, nam certum eſt teſtatorem in legato & fideicommiſſo particulari prædilexiſſe filium poſt eius mortem grauatum ipſo fideicommiſſario particulari, vnde eadem ratione dicendum eſt, eius nepotes prædilexiſſe, qui ſunt imago patris, & eius perſonam repræſentant, *l. ſi auus,* vbi Bald. *C. de liber. præter. & arg. l. Lucius, ff. de hæred. inſtit. cum Gloſſ. ibi.*

Extenditur hæc ſecunda opinio, etiam quod filius teſtatoris ſit legatarius, vel fideicommiſſarius particularis, quia & tunc ſubintelligeretur conditio, Aretin. *conſil. 156. col. 6. verſ. ſecundo quia,* Ruſtic. *in l. cum auus, libro 1. c. 18. num. 12. ff. de cond. & demonſtr.* 12

Extenditur ſecundo, ſiue legatum ſit rei particularis hæreditariæ, ſiue quantitatis, Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 1. cap. 18. in fine.* 13

Fallit primò hæc ſecunda opinio in fideicommiſſo particulari, vel legato relicto piæ cauſæ, quia tunc debetur ex priuilegio piæ cauſæ, ita poſt Anchar. & Soc. ſen. ſcribit Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 1. c. 20.* 14

Fallit

Digitized by Google

15 Fallit ſecundò, quando nepotes erant nati tempore conditi teſtamenti, quia tunc in fideicommiſſo particulari non ſubintelligeretur conditio, ſi ſine liberis, Soc.ſen. in d.l.cum auus, nu.35.verſic.ſed alias, ff.de condit.& demonſtr.& conſ.191 col.6. verſic. ſed ad prædicta reſpondeo lib.2. Anton.Gabr. de fideicomm. concl.2.nu.10. Mantic de coniect.vlt.volunt.lib.10.tit.7.num.15.in fine, Menoch.lib.4.præſumpt.89.nu.94.& nu.136.Intrigl.de ſubſt.cent.3.q.51.n.9.& q.53.n.14.Ruſtic.in l.cum auus, lib.1.cap.19.ff de condit.& demonſtr.

16 Illud autem non omitto, quod ſi fideicommiſſum particulare, vel legatum fuiſſet de re magni valoris, ita vt veriſimile non eſſet teſtatorem reliquiſſe, ſi de liberis cogitaſſet, quod ſubintelligeretur conditio, ſi ſine filijs, licet filius grauatus fuiſſet hæres vniuerſalis, Soc.ſen. dicta l.cum auus, num.36.& ſeq. Aret. conſil.93. Socin.iun. conſil.113.nu.16. & n.19.libr.1. Anton.Gabr. de fideicomm.concl.2 num.9. Mantic. de coniect.vlt.volun. lib.10.tit.7.nu.15.circa finem. Menoch.libr.4. præſumpt. 89.nu.135. Intrigl. de ſubſtitut.cent.3.quæſt.53.n.12.Ruſtic. in d.l.cum auus, lib.1.c.18.num.7.

17 Ampliatur ſextò, procedere etiam grauato filio naturali in portione, quam pater ei relinquere potuit, quia & ad fauorem eius filiorum, ſubintelligeretur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, Bart. in l.ex facto, § ſi quis rogatus, & ibi Angel. Imol. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. nu.6. qui de communi teſtatur, ff.ad Trebell. Tiraquel. qui alios citat in l.ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num.120.C.de reuocand.donat. Craſſ.in §.fideicommiſſum, quæſt.37.nu. 1. Anton. Gabr. de fideicomm. concl. 2.num. 2. Mantica de coniect. vlt.volun.lib.10.tit.7.num. 12.& tit.8.nu.19.10. Menoch.lib.4. præſumpt. 89. num.21. Intrigl. de ſubſtit.cen.3.quæſt.50.n.8. Ruſtic. in l.cum auus, lib.2.cap.11.ff de condit. & demonſtrat. vbi num. 21. dicit procedere etiam in nepotibus, & pronepotibus naturalibus.

18 Verùm in contraria fuerunt ſententia, Gloſ. in dict. l.ex facto, §.ſi quis rogatus, & ibi Rip. nu.27. teſtatur de magis communi opinione, ff.ad Trebell. Imol. in d. l.generaliter, §.cum autem, vbi dicit eſſe opinionem veriorem, & communem: quod ibi affirmat, & Iaſ. nu.6.& Decian. n.21.C.de inſtit.& ſubſtit. Burſat.conſ.61.nu.20. lib.1. Alph. in coll.iur.200.ſuper d. l. cum acutiſſimi. Gomez.variar.reſolut.Tom.1.c.5.n.40. qui dicit iudicando & conſulendo tenendam eſſe, Faſchin. libro 4.controuer. iur.cap.60. vbi hanc opinionem defendit.

19 Ampliatur ſeptimò, procedere etiam in filio legitimato grauato, ſiue fuerit naturalis, ſiue ſpurius, tunc enim pariter ſubintelligitur hæc conditio, Bald. in l. cum acutiſſimi, num.7.& ibi Alex. col.1. Barbat. nu. 229. Iaſ.n.7. Decian. nu. 12.& Ant.Padil. qui alios refert nu. 17.C.de fideicom. Alber. in l.generaliter, in fin.nu. 6. & ibi Alex.n. 2. qui teſtatur de communi opinione, C. de inſtitut.& ſubſtit. Soc.ſen. in l.cum auus, n. 57.ff. de condit. & demonſtr. Tiraquell. in l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num.69.& ibi Rip. num. 30. C. de reuocand.donat. Paul.Caſtrenſ. conſil.50.n.2.libr.1. Ioan. Andr. in addit.ad Specul.tit.de ſucceſſ.ab inteſt.§.ſi potes, num. 31 in verb.Sofr.in fine, Anton.Gabr. de fideicommiſſ.concl.2.nu. 33. Mantic de coniect. vltim.voluntat.lib.10. tit.7.nu.17. Menoch.lib.4.præſum.89.nu.22. Intrigl. de ſubſtit.cent.3. quæſt.50 n.10. Ruſtic. in d.l.cum auus, libr.2.cap.25 ff.de condit.& demonſtr.

20 Contrariam opinionem malè tenuerunt Bald. in l. generaliter, §. cum autem, & ibi Angel. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Paul. Caſtr. in d.l.cum acutiſſimi, & ibi Salic. C.de fideicomm.

21 Ampliatur octauò etiam filios ſuſceptos à filio grauato, dum eſſet in deportatione cenſeri tacitè poſitos in conditione ad excluſionem ſubſtituti, Bald. in dict. l.cum acutiſſimi, col.penult. & ibi Ant.Padil. num.41.C.de fideicom. Soc.ſen. in d.l.cum auus, num 100. vbi de communi teſtatur, ff. de condit. & demonſtr. Menoch. libr.4. præſumpt. 89. num 30. vbi dicit eſſe receptam ſententiam. Intrigl. de ſubſtitut.cent.3.q.50.nu.11.

Ampliatur nonò, etiam grauato filio arrogato, qui 22
in poteſtatem arrogatoris tranſit, Soc. ſen. in d.l.cum auus, n.56.verſic.ſed tu conſidera, ff.de condit.& demonſt. Alexand. Trent. de ſubſtitut.par.4.cap.7.n. 18. Menoch. lib.4.præſump.89.n.31. Intrigl. de ſubſtitut.cent.3. q.50.n. 12. Diſſentit tamen Mantic. de coniect. vlt. vol. libr. 10. tit.8.nu.19.& 20.

Ampliatur decimò, etiam grauato filio adoptiuo, 23
quia & tunc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubintelligitur, Cuman. in l cum auus, in fine, ff. de condit.& demonſt. Fulgoſ. in l.generaliter, § cum autem, & ibi Iaſ. col.5.verſic.ſecundo modo poteſt intelligi, C.de inſtit.& ſubſtitut. Barbat. in l.cum acutiſſimi, num.287.C. de fideicom. Pri. in l.Titio, §. Titia num. 63. verſ. vel dici poſſet, ff.de legat.2. Rimin.ſen. conſilio 578.nu.3. Menoch.lib.4.præſumpt.89.num.31.in fine, & nu. ſeqq. Intrigl. de ſubſtitut. cent.3.quæſt.50.nu.13.

Cæterum contraria opinio eſt magis recepta: hanc 24
autem probarunt Cin. in d.§. cum autem, & ibi Petr. Alber.n.2.& 6 Dec.limit.7. Alex. in d. l. ex facto, § ſi quis rogatus, il primo, nu.12.& ibi Claud.Seiſel num. 3. ff. ad Trebell. Soc.ſen. in d.l.cum auus, n.56. verſ.ſecus autem videtur, vbi dicit eſſe communem opinionem, Tiraq. in l ſi vnquam in verb.ſuſceperit liberos num. 10. C. de reuocand.donat. Dec. in l.precipuus, col.6. verſ. & pro iſta, C.de impub.& al.ſubſt. Anton. Padill. in dict.l. cum acutiſſimi, num. 18. C. de fideicomm. Guliel. Bened. in cap. Rainutius, in verbo, duas habens filias, numero 149.& in verb.vxorem nomine Adelaſiam. nu.740. & in verbo, ſi abſque liberis moreretur, il ſecondo. nu.10.extr. de teſtam. Dec. in cap.in præſentia, col.15.verſic.quarto non haberet. extr.de probat. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.10.tit.8. n.18.& ſeqq. Alexand. Trent. de ſubſtitut. part. 4.cap.7. num.16.verſic.ſecunda, Fachin.lib.4.controu.iur.cap.58. hanc tenet opinionem, & plenè confutat argumenta diſſentientium, Ruſtic. etiam hanc tenet & comprobat in d.l.cum auus, lib.2.cap.12.

Alij concordando dicunt, primam opinionem pro- 25
cedere in adoptato ab auo materno, vel alio aſcendente, ſecundam verò habere locum in adoptato ab extraneo, ita Soc. ſen. in d.l.cum auus, num.79. Anton.Gabr. de fideicom.concl.2.n.52.& Mantic. de coniect. vlt. volunt.lib.10.tit.8.n.19.verſic.ſed ego.

Ampliatur vndecimò, procedere etiam grauato ne- 26
pote, vel pronepote, vel alijs deſcendentibus in infinitum, Bald. in d.l. cum acutiſſimi, & ibi Angel. Corn. & Padill.nu.24.C.de fideicom. Soc.ſen. in d.l.cum auus, num. 26. Ceph. conſil.670.num.11.& ſeqq. Dec. reſpon. 107.lib. 2. Odd. conſil. 46. num. 67. & conſil. 97. num. 12. Petr. Caball. conſ.48 num.9.libr.1. Menoch. conſil.625.numer. 24.& ſeq.& libro 4.præſumpt.89.numer. 20. Anton. Gabr. de fideicommiſſ.concluſ. 2. numer. 7. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſtion. 50. numer. 16. Ruſtic. in dicta l. cum auus, libr. 2. cap. 5. vbi alios addit Magon. deciſ. Florent.52.

Ampliatur duodecimò, etiam grauata fœmina, vel 27
deſcendentibus ab ea, Paul.Caſtr. in d.l. cum auus, circa principium, & ibi Socin. ſen. col. 25. ff. de condit. & demonſtr. Ruin. conſil.77.nu.2.& conſ.106. num. 1. libro 2. Ceph. conſ.391.n.16. vbi alios addit Dec. conſ. 107.lib.2. Menoch. conſ.637.nu.32.& lib.4.præſumpt.89.n.20. verſic.nec adhibend. Ant.Gab. de fideicom.concluſ. 2. num. 17. Mantica de coniect. vltim.volunt.libro 10.tit. 7.num.13.

Intrigl *de ſubſtit.cent.3.quaeſt.50.n.17.* Ruſtic.*in d.l.cum auus,lib.2.c.4.ff de condit. & demonſtrat.*

28 Subampliatur etiam in filia excluſa à ſtatuto, Ruin. *conſil.77.n.8.lib.2.* Menoch.*lib.4.præſump.89.numer.20. in fine* Intrigl.*dicta quaeſt.5.numer.18.* Ruſtic.*in dicta l. cum auus lib. 2.c.4.nu. 5* [Aduerte tamen, quia ſi ſubſtitutus ab inteſtato excluderet filiam, & eius deſcendentes à ſucceſſione, quia iſti reputantur tunc vti extranei ſucceſſores, non haberet locum diſpoſitio, *ff. l. cum auus*, ita ſcribunt Dec.*conſ.581.num.4.* Ruſtic. qui alios citat *d.lib.1.c.6.nu.31.verſic quinto adijcitur*, cum multis alijs citatis à Menoch. *dicta præſumpt. 89. numero* 106.

Sed contrà tenent Corn. Socin. ſen. Socin. iun. Torniel. & Decian. relati à Menoch. *dict. numer.* 106. *in fine*.

Hoc tamen dictum declarat Menoch. *dict. præſumpt*, 89. *num.* 107. & vide declarationem Ruſtic. vbi ſupra *num.* 34.38. *& ſeq.*]

29 Ampliatur decimotertiò, etiam in grauamine iniuncto filio emancipato, quia & tunc ſubintelligenda erit conditio, ſi ſine filijs, Bart. *in dicta l. cum auus*, & ibi Cuman & Socin.ſen.*n.5.* Padil. *in l. cum acutiſſimi, num.14.C.de fideicomm.* Anton. Gabr. *de fideicomm. concluſ. 2.num.32.* Menoch.*lib.4.præſumpt.89.nu.5.* Intrigl, *de ſubſtit. centur.3.quaeſt.50.nu.22.* Ruſtic. *in d.l.cum auus, lib.2.cap.8.*

30 Ampliatur decimoquartò, vt non ſolum filij faciant deficere conditionem fideicommiſſi tanquam tacitè poſiti in conditione, ſed etiam nepotes, pronepotes, & omnes deſcendentes in infinitum, ita Corn. Caccial. Io. de Mont. Sperel. Socin. ſen. Vaſq. Gomez. & Cephal. quos refert, & ſequitur Ruſtic. *in l. cum auus, lib.2.c.6 ff de condit. & demonſtr.* vbi damnat opinionem Angel. qui volebat diſpoſitionem, *l. cum auus*, procedere ſolum in pronepotibus grauati, & dixi *infra in particulari, quaeſt.* 399.

31 Ampliatur decimoquintò, etiam in fideicommiſſo conſtituto à matre, vel aſcendente per lineam maternam, quia & in horum diſpoſitionibus ſubintelligenda erit conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, *gloſſ. 2. in l. generaliter, § cum autem*, & ibi Odofr. Petr. Sin. Bart. *nu.* 1. Alber. Angel. Fulgoſ. Iaſ. *colum.2.verſ. tertio extende*, Dec. *nu.8.* Cotaſ. & alij, *C. de inſtit. & ſubſtit.* Bart. *in l. cum auus*, & ibi Cuman. Imol. Caſtrenſ. *n.1.* & Soc.ſen. *n.48. & n.52.* vbi teſtatur de communi opinione, *ff. de condit. & demonſtr.* Aret.*in l.2.in fine, C.de inof. teſt.* Barbat.*in l.cum acutiſſimi, num.84.* & ibi Padill. *nu. 15.C.de fideicom.* Tiraquell.*in l ſi vnquam, in verbo, patronus, nu. 1.C.de reuocand. donat.* vbi alios plures citat Eman. Coſta *in cap ſi pater par.1.in verbo ſi abſque liberis, nu.5. de teſtamen.in 6.* Corn.*conſ.197.col.penult.libr.3.* Guid.Pap. *conſ.51.col.2.* Dec.*conſ.391.col.2.& conſ.416.col.1.* Ruin. *conſ.166.n.1.lib.2.* Ceph.*cõſ.576.n.3.& n.28.lib.4.* Odd. *conſ.46.nu.67.in fine.* Peregr.*conſ.65.lib.2.* Anton. Gabr. *de fideicommiſſ concluſ.2.n.16.* Mantica *de coniect. vltim. vol.lib.10.tit.7.n.14.* Menoch. *lib.4 præſump.89.num.46.* Intrigl.*de ſubſtit. cent.3.quaeſt.51.n.21.* Ruſtic.*in d.l.cum auus, libro 2.cap.7.* vbi alios addit, *ff. de condit. & demonſtr.*

32 Ampliatur decimoſextò, & ſi vna cum filio eſſet extraneus inſtitutus, & ambo eſſent fideicommiſſo grauati, quia in perſona filij grauati ſubintelligenda erit hæc conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, Soc. ſen. *in l. hæredes mei, §.cum ita, numer.19.* Rip.*nu.144.in fine.* Torniel.*n.136.& 147.* & Zanch.*nu.1224.ff.ad Trebell.* idem Soc.*in d.l.cum auus, nu.52.* Caccialup.*in l. in teſtamento, C.de teſtam. milit.* vbi dicit ambo Raphaeles, ita conſuluiſſe, Zuccard.*in l.vlt.n.84.C.de edict.Diu. Adr.Tollen.* Padill *in cum acutiſſimi, num. 19. C. de fideicommiſſ.* Corn.*conſil.197 nu.2.& 6 lib.3.* Ant. de Pucc.*conſ. incip. In propoſita conſultatione fol. 5.in princip.* Dec.*conſil.60, nu.13.& ſeqq.lib.3.* Mantic.*de coniect.vlt. vol.lib.10.tit. 8. num.* 7. vbi dicit benigniorem eſſe opinionem, Menoch. *lib. 4. præſumpt.89.nu.* 52. licet dicat contrariam ſententiam eſſe magis receptam, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.3.q.50. num.* 23.

33 Pro iſta opinione primò facit, quia ſi inſtituantur filij, & extraneus, & vſusfructus relinquatur vxori, legatum pro parte filiorum reſtringetur ad alimenta, & pro parte extranei integer debebitur vſusfructus, Bart. *in l.Teſtamento, §.Titia, num.9 verſ.quæro pone, quod teſtator, ff.de legat.2.* Roland. à Valle *conſ.74.nu.6.libr.2.* Ant.Gabr.*libro 5.commun.opin, tit.de vſufr.concl.3.nu.5.* Caualc.*de vſufr. mulier.relict.n.42. verſ. quinto limita*, Mantic.*de coniect.vltim volunt.lib.9 tit 7.num.17.* Surd. *de alim.tit.2.qu.15.nu.* 147. qui omnes moderni teſtantur hanc eſſe communem opinionem, ergo pariter ſubſtitutio facta filio retinebit ſuam naturam, & conditio, ſi ſine liberis ſubintelligetur ex præſumpta, & veriſimili mente teſtatoris: facta etiam extraneo in ſuis remanebit terminis, vt conditio hæc non ſubintelligatur.

34 Secundò, filius propter extraneum adiunctum non debet pati damnum arg. *l.non debet alteri, ff. de reg. iur.* & dixit Surd. *tract.de alim.tit.2.quaeſt.15.nu.147.* & deſcendentes capiendo hæreditatem aſcendentium, dicuntur capere debitum, *l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum.*
& ibi Bald. Et filius in vita patris dicatur quaſi domi- 35
nus hæreditatis paternæ, Iaſ. *in d l. in ſuis, §.vlt. nu.14.* Tiraquell. latè *in l.ſi vnquam, in præfat.n.19. 20.C.de reuoc.donat.* Menoch. *conſ. 1. nu.* 487. ergo nec filius ſentiet tale damnum, quod bona, & hæreditas tranſeant in ſubſtitutum, excluſis proprijs deſcendentibus ob extraneum adiunctum.

36 Tertiò, vna præſumptio tollit aliam, & fortior tollit minus fortem, *l. Diuus ff. de in integr. reſtit. l.nam, & ſi parentibus de inoff. de teſtam.* Burſat.*conſ.15.nu.22.* cum alijs citatis à Ruſtic.*in d.l.cum auus, lib.1.c. 4.n. 2.* Dec. *conſ. 60.n.20.lib. 3.* Sed præſumptio ne excludatur propria ſoboles teſtatoris eſt fortiſſima, naturalis, & benignitate plena, vt habetur *in d.l.cum auus, & in ll.concord.* & ſæpius ſcribunt Doctor. hanc materiam in tractantes, præſumptio verò fundata in vnitate determi-
nationis, non eſt ita fortis, immo non procedit, quan- 37
do in contrarium extat voluntas teſtatoris, & quando adeſt diuerſa ratio, vt dicam in reſponſione ad contraria, ergo, &c. Et hanc præſumptionem, *l. cum auus*, eſſe fortiorem *reg.l.iam hoc iure ff. de vulg.* dixit etiam Soc.ſen.*in d.l.cum auus, n.53. ad medium, & nu. ſeq.* vbi in ſpecie dicit, quod præualet præſumptio, quæ ſumitur ex mente teſtatoris, præſumptioni ſumptæ ab vnitate ſermonis: per tex.*in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit.* & ad id alia congerit, Decian.*dict. conſ. 60.nu.19. & 20.libr. 3.*

Quarto propter coniecturatam mentem teſtatoris recedimus à natura collectiuorum, & à proprietate verborum, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Ergo multò fortius recedendum erit à regula vniformis determinationis, & ita hoc argumento vſi ſunt, Socin. ſenior *dict.l.cum auus, numer.54.* Dec.*conſil. 60. nu. 19.libr. 3.*

38 Quintò, teſtamentum in quo filij, & extranei ſunt inſtituti coram minori numero teſtium, ſuſtinetur quo ad filios non quo ad extraneos, *l.hac conſultiſſima, §.ex imperfecto, C. de teſtam.* ergo perſona extranei non tollit priuilegium filiorum, Decian. ſic argumentatus fuit *conſil.60. nu.18. verſic.ſic etiam*. Et hoc eo magis

quia

quia annullato teſtamento bona remanent in ipſos filios ab inteſtato, ſed non ſubintellecta conditione, ſi ſine liberis, bona auferuntur a deſcendentibus teſtatoris, & transeunt in ſubſtitutum extraneum.

Sextò facit, quod dicit Ruſtic. *in l. cum auus, libr. 2. c. 12. per totum*, vbi in quæſtione, an tacita conditio liberorum intelligatur in vulgari comprehenſa in compendioſa, quando in ea pariter fideicommiſſaria continetur, reſoluit cum communi opinione, quod licet vulgaris, & fideicommiſſaria vnitate orationis contineantur in compendioſa, quod tamen non determinatur æqualiter circa tacitam conditionem liberorum, ſed vtraque ſuam naturam retinebit, & ſic cum ſit de natura vulgaris, vt non contineatur, nec tunc continebitur, & cum de natura fideicommiſſariæ ſit, vt contineatur, continebitur, licet vulgaris ſit adiuncta, ergo pariter ſubſtitutio facta filio, & extraneo ſimul, in perſonis vtriuſque retinebit ſuam naturam, & in perſona filij ſubintelligetur conditio, ſi ſine liberis, quia extat lex, quod ſubintelligatur, in perſona autem extranei non ſubintelligetur, quia nulla lex hoc dicit. Alia videnda erunt *qu. 473. nu. 41. & ſeqq. in tertia opinione*.

39 Cæterum, alij fuerunt in contraria ſententia, quòd ſcilicet ſubintelligenda non ſit hæc conditio in perſona filij, ſicuti nec in perſona extranei ſubintelligi poteſt, Bald. *in l. ſi legatarius, §. 1. ff. de legat. 3. & in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell.* Io. de Mont. Sperel. *in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit. & in d. l. cum acutiſſimi*, & ibi Barbar. *in apoſtil. ad Bald.* Cuman. *in d. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* Guliel. Benedic. *in c. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur, il primo, nu. 14. limit. 7. extr. de teſtam.* Anchar. *conſ. 43.* Aret. *conſ. 53. col. antepenul. verſ. quia vna*, Corn. *conſil. 170. num. 19. lib. 1.* Soc. ſen. *conſ. 191. col. 5. & 6. verſ. ſed poſito, libr. 2. & conſ. 94. num. 10. lib. 4.* Dec. *conſ. 504. nu. 9. verſ. tertio facit*, Ruin. *conſ. 3. nu. 13. & 18. & conſil. 157. nu. 8. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 120. lib. 1.* Rimin. *conſil. 393. num. 13. libro 2.* Calcan. *inter conſ. Soc. conſ. 128. in 7. ſubſcript. n. 224. lib. 1.* & ibi Vinc. Sauiol. *in 10 ſubſcript. num. 252.* Ceph. *conſil. 67. nu. 22. lib. 1.* Ant. Gabr. *de fideicom. concl. 2. nu. 61.* Petr. Gregor. *Syntag. iur. par. 3. lib. 42. cap. 30. nu. 3.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib. 3. dubit. 1. ſolut. 9. num. 21. verſic. vt in quæſtione, fol. 265.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. c. 10. ff. de condit. & demonſtr.* vbi teſtatur de communi.

Ratio eſt, quia in perſona extranei non ſubintelligitur hæc conditio, *vt in ſeq. quæſt.* ergo vt æqualis ſit determinatio, iuxta *reg. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* nec in perſona filij ſubintelligenda erit.

40 Secundò accedit, quòd ſi ſunt inſtituti filij, & extraneus, & inuicem ſubſtituti, quod eadem ratione æqualitas determinationis pupillaris non continebitur in perſonis filiorum, cum in perſona extranei non poſſit contineri, Gloſ. *in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit.* & ibi Bald. Roman. Imol. Alexand. Corn. Iaſ. Rimin. ſen. & Alciat. Ceph. *conſ. 192. n. 10.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 8.* vbi dicit eſſe communem Menoch. *lib. præſumpt. 60. num. 2.* qui pariter teſtatur de communi, *& præſumpt. 54. numero 20.* Peregr. *de fideicomm. art. 34. n. 48* ergo pari ratione, commixtio extranei excludet in perſonis filiorum, quod præſumatur tacita conditio, ſi ſine liberis.

41 Placet mihi prima opinio: & ad obiecta reſpondetur, quod *reg. d. l. iam hoc iure* non procedit, quando adeſt diuerſa ratio, vt poſt multos alios, dicit Decian. *conſ. 60. num. 18. lib. 3.* Secundò procedit illa regula in

42 expreſſis, non in tacitis, Decian. *conſil. 416. num. 12. in fine*. refert & ſequitur Decian. in terminis *d. cto conſil. 60. n. 22. verſ. neque obſtat, lib. 3.* & in ſimili Ruſtic. *in dict. l. cum auus, lib. 1. cap. 12. ante nu. 23. & infra*, vbi comprobat regulam æqualis determinationis non referri ad tacitam conditionem liberorum. Tertiò regul. illa procedit in his in quibus facta eſt adæquatio: Decius, & Decian. locis ſupra citatis, vbi dicit adæquationem eſſe in inſtitutione, circa quod videndus etiam erit Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 1. c. 12. num. 27.* 43

Reſpondetur ſecundo principaliter, quod quando æqualis facienda eſſet determinatio, quod potiùs ſubintelligenda eſſet conditio in extraneo, ſicuti, & in filio ſubintelligitur, vt comprobat Socin. ſenior *dict. l. cum auus, numer. 54. in fine*, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer. 1224. ff. ad Trebellian.* Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ. 2. numer. 61. in fine*. Et facit quod in ſimili dicit Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 1. cap. 2. num. 16. verſ. vlterius*, vbi loquendo de quæſt. an vulgaris comprehenſa in compendioſa contineat tacitam conditionem liberorum, ſicuti hæc conditio continetur in fideicommiſſaria in eadem compendioſa comprehenſa ratione æqualis determinationis, dicit quod ſi regula vnionis orationis locum habere deberet, potius dicendum eſſet tacitam conditionem non contineri in fideicommiſſaria, ſicuti in vulgari non continetur. 44

Ampliatur decimoſeptimò, & ſi teſtator in eodem teſtamento expreſſiſſet conditionem, ſi ſine liberis, in alia ſubſtitutione eorum parti facta, quia adhuc hæc conditio ſubintelligenda erit. Cuman. *in d. l. cum auus, nu. 3.* & ibi Socin. ſen. *col. 21. ff. de condit. & demonſtrat.* Aret. *conſ. 156.* Corn. *conſil. 107. col. 6. lib. 3.* Grat. *conſil. 5. col. 1. & col. penult. lib. 2.* Ruin. *conſil. 77. col. vlt. lib. 2. & conſil. 131. libro 3.* Cephal. *conſil. 391. numero 19.* Menoc. *conſil. 637. numero 18. & ſeq.* Anton. Gabr. *de fideicomm. concl. 2. nu. 26. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 50. num. 19.* 45

Contrariam verò opinionem tenuerunt Barbat. *d. l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 865. ff. ad Trebell.* Dec. *conſil. 416. column. penult. & conſil. 581. col. 4.* Curt. iun. *conſil. 33. col. 3. & 4. & conſ. 191. col. vltim.* Grat. *conſ. 54. col. 2. libr. 2.* Pariſ. *conſil. 19. col. 10. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 128. lib. 1.* Præt. *de interpret. vlt. volun. fol. 310. num. 14.* Inclino ergo in primam opinionem benigniorem & veriſimiliorem, niſi alia in contrarium extent. 46

Ampliatur decimooctauò, etiam in ſubſtitutione facta in donatione cauſa mortis, nam & in ea ſubintelligenda erit hæc conditio, Gloſ. *in l. 1. C. de donat. cauſ. mort.* ibi Cin. *circa finem*, Bald. *num. 4.* & Salicet. *num. 4.* Alexand. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo column. 5. ff. ad Trebell. & in l. generaliter, §. cum autem*, & ibi Corn. Iaſ. & Dec. *C. de inſtit. & ſubſtitut.* Socin. ſen. *in dicta l. cum auus, nu. 98 ff. de condit. & demonſtr.* Alciat. *in l. 2. num. 18. ff. de legat. 1.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 201. C. de reuocand. donat.* Padil. *in l. cum acutiſſimi, nu. 10. C. de fideicom.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater, par. 1. in verbo, ſi abſque liberis, nu. 14. de teſtam. in 6.* Corn. *conſ. 197. col. penult. libro 3.* Caſſan. *conſ. 52. nu. 2. & 3.* Ruin. *conſ. 62. nu. 6. 14. libr. 2.* Did. *Pract. Quæſt. c. 38. num. 11.* Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ. 2. nu. 19.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. libr. 10. tit. 7. num. 20.* Menochius *lib. 4. præſumpt. 89. num. 150.* vbi de communi teſtatur Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 50. numero 15.* Ruſtic. *in dicta l. cum auus, lib. 3. cap. 17. num. 50. vſque ad finem*, vbi alios refert & comprobat. 47

Contrarium malè tenuit Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi cui mor-* 48

mortis, num. 2. *ff. de donat. cauſ. mort.*

49 Subampliatur, & ſi ſubſtitutus eſſet ex liberis donatoris, Salic. *in l.* 1. *nu.* 4. *C. de donat. cauſ. mor.* & quæ dicam infra *ampl.* 23.

50 Ampliatur decimononò, vt locum habeat diſpoſitio *d. l. cum auus*, in ſubſtitutione facta in donatione inter viuos, Bald. *in dicta l. cum acutiſſimi, nu.* 13. & ibi Padil. *num.* 11. *C. de fideicomm.* Iaſ. *in l.* 3. *num.* 197. *C. de iur. emphyt.* Caccialup. *in l. generaliter, §. cum autem, num.* 7. *C. de inſtit. & ſubſtitut.* Soc. ſen. *in dicta l. cum auus num.* 97. *ff. de condit. & demonſtr.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater, in verbo ſi abſque liberis nu.* 15. *de teſtam. in* 6. Did. *Pract. Quæſt. cap.* 38. *nu.* 12. Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 152. Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 50. *nu.* 26. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 3. *c.* 17. *n.* 22. *& ſeqq.* vbi diſputat articulum, & alios addit.

51 Ampliatur vigeſimò, vt procedat etiam ſtante ſtatuto, quod verba teſtamentorum intelligantur vt iacent, ſine vlla interpretatione, nam per hoc non erit excluſa interpretatio, de qua *in dicta l. cum auus*, vt ſcribunt Barbat. *in dicta l. cum acutiſſimi*, & ibi Padil. *numer.* 158. *C. de fideicomm.* Soc. iun. *conſil.* 1. *nu.* 143. *libr.* 1. Roland. à Valle *in tract. de lucr. dot. quæſt.* 25. *nu.* 7. Anton. Gabr. *de fideicom. concluſ.* 2. *nu.* 31. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 7. *nu.* 12. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 50. *n.* 27. Pirr. *de interpret. vlt. volunt. dub.* 2. *ſolut.* 4. *poſt numer.* 7. Ruſtic. *in dicta l. cum auus, libr.* 3. *cap.* 12. vbi examinat hunc articulum, & reſpondet ad argumenta diſſentientium.

52 Contrariam ſententiam probarunt alij, Thomas Doct. *d. l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.* Caccialup. *dicta l. generaliter, § cum autem num.* 23. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Ioan. Curr. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu.* 43. *ff. de liber. & poſthum.* Soc. ſen. *in d. l. cum auus, num.* 88. vbi decl. *ff. de liber. & poſthum.*

53 Concordantur tamen hæ opiniones per Soc. ſen. *in d. l. cum auus, num.* 88. & per Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 10. *tit.* 8. *nu.* 12. apud eos videndum erit.

54 Ampliatur vigeſimoprimò, vt hæc conditio ſubintelligatur etiam quod ſubſtituta fuiſſet vxor teſtatoris, Gloſ. *in l. Lucius*, & ibi Bart. *ff. de vulg.* idem Bart. *in l.* 2. *col. vlt. verſ. quartò dixi*, & ibi Ruin. *n.* 68. *ff. eod.* Bald. *in l. precibus, in fine*, & ibi Alberic. *nu.* 67. *C. de impub. & al. ſubſtitut.* Iaſ. *in l. ſi pater, circa finem, ff. de vulgar.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, libertis, nu.* 117. *C. de reuocand. donat.* Beto *in cap. Raynutius, nu.* 353. *ext. de teſtam.* Angel. *conſ.* 144. *col.* 1. Franc. Aretin. *conſil.* 40. *col.* 2. *verſ. in contrarium. & conſil.* 167. *col.* 1. Alexan. *conſ.* 68. *col.* 3. *verſic. & pro hoc etiam. lib.* 2. Calcan. *conſ.* 28. *col.* 2. *verſ. quartò*, Corn. *conſil.* 239 *col.* 1. *lib.* 2. Bertrand. *conſ.* 379. *col. vlt. lib.* 1. *& conſ.* 40. *n.* 3. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 11. *& in tract. de tac. & ambig. & contract. lib.* 21. *tit.* 10 *num.* 25. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 117. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 52. *nu.* 2.

55 Ampliatur vigeſimoſecundò, etiam quod ſubſtituta fuiſſe pia cauſa, quia adhuc ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis, Richard. Malumb. *in d. l. cum auus*, & ibi Paul. Caſtrenſ. Ioan. de Mont. Sperel. Cuman. *nu.* 1. Corn. & Socin. ſen. *numer.* 42. *& ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.* Bald. *in l. cum acutiſſimi, num.* 4. & ibi Paul. Caſtr. *num.* 3. Corn. *num.* 4. & Padil. *nu.* 8. *C. de fideicommiſ.* Caccialup. *in l. generaliter, §. cum autem*, & ibi Decian. *num.* 7. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, liberis, numero* 80. *C. de reuocand. donat.* Ant. Pinel. *in l.* 3. *num.* 26. *C. de bon. matern.* vbi de magis communi opinione teſtatur Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, n.* 108. *& ſequentibus, ff. ad Trebell.* Bald. *in cap. in præſentia*, & ibi Felin. *colum.* 3. *extr. de probat.* idem Felin. *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ. col.* 34. *extr. de conſtit.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater, in verb. ſi abſque liberis num.* 17. *C. de teſta. in* 6. Anchar. *conſ.* 43. *ad finem*, Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 14. *num.* 1 *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 38. *num.* 5. *& conſ.* 223. *num.* 6. *lib.* 3. Barbar. *conſ.* 13. *colum.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 46. *colum.* 2. *lib.* 3. Corn. *conſ.* 197. *nu.* 7. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſ.* 227. *circa finem. lib.* 2. Dec. *conſ.* 391. *in fine*, vbi teſtatur de communi opinione. Ruin. *conſ.* 182. *num.* 8. *in fine, conſ.* 185. *colum.* 3. *lib.* 2. *conſ.* 121. *colum.* 3. *conſ.* 122. *col.* 10. *& conſ.* 131. *colum.* 8. *libro* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 95. *conſ.* 70. *in fine, conſ.* 86. *num.* 74. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 125. *vbi nu.* 28. aſſerit eſſe communem opinionem, *lib.* 1. *& conſil.* 96. *num.* 4. *libro* 3. vbi de magis communi teſtatur, Capr. *conſil.* 18. *num.* 5 Rimin. ſen. *conſil.* 183. *nu.* 15. *lib.* 1. *conſil.* 70. *in fine. & conſ.* 8[illegible]. *num.* 74. *libro* 5. Dec. *conſ.* 103. *nu.* 22. *lib.* 2. Bertazz *conſ.* [illegible]8. *num.* 22. Odd. *conſ.* 97. *num.* 23. vbi dicit eſſe communem, & magis communem opinionem, Menoch. *conſ.* 625. *num.* 28. vbi teſtatur hanc eſſe receptam ſententiam, idemque affirmat, *lib.* 4. *præſump.* 89. *numer.* 124. Peregr. *conſil.* 55. *num.* 4. *libr.* 3. *& in tractat. de fideic. art.* 28. *num.* 87. Gomez. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 5. *num.* 3. & ibi Emanuel Suarez, *in addit.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §.* 36. *num.* 6. vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem, Mantica *de coniect. vlt. volunt. libr.* 10. *c.* 7. *num.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionem, & ita conſuluiſſe cum Decian. Ceph. & Gaſp. Fabian. Craſſ. *in fideicom. quæſt.* 21. *num.* 5. vbi ait eſſe magis communem ſententiam, Anton. Gabr. *de fideicom. concl.* 2. *nu.* 14. *verſ. contrarium tenet*, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. *ad medium. & part.* 4. *cap.* 7. *num.* 7. *& ſeq. maximè, num.* 7. *in fine*, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 52. *numero* 4. Ruſtic. *in l. cum auus, libro* 2. *cap.* 2. *ff. de condit. & demonſtrat.* & hanc ego probaui *in conſil....*

Probatur primò hæc opinio, nam *d. l. cum auus, & l. concord.* procedunt etiam ſubſtituto filio teſtatoris, vt dicetur *in ſeqq. ampliat.* filius autem habet votum parentis, quia in eo naturali ratione, communique parentum voto bona peruenire debent, *l. cum ratio, in princ. ff. de bon. damn. l. ſcripto in fine, ff. vnd. lib.* Atqui eccleſia, & pia cauſa minus ius habet in bonis defuncti, cum nec ab inteſtato ſuccedat, nec aliter poſſit prætendere in hæreditate, ergo &c.

Secundò, rationes dictarum, *l. cum auus, & l. cum acutiſſimi, & l. generaliter, §. cum autem*, ex quibus inducitur tacita conditio, ſi ſine liberis, ſunt: prima, quia præſumitur minus ſcriptum, quam dictum: ſecunda ne videatur teſtator propriæ ſoboli alienas ſucceſſiones præferre: Tertia quia non eſt veriſimile, quod ſi teſtator de nepotibus cogitaſſet, talem ſubſtitutionem feciſſet. Atqui iſtæ rationes habent locum etiam ſubſtituta pia cauſa, ſunt enim generales, & intuitu pietatis liberorum hæ leges ſunt promulgatæ, ideo non poteſt cum reali fundamento dici, quod locum habere non debeant contra cauſam piam: lex enim generaliter loquens debet generaliter intelligi, etiam 56
ſi maior ſit ratio in vno, quam in altero caſu, *l.* 1. *§. quod autem prætor, ff. de alea luſu, & alear. l.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præſtan. l. de pretio, ff. de public. act. & l.* 3. *ff. de offic. præſid.* & lex generalis etiam perſonas priuilegiatas comprehendit, 57
l. in fraudem, in fine, ff. de militar. teſtament. & ibi Bald. Decian. *conſil.* 301. *numero* 5. ergo, &c.

Tertiò confirmatur, nam officium pietatis paternæ eſt, vt pater filios inſtituat, *l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtament.* Sic ad pietatem pertinet, quod eccleſijs relinquatur, *§. ſin autem, in verſ. anima puſſima, in*

ima,in auth.de eccleſ.tit. & ibi Angel. Ratio ergo pieta-
tis facit, vt tam filij, quam cauſa pia ſint priuilegiati.
Atqui in concurſu plurimum priuilegiatorum, is præ-
fertur,qui tractat de damno, & debitum quaſi acquirit.
Doctores in l. vltima, § licentia, C.de iur.de liber. Fi-
lius autem & nepos reſpectu bonorum ſuorum aſcen-
dentium dicuntur capere debitum,ſ.in ſuis, ff de liber.
58 & poſthum. & ibi Bald. Et filius in vita patris dicitur
quaſi dominus hæreditatis paternæ, Iaſ. in dicta l. in
ſuis, num.14.& plura more ſuo cumulat Tiraquell.in l.
ſi vnquam,in præfat.num.19.20.C.de reuocan.donat. Al-
ciat.reſp.2.num.3.lib.9. Menoch.conſil.1.num.487.ergo,
&c.

Quartò confirmatur ex cap.quicunque,17.quæſt.4.vbi
donatio, & translatio facta Eccleſiæ reuocatur fauore
liberorum, ſed ſi reuocatur ius quæſitum, mulò faci-
liùs non dabitur ius quærendum, quia faciliùs tollitur
ius quærendum, quam ius quæſitum, l. ſi ſponſus, §. ſi
moriens, ff. de donat. inter vir.& vxor.l.quod autem, ff.
quę in fraud. credit. ergo, &c.

Quintò accedit, quod quà ratione teſtator prætulit,
filium piæ cauſæ, eadem ratione cenſetur prætuliſſe
omnem eius poſteritatem, Gloſ. in dicta l. cum acutiſ-
ſimi,& ibi Bald.num.5.C.de fideicommiſſ.& filius, & nepos
eadem perſona intelliguntur, l. fine C.de impub. & alijs
ſubſtitut. Ruin.conſil.115.num.15.lib.3. & veriſimile
eſt quod ſi teſtator fuiſſe interrogatus, ita reſpondiſ-
ſet, vnde haberi debet pro diſpoſito, iuxta Gloſ.in l. ta-
le pactum,C.de pact. Anton.Gabr.de reg.iur.concluſ.10.&
alibi ſæpiſſimè.

59 Pro contraria autem opinione facit primò, quod
fauor piæ cauſæ, præfertur fauori liberorum, ita poſt
multos relatos ſcribit Menoch.conſ.224. num.29. & n.
62.idem tenet Crauet.conſ.296.colum.penult.Tiraquel.
in l.ſi vnquam, in verbo donatione largitus,num. 326. C.
60 de reuocan.donat. Et probatur, nam teſtamentum con-
ditum ad pias cauſas ſolo nutu validum eſt, Gloſ. ma-
gna in cap. cum tibi, ext. de teſtam. & ibi alij communi-
61 ter, inter alios Did. num.6.verſ.ſubdit,ſcribit eſſe com-
munem opinionem, & tamen teſtamentum inter li-
beros nutu fieri non poteſt, Angel.in l.iubemus, C.de
teſtam.& ibi Bald.Fulgoſ. & Paul. Caſtrenſ. & plura
adducunt Barbat. & Socin.ſen. pro hac opinione in-
fra relati, ad probandam hanc propoſitionem, quod
ſcilicet fauorabilior ſit cauſa Eccleſiæ, & pij loci,quam
liberorum,ergo ad excluſionem piæ cauſæ magis pri-
uilegiatæ, non erit ſubintelligenda conditio, ſi ſine
liberis.

62 Secundò accedit, quia ſubſtitutio pluribus facta, li-
cet non reſoluatur in ſingularitates fauore filiorum in-
ſtitutorum,quibus eſt datus ſubſtitutus, ſi tamen pia
cauſa eſſet ſubſtituta, reſolueretur, Alexander.conſ.38.
colum.2.lib.1.& conſ.92.num.11.lib.3. Bertrand. conſ.6.
lib.2.in nouiſ.Curt.iun.conſ.262.num.16.& ſeqq. Ruin.
conſ.98.num.23.& conſ.180.lib.2. Ant. Gabr. de ſubſtit.
concluſ.3.num.22.Menoch.lib.4.præſumpt.62.num.36.
verſ.prætereà,ergo erit pariter pia cauſa præferenda ad
excluſionem nepotum augetur fundamentum, nam ſi
contra filios expreſsè nominatos præfertur pia cau-
ſa, vt ſupra, multò magis hoc erit dicendum con-
tra nepotes remotiores, & de quibus nulla eſt facta
mentio.

63 Tertiò confirmatur doctrina eorum, qui ſcripſe-
runt in terminis,l. ſi vnquam, C. de reuocan.donat. do-
nationem factam piæ cauſæ non reuocari ſuperuiuen-
tia filiorum, niſi vſque ad legitimam, cuius ſententiæ
ſectatores ſunt. Gloſſa magna in cap.quicunque, verſ.
& quod hic dicitur,17. quæſtione.4. Bart.in l. Titia Seio,
§.Imperat. Alexander,n 6.ff.de legat.2.Iaſ.in authent. ſi
qua mulier, numero 6. C.de ſacroſanct. Eccleſ. Felin.in
cap.in præſentia, numero 43.ext.de probat. ergo pariter,
præter legitimam de iure naturæ filiis debitam, erit
fauorabilior cauſa Eccleſiæ, & pij loci, quam cauſa fi-
liorum. Ratio autem primi aſſumpti eſt, quia non
reuocatur donatio, quando pater de liberis cogitauit,
Doctor. dicta l. ſi vnquam, & in donatione facta Ec-
cleſiæ præſumitur,quod pater de liberis cogitauerit, vt
per Bart. in dicto, §. Imperator, Alexander,ergo quando
ſubſtituta eſt pia cauſa pariter præſumendum erit, te-
ſtatorem de liberis in genere cogitaſſe, quod ſi hoc eſt,
ſequitur ceſſare diſpoſitionem dicta, l. cum, auus, cum
teſtator de liberis cogitauerit, vt ibi per doctor. & in-
fra dicetur in 11. limit.

Quartò & vltimò, hanc opinionem probarunt Ro- 64
mana in auth.ſimiliter,nu.8.C.ad leg. Falcid. Barbat.in
leg.cum acutiſſimi, C.de fideicommiſſ. Iaſ.in l.generaliter,
§.cum autem,colum.2. C.de inſtitut. & ſubſtit. & in au-
then.ſi qua mulier,num.6.in fine,C.de ſacroſanct. Eccleſ.in
l.licet inter priuatorum, ante num.7.C.de pact.& in l.tale
pactum,§ finali,numer.13.ff.eod.de pact. Socin. ſen.in di-
cta l.cum auus col.19.ff.de condit.& demonſtrat.Felin.in
cap.Eccleſia Sancta Mariæ,n.9..verſ.4.quia ext. de con-
ſtitut. Barbat.in cap in præſentia, col.61. extr. de probat.
vbi dicit hanc opinionẽ in puncto iuris eſſe veriorem,
& conſ.71.col.6.& 8.lib.3. Anchar.conſil. 46. column.1.
verſ.contrarium ſentio. Alexand.conſ.92. num.8. lib.7.
& ibi nouiſſ.Pariſen.in addit. teſtatur eſſe communem
opinionem, Iaſ.conſil.140.nu.44.libro.2. Decian.conſil.
504.colum.vlt.& conſil.529.nu.5.6.Ruin.conſil.3.n.23.
lib.2. Pariſ.conſ.70.col.vlt.& conſ.86.col.penult.li.2.Dec.
conſ.103.numer.22.lib.2.vbi dicit eſſe communem opi-
nionem Ioan Maria Ruin.conſ.110.nu.16.verſ.& notat.
lib.1.Anton. de Maleg. in conſ. incip. Viſo puncto, folio
4.verſic.ſed.fortius, vbi dicit habuiſſe communicatio-
nem cum Anton.Stroz.Rimin.iun.ad conſ.Ioan. Ma-
ria patrui conſ.393.lib. 2. & in eius conſ.50.nu.61. et ſeq.
lib.1.conſ.46.nu.58.eod & conſ.350.n.99.lib.4. Zuccard.
conſilio 60.num.9. Corſet.in ſingulari incip. Donatio. Ti-
raquel. tract.de priuil.piæ cauſ.priuil.17. vbi plures alle-
gat. Præt. Gregor. in Syntag.iur.part.3. lib. 42. cap. 30.
num. 3.

Ego quidem non recederem à prima opinione, quæ
certè eſt magis conſonamenti teſtatoris, & melioris
fulcita, quia retenta non obſtant fundamenta contra-
riæ ſententiæ.

Ad primum enim reſpondetur, verum non eſſe 65
quod fauor piæ cauſæ ſit maior fauore liberorum præ-
ter legitimam, nam verius eſt indiſtinctè magis fauen-
dum eſſe liberis, quàm Eccleſiæ Bald. in l. iubemus.
poſt principum,C.de teſtam. & eſſe communem opinio-
nem teſtatur Socin.iun. conſ.180 numero 76. et ſequenti
lib.2.idem ſcribit Præt.de interpret. vltimar. voluntat.
folio 37.numero 18. Alexand. Trent. de ſubſtitut. parte 66
2.cap.6.num.26.et parte 4.cap.7.n.6.7.Eccleſia enim eſt
autrix,& cultrix iuſtitiæ vnde in alterius damnum ali-
quid fieri non permittit, capit.primo, §. primo, de alien.
feud Dec.conſ.282.numero quarto, Nat.conſil.515. num.
duodecimo, Mantica conſilio 141. Licet enim fauore piæ
cauſæ multa ſint inducta, non tamen poteſt dici in
omni cauſa pro ea iudicandum, obſtante l. ius ſingula-
ris, et l. quod verò contra, ff. de legib.

Ad ſecundum reſpondetur, non eſſe tutam opinio- 67
nem,quod ſubſtitutio plurib. facta reſoluatur in ſingu-
laritates ſubſtituta pia cauſa, licet ſubſtitutio ſit facta
filijs teſtatoris, nam non reſolui in ſingularitates, &
ſic contra piam cauſam renuerunt,Guliel.de Cun.in l.

penul-

penultima. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. & ibi Raph. Fulgoſ. colum. vltim. verſic. idem ſi in perſonam. Anchar. conſ. 39. colum. 2. Paul. Caſtrenſ. conſ. 86. columna 3. lib. 1. Barbat. conſil. 55. colum. 8. lib. 4. Corn. conſil. 31. libro 1. & conſ. 236. dubio ſecundo, libro 4. Ruinus conſil. 182. colum. vltim. lib. 2. & conſil. 121. numer. 7. lib. 3. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, numer. 1104. & ſequentibus ff. ad Trebellianum. Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 5. num. 28. verſic. illud verò. Alexander Trent. de ſubſtit. par. 2. cap. 6. n. 23. verſ. ſecunda, & Peregr. tract. de fideicom. art. 13. num. 51.

Ad tertium reſpondetur, primò, quod immo licet teſtator de liberis cogitauerit, ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis, vt infra dicetur.

Reſpondetur ſecundo, donationem non reuocari, niſi vſque ad legitimam, eo quia teſtator de liberis cogitauerit, ſed alia ratione, quia ſcilicet donans Deo, donat ea, quæ Dei ſunt, iuxta illud, Domini eſt terra, & plenitudo eius, vel quia potentius eſt ius contractus,
68 quam vltimæ voluntatis, difficilius non enim tollitur ius quæſitum ex contractu, quam quærendum ex vltima voluntate, l. ſi ſponſus ff. § ſi maritus, de donat. inter vir. & vxor. cum alijs adductis à Ruſtic. d. cap. 2. n. 65. & ſequenti.

69 Declaratur primò hęc ampliatio, vt non procedat, quando fideicommiſſum eſſet rei particularis parui valoris, quia tunc non ſubintelligeretur hæc conditio, Anchar. d. conſ. 46. Soc. iun. conſ. 125. num. 28. lib. 1. Dec. conſ. 1. num. 205. lib. 2. Mantica de coniectur. vltim. voluntat. lib. 10. tit. 7. n. 10. verſ. neque etiam obſtant, Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 52. num. 5. Ruſtic. in l. cum auus libro 2. cap. 1. numer. 95. vbi alios adduit, & videnda erunt dicta ſupra nu. 8. & ſeqq.

70 Declaratur ſecundò non procedere, quando ſubſtituta eſt pia cauſa pro exoneratione conſcientiæ ob male ablata, quia conditio non ſubintelligeretur, Barbat. d. l. cum acutiſſimi, num. 182. C. de fideicom. Soc. ſen. d. l. cum auus, colum. 3. ff. de condit. & demonſtr. Caccial. in l. generaliter, §. cum autem, & ibi Dec. numer. 7. C. de inſtitut. & ſubſtit. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 1110. ff. ad Trebell. Guliel. Benedict. in cap. Rainutius, in verb. ſi abſque liberis il primo. n. 25. extr. de teſtam. Eman. Coſt. in capitolo ſi pater, par. 1. in verb. ſi abſque liberis, numero 18. de teſtamen. in 6. Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ, priuil. 68. Ant. Gabr. de fideicom. concl. 1. nu. 15. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. nu. 125. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 52. n. 6. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. c. 3.

71 Contra tamen tenent Io. de Mont. Sperel. in d. cum acutiſſimi, & Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. n. 42. & lib. 10. tit. 7. n. 10. verſic. quinimo hæc tacita conditio Sed à prima ſententia conſulendo, & iudicando recedendum non erit.

72 Ampliatur vigeſimo tertiò, etiam quod ſubſtitutus eſſet alter filius teſtatoris, nam nec fauore huius ſubſtituti ceſſabit diſpoſitio d. l. cum auus, ita ſcribunt Bal. in d. cum acutiſſimi, & ibi Salicet. & Paul. Caſtr. C. de fideicommiſſ. Bart. in d. l. cum auus, & ibi Soc. ſen. numero 39. Angel. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, ff. ad Trebellian. Ioan. de Mont. Sperell. in d. l. generaliter, §. cum autem, & ibi Iaſ. col. 1. verſ. primo amplia, Corn. & Dec. n. 6. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, nu. 294. C. de reuocan. donat. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, par. 8. nu. 33. ff. ad Trebellian. Barbat. in c. Rainaldus, colum. 23. extr. de teſtam. Guliel. Benedict. in c. Rainutius, in verb. ſi abſque liberis, il primo, num..... ext. eod. Roman. conſil. 570. nu. 2. Aret. conſil. 156. colum. 5. Paul. Caſtr. conſ. 14. colum. 1. l. 1. conſil. 198. colum. 1. & conſ. 309. coml. 2. libro 2. Abb. conſilio 58. num. 2. lib. 1. Alexand. conſ. 5. colu. 2. lib. 3. & conſ. 38. colum. vlt. lib. 6. Barbat. conſ. 61. colum. 4. lib. 1. conſilio 63. lib. 2. & conſil. 85. col. penult. lib. 4. Corn. conſil. 83. col. 2. libro 1. conſ. 276. columna 1. lib. 3. & conſ. 42. col. 1. lib. 4. Caſſan. conſil. 53. col. 2. & conſ. 67. col. 5. Soc. ſen. conſ. 182. col. 2. lib. 2. & conſ. 6. nu. 6. lib. 3. Iaſ. conſil. 142. col. 3. lib. 3. Bertrand. conſ. 13. circa finem, lib. 2. Curt. ſen. conſ. 45. col. 8. & conſil. 93. col. 12. Cec. conſ. 568. colum. vlt. Ruin. conſ. 37. nu. 9. & conſil. 131. n. 4. lib. 4. Gozad. conſ. 4. n. 15. Dec. conſ. 60. dubio ſecundo, lib. 3. Odd. conſil. 46. numer. 65. Menoch. conſil. 625. num. 26. conſ. 680. nu. 39. conſil. 764. n. 7. & ſeq. & libro 4. præſumpt. 89. num. 119. Anton. Gabriel. de fideicommiſſ. concluſ. 1. num. 11. Craſſ. in §. fideicommiſſ. quæſt. 21. num. 3. vbi de communi opinione teſtatur Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 2. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 52. nu. 3. Ruſtic. in dicta l. cum auus, lib. 2. cap. 1. vbi aſſerit eſſe communem opinionem.

Probatur primò iſta opinio ex textu claro, in d. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.

Secundò probatur ratione, nam qua pietate, & 73
charitate teſtator dilexit filium inſtitutum & grauatum, eadem cenſetur dilexiſſe nepotes ex ipſo filio, l. iubemus, §. cum autem. C. ad Trebell. iuncta l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & idem habetur in l. cum ita, §. in fideicom. ff. de legat. 2. & in l. Publius §. vltimo ff. de condit. & demonſtrat. Menoch. conſil. 680. in fine.

Tertiò facit text. in l. ſi qua mulier ff. ad Trebell.

Quartò accedit, l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. ponderando verba illa (ne videatur alienas ſoboles propriję anteponere) referendo verba ad proprias ſoboles grauati non teſtatoris, prout ita interpretabatur Iacob. Butrig. in l. 3. C. de inoff. teſtam. Et etiam ſecundum alium intellectum, & conſiderationem, quod ibi Imperator conſiderauerit propriam, alienamque ſucceſſionem, non tam reſpectu ſanguinis, quam ſucceſſionis mixta conſideratione, comprobando hoc quia inſucceſſibiles non habentur in conſideratione. l. filius familias, §. cum quis, ff. de legat. 1. ita Socin. ſen. in d. l. cum auus, ante n. 40. vbi latiùs confirmat.

Cæterum alij fuerunt in opinione, diſpoſitionem l. 74
cum auus, ceſſare ſubſtituto alio filio teſtatoris, ita Bald. in l. generaliter, § cum autem, nu. 4. C. de inſtitut. & ſubſtit. & in l. quidam, col. prima, C. eodem. Imol. in leg. heredes mei, §. cum ita, circa finem. ff. ad Trebellia. Alexand. in l. in pupillari, ff. de vulgar. Dec. in d. l. generaliter, § cum autem, numer. ſextò. Guid. Pap. conſil. 27. columna ſecunda, conſil. 165. in fine, conſil. 215. colum. vlt. & conſil. 218. dubio quinto.

Adducitur primò pro hac ſententia, l. Scæuola, ff. ad Trebell. vbi ſi teſtator inuicem ſubſtituat duos filios, altero moriente, alter ſuccedit.

Reſpondetur tamen, quod hæc lex non determinat caſum, quando ex filio mortuo extant nepotes, & ideò illa lex recipit declarationem ab alijs legibus, & ſic à d. l. cum auus.

Secundò adducitur l. heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. inducendo ibi, quod Claudia ſubſtituta admittitur ad portionem vltimi fratris ſine filijs defuncti, non autem filij alterius fratris prædefuncti. Reſpondetur caſus eſſe diuerſos, nam ibi agitur de portione patrui, ſed in dicta l. cum auus, agitur de portione proprij parentis.

Tertiò facit ratio, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, l. aſſiduus, §. & ideo, C. qui potio. in pigno. habean. l. ſed & militis, ff. de excuſ. tutor.

Reſpondetur, quod ſubſtitutus in portione relicta

instituto

inſtituto eſt minus dilectus, *dicta l. Publius. §. vltimo ff.*
de condit. & demonſtr. & ideo ſicuti teſtator dilexit
inſtitutum in illa portione, pariter in eadem cenſetur
dilexiſſe eius filios, vt in ſecundo argumento pro pri-
ma opinione, cum alijs allegatis à Menoch. *conſil. 670.*
in fine.

75 Subampliatur communis opinio, vt procedat, etiam
ſi vnus filius ſit in totum inſtitutus, & grauatus reſti-
tuere alteri filio, nam adhuc ſubſtitutio intelligitur
facta ſi inſtitutus liberos non habuerit, quia viget ea-
dem ratio, quod teſtator eandem affectionem habue-
rit erga filios inſtituti ſicuti erga ipſum inſtitutum, ita
ſe habet. Ruin. *conſ. 36. numer. 9. lib. 3.* Mantica *de*
coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 7. ante num. 3. Ruſtic. *in l.*
cum auus, lib. 2. c. 1. n. 17. vbi dicit fuiſſe de intentione
Bald Salic. & aliorum.

76 Declaratur hæc amplatio, vt non procedat, quando
filius in vniuerſum inſtitutus fuiſſet grauatus de reſti-
tuendo dimidiam fratri ſuo, & hoc ex veriſimili mente
teſtatoris ob ſeruandam æqualitatem inter filios, ita
Socin. ſen. *in d. l. cum auus. colum. 21.* Anton. Gabr. *de*
fideicom. concl. 2. n. 62. comprobat Ruſtic. *in d. l. cum auus*
lib. 2. cap. 1. n. 19. vſque ad finem, & pulchrè defendit ab
opinione Ruin. *conſ. 36. lib. 3.* qui diſſentit, & illius argu-
menta reſoluit.

77 Ampliatur vigeſimo quartò, etiam quod ſubſtitutus
eſſet nepos ex filio, eius proprio nomine expreſſo quia
omnes alij nepotes admitti debent ceſſante fideicom-
miſſo, Paul. Caſtr. *in d. l. cum acutiſſimi, in fine, C. de fidei-*
commiſſ. Iaſ. *in l. generaliter §. cum autem, numero 3.* & ibi
Dec. *columna 4. C. de inſtit. & ſubſtitut.* Socin. ſen. *in d. l.*
cum auus, colum. 59. Ant. Gabr. *de fideicom. concl. 2. num.*
20. & ſeq. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de*
ſubſtitut. cent. 3. quaeſt. 52. nu. 7. Ruſtic. *in d. l. cum auus,*
lib. 3. cap. 13. A quibus diſſentit Corn. *in d. l. cum acutiſſ.*
C. de fideicomm.

78 Subampliatur, & ſi nepotes nati ſint poſt teſtamen-
tum viuo teſtatore, qui potuit mutare teſtamentum,
& non mutauit, prout poſt Socin. ſen. hanc opinionem
vti veriorem tenuit Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 3. cap. 13.*
n. 20. & 26. Ruin. *conſ. 77. ante n. 14. lib. 2.* Menoch. *lib.*
4. præſumpt. 89. nu. 115.

79 Declaratur primò hæc ampliatio, vt non procedat,
quando teſtamenti tempore omnes nepotes erant nati,
quia ſolus vocatus tunc admittitur, ita poſt Paul. Ca-
ſtrenſ. Caccialup. & Socin. ſen. ſcribit Anton. Gabriel *de*
fideicom. concl. 2. num. 22. addo Iaſ. *in l. generaliter, §. cum*
autem, col. 2. verſ. quintò, & vltimò C. de inſtitutio. & ſub-
ſtituti Gomez. *in comment. variar. reſolut. tom. 1. c. 5. nu.*
39. de fideicom. ſubſtit. Corn. *d. l. cum acutiſſimi, colum. 2.*
Menoch. *d. præſumpt. 189. n. 115.* & Ruſtic. *d. l. cum auus,*
lib. 3. cap. 13. nu. 24.

80 Declaratur ſecundò hæc amplatio, vt non habeat
locum, quando extabat vxor iuuenis, & fœcunda, &
præſumptio erat, quod plures filios parere deberet,
Paul. Caſtr. *in d. l. cum auus*, & Corn. *in d. l. cum acutiſſ.*
Sed tamen diſſentiunt, Socin. ſen. *in d. l. cum auus, colu.*
63. Anton. Gabr. *de fideicom. concluſ. 2. n. 21.* Ruſtic. *in d.*
l. cum auus, lib. 3. c. 13. n. 23.

81 Ampliatur vigeſimoquinto, vt procedat diſpoſitio
d. l. cum auus, non ſolum in deſcentibus inſtitutis, &
grauatis, ſed etiam in deſcendentibus ſubſtitutis, &
poſtea fideicommiſſo grauatis, vt ſi teſtator filio ſub-
ſtituiſſet nepotes, & nepotibus extraneum, nam nepo-
tes non cenſebuntur grauati, niſi decedant ſine liberis,
Anchar. *conſ. 426.* Rimin. iun. *conſ. 537. per totum libro 5.*
Decian. *conſil. 108. num. 8. & ſeq. libro 2* Odd. *conſilio 97.*
num. 14. Menoch. *conſil 379.* Mantica *de coniect. vltima*
voluntat. lib. 10. tit. 7. num 18. [Ampliationem ſequitur,
& Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 1. cap. 15. num. 11.* vbi alios
citat, & videnda erunt etiam dicta ab eo *in cap. 16.* &
pondera bene vtrumque locum, quia caſus ibi relati
ſun diuerſi]

Ampliatur vigeſimo ſextò, & ſi ſubſtitutio facta ſit 82
verbis reſtrictiuis, tunc, & eo caſu, quia diſpoſitio *d. l.*
cum auus, etiam hoc caſu locum habebit, vt compro-
bat poſt alios Ruſt. *in d. l. cum auus, lib. 3.* reprobata opi-
nione Alb diſſentientis.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit iun-
cta cum vulgari, Seraph. *deciſ. Roman. 1216. n. 7.* repro-
bata contraria ſententia, Corn. *conſ. 1. n. 3. lib. 4.* & Soc.
iun. *conſ. 100. nu. 41. lib. 2.*

Limitatur primò principalis concluſio, quando gra- 83
uatus eſſet filius ſpurius, quia in eo non ſubintelligi-
tur conditio, ſi deceſſerit ſine liberis. Bero. *in cap. in præ-*
ſentia, num. 305. extr. de probat. Padill. *in d. l. cum acutiſſi-*
mi, n. 13. C. de fideicom. Suarez. *allegat. 17. num. 12. & 17.*
Menoch. *lib. 4. præſumpt. 89. n. 21. in fine*, Intrigl. *de ſub-*
ſtitut. cent 3. quæſt. 50. n. 9.

Limitatur ſecundò non procedere, quando filius
ſpiritualis eſſet inſtitutus, & fideicommiſſo grauatus, 84
quia in eo non ſubintelligeretur conditio, ſi ſine libe-
ris deceſſerit. Picus *in l. Titia. §. Titia. n. 7. ff. de leg. 2.*
Mantica *de coniect. vltimar. voluntat. lib. 10. tit. 7. nu. 81.*
& tit. 8. nu. 21. Menoch. *lib 4. præſumpt. 89. n. 13.* Intrigl.
de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 50. n. 28. Ruſtic. *in d. l. cum auus*
lib. 2. c. 14. ff. de condit. & demonſtr. Licet diſſenſerit, &
malè Barb. *in d. l. cum acutiſſimi, numer.... C. de fideicom-*
miſſ.

Limitatur tertiò, quando pater duos filios inſtituit.
& alterum grauauit ſub cònditione, ſi ſine liberis de- 85
ceſſerit, alterum verò ſimpliciter grauauit, quia in iſto
ſi ſimpliciter grauato non ſubintelligeretur conditio,
ſi ſine liberis deceſserit, Paul. Caſtren. *in d. l. cum auus,*
& ibi Socin. ſen. *nu. 38.* Zanch *in l. hæredes mei, §. cum*
ita, num. 865. in fine. ff. ad Trebell. Roman. *conſilio 370.*
& ibi addens dicit eſse communem opinionem, So-
cin. ſen. *conſ 23. in fine libro 1. & inter conſ. Curt. ſen.*
conſ. 2. num. 1. Decian *conſ. 416. colu. penult. & conſ. 581.*
n. 5. Pariſ. *conſ. 29. num. 98. & ſeq. lib. 2.* Soc. iun. *conſ 100.*
nu. 14. & conſ. 128. num. 43. et nu. 49. lib. 1. vbi dicit eſse
magis communem opinionem, & illi conſilio ſubſcrip-
ſerunt quam plurimi Doct. *& conſ. 34. numer. 12. libro*
4. Grat. *conſ. 9. n. 27. lib. 2.* Decian. *conſ 3. num. 8. lib. 2.* Ri-
min. iun. *conſ. 252. nu. 66 & ſeq. lib. 3. & conſ. 357. nu. 59.*
lib. 4. Menoch. *conſ. 637. nu. 18.* Odd. *de ſubſtit. compend.*
par. 4. quæſt. 1. art. 4. nu. 4. vbi dicit eſse mirabilem de-
ciſionem, Cenſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 15.* vbi teſta-
tur eſse magis communem opinionem, Mantica *de*
coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. n. 9. Anton Gabr. *de fidei-*
comm. concluſ. 2. nu. 29. et nu. 56. Alex. Trent. *de ſubſtitut.*
parte 4. cap. 7. numero. 4. Ruſtic. *in dicta l. cum auus, lib. 1.*
cap. vltimo, et libro 3. cap. 8. numero 9. ff. de condit. et de-
monſtr. Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3 q. 50. nu. 43. et q. 51.*
nu. 6. Magon. *deciſ. Florent. 52 n. 12.* vbi dicit eſse com-
munem opinionem. Probatur hæc opinio primò, quia
pater teſtatorem cogitaſse de nepotibus, ex quo de
eis mentionem facit in ſubſtitutione alteri filio facta,
vnde ceſsat ratio *dicta l. cum auus, et concord.* Secundò
quia ex quo cogitauit de nepotibus, & in altero filio
non expreſſit, cenſetur voluiſse *l. vnica. §. ſin autem, C.*
de caduc. tollen. Tertiò facit *reg. l. cum prætor. ff. de iud.*
Quartò accedit quod ſpecialis prouiſio teſtatoris facit
ceſsare prouiſionem legis, *l. maritus, C. de procurat.* Et
facit *l. Licet Imperator ff. de leg. primo*, vbi legata relicta
ab inſtitutis, cenſentur repetita à ſubſtitutis ex conie-
ctura

ſturata mente teſtatoris, ceſſat tamen repetitio, quando legatarijs facta eſt prouiſio aliqua à ſubſtitutis.

86 Contrariam ſententiam probarunt Barbat. *in dicta l. cũ acutiſſimi, colum. penultima.* C. *de fideicommiſ.* Ruin. *con. ſ. . . numero* 14. *& conſ.* 131. *lib.* 3. Cephal. *conſ.* 392. *n.* 19. 20. & hæc etiam mihi magis placet rationibus adductis à Ruino.

87 Verum Menoch. *conſ.* 637. *num.* 18. *& ſeq.* declarat primam opinionem communem procedere, quando vnico contextu ſunt plures filij vocati, & in vnius perſona eſt expreſſa conditio, ſi ſine filijs in alia non aliud eſſet, quando teſtator vni filio ſine filijs decedenti ſubſtituit alium filium, & illi ſimpliciter ſubſtituit extraneum, nam, in ſubſtituto filio erga extraneũ conditio erit ſubintelligenda.

88 Contrarium tamen & in hoc caſu tenent Dec. *conſ.* 581. *num.* 5. & Curt. iun. *conſ.* 33. *nu.* 5. 6. *lib.* 1. qui volunt, quod ſi vnus filius ſit grauatus reſtituere alteri ſuo filio ſub conditione, ſi ſine liberis decedat, & ille ſubſtitutus frater ſit grauatus reſtituere alteri ſimpliciter, quod non ſubintelligatur conditio, ſi ſine liberis, & idem ſi reciproca inter plures filios eſſet facta ſub conditione ſi ſine filijs, & poſtea eis fiat ſimpliciter ſubſtitutio de alio: nam in portione habita à cohærede non ſubintelligetur conditio, ſi ſine filijs.

89 Limitatur quartò, quando pater non inſtituiſſet filium, ſed tamen eum poſuiſſet in conditione, vt ſi dixit inſtituo Caium, & ſi filius meus deceſſerit intra vigeſimum annum, ſubſtituo Titium, vel extraneum inſtitutum grauauit reſtituere deſcendenti teſtatoris, & poſt mortem deſcendentis alteri, quia admittitur ſubſtitutus, licèt filius habeat filios, vt probatur *in l. qui filium. §. Sabinus, ff. ad Trebellian.* & ibi Bartol. & Imol. Paul. Caſtr. *in d. l. cum auus, num.* 2. & ibi Soc. ſen. *nu.* 58. Iaſ. *in d. l. generaliter, §. cum autem, num.* 9. & ibi Dec. *nu.* 12. Padill. *in d. l. cum acutiſſimi. nu.* 40. *C. fideicom.* Zanch. *in l. heredes mei. §. cum ita, part.* 7. *num.* 1 *ff. ad Trebell.* Curt. iun. *conſil.* 33. *nu.* 8. Ruin *conſ.* 106. *col. penult. lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 100. *nu.* 8. *lib.* 1. Bero. *conſ.* 128. *n.* 23. *lib.* 2. Riminal. ſen. *conſil.* 282. *n.* 21. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 541. *nu.* 46. Ant. Gabr. *de fideicom. col.* 2. *n.* 43. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *nu.* 23. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 153. Intrig. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 50. *numero* 41.

90 Limitatur quintò in ſubſtitutione facta purè, vel in vita grauati, vt ſi filius poſt annũ eſſet grauatus reſtituere, quia conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligeretur, *Gloſſa* 12. *in d. l. cum. acutiſſimi*, & ibi Barbat. *in apoſtil. ad Bald.* & Padil. *numero* 39. *C. de fideicommiſ. Gloſa. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus in verb. ex voluntate, ff. ad Trebellia.* Bart. *in d. l. cum auus, numero primo*, & ibi Bald. Salicet. Cuman. Paul. Caſtrenſ. Corn. & Soc. ſen. *num.* 28. *& num.* 31. *ff. de conditio, & demonſtr.* Oldrad. *in d. l. generaliter, § cum autem*, & ibi Angel. Albert. Salic. Paul. Caſtr. Alexand. Corn. Iaſ. *numero.* 12. & Dec. *numero* 12. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Cin. *in l. precibus, C. de impub. & alus ſubſtitut.* Bald. *in auth. niſi rogati, colum. vlt. ff. ad Trebell.* Eman. Coſt. *in capitulo ſi pater, in verb. ſi abſque liberis, num.* 12. *de teſta. in* 6. Ruin. *conſilio* 108. *colum.* 5 *libro ſecundo, & conſil.* 168. *numero* 30. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 19. *nu.* 97. *lib.* 2. Soc iun. *conſ.* 126. *nu.* 17. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 95. *nu.* 89. *lib.* 1. *& lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 137. Soc. ſen. *reg.* 167. *fall.* 2. Gomez. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 5. *num.* 37. Craſs. *in §. fideicommiſſum. quæſt.* 28. Anton Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ.* 2. *num.* 42. *& num.* 66. dicit eſſe communem opinionem, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 2. Odd. *de compend ſubſtitut. part.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 4. *nu.* 3. *verſ. limitatur ſecundo*, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 5. Præt. *de interpret. vltim. voluntat. folio* 310. *numero* 14. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 53. *n.* 15. Ruſtic. *in l. cũ auus, lib.* 1. *c.* 15. *ff. de condit. & demonſtr.* vbi comprobat, & defendit ab obiectis, *& cap.* 16. *num.* 20. vbi dicit eſſe magis communem, ſed proprius in his terminis loquitur, *cap.* 17.

91 Contrariam opinionem probarunt, Barba. *in d. l. cum acutiſſimi, col. pen. C. de fideicom.* Bened. de Plumb. *in d. l. cum auus.* & ibi Soc. ſen. *col.* 15. *&* 16. Soc. iun. *conſ.* 96. *num.* 7. *libro* 3. vbi teſtatur de communi, Burſat, *conſ.* 13. *nu.* 76. vbi dicit fortaſſe eſſe veriorem opinionem, & ſuſtentabiliorem.

92 Limitatur ſexto, quando filius eſt inſtitutus ſub conditione, quæ in vita grauati potuit verificari, quia conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, Cuman. *in d. l. cum auus*, & ibi Socin. ſen. *colum.* 15. Ruin. *conſil.* 104 *num.* 17. *lib.* 2. *& conſ.* 198. *numero* 3. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 19. *col.* 10. *lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 126. *num.* 17. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 13. *num.* 31. *&* 76. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 95. *nu.* 89. *lib.* 1. Anton. Gabr. *de fideicom. concluſ.* 2. *nu.* 65. Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib.* 10. *tit.* 8. *nu.* 5. *in fine.* Alexander Trent. *de ſubſtitut. part.* 4 *c.* 7. *num.* 8. *in fine*, Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 310. *num.* 14. *in fine*, Ruſtic. *in dicta l. cum auus. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 5

93 Limitatur ſeptimò. (& eſt illatio præcedentis) in fideicommiſſo conſtituto per prohibitionem alienationis, quia tunc conditio. ſi ſine liberis, non eſſet ſubintelligenda. Ruinus *conſil.* 168. *nu.* 30. *libro.* 3. Menoc. *conſil.* 95. *numero.* 89. *lib.* 1.

94 Sed quod facta prohibitione, vt bona remaneant in familia, ſi ex prohibito exiſtant filiæ, alij de familia ſubſtituti excludantur, tenent Socin. ſen. *conſ.* 227. *col. penultima verſ. circa quartum.* Ruin. *conſ.* 153. *numero* 9. *lib.* 2. Burſat *conſ.* 300. *num.* 66. *lib.* 3. quos refert, & ſequitur Odd. *conſ.* 46. *num.* 70. pendet autem ex quæſtione, an ad fideicommiſſum relictum familiæ fœminæ ſuccedant: de quo articulo dixi ſupra *quæſt.* 352.

95 Limitatur octauò, quando extraneus eſt inſtitutus filio præterito, & ob clauſulam codicillarem adiectam in teſtamento filius diceretur grauatus fideicommiſſo, nam conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, Socin. ſen. *d. l. cum auus, colum.* 15. *ff. de condit. & demonſtr.* Anton. Gabr. *dicta concluſ.* 2. *numero* 66.

96 Limitatur nonò, quando teſtator fecit legatum nepotibus, non enim tunc ſubintelligitur hæc conditio. Soc. ſen. *dicta l. cum auus, num.* 78. Vincent. Hercul. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, colum* 11. *ſeq. ff. ad Trebell.* Roman. *conſ.* 370. Socin. ſen. *conſil.* 191. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 284. *num.* 11. Bero. *conſ.* 128. *num.* 16. *verſ. adde quod, lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 33. *numero* 7. vbi dicit Doctores omnes in hoc concordare. Soc. iun. *conſ.* 128. *num.* 96. *libro.* 1. vbi ait hoc procedere ex omnium ſententia, Menoch. *lib.* 4 *præſump.* 189. *nu.* 94. Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 51. *num.* 7. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libro* 10. *tit.* 7. *nu.* 16. qui etiam allegatur pro contraria opinione, cum non videtur quicquam affirmare.

Mouentur tenentes hanc ſententiam per text. *in l. cum vel in vtero, C. de teſtam. milit.* vbi ſi pater legat aliquid filiæ, alium inſtituendo hæredem, cenſetur illam exhæredare, ergo & in caſu iſto, ſi teſtator nepotibus aliquid relinquat, alium ſubſtituendo, cenſetur voluiſſe nepotibus ſubſtitutum præferre.

Reſponderi tamen poteſt, quod ibi agitur de primo gradu inſtitutionis, ſcilicet de his perſonis, quæ ſunt neceſſariò inſtituendæ, vel ex hæredandæ, nimi-

rum

rum ſimilis legando filiæ, & alium inſtituendo hæredem, dicitur filiam exhæredaſſe fauore militis, ſecus in caſu iſto in quo agitur de ſecundo gradu, & ſic de ſubſtitutione, in qua lex pietate naturali introduxit remedium, vt conditio ſi ſine liberis, ſubintelligatur.

97 Contrariam opinionem probarunt Corn. *in d. l. generaliter, § cum autem*, & ibi Caccialup. *quæſt.* 18. *C. de inſtit. & ſubſt.* Socin. ſen. *in l. 2. nu. 6. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi dicit eius genitorem ita in graui cauſa conſuluiſſe, & etiam conſuluiſſe ambos Raphaeles, & illis conſilijs ſubſcripſiſſe ferè omnes Doctores famoſiſſimos totius Italiæ, & *conſ. 23. lib. 1.* Corn. *conſ. 197. nu. 6. & ſeq. lib. 3.* Anton. Gabr. *de fideicommiſ. concluſ. 2. nu.* 38, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 21. in fine*, vbi dicit eſſe æquiorem, & benigniorem opinionem, Ruſtic. *in d. l. cum. auus, lib. 3. cap. 7.* vbi alios addit, & ego etiam cum hac pertranſeo.

Facit autem pro hac ſententia, quia non ſufficit cogitare de nepotibus, niſi etiam ſit cogitatum in eo caſu, & prouiſum, quod eueniat mors grauati, cum aliud ſit cogitare de nepotibus aliquid eis legando, aliud cogitare in eo caſu, quo eueniet mors grauati, & liberi ſuperſint, vt dicunt Ruin. *conſ. 31. num. 5. & ſeq. lib. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 8. nu. 22. verſ. ſed rurſus*, Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 3. cap. 8. num. 4.* & dicam *limit. 11. verſ. ex cæterum, numerò* 109. vbi etiam dixi *l. generaliter, §. cum autem*, ſenſiſſe cogitationem, & prouiſionem de nepotibus in caſu ſubſtitutionis.

98 Conciliantur etiam prædictæ opiniones, vt prima opinio procedat, quando legatum eſſet relictum in euentum mortis grauati, ſecunda verò ſi eſſet purum, vt quando dos eſſet relicta filiabus, Socin. ſen. *in l. 2. col. 14. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & in l. cum auus, colum. 47. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi dicit ita conſuluiſſe, & declaraſſe, & ſecundum ſuum conſilium Florentiæ fuiſſe iudicatum. *& conſ 191. colum. 4. lib. 2. conſ. 23. libro 1.* Ant. Gabr. *de fideicom. concluſ. 2. n. 40.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 7. nu. 16. in fine*, Craſſ. *in § fideicomm. quæſt. 21. in fine*, Ruſtic. *in d. l. cum auus lib. 3. cap. 7. num. 8.* & mihi etiam probatur hæc conciliatio.

99 Limitatur decimò, quando teſtator tempore teſtamenti habebat nepotes, & hoc ſciebat, quia conditio, ſi ſine liberis, non poſſet ſubintelligi, Barbat. *in d. l. cum acutiſſimi, art primo, colum. 2. & ſeqq. C. de fideicommiſſ.* vbi duodecim fundamenta pro hac opinione adducit, & ibi Anton. Padill. Socin. ſen. *in d. l. cum auus, numero 78. & ſeqq.* & ibi Ioann. Saporel. *fac. 14. verſic. præterea ad inſtitutum, ante numer.* 20. vbi de magis communi, Corn. *in d l. generaliter, §. cum autem*, & ibi Dec. *in prima limitat. C. de inſtitut. & ſubſtit.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verb. filios liberos, num. 17. C. de reuocand. donat.* vbi alios adducit Vaſq. *in concl. Vnde ſi parens, numero 19. C. de inoffic. teſtamen.* Crauet. *in l. 1. num. 194. ff. de legat. 1.* Hercul. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, colum. 12. & ſequentibus, ff. ad Trebell.* Barb. *in cap. Rainutius, colum. 6. verſ. facit etiam, extr. de teſt. & in cap. in præſentia colum. 71. & ſeq. extr. de proba.*, Eman. Coſt. *in cap. ſi pater, part. 3. in verb ſi abſque liberis, numero 9.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *de teſtam. in 6.* & conſulendo Roman. *conſil. 370.* & ibi Mandoſ. *in addit.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Bertrand. *conſilio 212. colum. 2. libro 3.* Socin. ſen. *conſilio 191. libro 1.* Ruin. *conſilio 122. colum. 2. verſ. quia illa. lib. 3.* Grat. *conſilio 9. numero 27. lib. 2.* Dec. *conſil. 284. col. 1. conſil. 366. & conſil. 581. colum. 1. in fine.* Curt. iun. *conſilio 33. colum. 5.* Paul. *conſil. 19. numero 99. lib. 2.* Decian. *conſ. 42. num. 6. lib. 1.* Soc. iun. *conſilio 100. nu. 11. verſ. ſecundo præſuppono & conſil. 128. nu. 93. & ſeq. lib. 1.* & ibi Ant. Burgoſ. *in ſubſcript. nu.* 256. Rimin. iun. *conſ. 36. nu. 58. conſil. 60. nu. 61. conſil. 251. nu. 66. & ſeq. conſ. 158. n. 112. & conſ 537. nu. 39. & 52.* Gomez. *variar. reſolut. tom. 1. cap. 5. nu. 3.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & ſecundum illam, & iudicaſſe, & conſuluiſſe, Coſſer. *in ſing. in verb. ſubſtitutio.*

Cæterum placet mihi contraria ſententia, quam probarunt, Fab. *in l hæredes mei, § cum ita, n.* 38. & ibi Socin ſen. *nu.* 15. Fab. A. oto. nb. *nu.* 38. & Zanch. *n* 861. *circa finem ff. ad Trebell.* Cuman. *in d. l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* Soc. ſen. *in l. ſi is qui ducenta, § item ſi pater, col. 2. ff. de reb. dub.* Corn. *in l. generaliter §. cum autem, num.* .. vbi de magis communi teſtatur, & ibi Iaſ. *in prima limitatio.* & Caccialup. *C. de inſtit. & ſubſtitutio.* Hercul. *in l. ex facto § ſi quis rogatur, colum. 11. ff. ad Trebell.* Moder. Peruſ. *in d. l. cum acutiſſimi*, vbi teſtatur omnes Doctores Italiæ conſuluiſſe pro hac opinione, & ante eos Io. Paul. Caſtr. *nu. 6. C. de fideicom.* & conſulendo ita tenent poſt Cuman. ab omnibus relatum, Corn. *conſil. 197. libro 3.* Socin. ſen. *conſ 23. libro 1.* vbi latè defendit hanc opinionem, eamque dicit benigniorem, Ruin. *conſ. 77. col. penult. & vlt. libro. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſ. 131. col. 2. libro 3.* Petr. Gaball. *conſ. 131. nu. 22.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, & æquiorem Socin. iun. *conſil. 113. num. 29. lib. 1.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, magis æquam, & omnino tenendam, Menoch. *conſ.* .. 8. *nu* 22. Odd. *conſ. 97. num. 17. & ſeq.* & in tractatibus Angel. Aretin. *tract. de teſtamen. Gloſſ. 79. nu.* 50. Anton. Gabr. *de fideicommiſ. concluſ. 2. n. 7.* Gregor. Lupus, *lib. 1. tit. 4. part. 6. in gloſ. 5. de aſſe, colum. 2. in medio*, Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 3. c. 6.* vbi de magis communi, & æquiore opinione teſtatur Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib. 10. tit. 7. nu. 6.* vbi de communi teſtatur, Craſſ. etiam videtur hanc tenere, *in §. fideicommiſſum quæſt. 21. n. 9.* Fachin. *lib. 2. controuer. iur. cap.* 59. late pro hac opinione ſcripſit, Magon. *deciſione Florent. 32. numero.* 12. Vin. *deciſione* 40., *numero 4. libro 3.* 100

101 Si tamen ſecunda opinio placeret, declaranda erit multipliciter, & primo non procedere in fideicommiſſo particulari, Niger *in lib. 1.* & ibi Crauet. *nu. 194. ff. de legat. 1.* Soc. ſen. *in d. l. cum auus, col. 15. & 16. & conſil. 191. col. 5. lib. 1.* Zanch. *in d. § cum ita nu.* 863. Ruin. *conſ. 77. lib. 2.* Anton. Gabr. *d. concl. 2. nu. 41.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 3. c. 6. nu. 43.*

102 Declaratur ſecundò non procedere in natis poſt teſtamentum ante mortem teſtatoris, quando teſtator potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, nam iſti non excluderent ſubſtitutum, Odd *conſ. 97. num. 22.* vbi etiam dicit ſubſtitutum habere probare, quod potuerit mutare.

103 Declaratur tertiò non procedere, quando probaretur teſtatorem odio habuiſſe nepotes, & ideò illos in conditione non poſuiſſe, nam ſubſtitutus tunc non excluderetur, ita ex mente Cuman. & Socin. ſen. ſcribit Ruſtic. *in d. l cum auus lib. 3. c. 6. nu. 42.*

104 Declaratur quartò non procedere in teſtatore milite, ita ſcribit per verbum fortè, Ruſtic. *d. capitulo 6, numero. 23.*

105 Declaratur quintò in nepotibus natis ex filio naturali. hi enim non excluderent ſubſtitutum, ita poſt Soc. ſen. & Gabr. ſcribit Ruſtic. *d. lib 3. c. 6. nu. 45.*

106 Declaratur vltimò, vbicunque ex coniecturis colligi poſſet voluntas teſtatoris, quod nepotes excludere voluerit, Craſs. *in d. §. fideicommiſſum, quæſt. 21. nu. 9.*

in fine

in fine, Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 3. c. 6. nu. 46.*

107 Si vero prima opinio placeret, eſſet declaranda non procedere, quando alij nepotes vltra natos teſtamenti tempore naſcuntur, licet de iam natis facta eſſet mentio à teſtatore, quia per illos excluderetur ſubſtitutus, Socin. ſen. *conſ. 191. col. penult. poſt medium, libro* 1. Ruin. *conſil. 77. colum. penult. libro ſecundo* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, nu. 862. in fine ff. ad Trebellian.*

108 Limitatur vndecimò, vbicunque apparet teſtatorem de liberis cogitaſſe, vel ex alijs coniecturis conſtat de contraria illius mente, nam conditio, ſi ſine liberis, tunc non ſubintelligeretur, Barbat. *in d. l. cum acutiſſimi, quaeſt. 5. C. de fideicom.* Soc. ſen. *in d. l. cum auus, nu. 35. 37. 38. & 67. ff. de condit. & demonſtrat.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in princ. nu. 63. C. de reuocand. donat.* Angel. *conſ. 108.* Anchar. *conſil. 46. numero* 1. Roman. *conſ. 370.* Socin. ſen. *conſ. 191. num. 1. lib. 2.* Decian. *conſ. 365. num. 4. conſ. 391. nu. 2. & conſil. 416. nu. 20.* Curt. iun. *conſ. 33. n. 5. & 8.* Ruin. *conſ. 106. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 19. nu. 95. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 100. nu. 11. & 16. & conſil. 128. nu. 38. & ſeqq. num. 54. & nu. 93. lib. 1.* & ibi alij ſubſcribentes, idem tenent Menoc. *conſ. 458. nu. 11.* Anton. Gabr. *de fideicom. concl. 2. n. 37. circa finem, & nu. 56.* Odd. *de compend. part. 4. quaeſt. 1. artic. 4. in fine,* Craſſ. *in §. fideicommiſſ. quaeſtio 30.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quaeſt. 50. n. 42.* Magon. *deciſ. Florent. 52.* Mouentur per tex. *in l. generaliter, §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi conditio ſubintelligitur, quia non eſt veriſimile, quod ſi teſtator de nepotibus cogitaſſe, ita ſubſtituiſſet, ergo ſi cogitauit ceſſat diſpoſitio illius legis.

109 Caeterum alij volunt ſolam genericam cogitationem non ſufficere, Ruin. *conſ. 131. n. 5. & ſeq. lib. 3.* Decian. *conſ. 188. num. 20. ad finem, verſ. neque obſtat, lib. 2.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, n. 864. verſic. premiſſa quaeſt. om. ff. ad Trebell.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 3. cap. 8. ff. de condit. & demoſtr.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. n. 22.* & cum hac opinione benigniori ego etiam tranſeo. Quamuis enim teſtator cogitauerit, non poteſt dici ceſſare coniecturam pietatis, *d. l. cum auus*, cum omiſſio conditionis praeſumatur, tanquam plus dictum, & minus ſcriptum. Vlterius poteſt eſſe, quod teſtator in alia parte teſtamenti cogitauerit de liberis ſed in parte ſubſtitutionis non cogitauerit proſpiciendo in illo caſu, quo liberi ſuperſint, *l. ex facto, ff. de vulg.* quae omiſſio ex varijs cauſis contingere potuit, & praecipuè ex graui infirmitate, & perturbatione cogitationis mortis, vt habetur *in l. hac conſultiſſima, §. ex cum humana fragilitas, C. qui teſt. facer. poſſ.* Vnde Imperator *in d. §. cum autem*, videtur ſe reſtringere ad cogitationem in ipſa ſubſtitutione, ibi *in huiuſmodi caſu, in quo pater filijs ſubſtituit, & ibi nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita.* Nimis enim durum eſt, & contra naturalem pietatem cedere, auum voluiſſe priuare nepotes ſubſtantijs ſuis, ex eo ſolo, quod in genere de eis fuerit cogitatum, niſi in ipſo actu, & caſu ſubſtitutionis fuerit cogitatum, cum potius ex diſpoſitis *in d. l. cum auus, & concord.* praeſumendum ſit minus ſcriptum, quam dictum, & veriſimile non eſt, quod teſtator voluerit propriam ſobolem excludere, quae praeſumptio, cum ſit fortior illa ex gene-

110 rali cogitatione deſumpta, potiùs amplectenda eſt, iuxta *l. Diuus, ff. de reſtitut. in integ.* & ibi not. Menoch. *lib. 1. Praeſumpt. quaeſt. 29. & quaeſt. 30.* Maſcard. de Pro-

111 bat. *concluſ. 1224.* Et cum praeſumptio fauens nepotibus ſit iuris, alia vero fundata in generica cogitatione ſit hominis, illa iuris erit fortior. Menoch. *d. illa praeſumpt. 30. num. 1.* Maſcard. *dicta concluſ. 1224. nu. 39.* vbi dicit hoc verum, & ſi praeſumptio hominis eſſet vr- 112
gentiſſima. Et cum nepotes habeant hanc praeſumptionem iuris pro ſe, erit translatum onus probandi in ſubſtitutum, quod teſtator voluerit eos excludere, & requiritur hoc caſu validior probatio, vt poſt alios ſcribit Maſcard. de Probat. *concluſ. 121. nu. 6.* vbi dicit requiri efficaciores, & apertiſſimas probationes, idem dixit Menoch. *lib. 1. Praeſumpt. quaeſt. 33. nu. 2. conſ. 242. numero 5.*

Et quia poſitum eſt in arbitrio Iudicis, quae praeſum- 113
ptio ſit fortior, & validior, vt ſcribit Menoc. *de arbit. iud. caſu 472. & d. quaeſt. 29. nu. 2.* & Maſcard. *d. concluſ. 1224. n. 15.* ideo Iudex habebit prae oculis pro nepote extare 114
praeſumptionem fundatam in pietate naturali, & erit fortior, Menoc. *de arbit. caſu 472. nu. 19. & d. praeſumpt. 29. num. 9.* eamque eſſe benigniorem, & ideo praeualere 115
debere, Menoch. *d. caſu 472. n. 7. & d. q. 29. nu. 8.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 17. nu. 21.* Eſſe etiam veriſimiliorem, quae eadem ratione anteponenda eſt, 116
Menoch. *d. caſu 472. num. 22.* Accedat quod praeſumptio, quae fauet filius dicitur fortior, & potius amplectenda. Maſcard. de Probat. *concl. 1224. nu. 27.* Ceph. 117
conſ. 48. nu. 18. lib. 1.

Praedicta etiam comprobantur ex his, quae dixi limitatione nona, ſecundum vnam opinionem, quod ſcilicet quamuis teſtator reliquerit aliquid nepotibus, & ſic de eis cogitauerit, non dicitur ſublata tacita conditio, ſi ſine filijs, quia requiritur cogitatum in cauſa ſubſtitutionis.

Ad idem congruit Bald. *conſ. 167. nu. 2. lib. 5.* vbi vult 118
quod licet donator cogitauerit de filijs naſcituris, eos in certo caſu vocando, attamen reuocabunt illi alienata in alio caſu, in quo facta non fuit prouiſio, & Bald. ſecuti ſunt Iaſ. *conſ. 230. lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 15. nu. 8.* Pariſ. *conſ. 73. nu. 50. & ſeq. lib. 1.* & hoc argumento in ſpecie vſus fuit Zanch. *in d. §. cum ita, nu. 864.*

Limitatur duodecimò, quando teſtator fecit mentionem de filiis ſubſtituti, eos etiam ſubſtituendo, 119
quia tunc non cenſetur voluiſſe admitti filios grauati, ſed eos excludere. Soc. ſen. *d. l. cum auus, n. 38.* Soc. iun. *conſ. 128. nu. 53. lib. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. nu. 11.*

Limitatur decimotertiò, quando teſtator odio proſequebatur nepotes Soc. ſen. *d. l. cum auus, nu. 98. verſ. vltimo allegat,* Menoch. *lib. 4. praeſump. 89. nu. 94.* Intrig. *de ſubſtit. cent. 3. q. 51. nu. 8.* 120

Limitatur decimotertiò, quod ſi teſtator habuit rationem conſeruandae agnationis, non ſubintelligatur 121
conditio eorum deſcendentium, qui agnationem conſeruare non poſſunt, Cuman. *conſil. 2. num. 4.* Dec. *conſil. 581. n. 5.* Soc. ſen. *conſ. 191. n. 6. lib. 2.* Magon. *deciſ. Florent. 52.* vbi teſtatur ita iudicatum, & dicam *quaeſt. 402. in ſecundo caſu.*

Limitatur decimoquartò, quando teſtator inſtituit 122
filios maſculos, & deſcendentes ab eis maſculos, quibus deficientibus ſubſtituat foeminas in vita tantum, & eis poſtea ſubſtituat fratrem, nam ſi foeminae fuerunt admiſſae ob deficientiam maſculorum, licèt illae habeant filios, tamen hi non cenſebuntur poſiti in conditione ad excluſionem fratris ſubſtituti, Magon. *deciſ. Florent. 52.* vbi teſtatur ita iudicatum. [Verum eſt, quod Magon. mouetur ex pluribus coniecturis excludentibus diſpoſitionem, *d. l. cum auus*, hanc tamen limitationem in magis ſimplicibus terminis probauit Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 1. c. 16.* vbi latè diſputat ad partes, & teſtatur in Rota Florentina ita iudicatum, & *nu. 5.* refert plures ita tenere, & *nu. 20. verſ. verum,* dicit hanc eſſe magis communem opinionem, & dicit

& dicit in Rota illa ſæpius ita fuiſſe iudicatum.]

123 Contrariam opinionem tenuit Cuman. *in d. l. cum auus, nu.* 3. quem refert & ſequitur Peregr. *conſ.* 62. *n.* 5. *libro* 2. vbi adducit etiam Barbat. & Socin. ſen. [Et pro hac opinione videtur extare Ruſtic. *d. l.* 1. *cap.* 15. *in fine*, vbi alios citat, alios etiam allegat *cap.* 16. *numer.* 20. *eod. lib.* 1. ſed dicit contra fuiſſe iudicatum.]

124 In legato autem vſusfructus, an habeat locum diſpoſitio, *d. l. cum auus*, videndus erit Peregr. *d. conſ.* 62. *lib.* 2. qui ſcripſit in grauiſſima cauſa Brixiana, in qua auus maternus inſtitutis extraneis hæredibus, reliquit vſumfructum nepoti, ex quo nati poſtea fuerunt filij, mortuo nepote hæredes petebant bona ob finitum vſumfructum, filij nepotis ex præſumpta mente proaui materni dicebant ad eos ſpectare bona tanquam tacitè in conditione poſitos. Cauſa fuit diſputata pro deſcendentibus coram Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Leonardo Mocenigo Prætore Brixiæ me patrocinante, cum Excellentiſſimis DD. Bartolomeo Stella, & Gaſpare Lana, & obtentum fuit pro eis, cauſaque in Excellentiſs. Conſ. 40. virorum Ciuili Nouo fuit laudata. Ratio autem principalis erat, quia nepos vſufructuarius teſtamenti tempore filios non habebat, nec habere ſperabatur, cum vxorem ſterilem haberet, & ipſe in ætate ſatis matura eſſet, ſed mortua illa vxore duxit ſecundam fœcundam, ex qua orti erant ſex filij maſculi, qui in hoc iudicio erant rei.

S V M M A R I V M.

Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur extraneo grauato.

Limitatur, quando extraneus vnà cum filijs teſtatoris eſt grauatus, n. 2. *contra num.* 3.

QVÆSTIO CCCXCIV.

Conditio, ſi ſine filijs, extraneo grauato, vtrum ſubintelligatur?

1 QVÆRO, an extraneo grauato ſubintelligatur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, & vno ore ſcribunt omnes, non ſubintelligi, Gloſſ. *in l. generaliter*, §. *cum autem*, *in verb. filios*, *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Gloſ. *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus, il primo, in Gloſſ. magna, circa medium. ff. ad Trebell.* & ibi Imol. & Alex. *col.* 5. Gloſ. *in l. cum acutiſſimi, in verb. deinceps, C. de fideicomm.* & ibi Salic. Angel. *in l. cum auus*, & ibi Imol. Barbat. & Soc. ſen. *n.* 52 *ff. de condit. & demonſtr.* Io. Andr. *in c. in præſentia*, & ibi Abb. *num.* 13. & Dec. *num.* 165. *extr. de probat.* Bertrand. *conſ.* 23. *col.* 5 *lib* 1. Ceph. *conſ.* 576. Dec. *conſil.* 24. *n.* 18. *libr.* 2. Gomez. *var. reſolut. tomo* 1. *cap.* 5. *nu.* 35. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 22. *circa fin.* vbi teſtatur de communi opinione, Anton. Gabr. *de fideicom. concl.* 2. *nu.* 34. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *nu.* 23. Odd. *de compend. part.* 4. *quæſt.* 1 *art.* 4. *nu.* 3. *verſ. limitatur primo*, vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſtitut. par.* 4. *cap.* 7. *nu.* 3. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 310. *n.* 14. vbi de communi teſtatur, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 50. *nu.* 39. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 2. *cap.* 9. *ff. de condit. & demonſtrat.*

2 Limitatur ſecundum aliquos, quando extraneus vnà cum filijs teſtatoris eſſet grauatus, nam ſicut in perſona filiorum ſubintelligitur conditio, pariter & in perſona extranei, per regulam æqualis determinationis, ita tenent Socin. ſen. *in d. l. cum auus, nu.* 54. vbi tamen dicit hanc ſententiam in Scholis teneri poſſe, ſed non conſulendo, aut decidendo, Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita, num.* 224. *ff. ad Trebell.* Ant. Gabr. *de fideicom. concl.* 2. *num.* 61. *in fine*.

Contrarium tamen tenendũ eſt, vt plenè dixi *quæſt.* 3
præcedenti, nu. 32. *& ſeqq.* vbi retuli in perſona filij duas opiniones, vna quod in perſona filij ſubintelligatur, licet non in perſona extranei, ſecunda quod nec in filij perſona non ſubintelligatur, ſicuti nec ſubintelligitur in perſona extranei, & ſecundum vtramque opinionem colligitur in perſonam extranei nullo modo ſubintelligendam eſſe hanc conditionem.

QVÆSTIO CCCXCV.

Conditio, ſi ſine filijs, an ſubintelligatur, quando amicus fideicommiſſo grauatur?

DIXIMVS in præcedenti cum communi 1
hanc conditionem, ſi ſine liberis, non ſubintelligi grauato extraneo, nunc videndum eſt, an ſaltem ſubintelligatur, quando amicus eſt fideicommiſſo grauatus: Et adhuc non ſubintelligi, ſcribunt Socin. ſen. *in l. cum auus, n.* 11. *ff. de condit. & demonſtr.* Padill. *in l. cum acutiſſimi, nu.* 27. *C de fideicomm.* Eman. Coſta *in cap ſi pater. part.* 1. *in verb. ſi abſque liberis num.* 7. *de teſtam. in* 6. Purpur. *conſil.* 516. *num.* 7. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 576. Anton. Gabr. *de fideicomm. concl.* 2. *nu.* 55. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libr.* 10. *tit.* 8. *nu.* 22. *in fine*, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 65. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 50. *num.* 38. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 1. *cap.* 7.

Contrariam ſententiam malè probarunt Barbat. *in* 2
l. cum acutiſſimi, num. 26 *& num.* 78. *C de fideicom.* Hippol. de Marſil. *in Rubr. de fideiuſſ. nu.* 236. Alciat. *in l. lata culpa finis*, §. *amicos*, *verſ. aliqui in ſubſtitutione. ff. de verb. ſignif.* Gul. Bened. *in cap. Rainutius, in verb ſi abſque liberis moreretur, il primo, num.* 4. *extr. de teſtam.*

Sed quid ſi amicus cum filio ſit inſtitutus, & fidei- 3
commiſſo grauatus: dixi *in præced. quæſt.*

S V M M A R I V M.

1 *Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur vxore grauata, ampl. & limit. per totam quæſt.*

2 *Conditio ſi ſine liberis, non ſubintelligitur vxore grauata, quæ fuit hæres fiduciaria, contra nu.* 3.

4 *Conditio, ſi ſine liberis, non ſubintelligitur vxore ſimul cum filijs grauata.*

5 *Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur vxore grauata, quando teſtator ex ea liberos habebat, contra nu.* 6.

QVAESTIO CCCXCVI.

Conditio, ſi ſine liberis, vxore fideicommiſſo grauata, an ſubtelligatur?

SED an ſaltem ſubintelligatur conditio, ſi deceſſe- 1
rit ſine liberis, quando teſtator inſtituit vxorem, & eam fideicommiſſo grauauit? & non ſubintelligi conſentiunt Doctores omnes, Barbar. *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* & ibi Port. Padil. *num.* 28. Caccialup. *in l. generaliter*, §. *cum autem*, *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Soc. ſen. *in l. cum auus, num.* 14. *verſ. tertiò infertur, ff. de condit. & demonſtr.* Ruin. *conſil.* 3. *nu.* 13. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 576. *nu.* 2. Ant. Gabr. *de fideicom. concl.* 2. *nu.* 63. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 26. Menoch *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 61. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 50. *n.* 34. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 1. *c.* 8.

Ampliatur primò, & ſi vxor non eſſet hæres inſti- 2

iuta, ſed ſolum vocata tanquam hæres fiduciaria, Menoch *d. præſump.* 89. *n.* 63. Intrigl. *d. q.* 50. *num.* 35. Ruſtic. *d. lib.* 1. *cap.* 8.

3 Contrariam opinionem tenuerunt Soc. ſen. *in l. cum auus nu.* 14. *ff. de cond. & demonſtrat.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 26. *circa medium*.

4 Ampliatur ſecundò, & ſi vxor fuiſſet inſtituta, & grauata vnà cum filijs, Dec. *conſ.* 6. *nu.* 13. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 63. *in fin.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 50. *num.* 36. & videnda erunt dicta *ſupra q.* 493. *nu.* 32. *& ſeqq.*

5 Limitatur quando teſtator ex vxore inſtituta filios habebat, nam ſi eam fideicommiſſo grauat, intelligitur, ſi deceſſerit ſine illis filijs, Bald. *conſ.* 391. *lib.* 3. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 63. *in fine*, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 50. *nu.* 37. & hæc mihi probatur.

20 Tertiò, quando teſtator plures filios inſtituit, cenſetur in portione patris prædiligere deſcendentes, *d. leg. cum auus*, & ſcribunt Bald. *in d. l. cum acutiſſimi num. 5. C. de fideicom.* Curt. ſen. *conſ. 64. col. 22. verſ. confirmo*, & in ſpecie ſic argumentati ſunt, Socin. iun. *conſ. 168. nu. 10. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 82. n. 9. lib. 3.* Honded. *conſ. 57. n. 40. lib. 1.* ergo, &c.

21 Quartò accedit regula, quod fauores ſunt ampliandi, odia reſtringenda, *cap. odia, de reg. iur. in 6. l. cum quidam, ff. de liber. & poſthum.* Atqui ex parte fœminarum fauorabilis eſt diſpoſitio, cum ius ciuile non conſtituat differentiam inter maſculos & fœminas, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Ad quod facit, nam de priuatione filiæ non debet argui ad priuationem neptis, ſicuti de priuatione filij non arguitur ad priuationem nepotis, arg. *l. ſi quis filio exhæredato, in princ. ff. de in ius rup. teſtamen. & §. poſthumorum, inſtitut. de exhæredat. liber.*

22 Quintò, teſtator minus cenſetur ſemper grauare hæredem, *l. vnum ex familia, §. ſi rem tuam, & l. ſi ita relictum, & l. Sempronius, ff. de legat. 2.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 1. nu. 5.* Menoc. *conſ. 140. n. 3.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 306. n. 22.* Sed ſi conditio non eſt reſtricta ad maſculos minus grauatus erit, cum fideicommiſſum ſit onus, *l. cohæredi, §. cum filia ff. de vulg. & pupill. not. in præcibus, C. de impub. & ab. ſubſtit.* & dixi *ſupra, quæſt.* 290. ergo in conditione erit comprehenſa & fœmina.

23 Sextò, quando teſtator ponit filios in conditione, dicitur illis reſeruaſſe ius ſuccedendi ab inteſtato, iuxta Gloſ. *in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit.* quam infiniti ſequuntur, vt dixi in *quæſt. 437. an filij poſiti in conditione dicantur vocati?* Sed fœmina ab inteſtato ſuccedunt ſicuti maſculi, *l. maximum vitium C. de liber. præter*, ergo & fœmina continebuntur in conditione.

24 Septimò, quando pater excluſit filias à ſucceſſione excluſit propter maſculos, non propter patruum, ſed quando filius reliquit ſolam fœminam, non adeſt maſculus, cuius cauſa poſſit dici excluſa, ideo teſtator videtur voluiſſe excludere proprias filias, non autem neptes, quaſi voluerit ſe conformare cum diſpoſitione iuris, iuxta *l. hæredes mei, §. cum ita*, & ibi Bart. & alij *ff. ad Trebell.*

25 Nec benè ad rem facit *l. ſi viua matre, C. de bon. matern.* in qua tenentes primam opinionem præcipuè fundantur, nam omiſſis alijs reſponſionibus ad illam legem dici poteſt, quod lex illa loquitur in nepte ex filia iam excluſa, & tunc benè procedit, quod ſicuti filia proximior eſt excluſa, quod pariter & neptis ex ea fortius debet eſſe excluſa, cum ſit remotior, ſed nos agimus de nepte nata ex filio, qui ſicuti in portione hæreditatis fuit dilectus, pariter & eius filij in illa portione dicuntur alijs prædilecti, vt dixi ſupra in tertio argumento. Et ita illam *l. ſi viua matre*, declarant Paul. de Caſtro *in l. illam col. penult. C. de collat.* Ruin. *conſilio 143. n. 9. lib. 2.* Cephal. *conſ. 46. num. 36. & conſ. 103. nu. 6.* alios refert, & ſequitur Honded. *conſ. 57. numer. 56. lib. 1.*

Vltimò in ſpecie, quod fœmina excludat ſubſtitu- 26
tum, licet ſit de deſcentibus vel agnatis teſtatoris, ſe habent alij grauiſſimi Doctores, Bald. *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* & ibi Barb. Caſtr. *in l. filius fam. §. cum quis, ff. de legat. 1.* Caccial. *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtit.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, Decian. *in l. fœmina, nu. 101. ff. de regi. iur.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alciat. *in l. Herennius, & in l. quiſquis, & in l. Stuprum, ff. de verb. ſignif.* Ant. Pinel. *in l. 3. nu. 27. C. de bon. matern.*

Et conſulendo Anchar. *conſ. 120* Anan. *conſ. 22.* Alex. *conſ. 38 num. 5. lib. 6.* & ibi Moder. Pariſ. *in addit. conſil. 55. num. 10. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, & *inter conſ. eiuſdem* Alexand. Bologn. *conſ. 53. num. 4.* cui ſubſcripſerunt Ioan. Sadolet. Alber. Bellus Dominicus Maſſa, & Ant. Aleutus. Iaſ. *conſ. 142. lib. 2.* Corn. *conſ. 83. in princ. conſ. 91. dub. 1. conſ. 111. l. 1. conſ. 66. lib. 2. conſ. 202. num. 12. & conſ. 230. lib. 3.* Socin. ſen. *conſ. 127. in fine, libro 2. & conſ. 55. lib. 3.* Curt. ſen. *conſ. 44.* vbi dicit magis communem opinionem, & pro ea conſuluiſſe collegium Auenonienſe, & plures ſolemnes Doctores Ferrarienſes. & Bononienſes. *& conſ. 63. nu. 8.* vbi teſtatur de communi opinione, Crot. *conſ. 17. num. 26. 31. 38.* vbi refert Campeg. & teſtatur de communi opinione, Grat. *conſ 64. nu. 15.* Dec. *conſ. 568. col. 2. conſ. 570.* vbi dicit ita communiter teneri Purpuratus, *conſ. 568. numer. 28. & 30.* Curt. iun. *conſ. 49. col. 2. & 3. conſ. 156. num. 6. & conſ. 163. col. 5.* Ruin. *conſ. 93. num. 16. conſ. 142. nu. 2. conſ. 143. num. 6. conſ. 144. num. 12. conſ. 152. l. 2. conſ. 115. n. 3. & conſ. 124. num. 5. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 86. col. penul. lib. 2. conſ. 35. nu. 21. conſ. 41. n. 19. & nu. 43. & conſ. 89. n. 3. lib. 3.* in quibus locis aſſerit eſſe communem opinionem. Soc. iun. *conſ. 158. nu. 47. conſ. 174. columna 2. dub. 2. conſ. 168. col. 3. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, *conſ. 13. num. 20. lib. 3. conſ. 26. & conſ. 30 lib. 4.* Alciatus *conſ.* 528. & ſecundum aliam impreſſionem, *conſ. 81. tom. 3. libro 9.* vbi dicit rem cum alijs ſpectatiſſimis viris communicaſſe, & omnes in hac opinione fuiſſe, & *conſ. 117. nu. 12. eod.* Marz. *conſ. 7. per totum*, vbi dicit Rotam Florentinam hanc opinionem ſequutam fuiſſe, & illi conſilio ſubſcripſit Rota Bononienſis. Anguſc. *conſ. 64. lib. 6.* Rub. *conſ. 31.* Alban. Cardinal. *conſ. 23.* Rimin. *inter conſ. Grat conſ. 223. lib. 2.* Virgilius de Silueſtr. *inter conſ. Rimin.* 224. & ipſe Rimin. *conſ. 223 lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 97. lib. 1.* Cephal. *conſ. 45. num 17. & num. 24.* dicit hanc opinionem eſſe veriorem, crebriorem, & vſu receptiorem, & pro ea fuiſſe iudicatum, *conſ. 46. num. 28.* vbi dicit eſſe communem, & latiſſimè in dictis conſilijs hanc defendit à multis contrarijs coniecturis, quæ obſtabant *conſ. 484. conſ. 527. & conſ. 259. num. 17.* Dec. latiſſimè *conſ. 1. lib. 2.* licet contrarium verius eſſe dicat quando filij ſunt diſpoſitiuè vocati, *& num. 124. in fine*, dicit qui contrarium conſuluerunt, conſuluiſſe, quando erat ſtatutum excluſiuum fœminarum, *& num. 211. & ſeq.* dicit hanc eſſe communem opinionem, & tollit authoritates contrarias, Menoch. *conſ. 318. num. 1. conſ. 680. nu. 27. & ſeq. conſ. 730. in fine, et conſ. 756.* vbi latè etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum. Burſat. *conſ. 64. num. 13. et ſeq. et conſ. 300. numer. 59.* hanc dicit veriorem, niſi

con.

concurrat ſtatutum excluſiuum fœminarum, Simon. de Pret. conſ. 31. nu. 9. & conſil. 90. Odd. conſ. 56. n. 71. vbi dicit eſſe communem opinionem, & veriorem, quando non concurrit alia coniectura, conſuluerunt etiam pro hac opinione Collegia Bononiæ, & Auenionis, teſte Caſtr. in d. l. 1. C. de condit. inſert. Honded. latè conſil. 57. vbi ad omnia contraria reſpondet lib. 1. Peregr. conſ. 58. n. 7. lib. 5. conſil. 36. nu. 6. & ſeq lib. 3. vbi dicit contrariam opinionem non eſſe tutam, idem tenet conſil. 70. nu. 18. & 20. lib. 3. & eſſe communem opinionem dicit conſ. 30. lib. 4. vbi n. 3. diſtinguit inter diſpoſitiuam vocationem, & conditionalem, idem conſ. 57. n. 13. 14. 15. lib. 4. Bero. conſ. 117. n. 7. & conſ. 118. nu. 15. l. 2. Rolan. à Valle, conſ. 56. nu. 25. verſic 5. ſubdit lib. 3. Tob. Non. conſ. 29. nu. 21. & ſeq. Mantica conſil. 10. nu. 34.

In tractatibus Bero. q. 51. in fine. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. in primo caſu, Ludou. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 52. Marz. in epit. fideicommiſſa. quæſt. 21. Mantica d. tit. 14. num. 6. & 7. niſi agnationis ratio ſit habita, & dicit eſſe communem opinionem, & numero 14. dicit hanc eſſe leuem coniecturam excludendi fœminas, niſi appareat teſtatorem habuiſſe animum conſeruandi bona in agnatione, idem nu. 24. & alios pro contraria opinione retulit num. 12. Petr. de fideicomm. quæſt. 9. nu. 195. Præt. de interpr. vltima volunt. fol. 311. dub. 3. nu. 24. verſic. hi ſunt igitur, & fol. 312. num. 27. & fol. 313. nu. 33. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Peregr. de fideicom. art. 25. num. 24.

In deciſionibus Rota Romana, in nouiſſ. deciſ. 790. parte prima, vbi dicit ita reſolutum Theſaur. deciſione Pedemont. 188. n. 9. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe, & deciſ. 288. num. 12. Cæſ. Barz. deciſ. Bono. 11. vbi teſtatur ita in illa Rota iudicatum, & dicit procedere, etſi teſtator conſiderauit fauorem agnationis, Farin. deciſ. 130. quæ fuit Cardinalis Mantica, dicit hanc ſolam coniecturam non ſufficere, ſed vnitam cum alijs operari, & præcipuè quando ratio agnationis eſt habita, idem Farinac. deciſ. 484. & dicit Rotam aliàs idem tenuiſſe, deciſion. 485. num. 3. verſic. rurſus, & nu. 4. & latè deciſ. 508. Seraph. deciſ. Roman. 880. hanc tenet exiſtente hac ſola coniectura, & deciſ. 1216. Mantica etiam dicit hanc ſolam non ſufficere. deciſ. Roman. 305. & vide deciſione 351.

27 Ego, vt dicam quid in tanta difficultate ſentiam exiſtimo veriorem primam opinionem, quando teſtator habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, & in hoc caſu loquuntur ferè omnes pro illa opinione relati, & concedunt multi etiam, qui tenent ſecundam opinionem pro nepte. & præcipuè Barbat. inter conſilia Alex. 52. li. 4. Goza. conſ. 89. Dec. conſ. 37. Cur. ſen. conſil. 40. Iaſ. conſ. 140. li. 2. Ruin. conſ. 149. per totum, & in ſpecie ſub. n. 12. lib. 2 conſ. 146. per totum, eod. præcipuè nu. 6. 7. Pariſ. conſ. 18. n. 35. & 41. libro 2. Hieron. Gabr. conſil. 97. num. 15. & nu. 24. lib. 1. Rota in deciſione Ptol. 45. quos refert, & ſequitur Odd. conſil. 6. num. 22. vbi dicit vix diſcrepantem inueniri, addo Mantica d. tit. 14. num. 14. 22. 24. addo & Menoch. conſ. 95. n. 40. 51. 54. 60. & conſ. 755. num. 12. Honded. conſ 57. nu. 5. lib. 1. Farinac. d. deciſ. 130. Mantica deciſ. Roman. 305. vbi dicit, quod ſi vltimo loco vocatus ſit cippus domus, fœmina non excludat agnatum maſculum, & latiùs in eadem cauſa, deciſ. 351. Quando autem fideicommiſſum dicatur factum pro conſeruatione bonorum in agnatione, dixi quæſt. 499. Si verò non appareat habitam fuiſſe rationem, vt bona in familia conſeruarentur, non recederem à ſecunda opinione, cum præcipuè facilè tollatur principale fundamentum, l. ſi viua matre, C. de bon. matern. vt dixi ſupra in ſeptimo argumento pro ſecunda opinione, & quia non ita facilè recedendum eſt à communibus regulis, vt dixi in primo fundamento. [Et quando habita fuit ratio agnationis, vt fœmina non faciat deficere conditionem ſi ſine filijs, ſcribunt alij multi citati infra nu. 96. 97. & 109.]

Declaratur autem prima opinio multipliciter, & primò quando teſtator excluſit filiam ob mala eius merita, nam tunc in conditione, ſi ſine filijs, impoſita maſculis inſtitutis, erit comprehenſa & neptis hoc enim caſu pro nepte ſtat regula, quod filiorum appellatione venit fœmina, & vrgent alia fundamenta relata ſupra ſecunda opinione, è contra autem ceſſant duo argumenta principalia tenentium pro ſubſtituto, quorum primum erat fundatum in reg. ſi viua matre, C. de bon. Matern. quod ſcilicet ſicuti teſtator excluſit filiam proximiorem, fortius voluerit excludere neptem remotiorem, quia tunc filia non eſt excluſa fauore maſculorum, ſed quia eam teſtator odio habebat, & hæc ratio ceſſat in nepte, ſecundum ſimiliter de ratione conſeruandi bona in agnatione non congruit huic caſui, quia filia fuit excluſa ob propriam culpam, & demerita, non quia teſtator voluerit bona in agnatione conſeruare, ita in ſpecie ſe habent, Socin. ſen. in d. l. cum auus. numer. 81. verſic. primus caſus, ff. de cond & demonſtr. Gozad. conſ. 89. nu. 2. in 2. concluſio. Gerard. Mazzo. conſil. 6. nu. 7. verſic. & non dicatur Ceph. conſ. 103. n. 15. lib. 1. Hieron. Gabr. conſ. 97. nu. 15. lib. 1 Anton. Gabr. de ſubſtitut. conc. 2. nu. 6. Alexand. Trent. de ſubſtit. par. 4. cap. 7. n. 12. verſ. hac concluſio. Menoch. li. 4. præſump. 85. nu. 2. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 3. cap. 10. nu. 70. ff. de condit. & demonſtrat. Peregr. de fideicom. art. 25. num. 16. & num. 24. vbi alios addit. 28

Quæ declaratio maximè procederet ſubſtituto extraneo, vel altero, qui non fuiſſet ita veriſimiliter dilectus teſtatori, ſecundum Socin. ſen. Menoch. & Ruſtic. locis ſtatim ſupra notatis. 29

In dubio tamen filia nõ præſumeretur excluſa odio, ſed fauore agnationis, Socin. ſen. conſ. 14. lib. 3. Gozad. conſ. 86. n. 14. Peregr. de art. 25. nu. 16. in fine. 30

Declaratur ſecundò, vt locum non habet quando mater feciſſet teſtamentum excluſa filia, vel in re certa inſtituta, & in reliquis bonis facit hæredes vniuerſales filios maſculos, quia conditio ſi ſine filijs, verificatur in fœmina, cum teſtatrix non præſumatur odio habere proprium ſexum, ita in ſpecie ſcripſerunt Soc. ſen. in l. cum auus, nu. 83. ff. de cond. & demonſtr. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 774. & ſeq. ff. ad Trebellian. Ferdinan. Loarez. in d. §. Diuus, num. 176. Socin. ſen. in l. Gallus, §. nunc de lege, col. fin. limit. 2. Dec. conſ. 569. & conſ 570. nu. 11. Ruin. conſ. 142. lib. 2. Hieron. Gabr. conſ. 97. nu. 15 lib. 1. Ceph. conſ. 306. nu. 96. Alban. Cardin. conſ. 23. nu. 3 Bero. conſil. 113. ante n. 8. l. 2. Soc. iun. conſ. 2. n. 13. & per totum, lib. 3. Rub. Alexan. conſ. 22. n. 11. Rolan. à Valle conſ. 76. n. 19. & per totum lib. 3. Gozad. conſil. 71. n. 6. Crauet. conſ. 250. col. 2. verſic. ſimpliciter, Tiraquell. de iur. primog. quæſt. 10. in fine. Lud. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 5. nu. 73. Anton. Gabr. de ſubſtit. concluſ. 2. num. 8. Menoch. lib. 4. præſumpt. 85. num. 4. Peregr. de fideicom. articulo 25. num. 18. Præt. de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. colum. 8. num. 13. verſic. idem ratione, fol. 69. Theſaur. deciſ. 188. nu. 12. Magon. deciſ. Lucen. 5. nu. 24. circa finem. 31

Adducatur primò pro hac ſententia, quod verba ſunt intelligenda ſecundum qualitatem perſonæ, l. plenum, §. equitij, ff. de vſu, & habit. cum igitur fœmina ſit teſtatrix, non eſt præſumendum, quod odio habuerit proprium ſexum. 32

Secundò facit quia mater non dicitur de agnatione, nec conſanguinea, nec habere affectum ad ipſam agnationem, 33

tionem, ideo ceſſat in ea ratio excludendi neptes, prout hoc argumentum adduxit Ruſtic. *dicto libro tertio, capite decimo, num.* 82.

34 Tertiò accedit, quod quando quis accipit emphyteuſim pro ſe & filijs maſculis, maſculi ex fœminis non comprehenduntur in inueſtitura, Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua verſ. 46. incip. Quæritur quid ſi aliquis*, & tamen ſi recipiens ſit fœmina, venient & maſculi ex fœmina, Gozad. *conſil. 79. num. 15. in fine*, Curt. iun. *conſ.* 181. *num.* 1. Tiraquel. *de legib. connub. leg. quinta, num.* 22 *& ſeq.* Corbul. *tract. de cauſ. quib. emph. priu. tit. de cau. ob. lineam fuit. num.* 29. ampliatione ſecunda: ergo pariter in fœmina diſponente in teſtamento in conditione, ſi ſine filis, veniet fœmina.

35 Quartò allegatur, quod dicitur de feudo acquiſito à fœmina, in quo feminæ dicuntur comprehenſæ in inueſtitura, licet alias non continerentur. Glo. *in capit. 1. §. & quia videmus, in verb. ſic ergo qui feud. dar. poſ. per text. expreſſum, in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* Bald. *in leg. quoties. C. de fideicom.* & alibi ſæpe, ergo idem in diſpoſitione teſtamentaria facta à femina non præſumentur excluſæ feminæ.

36 Ab hac tamen opinione diſſenſerunt alij, volentes idem eſſe in teſtatrice femina, quod in maſculo teſtante, ſic Raph. Fulgoſ. *conſ.* 18. *& conſ.* 38. Corn. *conſil. 275. colum. 3. lib.* 4. Dec. *conſ. 480. dub. 1. & conſ. 514. nu.* 5. Curt. iun. *conſ. 35. colum. penul. & conſ. 139. numer.* 16. Ruin. *conſil. 141. num. 6. lib.* 2. Soc. iun. *conſil. 168. nu. 84. lib. 2. conſil. 81. col. 1. lib. 3. & conſ. 56. lib.* 4. Paul. Leon *conſ.* 27. Rolan. à Valle *conſ. 82. num. 33. in fine, lib.* 3. Gerard. Mazzol. *conſ.* 5. & *conſ.* 6. vbi teſtatur de communi, Dec. *conſil. 127. num. 25. libro.* 3. Ceph. *conſ.* 306. *num.* 97. idem Socin. iun. *inter conſil.* Gerard. Mazzol. *conſ. 7. numero* 5. Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro 6. titulo ſexto, nu. 30. in fine*, vbi teſtatur de communi opinione, Ruſtic. *dicta l. cum auus, libro tertio, cap. 10. num. 76. ad numer.* 94. Et cum iſtis ergo tranſeo.

37 Primò, quia ex quo teſtatrix excluſit femina extantibus maſculis, oſtendit ſe odio habere ſexum feminum extante maſculino, vel ſaltim magis diligere maſculos, quam feminas, ideo ſicuti excluſit filias, eadem ratione & fortiori voluerit excludere neptes.

38 Secundò, quia licet teſtatrix ſit femina, attamen eſt de agnatione, & vocando maſculos dicitur habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ, quæ poteſt in femina cadere, ſicuti in maſculo, Rolando à Valle *conſiglio 32. numerum* 33. Mantica *dicto libro ſexto, titulo ſexto, numer. decimo in fine*, Præt. *de interpretatione vltim. volunt. folio 247. numero primo, & fol. 292. num. 61. ad medium.* Cauale. *deciſione 218. numero primo, & ſeq. parte tertia, cum alijs citatis quæſtione 307. in fine.*

39 Hæc autem ſecunda opinio ſine dubio procederet, quando teſtatrix conſtituiſſet perpetuum fideicommiſſum maſculinum, vt concedit etiam Peregr. *de fideicom. art. 25. num. 18. in fine.*

40 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator excluſa filia inſtituit filium maſculum, cui ſine liberis decedenti ſubſtituat filiam, quia neptis faceret deficere conditionem fideicommiſſi, ita in ſpecie tenuerunt Socin. ſen. *in l. Gallus §. nunc de lege, num. 59. ff. de liber. & poſthum.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 7. nu. 68 ff. ad Trebell.* Did. *in cap. Rainaldus, §. 1. num. 2. ext. de teſt.* Alex. *conſ. 55. in fin. lib. 5. & conſ. 38. l. 6.* Dec. *conſ. 303. n. 8. conſil.* 370. & *conſil.* 568. Ruin. *conſil. 142. n. 1. lib. 2. & conſil. 36. col. 5. l.* 3. Pariſ. *conſil. 89. nu. 39. libro* 2. Gozad. *conſ. 89. n.* 3. Rub. Alex. *conſ. 22. nu.* 12. Hier. Gabr. *conſ. 97. nu. 15. lib.* 1. Ceph. *conſ. 484. n.* 54. vbi dicit non vidiſſe aliquem diſſentientem, Pedroc. conciuis meus *conſ. 5. n.* 168. Menoch. *conſ. 170. n. & 11.* Socin. iun. *conſ. 168. ante n. 86 lib.* 2. Giard. Mazol. *conſ. 6. n.* 18. Modern. Pariſ. *in commen. ad conſuet. ud. Pariſ. tit. 1. §. 16. num.* 7. Ludou. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 5. nu.* 48. Ant. Gabr. *de ſubſtit. conclu. 2. num. 5. & 10.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. li. 11. tit. 14. n. 1. in fine* Peregr. *de fideicom. art. 25. num.* 22. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 85. nu.* 16. Ruſtic. *in de leg. cum auus lib. 3. cap. 10. nu. 94. vſque ad nu. 113. ff. de condit. & demonſtr.* vbi comprobat, & reſpondet ad contraria.

41 Idem eſt, quando in poſteriori parte teſtamenti feminę fuerunt ſubſtitutæ excluſis agnatis, quos teſtator poterat ſubſtituere, ſi agnationem conſeruare voluiſſet, Cephal. *conſ.* 527. Decian. *conſ. 12. l.* 1. Mantica *d. lib. 11. tit. 14. num.* 24. Theſaur. *deciſ. 248. num.* 12. vbi alios adducit.

42 Ratio eſt, quia teſtator ſubſtituendo filiam, non videtur excluſiſſe neptem, nam in portione relicta filio, videtur omnem eius poſteritatem prædilexiſſe, etiam quod ſint in remotiore gradu quam ſubſtitutus, *de leg. cum auus, & d. l. cum acutiſſimi*, & ibi Bald. *nu.* 5. Mantica *de coniect. vlt. vol. li. 11. tit. 14. nu.* 5. & ideo neptis excludet filiam.

43 Vlterius, teſtator ſubſtituendo filiam, non abhorruit ſexum femininum, nec habuit animum conſeruandi agnationem, & familiam, licet prius vocauerit maſculos, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. n.* 9. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 69. nu.* 10. Pereg. *de fideic. art. 25. num.* 26. & d. *xi queſt. 497. nu. 29. & ſeq.* vnde ponendo in conditione filios, tam de feminis quam de maſculis præſumitur teſtatorem ſenſiſſe: feminæ enim habent regulam pro ſe, vnde ſi excludi debent, requiruntur coniecturæ præpotentes, nec ſufficiunt leues & hominis, Mantica poſt alios *d. tit. 14. n.* 5. Peregr. *d. art. 25. n.* 15. Decian. *conſil. 12. nu. 18. lib.* 1.

44 Malè igitur ab hac opinione receſſerunt alij, volentes filiam præferendam eſſe nepti, & ſic neptem non facere deficere hanc conditionem, ſi ſine filijs, in qua ſententia fuerunt Fulgoſ. *conſ.* 18 *& conſ.* 38. Dec. *conſ. 480 dub.* 1. Iaſ. *conſ. 14. nu. 21. verſ. ſecundò principaliter, lib.* 2. Curt. iun. *conſil* 35. poſt Vincentium Herculanum relatum, Ruin. *conſ. 141. lib. 2. & conſ. 115. nu. 4. verſ. prætterea, & num. 10. lib.* 3. Pariſ. *conſ. 18. lib.* 2. Soc. iun. *conſil. 168. n. 85. in fine, lib. 2. conſil. 81. n. 5. lib. 3. & conſ. 56. lib.* 4. Paul. Leon *conſ.* 27. Alciat. *reſpo.* 76. Roland. à Valle *conſ. 82. lib.* 5. Gozad. Mazzol. *conſ.* 5. Alban. Cardin. *conſ. 23. num.* 3. Surd. *conſ. 564. num. 12. verſ. & per rationē, li.* 4. vbi dicit maximè procedere concurrentibus alijs coniecturis contra neptem. Menoch. *conſilio 939. numer.* 7.

45 Hæc tamen ſecunda opinio procederet, quando teſtator habens filiam eam excluſit, & inſtituit fratrem, vel alium, & illi ſubſtituit filiam ſi ſine liberis decederet, nam decedente eo inſtituto cum femina, filia teſtatoris non erit excluſa à ſubſtitutione, ne videatur propriæ teſtatoris filiæ prelata filia inſtituti, ita & bene ſcripſerunt Alexand. *conſ. 17. lib.* 7. Alciat. *conſ. 212. lib.* 9. Peregr. *de fideicom. art. 25. num.* 29. [Hæcque comprobantur ex his, quæ ſcripſi *quæſt. 311. limit. 7. per totam, maximè num. 65. & quæſt. 404. nu. 8. ad medium*, dum ibi citaui Peregr. *de fideicomm. art. 26. n. 15. & ſeqq. & latius quæſtione 404. nu.* 11.]

46 Declaratur quartò non procedere, quando teſtator excluſæ filiæ iam prouidiſſet, quia eam nupſiſſet, & dotaſſet, vel quia dotem in teſtamento reliquiſſet, & tunc neptes non erunt excluſæ, ratio eſt, quia teſtator filiabus de dotibus prouidit, neptibus vero non, ideo non debent cenſeri a ſucceſſione excluſæ, Peregrin.

grin. *de fideicomm.art.*25.*nu.*24.*& art.*30.*n.*3. Farinac. *deciſ.*485.*nu.* 5.*verſ. aderat.* aliàs eſt ſecundum nouam impreſſionem, *in deciſ. Rotæ Romanæ, in nouiſſ. part.*4. *ſub dicto nu.* 485.

Sed hæc declaratio ſi limitatio tenenda eſſet, non rectè probatur, nam omnes Doctores pro limitatione citati ſupra ſupponunt prouiſum eſſe filiabus de dote.

47 Declaratur quintò non habere locum hanc limitationem, quando ſubſtitutus eſſet talis, qui non excluderet filiam ab inteſtato, nec à ſucceſſione eius patris, nec teſtatoris, qua tunc filia faceret deficere conditionem fideicommiſſi. Honded.*conſ.*57.*num.*44.72.*& ſeq.libro* 1. vbi alios adducit, idem poſt alios affirmat Peregr.*conſ.*57.*num.*16.*lib.*4. vbi ſcribis eſſe communem opinionem, Farinac.*aliàs Rota Romana in nouiſſ. deciſ.* 485.*numer.*5.*verſ.non obſtat.part.*4.Theſaur.*deciſ.* 188. *n.*14. *verſ.limitatur verò* Alexand.*conſil.*38.*lib.*6.Ruin. *conſ.*93.*num.*6.*conſil.*140.*ante num.*6.*conſil.* 142.*num.* 2. *conſil.*143.*nu.*8.*conſ.*144.*num.*14.*conſ.*152.*n.*3.*li.*2.*conſ.* 124.*num.*5.*& conſ.*138.*nu.*8.*& ſeq. lib.*3. Zanch. *in d.§. cum ita, num.*71.773.*&* 1159.& cum his ego tranſeo, & pendet ex his quę dixi latè ſupra in limitatione quarta, & ratio eſt, quia præſumitur teſtatorem conformaſſe voluntatem ſuam cum iuris diſpoſitione, Bart. & alij communiter *in l.heredes mei,§. cum, ita, ff. ad Trebell.*& alibi ſæpè, vnde cum neptis ab inteſtato excluderet ſubſtitutum, cenſetur teſtatorem voluiſſe per eius exiſtentiam conditionem defeciſſe.

48 Immo ſunt qui exiſtimant ſufficere quod neptis excludat ſubſtitutum à ſucceſſione patris grauati, quam eſſe communem dixit Honded. *d.conſil.* 57. *lib.*1. ſed pendet à dictis ſupra *d.limitatione quarta,num....*

49 Sed alij ſenſerunt non requiri, nec attendi, an ſubſtitutus excludat neptem ab inteſtato, quia teſtator hoc non conſiderauit, ſed tantum conſiderauit exiſtentiam ſubſtituti, ita Socin. iun. Caſtr. Ruin. Corn. Curt.iun.Gozad.Gerard.Mazzo.& Veg.quos refert, & ſequitur Ruſtic.*in l.cum auus, lib.*3.*c.*10.*n.* 118.*& ſeq. ff.de condit. & demonſtr.*

50 Declaratur ſextò, vt illa communis prima opinio procedat in conditione, ſi ſine filijs, aliud eſſet in conditione, ſi ſine liberis, quia tunc neptis faceret deficere conditionem, ſecundum Grat.*conſil.*64.*numer.*32.*libro* 2. cum alijs relatis à Ruſtic. *d. cum auus, libro.*6.*cap.*8. *num.* 13.

51 Sed verè iſta opinio Grati non eſt tenenda, cum rationes conſideratæ in conditione, ſi ſine filijs, militent & in conditione, ſi ſine liberis, vnde meritò nullam eſſe conſtituendam differentiam communiter volunt Doctores, quorum multi loquuntur in conditione, ſi ſine liberis, & concludunt contra neptem, ſic Raph. Fulgoſ. Caſtr. Gozad. Socin. ſen. Curt. iun. Curt.ſen. Ruin.Iaſ. Socin.iun Crot. Bologner. Gerard. Mazzo. Gomez.& Ceph.quos refert,& ſequitur Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 3.*cap.* 10.*n.*115.*ff. de. condit. & demonſtr.* & ſi percurrantur alia conſilia facilè erit alios in his terminis loquentes addere, & plures etiam alios adducit idem Ruſtic.*in.d.l.cum auus, lib.*6.*c.*8. *num.*14.

52 Declaratur ſeptimò, vt prima opinio procedat ſolum in agnatis deſcendentibus teſtatoris, ſecus eſſet in agnatis tranſuerſalibus, quia tunc neptis eos excluderet, Iaſ. *conſ.*14. .*col.*8.*verſ.ſed.in caſu noſtro. lib.*2.Curt. ſen.*conſ.*63.*col.*14.*in fine verſ.* Quid plura. Gozad. *conſ.* 89.*nu.*4.Decian.*conſil.* 79.*num.*7. Pariſ. *conſ.*35. *nu.*16. *libro.*17.Ruin.*conſil.*140.*nu.*6.*lib.*2.*conſil.*149.*n.*4.*lib.*2. Ceph.*conſil.*484.*num.*54.*lib.*4. Torniel.*in l.heredes mei, §.cum ita,in fine.ff.ad Trebell.*Ruſtic.idem ſentit *d.libro* 3.*cap.*20.*num.*140.*& ſeq.*niſi alia coniectura concurrat, præcipuè agnationis, vel ſtatuti excludentis fœminas, propter maſculos, Boer.*deciſ.*147.*nu.*17. *verſ. ſecus autem part.* 1. & agnatum deſcendentem teſtatoris non excludi à fœmina voluit Rot.apud Mantica *deciſ.* 351.

Contrariam tamen opinionem ſenſerunt alij volentes neptem non excludere ſubſtitutum agnatum tranſuerſalem, & plures pro prima opinione relati loquuntur etiam de agnatis tranſuerſalibus, prout etiam limitatio concepta fuit, prout percurrendo Doctores ibi citatos videri poteſt, & præcipuè ita ſcribunt Socin. ſen. *d.l.cum auus, col.*59.*verſ. quartus caſus,* Dec. *conſil.* 370.*ante num.*3.*conſ.*514.*nu.*3. vbi de communi opinione teſtatur, *conſil.*168.*ante num.*3. Iaſ.*conſil.*141.*libro.* 2. Corn.*conſ.*273.*num.*5.*lib* 4.Cepol.*conſ.* 49.*n.*5.6. Curt. iun.*conſil.*11.*n.*7. Rub.Alex.*conſ.*63.*nu.*2.3. Ruin.*conſ.* 120.*n.*5.*lib.*1.*conſil.*93.*n.*6.*conſ.*95.*nu.*8.*conſ.*110. *n.* 12. *conſ.*117.*nu.*11.*conſ.*130.*n.*12.*lib.*2.*& conſ.*148.*n.*5. *li.*3. Socin iun *conſil.*181.*n.*41.*conſ.*168.*n.*85.*vſque ad finem, lib.*2.Marz.*in Epit. de fideicom.par.*2. *quæſt.*21. Alexand. Trent.*de ſubſtit.par.*4.*cap.*7. *verſ.hac concluſio.* 53

Ego in hoc non facerem differentiam inter agnatos, & deſcendentis, quando agnati ſunt ſubſtituti fauore agnationis conſeruandæ, aliàs pro nepte iudicandum eſſe exiſtimo, ſicuti etiam ſupra idem tenui in deſcendentibus, & niſi extaret alias coniectura excluſionis neptis.

Declaratur ſeptimò dicta prima opinio contra nepotem, quando ſubſtitutus fuiſſet extraneus, non agnatus, nec deſcendens teſtatoris, nam tunc ille eſſet excluſus per neptes exiſtentiam, Bald.*in l. cum acutiſſimi,num.*10.*C.de fideicom.*Socin.ſen.*in d.l.cum auus,n.* 86. *de condit.& demonſtr.* Zanch.*in l.heredes mei, §.cum ita, nu.*77.*& nu.* 86.*ff.ad Trebellian.* 54

Et conſulendo Caſtr. *conſ.*409.*libro.*2. Bologn.*inter conſil. Alexand.conſ.*13.*lib.*4.cui alij ſubſcripſerunt, Socin.iun.*conſil.*127.*in fine, lib.*2. Curt.iun.*conſ.*11.*col.pen. conſ.*35.*n.*6.*conſ.*43.*nu.*33.*conſ.*49.*n.*7.*& conſ.*64.*nu.* 15. Crott.*conſ.*17.*nu.*20.*& nu.*31.Dec.*conſ.*370.*& conſ* 168. Ruin.*conſil.*120.*n.*5.*lib.*1.*& conſ.*142.*num.*2.*lib.*2. Pariſ. *conſ.*89.*nu.*39.*lib.* 2. Soc.iun.*conſ.*13.*nu.*13. *& conſ.* 158. *num.* 47.*lib.*2.Rip.*de ſubſtit.reſp.*4.*num.*5.Hieron.Gabr. *conſil.*97.*n.*9.*& n.*15.*li.*1.Alb.*conſ.*21.*numer.* 11.Burſat. *conſ.*4.*n.*10.*& conſ.*86.*nu.*7.*lib.*1.Ceph.*conſ.*306.*nu.*95. vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch.*conſilio* 95.*nu.*98. vbi teſtatur de communi opinione, & ſenſit *conſil.*472.*& conſ.*496.*n.*47.*verſ.nono,& n.*50. Pedroc. *conſil.*5.*n.*87. Honded.*conſ.*57.*n.*50.*& ſeq. lib.*1. Chriſtoph. Torniol.*conſ.*11.Peregr.*conſil.*70.*num.*21.*li.*3.*& con.*10.*n.*16 *lib.*2. Bardel.*conſil.*81. *in fine.*

Et in tractatibus Ludou. Molin.*lib.*1.*de Hiſpan. primogen.cap.* 5. *num.*25. Odd.*de compen.ſubſtit. part.* 6.*art.* 4.*num.*8. *verſ. & ideo.*vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem veriorem, & canonizatam, à qua conſulendo, & iudicando non eſſet recedendum. Craſſ. *in §.fideicommiſſum, quæſt.* 35.*numer.*5. vbi ait hanc eſſe communem opinionem. Anton.Gabr.*de ſubſtit.concl.*2.*n.*17.Mantica.*de coniect. vltim. volunt.lib.*11.*tit.*14. *nu.*8.Alex.Trent.*de ſubſtit.part.*4.*c.*7.*n.*12.*verſ.ſecundus, & verſ. hac. concl. indubitanter,* vbi etiam dicit eſſe magis communem opinionem. Menoch.*lib.*4.*præſum. pr.*25.*numer.*12.*& nu.*15. Peregr. *de fideicomm.art.* 25. *n.*20.vbi ſcribit eſſe communem opinionem. Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*quæſt.*58.*n.*25.Gallus *de except. ſucceſſ.tit.* 4.*except.*27.*n.*99.*par.*2. vbi de communi opinione teſtatur Ruſtic. *d l.cum auus, lib.* 3.*c.*10.*nu.*173.*ff. de condit. & demonſtr.*

Et in deciſionibus Theſaur.*deciſ. Pedemont.*188.*nu.*4. vbi

vbi teſtatur eſſe communem opinionem, & Magon. deciſ. Luc. 5. num. 24.

55 Alij tamen contrariam malè tenuerunt, Corn. conſil. 275. col. fin. lib. 4. Crott. conſil. 13. num. 16. & idem tenuiſſe Collegium Florentinum. & Aduocatos Romanę Curiæ dicit Caſtr. conſil. 58. lib. 1. & conſil. 409. lib. 2.

56 Sed vt dixi non eſt recedendum ab opinione fauente nepti, nam hic ceſſat ratio, quod ſi pater excluſit filiam fortius voluerit excludere neptem, dict. l. ſi viua matre, C. de bon. matern. nam vt dicit Socin. ſen. in dict. l. cum auus, qua ratione teſtator prædilexit filium in portione illi relicta, pariter, & eius poſteritatem cenſetur prædilexiſſe, d. l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. & pater plus diligit neptem, quam filiam, nam neptem diligit propter filium, l. dedit dotem, ff. de collat. bonor. & ita præſumendum eſt ne extraneus ſoboli teſtatoris præferatur, contra dict. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ. concord. Ceſſat etiam aliud principale fundamentum, quod teſtator voluerit agnationem conſeruare, cum agatur de extraneo ſubſtituto, vt ipſemet Soc. dicto loco explicauit.

57 Quæ fortius procederet, quando foemina fuiſſet teſtatrix, quæ ſubſtituit extraneum, nam hic ceſſat ratio, quod odio habuerit ſexum foeminarum ſuum proprium, & etiam quod voluerit agnationem conſeruare, ideo neptis excludet ſubſtitutum, quia veriſimile eſt, quod in portione filio delata voluerit omnem eius poſteritatem prædiligere, iuxta dict. l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. & in ſpecie ita ſcribunt Corn. conſil. 83. & conſil. 111. libr. 1. Decian. conſil. 468. Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 18. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. q. 58. n. 28. Theſaur. deciſ. Pedemont. 188. nu. 12. cum alijs in fortioribus allegatis ſupra n. ... declaratione ſecunda.

58 Ampliatur iſta declaratio, vt procedat etiam ſubſtituta pia cauſa, vt dicam infra limit. 7. nu. 103. vbi retuli diſſentientes.

59 Subdeclaratur primò, quando ſubſtituto extraneo eſſet appoſita conditio, vt deferret nomen, & inſignia familiæ, quia etiam tunc ſubſtitutio eſſet facta pro conſeruatione nominis agnationis, foemina non excluderet ſubſtitutum, ſecundum Rip. in l. Centurio, num. 160. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. Calcan. conſ. 48. num. 11. & ſeq. Melchior. Palaez. tract. de maior. par. 2. q. 2. nu. 23. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quaſt. 58. nu. 29. Theſaur. deciſ. Pedemont. 180. nu. 11.

60 Declaratur ſeptimò non procedere, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine quibuſcunque filijs, quia ſtante nepte ſubſtitutus erit excluſus, Dec. conſil. 699. colum. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 25. num. 36. Ruſtic. dict. l. cum auus, lib. 3. cap. 10. n. 143. de condit. & demonſt. & conferunt dicta infr. nu....

61 Limitatur quartò principalis concluſio, vt foemina non faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, quando extaret ſtatutum excluſiuum foeminarum, ita ſcribunt Alex. in l. hæredes mei, §. cum ita, numer. 10. ff. ad Trebell. & ibi Ripa nu. 80. Zanch. nu. 1174. 1178. & ſeq. & ante eos Bart. ibi, n. 4. Alexand. in l. Gallus, §. 1. nu. 12. ff. de liber. & poſthum. Barbat. in l. cum acutiſſimi, col. penult. C. de fideic. Iaſ. in l. qui filiabus, num. 13. ff. de legat. 1. Barbat. in rubr. C. qui admit. col. 96. Iaſ. in l. ſi is quod, col. 3. limit. ff. de iuriſd. cum ind. & in l. tres fratres, col. 1. limit. 6. ff. de pact. Alciat. in l. quiſquis, nu. 1. ff. de verb. ſignif. Pinell. in l. ſi viua matre, nu. 25. C. de bon. matern. Barbat. in c. Rainaldus, col. 45. extr. de teſtam. Nat. in cap. quamuis, colu. 34. de pact. in 6. Felin. in cap. ius generale, colum. 3. diſt. 1.

Et conſulendo, Alex. conſ. 15. lib. 4. & conſ. 38. n. 6. lib. 6. Corn. conſ. 22. n. 13. conſil. 120. conſ. 124. lib. 2. & conſ. 1. numer. 28. libro 4. Iaſ. conſil. 140. colum. 7. verſ. nono facit. libr. 2. Soc. ſen. conſil. 59. conſil. 51. nu. 25. & n. 38. conſ. 55. & conſ. 73. num. 14. lib. 4. Curt. ſen. conſil. 45. nu. 43. Dec. conſil. 545. num. 4. Ruin. conſil. 120. num. 5. lib. 1. conſil. 93. nu. 16. conſil. 100. num. 8. conſ. 143. num. 7. conſil. 142. nu. 12. conſil. 146. nu. 5. conſil. 152. nu. 31. conſil. 141. n. 4. lib. 2. conſil. 138. col. penult. & vlt. lib. 3. Grat. conſil. 64. numer 6. libro 2. Gozad. conſil. 89. verſic. ſexta concluſio, & inter conſ. Grat. conſil. 56. num. 1. lib. 2. Crott. conſil. 1. num. 50. & inter conſil. Grat. conſil. 54. num. 31. lib. 2. Bero. conſ. 112. n. 12. lib. 2. Rip. de ſubſtit. reſp. 4. Pariſ. conſil. 48. libro 2. vbi loquitur etiam in terminis, quando ſubſtitutus erat talis qui non poterat habere filios maſculos. Soc. ſen. conſil. 158. num. 50. verſ. demum non obſtat, lib. 1. Rimin. conſil. 36. 37. 38. conſil. 223. num. 64. conſil. 767. num. 32. in fine, Alciat. conſil. 2. colum. vlt. & conſ. 76. nu. 26. & ſeqq. libro 9. Marzar. conſ. 1. per totum, vbi teſtatur ita iudicatum, Alba. conſil. 19. nu. 10. Laurent. de Pen. conſ. 8. nu. 5. Franc. à Pont. conſil. 47. num. 31. Pancit. conſil. 91. nu. 10. Hieron. Gabr. conſil. 97. num. 21. & ſeq. lib. 1. Ceph. conſil. 45. num. 9. conſil. 46. nu. 50. conſil. 306. numero 57. & conſil. 664. num. 68. Decian. conſil. 14. num. 21. lib. 2. conſil. 74. num. 28. libro 3. conſil. 7. num. 50. lib. 5. vbi num. 80. dicit maximè verum quando teſtator excluſit proprias filias, & habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, & in alia parte teſtamenti fecit mentionem de maſculis, Menoch. conſil. 95. num. 60. & num. 91. conſil. 150. num. 39. conſil. 565. num. 12. conſil. 1203. num. 11. & ſeqq. vbi de magis recepta ſententia teſtatur Odd. conſil. 6. nu. 5. & ſeqq. & num. 25. & ſeqq. vbi dicit non eſſe qui non fateatur hanc opinionem eſſe veram, Honded. conſil. 65. nu. 40. & ſeqq. libr. 1. Chriſtoph. Torniol. conſil. 11. n. 13. verſ. & hæc opinio, Peregr. conſil. 50. lib. 5. conſ. 36. num. 11. & ſeqq. lib. 5. conſil. 43. lib. 4.

Et in tractatibus Marſil. Sign. 317. Brun. ſupra ſtat. quod ſtant. maſc. artic. 6. membr. 3. quaſt. 5. numer. 89. & artic. 12. quaſt. 234. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. Anton. Gabr. de verb. ſignif. concl. 6. num. 84. & de ſubſtitut. concluſ. 2. numer. 13. Odd. tract. de compend. par. 7. artic. 4. numer. 7. vbi teſtatur de communi opinione, Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 15. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 315. num. 38. Alexan. Trent. de ſubſtitut. parte 4. cap. 7. numer. 12. verſic. quartus caſus, vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem Menochius libr. 4. præſumption. 85. numer. 11. & numer. 24. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 22. num. 23. & artic. 25. numer. 38. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quaſt. 58. numero 19. Ruſtic. in l. cum auus, libro 3. cap. 1[illegible]. numer. 120. & ſeqq. & cap. 15. Viu. comm. opin. concluſ. 847. numero 7. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. numer. 87. & ſeq. part. 2.

Et in deciſionibus Theſaur. deciſio. Pedemont. 188. numero 14. Magon. deciſ. Luc. 5. numer. 24. Rota Romana in nouiſſ. deciſ. 790. part. 1. Farinac. alias Rota Romana deciſ. 485. num. 5. verſic. ad quartam, & deciſ. 507. num. 5. Put. deciſ. 127. lib. 3.

Ratio huius limitationis eſt, quia præſumitur teſta- 62
torem velle concordare cum diſpoſitione ſtatuti, l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. & ibi Bartol. num. 4. & alij communiter ſequuntur Menoch. conſil. 524. num. 4. Farinac. deciſ. 508. numer. 4. & ibi alij ſæpiſſimè, cum autem neptis excludatur à ſtatuto, non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe neptem ſuccedere excluſo altero filio ſubſtituto, ſucceſſio enim legalis eſt ex mente defuncti, l. conficiuntur, §. ſi quis cum nullum, ff. de iur. codicill. Dec. conſil. 100. nu. 50. libr. 3. Curt. iun. conſil. 57. n. 18. Peregr. conſil. 44. num. 13. lib. 1. qui etiam ſubdit teſtatorem præſumi velle, quod ius diſponit, & allegat Bald. in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. & Bart. in l. vxorem, §. teſtamento, ff. de legat. 3. idem Peregr. conſ. 41. num. 11. lib. 3.

63 Reſpondet tamen tenentes aliam opinionem, quòd teſtator cenſetur ſe conformare cum ſtatuto, procedere in verbis diſpoſitiuis, non autem in conditionalibus, in quibus merum factum attenditur, ita reſpondent Ruin. conſil. 152. nu. 7. lib. 2. Dec. conſ. 12. num. 31. verſ. verum ego, & nu. ſeqq. lib. 1. Cephal. conſ. 527. numer. 43. & ſeq. lib. 4. Honded d. conſ. 57. nu. 71. libr. 1. Ruſtic. d. l. cum auus. lib. 3. c. 15. num. 3. & nu. ſeqq. dat duas alias reſponſiones, quæ apud eum videri poſſunt.

64 Contrariam autem opinionem, quod non obſtante ſtatuto ſubſtitutus excludatur, probarunt alij Socin. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, col. penult. & final. ff. ad Trebellian. & ibi Torniel. num. 154. Alciat. in l. inter ſtuprum, ad finem, ff. de verbor. ſignif. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos num. 108. C. de reuocan. donat. Corn. 91. dubio primo lib. 1. conſil. 202. lib. 3. & conſil. 1. dub. 7. lib. 4. Socin. ſen. conſil. 182. libro 2. Dec. conſil. 371. Ruin. conſil. 103. colum. 4. conſil. 152. nu. 4. lib. 2. & conſil. 126. n. 11. lib. 3. Soc. iun. conſil. 103. colum. 8. lib. 1. & conſ. 168. nu. 50. lib. 2. Rimin. ſen. conſ. 224. nu. 49. Ceph. conſil. 484. num. 30. & conſil. 527. nu. 41. & ſeqq. vbi hoc tenet in conditione, ſi ſine liberis, Dec. conſ. 12. nu. 31. lib. 1. & conſ. 1. nu. 112. libro 2. Menoch. conſ. 95. n. 67. & ſeqq. hanc tenet in expreſſa conditione, ſecus in tacita, latè Hond. conſil. 57. libr. 1. conſil. 48. nu. 46. libr. 2. Bardell. conſil. 81. num. 29. & ſeqq.

65 Ego quidem non auderem recedere à prima opinione, nec quamquam conſulerem ab ea deuiare in iudicando, cum infraſcriptis tamen declarationibus.

Et primò, quod ſi eſſemus in caſibus quod filij poſiti in conditione eſſent vocati, vel etiam filij, & deſcendentes eſſent diſpoſitiuè vocati, quod ita demum excludantur fœminæ extantibus maſculis, alias eis non extantibus, vel extantibus & non ſucceſſibilibus admittantur, intelliguntur enim fœminæ ſucceſſiuè poſt maſculos vocatæ. Bald. in l. maximum vitium. colum. 4. C. de liber. præter. & in l. in ſubſtitutione, ff. de vulgar. Socin. ſen. in l. Gallus §. 1. num. 4. ff. de liber. & poſthum. Dec. in l. precibus, numero 12. C. de impub. & al. ſubſtitut. Fulgoſ. conſ. 10. colum. 10. Caſtr. conſil. 279. col. 1. lib. 1. in nouis, Corn. conſ. 145. lib. 1. conſ. 38. & conſ. 134. lib. 2. Socin. ſen. conſil. 85. in fin. conſil. 113. col. 2. lib. 1. conſil. 227. col. 8. lib. 2. & conſil. 35. num. 13. libro 4. vbi de communi opinione teſtatur Dec. conſil. 68. in fin. Gozad. conſ. 77. n. 7. Ruin. conſ. 117. nu. 16. conſ. 120. num. 4. conſil. 151. nu. 14. conſ. 153. num. 9. & conſ. 154. lib. 2. Socin. iun. conſil. 63. n. 7. libro 4. Anton. Gabr. conſ. 132. q. 5. lib. 2. Cephal. conſil. 134. nu. 52. vbi teſtatur de communi opinione, & conſil. 252. nu. 23. Decian. conſil. 7. nu. 39. & 40. lib. 1. & conſil. 74. nu. 28. lib. 3. Menoch. conſil. 496. numer. 49. verſic. non obſtat quintum, Peregr. conſ. 44. nu. 20. lib. 1. Anchar. Regien. libro 2. q. 65. nu. 10. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 12. & lib. 8. tit. 12. nu. 7. & nu. 10. Menoch. ſenſit lib. 4. præſumpt. 88. nu. 4. vbi loquitur de familia vocata, Præt. de interpr. vltim. volun. fol. 329. n. 63. Peregr. de fideicom. art. 25. num. 31. & art. 22. numer. 23. & art. 27. numero 21. & ſeqq. & artic. 19. numero 26. & 27. vbi tamen dicit hanc opinionem eſſe veram vocatis deſcendentibus, vel alijs nomine collectiuo; ſecus ſi vocentur filij, quo caſu ſi per exiſtentiam maſculorum fœminæ fuerunt ſemel excluſæ, ſemper remanent excluſæ, ſecus ſi villi nunquam fuerunt maſculi, quia tunc illæ admittentur, Surd. deciſion. 44. numero 9.

66 Ratio eſt, quia excluſio proueniens ex coniecturata mente teſtatoris ſtante ſtatuto non debet extendi vltra excluſionem, de qua in ſtatuto, quoniam voluntas, quę deducitur ex actu, non extenditur vltra id quod de neceſſitate infertur ex actu ipſo, Bartol. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu. Surd. conſil. 52. numer. 73. & in ſpecie iſta vtitur hac ratione, d. deciſion. 84. nu. 9. in fine.

Secundò declaratur vt procedat, dummodò ille ſubſtitutus ab inteſtato excluderet fœminam illam à ſucceſſione grauati, aliàs ſecus, ità ſentiunt ferè omnes allegati pro hac limitatione quarta, & expreſſiùs, ita ſe habent, Alciat. in l. ſi quiſquis, ff. de verb. ſignif. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 185. in fin. ff. ad Trebell. vbi dicit pendere a quæſtione illa, an in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, vel grauantis, & ibi hanc opinionem tenet etiam Torniel. col. 2. & fin. Ioan. Andr. in cap. Raynutius, extr. de teſtam. & ibi Anton. de Butr. Cardin. & Did. in principio.

Et conſulendo Io. de Anan. conſil. 22. Alex. conſil. 38. nu. 7. lib. 6. & conſ. 187. libr. 2. & inter conſil. Alex. Io. Bologn. conſ. 53. lib. 4. Corn. conſil. 1. num. 28. & ſeqq. lib. 4. Iaſ. conſil. 142. colum. 9. verſic. præterea. libro 2. Socin. ſen. conſ. 60. vbi dicit contrarium tenentes paragolizare, conſil. 75. num. 13. libro 3. conſ. 55. in fine, libro 4. conſil. 227. nu. 10. lib. 2. vbi dicit pro hac opinio conſuluiſſe omnes Peruſinos, Bononienſes & Collegium Auenionenſe, quod collegium ita iudicaſſe, ſcribit Caccialup. in l. generaliter, §. cum autem, quæſt. 17. C. de inſtit. & ſubſtit. Curt. ſen. conſ. 44. ſtatuto, n. 29. verſic. reſpondemus, Curt. iun. conſil. 49. nu. 10. conſil. 163. per totum, maximè nu. 11. 19. & ſeqq. Crott. conſil. 17. per totum, libr. 1. vbi de communi teſtatur Ruin. conſil. 93. num. 16. conſil. 142. n. 2. conſ. 143. n. 7. 8. 10. 13. conſ. 144. n. 13. conſ. 154. col. 5. lib. 2. conſil. 174. col. penult. & fin. conſil. 153. col. 3. conſil. 138. colum. penult. & vlt. & conſ. 141. nu. 8. & ſeqq. lib. 5. Pariſ. conſ. 89. col. vlt. lib. 2. Grat. conſ. 150. nu. 4. Bero. conſil. 118. lib. 2. Socin. iun. conſ. 158. nu. 50. libr. 2. Alciat. conſil. 519. num. 20. conſil. 528. nu. 5. vſque ad finem, & ſecundum aliam impreſſionem, conſil. 71. num. 79. lib. 9. Marz. conſ. 7. aliàs, 8. vbi apparet Rotam Bononienſem, ita conſulendo tenuiſſe. Rumin. ſen. conſil. 223. num. 45. & ſeq. lib. 2. Crauet. conſil. 250. Alban. Cardin. conſil. 23. nu. 2. Tob. Non. conſil. 29. nu. 25. Hieron. Gabr. conſ. 97. num. 14. 18. & ſeq. lib. 1. conſil. 8. & 100. n. 49. libr. 2. vbi reſpondet omnibus contrarijs, & teſtatur hanc opinionem veriorem communem, & in iudicando ſequendam, Cephal. conſil. 45. num. 9. 14. ſeq. & 19. conſil. 46. num. 19. & 50. Decian. conſil. 12. nu. 31. 37. 38. & 44. lib. 1. & conſil. 1. nu. 113. 114. 129. & 171. lib. 2. Berret. conſil. 33. num. 8. Vegg. conſil. 65. num. 100. & ſeq. Burſat. conſ. 500. num. 27. vſque ad nu. 34. lib. 4. conſil. 64. nu. 13. 14. 25. & ſeqq. & conſ. 86. num. 7. & ſeqq. lib. 1. Simon. de Pret. conſil. 60. num. 3. & ſeq. conſil. 90. n. 1. & conſil. 31. nu. 9. 14. & ſeq. Odd. conſil. 46. num. 74. Peregr. conſil. 44. n. 13. & per totum, maximè, nu. 22. lib. 1. vbi nu. 15. dicit maximè verum, quando vocatio eſt facta per nomen collectiuum, & in fine dicit ita fuiſſe iudicatum, & conſil. 57. n. 5. lib. 4. Honded. latiſſimè. conſ. 57. vbi nu. 44. multos allegat pro hac opinione, & teſtatur eſſe communem, & refert pluries ita fuiſſe iudicatum, & num. 72. 76. & ſeqq. vbi tollit authoritates diſſentientium lib. 2. Menoch. conſil. 524. nu. 4. verſic. tertio.

In tractatibus Brunus, ſuper ſtat. quod ſtant. maſcul. fœm. non ſuccedant, art. 5. num. 28. & num. 32. Alciat. de Præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. numer. 4. Præt. de interpret. vltim. volunt. folio 314. numero 59. Menoch. ſenſit in tacita conditione, lib. 4. præſumpt. 89. num. 106. Gall. de except. ſucceſſ. titul. 4. except. 27. num. 92. & ſeqq. parte 2. Peregr. etiam hoc ſenſit. dict. art. 25. num. 40. iunctis dictis ante num. 43. niſi aliæ adſint coniecturæ, Rota Romana in nouiſſ. deciſ. 790. part. 1. & deciſ. 485. num. 5. verſ. reſpondetur, parte 4. quæ etiam eſt impreſſa ſub eo-

dem

eodem numero in deciſ. Farinac. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 11. vbi aſſerit ita iudicatum, Surd. *deciſ.* 84. *num.* 11. & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Petri de Lodrinis.

67 Mouentur omnes ea ratione, quod in fideicommiſſis attenditur proximitas grauati, non grauantis, ita ſcribunt Cephal. *conſ.* 600. *num.* 15. *& ſeqq. & numer.* 24. teſtatur de communi opinione, Decian. *conſil.* 25. vbi dicit eſſe magis communem, & veriorem, *libr.* 3. idem affirmat. *conſil.* 26. *num.* 74. *& ſeqq.* Menoch. *conſ.* 106. *num.* 311. vbi pariter dicit eſſe magis receptam opinionem, Odd. *conſil.* 39. *n.* 29. Honded. *conſil.* 70. *num.* 2. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 44. *num.* 14. *lib.* 1. Laur. *deciſ. Auenion.* 37. *num.* 3. *&* 4. vbi dicit eſſe ſaniorem, & magis communem opinionem, Magon. *deciſion. Luc.* 83. vbi teſtatur ita per binas fuiſſe iudicatum, & eſſe crebriorem opinionem, Cæſ. Barz. *deciſion. Bonon.* 11. *numer.* 8. vbi dicit hanc opinionem tenuiſſe Rotam Romanam, & pariter ſecundum hanc in illa Bononienſi fuiſſe iudicatum, Caualcan. *deciſ.* 16. *numer.* 73. *part.* 3. Anton. à Gama *deciſ. Luſit.* 206. *numer.* 23. *& ſeqq.* vbi pulchrè, *& deciſ.* 354. *num.* 10. Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 72. *parte* 1. vbi apparet hanc veriorem, & magis communem, *& numero* 3. dicitur ita ſæpiùs ſecundum hanc opinionem iudicatum fuiſſe, alios multos congeſſi, *quæſtion.* 484. vbi agetur de hoc puncto principaliter, an in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, vel grauantis?

68 Reſpondent tamen qui contrariam ſententiam tenent, veram non eſſe opinionem, quod in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, & vt dicam ſtatim in fundamentis alterius opinionis.

69 Sed alij tenuerunt, veram non eſſe declarationem, & ſufficere, quod ſubſtitutus excludat fœminam à ſucceſſione teſtatoris, licet non excludat à ſucceſſione grauati, ita Zuccard. *in l. vltim. num.* 70. *& numer.* 85. *verſic. ego credo. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Caſtrenſ. *conſil.* 409. *caſus iſte frequenter, num.* 1. *lib.* 2. Alexand. *conſil.* 15. *numer.* 7. *libr.* 4. Corn. *conſil.* 120. *num.* 5. *libr.* 2. Socin. ſen. *conſil.* 6. *numer.* 21. *libr.* 3. *conſil.* 249. *numer.* 2. *libr.* 2. *& conſil.* 33. *numer.* 3. *& ſeq. libr.* 4. Gratian. *conſil.* 53. *libro* 2. Iaſ. *conſil.* 215. *colum.* 1. *libr.* 2. *& conſil* 159. *colum.* 1. *lib.* 4. vbi teſtatur de communi opinione, Ruin. *conſil.* 93. *col. penult. verſic. & iſto caſu, conſ.* 146. *num.* 7. *conſil.* 152. *num.* 3. *libro* 2. *& conſ.* 142. *num.* 13. *&* 15. *lib.* 3. Gozad. *conſ.* 89. *nu.* 11. Bero. *conſ.* 112. *n.* 27. *& infra lib.* 2. Rub. Alexand. *conſ.* 126. *nu.* 3. Socin. iun. *conſ.* 168. *num.* 70. *& ſeqq. lib.* 2. Hippol. Rimin. *conſ.* 47. *num.* 24. *libro* 1. Decian. *conſ.* 74. *nu.* 29. *verſic. ſed hic, & num. ſeqq.* vbi latè hanc opinionem defendit, *lib.* 3. Tob. Non. *conſ.* 36. *num.* 14. Menoch. *conſ.* 95. *nu.* 64. vbi teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, *conſ.* 496. *num.* 49 *verſ. non obſtat quintum, & conſil.* 1203. *num.* 15. Cephal. *conſil.* 316. *num.* 77. *& num.* 122. *lib.* 3. Alciat. *reg.* 3. *præſump.* 32. *n.* 4. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *numer.* 16. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 85. *n.* 11. *verſ. primam illam opinionem.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 121. *& ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.* Magon. *deciſ. Luc.* 5. *nu.* 24. Caroc. *deciſ.* 105. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 66. *num.* 12. *& ſeqq.* [Addo Peregr. *conſ.* 43. *col. penult. & vltim. libro* 4. *& conſil.* 50. *libro* 5. Gerard. Mazol. idem cenſit *conſil.* 5.]

70 Primò adducitur pro hac opinione, quod in hac materia, an maſculus excludat fœminam conſideratur affectio, & voluntas teſtatoris, qua fuerit tempore teſtamenti, & in quos maiorem habuerit affectionem, Socin. ſen. *conſil.* 6. *num.* 10. 21. *lib.* 3. Gozad. *conſil.* 89. *num.* 10. Soc. iun. *conſil.* 168. *nu.* 70. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 74. *nu* 33. *lib.* 3. Et ratio eſt, quia in fideicommiſſis ſucceditur teſtatori, *l. cohæredi*, *§. cum filia. ff. de vulg. & pupill.* & Mantica plura adducit *de coniect. vltim. volunt. libr.* 11. *tit.* 14. *num.* 16. *verſic. ſecundo etiam.* Vnde inferunt Doctores, in fideicommiſſis attendendam eſſe proximitatem teſtatoris, non grauati, Menoch. latiſſimè *conſil.* 124. *dubio primo*, vbi comprobat & teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, idem dicit *conſil.* 830. *numer.* 1. Honded. *conſ.* 65. *nu.* 52. *& conſ.* 70. *n.* 20. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 31. *nu.* 28. *& ſeq. libro* 1. vbi ſcribi eſſe communem opinionem, nec iudicando, & conſulendo ab hac recedendum eſſe, idem latiſſimè comprobat, *conſil.* 120. *eod. lib.* 1. Peregr. *conſil.* 64. *num.* 14. *lib.* 5. *conſ.* 26. *num.* 7. *lib.* 4. vbi dicit eſſe magis communem, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 31. *& tit.* 13. *nu* 7. teſtatur de magis communi opinione. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 341. *nu.* 33. *& ſeq.* Theſaur. *deciſ. Pedem.* 64. *nu.* 2. 6. vbi teſtatur in illo Senatu pro hac opinione fuiſſe iudicatum, Milan. *deciſ.* 8. *n.* 202. *lib.* 1. vbi teſtatur de magis communi, & multos alios congeſſi, *dicta quæſt.* 484. ergo an fœmina excludat ſubſtitutum vigore ſtatuti inſpicienda erit perſona teſtatoris, non grauati:

Reſpondet diſſentientes, immo proximitatem grauati attendi debere in ſucceſſionibus fideicommiſſarijs, vt ſupra dictum fuit, & ſic iſte articulus pendet à quæſtione prædicta, an attendatur proximitas grauati, vel grauantis, de cuius opinionis veritate dicam, *dicta quæſt.* 484. Et licet ſubſtitutus dicatur ſuccedere teſtatori, non grauato, *dicto §. cum filia*: tamen ſuccedit in locum ipſius grauati, & eius locum ſubintrat, vt declarat Peregr. *conſil.* 44. *numer.* 24. *libr.* 1. poſt Curt. Ruin. & Socin. iun. Vel ſecundum Cephal. *dicto conſil.* 45. *num.* 20. dici poteſt, quod licet ſubſtitutus dicatur ſuccedere teſtatori, id fit, quia etiam de re hæredis poteſt diſponere, *l. vnum ex familia*, *§. ſi rem*, *ff. de legat.* 2. *§. non ſolum inſtitut. tit. de legat.* Sed per hoc non effici, quod quoad incluſionem, vel excluſionem perſonarum non ſpectetur perſona grauati, & etiam quia agitur de bonis grauati non teſtatoris, & grauatus fecit illa bona ſuum patrimonium, *l. ſed & ſi plures*, *§. filio*, & ibi Bartol. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Gloſ. *in l.* 1. *§. veteres*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* & ibi ſequuntur Doctores, & ſcribit ad rem hanc Cephal. *dict. conſil.* 45. *numero* 18. 71

Secundò adducitur, quod teſtator cenſetur voluiſſe cum ſtatuto ſe conformare in hoc, quod ſicuti ſtatutum excluſit fœminas ſtantibus maſculis ob conſeruanda bona in agnatione, ſic, & teſtatorem ratione conſeruandæ agnationis in conditione noluerit fœminas contineri, non vigore ſtatuti, ſed quia talis fuerit illius voluntas, & ſic argumentati ſunt, Socin. iun. *conſ.* 168. *n.* 69. *verſ. nec obſtat, lib. ſecundo*, Mantica *de coniectur. vltim. voluntat. libr.* 11. *titul.* 14. *numer.* 16. & Ruſtic. *in dict. l. cum auus, libro* 3. *cap.* 1. *num.* 122. *& ſeq.* 72

Reſpondeo tamen, quod Doctores vtentes argumento, quod teſtator cenſeatur ſe conformare cum ſtatuto loquuntur reſpectu ſucceſſionis, & volunt bona deferri in fideicommiſſis ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, non autem ſe reſtringunt ad ſolam qualitatem, & rationem agnationis, Odd. *conſil.* 45. *numer.* 37. vbi de communi Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 29. *numer.* 20. *& ſeqq.* Menoch. *conſil.* 821. *num.* 27. *& lib.* 4. *præſumpt.* 94. *numero* 19. cum alijs congeſtis *quæſt.* 481. ideò non eſt veriſimile, quod teſtator voluerit excludere neptem, quæ ex forma ſtatuti ſuccederet excluſo ſubſtituto. Præterea teſtator cenſetur conſideraſſe conſeruationem agnationis eo modo, & forma prout à ſtatuto eſt conſiderata, aliàs non diceretur 73

tur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, ſed ſtatutum conſiderat conſeruationem agnationis extantibus maſculis defuncti: & non extantibus admittit foeminas: & ſic maſculi per prius, & foeminæ per poſterius, Peregrin. *d.conſil.44. num.* 20. *libr.* 1. cum multis alijs citatis in præcedenti declaratione, igitur, & teſtatorem habuiſſe eundem ſenſum præſumendum eſt.

74 Primam autem opinio maximè procederet ad excluſionem ſubſtituti ſtante ſtatuto, vt ſupra inſpecta perſona grauati, quando pater grauatus inſtituiſſet filium, quia tunc illa excluderet ſubſtitutum, ſecundum Socin. ſen. *in l. hæredes mei, §. cum ita, col. vlt. ff. ad Trebell.* & ibi latiſſimè diſputat Zanch. *num.* 1186. *& ſeqq.* idem Soc. ſen. *in l. cum auus. nu.* 96. *verſ. ſed iterum ff. de condit. & demonſtr. & in conſil.* 182. *col.* 2. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 203. *n.* 11. *lib.* 3. *& conſ.* 1. *nu.* 28 *lib* 4. Ruin. *conſ.* 126. *col.* 3. *in principio. & col.* 5. *in fine, conſil.* 145. *columna antepen. & conſil.* 152. *nu.* 2. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 306. *in fine*, Dec. *conſil.* 1. *nu.* 127. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 57. *num.* 73. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 29. *in fine. libro* 4. Menoch. *conſil.* 755. *num.* 13. Ruin. *ſup ſtat quod ſtante maſcul. art.* 5. *num.* 36. Ferrant. Georg. *parro. lib.* 2. Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 314. *num.* 42. *&* 45. *& ſeq.* dicit eſſe communem opinionem, Menoch. qui requirit in certa conditione, *libr.* 4. *præſumpt.* 83. *nu.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *num.* 41. Gall. *tract. de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *num* 91. *par.* 2. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 16.

75 Etiam quod filia eſſet inſtituta in re certa. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 1195. *ff. ad Trebell.* Menoc. *conſil.* 755. *num.* 3. Marti. Frum. *dict. art.* 20. *quæſt.* 12. *col.* 4. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 314. *nu.* 42. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 3. *c.* 16. *num.* 19.

76 Etiam quod eſſet inſtituta in minus ſolemni teſtamento, vel in teſtamento nullo ob defectum perſonæ teſtantis, Iaſ. *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num.* 14. *C. de teſtam.* vbi alios allegat Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num.* 124. *C. de reuocand. donat.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer.* 1196. *ff. ad Trebellian.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 314. *numer.* 42. Ruſtic. *in dict. l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 16. *in fine.*

77 Sed tenendo ſecundam opinionem, quod attendatur an filia ſit excluſa à ſucceſſione grauantis ex ſtatuto, ſubſtitutum admitti, quamuis filia à patre ſuo eſſet inſtituta hæres, tenet & melius Fab. Acoromb. *in l. hæredes mei, §. cum ita, in fin. ff. ad Trebell.* & ibi Torniel. *num.* 154. *verſ. vltimo, ff. ad Trebell.* Menoch. *conſil.* 95. *nu.* 73. *&* 75. vbi dicit hoc maximè verum, quando teſtator fecit fideicommiſſum pro conſeruandis bonis in agnatione, *& conſil.* 1203. *nu.* 20. & in hoc caſu conſeruandorum bonorum in agnatione concedit, & Ruſtic. *dict. l. cum auus. lib* 3. *cap.* 16. *nu.* 18. *verſic. poſſet inquam.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *nu.* 9. *&* 16. Surd. *deciſ.* 66. *num.* 18. Roland. à Valle *d. conſ* 82. *num.* 41. *verſ. non obſtat etiam.*

78 Et iſta opinio mihi magis placet, ſuppoſito veriorem eſſe opinionem, quod ita demum ſubſtitutus excludatur ſi foemina eum excludat à ſucceſſione grauantis, ſecus ſi non excluderet, nam licet inſtituta eſſet hæres filia à patre, non debet nocere ſubſtituto, quandoquidem quod ſubſtitutus excludatur, vel non excludatur, pendet à voluntate teſtatori, nec poteſt pendere à teſtamento grauati, quia per fideicommiſſum ſucceditur teſtatori, & agitur de eius hæreditate, *l. cohæredi. § cum filia, ff. de vulg.* Mantica *de coniect. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 14. Honded. *conſil.* 55. *num.* 62 *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 313. *n.* 2. Menoc. *conſ.* 124. *n.* 20. *& ſeqq. & conſ.* 357. *nu.* 5. vbi dicit, & comprobat quod dicitur fideicommiſſarius immediatè ſuccedere teſtatori. Et cum teſtator mortuus ſit, voluntas, quam habuit teſtamenti tempore, non poteſt dici immutata, nec amplius aliud voluiſſe, *l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et quia voluntas teſtatoris eſt altera lex, *§. diſponat, in auth. de nupt.* ſicuti lex ſemper loquitur, *l. Arrianus, C. de hæretic.* ſic teſtator, qui ſemel voluit foeminam non contineri, ſemper videtur in eadem voluntate perſeuerare. Et qualis fuerit voluntas teſtatoris inſpicitur tempus teſtamenti, quia qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.* Surd. *dicta deciſ.* 66 *num.* 20. 21.

Ad cuius rei comprobationem videnda erunt, quæ in ſimili dixi, *quæſt.* 472. *primo caſu, declar. prima, verſic. contrarium tamen.*

79 Addo cum Surd. *d. deciſ. numer.* 17. *verſ. parum*, quod voluntas patris nihil prodeſt nepti ad ſubuertendum fideicommiſſum, & ſicuti ſubſtituto nocere non poſſet nec alienando, nec aliter diſponendo, *l. fin. C. commun. de legat.* pariter non poteſt nocere teſtando, tantò magis quia teſtando non cenſetur diſponere de re fideicommiſſo ſubiecta, vt latè dixi *quæſt* 649. *in quæſt. an fideicommiſſ. ex alterius teſtamento debita veniant in reſtitutione fideicommiſſi?* vbi dixi, & verba ſpecialia requiri nec ſufficere verba generalia.

80 Vlterius, alia eſt voluntas teſtatoris, alia hæredis, & voluntas vnius non poteſt declarari per alium, *l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* Immo hæres non poteſt declarare voluntatem teſtatoris, Gloſ. *in l. Pomponius ſcribit, §. fin. ff. de rei vendic.* Bartol. *in l. inter ſtipulantem, §.* 1. *ff. de verb. obligat.* Tiraquell. qui multos congeſſit *in l. ſi vnquam, in verbo reuertatur, numer.* 302. *C. de reuocan. donat.* alios addit Surd. *dict. deciſ.* 66. *num.* 19.

81 Confirmatur, nam ſi voluntas teſtatoris reciperet interpretationem à teſtamẽto grauati, ſtaret in pendenti, *contra l. fin. in fine, ff. comm. præd.* Immo tanquã captatoria eſſet nulla, quia penderet a voluntate grauati, quod permiſſum non eſt, *l. captatorias, l. ille aut ille, l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. l. captatorias, C. de teſtam. milit.* Alciat. *conſil* 551. *num.* 1. Menoch. latè *conſil* 699. Decian. *conſil.* 70. *num.* 23. *libro* 3. Peregr. *conſ.* 31 *lib.* 5. *& in tract. de fideicommiſ. art.* 33. *nu.* 60. Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 543. *parte* 1. Surd. *deciſ.* 68. *& deciſ.* 98. *cum alijs citatis, quæſt.* 521. Ex prædictis omnibus rationibus concludendum eſt nihil referre, quod filia ſit inſtituta a patre, ſed totum pendere debet ex teſtamento teſtatoris, & qualis fuerit illius mens tempore diſpoſitionis.

82 Porrò retenta opinione, quod requiratur foeminam eſſe excluſam à ſucceſſione grauati ex ſtatuto, illa maximè procederet, ſi teſtator propriam filiam ab vniuerſali ſucceſſione non excluſit: tunc enim eſſe indubitatam opinionem pro foemina dicit Peregr. *de fideicom. art.* 25. *nu.* 41. *in fine*, vbi allegat Hieron. Gabr. *conſil.* 97. *num.* 22. *lib.* 1.

83 Ampliatur autem illa opinio, quod foemina excludat ſubſtitutum, niſi excludatur à ſucceſſione grauati ex ſtatuto, vt procedat etiam quando in totum non eſſet admiſſa patris ſucceſſionem, ſed cum ea concurreret ſubſtitutus: quia & tunc talis foemina faceret deficere fideicommiſſi conditionem, & ſubſtitutum excluderet, Decian. *conſil.* 12. *numero* 31. *libro* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 25. *numero* 40. *in fine.*

84 Declaratur tertiò hæc limitatio, vt foemina fortius admittatur, ſi ſubſtitutum excluderet tam à ſucceſſione grauati, quàm grauantis, Anton. Gabr. *conſil.* 97. *num.* 19. *lib.* 1. Honded qui alios addit *conſil.* 57. *num.* 51.

post

poſt medium, lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 42. Gallus de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 92. & ſeqq. part. 2. & admittunt ferè omnes citati in præcedenti declaratione pro vtraque opinione.

85 Contrariam tamen ſententiam pro ſubſtituto tenent alij, dummodo teſtator habuerit rationem conſeruandi bona in agnatione, ſic Caſtr. dicto conſil. 409. Curt. ſen. conſ. 40. Dec. conſ. 370. Curt. iun. conſ. 139. numero 16. Ruin. conſilio 141. numero 9. & conſilio 146. lib. 2. Soc. iun. conſ. 158. lib. 2. Sed horum opinio non recipit fundamentum ex ſtatuto, ſed ex alia ratione, quia ſcilicet teſtator voluit conſeruari bona in agnatione, quo caſu foemina non venit appellatione filiorum, nec liberorum, vt dicam in ſeq. limitatione.

86 Declaratur quartò, vt ſi foemina in totum non excludatur à ſucceſſione grauantis, quod ſubſtitutionis conditio deficeret, etiam retenta opinione, quod requiratur, & ſufficiat foeminam excludi à ſucceſſione grauantis, de qua ſupra num. 69. verſ. ſed alij, ità Riminald. ſen. conſil. 223. numer. 65. lib. 2. Cardin. Alban. conſil. 23. num. 4. Decian. conſ. 1. num. 200. lib. 2. quos refert & ſequitur Menoch. dict. præſumpt. 85. num. 11. verſ. primam opinionem.

87 Declaratur quintò, vt tenendo etiam opinionem contra foeminam, quod tamen ſi ſtatutum aliquid illi reſeruaret, vt puta dotem, reſeruata quantitas danda eſſet ſecundum Caſtrenſ. conſ. 328. col. penult. & ſeq. libr. 1. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, poſt nu. 118. C. de reuocand. donat. Torniel. in l. hæredes mei §. cum ita, numero 154. ff. ad Trebell. & ibi Zanch. numero 177. vbi dicit contrarium iudicatum fuiſſe, & num. 1185. in fine.

88 Declaratur ſextò, quando cum dictione vniuerſali filij eſſent poſiti in conditione, quia tunc non obſtante ſtatuto foemina excluderet ſubſtitutum, Dec. conſ. 599. Bardell. conſ. 81. nu. 19. & 38. Anchar. iun. lib. 2. quæſt. 65. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 237. n. 38. Peregr. de fideicom. art. 25. num. 36.

89 Ratio eſt, quia dictiones vniuerſales operantur, vt comprehendantur ea, quæ aliàs ſub verbo ſimplici non comprehenderentur, in terminis Bald. in l. quicunque, numer. 10. C. de ſeruit. fugit. & de vi verborum vniuerſalium, Ruin. conſil. 77. num. 8. libro 2. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 174. colum. 8. Maſcard. de probat. concl. 1252. & concluſ. 1264. Gabr. de reg. iur. concl. 4. & alibi ſæpè.

90 Declaratur ſeptimò non procedere, quando teſtator eſſet extraneus, non agnatus, nam tunc non attenderetur diſpoſitio ſtatuti, ſed ſolum ius commune, & ſic ſubſtitutus excluderetur, ſecundum Anchar. in l. tres fratres, C. de pact. Alex. in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 10. ff. ad Trebell. Did. in cap. Rainaldus, ante nu. 3. extr. de teſtam. Alex. conſil. 127. lib. 1. duplicatum, conſil. 15. lib. 4. & ibi Modern. Pariſ. in addit. Curt. ſen. conſ. 63. nu. 15. Ruin. conſ. 141. n. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 78. nu. 19. lib. 1. Honded. conſil. 57. num. 50. & 51. vbi multos allegat libr. 1. Bardell. conſil. 81. num. 32.

91 Contrariam opinionem probarunt, Bald. in l. fratres, in 8. quæſt. C. de inoff. teſtam. Aret. in l. ventre, col. 4. ff. de acquir. hæred. Soc. ſen. in l. Gallus, § quid ſi tantùm, nu. 4. ff. de liber. & poſthum. Caſtrenſ. conſil. 164. colu. 2. libro 2. Ruin. conſil. 141. nu. 5. lib. 2. & conſil. 158. nu. 9. lib. 3. Curt. iun. conſil. 125. nu. 5. Dec. conſ. 24. nu. 21. lib. 2. Pancir. conſ. 91. nu. 7. 8. Peregr. conſ. 44. num. 26. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 25. nu. 49. Ludou. Molin. lib. 3. de Hiſpan. Primog. cap. 4. nu. 12.

92 Pro hac opinione facit ratio illa, quia in regulanda ſucceſſione in fideicommiſſis attenditur proximitas reſpectu perſonæ grauatæ, ita ex communi hac ratione vtitur in terminis iſtis, Peregr. d. art. 25. nu. 49. & eſt veriſſima opinio, præcipuè retenta alia opinione, de qua ſupra in declaratione ſecunda, quod attendi debeat ſtatutum, an foemina ſit excluſa a ſucceſſione grauati non grauantis.

Concordari tamen poſſunt prædictæ opiniones, in 93
caſu quando filij vel liberi ſunt diſpoſitiuè vocati. Aut vocantur filij, vel deſcendentes alicuius, qui non ſucceſſit in bonis, & procedat prima opinio. Aut vocantur diſpoſitiuè filij vel deſcendentes extranei, qui iam ſucceſſit in bonis, & eſt grauatus, vel etiam ſunt in conditione poſiti, & tunc procedat ſecunda opinio, & admittentur primò maſculi, & his non extantibus foeminæ, iuxta dicta ſupra declaratione prima, numer..... Peregr. dict. art. 25. nu. 49. & conſil. 44. n. 26. lib. 1. in quibus locis dicit ita declaraſſe Ruin. conſ. 141. num. 5. libr. 2. & conſil. 158. nu. 9. libr. 3. & alios etiam refert conſ. 41. num. 13. libro 5. eandem diſtinctionem ſequitur Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. excep. 27. nu. 96. & ſeq. part. 2. Et ego eandem opinionem tenui conſulendo ſuper teſtamento, & fideicommiſſo D. Ioſeph. Guadagnini de Vallecamonica, & ſuper teſtamento D. Hieronymi Guauardi ad fauorem Illuſtriſſimi D. Ioan. Baptiſtæ Martinengi, vt in conſil. 75. & etiam obtinui.

Declaratur octauò, non procedere, quando apparet 94
teſtatorem non ſeruaſſe formam ſtatuti, Ruin. conſil. 120. num. 16. verſ. non obſtat, libro 1. Viu. Com. opin. concl. 847. numero 10.

Declaratur nonò, non procedere, quando verbo, fi- 95
lijs, eſſet appoſitum verbum, hæredibus, vt ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine filijs hæredibus & ſucceſſoribus, quia tunc foemina excluderet ſubſtitutum non obſtante ſtatuto, Bardell. conſil. 81. num. 13. & ſeqq. vbi latè comprobat, & num. 37.

Limitatur quintò principalis concluſio, quando te- 96
ſtator habuit rationem conſeruandæ agnationis, quia tunc foemina non faceret deficere conditionem fideicommiſſi, ita ſentiunt omnes relati ſupra limitatione tertia, & in ſpecie ſic ſcripſerunt Barbat. inter conſil. Alexandr. conſil. 52. libr. 4. Iaſ. conſil. 140. per totum, lib. 2. Curt. ſen. conſil. 40. Decian. conſil. 37. Gozad. conſil. 89. Ruin conſil. 149. per totum, maximè numer. 12. & conſil. 146. per totum, libr. 2. Pariſ. conſil. 81. num. 35. & numer. 42. libr. 2. Hieron. Gabr. conſil. 97. numero 15. & num. 24. libr. 1. Odd. conſil. 6. numer. 22. vbi dicit vix diſcrepantem inueniri poſſe, Surd. conſil. 564. numer. 4. & ſeqq. libr. 4. Peregr. conſil. 36. numero 9. libro 3. conſil. 30. num. 5. & ſeqq. vbi etiam conſiderat quando dicatur habita ratio agnationis, conſil. 57. numero 13. libr. 4. conſil. 30. num. 6. & ſeqq. libr. 5. Menoch. conſil. 442. nu. 5. conſil. 549. numer. 10. conſil. 595. numero 14. conſil. 730. numero 11. conſilio 752. numero 19. verſ. porrò, conſil. 938. num. 11. conſil. 1152. nu. 15. vbi dicit pro hac opinione adduxiſſe 64. Doctores in conſil. 204. num. 46. verſic. decimo, & conſ. 1203. num. 29. & ſeq. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 100. & ſeqq. par. 2. Surd. deciſ. 66. Rota Romana in deciſione Ptol. 45. Theſaur. deciſ. 188. num. 15. Peregr. deciſio. 55. num. 1. Rota Romana in nouiſſ. deciſ. 801. part. 3. Farinac. deciſ. Romana 30. vbi loquitur in caſu quando teſtator voluit vltimo loco hæreditatem deuenire ad cippum domus, & quia tunc ſoli maſculi ſunt vocati, idem præſumatur teſtatorem ſenſiſſe in conditione, ſi ſine filijs, idem Farinacc. deciſione 485. numero 5. verſic. præterea, deciſione 503. numero 2. & per totam, vbi patet Rotam ita ſæpiùs iudicaſſe, & deciſione 507. idem Rota in collect. per Farinacium, deciſione 217. numero 1. parte 2. (Idem tenet Gratianus diſceptat. forenſ. capite 866.)

97 Etiam quod teſtator tacitè habuerit rationem conſeruandæ agnationis, vt quia per plures gradus ſubſtitutionum vocaſſet agnatos maſculos ſub conditione, ſi ſine filijs. quia tunc hæc conditio intelligitur de maſculis, nec fœmina admitteretur ad excluſionem ſubſtituti, etiam quod teſtator filias non habuiſſet, quas excludere potuiſſet, ita volunt ferè omnes citati *ſupra limitatione tertia*, qui mouentur præcipuè ob voluntatem teſtatoris, qui voluit agnationi conſulere: & expreſſius hoc tenent Alexand.*conſ.38.num.6.lib.6.* Socin. ſen *conſ.63.num.13.lib.3.* Crot. *conſil 48.num.47.* Curt. iun.*conſil.113.col.fin.* Ruin.*conſil.147.num.7.lib.2.* Pariſ. *conſil.72.libro 4.* Riminal.ſen.*conſil. 18. num. 36.* Alba. *conſ.19.num.11.& ſeq.* Roland.à Valle *conſil.82. nu. 33. lib.3.* Hieron. Gabr.*dict.conſ.97.num.7.13.& 24.libr.1.* Cephal.*conſ.664.num.41.verſ. tertio*, Menoch.*conſ.95. nu.51.conſ.150.n.48.& conſ.204.* vbi ſæpius hoc repetit Dec.*conſil.7.nu. 91.lib. 5.* Honded. etiam qui pro nepte fœmina reſpondit hanc admitti *d.conſil.57.lib.1.* Surd. *conſil.564 n.4 & ſeqq lib.4.* Peregr *conſ.30.nu.15. libr.3. & de fideicommiſſ. art. 25. & ſeq.* Odd. *tract.de compend. ſubſtit.par.6.art.4.n.7.* Præt *de interpr. vltim volunt.fol. 317.n.37.* Menoch.*lib.4.præſumpt.85.n.25.& ſeqq.* Gail. *de except ſucceſſ.tit.4.except.27.num.100.& ſeqq. par. 2.* Magon.*in fortioribus deciſ. Florent.52.* Pereg.*dec.55.n.1.* [Idem ſcribit Gratian.*diſcept.forenſ.cap* 866.]

98 Idem eſſet quando teſtator iuſſiſſet ſubſtitutos deferre inſignia & nomen familiæ, quia tunc, ex quo ratio agnationis eſt habita fœmina non faceret deficere cõditionem, Rip.*in l.Centurio,n. 164.ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.* Calcan.*conſil.48.n.11.* Pariſ.*conſ.18 num.42.lib. 2.* Marz *conſil.4.col 4.* Rimin.iun *conſ.21. num.27.& nu. 49.libr.1.* Ceph.*conſil.664 num. 50.* Menoch.*conſil. 204. num.25. & conſ.205. num.1.* Burſat.*conſil. 229. numer. 106.lib.3.* Decian.*conſ.41.nu.95.libr.1.* Peregr.*conſ.70.n. 19.lib.3.conſ.30.numero 7 lib.5. & in tract. de fideicomm. art.15.num.27. in fine*, Michael Palaez. *in tract. maior. quæſt.6 par.2.n.23.* Theſaur.*d.deciſ.188.* Quod tamẽ intelligendum eſt, ſi teſtator conſtituiſſet perpetuum fideicommiſſum, ſecus ſi vnum tantum ſubſtituiſſet cum hoc onere, deferendi nomen & inſignia familiæ, quia tunc non diceretur factum vt bona in agnatione conſeruarentur, Peregr.*conſ.70.n.20.& ſeq lib.3.* & faciunt dicta ab eo, *conſ.30 n 6. & ſeq.*

99 Ratio autem huius limitationis eſt, quia agnatio per maſculos conſeruatur, non autem per fœminas, in quibus finitur memoria agnationis, *l.pronunciatio ff. de verb. ſign.* Bald. *in l 1.n.5.C.quand.non pet.part.* Ruſtic. *in l.cum auus.lib.4.c.2.nu.23.ff.de condit. & demonſtr.* & alibi ſæpiſſimæ.

100 Alij tamen volunt, fœminam excludere ſubſtitutum, quamuis teſtator habuerit rationem conſeruandi bona in agnatione, & latiſſimè poſt multos alios hanc opinionem probarunt, Dec. *conſ.1.lib.2.* Præt.*de interpr. vltim.voluntat fol.312.num. 27.* & de communi opinione teſtatur Alciat.*conſil.10.nu.10.libro 9.* Curt. ſen.*conſil.44.num.28.verſic.ad quintum* Cæſ.Barz.*deciſ.Bonon. 11.numer.11.* Peregr.*conſil.30.num.20. libro 3.* vbi dicit Senatum Sabaudiæ iudicaſſe pro fœmina, Bardell. *conſ. 81.num.27.& ſeqq.* & loquitur in caſu, quando eſt inſtitutus cognatus cum conditione aſſumendi nomen, & arma domus, Rota Rom.apud Farin.*deciſ. 308. num.5. & ſeqq.*

101 Et in fœmina non nupta, vel nupta in familia, vt admittatur, licet fideicommiſſum ſit factum pro conſeruandis bonis in agnatione, quia fœmina non nupta dicitur conſeruare agnationem, & familiam patris, & idem quando in agnatione eſt nupta, ſcribit Menoch.*conſ.730.nu. 12.* de quo tamen erunt videnda quæ dixi, *quæſt. 351.* (Ampliatur hæc limitatio, & ſi teſtator ſimpliciter inſtituto ſubſtituit ſub conditione, ſi ſine filijs decedat, nec in deſcendentibus inſtituti fecit plures gradus ſubſtitutionum, vt quando dixit, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo proximiores de familia in infinitum, prout conſului in vna Romana de Guidatijs pendente in Sacro illo Auditorio, *vt in conſil.16.* in quo pro reſolutione motiui, quod requirebatur digreſſio ad plures gradus in deſcendentia grauati, vt fœmina non excluderet ſubſtitutum, allegabam in contrarium Iaſ. *in conſil. 140. & conſil. 141. libro 2.* vt habetur in illis locis in facti ſpecie, Soc. iun.*conſil.181. num.40.& ſeq. lib.2.* Ruin.*conſil. 146.libro 2.* Hieron.Gabr.*conſil. 97. num.15.iuncto princip. libro 1.* Menoch. *conſil.549.numero 10. & 12. libr.4.præſumpt.85.num 8.9.* Peregr.*artic.25.nu.25. & conſil.30. nu.6.lib.5.* Anton.Gabr.*de ſubſtit.concluſ.2.num. 11.iuncto num. 1.* Mant. Card. *de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.14.num.24.* Præt.*de interpr.vltim.vol fol. 313.nu.37.* Ruſtic. *in l.cum auus.lib.3.cap.10.num.130.ff de condit. & demonſtrat.* Theſaur.*deciſ. 188.n.5. verſ.tertio iuncto nu.15.* Roc.*deciſ.181.part.3.diuerſ.& deciſ 217.n.1.par. 2.in recentior.*)

102 Limitatur ſextò, quando ex conſuetudine illius familiæ ſoliti fuerunt maiores vocare maſculos excluſis foeminis, nam tunc appellatione filiorum, vel liberorum non venirent foeminæ, ita in ſpecie Angel. *in l. ſi ſeruus plurium, in fine, ff. de legat. 1.* Ruin. *conſ. 144. num.18.lib.2.* Pariſ.*conſ.7.nu.40.libro 3.* Socin.iun.*conſil. 168.nu.40.lib.1.* Odd.*de compend.ſubſtitut.part.6.art.4. in fine limitationis quartæ*, Mantica *de coniect. vltim.volunt.lib 8.tit.10.num. 8. in fine*, Alexand. Trent. *de ſubſtit.par.4.cap.7.nu.12. in fine verſic. qua concluſio*, Præt. *de interpret.vlt. volunt fol. 314. num. 47.* vbi tamen diſtinguit, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.3.q.58.num.30.* Ruſtic. *in d.l.cum auus,lib.3.cap.10 num.131.& ſeqq ff.de condit. & demonſtrat.* Boer.*deciſ.151.num.29.* Ratio eſt quia ex tali obſeruantia mens teſtatoris interpretatur, arg. *l. ſi ſeruus plurium, § fin.in fin. ff.de leg.1.& l.ſi domus, §.teſtamento.ff.de pecu.leg.*

. Declaranda tamen erit hæc limitatio ex dictis per Ruin.Præt.& Ruſticum.*locis ſupra citatis*.

103 Limitatur ſeptimò, principalis concluſio, quando pia cauſa fuiſſet ſubſtituta, Bald. *in l. 2. col. 2. C. de iur. emphyt.* Fulgoſ.*in l. 1. C. de condit. inſert.* & ibi Caſtrenſ. Iaſ.*in l.ſi quis id quod n.22.ff.de iuriſ.omn.iud.* Caſtr.*conſil.58.lib.1.& conſ.140.libro 2.* Alexand. *conſil.61.col.1. lib.1.* Iaſ.*conſ.140.col.penult.lib. 2.* Bertrand. *conſil. 138. column.2.libro 8.* Crott.*inter conſil. Grat.conſ. 54.num.36. & ſeq.lib.1.* Curt.iun.*conſ.35.num.6.& conſ.49. nu.7.& ſeq.* Alciat.*reſp.776.nu.1.* Menoch.*conſil.651.num.13.& lib.4.præſumpt.85. num. 19.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem. Anton.Gabr.*de verb.ſignif.concl.6.nu. 111.* *de ſubſtit.cent.3. qu.58. num.31.*

104 Contraria tamen opinio magis placet, & quam Doctores magis communiter probarunt, ſic etiam tenent Bald. *in l.cum acutiſſimi, columna 2.C. de fideicommiſſ.* & ibi Caſtren.*colum vltim.* & Corn. *colum. 1.* Alexand.*in l ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, column.1. fallent. 6. ff ad Trebellian.* Socin.ſen.*in l.cum auus, num. 86.verſic quintus caſus.ff. de condit. & demonſtrat.* Decian. *in l. fœmina, column. 16.ff. de reg. iur.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer. 1106.ff. ad Trebellian.* Pinell.*in l.3.num.26.C.de bon. Matern.* Anchar. *in cap. in præſentia,extr. de probat.* & ibi Felin.*col.1.* Did. *in cap. Rainaldus, numer. 3.extr.de teſtam.* Alexand. *conſil. 91. col.2.libr.3.* Barbat.*conſil.55.præclare,col. 6. verſic. & elegantem, libro 2. & conſil. 38. column.3. libro 3.* Socin. ſen. *conſ.191.column.penult.libro 2.* Ruin.*conſ.143.colu. penult,*

& conſ,

*& conſ.*181.*col.*1.*lib.*2.Soc.iun.*conſ.*158.*colum.*9.*& conſ.* 168.*lib.* 2. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Decian.*conſil.*1.*nu.*203.*lib.*2.Anton.Gabr.*d.concl.*2.*nu.*18. Alex. Trent. *de ſubſtit.par.*4.*cap.*7 *num.*9.*verſ.hec concluſio.* Peregr.*de fideicom.art.*25.*num.*20. Ruſtic. *d l.cum auus,lib.*3.*cap.*10.*num.*173.Theſaur.*deciſ.*188.*num.*8.& ita ego conſului ſuper fideicommiſſo facto à D. Vincentio Naſſino contra Scholam Sanctiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti in terra Caſtri Coatorum, Et conferunt quæ dixi ſupra pro confirmatione, quando ſubſtitutus eſt extraneus: & etiam quæ dixi ſupra *quaſt.*393.*an conditio ſi ſine filijs ſubintelligatur de grauato deſcendente? num.*55.

105 Limitatur octauò, vbicunque excluſo ſubſtituto ſequeretur aliquod abſurdum, & irrationabile, quia tunc fœmina non veniret appellatione filiorum, Anchar. *in cap.canonum ſtatuta,quaſt.*14.*principali, extr. de conſtitut.*Alex *conſil.*45.*colum.*1.*lib.* 7. Brun. *d. tract. quod ſtant maſcul.art.* 5.*q.* 13. Anton. Gabr.*de verb. ſign.concluſ.*6.*num.*124. Mantic.*de coniect. vlt. volunt.lib.* 11.*tit.* 14.*nu.*20.*verſic.tertia etiam*. Intrigl. *d.centur.*3. *de ſubſtitut.q.*58.*num.*34.

106 Limitatur nonò quando extat ſtatutum, quod teſtamenta intelligantur ad literam & prout iacent, nam tunc maſculinum non conciperet fœmininum. Iaſ. *in l.qui filiabus, num.*18.*ff.de legat.*1. Pariſ. *conſ.*49.*nu.* 90. *& conſ.*69.*lib.*3. Socin.iun.*conſ.*1.*nu.*102.*& conſ.* 23 *col. fin.lib.* 1. Hieron Gabr. *conſil.* 14.*num.* 23 *lib.*1.Anton. Gabr.*de verb.ſign.concl* 6.*n.*131.Menoch. *lib.*3.*præſump.* 84.*n.*22. Intrigl. *d cent.*3.*q.*58.*in fine.* Theſaur.*deciſ. Pedem.*269.*num.*6.Ruſtic.*in l. cum auus,lib.*6.*c.* 14.*nu.*61. *& 67.ff. de condit. & demonſtrat.* vbi etiam alij ſimilibus poterit comprobari, prout ea adducit ibi Ruſtic. *num.*60.*& ſeqq.*

107 Limitatur decimò, quando teſtator non habens fœminas inſtituit filios, vel agnatos, & ſubſtituit ſub conditione, ſi ſine filijs, & fœminis naſcituris prouidit de dote, quia tunc ſolum maſculi cenſentur poſiti in conditione, Peregr. *de fideicommiſſ. art.*25.*numero.*24. *ad medium, & conſ.*70.*num.*12.*lib.*3.

108 Limitatur vndecimò, quando teſtator inſtituit filios, vel agnatos, ſubſtituendo aliquos ſi inſtituti ſine filijs deceſſerint, & in defectum ſubſtitutorum vocaſſet fœminas proximiores, quia, & tunc cenſetur ſolum de maſculis ſenſiſſe, dum filios in conditione ſimpliciter poſuit, Præt. *de interpret. vlt.volunt.fol.*324 *nu.*48. Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*85.*nu.* 118. Peregr. *de fideicom. artic.*25.*nu.*24 *in fin.* & videndus etiam erit *nu.* 27.vbi declarat, Theſaur. *deciſ. Pedemont.*188.*nu.* 16.& Surd. *d.deciſ.*66.

Contrarium tamen videtur reſpondiſſe Menoch. *in conſil.*318.

109 Limitatur duodecimò, quando aliqui eſſent ſubſtituti nominibus collectiuis de agnatione, de familia, de cippo, de domo, de linea maſculina, quia tunc fœmina non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs grauatus deceſſerit, Ruin. *conſil.*146.*num.*3. *lib.*2.Crot.*conſil.*48.*num.*39.Soc.iun.*conſ.* 168. *num.* 36. *lib.*2.*& conſ.*114.*nu.*1.*lib.*1.Bero.*conſil.*16.*nu.*2.*& ſeqq. lib.* 2. Corn.*conſil.*273.*ante num.* 5.*lib.*4. Grat. *conſil.* 53. *nu.*7.*lib.*2. Alciat.*reſp.*183.*nu.*3. *lib.* 9. Cephal. *conſil.*45. *num.*15.*lib.*1.Mandell. Alben.*conſil.*19.*nu.* 11. Menoch. *conſ.*95.*nu.*55.*& conſ.*547.*nu.*12.Præt.*de interpr. vltim. volunt.fol.*313.*n.*37. Ruſtic.*in d.l.cum auus lib.*3.*cap.*10. *num.*130.& Theſaur.*dicta deciſ.* 88.*nu.*15.& quæ dicta ſunt *ſupra limit.* 5. [Hanc limitationem etiam tenent Rota *deciſ.* 130 *par.*4. *diuerſ.* Mant. *deciſ.*305.*& deciſio.* 351.Menoch.*conſ.*549.*nu.*10.Peregr.*deciſ.* 55. & plures ex relatis *nu.*96.]

In contrarium tamen faciunt allegati ſupra *limit.* 5. *verſ. alij tamen volunt*, & videnda erunt *dicta quaſt.* 352 *num.*....

Limitatur decimotertiò, quando teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum, vel aliam appoſuiſſet conditionem,quæ in vita poteſt operari, vt fideicommiſſo ſit locus, Ruin. *conſ.*68.*nu.*30. *verſ. præterea, libro* 3. refert & ſequitur Menoch. *conſ.*95.*nu.*8. 110

Contrarium tenuit, & iudicauit Rota Romana in caſu,quando prohibitio alienationis bonorum erat appoſita, *vt in dec.*508.*nu.*9.*part.*4. *in nouiſſ.* alias impreſſis ſub nomine Farinac. 111

Limitatur decimoquartò, quando diſpoſitio eſt facta de bonis, de quibus incapax eſſet fœmina, vt de feudis & iuriſdictionibus, licet etiam adeſſent bona allodialia,in quibus illa ſuccedere poſſet, Pariſ. *conſil.* 72 *nu.*7.8.33.*&* 81 *lib.*4. Menoch. *conſ.*204. *per totum, maximè num.*13.*& ſeqq.* Surd.*conſ* 563.*ante nu.* 10. *libro* 4.Mantich. *de coniect. vltim. volunt.libro* 8.*tit.* 10. *num.* 8.*in fin.* Peregr.*de fideicommiſſ art.*25.*num* 46. *& conſil.* 70.*nu.*14.*lib* 3. 112

Limitatur decimoquintò, quando teſtator conſtituit primogenituram,quia non dicitur de fœminis intellexiſſe, licet alia bona eſſent vnita, de quibus fœmina eſſet capax, Pinell. *in l. ſi viua matre, C. de bon. matern.*vbi tamen reſtringit ſe ad caſum, quando primogenitura eſſet conſtituta, vt bona conſeruentur in agnatione. Pariſ.*conſ.*72.*num.*7.8.33.*&* 81.*lib.*4.Ceph. *conſ.*158.*num.*7.*& conſil.*664.*num.* 36. Menoch. *conſil.* 204.*num.* 27.*& ſeqq.& num.*67. Tiraquell. *de iur. Primogen.quaſt.*10.*num.*16. Lodou. Molin. *de Hiſpan.maior.lib.*3.*cap.*5.*num.*38. Mantica *de coniect. vltim.volunt. lib.*8.*tit.*10.*num.*8.Peregr.*de fideicomm.art.*25.*num* 46. Ruſtic.*in d.l.cum auus,lib.*3.*cap.*10.*nu.*128.*ff.de condit. & demonſtr.* 113

Hanc tamen opinionem admittit Peregr. *conſil.*70.*n.* 16.*& ſeq.lib.*3. procedere in locis vbi ex vſu & moribus maioratus ſunt perpetui, vt in Hiſpania, ſecus in alijs locis,vt in Italia,quia attenditur, quod eſt diſpoſitum à teſtatore circa perpetuitatem: & de hoc articulo etiam videnda erunt quæ dixi *q.*385.*an fœmina poſſe ſuccedere in primogenitura?* 114

Limitatur decimoſextò, quando teſtator conſtituit differentiam inter maſculos & fœminas, ita vt ſeparatim vtriuſque ſexus ſit facta mentio, quia tunc ſubſtitutus non excludaretur,Iaſ. *in l.ſi quis id quod,num.*13. *ff.de iuriſd. om.iud.* Cepol. *in l.*2.*num.* 14.*ff. de verb. ſignif.*Bald. *conſil.* 176.*quia allegationes,colum.*1.*lib.*1.Curt. ſen.*conſil.*52.*col.*4.*in fin.* Ruin. *conſil.* 12.*col.*2.*lib.*3. Purpur. *conſil.*402.*nu.*9 *libro* 2.Pariſ *conſil.*49.*nu.*36.*libro* 2. Soc.iun.*conſil.*1.*num.*37.*lib.*1.*conſ.*168. *nu.*69.*libro* 2. *& conſil.*65.*nu.*15.*& ſeq.lib.*4.Ceph. *conſil.*664.*nu.*37.*lib.* 5. Decian. *conſil.*74.*num.*48.*lib.*3.Menoch. *conſil.* 110.*nu.* 24.*conſil.*111.*n.*3. *conſil.*204.*nu.*45.*& conſil.*472.*num.*7. Anton.Gabr.*de verbor. ſignif.concluſ.* 6. *num.* 63. *& ſeq.* alios congeſſi, quando diſpoſitiuè facta eſt mentio de filijs,*q.*311.*num.*37. 115

Limitatur decimoſeptimò, quando pater vnius fœminæ, quæ prætendit fideicommiſſi conditionem deficere per eius exiſtentiam, iam approbaſſet hanc interpretationem in perſona filię alterius, & petiſſet fideicommiſſum aſſerendo conditionem non defeciſſe per fœminæ exiſtentiam, quia nec illius filia poterit contrauenire interpretationi paternę, Odd. *conſil.* 6. *num.* 30. quod ego verum eſſe ſentio, niſi teneamus 116

neamus opinionem, quod filij poſiti in conditione ſint vocati, vel extarent coniecturæ vocationis, quia tunc pater non potuiſſet præiudicare filiæ ex perſona propria petenti fideicommiſſum, ad quod faciunt quæ dixi queſt. 500.

117 Limitatur decimooctauò, in caſu deciſo à Rota Romana in nouiſ. deciſ. 374. num. 6. par. 1. videlicet quando teſtator habens filium, & filiam inſtituit filium, & ſi ſine filijs deceſſerit ſubſtituit filios maſculos filiæ, & ſi omnes filij maſculi, tam filij quàm filiæ deceſſerint ſine filijs ſubſtituit filias fœminas tam filij, quàm filiæ, quia tunc conditio, ſi ſine filijs intelligitur de maſculis, vt in Rota fuit deciſum.

118 Idem eſſet, quando teſtator ſimpliciter filijs maſculis inſtitutis non ſubſtituiſſet filias illis decedentibus ſi ſine filijs, ſed ſubſtituiſſet filios maſculos filiarum, quia tunc cum teſtator habuerit rationem maſculinitatis, in conditione ſi ſine filijs, non venirent fœminæ. Menoch. conſ. 565. num. 14. verſ. quinta, & ſenſit Rota d. deciſ. 374. num. 6 par. 1.

119 Limitatur decimononò, quando teſtator in alia ſubſtitutione expreſsè fœminas excluſiſſet, dicendo nolle bona ad eas peruenire, nam & in ſequenti cenſetur repetita excluſio fœminarum, iuxta l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtr. & quia cum fœminæ ſint in præcedenti ſubſtitutione expreſsè excluſæ ratione cõſeruandi bona in agnatione, idem eſt dicendùm in ſecunda ſubſtitutione cum eadem ratio inſit, ita in ſpecie ſcribit Menoc. conſ. 587. num. 3. verſ. nam. vbi allegat Dec. conſ. 287. nu. 3.

120 Sublimitat autem Menoch. vbi ſupra nu. 4. quando fœminæ excluſæ non erant fœminæ natę ex grauatis ſub conditione, ſi ſine filijs, ſed erant aliæ. quia tunc eſt ſumenda interpretatio, ne filiæ grauati excludantur à ſubſtituto l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat.

121 Ego tamen non admitto hanc ſublimitationem, cum apertè deſtruatur à dictis ſupra limitatione tertia, quãdo pater inſtituit maſculos, & filias excluſit; & ibi pater filias teſtatoris excluſas eſſe diuerſas à filijs grauati, & tamen ab illis non excluditur ſubſtitutus, & hæc eſt receptior opinio, vt ibi dictum fuit.

122 Limitatur vigeſimò, vbicunque ex aliquibus alijs coniecturis apparet, mentem teſtatoris fuiſſe ne fœminæ ſubſtitutum excludant, quia tunc conditio, ſi ſine filijs, erit de ſolis maſculis intelligenda. Bart. in l. ſi. ff. de verbor. ſign. fic. Angel. in l. quicunque. C. de ſeru. fugit. & ibi Salic. Iaſ. in l. ſi quis id quod col. 4. limit. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. tres fratres. col. 2. limit. 2. ff. de pact. Dec. in l. fœmina, col. 14 ff. de reg. iur. Alex. conſ. 14. lib. 4. Calcan. conſ. 48. col. 3. 1. & conſ. 140. col. 11. li. 2. Signor. cõſ. 172. col. 3. Curt. iun. conſ. 40. col. 3. Pariſ. conſ. 57. colum. penult. lib. 2 conſ. 41. col. 2. & conſil. 49. col. 5. lib. 3. Soc. iun. conſ. 114. n. 18. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 750. n. 16. lib. 7. Ceph. conſ. 45. n. 8. Decian. conſ. 127. lib. 2. Menoch. conſ. 95. nu. 90. lib. 1. Marſil. ſing. 317. Anton. Gabr. de verbor. ſignific. concluſ. 6. nu. 86. Mantic. de coniect. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 14. n. 5. 13. & 22. Peregr. de fideicommiſ. art. 25. nu. 10. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 58. nu. 33. Guid. Pap. quæſt. 306. Theſaur. deciſ. Pedem. 188. n. 16.

123 Coniecturæ autem debent eſſe manifeſtæ, euidentes, præpotentes, & iuris, nec leues & hominis ſufficiunt. Corn. conſ. 230 n. 7. lib. 3. Pariſ. conſ. 41. nu. 37 lib. 3. Ceph. conſ. 46. nu. 19. & conſ. 484. Dec. poſt alios relatos conſil. 12. nu. 18, lib. 1. Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 14. nu. 5. Peregr. de fideicomm. artic. 25. ante numero 15.

124 Non omitto etiam, quod in dubio iudicandum erit pro fœmina, vt latè comprobat Burſat. conſil. 300, nu. 40 & ſeqq. lib. 3. quem refert, & ſequitur Honded. conſ. 57. in fi. lib. 1.

Secundus caſus eſt, quando agitur de tacita conditione ſubintellecta à l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. & tunc pariter dicendum eſt, tam maſculos quàm fœminas tacitè cenſeri poſitos in conditione: faciunt, l. ſi ita quis, ff. de teſtam. tutel. & l. ſi ita ſcriptum ff. de legat. 2. Doct. in d. l. cum auus, & in d. l. cum acutiſſimi. Soc. iun. conſil. 158. n. 36. lib. 2. Ceph. conſ. 391. n. 15. Odd. conſ. 46. nu. 65. & ſeqq. Menoch. conſ. 680. tertio dubio, nu. 29. & ſeqq. conſil. 764. nu. 1. & conſ. 1070. nu. 11. & lib. 4. præſumpt. 89. nu. 95. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 10. tit. 8. Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 28. Peregr. de fideicomm. art. 25. n. 6. circa finem. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. q. 51. nu. 10. Ruſtic. in l. cum auus. lib. 2. c. 4. n. 6. ff. de condi. & demonſtr. Farin. deciſ. Romana 508. nu. 5. vbi dicitur ita pluries à Rota deciſum. Seraphin. deciſion. Romana 1216. 125

Ampliatur etiam in fideicommiſſo reſultante ex prohibitione alienationis cum cauſa, vt bona perpetuò maneant in familia, quia per ſuperexiſtentiam filię vnius ex familia, excluduntur alij ſubſtituti. Socin. ſen. conſil. 227. col. penult. verſ. circa quartum. Ruin. conſil. 153. nu. 9. lib. 2. Burſat. conſ. 300. nu. 60. lib. 3. quos refert & ſequitur Odd. conſil. 46. n. 70 Seraph. d. deciſ. 1216 in fine. De hac tamen ampliatione latiùs agetur alibi, & videnda erunt dicta ſupra quæſt. 351. 126

Limitatur primò hic caſus, quando teſtator expreſsè poſuit in conditione maſculos, quia non ſubintelligitur quod tacitè & de fęminis ſenſerit, Bart. in l. cum auus nu. 4. ff. de condit. & demonſtrat. & ibi Soc. ſen. col.... Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. nu. 15. & nu. 21. ff. de iuriſd. omn. iud. Soc. ſen. in l. Gallus. §. nunc de lege, nu. 6. ff. de liber. & poſthum. vbi dicit eſſe magis communem opinionem. Dec. in l. 2. num. 92. ff. de reg. iur. Ruin. in d. l. Gallus §. ſi auus, nu. 94. ff. de liber. & poſthum. Georg. Lopez. in l. 3. tit. 13. par. 6 in verbo, impuberes, col. 7. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alex. conſil. 197. n. 10. lib. 6. Siluan. conſil. 43. nu. 45 Pariſ. conſ. 48. nu. 10. & conſil. 57. nu. 18. lib. 2. Socin. iun. conſ. 119. n. 3. & conſ. 128. n. 18. lib. Natta conſ. 128. n. 2. Crauet. conſil. 123. n. 2. & conſil. 130. n. 9. Port. Imol. conſ. 51. n. 30. 58. & ſeq. & cõſ. 116. n. 9. & ſeq. Alba. conſil. 87. n. 14. Ceph. conſ. 251. n. 9. Lodou. Molin. lib. 3. de Hiſpan. Primog. c. 5. n. 31. 41. & 45. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Burgoſ. de pace in proœm. leg. Taur. n. 123. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 8 n. 10. Menoch. li. 4 præſumpt. 89. n. 97. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 51. nu. 11. 127

Limitatur ſecundò, quando extat ſtatutum excludens fęminas ſtantibus maſculis, quia fœmina non dicetur tacitè in conditione poſita ad excluſionem ſubſtituti, Caſtrenſ. in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. & ibi Soc. ſen. num. 95. Ioan. à Mont. Sperel. in d. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Caccialup. in l. generaliter, §. cum autem. q. 25. C. de inſtit. & ſubſtit. Soc. ſen. in l. Centurio, col. 7. verſ. ex qua concluſione, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Tiraquel. in l. ſi vnquã in verbo, ſuſceperit liberos, nu. 102. C. de reuocand. donat. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita par. vltimo nu. 7. & ſeq. ff. ad Trebell. Caſtr. conſ. 409. caſus iſte frequenter. lib. 2. Burt. conſil. 9. Corn. conſ. 145. in fin. conſ. 197. col. 4. libr. 1. conſ. 20. col. 5. conſ. 124. col. 5. lib. 2. & conſ. 1. col. antepen. lib. 3. Crott. conſ. 1. n. 50. Soc. ſen. conſ. 55. col. 2. lib. 3. Gozad. conſil. 45. nu. 11. & conſ. 89. ante nu. 11. Bald. Nouel. inter conſil. Corn. conſ. 120. lib. 2. & ibi Corn. ſe ſubſcripſit. Soc. iun. conſ. 168. num. 72. lib. 2. Brun. tract. quod ſtant. maſcul. fœmin. non ſucced. art. 5. q. 12. col. 2. & 3. Menoch. libr. 4. præſumpt. 89. n. 106. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Intrigl. de 128

ſubſtit.

ſubſti.cent.3.q.51.nu.15. Alciat.*lib.1.de verb.ſign.fol.21.verſ.& ideo,& in tract.de præſumpt.reg.3.præſumpt.32.n.4.* Ruſtic.*in d.l.cum auus,lib.3.c.15 ff.de condit.& demonſtrat.* vbi dicit hanc eſſe cõmunem opinionem. Seraph. *deciſ.Romana.*1216.*nu.3.&* 8.

129 Contrariam opinionem tenent alij affirmantes, quod immo, & tunc foemina tacitè dicatur poſita in conditione ad excluſionem ſubſtituti, mouentur per text.*in d.l.cum auus,* vbi dicitur conditionem, ſi ſine liberis, quaſi expreſsè à teſtatore appoſitam, à ſcribente verò omiſſam ſubintelligi ex fictione, vel ex præſumptione; quod ſi pro appoſita habetur, non attenditur, an filij ſint ſucceſſibiles, vel ne, ſed attenditur, an extent, vel ne, quia in conditionibus merum factum attenditur, *l.qui heredi. & l. Mænius, ff. de condit. & demonſtr.* Et in ſpecie hanc opinionem probarunt Petr. de Bellapert. *in dicta leg. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtitut.* & ibi Albet. de Roſat. Cin. *in l. ex facto.§ fin.ff.ad Trebell.* Odofred. *in l.1. C. de condict. inſert.* Soc. ſen. *in d.l.cum auus,n.95 ff.de condit. & demonſtr.* vbi multis argumentis comprobat, idem Soc. ſen. *in l.heredes mei.§.cum ita. col.penult.ff.ad Trebell* & ibi Tornell.*n.*154.& Zanch.*n.*1282. *& ſeqq.* Barbat. *in c. Raynaldus, extr. de teſtam.* vbi Did. *in princip.n.*:. *Verſ. immo dicta concluſio.* idem Barbat. *conſ.67.col.4.verſ. & ſi quiſpiam,lib.3.*Corn.*conſ.9*: *col.2.lib.1.& conſ.202.col.5.lib.2.*Soc.ſen. *conſ.182.lib.2.*Nouiſſ. Pariſ. *in addit. ad Alexand.conſ.15.nu.1. lib.4.* Ruin.*conſ.152.col.3.lib.2.* Soc.iun.*conſ.103.n.41.lib. 1.& conſ.158.n.50. lib.2.* Decian.*conſ.60.n.29.lib.3.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, Menoch. *conſ.637.nu.22.conſ.680.nu 33.& ſeqq.& conſ.764.nu.4.*Cephal.*conſ.391.nu.17.*Crail.*in §.fideicommiſſum.q.26.* vbi teſtatur de magis communi opinione.

130 Sublimitatur primò (ſi magis placeret prima opinio) quando foemina non eſſet excluſa à ſucceſſione patris ſui à ſtatuto per patruos, Menoch.*conſ.680.nu.3.& ſeq. & conſ.764.n.5.* vbi allegat Alexand. *conſ.38.lib.6.* Soc. ſen.*conſ.*:5.*col.2.lib.2.*& Ruin.*conſ.143.nu.14.lib.1.* Seraph *d.deciſ.1216 nu.8.* Et in expreſſa conditione, idem dictum fuit ſupra in primo caſu, *limitat.4 declar.2.numero.65.*

Contrarium tamen tenent multi alij in conditione expreſſa, vt dixi *d.decl.2.nu.69.*

131 Sublimitatur ſecundò, quando foemina fuiſſet hæres à patre inſtituta, quia tunc multò magis excluderet ſubſtitutum, Soc.ſen.*in d.§.cum ita,nu.32. ff. ad Trebell.* & ibi Zanch. *part.vlt.n.12.& n.21.*Socin.ſen.*in d.l.cum auus,num.96.verſ. ſed iterum, ff.de condit. & demonſtr.* Corn.*conſil.22.lib.3.& conſil.1.nu.28.lib.4.* Ruin.*conſil.126.nu.4.& conſil.145.col.antep.& conſ.152.n.3.& ſeqq. lib.....* Socin.ſen.*conſ.182.libro 2.* Hieron. Gabr. *conſ.97.n.14.lib.1.* Ruſtic.*in d.l.cum auus,lib.3.cap.16.ff.de condit. & demonſtrat.* dicit hanc conſulendo, & iudicando tenendam eſſe, ſed contrariam opinionem eſſe veriorem, Decian.*conſil.60.n.29.& ſeq lib.3.* Ceph. *conſ. 306. in fi.* Menoch. *conſil.680.nu.35.conſ.764.num.6.& lib.4.præſumpt.89.nu.*107.Brun.*d.tract.quod ſtante maſcul.fœmin.non ſucced.art.11.quæſt.9.*Intrigi.*de ſubſtit.cent.3.quæſt.51.nu.*16 Præt.*de interpret.vltim.volunt.folio 314.n 46.* Et alios addidi in conditione expreſſa *ſupra in limit.4.nu.74.& ſeqq.*

132 Contrariam tamen opinionem; quod nil referat, an filia ſit à patre inſtituta, tenent Tornel.*d.l heredes mei, §.cum ita, numero 154.ff.ad Trebell.* & ibi Fab. Accoramb. *col.fin.* Menoch. *conſ.95.num.74.verſ.nec mirum,* Mantic.*de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.19.n.19.* & hanc veriorem dicit Ruſtic. *d.c.16.* quam ego ſequor etiam in tacita conditione, ſicuti idem probaui in expreſſa cõditione ſupra in primo caſu *limit.4.num.77.* per rationes ibi adductas.

Alia circa hanc limitationem videnda erunt, iam dicta in conditione expreſſa in primo caſu.

Limitatur tertiò, quando teſtator in præcedentibus diſpoſitionibus vocaſſet maſculos, nam ſi in aliquo caſu ſubſtitutionis agatur de ſubintelligenda tacita conditione, foeminæ tacitè in conditione poſitæ non præſumerentur, Menoch. *conſ.1155.nu.25.verſic. huic obiectioni*; circa quæ tamen videnda erunt dicta *quæſt.ſeq.* 133

Limitari poteſt aliter hic ſecundus caſus, prout limitatus fuit præcedens, in quo actum fuit de conditione expreſſa, quia à pari procedunt, vt ſcribunt poſt alios, Menoch.*d. præſumpt.89.nu.19.*& Intrigl.*d.q. 50. num.7.* 134

Limitatur etiam, quando teſtator habuit rationem conſeruandi bona in agnatione, vt dixi *ſupra q. 93. nu. 121.* & ſenſit Rota, apud Seraph. *d. deciſ.1216.nu.6.* vbi declarat. 135

Limitatur ſi pater inſtituit maſculos excluſis filiabus proprijs, quibus dotem reliquit ſecundum plures relatos à Rota, apud Seraph. *d.deciſ. 1216. nu. 2.* vbi dicitur facilius procedere hanc opinionem ſubſtitutis deſcendentibus. 136

Contra tamen iudicauit Rota, apud Seraph. *d.deciſ. 1216. nu. 6.* allegat Mantica & Præt. & ibi agebatur de deſcendentibus *& num.10.* addit Ruin. Pariſ. Cephal. & Roland. Rationem ibi adducit Seraph. quia teſtator filias excludit contemplatione fratrum, non autem cenſeri debet voluiſſe neptes excludere contemplatione patruorum. Sed de hac coniectura videnda erunt dicta ſupra, quando conditio eſt expreſſa, *num.7. & ſeqq.* 137

SVMMARIVM.

1 *Maſculinitatis qualitas appoſita in vna ſubſtitutione cenſetur in alia repetita, contra num.6. declara per totam quæſt.*
2 *Maſculinitatis qualitas maximè cenſetur repetita, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos.*
3 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita in ſecunda ſubſtitutione, ſi ad ſit dictio, vt ſupra.*
4 *Repetitio ceſſat, ſi aliquid induceretur contra ius commune.*
5 *Repetitio ceſſat in odioſis.*
6 *Verbum ambiguum in vno ſenſu acceptum in vna parte teſtamenti, ita & in alia accipi debet.*
8 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita ſi ſumus in eadem oratione, ſecus ſi in diuerſa, & ſeparata, quod declarat num.11.*
9 *Copula natura eſt copulare, & exæquare omnia copulata.*
10 *Repetitio fit, quando viget eadem ratio.*
12 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita ſi diſpoſitio eſt facta fauore agnationis, alias ſecus.*
13 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita ſi dictum fuit, ſi ſine filijs, ſecus ſi ſine liberis, contra nu.14.*
15 *Maſculinitatis qualitas appoſita in vno teſtamento, vel codicillis, non cenſetur repetita in alio, contra n.16.concord.num.17.*
18 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita ſi ſæpius de maſculis eſt facta mentio, & è contra.*
19 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita, ſi de filijs eiuſdem perſonæ, in ſecunda oratione fiat mentio,*

ſecus

ſecus ſi facta eſſet mentio de filijs alterius perſonæ, contra num. 20.

21 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita, ſi adſunt dictiones repetitiuæ dicti prædicti ſupraſcripti, alij, vt ſupra, ſecus ſi non adſint dictiones repetitiuæ.*

22 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita, ſi extent aliqua coniectura, quod teſtator ſenſerit de maſculis, aliàs ſecus.*

23 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita, ſi eadem adſit ratio, aliàs ſecus, contra nu. 24.*

25 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita ſi eadem conditio perſonarum adſit, ſecus in diuerſa conditione perſonarum.*

26 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita ſi facta repetitione minus dilectus fœminis admitteretur.*

27 *Maſculinitatis repetitio facilius non fieret, ſi fideicommiſſum extingueretur.*

28 *Maſculinitatis repetitio nõ fit ſi teſtator vltimo maſculo, ſine filijs decedenti alium ſubſtituit.*

29 *Maſculinitatis repetitio non fit in diſpoſitione iuriſperiti, ſecus in diſpoſitione non iuriſperiti.*

30 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita, ſi in conditione ſit mentio de filijs ſimpliciter, & in diſpoſitione de filijs maſculis ſecus è contra.*

31 *Maſculinitatis non fit repetitio, quando gratia demonſtrationis maſculinitatis, qualitas eſt appoſita.*

32 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita in conditionalibus, ſecus in diſpoſitiuis.*

33 *Maſculinitatis non fit repetitio in contractibus, ſi relatio non concordat in numero, & caſu.*

34 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita, ſi ſequeretur aliquod abſurdum.*

35 *Maſculinitatis qualitas tacitè præſumpta, ſi eſt in aliquo capitulo teſtamenti, ex eo non fit repetitio eiuſdem maſculinitatis in alio capitulo.*

36 *Repetitio ceſſat, vbi agitur aduerſus diſpoſitionem iuris communis.*

37 *Maſculinitatis qualitas cenſetur repetita, vbi per modum regulæ fit fideicommiſſum fauore maſculorum.*

38 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita, quando in vna ſubſtitutione dictum fuit, tunc, & eo caſu habens qualitatem maſculinitatis ſuccedat, nã in ſecunda licet adſit eadem ratio, non cenſebitur repetita hæc qualitas maſculinitatis.*

39 *Maſculinitatis qualitas erit repetita, quando poſt ſubſtitutionem de maſculis, dictum fuit, eodem modo ſuccedi in alijs ſubſtitutionibus.*

QVÆSTIO CCCCIII.

Filiorum appellatione an veniant fœminæ, tam in diſpoſitiuis, quam in conditionibus, quando teſtator in vna parte fecit mentionem de filijs ſimpliciter, in alia verò de filijs maſculis?

1 PRo complemento quæſtionis præcedentis diſcutiendus remanet articulus difficilis, & valdè controuerſus, an ſcilicet ſi teſtator diſpoſitiuè, vel conditionaliter, fecit mentionem de filijs ſimpliciter in vna parte teſtamenti, & in alia faciendo mentionem de filijs adiecit qualitatem maſculinitatis, an qualitas maſculinitatis dicatur repetita in ea parte vbi ſimpliciter facta fuit mentio de filijs? In qua difficultate duæ ſunt contrariæ opiniones.

Prima eſt opinio, quod qualitas maſculinitatis dicatur ex præſumpta mente teſtatoris repetita, Bart. *in l. fin nu.... ff. ad Trebell.* Soc. ſen. *in l. cum auus, quæſt. 3. ff. de condit. & demonſtrat.* Iaſ. *in l. centurio, num. 59. ff. de vulg. & pupill. & in l. qui filiabus, num. 3. ff. de legat. 1.* Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 17. ff. ad Trebell.* & conſulendo ſcripſerunt Abb. *conſ. 36. colum. fin.* Cuman. *conſil. 117. in princip.* Barbat. *inter conſil. Alexand. conſil. 48. colum. 5. lib. 4.* Iaſ. *conſil. 3. col. penult. lib. 1. conſ. 140. col. 7. in octauo fundamento conſil. 69. col. fin. libro 3. & conſil. 137. col. 8. libro 4.* Guid. Pap. *conſ. 57.* Corn. *conſ. 20. n. 22. & ſeq. & conſilio 275. num. 6. lib. 4.* Ruin. *conſilio 99. nu. 9. lib. 2. conſil. 134. nu. 19. conſil. 141. nu. 6. conſ. 146. nu. 8. conſ. 147. nu. 7. & conſ. 150. lib. 2.* Neuiz. *conſ. 33. nu. 10.* Alexand. *conſ. 52. nu. 20. & ſeq. lib. 4. & conſ. 29. nu. 4. lib. 1.* Gozad. *conſ. 45. in principio.* Grat. *conſ. 89. col. 1. lib. 2.* Curt. ſen. *conſ. 51. colum. 5. & 6.* Decian. *conſ. 10. colum. penult. conſ. 445. col. 5. conſ. 480. colum. 1. conſ. 495. col. 2. & conſ. 568. col. 1.* Curt. iun. *conſ. 112. col. 2. conſ. 113. col. 3. conſ. 114. colum. vltima, & conſ. 153. col. 2.* Pariſ. *conſ. 18. col. 3. libro 2. & conſ. 71. col. 4. lib. 4.* Socin. iun. *conſ. 50. nu. 17. lib. 1. conſ. 158. num. 28. & conſ. 160. col. 7. lib. 2.* Rub. Alexand. *conſ. 106. & conſ. 150. circa finem.* Becc. *conſ. 88. num. 43.* Roland. à Valle *conſ. 82. num. 33. lib. 3.* Alben. *conſ. 19. nu. 13.* Mantic. *conſ. 221.* Pancir. *conſ. 168. nu. 3.* Decian. *conſ. 24. n. 20. lib. 2. & conſ. 7. n. 60. lib. 5.* Menoch. *conſ. 9. nu. 8. conſ. 203. n. 43. & num. 53.* dicit eſſe magis receptam ſententiam, *conſ. 472. numero 6. conſ. 585. num. 14. & numero 25. verſ. reſpondetur. conſ. 565. nu. 14. verſ. quarta, conſ. 588. num. 1. & ſeqq. & num. 14.* vbi loquitur quando diſpoſitiuè erant vocati filij maſculi & eorum deſcendentes, & vult qualitatem maſculinitatis eſſe repetitam in deſcendentibus, *& conſ. 904. n. 19.* Surd. *conſ. 21. nu. 8. conſ. 96. nu. 3. libro 1. & conſ. 564. nu. 6. lib. 4.* Peregr. *conſ. 70. n. 12. lib. 3. conſ. 20. n. 33. & ſeqq. & conſ. 41. n. 19. et ſeqq. lib. 5.*

Et in tractatibus Brun. *ſuper ſtat. quod ſtant. maſcul. art. 5. quæſt. 13.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. c. 5. num. 56.* Prat. *ae interpret. vlt. volunt. fol. mihi 147. num. 72. & ſeq.* Menoch. *libro 4. præſumpt. 84. numero. 5.* Peregr. hanc etiam tenet *in tract. de fideicomm. art. 29. n. 48.* quando filij ſunt diſpoſitiuè vocati, dummodo in præcedentibus ſit facta mentio de maſculis, ſecus ſi in ſequentibus dictum ſit de maſculis, & in præcedentibus ſimpliciter de filijs. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, parte 4. numero 301. & num. 319. ff. ad Trebellian.*

Et in deciſionibus Guid. Papæ, *deciſ. 485.* Surd. *deciſ. 322. n. 70.* Rota Romana *in nouiſſimis, deciſ. 374. n. 4. part. 1.* vbi loquitur, quando ante & poſt ſubſtitutionem facta eſt mentio de maſculis, Farinac. *deciſ. 483.* Theſaur. *deciſ. 188. n. 3.* vbi dixit maximè procedere ſi ſubſtitutus eſt de agnatione, & familia. 2

Et maximè hæc opinio procederet ſtante ſtatuto, quod fœminæ per maſculos excludantur, Zuccard. *in l. vltim. num. 95. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Non. *conſilio 37. n. 13. in fine,* Menoch. *conſil. 95. num. 83. in fine, & conſilio 150. nu. 55.*

Et fortiùs ſi mentio maſculinitatis ſit facta in parte prima, & in ſecunda, dum ſit mentio de filijs, dictum fuit, vt ſupra Peregr. *conſil. 41. n. 16. lib. 5.* 3

Mouentur ea ratione, quia vna pars teſtamenti alteram declarat, *l. qui filiabus, in princip. & l. ſi ſeruus plurium, ff. de legat. 1.* cum ergo in vna parte teſtamenti teſtator de maſculis mentionem fecerit, ſequitur dicendum, quod idem ſenſerit in alia parte, & ideo qualitas maſculinitatis ſit repetenda.

Sed multipliciter reſpondent tenentes contrariam opinionem, & primò, quod regula repetitionis non 4

habet

habet locum, quando aliquid induceretur contra ius commune. Bart. *in l. prætor ait §. erit differentia, nu. 1. ff. vi bon. rapt.* Ruin. *conſ. 187. n. 10. lib. 3.* Socin. iun. *conſ. 77. n. 32. lib. 3.* Lodou. Molin. *d. c. 5. nu. 57.* Sed faciendo repetitionem fœmina excluderetur, quod eſt contra ius commune, *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* ergo, &c.

Reſpondetur ſecundò regulam repetitionis ceſſare
5 in odioſis. Dec. *conſ. 442. n. 12.* Marz. *conſil. 8. n. 14.* Ceph. *conſ. 68. n. 17.* Sed fideicommiſſa ſunt odioſa, *l. coheredi, §. cum filię. ff. de vulg.* ergo, &c.

Secundo facit, quod præcedentia præbent intellectum ad ſequentia, *l. auia ff. de condit. & demonſtr.* & ibi not.

Tertiò, quia verbum ambiguum acceptum in vno
6 ſenſu in vna parte teſtamenti, ita & in alia accipi debet, Barba. *in l. verum ff. de petit. hæred.* & ibi Angel. idem Angel. & Imol. *in l. ſi quis cum alter. ff. de verb. oblig.* Curt. iun. *conſil. 112. n. 47.* Ruin. *conſil. 147. n. 8. lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 25. n. 34.* & eſt idem cum primo argumento.

Quartò, quia voluntas teſtatoris ita accipi debet, vt ſit vniformis, ad reg. *l. iam hoc iure ff. de vulg.* & ne diuiſio voluntatis contingat, *l. cum qui, §. pro parte. ff. de indig.*

Secunda eſt opinio, quod qualitas maſculinitatis non dicatur repetita, & hanc probarunt Anchar. *conſil. 120. in fine.* Anan. *conſ. 22. col. 11.* Alexand. *conſil. 55. col. 2. lib. 3. conſil. 49. col. 5. lib. 4. & conſ. 58. colum. 3. lib. 6.* Iaſ. *conſ. 34. colum. 4. lib. 3.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, *& conſ. 142. col. 7. eod.* Corn. *conſ. 230. colum. 4. lib. 3.* Socin. ſen. *conſ. 69. col. 5. conſ. 116. col. penult. & conſil. 227. lib. 3.* Curt. ſen. *conſ. 64. n. 51.* Dec. *conſil. 480. conſ. 514. col. fin. conſil. 567. conſ. 581. col. 3. & conſil. 599.* Curt. iun. *conſ. 33. in fine. conſil. 49. col. 3. & conſ. 163. col. 4.* Ruin. *conſ. 93. col. 1. conſil. 134. col. 6. conſil. 140. col. 1. conſ. 144. col. penult. conſ. 152. col. 5. conſ. 153. col. 1. libr. 2. & conſ. 86. col. 5. lib. 5.* Pariſ. *conſ. 18. n. 34. conſ. 38. n. 27. lib. 1. conſ. 55. col. 3. conſil. 52. col. 2. conſ. 68. col. penult. conſil. 72. nu. 50. lib. 3. & conſil. 74. n. 14. lib. 4.* Socin. iun. *conſ. 23. col. 12. conſ. 29. n. 12. conſ. 100. n. 20.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem *conſ. 102. col. 6. conſ. 128. n. 233. lib. 1.* vbi teſtatur de magis communi opinione *conſ. 158. col. 6. lib. 2. & conſ. 13. num. 26. lib. 3.* Silu. *conſ. 64. n. 18.* Ber. *conſ. 110. n. 27. conſ. 114. n. 13. & conſ. 119. num. 3. lib. 2.* Crauet. *conſ. 289. col. penult.* Non. *conſ. 36. nu. 8.* Rimin. iun. *conſil. 59. n. 59. & conſ. 80. nu. 21. lib. 1.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem. Ceph. *conſ. 68. nu. 16. & conſ. 527. n. 20.* Bertaz. latè *conſ. 96.* Decian. *conſ. 1. n. 130. & ſeqq. nu. 142. & ſeqq. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 97. n. 28. lib. 1.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem & veriorem, Menoch. *conſ. 86. n. 35. & nu. 47.* vbi teſtatur eſſe magis receptam ſententiam *conſ. 420. n. 18. conſ. 755. n. 13. verſic. præterea. conſil. 856. n. 12. & n. 24. verſ. reſpondetur,* vbi pariter dicit eſſe receptam opinionem. Pereg. *conſil. 46. n. 20. & ſeqq. lib. 1.* Honded. *conſil. 57. nu. 32. & ſeqq. lib. 1.* Hippol. Rimin. *conſil. 491. n. 25. lib. 5.* Marz. *conſil. 8. nu. 12.* vbi de magis communi, Vegg. *conſ. 65. nu. 30. & ſeqq.* Bologn. *in addit. ad Alexan. conſ. 55. nu. 18. lib. 4.* Ludou. Molin. *libro 3. de Hiſpan. Primogen. c. 5. n. 56.* vbi de communi opinione teſtatur Viu. *comm. op. c. 5. n. 5.* Gabr. *tit. de teſtam. conclu. 10. n. 10. cunctis dictis, n. 16.* Mantica. *de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 14. n. 10.* vbi de communi opinione teſtatur, *et lib. 6. tit. 13. n. 8.* Sor. *maior. tract. quotid. controu. c. 4. part. 1. nu. 27. et ſeqq.* Farinac. *deciſ. Roman. 483. nu. 3. verſ. præterea,* Barz. *deciſ. Bonon. 119. nu. 5.* vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Rot. Roma. *in collect.* per Farinac. *deciſ. 354. nu. 1. part. 2.* vbi dicit eſſe veriorem, & receptiorem, quando non extant coniecturæ in contrarium, & hanc ego probaui teſtando de magis recepta ſententia *in conſ. 66.*

Mouentur tenentes hanc opinionem, quia ſi teſtator 7
in alia ſubſtitutione de maſculis voluiſſet intelligere, vtique expreſſiſſet, ſicut expreſſit, & in alia, ſed quia noluit non expreſſit, *arg. l. vnica C. de cad. tollend.* & ideo dicendum ſit teſtatorem voluiſſe ſe reducere ad naturalem, & ciuilem intellectum, quod tam fœminæ, quam maſculi comprehendantur *l. maximum vitium, C. de liber. præter. l. 1. C. de condit. inſert.*

Reſpondent ad hanc rationem, qui primam ſequuntur opinionem, quod *reg. l. vnica, C. de cad. toll.* procederet, quando agitur de interpretatione extenſiua, ſed hic agitur de declaranda mente teſtatoris, qua poteſt ſe habere, tam ad maſculos ſolos, quam ad maſculos, & fœminas, vnde declaratio voluntatis ſumitur ex præcedentibus & ſequentibus, *l. hæredes palam, §. ſiquid poſt ff. de teſta.* & vna pars teſtamenti alteram declarat, *l. verũ, ff. de petit. hæred.*

In tanto opinionum conflictu malè diſcerni poteſt, quæ opinio ſit verior; vnde cum poſſit, tam vna quam altera opinio procedere ex mente teſtatoris, propterea Doctores conantur tradere plures concordias, ex quibus in omnibus caſibus reſolutio haberi poterit, & facile colligi poterit quid tenendum, habita ſemper ratione perſonę teſtatoris, grauati, & ſubſtituti.

Declarantur primò dictæ opiniones, vt ſi in eadem 8
parte teſtamenti, & oratione maſculinitatis qualitas fuit expreſſa, & ſimul facta fuit mentio de filijs ſimpliciter, procedat prima opinio, vt ſi dictum eſſet, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs maſculis, & eius filij ſine filijs, ſubſtituo fratrem, vel alium; ſi verò in vna oratione perfecta ſit facta mentio de maſculis, & in alia parte teſtamenti ſimul perfecta, & ſeparata facta eſſet mentio ſimpliciter de filijs, & tunc habeat locum ſecunda opinio, quod non fiat repetitio qualitatis maſculinitatis. Cuman. *conſil. 147.* Curt. ſen. *conſ. 64. col. 11.* Soc. ſen. *conſil. 69. num. 22. et 25. lib. 3.* Corn. *conſ. 275. libro 4:* Decian. *conſ. 15. num. 3. conſ. 40. numero 12. conſ. 270. num. 3. et conſ. 480. dubio primo,* Curt. iun. *conſil. 51. conſ. 63. et conſ. 75.* Ruin. *conſ. 93. num. 13. lib. 2. & conſ. 168. numero 14. libro 3.* Pariſ. *conſ. 18. n. 21. lib. 2. et conſ. 72. numero 55. libro 4.* Siluan. *conſ. 64. num. 18.* Gozad. *conſ. 45. col. 1. et 4.* Rub. Alex. *conſ. 71. num. 6.* Tob. Peruſ. *conſ. 36. num. 19.* Rolan. à Valle *conſ. 38. numero 54. et ſeq. libro 4.* Ceph. *conſ. 68. num. 17. libro 1. et conſil. 527. num. 20. lib. 4. conſil. 656. num. 63. lib. 5.* Hippol. Riminald. *conſil. 347. nu. 23. lib. 3.* Vegg. *conſ. 65. num. 33.* Soc. iun. *conſ. 28. numer. 98. libro 1.* Zuccard. *in l. fin. num. 69. C. de edict. Diu. Adr. tollend.* Menoch. *conſ. 485. num. 4.* vbi loquitur in copula *conſ. 588. num. 1. & ſeqq. et num. 14. et conſ. 1040. num. 14.* Peregr. *conſ. 6. num. 23. lib. 1.* Surd. *conſ. 564. num. 7. lib. 4.* Anchar. iun. *lib. 2. q. 37. num. 6.* Odd. *de compend. ſubſtit. par. 6. art. 4. nu. 5.* vbi dicit communiter hanc concordiã eſſe approbatam, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 147. nu. 76. & nu. 91.* Alexand. Trent. *de ſubſtitut. parte 4. cap. 7. num. 11. verſ. in hac quęſtione,* vbi teſtatur de communi opinione, Iurrigi. *de ſubſtitut. centur. 3. q. 58. num. 11.* Peregr. *de fideicom. art. 23. n. 19. et num. 33.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 119. num. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus lib. 3. cap. 10. nu. 138. et ſeqq. ff. de condit. et demonſtrat. et lib. 6. cap. 1. n. 3. verſic. aut non adeſt.* Lodou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 5. num. 59.*

Ratio huius declarationis in parte, quod fiat repeti- 9
tio, vt in exemplo propoſito eſt ob vim copulæ, cuius natura eſt copulare, & exæquare omnia copulata. *l. quamuis,* & ibi Bald. *C. de impub. et al. ſubſtit.*

Alia

10 Alia ratio eſt, quia eadem viget ratio, tam in filijs, quam in filiorum filijs, vnde fieri debet repetitio, Peregr. *conſil.* 30. *nu.* 13. *ad medium lib.* 5. Menoch. *conſ.* 585. *nu.* 6. *lib.* 6. vbi alios addit.

11 Limitatur ſecunda pars declarationis, quando ſumus in diuerſa, & ſeparata oratione, nam, & tunc fieret repetitio, ſi ageretur de fauore agnationi, ſecundum Alexand. Trent, & alio relatos *in ſeq. declaratione.*

12 Declaratur ſecundò, vt prima opinio procedat, quãdo ſumus in diſpoſitione facta fauore agnationis, tunc enim fieret repetitio qualitatis, maſculinitatis, etiam quod eſſemus in diuerſa oratione, ſecunda verò opinio habeat locum, quando mentio maſculinitatis facta fuit alia ratione, quam fauore agnationis, Curt. iun. *conſilio* 114. *col. fin.* Pariſ. *conſ.* 93. *nu.* 15. *lib.* 2. Do. Ant. Alexand. *conſ.* 31. *n.* 6. *conſ.* 71. *column. pen.* & *conſ.* 150. *in fine,* Ruin. *conſ.* 117. *col.* 4. *conſ.* 140. *col.* 1. *conſ.* 139. *n.* 16. *conſ.* 146. *nu.* 6. *conſ.* 147. *n.* 7. & *conſ.* 234. *col.* 5. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 103. *n.* 55. *lib.* 1. & *conſ.* 125. *circa finem lib.* ... Alciat. *reſp.* 632. *nu.* 2. Dec. *conſ.* 15. *col.* 2. *in fine, conſ.* 445. *num.* 11. & *conſ.* 442. *n.* 12. Gozad. *conſ.* 19. *n.* 13 Hippol. Rimin. *conſ.* 347. *nu.* 29. *lib.* 3. *conſ.* 492. *nu.* 26. *lib.* 5. Tob. Non. *conſ.* 36. Burſ. *conſ.* 1. *nu.* 38. *lib.* 1. Alba. *conſil.* 15. Menoch. *conſ.* 86. *num.* 36. *conſ.* 95. *n.* 82. *conſ.* 150. *n.* 55. *conſ.* 204. *n.* 53. *conſ.* 585. *n.* 14. *ad medium, conſ.* 755. *n.* 13. *verſic. præterea, conſ.* 833. *n.* 15. & *conſ.* 1170. *n.* 5. *conſ.* 1203. *nu.* 40. D. Pedroc. vir conſummatiſſimus, & ſummæ Doctrinæ *conſ.* 5. *num.* 9. Honded. *conſ.* 57. *nu.* 34. *lib.* 1. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. primog. c.* 5. *n.* 58. Anton. Gabr. *de teſtam. concl.* 10. *n.* 9. & 16. Præt. *de interpr. vltimar. voluntat. fol.* 148. *n.* 91. Alexand. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *c.* 7. *nu.* 11. *verſ. aut expreſſio*, vbi teſtatur de communi opinione, Menoc. *li.* 4. *præſumpt.* 84. *nu.* 6. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 58. *num.* 13. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *nu.* 35. *verſ. concluſiue.* Ruſtic. *in d. l. cum anus lib.* 3. *c.* 10. *n.* 162. & *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 7. *ff. de conditio. & demonſtrat.* Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 188. *nu.* 3. Rot. Roman. *in collect. per Farinac. deciſ.* 354. *num.* 4. & *ſeqq. part.* 2.

13 Declaratur tertiò, vt prima opinio procedat, quando dictum fuit, ſi ſine filijs, ſecunda verò ſi dictum eſſet, ſi ſine liberis ſecundum Soc. ſen. *conſ.* 127. *col.* 9. *li.* 2. Dec. *conſ.* 569. *num.* 3. Rub. Alexand. *conſil.* 31. Præt. *de interpret. vltim. volunt. folio* 417. *nu.* 78. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *n.* 34. *verſ.* & *eo magis* Ruſtic. *in d. l. cum anus, lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 12.

14 Sed, quod etiam in mentione liberorum cenſeatur repetita qualitas maſculinitatis, volunt Decian. *conſ.* 24. *nu.* 20. *lib.* 2. Peregr. qui loquitur in diſpoſitiua vocatione *d. art.* 25. *n.* 48. aliud in conditionali diſpoſitione *ſupra num.* 34.

15 Declaratur quartò, vt ſecunda opinio procedat, quando expreſſa fuiſſet qualitas maſculinitatis in alio teſtamento, vel codicillis, quia tunc non fieret repetitio. Alexand. *conſ.* 70. *col.* 5. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 63. *col.* 7. *lib.* 1. Curt. iun. *conſil.* 163. *n.* 14. Ruin. *conſ.* 3. *col.* 1. *conſ.* 93. *n.* 13. *conſil.* 144. *col. penult. lib.* 1. *conſ.* 35. *col. fin.* & *conſ.* 159. *col.* 6. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 96. *ante nu.* 32. *lib.* 1. Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 76. *regul* 3. Anton. Gabr. *de teſtam. cõcluſ.* 10. *nu.* 4. *iuncto num.* 16. Mantica *de coniect. vlt. voluntatum, lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 9. *verſ. non omitto.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 147. *nu.* 81. Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *nu.* 33. & *num.* 35. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 58. *numero* 12. Crauet. *conſ.* 113. *circa finem.* Ruſtic. *in l. cum anus, lib.* 6. *c.* 10. *num.* 4. & *ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.* Sot. Maior. *tract. quotid. contron. iur. cap.* 2. *par.* 2. *num.* 162. & *ſeqq.* & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Marci Antonij Ronco, *vt in conſil.* 66.

16 Contrariam opinionem, quod & tunc fiat repetitio malè tenent Iaſ. *conſ.* 3. *libro* 3. Corn. *conſil.* 275. *column.* 3. *libro* 4. Grat. *conſil.* 5. *column. penult. conſil.* 53. & *conſil.* 56. *libro* 2.

Tertia eſt opinio, quod aut agitur de teſtamento reuocato, & non fiat repetitio; Aut agitur de teſtamento nullo & imperfecto, & tunc poſterius ex eo declarabitur. Crauet. *conſil.* 113. *nu.* 6. Ruſtic. *in d. l. cum anus, lib.* 6. *c.* 10. *nu.* 5. & *ſeqq. ff. de condit. & demonſtrat.* qui tamen concedunt, & repetioni maſculinitatis locum eſſe, quando fuiſſet reuocatum teſtamentum natiuitate poſthumi. 17

Declaratur quintò, quando ſæpiùs de filijs maſculis in eodem teſtamento facta eſt mentio fiat repetitio; ſecus verò ſi vnica vice tantum de maſculis eſt facta mentio, vel ſæpiùs de filijs ſimpliciter, & vnica vice de filijs maſculis, ita concordant Alexand. *conſil.* 49. *col.* 6. *lib.* 4. & *conſil.* 38. *libro* 6. Corn. *conſil.* 230. *col.* 5. *libro* 3. Curt. ſen. *conſ.* 64. *col.* 11. Dec. *conſil.* 599. *num.* 4. Decian. *conſil.* 1. *num.* 153. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 564. *n.* 7. *verſ. accedit. lib.* 4. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 147. *nu.* 83. & *ſeq.* Peregr. *de fideicom. art.* 25. *n.* 36. *verſ. item.* Ruſtic. *dicta l. cum anus lib.* 3. *c.* 10. *nu.* 160. & *nu.* 170. *ff. de condit. & demonſtrat.* 18

Declaratur ſextò, vt prima opinio locum habeat, quando facta eſt mentio filiorum maſculorum eiuſdem perſonę, ſecunda verò quando mutaretur perſona eius, de cuius filijs ageretur Æmil. Ferret. *conſil.* 11. *nu.* 9. Curt. iun *conſ.* 112. *nu.* 4. & *conſ.* 114. *n.* 19. Pariſ. *conſ.* 18. *nu.* 28. & *ſeq. libro* 2. Ruin. *conſil.* 134. *nu.* 19. *conſ.* 140. *nu.* 6. *lib.* 2. *conſ.* 124. *col. fin. conſ.* 160. *num.* 13. & *conſ.* 168. *num.* 3. *lib.* 3. Socin. iun. *conſil.* 90. *num.* 17. *lib.* 1. Bero. *conſil.* 114. *nu.* 14. *lib.* 2. Rub. Alexand. *conſ.* 31. *n.* 6. & *conſ.* 141. *nu.* 3. Alciat. *reſp.* 87. *lib.* 9. Hieron. Gabr. *conſ.* 97. *nu.* 28. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 1. *n.* 144. *lib.* 2. & *conſil.* 12. *nu.* 39. *lib.* 1. Bertaz. *conſ.* 96. *num.* 18. Simon de Pret. *conſil.* 90. *num.* 23. *in fine,* Menoch. *conſil.* 95. *num.* 83. & *conſil.* 420. *n.* 20. & *ſeq.* Peregr. *conſ.* 56. *nu.* 23. *verſic. ſecundo declaratur, lib.* 1. Honded. *conſil.* 57. *nu.* 33. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 21. *nu.* 9. 10. *lib.* 1. & *conſ.* 564. *nu.* 7. *verſic. et vbi, lib.* 4. Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. Primog. quæſt.* 5. *num.* 60. *verſic. poſſet, et nu.* 61. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. libro* 6. *tit.* 13. *nu.* 9. Præt. *de interpret. vltim. volunt fol.* 147. *nu.* 75. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 84. *n.* 7. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *n.* 30. *et ſeqq. n.* 33. alios addit Intrigl. *dicta quæſt.* 58. *n.* 17. Ruſtic. *in dicta l. cũ anus, lib.* 3. *c.* 10. *n.* 159. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 119. *nu.* 2. Rota Romana *in collect.* per Farinac. *deciſ.* 354. *n.* 2. *in fine, par.* 2. 19

Contrariam in his terminis tenuit Peregr. *conſil.* 41. *n.* 16. & *ſeqq. lib.* 5. Surd. *conſ.* 564. *n.* 11. *lib.* 4. qui loquitur in caſu, quando teſtator vnica oratione ſubſtituit maſculis, & fœminis ad diuerſa bona vocatis ſub conditione, ſi ſine filijs, & ſumus in caſu, quod teſtator in perſonis maſculorum ſenſit de maſculis poſitis in conditione, quia idem erit in poſitis in conditione reſpectu fœminarum, vt ſolum de maſculis ſenſerit. [Contra etiam tenuit Menoch. *conſil.* 836. *num.* 24. *lib.* 9. *iuncta facti ſpecie.*] 20

Declaratur ſeptimò, vt fiat repetitio, quando adſunt aliqua verba repetitiua; vt ſicut dictiones, dicti filij, prædicti filij, vel alij, vel ſupraſcripti, vel filij, vt ſupra, aliàs ceſſantibus huiuſmodi dictionibus, ceſſet repetitio, Alexand. *conſil.* 48. *col.* 5. *lib.* 4. Corn. *conſ.* 101. *column.* 2. *libro* 4. Curt. iun. *conſ.* 115. *nu.* 9. Hieron. Gabr. *conſ.* 6. *n.* 115. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 21. *num.* 15. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 904. *n.* 20. Ant. Gabr. *de verb. ſign. concluſ.* 6. *nu.* 112. Menoch. *li.* 4. *præſumpt.* 84. *n.* 15. & *ſeq.* Intrigl. *d. quæſt.* 58. *nu.* 18. Peregr. *conſ.* 41. *n.* 16. *lib.* 5. Ruſtic. *in l. cum anus, lib.* 6. *c.* 10. *n.* 7. *ff. de condit. & demonſtr.* 21

Declaratur

22 Declaratur octauò, vt fiat repetitio, ſi aliqua extet coniectura, quod teſtator de maſculis ſenſerit, aliàs non fiat, Soc.iun. *conſil.* 103. *num.*53. *libro* 1. Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat. libr.*6. *titul.*13. *numer.* 8. *ante finem*.

23 Declaratur nonò, vt ſi adſit eadem ratio fiat repetitio qualitatis maſculinitatis, ſecus ſi non adſit; exemplum teſtator inſtituit duos filios maſculos, & eos inuicem ſubſtituit, ſi ſine filijs, & ambobus ſine filijs maſculis decedentibus alium ſubſtituit, tunc ne nepotes, quæ non poſſunt excludere ſecundum ſubſtitutum excludant primum magis dilectum, fit in prima ſubſtitutione repetitio qualitatis maſculinitatis. E contra verò ſi inſtitutis duobus filijs teſtator eos inuicem ſubſtituat ſub conditione, ſi deceſſerint ſine filijs maſculis, & ambobus ſine filijs decedentibus ſubſtituat extraneum, vel locum pium, vel etiam coniunctum, tunc quia minor eſt ratio in ſecunda ſubſtitutione, quam in prima, non fiet repetitio. Dec. *conſil.*195. Ruin. *conſil.*93. *num.* 10. *verſic. & hoc præcipuè, libro* 2. Pariſ. *conſil.*53. *num.*27. *libro* 3. Socin.iun. *conſil.*135. *nu.*6. *libr.* 1. Simon. de Pret. *conſil.*90. *num.*24. Hieron. Gabr. *conſil.* 100. *num.*63. *lib.*2. Honded. *conſil.* 57. *num.*34. *verſic. quarto reſpondetur, lib.* 1. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.*6. *tit.*13. *numer.*8. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.*25. *numer.*32. *& conſil.*30. *num.* 13. *ad medium, libr.* 5. Rota Roman. *in collect.* per Farinac. *deciſ.* 354. *num.*4.

24 Contrariam opinionem in primo exemplo tenuerũt, Curt.iu.n. *conſil.*49. Ruin. *conſil.* 52. *lib.*2.

25 Declaratur decimò, vt ſi eadem ſit conditio perſonarum fiat repetitio qualitatis maſculinitatis, ſecus ſi diuerſa eſſet conditio perſonarum, Peregr. *conſil.*30. *nu.* 13. *ad medium, lib.* 5. Menoch. *conſil.*585. *nu.*6. *lib.*6. Rota *d. deciſ.*354. *num.*4. *part.*2.

26 Declaratur vndecimò, vt ſi facta repetitione admitteretur minus dilectus fœminis, quod non fiat repetitio, Anan. *conſil.*4. Alexand. *conſ.*17. *lib.*7. Ruin. *conſ.* 153. *n.*9. *lib.*3. Alciat. *conſ.*112. *lib.*9. Peregr. *d. art.*25. *num* 36.

27 Declaratur duodecimò, vt ſi fideicommiſſum extingueretur faciliùs non fiat repetitio, Decian. *conſil.*442. *& conſ.*543. Cephal. *conſ.* 68. *n.*16. Bertaz. *conſ.*69. *n.*19. Peregr. *d. art.*25. *nu.*36. *in fine*.

28 Declaratur decimotertiò, vt non fiat repetitio maſculinitatis, quando talis repetitio non poſſet referri ad maſculos, vt ſi teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum ſub qualitate maſculinitatis, & poſtea dicat, & ſi vltimus maſculus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ſorores, nam conditio illa, ſi ſine filijs, intelligenda eſt de fœminis, nam grauauit teſtator in ſubſtitutione illa vltimum maſculum, & ſic ſi voluiſſet intelligere in conditione poſitos, eſſe maſculos, non eſſet vltimo maſculo facta ſubſtitutio, Peregrin. *conſil.*36. *nu.* 17. *verſic. ſecundo, lib.* 1.

29 Declaratur decimoquartò, vt ſi Iuriſperitus fecit diſpoſitionem non fiat repetitio, aliàs fiat, Præt. poſt alios citatos, *dicto fol.*147. *nu.*79. *& ſeq.*

30 Declaratur decimoquintò, vt ſi in vna parte poſiti ſint in conditione filij ſimpliciter, & in alia parte vocati ſint diſpoſitiuè filij maſculi, quod non fiat repetitio, aliàs ſecus, Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.*148. *nu.*85. Barz. *deciſ. Bonon.* 119. *nu.* 2. *&* 3.

31 Declaratur decimoſextò, vt non fiat repetitio, quando qualitas maſculinitatis fuit appoſita demonſtrationis gratia, vt ſi vocauit teſtator Titius eius filium maſculum, Præt. *dicto fol.*148. *num.*90.

32 Declaratur decimoſeptimò, vt ſi ſumus in diſpoſitione conditionali, non fiat repetitio, ſi verò in diſpoſitiua nominatione, & fiat repetitio, ita poſt multos relatos ſcribit Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *num.*34. 35. *&* 48. *& conſil.*41. *n.* 21. *lib.* 5. & ego idem ſcripſi *conſil.* 66. addo Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib.*2. *interpret.* 3. *dubit.* 1. *ſolut.* 3. *num.*85.

33 Declaratur decimooctauò, quando eſſemus in contractibus, & relatio non concordat in numero, & caſu, & ceſſat repetitio, Alciat. *conſ.*8. *nu.*37. *lib.*... Ruſtic. *in l. cum auus, lib.*6. *tit.* 10. *n.*5. *verſ. aut non agimus, ff. de condit. & demonſtr.*

34 Declaratur decimononò, vt ceſſet repetitio, quando ſequeretur aliquod abſurdum, Socin. iun. *conſil.* 1. *numero* 30. *libr.* 1. Ruſtic. *d. l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 10. *numero* 7. *verſic. denique*, vbi allegat *l. nam abſurdum, ff. de bon. liber. & l. diuortio, ff. ſolut. matrimon.* & ibi Iaſ. *in* 5. *not.*

35 Declaratur vigeſimò, repetitioni locum non eſſe, quando ageretur de tacita qualitate maſculinitatis, præſumpta in aliquo capitulo, quia ex ea non poſſet inferri ad aliam partem teſtamenti, Socin.iun. *conſil.* 1. *nu.* 31. *lib.* 1. Ruſtic. *d. l. cum auus, lib.*6. *cap.* 10. *num.* 7. *in fine, ff. de condit. & demonſtr.*

36 Declaratur vigeſimoprimò, vt repetioni locus non ſit, quoties agitur aduerſus diſpoſitionem iuris communis, latè Sotus Maior *tract. quotid. controu. cap.* 4. *part.*2. *n.*37. *& ſeqq.*

37 Declaratur vigeſimoſecundò, vt fiat repetio qualitatis maſculinitatis, quando per viam regulæ conſtitutum eſt fideicommiſſum fauore maſculorum; vt ſi teſtator dixit, Volo quod in fideicommiſſo maſculi, & non fœminæ ſuccedant, nam ſi in aliqua ſubſtitutione de filijs ſimpliciter ſit facta mentio, intelligitur de maſculis, *l.*3. *§. filius, ff. de liber. & poſthum. l. quæ conditio, ff. de condit. & demonſtr.* Ad quod facit, quia qualitas appoſita per viam regulæ generalis in vna parte diſpoſitionis, cenſetur in alia repetita, *l. regula, ff. de iur. & fact. ignor.* & ibi Bartol. *num. primo* & alij, idem Bartol. *in l. Prætor, §. vtriuſque differentia, num.* 1. *in fine, ff. vi bon. rapt.*

Et in ſpecie hanc opinionem probarunt, Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.*13. *par.*6. *in Gloſſ. verb. Mugieres, colum.* 8. *verſic.* Sed quid ſi fœminæ, & Ludou. Molin. *dict. cap.* 5. *num.*62.

38 Declaratur vigeſimotertiò, quando teſtator poſtquam ſubſtituit maſculum, dixerit, quod tunc, & eo caſu habens qualitatem maſculinitatis ſuccedat, nam tunc in alia parte, & ſubſtitutione licet adſit eadem ratio non cenſebitur repetita qualitas maſculinitatis, quaſi ex illis verbis reſtricta ſit qualitas maſculinitatis ad illum caſum, nec videatur teſtator voluiſſe eam repetere, ita Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. Primog. cap.* 5. *nu.*67. vbi allegat Anchar. *conſil.*357. *verſic.*4. *hoc probatur*, Roman. *conſil.*31. *& conſil.*138. Dec. *conſ.*287. *num.* 10. *&* 11. *conſil.*314. *num.*2. *&* 3. Curt. ſen. *conſil.*29. *n.*4. Socin. ſen. *conſil.*281. *nu.*9. *libr.*2. Grat. *conſ.*124. *nu.*38. *libro* 1. Rub. Alexandr. *conſilio* 31. *numero* 5. Celſ. Vgo. *conſil.* 25. *num.*8.

39 Declaratur vigeſimoquartò, vt fiat repetitio maſculinitatis, quando teſtator, facta vocatione maſculorum, dixit, eodem modo in alijs ſubſtitutionibus eſſe ſuccedendum, prout in materia primogenituræ, ita ſcribunt Ludou. Molin. *libr.* 3. *de Hiſpan. primogen. cap.* 5. *numer.* 65. Menoch. *conſil.* 802. *numer.* 97. *& ſeqq. & conſil.* 926. *num.* 36. *& ſeq.* [Declaratur vigeſimoquintò, vt non fiat repetitio, ſi qualitas maſculinitatis eſt expreſſa in numero ſingulari, & in numero plurali nominati fuerunt deſcendentes, in quibus contenditur fieri repetitionem maſculinitatis, Berou. *conſil.* 120. *numero* 73. *&* 77. *libro* 1. Alciat. *conſil.* 8. *num.*26. *libr.*9. refert, & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.*1265. *num.*19.]

SVMMARIVM.

1 *Maſculus ex fœmina non poteſt ſuccedere in fideicommiſſo ad quod maſculi ſunt vocati, decl. per totam quæſt.*

3 *Radice excluſa, omnia dependentia, & ab ea prouenientia excluſa.*

4 *Maſculorum vocatio fit pro conſeruandis bonis in agnatione.*

7 *Maſculus ex fœmina ſuccedit in fideicommiſſo, ad quod maſculi ſunt vocati, vbicunque fideicommiſſum non poteſt cenſeri relictum agnationis fauore, & numero 19.*

8 *Maſculus ex fœmina non ſuccedit in fideicommiſſo ad quod maſculi ſunt vocati, ſi eius mater viuit, aliàs ſecus.*

9 *Maſculis vocatis, in concurſu præferri debet maſculus ex maſculo, maſculus ex fœmina.*

10 *Maſculus ex fœmina non venit appellatione maſculorum, quando vocatus eſt maſculus ex maſculo, vel maſculus deſcendens per virilem ſexum, vel ex linea maſculina.*

11 *Maſculus ex fœmina non venit appellatione maſculorum, quando teſtator filia dotem reliquit, & agnatum inſtituit, eique decedenti ſine liberis maſculis ſubſtituit filiam. nam ſi agnatus decedat relicto nepote maſculo ex filia, ſubſtitutioni de filia teſtatoris locus erit.*

12 *Maſculus ex fœmina nupta in agnatione natus, venit maſculorum appellatione. decl. n. ſeqq.*

13 *In feudis non admittuntur maſculi ex fœminis, decl. ibid.*

14 *Fœmina nupta in familia dicitur conſeruare familiam & agnationem patris.*

18 *Agnationis appellatione veniunt omnes, qui ſunt per virilem ſexum coniuncti & portant eadem inſignia.*

20 *Maſculus ex fœmina venit appellatione maſculi, ſi filia ſit inſtituta, & eius deſcendentes maſculi ſint vocati. contra nu. 21. decl. nu. 22.*

23 *Maſculus ex fœmina venit appellatione maſculorum, ſi quicunque maſculi ſint vocati, decl. n. 24.*

26 *Maſculus nepos ex fœmina non venit, quando vocati ſunt filij & nepotes maſculi.*

27 *Inhabilitas medij inducit inhabilitatem in extremo.*

QVÆSTIO CCCCIV.

Maſculis vocatis, vel in conditione poſitis, an maſculus ex fœmina comprehendatur?

1 NON leuis eſt quæſtio, quando maſculi ſunt diſpoſitiuè vocati, vel etiam in conditione poſiti, an maſculus ex fœmina comprehendatur? Et quod non comprehendatur ſuadetur ex pluribus.

Primò adducitur, quod de iure communi appellatione maſculorum non veniunt maſculi deſcendentes ex fœminis, *l. 1. in fin. & l. immunitates, ff. de iur. immunit.* vbi priuilegia immunitatis conceſſa deſcendentibus maſculis non tranſeunt in maſculos ex fœminis. ſed teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris. *l. heredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Bart. & alij. ergo, &c.

Secundo facit, quia quod nepotes maſculi ex filia veniant appellatione deſcendentium maſculorum, eſt quædam ſubtilitas, quæ non cadit in quemlibet diſponentem, iuxta text. *in § finali. inſtitut. tit. quib. tut. dari poſſunt,* non ergo teſtator appellatione maſculorum voluit intelligere de maſculis ex foemina, & ita hoc argumento vſi ſunt, Bald *conſil. 40. quidam magnus nobilis, col. 2. verſ. præterea iſta ſubtilitas, libr. 3.* Corn. *conſil. 124. n. 23. lib. 2.* Menoch. *conſil. 172. nu. 18. lib. 2. & conſil. 1036. num. 7. lib. 11.*

Tertiò, quia excluſa radice omnia illius dependen- 2
tia, ac ab ea prouenientia excluduntur, *c. 1. § hoc autem, qui feud. dar. poſſ. cap. cauſa, quæ de dol. & contum.* Curt. iun. *conſ. 123. nu. 1.* Iaſ. *conſil. 9. col. 4. lib. 3.* Alciat. *conſil. 6. n. 10. lib. 2. & conſ. 97. n. 5. lib. 5* Fulgoſ. *conſil. 12. & conſil. 85. col. 2.* Socin. iun. *conſil. 50. num. 10. & conſil. 62. nu. 28. lib. 3.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 16. num. 2. ff. de condit. & demonſtr.* At mater ſe habet tanquam radix, ergo ſicuti ipſa eſt excluſa, & eius filij, licet maſculi, erunt excludendi.

Quartò, mutato ſexu non mutatur ratio excluſiua, 3
cum filius non poſſit ſuccedere, niſi tanquam parentis imago, argumento *l. illam § penult. C. de collatio.*, & ibi Paul. Caſtr. idem dixit Bald. *in l. maximum vitium, col. 2. verſic. idem dico, C. de lib. præterit. & d. conſil. 40. quidam magnus nobilis col. 1. verſic. non obſtat li. 3.* Menoch. *conſil. 172. nu. 30. lib. 2.* ergo ſi mater eſt excluſa, linea ab ea deſcendens non poterit ſuccedere.

Quintò, quia non poteſt plus iuris eſſe in cauſato, quã in influenti potentia cauſæ, & ideo ſicuti excluderetur mater ſi viueret pariter & eius filius excludi debet, & hoc argumento vſus eſt Bald. *in l. 1. ff. de Senat.* quem refert, & ſequitur Molin. *libro 3. de Hiſpan. primogen. c. 5. num. 16.*

Sextò, vocatio maſculorum non fit alia ratione, niſi 4
pro conſeruandis bonis in agnatione, Menoch. *conſil. 205. num. 13.* Cephal. *conſil. 10. num. 44.* Hieron. Gabr. *conſil. 97. numer. 24. libr. 1.* Surdus *conſil. 96. numer. 30. libr. 1.* Honded. *conſil. 70. num. 39. libro 1.* Mantica *de coniectur. vltim. voluntat. libr. 6. tit. 15. numer. 2.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 287. numer. 5. & ſeqq.* vbi de communi opinione teſtatur, & Peregr. *de fideicom. art. 25. numer. 47.* Sed quando agitur de conſeruandis bonis in agnatione, maſculi ex foeminis non ſunt vocati, Socin. ſen. *in l. Gallus, § nunc de lege, numer. 6. ff. de liber. & poſthum.* ergo &c.

Septimò addo, quod abſurdum eſſet nepotem ex fi- 5
lia excludere filiam aliam teſtatoris proximiorem: præſumitur enim teſtatorem magis dilexiſſe proximiorem quam remotiorem, *l. Titius, ff. de hered. inſtit. l. Publius § fin. ff. de condit. & demonſtr.* cum alijs, de quib. *q. 468.* Vnde ſi daretur caſu, quod extaret filia, & nepos ex filia prædefuncta, ſi procederet contraria opinio, ſequeretur hoc abſurdum contra præſumptam mentem teſtatoris quod remotior præferretur proximiori, ne ergo hoc ſequatur abſurdum, dicendum eſt appellatione maſculorum non venire maſculos ex foemina, & ita hoc argumento vſus eſt Menoch. *d. conſil. 172. nu. 21. lib. 2. & conſil. 1036. nu. 12. lib. 11.*

Octauò, vrgere videtur tex. *in l. 1. §. vlt. ff. de iur. immunit.* ibi *ſed & generi, poſteriſque data cuſtodia, quæ ad eos qui ex fœminis ſunt non pertinent.*

Vltimò, in ſpecie hanc ſententiam probarunt Bald. 6
in l. Caius, ff. ſolut. matrim. in auth. ſi quas ruinas, C. de S. S. Eccleſ. in l. 1. C. de condit. inſert. & ibi Salicet. Angel. *in l. ſed ſi hac, § liberos, ff. de in ius vocand.* Bart. *in l. Gallus, § nunc de lege, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Alexand. Iaſ. Soc. ſen. *nu. 6.* & alij communiter, Art. Pinell. *in l. 3. nu. 9. C. de bon. matern.* Afflic. *in cap. 1. in 3. not. de grad. ſucceſſ. in feud. & in capit. 1. in princip. numer. 113. de nat. ſucceſ. feud.* Bertrand. *conſ. 54. lib. 1. & conſil. 245. lib. 3.* Corn. *conſ. 146. n. 1. lib. 2.* Fulgoſ. *conſ. 86.* Soc. ſen. *conſil. 90. n. 2. lib. 1. & conſ. 63. n. 14. lib. 3.* Guid. Pap. *conſ. 18.* Capr. *cõſil. 18. nu. 5.* Rum. *conſil. 167. nu. 6. lib. 2. conſ. 49. nu. 2. verſ.*

ſed,

ſed tamen, & conſ 120. num. 8. & ſeq. lib. 1 Socin. iun. conſil. 69. n. 28. & conſ. 116. li. 3. Rub. conſ. 23. & 128. Alciat. conſ. 96. n. 33. & ſeqq. Natta conſil. 187. n. 9. Crau conſ. 22. col. vlt. Burſat. conſ. 228. n. 92. Dec. conſil. 127. n. 15. lib. 3. conſil. 1. & conſ. 63. n. 12. lib. 1. Surd. conſ. 317. nu. 7. lib. 3. Menoc. conſil. 172. n. 12. 24. & per totum, conſ. 321. num. 1036. conſil. 1152. n. 16. & conſ. 1177. nu. 11. & ſeqq. conſil. 1228. num. 30. & conſil. 1229. n. 16. & ſeqq. Laderc. Imol. conſ. 153. per totum, Hipp. Rimin. conſ. 313. n. 31. & 782. num. 42. Odd. conſ. 6. n. 43. Peregr. conſil. 1. li 5. latè Chriſtoph. Torniol. conſil. 32. Hieron. Gabr. conſ. 116. num. 3. lib. 2. Io. Andr. in addit. ad Spec. rubr. de teſtam. Cremenſ. ſing. 20. Tiraquell. de iur. primog. quæſt. 13. num. 6. vbi de communi opinione teſtatur, Matth. ſingul. 128. aliàs 131. Anton. Gabr. de ſubſtit. concl. 2. in fin. Ludou. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primog. c. 5. nu. 27. & num. 45. Odd. tract. de compend. ſubſtit. par. 6. art. 4. num. 4. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Craſſ. §. in fideicommiſſum, quæſt. 35. n. 3. vbi dicit eſſe communem opinionem, idem aſſerit q. 15. n. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. libr. 11. tit. 15. n. 2. & in tract. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 13. Alexand. Trent. de ſubſtitut. par. 4. c. 7. nu. 10. vbi ait eſſe communem opinionem, Menoch. libr. 4. præſumpt. 91. nu. 5. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 58. n. 6. & q. 85. n. 5. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 16. ff. de condit. & demonſtr. vbi plures ad hoc citat & comprobat, teſtando eſſe magis receptam ſententiam, Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 80. part. 2. Menoch. deciſ. Florent. 52. Theſaur. deciſ. Pedem. 188. n. 23. vbi ait Senatum ita iudicaſſe.

7 Contrariam opinionem, quando diſpoſitio non eſt facta, vt bona conſeruentur in agnatione, vt ſi filia eſſet grauata ſub conditione, ſi ſine filijs maſculis deceſſerit, vel liberi maſculi filiæ ſunt diſpoſitiuè vocati, vel filij extranei, vel fœmina eſſet teſtatrix, nam tunc quod & maſculus ex fœmina comprehendatur, quia in eo verificātur omnes qualitates expreſſæ à teſtatore, cum ſit filius, & ſit maſculus, tenent alij, Fulgoſ. conſil. 83. Bald. Corn. & Caſtr. in l. 1. nu. 3. C. de condit. inſert. idem Caſtr. conſ. 341. præſuppoſito, quod dictum ſtatutum in antiquis: & in nouis, conſ. 91. n. 4. lib. 2. Socin. ſen. in l. Gallus, §. nunc de lege, nu. 5. ff. de liber. & poſth. Ruin. conſ. 120. n. 8. 9. 13. lib. 1. vbi dicit, quod ſaltem venit deficientibus maſculis ex maſculis, idem Ruin. conſilio 49. num. 2. eod. libr. 1. Rubeus Alexand. conſ. 22. numero 11. verſic. quartus caſus repertum, conſil. 128. Tiraquel. de iur. primogen. q. 13. nu. 11. Socin. iun. conſil. 2. lib. 3. Alciat. conſil. 15. n. 2. lib. 8. & conſil. 104. nu. 1 libro 9. Corn. conſil. 246. numero 9 libro 2. Alba. conſil. 86. num. 4. 5. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & conſil. 87. nu. 3. Roland. à Valle conſil. 79. n. 11. 15. lib. 3. Bero. conſil. 120. n. 17. & infra lib. 2. Ceph. conſil. 600. nu. 33. & ſeqq. Bardell. conſil. 317. nu. 12. & ſeq. Silueſt. Aldobr. conſ. 3. n. 12. iuncto n. 63. & ſeq. Menoch. latè conſ. 802. 803. nu. 27. & ſeqq. vbi loquitur de maioratu, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 11. & multis ſeqq. vbi refert ſuum conſilium in eadem cauſa contra Menoch. dict. conſil. 172. vbi latè comprobat & reſpondet ad argumenta Menoc. idem lib. 8. tit. 11. n. 8. verſ. ſimiliter, & lib. 11. tit. 15. n. 4. Peregr. conſil. 1. n. 3. & ſeqq. lib. 5. Guid. Pap. deciſ. 612. Rota Rom. in nouiſſ. deciſ. 6. part. 1. Alexand. Trent. de ſubſtit. part. 4. c. 7. n. 10. verſ. quartus, vbi dicit eſſe intentionem omnium, Gallus de except. tit. 4. except. 27. nu. 84. & ſeqq. part. 2. Modern. Pariſ. in comment. ad conſuet. Pariſ. tit.....§. 25. nu. 7. 10. Ludou. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 5. nu. 45. & ſeqq. Curt. iun. conſil. 1. num. 24. Mantic. conſil. 129. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 26. nu. 15. & ſeqq. hanc tenet niſi agatur de conſeruandis bonis in agnatione, vel alia adeſſet ratio, quod teſtator veriſimiliter non ſenſerit de maſculis ex fœmina, exemplum eſſe poſſet, ſi teſtator filiam excluſit, & fratrem inſtituit hæredem, & illi decedenti ſine liberis maſculis ſubſtituat filiam propriam, ſi moriatur frater relicto maſculo ex filia locus erit ſubſtitutioni de filia teſtatoris, ne alioquin ſequatur abſurdum, quod nepos ex filia fratris remotior excludat propriam filiam teſtatoris, ſic Peregr. loco citato poſt Bald. & alios relatos, & dicam infra num. 17. Concedit etiam Peregrin. quod ſi concurrant maſculus ex maſculo, & maſculos ex fœmina, quod maſculus ex maſculo præferendus erit, de quo articulo etiam dicam infra verſic. prima tamen.

Et probatur iſta opinio, quod deſcendens ex foemina veniat appellatione deſcendentis maſculi, ex cap. primo, de eo qui ſib. vel hæred. maſcul. dum ibi dicitur, non eſſe locum foeminis, dum ſupereſt maſculus, & etiam hunc textum allegauit Mantic. d. lib. 8. tit. 18. nu. 16.

Videatur tamen infra nu. 17. vbi retuli diſſentientes etiam in his terminis.

Tertià etiam eſt opinio, qua præcedentes duæ contrariæ concilientur. Aut mater maſculi viuit, & tunc & maſculus ſit excluſus, nam abſurdum eſſet, quod mater proximior excludatur, & eius filius remotior admittatur. Aut mater eſt mortua, & tunc filius licet remotior non excludatur, ita Menoch. conſil. 172. nu. 30. lib. 2. conſil. 802. nu. 40. lib 9. & conſil. 1036. nu. 9. libro 11. qui allegat Ang. in l. illam, C. de collat. Caſtr. in l. ſi defunctus, n. 3. C. de legit. hæred Soc. ſen. conſil. 69. n. 23. in fine lib. 3. Ruin. conſil. 120. nu. 16. libro 1. & Socin. iun. conſil. 2. n. 25. verſ. præterea, lib. 3. rurſus Menoch. conſ. 1228. n. 39. & conſ. 1229. nu. 17. Laderch. conſ. 159. in fine. 8

Prima tamen opinio procederet, quando concurreret maſculus ex maſculo, & maſculus ex fęmina, quia maſculus ex maſculo erit præferendus, Ruin. conſil. 49. num. 6. & conſil. 120. num. 8. lib. 1. Socin. iun. conſil. 69. lib. 3. Alciat. conſ. 15. col. 2. libro 8. Ceph. conſil. 581. num. 5. Peregr. de fideicom. artic. 26. num. 17. verſ. paſſus, & conſ. 1. num. 10. in fine lib. 5. 9

Secundò, maſculus ex foemina non diceretur vocatus, quando teſtator vocaſſet maſculum ex maſculo, vel maſculum deſcendentem per virilem ſexum, vel ex linea maſculina, Peregr. conſil. 5. nu. 10. lib. 5. & dixi latè quæſt. 346. nu. 10. & ſeq. 10

Tertiò non diceretur vocatus maſculus ex foemina, quādo teſtator, relicta dote filiæ, fratrem vel aliū agnatum inſtituit hæredem, & illi ſine liberis maſculis decedenti ſubſtituat propriam filiam à ſe iam excluſam, nam moriente hærede grauato, relicto nepote ex filia, locus erit ſubſtitutioni de filia teſtatoris, non enim pręſumitur teſtatorem alienam ſobolem foemininā prætuliſſe propriæ filiæ, Bald. conſ. 40. quidam magnus nobilis, lib. 3. Butr. conſil. 47. Corn. conſil. 246. lib. 2. Rub. Alex. conſ. 22. & conſ. 128. & n. 8. Chriſtoph. Torniol. ſenſit cōſ. 32. Menoch. conſil. 1036. nu. 19. & ſeqq. Iaſ. in l. Gallus, §. nunc de lege, & ibi alij Doctores, ff. de liber. & poſthum. Matt. not. 130. Peregr. de fideicomm. art. 26. num. 18. 11

Declaratur primò non habere locum, quando mulier eſt nupta in agnatione, quia nati ex foemina, & agnato maſculi venirent: in eis enim omnes conditiones, & qualitates verificantur, etiam quod teſtator habuerit mentem conſeruandi bona in agnatione, nam ſunt deſcendentes, ſunt maſculi, & bona remanent in familia: ita cum caſus contigiſſet in ſatis notabili cauſa ſuper teſtamentis DD. Camilli, & Io. Pauli de Coradellis fratrum, qui eiſdem verbis teſtamenta conceperant, faciendo fideicommiſſum, & ponendo in conditione maſculos deſcendentes ex fratribus, & ſic ſucceſſiuè de hærede in hæredem maſculum, vt bona 12

in agnatione conſeruarentur, conſului deſcendentes maſculos D. Iuliæ filiæ D. Andreæ Coradelli, & nuptę inq. D. Laurentium Coradellum admittendos eſſe excluſo D. Horatio deſcendente ex altero ex fratribus fideicommiſſo honoratis, & grauatis, agente vigore dictorum fideicommiſſorum, quia D. Andreas prædictus deceſſerat relicta ſola ipſa D. Iulia fœmina, adducebat in terminis ita tenuiſſe Crauett. conſil. 831. & 877. Alba. conſil. 86. & 87. vbi latè, & diffuſius in eadem cauſa, Vegg. conſil. 63. vbi in principio dicit ita fuiſſe iudicatum, Peregrin. conſil. 50. num. 4. vbi in princ. nu. 1. patet ita iudicatum, Mantica de coniectur. vltim. volunt. libr. 8. titul. 12. num. 10. in fin. & Alexand. Trent. de ſubſtitut. par. 4. cap. 7. num. 10. verſic. tertius caſus, & ſenſit Iaſ. conſil. 142. num. 35. in fine, libr. 2. Guid. Pap. conſil. 176. num. 4. Menoch. conſil. 730. nu. 12. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 16. num. 15.

13 Confirmabam, nam ad feuda non admittuntur maſculi ex fœmina, cap. 1. de ſucceſſ. fratr. vel de gradib. ſucced. & tamen ſi foemina ſit in agnatione, & habeat filios maſculos, licet iſti eſſent vti agnati remotiores alijs agnatis vocatis ex inueſtitura, attamen excludent tales agnatos, cum in eis verificentur qualitates inueſtituræ, quod ſint deſcendentes, & quod ſint agnati, & maſculi & ſic in vno & eodem caſu conſuluerunt Brun. Aſten. conſil. 9. & ibi inter eadem conſil. 9. 10. 11. Bartholo. Soc. Campeg. Iaſ. conſil. 17. libr. 2. Curt. iun. conſil. 1. maximè in 3. col. nu. 10. & col. vlt.

14 Addo, quod foemina nupta in familia, dicitur conſeruare agnationem & familiam patris, Menoch. conſ. 730. n. 12. & dixi quæſt. an ad fideicommiſſum relictum familiæ veniant fœminæ, quæſt. 352. nu. 42.

Et in eadem cauſa conſuluit pro iſta opinione Excellentiſſimus D. Bartholomeus Stella I. C. magni nominis, qui conſilio meo ſe ſubſcripſit: patrocinantibus ex aduerſo Excellentiſſimis D. Franciſco Portulaca Equit. & D. Laurentio Aueroldo.

Inuenio tamen Theſaur. quæſt. Foreſ. 100. vbi in feudo, ad quod filia non poterat admitti, non etiam admitti eius filios, licet mater ſit nupta in agnatione, & dicit ita iudicatum, idem tenent Paul. Leon. conſil. 23. nu. 18. cui conſil. ſubſcripſerunt Rimin. iun. Prat. & Turzan. vt in conſil. 24. 25. 26. licet ſpecificè de hoc nil dicant, exiſtimantes forſan oppoſitionem ſatis ſublatam ex dictis à Leonio Alexandr. Raud. variar. reſolut. cap. 39. num. 409.

15 Poſſet tamen ſubdeclarari iſta opinio, quando teſtator vocaſſet ſuos deſcendentes, & hoc propter dictionem ſuos, quæ denotat ſuitatem, & ſic non poſſit comprehendere natos ex filia, & ſic Speculatorem intellexit. Alben. d. ct. conſil. 87. num. 7. & ſequitur Alexandr. Trent. d. cap. 7. nu. 10. verſic. ſecundus, poſt Pariſ. conſil. 1. num. 60. lib. 3.

16 Contrarium tamen, & bene defendit Alciat. conſil. 104. nu. 3. & ſeqq. lib. 9. vbi dicit dictionem (ſuos) non poſſe alterare ſignificationem nominis, cui adiungitur, & ideo cum ex propria ſignificatione maſculus ex foemina ſit deſcendentes teſtatoris, vt dicunt Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. numer. 8. in fine. & citati ſupra numer. 13. quod adijciatur verbum, ſui, non debet alterari ſignificatio propria verbi, deſcendentis.

17 Subdeclaratur ſecundò, quando teſtator feciſſet mentionem de familia, & eſſemus in caſu, quod intelligere voluit de familia ſua effectiuè, quod quando ſit, dixi quæſt. 351. & filia fuiſſet nupta in eadem familia, ſed non de ſtipite, & colonello teſtatoris, quia tunc cum non verificetur qualitas, quod in familia effectiua teſtatoris conſeruentur bona, maſculus ex filia non excluderet ſubſtitutum de familia effectiua teſtatoris, Pariſ. conſil. 1. num. 58. & ſeqq. libro 3. & ſentire videntur Curt. ſen. conſ. 63. num. 13. & ibi Socin. ſen. conſil. 40. num. 13. & ſeqq. Aliud eſſet quando fuiſſet fa- 18
cta mentio agnationis, nam tunc ceſſat diſputatio, an teſtator ſenſerit de ſua agnatione, id eſt, ſuis deſcendentibus tantum, non autem de tranſuerſalibus, quia hoc verbum non reperitur habere ſpecialem ſignificationem vnius colonelli teſtatoris diſtincti ab alio, cum ex ſui ſignificatione comprehendat omnes, qui ſunt per virilem ſexum coniuncti, & portant eadem inſignia, vt egregiè declarat, & comprobat Decian. conſil. 86. num. 27. 28. 29. lib. 4. & admittit Peregrin. conſil. 149. nu. 6. & 22. lib. 3. & ante eum Menoch. conſ. 124. nu. 19. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 12. in fin. & dixi conſ. 137. vbi alios congeſſi. Sed aduerte, quod Alba. Vegg. Crauet. & Peregr. conſuluerunt in caſu, quo filia erat nupta in agnato tranſuerſali, qui non comprehendebatur ſub familia effectiuè teſtatoris, & tamen volunt deſcendentes maſculos ex talibus nuptijs excludere ſubſtitutum.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando ceſ- 19
Limitatur ſextò, quando teſtator in vna parte teſtamenti dum fecit mentionem de filijs, intellexit de legitimis, & naturalibus, quia & in alia parte de legitimis & naturalibus præſumitur intellexiſſe, Honded. *conſ.* 62. *num.* 49 *libro.* 1. Peregr. *conſ.* 73. *nu.* 2. *verſ. quare, lib.* 2. *& in tract. de fideicomm. art.* 16. *nu.* 108. & ratio eſt, quia qualitas appoſita in vno capitulo, quæ ſignificationem nominis vel verbi reſtringit, videtur repetita in alio ad declarationem ſignificationis illius nominis, vel verbi, *l. virum, ff. de petit. hered.* Bart. *in l. ſi ſeruus plurium, §. vlt.* & ibi Angel. *ff. de leg.* 1. Bart. *in l. qui filiabus, in princ. ff. eodem.* Curt. iun. *conſil.* 112. *nu.* 7. Ruin. *conſ.* 147. *nu.* 8. *libro* 2. Soc. ſen. *conſ.* 63. *nu.* 14. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 72. *num.* 42. *& ſeq. lib.* 4. Sic verbum, quod poteſt plures habere ſignificationes, ſi in vna parte teſtamenti ſit prolatum ſecundum vnam ſignificationem, & in alia idem erit dicendum. Corn. *conſi.* 202. *ante num* 8. *lib.* 5. Ripa *in l. Centurio, nu.* 114. *ff. de vulg.* Pariſ. *conſ.* 74. *num.* 4. *& conſ.* 86. *nu.* 55. *lib.* 2. Similiter ex verbis prolatis in vna ſcriptura ſumitur interpretatio quid ſenſerit teſtator in alio actu, vel ſcriptura, *l. vxori, §. vlt.* & ibi Bart. *ff. de legat.* 3. Alex. *conſil.* 69. *num.* 3 *lib.* 6. Curt. ſen. *conſ.* 49. *col.* 6. Crauett. *conſil.* 231. *n.* 12. Et magis ad rem conferunt dicta *q* 403. vbi diſcuſſum fuit an filiorum appellatione veniant fœminæ, quando teſtator in alia parte teſtamenti fecit mentionem de filijs maſculis.

Limitatur ſeptimò, quando teſtator propriam fi- 39
liam grauauit ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit, vel agnatam, cui dedecori ſit, quod naturales ex ea naſcantur, quia tunc cenſetur de legitimis, & naturalibus intellexiſſe. Bart. *in l. hæredibus, §. vlt. ff. ad Trebell.* Angel. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus*, & ibi Imol. Alexand. Ripa *num.* 25. & Hercul. *colum.* 3. *verſ. ſecundo fallit ff. eod.* Socin. ſen. *in l. ſi cognatis, num.* 19. *ff de reb. dub.* Abb. *in cap. in præſentia* & ibi Dec. *nu.* 41. Pariſ. *nu.* 53. *& ſeq* & Bero. *nu.* 248 *extr. de probat.* Tiraq. *de leg. conub. leg.* 1. *nu.* 45. *circa medium.* Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. primog. cap.* 3. *nu.* 34 Odd. *d. art.* 6. *verſic. an naturales tantum n.* 6. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Paleot. *tract. de not. & ſpur. cap.* 27. *in fine.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. li.* 11. *tit.* 9. *n.* 16. Craſs. *in § fideicommiſſum, q.* 37. *num.* 7. vbi ait eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 33. Menoch. *libro* 4. *præſumpt.* 78. *nu.* 57. Peregr. *de fideicommiſſ artic.* 28. *num.* 48 Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 64. *numero* 69. Gallus *d. tit.* 14. *except.* 27. *nu.* 128. Ruſticus, *d. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 129. *& ſeqq.*

Idem erit dicendum in fœmina omninò extranea in- 40
ſtituta, & grauata ſub hac conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, vt tenent Ripa *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, nu.* 23. *ff. ad Trebell. &* & ante eum ibidem Paul. Caſtr. *ante nu.* 8. *verſ. idem videtur.* & Raph. Cuma. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 9. *n* 16. *in fine* Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 7. *nu.* 23. Menoch. *libro* 4. *præſumpt* 78. *num.* 60. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 64. *num.* 71. Gallus *d. tit.* 4. *except.* 27. *n.* 129. *par.* 2. Ruſtic. *d. l. cum auus lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 136. cum quibus & ego tranſeo, non enim poſſum credere, quod teſtator pudicitiam, in hac fœmina inſtituta, & grauata non deſiderauit, cum maius dedecus ſit impudicitia in fœmina quam in maſculo, Gloſ. *in l. palàm, §. quæ in adulterio, ff de ritu nupt.*

Cæterum in contraria opinione, in fœmina omni- 41
nò extranea, fuerunt alij volentes naturales filios excludere ſubſtitutũ, Bart. *in d. §. ſi quis rogatus*, & ibi Angel. Imol. & Alexand. Felin. *in cap. in præſentia, nu.* 21. & ibi Pariſ *num.* 54. *extr. de probat.* Paleot. *tract. de noth. & ſpur. cap.* 28. *in fine*, Odd. *d art.* 6. *verſ. an naturalis tantum, n.* 6. *in fine*, Craſs. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 37. *nu.* 6. *in fine*, Peregr. *d art.* 28. *nu.* 38.

Portò ſi fœmina grauata non potuiſſet habere, niſi 42
liberos naturales, dicendum eſſet, quod conditio, ſi ſine filiis ei adiecta verificetur in naturalibus, exemplum eſt in filia, quæ eſſet furioſa, & incapax matrimonij, vt eſt text. *in d. l. hæredibus, §. Titius*, & ibi Gloſ. & Bart. & alij, *ff. ad Trebell* Ruſtic. *d lib.* 3. *c.* 1. *nu.* 135. *verſic. quid autem, & num. ſeqq.*

Idem dicendum eſſet, quando inſtituta, & grauata 43
eſſet illa fœmina, quæ teſtamenti tempore erat in concubinatu cum aliquo, nam conditio, ſi ſine filijs decederet, intelligenda erit etiam de naturalibus, argum. *dicta l. hæredibus, §. Titius, ff. ad Trebell.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 78. *nu.* 61. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 64. *nu.* 74. Ruſtic. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 135. *in fine.*

Limitatur octauò, quando ſubſtitutus eſſet alter fi- 44
lius teſtatoris, quia tunc naturalis ſubſtitutum non excluderet, Salic. *in l. generaliter, §. cum autem, col.* 3. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* vbi dicit & Ricardum de Saliceto excelſi nominis Doctorem ita conſuluiſſe, Ripa *in d. §. ſi quis rogatus, num.* 44. vbi tamen fatetur contrariam opinionem eſſe communem, Bero. *in cap. in*

præſen-

*preſentia,nu.*284.*extr.de probat.*Bald.*consil.*349.*col.*2.*versic.sequitur videre,lib.*3. Alex.*cons.*94.*nu.*3.*lib.*1. Soc.ſen. *cons.*249.*nu.*26.*lib.*2. Menoch. *in fortioribus,consil.* 264. *num.*8.*& lib.*4.*praesumpt.*78.*ante num.*61. vbi dicit hanc opinionem eſſe communem, Alexand.Trent. *de substitut.part.*4.*c.*7.*nu.*34. Intrigl.*d.cent.*3.*q.*64.*nu.*75. Gallus *d.except.*27.*n.*130. Mantic.*de coniect.vltim. volunt.lib.*11. *tit.*9.*nu.*17.& alij relati *quaest.seq.nu.*96. Et fundamentũ totum huius ſententiæ eſt in veriſimili mente teſtatoris, quod noluerit eius filium excludi à filio naturali grauati. Et ſi dignitas teſtatoris operatur ne ſubſtitutus excludatur, *d.§.si quis rogatus*, & dictum fuit ſupra, multò magis id debet reſultare ex paterno amore, cum nullus amor vincat paternum. Vlterius, hæc opinio probatur *in d.l.generaliter*, *§.cum autem*, à contrario ſenſu, ibi *habetur, quod substitutus excluditur, vt haereditas vadat ad filios*, at ad naturales hæreditas deuenire non poteſt ſtantibus legitimis, *authen.licet*, *C.de nat. liber.* ergo ſubſtitutus admittetur ad hæreditatem teſtatoris, quia per fideicommiſſum ſuccedit teſtatori. Debile tamen eſt hoc argumentum, vt patet ex reſponſionibus datis per Alexandrum, & alios tenentes contrariam ſententiam, vnde non erit recedendum à primo fundato in veriſimili mente teſtatoris, nec video quomodo prudenti imaginatione cogitari poſſit, quod pater voluerit hæreditatem ſuam potius ad naturales odioſos deuenire, quam ad legitimos, qui & nomen, & familiam ſuam cum diuitijs conſeruare poſſunt.

45 Contra igitur malè tenuerunt alij, affirmantes, & altero teſtatoris filios ſubſtituto naturales ad eius excluſionem cenſeri poſitos in conditione, in qua opinione fuerunt, Alexand. *in d.§.si quis rogatus*, & ibi Hercul. *col.*3. Odd. *d.art.*6.*nu.*7.*versic.ad naturales tantum*, Peregr. *de fideicom.art.*28.*nu.*45 vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, Craſſ. *in §.fideicommissum,q.*37.*num.*7. vbi dicit eſſe communem opinionem, Ruſtic. *in d.lib.*3.*cap.*1.*n.*142. vbi dicit eſſe communem opinionem, quam etiam eſſe communem concedunt Ripa, & Mantica, qui primam ſequuntur ſententiam, & alij relati *q.seq.nu.*97. Sed aduerte, ne decipiaris, quia hodie verum non eſt, quod hæc opinio ſit communis, quandoquidem verè contraria eſt communis, pro qua ſtant decem authores, & pro hac ſolum ſex, & qui tenent primam ſunt non ſolum numero, ſed & pondere & menſura maiores.

46 Poſſet tamen ſecunda opinio procedere, quando filius ſubſtitutus non fuiſſet datus coheres alteri filio grauato, ſi decederet ſine liberis, ſed fuiſſet odioſus patri, vel in ſola legitima honoratus, quia tunc ceſſaret amoris coniectura, & affectionis in filium, *l.si seruus, plurium §.vltim.ff. de legat.*1. ita tenent Angel. *in l.vlt.C.de instit.& substit.* Ripa *in d.§.si quis rogatus, nu.*25.*vers.quod maximè*, Mantica *d.libro* 11.*tit.*9.*num.*17 Intrigl.*d.cent.*3.*q.*64.*num.*77.& Ruſtic. *dicto lib.*3.*cap.*1.*num.*44.

47 Limitatur nonò, quando ſubſtituta eſt pia cauſa, nam tunc eius fauore conditio, ſi ſine liberis, non deficere per exiſtentiam filiorum naturalium, Bald. *in cap.in praesentia,num.*35.& ibi Felin. *num.* 29. *vers.fallit primo*, & Decian. *nu.*42.*extr.de probat.* Marſ.*singul.*131. Tiraquell. *de privileg.piae causae privil.*94. *circa medium*, Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*9.*nu.*18. vbi teſtatur de communi opinione, Andr. Gail. *lib.*2. *Obseruat.Pract.obseruat.*136.*n.*6. Intrigl. *de substit. cent.*3. *quaest.*64.*num.*82. Gallus *de except. success. tit.* 4. *except.* 27 *n.*130.*ad medium.parte secunda*, Menoch. *lib.*4.*praesumpt.*78.*nu.*66.*& consil.*1178,*num.*2.*lib.*12. Ceph.*cons.* 111.*nu.*32. Honded.*cons.*64.*nu.*55.*lib.*1. vbi teſtatur de communi opinione.

Fundamentum primum eſt dignitas eccleſiæ, quæ dignitas ſicuti in teſtatore operatur naturalem non facere deficere conditionem, *d.§.si quis rogatus*, vt ſupra dictum eſt, idem dicendum eſt in dignitate ſubſtituti, cum etiam in materia hac attendatur non ſolum dignitas teſtatoris, *vt in d. §. si quis rogatus*, ſed etiam inſtituti grauati ſecundum Gloſ. *in d. §. si quis rogatus*, quam ibi ſequuntur, Angel. Imol. Alexand. *nu.*6.*vers.item fallit*, Paul. Caſtr. *nu.*8. Tiraquell. *de leg. connub. leg.*1.*num.* 45. ergo pari ratione attendetur dignitas eccleſiæ ſubſtitutæ. Reſponderi tamen poteſt nullibi probari quod ſubſtituti dignitas ſit attendenda, nec rectè argui à dignitate grauati, ad dignitatem ſubſtituti, quia ab eo poſiti in conditione non capiunt nec mediatè, nec immediatè, prout capiunt à teſtatore, vel grauato, alia etiam pro reſponſione erunt videnda apud Alexand. Odd. Ruſtic. & alios pro contraria opinione relatos. Et hoc etiam fundamentum impugnat Menoch. *dicta praesumpt.* 78.*num.*66. qui ſequitur hanc limitationem, dicens verum eſſe, quod non attenditur dignitas, ſed ſolum voluntas teſtatoris, & hoc eſt veriſſimum. 48

Secundò adducitur, quod ſumma eſt ratio quæ pro religione facit, *l. sunt personae, ff. de relig. & sumpt.fun. & ecclesia filijs comparatur*, ita vt ſi grauatus fiat monachus, eccleſia facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit, *§.sed & hoc.praesenti,in auth.de sanctiss Episcop.* & dictum fuit *quaest.*430. Maximè cum ſubſtituta eccleſia agatur de fauore animæ teſtatoris, quæ omnibus rebus anteponenda eſt, *l.sancimus*, *C.de sacro sanct. eccles.* vnde iudicandum ſit teſtatorem potius voluiſſe habere eccleſiam, quam filium naturalem grauati conceptum in peccato. Et in dubio pro pia cauſa iudicandum & præſumendum ſit, Menoch. *consil.* 224.*num.*33. Maſcard. *de probat. conclus.*1171. 49

Reſpondetur tamen, quod voluntas teſtatoris ex eius pietate deſumi non poteſt, nam licet reſpectu eccleſiæ poſſit deſumi teſtatorem voluiſſe bona ad eam deferri ex eius pietate, deficit tamen natura, & filij naturales habent naturalem rationem pro ſe, & etiam pietatem, *l.generaliter.§ cum autem*, ibi *humanitatis intuitu, hoc & latius, & pinguius interpretandum esse conditionis, si quis naturales*, &c. & ibi *vt quod inter iustos liberos sancitum est, hoc & in naturales,&c.*& cauſa naturalis eſt potior, quam accidentalis, *l. filio quem pater, ff. de liber. & posthum.* Nec poteſt etiam ex priuilegio aliquo piæ cauſæ deſumi, quod teſtator non ſenſerit de naturalibus ad eam excludendam à ſubſtitutione, quia pia cauſa non eſt priuilegiata, niſi in his caſibus, qui à iure ſunt expreſſi, Pariſ. *consil.*74.*nu.*20.*lib.*3. & alibi ſæpe dictum fuit.

Melius igitur ſenſerunt, qui contrariam ſententiam probarunt, quod ſcilicet pia cauſa ſubſtituta excludatur, ſi ex grauato extent filij naturales tantum, in qua ſententia fuerunt Saliceт. *in dicto §. cum autem.* Alexan. *in in dicto, §.si quis rogatus*, & ibi Hercul. & Rip. *nu.*25. vbi dicit eſſe communem opinionem, Capr. *cons.*132.*nu.*2. *&* 5. Odd. *vbi supra, nu.*7.*in fine*, vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ. *in §.fideicommissum. quaest.* 37.*nu.* 8. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Alexan. *de substit parte quarta,cap.*7.*num.* 35. *in fine*, vbi aſſerit hanc opinionem eſſe veriorem & communem, Peregr. *de fideicomm.art.*28.*nu.*45 *in fine*, vbi teſtatur de communi, *& consil.*54 *num.* 25 *lib.* 2. Ruſtic. *d.l.cum auus*, *lib.*3.*cap.*1. *num.*145.*& seqq.* 50

Funda-

Fundamenta huius ſententiæ deſumuntur ex reſponſionibus ſupra datis ad argumenta tenentium primam opinionem, quæ ſunt: primò, quia in materia *dicti* §. *ſi quis rogatus*, non attenditur qualitas ſubſtituti: ſecundò, quia in filijs naturalibus concurrit votum paternum, ex natura, & pietate, ſicut in legitimis: tertiò, quia in pia cauſa in hoc non erit expreſsè priuilegiata: & minus debet cenſeri priuilegiata, ſi agatur de excluſione deſcendentium teſtatoris.

51 Concederem tamē primam opinionem ſequendam eſſe, quando ſubſtitura eſſet pia cauſa pro malè ablatis ad teſtatoris conſcientiam exonerandam, & ità voluit & Ruſtic. *dicto cap.* 1. *num.* 148. & conferunt dicta ſupra de tacita conditione non ſubintelligenda ſubſtituta pia cauſa pro male ablatis, *quæſt.* 393. *n.* 70.

52 Limitatur decimò, quando teſtamenti tempore grauatus habebat ſolum filios legitimos, & naturales, quia tunc cenſetur teſtatorem ſolum cogitaſſe de filijs legitimis, & naturalibus, quando grauauit hæredem, ſi decederet ſine filijs, non autem conſideraſſe triſtem euentum, quod filij legitimi, & naturales, & vxor grauati moriantur, non enim præſumitur caſus aduerſos venire in mentem teſtatoris, arg. text. *in l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram*, *ff. de verb. oblig.* cum concordantibus, & ſic in terminis tenet Paulus Caſtrenſ. *in dict.* §. *ſi quis rogatus, num.* 7. Menoch. *d. præſumpt.* 78. *num.* 63. Intrigl. *d. q.* 64. *num.* 78.

53 Contrariam tenent alij volentes & hoc caſu naturales facere deficere conditionom fideicommiſſi, Alexan. *in dict.* §. *ſi quis rogatus, num.* 26. & ibi Hercul. *col.* 5. *verſic.* 5. *fallit*, & Rip. *n.* 26. Odd. *d. art.* 6. *verſic. an naturales tantum, nu.* 8. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *c.* 7. *nu.* 36. *in fine*, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 19. Peregr. *de fideicom. art.* 28. *nu.* 45. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 137. *& ſeqq.*

54 Et hæc opinio mihi magis placet, primo quia veriſimile eſt quod ſi teſtator cogitaſſet de futuros filios legitimos iam extantes, idem de naturalibus diſpoſuiſſet, vnde haberi debet pro diſpoſito, iuxta Gloſ. *in l. tale pactum*, *ff. de pact.* & ita etiam dixit Soc. ſen. *in l.* 1. *n.* 38. *ff. de vulg. &* & in ſpecie ſic arguunt Odd. Ruſtic. & Mantic. *ſupra relati*.

Secundò hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, habet tractum in futurum vſque ad tempus mortis, *l. ex facto*, §. *ſi quis autem*, *ff. ad Trebell.* ergo teſtator non ſe reſtrinxit ad filios legitimos & naturales extantes tempore teſtamenti. Confirmatur hoc, quia licet appellatione filiorum non veniant nepotes, ſi tamen teſtator reſpexit futurum euentum, & ignoratur, an illo tempore extituri ſint filij, vel nepotes, continebuntur, *l. Lucius, la ſeconda*, *ff. de hæred. inſtitut.* Hieron. Gabr. *conſil.* 121. *numer.* 36. *libr.* 1. vbi de communi opinione teſtatur Cephal. *conſil.* 262. *numer.* 8. Odd. *conſil.* 39. *nu.* 52. Peregrin. *conſil.* 31. *num.* 15. *lib.* 2. *& in tract. de fideicommiſ. art.* 22. *n.* 50.

Tertiò accedit, quod qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi, *l. Titius*, *ff. de teſtam. milit. l. in delictis*, §. *ſi extraneus*, *ff. de noxal.* ergo illa qualitas, ſine filijs, erit referenda ad tempus mortis grauati.

Non obſtat quod teſtator veriſimiliter non cogitauit triſtem euentum, vt in contrario, nam quando cogitaſſet, veriſimile eſt, quod ita diſpoſuiſſet, & ideo haberi debet pro diſpoſito, vt ſupra in primo fundamento dictum fuit.

55 Limitatur vndecimò non procedere, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine veris filijs, vel iuſtis filijs, vel ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, quia ſubſtitutus non erit excluſus, quando extant filij naturales tantum, Ripa

in l. ex facto §. *ſi quis rogatus, num.* 30. *ff. ad Trebell.* Bald.
conſil. 463. *libro* 5. Mantica *de coniect. vltim. volunt. libr.*
11. *tit.* 9. *num.* 1. *& libr.* 8. *tit.* 7. *num.* 6. Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 78. *num.* 67. Peregr. *d. art.* 28. *nu.* 2. Intrigl. *d. cent.*
3. *quæſt.* 64. *num.* 84.

Niſi adiuncta eſſent alia verba, quæ ſignificarent mē- 56
tem teſtatoris etiam fuiſſe, vt conditio intelligeretur,
& de naturalibus tantum, vt ſi dixit, ſi deceſſerit ſine fi-
lijs legitimis, aut ex ſuo corpore deſcendentibus, ſic
Bald. *d. conſilio* 463. *lib.* 5. Menoch. *d. præſumpt.* 67. *in fine*,
dixi in fortioribus *ſupra nu.* 30.

Limitatur duodecimò, quando mulier grauauit pro- 57
prium virum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs cum
præſumatur vxorem abominare filios naturales, *per not.
in auth.* §. *de non eligen. ſecund. nub. verſic. proximus*, &
in ſpecie ita tenent Capra. *conſil.* 132. *num.* 1. *&* 7. Man-
tic. *dict. lib.* 11. *tit.* 7. *nu.* 20. Menoch. *dict. præſumpt.* 78. *nu.*
72. Intrigl. *dict. centur.* 3. *quæſt.* 64. *numer.* 98. Gallus *dict.
tit.* 4. *except.* 27. *nu.* 133. *part.* 2. Ruſtic. *dicto libro* 3. *cap.* 1.
num. 186.

Niſi filij naturales mariti fuiſſent ab vxore dilecti, ſic 58
Capra *d. conſ.* 132. *nu.* 1. *iuncto num.* 7. Mantica *loco citato*,
Gallus *d. except.* 27. *nu.* 134.

Limitatur decimotertiò, quando appoſita eſt condi- 59
tio, ſi grauatus deceſſerit ſine hærede, quia naturalis
non faceret deficere hanc conditionem, Ioan. Andr. *in
addit. ad Specul. tit. de teſtam.* §. 1. *verſic. eſt & alia quæ-
ſtio*, Felin. *in d. c. in præſentia, n.* 21. *verſic. quinto fallit ex-
tra de probationib.* Odd. *dicto art.* 6. *verſic. an naturales
tantum, in fine*, vbi tamen dubitat Alexan. Trent. *de ſub-
ſtitut. part.* 4. *cap.* 7. *nu.* 37. Menoch. *d. præſumpt.* 78. *n.* 72.
Intrigl. *d. q.* 64. *in fine*.

Limitatur decimoquartò, quando conditio eſſet con- 60
cepta affirmatiuè, hoc modo, ſi filios habuerit, quia
tunc de naturalibus non intelligitur, Angel. *in l. gene-
raliter* § *cum autem*, *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Alexand. *in
d.* §. *ſi quis rogatus. num.* 9. Intrigl *d. q.* 64. *n.* 96.

Contrariam ſententiam & melius tenent Ripa *in d.* §. 61
ſi quis rogatus, num. 29. & ibi Hercul. *colum* 6. *verſ. ſepti-
mò, & vltimo*, Menoch. *d. præſumpt.* 78. *nu.* 70. Peregr. *d.
art.* 28. *num.* 79.

Limitatur decimoquinto, nō procedere clerico gra- 62
uato, ſecundum vnam opinionem, ſed de hoc latius
dicetur *quæſt.* 431.

Limitatur decimoſextò, quando teſtator habuit ani- 63
mum conſeruandi bona in agnatione, quia tunc filius
naturalis non facit deficere hanc conditionem, Hond.
conſil. 67 *nu.* 25. *&* 16. *lib.* 1. Sicuti etiam ſi relictum ſit 64
fideicommiſſum filijs pro conſeruatione agnationis,
naturales non cenſentur vocati, Corn. *conſil.* 126. *num.*
4. *lib.* 2. Capr. *conſil.* 90. *num.* 4. *& ſeqq.* Mantica *de con-
iect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *nu.* 6. *in fine*. Ratio eſt, quia 65
filij naturales non conſeruant agnationem, *l. iure natu-
ra*, *ff. de ſtat. homin.* Tiraquell. *de nobil. c.* 15. *num.* 10. *&
ſeqq.* Burſat. *conſil.* 52. *num.* 27. *& ſeq. lib.* 1. Menoch. *con-
ſil.* 266. *nu.* 27. *lib.* 3. *conſ.* 117. *nu.* 52. Mantica *de coniectur.
vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 20. Peregr. *de fideic. art.* 22.
nu. 82. Petr. *de fideicom. q.* 11. *nu.* 202.

Et naturalis filius non dicitur de familia, & domo, 66
Menoch. *conſil.* 117. *nu.* 51. *& ſeq.* Mantica *d. tit.* 12. *n.* 20.
Decian. *reſp.* 1. *n.* 6. *lib.* 3. Peregr. *d. art.* 22. *n.* 83. Petr. *d. qu.*
11. *n.* 202. Honded. *conſil.* 67. *nu.* 16. *lib.* 1.

Quando autem filius dicatur naturalis, vel ſpurius, 67
ad hoc vt ſubſtitutum excludere vel non excludere
poſſit, videatur Honded. *d. conſil* 64. *nu.* 50. *lib.* 1. & paſ-
ſim vbique apud Doct. quid diſputant articulum, quan-
do filius dicatur ſpurius, vel naturalis.

Sed quid ſi ex filio naturali extent filij legitimi, & 68
naturales, an iſti facient deficere hanc conditionem,

quam eorum pater naturalis deficere non faceret: & pro ſubſtituto tener, & bene Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. in fortior. bus, libr. 11. titul. 12. numer. 31. & ſeqq.*

69 In Sereniſſimo tamen Dominio Veneto ex parte maioris Conſilij 21. Maij 1617. ſancitum eſt, naturales in fideicommiſſis non venire appellatione filiorum, niſi expreſsè dictum fuerit: & fortius hoc idem diſponitur in legitimatis per ſubſequens matrimonium, Partis verba ſunt hæc.

Nella materia delli fideicommiſſi, che è tanto priuilegiata in ogni parte, & anco in altre ordinationi teſtamentarie, & vltime volontà, ſono da certo tempo in quà ſeguiti diuerſi giudicij, per li quali, ſotto nome di figliuoli, & di diſcendenti, quando non vi ſono figliuoli, ò diſcendenti legitimi, ſi admettono li naturali, ad eſcluſione delli più ſtretti gradi di congiontione, & di conſanguinità, fino dall'iſteſſi fratelli, à chi doueriano peruenir li beni, ò come ſuſtituidi dalli teſtadori, ò come più proſſimi ſucceſſori, coſa non manco di ſcandalo, che di pregiudicio alle famiglie di Nobili, Cittadini, & altri, à quali con queſte introduttioni ſi leuano le facoltà, traſmettendole dal vero, & certo ſangue, in altri illegitimi abhorriti, & deteſtandi da tutte le leggi, ai qual grauiſſimo abuſo, & diſordine douendoſi prouedere come ricerca il zelo di quella pietà Chriſtiana, che è ſtata ſempre propria della Signoria Noſtra,

L'anderà parte, che ſalui, & riſeruati i teſtamenti, & altre vltime volontà, che ſono ſtate giudicate fin hora de cetero ſotto nome de figliuoli, & diſcendenti, non poſſono eſſere inteſi, ne admeſſi li naturali, ma quando eſſi naturali fuſſero dalli teſtadori con parole eſpreſſe nominati, douerà ſempre la loro certa volontà eſſere eſſequita. Li figliuoli veramente legitimati per ſuſſequente matrimonio venghino alla ſucceſſione ne i beni del padre ab inteſtato, & ne i teſtamenti, & vltime volontà di eſſi Padri, come figliuoli legitimi, poiche per tali dal medeſimo padre con il matrimonio ſono ſtati dechiariti, & ſiano admeſſi come ſe foſſero di legitimo matrimonio nati, conforme alle legi della Republicha Noſtra, ma non ſiano de cetero admeſſi nelli fideicommiſſi etiam de' padri, ne meno nelle vltime volontà di quelli, che mancheranno di vita per l'auenire, ſe non quando ſaranno con parole eſpreſſe nominati,

SVMMARIVM.

1 Filij legitimati per reſcriptum faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, contra num. 8. amplia, & declara per totam quæſtionem.

2 Legitimatus nil differt à legitimis, & in eum omnia iura legitimorum ſunt tranſlata.

3 Negatiua potentius negat, quam affirmatiua affirmat.

4 Negatiua falſa in vno, in omnibus redditur falſa.

5 Caſus verus & fictus ſi ſunt æquiparati per modum regulæ diſpoſita in caſu verò cenſentur diſpoſita & in caſu ficto.

6 Princeps circa ius poſitiuum poteſt liberè diſponere.

7 Princeps in ſucceſſionibus poteſt cauſam reducere ad ſuum primum ſtatum iuris gentium, & naturale, & tollere omnia impedimenta iuris ciuilis.

9 Conditio debet impleri ſecundum veritatem, non ſecundum fictionem.

10 Legitimatus eſt filius legitimus per fictionem.

11 Verba naturaliter non ciuiliter ſunt intelligenda.

12 Legitimi naturaliter non ſunt legitimi, cum matrimonium requiratur ad legitimationem.

13 Legitimatio eſt actus iuris ciuilis.

14 Ætas legitima dicitur quæ impletur per curſum temporis, non quæ ex Principis decreto talis declaratur.

15 Definitio cui non conuenit, nec definitum conuenire poteſt.

16 Definitio filij legitimi eſt, vt ſit ille, quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant.

16 Legitimus filius dicitur, quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant.

17 Legitimatio non trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti tertio.

18 Legitimatus facit deficere tacitam conditionem ſi ſine liberis deceſſerit? contra nu. 19.

20 Legitimatus teſtatore conſentiente facit, deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus.

21 Legitimatus qui natus eſt ex legitima concubina, maximè faciet deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus.

22 Legitimatus excludit ſubſtitutum, maximè quando in legitimatione fuit dictum quod ſubſtitutus excluderetur per legitimatum, contra num. 23.

26 Legitimatus cõtinetur in diſpoſitione de filijs legitimis, & naturalibus, ſi in alia parte teſtamenti, vbi facta eſt mentio de filijs legitimis, & naturalib. dictum fuit non contineri legitimatos, contra nu. 158.

27 Legitimatus, ſi inſtitutus ſit à teſtatore, conditio ſi ille deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus deficit per legitimatum.

28 Legitimatus dicitur excludere ſubſtitutum ex voluntate teſtatoris.

29 Spurius legitimatus facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, contra num. 30. declara num. ſeqq.

31 Spurius legitimari à Comite Palatino non poteſt, niſi expreſſam habeat licentiam à Principe.

32 Legitimari non poteſt natus ex coitu damnato, ſed dicitur diſpenſari.

34 Legitimatus infans facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus.

37 Legitimatus, etiam ſine iuſta cauſa facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, contra num. 38.

37 Legitimatio ſine iuſta cauſa fieri poteſt, contra numero 38.

39 Legitimatio ex cauſa iuſta, quando fieri dicatur.

41 Legitimatus excludit ſubſtitutum poſitum in dignitate.

43 Legitimatus vt excludat ſubſtitutum, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, probare debet ſe eſſe filium grauati.

44 Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſi teſtator erat perſona nobilis, vel in dignitate conſtituta, contra nu. 45. declara num. ſequentibus.

52 Nobilis eximia nobilitate, quis dicatur, relinquitur iudicis arbitrio.

55 Voluntas teſtatoris per Principem ſubuerti non poteſt.

67 Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſerit grauatus, ſi teſtator fuit perſona honeſta. Declara ibid.

68 Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. quando ſubſtitutus erat poſitus in dignitate, vel nobilis, contra num. 69.

70 Legi-

70 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicomcomiſſi, ſi ſine filijs, &c. quando legitimati expreſsè ſunt excluſi.*

71 *Legitimatus non facit excludi ſubſtitutum, quando poſiti ſunt in conditione filij legitimè, vel ex legitimo matrimonio nati, contra num. 72. amplia, & declara numeris ſequentibus.*

78 *Filij nati ex legitimato, licet legitimè nati, non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimè, vel ex legitimo matrimonio natis, contra num. 79.*

81 *Legitimatus à Papa facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè, vel ex legitimo matrimonio natis.*

85 *Legitimatus facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè, vel ex legitimo matrimonio natis, quando nulli extant filij legitimè nati.*

86 *Legitimatus excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè, vel ex legitimo matrimonio natis, quando legitimatio eſt facta ex iuſta cauſa, & ibidem num. ſeq. quæ ſint iuſtæ cauſæ.*

89 *Legitimatus de voluntate patris, & ſubſtituti facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs de legitimo matrimonio natis, declara numero 90.*

91 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs, quando filia fuit grauata.*

92 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs. &c. quando pater filium, & filiam inſtitutos grauat ſub hac conditione.*

93 *Legitimatus, non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs, &c. quando pia cauſa fuit ſubſtituta, contra numer. 94. amplior. numer. 95.*

96 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. quando alter filius teſtatoris fuit ſubſtitutus, contra nu. 97.*

98 *Ratio debet eſſe generalis, aliàs non eſt bona.*

100 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. quando naturalibus in teſtamento prouidiſſet teſtator.*

101 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs. &c. quando bona ſunt prohibita alienari.*

102 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. quando ex communi vſu loquendi legitimati non veniunt appellatione legitimorum.*

103 *Verba ſecundum communem vſum loquendi ſunt interpretanda in teſtamentis, ſi ſunt vulgari ſermone prolata, ſecus ſi latinè.*

104 *Vſus communis loquendi eſt, quod legitimatus non venit appellatione legitimorum, nec talis vſus loquendi probandus eſt à ſubſtituto, contra nu. 105.*

106 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. quando natus eſt ex his, inter quos non poterat eſſe matrimonium prohibitioné iuris contra nu. 108. decl. num. ſeqq.*

107 *Legitimatio non fit de naturali nato ex his inter quos non poteſt eſſe matrimonium, ſed dicitur diſpenſatio, contra num. 109.*

116 *Legitimatus cum clauſula, quod non fiat præiudicium venientibus ab inteſtato, vel cum clauſula, quod ſuccedat ſolum in eo, quod pater voluerit, vel ſimili reſtrictione, non excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus: & ſic legitimatus dicitur ſolum diſpenſatus, contra num. 117. ampl. num. 118.*

119 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, &c. quando teſtator proprias filias excluſit, vt ſuccederent filij maſculi legitimi, & naturales, contra nu. 120.*

121 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs, &c. quando teſtator proprios filios legitimatos excluſit.*

122 *Legitimatus, qui fuit vulgò conceptus non excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus ſine filijs, &c. declara, num. 123. & ſeq.*

125 *Legitimatio non extendit vires vltra territorium Principis legitimantis, contra numer. 126. declar. num. ſeqq.*

325 *Legitimatus à Principe externo non facit deficere conditionem fideicommiſſi. ſi ſine filijs, &c. quoad bona ſita extra territorium Principis legitimantis, contra num. 126. declara num. ſeqq.*

132 *Legitimatio non poteſt fieri per reſcriptum, quando potuit commodè fieri per ſubſequens matrimonium.*

132 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, quando commodè potuit legitimari per ſubſequens matrimonium, niſi hoc Principi fuerit expreſſum, & eo non obſtante legitimationem fecerit.*

133 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. niſi citatus fuerit ſubſtitutus ad faciendam legitimationem, contra num. 134. concord. n. 135. amplia, & declara nu. ſeqq.*

148 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. niſi in precibus ſit facta mentio ſubſtitutionis facta ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & numer. 153. contra numer. 149. amplia, & declar. num. ſeqq.*

155 *Legitimatus poſt mortem patris grauati non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus.*

156 *Legitimatus poſt mortem teſtatoris non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſerit, contra nu. 157.*

159 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs, &c. quando teſtator prohibuit matrimonium cum fœminis vilis conditionis.*

160 *Legitimatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs, &c. quando ſubſtitutus eſt nobilior, & dignior de domo.*

161 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs niſi facta ſit mentio agnatorum vocatorum ad fideicommiſſum, contra num. 162. amplia num. ſeqq.*

165 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, &c. quando legitimatio non eſt ritè, & rectè facta, & eſt obreptitia, vel ſubreptitia.*

166 *Legitimatio ſpurij eſt nulla, ſi in precibus dictum ſit filium eſſe naturalem.*

167 *Diſpenſatus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis, &c.*

168 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine filijs, &c. quando prima legitimatio non erat ſufficiens ad excluſionem ſubſtituti, & obtenta fuit ſecunda ſufficiens, ſed de prima in ea facta non fuit mentio.*

169 *Gratia ſecunda habilitans incapacem ad totum non valet, quando fuit obtenta prima gratia de parte, nec de ea in ſecunda facta fuit mentio.*

170 *Legitimatio abſentis non valet, declara num. ſeqq.*
175 *Legitimatus à patre in articulo mortis non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, &c.*
176 *Legitimatio retrò vim non habet.*
178 *Clauſulæ ampliſſimæ, & prægnantes in legitimatione poſitæ cenſentur appoſitæ ex ſtilo, & non præiudicant.*
179 *Legitimatio nulla dici non poteſt lapſo decennio.*
180 *Legitimatus vti filius alicuius tenetur probare ſe eſſe filium illius.*
182 *Legitimati per reſcriptum in Sereniſſ. Dominio Veneto non ſuccedunt in fideicommiſſis, declara numer, ſeqq.*
187 *Legitimati à Comitibus Palatinis in Senatu Eccleſiæ non ſuccedunt in fideicommiſſis.*
Conſtitutio Pij Quarti de legitimationibus in præiudicium vocatorum ex fideicommiſſo.

QVÆSTIO CCCCVIII.

Legitimati filij per reſcriptum Principis, vtrùm faciant deficere conditionem fideicommiſſi ſi grauatus ſine liberis deceſſerit?

1 SEQVITVR, vt agamus de altiſſima materia legitimatorum: an ſcilicet iſti faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis, vel ſine filijs deceſſerit? Et quod deficiat conditio, licet dictum ſit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, voluerunt, Bald. *in l. Gallus, §. ſi eius ff. de liber. & poſthum.* & ibi Aret. *colum. penult.* Socin. ſen. *num.* 2. & Ruin. *num.* 4. Alber. de Roſat. *in l. generaliter, §. cum autem,* & ibi Alexand. *col. pen* & Iaſ. *col. penult C. de inſtit. & ſubſtitut.* Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus,* & ibi Rip. *num.* 44 vbi teſtatur de communi, *ff. ad Trebell.* Imol. *in l. Lucius la 2. ff de hæred. inſtit,* Aret. *in l. ex facto, num. 9. & 12. ff. de vulg. & pupill ſubſtitut.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem. Barbat. *in l. cum acutiſſimi, num. 279. C. de fideicomm.* Socin. ſen. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 30.* & ibi Ruin. *nu. 190. ff de liber. & poſthum.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, numer. 84. 86. & 89. C. de reuocand. donat.* Butr. *in cap. per venerabilem, extr. qui filij ſint legitimi.*

Et conſulendo Bald. *conſ. 206. lib. 2.* Anchar. *conſ. 226.* Roman. *conſil. 178. col. penult.* Cuman. *conſil. 168. col. penult.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 30. nu. 3.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *& conſil. 223. col. vltim. lib. 1.* Alexand. *conſ. 2 nu. 22. & 41.* vbi dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, *lib. 1. conſ. 87. conſil. 121. col pen. in fine, lib. 2. conſ. 35. lib. 3. & conſ. 92 lib. 4.* Barbat. *conſil 27. col. 19. verſic. capio aliam, lib. 1.* Corn. *conſ. 177. in fine, lib. 1.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Iaſ. *conſil. 39. col. 2. verſ. confirmatur, lib. 3.* Socin. ſen. *conſ. 1. num. 78. conſ. 8. n. 9. conſ. 226. col. 2. conſil. 251. num. 16. lib. 2,* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ. 63. n. 5. & 2 . lib. 3.* Curt. ſen *conſ. 35. col. 3.* Dec. *conſ. 258. col. 3.* vbi dicit eſſe communem ſententiam, *conſ 284 num. 9. & 13. conſ. 365 n. 6. conſ. 36 . num. 4 conſ. 399. num. 6. & conſ. 425. nu 8.* vbi pariter aſſerit eſſe communem, Curt. iun. *conſ. 83. nu. 8. & conſ. 95. num. 10.* vbi de communi teſtatur Cro . *conſ. 60. col. 2 & conſ. 113. nu. 20.* Grat. *conſ. 19. nu. 45. & conſ. 65. n. 5. lib. 1.* Ruin. *conſ. 173 num. 7. lib. 1. conſ. 86. in princ. conſ. 145. col. penult lib. 3. & conſil. 112. num. 6. lib. 4.* Pariſ. *conſil. 58. n. 43. & conſil. 63. nu. 14 lib. 3.* Vinc. Paleot. *inter conſ Curt. iun. conſil. 17. nu. 4. & 15.* vbi ait eſſe communem ſententiam, Gozad. *conſil. 25. num. 3. conſ. 19. nu. 19. & conſil. 48. num. 15.* vbi de communi opinione teſtatur Brun. *conſil. 15. nu. 10.* Siluan. *conſil. 45. nu. 24.* Socin. iun. *conſ. 77. nu. 7. libr. 3.* vbi ait eſſe magis communem ſententiam Bero. *conſil. 63. nu. 9. lib. 1. conſ. 107. num. 33. & conſ. 180. num. 7. lib. 2.* Neuiz. *conſil. 99. n. 23.* Rimin. *conſil. 28. nu. 15.* Natta *conſ. 368. col. 1. libro 2.* Crauet. *conſil. 958. nu. 45.* Roland. à Valle *conſil. 67. colum. 4. & conſil. 83. num. 19. & n. 63. lib. 3.* vbi communem opinionem eſſe teſtatur, Rimin. iun. *conſil. 540. num. 17. & num. 30.* Berett. *conſil. 18. nu. 6. conſil. 29. num. 15. & conſil. 31.* Paſer. *conſ. 92. num. 1.* Ceph. *conſ 117. nu. 20.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, *conſ. 118. nu. 19. conſil. 276. nu. 1. conſil. 286. col. 1. & conſ. 570. n. 22.* Decian. *conſil. 42. nu. 15. libro 1.* vbi de communi opinione teſtatur, *conſ. 9. latè lib. 4. & conſ. 33. lib. 5.* Burſat. *conſ. 1. num. 8. & nu. 30.* vbi dicit eſſe communem opinionem. *& conſil. 18. num. 6 lib. 1.* Menoch. latè *conſil. 20 conſ. 226. nu. 20. conſ. 459. nu. 1. conſ. 461. nu. 41. & conſ. 827.* vbi loquitur de legitimatione facta verbis prægnantibus, & dicit eſſe communem opinionem, Eugen. *conſ. 52. n. 24. & conſil. 57. nu. 30.* Surd. *conſil. 1. num. 57 lib. 1.* Honded. *conſil. 64. nu. 1 lib 1 & conſ. 59 2. lib. 2.* Peregr. *conſil. 56. libro 2. & conſil. 28 nu. 3. lib. 3.*

Et in tractatibus Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt §. vltimo, in fine,* vbi etiam refert Iacob. de Aret. Angel. *in diſput. quæ incipit, Quidam nobilis genere, col. 3.* Dur. *de art. teſtan. tit. 5. caut. 15. num. 1.* Catell. Crott. *in Memor. in verb. legitimatis,* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 2. nu. 52.* Molin. *lib. 3. de Hiſpan Primog. c. 5. nu. 2.* vbi teſtatur eſſe communem ſententiam, Did. *libr. 3. Variar. Reſolut. cap. 6. nu. 7.* Marzar. *in Epit. de fideicom. quæſt. 30.* Anton. Gabr. *de legitimat. concluſ. 1. numer. 32,* vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, Mantica *de coniect. vltim. voluntat. libro 11. tit. 10. num. 9. & ſeq.* vbi dicit eſſe magis communem ſententiam, & comprobat reſpondendo ad contraria, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 38. num. 2,* vbi aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem, nec ab ea conſulendo, & iudicando eſſe recedendum. Alexand. Trent. *de ſubſtit. part. 4. cap. 7. num. 48.* vbi teſtatur de magis communi opinione, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 79.* vbi affirmat eſſe magis receptam ſententiam, Peregr *de fideicomm. art. 23. num. 39.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 65.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 139. & ſeqq. part. 2.* Hieron. Ceual. *in Specul. commun. contr. commun. quæſt.* vbi latè. Et hanc etiam probauit Rota Romana *deciſio. 484. in fine, & deciſion. 485. in fine. in nouiſſ parte quarta,* & in collect. per Farinac. *deciſio. 667 part. 1.* Seraph. *deciſ. Romana, 880. in fine.*

Primò, pro hac communi opinione allegatur *§. ſi quis ergo, in auth. quib. mod. natur. effic legit. §. illud, & §. reliquum, in auth quib. mod. natur. effic. ſui, & l. qui in prouincia §. Diuus, ff. de rit. nuptia,* vbi legitimatus nil dif-
fert à legitimis, ita vt omnia iura legitimorum ipſis le- 2
gitimatis conferantur, ergo diſpoſitio loquens de fi-
lijs legitimis, & naturalibus habet locum etiam in le-
gitimatis, & in eis verificabitur, arg. *l. 1. §. lex Falcidia,*
& ibi not. *ff. ad leg. Falcid.* Maximè ponderando ver-
ba, *§. & quoniam variè, quib. mod. nat. effic. ſui,* ibi, *nihil*
diſſimile legitimis, quæ ſunt verba vniuerſalia negati-
ua, quæ potentius negant, quam affirmatiua affirment, 3
Gloſ. *in cap. cum dilectus, extr. de conſuet.* Dec. *conſil. 5.*
num. 4. Et vniuerſalis negatiua faciat effectum ſuum,
omnia debent eſſe vera, Gloſ. *in c. nemo poteſt, il primo,*
in verbo, obligari, de reg. iur. in 6. Ideo negatiua falſa in
vno in omnibus falſa redditur, *l. ſi is qui ducenta, §.* 4
vtrum. ff. de reb. dub.

Secundò facit, quia legitimi, & legitimati per modum

dum regulæ æquiparantur, §. licet igitur, in auth. quib.
mod. natur. effic. legit. & §. quoniam varia, in auth. quib.
5 mod. natur. effic. ſui. Atqui quando caſus verus, & fi-
ctus ſunt æquiparati per modum regulæ, diſpoſitum in
caſu vero cenſetur diſpoſitum, & in caſu ficto, cap. ad
audientiam, & ibi Doctor. de cler. non reſid. Bartol. &
alij, in l. Gallus, §. quid ſi tantum, ff. de liberis & poſt-
hum. ergo ſicuti ſubſtitutus excluditur à filijs legi-
timis, & naturalibus pariter excluderetur à legiti-
matis.

6 Tertiò, Princeps circa ius poſitum poteſt liberè diſ-
ponere, c. innotuit, de elect. c. propoſuit, de conceſſ. præben.
Soc. iun. conſil. 121. nu. 5. libro 2. Pariſ. conſ. 1. nu. 63. lib. 2.
Cephal. conſil. 23. num. 12. & conſil. 22. nu. 22. & ſeqq.
7 Et pariter Princeps in ſucceſſionibus poteſt cauſam re-
ducere ad primæuum ſuum ſtatum iuris gentium, &
naturæ, & tollere omne impedimentum iuris ciuilis,
Pariſ. conſil. 46. num. 43. lib. 3. Curt. iun. conſ. 57. nu. 19.
& ante eos Paulus Caſtrenſ. in l. 3. numer. 4. ff. de teſta-
ment. ergo potuit etiam ſtatuere, & facere, quod le-
gitimatus ſuccedat quemadmodum à principio ſuc-
cedebant naturales, nulla habita ratione nuptia-
rum, & matrimonij primæuo iure naturali & gen-
tium.

8 Contrariam ſententiam probarunt alij, qui voluerunt
legitimatos non facere deficere hanc conditionem, ſi
deceſſerit grauatus, ſine filijs legitimis, & naturalibus,
& hanc probarunt plures relati ab Alexand. in l. gene-
raliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. inter quos
ibi Riccard. Mal. & Salicet. num. 4. verſic. ego puto, Bald.
in l. Lucius, la ſeconda, ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi ita
quis, §. is cuius, ff. de legat. 2. & ibi Ioan. de Imol. idem
Bald. in l. ſi quis poſthumos, in fine principij, in Gloſ. faci-
li, ff. de liber. & poſthum. Paul. Caſtrenſ. in l. vltima,
nu. 4. C. de his qui veniam ætatis impetr. & in l. cum acu-
tiſſimi, colum. 1. verſ. ſecundò quæritur, & ibi Barbat. nu.
279. C. de fideicommiſſ. Imol. in l. ex facto, num. 14. ff.
de vulg. & pupill. ſubſtitut. & in l. ex facto, §. ſi quis ro-
gatus, numer. 17. ff. ad Trebell. Iaſ. in l. ſi is qui pro empto-
re, num. 263. ff. de vſucap. & in l. 2. numer. 204. C. de em-
phyt. vbi de magis cõmuni opinione teſtatur, Eman. Co-
ſta in cap. ſi pater, parte prima in verbo, ſi abſque libe-
ris numero 50. de teſtament. in 6. vbi aſſerit eſſe magis
communem, Ancharan. conſil. 241. Anan. conſilio 46.
numer. 13. Fulgoſ. conſilio 62. numer. 3. in fine, Celd.
conſil. 1. tit. qui fil. ſint legit. vbi alios citat Alexand. con-
ſil. 25. numer. 1. conſil. 67. numer. 3. & conſil. 94. numer.
4. libro 1. Bertrand. conſil. 149. libro 1. Barbat. conſil. 27.
column. 2. libro 2. vbi dicit eſſe communem opinionem,
Ludou. Bologn. in addit. ad Ancharan. conſil. 427. & in
ſuo conſil. 46. numer. 13. verſic. accedat ad hoc, Decian.
conſil. 284. numer. 13. Iaſ. conſil. 39. colum. 1. verſic. con-
firmatur, libr. 3. Pariſ. conſil. 9. numer. 8. vbi de veriori
opinione, conſil. 1. num. 39. & conſil. 12. numero 144. li-
bro 2. Celſ. Vgo conſilio 73. numero 47. & conſilio 88.
numer. 6. & ſeqq. vbi de magis communi teſtatur Me-
noch. conſil. 173. numer. 76. vbi dicit hanc opinionem
fortè eſſe veriorem, Cephal. conſil. 525. num. 74. & ſeqq.
libr. 4. Odd. de compend. part. 6. artic. 6. dub. 4. Fachin.
libr. 4. controu. iur. cap. 54. hanc tenet, niſi legitimatio
facta ſit ante iniunctum fideicommiſſum, Afflict. deciſ.
386. num. 3.

9 Primò adducitur pro hac opinione, quod conditio
debet exiſtere ſecundum veritatem, non ſecundum
fictionem, l. qui heredi, & l. Mauius, ff. de condit. & de-
10 monſtr. Atqui filius legitimatus eſt filius legitimus per
fictionem, §. filium verò, ibi velut ex quadam machina-
tione in auth. quib. mod. natur. effic. ſui, & §. generaliter,
& §. illud tamen eodem, ibi tanquam ſub poteſtate, & l.
qua in prouincia, §. Diuus, in fin. ff. de rit. nupt. ergo non
veniet appellatione filiorum.

Secundò, verba naturaliter, non ciuiliter ſunt in- 11
telligenda, l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur.
fiſc. l. ex ea parte, §. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. Atqui fi- 12
lij legitimati naturaliter non ſunt legitimi, cum re-
quiratur matrimonium ad legitimationem, l. filium
cum definimus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, iuncta
l. Conſilio, §. fin. ff. de curat. furioſ. & iuncta l. Paulus,
cum Gloſſ. ff. de ſtat. homin. Sed legitimatio eſt actus 13
iuris ciuilis, Oſaſch. deciſ. 119. nu. 3. Ergo, &c. Et facit
l. vltim. ff. de his qui ven. ætat. impetrat. vbi ætas legiti-
ma non dicitur, ea quæ per decretum Principis decla- 14
ratur, ſed ea quæ naturaliter completur curſu tem-
poris.

Tertiò, cui non conuenit definitio, nec definitum 15
conuenire poteſt l. 1. § dolum, ff. de dol. & ibi Bart. l. 1. ff.
de teſtam. & ibi Bart. idem Bart. in l. ſi quis ſeruo, num. 2.
per illum text. C. de furt. & plura per Euerard. in loco à
definitione. Sed filius legitimus definitur, vt ſit ille, 16
quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant, d. l. filium cum defini-
mus, & §. legitimi, in authent. quibus mod. natur. effic.
ſui. Sed legitimatus non eſt natus ex marito, &
vxore, ergo ei non conuenit definitio, nec defini-
tum.

Quartò, legitimatio non trahitur retrò in præiudi- 17
cium iuris quæſiti, Gloſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tan-
tum, ff. de liber. & poſthum. & not. Io. Andr. in regul. ſi-
ne culpa, ff. de regul. iur. in 6. Sed ſi legitimatus ſubſti-
tutum excluderet, tolleretur ius ei iam quæſitum, er-
go, &c.

Prima tamen opinio eſt adeò magis communis, vt
conſulendo & iudicando ſequendam eſſe cenſeam,
cum vix in practica contra eam obtineri poſſet. Ve-
rùm eſt, quod in Sereniſs. Dominio Veneto, ſecun-
da opinio ſequenda erit, cum præciſè de hoc Pars
Excellentiſſimi Senatus 1567. 31. Iulij regiſtrata hac
quæſtione in fine: & nouiſſimè in fortioribus de legi-
timatis per ſubſequens matrimonium, vt non ad-
mittantur ad fideicommiſſa, capta fuit pars in maiori
Conſilio 1617. 21. Maij regiſtrata in fine præcedentis
quæſtionis.

Idem eſſet in tacita conditione ſubintellecta ex diſ- 18
poſitione, l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. nam filius
legitimatus excluderet ſubſtitutum, Bald. in l. cum acu-
tiſſimi, num. 12. de fideicom. & conſ. 349. col. 2. verſ. ſequi-
tur videre, lib. 3. Hercul. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il
primo, numero 15. ff. ad Trebell. Menoch. lib. 4. præſumpt.
89. n. 103. Peregr. de fideicom. art. 23. nu. 41. in fin. Intrigl.
de ſubſtit. cent. 3. q. 51. num. 13. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 2.
cap. 15. nu. 182. & ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.

Contrariam opinionem probauit Ruin. in l. Gallus, 19
§. ſi tius, num. 154. ff. de liber. & poſthum. & hæc opinio
in Dominio Veneto retinenda erit per leges, de quibus
ſupra num. 17. verſic. prima tamen.

Opinio autem prima, quæ & communis eſt, maximè
procederet, quando quis fuit legitimatus conſentien- 20
te teſtatore, Bartol. in l. ſi cognatis, colum. 2. & ibi Socin.
ſen. num. 21. ff. de rebus dub. Mantica de coniect. vltim. vo-
lunt. libr. 11. tit. 10. num. 18. Intrigl. de ſubſtitut. centur.
3. quæſt. 65. num. 7. Gallus de except. tit. 4. except. 27. num.
44. part. 5.

Secundò maximè procederet in nato ex legitima
concubina, qui eſſet legitimatus per text. in l. ex facto, 21
§. ſi quis rogatus in fortiori, ff. ad Trebell. Mantica de con-
iect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 16. Intrigl. de ſubſtitut.
cent. 3. q. 65. num. 8. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27.
num. 144. part. 2.

Tertiò, maximè procederet, ſi in legitimatione

22 Princeps expreſſit, vt ſubſtitutus excluderetur per legitimatum, Gozad. *conſil.* 20. *n.* 21. Ruin. *conſil.* 76. *nu.* 11. *& ſeq. lib.* 3. Decian. *conſ.* [illegible] *lib.* 1. Surd. *conſ.* 1. *nu.* 98. *lib.* 1. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 19. Menoch. *libro* 4 *præſumpt.* 7. *nu.* 3. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 65. *num.* 9. Gallus *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *ex-cept.* 27. *num.* 145 *part.* 2.

23 Contrariam ſententiam tenuit Ludo. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. *&* 31. *& libro* 3. *cap.* 3. *num.* 25. *&* 27.

24 Quartò, maximè procederet, quando ſimpliciter fuit dictum, ſi deceſſerit ſine filiis, Odd. *de compend. par.* 6. *art.* 6. *dub.* 4. Intrigl. *d. q.* 65. *num.* 26. *verſic. nono* & quæ in fortioribus dixi *quæſt. præced.*

25 Quintò, maximè procederet, quando legitimatio erat facta ante teſtamentum, Menoch. *conſilio* 225. *num.* 12.

26 Sextò, maximè procedere debet, quando teſtator in vna diſpoſitione, vbi loquutus fuit de filiis legitimis, & naturalibus dixit legitimatos non contineri, vel expreſſit cum verbis, per quæ legitimati excluduntur, vt ſi dixit ſine filiis de legitimo matrimonio natis, quia ſi in alia diſpoſitione ſimpliciter mentionem faciat de filiis legitimis, & naturalibus, & legitimati continebuntur, Socin. ſen. *conſil.* 63. *num.* 9. *in fine, libr.* 3. Menoch. *conſil.* 266. *numer.* 21. *verſic. nono.* Sed contra tenent alij relati *infra numer.* 158. *in limitatione* 24.

27 Septimò maximè procederet, quando teſtator proprium filium legitimatum inſtituiſſet, & illum grauaſſet, ſi decederet ſine filiis legitimis, quia, & de legitimatis cenſeretur intellexiſſe, Honded. *conſil.* 59. *nu.* 3. *lib.* 1. quod tamen ibi multipliciter declaratur in toto conſilio.

28 Ampliatur primò communis opinio, vt talis legitimatus dicatur ſubſtitutum excludere ex voluntate teſtatoris, Aret. *in l. ex facto. num.* 12. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Socin. ſen. *in l. Gallus.* §. *ſi eius ff. de liber. & poſthum.* Galliau. *in d. l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum n.* 87. *rurſus* Socin. ſen. *conſ.* 226. *col.* 3. *libro* 2. Ruin. *conſ.* 80. *nu.* 7. *& nu.* 11. *lib.* 3. Beret. *conſil.* 41. *col.* 5. Decian. *conſil.* 42. *nu.* 39. *libr.* 1. Menoch. *conſil.* 20. *nu.* 30. *conſ.* 459. *nu.* 1. *in fine, & lib.* 4. *præſumpt.* 76. *num.* 2. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 65. *num.* 4.

29 Ampliatur ſecundò, etiam in ſpurio legitimato, nam & hunc facere conditionem fideicommiſſi deficere, ſcribunt Alexand. *in d. l. generaliter.* §. *cum autem, num.* 2. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Socin. ſen. *in l. Gallus.* §. *ſi eius num.* 5. *verſic. quatenus caſus, ff. de liber. & poſthum.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit ab hac ſententia iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, Hoſt. *in d. cap. per venerabilem,* & ibi Io. Andr. *extr. qui filij ſint legit.* Bald. *conſil.* 18. *in quæſt. col.* 1. *libr.* 4. Anchar. *conſil.* 225. *conſil.* 305. *conſil.* 333. *& conſil.* 417. Paul. de Caſtr. *conſil.* 30. *ſuper primo, num.* 2. *conſil.* 461. *viſis, nu.* 2. *libr.* 1. *conſil.* 34. *n.* 4. *conſil.* 41. *viſo & conſil.* 102. *videndum eſt lib.* 2. Alexand. *conſil.* 2. *conſ.* 23. *col.* 1. *libr.* 1. *& conſ.* 87. *num.* 11. *lib.* 5. Socin. ſen. *conſ.* 61. *nu.* 22. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 624. Iaſ. *conſ.* 41. *num.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 67. *nu.* 4. *lib.* 3. Soc. iun. *conſil.* 77. *num.* 8. *lib.* 3. vbi dicit eſſe communem opinionem, nec ab ea conſulendo, vel iudicando eſſe recedendum, Non. *conſ.* 9. *num.* 8. Mantica *conſil.* 191. *num.* 1. vbi patet, Collegium Paduæ ita conſuluiſſe, Decian. *conſ.* 3. *dubio ſecundo num.* 73. *& multis ſeqq. lib.* 1. vbi dicit hanc opinionem maximè procedere, quando ſpurius eſt legitimatus ad honores, & dignitates, *& conſil.* 9. *latè libr.* 4. vbi agit de nato ex Moniali. Beret. *conſil.* 31. *nu.* 11. Eugen. *conſ.* 52. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *nu.* 20. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum quæſt.* 38. *nu.* 4. vbi ait eſſe communem ſententiam, Peregr. *de fideicom. art.* 28. *num.* 46. *& num.* 49. vbi dicit hoc eſſe verum, dummodo fuerit expreſsè habilitatus ad ſucceſſionem, etiam in fideicommiſſis, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 65. *nu.* 10. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *excep.* 27. *num.* 146. *part.* 2.

Cæterum, in contraria ſententia fuerunt, Bald. *conſil.* 349. *ſuper eo quod quæritur, nu.* 3. *verſic. ſi autem talis perſona, lib.* 3. Cephal. *conſil.* 43. *n.* 78. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 88. *lib.* 2. vbi ponit plura quæ requiruntur in tali legitimatione, Menoch. *conſil.* 318. *nu.* 12. *& conſ.* 461. *nu.* 41. *verſic. ſecunda eſt coniectura,* Odd. *conſil.* 1. *nu.* 9. *& ſeqq.* vbi loquitur in caſu, quando dictum erat, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, Honded. *conſil.* 63. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſil.* 19. *num.* 25. *& ſeq. libr.* 2. Ludou. Molin. *libro* 3. *de Hiſpan. Primog. cap.* 3. *num.* 36. Oſaſch. *deciſ.* 118. 30

Intelligo tamen primò hanc ampliationem procedere, quando à Principe, vel Comite Palatino habente ſpeciale priuilegium ſpurios legitimandi, eſſet facta legitimatio, quia Comes Palatinus non poteſt ſpurios legitimare, niſi ex ſpeciali authoritate in priuilegio conceſſa, Ruin. qui alios citat *conſil.* 66. *numer.* 24. *libro* 3. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 23. *numer.* 44. 46. *& ſeqq.* 31

Intelligo ſecundò, ampliationem non procedere in nato ex coitu damnato, quia is non faceret deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, cum ſic natus dicatur diſpenſari, non legitimari, Anchar. *conſil.* 241. *& conſ.* 427. Dec. *in l. pactum, nu.* 45. *C. de collat. conſil.* 307. *n.* 10. *conſil.* 358. *nu.* 3. *conſil.* 393. *nu.* 10. *conſil.* 576. *num.* 6. *in fine, conſil.* 579. *num.* 1. *& conſ.* 624. Ruin. *conſ.* 72. *in fine lib.* 3. Soc. iun. *conſil.* 142. *num.* 23. *lib.* 1. *conſil.* 120. *nu.* 17. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſil.* 91. *nu.* 21. *& ſeq. lib.* 3. Alciat. *conſil.* 202. *num.* 4. *& ſeqq. ſecundum veterem impreſſionem,* Alben. *conſ.* 7. *num.* 5. Neuiz. *conſ.* 99. *num.* 12. Odd. *conſ.* 16. *nu.* 12. *verſ. ſecundo,* vbi teſtatur de communi opinione. 32

Verum, quod natus ex Moniali faciat deficere conditionem tenuit Decian. *conſil.* 9. *lib.* 4. & videndum erit in quibus terminis loquantur conſulentes relati pro communi opinione principali. 33

Ampliatur tertiò, etiam in infante legitimato à Principe, quia & ille faciet hanc fideicommiſſi conditionem deficere, Bartol. *in l. iubemus,* & ibi Bald. & Salicet. *C. de emancip. liber.* Bart. *in l. vlt. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* Felin. *in cap. quod ſuper his, colum. extr. de fid. inſtrum.* Anchar. *conſil.* 141. Barbat. *conſil.* 34. *col.* 1. *lib.* 2. Iaſ. *conſil.* 125. *col.* 4. *libro* 4. Curt. ſen. *conſ.* 65. Dec. *conſilio* 576. Curt. iun. *conſ.* 19. *nu.* 4. Menoch. latè *conſil.* 19. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 6. *num.* 29. Roſel. *tract. de legitim. part.* 2. *rubr. de cauſ. matrim. legit. n.* 4. Anton. Gabr. *de legit. concluſ.* 5. *num.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *in ſpecie de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 65. *num.* 12. 34

Ampliatur quartò, ſiue legitimatio ſit facta à Papa, ſiue ab Imperatore, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 26. *& num.* 43. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 23. *num.* 1. *&* 2. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 65. *num.* 10. 35

Ampliatur quintò, etiam in legitimatione facta à Comite Palatino, dummodo habeat ad hoc authoritatem à Principe, qui eam concedere poſſit, Menoch. *conſil.* 20. & plures ex relatis pro communi opinione in his terminis loquuntur, & eſt de mente omnium. Et deficiente authoritate non poſſe fieri legitimationem in præiudicium ſubſtituti, poſt alios citatos ſcribit Honded. *conſilio* 59. *numero* 10. *& ſequentibus, libro* 2. 36

Amplia-

37 Ampliatur ſextò, etiam quod legitimatio facta fuerit ſine cauſa legitima Curt. ſen. *conſ.74. num.* 27. Dec. *conſil.*307.*nu.*11.Gozad *conſ.6.num.*60. Curt.iun. *conſ.*75.*num.*4.Par.ſ.*conſil.*1.*num.*22.*libro.*1.Ceph. *conſ.*111. *n.*39. *& ſeqq.* hanc tenet in Principe legitimante, Menoch.*conſil.*19 *num.*20.*verſ. non obſtat ſecundo*, *& nu, ſeqq. & conſil.* 20. *num.* 42. vbi dicit patris voluntatem ſufficere pro iuſta cauſa, Odd. *conſ.*16.*num.* 24. *& ſeqq.* hanc tenent in legitimatione, ſecus in diſpenſatione. Decian *conſil.*9.*num.*27.*lib.*4.Surd. *conſ.*1.*num.* 104.*lib.* 1.hanc ſequitur opinionem, quando in legitimatione interuenit pater legitimati, *& num.ſeqq.* idem dicit eſſe quando legitimatio eſt facta à Principe, vel Comite Palatino legitimante cum clauſula, de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia.

38 Cæterum, quod iuſta cauſa requiratur in legitimatione, tenent Butr.*in cap.per venerabilem*, *extr. qui filij ſint legitimi*,& ibi alij, Doct.Roſel. *de feud.cap.* 7. *concl.* 19.*n.*12.Curt.ſen.*conſ.*16,*col.*6.*conſ.*17.*col.penult.& conſil.* 19.*dubio* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Pariſ.*conſil.*6.*num.*37.*& conſ.*9.*num.*38.*lib.*3.Cephal.*conſil,* 111.*n* 39.*& ſeqq.* vbi loquitur de Comite Palatino *conſ.* 117.*nu* 32 *& conſ.*106.*n.*23.Decian.*conſil.*88.*nu.*46.*lib.* 2.Bardell *conſil.*68.*n.*30.*& ſeqq.* Menoch.*conſil.*1.*nu.*49. Raud.*deciſ.Piſan.*43.*num.*53.Gama *deciſ.*278.& dixi *ſupra, num......*

39 Iuſtæ autem cauſæ legitimandi filium quæ ſint, ſcribunt Ceph. *conſil.*111.*n.*41.*& ſeqq. & conſ.* 606.*num.*24. *& ſeqq.* Decian. *conſ.*88.*num.*46.*& ſeqq.lib.*2.*& conſil.* 9, *num.*78 *& ſeqq.lib.*4.Menoch.*conſil.*10. *num.* 42. Surd. *conſil.*1.*nu.*10.*lib.*1.Bardell.*conſ.*68.*nu.* 30. *& ſeqq.* Menoch. *conſil.* 1012. *numero* 40. & dixi *ſupra num........ & infra num.* 86. *& ſeqq.* vbi tres enumerantur cauſæ iuſtæ legitimandi.

40 Ampliatur ſeptimò, & ſi ſubſtitutus eſſet poſitus in dignitate, quia & is excluderetur à legitimato. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.*11.*tit.*10. *nu.* 26. vbi refert Ripam diſſentientem.

41 Ampliatur octauò, etiam extante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, vt poſt multos relatos ſcribit Gallus, *de except.ſucceſſ. tit.*4. *except.* 27.*num.*147.*& ſeq.par.* 2. vbi tamen dicit plures diſſentire,& ideo dari plures diſtinctiones, & declarationes, videatur apud eum.

42 Ampliationes aliæ haberi poterunt ex Menoch.*conſil.*266.

Porrò vt communis opinio principalis procedat cõſtare debet de legitimatione, vt ſupponunt omnes, & in ſpecie ſcribunt Menoch. *conſil.* 164.*nu.*13.& Mantic, *de coniect.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*10.*nu.*32.

43 Pariter probandum erit legitimatum fuiſſe filium grauati. Alciat.*in rubr ff de liber. & poſthum.nu* 46.Odd. *conſil.*16, Mantic, *de coniect.vltim.volunt lib.*11.*tit.*10. *nu.* 31.Peregr. *de fideicõmmiſ.art.*23.*num.*38.*& deciſ.*10.*nu.* 1.& dicam *infra nu,*180.

44 Limitatur primò, communis opinio in puncto principali, quando teſtator erat perſona nobilis, vel in dignitate conſtituta, tunc enim præſumptio eſt, quod voluerit ſubſtitutum per legitimatum excludi. Alber. *in d.l.generaliter §.cum autem*, & ibi Alexand. *numero.*2.& Iacob.à Sanct.Georg. *numero* 4.*C.de inſtit. & ſubſtitut.* Imol. *in l.ex facto, la ſeconda num.* 4.*in fin. ff.de hered. inſtit.* Alex.*in l. Gallus, §. ſi eius* & ibi Soc. ſen. *num.*1. *verſic. ſecundus caſus, ff.de liber. & poſthum.* Rip. *in l. ex facto §.ſi quis rogatus, num.*44.*verſic. fallit primo. ff. ad Trebell.* Bar. *conſil.*203.*punctus quidem ſubſtitut. & conſ.* 463.*lib.*5.Alex. *conſ.*2.*num.*11.*conſil.*25.*num.*4.*conſil.*67. *num.*5. *conſ.*94.*num.*5.*lib.*1. *& conſ.*60. *num.*6.*lib.*2.Bar. bar.*conſil.*27.*num.*51.*lib.*1.Corn.*conſil.*158.*num.* 4.*lib.*3. Iaſ.*conſil* 68.*colum.*3.*lib.*3.Bertan.*conſ.* 169. *in fine, lib.* 2. Curt.iun.*conſ.*83.*num.*10 Crott.*conſ.*60.*numero.*39.*lib* 1. Dec.*conſ.*:8.*nu.*10.*& conſil.*425.*num.*12. Ruin. *conſil,* 27.*num.*6.*conſil.*158.*num.*8.*lib.*1.*conſil.*77.*& n.*7.*ſeq.lib.* 3.*& conſ.*167.*num.*5.*lib.*5. Grat. *conſil.*29. *num.* 59.*lib.*1, Gozad.*conſ.*29.*num.*33.Pariſ.*conſ.*9.*nu.*47 *& conſil.* 12. *num.*145.*lib.*2.Alciat.*conſil.*38.*num.* 9.*lib.*8.Brun. *conſil.* 15.*num.*11.Socin.iun *conſil.*77.*nu.*24.*lib.*4. Rimin. ſen. *conſil* 41.*num.*8.*& conſil.*128.*nu.*6,Neuiz.*conſ.*99.*n.* 25. Port.Imol.*conſil.*106.*num.*92.Ceph. *conſil.*111.*num.*20. *conſil.*82.*num.*12.*conſil.*117.*num.*27. *conſ.*180.*n.*20.*conſ.* 370.*num.*23 *& conſ.*676.*num.*31. Decian. *conſ.*88.*nu.*6. *lib.*2.*conſ.*38.*num.*41.*lib.*3.*& conſil.*9.*n.*3.*lib.*4. Menoch. *conſ.*20.*num.*34.*conſ.*164.*num.*10.*conſ.*173 *nu.*79.*conſil.* 181.*nu.*42.*conſil* 202.*nu.*159.*conſ* 318.*nu.*16.*conſ.*1012. *nu,*31.*& lib.*4.*præſumpt,*79.*num.*5.*&* 10.*ver verum*, vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam. Angel. *in diſput. Nobilis quidam genere, colum,*1.*ver,quarto probatur*, *& col.*3. *ver.non obſtat.* Tiraquell.*de Nobilit,cap* 23.*nu.*10.Molin. *lib.*3.*de.Hiſpan primog.cap,*3 *nu.* 30 vbi aſſerit neminẽ diſſentire, Odd.*de compend.ſubſt.par.*6 *art.*6.*dubio* 4.*n* 5. *ver limitatur.primò* Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.*11 *tit.* 10.*n.*33.*&* 39.vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Alex·Trent.*de ſubſtit.par.*4.*c.*7 *n* 44 *&* 45.Peregr. *de fideic.art.*23.*nu.*42.Intrig *de ſubſt. cent.*3.*q.*65.*nu.* 28. Gallus *de except.ſucceſſ.tit.*4.*except,*27.*num.*169.*& ſeqq. part.*2.Ruſtic.*in l cum anus.lib,*2.*c.*15.*n,*88.*& ſeqq. ff de condit. & demonſt.* Afflict.*deciſ.*386.

Quæ opinio retinenda erit conſulendo, & iudicando vti verior, & magis recepta, quidquid voluerint diſſentiendo, Ruin. *in l.Gallus, §. etiam. num.* 14.*ver.ſed tamen.ff.de liber. & poſthu. & conſil.*164.*n.*23. *li.*2. *& conſ.* 76.*nu.*13.*ver.vltimo poteſt, & conſ.*104.*nu.*15.*lib* 3.Rol. à Valle *conſ,*67.*n.*35.*lib.*3.Menoch.*conſ.* 459.*nu,* 13. vbi dicit veriorem ſententiam. 45

Exempla autem perſonæ poſitæ in dignitate relata ſunt *q.præced.* vbi dictum fuit, eſſe eum qui habet Caſtra.& Iuriſdictionem, Conſiliarium Principis, Comitem,& Equitem, Doctorum, & Medicum.

Declaratur primò hæc limitatio, vt non procedat, quando legitimatus eſſet ſpecialiter reſtitutus ad dignitates, honores, & nobilitatem, ita ſcribunt; Alex. *conſ.*2.*n.*19.*verſic.denique*, *& conſ.*25.*num,*4.*lib.*1, Ruin. *conſ.*76.*nu.*13. *verſic.quod ex alio*, *& conſ.*104.*nu.*14.*libr.* 3.Pariſ.*conſ.*1.*n* 38.*lib.*2. Alciat.*conſ.*490.*nu.*1.*ſecundum veterem impreſſionem*, Roland.à Valle *conſ.*67.*nu.*39.*lib.* 3.Dec.*conſ.*3.*n,*90.*lib.*1.*conſ.*88.*n.*4.*lib.* 2.*& conſ.*9.*n.*15. *lib.*4.Menoch.*conſ.*459.*n.*13.*verſic.reſpondetur ſecundo*, vbi dicit hanc eſſe receptam ſententiam, *conſ.* 1012.*n.* 32.*& lib.*4.*præſump.*79.*nu.*11.Alex.Trent.*de ſubſtit.par.* 4.*cap.*7.*nu.* 44.*verſ.hæc declaratio.* Peregrin.*de fideicom. art.*23.*n.*42.*in fine*, hanc tenet ſi per legitimationem ſit facta reſtitutio ad nobilitatem, ſecus ſi ſolum eſſet reſtitutus ad dignitates, & honores, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.*3.*q.*65.*nu.*39.Gallus, *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27.*n.*169.*& ſeqq.part.*2.Ruſtic.*in d.l.cum anus,lib,*2 *cap,* 15.*nu.*115. 46

Verùm, & à prædictis malè diſſentiunt, Ruin.*conſ.*77. *nu.*10.*lib.*3. Mantica *de coniect, vlt.volunt.lib.*11.*tit.*10, *num.*37. & quando legitimatio eſſe facta ſolum ad honores,& dignitates, non autem ad nobilitatem, voluit Peregr.*loco citato.* 47

Si tamen legitimatus quis eſset ſpecialiter, vt feudi ſucceſſionis capax eſset, ſubſtitutus excluderetur, ſecundum Mantic. *d.lib.* 11.*tit.*10.*nu.*37.*verſ.ſed tamen*, Gallus *de except.*27.*nu.*171.*par.*2. 48

Declaratur ſecundo hęc limitatio, vt non procedat, 49
quando

quando expreſsè Princeps derogaſſet *l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, ff. ad Trebel.* quia tunc ſubſtitutus excluderetur à legitimato, quamuis teſtator fuiſſet in dignitate conſtitutus, Ruin. *conſil. 161, nu. 24. in fine lib. 2. & conſil. 76. num. 13. lib. 3.* Menoch. *conſ. 1012. nu. 32. & lib. 4. præſumpt 79. n. 12.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt, lib. 11. tit. 10. nu. 38.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 65. n....* Gallus, *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 173. par. 2.* Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 2. cap. 15, nu. 119.*

50 Declaratur tertiò, non procedere in teſtatore tenuis nobilitatis, nam hoc caſu conſtitutus excluderetur à legitimato, Bald. *conſ. 203. lib. 5.* Rol. à Valle *conſ. 67. nu. 38. lib. 3.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. n. 40.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 79. n. 13.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 65. nu. 32.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 27. nu. 175.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. cap. 15. nu. 100. ff. de condit. & demonſtr.*

51 Contrariam opinionem tenuit Peregr. *de fideic. art. 32. num. 42.*

52 Et arbitrio iudicis relinquitur, quis dicatur nobilis eximia nobilitate, vel tenui, vt poſt alios ſcribunt, Mantic. *d. lib. 11. tit. 10. n. 40.* Menoch. *d. præſumpt. 79. n. 13. in fi. & de arbitr. iud. caſ. 67. nu. 3.* Intrigl. *d. q. 65. n. 33.* Gallus *de except. 27. nu. 176. part. 2.*

53 Et quæ nobilitas requiratur in his terminis, latè examinat etiam Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 2. cap. 15. nu. 100. & ſeqq.*

54 Declaratur quartò, non habere locum in legitimato à Principe, ita vt in omnibus, & per omnia habeatur, ac ſi natus eſſet ex legitimo matrimonio, & vero, quia tunc ſubſtitutus excluderetur, quamuis teſtator fuiſſet nobilis, & in dignitate poſitus, vt ſcribunt Ruin. *conſ. 161. nu. 24. in fi. lib. 2.* Rol. à Vall. *conſ. 69. nu. 4. lib. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt 79. nu. 14.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 65. n. 34.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 24. numer. 177. par. 2.* Ruſtic. *d. l. cum auus, lib. 2. cap. 15. numero. 120.*

55 Ego tamen ſentio cum Mantic. contrarium eſſe verius, niſi voluntas teſtatoris fuiſſet dubia, nam expreſſa voluntas teſtatoris non poſſet per Principem legitimantem tolli *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* cum alijs adductis *infra q. 623.* ita declarat Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 41.* Et declaratio dubietatis ſi fieret à legitimante plurimum prodeſſet, ſecundum Mantic. & Gallum *locis citatis*, moti *per l. 1. C. de legib. l. iam hoc iure, ff. de vulg. filium, §. vlt. ff. ad Trebell. & l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.*

56 Declaratur quintò, vt procedat, dummodo teſtamēti tempore teſtator fuerit in dignitate poſitus, aliàs ſecus, tempus enim teſtamenti inſpicitur in colligenda, voluntate teſtatoris, quæ non præſumitur mutata, *l. 3. §. & cum quis, ff. de probat.* & hanc declarationem probarunt Ruin. *in conſil. 76. nu. 13. verſ. præterea, lib. 3.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 37. ver. rurſus.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 79. nu. 15.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 65. nu. 35.* Gallus *de except. 27. nu. 172. part. 2.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 2. cap. 15. nu. 123.*

57 Declaratur ſextò non procedere, quando naturalis tantum fuiſſet ſubſtitutus hæredi, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus decederet, quia tunc ſubſtitutus excluderetur per legitimatum, Angel. *in diſput. incip. Nobilis quidam, col. 3.* Alex. *conſ. 2. n. 56. lib. 1.* Alex. Trent. *de ſubſtitut. par. 4. cap. 7. num. 44. ver hac declaratio,* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 79. nu. 16.* Peregr. *de fideicom. art. 23. num. 42. in fine.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 65. nu. 36.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. c. 15. num. 123. verſ. ſeptimo limitatur.*

58 Idem eſſet ſi aliquis legitimatus fuiſſet ſubſtitutus, ita Menoch: *vbi ſupra, num. 17.* & Intrigl. *d. quæſt. 65. num. 37.*

59 Declaratur ſeptimò non procedere, quando tam inſtitutus, quàm ſubſtitutus eſſent ignobiles, & plebei, quia legitimatus ſubſtitutum excluderet, quamuis teſtator fuiſſet nobilis, & in dignitate conſtitutus, ita Menoch. *lib. 4. præſumpt. 79. nu. 18.* & Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 65. num. 38.*

60 Declaratur octauò non procedere, quando teſtator eum grauauit, qui non poterat niſi filios naturales habere, & deinde legitimare, quia & tunc ſubſtitutus excludendus erit. Menoch. *d. præſumpt. 79. n. 19.* & Intrigl. *d. cent. 3. q. 65. n. 39.*

61 Declaratur nonò, locum non habere, quando teſtator in teſtamēnto honoraſſet legitimatos, nam in codicillis, vbi poſtea fit mentio de filijs legitimis, & naturalibus, venirent & legitimati. Menoch. *conſ. 266. num. 23.*

62 Declaratur decimò, non habere locum, quando teſtator erat legitimatus, nam quamuis poſtea fuiſſet poſitus in dignitate, vel nobilis, non cenſeretur voluiſſe excludere legitimatos, ponendo in conditione filios legitimos, & naturales, Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 65. n. 40.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 79. nu. 20.*

63 Declaratur vndecimò, non procedere, quando teſtator verbis generalibus poſuiſſet in conditione omnes, & quoſcunq; filios legitimos, & naturales. Intrigl. *d. q. 65. n. 41.* & alij in fortiorib. relati *q. 406. nu.....*

64 Declaratur duodecimò, vt non habeat locum, quando legitimatio in ſpecie eſt facta ad talis ſucceſſionis habilitatem, & ad ſubſtituti excluſionem ſecundū Alexand *conſil. 2. col. 2. lib. 1.* Decian. *conſil. 117. in princ. & conſil. 624. n. 4. & 5.* Dec. *conſ. 3. lib.......* Alex. Trent. *de ſubſtit. part. 4. c. 7. n. 44. verſic. hęc declaratio,* ego tamen dubito de veritate per ea quæ dixi *ſupra n. 55.*

65 Declaratur decimotertiò, quando legitimatus vti naturalis ex diſpoſitione ſtatuti poterat ſuccedere, quia ex mēte teſtatoris excludet ſubſtitutum, cum teſtator pręſumatur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, vt not. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* ita ſcripſerunt Paul. Caſtrenſ. Imol. & Alex. *in dicto § ex facto.* Mantic. *dicto libro 11. tit. 10. nu. 39.* quos refert, & ſequitur Gallus *dicto tit. 2. except. 27. nu. 174. part. 2.*

66 Declaratur decimoquartò, vt non procedat in legitimato nato ex parentibus nobilibus, quia & ille excluderet ſubſtitutum, Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 2. cap. 15. nu. 114.* vbi allegat Ruin. *conſil. 76. nu. 13. lib. 3.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 37. verſ. ſecundo loco,* & ita dicit intelligendum eſſe, Menoch. *d. præſumpt. 79. nu. 10. verſ. & legitimationem.* Sed iſta declaratio communiter reijcitur, vt patet ex citatis *ſupra n. 44.* qui loquuntur etiam in grauato nobili.

67 Limitatur ſecundò communis opinio principalis, quando teſtator fuiſſet honeſta perſona, nam ponendo is in conditione filios legitimos, & naturales, non diceretur ſenſiſſe de legitimatis, ſi ei dedecus eſſet tales ſpurios legitimatos ſucceſſores habere. Alexand. *conſil. 25. nu. 5. & conſ. 67. nu. 5. lib. 1.* Dec. *conſil. 284. nu. 10. & conſ. 425. num. 12.* Ruin. *coſil. 27. nu. 6. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 12. n. 14. lib. 2.* Ceph. *conſil. 525. n. 80. lib. 4.* Mantica *de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 10. num. 34. in fine, & ante nu. 37.* Alexand. Trent. *de ſubſtitut. part. 4. c. 7. nu. 44. in fine,* Ruſtic. *in dicta l. cum auus lib. 2. cap. 15. num. 103.* Licet contrarium tenuerint alij relati *ſupra nu. 45.*

Hæc tamen limitatio declarabitur multipliciter, prout declarata fuit præcedens.

68 Limitatur tertiò, quando ſubſtitutus eſſet poſitus in dignitate, vel nobilis, nam per legitimatum non exclude-

excluderetur, Rip. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,n.47.ff. ad Trebellian.Ruin.conſ.37.nu.7.& nu.14.lib.1.conſ. 76. num.2.& conſ.77.nu.5.& 8.lib.3.cRol.à Valle conſil. 67. nu.10.lib.3.Cephal.conſ.111 nu.32.lib.1.Peregr.de fideicomm.art.23.nu. 43. vbi de communi opinione teſtatur Ruſtic. in d.l.cum auus, lib. 2.cap.15.nu.126.ff.de condit. & demonſtrat.

69 Sed contrarium tenuit Mantica de coniect.vlt.volunt. lib.11.tit.10.nu.22.

70 Limitatur quartò, quando teſtator expreſsè excluſiſſet legitimatos, Ruſtic.poſt alios in d.l.cum auus. lib.2. cap.15.n.170.& in claris non eſt opus coniecturis.[Tertia videtur opinio, vt ſi pater illegitimus viuit, ſuccedere non poſſint eius filij.licèt ſint nati ex legitimo matrimonio, ſecus ſi pater eius eſſet mortuus, quia tunc pater eis non erit impedimento. Menoch.conſ.318.nu.25. hoc videtur ſentire,& in his terminis loquitur Cephal. conſ.103.

Contra tamen ſenſit Menoch. lib.4. præſumpt.79.nu. 25.dum dicit Ceph.male conſuluiſſe,& in his terminis ego etiam conſului in vna Pacis de Salodio, vt in conſ... & idem contra Cephalum latè defendit Mantica de coniect.vlt. vol.lib.11.tit.12.nu.31.vſque ad finem. & in his terminis eſt etiam deciſ. Barz..3. vt colligitur ex verbis deciſionis; & voluit Peregr.conſ.41.nu.8.lib.4.]

71 Limitatur quintò, quando teſtator ita dixiſſet, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio natis, nam hoc caſu ſubſtitutum non excludi per legitimatum per reſcriptum, ſcripſerunt Bald.in l.Gallus,§. ſi eius,& ibi Angel.Aret.Imol.in fine.Socin.ſen. nu.6. verſ.tertius caſus, & Brun. num. 34.ff. de liber.& poſthum. Bald.in l.ſi quis poſthumos,ff.de liber.& poſthum. Paul. Caſtrent. in l.fin. num.6.C.de his quis ven.ætat. interpret. Aret. in l.ex facto,nu.10.ff.de vulg.Alex.in l. generaliter,§. cum autem, num.2.& ibi Iacob. à Sancto.Georg.nu.4.C.de inſtit.& ſubſtit.Barbat.in l.cum acutiſſimi nu.279.C.de fideicom. Rip.in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, num, 27.& 47. ff.ad Trebell.

Et conſulendo Bartol. conſil. 75. viſo.Alex. conſil. 2. num.13.lib.1.& conſil.172.nu.2.lib.7.Socin.ſen conſ.63. num.28.lib.3.Curt.ſen.conſ.13.per totum,Bertrand.conſ. 149.num. 3.lib.1. & conſil. 213.num.6.& ſeq.lib.2.Dec. conſil.155.n.7.conſil.425.n.4.& n.12.& conſil.634.col.1. Curt.iun conſil 64.n.12.Crot.conſil.113.n.2. Ruin.conſ. 80.num.10.& ſeq.conſil.97.nu.7.& conſil.103.nu.5.li.3. Pariſ.conſil.9.n.45.conſil.11.num.12.& conſil.12.nu.48. lib.2.vbi de communi opinione teſtatur,Grat.conſil.39. num.45. vbi dicit eſſe communem opinionem, conſil. 158.nu.27.lib.2.& conſil.95.num.6.lib.1. Socin.iun. conſil.65.num.10.lib.2.conſil.63.num.16.conſil.110.num.25. conſil.145.nu.39.libro 3.& conſil.82.num.16.& ſeq. lib.4. Bero.conſil.180.n.16.lib.2.Neuiz.conſ.99.nu. 25. Natta conſil.624.num 10.Rimin.iun.conſil.46.nu.47. & ſeqq. lib. 1. vbi dicit ter ita iudicaſſe Senatum Mediolanenſem, & teſtatur de communi Cephal. conſ. 66. dubio 2. conſ.111.conſ.117.nu.21.conſ.276.n.9 conſ.225. n. 54.& nu.82.& conſ.606.n.35.& ſeqq. Dec.conſ.42.nu.27.lib.1. & conſil.88.num.11.& 24 lib.2. Menoch. conſil. 20.nu. 27.& conſ.173.num.71.Eugen. conſil.52.num.66.Surd. conſ.1.& n.97.verſ.& quamuis regulariter,lib....& conſ. 456 num.9 lib.4.

Et in tract.Brun.ſuper ſtat.quod exſtan maſcul. art.12. nu.72.Dur.de art.teſtan.tit.de ſubſtitut.caut. 15. num.1. Did.in Epit.de ſponſal.part.2.cap.8. §.2.in fine, vbi ait eſſe magis communem opinionem, Molin. de Hiſpang. Primog.lib.3.cap.3.nu.31. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Marzar.in Epit.de fideicom.par.2. quæſt.30. Odd.de compend.ſubſtitut.parte 8.art.6. dubio 4.num.6. vbi dicit eſſe communem opinionem, nec ab ea conſulendo, & iudicando eſſe recedendum, Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.10.nu.23.& ſeq. Craſſ. in §.fideicommiſſum. quæſt.38.nu. 5. Alexan. Trent. de ſubſtitut parte.4.cap 7.nu. 54. vbi dicit hanc eſſe receptam ſententiam Præt.de interpret.vltim.volunt.fol.313.n.4. verſic ac etiam,Menoch.lib.4.præſumpt.79.num. 21. vbi de communi teſtatur Peregr.de fideicommiſ.art.23.nu. 45.Intrigl.de ſubſtitut.centr.3. quæſt.65.nu. 42. Gallus de except.ſucceſſ.tit.4.excep.27 nu 152 & ſequentibus. & num.165.parte 2.Ruſtic.in l.cum auus,lib.2.c.15.nu.175. vbi loquitur quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vel legitimè deſcendentibus, & plures refert in his terminis loquentes, & nu. 176. loquitur in caſu quando fuit dictum, ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, & pariter refert multos in his terminis loquentes,& nu.181.vtrumque caſum purificat.

Contrariam ſententiam malè probarunt Butr. in c. 72
per venerabilem.nu.17.extr.qui filij ſint legit. Dec. conſil. 624.n.4.Mantic.conſ.191.n.1.vbi dicit collegiũ Patauinũ ita conſuluiſſe Burſa conſ.18.nu.6.& num.10.vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionem, & magis communem, Menoch.conſ.225.n.19.& conſ.227.nu.31.

Ampliatur prima opinio, quæ etiam canonizata eſt, 73
etiam quod in legitimatione Princeps dixiſſet, quod volebat talem filium comprehendi ſub omni diſpoſitione teſtamentaria,Grat. conſ.56.nu.6.lib. 1. Soc.iun. conſ.65.n.1 li.1.Cephal conſ.66.n.10 lib.1. Odd. d.art.6. dubio 4.nu.6.verſ.ampliaturque. Alexan. Trent.de ſubſtitut.part.4.c.7.n. 54.verſic. quę concluſio.Intrigl.dicta centur.3.q.65.num. 45. Licet contrarium tenuerit Cephal ſibi contrarius,conſ.23.nu.32. [Et ita etiam ſe habent Dec. conſ. 99.in fine, Præpoſ.in cap.tanta.n. 7.in fine,extr.qui fil.ſint legit.Pariſ.conſ.13.nu.68.lib.1. Ruin. conſ.78.nu.8.lib.3.Angel. Alexand.Soc. Ant. de Roſel. Suarez Gregor.Lopez Gomeſ. Gabr.Burſat.Mant.Molin.& Flamin citati infra nu 80.Ludou.Molin. in annot. poſit.in fine vltimi libri,num.8.Cuneus reg.350. limit.1: Menoch.lib.4.præſumpt.81.in fine,& præſumpt.83.num. 78.Franc.Marc deciſ. Delph.684.numer.3.parte 2. Meres de maior.in prim.addit par.2.quæſt.1. num. 21. Matienz lib.5.Recopil.tit.10.lib 10 gloſſ.3.nu.4.

Et ſi rationes huius ſententię libet videre,adeas Sanchez de matr.lib.7.diſp.150.nu.9.

Cæterum, quod & proles ſic legitimata excludat ſubſtitutum,et non obſtante, quod pater inierit matrimonium animo fraudandi ſubſtitutum, voluit Sanch. d.diſp.105.vbi comprobat, & reſpondet ad argumenta contraria, & pro hac ſententia allegat Bald. in rub. C. de priuil.dot.nu.2.Sarmen.lib.1.Select.c.6.n.8.& nu.vlt. in fine.& lib.4 circa l.ſed eſt quæſitum, nu.3.ff.de liber.& poſthum.Menchiac.in controu.vſu frequent. lib.3. cap.4. num.5.Ioan.Garz.de nobilit.gloſ.21.nu.59.& in tractatu de hypoth.poſt contract.num.4.Didac.Spinol. in ſpecul.teſtament.gloſ.15.princip.nu.106.& Molin.de iuſtit. tom.1. tract.1.diſp.172.ad finem.]

Ampliatur ſecundo, etiam quod in legitimatione 74
eſſet appoſita clauſula, quod ſit legitimatus ad honores,& dignitates, & quod ſit, & habeatur perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus fuiſſet, quia nec tunc ſubſtitutus excluderetur, Dec conſ.155.nu.7.conſil.284. num.15.vbi rationes adducit. & conſ. 357. num.5.Grat. conſ.158.num.27.& libro.2.Ruin conſil.80.nu.10.& conſil.103.nu.5 & ſeq.lib.3.Pariſ.conſ.9.nu.43. & conſil. 12. num.173.libro 2. Soc iun. conſ.65.numero 10.lib.2.conſil. 145.num.39.libro 3. vbi de communi opinione teſtatur

Cephal.

Cephal. *conſil.66. num.6. & ſeqq.lib.*1. Decian. *conſ.88. num.36. & num.76.lib.2.* Rimin.iun.*conſ.46. nu.47.lib.1.* vbi dicit bis ita fuiſſe iudicatum à Senatu Mediolani. Mantic.ſenſit *dicto libro 11.tit.10.nu.23.in fine,* Menoc. *dicta præſumpt.79.nu.22.* Intrigl.*dicta centur.3.quæſt.65. num.43.* Gallus *dicta except.27.num.153 part.2.* Ruſtic. *in dicta l.cum auus,lib.2.c.15.n.77.* Socin.iun.*in l.Gallus,* §.*& quid ſi tantum, num. 149. ff. de lib. & poſthum.* vbi ait eſſe commune dictum, & veriſſimum, immo indubitatum.

75 Cæterum in contraria ſententia fuerunt, & malè Soc.ſen. *conſ.63.nu.22.lib.3.* Dec. *conſil.624.nu.4.* Ruin. *conſil.161.num.29.verſic.ſed quamuis,lib.2. & conſil.76. num.12.lib.3.* Gozadin.*conſil.29.numero 22. & conſ.92. num.15.* Cephal.*conſil.111.lib.1.* Rimin.*conſ.294.nu.21. verſic. nec obſtat,lib 3.* Menoch.*conſil.20.num.19. & ſeq. & conſil.827.num.12. & ſeqq.* Surd.*conſil.1. num.98.lib.* vbi maximè hoc tenet, quando clauſula eſt concepta per verba prægnantia. Decian.*conſ.35.nu.41.lib.4.* Præt. *de interpr.vltim.volunt.fol.315.nu.5.* [Addo hanc coniecturam probaſſe Bero. *in cap.in præſentia, nu. 206. verſic Similiter voluit,extra de probat.* Alciat.*conſ.140.nu.6. & conſ.187.nu.3.lib.9.* Burgos de Paz. *conſil 6. num.11.* Mantica *conſ.38.num.14.lib.2.*]

76 Ampliatur tertiò, & ſi Princeps expreſsè dixiſſet, quod volebat ſubſtitutum excludi, nam nec tunc erit excludendus, Arr.Pinel. *in l. 2.in prima par. rubr.cap.2. num.18.C.de reſcind.vendit,* Dec.*conſil.88. conſil. 357.in fine, & conſ 557.numero 4. & ſeq.* Ruin. *conſ.80. num.7. & ſeq.& conſil.95. num. 7 lib.3.* Grat. *conſil. 20.dubio 2. lib.1.* Pariſ. *conſil.9.num.50. & conſ.11.num.12.lib.2.* vbi plures alios addit. & de communi opinione teſtatur Soc.iun. *conſil.76.num.14. & ſeq.& conſil.165.numero 2. lib.3.* Bero.*conſil.18.num.58.lib.* .... Crauet. *conſil.296. num.8.* Cephal.*conſ.23.numer.40.conſ. 66.dubio 2.conſil. 111 per totum,conſ.117.dubio ſecundo,& conſ.186.per totum.* Bertaz.*conſil.101.num.25.* vbi dicit ita iudicatum. Decian.*conſ.88.num.37.lib.2.* Menoch. *conſ. 1.num.20. & ſeqq.num.27.& ſeqq.* Did.*lib.3. Variar. Reſolut.cap.6. numer.7.* Mantica *de coniect.vltim. volunt.lib.11.tit.10. num.32.* Peregr. *de fideicom.art.23.num.44.* Ruſtic.*in d. l.cum auus,lib.2.cap.15.num.178.* Et fortiùs hęc ſententia procedere, ſi legitimatio eſſet facta à Comite Palatino. Cephal.*conſ.111.num.39,*

77 Sed contra ſubſtitutum alij tenent, etiam quod legitimatio ſit facta à Comite Palatino habente facultatem ita legitimandi, ita Alexand.*conſ. 2. verſ. prętereà dato, lib.1.* Dec.*conſ.557.in princ.& conſ.624.nu.4.& ſeq.* Gozad.*conſ.25.nu.25.& conſ.29.nu.21.* Decian.*conſ.3.n.91. lib.1.* Marzar.*in Epit.de fideicom. q.30.* vbi refert Collegium Patauinum pro hac parte conſuluiſſe Odd. *dicto articulo 6.dub.4.n.6.verſ.ego concordarem,* ſed loquitur de legitimatione facta à Principe. Alex.Trent. *de ſubſtitut.par.4.c.7.n.54.verſic.quę concluſi.*

78 Ampliatur quartò, vt nec filij verè legitimi, & naturales ipſius legitimati admittendi ſint ad excluſionem ſubſtituti, tanquam nati ex radice infecta, Decian. *conſ.3.numer.98.liber.1.* Menoch. *conſ. 172. conſ.318. nu. 20 & ſeqq.* vbi latè, *& liber.4. præſumpt. 79.numer.25.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libro 8. tit. 7. numer.8. & lib.11.tit.12.n.31.vſque ad finem,* vbi loquitur de legitimato per ſubſequens matrimonium in caſibus quãdo ille excluditur, & dicit eius filios legitimè natos eſſe excluſos, hanc etiam ampliationem probarunt Intrigl. *de ſubſtit.cent.3.quęſtione 65.numero.44.* Ruſtic.*in dicta l.cum auus, libro 2. cap.15.numero 178. verſic. ampliatur tertio.* Cæſ. Barz. qui alios plures allegat *deciſ. Bonon.3.numer. 4. & 5.* & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Ioſeph.Guadagini de Edulo.

Verum alij, ſed malè, tenent contrariam ſententiam, 79
inter quos Ceph.*conſ.103.lib.1.* Rimin.iun.*conſ.294.* & latè Chriſtoph.Torniol.*conſ.83.*

Ampliatur quintò, etiam quando in alia parte teſta- 80
menti facta eſſet mentio de filijs ex legitimo matrimonio natis, & in conditione poſiti ſint ſimpliciter filij, quia intelligitur de filijs ex legitimo matrimonio natis, vt dicam *infra in limitatione 24.* [Hanc etiam coniecturam improbarunt Bart. Soc. *in l. ſed eſt quæſitum, numer.2.ff.de liber.et poſthum.* Alexand.*in l ſi quis poſthumos, num. 4.in fine ff. eod.* Anton. de Roſell. *tract de legitim.lib.1.tit.de cauſ. mater.legitim.nu.41.* Suarez. *in lib.1 leg.for.tit.11. De los Pleytos,l.9.nu.10.* Celſ.*conſ. 73.num.12.* Gregor.Lopez.*l.1.verſic ſeq.caſu,tit.13.par. 4.* Menchiac.*in controu.vſu frequent.lib. 3. cap.41. num. 1.* Menoch.*lib.5.pręſumpt.3.num.16.* Ioan.Garz.*de nobil. lit.gloſ.21.num.59.et tract.de hypoth.poſt.contract. num. 14* Henriquez *lib.12.de matrim.cap.7.num.3.* Flamin.*de reſignat.benefic.quæſt.1.nu. 12.* dum ſequitur Pariſium *dicto conſ.68.* Sanchez.*de matrimon.lib.7.diſput.105.numero 8.*]

Sublimitatur primò hæc limitatio, quando legitima- 81
tio eſſet facta à Papa, quia tunc ſubſtitutus excluderetur, licet poſit ſint in conditione filij legitimè nati, vel ex legitimo matrimonio, ita tenent Soc.ſen. *in d.l. Gallus, §. ſi eius,in tertio caſu. ff.de lib. et poſthum.* quem refert & ſequitur Pereg. *de fideicom. art. 23. n.45.in fin.*

Sublimitatur ſecundò, quando in ſubſtitutione addi- 82
ta eſſent verba, aut ex ſuo corpore deſcendentibus, quia legitimatus tunc excluderet ſubſtitutum, Bald. *conſ. 463.lib.5.* Menoch.*lib.4.præſumpt.79.num.26.* Intrigl.*d. cent.3.q.65.nu.46.*

Sublimitatur tertiò, quando Princeps in legitimatio- 83
ne dixit, quod talis legitimatus in dicto teſtamento includeretur, ac ſi de eo teſtator mentionem feciſſet, Dec.*conſ.624.n.6.et ſeq.* Ruin.*conſ.162.num. 19.lib.2. et conſ.76.n.21.verſ.teſtator,lib,3.* Intrigl.*de ſubſtitut.cent. 3.quæſtione 65.nu.11.*

Sed melius ſenſit Mantic. qui contrarium tenuit, 84
de coniectur.vltim.volunt.lib.11.tit. 10. nu. 21. & volunt alij relati *ſupra in fortioribus,num.77.*

Sublimitatur quartò, quando nulli extarent legiti- 85
mi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, ſed tantum legitimati, quia hi tunc excludent ſubſtitutum, Socin.ſen.*conſil.63.num 20.lib. 3.* quem refert & ſequitur Decian.*conſ.33.num.45. lib. 5.* & alij ſentiunt *in ſeq. ſublimitatione citati,* ſed his ego aſſentire non poſſum, cum repugnet voluntas teſtatoris.

Sublimitatur quintò, quando ſubeſt iuſta cauſa legi- 86
timandi ad fideicommiſſum, etiam in caſu, quando mentio facta fuit de filijs ex legitimo matrimonio natis, quia tale legitimati ſuccederent in fideicommiſſo, Ruin.*conſ 80.nu.10.conſ.95.nu.8.in fine lib.3.* Pariſ.*conſ. 9.nu.53.in fine,et conſ.12.num.53.in fine, lib.2.* Socin.iun. *conſ.65.nu.3 6.7. lib. 2.* quos & alios refert & ſequitur Menoch.*conſ.827.nu.14.*

Cauſæ autem iuſtæ legitimandi ad fideicommiſſa eſ- 87
ſent: Prima, quando pater legitimatorum, & ſubſtituti non habebant filios, nam tunc iuſta ad eſt cauſa legitimandi, etiam quod teſtator de natis ex legitimo matrimonio mentionem fecerit, Menoch,*conſ.827.n.6.* vbi allegat Iaſ. *conſ.184.colum.2.lib.2.conſ.40.colum. penultim.in fine,et conſ.127.nu.6.lib.4.* Gozad.*conſ.6.n.60.conſ. 48.nu.12.et conſ.85.nu.18.* Pariſ.*conſ.1.nu. 21. et conſ. 9. nu.40.lib.2.* Socin.iun.& Decian *relati in ſublimitatione præcedenti.*

Secunda iuſta cauſa eſſet, quando legitimatus eſſet 88
vir

vir excellenti doctrina imbutus, Menoch. *conſ.* 827. *nu.* 16. vbi citat Corn. *conſ.* 1. *lib.* 3. Gozad. *conſ.* 92. *nu.* 13. & Curt. iun. *conſ.* 75. *nu.* 3.

89 Tertia iuſta cauſa eſſet voluntas patris, & ſubſtitutorum, quod filius ſic legitimaretur. Menoc. *d. conſ.* 827. *nu.* 16. vbi adduxit Alex. *in conſ. penult. col. vlt. lib.* 5. Iaſ *in l. filius familias, §. Diui, in prima lectura, col.* 2. *ff. de legat.* 1. *& in conſ.* 40. *col. penult. verſi. ſecundo notabiliter. lib.* 3. *& conſil.* 127. *nu.* 26. *in fine, lib.* 4. Curt. ſen. *conſ.* 19. *dub.* 2. *& conſ.* 64. *col.* 3. Gozad. *conſ.* 85. *nu.* 12. Crauet. *conſ.* 669. *col. pen. verſ. ſecundo reſpondetur,* Soc. iun. *conſ.* 93. *n.* 61. *lib.* 3. & Rol. à Vall. *conſ.* 89. *n.* 53. *lib.* 1. & ratio eſt, quia voluntas pro cauſa habetur, vt dicunt præcitati omnes.

90 Requiritur tamen ſcientia fideicommiſſi in ſubſtitutis, qui conſenſerunt legitimationi, vt ſcribit Menoc. *d. conſ.* 817. *nu.* 10. *& ſeqq.* vbi etiam dicit, quando præſumatur ſcientia. [Verum contrarium voluerunt relati *ſupra nu.* 73. *verſic. cæterum.*]

91 Limitatur quintò, quando pater grauaſſet filiam, ſi ſine filijs deceſſerit, quia tunc præſumitur quod noluerit intelligere de legitimatis, Alexand. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus, n.* 6. & ibi Ripa *n.* 13. *ff. ad Trebell.* Dec. *in cap. in præſentia num.* 41. *extra de probat.* Soc. ſen. *conſ.* 249. *lib.* 2. Brun. *conſ.* 15. *n.* 11. Alben. *conſ.* 29. *n.* 7. Menoc. *conſ.* 318. *nu.* 19. *& lib.* 4. *præſumpt.* 79. *n.* 24. Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. Primog. cap.* 3. *n.* 34. Intrig. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 65. *nu.* 47.

92 Limitatur ſextò, & erit ampliatio præcedentis limitationis, quando teſtator grauaſſet filium, & filiam, ſi ſine liberis decederent, nam ſicuti non excluderetur ſubſtitutus per filios legitimatos natos ex filia, vt dictum eſt in præcedenti limitatione, pariter non excluderetur per filios natos ex filio, per regulam, *l. iam hoc iure, ff. de vulg.* & in ſpecie, ita ſcribunt Alben. *conſ.* 29. *nu.* 7. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 34. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 79. *nu.* 28. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 65. *n.* 48.

93 Limitatur ſeptimò, quando pia cauſa eſſet ſubſtituta, nam à legitimato non excluderetur, Bald. *in cap. in præſentia, n.* 35. & ibi Felin. *n.* 29. *extr. de probat.* Ripa *in dicta l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n.* 46. *ff. ad Trebell.* Cephal. *conſ.* 111. *n.* 32. vbi dicit procedere & ſi tantum pro medietate eſſet ſubſtituta. Pancir. *conſ.* 59. *n.* 72. Burſat. *conſil.* 390. *nu.* 64. *lib.* 4. Honded. *conſ.* 63. *num.* 29. *lib.* 1. *& conſil.* 59. *nu.* 29. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 625. *n.* 33. Tiraquell. *de priuil. piæ cauſæ, priuil.* 94. *in fine.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 40. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 65. *nu.* 50. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *nu.* 158. *parte* 2. vbi dicit hoc verum, niſi teſtator aliud ſenſerit, Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 141.

94 Contrarium tenuit Alex. *in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu.* 8. *ff. ad Trebell* & in fortioribus tenent alij relati, *quæſt. præced. nu.* 48.

95 Ampliatur prima opinio, etiam quando Eccleſia eſt mediatè ſubſtituta, Cephal. *d. conſil.* 111. *nu.* 33. Ruſtic, *in l. cum auus, libro* 2. *cap.* 15. *nu.* 142.

96 Limitatur octauò, quando ſubſtitutus eſt alter filius teſtatoris, nam is ex teſtatoris mente per legitimatum non erit excludendus, Salicet. poſt Ricard. citatum, *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtitut.* Rip. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu.* 24. *ff. ad Trebell.* licet dicat contrariam opinionem eſſe communem. Bald. *conſil.* 349. *ſuper eo quod quæritur, col.* 2. *verſic. ſequitur videre, lib.* 3. Alexand. *conſil.* 94. *num.* 3. *lib.* 1. Bardell. *conſil.* 68. *nu.* 45. *& num.* 52. Menoch. *conſil.* 164. *num.* 8. *conſil.* 315. *nu.* 15. *conſil.* 461. *nu.* 41. *verſic. prima inquam, conſ.* 625. *nu.* 31. *conſ.* 1012. *n.* 33. *& lib.* 4. *præſumpt.* 79. *nu.* 30. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *nu.* 25. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *c.* 7. *nu.* 52. *in fine,* Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 65. *nu.* 49. Alexand. Raud *de Analog. cap.* 36. *nu.* 64. *circa medium,* Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *n.* 156. *parte* 2. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 174. *verſ. decimo declaratur.*

Alij ſunt in contraria ſententia, quod & tunc legitimatus excludat ſubſtitutum, Anchar. *in cap.* 1. *extr. de conſtitut.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, nu.* 239. *in fine, C. de fideicommiſ.* Alex. *in dicta l. ex facto. § ſi quis rogatus, n.* 7. *ff ad Trebell.* Pariſ. *conſ.* 8. *lib.* 2. Paul. de Monte Pico, *conſil.* 24. Craſſ. *in § fideicommiſſum, quæſt.* 37. *n.* 7. vbi dicit hanc opinionem eſſe communem, Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan primog. c.* 3. *nu.* 2. Peregr. *de fideicommiſ. art.* 28. *n.* 45. *verſ. amplius ſecundo,* Odd. *de compend. ſubſtitut parte* 6. *§. an naturalis, limit.* 5. *verſ. in contrarium.* Rota Romana *in nouiſſ.* apud Farinac. *deciſ.* 485. *in fine, parte* 4. vbi Rota dubitauit, ſed *deciſ. ſeq.* 486. dicitur Dominos de Rota hanc tenuiſſe vno tantum excepto, & reſpondet ad aliquas authoritates in contrarium adductas, & in fortioribus terminis volunt alij relati *in quæſtione præcedenti limitat. nona, verſic. contrariam.* 97

Fundamentum huius opinionis eſt, quia ad reſtringendam conditionem, ſi ſine liberis, non conſideratur qualitas ſubſtituti, ſed teſtatoris, & hæredis grauati. Alex. *conſil.* 94. *nu.* 3. *lib.* 1. Ripa *in dicto § ſi quis rogatus, nu.* 24. excluſio enim ſubſtituti non affert commodum legitimato, quia ille vti poſitus in conditione non cenſetur vocatus, iuxta Gloſ. *in l. Lucius, ff de vulg.* de qua quæſt. latè ſupra dictum fuit, ſed commodum eſt hæredis grauati, quia excluſo ſubſtituto poterit de bonis ſuis liberè diſponere, vnde cum pater legitimati ſentiat commodum, illius perſona erit attendenda, & perſona ſubſtituti, non autem legitimati, & hanc rationem conſiderauit Rota Romana *dicta deciſ.* 486.

Sed iſta ratio non eſt bona, tùm quia tuta non eſt opinio, quod poſitus in conditione non ſit vocatus, contra Gloſſ. *dicta l. Lucius,* & plenè dixi *quæſt.* 437. vbi ſecundum aliam opinionem, filij poſiti in conditione ſunt vocati, tum etiam, quia ratio non eſt generalis, nam vbi poſiti in conditione ex coniecturis eſſent vocati, haberet locum iſta limitatio: ratio autem vt bona 98
ſit, debet eſſe generalis, *l. regula, §. quod ſi ideo, ff. de iur. & fact. ignor.* Rip. *de iur. emph. & de feud. reſp.* 14. *nu.* 4. & alibi ſæpè, teneo ergo primam opinionem, pro qua etiam facit limitatio ſeptima, vbi ex qualitate ſubſtituti, quando ſcilicet pia cauſa eſt ſubſtituta, legitimatus non habetur in conſideratione ad defectum huius conditionis, ſi ſine filijs.

Et prima opinio maximè procederet, quando filius 99
ſubſtitutus fuiſſet etiam hæres grauati, Ripa *in dicto §. ſi quis rogatus.* Menoc. *conſ.* 264. *num.* 8. *in fine* Gallus *dicta except.* 27. *nu.* 157. *parte ſecunda.* & quia dixi *quæſtione præcedenti limitat.* 9. *verſic concord.*

Limitatur nonò vt non procedat, quando teſtator 100
prouidiſſet naturalibus in teſtamento, quia tunc teſtator ſpecialiter proſpiciendo non cenſetur de eis intellexiſſe, cum fuit generaliter locutus, arg. *l. ſanctio legum, ff. de pœn & doli clauſula, ff. de verb. obglig.* & in ſpecie ſubſtitutum hoc caſu non excludi volunt Alex. *conſ.* 67. *n.* 5. *verſ. ego cum ex verbis, lib.* 1. Dec. *conſ.* 284. *n.* 10. Grat. *conſil.* 65. *nu.* 47. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 188. *nu.* 9. *verſic. his tamen,* Menoch. *conſ.* 164. *n.* 8. *verſ. ſecundo & num. ſeq. & lib.* 4. *præſumpt.* 79. *num.* 3. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 65. *num.* 51. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *n.* 162 *part.* 2 Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 2. *c.* 15. *n.* 152. *& ſeqq.* vbi reſpondet ad argumenta contraria. Et hæc opinio retinenda eſt, quicquid in contrarium teneat Mantica. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *nu.* 28,

Limita-

101 Limitatur decimò, quando bona eſſent expreſse prohibita alienari, quia tunc legitimati non comprehenderentur, vt ſcribunt Anchar. conſil. 423. num. 2. in fine. Alexand. conſil. 25. nu. 1. in fine lib. 1. Grat. conſ. 29. nu. 48. lib. 2. Pariſ. conſ. 12. nu. 151. libro 2. Honded. conſ. 59. num. 28. lib. 2. Bardell. conſ. 68. num. 52. verſic. reſpondetur quarto. Menoch conſ. 318. nu. 20. conſ. 461. nu. 44. conſ. 625. num. 42. conſil. 1022. num. 34. & lib. 4. præſumpt. 79. nu. 34. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſtione 65. num. 53. Anchar. iun. quæſt. 25. n. 3. parte 3. Gallus de except. ſucceſ. tit. 4. except. 27. n. 163. par. 2. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. c. 15. nu. 174. Gama deciſ. 278. n. 8. in fine. Quicquid in contrarium tenuerit Mantica de coniect. vlti. volunt. lib. 11. tit. 10. numero. 30.

102 Limitatur vndecimò, quando ex communi vſu loquendi legitimati non venirent appellatione legitimorum, nam tunc legitimatus non excluderet ſubſtitutum, ita in ſpecie tenent Imol. in l. ſi ita quis, §. ſi eius, ff. de legat. 2. Paul. Caſtrenſ. in l. vltima num. 6. C. de his qui veniam ætat. impetr. Aret. in l. Gallus, §. ſi eius, circa finem, ff. de liber. & poſthum. rurſus Imol. in dicta l. ex facto, § ſi quis rogatus, colum. 2. verſic. ſecundo fallit, & ibi Rip. nu. 44. verſic. tertio fallit, ff. ad Trebell. Barbat. in l. cum acutiſſimi, num. 225. in fine, C. de fideicom. Fulgoſ. conſil. 62. Alexand. conſil. 2. num. 17. conſil. 25. num. 2. lib. 1. & conſil. 60. num. 6. lib. 2. Curt. ſen. conſil. 74. colum. 24. Dec. conſ. 284. nu. 9. & conſ. 425. num. 10. Grat. conſ. 29. num. 49. lib. 2. Gozad. conſil. 6. num. 11. Brun. conſil. 15. num. 11. Neuiz. conſil. 99. num. 14. Roland. à Valle conſil. 83. num. 20. lib. 3. Cephal conſil. 82. nu. 19. conſ. 111. nu. 17. & ſeqq. conſ. 276. nu. 28. & conſ. 525. num. 81. Dec. conſ. 88. nu. 23. lib. 2. Menoch. conſil. 164. nu. 11. conſ. 173. nu. 75. conſ. 266. num. 61. & ſeqq. conſ. 318. nu. 18. conſil. 459. num. 15. & lib. 4. præſumpt. 79. nu. 35. Ludou. Molin. lib. 3. de Hiſpan. Primog. c. 3. nu. 32. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 27. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 65. num. 54. & ſeqq. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 160. part. 2. Ruſtic. in dicta l. cum auus, lib. 2. c. 15. nu. 143.

103 Aduertendum tamen eſt, quod hæc limitatio procedit, quando verba vulgari ſermone ſunt prolata, tunc enim ſecundum communem loquendi vſum ſunt interpretanda, ſecus eſſet ſi à Notario in ſcriptis Latino ſermone eſſent redacta, quia tunc ſecundum iuris interpretationem ſunt intelligenda, Alexand. conſil. 2. nu. 17. lib. 1. Menoc. conſ. 266. nu. 64. & conſ. 259. nu. 17. Ruſticus in d. l. cum auus, lib. 2. c. 15. nu. 147.

104 Notandum autem eſt, quod plures ex præcitatis Doctoribus fidem faciunt, ita vbique eſſe hunc communem loquendi vſum, vt Grat. Curt. & Decian. quos refert, & ſequitur Menoc. dicto conſ. 164. nu. 11. qui etiam dicunt ſubſtitutum habere intentionem fundatam, niſi aliud probetur, vel ſaltem atteſtatio horum Doctorũ faciet præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium, vel etiam Iudex poterit ſumere informationes abſque alia probatione, & hunc loquendi vſum non eſſe probandum, tenent etiam Rimin. iun. conſ. 46. nu. 43. & ſeqq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 10. nu. 27. vbi teſtatur de communi opinione, Dec. d. conſ. 88. n. 25. Menoch. conſ. 173. nu. 75. & conſ. 318. nu. 105. Cephal. conſ. 525. nu. 81. & videndus erit etiam Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. c. 15. nu. 144. & ſeqq.

105 Sed quod ſubſtitutus teneatur probare hunc communem vſum loquendi, poſt alios ſcribunt Roland. à Valle conſilio 83. nu. 20. lib. 3. Menoch. conſil. 266. n. 63. & conſ. 439. nu. 15. verſ. reſpondetur primo, & nu. ſeqq. & lib. 4. præſumpt. 79. nu. 35. Intrigl. d. q. 65. nu. 54. & ſeqq. & videnda erunt ſcripta à Ruſtico d. lib. 2. c. 15. num. 147. & ſeqq. & cum hac ſententia ergo tranſeo.

Et econtra legitimatum teneri probare ex communi vſu loquendi ſe eſſe comprehenſum vltra Mantic. citatum voluit Gallus. d. except. 27. nu. 161. par. 2.

Limitatur duodecimò, quando legitimatus eſſet
natus ex his inter quos non poterat eſſe matrimonium 106
prohibitione iuris, quia licet legitimaretur, tamen non excluderet ſubſtitutum, cum potius diſpenſatus, quam legitimatus dicatur, ita in ſpecie ſcripſerunt Bald. conſil. 349. col. 2. verſic. ſequitur videre de alio lib. 3. Corn. conſ. 9. nu. 6. lib. 4. Gozad. conſil. 6. n. 76. Cephal. conſ. 186. num 78. & conſ. 606. n. 73. Odd. conſil. 1. nu. 41. Honded. conſil. 56. n. 25. libro 2. Menoch. conſ. 177. n. 78. conſil. 581. nu. 2. verſic. extat & tertium, conſil. 625. nu. 35. conſ. 1012. num. 35. & ſeqq. & lib. 4. præſumpt. 79. n. 37. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Ludou. Molin. lib. 3. de Hiſpan. Primog. c. 3. n. 35. & ſeq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 31. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. q. 65. n. 68. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. num. 164. parte 2. Ruſtic. in dicta l. cum auus, lib. 2. c. 15. n. 174. verſ. vndecimò declaratur.

Ratio eſt, quia tunc filius dicitur ſolum diſpenſatus, 107
QVAMVIS à Sede Apoſtolica, ad quam negotiorum multitudo vndique confluit, curis continuò plena innumeris, nonnulla interdum ex quibuſdam cauſis aliquando per occupationem, ac importunam petentium inſtantiam concedantur, quæ in alieni iuris præiudicium tendunt, & detrimentum, non debet reprehenſibile videri ſi Rom. Pontifex, ad cuius prouidentiam pro debito paſtoralis officij ſpectat ſuper his debitè prouidere, illa rationabilibus, & iuridicis cauſis maturius, & attentius deinde cognitis quandoque reuocat, & annullat, ac in ſtatum redigit rationis. Sanè cum fide digna plurimorum relatione non ſine animi noſtri moleſtia intellexerimus non nullos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac prætextu quarundam ſibi conceſſarum facultatum Comites Palatinos, & alios multos ſpurios, & naturales, & forſan inceſtuoſos etiam in præiudicium venientium ab inteſtato, & vocatorum ex teſtamento ad fideicommiſſa, ac hæreditates, & legata, vel donationes ita legitimaſſe, vt in huiuſmodi fideicommiſſis, hæreditatibus, aut legatis, vel donationibus, non obſtantibus teſtatorum voluntatibus ſuccedant, ac proinde variæ contentiones, & ſcandala in graue multorum præiudicium, ac animarum iacturam hactenus exhorta ſint, & in præſentiarum exoriantur. Nos illa vt potè contra ius, & æquum exiſtentia, de cætero ne fiant opportunè prouidere necnon eorum, quos hoc ipſum tangit, ac tangere poterit, quomodo libet in futurum in demnitati conſulere volentes. Motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas legitimationes de quibuſcunq; naturalibus ſpurijs per Romanos Pontifices prædeceſſores præfatos, ac Comites Palatinos huiuſmodi, & quoſcunque alios ad id facultatem habentes in præiudicium vocatorum ex fideicommiſſo, aut teſtamento, vel quauis alia valida tamen diſpoſitione, ſub quibuſuis tenoribus, & formi, ac cum quibuſuis verborum formis, & expreſſionibus, ac efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & etiam irritantibus decretis, etiam motu ſimili, etiam conſiſtorialiter, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cum derogatione Regulæ, ſeu conſtitutionis de non tollendo iure quæſito, ac alijs cautelis quomodolibet facta (nondum adhuc viuentibus vltimis bonorum huiuſmodi poſſeſſoribus, per quorum obitum ad legitimos prædictos deuolui deberent, effectum ſortitas, nec ius in [illegible] conſecutas) nec non eorundem Comitum Palatinorũ, & aliorum facultates legitimandi habentium, ad hoc tantum, vt deinceps tales legitimationes in præiudicium fideicommiſſorum, & aliarum diſpoſitionum huiuſmodi facere non poſſint, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò reũocamus, caſſamus, & annullamus. Nec non quaſcunque lites, & controuerſias, quas illarum ſtatus, & cauſarum merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & colligantium præſentibus proſufficienter expreſſis habentes, in Romana curia, vel extra eam ſuper præmiſſis motas, & indeciſas pendente in ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur harum ſerie ad nos aduocamus, caſſamus, & extinguimus. Necnon partibus litigantibus, & Iudicibus corã quibus illę pependerunt, ſeu forſan adhuc pendent in deciſæ perpetuum ſilentium imponimus, iuxta declarationem prædictam, ac imponi volumus, & mandamus: Diſtrictius inhibentes eiſdem Iudicibus ne in eiſdem cauſis, necnon Comitibus Palatinis, ac alijs facultatem legitimandi huiuſmodi habentibus in virtute Sanctæ obedientię, ac ſub noſtræ indigniationis quoad Comites, & alios facultatum legitimandi huiuſmodi etiam aliter quam vt præfertur habentes, & aliorum quorumcunque illorum facultatum priuilegiorum, & indultorum caſſationis, annullationis, & totalis reuocationis, necnon decem millium ducatorum auri de Camera quoties contrauenerint, ipſi Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis ſimilibus de ligitimationibus deinceps ſe reſpectiuè contra diſpoſitionem, & declarationem noſtram huiuſmodi intromittere quoquomodo audeãt ſeu pręſumant. Decernentes Comites Palatinos, & alios quoſcunque legitimandi facultatem habentes, vt præfertur, nullus in præiudicium fide commiſſorum, & voluntatum teſtatorum huiuſmodi legitimationes in poſterum facere poſſe, & aliter factas, & forſan faciendas iuxta diſpoſitionem, & declarationem noſtram huiuſmodi reſtringi, & limitari. Ac ſi in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiã cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſeu eorum Locatenentes, ac S.R.E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interprætandi facultate, & auctoritate interpretari, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à dictis Comitibus, & Iudicibus, vel quibuſuis alijs quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, quatenus opus ſit, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictis, & quibuſuis alijs facultatibus, priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Comitibus Palatinis, & quibuſuis alijs, etiam pari motu, ac aliàs quomodo libet conceſſis, approbatis, & innouatis, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod inter dici, ſuſpendi, vel ex communicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de in dulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi literarum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis,

Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, nec aliqui de illis ignorantiam aliquam prætendere valeant, vel allegare, volumus ipſas præſentes literas quo ad legitimationes Apoſtolica auctoritate factas vbiuis locorum quo verò ad illos quæ ex Imperiali conceſſione facta fuerunt in terris nobis, & Romanæ eccleſiæ mediatè & immediatè ſubiectis, in caſibus, in quibus illa in terris huiuſmodi de iure fieri permittitur, locum habere, & effectum ſortiri debere, necnon Valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, ac acie Campi Floræ affigi, & publicari, ac eos quos concernunt perinde arctare ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent, cum non ſit veriſimile apud eos remanere incognitũ, quod tam pateq-

patenter extitit publicatum. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum reuocationis, caſſationis, annullationis, aduocationis, extinctionis, impoſitionis, inhibitionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romanę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1562. Kal. Ianuerij, Pontificatus noſtri anno Tertio.

Fed. Card. Ceſius.

Ceſ. Gloriêius.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini 1564. indictione 7. die verò 17. Menſis Aprilis, Pont. Sanctiſ. in Chriſto Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IV anno quinto retroſcriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroſcriptis dimiſſis ibidem copijs affixis per nos Iacobum Carra, & Nicolaum de Mattheis Curſ.

Barth. Settecaſa Magiſter Curſorum.

SVMMARIVM.

1 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus. Amplia & declara num. 56 vſque ad finem.*
2 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex vel de legitimo matrimonio natis, contra nu. 15. ampl. & decl. nu. 56. vſque ad finem, diſtin. num. 35.*
3 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium propriè, & verè ſunt legitimi, & iuſti filij, & in parentis poteſtate, contra num. 24. decl. num. 30.*
4 *Legitimati per ſubſequens matrimonium exęquati ſunt in omnibus legitimè natis.*
5 *Aequiparatorum par eſt conditio, & dictum in vno cenſetur dictum in alio, ampl. ibid.*
6 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium vſque ab initio videtur natus ex matrimonio.*
7 *Verba teſtamenti intelligi debent prout à iure communi intelliguntur.*
8 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium poteſt eſſe Epiſcopus.*
9 *Legitimati per ſubſequens matrimonium admittuntur in feudis, iuriſdictionibus, & emphyteuſi.*
10 *Argumentum à ſtatutis ad vltimas voluntates rectè procedit.*
11 *Legitimati per ſubſequens matrimonium admittuntur in ſtatutis, ſicuti legitimè nati*
13 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt magis priuilegiata legitimatione per reſcriptum.*
16 *Dictio ex, denotat cauſam immediatam, decl. num. 18.*
17 *Dictio, de denotat cauſam immediatam & proximam. decl. num. 18.*
19 *Qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi. decl. nu. 20.*
21 *Legitimatio non trahitur retro in prǫiudicium tertij.*
22 *Verba debent naturaliter intelligi non ciuiliter iuris fictione, & interpretatione.*
26 *Præſumptio innititur veritati.*
27 *Statutum loquens in caſu vero locũ habet in caſu præſumptio.*
28 *Fictio quæ prouenit à iure habetur pro veritate.*
29 *Diſpoſitio loquens in caſu vero habet locum in caſu ficto. ſi eadem militat ratio in vtroque.*
31 *Legitimati per ſubſequens matrimonium habent omnia priuilegia, & prærogatiuas, quę habent nati ex iuſtis nuptijs.*
32 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſunt nobiles,*
33 *In primogenituris natus poſt matrimoniũ excludit prius natũ legitimatũ per ſubſequẽs matrim. cõtra n. 34.*
37 *Vſus loquendi communis notorius non eſt probandus.*
38 *Verba cui non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio.*
39 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, contra nu. 42. Ampl & decl. n. 56. vſque ad finem. & ampl. num. 44. prima opinio.*
40 *Verba in teſtamentis ſuperflua eſſe non debent.*
41 *Geminatio verborum oſtendit præciſam mentem teſtatoris, & habet maiorem vim.*
45 *Legitimati per ſubſequens matrimonium faciunt deficere conditionem ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio licet non ſit dictum natis, contra nu. 45. Amplia & decl. nu. 56. vſque ad finem.*
47 *Legitimati per ſubſequens matrimonium faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis, vel natis, & procreatis, ampl. & decl. num. 56. vſque ad finem.*
50 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio conceptis, contra nu. 51. amplia, & declara nu. 56. & ſeqq.*
52 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vel legitimè deſcendentibus contra nu. 53. amplia & declara nu. 56. vſque ad finem.*
54 *In emphyteuſi conceſſa pro ſe & filijs legitimè natis ſuccedunt legitimati per ſubſequens matrimonium.*
55 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis. veris, & non fictis.*
56 *Filijs, vt legitimentur per ſubſequens matrimonium confici debent inſtrumenta dotalia de iure ciuili, contra de iure canonico. quod ſeruandum erit etiam in terris Imperij. contra nu. 59.*
57 *Ius Canonicum attendi debet in materia legitimationis filiorum per ſubſequens matrimonium.*
58 *Ius Canonicum in materia ad ſe ſpectante poteſt deficere. & non deferre ſucceſſionem, etiam in terris Imperij contra num. 60.*
60 *Ius Canonicum in terris Imperij non operatur vltra ſpiritualia.*
61 *Diſpenſatio non parit effectum ſuper his, quibus diſpenſans poteſtatem non habet.*
62 *Ius Canonicum ſi contradicit iuri ciuili, in terris Papę ſeruabitur ius Canonicum, & in terris Imperij ius Ciuile.*
66 *Filij legitimati per ſubſequens matrimonium putatiuum non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, contra nu. 65. concord. opiniones, num. 67.*
71 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus ſine liberis ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, ſi teſtator dixit quod de legitimatis non intelligebat, amplia nu. 72.*
74 *Matrimonium non præſumitur contractum animo fraudandi ſubſtituenm, quando per illud filij ante*

nati

nati legitimantur, declara num.ſeqq.

75 *Matrimonium in articulo mortis contractum præſumitur contractum in fraudem ſubſtituti, contra n.* 80.*dec.nu.*88.*& ſeq.*

76 *Actus factus in articulo mortis, ſi aliquis per illum excluditur, cenſetur factus in fraudem, & ad illius excluſionem, declara nu.*89.

77 *Beneficij renunciatio, & permutatio facta in articulo mortis præſumitur facta in fraudem expectantis, contra num.*86.

81 *Fraus vel dolus non præſumitur, quando quis de rebus ſuis diſponit lege permittente, licet alteri damnum, vel præiudicium inferri poſſet.*

82 *Actus præſumitur factus, vt quis ſibi proſit, non vt alteri noceat.*

83 *Dolus, & fraus ceſſat ex qualibet cauſa.*

84 *Fraudem committere non præſumitur, qui eſt in articulo mortis.*

90 *Matrimonium præſumitur contractum animo fraudandi ſubſtitutum, ſi grauatus comminatus eſt velle contrahere matrimonium, vt filij ex illo legitimandi excluderent ſubſtitutum.*

91 *Matrimonium præſumitur contractum in fraudem ſubſtituti, ſi grauatus dixit nolle illud contrahere, & poſtea in articulo mortis contrahat.*

94 *Legitimati ſubſequens matrimonium nati ex fœmina vili, licet efficiantur legitimi, non tamen in bonis fideicommiſſi, ad quod vocati ſunt nati ex legitimo matrimonio ſuccedere poſſunt, contra num.* 95. *decl. num.*97.

96 *Ius canonicum attenditur in cauſis matrimonij.*

98 *Legitimati per ſubſequens matrimonium clandeſtinè contractum, non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, amplia & declara num.ſeqq.*

102 *Filij ex clerico nati non legitimantur per ſubſequens matrimonium, contra n.*103.*amplia, & declara d.n.* 102.*&* 104.

105 *Filij non legitimatur per ſubſequens matrimonium, ſi natiuitatis filiorum tempore inter coniuges non poterat eſſe matrimonium.*

106 *Filij legitimantur per ſubſequens matrimonium, licet tempore conceptionis non potuit eſſe matrimonium inter coniuges, dummodo impedimentum ceſſauerit partus tempore, contra num.*107.*decl.nu.* 109. *& ſeq.*

108 *Legitimati per ſubſequens matrimonium per fictionem dicuntur legitimi.*

111 *Filij legitimantur per ſubſeques matrimonium, licet impedimentum fuerit inter coniuges medio tempore, dummodò non adfuerit tempore conceptionis, nec partus, contra num.*112.

112 *Filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium ſequutum diſpenſatione Papæ, amplia & limitat. numero ſeqq.*

120 *Filij vulgò concepti non legitimantur per ſubſequens matrimonium, ampl.num ſeqq.*

123 *Spurij non legitimantur per ſubſequens matrimonium contra num.*124.

125 *Filij nati ex ea, quę vti concubina in domo non retinebatur per ſubſequens matrimonium non legitimantur, contra num.*126.

133 *In dubio iudicandum eſt filios legitimatos per ſubſequens matrimonium facere deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, ibi alij contra.*

134 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non ſuccedunt in fideicommiſſis in Sereniſſ. Statu Veneto, niſi expreſſe ſint vocati.*

QVAESTIO CCCCIX.

Vtrum legitimati per ſubſequens matrimonium faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit?

IN Statu Sereniſſimi Dominij Veneti ſuperfluum eſt diſputare, an filij legitimati per ſubſequens matrimonium faciant deficere conditione fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit? cum ceſſent omnes diſputationes ex parte Maioris Conſilij 21. Maij 1617. per quam tales legitimati excludantur, niſi expreſsè ſint vocati: quia tamen nos labores noſtros ſcimus communes futuros omnibus Prouincijs, in quibus ius Ciuile Romanorum ſeruatur, ideo hanc vtiliſſimam quæſtionem non eſſe omittendam cenſuimus. Pro eius perfecta intelligentia nonnullos caſus proponimus.

Primus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & tunc 1
ſubſtitutus excluditur ex recepta omnium ſententiam, quam in ſpecie probarunt Paul. Caſtr. *in l.vlt.C.de his qui veniam ætatis impetrauerunt*, Iaſ. *in l. ſed eſt quaſitum,nu.*11.*ff ſi quis caut.* Ripa *in rub.ff. ſi cert petat. & in l.ſi vnquam, n.*86.*C.de reuoc.donat.* Fel.*in c.in præſentia, nu.*39.*extr.de probat.* Dec.*conſ.*155.*nu* 2 Pariſ.*conſ.* 13.*n.*40.*lib.*2. Rol.a Valle, *conſ.vlt.n.*4-. *lib.*2. Honded. *conſil.*32.*num.*44. *conſil.*64.*nu.*1. *& conſil* 7.*nu.*8.*lib.*1. Peregr. *conſil.*28.*lib.*3.*& in tract.de fideicommiſ.art.*24. vbi latiſſimè Menoch.*conſil.*266 *lib.*3. *& lib.* 4 *præſumption.* 81 *num.*2. Ded. *de ſponſ. part.*2.*c.*8.*§.*2.*in fine*, Ant. Gabr.*de legitimat.concl.*1. *nu.*22.*& ſeqq.* vbi teſtatur de communi opinione Odd. *de compend.part:*6.*art.* 6.*dub.* 4.*num* 4.*& ſeq.* vbi dicit ita omnes tenere, Mantic. *de coniect.vltim.volunt.lib.*11.*tit.*12. Craſſ. *in §.fideicomm.* *q.*38.*n.*4.*in fi.* Alex. Trent.*de ſubſtitut.par.* 4.*c.*7.*num.*4. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3.*q.* 66. Gallus *in tract. de except.ſucceſſ.except.n.*38 *par.*1. *& except.* 27.*num.* 193. *& ſeqq.par.*2. Ruttic. *in l.cum anus,lib.*2.*c.*16.*n.* 1.*ff de condit & demonſtr* Boer.*deciſ.*159.*n.*20. Caualc. *dec.*32.*n.*3. *& ſeqq.part.*3. Surd.*dec.*319.*& alijin ſequentibus caſibus, relati.*

Secundus caſus eſt, quando dixit teſtator, & ſi hæres deceſſerit ſine filijs ex vel de legitimo matrimonio 2
natis Titium ſubſtituo, in quo caſu duæ ſunt inter ſe pugnantes opiniones, adeo vt diſcerni non poſſit, quę ſit magis communis.

Prima eſt opinio, quod ſubſtitutus excludatur, & in hac fuerunt, Paul.Caſtr.*in d.leg. vlt.C. de his qui veniam ætatis impetr.* Aret. *in l.Gallus.§.ſi eius, in fin.ff. de liber.& poſthum.* Rip. *in l. ſi vnquam, nu.*96.*C.de reuoc. donat.* Dec.*in rub.ff.ſi cert.petat*, & ibi Rip. *nu.* 3. & Bologn.*n.*12. rurſus Dec.*in l.generaliter, §. cum autem, nu.* 22.*C.de inſtit.& ſubſtitut.* Rip.*in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, n.*47. *ff. ad Trebell.* vbi de communi opinione teſtatur Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.*755.*ff.ad Trebell.* Butr. *in c.innotuit, extr.de elect.* & ibi Imol. *col.*2. *verſi.& nota.* Præp. ſ *in c.lator, col.*5.*extr.qui filij ſint legit.* Abb.*in c.cum tanta.col.* 2.*extr.eod.* Dec *in c. in cunctis, num.*12.*extr.de elect.* Afflict. *in c.* 1.*§.naturales, in* 5. *not. titul. ſi de feud. fuer. controu.* poſt Andr. Iſern. & Mat. Laud.

Et conſulendo Bald. *conſ.*857.*lib.*3.*& conſ.*319.*nu.*3. *lib.*4. Iaſ.*conſil.*178.*nu.*6.*lib.*3. Socin.ſen. *conſil.*63.*nu.*22. *lib.*3. Dec.*conſil.*155 *col.pen.verſ.ſed his non obſtantibus, num.*4.

nu.4.5.6.conſ.624.n.7.& conſ.626 n.4.Ruin.conſil.80.in princ.lib.3.Pariſ.conſ.13.nu.40.& ſeqq.lib.2.Gozad.conſ.25.nu.3.Alciat.conſ.501.n.1.& ſecundum vltimam impreſſionem,conſil.52.n.3.lib.9.vbi teſtatur de communi opinione, Soc.iun. conſ.39.nu.40.& 63.& conſ.63.n.51.lib.3.Anguſ.conſ.74.n.9.Celſ.Vgo.conſ.88.nu.4.& conſ.119.n.20.Crauet conſ.591.n.81.Bero.cõſil.177.n.47.lib.2.Siluan.conſil.3.n.49. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & iudicando, & conſulendo ab hac non eſſe recedendum, Ceph.conſ.111.n.4.conſil.239.nu.12.& ſeqq.& conſ.541.vbi n.37.& ſeqq. dicit hanc opinionem veram, quando filij his verbis ſunt poſiti in conditione, ſecus ſi in diſpoſitione, Burſat. conſ.16.num.6.conſ.17.& 18.nu. 3. vbi plures refert de communi teſtantes, Dec.conſ.88 nu.12.lib.12.Hieron.Gabr.conſ.21.dubio 4.lib. 1. vbi teſtatur eſſe communem opinionem. Menoch.conſ.223.nu.9.& conſ.227.nu.13.& 21.Chriſtoph. Torniol.conſ.83.nu.27.verſ.ſextò.

Et in Tractatibus, Marſil. ſingul. 542. Moder. Pariſ. in Addit.ad Alexand.conſil.5.nu.3.Duen.reg.350.ampl.8.Tiraquell.tract.de iur.primog.quæſt.34.nu.57. Didac. in Epit.de ſponſal.part.2.c.8.§.2.in fin. Matz. in Epit. de fideicomm.part.2.q.30. verſ. contrarium. Oddus de compend.ſubſtit.part.6.art.6.dub.4.nu.6. verſic ego teneo. vbi. dicit eſſe benigniorem opinionem, Ioſeph. Ludouic. conclus.26.in fine, verſ. contrarium voluit. Clar.in §.feudum,q. 82. in fine vbi teſtatur eſſe communem ſententiam, Eman.Suarez Commun. opin. in verbo, legitimatus ob matrimonium, vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem. Viu.in Commun.opin.lib.1.in verbo filij nati, Anton.Gabr.de legitimat.concluſ.1.num.34.Ludou. Molin. lib.3.de Hiſpan.Primog.c. . .nu.10.vbi dicit eſſe communem opinionem, Craſſ.in §.fideicommiſſ.q.38.nu.5. vbi ait hanc eſſe æquiorem, & magis communem opinionem, Præt.de interpret. vltim. volunt. fol 315.nu.6. Menoch.lib.4.præſumpt.81.num.4.Intrigi. de ſubſtit. cent.3. quæſt.66.num.4.Gallus de except. ſucceſſ.tit.4.except.27.num.154.part.2.

Et in Deciſionibus, Boer.deciſ.159.in fine,& Surdus deciſ.319.num.5.

3 Pro hac ſententia primò facit, quia legitimati per ſubſequens matrimonium propriè, & verè ſunt legitimi,& iuſti filij,& in parentis poteſtate, l.cum quis. & l. nuper.C.de natur.liber.§.vlt.in authen. de trien. & ſemiſſ. & dicetur infra in reſponſione ad contraria fundamenta; & hoc argumento poſt alios vſi ſunt Hieron. Gabr d.conſ.21.nu.34.Peregr.de fideicommiſſ.art.24.nu.15.& Menoch.d.conſil.257.

4 Secundò, legitimati per ſubſequens matrimonium exæquati ſunt in omnibus legitimè natis, §.ſit igitur licentia,in auth quib.mod. natur. effic. legitim. ibi nihil à legitimis penitus differentes, & ſcribunt Hieron. Galin.d.conſil.21.n.31.Peregr.d. art.24.nu.19.Ruſtic.in d l. cum auus,lib.2.c.16.num.150.verſ.mouentur Scribentes.
5 Atqui in æquiparatis par omnium debet eſſe conditio, & dictum in vno cenſetur etiam dictum in alio, l.1.ff.de legat.1.l.ſi quis ſeruo C.de furt.Et procedit etiam ſi legis fictione facta ſit exæquatio, l. 1. §. lex Falcidia, ff.ad leg. Falcid.& ibi Imol. & Alexand. ergo ſicuti legitime nati poſt matrimonium excludunt ſubſtitutum, pariter idem erit in legitimatis per ſubſequens matrimonium.

Tertiò, nati ante matrimonium, & ſic legitimati eadem fruuntur fortuna cum legitimè natis, l.cum quis, & l.ſeq. C. de natur. liber. Immo abſurdum videtur, vt nati poſt matrimonium legitimi ſint ad ſucceſſionem, & nati antea, qui dederunt cauſam matrimonio, illegitimi ſint, vt dicitur in d. l.cum quis, & in dict. §. dubitatum, & in §.vltimo, in auth. de trien. & ſemiſſ. & in dict. §. reliqui, & hoc argumento vtitur Peregr. dicto art.24.nu.17.vbi illud ſeparat à præcedenti, licet in ſubſtantia ſint eadem argumenta.

Quartò confirmatur, nam ſic legitimatus dicitur natus ex matrimonio, d.l.cum quis, in fi. C.de natur.liber.& ideo vſque ab initio videtur natus ex legitimo matrimonio, quod dixerunt etiam Abb. in dicto capit. tanta, nu. . .& 7. Cardin.Alexand. in d. capit. per venerabilem, Gulielm.Benedic.in c. Raynutius, in Gloſſ & vxorem nu.181.extra de teſtam. Ripa in l.ex facto,§ ſi quis rogatus, num. 47. ff. ad Trebell. Videntur enim habuiſſe vſque à principio implicitum ſtatum legitimitatis, quia macula ex iuris diſpoſitione erat purgabilis, ſecundum Gabr. dicto conſil.21.nu.35.& num. 39. vbi etiam dicit ex die matrimonij dici regeneratos, ita & taliter, quod reputantur, & habentur pro legitimè natis, quo ad iuris effectus, quod dixit & Peregr.d.art.24.nu.20. 6

Quintò, verba teſtatoris intelligi debent prout à iure communi intelliguntur, Bart. in l.iuriſiurandi.§.liberti.ff.de oper.libert. Doctor.in l.hæredes mei,§.cum ita ff.ad Trebell. Dec.conſ.155.num.3.Paul. Caſtrẽſ. in l. vlt.C.de verb.ſignif. Atqui legitimatus per ſubſequens matrimonium quo ad omnes iuris effectus dicitur legitimus, d. c.tanta, extr.qui fil.ſint legit.& §.vlt.inſtit.tit.de nupt.ergo,&c. & hoc argumento vſi ſunt Tiraquell. tract.de iur.primog.quæſt.34.n. . . . .Peregr.d.art.24.nu.22.& Ruſtic.in d.l.cum auus,lib.2.c.16.n.153.verſ.2.dicebat.) 7

Sextò facit. c cum in cunctis, iuncto c.innotuit, extr.de elect. vbi ad Epiſcopatum promouendus debet eſſe natus de legitimo matrimonio. Atqui per ſubſequens matrimonium legitimatus poteſt eſſe Epiſcopus, Gloſ.in d. c. innotuit. in verb. coniugata, & ibi doctor. Cald.conſil.2.tit.qui filij ſint legitimi. Abb.in d.cap.tanta,& poſt alios in ſpecie ad comprobandam hanc ſententiam, ſcribunt, 8
Tiraq. de iur.primog.q.34.nu.37.Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.11.tit.12.n.2.& Ruſtic.in d.l.cum auus,lib.2.c.16.nu.156.ergo pariter legitimatus veniet appellatione filij de legitimo matrimonio nati; maximè cũ id, quod conceditur in ſpiritualibus, multo magis conceditur in temporalibus, cap.per venerabilem, in princ. extr. qui fil. ſint legit.cap.ſolitæ,extra de maior.& obedient.

Septimò, in feudis, emphyteuſi, & iuriſdictionibus per ſubſequẽs matrimoniũ legitimati admittũtur, quẽadmodum poſt matrimoniũ nati; Clar.in § feudũ, q. 83. Ripa in l.ex pacto.§ ſi quis rogatus.il primo.num. 47.ff ad Trebell.Menoc.conſ.174.n.13.& ſeqq.Mantic. de coniect. vlt.vol.lib.11.tit.12.n.3.Tiraquel.de iur.primog.q.34.n. . Intrig.de ſubſtitut.cẽt.3.q.66.n.7.cũ alijs allegatis a Ruſtic.dicta l.cũ auus,li.2.c.16.n.171 & ſeqq.ergo idẽ erit in fideicommiſſis dicendũ, cum, vt alibi ſæpè dictum fuit, valeat argumentum à feudis ad fideicommiſſa. 9

Octauo, valet argumentum à ſtatutis ad vltimas voluntates, Bart. in l.1.in fine ff.de reg.Caton.Curt.iun.conſil.5.n.18.Soc.iun.conſ.181.n.38.lib.2. Euerard. in loco, à lege ad teſtatorem,& Tiraquell.de iur.primogen.q.34.n. . . 10
Atqui in ſtatutis legitimati per ſubſequens matrimonium continentur ſicut legitimi, & dicuntur verè, & propriè nati de legitimo matrimonio. Tiraq. dicta q.34. Menoch.latè conſ.177.Peregr. de fideicommiſſ. art. 24. nu.5.cum alijs relatis ab Intrig. de ſubſtit.centur. 3. q. 66. nu.9.& Ruſtic.d.lib.2 c.16.n.173.ergo idem erit dicendum in diſpoſitione teſtatoris.

Nonò, quod filij per ſubſequens matrimonium legitimentur eſt beneficium Sacramenti matrimonij datum à iure ciuili, & à iure canonico, dederunt enim filij ante à nati occaſionem matrimonio, d.capit.tanta, extr.qui fil.ſint legit.& l.cum quis, C.de natur.liber.ergo 11

benefi-

beneficium erit latiſſimè interpretandum, *cap. cum di lectis, extr. de donat. cap. olim, extr. de verb. ſignif. l. beneficium ff. de conſtit. Princip.*

32 Decimò, fauore animarum ad euitanda peccata, & ſcandala leges voluerunt matrimonium ſubſequens priuilegiare circa filiorum legitimationem, & magis quam ſit legitimatio per reſcriptum, Tiraquel *d. q. 34. nu. 54.* Burſ. *conſ. 18. nu. 23.* Hieron. Gab. *d. conſ. 2. nu. 33. lib. 1.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 119. nu. 19.* Peregr. *de fideicom. art. 24. nu. 3. & ſeqq.* ergo erit fauorabilis legitimatio, & latè interpretanda, ad quod videndus etiam erit Ruſtic, *d. lib. 2. c. 16. n. 178. verſ. primo.*

33 Vltimo, tenenda eſt opinio, quæ ſtat pro legitimitate prolis, ita in ſpecie poſt alios ſic arguunt Burſat, *conſ. 18. n. 19. lib. 1.* & Peregr. *d. ar. 24. n. 24.* Menoc. *conſ. 215. n. 21.*

34 Altera eſt opinio præcedenti contraria, quæ ſtat pro ſubſtituto, & hanc probarunt Bald. *in l. Gallus § ſi eius, in fine,* & ibi Imol. *in fi.* Aret. *col. penult. ad finem.* Socin. ſen. *n. 9.* & Ruin. *n. 88. ff. de liber. & poſthum.* Bald. *in l. filium cum definimus in prima lect. n. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & in l. Paulus in prima lect. n. 4. ff de ſtat. homin.* Luc. de Pen. *in l. eos. C. de his qui ſpon. mun. publ. col. antepen.* Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.* Alex. *in l. generaliter, §. cum autem, verſ. quid ſi aliquis. C. de inſtit. & ſubſtit.* Franc Nicon, *in rubr. ff. ſoluto matrimon. num. 35.* Barb. *in l. cum acutiſſimi, n. 251. C. de fide. com.* Zuccard. *in rubr. ff. ſi cert. pet. nu. 2. & 12.* Bald, *in c. 1. § naturales tit. ſi de feudo fuerit contron. & in capit. innotuit n. 2. extra de elect.* & ibi Imol, *col. vltima,* Butr. *in c. per venerabilem, n. 17.* & ibi Cardin. Alexand. *nu. 104. extr. qui fil. ſint legit.*

35 Et conſulendo Bald. *conſ. 206 lib. 2, conſil. 492. lib. 4. & conſ. 67. liber. 5.* Caldor. *conſ. 1. tit. qui filij ſint legitimi,* Alex. *conſ. 121. n. 8. lib. 2. & conſ. 6. lib. 7.* Curt. ſen. *cõſ. 73. col. 27.* Dec. *conſ. 155. col. vlt. & conſ 624 nu. 4.* Curt. iun. *conſ. 27. n. 6. & conſ. 64. n. 12.* Crott. *conſ. 113. nu. 10.* Ruin. *conſ. 92. n. 13. & 16. lib. 3.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Gozad. *conſ. 25. nu. 3.* Pariſ. *conſ. 12. nu. 146. lib. 2.* Alciat, *conſ. 507.* vbi dicit Senatum Mediolanenſem ita bis iudicaſſe, & ſecundum aliam impreſſionem *conſil. 59. n. 3. in fi. & conſ. 187. n. 2. lib. 9.* Socin. iun *conſ. 77. n. 14. lib. 3. & conſ. 12 num. 7 lib. 4.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Grat. *conſ. 29. n. 45. lib. 2* Bero. *conſ. 167. nu. 3. lib. 2.* vbi teſtatur de magis communi opinione, Natta *conſ. 602. n. 9. & conſ. 624. n. 14.* Rimin. ſen. *conſ. 543. n. 7. & ſeqq.* Mantu. *conſ. 38. n. 12. lib. 1.* Crauet. *conſ. 675. nu. 1.* Roland. à Valle *conſ. vlt. n. 38. li. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, Ceph. *conſ. 16. num. 16. conſ. 82. conſ. 276.* vbi dicit eſſe crebriorem ſententiam, *& conſ. 364. n. 23.* vbi ait eſſe communem opinionem, Decian. *conſ. 88. n. 12. lib. 2. & conſ. 3. n. 7. lib. 3.* Bertaz. *conſ. 52. & conſ. 117. n. 17.* Rimin. iun. *conſ. 222. n. 60. & ſeqq. & n. 68. in fin.* dicit plures Doctores tenere pro ſubſtituto, quam pro legitimato, & latè hanc ſententiam defendit Sigiſ. Lofred, *conſ. 1. nu. 49* Menoch. *conſ. 16. n. 19.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis receptam ſententiam, *conſ. 173. nu. 71. & conſ. 776. n. 3.* vbi dicit eſſe receptam opinionem, *& n. 5.* reſpondet ad authoritates diſſentientium, Peregr. *conſ. 49. n. 2. li. 3.* vbi dicit in Statu Sereniſſimi Dominij Veneti hanc opinionem eſſe receptam, ſed vt iam dictum eſt terminata eſt omnis contentio per partem Maioris Conſilij 21. Maij 1617.

Et in tractatibus. Angel. *in ſua diſput. Quidam nobilis,* Alciat. *de verb ſignif fol. 78. & 84.* Dilect. *de arte teſtan. tit. quinto, caut. 15. n. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 12. num. 17.* vbi dicit, non poſſe diſcerni que ſit magis communis opinio, Alex. Trent. *de ſubſtitut. par. 4. cap. 7. n. 53.* Peregr. *de fideicom. art. 24. nu. 46.* Roſell. *de legitim. part. 1. §. vltimo videndum eſt, num. 6.* Brun. *ſuper ſtat. quod ſtant. maſc. art. 12. n. 76.* Curt. iun. *de feud. meh. 3 tertia part. princ. nu. 41.* Ludouic. de Sard. *tract. de legitim. per matrim. verſ. quarto videndum eſt.* Fachin. *lib. 4. contron. iur. c. 54.* Gailus. *tract. de excep. part. 1. except. 1. nu. 24. vſque ad n. 47. & part. 2. except. 27. n. 126. & ſeqq.* Guid. Pap. *quæſt. 482.* Theſaur. *dec. 196.* Et conſulendo etiam hanc ergo probant.

Fundamenta huius ſententiæ ſunt, Primò, quia dictio, ex, denotat cauſam immediatam, *l. nõ dubium. C. de legib. l. eo tempore, in fin. ff. de pecul.* Menoch. poſt alios *conſ. 124. nu. 99. & ſeqq.* Ceph. *conſ. 649. nu. 45.* & pariter dictio, de, denotat cauſam immediatam, & proximam, vt probatur *in l. 1. § emancipatus ff de coniug. cum emanc. liber.* & ibi Gloſ. & Bart. *l. Prætor, § primo, ad fin. ff. de bon. auth. iud. poſſident.* Dec. *conſ. 604. nu. 7.* Ripa *in rubr. ff. ſi cert. petat. n. 1.* Atqui legitimati per ſubſequens matrimonium non ſunt propriè nati de, vel ex matrimonio, ergo ſubſtitutum excludere non debent. 16 17

Reſpondent diſſentientes, quod iſtæ dictiones, de, ex, denotant etiam cauſam mediatam ſecundum ſubiectam materiam *l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. naufrag.* & ibi Bart. *l. ſi ex falſis, C. de tranſact. l. ſi eo tempore, in fin. ff de pecul.* Gl. *in l. apud Trebatium, in princ. ff. de aqua pluuia arcenda.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 18. nu. 61. & ſequenti,* Menoch. *conſil 227. n. 63. & conſ. 40. num. 29.* Intrigl. *de ſubſtitut. centuria tertia, quæſt. 6. nu. 11. & ſeqq.* Atqui ſubiecta materia legitimationis vult, vt per matrimonium ſubſequens ob eius vim, & virtutem ſit purgata omnis præcedens turpitudo. Gloſ. *in dicto cap. tanta, in verb. legitimi* ergo & voluntas teſtatoris videtur iuris diſpoſitioni conformis, quod ſtatum legitimatorum ad ſtatum verè legitimorum reduxit. 18

Reſpondetur ſecundò, legem præſumere, quod inter parentes ſit contractum matrimonium à principio, vt poſt Alciat. Ceph. & Hieron, Gab. ſcribit Menoch. *conſ. 227. n. 13. & n. 63. & lib. 4. præſumpt. 81. nu. 15.* ergo filius cenſetur verè, & propriè natus de, & ex legitimo matrimonio,

Secundo adducitur, quod qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, *l. in delictis. § ſi damnum, in extraneis ff. de noxal. l. Titius. ff. de milit. teſtam.* Pariſ. *conſ. 62 nu. 3 lib. 4.* Surd. *deciſ. 57. num. 6.* Atqui qualitas legitimi matrimonij adiungitur verbo, natis, igitur tempore natiuitatis debet adeſſe, & ſic non attenditur aliud tempus, quam natiuitatis, ad videndum an ſint nati de legitimo matrimonio, ſed eo tempore matrimonij non erant legitimè nati, *§. reliqui. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui.* Soc. ſen. *in l. Gallus, § ſi eius, nu. 5. verſ. tertius caſus, ff. de liber. & poſthum.* ergo, &c. Et licet poſtea ſuperueniat qualitas legitimitatis non attenditur, nec iuuat, maximè in ſubſtantialibus, *l. matrem, C. de probat. l. his verbis § interdum. ff. de hæred. inſtitut.* cum alijs adductis à Perger. *d. art. 24. nu. 29.* 19

Reſpondetur dupliciter à Menoch. *d. præſumpt. 81. n. 17. & conſil. 227. nu. 55. & ſeqq.* alias addit reſponſiones. Sed etiam reſpondetur vlterius, quod qualitas legitimi matrimonij determinat verbum, per quod ſignificatur tempus, à quo diſpoſitio ſumit effectum, & ſic tempus, quo hæres decedit, & agendum eſt, an ſubſtitutus admitti debeat. Atqui quando qualitas determinat verbum ſignificans tempus quo diſpoſitio ſumit effectum, ſufficit qualitatem adeſſe eo tempore, quo diſpoſitio ſumit effectum, *l. 2. ff. de aur. & argen legat. l. Titius. ff. de milit. teſtam. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Treb.* & ibi Bart. *col. 2.* & Rip. *nu. 19. & ſeqq.* Ergo ſufficit quod tẽpore mortis adfuerit qualitas legitimitatis. 20

Tertiò

Tertiò accedit, quod legitimatio non trahitur retrò
21 in præiudicium tertij, *§. liceat, in auth. quib. mod. natur. effic. legit.* & ibi Angel. etiam, quod ius ſit in ſpe tantum, Io. Andr. *in reg. ſine culpa, 2. quæſt. princip. in mercur.* & plura per Tiraquellum *tract. de iur. primog. q. 34. num. 8.* Atqui legitimatus per ſubſequens matrimonium non dicitur legitimè natus, nec ex legitimo matrimonio, nam legitimitas præſupponit præcedere matrimonium, quod eſt quid facti, & quod requirit conſenſum vtriuſque coniugis, *l. nuptias, ff. de regul. iur.* Si ergo retrotrahenda eſſet legitimatio per fictionem, id fieret in præiudicium tertij ſubſtituti, quod non permittitur, ergo, &c.

Reſponderi poteſt, quod legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt iuris, licet matrimonium ipſum ſit facti, Bart. *in l. ſi is qui pro emptore, num. 29. verſ. aliquem eſſe legitimum, ff. de vſucapionibus*. Lex autem vult ſecundum veritatem taliter legitimatum eſſe legitimè natum, *dicto cap. tanta*, ergo non dicitur, quod legitimatio retrotrahatur, quia id eſſet per fictionem, ſed verè dicetur à principio legitimè natus, vt ſæpius repetit Menochius *dicto conſil. 227. nu. 22. & ſequentibus, & num. 43. & ſequentib.* & ius tertij non dicitur ab eo auferri, cum defecerit conditio, ſub qua ſubſtitutus fuit vocatus, æqualis enim præſumitur affectio erga natos ex legitimo matrimonio, & erga legitimatos per ſubſequens matrimonium, cum matrimonium tollit omnem maculam præcedentem, Gloſ. *in dicto capitulo tanta, in verb. legitim.* & Gloſ. *in cap. innotuit, in verb. coniugata, extr. de elect.* nec præſumitur teſtatorem voluiſſe excludere quem lex admitit.

Quando confert, quod legitimatio, quæ trahitur retrò, non tamen poteſt retrotrahi ad ea, quæ determinato modo habent voluntatem teſtatoris, quia tunc extenſio non eſt permiſſa, Bald. *in l. in teſtamento, n. 14. in fin. C. de milit. teſtament.* Alex. *in l. Lucius, nu. 1[illegible]. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* Ripa *in l. ex facto, n. 30. ff. eod.* Atqui teſtator determinato modo voluit ſubſtitutum excludi ſolum extantibus filijs natis de legitimo matrimonio, ergo ad excluſionem ſubſtituti non erit contra voluntatem teſtatoris facienda extenſio, nec retrotrahi poterit legitimitas ad tempus natiuitatis.

Reſpondetur, argumentum ſupponere id, de quo diſputatur, quod ſcilicet teſtator abſolutè ſenſerit ſolum de legitimè natis, non autem de legitimatis per ſubſequens matrimonium, & ſi talis fuiſſet teſtatoris voluntas, non eſſet diſputandum, cum legitimati per ſubſequens matrimonium poſſint à teſtatore excludi, Peregr. *de fideic. art. 24. nu. 26.* & omnes concedunt; ſed nunc contentio eſt, an teſtator ſenſerit excludere ſubſtitutum, extantibus natis ex ſubſequuto matrimonio; vnde cum lex exæquauerit in omnibus hos natis poſt matrimonium, vt dictum fuit argumentis pro contraria opinione; & præſumatur teſtatorem conformare cum iuris diſpoſitione, ad plenè tradita per Bartolum, & alios *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* ſequitur, quod hic non agitur de extenſione, ſed de comprehenſione, *d. c. tanta*.

22 Quintò adducitur, quod verba debent naturaliter intelligi, non ciuiliter iuris fictione, & interpretatione, *l. vnica. C. de his qui ven. ætat. impetr. & dicta l. filium definimus, & cap. ſtatutum, de reſcript. in ſexto*, Alexand. *conſ. 2. n. 1. lib. 1.* Menoch. *conſ. 7. n. 86. lib. 1.* Atqui verba illa, natos de, vel, ex, legitimo matrimonio, denotant factum naturæ, & legitimatio eſt actus præpoſterus ad legitimam natiuitatem Bald. *in d. c. innotuit, col. penult.* Natta *conſil. 602. colum. 1.* & Roland. a Valle, *conſil. 100. num. 29. lib. 2.* & à lege inductum eſt, quod ſic ante matrimonium nati legitimentur per ſubſequens matrimonium. *d. auth. quib. mod. natur. effic. legit.* ergo dum teſtator ponit in conditione natos de, vel, ex, legitimo matrimonio, intelligi debet de his, qui naturaliter ſunt procreati in matrimonio; teſtator enim conſiderauit naturam, non accidens, Bald. *conſ. 367. col. 5.* Aretin. *dicta l. Gallus, §. ſi eius. col penult.* & latè Socin. ſen. *conſ. 12. lib. 4.*

Ad quod facit etiam, nam quem excludunt filij ſecundum naturam, non excludunt filij ſecundum ciuilitatem, *l. ſi quis ita ff. de lega. 2. & l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtrat.* cũ alijs citatis à Tiraquell. *d. tract. de iur. primog. quæſt. 34. nu. 17.*

Reſpondet ad hoc argumentum Menoch. *conſ. 227. nu. 49. & ſeqq.* ibi videndum erit.

Reſpondeo vlterius, quod diſpoſitio teſtatoris recipit interpretationem à iure, & cenſetur ipſe teſtator ſe cum iuris diſpoſitione conformare, Bart. & alij *in l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell.* idem Bart. *in l. vt iuriſiurandi. §. libertis, ff. de oper. liber.* ſed lex voluit legitimatum per ſubſequens matrimonium eſſe verè, & propriè legitimum, *l. cum. quis. & l. nuper. C. de natur. liber.* cum alijs adductis à Peregr. *d. art. 24. nu. 15. & ſeq.* ergo & teſtator ponendo in conditione natos ex, vel, de legitimo matrimonio, cenſetur intellexiſſe etiam de natis, & legitimatis per ſubſequens matrimonium, cum & lex eos in omnibus pariticet.

Sextò ad idem facit ratio, quod verba teſtatorum 23
debent propriè, non impropriè, & ficte intelligi, *l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. non aliter ff. de legat. tertio.* Atqui legitimatus per ſubſequens matrimonium non eſt 24
verè, & propriè natus de legitimo matrimonio, Alexan. *conſil. 1. nu. 10. lib. 4.* Theſaur. *deciſ. Pedemont. 196. num. 4.* ergo, &c.

Reſpondetur primò, quod ſic legitimatus eſt verè, 25
& propriè legitimus, *vt in l. nuper, C. de natur. liber.* & dictum eſt ſupra ex Peregr. *dicto articulo 24. num. 15. & ſeqq.* addo Menoch. *conſil. 227. nu. 9. & ſeqq.* ergo &c.

Reſpondetur ſecundò, quod lex præſumit vſque ab initio tempore creationis, & carnalis copulæ inter coniunges adfuiſſe matrimonium, & coniugalem affectionem, Alciat. *lib. 3. de verbor. ſignific. nu. 13. & conſ. 501. columna prima*, Ceph. *conſ. 541. nu. 13.* Hieron. Gab.
conſ. 21. n. 35. & n. 36. lib. 1. Oſaſch. *deciſ. 154 in fine*, quos 26
refert, & ſequitur Menoch. *conſ. 211. nu. 11.* Vnde dicitur matrimonium præſumptum, & præſumptio innititur veritati, *l. vlt. ff. de probat.* Gloſ. *in l. vnica §. accepit. C. de rei vxor. action.* cum alijs citatis à Menoch. *dicto conſ. 227.*
n. 12. Et ſicuti ſtatutum loquens in caſu vero, habet lo- 27
cum in caſu præſumpto, Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo, donatione, nu. 170. C. de reuocan. donat.* Curt. iun. *conſ. 4. nu. 17.* Menoch. *dicto conſ. 227. n. 29* ſic etiam erit in diſpoſitione teſtatoris, cum liceat argumentari à ſtatutis ad vltimas voluntates, Euerard. *in ſua Centuria, in loco à lege ad teſtatorem*, & ſupra dictum fuit.

Reſpondetur tertiò, quod quando eſſemus in caſu 28
ficto, non præſumpto, quod ex quo fictio prouenit à iure, habetur pro veritate, Bart. *in l. ſi maritus, §. legis, ff. ad leg. Iul. de adult. & in l. mercis ff. de verbor. ſign. fic.* & ibi Alciat. Bero. *quæſt. 260. colum. penult.* Ruin. *conſil. 86. n. 14. lib. 3.* Parif. *conſ. 53. nu. 90. lib. 3.* Menoc. *conſ. 174. nu. 107. lib. 2.*

Reſpondetur quartò, quod ex quo eadem eſt ratio, 29
& idem effectus reſultat in natis ante matrimonium, & natis poſt, quod diſpoſitio loquens in caſu vero habet locum in caſu ficto, vt comprobat Menoch. *d. conſ. 227. nu. 44. & ſeqq.*

Vltimò reſpondetur, quod ſi conſideratur, an legiti- 30
matus ſit verè, & propriè legitimus reſpectu origina-

ria

ria legitimitate reſultante ex matrimonio, & tunc fi-
ctè dicitur legitimus quia fieri non poteſt, vt talis ſit
natus ex coniunctione matrimoniali, ſi verò conſide-
ratur legitimatio prout eſt actus iuris ciuilis, & tunc
legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt verè le-
gitimatus, & ſic legitimatus ſecundum veritatem eſt
legitimus, ſecundum fictionem eſt legitimè natus, ita
poſt Paul. Caſtren. declarat Natta *in l. hac conſultiſſima,
§. ex imperfecto, num. 92. & ſeq. C. de teſtam.* & ſequitur
Menoc. *conſ. 227. n. 54. & lib. 4. præſumpt. 81. num. 20.*

Septimò facit, quia non eſt recedendum à perſona
comprehenſa in diſpoſitione in præiudicium ſubſtitu-
ti, *l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. l.
ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. oblig.* Bald. *in ſpe-
cie d. conſ. 367. lib. 5.* Dec. *conſ. 58. n. 13.* & latè Rimin. ſen.
conſil. 543. n. 9. & ſequenti. Atqui cum plures ſint ſpe-
cies filiorum, natorum ſcilicet ex legitimo matrimo-
nio, legitimatorum per ſubſequens matrimonium, le-
gitimatorum per reſcriptum, naturalium, & adoptiuo-
rum, teſtator voluit ponere in conditione ſolùm natos
ex legitimo matrimonio, cum ita ſe expreſſerit, ergo
eius diſpoſitio ad alios non erit extendenda.

Reſpondetur, verum non eſſe, quod teſtator voluerit
reſtringere ſuam diſpoſitionem ad natos ex legitimo
matrimonio excluſis legitimatis per ſubſequens matri-
monium, & id eſt de quo diſputatur, ſed immo voluit,
& eos comprehendi, tum quia ſunt propriè, & verè le-
gitimi, vt dictum eſt, tum etiam quia cum ex iuris diſ-
poſitione iſti ſint legitimi, & habeant à lege omnes fa-
uores legitimorum, ita vt ei ſint in omnibus purificati,
ſequitur, quod teſtator ſenſerit de his etiam, ſe confor-
mando cum iuris diſpoſitione, Doct. *in d. §. cum ita*,
& ſupra dictum eſt.

Octauò, Bald. *d. conſil. 367. lib. 5.* addebat rationem,
quod teſtator ponendo in conditione, liberos ex legi-
timo matrimonio natos, reſpexit ad decorem ſucceſſo-
rum, & hanc eſſe pulchram conſiderationem dixit Pe-
regr. *d. art. 24. num. 39.*

31 Reſpondetur, quod legitimati per ſubſequens ma-
trimonium in omnibus, & per omnia habent priuile-
gia, & prærogatiuas natorum ex iuſtis nuptijs, *d. cap.
tanta, qui fil. ſint legit. §. vlt. inſtit. de nupt.* Dec. *conſ. 155.
n. 3.* Peregr. *d. art. 14. num. 13. 15. & ſeqq.* ita vt etiam ad
Epiſcopatum admitti poſſint, vt dictum eſt *ſupra nu. 8.*
Vnde etiam legitimatus per ſubſequens matrimonium
admittitur ad feuda, emphyteuſim, & iuriſdictiones,
32 vt dictum eſt *ſupra num. 9.* Et dicitur etiam nobilis, vt
latè per Tiraq. *de nobilit. c. 15. nu. 21.* Mantica *de coniect.
vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 4.*

33 Nonò adducitur, quod natus poſt matrimonium in
primogenituris excludit prius natum legitimatum per
ſubſequens matrimonium, Tiraq. latè *de iur. primog. q.
34.* Silueſt. Aldobr. *in §. fin. num. 14. inſtit. de nupt.* Socin.
iun. *conſ. 52. n. 7. lib. 1.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. pri-
mog. c. 1. n. 7.* Card. Alban. *in lucubrat. ad Bart. in d. l. filium
definimus*, ergo idem erit in fideicommiſſis.

34 Reſpondetur primò in terminis primogenituræ,
multos alios tenuiſſe legitimatum per ſubſequens ma-
trimonium præferri poſt matrimonium nato, vt apud
Tiraquel. & Molin. *locis citatis*.

Reſpondetur ſecundò, quod ſi Doctores tenent con-
tra legitimatum in terminis primogenituræ, quod pro
legitimato tenent alij loquentes de feudis, & emphy-
teuſi, & plures retuli *n. 9.* Præterea argumentum non
concludit, & eſt tertia reſponſio; nam aliud eſt, quod
natus poſt matrimonium præferatur in primogenitu-
ris nato ante, & legitimato per ſubſequens matrimo-
nium, aliud quod legitimatus per ſubſequens matri-
monium non admittatur in primogenitum non extan-
te nato in matrimonio, & hic Articulus magis conue-
niret quæſtioni noſtræ.

Alia argumenta contra legitimatum facilè deduci
poſſunt ex plenè traditis à Tiraq. *de iur. primog. q. 34.* &
Peregr. *de fideicommiſſ. art. 24. n. 26. & ſeqq.* Sicuti etiam
reſponſiones ad argumēta primæ opinionis haberi poſ-
ſunt à Doctor. citatis pro ſecunda opinione.

Articulus eſt difficilis ob multas rationes pro vtra- 35
que ſententia deductas, & ob conflictum opinionum;
ego autem ſic tenendum puto. Quod aut eſt grauatus
deſcendens reſtituere extraneo ſub hac conditione, ſi
ſine liberis de, vel, ex legitimo matrimonio natis, & tunc
ſubſtitutus excludatur; cum veriſimile ſit, teſtatorem
extraneum propriæ ſoboli noluiſſe præferri, *l. cum auus,
ff. de condit. & demonſtrat.* Si enim interrogatus fuiſ-
ſet teſtator, an ſenſerit de legitimatis per ſubſequens
matrimonium, veriſimiliter reſpondiſſet, & de eis ſen-
ſiſſe, vnde haberi debet pro diſpoſito, Gloſ. *in l. tale
pactum, ff. de pact.* Anton. Gabr. *de reg. iur. concluſ. 10.*
Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19.* Hieron.
Gabr. *conſil. 32. num. 49. lib. 1.* Peregr. *de fideicommiſſ.
art. vndecimo, num. 32.* Aut grauatus eſt extraneus, vel 36
grauatus deſcendens reſtituere deſcendenti, & tunc
non erit recedendum à verbis prolatis à teſtatore, quæ
intelligi debent ſecundum loquendi vſum, *l. Labeo, ff.
de ſuppel. legat. l. liberorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de
leg. 3.* prout etiam in ſpecie ita ſcripſerunt Dec. *conſ. 275.
nu. 5.* vbi dicit non eſſe probandum communem vſum 37
loquendi, quia eſt notorius, ſequuntur Dec. *conſil. 88.
num. 24. libr. 2.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 24. numer. 38.*
ceſſat enim his caſibus cōiecturata mens teſtatoris, quia
grauato extraneo, teſtator non curat de eius filijs ad di-
cta *ſupra q. 394. & quæſt. ſeqq.* & dicit Ruſtic. *in d. l. cum
auus, lib. 3. cap. 3. numer. 38.* & ſic non eſt recedendum à
verbis. Similiter grauato deſcendente de reſtituendo
alteri deſcendenti, non repugnat voluntas præſumpta
teſtatoris, & veriſimilitudo, quia eius bona remanent
in deſcendentibus; & ſi dicatur *l. cum auus, ff. de con-
dit. & demonſtrat.* procedere etiam grauato filio de re-
ſtituendo alteri filio ipſius teſtatoris, Barr. *ibid. nu. 4.* &
Soc. ſen. *n. 39.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 89. n. 119.* Mant. *de
coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 7. n. 12.* cū alijs ſupra congeſtis,
q. 393. n. 72. Reſpondetur. n. quod ibi ſumus in tacita cō-
ditione, cui nō repugnant verba teſtamēti, hic autē agi-
tur de expreſſa, & cui nō conueniunt verba ponentia in
conditione filios natos ex legitimo matrimonio, quib.
cū verba non conueniant, nec conuenire debet diſpoſi- 38
tio, *l. hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſ. l. 4. §. toties, ff. de
damn. infect.* & in ſpecie dicit Peregr. *d. art. 24. nu. 37.*

Non omitto etiam referre duas alias opiniones, quæ
conciliant præcedentes. Prima eſt, quod aut grauatur
filius teſtatoris, & procedat prima opinio; Aut graua-
tur extraneus, & ſecunda locum habeat, ita Ruin. *in l.
Gallus, § ſi eius, n. 92. ff. de lib. & poſthum.* & hæc ſenten-
tia Ruin. ferè cum noſtra cōuenit; nam in primo mem-
bro quando grauatur filius teſtatoris, conſiderauimus
duos caſus, quando ſcilicet grauatur reſtituere extra-
neo, & quando grauatur reſtituere alteri deſcendenti,
vt ſupra ſtatim dictum eſt. Verū hanc opinionem Rui-
ni improbarunt, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 80. num. 21.* &
Intrigl. *d. q. 66. nu. 24.* Secunda eſt opinio, quæ diſtinguit
tres caſus, de qua per Menochium *dicta præſumptione
81. num. 21.* Intrigl. *d. quæſt. 66. n. 24.* Didac. *d. §. 2. num. 30.*
rurſus Menoch. *conſ. 225. num. 11. & conſil. 227. num. 22.*
poſt Alciat. *lib. 3. de verbor. ſignif. n. 13.*

Tertius caſus eſt, quando teſtator vſus fuit verbis ge- 39
minatis, vt ſi dixit, & ſi hæres meus deceſſerit ſine li-
beris legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimo-
nio natis, & tunc ſunt etiam duæ contrariæ opiniones.

Altera eſt fauorabilis ſubſtituto, eum enim non ex-
cludi affirmarunt Butr. in c. per venerabilem, extr. qui fi-
lij ſint legit. Io. Crot. in interpret. extrauag. cap. volentes,
in verb. ſed quid ſi diceret, in fine, Rub. in l. Gallus, §. qui-
dam rectè nu. 167. verſic. ſecundus caſus ff. de liber. & poſt-
hum. Zuccard. in rub. ſi cert. pet. n. 3. Tiraquell. in l. ſi vn-
quam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 82. C. de reuoc. donat.

Et conſulendo Bald. conſ. 367. quidam tres heredes, lib.
5. Barbat. conſ. 27. lib. 1. Soc. ſen. conſil 63. numer. 18. lib. 3.
Dec. conſ. 155. in fine, Curt. iun. conſ. 64. nu. 12. Ruin. con-
ſil. 92. nu. 14. 15. lib. 2. vbi dicit non habere contradicen-
tem, (ſed valde errauit) Soc. iun. conſil. 129. nu. 17. lib. 4.
Bero. conſil. 167. n. 1. & ſeq. vbi dicit neminem diſſentire,
ſed malè hoc affirmauit, & conſil. 180. num. 8. lib. 2. vbi
teſtatur de communi opinione, Rimin. ſen. conſil. 543.
n. 2. Crauet. conſil. 675. in fine, vbi malè aſſerit neminem
diſſentire, Mantic. conſil. 38. nu. 12. lib. 2. Roland. à Valle
conſ. vlt. n. 16. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 222. n. 61. lib. 2. Paſer.
conſil. 99. num. 7. Ceph. conſ. 82. nu. 29. & nu. 67. conſ. 211.
num. 14. conſil. 276. n. 29. conſ. 364. nu. 18. & ſeqq. & n. 32.
& ſeqq. vbi malè dixit neminem contradicero, & conſ.
541. num. 37. & ſeqq. vbi dicit hanc opinionem veram in
filijs poſitis in conditione, vt nos loquimur, concedit
autem contrariam ſententiam procedere, quando filij
ſunt diſpoſitiuè vocati, Dec. conſ. 88. nu. 15. lib. 2. Beret.
conſ. 118. num. 59. Bertaz. conſil. 52. nu. 11. & ſeqq. vbi enu-
merat Doctores vtramque opinionem tenentes, & dicit
ita bis fuiſſe iudicatum, Burſat. conſ. 390. n. 50. lib. 4. Me-
noc. conſ. 227. n. 70. & conſil. 776. in princip. vbi dicit eſſe
receptam ſententiam, nec ab hac iudicando receden-
dum eſſe, & ibi dicit ſolos tres Doctores diſſentire, ſed
fallitur, vt infra apparebit, Surd. conſil. 1. nu. 19. lib. 1. &
conſ. 213. num. 18. libro 2. Chriſtoph. Torniol. conſ. 46. nu.
81. & ſeqq.

Et in tractatibus Marzar. in Epit. de fideicom. quaſt.
30. verſic. contrarium, Mantica de coniect. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 12. num. 25. vbi dicit non habere contradicen-
tem, & latè comprobat Alex. Trent. de ſubſtit. par. 4. cap.
7. nu. 55. Menoch. lib. 4. præſump. 81. n. 23. & ſeqq. vbi di-
cit ab hac ſententia conſulendo, & iudicando non eſſe
recedendum, & teſtatur eſſe receptam ſententiam, Pe-
regr. de fideicomm. artic. 24. nu. 40. & 46. vbi dicit ita
fuiſſe iudicatum in caſu, in quo dictum fuit, ſi deceſſe-
rit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo
matrimonio natis, & non aliter, Intrigl. d. ſubſtitut. cen-
turia 3. quaſt. 66. nu. 26. Alexander Raud. tractatu de
Analog. cap. 36. n. 128. & ſeqq. vbi dicit & Mediolani, &
Ferrariæ ita fuiſſe iudicatum, Hieron. de Cabal. Spec.
Communium contra communes, q. 2. n. 60. & ſeqq. vbi di-
cit ab hac opinione conſulendo, & iudicando non eſſe
recedendum, & ponit rationes pro vtraque opinione,
tract. de except. ſucceſſ. parte 1. except. 2. n. 24. vſque ad nu.
47. & part. 2. tit. 4. except. 27. n. 220. & ſeqq. vbi compro-
bat, & reſpondet ad contraria, Ruſtic. in l. cum auus, li-
bro 2. c. 16. n. 184. & ſeqq.

Et in deciſionibus Theſaur. deciſ. 196. num. 4. vbi ap-
paret ita iudicatum in caſu, vbi dictũ fuit, ſine filijs legi-
timis, & naturalibus natis de legitimo matrimonio,
veris, & non fictis, & ibi Gaſp. Theſaur. in Addit. Surd.
deciſ. 319. n. 9 Et hanc cõſulendo ego probaui in vna de
Salis, vt in conſ.... & in alia de Garincellis vt in cõſ. 162.

Rationes ſunt. Primò, quia verba, legitimis, & natu-
ralibus, comprehendunt etiam legitimatos per ſubſe-
quens matrimonium, vnde niſi verba ſequentia eos
excluderent, eſſent ſuperflua, nihilque operarentur,
ergo ad tollendum abſurdum ſuperfluitatis, erunt hi
40 ſic legitimati excludendi per ſubſtitutum; Concluſio
enim eſt vbique decantata in vltimis voluntatibus in-
terpretandis, verba rectè eſſe intuenda, nec debere
eſſe ſuperflua, Menoch. conſ. 339. num. 20. latè Mantic.
de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 6. & Præt. de interpret.
vltim. volunt. fol. 159. ſolut. 5.

Secundò, quia geminatio verborum demõſtrat præ- 41
ciſam mentem teſtatoris, & habet maiorem vim, iuxta
tradita per Decian. conſ. 46. nu. 44. & ſeqq. lib. 2. & alibi
ſæpiſſimè, & maximè cum ſimus in conditionibus, quę
in forma ſpecifica impleri debent, l. Mœuius, & l. qui
heredi, ff. de condit. & demonſtrat.

Et hæc ſunt vltra alia fundamenta, de quibus in ſe-
cundo caſu latè dictum fuit in fortioribus, ad com-
probandum legitimatum non facere deficere condi-
tionem, ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimo-
nio natis.

Altera verò eſt opinio contraria præcedenti; quod 42
ſubſtitutus excludatur, quaſi ſit conditio defecta; & pro
ea ſtant Ripa in rubr. ff. ſi cert. pet. nu. 3. & ibi Bologn. nu.
13. Sebaſt Maff. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 67. verſ. pri-
mum fundamentum, ff. de vſucap. Zanch. in l. heredes mei
§. cum ita, par. 7. nu. 49 ff. ad Trebell. Alexand. conſ. 5. libr.
7. Curt. iun. conſil. 64. n. 12. Paril. conſ. 13. n. 23. & 40. lib. 2.
& conſ. 13. nu. 33. lib. 3. Alciat. conſ. 501. & conſ. 507. vbi
teſtatur contra conſilium Dec. 155. pro cõtraria opinio-
ne relatum bis fuiſſe iudicatum, & ſecundum aliam im-
preſſionem, conſ. 52. lib. 9. Oſaſch. conſ. 61. num. 5. Vegg.
conſil. 52. n. 33. Marc. Anguſc. conſ. 74. Natta conſ. 121. n.
13. Burſat. conſ. 16. nu. 6. conſil. 17. & conſ. 18. lib. 1. vbi di-
cit eſſe veriorem opinionem, & magis cõmunem, Mal-
uaſ. conſ. 30. n. 8. Decian. conſ. 5. lib. 1. Io. Mar. Rimin. con-
ſil. 226. libro 2. & ibi Hippol. Rimin. in apoſt. Mantic. con-
ſil. 191. lib. 1. vbi etiam teſtatur, Collegium Patauinum
ita conſuluiſſe, Duen. reg. 350. nu. 8. Oddus de compend.
ſubſtit. parte 6. art. 6. num. 7. Camil. Gabin. tract. de ver-
bor. ſignif. c. 17. n. 11. & n. 17. vbi teſtatur de magis com-
muni opinione Anton Gabr. de legitim. concl. 1. num. 33.
Marz. in Epit. de fideicom. par. 2. q. 20. verſic. contra, Craſſ.
in § fideic. q. 34. n. 7. vbi teſtatur de communi opinione,
Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 315. n. 6. Hieron. Ceual.
Spec. Comm. contr. commun. q. 2. n. 60. vſque ad finem, vbi
dicit eſſe magis communem opinionem, nec ab ea con-
ſulendo, & iudicando recedendum eſſe, Caualcan. de-
ciſ. 106. n. 5. par. 3. vbi dicit hanc eſſe magis communem
opinionem, & alios multos vltra præcitatos adducit, &
teſtatur ita fuiſſe iudicatum, ſubdit tamen num. 13. Iu-
dicem poſſe dare aliquid ſubſtituto in ſolatium ſui in-
felicis euentus non cogitati.

Sed à prima opinione magis recepta recedendum 43
non erit; quæ maximè procederet, quando non ſemel,
ſed pluries poſiti ſunt in conditione filij legitimi, &
naturales, & de legitimo matrimonio nati, Menoch.
conſil. 776. n. 5. in fine, vbi allegat Paul. Leon. conſ. 10. nu.
7. Bertaz. conſ. 52. n. 16. & Theſaur. deciſ. 196. n. 3.

Et procederet etiam quod teſtator in alia ſubſtitu- 44
tione honoraſſet naturales, ſecundum Menoch. d. conſ.
776. n. 7. verſ. nec obſtat, ſuper quo tamẽ puncto, ſi caſus
cõtingeret, non facilè inclinarem, ſed cogitandum erit.

Quartus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſi- 45
ne filijs ex legitimo matrimonio, nec appoſitum eſt
verbum, natis, & tunc ſubſtitutus excluditur, ſecundum
Ruin. in l. Gallus § ſi eius, num. 95. ff. de liber. & poſthum.
Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. n. 25. Intrigl. de ſubſtit. cent.
3. q. 66. n. 50. & ſecundum hanc opinionem fuit iudica-
tum ſuper teſtamento D. Mariæ vxoris D. Valerij de
Soncinis per Clariſſimum B. Mem. Iureconſultum D.
Seruilium Treum Vtinenſem Vicarium tunc Prætoriũ,
& deinde Conſiliarium Status Sereniſs. Reip. Venetæ.

Contra tamen tenuit Ceph. conſil. 276. vbi loquitur 46
in his terminis, & conſ. 364. vbi n. 23. & ſeqq. dicit par-
ticipium, natis, eſſe ſuperfluum.

Quintus

47 Quintus caſus eſt, quando conditio his verbis concipitur, & ſi hæres deceſſerit, ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis, & tunc ſubſtitutum excludi volunt Imol. *in c. innotuit, col. 2. extr. de elect.* Ruin. *in l. Gallus, §. ſi eius, n. 96. ff. de liber. & poſthum.* Menoc. *conſ. 225. num. 9.* vbi alios allegat, *& conſil. 227. num. 9. & ſeqq. & libro 4. præſumpt. 81. n. 26.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 66. num. 51.* Gallus *d. except. 27. n. 220. & ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art. 24. n. 39.* vbi nullã facit differentiam, ſiue dictum ſit, natis, ſiue procreatis, quod & alij, vt plurimum cõcedunt. Licet contrariam ſententiam probauerint, Soc. iun. *conſil. 77. num. 14. lib. 3.* & Roland. à Valle *conſ. 100. lib. 2.*

48 Idem tenendum eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine filijs natis, & procreatis ex legitimo matrimonio, Ripa *in l. ſi vnquam, nu. 86. C. de reuocand. donat.* Siluan. *conſil. 3. nu. 22.* vbi alios citat Alciat. *reſp. 501. in fin.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem. Burſ. *conſ. 10. nu. 6. & conſ. 18. n. 3.* Ceph. *conſil. 541. numer. 9. & 36.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, Menoch. *conſil. 225. n. 10. & conſ. 227. n. 13. & ſeqq.* vbi alios addit Gallus *d. except. 27. nu. 220. & ſeqq. part. 2.*

49 Sextus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine filijs natis ex legitimo matrimonio, & filius natus eſt poſt contractum matrimonium, ſed ante fuit conceptus, & ſubſtitutum excludi tenent vno ore omnes, Ruin. *in l. Gallus, §. ſi eius, n. 97. ff. de liber. & poſthum. & conſil. 92. nu. 13. lib. 3.* Alex. *conſ. 5. n. 3. lib. 7.* Soc. iun. *conſil. 12. num. 17 lib. 4.* Crauet. *conſ. 675. nu. 26.* Menoch. *conſil. 227. n. 18. & lib. 4. præſumpt. 81. num. 27.* Curt. iun. *tract. feud. par. 3. verſ. expedita, num. 41.* Ant. Gabr. *de legitim. concl. 1. n. 23.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. nu. 26.* Intrigl. *de ſubſtit. centuria tertia, quæſt. 66. num. 53.* Gall. *de excep. ſucceſſ. parte prima, except. 2. num. 42.* Ruſtic. *in dicta l. cum auus, lib. 2. c. 19. nu. 209. verſ. quod autem, ff. de condit. & demonſtrat.*

50 Septimus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio conceptis, & hoc caſu ſubſtitutum non excludi voluerunt Paul. Caſtrenſ. *in l. vlt. C. de his qui ven. ætat. impetrat.* Dec. *conſ. 275. nu. 4.* Ruin. *conſ. 91. num. 13. libr. 3.* Cephal. *conſil. 82. num. 12.* Marr. *in Epit. de fideicomm. quæſt. 30.*

51 Diſſentiunt tamen Menoch. *conſil. 225. & lib. 4. præſumpt. 81. n. 21. in fin.* & Intrigl. *d. centur. 3. q. 66. n. 52.*

52 Octauus caſus eſt, quando conditio ſic concepta fuit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vel legitimè deſcẽdentibus, & tunc legitimari per ſubſequens matrimonium non faciunt deficere hanc conditionem, ita tenent Luc. de Pen. *in l. eos, colum. 4. q. 3. C. de his qui ſpont. mun. ſub lib. 11.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi, col. 25. C. de fideicom.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore, n.... ff. de vſucap.* Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 44. ff. ad Trebell.* Bald. *in cap. 1. §. naturales, colum. 2. ſi de feud. fuer. contro.* & ibi Aluar. *col. 6.* Anton. de Butr. *in cap. per venerabilem, col. 18. verſ. alius eſt effectus, extr. qui filij ſint legitim.* & conſulendo, Bald. *conſ. 637. lib. 5.* Alexand. *conſ. 5. libro 7.* Lofred. *conſil. 1. n. 49.* Curt. ſen. *conſil. 73. ante numerum 25.* Gozadin. *conſ. 25. col. 1. & ſequenti,* Curt. iun. *conſ. 64. nu. 12.* Alciat. *reſpon. 171. n. 11.* Natta *conſil. 124. num. 18. & ſeqq.* Ceph. *conſil. 82. nu. 15. & ſequenti, conſ. 111. n. 12. & conſil. 364. n. 26.* Dec. *conſil. 88. num. 12. libro 2. & conſil. 1. n. 8. lib. 3.* Menoch *conſ. 16. num. 19.* vbi teſtatur de magis communi opinione, Ant. Gabr. *de legit. concl. 1. n. 60. & ſeq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. nu. 20. ad medium,* Alexand. Trent. *de ſubſtit. part. 4. c. 7. nu. 53.* Gallus *tract. de excep. ſucceſſ. part. 1. tit. 1. except. 2. nu. 24. & ſeqq.* Et ita ego cenſui in vna de Salis, *vt in conſ....* Et pro iſta opinione adduci poſſunt ea omnia fundamenta, quæ deducta ſunt in ſecundo caſu pro ſecunda opinione.

Alij tamen in contrariam ſententiam tranſierunt, quod conditio non ſit defecta, & ſic ſubſtitutum excludi, Paul. Caſtr. *in d. l. vltima, circa finem, C. de his qui ven. ætat. impetr.* Anton. de Butr. *in cap. tanta, col. penult. verſic quæro, an limit. extr. qui fil. ſint legit.* & ibi Abb. *col. 2.* Præpoſ. *in cap. lator, col. 3. verſic. quæro circa prædicta, extr. qui fil. ſint legit.* Anton. de Butr. *in cap. innotuit, col. 2. extr. de elect.* & ibi Imol. *col. 2.* Dec. *in cap. cum in cunctis col. 2. extra de elect.* Bero. *in cap. in præſentia num. 338. extr. de probat.* Hern. *in c. 1. §. naturales, tit. ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agn.* & ibi Aluar. *col. 5.* & Mart. Laud. Paul. Caſtrenſ. *conſil 18.. nu. 5. libr. 1.* Laur. Siluan. *conſil. 3. nu. 52.* Curt. ſen. *conſil. 16. col. 2. in fine,* Dec. *conſ. 155. col. 3. conſil. 624. n. 7. & conſ. 626. n. 4.* Ruin. *conſ. 158. conſil. 164. lib. 1. conſil. 108. col. vlt. lib. 2. conſil. 8.. n. 2. & conſ. 109. col. 5. lib. 5.* Alciat. *conſil. 52. nu. 5. lib. 9.* Pariſ. *conſil. 13. nu. 39. & conſil. 15. n. 7. lib. 2.* Natta *conſ. 121. nu. 13 lib. 1.* Burſat. *conſ. 18. nu. 3.* vbi dicit hanc ſententiam eſſe veriorem, & communiorem, & plures addit Hieron. Gabr. *conſil. 21. num. 37. libr. 1.* Nouiſ. Pariſ. *in addit. ad Alexand. conſ. 1. n. 2. in verb. contrariam libr. 7.* Anton. Gabr. *de legitim. concluſione prima, nu. 47.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 315. n. 6.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 2. c. 16. nu. 182. ff. de condit. & demonſtr.* vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & communiorem. 53

Pro hac opinione faciunt ea omnia argumenta, quæ ſupra deducta ſunt in ſecundo caſu pro prima opinione; æquipollent enim hæc verba, ſine filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio deſcendentibus, vt probatur *in capit. innotuit, iuncto cap. cum in cunctis, extr. de elect.* & in ſpecie volunt Curt. iun. *conſ. 64. n. 12. verſic. tamen iſta,* & Ruſtic. *d. c. 16. n. 181.*

Ad quod facit etiam, quod ad emphyteuſim conceſſam pro ſe, & filijs legitimè natis, admittuntur filij legitimati per ſubſequẽs matrimoniũ, Imol. *in l. quod dicitur, num. 10. de verbor. obligat.* Alexand. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, numer. 18. ff. ad Trebell.* Tiraquell. *in tract. de iur. primogen. quæſt. 34. num. 55.* Hieron. Gabr. *conſil. 21. num. 42. libro 1.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Cephal. *conſil. 276. nu. 43.* cum alijs congeſtis à Ruſtic. *dicto libr. ſecundo, capit. 16. numer. 183.* 54

Nonus caſu eſt, quando teſtator vocauit, vel poſuit in conditione filios legitimos, & naturales, ex legitimo matrimonio procreatos, veros, & non fictos, & tunc de legitimatis per ſubſequens matrimonium non ſenſiſſe teſtatorem ſcripſit Theſaur. *deciſ. Pedem. 196.* & ita fuit iudicatum, vt teſtatur etiam Peregr. *de fideicom. art. 24. numer. 46.* idem tenet Gallus *tract. de except. ſucceſſ parte prima, except. ſecunda num. 36. & part. 2. tit. 4. except. 27. num. 235.* 55

Caſus autem, in quibus ſupradictum fuit legitimatum excludere ſubſtitutum, ampliantur, & declarantur multipliciter.

Et primò ampliantur, vt licet de iure ciuili, ad hoc vt filij legitimi fiant per ſubſequens matrimonium, requiratur quod facta ſint inſtrumenta dotalia, de iure tamen Canonico contrarium conſtitutum eſt, & ſic filij ſic legitimati ſubſtitutum excludent etiam in terris Imperij, cum ſubſtantia matrimonij in ſolo conſenſu conſiſtat; quod maximè hodie locum habere debet ſtante ſacro Concilio Tridentino, *cap. 1. Seſſione 24. de reformatione matrim.* & in ſpecie, ita ſcripſerunt Bald. *in l. Paulus, ff. de ſtatu homin.* Salic. *in authen. maximis, C. de nupt.* Aretin. *in §. vltim. inſtitut. tit. de nupt.* Iaſ. *in l. ſed eſt quæſitum, num. 9. ff. de liber. & poſthum.* Anton. de Butr. *in cap. per venerabilem num. 11. & in cap. tanta in fine, extr. qui fil. ſint legit.* Afflict. *in c. 1. §. naturales, num. 27. & 35. tit. ſi de feud. fuer. controuerſ.* & conſulendo Iaſ. *conſil. 168. num. 8. libro 4.* vbi teſtatur de communi opi- 56

pione, Decian *conſ.* 155.*n.* 1.*in fin.* vbi dicit eſſe communem opinionem. Ruin. *conſ.* 211.*num.* 4.*libr.* 1. Curt. iun. *conſil.* 7.*n.* 6. Pariſ. *conſ.* 13.*n.* 40.& *ſeqq.lib.* 2. Natta *conſ.* 473.*n.* 7. Siluan. *conſ.* 3.*n.* 32. Hieron. Gabr. *conſ.* 21.*num.* 14. & *ſeq. lib.* 1. vbi dicit hanc eſſe receptiorem ſententiam. Honded *conſil.* 72. *lib.* 2. Et in tractatibus Did. *d. c.* 8.*n.* 8. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 12.*nu.* 8. Ant. Gabr. *de legitim. concl.* 1. *num.* 9.& 11. vbi alios addit Ioſeph. Ludou. *concluſ.* 26. *ampl.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 24.*n.* 16. Gallus *de except. ſucceſ. tit.* 4. *excep.* 27.*n.* 214.& *ſeq. part.* 2. Hieron. Ceual. *in Spec. commun. contr. commun q.* 51.& *q.* 591. Ruſtic. *in l. cum auus, libr.* 2. *cap.* 16.*n.* 8.& *ſeqq. multis*, vbi dicit eſſe veriorem opinionē, crebriorem, & æquiorem. Et in Rotis etiam hæc opinio recepta fuit, teſte Octau. *deciſ. Pedem.* 174.*nu.* 9. vbi dicit ita iudicatum, Theſaur. *deciſ.* 83. dicit pariter ita iudicatum, Rota Roman. *in nouiſſ. deciſ.* 181. *part.* 1. Put. *deciſ.* 1.& 2. *tit. de ſponſ.*

57 Primò facit, quia lex ciuilis, quæ ſic legitimaris denegabat ſucceſſionem, ideo denegabat, quia non erant legitimi, ſed hodie ius Canonicum ſuſtulit ſolemnitates iuris ciuilis circa matrimonium, & circa legitimationem filiorum, Honded. *dicto conſilio* 72. *n.* 45. *lib.* 2. & ius canonicum in hac materia præualet, vt notant Doctores *in cap. lator*, & *in capitulo per venerabilem, extra qui fil. ſint legit.* & concedunt pro vtraque opinione allegati, vt etiam Honded. *dicto conſil.* 72. *num.* 45. vnde correcta ratione legis ciuilis, quæ talibus filiis denegabat ſucceſſionem, & ſubſiſtente alia, quæ dat ſucceſſionem, ſequitur & de iure ciuili dici poſſe filios ad ſucceſſionem vocari, & admitti, *iuxt. not. in l.* 2. *ff. de legit. tut.* & *in auth. ingreſſi*, *C. de ſac. ſanct. eccleſ.* & ibi Salicet. & *cap. tranſlato, de conſtit.*

58 Secundò, quando ſumus in materia ſpectante ad ius canonicum, illud poteſt deferre, & non deferre ſucceſſionem etiam in terris Imperij, *c. quod nobis*, *c. ex tenore, extr. qui fil. ſint legit.* & faciunt nota, per Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de ſac. ſanct. Eccleſ.* Alexand. *in l. captatorias, num.* 4. *ff. de teſtam. milit.* & accedant *not. in c. relatum, extr. de teſtam.* in quibus locis habetur ſolemnitates iuris ciuilis in terris Imperij non attendi, quando agitur de ſucceſſione piæ cauſæ, ſed ſufficit adeſſe ſolemnitates iuris canonici, quia tale negotium pertinet ad ius canonicū; cum ergo negotiū legitimitatis filiorum per ſubſequēs matrimonium pertineat ad ius canonicum, *c. innotuit*, *de elect. c. tua, de ord. cognit.* & admittunt omnes in hoc articulo pro vtraque opinione relati, ſequitur ius canonicum attendendum eſſe etiam circa ſucceſſionem.

Tertiò facit, & erit confirmatio primæ rationis, quod ius ciuile nil diſponit circa ſucceſſionem filiorum, quādo ſubſequitur matrimonium ſine dotalibus inſtrumētis, ſed ſimpliciter dicit, quod non efficiuntur legitimi, not. Gloſ. *in §. vlt. inſtit. de nupt.* & ita ſe habet text. *in §. final. auth. de trien.* & *ſemiſ.* & *in tit. de fil. ant. dot. inſtr. nat.* cum autem ius canonicum decretauerit hos filios etiam in dotalibus inſtrumentis fieri legitimos, ſicuti ab omnibus admittitur, ſequitur quod ſucceſſio, quæ eſt acceſſoria legitimitatis, ſit etiam cōcedenda, eo enim ipſo quod filius ſit legitimus, conſequitur iura legitimorum, iuxta tradita per Bartol. *in l.* 1. *§. lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid.* & *in l. ex facto*, *col.* 2. *ff. de vulg.* & *pupill.* Legitimatio etenim prouenit ex facto hominis propter matrimonium, ius autem ciuile tribuit ius ſuccedendi, tanquam acceſſorium legitimitatis, Socin. ſen. *conſil.* 226. *col. penult. in fine, verſ.* & *ad confirmationem, libr.* 2. Et quod ſucceſſio ſit ſequela matrimonij, probatur *in §. penultim.* vbi Gloſ. *inſtitut. de gradib. cognat.* Gloſ. *in l.* 1. *C. de ſecund. nupt.* Bald. *in l. Paulus, num.* 1. *ff. de ſtat. homin.* vbi præciſè dicit in matrimonio ſpectari ius canonicum, & pariter ſpectari in ſucceſſione pendente ex matrimonio, & acceſſoria illius *d. c. tuam extr. de ordin. cognit.* & *c. per venerabilem extr. qui fil. ſint legit.* & latè per Honded. *conſ.* 72. *nu.* 45 *lib.* 2.

Cæterum alij ſunt in opinione, quod requirantur dotalia inſtrumenta, aliàs ſubſtitutus admittatur Cin. *in l.* & *ſi contra*, *C. de nupt.* Bald. *in l. neque*, *C. eod. in l. ſi qua Illuſtris*, *C. de Senat. conſultat.* Orphic. & *in rubr. extr. de conſtit. n.* 35. & *in cap. illud, extr. de præſumpt.* Io. à Plat. *in §. vlt. inſtit. de nupt.* & ibi Siueſtr. Aldobr. *in fin.* Præpoſ. Alexand. latè *in d. cap. tanta*, *q.* 10. *col.* 27, *verſ. deſcendo*, & ibi Franc. Angel. *conſil.* 20. *num.* 4. Curt. iun. *conſil.* 136.*n.* 2.& *ſeqq.* Ruin. *conſ.* 51.*n.* 7.*lib.* 5. Soc. iun. *conſ.* 52. *num.* 4.*lib.* 1. *conſil.* 100. *num.* 26. *libr.* 2.& *conſ.* 12.*n.* 3.*lib.* 4. Alciat. *conſ.* 16.*n.* 5.*lib.* 9. vbi dicit hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem, Menoch. *conſil.* 6.*n.* 13. vbi aſſerit eſſe magis receptam ſententiam, *conſil.* 199. *nu.* 58.& *conſ.* 580. *num.* 5. vbi de magis communi, & tollit multas authoritates pro contraria opinione citatorum, Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4.*c.* 7. *num.* 43. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, nec iudicando ab ea recedendum eſſe, quibus addendi ſunt alij cōgeſti ab Anton. Gabr. *dict. conſil.* 1.*nu.* 10. 59

Hæcque opinio probatur *in l. Imperialis*, *§. præſentes*, *C. de nupt.* in quo loco dicitur, legitimatum per ſubſequens matrimonium non poſſe ſuccedere patri, nec alijs niſi ſint confecta inſtrumenta dotalia, idem *in §. fin. inſtitut. eod.* & *in §. ſed quoniam, in auth. de fil. ant. dotal. inſtrum. in nat. §. vltim. in auth. de trien.* & *ſemiſ.* & *in §. ſi quis autem, in auth. vt liber. de cæter.*

Nec verum eſt, quod ius canonicum, quod ſolum ſpectatur circa matrimonium, operetur in terris Imperij vltra ſpiritualia, quando ius ciuile aliter ſtatuit, quia & gradus affinitatis vno modo computantur de iure canonico in ſpiritualibus, & in ſucceſſionibus de iure ciuili nil operantur, ſed ſolum ius ipſum ciuile attenditur, vt poſt Iaſ. Dec. Gozad. Pariſ. Soc. iun. ſcribit Menoch. *d. conſil.* 580. *nu.* 6. *lib.* 6. 60

Secundò facit, quia legitimatus ſuccedere poteſt, & ſit habilis ex diſpoſitione legitimantis, ſed legitimatus per matrimonium ſubſequens eſt ſolum legitimus ex diſpoſitione Papali, & diſpenſatio non parit aliquem effectum ſuper his, ſuper quibus diſpenſans poteſtatem non habet, Innocen. *in c. per venerabilem*, *in Gloſ. incip. vnde eadem, extr. qui filij ſint legit.* & ibi Io. And. ſed dare hæreditatem non eſt Papæ, ſed Imperatoris, *l. lege obuenire hæreditatem, ff. de verbor. ſignif. l.* 1. *ff. de petit. hæred.* ergo in materia ſucceſſionis ſtandum erit iuri ciuili non canonico. 61

Tertiò, aliud diſponit ius ciuile circa hunc articulum aliud ius canonicum, vt ſcribunt præcitati omnes pro vtraque opinione, & pulchrè Honded. *dict. conſil.* 72. *nu.* 6.& *ſeqq libro* 2. Atqui quando ius canonicum contradicit iuri ciuili, in terris Papæ ſeruatur ius canonicum, in terris Imperij ius Ciuile, Io. Andr. *in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in* 6. Angel. *conſ.* 29. *col. penult. in princip.* & propterea licet reſpectu matrimonij ſit ſeruandum ius canonicum tamen circa ſucceſſionem ſeruabitur ius ciuile: quia ſucceſſio eſt quid temporale, Gloſ. *in §. ſexto gradu, inſtit. de grad. cognat.* Capr. *conſil.* 70. *nu.* 3. 62

Exiſtimarem tutius eſſe non recedere à priori opinione iudicando, & conſulendo, cum ſit magis communis & verior, & ad contraria patet reſponſio ex fundamentis adductis pro illa opinione.

Præterea ſi nulli extarent filij legitimi, & naturales, cum filij legitimentur etiam ſine dotalibus inſtrumentis per ſubſequens matrimonium, retinenda omnino erit prima opinio contra ſubſtitutum, *§. ſi verò ſolummodo, verſic. omnino enim*, *in auth. quib. mod. natur. effic. legit.* 63

legit. Bald. in l. cum multa, n. 10. C. de donat. ant. nupt. Angel. in l. contrahitur, nu. 1. & seq. ff. de pignor. Marſ. ſingul. 250. Iaſ. conſ. 168. n. 8. lib. 4. Ruin. conſ. 211. nu. 3. lib. 1. Decian. conſil. 5. nu. 65. lib. 1. Honded. conſ. 72. num. 41. libr. 2. Anton. Gabr. de legitim. concluſ. 1. num. 12. Alex. Trent. de ſubſtit. part. 4. c. 7. nu. 43. in fine, Ruſtic. in l. cum auus, lib. 2. c. 16. nu. 40. ff. de condit. & demonſtrat. Put. deciſ. 60. & deciſ. 65. parte 3. diuerſ.

64 Ampliantur ſecundò caſus, quando ſubſtitutus excluditur, vt procedant, licet teſtator dedita opera conditionem illam appoſuiſſet, ne grauatus eam in vxorem duceret, quam virginem ſeduxit, & corrupit, & ex qua filios habebat, Ruin. conſ. 189. lib. 2. à quo tamen rectius diſſentit Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr. 11. tit. 12. num. 27. & ſeqq.

65 Ampliantur tertiò prædicti caſus, & ſi matrimonium erat tantum putatiuum, ſecundum Ioan. Andr. in cap. quod nobis, extr. qui filij ſint legitimi, & ibi Ant. de Butr. circa finem. Dec. conſ. 153. Curt. iun. conſil. 27. col. 6. & 8. Menoch. conſ. 622. nu. 2. & lib. 4. præſumpt. 81. nu. 3. Did. de ſponſal. parte 2. c. 8. §. 1. nu. 3. Ludou. Molin. libro 3. de Hiſpan. Primogen. cap. 1. num. 12. & 15. Paleot. de not. & ſpur. cap. 9. Alexand. Trent. de ſubſtitut. part. 4. cap. 7. nu. 56. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. q. 66. n. 3. Theſaur. deciſ. Pedem. 196. n. 7. & videnda erunt dicta quæſt. 411.

66 Cæterum diſſentiunt alij, Cald. in c. quod nobis, extr. qui fil. ſint legitim. & ibi Abb. circa finem, & Cald. Alexand. col. 2. Curt. iun. conſil. 27. num. 6. & conſil. 64. nu. 6. Marc. Salon. Burgen. Hiſpan. conſ. 20. in fin. Menoch. conſ. 442. in fin. & alij relati à Did. d. §. 2. nu. 16.

67 Concordari autem poſſunt prædictæ opiniones, vt prima procedat quando ſaltem vnus ex coniugibus ignorabat impedimentum matrimonij, ſecunda verò ſi vterque ſciebat impedimentum, ita ſentiunt Gloſ. in d. capit. nobis, extr. qui fil. ſint legitim. Hiſpan. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. fol. 30. col. 1. Gemin. conſil. 66. col. 4. Bertrand. conſ. 210. col. vlt. libro 1. Curt. iun. conſil. 27. col. pen. Did. de ſponſal. part. 2. c. 8. §. 1. n. 16. vbi plures refert, & teſtatur eſſe cõmunem opinionẽ, cum alijs cõgeſtis ab Ant. Gab. de legit. cõſ. 1. n. 6. & latiſſimè concl. 2.

68 Contrariam tamen ſententiam probarunt Ludou. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 3. c. 1. nu. 11. & Peregr. de fideicomm. art. 23. nu. 73.

69 Ampliãtur quartò dicti caſus, vt licet teſtator, quando fecit mentionem de filio legitimato extante, vocaret eum legitimatum, quod nihilominus is comprehẽderetur in diſpoſitione facta de filijs legitimis & naturalibus, dummodo alij vltra eum in diſpoſitione poſſent comprehendi, Menoch. conſil. 266. verſic. octauò. Sed contra tenet Ceph. conſil. 525. num. 31.

70 Ampliantur quintò, vt procedant etiam in primogenituris, quia legitimati per ſubſequens matrimonium facient deficere conditionem, & admittentur quando ſunt diſpoſitiuè vocati, ac ſi à principio eſſent legitimè nati, Hieron. Ceual. Spec. comm. contr. commun. quæſt. 2. num. 60. & ſeqq.

71 Declarantur autem primò prædicti caſus, in quibus dictum fuit ſupra ſubſtitutum excludi, vt non habeant locum, quando teſtator expreſsè dixit, quod de legitimatis non intelligebat, Dur. de art. teſtan. tit. 5. caut. 15. Cephal. conſil. 82. nu. 73. & ſeq. Odd. d. artic. 6. dub. 4. in fine, Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 66. nu. 55.

72 Quod procedit & ſi teſtator in alia parte teſtamenti fecit mentionem de legitimatis excludendis, Ceph. conſil. 606. num. 35. & ſeq.

73 Declaratur ſecundò non procedere, vbicunque matrimonium fuit contractum animo fraudandi ſubſtitutum, nam eo caſu non excluderetur ſubſtitutus, Angel. in l. ſed eſt quæſitum, ff. de liber. & poſthum. & in l. nuper. n. 3. C. de nat. liber. Alexand. in l. ſi quis poſthumos, col. 2. ff. de liber. & poſth. Felin. in c. in præſentia, n. 39. extr. de probat. & ibi Dec. col. 26. Ruin. conſ. 211. num. 7. libr. 1. Menoch. conſ. 580. nu. 1. lib. 6. & lib. 4. præſumpt. 81. n. 28. Anton. Gabr. de legit. concl. 1. nu. 59. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. Alexan. Trent. de ſubſtit. par. 4. c. 7. nu. 42. in fine, Intrigl. ſenſit cum alijs ab eo relatis, d. centur. 3. q. 66. n. 14. Gallus de ſucceſſ. except. part. 2. tit. 4. except. 27. n. 203. Caualc. deciſ. 106. n. 3. & ſeqq. part. 3.

74 In dubio autem non præſumitur matrimonium contractum animo fraudandi ſubſtitutum, Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 5. Menoch. lib. 4. præſumpt. 81. num. 29.

75 Prima tamen coniectura fraudis eſſet, quando in articulo mortis eſſet contractum matrimonium, Angel. in l. ſed quæſitum ff. de liber. & poſthu. & ibi Soc. ſen. idem Angel. in l. nuper, C. de natur. liber. Fab. in l. cum quis, in fine, C. eod. Alexand. in l. ſi quis poſthumos, nu. 4. ff. de liber. & poſthu. Alciat. in l. 1. nu. 44. ff. de vulg. & pupill. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, nu. 74. C. de reuoc. donat. Barbat. conſil. 18. col. 7. conſil. 59. col. 11. & conſil. 68. col. vlt. lib. 2. Dec. conſil. 399. in fine. Curt. iun. conſil. 26. nu. 9. Ruin. conſ. 211. n. 7. lib. 1. conſil. 36. nu. 8. lib. 2. & conſil. 163. nu. 7. lib. 3. Crot. conſil. 92. nu. 13. Brun. conſ. 15. n. 5. Celſ. Vgo. conſ. 73. nu. 22. Alc. conſ. 624. n. 4. ſecundum vnam impreſſionem, & ſecundum aliam, conſil. 140. nu. 6. & conſ. 187. n. 3. lib. 9. Mantic. conſil. 38. n. 14. lib. 1. Ceph. conſil. 239. nu. 9. & 17. conſil. 276. nu. 30. & multis ſeqq. & conſ. 364. n. 45. Menoch. conſil. 108. n. 21. conſil. 126. n. 87. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, & conſil. 580. n. 2. Honded. conſ. 32. nu. 45. vbi alios citat libr. 1. Roſell. de legitim. ex cauſ. matrim. nu. 41. Sarmient. lib. 1. Select. interpret. cap. 6. num. 9. Caualcan. ſenſit deciſ. 106. num. 3. part. 3. & ita ego conſului in duabus cauſis, altera, de Portulacis, altera de Bentis, & in ſecunda fuit etiam iudicatum, maximè cum extarent aliæ coniecturæ, de quibus infra.

76 Prima adducitur, quod actus factus in articulo mortis, ſi aliquis per talem actum excluditur, cenſetur factus in fraudem, & ad illius excluſionem, l. filia mea emãcipata, ff. ſoluto matrim. & ibi Doct. ergo & matrimonium contractum cum concubina in articulo mortis, præſumitur factum in fraudem ſubſtituti.

77 Secundò additur, quod renunciatio, & permutatio beneficij facta in articulo mortis, præſumitur facta in fraudem expectantis, cap. de renunciat. in 6. Anchar. conſil. 388. column. 1. Ruin. conſ. 211. num. 1. lib. 1. ergo idem in matrimonio de quo agitur.

78 Tertiò accedit, quod licet monaſterium faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit, auth. niſi rogati, C. ad Trebell. cap. in præſentia, extr. de probat. Bart. in auth. ingreſſi, nu. 52. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Mantica de coniect. vltim. vol. libr. 11. tit. 7. nu. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 85. nu. 58. Peregr. de fideicommiſſ. art. 28. nu. 98. vbi dicit eſſe communem cũ alijs congeſtis hoc tract. q. 429. num. 10. 79 Attamen ſi grauatus in mortis articulo ingrederetur religionem, & profeſſionem emitteret, ſubſtitutus non excluderetur quaſi profeſſio ſit facta in fraudem, Bald. in auth. niſi rogati, num. 24. C. ad Trebell. & ibi Alber. nu. 2. idem Bald. in cap. in præſentia, num. 12. extr. de probat. & ibi Felin. num. 34. & Decian. nu. 208. Alciat. in l. 1. num. 44. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. ergo idem in matrimonio contracto cum concubina in mortis articulo.

Quartò pro hac ſententia allegatur, quod ad hoc, vt matrimonium ſubſiſtat ad effectum legitimationis filiorum iam natorum requiruntur inſtrumenta dotalia, §. vlt. inſtit. de nupt. cum alijs ſupra citatis nu. 59. & ſeqq. Sed in articulo mortis non poteſt dos conſtitui,

l. Iulianus, ff. de iur. dot. ergo per matrimonium in mortis articulo filij non legitimabuntur, & ſic non remanebit excluſus ſubſtitutus.

Quintò adducitur *l. nuper, §. quam legem, C. de natur. lib.* ibi *& ſpem tollendæ ſobolis habeant*, ſed ſpes procreandæ ſobolis in mortis articulo eſſe non poteſt. Ergo &c.

80 Verum alij ſenſerunt, quod matrimonium in mortis articulo contractum, non dicatur in fraudem factum, & ſubſtitutum excludi, Salicet. *in l. ſi id eſt quæſitum, col. col. vltim. num. 11. ff. de liber. & poſthum.* Rip. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus ſi primo, nu. 48. ff. ad Trebell.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos, n. 73. C. de reuocand. donat.* Ioan. Andr. *in cap. ſine culpa, de iur. in 6.* Præpoſ. Alexand. *in cap. tanta, extr. qui filij ſint legitimi.* Felin. *in c. in præſentia, num. 59. extr. de probat.* & ibi Dec. *num. 60. & ſeq.* & Beto. *num. 204.* Et conſulendo Bald. *conſ. 319. matrimonium, n. 3. lib. 4.* Curt. ſen. *conſil. 26. n. 9.* Ruin. *conſil. 78. nu. 7. lib. 3.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Pariſ. *conſil. 13. n. 7. & 68. conſ. 14. n. 55. li. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, Hieron. Gabr. *conſil. 24. num. 3. lib. 1.* Burſat. *conſil. 18. nu. 12.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem *& conſ. 40. n. 20. libr. 1.* Menoch. *conſil. 350. n. 33. lib. 4.* Peregr. *conſ. 18. n. 2. lib. 3. & conſ. 33. n. 1. & 4.* Et in tractatibus Alciat. *de præſump. in princip. n. 10.* Lud. Sard. *in tract. de legit. in princ. quæſt. legitim. quæ fit per matrim.* Sarment. *in lib. 1. Select. interpret. c. 6. nu. 8.* Did. *in ſponſal. parte 2. cap. 8. §. 2. numer. 2.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Odd. *de compend. ſubſtitut. parte 6. artic. 6. dub. 4. numer. 9. in fin.* Anton. Gabr. *de legitim. concluſ. 1. numer. 18. & ſeq. & numer. 58. & ſeq.* Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. libr. 11. tit. 13. numer. 2. & 5.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 38. num. 6.* vbi ait eſſe opinionem communiter receptam, Alex. Trent. *de ſubſtitut. part. 4. c. 7. n. 42. circa finem,* vbi aſſerit eſſe veriorem, & communem opinionem, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 81. n. 28. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione Peregr. *de fideicom. art. 24. nu. 59.* vbi dicit eſſe veriorem ſententiam, Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 66. nu.* . Gomez. *in l. 9. Tauri, nu. 38.* Ioſeph. Ludou. *concluſ. 24. ampliat. 4.* Ludou. Molin *de Hiſpan. Primog. li. 2. c. 5. n. 26.* Fachin. *lib. 4. controu. iur. c. 55.* Gallus *de except. ſucceſ. par. 2. tit. 4. except. 27. nu. 202. & ſeqq.* Hieron. Ceual. *Spec. commun. cont. comm. q. 2. nu. 5.* Ruſtic. *in l cum auus, lib. 2. c. 16. n. 4. & ſeqq.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, *& libr. 5. cap. 2. nu. 64.* teneoque ab hac tanquam veriori & magis communi iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum; & quamuis aliter tenuerim in conſulendo, vt dixi, nihilominus alia vrgebant, quæ me principaliter mouebant, & ad illa continuanda adduxi etiam matrimonium fuiſſe fraudulentum, cum in mortis articulo eſſet contractum, & fœminæ illæ tempore matrimonij erant publicæ meretrices.

81 Mouentur primo Doct. quia non præſumitur dolus, nec fraus, quando quis de rebus ſuis diſponit lege permittente, licet alteri damnum, vel præiudicium inferri poſſet, *l. fluminum, §. vltim. ff. de damn. infect.* & ibi Gloſ. & alij, Ruin. *conſ. 21. nu. 10. lib. 1.* Becc. *conſ. 25. n.*

82 *25.* Atqui contrahens matrimonium in articulo mortis, hoc facit vt animæ, & liberis conſulat principaliter, nec attendi debet quod in conſequentiam ſubſtitutus excludatur, nam actus in dubio præſumitur factus, vt quis ſibi proſit, non vt alteri noceat, *arg. l. marito, ff. pro*

83 *ſoc.* Ceph. *conſil. 130. num. 2. lib. 1.* Et quælibet cauſa excuſat à dolo, & facit ceſſare præſumptionem fraudis, *l. igitur, §. poteſt, ff. de liber. cauſ.* Menoch. *conſ. 28. nu. 16. & ſeqq. & conſil. 214. n. 34. & ſeqq.* Ceph. *conſil. 110. n. 11. & conſ. 140. n. 31.* ergo matrimonium non præſumetur factum in fraudem ſubſtituti.

Secundo facit, quod quis in mortis articulo non præſumitur velle fraudem committere in præiudicium animæ ſuæ, Bartol. *in l. 1. C. de ſacro ſanct. Eccleſ.* maximè cum principaliter præſumatur contractum matrimonium in ſalutem animæ, & conſequentia damni ſubſtituti non debet eſſe in conſideratione, *l. rogaſti, & l. ſi quis nec cauſam, in principio, ff. ſi cert. petat. l. 1. in principio, ff. de auth. tut.* 84

Tertiò, ſi legitimatio ſequuta per matrimonium in mortis articulo præſumeretur fraudulenta, ſequeretur, quod per reſcriptum nunquam ſuſtineri poſſet legitimatio, quia diceretur facta in fraudem ſubſtituti, ſed hoc eſt falſum, vt patet ex dictis plenè *in præced. quæſt.* ergo &c. Alia argumenta videnda erunt apud præcitatos Doctor. præcipuè apud Fachin. *loco citato.* 85

Et hac opinione veriori, & magis communi retenta, non obſtant contraria; ad primum enim reſpondetur, quod ita demum actus geſtus in articulo mortis præſumitur in fraudem, quando morienti nil prodeſt, ſed tantum alteri nocet, & ita procedit *d. l. filia mea emancipata,* vt aduertit Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. nu. 5. ad medium,* ſed matrimonium contractum in articulo mortis prodeſt animæ contrahentis, & eius filijs, ergo ceſſare debet præſumptio fraudis. 86

Ad ſecundum reſpondetur, renunciationem beneficij in articulo mortis factam non præſumi ex hoc ſolo fraudulentã, niſi aliæ concurrant coniecturæ, vt dicitur *in d. cap. 2. de renunciat.* & in permutatione ſic tenuit Rota *dec. 361. in antiq. incipit, præſumitur permutationem.* 87

Ad tertium etiam reſpondetur retorquendo illud, quod immo grauatus ſi ingrediatur monaſterium, & profeſſionem emittat in articulo mortis ſubſtitutum excludi, nec præſumi id factum in fraudem ſubſtituti, vt ſcribunt Dec. *in c. in præſentia, num. 56. extr. de probat.* & eſſe communem opinionem teſtatur Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 40. n. 6.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. n. 19.* Menoch. *lib. 4. præſum. 83. nu. 83. & ſeq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 63. n. 74.* & dixi *d. q. 425. nu.*...

Ad quartum reſpondetur, quod *l. Iulianus, ff. de iur. dot.* in contrarium allegata, habet locum, quando dotis conſtitutio cõfertur poſt mortem mulieris, quia tunc non poteſt conſiſtere matrimonium, ſicuti ita illum tex. intellexit Alexand. *in l. ſi quis poſthumos, nu. 4. ff. de liber. & poſthum.* Sed in caſu noſtro matrimonium non fuit collatum in tempus mortis, ergo &c.

Reſpondetur ſecundò, quod obiectum procedit de iure ciuili, quo inſtrumenta dotalia requiruntur, *dict. l. cum quis, C. de nat. liber.* & ſupra dictum fuit, ſed in ſpecto iure canonico talia inſtrumenta non ſunt neceſſaria & in hoc ſpectandum eſt ius canonicum ſecundum magis communem opinionem, vt ſupra diximus.

Ad vltimum de *l. nuper,* reſpondetur, quod per contractum matrimonij in articulo mortis ſubeſt ſpes legitimæ ſobolis, quæ fit legitimè eo ipſo, quod matrimonium contrahitur, vt dicitur quodammodo de nouo naſci, vt ſenſit Cin. *d. l. nuper.*

Reſpondetur ſecundò, quod licèt propter accidens non ſubſit ſpes legitimæ ſobolis, quod tamen illud non attenditur, ſed natura, ſecundum quam ex matrimonio liberi naſcuntur legitimi, ita Cin. *d. l. nuper,* quem refert & ſequitur Alexand. *in d. l. ſi quis poſthumos, nu. 4. ff. de liber. & poſthum.*

Hæcque ſecunda opinio maximè procederet, quando præceſſiſſet promiſſio de ducendo eam in vxorem, quia tunc matrimonium ſequutum in mortis articulo non cenſeretur in fraudem ſubſtituti contractum, Cephal. *conſ. 239. n. 10. & n. 17.* Menoch. *conſ. 225. num. 17. verſic. quinto,* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. num. 6. verſic. illud autem,* 88

Sed

89 Sed illud omittendum non eſt, quod ſi exiſtens in articulo mortis, ita propè mortem eſſet, quod conſenſus deficeret, ſubſtitutum non excludi, & conditionem nõ deficere, vt poſt alios ſcribit Ruſtic. in d. l. cum auus, li. 2. cap. 16. nu. 63. idque indubitatum eſt, nam cum deficiat conſenſus, non poteſt eſſe matrimonium.

90 Secunda coniectura fraudis eſt, quando grauatus dixiſſet, quod volebat contrahere matrimonium, vt liberi ſubſtitutum excluderent, & ita comminatus fuit, vel aliter conſtaret matrimonium fuiſſe contractum in fraudem ſubſtituti. Præpoſ. in dicto c. tanta, extra. qui filij ſint legit. Ioan. And. in c. in præſentia, & ibi Abb. nu. 45. & ſequent. Felin. num. 34. Dec. nu. 5. 6. & Bero. nu. 50. extr. de probat. Bald. conſ. 319. lib. 3. Menoch. conſ. 580. num. 3. lib. 6. & lib. 4. præſump. 81. in fine Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. nu. 5. poſt. princ. Alexand. Tren. de ſubſtit. part. 4. c. 7. n. 42. in fine, Gallus, de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 203 part. 2. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. cap. 16. nu. 62.

91 Tertia coniectura eſt, quando grauatus dixerit nolle contrahere matrimonium, & poſtea in articulo mortis contraxit, quia tunc hoc factum præſumitur, non vt matrimonium contraheretur, ſed ad fraudandum ſubſtitutum. Menoch. conſil. 580. nu. 3. verſ. atqui, non tamen puto tutam eſſe hanc coniecturam; nam voluntas hominis eſt mutabilis, & in infirmitate conſtitutus potuit contrahere matrimonium, vt animæ ſuæ, & liberis conſuleret principaliter, vt etiam ſupra dictum fuit.

92 Quarta eſt coniectura, quando grauatus filios legitimaſſet per reſcriptum, credens eos poſſe ſuccedere in fideicommiſſo, ſed admonitus legitimatos ſic non poſſe ſuccedere, contraxit matrimonium, Menoc. conſ. 580. numer. 4.

93 Declarantur tertiò, hi caſus, vt non procedant, quando ageretur de primogenitura, vt dictum fuit ſupra quæſt. 386.

94 Declarantur quartò, locum non habere in natis ex fœmina vili, quia licet efficiantur legitimi per ſubſequens matrimonium, tamen in bonis fideicommiſſi ſuccedere non poſſent, Gloſ. in §. ſi igitur in verb. promittimus in auth. quib. mod. natur. effic. legitimi, Angel. in auth. ſed & aliud, eod. Iaſ. in l. Gallus. & §. & quid ſi tantum, n. 107. ff. de liber. & poſthum. & in l. neque profeſſio, n. 4. C. de teſtam. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, n. 47. in fi. ff. ad Trebel. Bolog. in auth. habet, n. 61. C. ne fil. pro patr. Cagnol. in l. ſi qua illuſtris, n. 5. C. ad Senat. conſul. Orphic. Paul. de monte Pic. in l. Titia cum nuberet, §. Titia cum nuberet, n. 52. ff. de legat. 2. Siluestr. Aldob. in §. vlt. n. 11. inſtit. de nupt. Lup. in c. per veſtras, §. 7. n. 7. de don. int. vir. & vxor. Bald. conſ. 206. caſus talis autem nu. 2. lib. 3. Ruin. conſ. 211. n. 5. lib. 1. conſ. 66. n. 24. & 26. conſ. 92. n. 16. lib. 2. & conſ. 51. nu. 21. lib. 5. Curt. iun. conſ. 136. n. 10. vbi dicit eſſe communem concluſionem, Soc. iun. conſ. 52. li. 1. vbi de communi opinione teſtatur, & dicit, quod in ſpecie non habet contradictorem, & eſſe nefas ab ea conſulendo, & iudicando recedere, (ſed certè Soc. more ſuo nimis facilis eſt ad huiuſmodi aſſertiones, & ſæpe, labitur, vt & hic errauit,) idem etiam tenet conſ. 12. col. 2. lib. 4. Rimin. inter conſ. matrim. conſ. 8c. Cephal. conſ. 82. n. 11. vbi plures allegat & n. 22. & conſ. 111. nu. 27. & ſeq. Bero. conſil. 67. n. 9 lib. 2. Rimin. iun. conſ. 222. nu. 34. & ſeqq. præcipuè num. 42. Cepol. caut. 250. Martin. Land. tract. de legitim. nu. 158. Petr. Sanct. ſingul. 60. Mantica de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 12. n. 12. & n. 25. verſ. ſecundo, hanc tenet, ſi dictum fuit, ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, Senat. Pedemont. deciſ. 154.

Adducitur primo pro hac ſententia, l. Imperialis, §. vlt. C. de nupt. vbi Patritius ſi cum licentia Imperatoris ducat in vxorem mulierem vilem confectis dotalibus inſtrumentis, filij nati ex illo matrimonio efficiuntur legitimi, ergo à ſenſu contrario, ſi ſine licentia Imperiali, filij non erunt legitimi.

Secundò, ad idem videtur textus in §. ſed & aliud, in auth. quib. mod. natur. effic. legit. ibi neque dignam eam exiſtimauit legitimo quodam nomine, ibi enim videtur ex ſubſequuto matrimonio filios antea natos effici legitimos, ſi mater eorum matrimonio illo digna fuerit.

Alij autem fuerunt in contraria ſententia, quod im- 95
mo filij ex fœmina etiam vili nati per ſubſequens matrimonium effici intur legitimi, & ſic ſubſtitutum excludi. Angel. in §. quia nobis, in auth. vt matri. & auię. Soc. ſen. in l. ſed eſt quæſitum, in 3. limit. ff. de liber. & poſthum. Ripa in l. ſi vnquam, nu. 55. C. de reuocand. donat. Eman. Coſt. in l. Gallus, §. et quid ſi tantum, par. 2. in verb. qui de inde, ff. de liber. & poſthum. Io. Andr. in c. tanta, col. 2. verſic. vbi etiam ex quib. fil. ſint legit. & ibi Anton. de Butr. & alij Abb. in c. innotuit, nu. 17. ext. de elect. Io. Lopez in c. per veſtras, in 3 not. §. 20. n. 17. ext. de donat. int. vir. & vxor. & in l. 1. §. Tauri, n. 32. Paul. Caſtrenſ. conſil. 429. præſuppoſito col. 2. lib. 2. Iaſ. conſ. 234. lib. 2. Dec. conſ. 155. n. 1. Sſua. conſ. 3. n. 40. & ſeqq. Hieron. Gabr. conſ. 21. dubio 1. lib. 1. Burſat. qui alios citat conſ. 18. & in fortiorib. conſ. 225. dub. 2. n. 22. lib. 1. Menoc. conſ. 18. Honded. conſ. 72. nu. 36. & ſeqq. lib. 2. & in tractatibus Nicol. de Vbald. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 18. in l. ſpecie filiorum, nu. 47. verſ. tamen ſatis. Ludou. de Sard. tract. de legitim. part. 2. Palæot. de not. & ſpur. c. 12. n. 7 Brunel. in tract. de ſponſal. & matrim. concl. 2. n. 36. Phanuc. tract. de lucr. dot. in Gloſ. per mortem. n. 32. Duen. reg. 350. n. 8. Tiraq. tract. de nobil. c. 15. num. 23. & c. 20. nu. 173. Ioſeph. Ludou. concl. 26. n. 16. vbi de veriori & magis communi, Marz. in Epit. de fideicommiſſ. parte 2. quæſt. 3. in fine, Grat. lib. 2. Commun. opin. cap. 3. quæſt. 2. 78. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 5. nu. 5. Ded. de ſponſal. part. 2. c. 8. §. 2. num. 9. Anton. Gabr. de legitim. concl. 1. n. 51. Alex. Trent. de ſubſtit. par. 4. c. 7. nu. 45. vbi plures citat, & dicit eſſe magis communem opinionem. Preg. de interpret. vltim. vol. fol. 315. n. 6. Peregr. de fideicomm. art. 24. n. 51. Mantich. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 19. Ruſtic. in d. l. cũ auus, lib. 2. c. 16. num. 64. cum multis ſeqq. Et in deciſionibus, Caſſad. deciſ. vnica, nu. 6. tit. de ſponſal. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Boer. deciſ. 240. num. 16. Octau. deciſ. Pedem. 154. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum. Caual. deciſ. 106. part. 3. Theauſ. deciſ. 83. nu. 2. verſic. amplia.

Pro hac communi, & veriori ſententia primò facit §. vlt. in auth. de trien. & ſemiſ. vbi filij nati ex ancilla ſequuto poſtea matrimonio confectis dotalibus inſtrumentis efficiuntur legitimi, & patri ab inteſtato ſuccedunt.

Secundò, probatur ex text. in §. ſi quis autem, in auth. vt libe. de cæt. Cuius verba ſunt, Si quis autem libertam ducere voluerit, aut legitimam facere coniugem cuiuslibet dignatio exiſtens, nuptialia conficiat documenta (hanc enim ſolam poſt manumiſſionem obſeruantiam adijcimus) & ſint etiam præcedentes filij, ſicuti & qui poſt dotalia nati ſunt, liberi, & ingenui, & ſui, patris ſucceſſores, & à poſtulatione annulorum aureorum, & priſtinum natalium libertati, nullamque penitus differentiam habentes ad cætera ingenuorum matrimonia. Ergo liberti ex tali munere nati ante matrimonium ſequuto matrimonio ſunt legitimi.

Tertiò accedit, quod per reſcriptum poteſt legitimari natus ex fœmina vili, & turpi, & meretrice, §. ſic igitur licentia, in auth. quib. mod. natur. effic. legitimi. Sed legitimatio per reſcriptum eſt minoris potentiæ, quam legitimatio per ſubſequens matrimonium, nam iſta prouenit à natura, & eſt vera, & propria legitimatio.

rio, illa verò prouenit ab arte, ergo, &c.

96 Quartò vrget, nam in cauſis matrimonij attenditur ius Canonicum, *cap. penult. & vlt. extr. de ſecund. nupt.* Abb. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ col. 6.* & ibi alij Canon. *ext. de conſtit.* Rip. *in rubr. ff. ſoluto matrimon. n. 25.* Et ſtabitur etiam in terris Imperij, vt latè per Hieron. Gabr. *conſ. 21. nu. 14. & ſeqq. lib. 1.* Atqui ius Canonicum nullam aliam ſolemnitatem requirit in matrimonio præter conſenſum, *cap. cum locum, extr. de ſponſal.* & ibi Gloſ. *vlt. in cap. ex publico, de conuerſ. coniug.* Dec *in l. nuptias, ff. de reg. iur.* Atqui cum ancilla tenet matrimonium, *cap. propoſuit, & cap. vltimo, ext. de coniug. ſeru. cap. recurrat, 32. q. 4.* ergo ſi tenet matrimonium, habebit etiam locū ſucceſſio, quæ eſt ſequela matrimonij, Bald. *in l. Paulus, n. 3. ff. de ſtat. hom.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 154.* vbi alios citat.

Ab hac igitur opinione non erit recedendum, quæ verè magis recepta eſt, & in practica quotidie videmus ſimilia contrahi matrimonia cum mulieribus vilibus, & ancillis, & tamē filij efficiuntur legitimi, & ſine contentione admittuntur ad ſucceſſiones parentum, vt teſtantur etiam Siluan. *conſ. 3. nu. 43.* & Oſach, *dicta deciſ. 154. nu. 12.*

Ad contraria reſpondetur, Et ad primum *d. l. Imperialis, §. fin.* quod loquitur in Patritijs, & Senatoribus, qui à Principe loco patrum aſſumuntur, *§. ſed ex conſtitutione, inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit.* Sed hodie non tantum iure Pontificio, quam etiam Cæſareo quilibet poteſt ducere vxores etiam viles, & abiectas, *§. ſi quis autem. in auth. de ceter.*

Ad ſecundum plures dantur reſponſiones ab Eman. Coſt. Hieron. Gabr. Menoch. locis ſupra citatis, ibi videndum erit.

97 Si tamen teſtator prohibuiſſet matrimonium cum fœminis vilib. procederet prima opinio, quod ſic per ſubſequens matrimonium legitimati non facerent deficere conditionem fideicommiſſi.

98 Declarantur quintò prædicti caſus, vt locum non habeant, quando clandeſtinum matrimonium fuit contractum, ad hoc enim vt ſubſtitutus excludatur, debet matrimonium eſſe contractum in faciem Eccleſiæ, *c. cū inhibitio, § ſi quis verò.* & ibi Card. Anchar. *in 7. not.* & not. Abb. *in 3 not. ext. de cland. deſponſ. c. ex tenore, ext. qui filij ſint legit.* & ibi Doct. Afflic. *in c. 1. §. naturales, num. 32. tit. ſi de feud fuer. contr. int. Dom. & agnat.* Soc. iun. *conſil. 31. nu. 46. & ſeqq. lib. 2.* Cephal. poſt alios multos relatos *in conſ. 82. n. 24 & ſeqq.* vbi dicit, quod debet matrimonium eſſe celebratum publicè coram amicis, & cum pompa conſanguineorum & quinque teſtium, preſentia, *conſil. 256. nu. 15. & ſeqq. & nu. 38. in fin. & conſil. 364. nu. 42.* Bero. *conſil. 180. n. 19 lib. 2. & q. 107.* Did. *in Epit. de ſponſ. & matrim. par. 2. ca. 6. tit. de his qui matrim. imped. n. 12.* Anton. Gabr. *de legitim. concl. 1. n. 66.* Peregr. *de fideicom. art. 24. nu. 74.* Gallus *de except. ſucceſſ. par. 2. tit 4. except. 27. n. 217. & ſeq.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. verſ. illud.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 2. cap. 16. nu. 111. & multis ſeqq.* vbi etiam agit quando matrimonium dicatur clandeſtinum: & quid hodie dicendum ſit ſtante Sacro Concilio Tridentino, *in Decret. de refor. matrim. cap. 1. ſeſſ 24.*

99 Intellige procedere, dummodo matrimonium fuerit contractum in caſu de iure prohibito, alias ſecus; quia licet clandeſtinè contrahentes quo ad ſe non dicantur coniuges, tamen quo ad filios matrimonium præſumitur eſſe legitimum, ita ſcribunt, Bertrand. *conſ. 210. nu. 1. & ſeq. lib. 1.* Cephal. *conſ. 435. n. 92. & conſ. 503. n. 17. & ſeqq.* Decian. *conſ. ... n. 10. lib. ...* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 13.* Gallus *d. except. 27. n. 218. & ſeq.* Seq ſuper hoc cogitandum erit, quia Doctor. citati pro declaratione loquuntur etiam in caſu, quando matrimonium non erat de iure prohibitum.

Ampliatur & ſi parentes ignoraſſent impedimentū Canonicum, *dict. cap. cum inhibitio. §. ſi quis verò.* & ibi Doctor. *extr. de cland. deſponſ.* Abb. *d. cap. ex tenore, ad finem.* & ibi Henric. Boic. Bald. *conſil. 441. viſis ſtatutis, col. vlt. lib. 5.* Soc. iun. *conſ. 31. nu. 49. lib. 2.* Did. *de ſponſ. par. 2. cap. 6. n. 12.* Anton. Gabr. *de legitim. concl. 4. n. 17.* Peregr. *de fideicom. art. 24. num. 74.* vbi dicit hodie ceſſare omnem difficultatem, cum ex Sacro Concilio Tridentino talia matrimonia nulla ſint. 100

Declarantur ſextò, vt ſi grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus, vel legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio habebat teſtamenti tempore filium naturalem tantum, & hoc teſtator ſciebat, quod ſi legitimaretur per ſubſequens matrimonium non excluderetur ſubſtitutus, ſecundum Soc. iun. *conſ. 12. n. 12. in fine lib. 4.* & Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. nu. 25. in fine.* 101

Declaratur ſeptimò non procedere, quando clericus beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus habuit filium, & poſtea cum illa fœmina contraxit matrimonium, quia tunc tales filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium, licet ſecus eſſet in clerico non beneficiato, nec in ſacris conſtituto, Paul. Caſtr. *in l. concubinatu, n. 5. ff. de concub.* Præpoſ. *in cap. per venerabilem. §. quod autem, num. 12. extr. qui filij ſint legit.* Io. Lup. Hiſp. *in cap. per veſtras, in 3. not. & in §. 21. nu. 20. extr. de donat. int. vir. & vxor.* vbi citat Bald. Angel. Salic. Abb. & Nic. de Vbald. Ceph. *conſil. 279. n. 18. & ſeqq. & conſil. 364. n. 43.* Ant. de Roſel. *lib. 1. de legit. tit. de cauſ. matrim. legit. nu. 19.* Ludou. de Sard. *tract. de legitim. num. 165.* Io. Brunel. *tract. de ſponſ. concl. 2. n. 26.* Ant. Gab. *de legitim. concl. 1 n. 64.* Peregr. *de fideicom. art. 24. n. 4.* Gallus *d. excep. 27. n. 209. par. 2.* Oſach *deciſ. Pedem. 154. c. 1. & 2.* 102

Diſſentiunt tamen alij, Bald. *in c. 1. § naturales. tit. ſi de feud fuer. contr. int. Domin. & agnat.* & ibi Afflict. *nu. 38.* Io. Andr. *in reg. ſine culpa, de reg. iur. in 6.* Butr. *in d. cap. tanta,* & ibi Præpoſ. *q. 6. n. 12. & ſeq. ext. qui filij ſint legit.* Nic. de Vbald. *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 60.* Goſ. de Gumier. *in Prag. ſanc. tit. de concub. §. ipſos, verſ. arcere.* Oliu. Teytas *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. par. 2. nu. 54.* Duen. *reg. 350. in verb. filius, limit. 7. verſ. contrarium,* Did. *de ſponſ. par. 2. cap. 8. §. 2. n. 5.* Menoc. *conſ. 215. n 27.* 103

Ampliatur hæc ſecunda opinio, etiam in nato ex Monacho vel Moniali intra annum probationis, Præpoſ. *d. c. tanta, col. 8. verſic. eodem in Monacho, extr. qui filij ſint legit.* Io. Lupus *loco ſupra citato.* Menoch. *conſ. 225. num. 18.* Dedic. *dicto cap. 8. §. 2. nu. 5.* Peregr. *de fideicom. art. 24 nu. 49 in fine.* 104

Declarantur octauò, prædicti caſus, quando ſaltem tempore natiuitatis filiorum non poterat eſſe matrimonium inter coniuges, quia filij tunc per ſubſequens matrimonium non legitimantur, *l. nuper. C. de natur. liber. §. vlt. inſt. de nup. § tribus, in auth. quib. mod. natur. effic. legitim. l. Paulus. ff. de ſtat. homin.* & ibi Bart. & alij *capit. tanta, extr. qui fil. ſint legit.* & ibi Abb. vbi alios multos refert, idem Abb. *in d. cap. innotuit, n. 17. extr. de elect.* Ripa *in l. ſi vnquam. n. 55. C. de reuocand. donat.* Iaſ. *conſ. 134. col. vlt. lib. 1.* Dec. *conſ. 155. col. 1.* Ruin *conſ. 5. num. 4. & conſ. 6. nu. 16. lib. 5.* Socin iun *conſ. 31 nu. 40. & ſeqq. lib. 2.* Menoch. *conſ. 16. n. 12.* Nic. de Vabald. *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 58.* Did. *in Epit. de ſponſ. par. 2. cap. 8. §. 2. n. 15.* Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 315. n. 6.* Peregr. *de fideicomm. art. 24. nu. 49.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 208. & ſeqq. par. 2.* Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 2 cap. 18.* vbi latè, & alij relati *in ſeq. declarat.* & ita conſului *in conſ. 101 nu. 5.* 105

Sed quid ſi tempore conceptionis matrimonium non 106

non potuit contrahi, ſed tempore partus potuit eſſe matrimonium, ſunt contrariæ opiniones, nam quod filij legitimentur per ſubſequens matrimonium, & quod inſpici debeat tempus quod eſt vtile partui, ſcribunt in ſpecie, Gloſ. in cap. 2. extr. qui filij ſint legit. Io. Andr. Ant. de Butr. & Card. Goffred. in Summa de fil. Presbit. §. ſed ſi quis natus. Henric. Boic. in d. c. ex tenore. extr. eod. Hieron. Gabr. conſ. 12. nu. 21. verſ. quo ad ſecundum, lib. 1. vbi teſtatur de communi opinione, Didac de ſponſ par. 2. c. 8. §. 2. nu. 5. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Peregr. de fideicom. art. 24. nu. 50. Fachin lib. 3. controu. iur. c. 50. col. 2. verſ. iſtis nil. & ſecundum iſtam ſententiam iudicauit Rota Florentina, teſte Ruſtico loco citato pro contraria opinione relato.

Primò probatur iſta opinio ex tex. in l. nuper, C. de natur. liber. vbi Imperator in caſibus, in quibus agitur de conceptione liberorum attenditur tempus vtilius partui, ergo attenditur tempus partus. Secundò, ad idem eſt tex. in l. ſeruorum, §. ingenui. ff. de ſtat. homin. Tertiò adducitur à Did. loco citato, text. in l. qui in vtero, ff. de ſtat. homin. Quartò facit, quia iura legitimitati filiorum maximè fauent, Abb. in cap. lator, extr. qui filij ſint legit. Peregr. d. art. 24. nu. 10. Vltimo addo, quod in dubio iudicandum eſt pro matrimonio, & prolis legitimatione, Burſat. conſ. 18. nu. 10. lib. 1. Peregr. dicto art. 24. nu. 42.

107 Verior tamen eſt contraria opinio, quod conceptionis tempus ſit ſpectandum, quam etiam probarunt grauiſſimi Iuriſconſulti tam Legiſtæ, quam Canoniſtæ, Cin. in l. ex libera, C. de ſuis & legitim. & ibi Paul. Caſtr. Angel Aret. in §. vlt. num. 9. in fin. inſtit. de nupt. Salic. in l. filium. C. de natur. liber. Rip. in l. ſi vnquam, nu. 55. C. de reuocan. donat. Ioan. Andr. in ſumma, de ſponſ. & matrim. in fine. Ant. de Butr. in c. tanta, num. 17. extr. qui filij ſint legit. Card. Zabarel. in c. quod nobis, num. 3. & ibi Abb. n. 5. extr. eod. Archic. in c. Oroſius, diſt. 56. nu. 2. verſ. vbi etiam. Ant. Roſel. de legitim. col. 8. & 9. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 1. num. 44. & ſeq. Curt. ſen. conſ. 73. colum. 24. poſt princ. Socin iun. conſ. 31. numer. 43. lib. 2. vbi dicit omnes in hoc conſentire. Calder. ſenſit conſ. 1. ante fin. de teſtam. in antiq. Franc. Sarmient. lib. 1. Select. interpret. c. 5. nu. 10. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. c. 18. vbi dicit hanc opinionem de iure eſſe veriorem, & quod conſulendo, & iudicando ab ea non recederet.

Mouentur primò tenentes hanc partem per text. in l. Paulus, ff. de ſtat. homin. ex quo text. habetur inſpici tempus conceptionis, quando agitur de ſtatu hominis, licet hoc ei vtile non ſit, ergo hic attendatur tempus conceptionis ad videndum, an inter ipſos matrimonium eſſe potuerit,

Secundò adducitur l. cum quis, in princ. C. de natur. liber. & §. vlt. inſtit. de nupt. in quibus iuribus probatur filios ita demum legitimari, & in patris poteſtatem redigi, ſi matrimonium eſſe potuerit inter parentes tempore copulæ, inter eos ergo à contrario ſenſu, ſi eo tempore non potuit eſſe matrimonium non legitimabuntur.

Tertiò accedit l. & ſi contra, C. de nupt. iuncta Gloſſ. in verb. poſtea liberis.

Quartò facit l. ex libera, C. de ſuis & legit. vbi natus ex ſeruo & libera dicitur ſpurius, quamuis pater eſſet manumiſſus, & natalibus ſuis reſtitutus fuerit, ergo comparando manumiſſionem matrimonio, idem dicendum eſt de concepto tempore quo matrimonium eſſe non potuit, vt non legitimetur, licet ſequatur matrimonium.

108 Quinto facit ratio, legitimatio per ſubſequens matrimonium procedit per fictionem tranſlatiuam, nam retrotrahitur matrimonium ad tempus conceptionis liberorum, & hoc modo illi per fictionem videntur nati ex legitimo matrimonio, Bald. in d. l. Paulus, num. 2. verſic. quid fictio, ff. de ſtat. homin. & ibi Alber. de Roſat. num. 2. Angel. num. 3. & alij Canon. in d. c. tanta, extr. qui filij ſint. legit. & probatur in illo text. idem ſcribit Roſel. tract. de legit. in procem tit. de cauſ. matrim. num. 2. verſ. item. At qui fictio requirit duo extrema habilia, videlicet extremum à quo habile eſſentialiter & verè, & extremum ad quod habile potentialiter, Bart. in l. ſi is qui pro emptore, n. 28. verſ. ſed in fictione tranſlatiua, & n. 65. ff. de vſucap. Sed extremum ad quod potentialiter habile eſſe non poteſt, quia conceptionis tempore matrimonium eſſe non poterat: licet enim lex fingat exiſtentem in vtero eſſe natum æquitate quadam ſic ſuadente, Bart. d. l. ſi is qui pro emptore, num. 65. tamen non fingit legitimatum, niſi ſacramentum matrimonij interueniat, potentialiter autem ſacramentũ retrotrahi non poteſt ad tempus conceptionis ob impedimentum quo inter parentes matrimonium contrahi non poterat; ergo filius non poterit dici legitimatus, ſi conceptionis tempore inter parentes non poterit contrahi matrimonium, & hoc fuit argumentum Soc. iun. d. conſ. 31. nu. 41. lib. 2.

Sexto facit alia ratio, nam duo ſpecialia concurrere non poſſunt in eadem re l. cum poſt. § gener. ff. de iur. dot. iuncta l. 1. C. de dot. promiſſ. ſed ſi ſufficeret ad legitimationem matrimonium, quod tamen conceptionis tempore inter coniuges eſſe non poterat, duo ſpecialia concurrerent: primum, quod retrotraheretur matrimonium ad tempus, quo filius nondum erat natus: ſecundum, quod diſpenſatiuè contraheretur ſed non poteſt retrotrahi, quia extremum, ad quod, eſt inhabile, ergo ne duo ſpecialia admittantur, dicendum eſt non legitimari filium, niſi tempore conceptionis contrahi potuerit matrimonium.

Vltimò allegatur tex. in §. quibus connumerari neceſſe eſt, inſtit. tit. de hered. quæ ab inteſt. defer. vbi in legitimatione filiorum per ſubſequens matrimonium, conſideratur quod concubina eſſet talis quod cum ea potuerit habere coniugium.

Ex prædictis ergo colligitur, dubiam valde reddi hanc diſputationem, quod ſi vna, vel altera opinio magis placeret, videndæ erunt reſponſiones ad argumenta contraria apud Did. Fachin. Pereg. & Ruſtic. locis relatis, vltra alios qui hanc quæſtionem tractarunt.

Aduertendum autem eſt pro intelligentia huius de- 109
clarationis octauæ, quod ſi ambo concubinarij, vel alter eorum ignoraſſet impedimentum Canonicum obſtans matrimonio, quod filij per ſubſequens matrimonium legitimarentur, ſecundum Curt. iun conſ. 27. n. 8. Caſſad. de ſponſal. deciſ. 1. Did. qui alios refert. d. c. 8. §. 2. nu. 16. Anton. Gabr. de legitim. concluſ. 2.

Contrariam ſententiam, quod non obſtante tali i- 110
gnorantia filij non legitimentur, probarunt Gloſ. in d. cap. tanta, extr. qui ſint legitim. & ibi Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Abb. n. 8. Henric. Boic. d. c. ex tenore, col. 2. Silueſt. Aldobr. in d. §. vlt. num. 21. inſtit. de nupt. Socin. iun. conſ. 31. nu. 40. lib. 2. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 24. nu. 52. & hæc magis placet.

Quod ſi impedimentum matrimonij eſſet tantum medio tempore, filij legitimarentur, vt quando inter natiuitatem naturalis, & matrimonium ſubſequutum, cum illius matre fuiſſet aliud matrimonium intermedium. Bart. in l. honorum, col. vlt ff. rem rat. haber. Bald. in l. cum quis, C. de natur. liber. Ang. in l. nuper, C. eodem. Paul. Caſtr. in l. Pomponius, §. quæſitum. & ibi Iaſ. num. 5. vbi teſtatur de communi opinione, ff. de acquir. poſſeſſ. Silueſt. Aldobr. in d. §. vlt. num. 13 inſtit. de nupt. Ioan. Andr. in reg. ſine culpa, de reg. iur. in 6. Anton. de Butr.

in d.

in d.cap.tanta, col.penult.& ibi Abb.in 2. not.extr.qui filij ſint legit.Menoch.conſ.16.nu.12.ad medium. Tiraq. de iur.primog.quæſt.31.nu.2. vbi de communi opinione teſtatur Did.de ſponſ.part.2.c.8.§.2.nu.15. Anton. Gabr. de legitim.concl.1.nu 14. vbi alios addit Peregr. de fideicommiſſ.art.24.nu.60. Caualc.deciſ.156.nu. 7.part.3.

112 Contrariam ſententiam male tenent Luc. de Pen. in l.4.quæſt.10.C.de his qui pub mun.ſubei.lib.10. Ludou.de Sard.tract.de legitim.tit de prim. mod.legitim.q.2.

113 Declaratur nonò non procedere, quando matrimonium ſequutum fuit diſpenſatione Papæ, quia filij non legitimantur, Gul. de Cun.in dicta l. Paulus, & ibi Cin. Bartol. Bald. Angel. Alber. & Paul. Caſtrenſ ff.de ſtat. homin.Bald.in l.ex libera.& ibi Angel. C. de ſuis & legit. Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,n.139.ff.de vſucap.Abb.in dicto cap. quod nobis. & ibi Cardin. Alexad. Bero. in cap. in præſentia, num.340.extr. de probat.Bald. conſil.129.ad euidentiam liber 3 Anchar.conſil.409. viſo & diligenter, Menoch.conſ.16.n.22.ad medium. Marſ.ſingul.121.Peregr. de fideicomm.artic.24.n.76.& ſeqq. Gallus de except. ſucceſſ.tit.4.except.27 nu.213.& ſeq.part. 2. Licet malè diſſentiunt Ioan. Ant. & Anton. de Butr. in dicto capit. quod nobis.

114 Ampl. & ſi Papa diſpenſaret ſuper matrimonio contrahendo, & legitimaret prolem iam ſuſceptam, nam talis proles non diceretur legitimata per ſubſequens matrimonium, ſed per reſcriptum, Bald. conſ. 129. ad euidentiam,lib.3.Peregr.de fideicommiſſ.art.24.nu.80.

115 Limitatur primò, quando Papa diſpenſaret ſuper matrimonio prohibito iure Canonum, & dixit legitimare matrimonium, & prolem, quia tunc filij legitimati erunt per ſubſequens matrimonium, Io. Andr. in d.c.per venerabilem,& ibi Abb.nu.21.extr.qui filij ſint legit.Anchar.conſil.409.col.2.Peregr.de fideicomm.art.24. nu.77.in fin.

116 Intellige filios legitimatos fieri, dummodo Papa legitimauerit matrimonium ex tunc, ſecus ſi legitimaſſet ex nunc, vel ſimpliciter, quia proles antea ſuſcepta ex ſubſequuto matrimonio non legitimaretur. Abb. in d. cap.per venerabilem,n.22.& in d.cap.tanta.nu.14.Bero.in cap.in præſentia,n.40.extr. de probat. Anchar.conſ. 429 col.2.Gozad.conſ.6.nu.6. Cephal.conſ.307.num.53. Menoch.etiam ita intelligendus eſt conſ. 16. nu. 12.ad medium.Marſ.ſing.121.Nicol.de Vbald.tract.de ſucceſſ. ab inteſt.part.1.n.106.Did.de ſponſal.par. 2.cap.8.§.8.nu. 13.Peregr.de fideicommiſſ.art.24.nu.78.

117 Limitatur ſecundò non procedere, quando iam contractum eſſet matrimonium, & Papa dedit licentiam perſeuerandi in matrimonio iam contracto, quia prodeſt quoad prolem iam ſuſceptam legitimandam, maximè ſi vſque ab initio confirmaſſet, Boer. deciſ. 264. nu.26.& ſeqq. Peregr.d.art.24.nu.79.& ſeq.

118 Sed Did.loco citato tenet idem eſſe, ſiue ſit data licentia perſeuerandi in matrimonio, ſiue diſpenſatio facta ſit, vt matrimonium contrahere poſſint.

119 Limitatur tertiò, quando Papa poſt mortem parentũ, vel alterius eorũ diſpẽſaſſet ſuper matrimonio legitimo de facto contracto, & legitimet prolem iam ſuſceptam quoad effectum ſuccedendi, quia tunc legitimatio,& diſpenſatio retrotraheretur, Præpoſ.in c.per venerabilem, col.68.extr. qui filij ſint legitimi. Anchar. conſ.409.col.2.& 3. Peregr. de fideic.art. 24. in fine, vbi dicit maximè procedere, quando ex ordinatione patris fuiſſet obtenta dicta legitimatio,& diſpenſatio. Put.deciſ.483,lib.2. qui tamen loquuntur de ſucceſſione in bonis patris, vnde ſi ageretur de bonis fideicommiſſi aliud dicendum eſſet per prædicta.

120 Declarantur decimò prædicti caſus, non habere locum in filijs vulgo conceptis, quia per matrimonium non legitimantur, cum pater incertus ſit, l. vulgò concepti ff de ſtat.homin.Bald.in l.eam quam,n.24.C.de fideic. & in l.ſi qua illuſtris,nu.3,C.ad Senat.Conſ Orphic. & magis in ſpecie Alber.in l.generaliter, §.cum autem, nu. 5.C.de inſtitut.& ſubſtitut. Alciat. in rubr. ff.de liber. & poſthum.num.46.& in l.Gallus.§.ſi eius, num. 59.ff eod. Ruin.conſ.103,n.16.lib.3.Alciat.conſ.2.n.11 lib.2.Ceph. conſ.48.n.22.lib.1.Bero. conſ.180.n.25.lib.2.Did.de ſponſal.part.2.c.7.§.2.nu.9.Alex. Trent.de ſubſtit. part.4.c.7. nu.47.Mantic.de coniect. vltim.vol.lib.11.tit.12.num.10. Ruſtic. in d.l.cum auus,lib.2.cap.16.nu.106.

Et procedit hęc opinio tam de iure canonico, quàm 121
de iure ciuili. Ludou. de Sard. tract. de natur. liber. c.de legitim.per verb.matrim.q.7.num. 21. refert & ſequitur Ruſtic.d.lib.2.cap.16.num.107.

Quinimò nec aſſertio parentum, quod eſſet eorum 122
filius noceret ſubſtituto, non enim ceſſaret præſumptio fraudis contra ſubſtitutum per talem aſſertionem. Et ita in ſpecie ſcribunt Ruin.conſ.103,nu.16.lib. 3. Alciat. in rubr.ff.de liber. & poſthum.num.46.Ruſtic.d. l.cum auus, libro 2.cap.16.nu.109.

Declaratur vndecimò in ſpurijs, qui non legitimãtur 123
per ſubſequens matrimonium.Ripa in l.ex facto,§.ſi qui rogatus,n.47.ff.ad Trebel.Curt.iun.conſ.27.n.5.Cephal. conſ.82.nu. 23.& conſ.276. num.21.& alij relati in decl. ſeqq.

Contrariam ſententiam, quod immò filij ſpurij ex 124
quocunque illicito coitu nati legitimentur, dummodo mulier potuerit eſſe vxor tempore matrimonij, tenent,& melius, Cin.in l. & ſi contra, & ibi Bart. & Salic. C. de nupt. Barto. in l. cum qui.ff.de ſtat.homin.Guil. Mainer.in l.quoties,n.12.ff.de reg.iur.Rip.in l.ſi vnquam. num.55.C.de reuocand.donat. Gloſ.in cap.illi,§.c.quæſt.5. Io. Andr. in reg.ſine culpa.de reg.iur. in 6. Ant. de Butr. in d.cap.tanta,col penult.verſic. quæro quando matrimonium, & ibi Card.in 6. q. verſic. & per hæc deciduntur, Goffred.in Summa.de filijs presbit.col.3. ſi quis natus ſit, & Hoſt. eod.tit.§ 2.in fine. Abb. in d.cap innotuit, col 5. ſuper Gloſ.in verbo coniugata. ext. de elect. Aluar. in cap. 1.§.naturales, colum. 4.ſi de feud feru.controu.int. Dom. & agnat.Iaſ. conſ.234.lib.2. Dec. conſ. 155. vbi teſtatur de communi opinione, Florian.de Sanct.Petr. in quæſt. incip.Baro. in 9.argum. part.2. Nicol. de Vbald. tract.de ſucceſſ.ab inteſt,n.5.Peregr.de fideicomm.art.24.nu.53. vbi dicit procedere tam quo ad legitimationem, quam quo ad ſucceſſionem de iure ciuili; contra Ant. Gabr. qui in concl. 1.n.56.de legitim. malè dicebat, ſolum filios ſic natos legitimari, non autem de iure ciuili eſſe capaces ſucceſſionis.

Declarantur duodecimò vt procedant, dummodo 125
ille naturalis fuerit natus ex ea, quæ retinebatur in concubina, alias ſecus, licet eſſet ſoluta,& cum ea matrimonium contrahi potuiſſet, vt videtur probari in §. tribus, & in § ſi quis autem defunctus, in auth.quib mod. natur. effic.ſui, & in §.conſideremus, in auth. de trien. & ſemiſ. in § vlt.inſtit.de nupt.& § quibus,inſtit. de hered. quæ ab inteſt.defer. Bartol.in l.vltima ff.de concub. Aret.in §.vltimo,inſtit.de nupt.Oldrad.conſ.196.Bald.conſil.206.lib.3. Angel.conſil.29.in 2.& 3.dubio. Curt.iun.conſ.136.nu.9. vbi teſtatur de communi Ceph.conſil.82.nu.23.Hieron. Gabr.conſ.21. dicit de iure ciuili eſſe receptam opinionem, ſed ipſe diſſentit, Spec. tit.de ſucceſſ.ab inteſt.verſic.& nota tria, Odd.d.art.6.dub.4.num. 6. verſ.propter quam, Anton.de Roſeil.in tract de legitim.li.1 tit.de cauſ. mater legitim. num.46.

Contrariam ſententiam, de iure canonico eſſe verio- 126
rem, eamque in foro ciuili eſſe ſeruandam dicunt, & melius Bald.in l.eam quam,nu. 24.C.de fideicom. Angel. in §.vltra ſi quidem,in auth.quib. mod. natur. effic. ſui,

Guliel.

Guliel.Mainer. *in l.quoties, nu. 12.ff.de regul.iur.* Ripa *in l.ſi vnquam,num.55.C.de reuoc.donat.* Siluestr. Aldobr. *in §.vltimo num.8.inſtit.de nupt.* Gloſ *in cap.quibus 30.q.5.* Gloſ. *in cap.innotuit* & ibi Ioan. Andr. Anton. de Butr. Abb.*nu.* 17. Ioan. de Imol. & Compoſtel. *extr. de elect.* Goffr.*in Summa tit.de fil.presbit.col.penult.* Ioan. Andr. *in reg ſine culpa,in mercur.* Præpoſ. *in cap.tanta,num.6.* & ibi Abb *n.12.extr. qui fil. ſint legitim.* Bald. *conſ.* 206. *caſus talis eſt,num.9.lib.3.* Iaſ.*conſil.51 lib.3.* Decian.*conſ. 155.colum.1.verſ.& in terminis,* vbi dicit eſſe communem opinionem Canoniſtarum, Alciat. *conſ. 52. n.1 lib. 2.* Siluan. *conſil.3.n.10.* Crauet.*conſ.166.nu.*8.Celſ. Vgo, *conſil.73.num.14.* Port. Imol.*conſ.21.nu.16. lib.* 1. Natt. *conſil.623.nu.5.& ſeqq.lib.3.* Burſat.*conſ. 98.nu.20.lib.1.* Bero.*conſil. 165 n.6.9.& 33. lib 2.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, Tiraq.*de nobilit cap.15. nu.23* Nic. de Vbald.*tract.de ſucceſſ.ab inteſt.part.1.n. 44. & ſeqq.* Duen.*reg. 350.nu.11.* Did.*de ſponſal.part.2.c.8.§.2. nu.4.* Ioan.Brunel.*in tract. de ſponſ.concl.2.n.17.* Alex.Trent. *de ſubſtit. par. 2.cap.7. numer.* 44. Anton. Gabr. *de legit. concl.1.n.50.* Peregr.*de fideicomm.art.24.nu.53.* vbi dicit eſſe communem opinionem, & quod etiam legitimantur quo ad ſucceſſionem, Gallius *de excep.ſucceſſ. tit.4. except.27.n.213.ad medium,part.1.* Viu.*opin.315.num.9. verſic.& hinc eſt.* Mantic. *de coniect.vltim.volunt.lib.11. tit.12.nu.6.* Ruſtic.*in d.l.cum auus , lib.2. cap. 16. nu.99. & ſeqq.*

Pro hac ſententia eſt tex. *in dicto cap. tanta*, vbi filij nati legitimantur per ſubſequens matrimonium indiſtinctè, nec requiritur conditio, quod mulier ſit domi vri concubina retenta, quod maximè dicendum eſt, quia aliter tribueretur maius priuilegium peccato continuo, quam momentaneo, quod eſſet nimis iniquum aſſerere, *cap.vlt.de conſuet.cap. Eccleſia, de ſimon. c. cum haberet de eo,qui dux.in vxor.quam pollu.per adult.*

127 Declarantur duodecimò non habere locum, quando ex communi vſu loquendi legitimatus non veniret appellatione filiorum legitimè, vel ex legitimo matrimonio natorum, Paul.Caſtr. *in l.vlt. C.de his qui ven.ætat. impetr.* Fulgoſ. *conſ.* 62. Alexand. *conſil. 25. lib.* 1. Cephal. *conſ* 82.*num.*88.*conſ.*111.*nu.* 17.*& ſeqq.& conſil.* 276.*nu.*25.*& ſeqq.* Peregr. *de fideicom art.24.nu.* 38. qui dicunt ita ſe habere communem loquendi vſum, nec eſſe probandum.

Sub declaratur tamen ſecundum ea, quæ dicta ſunt *q.præced.n.102.& ſeqq.*

128 Declarantùr decimotertiò, quod licet in caſibus ſupradictis legitimaretur filius naturalis, per ſubſequens matrimonium, non tamen legitimaretur nepos ex filio naturali defuncto ante matrimonium ſequutum, vt poſt Guld. de Cun. Alber. de Roſat. Bald. Paul. Caſtrenſ. Alexand. & Iaſ. ſcribit Ruſtic. *in d.l.cum auus, lib.2.c.16.n.117.& ſeqq.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.

129 Contra tamen tenent Soc.ſen. *in l.Gallus,§.ſi eius,col. 2.verſic.ſed aduerte,* & ibi Alciat. *nu.35. verſ. & hanc partem, ff.de liber. & poſthum* idem Alciat. *de præſumpt. in princ,nu.10.verſ.ex hoc infero.*

130 Pro complemento tamen huius quæſt. aduertendum eſt ad aliqua notatu digna, & primò, quòd ſi præceſſit matrimonium, & poſtea factum eſt teſtamentum, in quo inſtitutus eſt grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ex legitimo matrimonio natis, quod ſubſtitutus excluderetur ex nato ante matrimonium, & per illud legitimato, Menoc. *conſ.* 266. *numer.* 12. qui tamen loquitur quando poſiti ſunt in conditione filij legitimi & naturales, qui caſus non habet dubium, vt diximus *ſupra in primo caſu.* Idē tamen crederem, ſi in conditione eſſent poſiti filij nati ex legitimo matrimonio, vel alijs quibuſcunque ſimilibus verbis, dummodo teſtator ſciuerit contractum eſſe matrimonium, & extitiſſe filios natos antea, qui per illud matrimonium ſubſequens fuerunt legitimati, veriſimile enim eſt, quod ſi teſtator de his filijs non intellexiſſet, quod eius mentem expreſſiſſet, mandando per eos conditionem non deficere.

131 Secundo aduertendum eſt, quod ſi legitimatus non faceret deficere conditionem in caſibus ſupra expreſſis, quod tamen nati legitimè ex patre legitimato per ſubſequens matrimonium facient deficere conditionē, ſecundum Rimin.iun. *conſ.*294.Cephal.*conſil.*103.*lib.*1.

132 Sed contrariam ſententiam probarunt & melius Decian.*conſ.3.n.98.lib.1.* & Mantic.*de coniect.vltim.volunt. lib.11.tit.12.nu.31.vſque ad finem,* & ſentiunt alij relati *quæſt.præced.nu.78.*

133 Tertio aduertendum erit, quod in dubio pronunciandum erit ad fauorem filiorum ſic legitimatorum, vt ſubſtitutum excludant, Burſat. *conſ.18.num.10.verſ. vnde dubitandum.* Menoch.*conſ.225.nu. 21.* Peregr.*art. 24.nu.34.* Diſſentiunt tamen Roland. à Vall. *conſ.* 100. *lib.2.* & Ceph. *conſ.364.nu.69.* Sed prima opinio mihi magis placet.

134 Quartò aduertendum eſt, vt etiam in princ. dixi in hoc Sereniſs. Dom. Veneto ceſſare omnes difficultates, cum ex Parte Maioris Conſilij 21. Maij 1617. ſit deciſum, in teſtamentis non admitti filios legitimatos per ſubſequens matrimonium, niſi expreſſe ſint vocati. Pars autem eſt regiſtrata *ſupra quæſt.407. in fin.*

QVÆSTIO CCCCIX.

QVÆRO, an filij nati ex clandeſtino matrimonio faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit grauatus ſine filijs? Et negatiuam opinionem probarunt, Soc. iun.*conſ.86.col.penult.& vltim.libro 2.* Cephal.*conſil.82. nu 24.& ſeqq.lib.1.* Mantic. *de coniect.vlt.volunt. lib.11. tit.8.num.25.*

Sed in fortioribus contra tenent relati *quæſt. præced. nu.65.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Filij ex putatiuo matrimonio nati faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, amplia, & limita per totam quæſt.*

6 *Matrimonium putatiuum dicitur legitimum, quo ad natos ex eo.*

9 *Filij nati ex matrimonio, in quo denunciationes debitæ ſunt omiſſæ non faciunt deficere conditionem, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.*

10 *Filij ex putatiuo matrimonio nati, an ſint legitimi ? remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCCX.

Vtrum filij ex putatiuo matrimonio nati faciant deficere conditionem, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit?

1 QVÆRO, an filij nati ex putatiuo matrimonio faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs. Tenendum erit, conditionem deficere, quia tales filij propter bonam fidem, & probabilem ignorantiam parentum cenſentur legitimi, & ad parentum ſucceſſionem admittuntur. *cap.2.& cap.ex tenore,extr.qui fil.ſint legit.c.1.de eo qui dux.in vxor.quam poll.per.adult.* & plura comprobando adducit Soc.iun. *conſ.63.nu.* [illegible]*.& ſeqq.lib 3.* & in terminis noſtris ita ſe habent, Ruin. *in l. Gallus, §. ſi eius, nu.99. ff.de liber. & poſthum.* Bero. *in c.in præſenti.*

245.ex-

245.*extr. de probat.* & ante eos Din. *conſ.* 6. *num.* 12. Dec. *conſ.* 153. Ripa *reſp.* 217. Curt. iun. *conſil.* 27. *n.* 6. *& conſ.* 64. *n.* 11. *& ſeq.* Gabr. *conſil.* 16. *colum. vlt.* Soc. iun. *conſil.* 39. *n.* 18. *vſque ad finem, & conſ.* 63. *li.* 3. Ceph. *conſ.* 364. *n.* 46. *& conſ.* 541. *num.* 24. Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. li.* 3. *c.* 1. *nu.* 15. Did. *in Epit. de ſponſ. & matrim. part.* 2. *c.* 8. §. 1. *n.* 3. *verſ. tertio infertur.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 8. *n.* 24. Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 77. *n.* 4. *& præſumpt.* 78. *n.* 29. Peregr. *de fideicomm. art.* 24. *nu.* 62. *& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *q.* 64. *num.* 29. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *num.* 68. *& ſeqq. parte* 2. Hieron. Laur. *dec.* 70. vbi teſtatur ita iudicatum.

2 Ampliatur primò, & ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus. Curt. iun. *conſ.* 27. *nu.* 6. & in fortioribus citati in ſequenti ampliatione.

3 Ampliatur ſecundò, & ſi dictum fuit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè, & de legitimo matrimonio natis, vel procreatis. Dec. *conſil.* 153. Modern. Pariſ. *in addit. ad Alexand. conſ.* 5 *lib.* 7. Soc. iun. *conſil.* 39. *num.* 18. *& conſil.* 63. *per totum, libro* 3. Didac. *loco ſupra citato.* Mantica. *d. lib.* 11. *tit.* 8. *nu.* 24. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *c.* 7. *n.* 56. Peregr. *de fideicomm. art.* 24. *nu.* 72. vbi aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem. Hieron. Cephal. *in ſpec. com. contra commun. q.* 697. *n.* 1. *&* 2. Gallus *dicta except.* 27. *n.* 69. *part.* 2. *rationes deducam in ſeq. ampliat.*

4 Contra tamen tenuit Curt. iun. *conſil.* 27. *n.* 6. *poſt medium, & conſ.* 64. *colum.* 6.

5 Ampliatur tertiò, & ſi dictum fuiſſet, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis, quia adhuc ex putatiuo matrimonio nati facient deficere conditionem. Dec. *conſ.* 153. Modern. Pariſ. *loco citato.* Soc. iun. *conſil.* 39. *n.* 18. *& conſ.* 63. *n.* 7. *li.* 3. & præter hos Did. Mant. Alex. Trent. Menoch. & Laur. *locis ſupra citatis.*

6 Fundamentum primum eſt, quod natus in figura matrimonij publice, & in faciem eccleſiæ dicitur natus de legitimo matrimonio: nam matrimonium putatiuum, quo ad natos ex eo, dicitur in iure legitimum matrimonium, Ioan. Andr. *in cap. per venerabilem,* & ibi Anton. de Butr. Abb. & alij, *extr. quis fil. ſint. legit.* Et ſi nati ex tali matrimonio putatiuo cenſentur legitimi, vt ſupra in principio, certè dicendum eſt, & matrimonium fuiſſe legitimum, quia proles legitima ex non legitimo matrimonio naſci non poteſt, & ita arguit Socin. iun. *d. conſ.* 63. *n.* 2. *& ſequentibus,* vbi ſubdit, quod licet apparente impedimento matrimonium declaretur inualidum, tamen dicitur legitimum dum verum, & validum reputatur.

Secundò ille dicitur naſci de legitimo matrimonio, qui oritur ex matrimonio in iure approbato, ſeu non improbato, quia legitimum nil aliud eſt, quam quod à lege ſit approbatum, & toleratum *l. legitima, & ibi Doct. ff. de pact.* & ius declarat quale matrimonium ſit legitimum, & quis ſit filius legitimus. Alex. *conſ.* 2. *nu.* 28. *& ſeq. lib.* 1. At tempore natiuitatis filiorum matrimonium non eſt improbatum à iure, ſed approbatum, nam ſcientia impedimenti ſuperueniens eſt in cauſa vt declaretur inualidum, ergo poterat dici legitimum ante, & conſequẽter filij ex eo nati dicuntur nati ex legitimo matrimonio, & ita arguit Soc. iun. *loco citato. nu.* 26. alia argumenta ad idem ſubtiliter adducta videnda erunt apud Dec. *d. conſ.* 135. & Soc. iun. *d. conſ.* 63. *li.* 3.

7 Contrarium ergo malè tenuit Curt. iun. *conſil* 27. *nu.* 6. *poſt medium,* & latè comprobat *conſil.* 64. *nu.* 11. *& ſeq.* & ſenſit Ruin. *in l. Gallus.* §. *ſi eius, nu.* 99 *ff. de liber. & poſt h.* Huius tamen opinionis fundamenta plenè diluit Soc. iun. *d. conſ.* 63. *lib.* 3. apud quem videndum *erit.*

8 Limitatur primò, quando teſtator dixit, ſi deceſſerit ſine filijs ex vero matrimonio natis. Dec. *conſ.* 153. *in fine,* Curt. iun. ſenſit *conſil.* 64. *n.* 12. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 8. *nu.* 25. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 77. *nu.* 7. *& ſeqq.* Matrimonium enim putatiuum non eſt matrimonium verum, & ideo putatiuum non ſufficit, ſi verum requiritur. Bald. *in l. falſus tutor.* §. *an etiam in patrem, circa finem, ff. quod falſ. tut. aut.*

Contrariam autem ſententiam probauit Menoch. ſibi contrarius *in conſ.* 442. *nu.* 89. vbi dicit matrimoniũ putatiuum dici quo ad prolis legitimationem diſpoſitione iuris verum & legitimum matrimonium, ex Dec. Did. Couar. Molin. & Palleot. 9

Limitatur ſecundò, quando omiſſæ eſſent debitæ denunciationes, quia tunc non deficeret conditio, quia tales filij non eſſent legitimi, licet ex ficto matrimonio nati, Hieron. Ceual. *loco citato. q.* 51. *n.* 3. *& in d q.* 697. *nu.* 4. *vſq; ad n.* 12. Gallus *de excep.* 27. *nu.* 701. *& ſeqq. par.* 2. Guil. *in l.* 6. *Taur. nu.* 21. *&* 22. & ita terminauit Rota Roman. apud Verall *deciſ.* 50. *part.* 2. 10

Filij autem nati ex putatiuo matrimonio ſunt legitimi, vt dictum eſt *ſupra nu.* 1. de quo articulo latius videndi erunt, Ceph. *conſ.* 444. *conſ.* 503. *& conſ.* 647. Menoc. *conſ.* 15. *nu.* 5. *conſ.* 17. *nu.* 5. *&* 15 *conſ.* 199. *nu.* 39. *conſ.* 442 *n.* 69. *& ſeqq. & conſ.* 446. *& lib.* 3. *præſumpt.* 1. *n.* 100. *& ſeqq.* Ant. Gabr. *de legit. concluſ.* 4. Peregr. latiſſimè *de fideic. art.* 24. *nu.* 62. *vſque ad finem.* 11

SVMMARIVM.

1 *Filij conſanguinei tantum, vel vterini, faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, decl. per totam quæſt.*

2 *Marito & vxore inſtitutis, & grauatis, ſi decederent ſine liberis, intelligitur de liberis ex illo matrimonio natis.*

3 *Vxorem ſi maritus inſtituat, & eam fideicommiſſo grauat, ſi ſine liberis procreatis, vel procreandis decederet intelligitur conditio de liberis ipſius teſtatoris.*

QVÆSTIO CCCCXI.

Vtrum filij conſanguinei tantum, vel vterini tantum, faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit?

QVAERO, an conſanguinei tantum filij, vel vterini faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs, &c. Diſtinguendum eſt vnà cum Odd. *de comp. ſubſtitut. part.* 6. *q.* 2. *artic.* 6. *dubio* 1. & Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 60. Sed quia horum dicta parum ad caſum mihi facere videntur, cum reſpectu grauati non poſſit conſiderari, an filij ſint vterini vel conſanguinei, vel vtrinque coniuncti, ideo non progredior. 1

Sed quid ſi ſubſtitutio eſſet facta marito, & vxori ſimul, ſi ſine liberis deceſſerint, an intelligatur de filijs ex illo matrimonio? Et intelligendum ita eſt, vt ſi ſoluto matrimonio alter ex coniugibus ex alio matrimonio filios ſuſciperet, iſti ſubſtitutum non excluderent, Bart. *in l. cum vir. ff. de condit. & demonſtrat.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi. nu.* 281. *C. de fideicommiſſ.* Odd. *loco citato.* Intrigl. *d. centur.* 3. *q.* 60. *nu.* 2. 2

Idem dicendum eſſet, ſi maritus inſtituiſſet vxorem, vel vxor maritũ, ſub conditione, ſi ſine liberis procreatis, vel procreandis decederet, quia intelligeretur de filijs ipſius teſtatoris, Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 8. *nu.* 29. quem refert & ſequitur Intrigl *d. q.* 60. *nu.* 3. 3

QVAE-

QVÆSTIO CCCCXII.

QVAERO, an filij ſpirituales de ſacro fonte leuati faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis decederet? Et indubium eſt quod conditio non deficiat, ita poſt multos relatos ſcribunt Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. n. 14.* Alexand. Trent. *de ſubſtit. part. 4. cap. 7. num. 19.* Surd. *tract. de alim. tit. 1. quaſt. 11. nu. 4.* Menoch. *lib. 4 præſumpt. 82. in fine*, Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. qu. 61. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Nepotes faciunt deficere tacitam conditionem, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.*
2 *Nepotes faciunt deficere conditionem, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.*
4 *Nepotes faciunt deficere conditionem, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit, contra malè num. 5. ampl. numer. 6. & ſeqq.*
8 *Nepotes faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex ſe, vel ex ſuo corpore deſcendentibus, contra numer. 9. ampl. & limit. numer. ſeq.*
10 *Nepos ex fœmina facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex ſe natis, vel ex ſuo corpore, vel ex ſuo matrimonio, contra numero 12.*
11 *Immediatum dicitur quidquid per rerum naturam immediatè procedit.*
13 *Nepos non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex ſuo matrimonio procreatis, contra nu. 14.*
15 *Verba à vulgaribus prolata debent groſſo modo intelligi.*
17 *Nepotes non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs ex ſuo proprio corpore natis. contra n. 16.*
19 *Nepotes faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs primi gradus, contra num. 20.*
21 *Nepos natus poſt mortem teſtatoris facit deficere conditionem, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit, declar. ibidem.*
22 *Nepos facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine prole deceſſerit.*
16 *Dictio, ex, denotat cauſam immediatam.*
17 *Verbum, ſuus, denotat immediatatem quandam, & ſtat reſtrictiuè.*
17 *Filiorum ſuorum appellatione non veniunt nepotes.*

QVÆSTIO CCCCXIII.

Nepotes an faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit.

DISCVSSVM fuit q. 319. & duabus ſequentibus, quando in diſpoſitiuis nepotes veniant appellatione filiorum, nunc videndum eſt quid in conditionalibus? In quo articulo conſtituo duo capita.

1 Primum eſt, quando agitur de tacita conditione à lege ſubintellecta, & iſto caſu nepotes, cæterique deſcendentes cenſentur tacitè poſiti in conditione ad excluſionem ſubſtituti, ita poſt alios ſcribunt Anton. Gabr. *de fideicom. concl. 2 n. 4. & ſeqq* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 7. nu. 15. & lib. 11. tit. 8. nu. 20. verſ. ſecundo*, Menoch. *conſ. 613. n. 12. & lib. 4. præſum. 89. n. 71. & ſeqq.* Peregr. *de fideicomm. art. 28. n. 32 in fin.* Intrigl *de ſubſtit. centur. 3. q 51.*

Secundum caput eſt, quando ſumus in conditione expreſſa, & tunc diſtinguo tres caſus.

Primus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi ſine liberis 2
deceſſerit, & tunc deficit conditio, Socin. ſen. *in l. cum auus, nu. 31. ff. de condit. & demonſt.* Odd. *de compen. par. 6. q. 2. num. 3.* vbi dicit omnes, ſine ſcrupulo, ita tenere, Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 8. nu. 19.* Craſſ. *§. fideicommiſſum, q. 36 n. 1.* vbi teſtatur ita omnes tenere, Alexan. Trent. *de ſubſt. par. 4. cap. 7. n. 57.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 311. nu. 16. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 57.* & hic caſus omninò tranſit ſine difficultate.

Secundus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi ſine filijs 3
deceſſerit, & tunc etiam tenendum eſt nepotes excludere ſubſtitutum, quia defecit conditio, ſicuti ſcripſerunt Bartol. *in l. liberorum, nu. 18 ff. de verb. ſignif.* Bald. *l. Gallus, §. inſtituens*, & ibi Angel. Imol. & Paul. Caſtrenſ. *n. 4. ff. de liber. & poſthum.* Bal. *in l. 1. C. de cond inſert.* Imol. *in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit.* Alex. *in l. ex facto §. vlt. nu. 4. ff ad Trebell.* Iaſ. *in l. pactum, nu. 2 ff. de pact.* Alc. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 27. ff. de legat. 1.* Aluar. *in cap. 1. §. filij verò, nu. 3. de ſucceſ. feud. gloſ. 1. in cap. in præſentia, extr. de probat.*

Et conſulendo Oldr. *conſ. 269.* Bald. *conſ. 13. n. 1. lib. 3.* Paul. Caſtrenſ. *conſil. 164. n. 4. lib. 2.* Corn. *conſ. 97. nu. 15. lib. 1.* Bertrand. *conſ. 263. nu. 2. lib. 1. conſil. 1 n 33. conſil. 5. num. 33. lib. 2. & conſ. 302. nu. 10. lib. 3.* Caſſan. *conſ. 53. nu. 1. & nu. 32.* Soc. ſen. *conſ. 90. circa finem lib. 2 & conſ. 17. num. 2. & conſ. 51. nu. 10. lib. 4.* Capr. *conſ. 22. n. 5.* Gozad. *conſ. 4. num. 15. & conſil. 36. num. 2.* Ruin. *conſ. 144. nu 5. lib 2.* Pariſ. *conſil. 18. num. 59. & ſeq. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 111. nu. 22. in fine, & num. 23. & nu. 29. in fine conſ. 125. lib. 1. & conſil. 30. num. 19. lib. 3.* Alciat. *conſil. 2. num. 19. in fin. & n. 21. lib. 8.* Ceph. *conſil. 107. n. 16. lib. 1.* vbi dicit nõ eſſe contradicentem, Honded. *conſ. 49. nu. 70. lib. 1.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Rauden. *conſil. 24. num. 23. libr. 2.* Menoch. *conſil. 13. numer. 11. verſic. ſecunda.*

Et in Tract. Odd. *de compend part. 6. artic. 3. numer. 4.* vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem Gabr. *de regul iur. concluſ. 1 n. 7. 10. 12 & 14.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Mantic. *de coniect vltimar. volunt. lib. 11. tit. 8. n. 20.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 36. nu. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *& quaſt. 10. in fine*, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. parte 4. cap. 7. num. 15. verſicul. ſecundus caſus*, vbi dicit eſſe communem opinionem, Præt. *de interpretat. vltimar. voluntat. folio 311. nu. 16. & ſequentibus*, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideicommiſſ artic. 22. nu. 46. & art. 28. numero 32.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quaſt. 57. n. 4.* Hieron. Ceual. *Spec. commun. contr. commun. quaſt. 694.* Gallus *de except. ſucceſ. tit. 4. except. 27. num 62. & ſeqq. parte 2.* Ruſtic. *in l. cum auus. lib. 6. cap. 12. num. 66. ff. de condit. & demonſtrat.* hanc etiam probauit Rota Romana *deciſ. 243. n. 4 par. 1.*

Malè ergo contrariam ſententiam probarunt anti- 4
qui Doctores *in l. Gallus, §. inſtituens, ff de liber. & poſthum.* prout eas ibi refert Bart. Alexand. ſequutus fuit Ruin. *conſilio 127. numero 1. & conſilio 131. num. 3. lib. 5.* Abſurdum enim ſequeretur, niſi nepotes excluderent ſubſtitututum, quod extraneus ſubſtitutus præferretur deſcendentibus in portione relicta proprio parenti, ideo prudens reputatur conſilium teſtatoris, qui in illa portione non ſolum inſtitutum, ſed & eius liberos ſubſtituto prætulit, & ita habetur *in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit. iuncta l. prima C. de condit. inſert.*

Ampliatur primo, vt non ſolum nepotes veniant, 5
quod idem dicendum ſit de omnibus deſcendentibus,

Corn.conſ 97.num.13.lib.1.Socin.ſen.conſil. 14. num. 3. verſicul.decimo, lib. 1. Matz. conſil.1. & in Epit. de fideicommiſ. quæſt.20.in principio, Mantic. de coniect. vltim. voluntat.lib.11.tit.8.n.10.circa medium, vbi teſtatur de communi opinione, Odd.dicto art. 3.numero 5.verſicul. quæ retenta. vbi dicit non habere dubium, Intrigl. dicta centur.3.quæſt. 57.nu.5.Peregr.dicto artic.22.n.46. per text.in d l.Lucius, ff. de hæred inſtit. iuncta l.1.C. de condit.inſert.

6 Amplia ſecundò, etiam ſi grauatus ſit tranſuerſalis, l.Lucius,la ſeconda ff. de hæredib. inſtit. ſecundum vnum intellectum, quem probarunt multi relati, quæſtione 321 numero 6.verſic.reſpondetur ſecundo, & numero 12. & idem etiam ſcribit Peregr. de fideicomm. art.1. num. 31.in fine.

7 Ampliatur tertiò, vt etiam fœminæ, & deſcendentes ab eis faciant deficere hanc conditionem, Mantic. de coniect. vltimar. voluntat.libro vndecimo, tit. 8. num. 21. Præt. de interpret. vltimar. voluntat. folio 311. num. 23.Gallus dict. except. 23.numero 76.parte ſecunda, vbi etiam loquitur de fœmina nata ex fœmina, & alij relati in fortioribus, infra numero decimo, & videnda erunt quæ pleniùs dicta ſunt quæſtione 402. & quæſtione 404.

8 Ampliatur quartò vt locum habeat, licet dictũ fuiſſet, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe, vel ex ſuo corpore deſcendentibus, namadhuc nepos faciet conditionem deficere, ita in ſpecie Bart. in l.liberorum,nu.18.ff. de verbor. ſign.Bald. in l. 1.& ibi Paul.Caſtrenſ.n.6. C. de cond. inſert.Angel.in l. Lucius,& ibi Imol.n.2.Alciat. n.14.& ſeq.ff. de hæred.inſtitut. Paul.Caſtrenſ. in l. Gallus,§. inſtituens,n. 4.ff.de liber. & poſthum. Rip. in l. ex facto, §. vltimo,num. 5.ff.ad Trebell. Bald. in cap 1.§. filij verò, & ibi Aluar. de ſucceſſ. feud. Bald.in cap. in præſentia, num. 37.extr. de probat.

Et conſulendo Old.conſil 269.Cald.conſilio 13.nu.3. lib.3.Roman. conſilio 148. Paul.Caſtrenſ.conſ.164.num. 4.& conſil 338.num.2.lib 2.Corn.conſ.97.num.13.lib.1. Bertran.conſil.263.numero 2.lib.1.conſ.1.num.17.& 33. lib.1.& conſ.302.num.11.lib.3.Soc.ſen.conſil.17.nu.2.& conſil.51. numero 10. libro 4. vbi dicit eſſe communem opinionem. Curt.ſen.conſilio 44.nu.18.Capr.conſil.18. n.4. & conſil.22.numero 10.Curt.iun.conſilio 113.num. 2.Ruin.conſil.155.numero 6.& 15.lib.2.Pariſ.conſil.18, numero 56.& ſeq.lib. 2. Menoch.conſil.124.num. 200. conſ.613.nu.11.verſic.ſecunda.conſil.1039.nu.9.& conſ. 1037.num.8.

Et in Tract. Rol. de lucr. dot. quæſt. 56. Anton. Gabr. de verbor.ſignificat.concluſ.1.num. 78. Odd. de compend. part.6.art. 3.numero 5. verſ.ampliatur ſecundo, vbi teſtatur de communi opinione, Alexan. Trent. de ſubſtitut.parte 4.cap.7.nu.58. Mantic. de coniect. vltimar. voluntat.lib.11.tit.8 num. 21.& libro 8.tit. vltimo, num. 62.Craſſ.§. fideicommiſſum, quæſt.36. numer.2. vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, Præt. de interpr. vltimar.voluntat.folio 311.num.22. Peregr. de fideicom. art.28.nu.34. vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl.d.cent.3 q.57.nu.6.Gallus d.tit.4. except. 27.nu.64. par. 2.Ruſticus in l.cum auus,lib.6.cap.13.n.4.ff.de condit. & demonſtrat.

Et in Deciſionibus, Hieron. Laur. deciſ. 84. vbi aſſerit in Rota Auenionenſi ita iudicatum. Cæſ. Barz deciſ. Bonon. 4.n.34.verſ. ad doctrinam Ripa, n. 36. vbi dicit hanc opinionem eſſe communem.

Probatur primò, ex l.1.C.de cond.inſert.& in d.l. Lucius, la 2.ff.de hæred.inſt.ibi ex ſe natum, iuncto verbo liberos, vbi conditio, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe natis, deficit, ſi liberos reliquit, & conſequenter nepotes, qui veniunt appellatione liberorũ,l.liberorum,ff. de verbor. ſignific. Secundò Old.conſil.269. adducit rationem, quod filius dicitur portio corporis paterni, cum portio corporis paterni transfuſa ſit ad procreationem filij, l. cum ſcimus, ad finem,C. de agric.& cenſ.lib.11.vnde licet reliquum corporis remanſerit apud patrem, tanquam apud radicem, & illud ſit extinctum, non tamen eſt extincta illa portio transfuſa in filium, ſed eſt aucta & nouo ſpiritu,& anima infuſa viuit, & idem eſt de filio filij, vt apud eum, quem ſequuntur exemplis conformando, Paul. Caſtr. conſil. 164. in præſenti cauſa, quæ vocatur, numero 3.& 4. libro 2.Ruin.conſilio 115.numer.6.libro tertio, Menoch.conſ.124.nu.99.verſ. reſpondetur primo, Barz. licet non ita explicitè, deciſ. Bonon.4.num.17.

Contra tamen, quod nepos non faciat hoc caſu deficere conditionem, 9 tenuerunt Bart.in l.Gallus, §. inſtituens,in fine,& ibi Raph.& Alexand.colum.penult. D.de liber. & poſthum. Rip.in l.ex facto,§.ſi quis ita, num.3.ff. ad Trebell. Angel.in l.1.C.de cond. inſert. Bart. conſil.13. Corn.conſil.199.colum.10.lib.2.Alexand. conſil.56.col.2. lib.5. Guid. Pap.deciſ.353. per totam. Rebuff. in l.cognoſcere §. liberorum, D. de verbor.ſignif. dum diſtinguit, an vocetur filius ex Titio, & dicit non venire nepotem, quia dictio, ex, denotat cauſam immediatam, aut vocantur deſcendentes ex Titio, & tunc concedit venire omnes deſcendentes, nec verbum, deſcendentes, generale reſtringi ex dictione, ex & Rebuff. refert & ſequitur Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 4. nu. 17. & ſeq. huius autem opinionis rationes adduxi ſupra q. 327. declaratione prima, vbi videndum erit.

Subampliatur etiam in nepote ex fœmina, quia fa- 10 ciet deficere conditionem, ſi decederit ſine filijs ex ſuo corpore, vel ex ſe deſcendentibus, Bald. in l. 1. num.3. & ibi Paul. Caſtr.nu. 6. C. de condit. inſert. Alex.in l. ex facto.§.vlt.num.5.& ibi Rip. num.6. & ſeq. vbi teſtatur de communi opinione, ff. ad Trebell. Bald.in cap. 1.§.filia,tit.de ſucceſſ.feud. Roman. conſil. 129. & conſil.148. Paul. Caſtr.conſil.410.col.3.lib.1. Peregr. conſil.36.nu. 1.lib.3.vbi tamen ſimpliciter loquitur de conditione, ſi ſine filijs, ſed de conditione, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe natis, vel ex ſuo corpore, agit in tract. de fideicommiſſ. art.28.numero 35. & idem dicunt Roland. à Valle de lucr. dot. quæſtione 56. vbi alios addit, Præt. de interpretat. vltimarum voluntat.folio 311.numero 22. Ruſticus in l.cum auus.libro 6.capit. 13. numero quarto.ff. de condit. & demonſtrat. Surd. deciſione 73.numero 19. & ita ego conſului in vna Borgomenſi de Capitaneis de Scalue, vt in conſilio 78. & ſecundum meum conſilium fuit etiam per Prætorem illius vallis iudicatum. Pro qua ſententia facit dicta l. Lucius Titius, la ſeconda, ff. de hæred. inſtitut. iuncta l. 1. Cod. de condit. inſert.

Et ſuffragatur ratio,quod in nepote ex filia ineſt con- 11 tinuatio ſanguinis, vnde immediatum dicitur quicquid per rerum naturam continuatè procedit, Ruſtic. in dict. l. cum auus, lib.6 cap. 13. num.6. poſt Bald. in d. l.1.n 3. C.de cond.inſert.& Peregr.d. art.28.n.35.vbi adducit etiam l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. Et ſubdit poſt Paul. Caſtr. quod mater æque principaliter concurrit in generatione, ipſa enim præbet materiam, & maſculus formam.

Cæterum alij ſe habent in contraria ſententia, quod 12 ſcilicet nepos ex fœmina non faciat deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe, vel ex ſuo corpore natis,Bart.conſil.133.Bald conſ.206.dubium, lib.5. Salicet.in auth.ſed & ſi quis, C.de ſecund.nupt. Paul.Caſtr. ſenſit conſil.164.nu.4.lib.2.Ruin.conſil.155.nu.15.lib.3. Ratione mouentur, quia nepos ex filia non deſcendit ex ſemine grauati, cum per filiam, non per maſ-

culum deſcendat, & quia ita ex communi loquendi vſu interpretantur huiuſmodi verba, non recedo à prima opinione, & reſponſio patet ad rationem diſſentientis ex adductis pro eius comprobatione. De materia etiam huius ampliationis videnda erunt dicta *ſupra quæſtione* 404.

13 Limitatur primò hæc ampliatio, ſi dictum fuiſſet, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo matrimonio procreatis, quia nepos ex filia tanquam natus ex alio matrimonio, quam grauati, faceret deficere hanc conditionem, ſecundum Ripam *libro 2. reſp. c. 26. num. 1. 19. & ſequenti*.

14 Verum in contraria fuerunt ſententia, Paul. Caſtr. *conſil. 411. Viſo facto, col. 3. in princip. lib. 1.* vbi latè comprobat Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. nu. 21. in fine*, Peregr. *de fideicommiſ. art. 28. numero 34. circa medium*, Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 13. num. 12.* Ratio eſt, quia niſi præceſſiſſet matrimonium, ex quo natus eſt filius, non fuiſſet natus nepos ex eo, omnes enim ſumus nati ex matrimonio Adam & Æuæ, & ideo omnes dicuntur per continuationem eadem caro cum ſuis aſcendentibus, *l. vltima, C. de impub. & alijs ſubſtitut.* Ego tamen non poſſum huic opinioni aſſentire, quia verba ſunt intelligenda naturaliter, non ciuiliter, *l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtr. l. vltima, C. de his, qui ven. ætat. impetran.* Ruſtic. *in dicta l. cum auus, libr. 5. cap. 7. num. 11.* Et ego, qui Doctor ſum, ſi apponerem conditionem, ſi grauatus decederet ſine filijs ex ſuo matrimonio, non intelligerem de matrimonio Adam & Æuæ, ſed ſentirem de illo matrimonio grauati contracto realiter cum aliqua muliere ex cuius copula carnali naſcerentur filij, & ideo fortiùs id tenendum eſſet in teſtamento facto è perſona vulgari,
15 cuius verba debent intelligi craſſo modo, Alex. *conſil. 102. num. 12. lib. 6.* Iaſ. *conſil. 51. num. 2. verſic. vnde verba, lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 26. num. 20. verſic. perſona enim vulgares, libro 1.* Ruſtic. *in dicta l. cum auus, lib. 6. cap. 17. nu.*
16 11. Et ponderanda erit dictio, ex quæ denotat cauſam immediatam, Menoch. *conſ. 40. n. 3. & conſ. 124. nu. 99. & ſeqq.* Cephal. *conſ. 649. nu. 45.* Intrigl. *de ſubſtitut. cen-*
17 *tur. 3. q. 66. nu. 12.* Et ſimul ponderandum verbum, ſuo, quod eſt reſtrictiuum, & quandam immedietatem ſignificat, Soc. ſen *in l. Gallus, §. inſtituens, num 5. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Iaſ. *n. 23. ad medium*, Alexand. *conſil. 4. n. 6. lib. 4.* Menoch. *conſ. 328. num. 14.* qui omnes dicunt, quod ſi teſtator facit mentionem de filijs ſuis, non cenſetur intellexiſſe de nepotibus, quia dictio ſuis, reſtringit diſpoſitionem ad filios immediatos teſtatoris, ergo & idem ſi fiat mentio de ſuo matrimonio, non poterit intelligi de alio matrimonio, quam de illo immediato contracto à grauato, & his accedat communis loquendi vſus, qui ſe habet quod facta mentione de matrimonio alicuius intelligitur de ſuo proprio matrimonio, non autem à ſuis aſcendentibus contracto, & hoc notorijſſimum.

18 Limitatur ſecundò ſi dictum fuiſſet, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo proprio corpore natis, nam tunc nepos non faceret conditionem deficere, quia proprium non recipit adiunctum, & perſonæ cohæret, nec alteri communicatur, *cap. nullo, ibi proprio iuramento, & cap. vt circa, §. vltim. de elect. in 6.* & ita tenent Guid. Pap. *qu. 333.* & Peregr. *d. art. 28. nu. 34. in fine*.

19 Contra tamen tenent Old. Paul. Caſtrenſ. Ruin. & Ruſticus, quos citaui *q. 321. n. 19.*

20 Ampliatur quartò principalis concluſio, & ſi dictum fuiſſet, ſi deceſſerit ſine filijs primi gradus, nam & tunc nepotes facient deficere conditionem fideicommiſſi, Odd. *de compend. ſubſtit. part. 6. art. 3. nu. 7.* Alex. Trent. *de ſubſtitut. par. 4. c. 7. nu. 59.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. qu. 57. num. 7.* Ratio eſt, quia quando inſtitutus decedit ſine filijs relictis nepotibus, dicuntur nepotes eſſe in primo gradu, *§. cum autem, inſt. tit. de hered. quæ ab inteſt. defer.*

Contrarium tamen tenent alij relati, *dict. qu. 321. in tertia coniectura*. 21

Ampliatur quintò, etiam in nepote nato poſt mortem teſtatoris Craſ. *in §. fideicommiſſum, q. 16.* Gallus *de except. ſucceſ. tit. 4. except. 27. nu. 77. & ſeq. par. 2.* hæc tamen materia làtiùs explicatur *ſupra q. 318.* 22

Ampliatur ſextò, etiã pia cauſa ſubſtituta, Anchar. *in cap. Canonum ſtatuta 12. quæſt. princip. extr. de conſtit.* Roman. *conſ. 148.* Soc. ſen. *conſil. 249. n. 2. libro 2. & conſil. 17. lib. 4.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. num. 22.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 57. nu. 8.* Gallus *d. tit. 4. except. 27. nu. 65. part. 2.* 23

Declaranda tamen erit hæc materia, iuxta ea quæ latiùs dicta ſunt, quando filijs diſpoſitiuè vocatis non veniant nepotes, *vt in qu. 321.*

Tertius caſus eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine prole, & tunc etiam nepos faciet deficere conditionem fideicommiſſi, Mantica *de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 8. n. 18. in fine*. 24

SVMMARIVM.

1 *Filij mortui ante grauatum non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit grauatus ſine filijs, decl. per totam quæſt.*

2 *Filij mortui ante grauatum faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi filios non habuerit, vel non ſuſceperit, contra n. 3. limit. nu 4.*

5 *Conditio, ſi filios ſuſceperit, vel habuerit, deficit natis filijs, licet non viuant tempore mortis grauati, declar. num. ſeqq.*

9 *Conditio cum filios habuerit, vel cum filios ſuſceperit, deficit natis filijs, licet non viuant poſt patrem.*

10 *Fideicommiſſo grauatus vſquequo filios habuerit, liberatur ſuſceptis liberis, decl. n. 11.*

12 *Filij mortui ante patrem non faciunt deficere tacitam conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs.*

QVÆSTIO CCCCXIV.

Vtrum filij mortui ante patrem grauatum faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſi filios non habuerit, vel cum filios non habuerit, vel aliter ſimilibus verbis concepta?

QVAERO, an filij mortui ante grauatum faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit? In hac quæſtione diſtinguo ſex caſus.

Primus caſus eſt, quando teſtator dixit, ſi ſine liberis inſtitutus deceſſerit, ſubſtituo Titium, & tunc ſubſtitutio non deficit, quia requiritur, quod filij extent tempore mortis patris, *l. ex facto, §. ſi quis autem ſuſceperit, ff. ad Trebell.* Angel. *conſilio 212. numero 3. & conſil. 364. numero 1.* Socin. ſen. *in l. ſolemus, num. 4. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. cum auus, numero 109. ff. eodem, & in conſil. 82. num. 5. libr. 4.* Port. Imol. *conſil. 159. num. 1.* Menoch. *conſil. 972. num. 3. & ſeq lib 10* Gomez, *tomo 1. Variar. Reſolut. cap. 5. num. 41.* Odd. *de compend. ſubſtitut. par. 6. quæſt. 2. art. 2. num. 4.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 33. num. 13.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſtitut. par. 4. cap. 7. num. 69. & numer. 78.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 29.* 1

num.13.Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. q. 56. n. 7. ff. de condit. & demonſtrat.

3 Secundus caſus eſt, quando conditio eſt ita concepta, ſi filios non habuerit, vel ſi filios non ſuſceperit & tunc ſufficit, quod filij ſint ſuſcepti, licet tempore mortis patris non viuant, ita ſcribunt Iacob. de A. en. in l. ex facto, §. penult. ff. ad Trebell. & ibi Alber. & Caſtrenſ. Bart. in l. hæredibus ff. ad Trebell. & ibi Albert. Bart. in l. cum vxori C. quand. dies leg. ced. Iaſ. in l. in ſubſtitut. col. 4. ff. de vulg. & in l. ſi quis nu. 11. C. de inſtit. & ſubſtitut. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos, nu. 19. C. de reuocand. donat. vbi multos alios allegat Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor §. 69. num. 32. Oldrad. conſil. 21. colum. 1. & conſ. 14. colum. 1. Bald. conſil. 57 lib. 2. Caſtrenſ. conſ. 324. col. 2. lib. 1. & conſil. 97. col. 2. lib. 2. Abb. conſ. 40. num. 2. lib. 1. Bertrand. conſil. 217. in princ. conſil. 367. colum. 2. libro 1. & conſil. 300. nu. 1. lib. 3. Dec. conſil. 377. columna 1. conſil. 384. columna finali, conſ. 414. col. 2. & conſil. 427. in princip. Curt. iun. conſil. 121. num. 10. & ſeq. Pariſ. conſ. 14. num. 10. lib. 2. Crot. conſ. 4. num. 19. Socin. iun. conſil. 42. col. 1. lib. 1. Ioan. Franc. à Pont. conſ. 61. num. 3. & 9. Honded. conſil. 54. num. 35. conſ. 60. num. 40. conſ. 69. nu. 26. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, & conſil. 78. nu. 35. lib. 1. Oddus conſ. 66. nu. 19 Menoch. conſ. 922. num. 3. & ſeq. Ioan. Andr. in addit. in Spec. tit. de teſtam. §. in primis, circa finem, Ludou. Molin. lib. 1. de Hiſpan. primog. c. .nu. 16. in fine. Roland. à Valle tract. de lucr. do. quæſt. 51. ad finem, Gabr. de fideicomm. concl. 7. n. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 5. Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 316. n. 8. Peregr. de fideicomm. artic. 29. num. 11. Intrigl. d. cent. 2. quæſt. 56. num. 5. Menoch. libro 4. præſumpt. 69. circa finem, Theſaur. deciſ. Pedemont. 248. nu. 9. Anton. à Gama deciſ. Luſit. 224. numer. 4.

Pro hac ſententia adducuntur l. hæredibus, ff. ad Trebell. l. cum vxori, C. quando dies legat. ced. & l. ſi quis hæredem, ibi quandocunque & c. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. vlt. C. de indicta vid. tollen. Sed ad hæc iura alij tenentes contrariam ſententiam reſpondent. & præcipuè de intellectu harum legum pro reſponſione latè erit videndus Ruſtic. d. l. cum auus, lib. 4. c. 1. nu. 7. & ſeq.

3 Contrariam ſententiam, quod immo ſubſtitutio non deficiat, niſi viuant tempore mortis patris, probarunt Bart. in l. liberorum, col. penult. verſic. quæro quid ſi in aliqua, ff. de verb. ſignif. Cuman. in l. in ſubſtitutione, num. 2. verſ. per hoc videtur, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Caſtr. in l. cum auus nu. 109 ff. de cond. & demonſtr. & in l. ſolemus col. 1. ff. eod. Alexand. conſil. 101. n. 14. lib. 7 Soc. iun. conſ. 160. n. 72. & ſeq. lib. 2. Oddus de compend. par. 6. q. 2. art. 2. nu. 5. Craſſus in § fideicommiſſum, q. 33. nu. 2 in fine, vbi aſſerit hanc opinionem veriorem, Alexand. Trent. de ſubſtit. parte 4. c. 7. n. 7. verſic. ſi ſecundo, Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 4. c. 1. nu. 15. & ſeq. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, nec conſulendo, & iudicando ab ea eſſe recedendum, quod idem, & ego affirmo, nam liberi ſunt poſiti in conditione, vt ſubſtitutus excludatur, ideo cum de excluſione ſubſtituti agatur tempore mortis grauati, nimirum ſi an extent attendi debeat tempus mortis. & ita arguunt Bart. & Soc. ſen. locis citatis, confirmaturque, nam retenta hac ſecunda opinione ſuſtinetur voluntas teſtatoris, & eius voluntas, & diſpoſitio conſeruatur, quod non euenit retenta contraria opinione, & dicebat Oddus: & tandem pro hac opinione facit arg. text. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.

4 Limita primam opinionem non procedere, quando apparet ex coniecturis teſtatorem voluiſſe ſucceſſiuè, & perpetuò admitti ſuos deſcendentes, Anchar. conſil. 27. colum. 3. Pariſ. conſil. 18. num. 38. lib. 3. Franc. à Pont. conſ. 47. num. 1. & ſeq. Menoch. conſil. 85. num. 48. conſ. 220. num. 15. conſ. 310. nu. 32. 34. & ſeq. conſil. 327 nu. 14. & conſ. 379. n. 7. & 11. Intrigl. d. centur. 3. q. 56. nu. 6. in fine.

Tertius eſt caſus, quando conditio affirmatiuè eſt concepta hoc modo, ſi filios ſuſceperit, vel habuerit, vel vſus fuiſſet alijs, verbis, ex quibus mortis tempus non eſſet incluſum, & tunc ſubſtitutio deficit, ſi filij ſint ſuſcepti licet viuo patre ſint mortui, Bart. in l. hæredibus, num. 1. ff. ad Trebell. & ibi Alber. & Caſtr. idem, Caſtr. in l. cum vxori, nu. 4. C. quand. dies leg. ced. Soc. ſen. in l. cum auus, nu. 109. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. ſolemus, nu. 3. ff. eod. Rui. Alex. in l. Titia Seio, §. Imperator. n. 210. ff. de leg. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n. 187. C. de reuoc. donat. Odd. de compend. par. 6. q. 2. art. 2. nu. 3. Alex. Trent. de ſubſtitut. par. 4. c. 7. n. 78. verſ. ſecundus caſus, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 316. n. 8. Peregr. de fideicommiſſ. art. 29. nu. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 4. Intrigl. d. cent. 3. q. 56. n. 2. Ruſtic. d. l. cum auus lib. 4. c. 1. n. 4. 5

Probatur iſte caſus in l. cum vxori, C. quand. dies legat. ced. verba textus ſunt, cum vxori vſuſfructus fundi legatur, & eius proprietas cum liberos habuerit, nato filio ſtatim proprietatis legati dies cedit, facit etiam ratio, quod ſufficit conditionem ſemel impleri, licet non duret impiementum, l. ſi quis hæredem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.

Declaratur primò iſte caſus, vt procedat, quando 6 iſti liberi ſunt poſiti in conditione affirmatiuè ad aliorum commodum, ſecus enim eſſet quando ad proprium commodum eſſet poſita conditio, quia fideicommiſſum non debetur, niſi viuant poſt patrem, Cephal. conſil. 221. nu. 21.

Contrariam opinionem, & melius probauit Peregr. 7 de fideicommiſſ. art. 29. nu. 5.

Declaratur ſecundò vt procedat, quando ſimplici- 8 ter eſt appoſita conditio, ſecus ſi eſſet determinata reſpectu temporis mortis, quia tunc non deficeret conditio, niſi etiã tempore mortis determinato exiſterent filij, l. in ſubſtitutione, in ſecundo reſp. ff. de vulg. ſecundum intellectum Gloſ. Bart. & aliorum, Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 5. Peregr. de fideicomm. art. 26. n. 6.

Quartus caſus eſt, quando dictum fuit cum filios ha- 9 buerit, vel cum filios ſuſceperit, & tunc deficit conditio, ſi naſcatur filius, licet in vita patris moriatur, l. cum vxori. C. quand. dies leg. ced. l. hæredibus, in princip. ff. ad Trebell. & ibi Bart. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 4. Peregr. de fideicomm. art. 29 n. 4.

Quintus caſus eſt, quando quis eſt grauatus fidei- 10 commiſſo vſquequo filios habuerit, & tunc liberis ſuſceptis liberatur, l. hæredibus ff. ad Trebell. Menoch. conſil. 274 nu. 6. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 29. n. 4.

Declara vt declaratur tertius caſus.

Sextus caſus eſt, quando ſumus in conditione taci- 11 tè, à lege ſubintellecta ex diſpoſitione, l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. & tunc iſti mortui ante grauatum non faciunt deficere ſubſtitutionem, Soc. ſen. in l. cum auus, n. 109 ff. de cond. & demonſtr. Ripa in l. ex facto, §. penult. n. 1 ff. ad Trebel. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. nu. 113. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 51. n. 26.

QVÆSTIO CCCCXV.

Conditio, ſi filios non habuerit, an dicatur impleta ſtatim cum grauatus filios habere non poſſit?

QVAERO, teſtator ſubſtituit Titium, ſi inſtitu- 1 tus filios non habuerit, an ſubſtitutus admittatur ſtatim

ſtatim cum inſtitutus filios habere non poteſt, vt puta per ætatem, an verò mors naturalis ſit expectanda? Peregr. *conſil.* 28. *num.* 4. *& ſeq.* videtur tenere, quod ſubſtitutus admittatur. Hanc quæſtionem habui in facto coram Illuſtriſs. D. Ioanne Bernardo Prætore, contra D. Hieronymum Ferrum Excellentiſſimum Aduocatum, & ſubſtitutus obtinuit ſententiam, ſed in appellatione fuit indeciſa Venetijs per Excellentiſs. Conſil. 40. virorum, partibus in priſtinum reuertentibus, vt moris eſt. Subſtitutus denuo voluit cauſam diſputari coram Prætore, & poſt longas diſputationes obtinuit, ſed in appellatione pariter ſententia remanſit indeciſa, cum eadem conditione, & tandem ſubſtitutus acquieuit. Pro ſubſtituto autem facit, quia conditio purificata dicitur, cum primum certum eſt filios haberi non poſſe, vt infra dicetur *nu.* 3. & iſtud etiam videtur locum habere, quando ille talis, qui liberos non habet vxorem haberet, quæ per ætatem parere non poſſet, nam conditio diceretur purificata, non obſtante quod dici poſſet, vxorem poſſe mori, & alia duci, & ex ea liberos ſuſcipere, vt dixit Gama *deciſ. Luſitan.* 139. *nu.* 4. *&* 5. qui tamen loquitur in caſu, quando mulier erat iunior marito.

2 Prima tamen opinio ſi placeret limitatur, quando ſubſtitutio eſt concepta his verbis, ſi deceſſerit ſine liberis, quia requiritur implementum vtriuſque conditionis, mortis ſcilicet, & defectus filiorum, Peregr. *d. conſil.* 28.

3 Verum eſt, quod conditio dicitur purificata, cum primum certum eſt, grauatum non poſſe liberos habere, protrahitur tamen executio in tempus mortis, Old. *conſil.* 139. *nu.* 3. Ant. Gama *deciſ. Luſitan.* 160. *nu.* 3. *verſ. ſecundo modo*, vbi etiam allegat Guliel. Bened. *in cap.* 7. *Raynutius, in verb. & ſobolem, num.* 64. *extr. de teſtam.*

SVMMARIVM.

1 *Intell. l. ex facto, ff. ad Trebell. & l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub.*

2 *Patre & filio ſimul mortuis, præſumitur filius prius mortuus, quando pater grauatus fuit fideicommiſſo, ſi ſine liberis deceſſerit, ampl. & decl. per tot. quæſt.*

QVÆSTIO CCCCXVI.

Patre, & filio ſimul mortuis, quando pater eſt grauatus fideicommiſſo, ſi ſine liberis deceſſerit, quis prius mortuus præſumatur?

1 LICET ſit inutilis penè quæſtio iſta, non tamen omittenda eſt, vnde quæritur, ſi quis grauatus ſit fideicommiſſo ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, & ſimul cũ filijs mortuus ſit, puta naufragio, vel ruina, an ſubſtitutus admitti debet, an vero defecta ſit conditio ſubſtitutionis? In hoc articulo ſunt iura, quæ adeo inter ſe videntur contraria, vt Doctores in eorum conciliatione valde elaborarint, & hæc ſunt *l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* vbi Vlpianus tenuit, filium præſumi prius mortuum, & conditionem fideicommiſſi extitiſſe. Contrarium verò habetur *in l. qui duos, § cum in bello. ff. de reb. dub.* & octo intellectus traduntur à Doctoribus, quos nouiſſimè reaſſumit Ruſtic. *in l. cum auus, libr.* 4. *c.* 4. *ff. de condit. & demonſtr.* Ego autem diſtinguo cum alijs tres caſus.

2 Primus caſus eſt, quando agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis aſcendentis, & tunc filius prius mortuus præſumitur, *l. qui duos, §. vlt. in fin. ff. de reb. dub. l. qui duos, §. cum in bello*, Soc. ſen. *in l. pariter, num.* 6. *ff. eod.* Ioan. Andr. *in Addit. ad Spec. tit. de præſumpt. §. ſpecies, num.* 5. *verſic. in prædictis*, Alciat. *tract. Præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 49. *num.* 1. Didac. *lib.* 2. *variar. reſol. c.* 7. *n.* 9. *verſ. nam quod adducitur*, Odd. *de compend. ſubſtit. part.* ... *q.* 2. *art.* 2. *n.* 6. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 33. *n.* 7. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem. Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 4. *c.* 7. *num.* 76. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 1344. *nu.* 1. *& ſeqq. & nu.* 15 Menoch. *lib.* 9. *præſump.* 50 *nu.* 30. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 56. *n.* 8. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 4. *c.* 4. *nu.* 33. vbi loquitur quando filius erat impubes, & alij relati *q.* 436. in tertio caſu.

Ampliatur primò & ſi diuerſis in locis pater, & filius perierunt, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 50. *n.* 32. Intrigl. *d. centur.* 3. *q.* 56 *nu.* [illegible] Diſſentit tamen Vgo Donell. *in d. l. duos §. cum in bello.* 3

Limitatur non procedere, quando filius erat pubes, & agebatur de excluſione aſcendentis, qui filio potuit ſuccedere, quia pater prius præſumitur mortuus. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 50. *num.* 21. *& ſeqq.* alios refert, & ſequitur Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 25. *& ſeqq.* 4

Extenditur & ſi filius paululum exceſſit pupillarem ætatem, quia præſumitur patri ſuperuixiſſe. Socin. ſen. *in l. ſi mulier, n.* 10. *verſic. præterea ff. de reb. dub.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 50. *n.* 33. Ruſtic. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 36. 5

Sublimitatur, quando aliud ex coniecturis colligi poſſit, quia filius præſumeretur prius mortuus, Socin. ſen. *d. l. ſi mulier, nu.* 10. *verſ. ſed aduerte*, Ruſtic. *d. libr.* 4. *c.* 4. *n.* 32. Menoch. *lib.* 6. *præſump.* 50. *nu.* 27. vbi aliquas ponit coniecturas. 6

Secundus caſus eſt, quando pia cauſa erat ſubſtituta, & filius erat pubes, & tunc præſumitur quod eſt fauorabile piæ cauſæ, per ea quæ ſcribunt Soc. ſen. *in d. l. ſi mulier, num.* 5. *&* 4. *ff. de reb. dub.* Menoch. *lib.* 6. *præſump.* 50. *n.* 15. Ruſtic. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 29. 7

Tertius caſus eſt, quando agitur de ſucceſſione extranei actiuè, vel paſſiuè, & tunc præſumitur filium eſſe præmortuum, Socin. ſen. *conſ.* 197. *col.* 2. *libr.* 2. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 50. *n.* 30. Ruſtic. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 37. & alij relati *in ampliatione ſeq. & q.* 436. *caſu tertio.* 8

Ampliatur & ſi filius erat pubes, Soc. ſen. *l. pariter n.* 7. *ff. de reb. dub.* Did. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 7. *nu.* 8. Odd. *de compend. ſubſtit. par.* 6. *q.* 2. *art.* 2. *nu.* 6. Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt.* 33. *nu.* 3. vbi dicit eſſe magis communem opinionem Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 50. *num.* 18. *& ſeqq.* Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 56. *n.* 13. 9

Contrariam ſententiam probarunt Alciat. *in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* Aret. *conſil.* 50. *col.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *n.* 53. *verſ. autem.* 10

Intell. ampliationem procedere, quando pater, & filius ſimul ex caſu momentaneo perierunt, ſecus ſi perierunt in caſu continuo habente tractum ſucceſſiuum, quia tunc præſumitur quod pater ſit prius mortuus Ripa *in d. l. ex facto, § penult. ff. ad Trebell.* Alexan. Trent. *de ſubſtitut. par.* 4. *cap.* 7. *num.* 36. 11

QVÆSTIO CCCCXVII.

Vtrum filij ſtatim poſt grauatum mortui faciant deficere conditionem, ſi ſine filijs? &c.

VTILIOR quæſtio, an filij ſtatim poſt grauatum mortui faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit? &c. Et tenenda eſt opinio affirmatiua communiter ab omnibus recepta, quæ probatur *in l. ex* 1

facto, §. ſi quis ff. ad Treb ell. & ibi Gloſ. & Bart. Iaſ. *in l. ſi quis hæredem, colum. 2. verſ. addidem tertio, C. de inſtit. & ſubſtit.* Dec. *in cap. de cauſis, num. 42. extr. de offic. deleg.* Odd. *conſil.* 1. Iaſ. *conſ. 66. col. 5. lib. 3.* Ruin. *conſil. 153. n. 5. lib. 2.* Port. Imol. *conſil. 13. n. 19. & conſ. 46. nu. 5.* Rimin. iun. *conſ. 719. n. 2. lib. 7.* Ceph. *conſil. 221. n. 3. & conſ. 514. n. 11.* Burſat. *conſil. 51. n. 37. lib. 1.* Honded. *conſil. 90. n. 41. lib.* Gomeſ. *variar. reſolut. tomo 1. cap. 5. nu. 41.* Odd. *de compend. ſubſtit. part. 6. q. 2. art. 2. n. 7.* Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ. 7. n. 43.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 6.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 53. n. 4. & 7. verſiculo, aut verò,* Alexand. Trent. *de ſubſtitut. part. 4. c. 7. nu. 71.* Præt. *de interpret. vltim. vol. fol. 316. nu. 8.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 89. nu. 113.* vbi loquuntur in tacita conditione, Peregr. *de fideicommiſſ. art. 29. n. 23.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 56. nu. 16.* & in tacita conditione, *q. 51. nu. 27.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 4. c. 3. ff. de condit. & demonſtrat.*

2 Limitatur primò, quando per teſtatorem non tantum conditionis implementum, quàm etiam conditionis affectus fuit conſideratus, nam conditio non deficeret, vt declarant Soc. ſen. *conſil. 160. nu. 72. & ſeq. lib. 2.* Cephalus *conſil. 221. nu. 20.* Alexand. Trent. *de ſubſtit. part. 4. c. 7. num. 75.*

3 Limitatur ſecundò, quando partus decedit ante baptiſmum, & nominis impoſitionem, quaſi quod tunc habeatur pro non nato, ſecundum Caſſan. *conſil. 19. nu. 8. & 9.* ſed ab eo, & benè diſſentit Ruſtic. *d. lib. 4. cap. 3. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Poſthumus facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filiis, Amplia, & declara ibi.*
2 *Partus qui illico deceſſit, & naturaliter viuere potuit facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, contra num. 3, limita num. ſeqq.*
4 *Partus illico deceſſiſſe dicitur ſi intra octo dies decedat.*
5 *Partus qui moritur antequam ex ventre materno in totum extrahatur, non facit deficere conditionem ſi deicommiſſi ſi ſine liberis deceſſerit.*
8 *Partus qui naturaliter viuere non poteſt non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, contra num. 9.*
10 *Partus quando dicatur naturaliter viuere non poſſe.*
11 *Partus decimo menſe natus dicitur vitalis.*
12 *Partus an ſit vitalis ſtabitur iudicio obſtetricum.*
13 *Partus in dubio præſumitur vitalis.*
14 *Matris teſtimonium admittitur circa tempus conceptionis partus.*

QVÆSTIO CCCCXVIII.

Poſthumus an faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit?

1 SEQVITVR, vt videamus de alia quæſtione, an poſthumus faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, tacitam vel expreſſam? In quo articulo tres caſus erunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, quando poſthumus diu vixit, & communi omnium conſenſu receptum eſt, conditionem deficere, vt poſt alios ſcribunt Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. n. 9.* Odd. *de comp. ſubſt. par. 6. q. 2. art. 2. nu. 11.* Alexan. Trent. *de ſubſt. parte 4. c. 7. nu. 77.* & alij relati in ſequentibus caſibus, & latiſſimè de hoc videndus erit Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 4. cap. vlt. ff. de condit. & demonſt.* vbi amplia, & declara. Et in tacita conditione idem voluit Decian. *conſ. 60. dubio 2. lib. 3.*

Secundus caſus eſt, quando partus illico deceſſit, & naturaliter viuere potuit, & tunc etiam deficit conditio. Paul. de Caſtr. *in l. vxoris abortu, verſ. circa legem ff. de liber. & poſthum. hæred. inſtit.* Iaſ. *in l. qui filiabus, num. 27 ff. de legat. 1.* Dec. *in cap. de cauſis num. 42. extr. de off. delegat.* Soc. ſen. *conſ. 275. col. vlt. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 56. nu. 9. libr. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Port. Imol. *conſil. 13. nu. 10. & conſ. 46. nu. 5.* Eugen. *conſil. 28.* Odd. *conſil. 69. n. 20. & nu. 93.* Honded. *conſ. 60. num. 42. lib. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. nu. 10.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q. 53. in fin.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Alex. Trent. *de ſubſtit. part. 4. c. 7. n. 73. verſ. in ſecundo caſu,* Peregr. *de fideicomm. art. 29. nu. 24.* vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, *& art. 23. nu. 27.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 56. nu. 21.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 4. c. 6. ff. de condit. & demonſtr.* Afflict. *deciſ. 236.*

Contrariam ſententiam in puncto iuris eſſe veriorem 3
ſcribit Odd. *de compend. ſubſtit. par. 6. q. 2. art. 2. nu. 13.*

Partus autem illico deceſſiſſe dicitur, quando intra 4
octo dies deceſſit, Odd. *d. q. 2. art. 2. n. 12. in fine,* Alexan. Trent. *de ſubſtit. part. 4. c. 7. nu. 77.* Franch. March. *deciſ. 169. in fine.*

Limitatur primò iſte caſus, quando partus antequam eſſet extractus in totum ex ventre materno moritur, nam licet eſſet maturus non deficit conditio, licet deficeret quando inciſo membro eſſet extractus, & poſtea ſtatim moreretur, Soc. ſen. *in l. cum auus, n. 110. ff. de condit. & demonſtr.* Peregr. *de fideicomm. art. 43. n. 26. & 31. & ſeq.* & dicam *quæſt. ſeqq.* 5

Limitatur ſecundò, quando filij ſunt poſiti in conditione vt ipſi ſuccedant, ſecundum Ceph. poſt alios relatos, *conſ. 221. n. 15. & n. 21.* Contra tamen illud conſ. Ceph. tenuit Peregr. *de fideicomm. art. 43. n. 28.* 6

Limitatur tertiò, vbicunque ex coniecturis apparet teſtatorem contrarium ſenſiſſe, Ceph. *d. conſ. 221. n. 20.* 7

Tertius caſus eſt, quando partus naturaliter viuere 8
non poteſt, & tunc non deficit ſubſtitutio, Cin. *in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin.* Odd. *in l. pen. C. de poſthum. hæred. inſtit.* & ibi Bald. *in primo not.* Alber. de Roſat. 10. Petrus de Monte Sperello, & Alex. *nu. 3.* Cuman. *in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Alexan. & Iaſ. Soc. ſen. *in d. l. cum auus, n. 110. ff. de liber. & poſthum.* Dec. *in l. poſthumo n. 4. C. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Alciat. *in l. qui mortui, ff. de verbor. ſignif.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo ſuſceperit liberos, num.* C. *de reuoc. donat.* Afflic. *in cap. 1. §. quia etiam, nu. 27. & 28 tit. Epiſc. vel Abb.* & loquitur de partu nato in octauo menſe, & dicit ita conſuluiſſe, & in Regio conſilio iudicatum fuiſſe, Barbat. *in c. in præſentia, col. 35. extr. de probat.* Hippol. de Marſil. *in l. vlt. n. 160 ff. de iuriſd. omn. iud.* Et conſulendo Fulgoſ. *conſil. 69. punctus talis eſt, nu. 3.* Cepol. *conſil. 50. nu. 6.* Soc. ſen. *conſ. 275. n. 20. lib. 2.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Curt. iun. *conſil. 326. nu. 7. lib. 3.* Caſſan. *conſil. 19 nu. 6.* Pariſ. *conſ. 56. n. 9. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 35. lib. 2.* Crauett. *conſ. 210. num. 6.* vbi de magis communi, Alciat. *in conſil. deciſiuo 13. libro 9.* vbi etiam dicit eſſe magis communem opinionem, *& conſil. 23. eodem libr.* Panciról. *conſil. 1. num. 9.* Becc. *conſ. 74. nu. 36.* vbi dicit ab hac opinione tanquam communi non eſſe recedendum, Grammat. *conſil. ciuil. 154. numero 6. 7.* Bero. *conſil. 32. numero 34. libro 2.* Ant. Gioffus, *conſil. 68. column. vlt. verſ. ex quibus, libro 1.* Fab. Turret. *conſ. 23. nu. 7. & ſeqq. & n. 27.* dicit eſſe magis communem opinionem, *lib. 1.* Hippol. Rimin. *conſ. 263. nu. 20. & ſeqq. lib. 3.* Hieron. Gabr. *conſil. 55. anten. 1. verſ. ſed tamen omnes, libr. 1.* Eugen. *conſil. 28. n. 4.* Bonif. Roger. *conſil. 1.* Menoch. *conſil. 284. n. 2.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam Honded. *conſil. 60. nu. 43. lib. 1.* Et in tractatibus Dur. *de art. teſtan.*

art. teſt. li. 3. caut. 10. Clar. *in § teſtamentum, qu.* 45. *verſ. eademque ratione*, vbi teſtatur de communi opinione, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 6. *nu.* 10. Ant Gabr. *de fideicomm. concl.* 2. *num.* 7. Crauet. *in § fideic. q.* 33. *num.* 6. Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 4. *ca.* 7. *nu.* 77. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 89. *num.* 111. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Peregr. *de fideicomm. art.* 43. *num.* 19. vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Intrig. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 51. *nu.* 24. vbi de tacita conditione, *& quaſt.* 56. *nu.* 22. idem ſcribit in conditione expreſſa, Ant. Gomeſ. *tomo* 1. *variar. reſolut. capit.* 5. *qu.* 7. *num.* 41. Ioſeph. Ludou. *concl.* 37. *tit. de nato in octauo menſe. verſ. ſuperior tamen*, vbi teſtatur de communi, Sebaſt. Medic. *in tract. mors omnia ſoluit, par.* 3. *num.* 137. Ioan. Bapt. Cotta *in tract. de port. rat. qu.* 152. *num.* 9 *fol.* 386. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 4. *c.* 6. vbi latè de hoc, & ſcribit eſſe receptiorem opinionem, & refert plures Medicos & Philoſophos in nato in octauo menſe conſuluiſſe partum non eſſe vitalem: & ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum de nato in octauo menſe per ſacrum conſil. Neapolitanum, teſtatur Afflict. *deciſ.* 236. poſt longam examinationem cum Medicis & Philoſophis, & cum reclamatum eſſet ſententiam fuiſſe confirmatam, & perpetuum ſilentium fuiſſe impoſitum, & eandem opinionem ſequitur Verſill. *in addit.*

Pro hac opinione facit primò *l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin.* à contrario ſenſu, dum ibi dicitur natum ſeptimo menſe eſſe partum perfectum, ergo natum alio tempore imperfectum eſſe cenſuit I.C.

Secundò, partus abortiuus, & monſtruoſus æquiparantur *l.* 2. *&* 3. *in fine, C. de poſthu. hæred. inſtit. l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin. l. quæret aliquis, ff. de verb. ſignific.* ſed monſtruoſus partus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, *vt in ſeq. quæſt.* ergo, &c.

Tertiò ad idem facit *d. l.* 2. *& l.* 3. *C. de poſthum. hæredit. inſtit.* vbi vxoris abortu teſtamentum mariti non rumpitur, ſi ergo partus illegitimo tempore natus, & qui naturaliter viuere non poteſt teſtamentum non rumpit, minus conditionem fideicommiſſi faciet deficere, & ita arguit Cuman. *loco citato.*

Quartò accedit, paria eſſe, filium non naſci, vel naſci, ſed tamen naturaliter viuere non poſſe, arg. *l. qui ſic, ff. de ſolut. l. ex his, ff. de condict. indeb. §.* 1. *inſtit. de hære. lit. quæ ab inteſt. deferun.* ergo partus, quia naturaliter viuere non poteſt, non faciet deficere conditionem fideicommiſſi: & hoc argumento mouebatur Paul. Caſtrenſis.

9 Alij autem fuerunt in opinione, partum præcipuè in octauo menſe natum facere conditionem fideicommiſſi deficere, ita Angel. *in l. quod dicitur, in principio, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Apoſt. ad Bartol. Corn. *in l. penult. C. de poſthum. hæred. inſtit.* Bauer. *in §.* 1. *inſtit. de hæred. liber.* Alban. Cardin. *in lucubrat. ad Bart. in l. Centurio, num.* 4. *ff. de vulg.* Felin. *in cap. ſi ex tuarum, ad finem, extr. de teſtam.* & ante iſtos Bald. *in ca.* 1. *Epiſc. vel Abb. conſil.* 128. *lib.* 1. *& conſ.* 113. *proponitur quod quidam in fine lib.* 5. Bertrand *conſ.* 207. *num.* 5 *lib.* 1. Dec. *conſil.* 623. *colum. pen. & vlt.* Rol. à Valle *conſil.* 36. *nu.* 11. *lib.* 3. Burſat. *conſ.* 51. *n.* 37. *& conſ.* 63. *n.* 19. *in fine lib.* 1. Odd. *conſ.* 28. vbi latè, & dicit hanc opinionem forſan communem dici poſſe, & eſſe veriorem, & æquiorem, *& in tract. de compend. ſubſtit. par.* 1. 6. *quæſt.* 2. *art.* 2. *nu.* 14. *verſ. ſed ego puto.* & Boer. *deciſ.* 220. & pro hac opinione in parte octimeſtri fuiſſe iudicatum dicit Ruſtic. *loco citato. num.* 1. ille tamen & bene damnat hanc opinionem, reſpondetque plenè ad argumenta, quibus ea fulciri videtur, ſufficiat autem locum indicaſſe, ne inuiliter ibi ſcripta hic reaſſumantur.

Quando autem partus naturaliter viuere non poſſit, videndum erit apud præcitatos Doctor. præcipuè apud Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 43. *nu.* 25. *& ſeqq. multis*, Menoch. *conſ.* 284. *num.* 3. *& ſeqq. & lib.* 6. *præſumpt.* 52. *& de arbitr. in caſu* 89. *nu.* 34. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 805. *& concluſ.* 1089. *&* 1136. Ioſeph. Ludou. *concl.* 37. Odd. *conſ.* 28. Magon. *deciſ. Florent.* 41. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 4. *c.* 6. *n.* 29. *& ſeqq. & cap.* 7. latè oſtendit natum decimo menſe eſſe partum vitalem, *& cap.* 9. ponit coniecturas partus vitalis & non vitalis. 10 11

Et ſtandum erit iudicio obſtetricum, an partus naturaliter viuere poſſit, Bartol. *in l. Gallus, in vltimis verbis, ff. de liber. & poſthum.* Pariſ. *conſil.* 50. *n.* 11. *&* 22. *lib.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoch. *conſil.* 284. *nu.* 4. vbi declarat, Ioſeph. Ludou. *concl.* 37. Eugen. *conſ.* 28. Odd. *nu.* 67. Clar. *in § teſtamentum. q.* 45. *in fine*, Menoch. *libro* 6. *præſumpt.* 52. Maſcard. *de probat. concl.* 805. *&* 1084. 12

In dubio autem filius præſumitur natus in menſe nono, vel ſeptimo, potius quam in octauo, vel ſexto, & ſic in dubio præſumitur maturus. Socin. iun. *conſ.* 35. *n.* 13. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 67. *num.* 21. *lib.* 1. Odd. *conſil.* 28. *nu.* 63. Fab. Turret. *conſ.* 23. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 284. *n.* 3. Nicol. Florent. *in* 6. *ſerm. de membr. generat. tract.* 3. *capit.* 16. *de abort.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 4. Peregr. *de fideicomm. art.* 43. *num.* 30. *ad medium.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 56. *n.* 25. Magon. *deciſ. Florent.* 41. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 4. *cap.* 6. *in fine*, *& cap.* 19. *num.* 16. *ff. de condit. & demonſtr.* 13

Matris autem teſtimonium an admittatur circa tempus conceptionis, & circa tempus partus, adſunt contrariæ opiniones, quas refert Ruſtic. *loco citato ca.* 10. & ipſe tenet matris dictum probare. 14

SVMMARIVM.

1 *Partus monſtruoſus non facit deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs decl. num.* 2.

3 *Partus monſtruoſus, quando dicatur.*

QVAESTIO CCCCXIX.

Num monſtruoſus partus faciat deficere conditionem?

Quæro, an partus monſtruoſus faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit? Et recepta eſt omnium ſententia, conditionem non deficere, & ſubſtitutum admitti, Angel. *in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Paul. Caſtr. & Alex. Aret. *in l.* 2. *C. de poſthum. hæred. inſtit.* Socin. ſen. *in l. cum auus, n.* 111 *ff. de condit. & demonſtr.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. quæ filium, num.* 20. *ext. de teſtament.* Odd. *de compend. ſubſtit. par.* 6 *quæſt.* 2. *art.* 2. *n.* 15. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 8. *num.* 26. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 112. vbi de tacita conditione loquitur Peregr. *de fideicomm. art.* 43. *nu.* 34. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 51. *n.* 25. vbi de tacita conditione, *& quæſt.* 96. *in fine*, agit de expreſſa, Ruſtic. *in l. cum auus, libro* 4. *c.* 14. *nu.* 11. *ff. de condit. & demonſtr.* Franc. March. *deciſ.* 168. *num.* 10. 1

Intelligendum autem hoc eſt, dummodò ſit in totum monſtruoſus, & Doctores ponunt exemplum in eo qui habet caput aſini, ita Odd. *dicta quæſtione ſecunda, art.* 2. *num.* 15. 2

Quando autem partus dicatur monſtruoſus, plenè declarant Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 43. *num.* 24. *& ſeq.* & Ruſtic. *d. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 12. *& ſeqq.* 3

QVAE-

QVÆSTIO CCCCXX.

An ex ſecto ventre faciant deficere conditionem?

1 QVæro, an ex ſecto ventre nati faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs deceſſerit, & ſubſtitutum excludi? Vno ore affirmant Doct. Bartol. *in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Paul. de Caſtr. Alex. *num. 5.* & Iaſ. *in primo not.* Bald. *in l. vlt. n. 8. C. de ſuis & legit. hæred. & in conſ. 122. lib. 1.* Hier. Gabr. *conſ. 55 n. 8. lib. 1.* Odd. *conſ. 66. nu. 20. & nu. 67. & ſequentibus.* Honded. *conſ. 66. nu. 43. lib. 1.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 1.* Pereg. *de fideicom. art. 43. n. 26.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 6[?]. n. [?].* Ruſtic. plenè *in l. cum auus, lib. 4. c. 14. ff. de condit. & demonſtr.*

2 Contrariam opinionem quando dictum fuit, ſi ſine filijs deceſſerit, tenet Odd. *de compend. ſubſtit. part. 6. qu. 2. art. 2. caſu 4.*

3 Ampliatur & declaratur prima opinio ſecundum Ruſtic. *loco ſupra citato*, & etiam videndum erit, quod dixi *quæſt. præced. ab hac ſecunda. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione, ſi ſunt filij & hæredes, conditio ſubſtitutionis non deficiet, niſi filij ſint hæredes, contra num. [?].*

2 *Copula &, ſtat ampliatiuè.*

3 *Copulæ natura eſt diuerſa coniungere.*

4 *Argumentum ab emphyteuſi ad fideicommiſſum eſt validum.*

5 *Emphyteuſis ſi ſit conceſſa pro filijs, & hæredibus, filij non admittuntur, niſi ſint hæredes.*

6 *Poſiti in conditione ſi ſunt hæredes, ſic ſi ſine hæredibus deceſſerit, conditio ſubſtitutionis non deficiet, niſi filij ſint hæredes, contra n. 13. limita n. 19. & 22.*

9 *Hæres dicitur, quia Dominus.*

10 *Hæredis nomen tripliciter ſumitur, primo pro hærede ſolo nomine ſecundo pro hærede habitu, ſed non actu, tertio pro hærede habitu & actu.*

11 *Hæredis nomen intelligitur de hærede habitu & actu.*

12 *Feudum ſi eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus ſoli filij qui ſunt hæredes admittuntur.*

14 *Hæres alienantis ſi eſt fideicommiſſarius non reuocat alienata per grauatum, declara num. ſeqq.*

18 *Poſiti in conditione caducato gradu paterno ſuccedunt ex vulgari.*

20 *Teſtamenti vna pars declaratur ab alia.*

21 *Verbum æquiuocum in vna parte teſtamenti poſitum declaratur ex his quæ teſtator dixit in eodem teſtamento, capiendo verbum vno, vel alio modo.*

23 *Poſiti in conditione ſi ſunt filij, vel liberi ſubſtitutus excludatur licet non ſint hæredes, limit. nu. ſeqq.*

24 *Poſiti in conditione filij ab inteſtato non ſucceſſibiles ſubſtitutum non excludunt.*

26 *Poſiti in conditione tacitè a lege non excludunt ſubſtitutum, niſi ſint hæredes, contra nu. 27.*

QVÆSTIO CCCCXXI.

Vtrum poſiti in conditione debeant eſſe hæredes ad hoc, vt ſubſtitutum excludant?

1 QVÆSTIO congruè ſubditur, an filij poſiti in conditione debeant eſſe hæredes grauati, vt ſubſtitutum excludant? In qua difficultate diſtinguo tres caſus.

Primus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine filijs, & hæredibus; & tunc niſi filij ſint hæredes ſubſtitutionis conditio non deficiet, Paul. Caſtr. *in l. ex facto, §. fin. in fin. ff. ad Trebel.* Direct. *de art. teſt. tit. de ſubſtit. caut. 25. in fin.* Odd. *de compend. ſubſtit. par. 6. q. 2. art. 5. n. 3.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 32. nu. 4.* vbi de communi teſtatur Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 4. ca. 7. n. 61. verſ. primus eſt.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 28. numero 53.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 59. in fin.* Ruſtic. *in l. cum auus. lib. 3. capit. 2. num. 1. & ſeqq. ff. de condition. & demonſtr.*

Pro qua ſententia primò facit, quia teſtator ponendo in conditione filios, & hæredes, cenſetur voluiſſe vtrumque requiſitum concurrere, vt in ſimili arguit Salic. *in l. 2. quæſt. 10. nu. 29. C. de iur. emphyt.* Et verbum hæredibus, debet aliquid operari cum alias eſſet ſuperfluum, contra *c ſi Papa, de hæret. in 6. & l. ſi quando, ff. de legat. 1.* maximè cum copula & ſit poſita inter verbum, 2
liberis, & verbum, hæredibus, cuius copulæ natura eſt ampliare, & diuerſa coniungere, *l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 3.* Decian. *conſ. 84. n. 10. lib. 3.* vbi dicit regulariter ſtare ampliatiuam, & copulam poni inter diuerſa, 3
ſcribit Iaſ. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 12. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Secundò accedit, quod valet argumentũ ab emphyteuſi ad fideicõmiſſum, ita inquam ſæpiſſimè argumentantur Doct. & præcipuè Peregr. in mille locis *in ſuo tract. de fideic.* Atqui ſi emphyteuſis ſit conceſſa pro ſe, filijs, 4
& hæredibus, non admittuntur filij, niſi concurrat qualitas quod ſint hæredes, prout in emphyteuſi Eccleſiaſtica eſt text. *in § emphyteuſim, in auth de non alien.* & 5
ſcribunt Bart. *in l. vt iuriſiurandi, § ſi liberti, ante nu. 5. ff. de oper. libert.* Bald. *in l. liberti, libertæque n. 26. C. eod.* Angel. *in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum.* & ibi Io. de Imol. & Raph. Cuman. Alex. *conſ. 27. n. 7. lib. 5.* Corn. *conſ. 199. nu. 41. & 43. lib. 2.* Et in Emphyteuſi non Eccleſiaſtica, idem voluit Paul. Caſtr. *conſ. 146. viſo puncto, n. 2. verſ. & ea quæ notat.*

Contrariam autem opinionem, quod ſubſtitutus excludatur, licet poſiti in conditione non ſint hæredes, 6
tenuit & malè, Bald. *in d. c. Gallus, §. etiam ſi parente, col. vlt. ff. de liber. & poſthum.*

Secundus caſus eſt, quando ſimpliciter dictum fuit, ſi deceſſerit ſine hæredibus, & hoc caſu duæ ſunt contrariæ opiniones: prima eſt, quod ſubſtitutio non deficiat, 7
niſi concurrat qualitas hæreditaria, & hanc probarunt Bart. *in l. ex facto, §. vlt. in fin.* & ibi Albert. & Roſa. & Alex. *num. 8. ff. ad Trebell.* Bald. *in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legat. 1. & in l. 1. n. 1. C. de cond. inſer.* Io. de Imol. *in l. quod dicitur, col 6. verſ. circa ſecundum, ff. de verb. obl.* Lancel. Galliau. *in l. Gallus § quidam rectè, num. 22 ff. de liber. & poſthum.* Eman. Coſta *in c. ſi pater, part. 1. verb. ſi abſque liberis, num. 20. de teſtam. in 6.* Alex. *conſ. 10. nu. 9. lib. 3.* Bertrand. *conſ. 1. n. 14. lib. 2.* Ruin *conſ. 174. nu. 3. & 11. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 14. n. [?] lib. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alciat. *conſ. 1. nu 13. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione Crauet. *conſil. 131. num. 7. & ſeqq.* Odd. *conſ. 46. nu. 14. & in tract. de compend. ſubſtit. par. 6. q. 2. art. 5 n. 4.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Dur. *de art. teſtan. tit. 5. caut. 25. in fine,* Mantica *de coniect. vltim. volunt lib. 11. tit. 1. num. 9.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu. 32 in fin.* vbi teſtatur de magis communi opinione, Alex. Trent. *de ſubſt. part. 4. c. 7. nu. 62.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 315 nu. 3.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 32. n. 9.* aliquos refert pro hac opinione, licet ipſe indeciſum relinquat, ſed *art. 28. n. 53.* hoc clarius videtur voluiſſe, Ruſtic. etiam videtur in hanc ſententiam inclinare, *in l. cum auus lib. 3. ca. 2. nu. 18. verſ. alter, ff. de*

ff.de condit.& demonſtrat.& ante hos Guid. Pap. *quaſt.*
457.*in fine.*

8 Primò facit, quia conditio debet impleri in forma
ſpecifica, *l.qui hæredi, & l.Mæuius. ff.de condit.& dem.*
igitur non erit recedendum à proprietate verborum,
& ita arguit Ruin.*d.conſ* 174.*n.*11.*verſ.vel dici poteſt lib.*
2.Nec dicitur, verbum, hæredes, idem ſignificare quod
filios, vt omnes volunt, quia iſtud verum eſt ad exclu-
ſionem hæredum extraneorum, non autem vt filij, qui
ſignificarentur ex verbo, hæredibus non debeant eſſe
hæredes bonorum, vt dicebat Odd.*d.q.*5.*n.*4.*verſ.ea ra-
tione*,& Ceph *conſ.*311.*n* 49.

9 Secundò accedit, quod verbum, hæredibus, ſui na-
tura deriuatur ab hæreditate. & ſucceſſione, *l hæredis
appellatione, ff.de verb.ſignif.*& dicitur hæres, non quia
filius, ſed quia Dominus, *§.vlt.inſtit.de hæred. qualit.&
differ.*Gloſ.*in l.*1.*in princ.ff. ſi cert.petat.*Bart.*in l.Gallus,
§.etiam ſi parente, col.*2.*circa medium, ff.de liber. & poſt-
hum.*cum alijs allegatis à Ceph.*conſ.*311.*n.*47. qui pro-
pterea in ſpecie noſtra ſubdit, ſine cauſa non eſſe rece-
dendum à proprietate verborum, & ſatis eſſe ſi impro-
prietur, vt veniant filij non extranei, ſed vt minus ver-
ba improprientur quàm fieri poſſit, arg *c.cum dilectus,
extr.de conſuet.* impropriatio fiet ſic, vt filij habeant
qualitatem hæreditariam, quod etiam alijs comprobat
Peregr.*de fideicommiſſ.art.*31.*nu.*9.

10 Tertiò facit, quod hæredis nomen tripliciter ſumi-
tur. Primò pro hærede ſolo nomine, vt eſt quando fi-
lius abſtinet a patris hæreditate. Secundò pro hærede
habitu, & non actu, *vt in l.ſi fratris, C.de iur.delib.*Ter-
tiò pro hærede habitu.& actu, vt in filio, qui adiuit, &
ſe in hæreditate immiſcuit, *l.*1.*§.minorem ff.vt legat.no-
mi.caueatur.*

11 Atqui quando hæredis nomen pluribus modis capi
poteſt, debet capi in potentiori ſignificatu, & ſic de hæ-
rede habitu, & actu Gloſ *in l.*3.*§.quis ita.ff.de hæred.mi-
lit.* & ibi Bartol.& Imol. & ita hoc argumento vſus fuit
Menoch.*conſ.*958.*n.*14.*lib.*10.

12 Quartò confirmatur, quia ad feudum conceſſum pro
ſe,& hæredibus non admittuntur niſi filij. *cap.*1.*§.& ſi
clientibus, de alien.feud.*debent tamen filij eſſe hæredes,
aliàs non admitterentur ad feudum, Andr.de Iſern. *in
d.cap.......in §.quid ergo, num.*8.Alexand.*conſil.*19.*num.*
6.*lib.*5.Burſat.*conſ.*76.*num.*2.*lib.*1.Oſaſch.*dec.*23.Franc.
*dec.*1.*nu.*22.*& ſeqq.part.*1.Clar.*in §.feudum, q.*9.*verſic.
ſed quæro, an oporteat*, & Cephal.*conſil.*311.*num.*50.*lib.*
3.ergo,&c.

13 Altera eſt opinio, quod ſubſtitutus excludatur, licet
poſiti in conditione non ſint hæredes, & hanc proba-
runt Gloſ.*in l.ex facto, §.vltim.*& ibi Imol. Cuma.Paul.
Caſtr.*num.*6.Iaſ.*num.*35.Ripa *in fine*, vbi ſcribit eſſe
communem opinionem, *ff.ad Trebell.* Socin. ſen.*conſil.*
57.*column.*2.*lib.*3.Decian.*conſil.*38.*num.*4.Alciat.*conſil.*
35.*num.*7.*lib.*9.Natt.*conſil.*531.*num.*21.Pariſ *conſil.*31.
*num.*42.*conſ.*92.*num.*45.*lib.*2.*& conſ.*8.*num.*2.*lib.*2.3.
Cephal.*conſ.*311.*num.*50.*& num.*43.*& ſeqq.* dicit hanc
opinionem eſſe veram in vltimis voluntatibus, licet in
contractibus, conceſſionibus feudalibus, & emphyteu-
ticis prima opinio ſit verior, Peregrin.*conſ.*31.*num.*22.
*lib.*2.*conſ.*70 *num.*29.*lib.*3. vbi dicit hanc opinionem eſ-
ſe communem, & magis communem, & quod ita etiam
ipſe ſenſit *in tract.de fideicommiſſ.art.*32 *numer.*9.Me-
noch.*lib.*4.*præſumpt.*130.*in fine*, Petr.*de fideicommiſſ.q.*
5 *num.*179.& hanc in vna Bergomenſi probaui, *vt in
conſ.*78.

14 Rationem ponit Dec.*d.conſ.*38.*num.*5. quem alij ſe-
quuntur, præcipuè Ripa *in d.l.ex facto, §.vltim.in fine:*
nam ſi requireretur qualitas hæreditaria euerteretur
fideicommiſſum, quia filij hæredes non poſſent reuo-
care alienata per patrem, *l.ex qua perſona, ff de regul.iur.
l.cum à matre, Cod.de rei vendicat.* Cephalus *conſ.*393.
*colum.*6.*& ſeqq.* vbi de magis communi opinione De-
cian.*conſil.*55.*num.*87.*lib* 3.Menoch.*conſ.*89.*per totum.*
Surdus, *conſ.*73.*num.*34.*lib.*1. Peregrin. *de fideicommiſſ.
artic.*33 Cæſ.Barz *deciſ.Bonon.*64.& dixi *quæſt.an fidei-
commiſſarius hæres priuati poſſit alienata reuocare?* Et
quia quem de euictione tenet actio eundem agentem
repellit exceptio *l.vendicantem, ff.de euict.l.qui Romæ §.
duo fratres, ff.de verborum obligat.*cum multis authori-
tatibus allegatis a Pereg.*deciſ.*101.*verſic.licet*.

Hæc tamen ratio mihi non placet, verum enim non 15
eſt, quod filij hæredes non poſſent reuocare alienata,
quoniam facto inuentario poſſent alienata reuocare,
cum non teneantur ſtare alienationi, niſi pro ea quan-
titate, quæ ad eius manus peruenit. Bald.*in l.cum à ma-
tre, num.*12.*Cod.de rei vendicat.*& ibi Fulgoſ.*in fine*, &
alij communiter Hier.Gabr. *conſ* 125.*num.*10.*& ſeqq.
lib.*1.Burſat.*conſ.*4.*num.*31.*lib.*1.Menoch.*conſil.*89.*num.*
23.*& conſ.*125.*num.*6.*& ſeqq.*Cephal.*conſ.*292.*numero*
36.*libro* 2.Crauet.*conſ.*225.*num.*12. Handed.*conſ.*3.*nu-
mero* 53.*libro* 1 Peregrin.*de fideicommiſſ.artic.*23.*nume-
ro* 13.Pedemont.*deciſ.*178.*column.*3. Ioſeph.Ludou.*de-
ciſ.Lucen.*64.*numero* 28.*& ſeqq* Put *deciſ.*264.Caualc.
*deciſ.*36 *numero* 29.*parte prima*, vbi de communi, Cæſ.
Barz. *deciſ.Bonon.*42. cum alijs allegatis *qu.* 57.*nu.*12.

Immo ſecundum vnam opinionem hæres poſſet re- 16
uocare alienata, ſi inuentarium confecit, & ſoluere
emptori æſtimationem cum intereſſe, vt poſt alios te-
nent Socin.iun. *conſil.*112 *col.vlt. lib.*2. Menoch.*conſil.*
89.*n.*89.*lib.*1.*& conſ.*599.*num.*7. *lib.*6. Grammat. *deciſ.*
93.& Pedemont.*deciſ.*178.*col.*3. non eſt tamen tuta opi-
nio, quia communiter damnatur, vt dixi *d.q.*557.*num.*
14.Et facto inuentario, & inſtitutione in re certa vtile
poſſe eſſe fideicommiſſum, dixit etiam Peregrin.*art.*
32.*num.*35.

Præterea quando res fuiſſet prohibita alienari, hæ- 17
res poſſet contrauenire facto defuncti, Ceph.*conſ.*282.
*& conſil.*3 3.*nu.*128.*& ſeqq.* Raud.*conſil.*37.*num.*39.*&
ſeqq.lib.*2.Cæſ.Barz.*deciſ.Bonon.*64.*n.*18.*& n.*57.Gram-
mat.*deciſ.*93.Pedemont.*dec.*67.Rota Romana *in nouiſſ.
deciſ.*110.*part.*2. vbi latè de veritate, & ibi dicitur hanc
opinionem eſſe communem, alios congeſſi *d.q.*55 *.nu.*
8.*& nu.ſeq.*retuli alios pro contraria opinione, cogitan-
dum igitur erit, & ex ibi reſolutis patebit de veritate
huius rationis.

Accedit prædictis, quod ſi eſſemus in caſu, quod
hæredes poſiti in conditione dicerentur vocati ob ali-
quas coniecturas, vel quia magis placeret opinio, quod
poſiti in conditione ſint vocati, quam ego ſemper iudi-
cando tenerem, cum ſit magis conformis menti teſta-
toris, fideicommiſſum eſſet vtile in multis, vt in diſpo-
ſitiua vocatione comprobat Peregr. *deciſ.*101, & præci-
puè eſſet vtilis moriente grauato ante teſtatorem, quia
diſpoſitio non eſſet caduca, ſed gradu paterno caduca- 18
to poſiti in conditione ſuccederent in eius locum per
vulgarem, Hieron.Gabr.*conſil.*113.*column.*3.*&* 4 *lib.*1.
Menoch.*conſil.*325.*dubio quinto* Peregr.*conſil.*154.*lib.*4.
*conſil.*150.*num.*8.*lib.*5 *in tract. de fideicommiſſ. artic.*28.
*num.*15.Theſ.*deciſ.*60.*nu.*2.& circa hanc rationem vide
etiam quæ dicam *quæſt.*339.*an hæredum appellatione ve-
niant hæredes ſanguinis, vel bonorum, n.*.

Prima tamen opinio reciperet duas declarationes. 19
Prima eſt, quando teſtator in illa parte teſtamenti vo-
caſſet filios, vel liberos ſimpliciter, quia & in alia par-
te vbi de hæredibus mentionem fecit, intelligeretur
ſenſiſſe de filijs abſque qualitate hæreditaria, ita in
ſpecie ſcripſerunt Paul.Caſtr.*d.conſil.*411.*num.*4 *dubio
tertio, lib.*1.Crauet *conſ.*151.*nu.*7.*verſic.ſed idem Paulus*,
ſequi-

ligitize

ſequitur Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib. 3. ca. 2. n. 9. ff. de cond.*
20 *& demonſtrat.* Ratio eſt, quia vna pars teſtamenti aliam declarat, *l. verum, ff. de petit. hered.* Dec. *reſp. 89. num. 10. lib. 3.* Præt. *de interpret. vltim. vol. fol. 146 num. 39 & ſeq. & num. 70. & ſeq.* cum alijs multis ad hoc allegatis à Peregr. *de fideicomm. art. 16. nu. 108*, vbi dicit quod ver-
21 bum æquiuocum declaratur ex his, quibus teſtator dixit in eodem teſtamento capiendo illud verbum vno, vel alio modo, & plures allegat, vt apud eum.

22 Declaratur ſecundò non procedere, quando dictum fuit, ſi ſine hæredibus maſculis; quia tunc ſufficit filiatio abſq; qualitate hæreditaria, vt poſt alios dixit Ruſtic. *d. lib. 3. ca. 2. num. 10.* Sed aduerte, quia allegati à Ruſtic. dicunt appellatione hæredum maſculorum venire ſolum deſcendentes, non autem probant hanc declarationem, quod ſcilicet non requiratur in eis qualitas hæreditaria.

23 Tertius caſus eſt, quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſine liberis, & tunc deficit conditio, licet filij non ſint hæredes, *l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legat. 1.* & ibi Bart. Paul. Caſtr. *in l. cum auus, n. 2. ff. de condit. & demonſtr.* Iaſ. *in l. precib. num. 6. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Ripa *in l. ex facto, §. vlt. n. 19. ff. ad Trebell.* Ceph. *in l. Centurio, nu. 236. 879. & 880 ff. de vulg.* Anan. *conſil. 22. num. 3.* Paul. Caſtr. *conſ. 14. num. 1. in fin. lib. 1.* Calcan. *conſ. 69. n. 5.* Corneus *conſ. 91. col. 2. lib. 1. & conſ. 102. col. 4. lib. 3.* Bertrand. *conſ. 1. nu. 114. lib. 2.* Soc. ſen. *conſ. 182. col. 1. lib. 2.* Ruin. *conſ. 81. nu. 15. lib. 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem Alciat. *conſ. 564. in princip.* Crauet. *conſ. 61. n. 2.* Odd. *de compend. ſubſtit. part. 6. q. 2. art. 5. nu. 6.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, *& tit. 1. nu. 9.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 31 n. 1.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem Alexand. Trent. *de ſubſtit. par. 4. ca. 7. n. 64.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 59.* Menoch. *lib. 4. præſump. 89. nu. 104. verſ. & hinc intelligimus*, Peregr. *de fideicommiſſ. art. 28. n. 52*, vbi multos refert, & teſtatur de communi opinione, Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 3. cap. 2. n. 20. & ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.* Franc. *dec. 91. n. 18. part. 1. alias in dec. Rotæ Rom. par. 4. in nouiſſ.*

24 Limitatur primò iſte caſus, quando filij ab inteſtato non ſunt ſucceſſibiles, quoniam tunc ſubſtitutio non deficiet, Bart. *in l. filiusfamilias, §. cum quis, n. 2. ff. de leg. 1.* Soc. ſen. *in l. cum auus, n. 95. 100. & ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.* Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 42. ff. ad Trebell.* Alex. *conſ. 167. n. 5. lib. 5.* Ruin. *conſ. 155. n. 4. lib. 2. & conſ. 67. n. 11. lib. 3.* Menoch. *conſ. 348. n. 11.* Rota Romana *in nouiſſ. dec. 247. n. 4. par. 1.*

25 Limitatur ſecundò, quando filij poſiti in conditione vellent ſuccedere, ſed non poſſent, vt quia ſint banniti, deportati, religioſi, & exhæredati, vel præteriti, de quibus dicam in ſequentibus quæſt. vbi particulariter de omnibus agetur.

26 Limitatur tertiò in conditione tacita à lege ſubintellecta, quia filij ſic ſubintellecti ſubſtitutum non excluderent, niſi eſſent hæredes, Alber. *in l. generaliter, § cum autem, num. 2. verſ. alij dicunt, C. de inſtit. & ſubſtit.* Cuman. *in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de lega. primo*, Alex. *in l. Centurio, num. 60.* & ibi Cuman. *num. 2.* Iaſ. *num. 22.* Soc. ſen. *nu. 16. & ſeq.* Galliau. *n. 29.* & Cephal. *n. 236. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Iaſ. *in l. precibus, num. 6* & ibi Dec. *nu. 11. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* Cuman. *in l. cum auus*, & ibi Soc. ſen. *nu. 65. ff. de condit. & demonſtr.* Claud. Seiſſel. *in l. ex facto, §. vlt. n. 6. ff. ad Trebell.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, nu. 853. & ſequenti. ff. ad Trebell.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & videndus etiam erit, *num. 1182.* Eman. Coſta. *in §. poſthumus, n. 15. inſtitut. de legat.* Rub. *in l. Titia Seio, §. Imperator, n. 252. ff. de leg. 2.* Hieron. Ver. *in l. ex facto, nu. 59. ff. de vulgar.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit liberos, nu. 137. C. de reuocand. donat.* & ibi Ripa *n. 57.* Ruin. *conſil. 67. n. 12. conſ. 166. n. 8. conſ. 140. num. 14. in fine, lib. 2. & conſ. 121. n. 5. lib. 3.* Bero. *conſ. 112. n. 24. lib. 2.* Hiero. Gabr. *conſ. 97. n. 22. lib. 1.* Menoch. *conſ. 95. n. 97. conſil. 348. n. 13. & li. 4. præſumpt. 89. num. 104. verſ. & hinc intelligimus*, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. nu. 23.* Peregr. *de fideic. art. 28. n. 56.* vbi teſtatur de communi opinione, & *art. 32. n. 39.* Ruſtic. *in l. cum auus, li. 3. c. 2. n. 25. vſq. ad finem, ff de condit. & demonſtrat.*

Contrariam ſententiam probarunt Din. *in l. ex facto, §. vlt. ff. ad Trebell.* Petr. de Bellapert. *in l. generaliter, §. cum autem Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* Alexandr. *in leg. Titia Seio, § Imperator, col. penult. ff. de leg. 2.* Paul. Caſtr. *in l. cum auus, ff. de cond. & demonſtr.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur, num. 20. & ſequenti, extr. de teſtam.* Socin. ſen. *conſil. 182. li. 2.* Port. *conſ. 96. ante num. 9.* Sed à prima opinione magis communi conſulendo, & iudicando recedendum non eſſet. 27

QVÆSTIO CCCCXXII.

Vtrum filij exhæredati, vel præteriti, in caſibus quando præteritio habetur pro exhæredatione, faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit?

DVBITATIO alia inſurgit, an conditiò, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit deficiat, ſi extant filij exhæredati, vel præteriti, in caſibus in quibus præteritio habetur pro exhæredatione? in hac difficultate tres ſunt opiniones.

Prima eſt opinio, quod conditio deficiat fideicommiſſi, & hanc probarunt Gloſ. *in l. filiusfam. §. cum quis, ff. de legat. 1.* & ibi Doct. Albert. *in l. 1. in fin. Cod. de condit. inſert.* Ruin. *conſ. 81. n. 15. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, Roman. *ſing. 438. nu. 6.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. nu. 14. & ſeqq.* Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 32. nu. 3.* Alex. Trent. *de ſubſtit. part. 4. ca. 7. nu. 67.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. art. 3. quæſt. 59. nu 8.* Soc. ſen. *conſ. 182. col. 2. circa medium, verſ. & licet. lib. 2.* Imol. *in l. Lucius, nu. 2. 3. ff. de hæred. inſtit.* Capra *conſ. 18. nu. 14.* Paul. Caſtr. *conſil. 14. ſi contingat, n. 1. in fin. libro 1.* Crauet. *conſil. 62. nu. 2.* Socin. iun. *conſil. 42. nu. 28. lib. 1. & conſ. 158. num. 24. lib. 2.* Ruin. *conſ. 87. nu. 6. lib. 2.* vbi de communi opinione, *& conſil. 126. nu. 11. lib. 3.* Alciat. *conſ. 56. nu. 3. lib. 9.* Rub. Alex. *in l. pater filium, nu. 31. ff. de inoffic. teſtam.* & eſſe magis communem opinionem ait Odd. *de compend. ſubſtit. part. 6. art. 5. concl. 5.* Bertrand. *conſ. 1. num. 114. lib. 2.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, num. 933. ff. ad Trebell.* Alciat. *in l. Gallus §. quidam rectè, in prima lectura, nu. 88. ff. de liber. & poſthum.* Ruſtic. qui alios addit *in l. cum auus, libro 3. c. 2. nu. 24. ff. de condit. & demonſtr.* Probatur iſta opinio per text. *in d. §. cum quis rogatus*, in ſui generalitate, illa enim conditio, ſi ſine filijs, vel liberis merum factum continet, *l. qui heredi, in princip. & l. Mæuius, D. de condit. & demonſtrat.* ideo attenditur ſolum an grauatus deceſſerit cum liberis, non autem debet attendi miniſterium iuris, an ſcilicet poſſit ſuccedere, vt declarant Alciat. *in dicto §. quidam rectè, n. 88.* Intrigl. & alij citati, & præcipuè Mantica *d. titul. 6. num. 15. verſic. verum his obiectis.*

Altera eſt opinio contraria præcedenti, quod immo ſubſtitutio non deficiat, & hanc tenent Gloſ. *in l. ex facto, §. vltimo, ff. ad Trebell.* & ibi Alexandr. *num. 8.* Cin. *in l. 1. C. de condit. inſert.* & ibi Paul. Caſtrenſ. *nu. 7.* Bart. *in l. filius-*

filius familias,§.cum quis rogatus, ff.de leg.1. & ibi Bald. Rub. Alex.*in l.pater filium, num.31.ff.de inoffic.teſtam.* Bert.*conſ.1.n.114.lib.2.*Capr.*conſ.18.n.18* Soc.iun.*conſil.158.n.24.lib.2.*Alc.*conſ.164.in princ.*

3 Adducitur primo pro hac opinione *l.1.C.de condit. inſert.ibi hæredem inſtituerit*. Sed reſpondetur ex ſententia Gloſ.quam alij communiter loquuntur, quod in illo textu debet ſubaudiri verbum, maximè, aliàs de directo ille textus eſſet contrarius textui, *in d.§.ſi quis rogatus*. Reſpondet ſecundò Odd.*loco citato*, quod ibi dubitabatur tam de gradu, quàm de ſexu, non autem dubitabatur de hæredis inſtitutionem, vel exhæredatione ponderando verba ibi, *Niſi aliàs fuiſſet voluntas defuncti probabitur*, quę verba non conueniunt, ſi verſaretur dubium circa inſtitutionem, vel exhæredationé. Immo ſi ibi fuiſſet quæſitum de inſtitutione, vel exhæredatione, caſus eſſet de indubitabili, & debuiſſet negatiuè, non affirmatiuè concipi, hoc modo, hæredem non inſtituerit, conſideratis maximè verbis rubricę, ſub qua illa text.eſt poſitus, prout interpretari debet text. iuxta *l.Imperatores,ff.de in diem adiect.*

Secundò allegatur *l.1.§.ſi patruus, ff.de coniung.cum emanc.liber.* vbi exhæredatus pro mortuo habetur. Ad hunc tamen text. multipliciter reſpondent Doctores, præcipuè Imol.Cuman.Ruin.Manc.& Ruſtic.*locis relatis* pro prima opinione.

Tertiò facit ratio, quod liberi poſiti in conditione ſunt in cauſa, vt excludatur ſubſtitutus, & hoc fauore ipſorum liberorum, ceſſante igitur eorum fauore, quia ſuccedere non poſſunt, ſubſtitutus erit admittendus, *capit.cum ceſſante.extra de appellat.l.adigere,§.quamuis, ff.de iur.patron* Reſpondetur, quod defectus conditionis excludit ſubſtitutum, non autem fauor liberorum, & ideo fruſtrà quæritur an ſuccedant, cum ſufficiat eos exiſtere, & ita reſpondet Bartol.*in d.§.ſi quis rogatus, num.2.*ſequuntur Rip.*in l.ex facto,§.ex facto, nu.19.verſ.& ſi dixeris,ff.ad Trebell.* Alciat.*d.conſ.56.nu.3.lib.9.* & Mant.*de coniect. vltim.volunt.lib.11.tit.6.num.15.verſ. ſecundò reſpondetur.*

4 Tertia eſt opinio, quæ præcedentes conciliat diſtinctione: Aut grauatus exhęredauit filios, & vocauit extraneos ſucceſſores filiorum, & procedat ſecunda opinio; Aut vocauit legitimos ſucceſſores filiorum, & procedat prima opinio, ita Odd.*d.art.in fin. verſ.quid dicendum.*Alex.Trent.*de ſubſtit.part.4.ca.7.nu.68.*Intrigl. *d.quæſt.59.nu.11.* & cum his videtur tranſire Ruſtic.*in d.l.cum auus,li.3.c.2.n.28.ff.de condit.& demonſtr.*

Ego autem in hoc articulo teneo primam opinionem indiſtinctè, cum & ſemper ſenſerim veriorem eſſe opinionem, quod poſiti in conditione cenſentur vocati, vt ſuo loco dicam, quod ſi ſint vocati, exhæredatio, vel præteritio eis nocere non debet, cum iſti habeant bona à teſtatore, qui eos poſuit in conditione, non autem à parentibus exhæredantibus, vel prætereuntibus, quod ſenſit & Odd.*d.art.5.in fin.*& hoc fortius procederet, quando extant coniecturæ vocationis.

QVÆSTIO CCCCXXIII.

Vtrum banniti filij faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit?

1 QVæto, an banniti filij excludant ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, & ſubſtitutum non excludi poſt alios relatos ſcribunt Odd.*de compend ſubſtitut. part.6.qu.2.art.5.nu.8.*vbi de communi opinione teſtatur Craſſ.*in §.fideicommiſſ quæſt.32. num.3.* vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, Alexand. Trent.*de ſubſtit.parte 4.c.7.num.66.* vbi aſſerit eſſe communem ſententiam. Intrigl.*de ſubſtit.cent.3.qu.59.nu.4.*Gallus *de except.ſucceſſ.tit.4 except.27.nu.260.parte ſecunda.* Ruſtic.*in l.cum auus,li.3.cap.2.nu.21.& ſeqq.*& latiùs *lib.5. c.11.ff.de cond.& demonſtr.*

Contra tamen tenuit Peregrin.*de iur.fiſc.lib.3.tit.7. num.22.* 2

Ampliatur, vt ſtatim ſubſtitutus admittatur non expectata morte filij banniti, Soc.ſen.*in l.cum auus, num. 104.ff de condit.& demonſtr.*Odd. *de compend ſubſtitut. part.6.q.2 art.5.n.8.in fin.*Craſſ.*in §.fideicommiſſum, qu. 32.n.3.*Intrigl.*de ſubſtit.centur.tertia q.59.n.5.*

Limitatur tamen hæc concluſio in bannitis noſtri temporis, nam hi faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, & ſubſtitutum excludunt. Oddus *d.art.5.n.8. verſ.intellige*, Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.6.in fine*, Craſſ.*d.q.32.n.3.verſ.& nota*, Intrigl.*d.q.59.nu.6.* 3

De hoc tamen articulo latius videndus erit Ruſtic. *d.lib.5.c.11.* & aliqua etiam ſcribit Gallus *de except.ſucceſſ.tit.4.excep.1.n.30.& ſeqq.part.1.*

Et filij ſic poſiti in conditione, quando eſſent diſpoſitiuè vocati caperent ipſi, Peregr.*de iur fiſc.libro 3.c.7. num.22.* 4

QVAESTIO CCCCXXIV.

Vtrum filij nati ex grauato bannito, vel deportato poſt bannum, vel deportationem faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit?

QVAERO, inſtitutus fuit grauatus ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit, iſte fuit deportatus, vel bannitus, & poſt bannum, vel deportationem nati ſunt filij, an hi faciant deficere conditionem fideicommiſſi? Et affirmatiuam ſententiam tenent Bart.*in l.ex facto, nu.5.ff.ad Trebell.* & ibi Alex.*n.5.*& Ripa *n.13.& 17.*Soc.ſen.*in l.cū auus, n.107.ff.de condit.& demonſtr.*Ceph.*conſ.395. num.17.* Roder-Suar.*allegat.27.nu.19.*Hier.Gigas *conſ.104.col. 3.* Mantic.*de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.15.nu.27.* Petr. *de fideicomm.q.3.n.19.& ſeqq.*vbi dicit eſſe communem opinionem, *& quæſt.11.num.612.& ſeqq.*vbi patet per Senatum Mediolani ita fuiſſe iudicatum, Pereg.*de iur. fiſc.lib.3.tit.6.in fin.& tit.77.num.22.* Gallus *de except. ſucceſſ.tit.4.except.27.nu.262.part.2.* Caualc.*dec.1.num. 45.par.3.* Et cum caſus contigiſſet ſuper fideicommiſſo D. Tonini de Bornato ob mortem D. Phœbi banniti cum confiſcatione bonorum recuſaui conſulere pro agnatis ſubſtitutis, cum extaret filius D. Phœbi banniti concepti, & nati poſt bannum. 1

Contrarium in filijs deportati, & banniti in caſibus, in quibus bannitus deportato, vel relegato æquiparatur, poſt alios ſcribunt, Surd *conſil.90.libro 1.*Honded. *conſ.67.num.18.& ſeqq.lib.1.*Ruſtic.*in l.cum auus, lib.3. c.8.ff.de condit.& demonſtr.*vbi plenius de hoc, ſed relati pro prima opinione loquuntur etiam de filijs banniti cum confiſcatione bonorum, qui ex forma ſtatuti poteſt impunè offendi, de quo articulo autem an tales banniti æquiparentur deportatis, vide Ruſtic.*in l.cum auus.lib.5.cap.11.ff.de condit.& demonſtr.*Peregr.*de iure fiſc.tit.de bannitis.* 2

Declaratur tamen hæc quæſtio, vt ſi bannitus poſtea reſtituatur ad ciuitatem & libertatem, quod filij facient deficere conditionem, ſecus ſi ſolum fiat reſtitutio ad libertatem, Surd.*conſ.90.nu.44.lib.1.*& videatur etiam Pereg.*loco ſupra citato*, vbi de hoc agit. 3

Declaratur plenius etiam hic articulus à Peregrin.*in tract.de iur.fiſc.lib.3.tit.6.nu.5.*

Sed

4 Sed quid in nato poſt reſtitutionem, videndus erit Honded *d.conſ.67.num.24.lib.1.* vbi dicit non deficere conditionem, Surd. idem tenet niſi bannitus reſtitutus ſit ad ciuilitatem, & videatur etiam Peregr. *de iur. fiſc. lib.3.tit.6.ante finem.*

5 Quando autem filij ſunt diſpoſitiuè vocati, admittuntur, licet ſint nati ex patre bannito, vel deportato, Peregr. *de iur fiſc.lib.3.tit.6.n.5.& ſeqq.& tit.7.num.22.* Petra *de fideicomm.q.11.num.612.& ſeqq.* Hieron. Gab. *conſ.123.n.36.lib.1.*& ego idem cenſui ſuper fideicommiſſo D. Tonini Bornati, & dixi *ſupra,& qu.318.in fine.*

QVÆSTIO CCCCXXV.

Deportati an faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs deceſſerit?

1 QVæro, an deportati faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs deceſſerit? Et pro negatiua tenet Bart. *in l filiusfam. §.cum quis, nu.2.ff.de legat.* Mant. *de coniect. vlt.vol.li.11.tit.8.nu.27.* alios refert & ſequitur Ruſtic. *in l.cum auus, lib.5.c.8.nu.18.& ſeqq.ff.de condit.& demonſtr.*

Et in tacita conditione vt non deficiat, tradunt Soc. ſen. *in l.cum auus, n.105.ff.de condit.& demonſtr.* vbi teſtatur de communi, Hieron. Gigas *conſ.104.col.3.* Roder. Suar. *alleg.27.nu.9.* Ant. Gab. *de fideic.concl.2.nu.75.* Menoc. *lib.*.. *præſump.89.n.106.* Intrig. *de ſubſtit.cent.3. q.51.n.25.* Cauaic. *dec.77.n.45.verſ 9.par.3.*

QVAESTIO CCCCXXVI.

1 QVæro, an damnati in metallum faciant deficere conditionem fideicommiſſi? Et pro negatiua ſcribit poſt alios Ruſtic. *in l.cum auus, lib.5.ca.9.ff. de condit.& demonſtr.*

QVAESTIO CCCCXXVII.

1 QVæro, an excommunicati faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs? Et de hoc articulo videndus erit Ruſt. *in l.cum auus, lib.5.c.12.ff.de condit.& demonſtr.*

Sed quid de hæreticis, videatur idem Ruſtic, *d.lib.5. cap.13.*

SVMMARIVM.

1 *Filij ingreſſi religionem incapacem bonorũ non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs deceſſerit, contra n.6. Ampl.& Decl.n.7.& ſeqq.*
2 *Monachus mortuo eſt ſimilis.*
3 *Mors ciuilis, & naturalis quo ad ſucceſſionem æquiparantur, decl.ſub num.6.*
4 *Monachi ſunt incapaces ſucceſſionum.*
5 *Mors naturalis & ciuilis non æquiparantur in conditionibus implendis.*
7 *Filij poſiti in conditione ſi monaſterium incapax bonorum ſunt ingreſſi ſubſtitutus ſtatim admittitur non expectata eorum morte naturali, contra n.9.dec.n.10.*
11 *Filij ingreſſi monaſterium capax bonorum faciũt deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, Ampl.nu.ſeqq.*

QVÆSTIO CCCCXXVIII.

Vtrum filij ingreſſi religionem faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine liberis?

COntingit aliquando etiam grauatos fideicommiſſo ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, tempore mortis habere filios, ſeu fuiſſe religionem ingreſſos; vnde oritur dubium, an ſubſtitutus admitti poſſit, an verò ſubſtitutionis conditio defecerit? In qua difficultate duos conſtituo caſus.

1 Primus eſt, quando religio eſt incapax bonorum in vniuerſum, & in particulari, & tunc non deficere ſubſtitutionem ſcribunt Ba... *in l filiusfamilias, §.cum quis, in fine, ff.de legat.1.* So... ſen. *in l.cum auus, num.95.ff.de condit.& demonſtr.* Alex. *conſ.13.nu.7.lib.5.* Rum. *conſil. 117.num.17.lib.2.* Craue. *conſil.283.in fin.* Menoch. *conſil.348.num.12.* Surd. *557.num.9.& ſeqq.libro 4.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt.lib.11.tit.8.num.28.* Craſs. *in §. fideicommiſſum, qu.3.num.3.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Alexand. T... ent. *de ſubſtit.part.4.ca.7.num. 66.* vbi de communi opinione teſtatur, Intrigl. *de ſubſtit. cent.3.qu.59.num.4.* Gallus *de except.ſucceſſ.tit.4.except. 27.num.163.& ſeq.par.2.* Ruſtic. *in l.cum auus, lib.5.c.2. num.21.ff.de condit.& demonſtrat.* Boer. *dec.154.circa finem,* in quibus locis alij eiuſdem opinionis referuntur.

2 Ratio eſt, quia profeſſus in religione mortuo eſt ſimilis, *l. Deo nobis, C.de Epiſc.& Cler. l.interdicit, ff.de condit. & demonſtrat.cap.placuit, 16.qu.1.cap.nullus, 2.quæſt.3.*

3 Atqui quo ad ſucceſſionem æquiparantur mors naturalis, & ciuilis, *l.1.§.ſi pater, C.de coniungend.cum emancip. liber.* ergo ſicuti filij mortui non excludunt ſubſtitutum, vt ſupra fuit dictum, pariter hoc religionem ingreſſi excludere poterunt; tales enim filij ſunt incapaces, & inhabiles ad ſuccedendum, *clem.exiui de Paradiſo, §. cupientes, de verb.ſignific.& cap.exiji, quæ feminas, §.porrò, ext.eod.*

4 Et in tacita conditione à lege ſubintellecta, idem tenuerunt Bald. *in l.cum acutiſſimi, C.de fideicom.* Cuman. *in l filiusfamilias, §.cum quis, ff.de leg.primo,* Caccialup.

5 *in l.generaliter, §.cum autem q.7.C.de inſtit.& ſubſtitut.* Soc. ſen. *in d.l.cum auus, nu.99.& ſeqq.ff.de condit.& demonſtr.* Menoch. *conſ.348.n.12.& 13.& lib.4 præſumpt. 89.n.109.* Intrig. *de ſubſtit.cent.3.q.51.nu.18.*

6 Contrarium tamen in conditione expreſſa tenent multi volentes conditionem fideicommiſſi deficere, licet filij ſint religionem incapacem ingreſſi, ita Calcan. *conſ.69.n.5.* Alciat. *conſil.364.in princip.* Decian. qui alios refert *conſil.31.nu.21.verſ.6.opponitur, lib.5.* vbi dicit primam opinionem communiter reprobari, Odd. *de comp.ſubſtit.par.*. *q.2.art.5.num.8.* vbi tamen fatetur primam opinionem communiter recipi: Cuius ſententiæ ratio illa eſt, quia verba naturaliter aſſumi debent, & iuxta potentiam naturalem, non autem ciuiliter, & ſecundum finem ſuccedendi, ita vt conditio pro forma ſit appoſita, ſicuti idem habetur *in l cohæredi, §. cum filie, ff.de vulg.* prout ita in ſpecie arguit, Odd. *loco citato,* addo, quod in conditionibus implendis mors ciuilis non æquiparatur morti naturali, vt latè per à Coſt. *in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, part.2.circa principium, ff.de liber.& poſthum.* Vaſqu. *de ſucceſſ. creat.lib.3. §.21.nu.171.circa finem,* & conditiones impleri debent in forma ſpecifica, *dict.l.qui hæredi.& l.Mænius, ff.de condit.et demonſtr.*& videndus etiam Vaſqu. *loco citato, num.172.* vbi probat mortem naturalem non æquiparari morti ciuili, de quo articulo alibi & nos dicemus. Exiſtimo non eſſe recedendum à prima opinione communiter recepta, & ad rationem Odd. in contrarium conſideratam ſatisfacit Ruſtic. *d.li.5.ca.2.n.21.et ſeqq.*

Ampliatur communis opinio, vt ſubſtitutus ſtatim admittatur non expectata morte naturali filij religioſi, Socin. ſen. *in l cum auus, nu.105.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Odd. *de compend. part.6.q.2.art.5.num. 8.verſic.retenta,* Craſs. *in § fideicommiſſum, q.32.num.3.* 7

verſ.

verſ.& nota, Intrigl. de ſubſt. cent. 3. q. 59. n. 5. Et hoc procedit illa ratione, quia quo ad effectum bonorum mors ciuilis ob ingreſſum religionis æquiparatur morti naturali, Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 5. n. 22. & ſeq.

8 Et in tacita cōditione idem, & fortius erit dicendum cum Bart. in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 2. Ang. in l. ex facto, §. ex facto. ff. ad Trebell. Soc. ſen. in dict. l. cum anus, num. 107. Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 18. ff. de liber. & poſthum. Dec. in cap. in præſentia, nu. 74. extr. de probat. & conſil. 429. Alex. conſ. 13. col. 2. lib. 3. Pariſ. conſil. 65. dub. 1. lib. 2. Rolan. à Valle conſ. 97. num. 41. lib. 2. Pancir. conſ. 114. Honded. conſ. 62. nu. 18. 19. & 37. lib. 1. Corbul. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil. num. 1. fol. 23. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 8. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. n. 109. Peregr. de fideicom. art. 28. num. 63. vbi teſtatur de magis communi opinione, Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 51. nu. 19.

9 Contrariam opinionem, vt mors naturalis ſit expectanda, tenent Salic. in l. 1. col. 4. C. de hered. inſtit. Imol. in l. cum pater, §. hereditatem. ff. de leg. 2. Alex. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Treb. Ripa in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 42. Felinus in cap. vndique, extra de offi. delegati. Et probari poteſt ex his, quæ ſcribit Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 21. n. 171. & ſeq. dū vult per ingreſsū grauati in monaſteriū nō eſſe locū ſubſtitutioni in casū mortis, licet monaſteriū eſſet incapax, de quo articulo in ſeq. agemus.

10 Porrò retenta opinione, quod ſubſtitutus ſtatim admittatur, hoc intelligendū eſt reſpectu bonorū poſſeſſorū tempore ingreſſus, non autē reſpectu bonorū alienatorū, nā naturalis mors expectanda eſſet, vt declarat Intrigl. loco citato, ibi allegat. Bald. & Peregr. Sed iſti loquuntur in alijs terminis, hoc eſt cum quis eſt grauatus cū deceſſerit, & ille ingreditur monaſteriū, & dicunt caſum fideicōmiſſi eueniſſe quo ad bona poſſeſſa à grauato, quo verò ad alienata nō, niſi tempore mortis naturalis; & iſti termini nō conueniunt noſtrę quęſtioni, immo ipſe Intrigl. ſe confundit dum vtitur his verbis; nā eorū reſpectu fideicommiſſarius habebit neceſſe expectare mortem naturalem ipſius ingreſſi grauati, & ſic intelligit de ipſo grauato ingreſſo religionem, non autem de filijs grauati, qui ſint facti religioſi. Hanc tamen declarationem ſequitur Decian. conſ. 31. n. 23. lib. 5.

11 Secundus eſt caſus, quando monaſterium eſt capax bonorum; & tunc deficit ſubſtitutio, l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum. C. de Epiſcop. & cleric. §. ſed & hoc præſenti, C. de Sanctiſſ. Epiſcop. & ita volunt omnes allegati ſupra nu. 1. & his addo Peregr. conſ. 47. nu. 4. & n. 20. lib. 1. Decian. conſ. 82. lib. 4. & conſ. 31. lib. 5. Surd. conſ. 557. n. 9. & ſeqq. libr. 4. Gallus de excepſ. ſucceſſ. tit. 4. except. 17. num. 264. part. 2.

12 Et in tacita conditione idem tenent, Bald. in l. cum acutiſſimi, col. vlt. C. de fideicom. Caccial. in l. generaliter, §. cum autem, q. 7. C. de inſtit. & ſubſtit. Soc. ſen. in l. cum anus, col. 72. ff. de condit. & demonſtr. Anton. Gab. de fideicom. concl. 2. n. 77. & ſeq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. nu. 109. in fi. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. qu. 51. n. 21.

13 Ampliatur primò, & ſi filius non poſſet ſuccedere, vt quia eſſet exhæredatus à patre, nam eius exiſtentia excludet ſubſtitutum, Surd. conſ. 557. in fin. lib. 4. & videnda erunt dicta ſupra quæſt. ab hac quarta, an filij exhæredati, vel præteriti faciant deficere conditionem fideicommiſſi, ſi deceſſerit ſine filijs?

14 Ampliatur ſecundò etiam in fideicōmiſſo conſtituto pro conſeruādis bonis in agnatione, Decian. conſ. 82. nu. 6. ad medium, lib. 4. vbi dicit ſine dubio admittendum eſſe monachū in vita, & poſtea ſubſtitutos, quando ſumus in fideicommiſſo ſucceſſiuo; hanc etiā opinionem ad ſubſtituti excluſionem latè defendit, conſ. 31. lib. 5.

15 Contrariam tamen opinionem probauit Pariſ. conſil. 22. nu. 9. & ſeqq. lib. 3. & videnda erunt, quæ dicemus, q. ſeq. num. 34. & num....

Sed quid ſi monachus diſpoſuit de bonis ad beneficium alterius quam monaſterij, & ſumus in caſu, quod ſubſtitutus poſt mortem monachi ſit admittendus, an poterit ſubſtitutus auocare bona ab his, in quo monachus fecit diſpoſitionem? & non poſſe ſcribit Decian. conſ. 31. num. 22. & ſeqq. lib. 5. 16

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi fiat grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit ſubſtitutus excluditur, contra num. 2. declar. num. ſeqq.*

8 *Monaſterium ſi ingrediatur is, qui grauatus eſt ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis ſubſtitutus excludetur à monaſterio, ampliatur & declaratur per totam quæſtionem.*

14 *Monaſterium in quo grauatus ingreſſus eſt excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis, &c. quamuis monachus apoſtataret.*

17 *Grauato ſub conditione, ſi ſine liberis, ingreſſo in monaſterium ſubſtitutus non excludetur, ſi grauatus ante ingreſſum diſpenſauit bona in pios vſus, contra numero 16.*

18 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis, ſi teſtator expreſſè ita diſponat, contra num. 19.*

20 *Conditio impediens diuinum cultum reijcitur.*

21 *Conditio impeditiua matrimonij temporalis reijcitur.*

22 *Argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt.*

23 *Legatum puellæ factum de mille ſi nupſerit, & de centum ſi monaſterium ingrediatur, puella ingreſſa religionem debetur in mille, non in centum tantum, contra num. 26.*

24 *Argumento à ſtatuto ad teſtamentum eſt validum.*

25 *Statutum quod ingreſſus religionem non ſuccedat non valet.*

27 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore procreatis, vel de legitimo matrimonio natis, contra n. 32.*

28 *Monaſterium loco filij habetur, contra num. 30. declar. num. 29.*

31 *Voluntas teſtatoris vt ſeruetur à proprietate verborum receditur.*

33 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine veris filijs.*

34 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, non ſecundum iuris interpretationem.*

35 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, contra n. 36.*

38 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis maſculis.*

41 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quando pia cauſa in parte hereditatis eſſet ſubſtituta.*

42 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quando in caſu ingreſſus monaſterij grauato aliquid eſſet relictum.*

43 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, & religionem non ingredietur.*

44 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis, quando grauatus erat clericus teſtamenti tempore, vel erat religionem ingreſ-*

ſut, contra numero 45. declar. numero 46.

47 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum, quando heres grauatus purè, vel in diem monaſterium ingreditur.*

48 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quando ſubſtitutus eſt filius teſtatoris contra n. 49.*

50 *Amor paternus eſt maximus, à naturaque ipſa procedens.*

52 *Pater præſumitur diligere magis filium, quam monaſterium.*

52 *Filij dicuntur debita bona paterna.*

54 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum de familia, vt bona conſeruentur in agnatione.*

55 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quando ſubſtitutus tenetur aſſumere nomen, & inſignia familiæ teſtatoris.*

56 *Monaſterium in quod eſt ingreſſus non excludet piam cauſam ſubſtitutam, ſi grauatus decedat ſine filijs. Ampl. & Decl. nu. ſeqq.*

61 *Monaſterium incapax bonorum in communi & particulari non excludet ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, contra num. 62. declar. num. 63.*

64 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quando ipſum monaſterium non ſuccederet, vt quia repudiaſſet. contra num. 65.*

66 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quando grauatus ante ingreſſum inſtituit extraneum, non monaſterium,*

69 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis. quando Monachus intra annum probationis deceſſit.*

70 *Monaſterium inſtitutum à grauato ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit non excludit ſubſtitutum, quando grauatus non eſt ingreſſus monaſterium.*

71 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis. quando grauatus eſt ingreſſus monaſterium, vt pœnitentiam ageret, non vt religionem profiteretur.*

72 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum. quando grauatus ingreſſus fuit ſuaſionibus, & blanditijs Prælati.*

73 *Monaſterium non excludet ſubſtitutum, quando grauatus illud ingreſſus fuit vt fraudaret ſubſtitutum, contra num. 74.*

75 *Monaſterium quis dicitur ingreſſus in fraudem ſubſtituti, quando pluries dixit in odium ſubſtitutus velle ingredi monaſterium.*

76 *Monaſterium quis dicitur ingreſſus in fraudem ſubſtituti, quando in mortis articulo ingreditur, contra numer. 78.*

77 *Filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium in mortis articulo contractum contra nu. 79.*

80 *Monaſterium in fraudem ſubſtituti quis dicitur ingredi, quando in ſenectute ingreditur.*

81 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit quando extat ſtatutum, quod verba teſtamentorum ad literam intelligantur.*

82 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando extat ſtatutum quod monaſterium, & illud ingreſſi non ſuccedant.*

83 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſtante conſuetudine, quod ingreſſi religionem ab inteſtato non ſuccedant.*

85 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando conditio ſi ſine liberis reſpicit teſtatorem.*

86 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando grauatus antè filios habuiſſet, & poſt ingreditur monaſterium vxore mortua.*

87 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando contentauit quod ſubſtitutus haberet bona.*

88 *Monaſterium nõ excludit ſubſtitutum, quando in ſententia, & laudo dictum fuit, quod moriente aliquo ſine filijs, alter ſuccedat, & is ingreſſus ſit religionem.*

89 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando grauatus illud ingrediens eſt grauatus ſub alia conditione quàm liberorum, vel nuptiarum.*

90 *Donatio ſi ſit facta ſub conditione, ſi donans deceſſerit ſine liberis, an ſi monaſterium ingrediatur donatio locum habeat.*

QVÆSTIO CCCCXXIX.

Grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi fiat clericus, vel monaſterium ingrediatur, an eccleſia excludat ſubſtitutum?

IN præcedenti diſputatione diſcuſſum fuit, quando filij poſiti in conditione religionem ingrediuntur, an ſubſtitutus excludatur? Nunc autem tractandum eſt, quando ipſe grauatus ſub ista conditione ingreditur religionem, vel facit ſi clericum, an eccleſia excludat ſubſtitutum? In has difficultates duo caſus ſunt diſtinguendi. 1

Primus caſus eſt, quando grauatus fuit factus clericus ſecularis, & tunc ſubſtitutum excludi voluit Gloſ. *in authent. niſi rogati, C. ad Trebellian.* & ibi Cin. Petr. Bart. & Ang. Bald. *in l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. & in cap. in præſentia, ext. de probat.* & ib. Innoc. Anchar. Imol. Felin. *n.* 56. & Dec. *n.* 54. *in fine*, vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Imol. *in l. ſi quis poſthumos, in princ. ff. de liber. & poſthu.* Dec. *conſ.* 259. *n.* 5. *& ſeq.* Ruin. *conſ.* 153. *col.* 1. *lib.* 3. vbi latè Capr. *conſ.* 10. *n.* 12 Rub. Alexand. *conſ.* 147. *nu.* 16 Bero. *conſ.* 73. *num.* 21 *lib.* 2. Menoc. *conſ.* 45. *nu.* 15. 17. & 20. & *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *n.* 65. Durand. *de arte teſtandi, tit. de ſubſtit. caut.* 18. *nu.* 5. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 22. Alex. Trent. *de ſubſt. part.* *cap.* 7. *n.* 21. vbi ait hanc eſſe magis communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 63. *n.* 11. Viuius *in Commun. opin. concluſ.* 841. *n.* 3. Ruſtic. *in l. cum auus, ill.* 5. *cap.* 2. *nu.* 25. *& ſeq. ff. de cond. & demonſtr.* vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & magis communem, Puteus *deciſ.* 55. *num.* 2. *par.* 1. Caualcanus *deciſ.* 77. *nu.* 33. *part.* 3. 2

Probatur autem iſta opinio per textum *in §. ſed & hoc præſenti, in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* ſecundum intellectum communiter receptum à præclaris Doctoribus, & quem vltra alios latè defendit Alexand. Trent. *loco citato*, apud quem videndum erit, & ante eum Ruin. *dict. conſil.* 152. *col.* 1. & 2. *lib.* 3. Cum etiam nulla realis reddi poſſit ratio differentiæ cur non idem fauor tribui debeat vitæ clericali, qui tribuitur vitæ monachali vt dicetur in ſecundo caſu, quando vita clericalis futura eſt perpetua, vt dicit Felinus *in d. c. in præſentia*, quem refert, & ſequitur Mantica *loco citato*.

Altera eſt opinio præcedenti contraria, quod ſubſtitutio non deficiat, & hanc probarunt Gloſ. *in authentic. ſed & hoc præſenti, in authent. de Sanctiſſ. Epiſcopis*, Baldus *in authent. niſi rogati, nu.* 11. *verſic. Item ſi quis, Cod. ad Trebellian.* & ibi Salicet. *n.* 4. *verſic.* 4. Abb. poſt Gloſ. ibi, *in cap. in præſentia, numer.* 43. *extra de probat.* Alciat. *conſ.* 90. *nu.* 11. *lib.* 9. vbi ſcribit eſſe magis communem opinio-

opinionem, Odd.conſ.19.n.26.Boer.q.354.n.11. & hanc etiam magis communem dixit Viuius loco citato, verſic. in contrarium.

3 Ego autem teneo primam opinionem, dummodò clericus fuerit in ſacris conſtitutus, alioqui ſi ſolum in minoribus, quia tunc ſubſtitutio non deficeret, Corn. & Perr. in d. auth. niſi rogati, C. ad Trebell. Bero. in cap. in præſentia, n.498. & nu.501. de probat. & conſ.73.n.10.lib.2. Ruin. conſ.153.nu.3.lib.3. Alciat. conſil. 92.nu.11.lib.9. Mantic. de coniect. vltimar. vol. tit.7.n.22. Alex. Trent. de ſubſtit. par.4.c.7.nu.21. verſic.2. & vltimo, Menoch. lib.4. præſump.83.n.68. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.q.63.nu.13. Ruſtic. in l. cum auus, lib.5.cap.2.n.21.

4 Et dummodò bona eccleſiæ acquirantur, vel in eam ſint diſpenſata ſecus ſi clericus bona pro ſe retineret, Bald. in auth. niſi rogati, n.11. in fi. C. ad Trebell. & ibi Alber. nu.2. Gloſ. in d. c. in præſentia & ibi Innoc. Bal. Felin. & Bero. num.498. & num.501. extr. de probat. Capr. conſil.20. num.13. Ruin. conſil.153. num.3. lib.3. Bero. conſil.73. num.10. lib.2. Menoch. conſil.245. num.18. & libr.4. præſumpt.83. num.68. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.7. num.22. in fine, Alexand. Trent. de ſubſtitut. par.4. cap.7. num.21. verſic. ex antedictis, vbi teſtatur eſſe communem ſententiam, Intrigl. de ſubſtit. cent.3. qu.63. num.14. Caualc. deciſ.77. nu.73. par.3. Ruſticus d. libr.5. cap.2. num.22. Verum à prædictis diſſentit Oldus de compend. ſubſtit. part.6. quaſt.2. artic.6. dubio 2. nu.18. & ſeq. vbi tenet ſubſtitutum excludi, etiam quando clericus in ſacris conſtitutus diſponit de bonis fideicommiſſi tempore mortis in pios vſus, licet Eccleſiæ non acquirantur.

5 Et dummodò hic clericus ſecularis continuò habitauerit in Eccleſiæ domo, dum vixit, & illi Eccleſiæ ſe dicauerit aliàs ſubſtitutus admitteretur, Cap. conſil.20. nu.30. & ſeq. Menoc. conſ.245. nu.18. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.7. n.2. in fine, Alex. Trent. de ſubſtit. part.4. cap.7. nu.21. vbi dicit ita communiter tenere Doctor. in d. cap. in præſentia, extra de probat. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib.5. cap.2. nu.23.

6 Declaratur tamen communi opinio in omnibus illis caſibus, in quibus dicetur in ſequenti caſu ſubſtitutum non excludi, quando grauatus ingreditur monaſterium.

7 Quod ſi ſubſtitutus moriatur ante clericum, & tenentes ſecundum opinionem concedunt, quod deficiat ſubſtitutio, & ita in ſpecie ſcribunt, Alexand. conſ.2. nu.58. lib.2. Ruin. conſ.85. n.4. lib.2. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.7. n.22. & ſeq. Boer. deciſ.354. n.11.

Alia videnda erunt infra, quaſt.431.

8 Secundus caſus eſt, quando agitur de eo, qui monaſterium fuit ingreſſus, & tunc pariter & fortius deficit ſubſtitutio, §. ſed & hoc præſenti in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. auth. niſi rogati, C. ad Trebell. cap. in præſentia, ext. de prob. & ita tenent Gloſ. in dicta authent. niſi rogati, & ibi Bar. Rip. n.57. & alij communiter, Bart. in authen. ingreſſi, nu.52. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Doct. in l. ſi ita quis, §. is cui, ff. de legat. ſecundo, Paul. Caſtrenſ. in l. ſi qua mulier, num.3. C. de ſacroſanct. eccleſ. Iaſ. in l. pactum, num.3. ff. de pact. Alc. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num.2. ff. de liber. & poſthum. Rub. Alexand. in l. Titia Seio §. Imperator, nu.224. ff. de legat.2. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. liberis, numero 91. Cod. de reuocand. donat. & ex Canoniſtis Gloſſ. in cap. in præſentia, extr. de probat. & ibi Innocent. Abb. nu.36. Felin. num.29. Decian. nu.19. & alij communiter, Eman. Coſta in cap. ſi pater, in verb. ſi abſque liberis, num.64. de teſtam. in ſexto, vbi teſtatur de communi opinione. Et conſulendo Bart. conſil.1. lib.1. Cald. conſil.43. tit. de teſtam. Felin. conſil.8. num.2. Alexand. conſil.121. num.11. lib.2. Corn. conſil.88. lib.1. Soc. ſen. conſil.81. num.14. libro tertio. Capr. conſ.174. in fine, Alciat. reſp.502. num.3. Port. Imol. conſ.23. num.31. Mar. Anguſc. conſil.63. n.11. A ponte conſil.39. n.3. Burſat. conſil.199. num.3. lib.2. vbi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam Boniſac. Roger. conſil.27. num.120. lib.1. Honded. conſil.62. num.15. libro primo, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Peregr. conſil.59. n.1. lib.3.

Et in Tractatibus, Spec. tit. de ſtat. Monach. num.12. & nu.20. Tiraquell. de priuil. pia cauſ. priuileg. 95. in principio, Villal. commun. opin. in verb. monaſterium, numer.121. Did. lib.1. variar. reſolut. cap.19. numer.11. Viu. commun. opin. in verb. ſubſtitutus ſub conditione in princ. vbi ait eſſe communem opinionem, & concluſ.840. & concluſ.841. Anton. Gabr. tit. de fideicommiſſ. concluſ.2. num.79. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. libr.11. tit.7. Craſſ. in § fideicommiſſum, quaſt.40. Anton. Gaill. libr.2. Obſeruat. Pract. obſeruat.136. numero 7. Alexand. Trent. de ſubſtitut. parte 4. cap.7. numer.20. vbi de communi, Menoch. libr.4. præſumpt.83. numer.58. Peregr. de fideicommiſſ. artic.28. num.58. Intrigl. de ſubſtitut. centur.3. quaſt.63. Gallus de except. ſucceſſ. titul.4. except.27. numer.238. & ſeqq. parte 2. Hieron. Cenal Spec. Commun. contra commun. quaſt.103. num.2. Ruſtic. in l. cum auus, libr.5. capit.2. ff. de condit. & demonſtrat. vbi alios addit.

Et in deciſionibus, Guid. Pap. deciſ.477. numero 5. Caualcan. deciſ.77. numero 2. parte 3. Anton. Gama deciſ. Luſitan.216. vbi dicit ita iudicatum. Ratio autem quare Imperator ita ſtatuerit eſt, quia præſumendum eſt, quod ſi teſtator cogitaſſet hæredem grauatum monaſterium fuiſſe ingreſſum, illud ſubſtituto prætuliſſet, quæ ratio fuit Paul. Caſtrenſ. & illam magis communiter ſequuntur alij, vt per Menoch. & Ruſtic. locis ſupra citatis.

Ampliatur primò communis hæc ſententia, vt locum habeat, etiam in foro conſcientiæ; Alexand. conſ.121. col.2. lib.1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr.11. tit.7. num.2. Menoch. lib.1. præſumpt.80. num.5. & lib.4. præſumpt.83. num.59. Peregr. de fideicomm. art.28. n.91. Intrigl. de ſubſtit. cent.3. quaſt.63. nu.5. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib.5. cap.2. num.3. & ſeqq. ff. de cond. & demonſtr. vbi latè comprobat, & reſpondet ad argumenta Alciati, qui diſſentit. 9

Contrariam ſententiam probauit Alciat. in l. quinque pedum, nu.20. in fine C. fin. regund. & conſ.502. ſecundum primam impreſſionem, & ſecundum aliam, conſil.53. num.8. & ſeqq. & conſil.17. num.6. lib.9. ſequitur, Vinc. Franc. deciſ.29. nu.4. part.1. 10

Ampliatur ſecundò, etiam in grauato bigamo, qui ex diſpenſatione Papæ ſit monaſterium ingreſſus, quia & tunc ſubſtitutus erit excluſus, Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.7. nu.17. Menoch. lib.4. præſump.83. n.63. Intrigl. de ſubſtit. cent.3. q.63. numer.6. Ruſtic. in d. l. cum auus, lib.5. cap.2. nu.24. 11

Ampliatur tertiò, vt locum habeat, etiam in eo, qui in monaſterio recipi non potuerit, ſed in manu Epiſcopi obtulit ſe monachalem regulam ſeruaturum, oblatio enim huiuſmodi habetur loco monaſterij, & Epiſcopus loco Abbatis, Bald. in authent. niſi rogati, nu.25. C. ad Trebellian. Menoch. lib.4. præſumpt.83. n.67. Intrigl. d. centur.3. q.63. num.16. Pur. etiam allegatur deciſ.55. num.4. parte 1. Ab his ſubdubius tamen diſſentit Ruſtic. in dict. l. cum auus, lib.5. cap.2. num.25. ff. de condit. & demonſtrat. 12

Ampliatur quartò, etiam in cordigera, & mantellata, Bart. in l. ſemper, §. quibuſdam. ff. de iur. immun. Pariſ. conſ.40. num.15. lib.3. Duen. reg.101. nu.18. verſ. limita octauo, Intrigl. de ſubſtit. cent.2. quaſt.63. nu.18. Caualc. deciſ.77. n.48. par.3. 13

14 Ampliatur quintò, & ſi monachus apoſtataret, quia adhuc monaſterium excluderet ſubſtitutum, Bald. in cap. in præſentia, n. 15. extr. de probat. & ibi Felin. n. 32. & Dec. n. 200. Odd. de compend. part. 6. q. 2. art. 6. dubio ſecundo, n. 9. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 62. num. 17. Rationes videri poterunt in ſequenti ampliatione.

15 Ampliatur ſexto, & ſi monachus degradaretur, nam & tunc ſubſtitutus excludi debet, Ruſtic. d. l. cum auus, lib. 5. cap. 2. n. 32. & ſeq. mouetur ex tex. in § ſi quis autem relinquens, in auth. de Monach. vbi ſi monachus relinquit monaſterium, & ad aliam vitam redit, bona remanerent penes primum monaſterium. Et etiam quia ſtatim atque Monachus profitetur in monaſterio bona acquiruntur illi monaſterio d. auth. ingreſſi, & ibi Bart. Bald. Salicet. & Iaſ. n. 28. vnde licet poſtea degradetur bona remanent Monaſterio.

16 Ampliatur ſeptimò, & ſi grauatus diſpenſaſſet bona ſua in pios vſus ante monaſterij ingreſſum, & ſic monaſterium illa bona non haberet, quia ſubſtitutus erit excluſus. Bero. in dict. cap. in præſentia, numer. 491. extr. de probat. Curt. iun. conſil. 187. colum. vltim. Menoch. lib. 4. præſumption. 83. numer. 64. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 63. numer. 9. Mouentur ex text. in d. § ſed & hoc præſenti, vbi monachus habet facultatem inferendi bona in monaſterium à ſe ingreſſum, vel ea in pios vſus erogandi.

17 Cæterum contraria opinio tenenda eſt, quod niſi bona traſferantur in monaſterium, in quo ingreſſus eſt hæres grauatus, quod ſubſtitutioni locus ſit, & hāc probarunt Bald. in d. cap. in præſentia, num. 13. verſ. ſed quid ſi monaſterium, Paul. Caſtr. in d. auth. niſi rogati, nu. 3. verſ. quæritur, & ibi Corn. col. pen. Alex. conſ. 13. n. 5. verſ. quia duo, lib. 3. Soc. ſen. conſ. 92. col. 2. in fin. verſ. ita etiam, lib. 2. Dec. conſ. 259. col. vlt. vbi teſtatur eſſe communem ſententiā. Ruſtic. in d. l. cum auus lib. 5. c. 2. n. 26. & ſeqq. vbi dicit eſſe veriorem opinionē, magis receptam, & ſummorum Doctorum authoritate roboratam, & hæc etiā mihi magis probatur; nam deciſio d. § ſed & hoc præſenti, in quo fundata eſt iſta materia proceſſit fauore ingredientis religionem quo ad eius animam, & fauore monaſterij quo ad bona, vt dicebat Caſtr. loco citato, & cum non acquirantur bona monaſterio non debet inferri præiudicium ſubſtituto. Pro confirmatione etiam huius ſententiæ, Bald. & Alex. citati adducunt in ſimili text. in l. ſi poſt mortem § liber. ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. & in l. 1. § ſi pater emācipatus ff. de coniung. cum eman. liber. Nec contraria opinio fulcitur in d. § ſed hoc præſenti, vt patet ex dictis pro reſponſione ad illum tex. per Ruſtic. loco citato apud quem videri poterit.

18 Limitatur primò communis hæc ſententia, quando teſtator expreſsè excluſiſſet monaſterium, vocādo ſubſtitutum, ſi grauatus hæres ſine liberis decederet, nam hoc permiſſum eſſe teſtatori tenent Bald. in auth. niſi rogati n. 9. C. ad Trebel. & ibi Paul. Caſtr. num. 3. Salicet. & Corn. Bald. in l. Deo nobis, ante n. 1. C. de epiſc. & cleric. & ibi Paul. Caſtrenſ. idem Bald. in l. ſi quis ita, § is cui in tempus poſt medium. ff. de legat. 1. vbi dicit ita in practica ſeruari, & ibi Raph. Cuman. Rip. in l. ex facto, § ſi quis rogatus, il primo, num. 35. ff. ad Trebell. Alciat. in l. Gallus §. & quid ſi tantum, num. 7. ff. de liber. & poſthum. & ibi Lancell. Galliau. num. 7. Padill. in l. cum acutiſſimi, nu. 44. C. de fideicommiſſ. Carol. Tapp. in auth. ingreſſi cap. 3. num. 8. folio 470. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Dec. in cap. in præſentia, nu. 58. verſ. ſed quando, extr. de probat. & ibi Bero. n. 485. & 487. Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 47. num. 18.

Et conſulendo Bald. conſ. 196. teſtamentum, nu. 1. libr. 1. conſ. 407. in quæſtione quæ vertitur, nu. 13. lib. 2. & conſ. 426. ſuper puncto, col. 2. verſ. præterea, lib. 4. Fulgoſ. cōſ. 53. num. 3. Alexand. conſil. 121. numer. 13. libr. 2. & ibi add. Calcan. conſil. nu. 24. vbi dicit ita omnes tenere. Corn. conſil. 18. num. 17. libr. 4. Dec. conſil. 259. numer. 3. conſil. 419. num. 3. & conſil. 426. num. 2. Ruin. conſil. 98. numer. 20. libr. 2. Pariſ. conſil. 86. numer. 76. libr. 2. & conſil. 22. numer. 6. & 8. libr. 2. Alciat. conſil. 502. numer. 4. & ſecundum vltimam impreſſionem, conſil. 53. nu. 4. libr. 9. Æmil. conſil. 109. num. 10. Crauet. conſ. 52. num. 1. Decian. conſ. 41. num. 30. & 33. lib. 1.

Et in tractatibus, Dur. de art. teſtan. tit. 5. caut. 18. num. 3. Did. Variar. reſolut. lib. 1. cap. 19. nu. 8. Suarez Commun. opin. in verb. ſubſtitutio, nu. 216. in fine, Viu. commun. opin. in verbo ſubſtitutus ſub conditione. verſ. limitatur 2. Mazzar. in Epit. de fideicommiſſ. qu. 31. vbi ſcribit ita ſæpius fuiſſe iudicatum, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 18. Odd. de compend. ſubſtit. par. 6. quæſt. 2. artic. 6. dub. 2. num. 24. vbi teſtatur de communi opinione, Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 40. num. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 83. num. 3. Peregr. de fideicommiſſ. art. 18. nu. 70. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 62. Hieron. Ceual. Spec. Commun. contra commun. quæſt. 193. nu. 2. Ruſtic. in l. cum auus, libr. 5. cap. 1. ff. de cond. & demonſtr. Aſcan. Clem. tract. de patr. poteſt. cap. vlt. num. 72. Alexan. Trent. de ſubſtitut. par. 4. cap. 7. num. 25.

Et in deciſ. Franc. deciſ. 29. nu. 3. 4. & 7. vbi dicit ita à Senatu Neapolitano fuiſſe iudicatum, Oſaſch. deciſ. Pedem. 126. n. 11. & 24. vbi teſtatur de communi opinione, & ita fuiſſe iudicatum Caualc. deciſ. 77. n. 4. & n. 28. par. 1. Maſtril. deciſ. Sicil. 65. n. 4.

Fundamenta huius opinionis ſunt, primò text. in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cleric. vbi patri permiſſum eſt ne filio profeſſo quicquam vltra legitimam relinquat, ergo in eo quod legitimam excedit ſubſtitutio facta à patre ſuſtinebitur.

Secundò, nemo cogitur inuitus benefacere, cap. de Iudæis, 45. diſt. & cap. vlt. 23. qu. 5. in quibus iuribus dicitur, infideles nec Iudæos poſſe cogi ad ſuſcipiendum ſacrum Baptiſma, ergo in teſtatoris arbitrio etiam erit diſponere, ne bona ſua tranſeāt in monaſterium ad ſubſtituti excluſionem.

Tertiò, facit cap. verum de condit. appoſit. vbi teſtator poteſt rebus ſuis adijcere conditionem, vt apud Eccleſiam non maneant, niſi ſeruato modo, & conditione impoſitis. Ad idem text. in cap. cum dilectus, de conſuet. vbi Patronus fundator Eccleſiæ poteſt velle, quod confirmatio ad alium pertineat, quam ad Epiſcopum, ergo in quæſtione noſtra erit in facultate teſtatoris ordinare, ne bona ſua tranſeant in monaſterium excluſo ſubſtituto.

Quartò, cōfirmatur vulgata regula, quod quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter l. in re mandata, C. mand. l. ſed & ſi lege. § conſuluit. ff. de petit. hered. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. verbis legis, ff. de verbor. ſignificat. cum his multis, quæ adduci poſſent ad probandum teſtatori permiſſum eſſe de rebus ſuis ad libitum diſponere. Voluntas enim teſtatoris in conditionibus primum locum obtinet, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat. l. ex facto ff. de hered. inſtit. ergo &c.

79 Ad ſecundum reſpondetur, magis communem eſſe opinionem eorum, qui ſcripſerunt filium per ſubſequens matrimonium in mortis articulo contractum, legitimari, vt teſtantur, Ruin. *conſ.* 78. *nu.* 7. *libro* 3. Pariſ. *conſil.* 14. *num.* 35. *libro* 1. Burſat. *conſil.* 18. *nu.* 22. Hieron. Gabr. *conſil.* 24. *numero* 3. *libro primo,* Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 81. *num.* 28. *& ſeq.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 13. *num.* 2. *&* 5. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 38. *numero* 6. Alexand. Trentac. *de ſubſtitut. par.* 4. *cap.* 7. *numero* 42. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 48. *& ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.* & ego ipſe idem aſſerui *d. q.* 40. *nu.* 80.

80 Tertia eſt coniectura, quando quis in ſenectute ingreditur religionem, nam fraudandi ſubſtitutum animo id cenſetur factum, ſecundum Bald. *in d. auth. niſi rogati, n.* 24. *C. ad Treb.* ſequitur Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 5. *c.* 2. *n.* 77. *& ſeqq.* vbi tamen loquitur in valde ſene. Verum à prædictis diſſentiunt, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *n.* 78. & Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 63. *nu.* 29.

81 Limitatur vigeſimo ſextò, quãdo extat ſtatutum, vel conſuetudo, quod verba teſtamentorum ad literam intelligantur, nam ſubſtitutus ſuccedet monaſterio excluſo, Bald. *in cap. in præſentia, n.* 18. & ibi Felin. *n.* 66. *ext. de proba.* Iaſ. *in auth. ſi qua mulier, n.* 20. *C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* Alex. *conſ.* 121. *col.* 4. *li.* 2. Æmilian. *conſ.* 109. *n.* 16. Barbat. *conſ.* 20. *col. vlt. lib.* 1. Franc. Sarmient. *lib.* 1. *Select. interpr. c.* 6. *col. vlt. verſ. Præterea,* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 16. Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 83. *nu.* 48. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 63. *n.* 50. Gallus *de excep. ſucceſ. tit.* 4. *excep.* 27. *n.* 253. *par.* 2. Ruſtic. *in l. cum auus, li.* 5. *c.* 1. *n.* 101. *& ſeq. ff. de cond. & demonſtr.* Sed an requiratur confirmatio Papæ ad hoc, vt tale ſtatutum operetur? videndi erunt Mantica, Gallus, & Ruſticus *locis relatis.*

82 Limitatur vigeſimoſeptimò, ſi in ciuitate extat ſtatutum, quod monaſterium, vel ingreſſi in illud non ſuccedant, nam ſtatutum ſeruandum erit, & ſecundum illud interpretabitur volũtas teſtatoris, Alciat. *conſ.* 502. *n.* 3. *verſi. ſed cũ. & conſ.* 533. *n.* 4. Menoc. *li.* 4. *præſum.* 83. *n.* 53. Pereg. *de fideicom. a.* 28. *n.* 91. *& ſeq.* Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 63. *n.* 56. Ruſtic. *in d. l. cũ auus, lib.* 5. *c.* 1. *n.* 106. *& ſeqq.* vbi etiam diſputat de validitate huius ſtatuti. Et ita ego tenui ſuper fideicommiſſo D. Hieronymi Armanni, contra Reuer. D. Lactantium Armanum, & Monaſterium S. Fauſtini Ordinis Caſſinenſis conſulendo pro Domino Ludouico Armano ſtante ſtatuto Brixiæ, quod ingreſſi Monaſterium non poſſint ſuccedere cum illius notoria conſuetudine.

Limitatur vigeſimooctauò, quando extet conſuetudo in ciuitate, quod monaſterium ingreſſi ab inteſtato non ſuccedant parentibus, & agnatis, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 9. Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 83. *n.* 53. *in fine.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 63. *n.* 57. Gallus *d. tit.* 4. *excep.* 27. *n.* 242. *part.* 2. Boer. *q.* 34. *nu.* 7. *& ſeq.* Poteſt enim conſuetudo ius ab aliquo auferre, & alteri tradere, Pet. de Rauen. *in tit. de conſuet. in prima lect. n.* 11. Couar. *li.* 2. *commun. opin. tit.* 9. *conſ.* 29. *nu.* 139. Et in terminis videndus etiam erit Ruſtic. *d. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 107. *& ſeq.* 83

Limitatur vigeſimonono non procedere in Regno Galliæ, in quo monaſteria non ſuccedunt monachis profeſſis. Guliel. Bened. *in c. Raynutius, in verb. & vxore, n.* 22. *extr. de teſtam.* Rebuff. *conſ.* 173. *n.* 1. *& ſeq.* Pereg. *de fideicom. art.* 28. *n.* 91. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 63. *nu.* 90. Boer. *deciſ.* 354. *nu.* 8. 84

Limitatur trigeſimò, quando conditio ſi ſine liberis, reſpiceret perſonam teſtatoris, vt ſi dixiſſet, inſtituo Titium hæredem, ſi ſine liberis moriar, quia tunc teſtatore religionem ingreſſo Titius excludet monaſterium, Abb. *in cap. in præſentia, n.* 46. *in fine,* & ibi Dec. *n.* 56. *in fi. extr. de probat.* Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 83. *nu.* 86. Intrigl. *d. q.* 63. *nu.* 83. Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* 5. *c.* 2. *nu.* 50. 85

Limitatur trigeſimoprimo non procedere, quando ingreſſus religionem ante habuiſſet filios, & poſtea vxore mortua ingrediatur monaſterium, nam veri filij excludent monaſterium, Paleot. *de noth. & ſpur. c.* 28. *in fin.* quem refert, & ſequitur Caualc. *dec.* 77. *nu.* 42. *par.* 3. 86

Limitatur trigeſimoſecundò, quando monaſterium promiſiſſet contentare, quod bona remanerent ſubſtituto, & per hoc facta ſit profeſſio, quia monaſterium erit excludendum, Ant. Gama *deciſ. Luſit.* 316. *in fine,* vbi ita iudicatum. 87

Limitatur trigeſimotertiò in ſententia, & laudo, vt ſi lata eſſet ſententia, quod Titio decedente ſine filijs ſuccedat Caius, nam tunc Caius ſubſtitutus admitteretur, licet Titius ſit monaſteriũ ingreſſus, Aret. *cõſ.* 215. Barbat. *conſ.* 20. *n.* 1. *& ſeq. lib.* 1. Caualc. *dec.* 77. *nu.* 6. *part.* 3. 88

Limitatur trigeſimoquarto non procedere in grauato ſub alia conditione, quam liberorum, vel nuptiarum, quia eo caſu monaſterium non excluderet ſubſtitutum: Bal. *in d. auth. niſi rogati nu.* 20. *C. ad Trebel. & in auth. ſi qua mulier, C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* Dec. *in cap. in præſentia, nu.* 61. *extr. de probat.* Peregr. *de fideicom. art.* 28. *num.* 96. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 63. *nu.* 58. 89

Sed quid ſi quis donauit omnia bona ſua ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, an ſi monaſterium ingrediatur, donatio locum habeat, articulum diſcuſſit Mant. *de tacit. & ambig. conuen. li.* 13. *tit.* 44. vbi tenet conditionem defeciſſe, dicit tamen contrariam ſententiam eſſe communem, & ſuam opinionem declarat, vt apud eum. 90

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium ſi ingreditur grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis, & ſumus in caſu quod monaſterium non poſſit ſuccedere, ſubſtitutus ſtatim non ſuccedit,*

dit, ſed expectabitur mors naturalis monachi, Decl. per totam quæſt.

2 *Monachus ſi fiat grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis, ſtatim ſuccedet ſubſtitutus non expectata morte naturali, quando habita fuit ratio conſeruandi bona in agnatione.*

3 *Clericus ſi fiat grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, poſſidebit bona dum viuet, licet fideicommiſſum ſit factum vt bona in agnatione conſeruentur.*

4 *Monachus ſi fiat grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis, & monaſterium non ſuccedit ſubſtitutus ſtatim admittitur, ſi Doctior de familia ſit ſubſtitutus.*

5 *Monachus ſi fiat grauatus, & monaſterium nolit habere beneficium de bonis fideicommiſſi ſubſtitutus ſtatim admittetur.*

6 *Monachus ſi fuit grauatus, ſubſtitutus ſtatim admittetur, quando bona expreſſe ſunt prohibita alienari.*

7 *Monachus ſi fiat grauatus, pia cauſa ſubſtituta ſtatim admittetur non expectata morte naturali monachi.*

8 *Monachus cum ingreditur monaſterium ſi renunciauit fideicommiſſo, ſubſtitutus ſtatim admittetur.*

9 *Monachus ſi fiat grauatus, ſubſtitutus ab emptoribus bonorum non vendicabit bona fideicommiſſi, durante vita Monachi grauati.*

11 *Monaſteriũ incapax bonorũ ſi ingreſſus ſit grauatus, ſubſtitutus ſtatim admittetur, contra n. 17. decl. n. 21.*

12 *Rationes duæ ſi adſũt ceſſante vna nõ ceſſat diſpoſitio.*

12 *Monaſterium licet non excludat ſubſtitutum, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, ſi tamen ſubſtitutus durante vita Monachi decedat monaſterium ſuccedit ob caducitatem fideicommiſſi.*

13 *Pactum de lucranda dote ob mortem vxoris habet locum in morte ciuili.*

15 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, decl. numero 14. 18. & 19.*

16 *Teſtator ſi poſt ingrediatur religionem, teſtamentum ſtatim habet effectum non expectata morte naturali.*

17 *Mortis mentione facta intelligitur de morte naturali, non ciuili.*

20 *Deportatus habetur pro mortuo ciuiliter.*

21 *Monaſteria incapatia bonorum, quæ ſint.*

QVÆSTIO CCCCXXX.

Vtrum ſubſtitutus ſtatim admittatur cum grauatus ſi ſine liberis deceſſerit, ſit Monachus, an verò eius mors naturalis ſit expectanda?

IN præcedenti quæſtione diſcuſſum fuit, quando monaſterium excludat, & non excludat ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, & grauatus factus fuit Monachus, nunc pro complemento huius vtiliſſimæ diſputationis videndum eſt, an quando monaſterium non excludit ſubſtitutum, ſtatim ſubſtitutus admittatur, an verò mors naturalis monachi exepectanda ſit? In quo arti-
1 culo ex communi omnium conſenſu dicendum eſt, quod durante vita Monachi monaſterium poſſidebit bona, & ea poſtea reſtituet ſubſtituto poſt mortem naturalem monachi grauati, argum. *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc.* & ita tenent Doct. *in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. & in cap. in præſentia, ext. de probat.* Soc. ſen. *in l. cum tale, nu. 104, ff. de cond. & demonſtr.* Crott. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 15. ff. de liber. & poſthum.* Zanch. *in l. heredes mei §. cum ita, nu. 1213. ff. ad Trebell.* Et conſulendo Bald. *conſil. 407. nu. 13. lib. 1.* Alexand. *conſil. 2. lib. 1.* Corn. *conſil. 18. num. 23. lib. 4. & conſ. 253. n. 8. & 9. lib. 3.* Ruin. *conſil. 85. nu. 4. lib. 2.* Burſat. *conſ. 97. n. 23. li. 1.* Riminald. iun. *conſil. 270. n. 6. & conſil. 481.* Surdus *conſ. 239. lib. 2.* Honded. *conſ. 62. n. 15. & 37. li. 1.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. li. 3. §. n. 171.* Didac. *li. 1. variar. reſolut. ca. 19. n. 7.* Molin. *de Hiſpa. primogen. lib. 3. c. 13. n. 79.* Oddus *de compend. part. 6. fol. 200. verſicul. regula igitur,* Mantic. *de coniect. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 7. n. 4. & n. 23.* Peregr. *de fideicom. ar. 28. n. 81.* vbi dicit eſſe indubitatam opinionem, Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 63. in fine.* Didac. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtamen. tit. de fideicom. ſubſt. n. 24. & ſeqq.* Hieron. Ceual. *Spec. Commun. contra commun. q. 193. n. 7. & ſeq.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. n. 257. & part. 2.* Maſtril. *deciſ. Sicil. 65. n. 5.* Viuius *Commun. opin. conclu. 840. & ſeq.* Carol. Tapia *in authent. ingreſſi, cap. 13. n. 49. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Anton à Gama *deciſ. Luſit. 316.*

Declaratur primò non procedere in fideicommiſſo 2
conſtituto adiecta ratione, vt bona in familia, & agnatione conſeruentur, quia tunc & in vita grauati ſubſtitutus admittetur. Paril. *conſ. 100. li. 1.* Decian. *conſ. 61. li. 5.* Did. *lib. 1. variar. reſol. c. 19. n. 11.* Molin. *lib. 3. de Hiſp. primog. c. 13. n. 91* Peregr. *de fideicom. art. 28. n. 82.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. qu. 63. n. 42.* Hieron. Ceual. *Spec. Commun. cont. commun. q. 193. n. 10. vſque ad finem,* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. n. 259. part. 2.*

Hoc autem procedit in Monacho, ſed in Clerico a- 3
liud dicendum eſt, quia is poſſidebit bona durante eius vita, Peregr. *de fideic. art. 28. n. 82. in fine.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 63. n. 43.* Et ratio eſt ſecundum Peregr. quia clericus retinet, & exercet iura agnationis actiuè, & paſſiuè, & allegat Dec. *conſ. 114.* Paril. *conſ. 100. li. 1.* & Io. de Amic. *conſ. 14.*

Declaratur ſecundò non habere locum, quando ſub- 4
ſtitutus eſſet Doctior de familia, quia is ſtatim admittetur non expectata morte naturali Monachi, ſecundum Decian. *d. conſ. 61. n. 5. lib. 5.*

Declaratur tertiò, quando monaſterium declaraſſet 5
ſe nolle conſequi beneficium ex illis bonis, quia tunc ſubſtitutus ſtatim admittetur, Deci. *d. conſ. 61. n. 11. li. 5.*

Declaratur quartò non procedere in bonis expreſſe 6
prohibitis alienari, quia ſtatim in his admittetur fideicommiſſarius, Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fideicom. ſubſtit. nu. 28.* & faciunt dicta *in declaratione prima,* & quæ dicentur *q. 694.*

Declaratur quintò non habere locum ſubſtituta pia 7
cauſa, Decian. *conſ. 61. n. 9. lib. 5.*

Declaratur ſextò non procedere, quando ingreſſus 8
monaſterium ante ingreſſum renunciaſſet fideicõmiſſo, dummodo renunciatio ſit talis, quod ad illud fideicommiſſum aptari poſſit. Maſtril. *dec. 65. n. 4. vſq; ad finem,* vbi dicit in Conſiſtorio Siciliæ ita fuiſſe deciſum.

Declaratur ſeptimò, quando teſtator in aliqua parte 9
teſtamenti conſiderauit grauatum ingredi monaſterium, & ordinauit ſubſtitutum ſtatim admitti, nam & in alio caſu, & perſonis idem ſenſiſſe credendum erit, Decian. *d. conſ. 61. n. 3. lib. 5.*

Declaratur octauò non procedere, quando ageretur 10
contra emptorem bonorum, ab eo enim non poſſent bona vendicari, niſi naturali morte Monachi ſequuta, Bald. *conſ. 280. factum tale, li. 1.* Decian. *conſ. 31. n. 23. li. 5.* Peregr. *de iur. fiſc. tit. de deport. n. 21. & in tract. de fideic. ar. 28. nu. 93. in fine,* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, & hos ſequitur Intrigl. licet in alijs terminis loquatur *de ſubſt. cent. 3. q. 51. n. 20.* & hæc declaratio multò magis procedit, quando quis eſſet ingreſſus monaſterium incapax, prout in his terminis loquuntur Bald. & alij.

Declaratur nonò non procedere, quando monaſte- 11
rium in communi, & particulari eſt incapax, quia ſtatim admittetur ſubſtitutus non expectata morte naturali,

rali, Bart. in l. cum pater, §. hæreditatem, & ibi Bald. nu. 3. in fine. ff. de legat. 2. Angel. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, & ibi Imol. & Paul. Caſtr. ff. ad Trebell. idem Angel. in d. l. ex facto, §. ex facto, num. 3. eſſe communem opinionem, licet diſſentiat teſtator, Socin. ſen. in l. cum auus, numer. 104. ff. de condit. & demonſtr. Crott. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 13. ff. de liber. & poſth. & ibi Ruin. nu. 23. & Soc. iun. num. 23. Anton. de Butr. in cap. in præſentia, extr. de probat. & ibi Abb. num. 58. & ſeq. Dec. num. 74. & Bero. num. 554.

Et conſulendo Alexand. conſil. 13. colum. 1. & 2. lib. 3. vbi teſtatur hanc opinionem, & communem, & in iudicando dicit eſſe ſequendam, Corn. conſ. 258. lib. 3. Capr. conſ. 83. n. 4. Io. de Mont. Sperel. conſil. 125. Iaſ. conſ. 135. col. 2. lib. 1. Bertrand. conſ. 335. lib. 3. Soc. ſen. conſ. 92. col. 3. lib. 2. vbi ſcribit ab hac communi opinione non eſſe recedendum, Grat. conſ. 68. n. 13. & ſeqq. lib. 1. Dec. conſ. 259. circa finem, & conſ. 419. col. 1. Pariſ. conſ. 65. dubio primo, lib. 2. Bero. conſ. 114. in fine lib. 2. Pancir. conſ. 114. Thom. Doc. conſil. vltimo, Port. Imolenſ. conſil. 23. n. 18. & ſeqq. Roland. à Valle conſ. 97. n. 14. lib. 2. Burſat. conſ. 48. n. 27. libr. 1. Honded. conſil. 62. libr. 1. vbi teſtatur de communi opinione, dicens iudicando, & conſulendo ſequendam eſſe Surd. conſ. 90. n. 9. lib. 1.

Et in tractatibus, Bart. tract. minor. parte quarta, verſ. iſti etiam hæredes inſtituti, Paul. de Leaz. in diſput. incip. ſubſtitutus, Boſſ. tit. de publicat. bonor. n. 35. Rolan. à Vall. de lucro dot. quæſtione 95. n. 15. & ſequenti, Sebaſt. Medi. tract. mors omnia ſoluit, par. 1. nu. 45. & ſeq. Clem. de patr. poteſt. eff. vlt. n. 72. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. n. 8. Præt. de interpretat. vltimar. volunt. fol. 268. n. 10. Peregr. de iur. fiſc. deport. n. 21. & in tract. de fideicom. artic. 28. n. 63. in quibus locis hanc opinionem eſſe receptiorem, & in practica ſeruari, & communiorem dixit Ruſtic. d. l. cum auus, lib. 5. & c. 7.

Et in deciſionibus, Boer. deciſ. 354. n. 11. Franc. dec. 14. n. 7. Oſaſch. deciſ. Pedem. 126. ad finem. Et admittunt alij relati quæſt. præcedenti, n. 61.

Pro hac ſententia primò adduco tex. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc. dum ibi conſideratur, quod mater grauata potuit alias res acquirere, & ideo non veniſſe diem fideicommiſſi, ergo à contrario ceſſante hac ratione, dies fideicommiſſi veniet, hic autem ceſſatio, quia profeſſus in religione incapace non poteſt quicquam acquirere, nec in particulari, nec in communi ob incapacitatem regulæ, ergo, &c. & ita hunc tex. induxerunt Alex. conſ. 13. n. 2. lib. 3. Soc. ſen. conſ. 92. n. 1. in fine, lib. 2. & Hond. d. conſ. 63. n. 33. lib. 1. & Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 5. cap. 7. in fine, vbi etiam Crott. allegat idem dicentem in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 14. verſic. pro qua facit, ff. de liber. & poſthum.

Reſponderi tamẽ poteſt, quod in d. §. Cornelio Felici, duæ adducuntur rationes, quare fideicommiſſi dies non venerit: prima eſt, quia grauatus poterit acquirere, ſecunda eſt, quia ſubſtitutus poſſit prius mori, & ſic fideicommiſſum effici caducum, vnde licet in præſenti quæſtione ceſſet prima ratio, vt in argumento dicebatur, non tamen ceſſat ſecunda, & quando in diſpoſitio-
12 ne duæ adſunt rationes, licet vna ceſſet, non ceſſat diſpoſitio. §. affinitatis, inſtitut. de nupt. l. ſi non lex Elia Sentia, ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. 1. nu. 43. ff. de offic. eius, la'è Tiraquel. in tract. ceſſ. cauſ. limit. 21. Vnde per hanc reſponſionem hãc opinionem reddi dubitabilem dicebat Honded. d. conſil. 63. nu. 34. lib. 2. licet in caſu ſuo dixerit hanc opinionem tenendam eſſe, nam ibi ſubſtitutum erat monaſterium, & ideo ceſſabat ſecunda ratio, quod ſubſtitutus poſſe præmori, & ſic fideicommiſſum caducari, & ſæpius in illo conſilio hoc idem repetit, quaſi ſenſerit, quod ſi in ſubſtituto poſſet cadere caducitas fideicommiſſi, tenendam eſſe opinionem contra ſubſtitutum, vt non admittatur, niſi poſt mortem naturalem profeſſi.

Secũdò facit l. Deo nobis, in fine princ. Cod. de Epiſcop. 13
& cleric. vbi pactum de lucro dotis conceptum in caſum mortis vxoris, ſi vxor in monaſterium ingreſſa in eo profeſſionem emiſerit, pacto locus erit, & maritus lucrabitur dotem, quod dixerunt Bart. & alij, ibi Angel. in §. ſi verò conſtante, in primo notab. in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. Iaſ. conſil. 135. num. 5. lib. 1. Rolan. à Valle de lucro dot. q. 95. nu. 10. & ſeqq. Phanuc. de lucr. dot. circa principium cap. incip. per mortem num. 11. Et tale lucrum debetur ſtatim facta profeſſione, non autem expectatur mors naturalis, Gloſſ. in l. ſi dotem ff. ſoluto matrimonio, Bald. Nouell. tract. de dot. parte 7. priuileg. 11. n. 8. Et ratio eſt, quia ingreſſus religionis æquiparatur morti naturali, ſecundum Doctor. ſupra relatos, ergo ſicuti ibi per mortem ciuilem maritus dotem lucratur, pariter idem hic dicendum erit, confirmaturque argumentum, nam ibi in l. Deo nobis, ſumus in contractu, in quo ſtricta fieri debet interpretatio, l. veteribus, ff. de pact. l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. obligat. & tamẽ mors ciuilis æquiparatur morti naturali, & hic ſumus in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, in quibus plena fit interpretatio l. in teſtamentis ff. de reg. iur. & ibi Gloſſ. & Cagnol. nu. 1. & ſeq. vnde multò magis in teſtamentis mors ciuilis æquiparabitur naturali.

Ad hunc autem text. & ad hoc argumentum quatuor dantur reſponſiones à Ruſtic. d. libr. 5. cap. 7. num. 5. ibi videndum erit.

Tertiò, pro confirmatione accedit l. ex facto § ſi quis rogatus, il ſecondo, ff. ad Trebell. vbi ſi grauatus fideicommiſſo in metallum ſit damnatus fideicommiſſi dies venit, & ſic mors ciuilis naturali æquiparatur.

Reſpondetur tamen, aliam eſſe rationem in damnatis in metallum, aliam in religioſis profeſſis in monaſterium incapax, nam damnatus in metallum nil præter alimenta relinqui poteſt, l. 3 ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur, nec etiam eligendi poteſtatem habeat: quod non eſt in iſtis religioſis, quibus & poteſt relinqui extra cauſam alimentorum, & ius etiam eligendi habent, vt comprobat ſic reſpondendo Ruſtic. d. lib. 5. c. 7. nu. 6. vbi etiam nu. 7. dat aliam reſponſionem, quod ſaltem hodie & in damnatis in metallum ſit expectanda mors naturalis, cum non amittant libertatem, nec ſerui pœnæ efficiantur, auth. ſed hodie, Cod. de donat. inter vir. & vxor. Boer. deciſ. 278. nu. 3. Surd. conſil. 90. n. 37. lib. 1. Vaſq. lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 21. n. 173.

Quartò vrget, quod mors ciuilis æquiparatur morti 14
naturali, quando eundem operatur effectum quod mors naturalis, & de eadem tunc iudicatur, quod de morte naturali, l. 1. §. vltim. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. actione, §. publicatione ff. pro ſoc. Cin. Bartol. Bald. & reliqui in l. Deo nobis C. de Epiſcop. & cleric. Ioan. Lopez. in rubr. ff. de donat. inter vir. & vxor. §. 71. num. 2. Marzar. conſil. 38. numer. 8. Roland. à Valle, conſil. 97. num. 39. libr. 2. Ruminald. iun. conſil. 416. libr. 4. Decian. conſil. 86. num. 39. libr. 3. Cephal. conſil. 291. num. 32. lib. 2. Menoch. conſil. 227. num. 45. & conſil. 388. n. 23. Natta conſ. 282. nu. 8. lib. 2. Honded. conſ. 63. n. 20. & ſeqq. & nu. 35. lib. 1. Clem. de patr. poteſt. vltimo effectu, n. 3. Ludouic. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 3. nu. 94. Petra de fideicomm. q. 11. n. 620. Farinac. de delict. & pœn. q. 74. n. 36. & q. 34. n. 49. Atqui mors hæc reſultans ex profeſſione, habet eundem effectum mortis naturalis, cum monaſterium non poſſit habere, quia incapax. clement. exiui de Paradiſo, ff. de verbor. ſignific. nec profeſſi qui mortui mundo dicuntur, cap. placuit il ſecondo, 16. qu. 1. cap. nullus, 2. quæſt. 7. nec etiam ingreſſus amplius filios habere

poſſit, & ita ſcribunt Bartol. *in authentic. ſi qua mulier*, 10. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. *in l. ex facto. § ex facto, numer. 3 ff. ad Trebell.* Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus il ſecundo, num. 3. ff. eod.* Dec. *conſil. 419. num. 1.* & alij citati *ſupra num. 11.*

Reſpondetur tamen in præſenti caſu mortem ciuilem non operari eundem effectum quod mors naturalis, nam ſi ſuccedat mors naturalis ſubſtitutus admittitur, nec amplius poteſt eſſe locus caducitati fideicommiſſi ob præmorientiam ſubſtituti grauato, quod non contingit in morte ciuili, quia poſt mortem ciuilem, ante tamen naturalem, ſubſtitutus mori poteſt, & fideicommiſſum erit factum caducum *l. vnica. § pro ſecundo, C. de caduc. tollen.* cum materia, & hæredes grauati profeſſi ſiue inſtituti ab eo ante ingreſſum, ſiue legitimi ſuccedent in omnibus bonis: & bene hanc reſponſionem in caſu ſuo præuidit Honded. *d. conſ. 63* ibi enim *n. 35.* pro ſua opinione facit hoc argumentū de morte ciuili in hoc caſu operante eundem effectum, quod mors naturalis, & quod propterea idem operari debeat, ſed *n. ſequenti in fine*, dicit, & ibi operari eundem effectum reſpectu caducitatis cum monaſteriū ſit ſubſtitutum, & hoc caſu, & ego ſentio cum Honded. ſed quando monaſterium non fuit ſubſtitutum, non video quomodo iſte effectus poſſit reſultare ex morte ciuili, qui reſultat ex morte naturali. Nec obſtat ſi dicatur, expectationē mortis naturalis non eſſe habendam in conſideratione fauore alterius, quam ipſius grauati, & quod fauor grauati non adeſt, cum ipſe habere non poſſit, vt dicebat Ruin. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 13. ff. de liber. & poſthum.* Et ſequitur Honded. *d. conſ. 63. n. 49. verſ. quibus ad medium.* Nam reſponſio apud me facilis eſt, quoniā, & fauore grauati eſt manifeſtus, cum interim ipſe teſtari poſſit vel ſi non teſtatur, relinquere legitimis hæredibus, *ad l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* & ſic bona, & fructus remanebunt apud quos volet grauatus, qui ingreditur religionem, & forſan facilior erit ingreſſus, ſi grauatus poterit ſaltem de fructibus diſponere, vel teſtando, vel relinquendo legitimis hæredibus quā ſi ſtatim admitteretur ſubſtitutus, & forſan eo inuito, inuitumq; hæredē habere nimis durum eſt: ponamus grauatum habere matrem, vel ſorores amantiſſimas, ſubſtitutumq; eſſe extraneum, quis non videt, quod vidente grauato matrem, vel ſorores priuatas remanere ſaltem fructibus bonorum fideicommiſſi, quod diſtrahetur à religione, & fortiùs ſi iſtæ haberent neceſſitatem his fructibus ad vitæ ſuſtentationem, & ita dixerunt Rip. *in d. l. ex facto § ex facto, n. 12. ff. ad Trebel.* & Ruſtic. *d. lib. 5. c. . nu. 3. in fine.*

15 Reſpondetur ſecundò, quod mors ciuilis nunquam æquiparatur morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis. Gloſſ. *in capitulo ſuſceptum de reſcrip. in ſexto*, & in *capitulo placuit. 19. q. 1.* Rip. *in d. l. ex facto § ex facto. n. 11.* & ibi Hercul. *columna prima, & ſecunda, ff. ad Trebell.* Alex. *in l. Gallus, § & quid ſi tantum, n. 5. & ſequenti*, & ibi Eman. Coſta *in 2. parte in princ.* p. Soc. ſen. *d. l. cū auus, n. 103. cum pluribus ſequentibus.* Felin. *in c. in præſentia n. 55. & ſeqq.* Boer. *deciſ. 313. nu. 6.* vbi de communi, Vaſq. qui egregiè comprobat *lib. 3 de ſucceſſ. creat. §. 21. n. 72.* vbi dicit eſſe veriorem opinionem. Phanuc. *de lucro dot. in rub. num. 12.* Gomeſ. *ad reg. cancellar. in reg. de interpr. benefic. per obit. famil. Cardin. q. 5 in fine*, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 95. num. 8.* Sed in materia de qua agitur ius nil expreſſit, ergo &c.

16 Vltimò facit, quòd ſi quis facit teſtamentum, & poſtea religionem ingrediatur incapacem, ſtatim facta profeſſione admittitur hæres non expectata morte naturali, & legata debentur, Bart. & alij communiter *in l. 1. ff. de teſtament.* Bart. *in auth. ſi qua mulier, nu. 10, 11. C. de ſacroſanct. Eccl.* Ruin. *conſil. 98. col. vlt. & penult. lib. 2.* Soc. ſen. *conſil. 91. num. 2. lib. 1.* Alexand. *conſil. 3. nu. 12. lib. 3.* Capr. *conſil. 83. n. 13. & ſeqq.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 95 ſolut. . n. 6.* Ergo ſicuti teſtamentum hoc caſu confirmatur per mortem ciuilem, cum tamen non recipiat effectum, niſi per mortem naturalem, *l. 1. iuncta Gloſ. in verbo mortem ff. de teſtamen.* ſequitur idem dicendum in præſenti diſputatione, & ſic mortem ciuilem eundem operari effectum, quem mors naturalis. Et hoc argumento in ſpecie vſus fuit Honded. *dict. conſil. 63. num. 32. lib. 1.*

Reſpondeo ego caſum oppoſitum, & caſum noſtrum eſſe valde diuerſos: in caſu enim obiecto, certum eſt quod bona remanere debent apud aliquos, & ibi adſunt teſtator monaſterium, & hæres ſcriptus: ſed teſtator non poteſt habere bona, quia eſt mortuus mundo, *cap. placuit, il ſecondo, 18. q. 1. & cap. nullus, 2. q. 7.* monaſterium etiam non habet quia incapax, *d. clem. exiui de Paradiſo. de verb. ſignific.* ergo per neceſſe habebit hæres ſcriptus à teſtatore ante religionis ingreſſum. At in caſu noſtro adſunt grauatus profeſſus, monaſteriū, ſubſtitutus, & hæres profeſſi, vel legitimus, vel ſcriptus, quòd profeſſus nec monaſterium incapax habere poſſint dictum eſt: difficultas reducitur, an ſubſtitutus ſtatim facta profeſſione ſuccedere debeat, an potius hæres ſcriptus, vel legitimus profeſſi, quæ obiectio, & difficultas non cadit in caſu oppoſito, vnde ex diuerſis non fit illatio.

Altera igitur eſt opinio præcedenti contraria, quod 17
immo ſubſtitutus non admittatur, niſi poſt mortem naturalem monachi ingreſſi religionem incapacem, & quod bona remanere interim debeant, vel apud hæredem ſcriptum, vel legitimum profeſſi, & hanc probarunt Salic. *in l. 1. columna quarta, C. de hæred. inſt.* Imol. *in l. cū pater §. hæreditatem ff. de legat. ſecundo*, & ibi Cuman. Ioan. de Mont. Sperell. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum columna 10. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Crott. *nu. 11. 17. & 18.* & Eman. Coſta *n. 12.* Alexan. *in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell.* & ibi Ripa *nu. 12.* & Honded. *columna 1. & 2.* Socin. ſen. *in l. cum auus nu. 10. & ſeqq. ff. de cond. & demonſtrat.* Cuman. *in l. 1. ff. de teſtamen.* Iaſ. *in authent. ſi qua mulier in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ripa *in l. ex facto, § ſi quis rogatus num. 46. ff. ad Trebell.* Felin. *in cap. licet vndique, extr. de offic. deleg. & in capitulo in præſentia numero 56. extra de prob.* Roman *ſingu. 434.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. vigeſimo primo, nu. 171.* vbi dicit eſſe communem opinionem Modernorum, Alexand. *de ſubſtitut. part. 4. cap. 6. num. 3. & ſequenti*, Didac. Spin. à Carcer. *in Specul. teſtamen. tit. de fideicomm. ſubſtitut. num. 24. & ſeqq.* Roderic. Suarez *allegat. 27.* Eman. Coſta *in capitulo ſi pater, in prima parte, in verb. ſi abſque liberis, nu. 61. verſic. His tamen, de teſtament. in ſexto*, vbi dicit eſſe communem opinionem Recentiorum, Bero. *q. 4. fideicommiſſo facto ante numerum quintum* & ſi benè aduertatur hanc etiam probat Honded. *d. conſ. 63. lib. 1.* qui licet in caſu ſuo, quia monaſterium erat ſubſtitutum, & ſic non poterat fideicommiſſum effici caducum per mortem ſubſtituti ante grauatum, teneat primam opinionem, tamen ſentit contrarium, quando ſubſtitutus poteſt præmori, & ſic euenire caſus caducitatis, & dato ſubſtituto loco pio, vel vniuerſitate, faciliùs poſſet ſuſtineri prima opinio, & hanc ſecundam ſententiam vti veriorem ego ſequutus ſum in vna de Nicolinis ob ingreſſum religionis Carmelitarum, *vt in conſilio* 88. in quo tamen caſu non potui obtinere, ſed per profeſſionem Illuſtriſſimus D. Michael Faſcarenus pronunciauit caſum fideicommiſſi eueniſſe, eandem ſententiam tenui in alia de Portulacis, *vt in conſil. 95 dubio primo.*

Primum

17 Primum fundamentum huius ſententiæ eſt quia in diſpoſitione in qua fit mentio de morte, intelligitur de morte naturali, non ciuili, *l. ex ea parte, §. inſulam. ff. de verb. oblig.* & ſcribunt Gloſſ. *in cap. placuit, & in cap. ſuſceptum, de reſcript. num.* 6. Bartol. *in dict. §. Cornelio Felici, & in dict. l. ex ea parte, §. inſulam*, & ibi alij *ff. de verbor. obligat.* Imol. *in Rubr. extra de teſtament. numero* 14. Alexand. *conſil.* 139. *num.* 3. *lib.* 2. Gratus *conſil.* 2. *num.* 42. *lib.* 1. Bero. *dict. quæſt.* 41. *numer.* 3. Phanut. *in tracta tu de lucr. dot. in Rubr. verſic. poſt mortem, numer.* 12. Alexand. *conſil.* 2. *numer.* 1. *lib.* 1. Ad quod etiam facit, quia verba debent intelligi naturaliter, non ciuiliter, *l. vltim. C. de his qui veniam ætat. impetrauer. l. fideicommiſſum. ff. de cond. & demonſtr.* ergo dum hæres grauatur ſub conditione mortis, intelligi debet de morte naturali, non ciuili.

Reſpondent qui primam ſententiam ſequuntur, hoc verum eſſe regulariter, non autem quando mors ciuilis habet eundem effectum, quem mors naturalis, quia tunc æquiparantur, & idem iudicatur de vna quod de alia, vt ſcribunt Grat. *conſil.* 21. *n.* 8. *lib.* 2. Rolan. à Valle *de lucr. dot. q.* 95. & alij relati *ſupra nu.* 14. At hic idem reſultat effectus ex vtraque, vt in argumentis primæ opinionis conſideratum fuit: ergo, &c. & ita reſpondet Honded. *d. conſil.* 62. *n.* 29. *lib.* 1.

18 Reſpondetur ſecundò, mortem ciuilem æquiparari naturali, quando militat eadem ratio Soc. iun. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n.* 16. & ibi alij communiter, *ff. de liber. & poſthum.* Menoc. *conſil.* 388. *n.* 23. Honded. *d. conſ.* 63. *nu.* 40. *lib.* 1. At hic militat eadem ratio, vt oſtendit Honded. *vbi ſupra*, vbi præcipuè dicit, quod teſtator conſiderauit, quod bona potius eſſent apud fideicommiſſarium, quam apud hæredem grauati, & quod cum hæres grauatus non poſſit habere ob ingreſſum religionis, teſtator cenſetur vocaſſe ſubſtitutum etiam in hunc caſum, allegat Socin. iun. *d. §. & quid ſi tantum, num.* 23. *verſic. itaque in hoc articulo*.

Secundò facit, quia mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ſcribunt multi relati *ſupra nu.* 15. At in iure non reperitur expreſſum, quod grauatus ſub conditione mortis, cenſeatur etiam grauatus ſub conditione mortis ciuilis, immo contrarium reperietur deciſum in verbis, de quibus in ſequētibus argumentis: ergo &c.

Reſpondet Honded. *d. conſil.* 63. *n.* 41. *lib.* 1. quod contraria opinio eſt communiter recepta, & quod ſufficiat, quod idem reſultet effectus, vel quod eadem adſit ratio in morte ciuili, vt in morte naturali, prout in ſolutione præcedentis argumenti dictum fuit, eandem eſſe rationem, & eoſdem reſultare effectus.

19 Tertiò, valde ſtringit, quod ita demum mors ciuilis æquiparatur naturali, ſi operatur omnes effectus, quos naturalis produceret, nec ſufficeret aliquos effectus producere, quo ad vnum caſum tantum, ſed neceſſe eſt, vt quo ad omnia producat, Cin. Bald. & alij Doctor. *in l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cleric.* Bartol. & alij *in dict. l. ex ea parte, §. inſulam ff. de verbor. obligat.* vbi Iaſ. dicit eſſe communem opinionem, Crot. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n.* 23. & ibi Socin. iun. *n.* 15. *verſ. quando autem ff. de liber. & poſthum.* Pariſ. *conſil.* 5. *n.* 150. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 282. *n.* 8. *lib.* 2. & ſentiunt relati *ſupra nu.* 14. Atqui alius eſt effectus mortis naturalis, alius mortis ciuilis, melior enim conditio mortis naturalis, quia tardiùs poterit conueniri grauatus pro fideicommiſſo, & ſic fructus medij temporis erunt hæredum grauati, Imol. *in l. cum pater, §. hæreditatem, nu.* 6. *ff. de leg.* 2. Alex. *in l. ex facto, n.* 5. *ff. ad Trebell.* Felin. *in cap. an præſentia, nu.* 56. *verſ. ad ſecundum, ext. de probat. & in cap. licet vndique, n.* 2. *verſ. dixit Bartolus, extr. de offic. deleg.* Iaſ. *d. §. inſulam, nu.* 3. *verſ.* *ad idem* Pariſ. *conſil.* 5. *n.* 150. *verſ. in caſu autem præſenti, lib.* 4. Crot. *in d. §. & quid ſi tātum, n.* 15. & 16. ergo mors ciuilis non æquiparabitur naturali, & per ſubſequens ſubſtitutus non admittetur, niſi ſequuta morte naturali grauati profeſſi.

Reſpondent Socin. ſen. *conſil* 92. *n.* 2. *verſ. ſed huic rationi, lib.* 5. Alex. *conſil.* 13. *n.* 3. *lib.* 3. Honded. *d. conſil.* 63. *n.* 49. *lib.* 1. apud quos videndum erit. Alia etiam reſpōſio datur à Ruin. *in d. §. & quid ſi tantum, n.* 16. *verſ. retenta igitur*, quem ſequitur Honded *d. conſ.* 63. *num.* 49. *verſ. quibus ad medium*, vbi dicunt commodum maioris dilationis non eſſe habendum in conſideratione, cum reſpiciat fauorem tertij non grauati: ſed hæc reſponſio non eſt tuta, vt dixi *ſupra n.* 14. *in fine*.

Quintò confirmatur ex text. *in d. l. ex ea parte, §. inſulam. ff. de verbor. oblig.* vbi ſtipulatio dari, cum morieris, non committitur per deportationem rei promittendi, ſed expectatur mors naturalis: & tamen deportatus habetur pro mortuo ciuiliter, Imol. *in l. cum pater, § hæreditatem il primo, n* 6. *ff. de leg.* 2. Paul. Caſtr. *in l.* 1. *§. pen. de bonor. poſſ. contra tab.* Ripa *in l. ex facto, n.* 11. *ff. ad Trebell.* Bero. *q.* 4. *n.* 4. 20

Reſpondetur *in d. §. inſulam*, diuerſam eſſe rationem à caſu iſto, nam ibi adiectum tempus mortis in ſtipulatione fuit principaliter cauſa differēdæ ſolutionis, prout præſumitur in dubio, *l. cum quis*, & ibi Doct. *ff. de annu. legat.* Doct. *in l. qui Romæ, in principio ff. de verb. obligat.* Et quia verba, cum morieris, denotant tempus, *l. ſi Titio, ff. quand. dies legat. ced.* nimirum ſi ibi non ſufficiat mors ciuilis, cum mors naturalis operetur maiorem dilationem. At in hoc caſu tempus mortis adiectum ſubſtitutioni, non fuit adiectum cauſa differendi reſtitutionem fideicommiſſi, ſed conditionis cauſa, ita vt grauatus hæres donec viuat retineat bona, & per eius filios (ſi conditio filiorum ſit appoſita) & poſt eos, quod bona magis deueniant ad ſubſtitutum, quàm ad hæredem extraneum, & cum per profeſſionem nec grauatus, nec monaſterium incapax poſſint habere, bona reſtitui debent ſubſtitutis, & ſic in hoc caſu reſultat idem effectus, & viget eadem ratio, quæ in morte naturali, & ita volunt Alex. *conſ.* 13. *n.* 3. *verſ. & licet, lib.* 3. Socin. ſen. *d. conſ.* 92 *num.* 2. *lib.* 1. Socin. iun. *d. §. & quid ſi tantum, numer.* 23. *verſic. itaque in hoc articulo*. quos refert & ſequitur Honded. *d. ct. conſil.* 63. *num.* 42. *lib.* 1. Ruſtic. *d. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 16.

Reſpondetur ſecundò, quod *in d. §. inſulam agitur de ſtipulatione*, quæ ſtrictè debet interpretari, *l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig.* At hic ſumus in teſtamentis, quæ largam recipiunt interpretationem, *l. in teſtamentis, ff. de reg. iur.* & ibi Cagnol. *n.* 1. & 7. Honded. *conſ.* 63. *nu.* 30. *& ſeq. libr.* 1.

Quintò ad idem facit tex. *in l. cum pater, §. hæreditatē, il primo ff. de leg.* 2. vbi grauatus reſtituere in caſu mortis, nō tenetur reſtituere in caſu deportationis, quæ eſt mors ciuilis, vt ſupra dictū eſt, ſed expectatur mors naturalis: & ſic mors ciuilis nō æquiparatur naturali, & per conſequēs in caſu iſto, & mors naturalis erit expectāda.

Reſpondent tenentes primam ſententiam, quod leges loquentes de deportato non inferunt ad hūc caſum ob diuerſitatem rationis. & quia idem effectus non reſultat ex deportatione, qui reſultat ex ingreſſu religionis, quandoquidem in deportato poteſt euenire, quod ſubſtitutus moriatur ante mortem naturalem deportati fideicommiſſum fieri caducum, vt dicitur *in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, de iur. fiſc.* & deportatus poteſt reſtitui per Principem, & poſt reſtitutionem procreare liberos à quibus ſubſtitutus excludatur, *l. intercidit, ff. de condit. & demonſtr.* quod non contingit in ingreſſo religionem, qui non poteſt effici laicus, matrimonio

trimonio ſe copulare, & liberos procreare, & ita reſpondet Honded. *d. conſ. 63. n. 4. lib. 1.*

Sextò principaliter hæc opinio probatur per text. *in d. l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iur. fiſc.* vbi fideicommiſſum relictum poſt mortem non debetur niſi ſequuta morte naturali, & nec ſufficit mors ciuilis per deportationem: & ratio tex. eſt, quia poſſet fideicommiſſarius præmori, & ſic fieri caducum fideicommiſſum vel condemnatus alias res aquirere. Et ad idem eſt text. *in l. Titio. & ei ff. de legat. 2.* vbi ſi duobus legatur, & alter eſt incapax propter delictum, portio incapacis non accreſcit coniuncto, ſed remanet apud fiſcum: ergo idē in monacho ingrediente religionē incapacem,

Sed & ad hunc text. reſponſio patet ex Ruſtic *in d. l. cum auus lib. 5. c. 7. num. 8. verſ. mouentur, & n ſeq.* & per Honded. *d. conſ. 63. n. 46. lib. 1.* & nos etiam ſupra conſiderauimus hunc text. adduci pro contraria opinione, vt in primo fundamento illius,

Ex prædictis autem patet vtramq; opinionem & rationibus, & authoritatibus eſſe munitam, ego autem exiſtimo veriorem eſſe hanc ſecundam opinionem: nā cum, vt dictum eſt, mors ciuilis non æquiparetur naturali, niſi ijdem reſultent effectus in vtraque, vt concedunt, & tenentes primam opinionem, non quidem reſultant ijdem effectus in caſu noſtro, cum verum ſit in morte naturali poſſe conſiderari caducitatem quæ non conſideratur in morte ciuili præmoriente ſubſtituto, vt *in d. § Cornelio Felici*, & dum Honded. *loco citato* reſpōdet ad hunc *textum, §. Cornelio Felici*, & ad alium text. *§. hæreditatem*, oſtendit hanc caducitatem eſſe valde conſiderabilem, & in caſu ſuo reſpondet reſultare eundem effectum, quia ſubſtitutum erat monaſterium, *vt nu. 45. & 46.* ergo non ſubſtituto monaſterio, quod mori non poteſt, ſed particulari perſona idem non reſultabit effectus. Accedente etiam, quod hic ſumus in conditionibus, quæ in forma ſpecifica impleri debent *l. qui hæredi, & l. Mæuius ff. de cond. & demonſtr.* Bart. & alij, *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* & mors ciuilis eſt mors ficta non vera *l. 1. §. vltim. ff de bonor poſſeſſ. contra tab.* Bald. *conſil 148. nu. 2. lib. 4.* Grat. *conſ. 21. n. 65. lib. 2.* Nec in iure reperitur nomen mortis ciuilis, ſed hoc nomen à Doctoribus eſt inuentum, Fortun. Garz. *d. §. & quid ſi tantum n. 42. verſ. ego igitur*, & Eman. Coſta *num. 3.* Et tandem quia monachus æquiparatur potius deportato, quam damnato in metallum, Bart. *in d. §. hæreditatem*, Vaſq *d. §. 21. nu. 171. ante finem*, & in deportato non euenit dies fideicommiſſi reſtituendi, *d. §. hæreditatem, & d. §. Cornelio Felici*, & etiam conſidero, hoc eſſe fauorabilius religioni, vt monachus ante ingreſſum poſſit habere ſolatium, quod hæredes ſui fruātur illis bonis, quibus ipſe frueretur ſi religionem non ingrederetur, vt ſupra diximus.

31 Limitatur prima opinio, quando profeſſus antea vendidiſſet, & alienaſſet bona, nam emptor durante vita illius non poſſet moleſtari, vt tenent. Bald. Peregr. & alij *citati ſupra num. 1.* qui in his terminis loquuntur, & ita ego tenui *in conſil. 88. n. 13.*

Quod ſi magis placeret ſecunda opinio, illa erit limitanda, prout principalis concluſio ſupra fuit declarata.

32 Quę autem ſit monaſteria incapacia videndum erit apud præcitatos Doctores, & late apud Ruſtic. *d. lib. 5. cap. 4. & cap. ſeq.* & de Carmelitis Lapus videndus erit *allegat. 44* & in Mandoſ. *in addit.* & de religione Ieſuitarum dixi *in conſ. 8. dubio primo*, Pancir. *conſ. 114* Menoc. *conſ. 10 4. n. 8. & per totum*, vbi late Mandoſ. *in tract. de priuil. ad inſtar. gloſſ. 11. n. 18.* Hier. Gab. *conſ. 28. lib. 1.* Molin. *de iuſt & iur. p. 11. tract. 2 diſpu. 139. col. 2.*

33 Reſtat vt videamus an mortuo ſubſtituto ante mortem naturalem ingreſſi, ius fideicommiſſi tranſmittatur? Et non tranſmitti deciditur *in d. §. Cornelio Felici*, & ſcribunt Alexand. *conſ. 2. n. 58. lib. 1.* Ruin. *conſ. 85. nu. 2. lib. 2.* Surd. *conſ. 239. lib. 2.* Vaſq. *de ſucceſſ progreſſ. lib. 3. §. 21. nu. 271.* Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 7. nu. 23* Gallus *de except. 22. nu. 258. parte 2.* Peregr. *de fideicommiſſ. art 28. num. 61. & nu. 81. & ſeqq.* & ſentiunt omnes relati *ſupra nu. 2.*

S V M M A R I V M.

1 Clericus ſi grauetur ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, intelligitur de liberis naturalibus, ſi teſtamenti tempore extabant, & teſtator hoc ſciebat,

2 Clericus ſi grauetur ſub conditione, ſi ſine liberis, de quibus liberis intelligatur, & per totam quæſt.

14 Conditio ſi ſine liberis in clerico intelligitur de eccleſia, contra n. 15. & videatur tota quæſt.

16 Fideicommiſſum iniunctum mulieri honeſtæ ſub conditione ſi nubat redditur nullum.

19 Clericus ſi grauetur ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus vel ex legitimo matrimonio natis conditio non vitiat diſpoſitionem.

20 Clericus ſi cum alijs cohæredibus grauetur ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, conditio liberorum non refertur ad clericum, contra nu. 21.

QVÆSTIO CCCCXXXI.

Clericus ſi grauetur ſub conditione, ſi ſine liberis de quibus liberis conditio intelligatur, an de adoptiuis, vel naturalibus, vel de Eccleſia, vel aliter?

CONTROVERSA admodum eſt diſputatio, 1
quando clericus eſt grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, an fideicommiſſum debeatur moriente clerico, & conditio repletatur: an verò iſta conditio intelligatur de liberis legitimis, & naturalibus, vel legitimis tantum, vel de Eccleſia? & in hac re octo adſunt opiniones, ego autem diſtinguo duo capita,

Primum caput eſt, quando hæres in ſacris conſtitutus, teſtamenti tempore habeat filios etiam, naturales, & teſtator hoc ſciebat, & tunc hi filij facerent deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine filijs. &c. Connan. *libro primo, Commun. iur. capit. 1. numer. 7.* Coraſ. *libr. 1. Miſcell. iur. cap. 7. numero 6. verſic. altera coniectura.* Paleot. *tract. de noth. & ſpur. c. 28. in fine*, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 9. numero 32.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 78. numero 41. & num. 56.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 64. num. 67.*

Secundum caput eſt, quando teſtamenti tempore grauatus filios non habebat, vel ſi habebat teſtator ignorabat, & tunc duo ſunt diſtinguendi caſus.

Primus eſt, quando clericus ſolus eſt grauatus, & tunc variæ ſunt opiniones.

Prima eſt opinio, quod conditio hæc intelligatur de 2
filijs adoptiuis, quam probarunt, Bartol. *in l. ſi quis poſthumos, ff. de liberis, & poſthumis*, & ibi Angel. Imol. Connan. *circa principium*, Caſtrenſ. *numero tertio.* Aretin. *numero quarto*, Alexand. *numero nono.* Iaſon, *numero 8.* Dec. *in cap in præſentia, num. 38. extr. de prob.* Odd. *de compend. ſubſtitut. parte vltima, quæſtione ſecunda, artic. 6. dubio ſecundo*, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 32.* & alij relati ſupra *quæſt. 306. num. 6.* qui tamen ibi loquuntur, quando diſpoſitiuè filiorum facta eſt mentio.

Contrariam opinionem tenuerunt Paleot. *de not. & ſpur. cap. 28. n. 6.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 78. n. 28* Ruſtic. 3

in l. cum

in l.cum anus,lib.3.cap.1.num.164.& ſeqq ff de condit.& demonſtr.

4 Secunda eſt opinio, quod intelligi poſſit dicta conditio de filijs naturalibus tantum, & hanc tenuerunt Angel.*in l.ſi quis poſthumos ff.de liber.& poſthum.*Coraſ. *lib.1.Miſcel.iur.c.7.n.6.in fin.*Mant.*de coniect.vltim.volunt lib.11.tit.9.nu.13.*

5 Contrariam ſententiam probarunt Abb.*in c.in præſentia,n.16.extr.de probat.*& ibi Dec.*n.38.*Bero.*conſ.73.col.3.& ſeq.libr.2.*Paleot.*tract.de not.& ſpur.cap.28 n.1.*Odd.*de compend ſubſtit.par.vlt.q.2.art.6.dub.3.n.4.*Menoch.*lib.4.præſump.78.n.47.*Intrigl.*de ſubſt.cent.3.q.64.n.44.*vbi dicit hanc opinionem eſſe receptiorem, & alij relati in ſexta opinione, qui volunt, conditionem ſi ſine liberis reijci.

6 Tertia eſt opinio, quod dicta conditio poſſit intelligi de filijs legitimis, & naturalibus ex putatiuo matrimonio natis, Rip.*in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,nu.19.ff.ad Trebell.*

7 Contrariam opinionem tenuerunt Paleot. *tract.de not.ſpur.cap.28.nu.4.* Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.9.n.31.*Menoch.*lib.4.præſump.78.num.51.*Intrigl.*d.cent.3.q.64.nu.57.*

8 Quarta eſt opinio, quod conditio intelligatur de filijs legitimis, & naturalibus, quos poteſt ſuſcipere in ſacris conſtitutus, ſi matrimonium ex diſpenſatione Papæ contrahat, Rip.*in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,n.18.in fine, ff.ad Trebell.*Intrigl. ſenſit *d.centur.3.quæſt.64.num.49.*

9 Contrariam ſententiam probarunt Paleot. *tract.de not.& ſpur.cap.28.num.4.*Mantic.*de coniect.vltim.voluntat.lib.11.tit.9.num.29.*Præt.*de interpr.vltim.volunt.fol.306.num.27.in fine,& nu.28.*Menoch.*lib.4.præſump.78.num.51.& ſeq.*Peregr.*de fideicommiſſ.artic.28.num.41.in fine.*

10 Quarta eſt opinio, quod hæc conditio duas habeat partes, hoc eſt ſi deceſſerit, & ſi ſine liberis deceſſerit, vnde clerico mortuo, extabit prima conditio, altera verò, ſi ſine liberis, reijciatur, & habeatur pro non adiecta, Bald.*in l.generaliter,§.cum autem,num.3.C.de inſtit.& ſubſtit.*& ibi Salic.*num.8.*Bero.*in cap.in præſentia,numero 268.verſic.cogitabam,extr.de probat.* Rimin. *conſ.73.numero 12.lib.2.*Mantic.*de coniectur.vltimar.volunt.lib.11.titul.9.num.33.in fine,*Præt.*de interpret.vltimar.voluntat.fol.306.numero 27.& ſeq.* & alij relati *infra numero 15.*

11 Sexta eſt opinio, quod hæc conditio habeatur pro pura, cum ſit neceſſaria, Salic.*in l.generaliter,§.cum autem,num.8.C.de inſtit.& ſubſtit.* Paleot.*tract.de not.& ſpur.cap.28.in fine,*Menoch.*lib.4.præſumpt.78.n.56.*Intrigl.*d.cent.3.q.46.n.64.*

12 Septima eſt opinio quod conditio intelligi poſſit de naturalibus legitimatis. Imol.*in l.ſi quis poſthumos,n.3.*& ibi Paul. Caſtr. ſenſit, & latiùs Alexand. *num.9.in fine.* Et quando clericus habuiſſet filios legitimatos poſt alios admittit Ruſtic. *dict.libr.3.cap.1.num.185.* poſt Doctor. *in dict.l.ſi quis poſthumos,* Paleot. *dict.cap.28.in fine,*& Menoch.*dict.præſumpt.38.num.56.*Sed contra tenuit Mantic.*de coniectur.vltim.volunt lib.11.tit.9.num.32.circa finem.*

13 Prædictæ ergo opiniones habent in ſe maximas difficultates, vt patet ex oppoſitionibus factis ab his, qui contra eas tenuerunt, vnde ſuccedit alia opinio, quod hæc conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, intelligatur de Eccleſia: & ſic ciuiliter interpretandam eſſe diſpoſitionem teſtatoris ex text.*in §.ſed & hoc præſenti,in auth.de Sanctiſ.Epiſcop.* Et quamuis conditio debeat poſſe eſſe, & non eſſe, *l.cum ad præſens, ſi cert.petat.* & Eccleſia non poſſit deſinere eſſe, *cap.ſi gratioſè,de præſcript.in 6.* Et qui religionem profitetur certus ſit decedere cum Eccleſia, & clericus in ſacris exiſtens non poſſit religionem deſerere, *cap.cum ex eo de elect.in 6.* nihilominus fauor religionis operabitur, vt conditio non ſit conditio. Bald.*in l generaliter.§ cum autem,nu.3.verſic.ſed quid ſi iſta,C.de condit.inſtitut.* Et in ſpecie hanc opinionem probarunt Gloſſ.*in auth.niſi rogati,in verbo locum venerabilem,*& ibi Petr.Cin.Bart. & Bald Angel. *in primo not.C ad Trebell.*Iacob.de Beluiſ.*in dict.auth.ſed & hoc præſenti,verſic.item quæritur,in auth.de Sanctiſſ.Epiſcop.* Bartol. *in l.hæredibus,§.vltim.num.4.*& ibi Angel.*ff.ad Trebell.*Salicet.*in l.generaliter,§.cum autem,verſic.quæro quid ſit iſta,C.de inſtit.& ſubſtitut.* Aret.*in l.ſi quis poſthumos num.3.*& ibi Alexand.*num.8.ff.de liber.& poſthum.*Ruin.*in l Gallus,§.& quid ſi tantum,num.28.ff.de liber.& poſthum.*Gloſſ.*in cap in præſentia,in verbo,inſtituit,*& ibi Abb.*num 15.*Barbat.*colum.69.in fine,*& Pariſ. *num.32.extr.de probat.* Dec.*conſil.299.num.9.& conſil.425.num.12.*Ruin.*conſil.153.num.1.lib.1.& conſil.109.num.3.lib.3.*Bero.*conſil.73.num.11.& conſil.117.nu.31.lib.2.*vbi dicit hanc opinionem ferè ab omnibus eſſe receptam, Cioff.*conſil.92.num.1.lib.2.*Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol.137.num.110.*Alexand.Trent. *de ſubſtit.part.4.c.7.n.32.*Peregr.*de fideicomm.art.28 num.42.* Ruſtic. *in l.cum auus,lib.3.c.1.n.167.& ſeqq.ff.de condit.& demonſtr.*Boer.*deciſ.354.nu.13.*Viu.*lib.1.deciſ.147.n.2.& 3.*vbi ſcribit ita omnes tenere.

Cæterum alij voluerunt conditionem, ſi ſine liberis, 14 non intelligi de Eccleſia, & grauamen remanere, ſed intelligi, vel de adoptiuis, vel aliter ſecundum præcedentes opiniones.

Declaratur tamen prima opinio vt procedat, dummodo clericus habitauerit continuè in domo Eccleſiæ, & diſpenſauerit bona in Eccleſiæ vtilitatem, tunc enim Eccceleſia ſecularis loco filij eſſe dicitur, aliàs ſecus, Menoch.*conſil.245.nu.16.& ſeqq.* cum alijs congeſtis *quæſt.429.num.4.*

Sed quid ſi teſtator poſuerit in cōditione filios maſculos, vel legitimos & naturales, vel ex ſuo corpore de- 15
ſcendentes, & ſic de filijs per naturam, tunc de Eccleſia non poſſet intelligi, & fideicommiſſum redderetur nullum, Bart.*in d.l.hæredibus,§.vlt.nu.4.ff.ad Trebell* & ſequuti ſunt Ang.Aret.Alex.Abb.Dec.Ruin. Pariſ.Bero.Cioff.Præt.Alex.Trent.Peregr.Boer.& Viu.*relati ſupra n.13.*mouentur omnes, arg.*l.quoties,ff.de cond.& demonſtrat.*vbi ſi fideicommiſſum iniungatur mulieri honeſtæ, caſu quo nubat, redditur nullum, quod etiam ſcribunt ibi omnes ibid. Felin.*in cap.in præſentia,nu.36.verſic.ſecundo quia,* & hoc quia conditio eſt à iure reprobata: ergo & in clerico, conditio, ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis deceſſerit, tanquam à iure reprobata, vt per Doctor.*in d.l.hæredibus §.Titius,& in d.c.in præſentia,*& per Alexand.*in d.l.ſi quis poſthumos,col.3 ff.de liber.& poſthum.*annullabit fideicommiſſum, & ſubſtitutus excludetur.

Hanc etiam opinionem vltra præcitatos probarunt 16 Paul.Caſtr. *in l.1.§.lex Falcidia,n.4.*& ibi Alex. *nu.10.ff.de leg.Falcid.*Bald.*conſ.375.præmittendum eſt,num.7.lib.1.*Ludou.Roman.*conſ.438.col.4.n.8.*Pariſ *conſ.109.n.2.& ſeqq.lib.3.*Felin.*in d.c.in præſentia,n.31.*Præt.*conſ.137.nu.91.*Put.*deciſ.55.n.5.lib.1.*

Et quamuis fideicommiſſum ſit nullum, non aufer- 17 tur relictum ſacerdoti, ſed ſolum fideicommiſſum non debetur, vt ſentiunt omnes pro hac ſententia adducti, & in ſpecie Dec.*conſ.299.nu.10.*Pariſ.*conſ.109.nu.3.lib.3.*Peregr.*d.art.28.n.42.*

Verum alij ſe habēt in ſententia, quod cōditio, ſi ſine 18 liberis maſculis, vel ex ſuo corpore natis, vel legitimis, & naturalibus appoſita reijciatur, grauamen tamen re-

maneſe ſub conditione mortis, nec Eccleſiam facere deficere conditionnem, ita Bald. in l. generaliter. §. 1. n. 9. & ibi Salicet. nu. 8. C. de milit. & ſubſtit. Angel. in d. l. ſi quis poſthumos, & ibi Imol. ff. de liber. & poſthu. Paul. Caſtr. in d. l. hæredibus, §. 1. in fine. ff. ad Trebell. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 18 ff. eod. Dec. in d. c. in præſentia, n. 38. & ibi Bero. nu. 257. extr. de probat. Rimin. conſ. 73. num. 12. libr. 2. Bero. conſil. 73. colum. 2. & 3. lib. 2. Menoch. conſil. 245. lib. 3. & lib. 4. præſump. 72. n. 42. & ſeqq. Coraſ. lib. 1. Miſcel. iur. cap. 7. num. 6. Paleot. tract. de not. & ſpur. cap. 28. num. 5. Mant. de coniect. vltim. volunt. libr. 11. tit. 9. num. 28. & 53. Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 306. n. 27. & ſeqq. vbi dicit hãc opinionem eſſe veriorem, & magis communem Intrigl. de ſubſtitut. cen. 3. q. 64. n. 26. Ruſtic. in l. cum auus, li. 3. c. 1. nu. 177. Caualc. decif. 2. p. 3. vbi dicit ita ſæpiùs conſuluiſſe, & iudicaſſe, Theſaur. decif. 163. vbi dicit in ſenatu illo Pedemontium ita fuiſſe iudicatum, Viu. dec. 147. n. 4. & ſeqq. lib. 1. & hæc opinio mihi etiam videtur tenenda. Nam conditio hæc, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, vel ex ſuo corpore, non eſt in ſe turpis negatiuè concepta, licet in ſenſu contrario, ſi habuerit filios maſculos, vel ex ſuo corpore ſit improbata, quia ſic inuitat clericos ad fornicandum; nam clericus habet relictum, licet filios maſculos non habeat, vt ſupra dictum eſt, vnde de neceſſitate non inuitatur ad fornicandum, & cum conditio, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, vel ex ſuo corpore, contineat in ſe duas conditiones: alia, ſi deceſſerit, alia, ſi ſine maſculis, reijciatur in parte ſe habente ad filios: & in alia parte reſpiciente mortẽ clerici ſuſtinebitur. l. Titia ff. de cond. & demonſtr. Gloſſ. in l. ſi quis ita inſtitutus ſit, de cond. inſtit. in vltimis enim voluntatibus vtile per inutile non vitiatur, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 77. n. 18. vbi allegat l. 2. ff. de his quæ pro non ſcript. haben. Iaſ. in l. 1. § ſed ſi mihi. ff. de verb. oblig. & ita etiam conſiderat Peregr. licèt ad aliud propoſitum d. art. 28. ante num. 43. verſ. præterea, & Ruſtic. d. lib. 3. c. 1. n. 183. in fine. Non obſtat l. quoties, ff. de cond. & demonſtr. in qua fundamentum conſiſtit tenentium primam ſententiam; nam ibi cõditio erat concepta taliter, quod nubere non poterat, quæ eſt reprobata à iure, l. hoc modo ff. de cond. & demonſt. nec mulier poterat habere, niſi dum eſſet innupta, & in pœnam nubendo iniunctum erat fideicommiſſum, at in noſtro, clericus habet relictum, licet non habeat filios maſculos nõ priuatur, nimirum ſi fideicommiſſum ſuſtineri debet; conditio in clerico eſſet turpis ſi relictum eſſet fideicommiſſum ſi filios maſculos habuerit, tunc enim inuitaretur ad fornicandum: & hoc modo conditio affirmatiuè eſt impoſita, aliud quando negatiuè, vt in terminis noſtris, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis: quia tunc non inuitatur ad delinquendum & pœna non eſt impoſita priuationis relicti ſi filios maſculos non habuerit.

19 Nota tamen quod prædicta procedunt, quando appoſita eſt conditio, ſi ſine liberis, vel ſimpliciter, vel ſine liberis maſculis, vel ex ſuo corpore deſcendentibus, aliud autem ſi grauatus eſſet clericus in ſacris ſub conditione, ſi ſine liberis ex legitimo matrimonio deceſſerit, nam talis conditio non vitiaret fideicommiſſum, ſed deberetur, nam eſt conditio neceſſaria, quia eius contrarium eſt impoſſibile. Ruin. conſ. 144. num. 11. libr. 3. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 9. in fine. Rot. Roman. dec. 697. parte 1. in nouiſſ. impoſſibile enim eſt clericum in ſacris conſtitutum poſſe contrahere matrimonium, ergo de neceſſitate decedet ſine filijs ex legitimo matrimonio natis.

20 Secundus caſus eſt, quando teſtator plures hæredes inſtituit, & inter hos eſt clericus, & eos grauat, ſi ſine liberis, vel ſine liberis maſculis, vel legitimis & naturalibus, vel ex ſuo corpore deſcendentibus deceſſerint, & hoc caſu ſunt opiniones, alij enim volunt clerico non videri fideicommiſſum iniunctum, quia ei conditio nõ conuenit, & in ſpecie ita tenent Paul. Caſtr. in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid. & ibidem Alexand. Pariſ. in c. in præſentia nu. 47. ext. de probat. & in conſ. 103. n. 4. lib. 3. Bald. conſ. 373. n. 7. lib. 1. Roman. conſ. 438. n. 6. Dec. conſil. 299. n. 9. & ſeq. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 11. tit. 6. nu. 34. Ratio eſt, quia ſermo ad habilia reſtringitur dict. l. §. ex Falcidia, per quem text. & rationem Alex. tenuit hanc opinionem, & generalitas verborum per ſibi connexa reſtringitur, l. vltim. §. vlt. ff. de vin. trit. & ol. legat. l. nam quod liquida, § vltimo. ff. de pœn. legat. ergo cum fideicommiſſum ſit iniunctum pluribus ſub hac conditione, cenſebitur iniunctum his quibus conditio conuenit.

Alij ergo melius ſenſerunt volentes & clericum dici grauatum ſub conditionem mortis, cõditionem autem, ſi ſine liberis reijci, ita in ſpecie Capr. conſ. 22. Menoch. conſ. 245. dubio primo, Alba. conſ. 7. nu. 28. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 306. n. 29. verſ. namque prædicta, Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 42. verſic. ſed opinio, Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 3. cap. 1. nu. 177. & ſeqq. Theſaur. decif. 163. vbi teſtatur ita in Senatu Sabaudię fuiſſe iudicatum. Caualcan. decif. 2. num. 6. par. 3. vbi dicit ita iudicatum. Primò facit pro hac opinione, ſi tamen eſſemus in fideicommiſſo reciproco inter fratres, quod ſicuti clericus eſt ſubſtitutus fratribus, pariter & illi clerico ex eodem reciproco fideicommiſſo ſuccedere debent ratione ſeruandæ æqualitatis, ad l. liberis, C. de collat. Secundò, cum hæc ſubſtitutio ſit vna & eadem inter fratres non debet diuerſo iure cenſeri ad l. nam ad ea, ff. de cond. & demonſtrat. Sed debet eandem recipere determinationem per reg. l. iam hoc iure. ff. de vulg. vnde ſicuti clericus ſuccedit fratribus hoc caſu, vt dicunt Dec. conſ. 299. n. 2. & Mantic. d. tit. 8. in fin. eodem iure & ipſi clerico ſuccedere debent eius fratres, & dum eiuſdem verbis ſit inductum grauamen, quibus eſt vocatus, non poteſt ſeiungere grauamen à commodo, vt in ſimili Bald. in l. omni innouatione, nu. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Alex. conſ. 209. colum. penult. lib. 2. 21

Tertiò, talis præſumitur fuiſſe voluntas teſtatoris, qui veriſimiliter de hoc cogitauit, & tamen reciprocè ſubſtituit, ergo haberi debet pro diſpoſito. Gloſs. in l. tale pactum C. de pact. Vltimò, cum adſint duæ conditiones, altera mortis, altera ſi ſine liberis deceſſerit, non inconuenit, quod iſta defectus liberorum reijciatur tanquam inconueniens clerico, & altera mortis quæ propriè conuenit firma remaneat, Peregr. d. art. 28. nu. 42. in vltimis verbis.

Non omitto diſtinctionem Ruſtici d. cap. 1. nu. 183. inter reciprocam factam inter deſcendẽtes, & extraneos, vt ſi agatur de extraneis procedat opinio prima, Caſtr. ſecus ſi deſcendentibus ob veriſimilem mentem teſtatoris, ego autem eaſdem rationes cenſeo militare in vtriſque, & ideo puto tenendum, quod & in perſona clerici fideicommiſsum locum habeat. 22

QVÆSTIO CCCCXXXII.

QVAERITVR, quando teſtator inſtituit plures hæredes, alios vniuerſaliter, alios in re certa, ſi iniungatur grauamen fideicommiſſi, an conditio, ſi ſine liberis, referatur ad inſtitutos in re certa, ſi teſtator dixit, & ſi omnes filij mei ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo Titium, an verò mortuis hæredibus vniuerſalibus ſine liberis ſubſtitutus admittatur, licet adhuc ſuperſint inſtituti in re certa, & contra ſubſtitutum ſcribunt Anchar. conſil. 68. column. 2. Alexand. conſil. 17. libr. 7. Barbat. conſ. 81. col. 6. lib. 3. Craue. conſil. 1

uet.*conſ.* 155.*num.*10.Præt.*de interpr.vltim. volunt.folio* 316.*num.* 12.

Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes conditionem non referri ad inſtitutos in re certa,ita Grat. *conſ.*65.*n.*10.*lib.*2.vbi dicit eſſe communem opinionē, Mantic.*de coniect.vlt.volunt.lib.*11.*tit.*1.*n.*5.

Videantur etiam dicta *ſupra q.* 261.

QVÆSTIO CCCCXXXIII.

1 QVAERO, teſtator ſubſtituit Titium, ſi inſtitutus deceſſerit in pupillari ætate, & ſine liberis, mortuus eſt inſtitutus poſt pupillarem ætatem ſine liberis, an ſubſtitutus admittatur? Et admitti ſcribunt, Rip.*in l. Centurio, num.*94 *ff. de vulg.& pupill.* poſt Paul.Caſtrenſ.*conſ.* 112.*ſubſtitutio prædicta. lib.*2.ſequitur Alex.Trent.*de ſubſtit.part.*4.*c.*9.*n.* 23.*verſ.quæ concluſio.*

2 Contrariam ſententiam probarunt Doctor.communiter *in l.Centurio.ff.de vulg.*Bald.*conſ.* 473. *l. verba teſtamenti,lib.*1.*& conſ.*35.*pater filio,lib.* 2.Cuman.*conſil.* 125.*proponitur,*Corn.*conſ.*61.*lib.*2.Nat.*in addit. ad Alexand.conſil.*88.*littera A,lib.*7.Ruin.*conſ.* 105.*col.*4.*lib.*2. & hanc ego probaui conſulendo ſuper teſtamēto Laurentij de Gambatijs. Non enim eſt de facili præſumendum patrem voluiſſe priuare filium facultatē teſtandi,& diſponendi inter viuos,& cum conditio,ſi ſine liberis,ſit appoſita copulatiuæ,apparet adiectam eſſe ad diminuendum grauamen, non ergo debet operari argumentum.

De hoc articulo videantur quæ ſcripſi *ſupra q.* 111.

QVÆSTIO CCCCXXXIV.

1 QVAERO, teſtator ſubſtituit Titium ſi inſtitutus,& eius filij ſine filijs deceſſerint, inſtitutus mortuus eſt ſine filijs, nec vnquā filios habuit,an ſubſtitutus admittatur? Et pro ſubſtituto tenent Zanch.*in l.heredes mei,§.cum ita,nu.*1303.*& ſeq.ff. ad Trebell.*Dec.*conſ.*227.*n.*7.*& ſeq.*Menoch.*conſil.*339.*n.*16.*& n.*19.Decian.*conſ.*1.*n.*111.*& ſeqq lib.*1.

Contrariam opinionem,& malè tenuit Ruin. *conſil.* 96.*col penult.& vlt.lib.*2.vbi ampliat & ſi dixiſſet, ſi inſtitutus,& eius filij,& filiorum filij ſine filijs deceſſerint ſubſtituo Titium,nam Titius non admitteretur niſi inſtitutus,& eius filij filios habuerint,qui prius deceſſerint.

Videantur etiam dicta *quæſt.ſeq.& ſupra q.*64.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta heredi, ſi liberos habuerit,& illi quādocunque deceſſerint, non habet locum, ſi inſtitutus nunquā filios habuit,contra n.*5.*Limita n.*6.*& ſeqq.*

2 *Subſtitutio fideicommiſſaria,non extenditur de caſu ad caſum.*

3 *Fideicommiſſa ſunt odioſa,& ſtrictè interpretari debent.*

4 *Mori non dicitur qui natus non eſt.*

10 *Subſtitutio facta heredi, ſi filios non habuerit,effectum habet ſi inſtitutus filios habuit,& hi ante patrem deceſſerunt. Declara nu.*11.

12 *Poſthumo ſine liberis decedenti, ſubſtitutus, poſthumo non nato admitti an debeat? remiſſiuè.*

13 *Poſthumo primo ſubſtituens ſecundum poſthumum, & huic ſine liberis decedenti ſubſtituens Titium nato primo poſthumo tantum, eoque mortuo ſine filijs ſubſtitutioni locus non erit.*

14 *Subſtitutus interim donec filij naſcantur nullis natis liberis non admittatur.*

15 *Filium inſtituens, & ſi is ante teſtatorem moreretur inſtituens eius nepotes ex dicto filio,& filio & nepotibus ſine liberis decedētibus ſubſtituens Caiū ſi prius moriatur teſtator poſtea filius, & illi ſucceſſerunt nepotes qui tandem ſine filijs moriantur, ſubſtitutus non admittitur.*

16 *Filium inſtituens,& eo ſine liberis decedenti ſubſtituens filios maſculos filiæ,& filia ſine filijs maſculis decedēte ſubſtituens Caium,mortuo inſtituto ſine liberis, ſi filij maſculi filiæ non extant ſubſtitutus non admittetur durante vita filiæ.*

17 *Subſtitutus in caſu ſi inſtitutus filios non habuerit, an dicatur ſubſtitutus in caſu ſi filios habuerit, & ante grauatum moriatur?*

QVÆSTIO CCCCXXXV.

Subſtitutus ſi hæres habuerit liberos, & illi quandocunque deceſſerint, ſi inſtitutus nunquam filios habuit, an locus ſit ſubſtitutioni?

SI teſtator ſubſtituit Titium hæredi, ſi ille libe- 1
ros habuerit, & quandocunque deceſſerint, & eueniat caſus, quod inſtitutus nunquam filios habuerit, an locus erit ſubſtitutioni fideicommiſſariæ de Titio factæ? Et contra ſubſtitutum tenent Alciat.*conſil.*492.*num.* 11. Cephal. latiſſimè *conſ.* 649. & Menoch. *conſil.* 326. *dubio primo, & conſil.*864. *dubio primo.*

Probatur primò hæc opinio ex text.*l. commodiſſimè, ff.de liber.& poſthum.*vbi caſus, ſi me viuo naſcetur,non extenditur ad caſum, ſi naſcatur poſt mortem teſtatoris, & è contra caſus, ſi poſt mortem teſtatoris naſcatur, non extenditur ad caſum, ſi viuo teſtatore naſcatur, de quo tamen articulo latè diximus *quæſtione* 64.

Secundò, conditio debet impleri in forma ſpecifica, *l.qui hered. & l. Mæuius.ff.de cond.& demonſtrat.* ergo ſubſtitutione facta ſub conditione, ſi filios habuerit, & ante grauatum moriantur,conditio non erit impleta, non natis filijs.

Tertiò ſubſtitutio fideicommiſſaria non extenditur 2
de caſu ad caſum, Surd.*conſ.*46.*n.*1 *lib.*1. Honded.*conſil* 48.*n.*55.*& conſil.*55.*n.*49.*lib.*2.Menoch.*conſil.*171.*n.*15.*& lib.*4.*præſumpt.*73. Peregr. *de fideicomm.art.*1.*nu.*36. & latiùs alibi diximus,ergo, &c.

Quartò,fideicommiſſa ſunt odioſa & ſtrictè interpre- 3
tanda,*l.cohæredi, §. cum filia,ff.de vulg.* Roland.à Vall. *conſil.*30.*num.*25.*lib.*4. Menoch.*conſil.*150.*num.* 10.*& ſeq.*Rumin.iun.*conſil.*23.*numero* 22.Cephal. *conſil.* 525. *numero* 22.Odd.*conſil.*56.*num.* 29. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch *lib.*4 *præſumpt.*67.*num.*20.*& ſeqq.*& alibi plenè dictum fuit, ergo non erit facienda extenſio de caſu procreationis filiorum, ad caſum non natiuitatis.

Quinto, ſubſtitutio eſt facta ſi filij deceſſerint, & hic 4
caſus non euenit, quia filij nati non ſunt, & conſequenter non deceſſerunt, qui enim natus non eſt,non dicitur mori, Gloſ. *in l.qui duos, §* 1. *ff.de manum. teſtam. cum ſimil.* & hanc rationem adduxit Ceph.*d.conſ.*649. *num.*18.vbi alios multos citat.

Sed contrariam ſententiam pro ſubſtituto, tenuit 5
Decian.*conſil.*1.*n.*111.*& ſeqq.lib.*1.

Fundamenta tamen huius opinionis videnda erunt apud Menoch.*d.conſil.*326.*n.*19.*& ſeqq.*& pariter apud Decian.& Cephal *locis ſupra citatis.*

Limitatur primò quando fauore agnationis factum 5
eſt fideicommiſſum, nam tunc ſubſtitutioni locus eſſet,

Dec.*conſil.* 227. *num.* 7. *& ſeqq.* Menoch. *conſil.* 339. *num.* 11. *& conſil.* 435. latè vbi *numer.* 8. *&* 10. ita ſe declarat *in dict. conſil.* 326. Licet in hoc, quando proximiores de agnatione ſunt vocati, contrarium tenuerit Cephal. *conſil.* 649.

7 Limitatur ſecundò non procedere, quando in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, quia licet ſubſtitutio ſit facta quodammodo caduca, attamen reſtituenda eſt hęreditas ſubſtituto, Paul. Caſtr. *conſil.* 395. *videndum, num.* 4. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 1. *num.* 132. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 432. *num.* 15.

8 Contrariam ſententiam probarunt Alciat. *reſp.* 492. *n.* 27. & Menoch. *conſ.* 326. *nu.* 40. & hæc ſecunda opinio mihi magis placet tenendo opinionem, quod caſus fideicommiſſi non euenerit, quia licet clauſula codicillaris operetur, vt caducata hæredis inſtitutione fideicommiſſum debeatur à venientibus ab inteſtato, vt dicemus *q.* 566. *nu.* 14. *& ſeqq.* attamen non poteſt operari, quando non euenit caſus ſubſtitutionis diſpoſitus à teſtatore, quia ſicuti tunc non deberetur fideicommiſſum ex teſtamento, pariter non poteſt deberi virtute clauſulæ codicillaris, Socin. ſen. *conſ.* 76. *in fine lib.* 3. Menoch. *conſ.* 326. *nu.* 40.

9 Quod ſi ſecunda opinio principalis magis placeret, illa declaranda erit ex traditis ſubtiliter à Cephal. *dict. conſil.* 649.

10 Sed inſurgit alia quæſtio, teſtator filio ſubſtituit ſub conditione, ſi filios non habuerit, an comprehendatur tam caſus non natiuitatis filiorum, quàm caſus natiuitatis, & obitus ante grauatum, & vtrumque caſum cõprehendi ſcribunt Alexand. *conſ.* 101. *nu.* 15. *lib.* 7. Menoch. *conſ.* 864. *num.* 1. *& ſeqq. & conſ.* 326. *dubio primo*, ratio eſt, quia verum eſt vtroque caſu tempore mortis filios non habuiſſe.

11 Quod tamen intelligendum eſt, dummodò teſtator in diſpoſitione non conſideraſſet exiſtentiam filiorum grauati, aliàs ſecus ſi eorum exiſtentiam conſideraſſet, & poſtea ſubſtituiſſet ſub conditione, ſi filios non habuerit, quia intelligitur ſubſtituere in caſu procreationis filiorum & mortis eorum ante grauatum; non in caſum non natiuitatis, Menoch. *conſ.* 326. *dubio primo, & conſ.* 864. *dubio primo*, & faciunt dicta ſupra *hac quæſt. nu.* 1. & etiam comprobatur ex quatuor primis fundamentis ibi conſideratis: Verum eſt, quod in contrarium adduci poſſunt, Decian. *citatus ſupra num.* 5. & argumenta ibi remiſſiuè adducta pro comprobatione opinionis ipſius Deciani.

12 Sed quid ſi teſtator vocauit poſthumum, & ei quandocunque ſine liberis decedenti, ſubſtituit Titium, ſi poſthumus non eſt natus, an fideicommiſſum debeatur? Diximus *ſupra q.* 64. *n.* 60. *& ſeqq.*

13 Et ſi teſtator inſtituat primum poſthumum naſciturum, & ei decedenti ſubſtituat ſecundum poſthumum, & ei ſine filijs poſtea decedenti ſubſtituat fratrem ſuũ, ſi contingat naſci vnum ſolum poſthumum, & mori ſine liberis, an frater teſtatoris admittatur? & contra fratrem tenent Old. *conſ.* 177. *teſtator*, Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de teſtam.* §. 1. *in fine, verb. cum patronus*, Ruin. *conſ.* 104. *n.* 5. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 100. *nu.* 26. *lib.* 3. Menoc. *conſ.* 245. *n.* 7. *et ſeqq. conſ.* 326. *n.* 13. *& cõſ.* 532. *n.* 19. Honded. *conſ.* 49. *n.* 63. *lib.* 2. & videnda erunt dicta *ſupra qu.* 64. vbi de hoc articulo dictum fuit infra *quæſt.* 460. *nu.* 74. *& ſeqq. verſic. infertur ſecundò*, vbi duæ aſſeruntur declarationes.

14 Quid modò ſi teſtator ſubſtituit Titium interim donec filij naſcantur, an filijs non natis ſubſtitutus admittatur? & non admitti latè comprobauit Cephal. *conſil.* 450. *nu.* 27. *& ſeqq.*

15 Præterea ſi teſtator inſtituit filium, & ſi is ante ſe teſtatorem moreretur nepotes ex filio inſtituat, & filio & nepotibus ſine filijs decedentibus ſubſtituat Caium, ſi moriatur teſtator, & poſtea filius, cui ſuccedant nepotes, ſi hi tandem ſine liberis decedant, non dicetur euenisse caſum ſubſtitutionis ad fauorem Caij ſubſtituti, ita ſcribunt Anchar. *conſ.* 137. Ruin. *conſ.* 180. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 2. Soc. iun. 180. *n.* 38. *lib.* 2. Hier. Gab. *conſ.* 117. *n.* 3. 10. 19. *& ſeqq. lib.* 1. Zanch. *in l. heredes mei §. cum ita, n.* 731. *&* 737. *ff. ad Trebell.* Pract. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 371. *n.* 2.

Alia eſt quæſtio, teſtator inſtituit filium, & eo ſine liberis decedenti ſubſtituit filios maſculos filiæ, & filia ſine liberis maſculis moriente, ſubſtituit Titium, ſi filius moriatur ſine liberis, & tunc non extant filij maſculi filiæ, non admitteretur ſubſtitutus durante vita filiæ, etiam quod certum ſit, filiam non eſſe habituram filios, puta propter ſenectutem, & mors filiæ erit expectanda, antequam ſubſtitutus ſuccedere poſſit, Peregr. *conſil.* 28. *lib.* 4. 16

Non omitto aliam quæſtionem, ſi teſtator ſubſtituat ſub conditione, ſi inſtitutus filios non habuerit, an dicatur ſubſtitutus in caſu natiuitatis filiorum, & obitus ante grauatum? dixi *quæſt.* 460. 17

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutus ſub conditione, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, non tenetur probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe, ſi agit, nec opponitur quod grauatus filios habuerit, contra n.* 2. *ampl. & decl. per tot. quæſt.*

3 *Subſtitutus ſub conditione, ſi ſine liberis, non tenetur probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe, licet hoc rogetur, contra num.* 4.

5 *Negatiua ſui natura eſt improbabilis.*

6 *Negatiua quando eſt fundamentum intentionis probari debet eo modo quo probari poteſt.*

7 *Subſtitutus ſub conditione ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, mortuo ſimul patre & filijs, hoc ſufficit probari à ſubſtituto, licet filios prius deceſſiſſe non probet, Decl. nu. ſeqq.*

11 *Subſtitutus ſub conditione, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, tenetur probare patrem & filios ſimul perijſſe, vel prius filios, quando actor probauit grauatum, & eius filios obijſſe, contra n.* 12.

13 *Subſtitutus ſub conditione, ſi ſine liberis tenetur probare patrem poſt filios mortuum, quando non probat ſimul perijſſe, nec ſufficit probare quod omnes perierint varijs caſibus, vel varijs in locis, contra n.* 14.

15 *Subſtitutus ſub conditione, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, quando poſſidet non tenetur probare grauatũ ſine liberis deceſſiſſe, ſed actor tenetur probare grauatum filios poſt reliquiſſe, contra n.* 16.

17 *Subſtitutus non tenetur probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe, quando agitur de tacita conditione ex diſpoſitione, l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. contra num.* 18.

QVÆSTIO CCCCXXXVI.

Subſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, vtrum teneatur probare eum ſine liberis deceſſiſſe?

DISPVTATIO non eſt inutilis, an ſubſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, teneatur probare eum ſine liberis deceſſiſſe? In quo articulo diſtinguo duo capita.

Primum caput eſt, quando agitur de conditione expreſſa, & tunc aliquot caſus ſunt diſtinguendi.

Primus

P.imus caſus eſt, quando inſtitutus ageret, & diceret grauatum ſine liberis deceſſiſſe, nec opponitur quod filios habuerit, & tunc ſubſtitutus non tenetur probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe, Iaſ. *in l. is poteſt, n.86. ff. de acquir. hæred.* Soc. ſen. *in l. qui duos, §. cũ in bello, n. 4. & 5. ff. de reb. dub.* Rip. *in l. ex facto. § ſi quis autem, n.3. ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *conſ.388. pro declaratione primi dubij, lib.1.* Dec *conſ.578. in principio, & conſ.652. nu.7.* Alciat. *conſ.160. n.1. li.8. & de præſumpt. reg.1. præſumpt.49. n.3.* Dec. *variar. reſolut. lib.2. cap.7. nu.6.* Mantic. *de coniect. vlt. voluntat. lib.11. tit.4. n.6. verſ. nam primus,* Maſcard. *de probat. concluſ.1344. nu.13.* Menoc. *lib.4. præſump.182. n.5.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.67. nu.1.* & alij in fortioribus relati *in ſeq. caſu pro prima opinione.*

2 Contrariam opinionem probauit Fachin. *lib.6. contrresponse iur. cap.44.*

3 Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutus agit, & dicit grauatum ſine liberis deceſſiſſe, & reus hoc negat, & ad huc ſubſtitutus non tenetur aliquid probare, quia præſumitur eum ſine liberis deceſſiſſe, ita ſcribunt Bart. *in l. ex facto. §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* & ibi Angel. Paul. Caſtr. Claud. Aquen. & Rip. *n.9.* Bart. *in l. qui duos, §. cum in bello.* & ibi Soc. ſen. *nu.4. & 5. ff. de reb. dub.* Iaſ. *in l. is poteſt, n.86. ff. de acquir. hæred.* Seuer. *in l. precibus, n.59. C. de impub. & alijs ſubſtit.* vbi plures pro hac opinione citat, licet non omnino affirmet, Ruin. *in rub. de oper. nou. nunciat. nu.53.* Bero. *in c. in præſentia, n.347. & ſeqq. extr. de probat.* Paul. Caſtr. *conſ.388. pro declaratione primi dubij, lib.1.* Alex. *conſ.20. in fine, conſ.39. li.1. conſ.127. li.2. & conſ.179. nu.7. li.8.* Corn. *conſ.19. col.1. conſ.196. conſil.341. li.1. conſ.72. col. vlt. lib.3. & conſ.198. n.3. ver. confert. lib.4.* Iaſ. *conſ.34. column.1. lib.1.* Socin. ſen. *conſ.89. column.4. lib.1.* Dec. *cõſ.86. column.4. conſ.578. in princ.* vbi dicit eſſe communem opinionem. *& conſ.652. nu.7.* Caſtan. *conſil.19. dubio 3. & 5.* Ruin. *cõſ.109. n.37. li.3.* Soc. iun. *conſ.64. num.3. lib.4.* Alciat. *conſ.160. n.1. lib.9.* Plot. *conſ.20.* Natt. *conſ.395. nu.7.* Bellon. *conſ.19. num.3.* Rumin. ſen. *conſil.127. numero 25.* Decian. *conſil.50. num.28. lib.1.* Hieron. Gabr. *conſil.107. numero 3. lib.1.* Surd. *conſ.92. num.16. lib.1.* Alciat. *de præſump. reg.1. n.49.* vbi teſtatur de communi opinione, Dida. *lib.2. variar. reſolut. cap.7. num.6.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.276. nu.17. & fol.549. n.203. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.343. n.8. & ſeqq.* vbi dici hanc opinionem eſſe veriorem, & communem, *concluſ.801. & concl.1344.* Menoch. *lib.4. præſump.182. nu.5.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib.4. cap.5. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi dicit eſſe crebriorem opinionem, Bero. *deciſ.38. n.30.* Capic. *deciſ.159. nu.11.* Octau. *deciſ. Pedem.108. nu.17.* & ibi regiſtratur *conſ. Purpur. idem tenentis,* Rot. Roman. *in collect. per* Farinac. *deciſ.436. par.1.* Mantic. *deciſ. Roman.12. nu.1.*

Argumenta huius opinionis ſunt primò text. *in l. ex facto, §. ſi quis ff. ad Trebell.* vbi colligitur in dubio præſumi conditionem, ſi ſine liberis ad fauorem fideicommiſſarij eueniſſe, & contrarium probandum eſſe ab eo qui negat.

Secundò facit *cap. in præſentia, extr. de probat.* vbi actores fideicommiſſarij ſolum aſſeruerunt grauatum deceſſiſſe ſine liberis, nec quidquam de euentu conditionis probarunt.

Tertio accedit, in facto conſiſtere, quod quis liberos habuerit, & actor præſupponit vxorem duxiſſe, liberos ſuſcepiſſe, & poſt ſe reliquiſſe, quæ omnia ſunt facti, vnde non præſumuntur, ſed ſunt probanda, *l.1. Cod. de probat. l. adſeueratio, C. de non. numer. pecun.*

Quartò additur ratio, quod cum primo naturali ſtatu hominis congruit, quod quis ſine liberis deceſſerit, hæc enim qualitas, quod quis filios non habuerit à principio inerat, qui ergo dicit filios habuiſſe probare debet.

Cæterum alij fuerunt in contraria ſententia, quod 4
immo ſubſtitutus teneatur probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe, Gloſſ. *in l. ex facto § ſi quis autem* & ibi Iacob. de Aret. Alber. Imol. Cuman. & Alex. *ff. ad Trebell.* Aret. *in l. ſed & ſi de ſua, colum. penult. ff. de acquir. hæred.* Cagnol. *in l. ſi emancipati, n.68. C. de collat.* Bald. *conſ.216. lib.4.* Alex. *conſ.117. col.1. lib.1. conſ.72. nu.2. lib.5. & conſ.124. in princ. lib.7.* Gozad. *conſ.4. n.12.* Pariſ. *conſ.38. n.45. & ſeq. lib.2.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.4. nu.1. & ſeqq.* Diaz. *in reg.488.* Peregr. *de fideicomm. art.43. nu.49.* Fachin. *lib.6. controu. iur. cap.44.*

Probatur iſta opinio ex tex. *in l. eum qui nouiſſimus ff. ad Trebel.* vbi ſubſtitutus vltimo ex hæredibus morienti ad partem hæreditatis non obtinebit, niſi oſtenderit quis nouiſſimus obierit. Confirmatur etiam, nam quod grauatus deceſſerit ſine liberis eſt fundamentum intentionis aduerſarij, ideo illud probare tenetur, alioquin reus erit abſoluendus *l. qui accuſare, Cod. de edend. l. eum*
qui. ff. de probat. Et quamuis iſtud fundamentum contineat 5
negatiuam, quæ ſui natura eſt improbabilis, *c. quoniam contra extr. de probat. l. actor quod aſſeuerat, C. eod.* Menoch. *lib.2. præſumpt.50. nu.8. ſeqq.* nihilominus & negatiua probari debet eo modo quo poteſt, quando fundamentum eſt intentionis *l. optimam, C. de contrah.*
& commit. ſtipul. & ibi Doct. Corn. *conſ.250. nu.2. lib.1.* 6
Dec. *conſ.177. column.1. verſ. prima enim cõditio,* Pariſ. *cõſ.153. n.39. lib.4.* Soc. iun. *conſ.67. n.12. & 4. li.4.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Cum ergo fideicommiſſum non debeatur, niſi conditio euenerit, *l. legata. ff. de condit. & demonſtr.* & diximus *qu.614.* ſi fideicommiſſarius conditionem eueniſſe aſſerat, probare debet, non autem id probandum erit à negante, quia probatio facienda eſt ab eo qui dicit, non autem ab eo qui negat, *l.2. ff. de probat.*

Tertius caſus eſt quando ſubſtitutus agit, & fatetur 7
grauatus filios habuiſſe, ſed eos cum patre ſimul ruina, vel naufragio periiſſe dicit, & tunc tenetur probare, quod ſimul perierunt, & ſi probauerit admittetur, Albert. *in l. ex facto. § ſi quis autem,* & ibi Imol. Cuman. Alexand. Hercul. & Rip. *ff. ad Trebell.* Surd. *conſ.… n.2. lib.1.* Did. *lib.2. Variar. reſolut. cap.7. n.6. verſi. ſecundus caſus,* vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Odd. *de compend. par.6. q.2. ar.2. n.6.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.11. tit.4. n.6. verſi. ſecundus caſus,* vbi teſtatur de magis communi opinione, Maſcard. *de prob. concluſ.1344. n.15.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Peregrin. *de fideicomm. art.43. nu.51. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.67. n.4.*

8 Ampliatur procedere, ſiue filius erat impubes, ſiue pubes, quia adhuc præſumitur prius mortuus filius, vt ſentiunt ferè omnes ſupra relati.

9 Contrariam ſententiam, quando filius erat pubes, vt præſumatur poſt patrem mortuus, tenen Accur. *in d. l. ex facto § ſi quis autem ff. ad Trebell.* Aret. *conſ.5… colu. prima,* Peregr. *de fideicomm. art.43. n.53. verſi. Accurſius autem.*

10 Limitatur ſi in medio adeſt perſona, cui ob reuerentiam, vel pietatem magis pertinent bona quam ſubſtituto, Odd. *de compend. part.6. q.2. art.2. nu.6.*

De hoc tamen caſu videnda erunt dicta ſupra *q.416.* vbi latiùs de hoc.

11 Quartus caſus eſt, quando ſubſtitutus agit, nec fatetur inſtitutum grauatum filios habuiſſe, ſed reus poſſeſſor opponit, & probat grauatum & eius filios obijſſe, & hoc caſu ſubſtitutus tenetur probare filios eſſe mortuos ante patrem, vel ſimul cum patre, Albert. *in d. l. ex*

facto,

facto,§.ſi quis autem, & ibi Angel. Imol. Cuman. Alexand. Hercul. & Rip *ff. ad Trebell.* Ioan. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §.75.* Did. *lib.2. variar. reſolut. cap. 7. n.6. verſi. tertius caſus*, Mantic. *de coniect. vltim. volũt. lib.11. tit.4. nu.6. verſi. tertius caſus*, Maſcard. *de probat. concl.1344. nu.1*. Peregr. *de fideicomm. art.43. nu.59.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.67. num.5.* Fachin. *lib.4. controu. iur. cap.44.*

12 Verum ab his alij grauiſſimi Iuriſconſulti diſſentiunt, tenentes quod ſubſtitutus non teneatur probare filios prædefunctos, ſed ſufficere fieri relationem per nuntios & exploratores, filios non inueniſſe, ad hoc vt ſubſtitutus admittatur, in qua ſententia fuerunt Bart. *in d.l. ex facto,§. ſi quis autem ff. ad Trebell. in l. qui duos, §. cum in bello ff. de reb. dub. & in l. illa ad finem, ff. de verb. oblig.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 388. pro declaratione primi dubij, n.4. lib.1.* Alexand. *conſ.27. colum. vlt. lib.7.* Rumin. ſen. *conſ.127. nu.25.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.9. nu. 7.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.548. nu. 29.* Maſcard. *de probat. concl.343. in fine.*

13 Quintus caſus eſt, quando ſubſtitutus agit, & probat inſtitutum, & eius filios obijſſe non ſimul, ſed diuerſis in locis, aut varijs caſibus, nec probat patrem præmortuum, & tunc reus abſoluetur, Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis autem*, & ibi Cuman. Alexand. Hercul. & Rip. *ff. ad Trebellian.* Aret. *in l. ſed ſi de ſua. colum. penult. ff. de acquir. hered.* Pariſ. *conſ.36. numero.45. lib.2.* Did. *lib.2. variar. reſol. cap.7. nu.6. verſi. quartus caſus*, Mantic. *de coniectur. vltimar. vol. lib.11. tit.4. nu.6. verſi. quartus caſus*, Maſcard. *de probat. concluſ.1344.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.43. n. 54. & ſeqq.* vbi dicit procedere ſiue filius erat pubes, ſiue impubes, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.3. quæſt. 67. num.6.* Octau. *deciſ. Pedem.108.* & ibi refertur etiam *conſil.* Purpur. idem tenentis.

14 Contrariam ſententiam probarunt, Bart. *in l. qui duos, §. cum in bello ff. de reb. dub.* & ibi Soc. ſen. *nu.4.* Angel. *in l. ex facto, § ſi quis autem*, & ibi Paul. Caſtreſ. *ff. ad Trebell.* Alciat. *de Præſumpt. reg.1. præſumpt.49.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Pacian. *de probat. lib.2. cap.7. n.53.*

15 Sextus caſus eſt, quando ſubſtitutus eſt poſſeſſor, & aduerſus eum agitur, & tunc actor debet probare grauatum liberos habuiſſe, ac fuiſſe patri ſuperſtites, alias ſubſtitutus reus abſoluetur, Bart. *in l. qui duos, §. cum in bello ff. de reb. dub.* Imol. *in l. ex facto, §. quis autem*, & ibi Paul. Caſtr. *ff. ad Trebell.* Crot. *in c. Raynutius, col.12. extr. de teſtam.* rurſus Paul. Caſtr. *cõſ.388. pro declaratione primi dubij lib.1.* Did. *lib.2 Variar. Reſolut. cap.7. nu.6. verſi. quintus caſus*, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.4. n. 6. verſi. quintus caſus*, Anton. Gabr. *de probat. concluſ.6. n. 27.* Maſcard. *de Probat. concluſ.1344. numero 13.* Intrigl. *de ſubſtit. centur.3. quæſt.67. nu.7.* Fachin. *lib. 6. controu. iur. cap.44.*

16 Contrariam opinionem, ſiue filius erat pubes, ſiue impubes, tenet Peregr. *de fideicomm. art.43. n.54. & ſeqq.* vbi comprobat adhuc ſubſtitutum teneri probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe.

17 Secundum caput eſt, quando agitur de conditione tacitè a lege ſub intellecta ex diſpoſitione *l. cum auus, ff. de cond. & demonſtrat.* & tunc quæ fideicommiſſarius agat, ſiue excipiat nihil tenetur probare, ſed aduerſario, dicenti grauatum mortuum fuiſſe cum filijs, incumbet probandi onus, Crauet. *in reſp. pro genero, n.142.* Menoch. *lib.4. præſumpt.182. nu.6.* Peregr. *de fideicomm. art.43. nu.58.*

18 Contrarium ſentit Ruſtic. *in l. cum auus, lib. 4. cap.4. nu. 9. ad medium, & cap.5. numero 24. ff. de cond. & demonſtr.*

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione filij tacitè ex diſpoſitione l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. non cenſentur vocati.*

2 *Poſiti in conditione filij expreſſe non cenſentur vocati, contra nu.3. & per tot. quæſt. multa recenſentur coniectura, ex quibus vocati cenſentur.*

4 *Poſiti in cõditione filij in Sereniſſ. Dom. Veneto cenſentur vocati in iudicijs coram Illuſtriſſ. ſuperioribus.*

7 *Poſiti in conditione, quando ſunt extranei ex coniecturis non cenſentur vocati, contra nu.8.*

9 *Poſiti in conditione ex vnica coniectura non cenſentur vocati, contra n. 10. ſed in iudicis arbitrio eſſe, n.11.*

11 *Poſiti in conditione ad hoc, vt ex coniecturis dicantur vocati, quales debeant eſſe coniectura, & nu. ſeqq. vbi plures referuntur Doctorum ſententia.*

23 *Poſiti in conditione quando ſunt de deſcendentibus cenſentur vocati, contra n.24.*

25 *Poſiti in conditione ſub qualitate maſculinatis cenſentur vocati, contra n.26. decl. n. ſeqq.*

64 *Poſiti in conditione ſi ſunt nati ex legitimo matrimonio, vel legitimè deſcendentes cenſentur vocati, contra n.65. declara. n.66.*

67 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ab inteſtato non poſſent ſuccedere patri ſuo, contra n.68. ampl. num.69.*

71 *Poſiti in conditione cenſetur vocati ad excluſionem ſubſtituti, quando patri poſitorum in conditione non fuit delata hæreditas.*

72 *Poſiti in conditione vocati præſumuntur, quando ſtantibus filijs, vel agnatis maſculis filiæ fuerunt excluſæ, contra n.72. declara n. ſeqq.*

76 *Poſiti in cõditione præſumuntur vocati, quando in defectum maſculorum alius fuit ſubſtitutus cum conditione deferendi nomen & inſignia teſtatoris.*

78 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ſubſtitutio facta eſt pro conſeruandis bonis in agnatione, contra num.79.*

80 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator in fine ſubſtitutionis excluſit fœminas propter locum pium.*

81 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando reſultat fauor piæ cauſæ quod ſint vocati, contra n.82.*

84 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator pluribus inſtitutis dixit, & ſi alter deceſſerit ſine filijs ſubſtituo ſuperuiuentes, vel eorum filios, contra n.85. decl. n.86.*

87 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando inter inſtitutos facta eſt reciproca, contra n.88.*

90 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, contra n.91. Decl. num ſeqq.*

101 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi bis ſunt poſiti in conditione, contra nu.102.*

103 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando agitur de legatis, & fideicommiſſis particularibus, contra n. 104. Decl. n. ſeqq.*

107 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator in alio capitulo ſupponit eſſe vocatos, Decl. n. ſeq.*

110 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ex præcedentibus, vel ſequentibus colligitur teſtatorem voluiſſe eos eſſe vocatos.*

114 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator perpetuò deſcendentibus voluit prouidere.*

115 *Poſiti in cõditione cenſentur vocati, ſi in ſubſtitutione adſunt verba de heredes in heredem, &c. vel de gradu in gradum, vel de deſcendente in deſcendentem, vt n. ſeq. contra n.117.*

120 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando in vltimo gra-*

Digitized by Google

timo gradu ſubſtitutionis dictum fuit, quod bona remaneant in hæredes, & deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes.

122 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator ſubdit, ita tamen quod vnus alteri ſuccedat vſque in infinitum.*

123 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator iuſſit eos non poſſe inquietari.*

124 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, vel poſt mortem omnium contra num. 125.*

129 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando poſtquam ſunt poſiti in conditione teſtator dixit ei, vel eis ſubſtituo.*

130 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando in aliquo ſunt grauati, contra n. 131. decl. n. ſeqq.*

161 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando prohibita eſt alienatio bonorũ, vt in familia, vel in deſcendentibus conſeruentur, contra nu. 162. decl. nu. ſeq.*

176 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ne ſequatur abſurdum, quod remotior præferatur remotiori, vel minus dilectus magis dilecto, contra n. 177.*

178 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando tranſuerſalium, eorumque deſcendentium eſſet melior conditio quam deſcendentium teſtatoris.*

179 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ſequeretur abſurdũ aliquod ſi non eſſent vocati, ampl. n. 180.*

181 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando aliter hæreditas ſtaret in ſuſpenſo.*

182 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando excluderent perſonas paris, vel melioris conditionis.*

183 *Poſiti in conditione cenſentur vocati quando affirmatiuè ſunt poſiti in conditione ad excluſionem aliorũ, qui alijs ab inteſtato ſuccederent, contra n. 184.*

185 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando in vltimo gradu ſubſtitutionis ſunt vocati extranei, vel remotiores agnati minus dilecti, contra num. 186. decl. num. 187.*

188 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando apparet teſtatorem eos magis dilexiſſe.*

190 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi in alia diſpoſitionis parte ſunt diſpoſitiuè vocati, contra nu. 191. decl. nu ſeqq.*

195 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando in fine ſubſtitutionum collectiuè ſunt vocati alij de familia, vel de domo.*

196 *Poſiti in conditione cenſentur, vocati, ſi aliàs voluntas teſtatoris non poſſet ſuum ſortiri effectum.*

197 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando alias verba nil operarentur.*

198 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ſeruaretur æqualitas inter deſcendentes.*

199 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator in inſtitutione vſus eſt Conſilio Galli, contra nu. 200.*

201 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando inter eos poteſt eſſe poſthumus*

202 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi nepos qui habet nomen proprium teſtatoris eſt in conditione poſitus, declara n. ſeq*

204 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ſub collectiuo nomine liberorũ, vel deſcendentium ſint poſiti in conditione, & nu. 206. contra n. 205.*

207 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator habuit reſpectum ad ſtirpes, & non ad capita inſtitutorum, contra nu. 208.*

209 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando hæreditas eſt grauata onere reali, vt tranſeat ad omnes deſcendentes, & n. ſeq.*

211 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator perpetuum onus impoſuit hæredibus, contra nu. 212.*

213 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quãdo teſtator ius patronatus perpetuum conſtituiſſe, & voluit filios in conditione poſitos eſſe patronos.*

214 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator commiſſarios perpetuos conſtituit.*

215 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando Trebellianica detractio eſt prohibita. cõtra n. 216. amp. n. 217*

220 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando facta fuit ſubſtitutio compendioſa. contra n. 221.*

222 *Poſiti in conditione cenſentur vocati in fideicommiſſaria ſubſtitutione, contra n. 223.*

224 *Poſiti in conditione in contractibus cenſentur vocati.*

225 *Poſiti in conditione cenſentur vocati ſi in teſtamento adeſt clauſula, omni meliori modo, contra n. 226.*

227 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris.*

228 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi in loco adeſt conſuetudo, quod ſint vocati.*

229 *Poſiti in conditione cenſentur vocati ſtante ſtatuto quod ſint vocati.*

230 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando aliàs fuit iudicatum vel obſeruatum quod eſſent vocati.*

231 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quãdo extat cõfeſſio grauati quod poſiti in conditione ſunt vocati.*

234 *Poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos cenſentur vocati, contra nu. 235. declara n. ſeqq.*

241 *Poſiti in conditione nunquam cenſentur vocati, quando ceſſat ratio poſitionis in conditione licet alias extarent coniectura.*

242 *Poſiti in conditione aliàs ex coniecturis etiam vocati, non admittuntur, niſi verificatis omnibus conditionibus appoſitis ſubſtitutioni, ampl. n. 243.*

244 *Poſiti in conditione, nec ex coniecturis dicũtur vocati ſtante ſtatuto. vel diſpoſitione teſtatoris, quod verba teſtamentorum ad literam, vt iacent intelligantur.*

247 *Poſiti in conditione non cenſentur vocati. quãdo grauato data eſt expreſſa facultas alienandi, cõtra n. 248*

249 *Poſiti in conditione quando ſunt vocati, illi ſolum cẽſentur vocati, qui ſunt nati, vel concepti tempore mortis grauati,*

QVÆSTIO CCCCXXXVII.

Vtrum filij poſit in conditione dicantur vocati?

QVÆRO, an liberi in conditione poſiti cenſeantur vocati? Et conſtituo duo capita.

Primum eſt caput, quando tacite ſunt poſiti in conditione ex diſpoſitione *l. cũ auus, ff. de condit. & demonſtr.* Et tunc receptiſſima eſt omnium ſententia, quod non dicantur vocati, Dec. *in l. generaliter, §. cum autem, nu.* 22. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Soc. ſen *in l. cum auus, n.* 58. *ff. de condit. & demonſtr.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, parte* 7. *in princip. ff. ad Trebel.* Ruin. *conſil.* 106. *col penult. lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 33. *verſi. ſecundo principaliter*, Soc. iun. *conſ.* 100. *lib.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 7. *nu.* 21. Alexand. Trent. *de ſubſtit. p.* 4. *c.* 11. *n.* 10. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 76. *n.* 96. *verſ. ſecunda, & præſump.* 89. *in fine* Intrigi *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 26. *nu.* 170. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 4. *c.* 13. *ff. de condit. & demonſtr.* vbi latè. 1

Secundum caput eſt, quando liberi ſunt expreſſe poſiti in conditione, & tunc Doctores adeo ſe extorquerunt, vt meritò ab omnibus ſit reputata quæſtio difficillima, tum propter magnas Doctorum authoritates

pro

pro vtraque opinione deductas, tum ob rationes, quibus vtraque ſententia munitur, tum propter iudicia, quæ tam pro affirmatiua, quam pro negatiua opinione emanarunt, tum etiam propter leges, quę inter ſe quodammodo contrariari videntur. Et quoniam elegans tractatus, de hac quæſtione à Ioſepho Ruſtico editus fuit, ego breuibus colligendo eius dicta, & addendo quæ poſtmodum à recentioribus ſcripta ſunt, quid potius in praxi tenendum ſit demonſtrabo. Duæ igitur ſunt inter ſe pugnantes opiniones in hac quæſtione.

2 Prima eſt opinio, quod filij poſiti in conditione non cenſentur vocati, ſed quod tantummodo ius legitimæ ſucceſſionis ſit eis reſeruatum; & hanc probarunt infiniti relati à Ruſtic. *in tract. de liber. in condit. poſi. li. 1. c. 2.* vbi refert multos teſtantes de communi, & magis communi opinione, & quod eſt opinio canonizata in Scholis, & Palatijs, & ipſe etiam hanc ſequitur teſtando eſſe magis communem opinionem, & latiſſimè comprobat aſſerendo ſæpiſſimè pro ea fuiſſe iudicatum, & dicit cõſulendo, & iudicando non eſſe ab hac recedendum, *ſub nu.* 80. fatetur tamen contrariam ſententiam eſſe veriorem, & æquiorem. Ex recentioribus verò hanc probarunt Burſat. *conſ. 51. n. 6.* vbi teſtatur eſſe magis communem ſententiam *& conſ. 75. n. 14. lib. 1.* Eugen. *conſ. 52. n. 23.* Hieron. Gabr. *conſ. 115. n. 1. lib. 1. conſ. 95. n. 21.* vbi dicit eſſe communem, & canonizatã opinionem, *& conſ. 103. n. 34. lib. 2.* Odd. *conſil. 66. n. 24.* vbi aſſerit eſſe magis receptam ſententiam, Menoch. *conſ. 647. n. 6.* Iacob. Berett. *conſ. 78. n. 1.* Oſaſch *conſ. 35. n. 2.* vbi ait eſſe crebriorem opinionem, Bonifac. Roger. *conſ. 38. n. 7. li. 1.* Cioff. *conſ. 67. n. 1. lib. 1.* vbi ſcribit eſſe communem opinionẽ, Pancir. *conſ. 59. n. 31.* vbi dicit eſſe opinionem receptiſſimam, & canonizatam, *conſ. 99. nu. 14. & conſ. 136. n. 3.* Ceph. *conſil. 469. n. 3. conſ. 476. n. 1. conſ. 477. nu. 10. conſil. 517.* vbi latè, *conſ. 527. conſ. 559. nu. 25. & conſ. 608. nu. 77.* Lanar. *conſ. 63. num. 37. & ſeqq.* Decian. *conſ. 59. dubio primo. lib. 2.* vbi ait eſſe communem opinionem, Honded. *conſ. 67. num. 12. lib. 1. conſ. 45. nu. 27. & conſ. 55. nu. 24. lib. 2.* Peregr. *conſ. 52. n. 14. & ſeqq. lib. primo,* vbi affirmat eſſe crebriorem, & canonizatam opinionem, & latè comprobat idem *conſ. 36. n. 18. li. 3.* Menoc. *conſ. 1196.* vbi dicit frequentiora iudicia extitiſſe pro hac opinione, & refert plura iudicia Celſ. Vgo, *conſ. 25. num. 5.* vbi dicit à Senatu Catalonıæ ſic fuiſſe iudicatum, Andr. Gaill. *lib. 2. Obſeruat. Practic. obſeruat. 136. n. 19.* vbi dicit ita iudicatum in Camera Imperiali, Anton. Gabr. *de fideicom. concluſ. 4.* vbi teſtatur de magis communi opinione, Anton. Gomeſ. *tomo primo variar. reſolut. tit. 5. de ſubſtit. fideicommiſſ. n. 42.* Odd. *de compend. ſubſtit. parte 5. tit. de compend. à pagano fact. art. 3. n. 50. & ſequentis,* vbi de magis communi, Peregr. *de fideicom. art. 28. nu. 1. in fine & nu. 5.* vbi ſcribit eſſe magis communem ſententiam, Alexand. Trent. *tract. de ſubſtitut. parte 4. cap. 11. num. 20. & ſeq.* vbi dicit hanc opinionem eſſe canonizatam in Scholis, & Palatijs, & nefas eſſe ab ea iudicando recedere, Ludouic. Molina *lib. 1. de Hiſpan. primogen. parte 1. cap. 6. nu. 2. & 3.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem, & communiorem, Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 26.* vbi *numer. 42.* dicit quod ſemper probauit hanc opinionem legendo conſulendo, & decidẽdo Præt. *de interpretat. vltimar. volunt. fol. 297. ſolut. 2.* & etiam de magis communi teſtatur. Hieron. Caual. *Spec. Commun. contr. cõmun. quæſt. 94.* Raud. *deciſ. Piſan. 27. numer. 80. & numer. 101. verſic. pro opinione* vbi dicit eſſe canonizatam ſententiam, Theſaur. *deciſ. Pedemont. 56. nu. 3. & 4.* vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, & teſtatur bis, & ter in illo Senatu fuiſſe iudicatum, Surd. *deciſ. 162. nu. 1.* vbi ait eſſe communem, & ab omnibus tribunalibus approbatam ſententiam, Viũ. *lib. 2. deciſ. 262. nu. 2.* vbi ſcribit eſſe opinionem receptiſſimam, & canonizatam, Caualc. *deciſ. 81. nu. 6. par. 3.* vbi dicit eſſe communem ſententiam, Magno. *deciſ. Florent. 27. nu. 1.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & canonizatam, licet contraria ſit æquior, hanc etiam tenet *deciſ. 71. nu. 14. & deciſ. 73. nu. 3.* Guid. Pap. *qu. 39.* vbi refert pluries in illo Parlamento Gratianopolitano, ita iudicatum, Rota Romana in nouiſſimis, *deciſ. 154. n. 1. & 3. lib. 3. & deciſ. 133. n. 1. ante finem, parte 1.* in collect. per Farinac. vbi dicitur Rotam ſemper fuiſſe amplexam hanc opinionem, *deciſ. 144. n. 2. deciſ. 486. nu. 14. eadem parte 1.* vbi dicitur eſſe veriorem, & receptiorem opinionem, Mantic. *deciſ. Roman. 125. num. 1.* vbi ait ita in Rota ſæpe fuiſſe reſolutum.

Secunda opinio contraria præcedenti eſt, quod immo poſiti in conditione cenſeantur vocati; quam te- 3
Quarta coniectura eſt, quando filij poſiti in conditione ab inteſtato non poſſent ſuccedere patri ſuo, tunc enim cenſerentur vocati ex teſtamento. Primum exemplum huius coniecturæ eſſet, quando filia excluſa per ſtatutum ſtantibus maſculis, & tam maſculi quàm fœminæ eſſent poſiti in conditione, nam ſtante dicto ſtatuto fœmina non poſſet ſuccedere cum maſculis ab inteſtato, ideo ex teſtamento erit admittenda. Secundum exemplum eſſet, quando filij poſiti in conditione non eſſent filij grauati, ſed alterius; vt ſi inſtituto Caio teſtator dixiſſet, & ſi Caius deceſſerit nullis relictis filijs ex Seio ſubſtituo Titium, nam cum filij Seij non poſſint ab inteſtato ſuccedere Caio grauato, cenſebuntur vocati, & ſubſtituti Caio. Et hanc coniecturam probarunt Caſtrenſ. Cuman. Corn. Socin. iun. Ruin. Anton. Gabr. Grat. Hieron. Alban. Cephal. Hieron. Gabr. Hippol. Rimin. & Port. quos refert, & ſequitur Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 3. *cap.* 4. vbi dicit iudicando & conſulendo ab hac opinione non eſſe recedendum: addo Bologn. *in l. Centurio, num.* 263. *ff. de vulg.* Crauett. *conſil.* 917. *nu.* 1. Berett. *conſil.* 40. *nu.* 6. *& conſ.* 78. *n.* 5. *verſic. nam quando*, Decian. *conſ.* 103. *n.* 19 *lib.* 2. Franc. *inter conſ. Menoc.* 394. *n.* 70. vbi dicit eſſe receptiſſimam opinionem, Aldobrand. *conſ.* 29. *num.* 60. Menoc. *conſ.* 172. *n.* 33. Peregr. *conſ.* 41. *n.* 5. *lib.* 3. *conſil.* 54. *n.* 1. *ad medium, & n.* 2. *& ſeqq. lib.* 4. Petr. *de fideicom. qu.* 9. *n.* 208 Anchar. iun. *lib.* 3. *q.* 31. *n.* 4. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 13. *nu.* 16 vbi dicit eſſe probabilem coniecturam, & cõmuniter receptam, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. par.* 4. *c.* 11. *nu.* 27. *verſic. contrarium*, vbi dicit eſſe magis cõmunem opinionẽ, Menoch. *lib.* 4. *praeſump.* 76. *n.* 49. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 26. *n.* 108. Craſſ. *in § fideicom. q.* 14. *n.* 6. Alexan. Raud. *deciſ. Piſan.* 27. *nu.* 81. vbi refert Rotam Florentinam ita iudicaſſe, *& nu.* 87. *& deciſion.* 67

31 *numero*

51.*num.* 248. vbi pariter refert Rotam Florentinam ita tenuiſſe, Rota Rom. *in collect.* per Farinac. *deciſ.* 133. *nu.* 4 *part.* 1. *& deciſ.* 144. *n.* 5. *ead. part.* 1. & hanc coniecturã ego probaui conſulendo ſuper teſtamento D. Eliſabet de Pittoris. [Idem alijs relatis tenet Rot. Romana relata à Peregrin. ante conſ. 54. *in ſecunda coniectura, libr.* 4.]

68 De ſecundo exemplo loquuntur Menoc. *de praeſump.* 76. *num.* 49. *in fin.* & Intrigl. *d. q.* 26. *num.* 110.

Contrariam opinionem malè probarunt Zanch. *in l. haeredes mei, §. cum ita, n.* 778. *verſ. ſed ſuper. ff. ad Trebell.* Didac. *in c. Raynutius, §.* 3. *num.* 7. *verſ. quarto eu opinio, extr. de teſtam.*

69 Ampliatur hæc coniectura, vt locum habeat, & ſi teſtator poſuiſſet in conditione maſculos cum fœminis, nam ſicuti fœminæ cenſentur vocatæ, quia ab inteſtato nõ poſſent ſuccedere, pariter maſculi qui ab inteſtato ſuccederent dicerentur vocati, & idem quando aliter daretur caſus, quod aliqui ex poſitis in conditione non poſſent ab inteſtato ſuccedere. Ruin. *conſ.* 142. *col.* 6 *lib.* 3. Hieron. Alban *conſ.* 9. *n.* 6. *verſ. reſpondetur eſſe diligenter animaduertendum.* Ruſtic. *d. c.* 4. *n.* 3. *& ſeqq.* Menoc. *d. praeſump.* 76. *n.* 50. *& ſeqq.* Intrigl. *d. q.* 26. *nu.* 111.

(Hanc ampliationem ſequuntur etiam Alexandr. Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *num.* 48. vbi alij multi allegantur Peregr. *conſ.* 54. *num.* 16. *lib.* 4. & vide deciſ. Rotæ ante dictum conſilium regiſtratum in ſecunda & quarta coniectura. *& conſil.* 50. *n.* 5. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 160. *nu.* 21. *& ſeqq. lib.* 2.)

70 Contrariam ſententiam malè probauit Zanch. *in l. haeredes mei, §. cum ita, num.* 778. *verſic. illud non praeteribo, ff. ad Trebell.*

71 Quinta coniectura eadem eſt cum præcedenti, & erit potiùs tertium exemplum præcedentis, quando pater poſitorum in conditione non ſucceſſiſſet, nec ei delata eſſet hæreditas, ita vt poſiti in conditione patri nec ex teſtamento, nec ab inteſtato potuiſſent ſuccedere, quia tunc ad excluſionem ſubſtituti præferri debent. Exemplum, teſtator inſtituit Seium, & ſi ſine liberis deceſſerit ſubſtituit Titium, & Titio ſine liberis decedenti ſubſtituit locum pium, mortuus eſt Titius ſubſtitutus cum filijs, poſtea Seius ſine filijs, contentio eſt inter hæredem Seij, qui prætendit bona eſſe ſua libera, quia filij Titij poſiti in conditione non ſint vocati, & locus pius ſuccedere non poſſit, quia ſubſtitutus Titio, ſi ſine liberis deceſſerit, & caſus non euenit, quia Titius mortuus cum filijs. Filij verò Titij poſiti in conditione, dicebant ſe eſſe vocatos, quia pater eorum non potuit ſuccedere, & cum ſint poſiti in conditione ex coniectura ta mente teſtatoris cenſentur vocati: monaſterium etiam prætendebat quaſi caducato gradu ſubſtitutionis de Titio ipſum ſuccedere debere.

Contra monaſterium tenuerunt Bald. *conſil.* 451. *Titius, lib.* 1. Corn. *conſil.* 180. *nu.* 3. *lib.* 4. Socin. iun. *conſil.* 106. *n.* 24. *li.* 1. Soc. ſen. *conſil.* 218. *dub.* 2. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 44. *nu.* 51. *lib.* 9. Hieron. Gabr. *conſ.* 95. *n.* 21. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 15. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi retulit diſſentientes, *& conſ.* 132. *lib.* 5.

Pro filijs poſitis in conditione contra hæredem grauati primi conſuluit Peregr. *d. conſ.* 131. *libro* 5. vbi allegat Corn. *conſ.* 74 *col.* 2. *li.* 2. Ruin. *conſil.* 160. *nu.* 21. *lib.* 2. *& conſil.* 121. *n.* 13. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 2. *nu.* 10. *& cõſ.* 155. *n.* 74. *lib.* 2. Grat. *conſil.* 32. *n.* 15. *lib.*... Ceph. *conſ.* 251. *n.* 85. Beretr. *conſ.* 40. *n.* 6. Hier. Gabr. *conſ.* 96. *nu.* 17. *& conſil.* 115. *num.* 14. *lib.* 2. & Ant. Gabr. *de fideicommiſſ. concl.* 4. *n.* 33. & faciunt authoritates adductæ ſupra in præcedenti coniectura, & vide etiam Peregr. *conſil.* 150. *num.* 8 *libro* 5. *& conſ.* 54. *nu.* 2. *& ſeqq lib.* 4. De hac etiam quæſtione videnda erunt dicta q. 439. *& ſeqq. qu.* 469. *principe num.* 59. *& ſeqq. & q.* 441. *numero* 6. *& ſeqq.*

Et latè in terminis fuit copioſè deducta hæc quæſtio ſupra *q.* 435. vbi retuli opiniones contrarias cum ſuis declarationibus. (In hac autem editione adnotantur diligentius conſiderata, veritatem proſequendo, non erubeſco mutare ſententiam, & teneo hanc ampliationem non procedere, ſiue poſitio in conditione ſit facta per alternatiuam, vt loquuntur Ruin. *d. conſ.* 160. *n.* 21. *& ſeqq.* Menoch. & Intrigl. *locis citatis*; ſiue ſit facta per copulatiuam, vt alij dicunt.

Etenim quando ſunt poſiti in conditione filij, vel filiæ, certum eſt, quod iſti concurrere non poſſunt, ſed ſi etiam diceremus eos eſſe vocatos, adhuc vocatio fœminarum intelligenda eſſet maſculis non extantibus, Menoch. *conſil.* 548. *n.* 5. *&* 8. Ruin. *conſil.* 149 *n.* 13. *libro* 2. & ego ſcripſi *in conſil.* 27. Et in expreſſa & diſpoſitiua vocatione idem tenui *ſupra quaeſt.* 379. *num.* 26. *& ſeq.* vbi idem dixi, quando agitur de filijs poſitis in conditione, quando ſunt vocati, & fortius hoc procederet ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, vt ſtatim dicam.

Quando autem poſiti ſunt in conditione filij & filiæ per copulatiuam, & extat ſtatutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis, adhuc idem eſt dicendũ, vt fœminæ ſolũ ex teſtamento veniant, quando non extant maſculi, ſi enim extãt maſculi iſti ſoli ſuccedũt fœminis excluſis, Zanch. *in d. §. cum ita, nu.* 1139. Did. *in c. Raynutius, §.* 2. *extr. de teſtam.* Ceph. *conſ.* 511. *n.* 19. Dec. *conſil.* 1. *n.* 385. *li.* 1. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 11. *n.* 10. Peregr. *de fideic. art.* 17. *nu.* 3. 4. *& art.* 27. *n.* 23. *in fin.* quos & alios retuli, & ſequutus ſum *d q.* 379 *nu.* 11. qui licet loquantur in diſpoſitiua vocatione, tamen idem eſt dicendum, quando agitur de filijs in conditione poſitis, cum ſæpius dictum fuerit in hoc tractatu, idem iudicium fieri de poſitis in conditione, quando ſunt vocati, quod fit, quando diſpoſitiuè ſunt vocati.

Quando enim ponuntur in cõditione filij & filiæ, ita ponuntur, vt eodẽ iure ſit eis prouiſũ ab inteſtato, quẽadmodũ eſſet prouiſum ex teſtamento, vt etiam dixit poſt alios Ruſt. *d. c.* 4. *n.* 4. qui contrarium tenet, & ſicuti ex teſtamento nõ eſſet prouiſũ, niſi in caſu nõ exiſtẽtiũ maſculorum, vt ſuprà dictũ eſt, eodẽ modo ſit prouiſum, & ab inteſtato, vt poſſint excluſo ſubſtituto ab inteſtato patri ſuccedere, alias ſi filiæ non eſſent poſitæ in conditione, ſed tantum maſculi, ſubſtitutus eas excluderet, & ſic ratio conſiderata à Ruſt. & alijs cõfũdit eorũ opinionẽ; quæ tamen rectè procederet, ſi verã eſſet propoſitio ab eis facta, quod poſitis in conditione filijs, & filiabus, ſi cenſerentur vocati, quòd fœminæ vna cum maſculis ſuccedãt ex teſtamẽto; quod etiã in diſpoſitiua vocatione de maſculis, & fœminis ſtante dicto ſtatuto tenent Alciat. & Peregr. relati *d. q.* 375. *n.* 15. Sed cum ex ibi dictis eorum opinio non ſit vera in diſpoſitiua vocatione, minus in terminis iſtis retinẽda erit ampliatio. Et ſi bene aduertatur, hanc meam ſententiam tenuit Rota *in d. deciſ. regiſtrata ante conſil.* Peregr. 54. *in verſic. rurſus, lib.* 4. vbi fit hæc oppoſitio, licèt Rota in ſuo caſu teneat contrarium, ibi enim ceſſaret hæc difficultas, vt colligitur in ea deciſione. Hæc etiam coniectura locum haberet, quando poſiti in conditione patri non ſucceſſiſſent cum effectu, vt quia pater præmortuus eſſet, vel quia alium hæredem feciſſet, vel alio modo filijs paterna hæreditas non fuiſſet delata, ita vt omninò patri non ſuccederent, & ita tenent Cuman. *in d. l. Lucius, ff. de haered. inſtit.* Corn. *conſil.* 74. *num.* 9 *&* 10. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 393. *nu.* 31. *&* 70 *libro* 4. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 3. *cap.* 4. Pereg. *conſil.* 54. *libro* 4. *conſil.* 41. *num.* 5. *conſil.* 132. *libro* 5. *& de fideic. art.* 28 *ſub num.* 16. Surd. *deciſ.* 162. *nu.* 9. *verſic. quibus omnibus*, Soc. iun. *conſil.* 141. *nu.* 16. 17. *&* 18. *&*

*conſ.*174.*num.*24.*& ſeq lib.*2.Non.*conſ.*31.*n.*14.*& conſ.* 132.*n.*12.Rimin.iun.*conſ.*21.*n.*48.*& conſ.*476.*num.*36. *&* 38.Honded.*conſ.*65.*nu.*38.*lib.*1.& clarius *conſ.*54.*nu.* 45.*&* 46.*lib.* 2. quos ſequebatur Excellent. D. Ciriacus I.C. Mantuanus, vir quidem in legali ſcientia Præſtantiſſimus in vna de Malherbis de Bozzolo.

Ego autem in eadem cauſa aliam partem defendendo dicebam hanc coniecturam non eſſe veram, ſic abſolutè intellectam, ſed procedere ſolum, quando potentia à principio non poſſent poſiti in conditione patri ſuccedere ab inteſtato, iuxta exempla poſita in præcedenti coniectura, nec curari, ſi poſtea aliquo accidenti non ſuccederent, vel quia patri non eſſet delata hæreditas, vel quia pater alium hæredem feciſſet, vel bona alienaſſet.

Mouebar primò, quia Doctores tenentes opinionem quod poſiti in conditione non ſint vocati, ſic tenent ad excluſionem in caſibus ſuis poſitorum in conditione à bonis, ita quod dominium bonorum fuerit omninò in bonis patris, & quod de eis potuerit ad libitum diſponere, ad quid enim contendere in tot conſilijs, & iudicijs in quibus agebatur, an poſiti in conditione ſint vocati, ſi cum effectu bona omninò habere debuiſſent, vel ex teſtamento, in quo poſiti ſunt in conditione, vel tanquam hæredes patris. nam ſic omnis diſputatio fuiſſet inanis; illæ autem contentiones erant, vt poſiti in conditione omninò ab illis bonis excluderentur ad beneficium aliorum, & ſi præcurrantur loca pro negatiua opinione adducta, apparebit hoc eſſe veriſſimum.

Secundò dicebam id clarè probari ex Menoch. poſt alios multos citatos *d. præſumpt.*76.*n.*91.*verſic. quarta*, vbi referendo vtilitates quæſtionis, dicit, quod ſi ſunt vocati, reuocant alienata à patre; ſecus ſi non ſunt vocati, quia firmæ remanent alienationes: ergo falſum, quod poſiti in conditione omninò habere debeant bona; & idem colligitur ex eodem Menoch. *ibid. in quinta, ſexta, ſeptima, & nona vtilitate.*

Tertiò Peregr. *art.*28.*n.* 25. dicit quod caducata ſubſtitutione in perſona patris, filios poſitos in conditione, quando non ſunt vocati, non poſſe quidquam prætendere ergo, &c.

Quartò idem dicunt expreſsè Doctores omnes, qui volunt, caducata ſubſtitutione ob mortem ſubſtituti ante grauatum, non tranſmitti ius fideicommiſſi conditionalis ad filios poſitos in conditione, & hos retuli infra *q.*490.*nu.* 148. Immò eſt de mente eorum etiam qui tenent, fideicommiſſum conditionale tranſmitti ad filios in conditione poſitos, & hi ſunt à me congeſti *dict. qu.* 490. *numero* 147. ad quid enim diſputare de tranſmiſſione, ſi poſiti in conditione cenſerentur vocati, quando pater præmortuus fuit grauato; hæc enim diſputatio fuiſſet inanis, ſed quia ſciebant poſitos in conditione ex hac coniectura non eſſe vocatos, ideo confugerunt ad remedium tranſmiſſionis.]

71 Sexta eſt coniectura, quãdo ſtantibus filijs, vel agnatis maſculis filiæ fuiſſent per teſtatorem penitus vel ferè in totum excluſæ Rip. *in l.*1.*nu.*9. *C. de pact.* Zanch. *in l. heredes mei § cum ita num.*77. *ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſ.*6.*n.*9.*li.*3. Curt.iun.*conſ.*93 *n* 8 Crauett *conſil.*130. *num.*4. Rum *conſil.*140 *nu.* 4. *verſ. reſultat, libro* 3. Soc. iun.*conſ.*41.*nu.*11.*li.*2.Grat.*conſil.*106.*n.*47.*lib.*1. Marzar.*conſ.*4.*& conſil* 6. *in fine*, Non.*conſ.*31.*nu.*18.*& conſ.* 32.*nu.*13 Hippol.Rimin *conſil.*21 *nu.*28.*& nu.* 32.*lib.*1. Ceph.*conſil.*114.*n.*25.*& conſ.*251.*n.*81.*& ſeq* Surd.*conſil.*67.*num* 34 *& conſil.*96.*nu.*31.*verſ. accedat, lib* 1. Menoch.*conſ.*393 *n.*19.*& conſil.*173.*nu.*54. Franc. Turtur. *inter conſ Menoch* 394.*nu.* 18. Honded. qui alios addit *conſ.*65.*nu.*35.*conſil.*67.*n.*4.*lib.*1.*& conſil.*54.*nu.*30 *lib.*2. Decian.*conſ.*3.*n.*51.*lib.*1.*& conſil.*44.*n.* 48. *& ſeqq. lib.*1. Petr. *de fideicom. q.*9.*n.*194.*& ſeqq.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 301.*n.*1. *verſ. ex formula*, Ruſt. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.*5.*c.*5.*nu.*2. Mantica *de coniect. vlt. volun. libro* 11.*tit.*5.*num.*15 *verſ. neque illud.*

Contrariam opinionem probarunt Præt. *conſil.* 167. 72
*n.*4. & alij multi relati à Petra *d. q.*9.*num.* 195.*verſ. contrarium tamen.*

Declaratur primò hæc coniectura, vt non procedat 73
ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ, quia tunc non cenſerentur poſiti in cõditione vocati, licet fœminæ eſſent excluſæ Rip. *in l.* 1.*n.*9 *verſ. ſed ſtante ſtatuto, C. de pact.* Corn.*conſ.*20.*nu.*15.*& ſeq.lib.*2. Soc. ſen. *conſil.*116.*n.*5. *lib.*3. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.*5. *n.* 5.*c.*3.

Contrariam opinionem & melius probarunt Hon- 74
ded. *conſ.*54.*n.*31.*lib.*2.& maximè ſecundum eum procederet, quando inſtituti agnati non excluderent filiam a ſucceſſione ex diſpoſitione ſtatuti.

Declaratur ſecundò hæc coniectura, vt procedat ea- 75
tenus quatenus teſtator diſpoſuit, & reſpectu perſonarum ſpecificatarũ tantũ, Soc.ſen. *d. conſ.*116.*col.*4.*verſic. quæ omnia, lib.*3. Dec.*conſ.*511.*n.*6. *verſ. ſed reſpondetur*, Rub. Alexand. *conſ.*12 *n.*5. Pariſ. *conſil* 44.*n.*15. *& ſeqq. lib.*2. quos refert & ſequitur Ruſtic *d. lib.*5.*c.*5.*n.*4.

Contrariam ſententiam probauit Hippol. Rim. *conſ.* 76
21.*nu.* 2. *verſ & quod poſtremò.*

Septima eſt coniectura, quando in defectum lineæ 77
maſculorum alius ſit ſubſtitutus cum onere deferendi nomen & inſignia familiæ, quia tunc poſiti in conditione cenſerentur vocati Rip. *in l.*1.*n.*10.*C. de pact. & in reſp.*1.*nu.*11.*tit. de ſubſt.* Grat.*conſil.* 5. *li* 2. Hippol. Rim. *conſil.*21.*num.*49.*& conſ.*23.*n.*88.*lib.*1. Celſ. Vgo *conſil.* 2.*n.*20. Menoc.*cõſ.*73 *n.*51.*lib.*2. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.*11.*tit.* 5 *nu.*15.*verſ. item ex eo*, Præt. *de interpret. vltimar. voluntat folio* 302.*n.*21. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.*5.*c.*3.*n.*5. Petr. *de fideicom. q.* 9. *n.*195. Serap. *deciſ. Roman.*1329.*n.* 3. vbi addit Hieron. Gabr. Cephal. & Surd.

Contrarium tenuit Hippol. Riminald. *conſil.* 42. *nu.* 124. *libro* 1.

Octaua coniectura eſt, quando teſtator fecit ſubſti- 78
tutionem, & voluit bona conſeruari in agnatione, nam tunc poſiti in conditione cenſebuntur vocati, Corn. *conſil.* 59.*num.*20. *lib.* 2. Socin.ſen.*conſil.*250.*in fine. lib.* 2.Grat. *conſ.*89.*n.*5.*& ſeq. & conſ.* 66.*n.*47.*lib.*2. Guid. Pap. *conſ* 14. *ante num.*3.*verſic. vlterius & tertio*, Ruin. *conſ.*11.*n.*15.*lib.*1. *& conſil.*167.*n.*13.*lib.*3. Curt.iun.*cõſil.*43.*nu.*8. Ceph.*conſil.*251.81.*lib.*2. vbi alios refert, *& conſ.*269.*num* 5.*eod.* Menoch.*conſ.*173.*n.*52. *&* 60.*verſ. ſexta, & n. ſeqq conſ.*325.*nu.*14.*conſ.*393 *num.*32.*& conſ.* 481 *n.*3.*conſ.* 49.*n.*4 Marc.Mant.*conſ.*22.*num.*5. 48.*& ſeqq.* Cioſ.*conſil* 42 *n.*9.*lib.*2. Beret. *conſ.* 63. *n.*3. Burſat. *conſ.*13 *nu.* 53.*lib.*1. vbi teſtatur de communi opinione, Decian *conſ.*103.*n.*27.*libro* 2.Surd.*conſ.*241.*num.*42.*lib.* 2 Honded.*conſ.*65.*nu.*35.*ad medium, conſil.*67.*nu* 3.*lib.*1. *& conſ.*54 *nu.*26.*lib* 2. Peregr.*conſil.*91.*n.*37.*lib.*1.

Et in tractatibus Clar. *in §. teſtamentum qu.*79.*coniectura* 5. vbi ait eſſe communem & firmam concluſionem, Ruſtic. *tract de liber. in condit. poſit. libro* 5.*c.* *n.*1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum q.*14.*n.*5. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Mant *de coniect. vltim. vol. lib.*11.*tit.*3.*nu.*15. Anton.Gabr. *de fideicomm. concl.*4.*nu.* 28.*&* 45. Menoch. *lib* 4. *præſump.*76.*n.* 70. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *queſt.*16.*n.*139.

Et in Deciſionibus Theſaur. *deciſ. Pedem.*96. *num.*20. Magon. *deciſ Florent.*27.*nu.* 5 Rot. Roman in collect. per Farinac. *deciſ.*110.*par.*1. Seraph. *deciſ Rom.*1329.*n.*3.

Contrariam opinionem magis communiter recipi, 79
dicit Odd. *conſ.*67.*nu.* 29. Sed ipſe nimis facilis fuit hoc

aſſerere

aſſerere, cum ex iam dictis appareat coniecturam eſſe receptiſſimam.

80 Nona coniectura eſt, quando teſtator in fine ſubſtitutionis fœminas excluſiſſet propter pauperes Chriſti, nam tunc multo magis maſculi poſiti in conditione excludere debebunt fœminas, & ſic cenſebuntur vocati, Decian. *conſ.* 02.*n.* 8.*lib.*2. Marz. *conſ.* 1.*qu.*3.*ante finem* cuius meminit *in Epitome de fideicom.qu.* 20. Ruſtic *tract.de liber.in condit.poſit.lib.*5.*cap* 6 *n.*20. Menoc. *lib.*4.*præſump.*76.*n.*79. Intrigl. *de ſubſt.cent.*3.*q.*26.*n.*152.

81 Decima coniectura eſt, quando fauor piæ cauſæ eſt, quod poſiti in conditione cenſeantur vocati, nam tunc cenſebuntur vocati, Anchar. Iaſ. Ruin. Alexan. Matth. Gribal. Hippol. Rimin. & Gozad. relati à Ruſtic. *tract. de liber.in condit. poſit. lib.*3.*cap.*6. qui hanc etiam opinionem tenet, & dicit eſſe communem, addo Decian. *conſil.*44.*nu.*32.*& ſeqq.* vbi dicit maximè procedere, ſi aliæ coniecturæ concurrant, *lib.*3.*& conſ.*103.*n.*22. *& ſeq.lib.*2. Perr. qui alios allegat, *de fideicom.q.*9.*num.*216. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.*5.*ante n.*12.*& n.*30. Seraph. *deciſ. Roman.* 956.

82 Contrariam opinionem tenuerunt Ruin. *conſ.*182.*n.* 8.*lib.*2. Pariſ. *conſ.*86.*num.*68.*lib.*2. Torniel. *inter conſil. Port.conſil.*43.*n.*21.*&* 35. Ruſtic. *in d.tract.libr.*1.*cap.*3. *n.*15. Anchar. iun. *lib.*3.*q.*31.*n.*10. Menoc. *li.*4. *præſump.* 76.*n.*6. Intrigl. *de ſubſtit.cent.*3.*q.*26.*n.*125. vbi dicit hāc eſſe receptiorem ſententiam, Perr. *de fideicom. qu.*9.*nu.* 188. *verſ.ſexto conſidero*, vbi de communi teſtatur.

83 Vndecima coniectura eſt, quando teſtator expreſſim vocauit filios ſubſtituti hoc modo, inſtituo filium, & ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo fratrem & eius filios, nam ſicuti teſtator vocauit filios ſubſtituti minus dilectos, multo magis credendum eſt, quod vocare voluerit filios inſtituti poſitos in conditione, & magis dilectos, Soc. ſen. *conſ.*6.*n.*15.*lib.*3. Gozad. *conſ.*64.*ante num.* 21. Curt. ſen. *conſ.*16.*n.*6.7. Ruin. *conſ.*140.*n.*9.*verſic. nec obſtat*, *& conſ.*142.*ante nu.*12.*verſic.& iſtud etiam lib.*3. Crauett. *conſil.*62.*n.*10. *verſ. ſecunda coniectura*, Marz. *conſ.*1.*nu.*37.*verſic. tertia coniectura*, Ceph. *conſ.*188.*n.* 25.*conſ.*251.*n.*76.*& conſ.*383.*nu.*11. Bero. *conſ.* 37.*n.*58. *verſic.& tanto*, *lib.*3. Menoch. *conſ.*135.*n.*7.*verſic. quarto confert. conſil.*152.*n.*11.*& conſil.*393.*n.*28. *&* 30.*conſ.* 549.*nu.*3. Honded. *conſ.*65.*nu.*33.*lib.*1. *& conſ.* 54.*n.*41. *lib.*2. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem.

Et in Tractatibus, Ruſtic. *de liber. in condit. poſit.lib.* 5.*tit.*1.*nu.*2.*& ſeqq.* vbi dicit eſſe veriſſimam concluſionem, Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*76.*n.*56. Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3.*q.*26.*n.*120. Perr. *de fideicom. q.*9.*n.*210. *verſic. quadere.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.*31.*n.*150. *in fine.*

Et in Deciſionibus, Rota Rom. ſæpius hanc coniecturam probauit, vt patet in collectis per Farinac. *deciſ.* 146.*deciſ.*363.*n.*3.*par.*1. Seraph. *deciſ. Roman.*1329.*num.* 9. & hanc tenui ſæpius conſulendo, & præcipuè in vna de Salis, vt in conſ.....in tertia coniectura.

84 Contrariam ſententiam probarunt Galliau. *in l. Centurio.n.*99.*ff.de vulg.* Zanch. *in l. heredes mei §.cum ita*, *n.*781.*ff.ad Trebell.* Alex. *conſ.*202.*circa fin. libr.*7. Corn. *conſil.*186.*ante n.*6.*lib.*3. Soc. ſen. *conſ.*104.*num.* 2.*in fine*, *conſ.*116.*n.*4.5.*lib.*3.*conſ.*73.*nu.*31.*& cōſ.*74.*in fin.libr.*4. Pariſ. *conſ.*87.*nu.*25.*lib.*2. Perr. *de fideicom.q.*9 *n* 219.

85 Duodecima coniectura eſt, quando teſtator plures filios inſtituit, & dixit, ſi alter eorum deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ſuperuiuentes, vel eorum filios, quia tunc filij poſiti in conditione cenſebuntur vocati ea ratione, quia ſi teſtator eos vocauit ad portionem patrui, multo fortius cenſetur voluiſſe vocare ad portionem proprij parentis, Io. Maria Rimin. *conſil.* 189.*nu.* 11.*lib.*1. Eugen. *conſ.*52.*n.*26.*& ſeqq.* Ceph. *conſ.*383.*nu.* 12 *lib.*3. *& conſ.*476.*nu.*22.*lib.*4. Menoch. *conſ.*135.*num.* 7. *verſ. quinto refert*, vbi comprobat & reſpondet argumentis diſſentientium, *conſ.*152.*n.*11.*lib.*2.*conſil.*393.*nu.*28.*& ſeqq.* vbi latè *lib.*4.*conſ.*420.*n.*10.*& conſ.*481.*n* 2. *verſic. tertio comprobatur*, vbi dicit eſſe fortiſſimam coniecturam, Decian. *conſil.*28.*nu.*12. *verſ. ſexto conſtat*, *libr.*2.*& conſil.*44.*n.*24.*& ſeqq lib.*3. Peregr. *conſ.*54.*nu.*1. *verſic. tertia*, *lib.*4. Honded. *conſ.*65.*n.*33.*lib.*1. *& conſ.*54.*n.*38. *& ſeqq. lib.* 2. vbi dicit eſſe coniecturam valde probabilem, & eſſe magis communiter receptam, Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. libr.* 5. *cap.* 3. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.*3.*q.*26.*n.*121. Menoch. *lib.*4 *præſumpt.*76.*n.*57. Rot. Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 110.*nu.*1.*part.*1.*& deciſ.*133.*n.*5 *deciſ* 144.*nu.*3.*ead.par.*1.*& deciſ.* 146.*n.*4. *ad medium*, *dec.*136.*n.*2.*dec.*363.*n.* 2.*par.*1. & hanc coniecturam ſæpius ego probaui conſulendo, & præcipuè in cauſa Mag. D. Martilij Salæ, ſuper teſtamento alterius D. Martilij ſenioris, & ſuper teſtamento Magnifici D. Iulij Portulacæ, & ſuper teſtamento D. Saluini Federici, & ſuper teſtamento D. Aureliæ de Aduocatis, & ſuper teſtamento D. Brunorij Madij in cauſa vertente inter D. Brunorium iuniorem q. D. Chriſtophori, & Illuſtriſs. Dom. Comit. Iſabellam Mariam filiam D. Galeatij Madij, & vxorem Illuſtriſſimi Comitis Alemani de Gambara, & ſuper teſtamento D. Conſtantij de Monte, vt in pluribus meis conſilijs in his cauſis editis videri poterit.

Contrariam ſententiam malè probarunt Galliaul. *in l. Centurio.nu.*98.*verſic. amplia tertio*, *ff. de vulg.* Ruin. *conſil.*102.*n.*5.*in fine lib.*2. Ceph. *conſ.*477.*n.*13.*& conſ.* 517 *n.*3.*&* 79.*lib.*4. Perr *de fideicom q.*9.*n.*220. Zanch. *in §.cum ita. par.*7.*nu.*73. Surd *conſil.* 434. 86

Declaratur hæc coniectura vt non procedat, quando in diuerſo capitulo filij poſiti in conditione eſſent vocati ad portionem patrui, Decian. *conſ.*44.*num.*28. *verſic. ſed & aliter*, *lib.*3. 87

Decimatertia coniectura eſt, ab omnibuſque recepta, quando teſtator fecit reciprocam inter inſtitutos, vt ſi dixit, inſtituo filios, & ſi alter deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ſuperuiuentes, ratione enim reciprocæ factæ inter inſtitutos filij poſiti in conditione cenſentur vocati, Zanch. *in l. heredes mei*, *§ cū ita*, *n.*779. *ff. ad Trebell.* Corn. *conſil.*146.*n.*13.*lib.*2. Gozad. *conſ.*64.*n.*12. Rimin. *conſil.*78.*col.*2.*li.*1. Pariſ. *conſ.*37.*n.*38.*lib.*2. Decian. *conſ.* 28.*n.*21.*lib.*2.*& conſ.*44.*n.* 2 . *verſ. ſecunda ergo eſt coniectura*, *lib.*3. Menoc. *conſil* 135.*n.*6.*lib.*2.*conſil.* 1024.*nu.* 67.*lib.*11.*conſ.*420.*n.*8.*lib.*5 *& conſil* 613.*n.*5.*lib.*3. Honded. *conſil.*54 *nu.*42.*lib.*2. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit.lib.*5.*c.*1.*n.*1. Menoc. *lib.*4. *præſump.*76.*n.* 52. Intrigl. *de ſubſtitut cent.*3.*q.*26.*n.* 112. 88

Et hanc ego probaui ſæpius, præcipuè conſulendo ſuper teſtamento D. Martilij Salæ, & ſuper teſtamento D. Brunorij Madij, & ſuper teſtamento D. Conſtantij de Monte, & ſuper teſtamento D. Io. Antonij Longenæ, & in alia de Caraneis, vt in meis conſilijs videbitur.

Contrariam opinionem tenuit Ceph. *conſ.* 419.*nu.*3. *lib.*3. vbi ex hac reciproca inter inſtitutos arguit poſitos in conditione non eſſe vocatos. 89

Coniectura tamen iſta maximè procederet, quando teſtator inuicem ſubſtituiſſet filios ſi ſine filijs, & poſt mortem omnium ſine liberis alium ſubſtituiſſet, & eueniret caſus, quod aliqui deceſſerint cum filijs, & vltimus ſine filijs, tunc enim poſiti in conditione cenſebuntur vocati, ne ſequatur abſurdum, quod ſubſtitutus ſuccedat excluſis liberis teſtatoris, Socin. ſen. *conſil.* 104.*n.*8.9.*& conſ.*116.*n.*8.*lib.*3. Rolan. a Valle *conſ.*51. *num.*10.*lib.*3. quos refert & ſequitur Alexand. Trent. *de ſubſtitut. parte* 4. *cap.* 11. *num.* 27. *in fine.* [Hæc tamen coniectura retinenda non eſſet, quando reciproca eſſet concepta his verbis: *& altero eorum decedente ſine filijs, ſubſti-* 90

ſubſtituo ſuperuiuentem, & primus moriatur ſine filijs, ſecundus cum filijs, ſecundum Peregr. *de fideicom. art.* 28. *n.* 22. *& ſeq.* vbi dicit ita obtinuiſſe. Mouetur autem Peregrinus, quia ita demum poſiti in conditione cenſentur vocati, quando faciunt conditionem ad excluſionem ſubſtituti, ſed quando, ſicut ſuprà, ſunt ſubſtituti, ſubſtitutio eſt facta primo morienti, non autem vltimo morienti, nimirum ſi filij vltimi, cum ei non fuerit datus ſubſtitutus, non poſſunt dici vocati.

Ego autem hanc ſententiam Peregr. improbaui in vna de Cattaneis. *vt in conſil.* 110. vbi videndum erit.

Et Menoch. *lib. 4. præſumpt. 76. num.* 52. ponit caſum, quando dictum fuit, ſi vnus decederet ſine filijs alium ſubſtituo, & plures refert, & generaliter dicit, poſitos in conditione cenſeri vocatos, nec diſtinguit inter filios primi morientis, & filios vltimo mortui; Et verè repugnat omnis ratio, & veriſimilis mens teſtatoris, quod ſi primus moriatur cum filijs, illi ſint vocati, quod etiam admittit Peregrinus, & filij ſecundo morientis poſtea non ſint vocati, & hoc modo etiam inducere inæqualitatem inter deſcendentes, cum tamen ratio æqualitatis inter deſcendentes operetur, poſitos in conditione cenſeri vocatos, vt dicam infra *numer.* 196. *in 44. coniectura*.

Sed pro comprobatione coniecturæ faciunt, quæ dixi *quæſt. 440. in quarta, & quinta limitatione*, vbi ex ſententia Rot. Hier. Gabr. Peregr. & aliorum, dixi, ex reciproca facta inter inſtitutos reſultare, quod poſiti in conditione ſint vocati ad portionem patrui, & ibi rationes adduxi, vnde ſi ſtante reciproca poſiti in conditione ſunt vocati ad portionem patrui, multò fortiùs ad portionem patris, vt dictum fuit hac *quæſt. num. 4. in duodecima coniectura*.]

90 Decimaquarta coniectura eſt, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, autor huius opinionis fuit Anchar. *in conſil. 74. column.* 2. vbi dicit hanc coniecturam ſibi videri æquam & iuſtiſſimam, & Ancharanum ſequuti ſunt Alexand. Barbat. Iaſ. Gozad. Ruin. Socin. ſen. Curt. iun. Pariſ. Corn. Curt. ſen. Grat. Socin. iun. Boer. Mantic. Alciat. Purpur. Siluan. Crauett. Nouiſs. Pariſien. Alben. Crott. Ioann. Coraſ. Dec. Bologn. Non. Cephal. Matth. Gribal. Port. Paſett. Campeg. Caſſan. Hieron. Gabr. Hippol. Rimin. Celſ. Vgo. Nicol. de Neapol. Bero. Guid. Pap. Roland. à Valle, & Marz. relati à Ruſtico *de liber. in condit. poſit. lib. 3. cap. 1. num.* 1. vbi ex prædictis patet multos teſtari hanc opinionem communiter recipi, & ipſe pariter tenet, quod iſta ſit magis communis opinio, quicquid alij dixerint contrariam eſſe communem, *vt num.* 14. quam etiam probarunt poſt alios relatos, Borell. *conſil. 33. num.* 39. Aldobrand. *conſil. 29. nu.* 52. Fab. Turret. *conſil. 81. n. 55. lib.* 1. Ruſtic. *conſil. pro Aemiliano, n.* 58. Oſaſch. *conſil. 35. num.* 5. Rimin. iun. *conſil. 767. num. 5. 6. libro* 7. vbi ſcribit eſſe magis communem ſententiam, Oddus *conſilio 66. nu.* 76. Burſat *conſilio 301 num. 25. lib.* 3. Cioff. *conſil. 42. n. 8. lib.* 2. Cephal. *conſ. 436. n.* 25. Menoch. *conſil. 135. n. 5. conſil. 173. nu. 54. & ſeqq.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, *conſ. 310. num. 16. conſil. 348. nu. 2. conſil. 420. n. 5. conſil. 455. n. 16. & conſilio 613. nu. 8. conſ. 1051. n.* 13. Dec. *conſ. 3. n. 52. libro 1. conſ. 28. n. 25. conſ. 103. nu. 17. lib.* 2. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, & *conſil. 44. n. 53. libr.* 3. vbi pariter ſcribi eſſe communem ſententiam, Surd. *conſ. 67. num. 24. & conſil. 96. num. 31. libro* 1. Pedroc. *conſil. 22. nu. 12. & conſ. 40. nu. 318 libr.* 1. Honded. *cõſ. 65. n 63. conſ. 67. n. 5. li. 1. & conſ. 54. n 35. & ſeqq. libro* 2. vbi de magis communi opinione teſtatur, Craſſ. *in § fideicommiſſum. q. 14. nu. 3. verſic. ſed priorem*, Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 3. nu.* 13. Anton. Gabr. *de fideicom. concl. 4. nu.* 14. vbi de magis communi opinione teſtatur, Menoc. *lib. 4. præſump. 76. n.* 52. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſt. cent. 1. qu. 26. n.* 113. Per. *de fideicom. q. 11. n.* 524. Magon. *dec. Florent. 27. n.* 9. Theſaur. *dec. Pedem. 96. nu. 15. 17. & ſeq* Milan. *dec. 1. n. 136. li.* 1. Viu. *lib. 2. dec. 262. n. 3 & 14*, vbi teſtatur eſſe veriorem & receptiorem opinionem, *& dec. 393. n.* 4. Raud. *dec. Piſan. 27. num. 88. & ſeqq.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, & Rotam Florentinam fuiſſe ſolitam ſequi hanc coniecturam, idẽ dicit *dec. 31. n. 249. verſic. tertia*, Rot. Roman. in collect. per Farinac. *dec. 144. n. 4. par.* 1. vbi dicitur Rotam alias probaſſe hanc coniecturam, *& dec. 146. nu. 8. deciſ. 266. nu. 14. ead. par.* 1. Seraph. *deciſ. Roman. 1329. n.* 10.

Contrariam ſententiam probarunt alij grauiſſimi 91
authores relati ab ipſomet Ruſtic. *d. c. 1. n.* 5. & hi ſunt Anchar. Oldrad. Soc. ſen. Angel. Alex. Annan. Cuman. Capr. Ruin. Pariſ. Rip. Clar. Mar. Mant. Curt. iun. Torniel. Curt. ſen. Hieron. Alban. Burſat. Ceph. Celſ. Vgo. Zanch. Eman. Coſta, Alciat. Bero. Galliau. Roland. à Valle, Nouiſs. Pariſien. Beter. & Vegg. quorum multi teſtantur eſſe communem, & magis communem opinionem & his accedant Mantic. *conſilio 194. col.* 3. Menoch. *conſ. 135. n.* 2. Hieron. Gabr. *conſ. 95. n. 23. li.* 2. Laur. de Pinu. *conſ. 11. n.* 2. Turret. *conſ. 33. n. 2. lib.* 2. Lunar. latè *conſil. 60. n. 43. & ſeqq.* vbi declarat, Decian. *conſ. 59. nu. 9. lib.* 2. Ceph. *conſ. 517. nu. 76 & ſeq. lib.* 4. vbi de communi opinione teſtatur, *& conſil. 419. nu. 74. libr.* 3. vbi dicit coniecturam hanc communiter reprobari. Pancir. *conſ. 59. nu 7. & ſeq.* Clarus *in § teſtamentum, quæſt.* 79. Mantic. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 3. n.* 13. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 9. num.* 199. vbi de communi opinione teſtatur, Alexand. Trent. *de ſubſtit. par. 4. c. 11. nu.* 27. vbi dicit hanc opinionem in puncto iuris eſſe veriſſimam, ſed concedit coniecturam hanc communiter eſſe receptam, Magon. *deciſ. Florent. 73. num. 6. & ſeqq.* hanc opinionem tenet, ſi non appareat facta mentio maſculorum, familiæ, & domus, quia tunc ſentit coniecturam retinendam eſſe, Rota Rom. in collect. per Farinac. *deciſ. 486 nu 18. par. 1. & dec. 538. num. 7. parte* 2.

Primò, maximè procederet hæc coniectura, quando 92
eſſemus in multiplicatione plurimorum graduũ, Crauett. *inter conſ. Marz. conſil. incip. De anno* 1513. Alciat. *conſil. 34. n.* 5. vbi loquitur quando vltra duodecimum gradum facta eſt digreſſio. Præt. *de interpr. vltimar. voluntat. fol. 300. num.* 8. Ruſtic. *d. c. 1. nu.* 10.

Secundò, maximè tenenda eſſet hęc coniectura, quã- 93
do ſtilus fori eſſet, quod poſiti in conditione eſſent vocati, nam tunc multo fortiùs cenſebuntur vocati per digreſſionem ad plures gradus ſubſtitutionum, Burzat. *conſ. 1. n 9. lib.* 1. Ruſtic. *d. lib. 12. c. 1. n.* 13.

Tertiò, hæc coniectura maximè locũ haberet, quan- 94
do in vltimo gradu ſubſtitutionis eſſet vocatus extraneus, Rip. *in l. Centurio, n. 165. ff. de vulg.* Pariſ. *cõſ. 5. n. 40. li.* 3. Torniel. *inter conſ. Port. conſ. 43. n. 20. verſ. quo verò, & n.* 28. Alben. *conſ. 87. nu.* 12. Cephal. *conſil. 252. nu.* 80. Decian. *conſ. 3. n. 53. lib.* 1. Honded. *conſ. 54. num. 37. lib.* 2. Menoch. *conſ. 31. n. ante nu. 17. lib. 4. & dicta præſumpt. 6. nu. 63. in fine*. Anton. Gabr. *de fideicomm. concluſ. 4. num. 6. & ſeqq* Ruſtic. *d. lib. 3. cap. 1. in fine*, Intrigl. *d. centur. 3. q. 26. num.* 117. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num.* 12. Craſſ. *in § fideicommiſſum, quæſt. 14. num.* 3. Petr. *de fideicommiſſ. quæſtione 9. nu. 199. verſicul. & hæc opinio*, Raud. *deciſ. Piſan. 27. n. 88. verſ. quarto replicatur*.

Quartò, hæc coniectura maximè vera eſſet concur- 95
rentibus alijs coniecturis, vt ſcribunt Rip. *in l. Centurio, num. 165. ff. de vulg.* Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita, nu. 788 ff ad Trebell.* Grat. *conſ. 89. num. 9. lib.* 2. Soc. iun. *conſil. 19. ante n. 29. lib. 1. & conſ. 110. nu. 29. lib.* 3. Mantic. *conſ. 22. n. 55. lib.* 1. Port. *conſil. 46. nu. 17. lib.* 1. Non. *conſil.*

31. *num.*

31.*n.*15.Hippol.Rimin.*conſil.*21.*n.*41.*lib.*1. Purpur.*inter conſ. Siluan.conſil.*53.*col penult. verſic.quartò reſultat*, Dec.*conſ.*28.*nu.*15.*conſ.*103.*num.*17.*libr.* 2.*conſil.* 57.*& conſilio* 89.*n.*16.*lib.*3.Ceph.*conſil.*476.*num.*25.*verſic. & quamuis,& conſil.*588.*n.*13.*lib.*4.Honded.*conſ.* 54.*n.*36. *lib.*2.Petr.*de fideicom.q.*11.*nu.*524.Mantic.*de coniect. vlt. vol.libro* 11.*tit.*3.*num.*13.*verſ.verum.* Ruſtic.*d.lib.*3.*c.*1. *n.*11.Menoc.*dicta præſumpt.*76.*n.*53.*circa finem*,Intrig. *d.q.*26.*n.*116.Raud.*deciſ.Piſan.*27.*nu.*88.*verſ.*5.*replicatur*,vbi refert etiam Rotam Florentinam ita tenuiſſe.

96 Limitatur primò hæc coniectura, quando teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem conditione,ſi ſine liberis, & in vltimo gradu expreſsè honorauit poſitos in conditione, quia,tunc alij filij aliorum graduum nõ cenſentur vocati, Rip.*in l.Centurio,n.*165. *ff.de vulg.* Ant.Gabr.*de fideicom concl.*4.*nu.*16.Menoch. *dicta præſumpt.*76.*n.*54.Intrigl.*dict.quæſt.*26.*n.*118.

97 Contrariam opinionem tenuerunt alij, volentes tūc multò magis poſitos in conditione in alijs gradibus eſſe vocatos, Roland.à Vall.*conſil.*51.*nu.*10.*lib.* 3. Ceph. *conſ.*252 *nu.*17.*lib.*2.Mantic.*de coniect. vlt. volun.lib.*11. *tit.*3.*ante nu.*14.Ruſtic.*dicto lib* 3.*c.*1.*n.*12.Alex. Trent. *de ſubſtit.par.*4.*c.*11.*n.*27. *verſic.opinio Petri*.

98 Limitatur ſecundò hæc coniectura, quando eſſemus in extraneis teſtatoris, nam coniectura ſolum procedit in deſcendentibus. Alex.*cõſ.*64.*n.*5.*lib.*5.Soc.iun.*conſil.* 110.*n.*18.*lib.*3.Ruin.*conſ.*128 *n.*19 *lib.*3. Marz.*conſil.*1. *in* 3.*q.verſic.& hanc limitationem*, Mant. *de coniect. vlt. volunt.lib.*11.*tit.*3.*n.*13.*verſ.caue quod limitatio*, Ruſtic. *dicto lib.*3.*c.*1.*n.*2.Intrigl.*d.q.*26.*nu.*119. Raud. *deciſ.Piſan.*27.*n.*88 *verſ.tertio replicatur*,Caualc.*dec.*5.*nu.*50.*&* 62.*par.*3.Caba.*conſ.*136.*n.*3.4.& eſt conſiliũ deciſiuum.

99 Limitatur tertiò, vt coniectura procedat tantum, quando teſtator digreſſus eſſet ad plures gradus ſubſtitutionum inter ipſos deſcendentes poſitos in conditione, & poſtmodum grauaſſet vltimum ex deſcendentibus poſitis in conditione reſtituere hæreditatem extraneo, alias ſecus, Decian. *conſil.* 59.*num.* 10.*libro* 2. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 9. *numero* 199. *verſic. & hæc opinio*.

100 Hæc tamen reſtrictio eſt nimis generalis, & Doctores approbantes hanc coniecturam loquuntur etiam in alijs terminis, vt apud eos videri poteſt.

101 Decimaquinta coniectura eſt, quando bis liberi eſſent poſiti in conditione, nam tunc cenſerentur vocati, Zanch. *in l.hæredes mei*, §.*cum ita*, *nu.* 783. *verſ.nona coniectura,ff.ad Trebell.* Corn.*conſ.*73.*n.*8.*lib.*2. Gozad. *conſil.*64.*n.*9.Grat.*conſil.*89.*n.*6.*lib.* 2. Purpur. *inter conſ. Siluan.conſil.*53.*n.*4.*in tertia coniectura.* Crauet.*conſ.vltimo,nu.* 6. Menoch. *conſil.*135.*nu.*7.*conſ.*152. *n.*6.*verſ. ſecundo accedit, conſ.* 301.*nu.*23.*conſil.*325.*num.*11.*conſ.* 549.*num.*2.*& conſil.*613.*num.*7.Cephal. *conſil.* 476. *nu.* 10.*verſic.quibus accedit*,Honded.*conſ.*54. *num.*11.*lib.*2. vbi reſpondet ad rationem Antonij Gabrielis diſſentientis, Franc. Grat. Vincent. *tract. de vulgar. & fideicommiſſ. ſubſtitut. folio* 21. *numero* 27. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit.libro* 5. *capit.* 2. *numero primo*, Menoch. *libro quarto, præſumpt.* 76. *numero* 58. Intrigl. *de ſubſtitut.centur.*3.*quæſt* 26.*numero* 122.Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat. libro vndecimo*, *titul.*3.*numero* 25. Petr. *de fideicommiſſ. qu.* 9. *num.* 205. Seraph. *deciſ. Roman.*1329.*nu.*11.

102 Contrariam opinionem probauit Ant. Gab.*de fideic. concluſ.* 4. *nu.*32.

103 Decimaſexta coniectura eſt, quando eſſemus in legatis,& fideicommiſſis particularibus,tunc enim filij in conditione poſiti cenſentur vocati, Angel. Aret. Corn. Lancel. Dec. Purpur. Iaſon, Socin. ſen. Guliel. Benedict. Socin. iun. Gerard. Mazol. Coraſ.& Bero. relati à Ruſtic. *tract. de liber in condit.poſit.lib* 3.*c.*2 *n.* 10. *& nu.* 11.hanc opinionem ipſe ſequitur,& dicit eſſe crebriorem, nec ab eo iudicando, & conſulendo eſſe recedendum,addo Zanch. *in l.hæredes mei* §. *cum ita. part.*7.*nu.* 3.*verſ.pro contraria*,Cephal.*conſ.*588 *nu.*13 *lib.*4.Berett. *conſ.*78.*num.*3. *verſ.reipſa tamen*, vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Decian. *conſil.*48 *libr.*1.Bonif. Roger.*conſ.*13.*nu.*17 *lib.*1.Anton.Gabr.*de fideicommiſſ. concl.*4.*nu.*12 Mantica *de coniect. vlt. vol.lib.* 8.*tit.*1.*ante num.*35.*verſicul.ſed aduerte*, vbi teſtatur de communi. Præt.*de interpret.vlt.vol.fol.*274.*nu.*9. Petr. Sanct. Sing. 61.Surd.*tract.de aliment.tit.*2.*q.*14.*n.*13. Vaſq. *de ſucceſ. creat lib.*3.§.26.*limit.*31.*n.*88.Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.* 26.*n.*126.Petr.*de fideicommiſſ q.*9.*num.* 224. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Magon. *deciſ. Florent.* 16. *numero* 20.

Contrariam opinionem tenuerunt Iaſon, Curt ſen. Curt. iun.Socin.ſen.Lanc.Galliau.Claud.de Seiſſell.Alciat.Didac.Caſtell.Crot. Zanch. Nouiſſim. Pariſ. Non. Gomeſ Vaſq.Eman.Coſt.relati à Ruin.*dict.c.*2. *nu.* 7.& multi ex prædictis aſſerunt hanc eſſe communem opinionem: & his accedant Bonif. Roger.*conſil.*12.*num.* 30.*lib.*1.Menoch.*lib.*4.*præſump.*76 *nu.*62.Peregr. *de fideicom.art.*28.*n.*16.*verſic.verum*, Pott. *in ſuis concl lib.* 2.*concluſ.*12.*limitat.*2. 104

Prima opinio maximè procederet concurrente alia coniectura.Bero.*conſ.*110.*nu.*44.*lib.*2. Ceph. *conſ.* 588. *nu.*13.*lib* 4.Ruſtic.*d.lib.*3.*c.*2.*n.*20. 105

Declaratur hæc coniectura, vt procedat in legatis puris,& meris, nam non procederet in inſtituto in re certa,ſecundum Ruſtic.*d. lib.*3.*c.*2.*nu.*16. 106

Decimaſeptima coniectura eſt, quando teſtator in alio capitulo teſtamenti, præſupponeret hos poſitos in conditione eſſe vocatos. Exemplum ſi teſtator dixit poſitis in conditione filijs, & ſi nollent acceptare hæreditatem ſubſtituo Titium, &c. Zanch. *in l. hæredes mei*, §.*cum ita*,*n.*77.*ff.ad Trebell.* Soc.ſen. *conſ.*73.*col.vltima*,*lib.*4.Ruin.*conſ.*160.*n.*24.*verſ.quamuis ergo*, *lib.*2. Grat.*conſ.*64.*num* 1. *& conſ.*126.Crauet.*conſ.*61.*nu.*11. *lib.*4.Ruſtic.*tract.de liber.in condit.poſit.lib.*5. *cap.*2. *num.* 3.*& ſequentibus*,Menoch.*lib.*4. *præſump.* 76 *nu.* 59. Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3.*q.*26.*nu.*123.Alexand.Raud.*deciſ. Piſan. n.*27.*nu.*94. *in fine*. 107

Limitatur, quando filij eſſent vocati in aliquem caſum particulariter, ex aliqua cauſa, nam tunc verba declaratoria ſequentia ad illũ caſum referentur, Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*,*num.* 784. *verſic. cæterum ea retenta, ff. ad Trebell.* 108

Contrarium, quando verba ſequentia poſſunt referri ad vniuerſum ius,voluit Ruſtic.*d.lib....c.*2.*in fine*. 109

Decimaoctaua coniectura eſt,quando ex præcedentibus, vel ſequentibus colligeretur, teſtatorem voluiſſe poſitos in conditione eſſe vocatos, Corn. *conſil.* 226. *col.*3.*poſt princ.lib.*4.Ceph.*conſ.*251.*n.* 33. *lib.* 2. *& conſil.* 383.*n.*25.*lib.*3.Eugen.*conſ.*52.*n.*29.Ruſtic. *tract. de liber. in cond.poſit.li.*5.*c.*7.*n.*14.Ant.Gab.*de fideic.concl.*4.*n.*14. 110

Contrarium tenuit Alex.*conſ.*201.*n.*7.*lib.*7. 111

Decimanona coniectura eſt, quando teſtator filios expreſsè vocaſſet, & poſtea eos in conditione ponat cũ alijs deſcendentibus, nam ſicuti filij tunc cenſentur vocati, vt eadem determinatio pariformiter determinet, & reliqui deſcendentes erunt vocati, Ceph. *conſil.* 514.*n.*23.*& ſeq lib.*4.Cæſar.Barz.*deciſ.*5.*n.*30. 112

Vigeſima coniectura, eſt quando teſtator dixiſſet,& finita linea deſcendentiũ bona dictæ hæreditatis vadãt ad lineã,& deſcendentes fratris, vel alterius agnati, vel omninò extranei,Menoc.*conſ.*481.*n.*3.*verſ.* 5. *& vlt.* 113

Vigeſimaprima eſt coniectura, quando teſtator perpetuò deſcendentibus voluit prouidere, nam tunc cen- 114

ſentur vocati, Ruin.*conſ.* 122.*n.* 4. *& conſil.* 144. *nu.* 7 *& ſeqq lib.* 2. Rol à Valle *conſil.* 6.*n.* 20.*lib.* 4. Ant. Gabr *de fideicomm. concl.* 4 *n.* 36. Ruſtic. *tract. de liber. in condit poſit. lib.* 5.*c.* 7.*n.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 300. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi plura exempla adducit.

115 Vigeſimaſecunda erit conjectura, quando in ſubſtitutione adeſſent verba, de hærede in hæredem, donec adeſſent maſculi de domo, nam per hoc poſiti in conditione cenſentur vocati, Pariſ. *conſ.* 52.*nu.* 12. *& conſil.* 61.*n.* 14.*lib.* 2. Anton Gabr. *de fideicom. concl.* 4.*n.* 39. Pręt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 301.*nu.* 18. Ruſtic. *tract. de liber in condit. poſit. lib.* 5.*c.* 6.*nu.* 24. Menoch. *libro* 4. *præſump.* 76.*n.* 84. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3.*q.* 26.*n.* 159.

116 Idem ſi teſtator dixiſſet, vt non ſuccederet ſubſtitutus quouſque alter ſuorum deſcendentium eſſet ſuperſtes, Grat. *conſ.* 116. *col. penultim. lib.* 2. Ruin. *conſ.* 108.*nu.* 13.*lib.* 2. Anton. Gabr. *d. concluſ.* 4.*n.* 48. Ruſtic *dicto lib.* 5, *c.* 6.*num.* 1. Intrigl. *d. quæſt.* 26.*nu.* 160.

117 Contrariam ſententiam malè tenent Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita. part.* 7.*n.* 15.*ff. ad Trebell.* Alex *conſ.* 29.*num.* 11.*lib.* 5. Lanar. *conſ.* 63.*n.* 49. *& n.* 55. Alexand. Rauden. *deciſ. Piſan.* 27.*n.* 80.

118 Idem ſi teſtator dixiſſet, quod bona tranſirent de deſcendente in deſcendentem. Pariſ. *conſ.* 37. *col.* 4. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 76. *num.* 70 *circa finem*, Anton. Gabr. *d. concluſ.* 4.*n.* 2. Intrigl. *dicta quæſt.* 26 *n.* 141.

119 Idem ſi dixiſſet teſtator, quod bona tranſirent de gradu in gradum, Ceph. *conſ.* 383.*n.* 22.*lib.* 3.

120 Vigeſimatertia conjectura eſt, quando teſtator dixiſſet in vltimo gradu ſubſtitutionis: ita & taliter quod ipſius hæreditas, & bona tranſeant, remaneantque in eius hæredes, & eorum deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes & non in alios. Ceph. *conſil.* 478. *num.* 31. *verſ. quarta eſt coniectura, lib.* 4. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *cap.* 6.*nu.* 14. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 76.*n.* 78. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 26.*num.* 151. ſenſit Rota Rom. *in collect.* per Farin. *deciſ.* 181. *n.* 2 *p.* 1.

121 Vigeſimaquarta coniectura eſt, quando teſtator non ſolum poſuit in conditione filios inſtituti, ſed etiam vlterius ſubiunxit, & dixit, ita tamen quod vnus alteri ſuccedat vſque in infinitum, nam tunc colligitur inter deſcendentes inſtituti teſtatorem voluiſſe facere fideicommiſſum ſucceſſiuum, Ruin. *conſ.* 136.*num.* 1. *& ſeq. lib.* 3. Roland. à Valle *conſ.* 6.*nu.* 3.*lib.* 4. quos refert & ſequitur Petr *de fideicom. quæſt.* 9.*num.* 202. & Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 300.*num.* 7.

122 Vigeſimaquinta coniectura eſt, quando teſtator dixit, quouſque alter ſuperuixerit ſubſtitutus non ſuccedat, Grat. *conſil.* 106. *num.* 6. *verſ.* 2 *lib.* 2. Pariſ. ſenſit *conſil.* 17.*nu.* 2. *& ſeq. lib.* 2 Ruſtic. *tract. de liber. in condit poſit. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 1. Præt. *de interpret. vltim. volunt. folio* 300.*num.* 15.

123 Vigeſimaſexta eſt coniectura, quando teſtator iuſſiſſet filios in conditione prius poſitos non inquietari, nam per hoc eliceretur coniectura, quod voluerit eos vocare, Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 27.*nu.* 83. *& ſeq. & deciſ.* 31.*num* 252.

124 Vigeſimaſeptima coniectura erit, quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, vel poſt mortem omnium, & in tota, Marc. Mantic. *conſ.* 115.*nu.* 20. vbi alios adducit, Pott. *conſil.* 137.*n.* 13. & ibidem Torniel. *conſil.* 4 *nu.* 33. Decian. latè *conſil.* 44.*n.* 61. *vſque ad num.* 74. *libro* 3. *& conſ.* 103.*n.* 31. *& ſeqq. lib.* 2. Ceph *conſ.* 383 *num.* 26. *lib.* 3. Ruſtic. *tract. de liber. in condit poſit lib.* 5 *c.* 6.*nu.* 2. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 9.*n.* 217. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 5. *ante num.* 12. Seraph. *deciſ. Roman.* 956.*n.* 6.

125 Contrariam ſententiam probarunt Imol. *in l. Centurio nu.... ff. de vulg.* Soc. ſen. *in l hæredes mei*, §. *cum ita*, *col.* 1. *verſ primus caſus ff ad Trebell.* Ruin. *conſ.* 140.*nu.* 12, *conſ.* 96.*nu.* 11. *conſil.* 108.*n.* 3 *conſil.* 111.*n.* 5. *conſ.* 119. *n.* 12. *lib.* 2. *& conſ.* 139.*n.* 4.*lib.* 3. Curt. iun. *conſil.* 45.*nu.* 6. Soc. iun. *conſil.* 151.*n.* 10. *conſil.* 176.*nu.* 14. *& ſeq. lib.* 2. *& conſ.* 145.*n.* 13 *lib.* 3. Lanar. *conſ.* 63.*n.* 49. *& n.* 55. Alban. Cardin. *conſ.* 11. *verſic. ad tertium fundamentum*, Ceph. *conſil.* 517.*n.* 91. *lib.* 4. Ruſtic. *tract. de liber. in condit poſit. libro* 5.*c.* 3.*n.* 5. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 27.*n.* 80.

Ampliatur hæc coniectura, & ſi tacitè tantum relictum eſſet ab vltimo, vel poſt mortem omnium, vt in exemplis, de quibus dixi *num....* 126

Et multò magis coniectura hæc locum haberet, ſi alia coniectura concurreret, Magon. *deciſ. Florent.* 27. *num.* 14. 127

Vigeſimaoctaua eſt coniectura, quando teſtator poſt poſitionem liberorum in conditione dixiſſet his caſibus, & cuilibet eorum ſubſtituo, Celſ. Vgo *conſ.* 20. *ante n.* 39. Ruſtic. *tract. de liber. in condit poſit. lib.* 5.*c.* 6.*n.* 12. 128

Vigeſimanona coniectura eſt, quando poſtquam fuerunt liberi in conditione poſiti teſtator dixiſſet, ei, vel eis ſubſtituo, Celſ. Vgo. *conſil.* 20.*nu.* 38. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *c.* 6.*num.* 11. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 76.*n.* 76. *circa finem* Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *q.* 26.*n.* 149. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 390.*nu.* 4. hæc tamen coniectura pendet ex ſequenti. 129

Trigeſima coniectura erit, quando filij poſiti in conditione fuerunt in aliquo grauati, tunc enim cenſentur vocati, & grauamen in eorum perſonis ſubſiſtit, Bart. *in l. Centurio, nu.* 37. *ff. de vulgar.* & hanc coniecturam probarunt Din. Bald. Aret. Rip. Galliau. Ioan. Andr. Salicet. Iacob. de Beluiſ. Rain. de Forliu. Imol. Cuman. Ioan. de Mont. Sperel. Iacob. de Aren. Ancharan. Caſtrenſ. Corn. Florian. Fulgoſ. Oldrad. Dec. Bologn. Socin. ſen. Guliel. Pontan. Alciat. Angel. Ferdin. Loarez, Crauet. Alex. Capr. Curt. ſen. Gozad. Curt. iun. Socin. iun. Alex. de Neuo Bertràd Ruin. Caſſan. Pariſ. Marc. Mantic Nouiſs. Pariſien. Ioann. Crot. Guid. Pap. Polit. Zaſ. Alber. de Roſat. Didac. Non. Cagnol. Grat. Matth. Gribald. Pom. Odd. Torniel. Franc. Grattan. Coraſ. Celſ. Vgo, Bartol. de Huc. Ioann. Mar. Rimin. Bero. Gomez Marc. Salomo 1. Roland. à Valle, quos & alios refert, & ſequitur Ruſti. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 4. *cap.* 2. *& cap.* 3.*n.* 28. vbi teſtatur eſſe communem, & magis communem opinionem, ac magis conſonam voluntati teſtatoris, & eſſe canonizatam, nec ab ea conſulendo, & iudicando recedendum eſſe, & vltra prædictos refert multos alios Doctores, quorum ſcripta non habemus, ſecundũ hanc opinionem conſuluiſſe, & multa Collegia Italiæ hanc ſententiam probaſſe, addo vltra prædictos, Cephal. *in l. Centurio, num.* 884. *& ſeqq. ff. de vulgar.* vbi de communi opinione teſtatur, *& conſ.* 93. *lib.* 1. vbi latè defendit *conſ.* 383.*nu.* 19 *lib.* 3. *& conſ.* 476. *nu.* 12 *libro* 4. Menoch. *conſil* 348.*num.* 35. *& ſeq. lib.* 4. *& conſ.* 613.*n.* 10.*lib.* 7. Vegg. *conſil.* 74.*n.* 191. Oſaſch. *conſ.* 35.*num.* 4. Match. Brun. *conſil.* 163.*n.* 2. Ruſtic. *conſil.* 1.*n.* 59. *poſito poſt tractatum de liberis in conditione poſitis*, Decian. *conſil.* 3.*n.* 54.*lib.* 1. *& conſil.* 44.*num.* 51 *lib.* 3. vbi teſtatur de communi opinione, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum q.* 14.*n.* 2. *verſ. ſed hæc in fine*, Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 76.*n.* 39 *in fine*, Peregr. *de fideic. art.* 11.*nu.* 30. vbi ait eſſe receptiorem opinionem, & in hoc Sereniſs. Statu Veneto ita practicari, *& art.* 12.*n.* 7. Alex. Trent. *de ſubſtitut. par.* 4.*c.* 11.*n.* 28. vbi dicit hanc eſſe magis communẽ opinionem, nec ab ea iudicando, & conſulendo recedendum, eſſe Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3.*q.* 26. *num.* 61. Anchar. iun. *lib* 3.*q.* 31.*num.* 4 Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 300.*nu.* 4 Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 3.*n.* 2. Petr. *de fideicomm. q.* 11.*n.* 125. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 56.*n.* 10. *&* 14. Rauden. *deciſ. Piſan.* 31.*n.* 254. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 1 *num.* 4. *& ſeqq.* vbi teſtatur Rotam ſæpius hanc

hanc opinionem tenuiſſe tanquam magis communem, idem d. cit. *deciſ.* 1. *n.6. & ſeqq.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & non pati veram, & concludentem difficultatem, & Collegium Peruſinum Mediolanenſe, & Florentinum cõſuluiſſe pro hac opinione, *& dec.* 9. *n.* 35 vbi teſtatur eſſe magis cõmunem opinionẽ, eãq; procedere, licet cõiectura hæc eſſet ſola, Rot. Roman. in collectis *per Farinac. deciſ.* 266. *nu.* 16. *par.* 1.

131 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes ex grauamine non induci vocationem poſitorum in conditione, ſic Alberic. de Roſat. Riccard. Malũb. Rainer. de Forli. Bald. Imol. Alex. Iaſ. Claud. Seiſel. Æmil. Ferret. Anchar. Curt. ſen. Socin. ſen. Bened. Capr. Decian. Cor. Chriſtoph. Burtig. Ruin. Socin. iun. Rub. Alexandr. Bellon Curt. iun. Pariſ. Alba. Gerard. Mazzol. Nouiſs. Pariſ. Clar. Alciat. Guald. Polit. Ant. Gab. Emã. Suarez. Anton. Gomez. Marth. Iuriſ. Zanch. Dion. de Peruſ. Præt. Hippol. Rimin. Io. Mar. Rimin. Celſ. Vgo. Bero. Bertrand. Vaſq. Roland. à Vall. Brun. Vegg. & nonnulli alij, quorum ſcripta non habemus relati à Ruſtic. *d. liber.* 4. *cap.* 3. vbi multi ex prędictis teſtantur hanc opinionem eſſe communem, & magis communem, neç ab eo iudicando, & conſulendo recedendum eſſe, & Collegium Papienſe hanc conſulendo approbaſſe, & Romæ ita fuiſſe iudicatum, addo Did. *in c. Rainutius*, §. 3. *n.* 3. *extr. de teſtam.* Burſar. *conſil.* 1. *n.* 10. *& conſil.* 52. *nu.* 22. *libro* 1. vbi de magis communi opinione teſtatur Ceph. *conſ.* 17 *n.* 17. *li.* 1. *conſ.* 268, *nu.* 19. *lib.* 2. *conſ.* 419. *nu.* 28. *lib.* 3. *& conſil.* 517. *nu.* 21. *lib.* 4. Berett. *conſ.* 8. *num.* 6. vbi ait eſſe crebriorem opinionem, Odd. *conſ.* 46. *num.* 20. *& ſeqq* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Decian. *conſ.* 26. *nu.* 42. *lib.* 2. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Maſcard. *concl.* 775. *nu.* 17. Hieron. Ceual. *ſpec. commun. quæſt.* 94. *num.* 5. Pert. *de fideicomm. quæſt.* 9 *num* 187. *& ſeqq* Magon. *deciſ. Florenſ.* 71. *num.* 15. *verſic. alij verò graues in fine*, Cæſar. Barz *deciſ. Bonon.* 7. *n.* 7. dicit hanc coniecturam ſolam non ſufficere, *& deciſ.* 8. *nu.* 3. vbi ſcribit Rotam tenuiſſe hanc opinionem, & ſolam non ſufficere dixit Farin. *deciſ. Roman.* 134. *aliàs in nouiſſ. part.* 4. Seraph. *deciſ. Rom.* 934. *& deciſ.* 956. *n.* 2. 4. *& ſeqq.* vbi dicitur Rotam ſolitam eſſe ſequi opinionem contra Bartolum.

Tenendo primam opinionem veriorem, & magis communem.

132 Primo maximè procederet, quando filij eſſent poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos, ita poſt Rimin. dicit Ruſtic. *d. cap.* 3. *nu.* 15.

133 Secundo maximè procederet, ſi alia coniectura concurreret, ita poſt multos relatos ſcribit Ruſtic. *d. lib* 4. *c.* 3. *per totum*, Menoc. *d. præſumpt.* 76. *n.* 40. Intrig. *d. q.* 26. *n.* 96. Cæſar. Barz. *deciſ. Bonon.* 5. *nu.* 2. *deciſ.* 7. *nu* 7. *& deciſ.* 8. *nu.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 715. *nu.* 8. Farinac. *d. deciſ.* 134. *in nouiſſ. part.* 4. Rota apud Pute. *deciſ.* 215. Seraph. *deciſ. Roman* 956. *nu.* 5.

134 Prima coniectura eſt, quando vltra grauamen adeſſet prohibitio alienationis, Ruſtic. poſt alios *d. cap.* 3. *nu.* 2. Menoc. *d. præſumpt.* 46. *n.* 42. *& conſ.* 613. *n.* 2. Intrigl. *d. q.* 26. *nu.* 98.

135 Secunda coniectura eſt, quando maſculi eſſent poſiti in conditione, & grauati, Ruſtic. *d. c.* 3. *n.* 3. vbi alios adducit Cæſar. Barz. *deciſ. Bonon.* 7. *n.* 8. Farin. *dec.* 134.

136 Contrariam opinionem probarunt, Pariſ. *conſ.* 31. *n.* 21. *& conſ.* 44. *n.* 15. *& ſeq. lib.* 2. Bertrand. *conſ.* 136. *nu.* 4. 5. *libro* 6.

137 Tertia eſt coniectura, ſi vltra grauamen fœminas teſtator excluſiſſet, Ruſtic. *d. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 4. vbi refert, Pariſ. Gozad. & Ruin. addo Cæſar Barz. *deciſ. Bonon.* 7. *n.* 8. *deciſ.* 8. *n.* 5. *& deciſ.* 9. *nu.* 36. Rot. Roman. apud Farin. *deciſ.* 134.

Quarta eſt coniectura, ſi fauor piæ cauſæ adeſſet, Ruſtic. *d. cap.* 3. *n.* 5. vbi adducit Zanch. Ruin. Anton. Gabr. Gozadin. & alios addo Menoc. *d. præſumpt.* 76. *n.* 40. Intrig. *d. quæſt.* 26 *n.* 97. Cęſ. Barz. *deciſ. Bonon. n.* 5. 138

Quinta eſſet coniectura, ſi teſtator vltimo poſitorũ in conditione, & grauatorum in tota ſubſtitutionem feciſſet, vt induceretur reciprocum fideicommiſſum in terminis, *l. Titia Seio*, §. *Seia libertis. ff. de legat.* 2. ita ſcribit Ruſtic. *d. cap.* 3. *nu.* 6 vbi allegat Pariſ. Ruin. Soc. iun. Zanch. & Celſ. Vgo. Farin. *d. deciſ.* 134. 139

Contrarium tenuit Alex. *conſ.* 202. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 7. 140

Sexta eſt coniectura, ſi teſtator in omni caſu voluit bona in agnatione conſeruari, Ruin. *conſ.* 111. *n.* 14. *& ſeq. lib.* 2. Non. *in l.* 1 *in* 3. *limitat. verſic. ſecundus caſus eſt, C. de pact.* Ruſticus *d. cap.* 3. *n* 9. 141

Septima erit coniectura, quando teſtator vocaſſet proximiores agnatos ne hæreditas ad extraneos perueniret, Cephal. *conſ.* 426. *n.* 25. *& ſeq. lib.* 3. Ruſtic. *d. c.* 3. *num.* 10. 142

Octaua eſt coniectura, quando teſtator prohibuiſſet detrahi Trebelianicam, Io. Mar. Rimin. *conſ.* 243. *nu.* 90. *lib.* 2. Ruſtic. *d. cap.* 3 *nu.* 11. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 300. *nu.* 5. vbi alios citat, & dicit procedere ſolum in teſtamentis parentum. 143

Nona coniectura eſſet, quando teſtator digreſſus eſſet ad plures gradus ſubſtitutionum, ita Ruſtic. *d. c.* 3. *n.* 12. vbi citat Anch. Bero. addo Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 9. *nu.* 36. 144

Decima eſt coniectura, quando in ſubſtitutione, & grauamine adeſſet clauſula, omni meliori modo. Odd. *conſil.* 6. *nu.* 27 Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 300. *nu.* 6. vbi alios allegat, & dicit procedere in quacũque parte teſtamenti hæc clauſula ſit poſita. 145

Vndecima eſt coniectura, quando filij ſub qualitate legitimitatis eſſent in conditione poſiti, Farin. *dicta deciſ.* 134. 146

Limitatur primò hæc coniectura, quando grauamen non eſſet impoſitum filijs in conditione poſitis, ſed eſſet impoſitum grauato ſub duplici conditione, ſi ipſe, & eius filij ſine filijs deceſſerint, hoc modo inſtituo Titium, & ſi ipſe, & eius filij ſine filijs deceſſerint ſubſtituo Seium, quia tunc valet fideicommiſſum non tãquam iniunctum filijs Titij, ſed valet tanquam iniunctum Titio ſub duplici conditione, ſi Titius, & eius filij ſine liberis deceſſerint, ita ſcribunt Bart. Alciat. Bellon. Curt. ſen. Anton Gabr. Bertrand. Clar. Marz. quos refert, & ſequitur Ruſtic. *dicto lib* 4. *c.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, addo Ceph. *conſ.* 419. *n.* 30. *& n.* 70. *lib.* 3. Mant. *c. de coniect. vltim. volunt. lib* 1. *tit.* 5. *num.* 2. *verſic. hęc autem ſententia.* Pręt. *de interp. volunt. fol.* 300. *nu.* 2. 3. Alex. Trent. *de ſubſtitut. part.* 4. *c.* 11. *n.* 33. vbi teſtatur de communi opinione. 147

Ampliatur ſiue duplex conditio ſit appoſita cumulatiuè, ſiue alternatiuè, Ruſtic. poſt alios *dicto c.* 1. *nu.* 2.

Limitatur ſecundò, quando grauamen non eſt impoſitum filijs tanquam filijs, ſed eſt appoſitum ſub nomine appellatiuo hæredum in genere, nam tunc grauamẽ tenet, licet filij poſiti in conditione non ſint vocati, Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, par.* 7 *n.* 25. *& num.* 37. Ruin. *conſ.* 113. *n.* 4. *verſ. & ideo, lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 116. *n.* 4 *li.* 3. Ruſtic. *dicto lib.* 4. *c.* 4. *n.* 1. Menoc. *dicta præſumpt.* 76. *n.* 42. Intrig. *dicta quæſt.* 26. *nu.* 99. Alex. Trent. *de ſubſtitut. par.* 4. *cap.* 11. *nu.* 30. 148

Limitatur tertiò non procedere, quando onus impoſitum eſt impersonaliter, & ſic ſumus in dubio, an dicatur iniunctum inſtituto, an filijs poſitis in conditione, vt ſi dictum ſit, ſi Titius filius meus deceſſerit ſine liberis, & eius liberi ſine liberis, bona mea deueniant in Seium, nam tunc communis eſt opinio, quod 149

graua-

grauamen tenet, & quod dicatur iniunctum inſtituto, non autem filij in conditione poſitis, & quod propterea non cenſeantur vocati, ita communem eſſe ſententiam ſcribit Ruſtic. *dict. lib. 4. cap. 5.* vbi adducit Bald. Salicet. Alexand. Socin. ſen. Dec. Bellon. Alciat. Pariſ. Ruin. Curt. iun. Bertrand. Ioann. Mar. Rumwald. Corn. & Clar. quorum etiam multi teſtantur eſſe receptam ſententiam, addo Cephal. *in l. Centurio. n. 957. ff. de vulg. & in conſ. 419. nu. 70. & ſeq. lib. 3.* Odd. *conſ. 66. nu. 32. & ſeq.* Decian. *conſ. 16. nu. 43. lib. 3.* Craſſ. §. *fideicommiſſum, quæſt. 14. num. 2. verſic. & hoc tamen,* Intrigl. *dicta quæſt. 26. nu. 106.*

150 Limitatur quartò non procedere coniecturam, niſi quando grauamen eſt impoſitum nominatim filijs, & expreſsè, ſecus ſi tacitè, Alexand. Soc. ſen. Imol. Dec. Socin. iun. Ruin. Pariſ. Ioann. Mar. Rimin. relati à Ruſtico, *dicto libro 4. cap. 4. numero 9. & ſeqq.* addo Odd. *conſil. 66. num. 34. & ſequentibus,* Cephal. *conſil. 419. nu. 70. lib. 3.*

151 Contrariam opinionem, quod vocati cenſeantur, licet tacitè grauati fuiſſent, probarunt multi relati à Cephal. *in l. Centurio. n. 884. ff. de vulgar.* Et ita etiam tenent Crauet. *conſ. 878. nu. 8.* & hanc eſſe magis receptam ſententiam, dicit Menoch. *conſ. 248. n. 36. lib. 4.*

Sublimitatur tamen hæc limitatio à Ruſtico *dicto c. 4. n. 9. & ſeqq.* Barz. *deciſ. Bonon. 5. ante n. 31.*

152 Limitatur quintò, quando in aliquo caſu filij poſiti in conditione eſſent expreſsè vocati, tunc enim licet in alia parte teſtamenti reperiantur poſiti in conditione & ſimpliciter grauati, non per hoc abſolutè præſumentur vocati, ſed ſolum in illo caſu, in quo fuerunt expreſsè vocati. & ideo grauamen cenſebitur eis iniunctum ſolum eueniente caſu, in quo expreſsè fuerunt vocati, & non aliter, Franc. Aret. Anchar. Ruin. Dec. Socin. ſen. Corn. Pariſ. Alex. Nouiſs. Pariſien. Zanchez. Rimin. quos refert, & ſequitur Ruſtic. *d. lib. 4. c. 4. num. 2,* addo Comen. *conſ. 118. in fine,* Capr. *conſ. 2. dubio 1.* Celſ. Vgo. *conſ. 20. n. 38.* Surd. *conſ. 434. n. 5.* Menoch. *dicta præſumpt. 76. num. 43.* vbi teſtatur eſſe receptam opinionem, Intrigl. *dicta quæſt. 26. nu. 100.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſtione nona, num. 188. verſic. & hanc, & verſic. & iterum.* Alexand. Trent. *de ſubſtitut. parte 4. c. 11. nu. 29.*

153 Contrariam ſententiam malè probarunt Caſtrenſ. *conſil. quinto, colum. 2. lib. 1.* & Pariſ. *conſ. 41. numero 61. libro 2.*

154 Sublimit. non procedere, quando teſtator ſubſtituiſſet in omni caſu ipſis in conditione poſitis, quia ſubſtitutio non reſtringeretur ad eum ſolum caſum, in quo eſſent vocati, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita. parte 7. n. 35.* Ruin. *in l. filius familias, § Diui, colum. antepenult. declar. 1. & in conſil. 169. colum. 3. lib. 2.* Menoc. *dicta præſumpt. 76. n. 44. in fine,* Intrigl. *dicta q. 26. n. 103.*

155 Sublimit. & ampl. aliter illa limitatio, vt per Ruſtic. *dicto c. 4. nu. 3. vſque ad nu. 9.* Intrigl. *d. quæſt. 26. nu. 101. & ſeqq.*

156 Limitatur ſextò, hæc coniectura, quando eſſemus in extraneis teſtatoris, ſolum enim procedit in deſcendentibus Clar. & Bero. relati à Ruſtico *dicto cap. 4. n. 14.* Cephal. *conſ. 419. n. 72. lib. 3.*

157 Contrariam opinionem tenuit Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 14. nu. 2. in fine,* vbi etiam in extraneis dicit coniecturam procede.

158 Limitatur ſeptimò hæc coniectura, quando ſubſtitutio fuiſſet facta poſt mortem plurium poſitorum in conditione, Cephal. *in l. Centurio, num. 959. ff. de vulgar.* Ruin. *conſil. 115. numero nono. & conſilio 142. numer. 11. lib. 3.* Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ. 4. numero 20,* Menoch. *dicta præſumpt. 76. nu. 45.* Intrigl. *dicta qu. 26. nu. 104.*

Limitatur octauò, quando teſtator mandaſſet teſtamentum ſeruari vt iacet, & de verbo ad verbum, ſine vlla interpretatione, Bero. *conſil. 57. nu. 66. verſic. tertio reſpondeo, lib. 3.* Ruſtic. *dicto cap. 4. nu. 15.* vbi etiam citat Præt. 159

Limitatur nonò ſtante ſtatuto, quod teſtamenta ad literam intelligantur, Beretr. *conſ. 74. nu. 22. & ſeq.* Ruſtic. *dicto. cap. 4. n. 15. in fine.*

Limitatur decimò, quando quis eſt grauatus præſtare rem, quæ non erat in patrimonio teſtatoris ſecundũ Mantic. *vbi ſupra n. 33.* quem & alios refert, & ſequitur Maſcard. de Probat. *concluſ. 775. n. 19.* Decian. *conſil. 44. nu. 52. lib. 1.* 160

Trigeſimaprima coniectura erit, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, vt in familia, vel deſcendentibus conſeruentur, nam tunc ex prohibitione alienationis elicitur coniectura, quod filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, Corn. Soc. ſen. Gozad. Curt. ſen. Ruin. Curt. iun. Mandel. Non. Maric. Mant. Celſ. Vgo. Guid. Pap. Beret. Gioff. quos refert & ſequitur Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 3. cap. 5.* vbi teſtatur hanc eſſe crebriorem, & receptiorem opinionem, addo Ceph. *conſ. 343. nu. 21. & ſeqq. lib. 3.* Decian. *conſil. 41. nu. 36. lib. 1. & conſ. 105. nu. 27. lib. 2.* Honded. *conſil. 54. nu. 32. lib. 2.* Anchar. iun. *lib. 3. quæſt. 51. nu. 6.* Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concl. 4. n. 34.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. n. 14.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Craſſ. *§. fideicommiſſum q. 14. n. 4.* Menoc. *lib. 4. præſump. 76. nu. 70.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 29. n. 140. & 143.* Petr. *de fideicom. q. 9. nu. 203.* Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 283. n. 3. & fol. 302. n. 24.* Viu. *lib. 1. deciſ. 262. nu. 21.* Theſaur. *deciſ. Pedemont. 96. n. 29.* Caſ. Barz. *deciſ. Bonon. 1. nu. 7. & ſeqq.* 161

Contrariam opinionem malè probarunt Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita, par. 7. n. 13. ff. ad Trebell.* Alex. *conſil. 202. col. 1. lib. 7.* Corn. *conſ. 186. col. 3. lib....* Soc. ſen. *cõſ. 69. col. 5. & conſ. 116. col. 3.* Ruin. *conſ. 134. nu. 6. verſ. nec obſtat, lib. 3.* Pariſ. *conſ. 44. col. 3. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 117. numero 46. lib. 1.* Odd. *conſ. 66. n. 62.* 162

Prima opinio maximè procederet, quando prohibitio eſſet facta filijs in conditione poſitis, nam tunc cenſerentur vocati, Ceph. *conſ. 383. nu. 21. lib. 3.* Petr. *de fideicom. q. 11. nu. 525.* Alexand. Raud. *dec. Piſan. 31. nu. 154.* hoc tamen pendet ex dictis in præcedenti coniectura, ibi dicta videnda erunt. 163

Contrariam opinionem poſt alios relatos tenet Hieron. Gabr. *conſ. 117. n. 40. lib. 1.* Oddus *conſil. 66. n. 30. & ſeqq.* 164

Secundò, hæc coniectura maximè procederet, ſi in prohibitione adeſſent verba geminata, Iaſ. *conſ. 4. nu. 3. & conſ. 65. col. 2. lib....* Ceph. *conſil. 383. nu. 34. lib. 3.* Ruſt. *d. lib. 3. cap. 5. nu. 4.* 165

Tertiò, hæc coniectura multo magis locum haberet, ſi alienatio bonorum eſſet prohibita omnibus deſcendentibus in perpetuum, Decian. *conſ. 41. nu. 36. lib. 1.* vbi de magis communi opinione, *& conſil. 44. nu. 47. lib. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. nu. 14.* Craſ. *d. §. fideicommiſſum, quæſt. 14. nu. 4. in fine.* 166

Quartò, maximè locum haberet hæc coniectura, ſi adeſſet clauſula annullatiua alienationis, hoc modo, & ſi ſequeretur alienatio ex nunc, prout ex tunc habeatur pro non facta, Celſ. Vgo. *conſ. 20. n. 41.* Ruſtic. *d. lib. 3. cap. 5. n. 5. & 6.* 167

Quintò maximè procederet, ſi teſtator dixiſſet eſſe ſuam firmam intentionem, quod de gradu in gradum hæreditas, & bona tranſirent, Ceph. *conſ. 383. n. 2. verſ.* 168

ſeptima

ſeptima colligitur libro 3. & conſil. 478. nu. 45. lib. 4. Ruſtic. d. cap. 5. num. 6.

168 Sexto hæc coniectura maximè tenenda eſſet, ſi ipſi prohibiti alienare in caſu alienationis priuarentur, priuati enim prius dicuntur vocati, cum priuatio præſupponat habitum, Ceph. conſil. 383. n. 23. in octaua coniectura libro 3. Ruſtic d. lib. 3. c. 5. n. 6 in fine.

169 Ampliatur primò hæc coniectura, vt locum habeat, etiam quod prohibitio alienationis ſit facta abſque clauſula, quod vult teſtator bona in agnatione perpetuò remanere, Alex. de Neuo. conſ. 17. nu. 3. Gozadin. conſ. 64. n. 13. & ſeq. Pariſ. conſ. 78. n. 13. lib. 2.

170 Contrariam opinionem, quod immo tunc prohibitio ſine cauſa prædicta facta non inducat coniecturam vocationis, tenent Corn. conſ. 118. n. 10. verſ. nec iuuat. libro 2. Curt. iun. conſ. 43. n. 8. & ſeqq. Io. Vinc. de Anna. allegat. 10. in cauſa, n. 19. verſ. nec tertium. lib. 1. Ruſtic. d. lib. 3. c. 5. nu. 3.

171 Ampliatur ſecundò coniectura, vt procedat etiam alienatione non ſequuta, quia adhuc poſiti in conditione cenſerentur vocati, Ruin. conſ. 124. n. 5. lib. 2. Gozad. conſ. 16. n. 24. Præt. de interpr. vltim. volunt. folio 283. nu. 6. verſ. aduerte, Ruſtic. d. lib. 3. c. 5. in fine.

172 Limitatur primò hæc coniectura, quando filij ſunt poſiti in conditione tanquam filij, & prohibitio eſt facta tanquam hæredibus, Ruin. conſ. 113. num. 4. verſ. & ideo, lib. 2. Ruſtic. d. lib. 3. cap. 5. n. 10.

173 Limitatur ſecundò, quando prohibitio non eſſet facta fauore ſubſtituti ſub conditione, ſi ſine filijs, & eſſet dictum ne bona exeant è familia, Ioan. Vinc. Anna. allegat. 10. nu. 23. lib. 1. Ruſtic. d. lib. 3. c. 5. nu. 11.

174 Limitatur tertiò non procedere coniecturam, quando prohibitio eſſet facta perſonaliter hæredi, ita poſt alios Decian. conſ. 103. n. 28. lib. 2.

175 Limitatur quartò, quando prohibitio eſſet realis, vt declarat Decian. d. conſ. 103. n. 29. lib. 2.

176 Trigeſimaſecunda coniectura eſt, quando niſi filij poſiti in conditione cenſerentur vocati, ſequeretur abſurdum, quod remotior excluderet proximiorem, & minus dilectus magis dilecto præferretur, Corn. Ruin, Grat. Soc. iun. Soc. ſen. Ceph. Gozad. Celſ. Vgo, Crauet. quos refert, & ſequitur, Ruſtic. tract. de liber. in conditio. poſit. lib. 5. c. 3. n. 3. addo Franc. Turtur. inter conſilia, Menoc. conſ. 394. nu. 6. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 4.

177 Contrariam ſententiam probauit Beret. conſ. 74. n. 14.

178 Trigeſimatertia coniectura eſt, quando tranſuerſalium eorumque deſcendentium eſſet melior conditio, quam deſcendentium teſtatoris, tunc enim poſiti in conditione teſtatoris deſcendentes cenſebantur vocati, Socin. ſen. conſ. 116. col. 5. verſic. tertium colligunt, liber. 3. Ruin. conſ. 40. n. 4. & conſil. 99. nu. 14. lib. 1. Pariſ. conſ. 66. n. 53. lib. 3. Crauet. inter conſilia Marzar. fol. 64. conſ. incipit. de anno 1513. verſic. 5. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. libro 5. c. 6. nu. 22. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. n. 81. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 26. nu. 154. Petr. de fideicommiſſ. q. 9. nu. 209.

179 Trigeſimaquarta coniectura eſt, quando ſequeretur aliquod abſurdum niſi eſſent vocati, Grat. conſ. 32. nu. 10. lib. 2. Ruin. conſ. 108. nu. 12. conſ. 111. n. 16. & conſ. 198. nu. 6. lib. 2. Crauet. conſ. 62. nu. 8. Ceph. conſ. 188. nu. 12. lib. 2. conſil. 383. nu. 13. lib. 3. & conſil. 478. nu. 30. lib. 4. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. nu. 13. in fine, Ruſtic. tract. de liber. in conditio. poſit. lib. 5. c. 7. nu. 4. Petr. de fideicomm. q. 9. number. 209.

180 Ampliatur, & ſi verborum ſignificatio eſſet reſtringenda, Ceph. conſ. 383. n. 14. & ſeq. lib. 3. & conſ. 478. nu. 39. & ſeq. lib. 4. Ruſtic. d. lib. 5. c. 7. n. 5.

Trigeſimaquinta coniectura, eſt, quando niſi poſiti in conditione eſſent vocati hæreditas ſtaret in ſuſpenſo, ne ergo hoc inconueniens ſequatur, dicentur vocati, Menoch. conſ. 155. nu. 10. lib. 2. vbi etiam habetur exēplum huius coniecturæ. 181

Trigeſimaſexta coniectura erit, quando poſiti in conditione excluderent alias perſonas, quæ alias eſſent paris, vel melioris conditionis, quam ipſi poſiti in conditione, quia tunc ipſi poſiti in conditione cenſentur vocati, Ruin. Grat. Marz. Corn. Zanch. Curt. iun. Crau. & Menoc. quos refert, & ſequitur, Ruſtic. tract. de lib. in conditio. poſit. lib. 5. c. 4. n. 2. addo Soc. iun. conſil. 141. n. 17. lib. 2. Menoc. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 68. Intrig. de ſubſtit. centur. 3. q. 216. n. 136. 182

Trigeſimaſeptima eſt coniectura, quando liberi ponuntur in conditione affirmatiuè ad excluſionem aliorum, qui aliàs ab inteſtato vocarentur, quia tunc cēſentur vocati, hanc coniecturā probarunt Caſtr. Dec. Ruin. Brun. Cephal. & Ant. Gabr. quos refert, & ſequutus fuit Ruſtic. tract. de lib. in condit. poſit. lib. 5. cap. 2. nu. 4. & his accedunt Zuccard. in l. 1. nu. 68. verſ. vel poſito C. de pact. Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita. part. 7. n. 82. ff. ad Trebell. Curt. iun. conſ. 43. nu. 7. verſiculo tertia etiam, Grat. conſil. 3. nu. 22. lib. 1. Natt. conſ. 551. nu. 11. lib. 3. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 26. num. 134. 183

Contrariam opinionem probarunt, Ruin. conſ. 134. lib. 3. Menoc. conſ. 152. nu. 21. lib. 2. & lib. 4. præſumpt. 76. nu. 66. & ſeq. 184

Trigeſimaoctaua eſt coniectura, quando teſtator in ſequentibus ſubſtitutionum gradibus vocauit extraneū, vel remotiores agnatos minus dilectos; nam tunc multo fortius credendum eſt filios poſitos in conditione magis dilectos vocare voluiſſe, Curt. iun. conſ. 16. col. 3. poſt medium, vbi appellat hanc coniecturam fortiſſimā, Ruin. conſ. 111. nu. 1. lib. 1. & conſ. 158. nu. 13. lib. 3. Crauet. conſ. 62. n. 10. Decian. conſ. 28. nu. 24. lib. 2. vbi declarat Ceph. conſ. 188. nu. 11. lib. 2. 185

Contrariam opinionem tenet Ceph. conſ. 517. nu. 77. verſic. ad tertiam coniecturam, & nu. ſeqq. lib. 4. Et in his terminis loquuntur omnes tenentes negatiuam in quæſtione principali, nam ſemper ſubſtituti ſunt remotiores quam filij poſiti in conditione. 185

Declara vt coniectura procedat, quando plures filij inſtituti eſſent inuicem ſubſtituti, & eſſet ſubſtitutus extraneus, ſi inſtituti ſine filij decederent, aliud eſſet quando vnus tantum filius eſſet inſtitutus, & extraneus ſubſtitutus, ſi ſine filijs decederet, Alba. conſil. 86. nu. 12. & conſ. ſeq. num. 12. Decian. conſil. ſeq. num. 24. libro 2. 187

Trigeſimanona coniectura eſt, quando appareret teſtatorem magis dilexiſſe poſitos in conditione, nam cēſerentur diſpoſitiuè vocati, Corn. conſ. 207. n. 9. li. 4. Gozad. conſ. 64. nu. 10. Ruin. conſ. 142. n. 12. lib. 3. Crauet. conſ. 62. n. 7. Cephal. conſ. 251. nu. 76. lib. 2. & conſ. 476. nu. 22. & ſeq. lib. 4. Menoch. conſ. 393. n. 18. & Franc. Turtur. in conſ. ſeq. nu. 19. lib. 4. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 7. num. 8. 188

Quadrageſima eſt coniectura, quando argumentum à contrario ſenſu ſumptum ſtrictè ad limites verborum importaret, quod poſiti in conditione eſſent vocati, exemplum, ſi teſtator dixit, & ſi Titius deceſſerit ſine liberis, volo quod liberè diſponere poſſit de bonis meis, quoniam à contrario ſenſu, eo decedente cum filijs non poteſt liberè diſponere, ideo poſiti in conditione dicentur vocati, Peregr. de fideicommiſ. artic. 28. num. 17. 189

Quadrageſimaprima coniectura eſt, quando filij in aliqua teſtamenti parte, ſiue in inſtitutione, ſiue in 190
ſubſti-

ſubſtitutione reperiuntur diſpoſitiuè vocati nam in ea parte, vbi ſunt tantum in conditione poſiti, cenſentur etiam vocati, Bartol. in l. Lucius in fine, num. 18. verſ. ſed quæro ff. de vulg. Alexand. conſ. 66. col. 1. liber. 2. Ruin. conſil. 162. nu. 24. lib. 1. Iaſ. conſ. 107. verſic. non quoque obſtat, lib. 4. Gozad. conſ. 64. nu. 10. Botta. conſ. 10. num. 56. Crauet. conſil. vltimo, nu. 5. 7. Grat. conſil. 126 nu. 8. lib. 2. Cephal. conſ. 474. num. 11. lib. 4. Rimin. conſil. 180. nu. 11. lib. 1. Decian. conſ. 44. num. 21. lib. 3. Eugen. conſ. 52. n. 28. Hondedeu conſ. 65. n. 34. lib. 2. Peregr. conſil. 154. n. 1. lib. 4. Franc. Gratian. tract. de vulgar. & fideicomm fol. 21. nu. 27. verſic. & in his caſibus, Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 9. n. 189. Ruſtic tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. c. 2. num. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 59. Anton. Gabr. de fideicomm. concluſ. 4. n. 36. Rota deciſ. 322. n. 5. col. antepenult. par. 1. Rota Florent. lib. 9. motiu. deciſ. 91. fol. 208. Alex. Rauded. deciſ. Piſan. 27. n. 93. vbi teſtatur ita iudicatum Rot. Roman. in collect. per Farinac. deciſ. 100. n. 3 par. 1. & defendit deciſ. 146. nu. 2. & ſeqq. ead parte 1. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & Rotam ſæpiùs eam probaſſe, maximè iunctis alijs coniecturis, idem deciſ. 236. nu. 4. part. 1.

Maximè ſi extarent coniecturæ vocationis, Decian. conſil. 384. Pariſ. conſil. 41. & ſeq lib. 2. quos refert, & ſequitur Petr. de fideicom m. quæſt. 11. num. 526. verſ. ſecundo reſpondetur.

191 Contrariam ſententiam probarunt alij volentes potius tunc elici coniecturam, quod teſtator in illo capitulo noluerit poſitos in conditione vocare. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita part. 7. nu. 93. ff. ad Trebell. Zuccat d. in l. fin. ſuper verbo, ſancimus, n. 69. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. Alexand. conſil. 185. lib. 2. conſ. 22. & conſ. 24. nu. 6. lib. 3. Soc. ſen conſ. 116. n. 2. 6. 7. lib. 3. Pariſ. conſil. 44. n. 9. & conſil. 86. num. 40. libro 2. Ruin. conſ. 103. ad finem, lib. 2. Curt. iun. conſ. 35. nu. 5. Crauet. in reſp pro genero, n. 242. Aldroband. conſil. 30. n. 46. Lanar. conſil. 60. n. 50. Decian. conſ. 44. nu. 29. & ſeqq. lib. 3. Menoc. libro 4. præſumpt. 76. num. 79. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 26. n. 168. Ruſtic. in d. tract. lib. 5. c. 4. num. 4. & 5. & lib. 1. c. 3. n. 16. Anton. Gabr. de fideicomm. concl. 4. n. 3. verſic. primo amplia. Port. lib. 2. concluſ. 12. limit. 1. Petr. de fideicom. q. 9. nu. 188. verſic. 4. videndum eſt, & nu. 211.

192 Declar. quod ſi filij in primo capitulo eſſent vocati vulgariter tantum, & poſtea eſſent in conditione poſiti, quod cenſebuntur vocati niſi euenientе caſu vulgaris, ita poſt alios Decian. reſp. 26. nu. 44. lib. 2.

Tenendo ſecundam opinionem.

193 Limitatur primò, quando conſtat de enixa voluntate teſtatoris erga filios poſitos in conditione, vt ſi ſubſtituiſſet omni caſu Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 7. n. 35. ff. ad Trebell. Iaſ. dicto conſ. 108. quos refert, & ſequitur Alex. Rauden. dicta deciſ. 27. nu. 94.

194 Limitatur ſecundò, quando teſtator præſupponeret omni caſu poſitos in conditione eſſe vocatos. Alexand. Raud. d. deciſ. 27. nu. 94. in fine.

195 Quadrageſimaſecunda coniectura eſt, quando in fine omnium ſubſtitutionum facta eſt ſubſtitutio, in qua collectiuè vocarētur alij de familia, vel de domo, Ruin. conſ. 158. nu. 13. & conſ. 169. nu. 3. lib. 2. Nouiſſ. Pariſ. conſ. 1. nu. 21. Franc. Gratian. tract. de vulg. & fideicom. n. 27. verſic. tertia. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. c. 5. n. 1. Menoch. conſ. 549. nu. 5. lib. 6.

196 Quadrageſimatertia coniectura eſt, quando alias teſtatoris voluntas non poſſet ſortiri effectum, niſi dicerentur vocati, Grat. conſ. 48. nu. 17. lib. 1. Raud. deciſ Piſan. 31. nu. 282.

197 Quadrageſimaquarta coniectura eſt, quando aliàs verba nihil operarentur, niſi dicerentur vocati, Grat. conſ. 32. nu. 12. lib. 2. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 7. nu. 3.

Quadrageſimaquinta coniectura erit, quando induceretur æqualitas, ſi cenſerentur vocati, nam ratione ſeruandæ æqualitatis inter deſcendentes vocati cenſebuntur, Ceph. conſ. 188. n. 3. lib. 2. & conſ. 383. n. 10. lib. 4. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit lib. 5. cap. 7. nu. 6. 198

Quadrageſimaſexta coniectura erit, quando teſtator vſus fuiſſet conſilio Galli in inſtitutione, tunc enim filij poſiti in conditione cenſentur vocati diſpoſitiuè, ita ſcribunt multi relati à Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. c. 4. nu. 6. 199

Contrariam opinionem vti communem plures ſequuntur relati à Ruſtico dicto cap. 4. nu. 7. vbi dicit ab hac opinione vti communi in iudicando recedendum non eſſe, & citat plures teſtantes hanc eſſe receptam ſententiam, addo Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 69. & videtur hanc ſequi Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26. num. 138. 200

Quadrageſimaſeptima erit coniectura, quando inter poſitos in conditione poteſt eſſe poſthumus, tunc enim omnes cenſentur diſpoſitiuè vocati, Menoch. conſ. 394. n. 4. li. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 16. 17. 18. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. c. 4. nu. 8. 201

Quadrageſimaoctaua coniectura eſt, quando poſitus eſſet in conditione nepos, qui haberet nomen propriū teſtatoris; vt ſi ego Vincentius in teſtamento dixiſſem, & ſi filius meus deceſſerit ſine Vincentio eius filios, & nepote meo ſubſtituo fratrem, ſimilitudo enim nominis inducit particularem affectionem, ita vt poſitus in conditione nepos, propterea dicatur vocatus, Ruſtic. tract. de lib. in condit. poſit. lib. 5. c. 6. nu. 7. Menoch. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 73. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. q. 26. nu. 145. 202

Intellige coniecturam procedere, quando inſtitutus alios filios habuiſſet, vel facile ſuſcipere potuiſſet, aliàs ſecus Menoch. d. præſumpt. 76. nu. 73. Intrig. d. quæſt. 26. nu. 146. 203

Quadrageſimanona coniectura eſſet, quando liberi, vel deſcendentes eſſent poſiti in conditione, Marc. Anton. Bauier in §. hæres, inſtit. de hæred. inſtit. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 298. ff. ad Trebell. Celſ. Vgo, conſ. 20. nu. 39. verſ. comprobo prædicta vno marmoreo fundamento, Cephal. conſ. 419. nu. 10. lib. 3. Decian. conſ. 41. nu. 24. lib. 1. & conſ. 103. nu. 25. lib. 2. Menoch. conſ. 420. nu. 11. lib. 5. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 26. nu. 148. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 6. nu. 9. Anchar. iun. lib. 3. q. 31. nu. 5. Rota Roman. in collect. à Farinac. deciſ. 266. nu. 10. verſ. habemus, & nu. 12. decl. part. 1. deciſ. 300. n. 3. ead. parte 1. vbi alios adducit, & dicit eſſe potentiſſimam coniecturam. Huius coniecturæ duæ ſunt rationes, altera ponderatur à Ruſtic. altera à Menoch. locis ſupra citatis, ibi videndum erit. 204

Contrariam opinionem ſenſit Menoch. d. præſumpt. 76. nu. 76. & hæc mihi magis probatur, & in his terminis etiam loquuntur multi relati ſupra pro negatiua opinione. 205

Hæc tamen coniectura maximè procederet, quando teſtator poſitis in conditione deſcendentibus dixiſſet, & quandocunque eius linea deficeret ſubſtituo, &c. vel quandocunque nullus remaneret de eius generatione ſubſtituo. &c. Dec. conſ. 28. n. 16. & ſeqq. lib. 2. 206

Quinquageſima coniectura erit, quando teſtator in ſubſtitutione habuit reſpectum ad ſtirpes, & non ad capita hæredum inſtitutorum, & grauatorum, Iaſ. conſ. 145. col. penult. verſ. non obſtat. quartum, & col. vlt. verſ. ſecundo reſpondetur, lib. 2. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. 207

poſit.lib.5.c.6.n.8. vbi dicit eſſe pulcherrimam, & veram coniecturam, Intrigl. de ſubſtit. cent.3.q.26.n.147.

208 Contrariam ſententiam, & melius probarunt Menoch. lib.4. præſumpt.76.n.76. Cephal. conſ.419.num.74. verſic. ne reſiſtit.

209 Quinquageſima prima erit coniectura, quando hæreditas eſt grauata onere reali, vt tranſeat ad omnes deſcendentes, Pariſ. conſil.37.nu.21.& ſeqq.lib.2. vbi alios adducit, Curt.iun. conſ.139.nu.20.& ſeq. Non conſ.32.colum.2.verſ.ſecundo quia, Decian. conſil.44.n.72.lib.3. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib.5.c.5. nu.8. Anton. Gabr. de fideicommiſſ. concl.4.nu.40. Menoch. libro 4. præſumpt.76.nu.70. in fine, Intrigl. de ſubſtitut. cent.3. q.26.nu.141.

210 Maximè hæc coniectura locum haberet, ſi teſtator habuiſſet reſpectum non tantum ad natos teſtamenti tempore, ſed etiam ad naſcituros, Non. conſ.32. ante n.6. Ruſtic. d.lib.5.c.5.n.9.

211 Quinquageſimaſecunda erit coniectura, quando teſtator perpetuum onus impoſuiſſet hæredibus, vt ſi ordinaſſet miſſam perpetuam manutenendam eſſe per hæredes, nam tunc deſcendentes poſiti in conditione cenſebuntur vocati, verbum enim, hęredes, pro deſcendentibus exponitur, Curt.iun. conſil.87.nu.6.verſ. accedit ad confirmationem. Matt. Gribal. inter conſ. Port. conſ.40.nu.13.lib.1. idem Port. conſ.46.n.17.lib.1. Marz. conſ.1.n.36.& ſeq. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib.5.c.5.n.19. Menoch. lib.4. præſumpt.76.nu.72. Intrigl. de ſubſtitut. cent.3.q.26.nu.144.

212 Contrariam opinionem tenuerunt Torniel. inter conſilia Port. conſ.43.n.11. Petr. de fideicomm. quæſt.9.n.115. Peregr. conſ.33.n.9. in fine, lib.4.

213 Quinquageſimatertia erit coniectura, quando teſtator conſtituiſſet ius patronatus in perpetuum, & voluiſſet deſcendentes poſitos in conditione eſſe patronos, nam tunc dicerentur vocati, Curt.iun. conſ.87.nu.6. Marzar. conſil.1.q.3. de quo meminit. in epit. de fideicomm. quæſt.20. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib.5.c.6.num.3.

214 Quinquageſimaquarta coniectura eſt, quando teſtator conſtituit perpetuos commiſſarios ſuæ voluntatis, nam tunc præſumitur poſitos in conditione eſſe vocatos, Decian. reſponſ.103.n.38.verſ.11.lib.2.

215 Quinquageſimaquinta colligitur coniectura ex eo, quod teſtator Trebellianicæ detractionem prohibuiſſet omnibus quibus hæreditas peruentura foret. Lud. Gozad. conſil.64.n.13. in ſeptima coniectura, Hippol. Rimin. conſ.243.n.90.li.2. Cran. conſ.5. incipit anno 1513.n.9. poſito inter conſil. Marz. Decian. conſil.103.n.27.lib.1. Præt. de interpr. vlt. vol. fol.300.n.5. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib.5.cap.6.num.21. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.q.26.nu.153.

216 Contrariam opinionem, & melius probarunt Menoch. lib.2. præſumpt.76.nu.80. Ceph. conſ.419.nu.36.& n.74. verſ. ad quintam, in fin. lib.3.

Tenendo primam opinionem.

217 Ampliatur vt procedat, etſi teſtator ſimpliciter prohibuiſſet Trebellianicam, non addendo, quibus ſit prohibita, nam cum liberis primi gradus non poſſit dici prohibita, cenſetetur prohibita nepotibus poſitis in conditione, & per conſequens cenſebuntur vocati, tanquam grauati, Galuaul. in l. Centurio, n.101. verſ. ego autem puto ff. de vulgar. Alex. conſ.67.nu.4.lib.1. Pariſ. conſ.21.nu.50.lib.3. Ruin. conſ.115.nu.25.lib.3. Cephal. ſenſit conſil.419.n.36.lib.3. Rimin. ſen. conſ.243.nu.99.lib.2. Præt. de interpret. vlt. vol. fol.300.n.5.

218 Contrariam opinionem probauit Rip. in l. Centurio, n.167. in fi. ff. de vulg.

219 Hæc tamen ampliatio non poſſet procedere niſi in teſtamentis parentum inſtitutis liberis primi gradus vt bene aduertit. Præt. loco ſupra citato.

Quinquageſimaſexta affertur coniectura, quando ſubſtitutio compendioſa eſſet facta, & in ea filij eſſent poſiti in conditione, nam ſicuti in vulgari contenta in compendioſa poſiti in conditione dicuntur vocati, pariter idem erit dicendum in fideicommiſſaria, Soc.iun. conſ.174.n.24.& ſeqq.lib.2. Non. conſ.31.nu.14.& conſ.32.num.12. Hippol. Rimin. conſ.21.nu.48.lib.1. Menoc. conſ.1014.n.8.lib.11. conſil.393.n.31.lib.4. Honded. conſ.65.n.38.lib. vbi maximè hanc tenet, quando ſubſtituti eſſent ipſi in conditione poſiti, vt ſi dixiſſet teſtator, ſi alter deceſſerit ſine filijs ſubſtituo ſuperuiuentem, & eius filios; & hanc coniecturam etiam probauit conſil.54.n.42.& ſeqq.lib.2. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. li.5.c.6.n.5. Menoch. lib.4. præſumpt.76.nu.85. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.quæſt.26.n.161. Peregr. conſ.54.num.12.lib.4. 220

Contrariam ſententiam probarunt Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita, numer.713. verſ. dicas, ff. ad Trebell. Ceph. conſil.419 num.74. verſic. quarta coniectura, lib.1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.3.nu.17. vſque ad num.24. 221

Quinquageſimaſeptima datur coniectura, quando ſumus in fideicommiſſaria ſubſtitutione, quia tunc filij in conditione poſiti dicuntur vocati, Alber. in l. Lucius, lib.2. in fin ff. de vulg. Zanch. in l. hæredes mei. § cum ita, nu.793. ff. ad Trebell. Caſtr. conſil.264. ante nu.3.lib.2. Barbat. conſ.27.col.14.lib.1. Menoch. conſi.135.num.12.lib.2.& lib.4. præſumpt.76.nu.77. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.q.26.nu.150. Boer. deciſ.155.n.20. 222

Contrariam opinionem & melius probarunt Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib.5.c.6.nu.15. Præt. qui alios multos adducit, teſtando de communi opinione. de interpret. vlt. vol. fol.297.n.3. verſic. minus autem, & in his terminis conſuluerunt, & loquuti ſunt alij, qui in principali quæſtione negatiuam opinionem tenuerunt. 223

Quinquageſimaoctaua coniectura eſt, quando ſumus in contractibus, nam tunc poſiti in conditione dicerentur vocati, Rimin. conſ.632.n.9.lib.4. Petr. de fideicommiſ. quæſt.9.num.127. Iaſ. in l. pecuniam quam, n.1. verſic. ſed vltra alios ff. ſi cert. pet. Alciat. reſp.21.nu.6.lib.8. Menoc. conſ.1050.nu.5. 224

Quinquageſimanona coniectura eſt, quando in teſtamento adeſt clauſula, omni meliori modo, Cuman. conſ.25.col.2. Soc. ſen. conſi.12.nu.19.& conſi.63.col.16. verſic. poſtremo, lib.3. Pariſ. conſil.21.n.53.li.3. Curt.iun. conſ.73.nu.22.& conſil.114.nu.9.& ſeq. Hieron. Gabr. conſ.1.3.nu.30.lib.2. Rimin.iun. conſ.583.nu.14. libro 5. Honded conſ.65.n.41.lib.1.& conſ.54.n.47.lib.1. vbi dicit eſſe communem opinionem, & latè eam defendit ab oppoſitionibus Menochij diſſentientis, Præt. de interpret. vltim. volunt. fol.300.nu.9. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. lib.5.cap.6.nu.23. vbi vult procedere in in quacunque parte teſtamenti hæc clauſula ſit poſita, Intrigl. de ſubſtitut. cent.3.quæſt.26.num.155. Put. deciſ.215.n.3.lib.3. Viuius lib.2. deciſ.262.n.23. Rot. Roma. in nouiſſ. deciſ.366.nu.1.& ſeq. parte 1. Raud. deciſ. Piſan.31.n.253. Peregr. conſ.54.n.8.lib.... & conſil.131.nu.6. 225

Contrariam ſententiam, & melius probarunt Odd. conſ.66.nu.26.& ſeqq. vbi particulariter dicit hoc procedere quando clauſula non eſſet poſita in illa parte teſtamenti, vbi filij ſunt in conditione poſiti, Menoch. lib.4. præſumpt.76.num.82. Rot. Roman. in collect. per Farinac. deciſ.486.nu.16.& ſeq. part.1. 226

Sexageſima coniectura eſt, quando in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, Socin.iun. conſil.29.num.5. 227 verſ.& hoc lib.3. Peregr. conſ.91.num.42.lib.1.& Theſaurus

ſaurus *deciſion. Pedmon. ſexageſima*,

Sed ſi hæc coniectura eſſet vera, tolleretur omnis diſputatio quia in omnibus teſtamentis adeſt clauſula codicillaris. Præterea coniecturam reprobauit Rot. Roman. in collect. per, Farin. *deciſ. 86. nu. 26. & ſeq. par. 1*,

228 Sexageſimaſecunda erit coniectura, quando in loco eſt conſuetudo, quod filij poſiti in conditione cenſeantur vocati Pariſ. *conſ. 50. n. 41. lib. 3.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. li. 5. cap. 7. nu. 7.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. n. 18.* Et hæc conſuetudo eſt in Inclyta ciuitate Venetiarum, vt dictum fuit ſupra *nu. 4*.

229 Sexageſimaſecunda coniectura adducitur, quando in loco extat ſtatutum quod poſiti in conditione cenſeantur vocati, nam præſumitur teſtatorem eos vocare voluiſſe, Hiero. Gabr. *conſil. 1. nu. 1. & ſeq. lib. 1.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 7. in fine*. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 76. nu. 53.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 2. n. 158.* Et in noua reformatione Statutorum Brixiæ, ſtatutum quod ſint vocati additum fuit ad tollendas tantas difficultates, Seraph. *deciſ. Roman. 1329. n. 12.* vbi vult procedere etiam quo ad bona alibi ſita.

230 Sexageſimatertia affertur coniectura, quando aliàs fuit obſeruatum vel iudicatum quod filij poſiti in conditione eſſent vocati, Ceph. *conſ. 5. nu. 9. & ſeq. lib. 2.* Decian. *conſil. 103. n. 41. li. 2.* Petr. *de fideicom. quæſt. 9. nu. 226.* & vide quæ dixi *q. 500. & 501. n. 9*.

231 Sexageſimaquarta coniectura eſt, quando extaret confeſſio grauati, quod filij poſiti in conditione eſſent vocati, nam tûc cenſerentur vocati, Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 5. nu. 15. & ſeqq.* & videantur dicta *q. 500. & q. ſeqq*.

232 Sexageſimaquinta eſt coniectura, quando teſtator ſi fuiſſet interrogatus, an vellet poſitos in conditione eſſe vocatos veriſimiliter, reſpondiſſet velle eos eſſe vocatos, ita poſt multos relatos ſcribunt. Decian. *conſ. 103. n. 44. li. 2.* Menoc. *conſ. 175. n. 6. & ſeqq li. 2.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 7. nu. 9. & ſeqq*.

233 Declar. multipliciter, vt per Ruſtic. *loco ſupra ſtatim citato*.

234 Sexageſimaſexta coniectura eſt, quando filij poſiti ſunt in conditione per ablatiuos abſolutos, tunc enim cenſentur vocati, Roman. *in l. ſi cum dotem. §. ſimiliter, n. 18. ff. ſolut. matrim.* Corn. *in l. 1. §. cum eſſet, C. de condit. inſert.* Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita. n. 787. ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſ. 66. n. 15. li. 4.* Bologn. *conſil. 66. col. 2. verſ. ſed ſecundo.* Purpur. *inter conſil. Siluan. conſil. 53. num. 4. verſic ſecunda ratio* Ruin. *conſil. 201. num. 3. libro 2. conſ. 234. nu. 5. & conſil. 141. nu. 12. & ſeq. l. b. 3.* Soc. iun. *conſ. 4. n. 7. & ſeq lib. 1.* Ioan. Mar. Rumin. *conſil. 189. nu. 9. lib. 1.* Dec. *conſil. 21. nu. 28. & ſeqq lib. 1. & conſil. 24. nu. 58. & ſeqq. lib. 3.* Beru. *conſ. 82. nu. 15.* Menoch. *conſil. 393. nu. 22. & ſeqq.* vbi tollit plures authoritates diſſentientium, *& conſ. 152. n. 10.* Franc. Turtur. *inter conſil.* Menoch *conſ. 394. nu. 19.* Peregr. *conſ. 52. nu. 4. & ſeqq. lib. 1.* Ant. Gabr. *de fideicom. concl. 4. nu. 41.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 6. c. 3.* vbi dicit hanc eſſe veriorem & communiorem opinionem, Menoch. *l. b. 4. præſumpt. 76. nu. 63.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 24.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 26. n. 112.* Petr. *de fideicom. q. 9. nu. 204*.

235 Contrariam ſententiam probarunt Rip. *in rub. ſol. matrim. nu. 54. & in l. Centurio n. 161. ff. de vulgar.* Rub. Alex. *in l. pater filium, num. 76. ff. de inoff. teſt. m.* Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita, par. 7. num. 80. ff. ad Trebell.* Caſtren. *conſ. 35. lib. 2.* Alex *conſ. 103. num. 7. lib. 1. conſ. 185. n. 5. & conſ. 199. n. 14. lib. 2.* Anan. *conſ. 65. in fin. n. 2.* Curt. iun. *conſil. 4. nu. 3. & conſ. 63. nu. 2.* Dec. *conſil. 63. col. 2. & conſ. 85. col. 1.* Grat. *conſil. 82. nu. 13. l. b. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, Ruin. *conſ. 1. n. 12. lib. 3.* Parc. *conſil. 59. n. 49.* vbi ſcribit eſſe veriorem opinionē, & communiter receptam, Præt. *conſ. 167. nu. 42. & ſeq.*

Tertia eſt opinio diſtinguens, Aut filij ponuntur in conditione affirmatiuè per ablatiuos abſolutos, & tunc procedat prima opinio, quod vocati cenſeantur. Aut ponuntur in conditione negatiuè: & procedat ſecunda opinio, ita Ruin. *conſ. 201. n. 3. & ſeq. lib. 2. & conſ. 134. nu. 5. lib. 3.* Natt. *conſ. 551. nu. 10.* Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 17. verſ. aliud eſt autem*. 236

Hanc tamen diſtinctionem reprobauit Ruſtic. *d. lib. 6. c. 3. nu 7.* vbi ſcribit vtroque caſu cenſeri vocatos, ſed bene fortius vocationē procedere quando ſunt filij poſiti in conditione affirmatiuè per ablatiuos abſolutos. 237

Prima opinio maximè procederet, ſi pluries & non ſemel eſſent poſiti in conditione, Petr. *de fideicom. quæſt. 9. num. 205*. 238

Intellig. vt tunc dicantur vocati per vulgarem, non fideicommiſſariam, Peregr. *conſ 52 n. 5. lib. 1.* videndum tamen erit in quibus terminis Peregrinus loquatur. 239

Sexageſimaſeptima coniectura eſt, quando teſtator in defectum legitimorum vocauit ſpurios & naturales legitimandos, quia ſi hos minus dilectos vocauit, multò magis legitimatos magis dilectos, Seraph. *dec. Roma. 1329. num. 4*.

Coniecturæ autem prædictæ reſpiciunt plures declarationes. 240

Primo declaratur vt cenſeantur vocati ad portionem patris, non patrui, de quo latè dixi infra, *quæſt. 440*. 241

Secundo declaratur prædictæ coniecturæ, vt non procedant ceſſante ratione poſitionis in conditione, Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita. par. 7. n. 92.* Butr. *conſ. 27.* Soc. ſen. *conſil. 73. nu. 31. & ſeqq. lib. 4.* Ruſtic. *tract. de lib. in condit. poſit. lib. 5. c. 9. n. 13.* Menoch. *lib. 4. præſump. 76. n. 88.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 26. nu. 167*.

Tertio declaratur, vt ſi aliæ conditiones vltra conditionem, ſi ſine liberis, ſint appoſitæ ſubſtitutioni, quod non poſſunt venire vti vocati, niſi conditiones omnes ſint verificatæ. Exemplum, ſi teſtator dicat, ſi filius deceſſerit ſine liberis, & ſine teſtamento, ſubſtituo Titium, nam facto teſtamento per filiū liberi in cōditione poſiti non poſſent vti ſubſtituti ſuccedere. Idem etiam eſt ſi teſtator dicat, ſi filius ſine filijs deceſſerit, & ſine bonorum alienatione, nā ſi filius bona alienaſſet non poſſent poſiti in conditione vti ſubſtituti ſuccedere, Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita, n. 803. & ſeq. ff. ad Trebell.* Ruſtic. qui alios allegat *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. c. 9. n. 14. & ſeqq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 76. n. 91.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 26. n. 169.* Et cum ego conſultus eſſem pro filijs poſitis in conditione ſuper teſtamento D. Camilli Recanei volui conſulere, & ponderaui rationem Pereg. ſtatim pro contraria opinione relati non eſſe concludentem, nec tollere adducta pro non vocatione ſed tamen videas *q. 455. n. 26*. 242

Contrariam opinionem in primo exemplo tenuit Peregr. *conſil. 41. nu. 9. & ſeqq. lib. 3.* Burſat. *conſil. 27. n. 8. col. 18. lib. 1.* [Hanc tamen ſecundam opinionem tenerem in caſu, quando conditio ſi ſine teſtamento deceſſerit, fuiſſet appoſita in ſecundo gradu ſubſtitutionis, vt ſi inſtitutis pluribus filijs dictum ſit, ſi alter deceſſerit ſine filijs, ſuccedant ſuperſtites, & ſi omnes decederent ſine filijs, & ſine teſtamento ſubſtituo Titium, in primo enim gradu non fuit appoſita conditio, ſi ſine teſtamento, ſed ſolum in ſecundo, nimirum ſi poſiti in conditione cenſentur vocati, etiam quod impleta non ſit conditio, ſi ſine teſtamento, quia illa videtur appoſita, non ad excluſionem poſitorum in conditione, & ex primo gradu ſubſtitutionis vocatorum, ſed ad excluſionem Titij ſubſtituti, ſi omnes ſine liberis, & ſine teſtamento decederent, & ſic in hoc caſu optimè ſeruit ratio conſiderata à Peregr. *d. conſil. 41. n. 9. & ſeqq. lib. 3.* & ita ego etiam conſului in *conſ. 67.*

Sed

Sed hanc ſecundam opinionem probauit doctiſſ. D. Marchettus I.C. Bergomenſis in cauſa ſuper qua & ego conſului vt inter conſilia mea videri poteſt, *conſ. 79. n. 14. & ſeqq.* Et non facto teſtamento abſolute tenet poſitos in conditione poſſe ſuccedere, quod admittunt, & alij pro prima opinione relati; & pondera bene vſq; ad finem & præcipuè illam rationem Excellentis. Tertij ab eo relatam pro ſecunda opinione.]

243 Ampliatur, & ſi conditiones iſtæ eſſent appoſitæ per alternatiuam, nam reſoluantur in coniunctiuam, Ruſtic. qui alios plures refert, & ſequitur *d. libro 5. c. 9. num. 17. & ſeq.*

244 Quartò declarantur non procedere ſtante ſtatuto, vel diſpoſitione teſtatoris, quod verba teſtamenti intelligantur ad literam, vt iacent, & de verbo ad verbũ, quia etiam ſtantibus coniecturis filij poſiti in conditione non cenſebuntur vocati, Bero. *conſ. 57. nu. 63. libro 3.* Roland. à Valle *conſil. 51. num. 13. & ſeqq. lib. 3.* Ruſtic. *d. lib. 5. c. 9. num. 20.* Menoch. *d. præſumpt. 76. num. 91.* Intrigl. *d. centur. 3. quæſt. 26. nu.* 170. Petr. *de fideicom. qu. 9. n. 188. verſ. Septimo probabilior.*

245 Quinto declarantur non procedere, quando poſiti in conditione eſſent in alio teſtamenti capitulo expreſſè vocati, quia tunc in capitulo vbi ſunt poſiti in conditione non cenſentur vocati. De veritate videnda erũt dicta *ſupra num.* 190.

246 Sexto declarantur non procedere, quando teſtator Titio, & Seio inſtitutis dixit, & altero eorum decedente ſine filijs, ſuperuiuens ſuccedat, nam ſi Titius moriatur ſine filijs, & poſtea Seius cum filijs, eius filij non poterunt ſuccedere Seio patri, quia Seio ſecundo morienti nulla eſt facta ſubſtitutio, ſed tantum facta ſubſtitutio primo morienti de perſona ſecundo morientis, Peregr. *de fideicom. art. 28. nu. 22.* vbi comprobat, & teſtatur ita fuiſſe iudicatum. [Hoc tamen dictum Peregr. ego reprobaui *in conſil.* 145. & meæ opinioni ſubſcripſerunt tres grauiſſimi I. C. D. Eq. Pedroccha, D. Ludouicus Barcellus, & D. Marius Alberghinus, & cõſilia duorum priorum ſunt inter mea conſilia, *conſil.* 144. & 145. tertium D. Alberghini non potuit habere. Verum poſt inueni cum Peregrino tranſire Felic. *allegat. 14. nu. 15. part. 3.*]

247 Septimo declaratur vt locum non habeant, quando teſtator expreſsè dediſſet facultatem alienandi grauato, quia elicitur coniectura, quod noluerit poſitos in cõditione eſſe vocatos, Alexand. *conſ. 22. num. 7.* Iaſ. *conſ. 137. lib. 2.*

248 In contrarium facit, quod ego ſcripſi *q. 724. nu. 21. & ſeqq.* & hanc partem ego ſubſtitui in vna de Quinciano, & ſupponunt alij *ſupra relati hac quæſt. nu.* 242. vbi conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, & ſine bonorum alienatione non excludit vocationem, ſed requiritur, quod ambæ conditiones ſint verificatæ.

249 Illud etiam non eſt omittendum, quod in caſibus, in quibus poſiti in conditione cenſentur vocati, quod cenſentur vocati, qui ſunt nati, vel concepti tempore mortis grauati. Ruin. *conſil. 89. num. 12. libro 1.* Alban. *conſ. 106. lib. 1.* Honded. *conſ. 49. num. 8. & ſeqq. & conſil. 64. lib. 2.* Petra *de fideicom. q. 9. nu.* 241. Rota Roman. *in nouiſſ. deciſ. 579. nu. 4 par.* [Sed illud poteſt intelligi, quando filij vnius ſunt poſiti in conditione ad portionem alterius, alias in portione proprij parentis propoſitio eſt inepta, vt in ſimili dicit Soc. ſen. *in l. ſi cognatis, nu. 29. in fine, ff. de condit. & demonſt.*]

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione quando ſunt vocati cenſentur vocati per compendioſam, & ſic vulgariter, pupillariter, & per fideicom. contra n. 5. Dist. per totam quæſt.*

12 *Poſiti in conditione quando ſunt filij, & dicantur vocati pater eorum non poteſt vnum eligere cæteris excluſis contra n. 13.*

14 *Statutum Brixiæ quod poſiti in conditione ſint vocati intelligitur tam per vulgarem, quam per fideicommiſſum.*

QVÆSTIO CCCCXXXVIII.

Poſiti in conditione, quando ſunt vocati per quam ſubſtitutionem cenſeantur vocati?

IN præcedenti quæſtione plenè tractatum fuit, quando filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſed quia vocatio poteſt intelligi per vulgarem, vel per pupillarem, vel per fideicommiſſariam, ideo tunc diſcutiendum eſt per quã ſubſtitutionem dicãtur vocati? In hoc autem articulo quatuor ſunt opiniones.

Prima eſt opinio quod dicantur vocati per compendioſam & ſic vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & hanc probarunt Bart. *in l. Lucius, la 2. in fine, ff. de hered. inſtit.* Corn. *conſil. 273. colum. 4* Curt. iun. *conſ. 48. col. penult.* Ruin. *conſ. 140. nu. 18. lib. 3.* Menoch. *conſ. 348. nu. . & conſ. 481. num. 6.* 1

Declaratur hæc opinio, vt procedat dummodò ſubſtitutio concepta ſit verbis denotantibus compendioſam, vt quando dictum fuit, ſi deceſſerit ſine liberis, Ruin. *conſ. 158. n. 13. lib. 2. conſ. 139. n. 23. & cõſ. 14 . col. penult. libro 3.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. liber. 6. cap. 5.* Menoch. *libro 4. præſumpt. 76. n. 92.* vbi dicit hanc primam opinionem in his terminis defendi poſſe. 2

Maxime eſſent vocati per vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam, quando adeſſet clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita par. n. 104. ff. ad Trebel.* & ſecundũ primam impreſſionem eſt *nu.* 813. Ruſt. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 6. cap. 5. n. 5.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 76. n. 92. in fine.* Intrig. *de ſubſtitut. cent. 3. q. 26. n.* 175. 3

Ampliatur & ſi dicta clauſula eſſet in fine poſita, Zanch. *d. § cum ita, nu.* 813. ſecundum primam impreſſionem, Ruin. *conſ. 1 lib. 3.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib 6 cap 5. nu. 6.* 4

Secunda eſt opinio, quod per ſolam fideicommiſſariam ſint vocati dummodo ſubſtitutio ſit concepta verbis ſignificantibus tractum temporis in futurum, & hanc tenent Alber. *in d. l. Lucius la 2. ff. de hered. inſtit.* Bald. *conſil. 398 præmittendum in princ. lib. 4* Paul. Caſtr. *conſ. 203. circa primum quaſi in col. 3. lib. 1.* Barbat. *conſ. 27. col. 16. lib. 1. & conſ. 53. col. 7. lib. 1.* Soc. ſen. *conſ. 113. n. 7. conſ. 140. col. 1. lib. 1. & conſ. 118. lib. 2.* Curt. iun. *conſil. 48. n.* Ruin. *conſ. 158. nu. 15. lib. 2. conſ. 139. n. 23. & conſ. 142. col. antepen. verſic. non obſtat etiam, lib. 3.* Becc. *conſ. 24. n. 2.* Menoch. *conſ. 135. nu. 11. conſ. 48. n. 3. conſ. 4 1 n. 7. & ſeqq.* vbi dicit maximè procedere facta mentione mortis *conſ. 549. nu. 6. & lib. 4. præſumpt. 76. nu. 93.* dicit hanc opinionem defendi poſse, Franc. Grat. *tract. iter. de vulg. & fideicomm. fol. 12. iunctis traditis fol. 14. & ſeq.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 6. c. 5. nu. 7.* Boer. *q. 155.* Cauſican. *deciſ. 18. ad medium, parte tertia.* 5

Tertia eſt opinio, quod ſolam per vulgarem dicantur vocati, licet prima ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, Comen. *in l. Gallus, §. quidam recte in fine, ff. de liber. & poſthum.* Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita, par. 7. n. 100. & ſeqq. ff. ad Trebell.* Soc. ſen. *conſ. 11 . col. penult. lib. 1. conſil 69. n. 4. & 5. & conſ. 104. col. pen. lib. 3.* Ruin. *conſil. 99. colum. 2. lib. 2. conſ. 118. num. 15. & conſ. 140. nu. 4. verſic. præterea, iuncto fine, lib. 3.* Ruin. n. ſen. *conſ. 326. n. 3 lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 39. col. lib. 3.* Menoc. *conſ. 393. nu. 67.* Petr. *de fideicom. q. 9. nu.* 131. Peregr. *conſ 52. n. 5. lib. 1.* vbi poſt alios citatos dicit maximè procedere, quando poſiti 6

eſſent

eſſent in conditione per ablatiuos abſolutos. Et videatur *q. ſeq. nu. 6.*

7 Ampliatur hæc opinio ſecundum Dec. *conſ. 291. col. 2.* & ſi adeſſet clauſula condicillaris, nam adhuc tantũ per vulgarem dicuntur vocati.

8 Contra alij, quod tunc per fideicommiſſum, Alex. *in l. Gallus. § quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* Galliaul. *in l. Centurio, num. 255. ff. de vulg.* Curt. iun. *conſil. 119.* Crauett. *conſ. 22. & conſ. 210.* Zanch. *in d. § cum ita, num. 811. ff. ad Trebell.* Petra *de fideicommiſ. q. 9. nu. 231. verſ. & pro iſto effectu.*

9 Alij concordando diſtinguunt, quod aut clauſula eſt concepta per verba futuri temporis, & procedat ſecunda opinio. Aut eſt concepta per verba præſentis temporis, & habeat locum prima opinio, ita Alex. *in d. l. Gallus. § quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* Ripa *in l. Lucius, col. vlt. ff. de vulg.* Zanch. *in d. l. haeredes mei, § cũ ita, nu. 811. ff. ad Trebell.* & Socin. iun. ſub dubio tamen, *in conſ. 166. lib. 2.*

10 Limitatur hæc tertia opinio, quando in contrarium extant coniecturæ, per quas apparet teſtatorem voluiſſe facere fideicommiſſariam, Zanch. *in d. l. haeredes mei, § cum ita, nu. 812. & ſeq. ff. ad Trebell.* Menoch. *conſ. 481. dubio ſecundo,* in quibus locis etiam habentur coniecturæ, quod teſtator per fideicommiſſum ſubſtituere voluerit, ſequitur Ruſtic. *in tract. de liber. in conditio. poſit. lib. 6. c. 5. num. 15.*

11 Quarta eſt opinio, quæ diſtinguit duos caſus, Primus eſt quando filij ſuccedunt poſt patrem, & tunc dicuntur per fideicommiſſum ſuccedere, ſi pater fuit hæres: ſecundus caſus eſt, quando non pater, ſed ipſi poſiti in conditione ſucceſſerunt, & tunc dicuntur directò & ſic vulgariter ſubſtituti, non autẽ inter ſe per fideicõmiſſum grauati, Menoch. poſt. Ruin. citatum, *conſ. 325. nu. 43. & lib. 4. præſumpt. 76. n. 95.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 26. nu. 177.* Ego autem ſic melius declarandum eſſe exiſtimo, quod aut pater poſitorum in conditione ſucceſſit, & tunc ſi extant coniecturæ vocationis, vel tenendo opinionem quod ſint vocati, vt in præcedenti quæſt. diximus tenendam eſſe, & tunc poſiti in conditione patri per fideicommiſſum ſuccedant. Aut verò pater eorum non ſucceſſit, & tunc filij per vulgarem admittantur: nam & ducato gradu paterno filij poſiti in conditione per vulgarem ſuccedunt, vt latius *in ſeq. quæſt.* dicetur.

12 Et propterea eum filij ſint vocati per ſubſtitutionẽ, non poterit pater in teſtamento eligere vnum ex eis, cæteris excluſis, Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 6. c. 7.* vbi refert Petr. Grogor. *in ſyntag. iur. part. 3. liber. 42. c. 28. num. 36. & ſeqq.*

13 Contrariam ſententiam malè probauit Guid. Pap. *deciſ. 184. n. 3.*

14 Sed an ſtatutum. Brixiæ, quod poſiti in conditione ſint vocati, interpretari debeat, quod tam per vulgarem, quam per fideicommiſſariam ſint vocati, teneo quod ſic ex traditis à Rota in collect. per Farinac. *deciſ. 403. nu. ... par. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione quando non ſunt vocati caducato gradu paterno non admittantur, contra num. 2.*

4 *Poſiti in conditione, quando ſunt vocati caducato gradu paterno admittuntur, contra num. 5.*

5 *Poſiti in conditione, quando ſunt vocati dicuntur vocati per vulgarem ſi ſubſtitutio eſt vulgaris, vel compendioſa continens vulgarem, contra n. 7. Decl. nu. 8.*

QVÆSTIO CCCCXXXIX.

Poſiti in conditione caducato gradu paterno, an ſint admittendi.

SEQVITVR videre, an filij poſiti in conditione ſuccedere poſſint, quando gradus paternus factus eſt caducus? In quo Articulo duo caſus diſtinguendi ſunt.

Primus eſt, quando poſiti in conditione non fuiſſent vocati, vt quia non extant coniecturæ, quod ſint vocati, & tenetur opinio negatiua, quod non ſint vocati, vt diximus *quæſtione præcedenti ab hac ſecunda,* & tunc caducato gradu paterno filij poſiti in conditione non ſuccederent, Corn. in fortioribus, *conſ. 118. col. 1. & ſecunda, libro 2. & conſ. 180. dubio primo, lib. 4.* Soc. ſen. *conſ. 77. lib. 3.* Purpur. *conſ. 299. nu. 3. & 3.* Curt. iun. *conſ. 96. n. 5.* Peregr. *de fideicom. art. 28. nu. 25.* 1

Sed quod hoc caſu ab inteſtato teneantur reſtituere filijs in conditione poſitis tenuit Theſaur. *deciſ. 60. num. 2.* vbi refert Decian. *conſil. 242. nu. 2. 3.* ſequitur Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. libro 6. c. 4. num. 3.* Et quando teſtamento adeſt clauſula codicillaris, idem tenent Peregr. *d. ar. 28. n. 15. & ar. 15. n. 32. & ſeqq. & conſ. 131. li. 5.* 2

Sed quod nec venientes ab inteſtato teneantur reſtituere, tenent Soc. ſen. & Purpur. *loco ſupra citato,* & ante eos Oldr. *conſ. 141.* 3

Secundus caſus eſt, quando filij poſiti in conditione ſunt vocati, vt quia teneatur opinio, quod filij poſiti in conditione ſint vocati, vel ſaltem extent coniecturæ vocationis, & tunc filij conſequuntur relictum patri, Hieron. Gabr. *conſil. 115. col. 2. & 3. lib. 1.* Menoch. *conſ. 325. dubio quinto,* Peregr. *conſ. 154. conſ. 150. nu. 8. libr. 5. & in tract. de fideicomm. art. 28. nu. 25.* vbi dicit ita iudicatum, Theſaur. *deciſ. 60. nu. 2.* & ſentiunt alij relati *quæ. præced.* in prima & tertia opinione, dum volunt poſitos in conditione cenſeri vocatos in defectum patris per vulgarem, & hanc ſententiam ego probaui ſuper teſtamento D. Eliſabet de Pirotijs. 4

Contrariam opinionem probarunt Corn. *conſil. 118. col. 1. & 2. lib. 2. & conſil. 180. dubio primo, lib. 4.* Curt. iun. *conſ. 96. nu. 5.* 5

Non omitto etiam hoc loco, quod ſi ſubſtitutio ſit vulgaris, vel compendioſa continens vulgarem, quod liberi poſiti in conditione dicentur vocati per vulgarẽ ſecundũ Ruſticum, & alios citatos *quæſt. præced. ab hac ſecunda, n. 220.* in coniectura illa, quod poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ſubſtitutio eſt compendioſa, & alij videndi erunt apud Peregr. *de fideic. art. 15. n. 32. & ſeqq. art. 28. nu. 15. & conſil. 131. lib. 5.* & latè *cõſ. 54. lib. 4.* vbi citat. Alex. *conſil. 185. ſub num. 25. lib. 2.* Cuman. *in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.* Soc. iun. *conſ. 141. nu. 15. 16. & conſ. 174. n. 24. & ſeqq. lib. 2.* Rub. Alex. *conſ. 26.* Cardin. Alban. *conſil. 9. n. 1. & ſeq.* Crauet. *conſ. 62.* Menoch. *conſ. 394.* & videantur dicta *quæſt. præcedenti.* 6

Contrariam tamen opinionem probauit Zanch. *in l. haeredes mei. § cum ita, n. 713. ff. ad Trebel.* vbi alios adducit Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. ti. 3. n. 17. vſq. ad n. 24.* 7

Hæc tamen ſecunda opinio limitanda eſſet, quando in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris, quia hæc operaretur, vt venientes ab inteſtato videantur rogati reſtituere hæreditatem filijs in conditione poſitis, Decius *conſil. 142. n. 4.* Soc. iun. *conſ. 29. num. 5. lib. 3.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 6. ca. 4.* Theſaur. *deciſ. Pedemont. 60.* Peregr. *conſ. 54. n. 8. verſ. addo. li. 4. & in tract. de fideicommiſſ. art. 28. nu. 15.* 8

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione quando ſunt vocati, dicuntur vocati ſolum ad portionem patris non patrui, contra, n. 4. limit. per totam quæſt.*

2 *Reciproca non inducitur de linea in lineam, quando teſtator plures & eorum deſcendentes ſubſtituit.*

3 *Emphyteuſis vel feudum conceſſum pluribus pro ſe & filijs*

filijs. filij vnius non dicuntur vocati ad portionem alterius.

5 *Poſiti in conditione cenſentur vocati ad portionem etiam patrui apud Illuſtriſs. Magiſtratus Venetos.*

6 *Poſiti in conditione, ſi ſint de deſcendentibus teſtatoris, dicuntur vocati ad portionem patrui, contra nu. 3.*

8 *Poſiti in conditione dicuntur vocati etiam ad portionem patrui quādo inter deſcendentes factum eſt perpetuū fideicommiſſum, vel bona fuerunt prohibita alienari, vel dictum quod conſeruarentur inter maſculos.*

11 *Poſiti in conditione dicuntur ad portionem patrui vocati, quando eorum pater, ſi viueret, admitteretur, contra num. 17.*

12 *Subſtitutus ſubſtituti dicitur ſubſtitutus hæredi.*

13 *Subſtitutionis gradus, primus, ſi eſt peremptus ſuccedit ſecundus.*

14 *Poſiti in conditione, quando ſunt vocati habentur perinde ac ſi eſſent diſpoſitiuè vocati.*

15 *Portio habita à cohærede per compendioſam venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

16 *Portio habita à cohærede ex reciproco fideicommiſſo venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

19 *Poſiti in conditione ad portionem etiam patrui dicuntur, quando maſculi ſunt poſiti in conditione, & in eorum defectum alij ſunt vocati, contra num. 20.*

21 *Poſiti in conditione etiam ad patrui portionem dicuntur vocati, quando ſunt grauati.*

23 *Statutum, quod poſiti in conditione ſint vocati, intelligitur ad portionem patris non patrui.*

QVÆSTIO CCCCXL.

Vtrum poſiti in conditione, quando ſunt vocati dicantur vocati tam ad portionem patris, quàm patrui?

1 De alia vtili diſputatione ſequitur vt videamus, quę verſatur in hoc, an quādo filij poſiti in conditione cenſentur vocati dicantur vocati tam ad portionem patris, quam patrui, vel alterius cohæredis? Doctores autem receptiori calculo, volunt dici vocatos ſolum ad portionem patris, non patrui, Paul Caſtr. *in l filiusfamilias, §. cum quis ff. de legat.* 1. Soc. ſen. *in l. haredes mei, §. cum ita, n 3. verſ. primus caſus,* & ibi Ripa *n.* 29. & Zanch. *nu.* 794. *& ſeqq. ff ad Trebell.* Ripa *in l. Centurio, n.* 166. *in fine,* & ibi Gallian. *ff de vulg. & pupil. ſubſtit.* idem Ripa *in l.* 1. *n.* 11. *C. de edict.* & conſulendo Paul. Caſtr. *conſil.* 355. *ad finem, lib.* 2. Bertrand. *conſ.* 82. *nu.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 105. *lib.* 3. Socin. ſen. *conſ.* 104. *n.* 9. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 384. *n.* 4. Curt. iun. *conſil.* 96. *nu.* 5. *in fine, & conſil.* 135. *n.* 6. Ruin. *conſ.* 144. *n.* 8. *conſil.* 179. *n.* 1. *conſ* 181. *n.* 7. *conſ.* 189. *num.* 1. *lib.* 2. *conſ.* 134. *n.* 7. *verſ. præterea, conſ.* 141. *col. penult. verſ poſtremo, conſ.* 145. *nu.* 3. *& conſil.* 155. *n.* 12. *lib.* 3. Pariſ. *conſil* 18. *nu.* 61. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 546. *num.* 1. ſecundum primam impreſſionem, & ſecundum aliam, *conſ.* 147. *nu.* 2. *lib.* 9. Riminald. *conſ.* 180. *n.* 10. *& num.* 16. Natta *conſil.* 551. *nu.* 6. *& ſeqq.* Bero. *conſ.* 66. *n.* 10. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 130. *nu.* 5. *& conſil.* 306. *num.* 1. Franc. Vegg. *conſil.* 74. *num.* 241. *& ſeq.* Hieron. Gabr. *conſ.* 115. *nu.* 9. *& conſ.* 121. *nu.* 33. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 292. *n.* 3. *& conſil.* 401. *n.* 31. Berett. *conſ.* 74. *n.* 22. Decian. *conſil.* 28. *num.* 13. *lib* 2. Burſat. *conſil.* 64. *n.* 18. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 348. *n.* 10. *lib.* 4. Simon. de Præt. *conſ.* 39. *n.* 14. *& conſil.* 47. *n.* 15. Honded. *conſ.* 60. *n.* 59. *lib.* 1. *& cōſ.* 55. *nu.* 25. *lib.* 2. Odd *conſil.* 45. *n.* 32. vbi teſtatur de communi opinione, Peregr. *conſil.* 36. *num.* 19. *lib.* 3. *conſil.* 33. *num.* 8. *lib.* 4. *& conſ.* 152. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 5.

Et in Tractatibus; Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 27. vbi dicit ita omnes Doctores ſentire, Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *c.* 9. Alex. Trent. *de ſubſtit. parte* 4. *c.* 11. *in fine,* Petra *de fideicommiſ. q.* 9. *nu.* 271. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 34. *nu.* 32. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 77. *nu.* 86. Peregr. *de fideicomm. artic.* 28. *num.* 19. *& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 26. *n.* 62.

Et in Deciſionibus, Viu. *deciſ.* 391. Rota Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 100. *n.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 667. *n.* 8 *parte* 2. Seraph. *deciſ.* 1479. *nu.* 1 & ego idem conſului in vna de Longenis *in conſil.* ... [Adde pro hac opinione Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 847. *nu.* 35. & Rotam in vna Romana de Columnis, quæ eſt regiſtrata in ſequēti *quæſt. ſub num.* 1. *in fine C.*]

Probatur primò iſta opinio *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

Secundò facit ratio, quia limitata poſitio in conditione limitatum debet producere effectum, *in l. agris, ff. de acquiren. rer. domin.* ideo & tacitè cenſentur a teſtatore vocati quatenus ſunt poſiti in conditione, ſed non dicuntur poſiti in conditione, niſi reſpectu portionis patris, ergo, &c. & hanc rationem ponderauit Ruin. *conſil.* 141 *col. antepen. ad finem libro* 3. ſequuntur Zanch. *d. §. cum ita, n.* 794. Menoch. & alij.

Tertiò accedit in fortioribus, quod ſi teſtator plures, & eorum filios, & deſcendentes in infinitum ſubſtituat, quod de linea ad lineam non inducitur reciproca ſubſtitutio, ſed filij vnius cenſentur vocati ſolum ad portionem patris, non autem cohæredum, vt ſcripſerunt poſt alios, Ceph. *conſ.* 401. *& conſ.* 410 *n.* 27. *& ſeq. & n.* 45. *verſic. quibus.* Menoch. *conſil.* 327. *n.* 23. *& ſeq. & conſ.* 730. *n.* 3. *verſ. ſecundus eſt caſus, vſque ad finem* Odd. latè *conſ.* 45. Peregr. *conſ.* 47. *conſil.* 54. *lib.* 1. *conſil.* 30 *nu.* 2. *& ſeqq.* vbi latiſſimè, *lib.* 3. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 12. *num.* 72. *& ſeq.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 341. *nu.* 32. Rot. Rom. in nouiſſ. aliàs ſub nomine Farinac. *deciſ.* 465. *& deciſ.* 491. *num.* 4. *verſ. præterea*, & diximus *q.* 475. Et ſi hoc procedit in expreſſa, & diſpoſitiua vocatione, multò magis idem dicendum erit in conditionali, & tacita. 2

Quartò confirmatur, nam ſi duo inueſtiātur de feudo, vel emphyteuſi pro ſe, filijs ſuis, cuiuslibet filij dicuntur vocati ad portionem patris, non patrui, *cap* 1. *de duob. fratrib. à Cap. inueſt* Bart. *in l. ſi mihi. & Titio, nu.* 4. *verſic. & ideo prædicta ff. de verb. oblig.* & ibi alij Alexan. *conſilio* 204. *num.* 3. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 142. *n.* 3. *& conſ.* 134. *n.* 7. *lib.* 3. & Pariſ. *conſil.* 18. *num.* 61. *lib.* 2. ergo idem erit dicendum in quæſtione, de qua agitur. 3

Quintò vrget text. *in l. vlt. §. filium ff. de legat.* 2. *& in l. Lucius, §. vlt. ff. ad Trebell.* vbi ſi duobus extraneis inſtitutis ſubſtituatur, ſi vterque decedat ſine liberis, vno mortuo cum filijs, & altero poſtea ſine filijs, admittitur ſubſtitutus, licet ſuperſint filij ex altero prædefuncto, de quo etiam diximus *q.* 473. an fideicommiſſaria ſubſtitutio pluribus facta reſoluatur in ſingularitates? *num.* ..... & tamen ſubſtitutus non admitteretur, ſi filij prædefuncti in conditione poſiti admitterentur ad portionem cohæredis.

Verum plures fuerunt in opinione, quod ſit poſiti in conditione non tantum ad portionem patris, quam patrui etiam dicantur vocati ita ſcribunt Socin. ſen. *in l. cum auus, col. vlt. in princip. ff. de condit. & demonſtr.* Zanch. *in l. hæredes mei § cum ita part.* 7. *numero* 85 *& parte* 8. *numero* 228. *ff. ad Trebellianum,* idem Socin ſen. *conſil.* 62. *colum.* 2. *conſilio* 69. *& conſil.* 116. *libro* 3. Dec. *conſil.* 270. *column.* 2. *& conſil.* 547. *in princip. iuncto fine*, Ruin. *conſil* 142. *colum.* 7. *lib.* 2 *& conſil.* 139. *nu.* 19. *lib.* 3. Socin. iun. *conſ.* 110. *num.* 39. *lib.* 3. Crauet. *conſil.* 15... *n.* 6. *& conſ.* 885 *in fine.* Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *cap.* 9. *nu.* 7. 8. *&* 10. Peregr. *conſ.* 73. *n.* 11. *verſic. ſecunda ratio, lib.* 3. 4

Sed tamen aduertendum eſt, quod horum authoritates potius ſeruiunt ad coniecturas contrariæ voluntatis teſtatoris, quam quod de directo impugnent communem concluſionem, cum qua & ego tranſeundum eſſe exiſtimo.

5 Porrò hæc ſecunda opinio apud Illuſtriſs. Magiſtratus Venetos recepta eſt, teſte Peregr. *conſil.* 70. *n.* 2. *lib.* 5. *& conſil.* 73. *n.* 11. *verſic. ſecunda ratio eſt, lib.* 3. & ego in vna grauiſſima cauſa volui conſuli, & cum Aduocatis Venetis, & idem affirmatum fuit, & etiam obtinui in alia cauſa ex iudicio prætorio pro Illuſtriſs. DD. Com. Leonardo, & fratribus Martinengis, & Perilluſt. & Excellentiſs. Eq. Achille Pedrocca Iureconſ. magni nominis, vt oſtendunt eius ſcripta impreſſa, contra Illuſtriſs. D. Co. Lelium Martinengum, & Conſortes, & ſententia fuit laudata.

6 Limitatur primò recepta ſententia, quando poſiti in conditione eſſent de deſcendentibus teſtatoris, quia hi & ad portionem patrui cenſerentur vocati, ne ſubſtitutus extraneus, aut eccleſia admittatur, Anchar. *conſ.* 74. Ruin. *conſil.* 120. *n.* 8. *lib.* 2. *conſ.* 239. *& conſil.* 142. *col. antepen. in fi. lib.* 3. Crauet. *conſ.* 62. *per totum, conſ.* 130. *n.* 6. *& conſil.* 326. *n.* 3. Roland. à Valle, *conſil.* 51. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 3. Alba *conſ* 87. *nu.* 12. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *c.* 9. *n.* 9. Petr. *de fideicomm. q.* 9. *nu.* 234. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *n.* 255. *verſic. ſecundo quia. & deciſ.* 27. *nu.* 92. *& n.* 101. Cæſ. Barz *deciſ. Bonon.* 6. *n.* 38.

Mouentur primò ratione deſumpta ex *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicomm.* quia ſcilicet veriſimile non eſt, teſtatorem voluiſſe extraneum. vel piam cauſam propriæ ſoboli præferre, prout contingere poſſet ſi poſiti in conditione non eſſent vocati ad portionem patrui.

Secundò facit ad hoc *l. ſi is qui ducenta, § item ſi pater, ff. de reb. dub.* vel alternatiua reſoluitur in coniunctam ad effectum vt extraneus ſubſtitutus non excludat nepotem teſtatoris ex præmortuo filio à portione alterius filij ſine filijs præmortui, & hunc text. optimè facere pro hac opinione dixit Ruin. *conſ.* 339. *num.* 20. *lib.* 3.

7 Contra tamen tenent alij volentes poſitos in conditione non cenſeri vocatos ad patrui portionem, etiam quod ſint de deſcendentibus teſtatoris, Paul. Caſtr. *conſ.* 449. *lib.* 2. Soc. ſen *conſil.* 69. *num.* 8. *conſ.* 104. *col. penult. & conſil.* 116. *col. vlt. lib.* 3. Curt. ſen. *conſ.* 63. *col.* 6. Ruin. *conſ.* 341. *ad finem lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 31. *nu.* 29. *conſ.* 44. *nu.* 21. *& conſil.* 86. *n.* 27. *lib.* 2. Mantic. *conſ.* 91. *col. vlt. lib.* 1. Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita, num.* 798. ſecundum primam impreſſionem, *ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.* 28. *n.* 21. *conſ.* 36. *nu.* 23. *lib.* 3. *conſ.* 33. *n.* 8. *lib.* 4. *& conſ.* 152. *n.* 30. *lib.* 3. Rota Roman. *deciſ.* 100. *par.* 1.

Hæc opinio probatur *in l. heredes mei, § cum ita ff. ad Trebell.* vbi ſumus in deſcendentibus teſtatoris, & tamen filij poſiti in conditione non videntur vocari ad portionem patrui, ſed tantum tanquam prædilecti à teſtatoris ſubſtitutum excludunt,

Vnde Peregr. *d. art.* 28. *n.* 21. dicebat in hanc materiã videndum eſſe an filij ex primo ſuccedant patruo ex teſtamento, aut ab inteſtato, & excludant tunc tanquã prædilecti ſubſtitutum non ſuccedentem, ſi verò non ſuccedunt patruo, vel ſuccedunt pro parte in concurſum cum ſubſtituto, & tunc ſubſtitutus eis præferatur per *d. § cum ita*, & allegat Paul. Caſtr. *d. conſil.* 449. & Corn. *conſ.* 283. *lib* 1. & videnda erũt dicta à nobis *q.* 474. ex quibus colligitur quod non poſſunt dici vocati ad portionem patrui, quia ſi hoc eſſet ſemper excluderent ſubſtitutum, nec quicquam faceret, quod ab inteſtato poſſent ſuccedere nec ne, nec quod ex teſtamento vltimo morientis heredes eſſent, & ex his credo veriorem eſſe hanc ſecundam opinionem,

8 Limitatur ſecundò, quando expreſsè, vel tacitè factum fuit reciprocum fideicommiſſum inter deſcendentes ſucceſſiuum & perpetuum, vel bona fuerunt prohibita alienari, vel dictum fuit quod bona conſeruentur inter maſculos, Soc. ſen. *inter conſil. Curt. ſen. cõſ.* 40. Decian. *conſil.* 48. *n.* 3. *& ſeq. & conſil.* 516. *n.* 19. Pariſ. *conſ.* 11. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Gozad. *conſil.* 102. Crauet. *conſil.* 130. *nu.* 6. Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita, nu.* 800. *ff. ad Trebell.* Anchar. Regien. *lib.* 1. *quaſt.* 72. Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 10. Præt. *de fideicom. q.* 9. *n.* 233. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 341. *nu.* 32. *in fine.*

Vel facta eſſet ſubſtitutio de aliquo in tota, Mantic. *deciſ. Roman.* 319. *nu.* 8.

9 Limitatur tertiò quãdo patruus deceſſiſſet ſine filijs, quia & in eius portione alterius filij eſſent admittendi, Corn. *conſil.* 306. *col. vlt. lib.* 4. Dec. *conſ.* 546. *in fin.* Ruin. *conſil.* 139. *col.* 7. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 115. *lib.* 1.

10 Sed melius ſenſerunt alij, qui contrarium tenuerunt, nam in dubium eſt, quod ſi extarent filij ex ſecundo, alij filij nati ex primo, & poſiti in conditione patruo non ſuccederent, & quæſtio iſta verſatur in terminis, quando ex ſecundo non extant filij, & ita loquuntur omnes citati ſupra *num.* 1. & clarius & expreſſius ita tenet Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita, nu.* 798. *ff. ad Treb.* qui etiam dicit Corn. Dec. & Ruin. pro limitatione relatos loqui in expreſſa vocatione, idem tenent Petr. *de fideicom. q.* 9. *n.* 231. *in fin. & n.* 232. Peregr. *conſ.* 33. *num.* 9. *verſic. pro coniectura, libr.* 4. & ita loquitur Rota *d. deciſ.* 100. *num.* 1. *part.* 1. Nec etiam obſtat authoritas Hieron. Gabr. *d. conſil.* 115. *lib.* 1. obiecti, quia ille loquitur in terminis, quando pater poſitorum in conditione erat ſubſtitutus expreſsè patrui, & tunc dicit Gabr. caducato gradu paterno filios poſitos in conditione admitti, quia apud patruũ remãſit fideicõmiſſum cũ onere reſtituẽdi nepotibus poſitis in cõditione ſecundo loco ſubſtitutis, de quo articulo ſtatim in ſeq. limitatione dicemus.

11 Limitatur quartò, quando reciproca eſt facta inter inſtitutos. Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 266. *n.* 20. *ad medium, part.* 1. *& deciſ.* 300. *n.* 8. *&* 9. *ead. part.* 1.

Limitatur quintò, quando pater poſitorum in conditione, ſi viueret admitteretur ad portionem cohæredis ex ſubſtitutione, quia tunc & ex filij admitti debent, Galliau. *in l. Centurio, n.* 48. *ff. de vulg.* Pariſ. *conſil.* 86. *per totum, lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſil.* 115. *lib.* 1. Peregr. *conſil.* 65. *n.* 6. *& ſeq. lib.* 5. *& in tract. de fideicomm. art.* 28. *n.* 25. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, & ſecundum hanc opinionem ego conſului ſuper teſtamento Ioannis de Briſſanellis de Silero, & in alio caſu ſuper teſtamento D. Ioannis de Albergis de Ponteuico, ac etiam ſuper teſtamento D. Conſtantij de Monte, vt *in conſ.*.... & ſuper teſtamento D. Ioannis Antonij Longenæ, vt *in conſ.* .... *dubio ſecundo*, & latius in alio caſu *in cõſ.* 51. & in grauiſſima cauſa, idem conſului, & obtinui ſuper teſtamento D. Bonauenturæ de Foreſtis pro Illuſtriſſimo D. Com. Leonardo, & fratribus Martinengis, & pro Clariſſimo Iureconſulto, & Equite D. Achille Pedrocca, vt ſupra etiam dixi. Et videnda erunt dicta *quaſt.* .... *num.* 153. *c.* .... *verſ. notandum.* [Pro hac limitatione vide etiam quæ ſcripſi *conſil.* 143. *dubio ſecundo*, & eam per plures rationes probauit Honded. *conſil.* 70. *nu.* 1. & per totum, maximè *nu.* 19. *lib.* 1.]

Adducitur pro hac ſententia, nam cum pater poſitorum in conditione ſit grauato ſubſtitutus, & ipſe pater cenſeatur grauatus erga ſuos filios poſitos in conditione, moriente patre poſitorum in conditione fideicommiſſum remanet penes grauatũ cum eodem onere illud reſtituendi poſitis in conditione, ac ſi illi eſſent non patri, ſed ipſi primo grauato ſubſtituti, ita Hier. Gabr. *d. cõſ.* 115. *n.* 3. vbi dicit eſſe tex. *in l.* 1. *§ pro ſecundo, C. de caduc.*

duc.

duc.tollend.& allegat tradita à Bart.& alijs *in l.quamdiu*
ff.de acquir.hæred.& nos dicemus infra.

12 Secundò, quia in fideicommiſſis ſubſtitutus ſubſtitu-
ti eſt ſubſtitutus hæredi, Doct. *in l.cohæredi, in princ. ff.*
de vulg Paul.Caſtr.*conſ.*432.*col.vlt.lib.*2. Corn. *conſ.*35.
*col.vlt.lib.*2.Iaſ.*conſil.*148.*n.*4.*&* 5.*lib.*2.refert & ſequi-
13 tur in terminis Hieron.Gabr.*d.conſ.*115.*n.*4.*lib.*1. Atqui
in fideicommiſſis perempto primo gradu ſubſtitutio
nis locus eſt ſecundo, & ſucceditur hæredi, ac ſi primus
gradus factus non eſſet, *d l.vnica, §.pro ſecundo,& § ſin*
autem ſub conditione, C.de caduc.tollend. Bart.*in l.quam-*
diu,& ibi Angel. Imol. Caſtr. & alij communiter, *ff. de*
*acquir.hæred.*Menoch.*conſ.*215.*nu.*3. *conſil.*1088.*num* 9.
& ſeqq.& latè *conſil.*1165.Decian.*reſp.*81.*lib.*2.vbi teſta-
tur de communi opinione. Odd.*conſil.*56.*nu.*5. Peregr.
*conſ.*40.*n.*6.*lib.*1.*& in tract.de fideicommiſſ.art.*15.*n.*5.*&*
14 22.& nos dicemus *q.*469.*n.*32. Et filij in conditione po-
ſiti ſi ſunt vocati, perinde eſt ac ſi eſſent diſpoſitiuè vo-
cati, Ruin.*conſ.*140.*n.*16.*lib.*1.Curt.iun *conſ.*43.*n.* 6.7.*&*
*conſil.*96.*col.penult.*Peregr.*conſ.*52.*n.*6.*conſ* 59.*nu.* 5.*lib.*
4.*& in tract.de fideicom.art.*15.*n.*71.*& art.*28 *n.* 3. Me-
noch *lib.*4.*præſumpt.*62.*n.*56.cum alijs relatis *quæſt. ſeq.*
n...... Atqui ſi eſſent diſpoſitiuè vocati perempto gradu
paterno, aperiretur locus ſecundo gradui de ipſis facto,
vt dictum eſt, ergo ſicut pater cohæredi ſucceſſiſſet ſi
viuus fuiſſet, pariter filij eius in conditione poſiti ex
propria perſona ſuccedere debent.

Ratio etiam differentiæ inter conclusionem, & li-
mitationem iſtam eſſe poteſt, nam quando pater poſito-
rum in conditione non eſſet ſubſtitutus cohæredi, ſi il-
le viueret, quando moritur cohæres non ſuccedunt in
illius portione, quia non ſubſtitutus, non ergo etiam eo
mortuo debent admitti eius filij in conditione poſiti,
quia ſolum ſubſtituti patri, & poſiti in conditione re-
ſpectu portionis patris non patrui, vt dixi *ſupra n.*3.*ver-*
ſic.ſecundo facit ratio,& dicit Gab.*d.conſ.*115.*nu.* 13. *ad*
mediũ.verſ.& in terminis, ita vt ſi etiam pater poſitorum
in conditione ſucceſſiſſet cohæredi ab inteſtato, vel ex
eius teſtamento, hæc portio non veniret in reſtitutione
fideicommiſſi facienda per patrem eius filijs in condi-
tione poſitis, quia hæc bona non eſſent habita iudicio
teſtatoris, vel voluntate cohæredis, ad latè tradita per
Peregr.*de fideicom. art.*6. Diuerſum autem eſt, quando
pater poſitorum in conditione eſt ſubſtitutus cohære-
di, vt in limitatione, nam ſi pater viueret tẽpore mor-
tis cohæredis, ille ſuccederet ex ſubſtitutione, & illo
poſtea moriente filij poſiti in conditione & vocati ſuc-
cederent non tantum in patris portione, quantũ etiam
in portione habita à cohærede, quia in fideicommiſſi
reſtitutione venit portio, quam grauatus à cohærede
15 habuit: ſiue per compendioſam, vt ſcribunt Bart. *in l.*
*Marcellus,§.quidam liberis,n.*9. *ff. ad Trebell.*& ibi Co-
menſ & Alex.*n.*18.Dec.*conſ.*81.*nu.*2. vbi teſtatur de cõ-
muni opinione, Surd.*conſ.*458.*nu.*1.*lib.*4. Peregr. *conſil.*
55.*n.*13.*lib.*4.*& in tract.de fideicomm.art.*8.*n.*10.*& ſeqq.*
vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Mantic. *de*
*coniectur.vltimar.volun.lib.*7.*tit.*6.*num.* 16. Menoc.*libr.*
16 4.*præſump.*193.*n.*7.& dixi *q.*657.*n.* 4. Siue agatur de re-
ciproca expreſſa, quia & portio habita ex reciproco fi-
deicommiſſo venit in reſtitutione, Bart.*in l. Scæuola.ff.*
*ad Treb.*Bald *in d.l.Marcellus,§.quidam liberis.ff.eod.*&
ibi Paul.Caſtr.& Alex.Ripa *in l.hæredes mei,§.cum ita*,
*n.*52.*ff.eod.*vbi ait ab hac opinione conſulendo, & iudi-
cando non eſſe recedendum, Cephal.latè *conſ.*513.Me-
noch.*d.præſum.*193.*n.*21. vbi dicit hanc ſententiam cõ-
ſulendo, & iudicando tenendam eſſe, & dixi *d. q.*657.
n. 50. Quando ergo pater poſitorum in cõditione præ-
decedit cohæredi, filij in conditione poſiti ſuccedunt
ex ſubſtitutione patri, & in patris portione, & in omni
iure ſubſtitutionis in quo eorum pater ſucceſſiſſet, ſi
viuus fuiſſet, cum bona dicantur remanere penes cohæ-
redẽ, cum onere reſtituendi illa, cui pater eadem reſti-
tuiſſet, ſi grauatus non fuiſſet peremptus, *d. l.*1.*§. pro ſe-*
*cundo, C.de caduc.tollend.*Paul.Caſtr.*conſ.*152 *lib.*1. Hie-
ron.Gabr.*d conſil.*115.*n.*13.*verſ.etiam,lib.*1. vbi ſubdit,
quod qua ratione præſumitur teſtatorem prædiligere
filios in portione relicta patri, eadem ratione, & multò
magis præſumitur eos prædiligere in portione, quæ pa-
tri acquiri nequeat, ea ratione, quia in portione relicta
patri poſt emolumentum acquiſitum ſaltem ab inteſta-
to ſuccedere poterant, ſed ante emolumentum patri
acquiſitum, niſi dicantur vocati in portione ad quam
pater poterat ſuccedere ex ſubſtitutione, nullo modo
illa portio ad eos perueniret, & Gabr. plura alia ſubdit
pro confirmatione à *nu.*9.*vſque ad finem.* quæ non refe-
ro, cum apud eum videri poſſint.

Ex quibus patet reijciendam eſſe contrariam ſenten- 17
tiam, quam probarunt. Corn. *conſ.*180. *dubio primo, libr.*
4.& Curt.iun.*conſ.*96.*n.*5. quam probauit & Rot. Rom.
d.deciſ. 100. Pro hac tamen opinione videtur caſus *in l.*
hæredes mei §.cum ita, ff.ad Trebell. vbi teſtator duos fi-
lios inſtituit, & ſi alter moreretur ſine filijs ſubſtituit
ſuperſtitem. & ſi omnes ſine filijs decederent ſubſtituit
Claudiam neptẽ: euenit caſus quod primus mortuus
eſt cum filij, ſecundus ſine filijs, ibi deciditur Claudiam
neptem vltimo ſubſtitutam admitti ad portionem vl-
timi, quod eſſe non potuiſſet, ſi filij primi ad portionem
patrui admitti potuiſſent, & ibi pater horum poſito-
rum in conditione erat fratri per reciprocam ſubſtitu-
tus.

Verum dici poteſt pro reſponſione, quod filij primo
mortui non erant vocati nec ad portionem patris, (te-
nendo opinionem negatiuam, quod poſiti in conditio-
ne non ſint vocati, nimirum ſi nec ad portionem patrui
admitti poſſunt, & quæſtio noſtra verſatur in terminis,
quando poſiti in conditione ſint vocati.) Contra etiam
hanc limitationem tenet Ruin. *conſil.*141.*n.*13. *verſ po-*
*ſtremo,lib.*3 *& facit* Peregr.*art.*15.*n.*24. *& in conſ.*65.*in*
*princ.lib.*5.vbi eſt caſus,& clarè *conſ.*152. *vſque ad nu.*8.
*eod libr.*5. & ſentiunt multi, qui volunt, facta reciproca
inter plures filios, ſi ſine filijs decedant, mortuis primis
cum filijs,& vltimo ſine filijs, caducatum eſſe fideicom-
miſſum nec filios præmortuorum poſſe ſuccedere, nec
iure tranſmiſſionis, in qua ſententia fuerunt relati à Pe-
regr. *de fideicomm.art.*31.*nu.*16.*&* 17.addo Alciat.*conſ.*
585.*n.*3 *& ſeqq.*& ſecundum aliam impreſſionem, *conſ.*
117.*lib.*9.Hier.Gabr *conſ.*91.*n.*6.*lib.*2.Menoch.*conſ.*200.
*nu.*113.Peregr.*conſil.*63.*nu.*29.*lib.*2.*conſil.*46.*n.*4. *libr.*5.
*conſ.*28.*nu.*7.*conſ.*36 *nu.*24.*conſil.*69.*n.*20.*lib.* 3. *& conſ.*
33.*num.*4.*& ſeqq.lib.*4. Mantic.*de coniect. vltim. volunt.*
*lib.*11.*tit.*20.*num.*15.*&* 16.Rot.*deciſ.*100.*part.*1. *diuerſ.*
Seraph.*deciſ.*1479.*num.*6.Mant.*deciſ.*125.alios congeſ-
ſi *qu.*490.*nu.*148.

Verum tamen eſt, quod in hac materia tranſmiſſio-
nis contrarium tenent alij multi relati à Peregr.*d. art.*
31.*num.*16. *&* 17. & alio ego congeſſi *d. quæſt.* 490.*nu.*
147.]

Limitatur quintò, quando teſtator duobus inſtitu- 18
tis dixiſſet, & ſi alter eorum decederet ſine filijs ſubſti-
tuo alterum, & eius filios, quia tunc expreſsè poſiti in
conditione ſunt vocati in portione cohæredis, ita cum
Clariſs. D.Peregrin.conſului ſuper teſtamento D.Con-
ſtantij de Monte, *& conſil.*.... & Peregrin. *conſil.* 151.
*lib.*5.& non habet dubium.

Limitatur ſextò, quando maſculi ſunt poſiti in con- 19
ditione, Rot.in collect.per Farin.*deciſ.*266. *nu.*20.*par.*1.
vbi allegat Zanch.*in d.§.cum ita.par.*7.*n.* 91. Socin. iun.
*conſ.*100.*n.*39.*lib.*3.Crau.*conſ.*130.*n.*6. Rim.iun.*conſ.*23.

*n.*59.Surd.*conſil.*334.*nu.* 18. maximè in eorum defectu teſtator vocaſſet fœminas, vel alium, quia tunc maſculi dicuntur vocati etiam ad portionem patrui. Corn.*conſ.* 74.*col.vlt.lib.*2. Ruinus *cōſ.*139.*n.*17.*lib.*3. quos refert & ſequitur Peregr.*conſil.*71.*num.*13.*lib.*3.

20 Contra tamen tenuit Peregr. ſibi parum conſtans *in conſil* 152.*ante num.*8.*lib.*5.

21 Limitatur ſeptimò, quando filij poſiti in conditione fuiſſent etiam grauati. Peregr.*conſil.*33.*num.*9.*lib.*4. vbi tamen non omnino affirmat.

22 Limitatur quando habita eſt ratio agnationis, quia, & ad portionē patrui filij poſiti in conditione cēſentur vocati, Rota in collec. per Farin.*dec.*166.*n.*4. *ad mediū,* & *n.*10.*part.*1. vbi allegatur Ruin.*conſil.*144.*n.*9.*lib.*2. Crauet.*conſ.*130.*n.*9. Decian.*conſ,*24.*nu.*68. & 73.*libr.*3.

Limitationes aliæ colligi poſſunt ex dictis *quæſt. ſeq.* coniecturæ enim ibi relatæ ad demonſtrandum filios poſitos in conditione cenſeri inter ſe ſucceſſiuo, & reciproco fideicommiſſo grauatos, ſeruiunt & ad quęſtionē præſentē, vt colligitur ex dictis per Zanch. Ruſtic. Petr. & alios locis ſupra relatis. Et plures coniecturæ poterunt colligi à Rot. Rom. in collect. per Farin. *deciſ.* 269. *p.*1. & multę etiam habentur *deciſ.*320.*n.*16. & *ſeqq.p.*1.

23 Sed quid ſi extet ſtatutum, quod poſiti in conditione cenſeantur vocati, vt nos Brixiæ habemus, adhuc recipit ſtatutum, quod cenſeantur vocati ad portionem patris non patrui, Rota Romana in collect. per Farin. *deciſ.*100.*n* 3.*par.*1. idem dicit Seraph. *deciſ. Rom.*1281. *in fin.* & *deciſ.*1479.*n.*1. & *n.*6. vbi allegatur, & Hieron. Gabr *conſil.*91.*n.*6.*lib.*2. qui idem ſentit, dum negat repræſentationem in ſuo caſu, quæ diſputatio fuiſſet ſuperflua, ſi poſiti in conditione fuiſſent ad portionem patrui vocati. Vnde prudenter fecerunt Excellentiſſimi DD. qui reformarunt ſtatuta Vallis Camonicæ, inter quos Eruditiſſimus D. Franciſcus Bazaneſius mihi, & ſanguine, & amicitia coniunctiſſimus, qui expreſſerunt in ſtatuto cenſeri vocatos ad portionem patris, nō patrui, niſi aliud conſtet ex legitimis coniecturis.

S V M M A R I V M.

1 Poſiti in conditione, quando ſunt vocati non dicuntur inter ſe grauati, contra n.2. Amplia & declar. per totam quæſt.

3 Conditio appoſita inſtitutioni non cenſetur repetita in ſubſtitutione.

4 Fideicommiſſum non inducitur, niſi verba ſint clariſſima, & illud de neceſſitate inferant.

5 Fideicommiſſum ad ſui fauorem allegans illud concludenter probare debet.

6 Poſiti in conditione inter ſe grauati non cenſentur, & ſi ſint de deſcendentibus.

10 Poſiti in conditione non dicuntur inter ſe reciprocè grauati, & ſi fideicommiſſum ſit relictum poſt mortem omnium, vel ab vltimo.

11 Ex fideicommiſſo tacito non poteſt reſultare aliud tacitum.

12 Poſiti in conditione non cenſentur reciprocè grauati licet ſubſtitutio facta ſit in tota.

13 Poſiti in conditione reciprocè inter ſe non dicuntur grauati licet ſubſtitutio ſit facta poſt mortem omnium, & in tota contra n.14.

15 Poſiti in conditione reciprocè cenſentur grauati extantibus coniecturis quod teſtator voluit reciprocum fideicommiſſum inducere, & per totam quæſt. plures ad hoc adducuntur coniectura.

17 Poſiti in conditione cenſentur reciprocè grauati, quando fideicommiſſum relictum eſt ab vltimo eorum, & in tota, contra nu.19.

18 Poſiti in conditione quando ſint vocati, de eis iudicatur, ac ſi eſſent diſpoſitiuè vocati.

20 Poſiti in conditione cenſentur inter ſe reciprocè grauati, quando teſtator habuit mentem, vt bona in agnatione, & familia conſeruentur, contra num.21.

22 Poſiti in conditione maſculi, ſi ſunt, inter eos reſultat reciprocum fideicommiſſum, contra n.23. decl.n.ſeq.

28 Poſiti in conditione reciprocè cenſentur grauati, quando teſtator dixit, quod bona inter maſculos conſeruentur, contra nu. 29.

30 Poſiti in conditione cenſentur reciprocè grauati, quando teſtator dixit, quod extantibus maſculis, fœminæ eſſent excluſæ.

31 Poſiti in conditione cenſentur grauati reciprocè quando teſtator dixit, quod bona irent de herede in heredem donec ſuperfuerint maſculi de domo.

32 Poſiti in conditione cenſentur reciprocè grauati, quando nullo de agnatione exiſtente ſubſtituitur alius cum conditione deferendi nomen, & inſignia familiæ.

35 Poſiti in conditione cenſentur reciprocè grauati quando appoſita eſt prohibitio alienationis, vt bona in familia remaneant, contra n. 34.

35 Poſiti in conditione ſi ſunt deſcēdentes, & ſic per collectiuam inter eos reſultat reciproca, contra num. 36. decl. num.38.

37 Per collectiuam vocati cenſentur per ſolum vulgarem vocati, non per fideicommiſſum ſucceſſiuum.

39 Poſiti in conditione cenſentur reciprocè ſubſtituti, quando dictum fuit, ſi hæres deceſſerit ſine filijs, & deſcendentibus, aut cum filijs, & deſcendentibus, qui poſtea ſine filijs decedant.

40 Poſiti in conditione inter ſe cenſentur reciprocè grauati, quando in alia parte teſtamenti ſunt expreſſè vocati, & grauati, ampl.n.41.

42 Poſiti in conditione cenſentur inter ſe grauati, quando dictum fuit, ſi hæres ſine filijs, vel eius filij ſine filijs deceſſerint, ei, vel eis ſubſtituo, &c.

43 Poſiti in conditione cenſentur inuicem ſubſtituti, quando in præcedenti teſtamento fuerunt expreſſè inuicem grauati, contra ibid.

44 Poſiti in conditione cenſentur inuicem ſubſtituti, quādo alias reſultaret abſurdum, quod minus dilectus admitteretur, vt ſi extraneus excluſis deſcendentibus, vel fœmina, aut eius filij excluſis maſculis, vel eorum filijs ſuccederet & n.45. contra nu.46.

47 Poſiti in conditione inter ſe cenſentur grauati, quando ſunt de deſcendentibus, ſi deſcendentes fratris vel alterius remotioris eſſent expreſſè inuicem ſubſtituti.

48 Poſiti in conditione cenſentur inter ſe grauati, ſi vltimo loco pia cauſa eſt ſubſtituta, contra nu. 49.

50 Poſiti in conditione cenſentur inuicem ſubſtituti, ſi teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.

51 Poſiti in conditione cenſentur inuicem grauati, quando dictum fuit, & ſi vnus alteri ſuccedat in perpetuum.

52 Poſiti in conditione cenſentur inuicem grauati, quando teſtator voluit conſtituere perpetuū fideicommiſſum.

53 Poſiti in conditione cenſentur inuicem grauati quando ex diſpoſitis apparet teſtatorem voluiſſe prouidere omnibus deſcendentibus.

54 Poſiti in conditione cenſentur inter ſe grauati, quando agitur de bonis illuſtribus.

55 Poſiti in conditione cenſentur inuicem ſubſtituti quādo Trebellianica detractio eſt prohibita, contra n. 56. decl. num. ſeqq.

59 Poſiti in conditione inter ſe grauati cenſentur, quando in teſtamento adeſt clauſula, omni meliori modo.

60 Poſiti in conditione ad hoc, vt dicantur inter ſe grauati requiritur, quod fuerint vocati per fideicommiſſum, nec ſufficit quod fuiſſent vocati per vulgarem.

61 Poſiti in conditione, quando ſunt inter ſe grauati, intelligitur in natis, vel conceptis tempore mortis heredis.

QVÆ-

QVÆSTIO CCCCXLI.

Verum filij poſiti in conditione, quando ſunt vocati dicantur inter ſe eodem fideicommiſſo reciproco grauati?

CONTINVANDO quæſtiones reſpicientes filios in conditione poſitos, vtiliſſima inter alias eſt quæſtio, an poſiti in conditione, quando ſunt vocati dicantur ſub eadem cõditione grauati, & inter ſe ſucceſſiuo, & reciproco fideicõmiſſo vocati? In hoc articulo duæ ſunt contrariæ opiniones.

1 Prima eſt opinio, quod inter eos nõ reſultet reciprocum, & quod ſub eadem conditione nõ ſint grauati, & hanc probarunt Bald. *in l. ab eo, C. de fideicom. & in l. precibus*, & ibi Salicet. *C. de impub. & alijs ſubſt.* Imol. *in l. Centurio, colum. antepenult. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & in c. Rainutius, in materia compendioſa, extr. de teſtam.* Alex. *in l. Gallus, §. quidam rectè, colum. 4. ff. de liber. & poſth.* Soc. ſen. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 3.* & ibi Rip. *nu. 29.* Soc. iun. *nu. 10.* & Zanch. *nu. 796. ff. ad Trebell.* Et conſulendo Bart. *conſil. 7. & conſ. 214.* Anch. *conſil. 120. n. 2.* Paul. Caſtr. *conſil. 131. lib. 2.* Alex. *conſil. 105. n. 4. lib. 1. conſil. 13. n. 11. conſil. 101. col. 4. in fin. lib. 4. & conſ. 139. lib. 6.* Soc. ſen *conſil. 113. in fin. lib. 1. conſil. 249. n. 6. lib. 2. conſ. 69. n. 8. conſ. 104. nu. 8. & conſil. 116. col. 3. & 4. lib. 3.* Dec. *conſil. 205. n. 8.* Gozad. *conſil. 67. n. 14.* Ruin. *conſ. 96. n. 11. conſ. [illegible]00. n. 3. conſil. 109. n. 29. conſ. 111. n. 5. conſil. 119. nu. 4. conſil. 140. n. 12. conſil. 180. n. 6. lib. 2. conſil. 134. n. 12. & conſil. 142. n. 6. lib. 4.* Pariſ. *conſil. 31. n. 25. & 28. conſ. 44. n. 29. lib. [illegible] & conſil. 39. n. 7. lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 151. n. 11. conſ. [illegible]7[illegible] n. 45. li. 2. & conſil. 81. n. 12. lib. 3.* Bellon. *conſ. 82.* Por[illegible] *conſ. 4[illegible] nu. 28.* ibidem Torniel. *conſil. 43. nu. 28.* Crau[illegible] *conſ. [illegible]61. n. 7. conſil. 306. n. 2.* Rimin. ſen. *conſ. 235. n. [illegible]2. lib. 3. & conſ. 326. n. 25. verſ. præterea, lib. 2.* Roland. à Valle *conſil. [illegible]4. n. [illegible]9. lib. 4.* Decian. *conſil. 26. n. 45. & n. 56. & ſeqq.* vbi latè *conſil. 78. n. 8. lib. 2. conſil. 9. dubio ſecundo*, vbi dicit hanc opinionem communem *conſil. 44. & conſ. [illegible] n. 14. lib. 3.* Ceph. *conſil. 268. n. 21. & conſ. 394. n. 14.* Burſat. *conſil. 52. n. 14. & conſil. 64. n. 18. libr. 1.* Menoch. *conſil. 85. nu. 43.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, *& per totum conſil.* hanc opinionem latè defendit *conſil. 152. dubio ſecundo, conſil. 253. conſ. 274. n. 5. conſil. 325. dubio quinto, n. 41. & ſeqq. conſ. 327. n. 27. verſ. tertio requiritur, & n. 28.* dicit eſſe magis receptam ſententiam *conſ. 347. nu. 38. & ſeqq. conſil. 376. conſ. 462. n. 5. verſic. tertio requiritur, conſ. 740.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam, *conſil. 743. num. 6. verſic. tertia, & conſ. 760.* Odd. *conſil. 26. n. 7. & ſeqq. multis, maximè n. 13. & conſ. 66. n. 32. & ſeqq.* Honded. *conſ. 60. n. 43. verſic. non eſſe verum, & n. 58. & n. 84. lib. 1.*

Et in Tractatibus, Mantic. *de coniect. vlim. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 2.* Odd. *de compen. ſubſtit. par. 5. art. 6. num. 4.* Anton. Gabr. *de ſubſtitut. concluſ. 1. num. 24.* vbi dicit eſſe communem opinionem, & *de fideicomm. concluſ. 7.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 298. n. 12.* Alex. Trent. *de ſubſt. part. 5. cap. 2. n. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 62. num. 54. & præſumpt. 76. n. 87. in fine*, Ruſtic. *tract. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 9. num. 6.* Peregr. *de fideicom. art. 12. nu. 70. art. 28. n. 27. & art. 29. n. 26.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 2. q. 83. n. 64. & centur. 3. q. 26. n. 166.* Theſaur. *deciſ. Pedem. 248. n. 17.* Magon. *deciſ. Florent. 71. in fine.* [Et hanc ſententiam probauit Rota *in vna Romana de Columnis 2. Maij 1625. coram Admod. Reuer. P. D. Vbaldo*, & deciſio in fine huius quæſt. regiſtrabitur.]

2 Contrariam ſententiam quod immò dicantur inter ſe vocati, & ſub eadem conditione grauari probarunt Alciat. *in l. vel ſingulis, colum. penultima, ff. de vulgar.* Corn. *conſil. 146. lib. 2.* Dec. *conſil. 269. num. 3. conſil. 290. in fine, & conſ. 427. in fine*, Curt. iun. *conſil. 43. nu. 6. & 7.* Ruin. *conſil. 258. num. 14. lib. 2. conſil. [illegible]39. nu. 21. conſ. 140. num. 9. & conſil. 160. num. 4. & 13. lib. 3.* Grat. *conſ. 5. lib. 2.* Socin. iun. *conſ. 110. num. 17. & ſeq. lib. 3.* Rimin. ſen *conſ. 521. lib. 2.* Crauet. *conſ. 98. conſ. 878. nu. 3. 8. & 9. & conſil. 935. n. 13.* Marz. *conſ. 1. pag. 15. verſ. pro qua facit, & conſ. 6. num. 11.* Rimin. iun. *conſ. 21. num. 31. lib. 1.* Port. *conſ. 46. num. 14.* Odd. *conſi. 45. num. 4. & num. 41. & conſil. 66. n. 72.* Menoch. *conſil. 333. nu. 46.* Decian. *conſ. 89. nu. 20. & per totum, conſ. 101. num. 4. lib. 3. conſil. 28. nu. 25. lib. 5. & inter conſ. Port. conſ. 44. nu. 4. verſic non obſtat, & conſil. ſeq.* Peregr. *conſil. 59. nu. 2. & ſeqq. lib. 4.* Petr. *de fideicom. quæſtione 9. numero 230.* Viu. *Commun. opin. concluſ. 855. numero 3. & deciſ. 393. num. 3. & ſeq.* Guid. Pap. *qu. 531.* Cæſ. Batz. *deciſ. Bonon. 5. latè per totam, & nu. 29.* annos addit, & teſtatur ita iudicatum, Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 31. num. 256.* Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſ. 361. nu. 13. par. 1.*

Exiſtimo ego temerarium eſſe recedere à prima opinione conſulendo, & iudicando: eſt enim longè magis recepta, & plures pro ſecunda opinione citati non dicunt id, ad quod allegantur, vel loquuntur, quando extant coniecturæ, quod teſtator eos inter ſe voluerit grauare: verior etiam demonſtratur infraſcriptis fundamentis.

Primò, quia teſtator nullam facit ſubſtitutionem filijs niſi caſu quo ipſi ſine filijs decedant, ergo nec nos inducere debemus ſubſtitutionem, quam teſtator non fecit, & teſtator ſolum attendit tempus mortis hæredum, non autem tempus mortis poſitorum in conditione, ita Alexand. *conſ. 139. num. 3. lib. 6.* ſequitur Menoch. *conſil. 740. n. 2. & conſil. 761. n. 3. in fine.*

3 Limitatur, quando idem effectus reſultat ex morte ciuili, qui reſultat ex morte naturali, Decian. poſt alios *conſ. 61. nu. 1. li. 5.* Surd. *conſ. 90. nu. 27. lib. 1.* Honded. *conſ. 55. n. 9. & 38. lib. 2.* cum alijs citatis *ſupra q. 430. n. 14.*

Infertur primò, quod ſi alicui ſit datus ſubſtitutus in caſum mortis ſimpliciter, vel ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, quod eo ingrediente religionem ſtatim non admittitur ſubſtitutus, ſed expectatur mors naturalis, de quo tamen articulo plenè dictum fuit ſupra *quaſt. 430.*

4 Infertur ſecundò, quod ſi quis ſit grauatus ſub conditione mortis, & bannitus, quod ſubſtitutus non admittitur ſtatim, ſed expectatur eius mors naturalis, & interim bona remanent apud fiſcum, & præmoriente ſubſtituto fideicommiſſum efficitur caducum, nec ſubſtitutus illud tranſmittit ad ſuos hæredes *l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de iur. fiſc.* & ibi Bart. & alij communiter, & vno ore apertè ſentiunt omnes relati *ſupra n. 1* quibus add. Soc. ſen. *in l. cum auus, n. 106. ff. de cond. & demonſt.* Did. Spin. à Card. *d. tit. de fideic. ſubſtit. n. 27.* Surd. *conſ.* ... *lib. 1.* Hond. *conſ. 55. nu. 30. lib. 2.* Ruſtic. *in l. cum auus lib. 5. ca. 10. ff. de cond. & demonſt.*

5 Hoc tamen limitandum eſt, quando ſubſtitutio eſt facta verbis multum amplis, & pregnantibus, vt ſi dictũ eſſet, ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque, & qualitercunque, Surd. *conſ. 90. in fin. lib. 1.* Hond. *conſ. 54. n. 4. & ſeq. li. 2.* Ruſt. *in d. l. cum auus, li. 5. c. 10. n. 1. ff. de cond. & demonſtr.* vbi dicit de hoc eſſe arg. *tex. in clem. ne Romani §. eo tamen, de elect.* & ibi Barb.

6 Porro ſi bannitus reſtituatur ad patriam recuperabit etiam bona confiſcata, Alex. *in l. Gallus, § & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* & ibi alij communiter, Ceph. *conſ. 395.* Petra *de fideicom. q. 3. n. 22. in fin.* Pereg. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 2.* vbi ampliat & multipliciter limitat.

7 Et ſi bona per fiſcum ſint relaxata ante mortem naturalem ſubſtituto, ſi bannitus reſtituatur recuperabit bona à ſubſtituto, Ceph. *conſ. 395.* vbi etiam dicit fructus medij temporis eſſe reſtituendos.

8 Sed contrariam ſententiam probarunt, & melius, Natta *conſ. 470. n. 2. lib. 2* Menoch. *conſ. 482. n. 18. & ſeqq.* Petr. *de fideicomm. q. 3. n. 25. & ſeqq.*

9 Quod ſi reſtitutio ſit facta cum clauſula, vt nihil opponi poſſit de confiſcatione, bannitus recuperabit omnia etiam alienata, Alex *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 20. ff. de liber. & poſth.* Petr. *de fideicom. q. 3. nu. 29. verſ. putarem.* Pereg. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. nu. 55. & ſeqq.* vbi adducit Iaſ. Soc. ſen. Card. Imol. Felin. Rui. Crott. Pariſ. & Rolan. & teſtatur eſſe communem opinionem, ſubditq; ex authoritate prædictorum poſſeſſorem habere recurſum aduerſus fiſcum pro pretio rei emptæ ſibi euictæ ex reſtitutione banniti à Principe facta.

10 Sic etiam ſi ſubſtitutus non apprehendiſſet bonorum poſſeſſionem à fiſco ſibi relaxatorũ ante reſtitutionem banniti, ipſe bannitus recuperabit bona etiam quod reſtitutio facta eſſet ex gratia, Roland. à Valle *conſ. 45. col. vltima lib. 4.* Menoch. *conſil. 482. n. 20. ad medium, libr. 5.* Odd. *de reſtit. in integr. par. 2. q. 79. n. 94.*

11 Declaranda tamen erit illatio, de qua ſupra *nu. 4.* vt procedat quando adeſt ſolum ſubſtitutio ſimplex, ſecus ſi bona etiam eſſent expreſsè prohibita alienari, quia tunc cum bona non poſſint confiſcari, ſubſtitutus ſtatim admittetur non expectata morte naturali, Socinus iun. *conſ. 49. c. 3. n. 3. & ſeq. lib. 3.* Menoch. *conſ. 482. n. 17.* Petra *de fideic. q. 3. n. 11.* vbi eſſe communem opinionem teſtatur, & dixi latiùs *qu. 704.* an prohibita alienari poſſint confiſcari? Vbi etiam retuli diſſentientes, & dixi apud nos in Sereniſs. Dom. Veneto contrarium ſeruari, & ita ego ſæpius practicaui aduocando pro fiſco.

SVMMARIVM.

1 *Conditio mortis verificatur in morte violenta.*
2 *Subſtitutus, ſi occidat grauatum, vel eius facto, & culpa ſit occiſus, priuatur beneficio ſubſtitutionis.*
3 *Subſtitutus, ſi occidat grauatum, an bona applicentur fiſco, vel venientibus ab inteſtato, vel alijs conſubſtitutis?*
4 *Pater & filij, ſi ſint ſubſtituti Titio, ſi pater occidat Titium, an filij admitti poſſint?*

QVÆSTIO CCCCXLIII.

Vtrum mortis conditio verificetur in morte violenta?

DVBITARI non poteſt, quod ſi quis ſit grauatus ſub conditione mortis, quod cõditio verificatur etiã in morte violenta, vt ſcribit Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 317. nu. 17.* & ... vidi practicatum ſępius pręcipuè in vna de Phiſoneis, & in alia de Mondellis. 1

Illud etiam certum eſt, quod ſi mors interueniat violenta, facto, vel culpa grauati, quod ille priuandus erit bonis fideicommiſſi, *tot. tit. ff. C. de his quib. vt indig. & l. Lucius, ff. de vulgar.* & per ea quæ ſcribunt Doct. *in l. ſi ab hoſtibus, §. vir. ff. ſolut. matrim.* Anchar. *in clem. 1. in fine, de pœnit. & remiſſ.* Pereg. *conſ. 91. lib. 1. & in tract. de fideicommiſſ art. 22. num. 68. & in tract. de iur. fiſc. tit. de eo qui inter. defunct.* Roland. à Valle *de lucr. dot. q. 61. nu. 13. & ſeq.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 327. nu. 17.* 2

Sed cui bona ſint applicanda an fiſco, vel venientibus ab inteſtato, vel alijs conſubſtitutis? videndi erunt Eugen. *conſ. 77.* & Peregr. locis ſupra citatis, *& in d. conſ. 91. li. 1.* conſuluit in cauſa Brixiana ſuper ſtatuto in criminalibus 187. per quod depoſitum eſt bona eſſe confiſcata, & ego obtinui pro fiſco contra ſubſtitutum fratrem homicidæ, & contra venientes ab inteſtato ſuper confiſcatione cuiuſdam de Sutris, qui occiderat D. Bernardinum Luranum, cui ipſe & frater erant ſubſtituti, ſi ille deceſſiſſet ſine filijs, & ſententia fuit laudata in Excellentiſſ. Conſ. de 40. Ciu. Nou. de anno 1619. 3

Sed quid ſi teſtator ſubſtituit homicidã, & eius filios, an illi filij homicidæ ſint admittendi ex ſubſtitutione? dixi *q. 575. in fine.* 4

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi ſine teſtamento deceſſerit grauatus, facto teſtamento deficit, decl. per totam quaſt.*
2 *Conditio ſi ſine teſtamento quis deceſſerit deficit, ſi pater inſtituto & ſic grauato pupillariter ſubſtituit.*
3 *Conditio ſi ſine teſtamento deceſſerit non deficit, quando factum teſtamentum eſt nullum, licet vt codicilli ſubſtineretur ob vim clauſula codicillaris.*
4 *Conditio, ſi ſine teſtamento deceſſerit non deficit, quãdo teſtamentum non habuit effectum, & adita non fuit hereditas.*
5 *Conditio, ſi ſine teſtamento deceſſerit non deficit, quando teſtamẽtum eſt ruptum, vel irritum factum, vt ſi teſtator*

teſtator eſſet capite diminutus maxima capitis diminutione.

6 *Conditio, ſi ſine teſtamento deceſſerit non deficit, niſi expreſſè grauatus de illis bonis teſtetur, contra n.7.*

7 *Conditio, ſi ſine teſtamento cum alia conditione ſi apponatur, alternatiuè, an in coniunctam reſoluatur.*

QVAESTIO CCCCXLIV.

Vtrum conditio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine teſtamento deficiat facto teſtamento?

1 VIdi ſæpe in teſtamentis fideicommiſſum iniungi hæredi, ſi deceſſerit ſine teſtamento, & certum eſt, quod mortuo inſtituto condito teſtamento ſubſtitutus excluditur, Dec. conſ.465.n.10.& ſeqq. Honded.conſ.78.n.32.& ſeqq.li.1. Præt.de interp.vlt.vol.fol.316.num.7. Cum.n. defecta ſit conditio ceſſat ſubſtitutio.l.1.C.de inſtit.l.cedere diem, ff.de verb ſign.l.ſi quis ita hæres, ff.de cond.& demonſtr. Peregr.de fideic.art.16.nu.115.& ſeqq. Et ſi teſtator potuit non fideicommittere potuit etiam dare facultatem teſtandi, Socin.ſen.conſ.123.n.3.li.3. Hier.Gabr.poſt alios citatos conſ.99.n.10.li.2. Honded d.conſ.78.n.29.in fine, vbi etiam conſiderationes quare teſtatores mouentur ad dandum facultatem teſtandi grauatis vel ad euitandas inſidias, quæ fieri poſſunt filijs inſtitutis per ſubſtitutos, vel vt obſequentes reddantur ſubſtituti ipſis grauatis, in quorum poteſtate eſt priuare ſubſtitutos, & in alios bona transferre.

2 Ampliatur etiam, quando pater fecit ſubſtitutionem pupillarem filio, cui datus erat ſubſtitutus, ſi ſine teſtamento decederet, quia tunc pupillus dicitur mori cum teſtamẽto, nam pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum filij, Doct.in l.2.ff.de vulg.& dictum fuit ſupra q.8. & ſic ſubſtitutus excluditur, ita in ſpecie ſcribunt Iaſ. conſ.96.col.5.lib.2. Pariſ.conſ.15.lib.3. Præt.de interpr.vltim.volunt.fol.316.n.7.

3 Declaratur primò, dummodo ille decedat cum teſtamento valido, nec ſufficeret quod vt codicilli ſuſtineretur propter clauſulam codicillarem, Soc.ſen.conſ 97.in fine, lib.3. Præt.de interpr.vlt.vol.fol.316.n 7. Codicilli.n. non ſunt propriè teſtamentum, inſtitut.de teſt.in princ. & conditio debet impleri in forma ſpecifica, & non per æquipollens, l.qui hæredi, in princ.& l.Mæuius, ff.de cond.& demonſt. Menoc.li.4.præſumpt.185. Et perfectè, & in propria ſignificatione impleri debet, Signor.conſil.253. n.1. Dec.conſ.284.n.15. Ruin.conſ.81.n.15.lib.2.

4 Declaratur ſecundò vt procedat dũmodò teſtamentum habuerit per effectum aditionem hæreditatis, ſecus ſi non fuiſſet adita hæreditas, quia eo caſu ſubſtitutus admitteretur, Angel.conſ.159. Ruin.conſ.46.nu.10.lib.2. Bero.conſ.101.circa finem.lib.2. Præt.de interpr.vltim.vol.fol.316.n.7.circa finem.

5 Declaratur tertio, vt non procedat, ſi teſtamentum ſit poſtea ruptum, vel irritum factum, vt ſi teſtator eſſet capite diminutus maxima capitis diminutione, Angel. conſ.159. Ruin.conſ.46.nu.10.lib.2. Præt.d.fol.326.nu.7. ad finem.

6 Declaratur quartò non procedere, quando fecit teſtamentum grauatus, ſed de illis bonis non potuit teſtari, vt ſi fuiſſent bona alienata, nam licet faciat teſtamentum, quia tamen bona ex teſtamento non poſſunt acquiri alicui, & tempore teſtamenti conditio reſpectu dictorum bonorum non potuit verificari, ab inteſtato dicitur decedere quo ad illa bona, & ad ſubſtituti vtilitatem, Pariſ.conſil.44.nu.18.lib.3. Aliud exemplum eſt, quando grauato non fuiſſent teſtamenti tempore acquiſita illa bona, vt quia & ille fuiſſet alteri ſubſtitutus, puta A, & poſtea grauatus reſtituere B, ſub conditione, ſi teſtamentum non feciſſet, quia mortuo eo ante A, quoad bona dicitur decedere ab inteſtato, Zanch.in l. hæredes mei, §.cum ita, n.1206.ad finem, ff.ad Trebel. & reddit rationem, quod quis non cenſetur diſponere de illis bonis, de quibus diſponere non poteſt, ex authoritatibus adductis, præcipuè Crau.conſ.298.col.3.ad finem.

Declaratur quuitò, vt procedat dummodò expreſsè 7
de illis bonis fuerit teſtatus, aliàs conditio non cenſeretur defecta, ſecundum Soc.ſen.conſil.92.colum.vltim. lib.3. Laur.Siluan.conſ.14. Pariſ.d.conſ.44.num.18.lib.3. Ceph.conſ.371.num.27.& ſeq.lib.3. Præt.de interpr.vlt. vol.fol.316.n.7.in fine. Caualcan.deciſ.25.num.12.& dec. 32.num.49 part.3.& num.48. dicit ſufficere, quod verba ita ſint concepta, quod aliud importare non poſſint cum alijs citatis à Zanch.d.§.cum ita, nu.1206. [Et pro hac ſententia ſtat etiam Mant.de coniect.vltim.volunt. lib.7.tit.7.num.14.& ego alios congeſſi quæſt.550.num. 14.verſ.ſed contra.]

Cæterum melius ſenſerunt alij qui voluerunt non 8
requiri, quod expreſsè de his bonis ſit factum teſtamentum, ſed ſufficere teſtamentum in genere, Ruinus in l. Gallus, §.& quid ſi tantum, conſ.20.& ſeqq ff.de liber.& poſthum. Zanch.in d.§.cum ita, num.1206. vbi etiam reſpondet ad authoritates in contrarium adductas, Alc. de verb.ſignific.lib.3.pag.157.octaua forma, verſ.ſexto, cum alijs congeſtis qu.550.n.10.vſque ad finem, & cum fuiſſem requiſitus conſulere pro prima opinione in vna Cremonenſi, nolui, exiſtimans ſecunda hanc opinionem conſulendo, & iudicando tenendam eiſe, maximè quia ibi erat concepta inſtitutio verbis vniuerſalibus, & in ſpecie & de iuribus teſtatori competentibus, vnde cenſebatur etiam comprehenſa facultas teſtandi, ſicuti dixi d.q.550.n.15.& 16.& ſecundum hanc opinionem poſtea conſului ſuper teſtamento, & fideicommiſſo Excellentiſs.D.Iulij de Borellis. [Et dictum conſ.Siluan. improbarunt Menoch.conſ.210.& latè Peregr.de fideic. art.40.nu.52.& multis ſeqq. idem voluit Surd.dec.272. ante num.7.

Et hęc opinio procedit, & ſi qui fecit teſtamentum, dixiſſet inſtituere in bonis ſuis, Menoch.conſ.210.num. 69.verſ.non etiam, lib.3. Peregr.dict.art.40.nu.59.verſic. non etiam, & ita fuit per conformes iudicatum dę anno 625. ſuper teſtamento D.Vincentij Lazaroni.

Licet contra teneat Siluan. dicto conſ.14. pro cuius opinione faciunt, quæ dicit Peregr.art.6.nu.12. & vide quæ dixi q.551.in vltima declaratione.]

Quid autem ſit dicendum, ſi hæc conditio, ſi deceſſe- 9
rit ſine teſtamento & alternatiuè cum alia ſit appoſita, in coniunctiuam reſoluatur, dicam q.455.nu.17. Doctores enim ibi relati loquuntur de hac conditione, dum allegant l.generaliter, C.de inſtit.& ſubſtit. in qua quæſtione agitur de huiuſmodi conditione.

QVAESTIO CCCCXLV.

QVæro, teſtator grauauit hæredem reſtituere 1
quartam hæreditatis, ſi cum maſculis decedat, & ſi cum fœminis, voluit vt dimidiam reſtitueret, hęres mortuus eſt cum maſculis, & cũ fęminis quid debeatur? videndi erunt, Mant.de coniec.vlt.vol.lib.11.tit.15.n.3.& ſeqq. & Ruſt. in l.cum auus, lib.3.c.5.ff.de condit.& demonſtr.

Sed ſi dixit, ſi cum maſculis deceſſerit ſubſtituo Seiũ, 2
ſi cum fœminis Caium, mortuo grauato cum maſculis, & fœminis, cui fideicommiſſum debeatur, ſcribit Mantic.d.lib.11.tit.15.num.7.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi capax erit, vel vbi capax erit ſufficit, ſi adit, tempore aditionis.*

1 *Con-*

1 *Conditio, ſi legitimabitur, ſufficit adeſſe legitimationē tempore aditionis.*
2 *Conditio, ſi capax erit, appoſita ſubſtituto non poteſt impediri per grauatum.*
3 *Conditio, ſi capax erit, vel legitimabitur eſt iuſta.*
5 *Capacitas fideicōmiſſarij quādo requiratur, remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCCXLVI.

Conditio appoſita ſubſtituto ſi capax erit, vel ſi legitimabitur, quando adeſſe debeat?

1 QVæro, teſtator ſubſtituit Titium, ſi capax erit, vel ſi
legitimabitur, vel vbi capax erit, vel legitimabi-
tur, quando adeſſe debeat hæc conditio, an ſci-
licet tempore delatæ ſucceſſionis vel aditionis? & ſuf-
ficere ſubſtitutum eſſe capacem, vel legitimatum tem-
pore aditionis, ſcribunt Ceph. *conſ.* 638. *n.* 53. *& ſeqq. &*
nu. 639. *n.* 11. *& ſeqq.* Menoch. latè *conſil.* 473.

Nec grauatus poterit impedire capacitatem ſubſti-
tuti. Ceph. *conſ.* 639. vbi latè.

Dubitari autem non poteſt, hanc conditionem eſſe
iuſtam, vt probatur *in l. in tempus, ff. de hered. inſtit.* & ibi
Bald. Ang. & Imol. Iaſ. *in rubr. qui teſta. facer. poſſ.* Ceph.
conſ. 639. *n.* 10. *& ſeqq. & nu.* 12. alios addit Menoc. *conſ.*
473. *&* 590. *& li.* 4. *præſ.* 50. *in fi.* vbi alios plures adducit.

Generaliter autem quando capacitas in fideicōmiſſis
requiratur, videndi erunt Menoc. *conſ.* 185. *dub.* 3. Præt.
de int. vlt. vol. fol. 125. *n.* 39. *fol.* 136. *n.* 96. *& fol.* 403. *n.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ eſt iuſta, & fideicommiſſarius non implendo priuatur ſucceſſione, ampl. & decl. per totam quæſt.*
2 *Conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ, non implens priuatur, & tenetur fructus reſtituere ſub conditione. alioqui vocatus non poteſt admitti, niſi prius impleta conditione.*
3 *Conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ non implens, priuatur nec reſtituitur, limita n. ſeqq.*
5 *Minor qui non impleuit conditionem deferendi nomen & inſignia familiæ reſtituitur.*
6 *Conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ pater non implens, priuatur vna cum omnibus eius deſcendentibus.*
7 *Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ impoſita heredi dicitur appoſita, & fideicommiſſario.*
8 *Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ non poteſt in aliqua immutari.*
9 *Conditionē deferendi nomē & inſignia familiæ, ſi ſubſtitutus non impleuit, moram purgare non poteſt.*
10 *Conditio deferendi nomen & inſignia familiæ non dicitur impleta, niſi perſeueretur in implemento.*
11 *Conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ Princeps non poteſt remittere.*
12 *Conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ non implens non priuatur, niſi præceptum ſit factum à Iudice, & iuſſus contemnat per annum implere, contra num. 13.*
14 *Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ non impleri poteſt ſi iuſſus ſit de nobiliſſima familia, & teſtator de abiecta & vili, contra n. 15.*
16 *Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ turpis nominis non impleri poteſt.*
17 *Conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ non dicitur impleta, ſi alij vocent ſubſtitutum de ſua propria familia, dummodò ipſe fecerit quicquid potuit pro implenda conditione.*
18 *Conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ non implens cum conſenſu ſubſtituti non priuatur.*
20 *Conditio deferendi nomen, et inſignia familiæ ſi eſt appoſita, an ſine interpellatione incurratur pœna priuationis.*

QVÆSTIO CCCCXLVII.

Vtrum iuſta ſit conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ, & non deferendo incurratur pœna priuationis?

OCcurrit ſæpe in teſtamentis apponi conditio- 1
nem, quod fideicommiſſarius teneatur aſſu-
mere inſignia, & nomen familiæ teſtatoris,
vnde videndum eſt, an talis conditio ſit iu-
ſta, ita quod fideicommiſſarius teneatur eam ſeruare, &
an non implendo pœnæ priuationis ſit locus? Volunta-
tem autem hanc, & conditionem eſſe probatam, & iu-
ſtam, & ſeruandam, ita vt contrauenieus priuetur, ſcri-
bunt vno ore omnes. Bart. *in l. ſi facta §. ſi in danda*, per
illum textum, & ibi alij communiter, *ff. ad Trebell.* Gu-
liel. Bened. *in ca. Rainutius, par.* 2. *in verbo, ſi abſque libe-
ris, nu.* 90. *et ſeq. extr. de teſt.* Soc. ſen. *conſ.* 259. *col.* 2. *lib.* 2.
Dec. *conſ.* 273. *col.* 2. Grat. *conſ.* 5. *n.* 75. *et ſeqq. lib.* 2. Pariſ.
conſ. 15. *col. vlt. et conſ.* 19. *nu.* 52. *et ſeqq. lib.* 2. Celſ. Vgo,
conſ. 20. *n.* 40. *et ſeqq.* Hippol. Rimin. *conſ.* 42. *col. penult. et
vlt.* Ceph. *conſ.* 251. *nu.* 50. *et ſeqq. et conſ.* 312. *nu.* 10. Dec.
conſ. 2. *n.* 148. *lib.* 2. Caſſan. *in Catal. Glor. mund. par.* 1. *con-
cluſ.* 46. Ioſeph. Ludou. *concl.* 16. *illat.* 52. *fol. mihi* 51. *verſ.
et præcepta*, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 302. *num.* 21. *et fol.*
485. *nu.* 11. Pereg. *de fideicom. art.* 11. *nu.* 121. Guid. Pap.
q. 251. *et qu.* 467. Theſ. lariſſimè *dec.* 270. rationes ſtatim
in ampliatione ſeq. deducam.

Ampliatur primò, vt contrauenieus teneatur reſti- 2
tuere rem cum fructibus, cum enim fuerit fideicom-
miſſarius vocatus ſub conditione, non potuit conſequi 3
commodum, nec admitti antequam impleatur condi-
tio, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignif.* Bart. *in l.* 1. *ff. de condit.
et demonſtr. et in l. qui heredi*, per illum textum, *in fine,
ff. eod.* & ibi Socin. ſen. *in tertio notab.* Bald. *in l. Aretuſa,
in prima lect. in primo not. et in* 2. *lect. in not.* 2. *ff. de ſtat. ho-
min.* Abb. *conſ.* 103. *factum contingens, verſ. ſed his non ob-
ſtantibus, et conſ.* 88. *punctus quæſtionis, col. pen. li.* 2. Pariſ.
conſ. 19. *n.* 42. *et ſeqq. lib.* 2. Ex quo enim deficit conditio,
non poteſt dici quem priuari beneficio teſtamenti, ſed
operatur quod is non dicatur pro vocato, *l. pecuniam, ff.
ſi cert. pet.* Paul. Caſtr. *conſ.* 292. *circa princip. col.* 2. *lib.* 1. re-
fert, & ſequitur Pariſ. *d. conſ.* 19. *n.* 51.

Et in ſpecie, quod non aſſumens nomen, & inſignia
teſtatoris priuetur omni commodo, & teneatur etiam
fructus tanquam prędo reſtituere, voluit & bene Grat.
d. conſ. 5. *nu.* 75. *et ſeqq. lib.* 2. Pariſ. *d. conſ.* 15. *colum. vltim.
et conſ.* 19. *nu.* 40. *et ſeqq. lib.* 2. Peregr. *d. art.* 11. *n.* 121. qui
loquitur ſiue per viam conditionis, ſiue per viam modi
teſtator voluerit fideicommiſſarium aſſumere nomen,
& inſignia familiæ; de conditione probatur *in d. l. cum
facta, §. et ſi in danda*: de modo, vt non implens illam re-
ſtituat & fructus, ita quod omni commodo priuetur,
probatur *in l. heres. ff. de condit. et demonſtr. in l. Libertos,
§. Lucius, ff. de auro, et argento legat.* Bart. *in l. quibus die-
bus, §. Termilus*, & ibi alij *ff. de cond. et demonſtr.* & habe-
tur *in l.* 1. *et* 2. *C. de his quæ ſub modo*, Alex. *conſ.* 102. *lib.* 1.
Corn. *conſ.* 211. *lib.* 1. Grat. *d. conſ.* 5. *n.* 78. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.*
19. *num.* 55. *lib.* 2. vbi loquitur poſt alios citatos de non
implente voluntatem teſtatoris, & iuſtum eius præce-
ptum, de quo etiam dixi *q.* 584.

Ampliatur ſecundò, vt nec reſtitutio ſit danda con- 4
trauenienti, Pariſ. *d. conſ.* 19. *n.* 83. *et ſeq. et nu.* 247. *et ſeq.
lib.* 2. Dec. *conſ.* 2. *nu.* 148. *in fine lib.* 2. Pereg. *de fideicomm.
art.* 11. *nu.* 132. delinquit enim, qui non ſeruat teſtatoris

volun-

voluntatem, & efficitur ei odioſus, Alexand. conſil. 126. column. vltim. lib. 1. Pariſ. conſil. 19. num. 56. lib. 2. nec propterea reſtitutio datur etſi eſſet minor, l. auxilium, ff. de minorib.

5 Si tamen non implens ignoraſſet diſpoſita à teſtatore, reſtituendus eſſet ex clauſula generali ad l. 1. in fine, cum ſua materia. ff. ex quib. cauſ. maior. & ita in ſpecie tradit Cephal. conſil. 312. num. 121. & faciunt d. q. 705. declaratione quarta, n. 14.

Sed quid in minore, vel Eccleſia non implente volũtatem teſtatoris, an ſit ſubſtitutio danda? dicam q. 585.

6 Ampliatur tertiò, vt etiam omnes deſcendentes à contraueniente ſint priuati. Felician. inter conſil. Paul. Caſtr. conſ. 239 column. vlt. Pariſ. d. conſ. 19. nu. 83. & ſeq. li. 2. Decian. conſil. 2. nu. 148. lib. 2. & videnda erunt dicta in q. 575.

7 Ampliatur quartò, vt ſi onus ſit impoſitum hæredi, quod & fideicommiſſarius tenetur illud implere. Præt. de interpr. vltim. vol. fol. 485. num. 11. vbi allegat. Grat. d. conſil. 5. n. 72. & ſeq. & Natta conſil. 675. num. 15.

8 Ampliatur quintò, vt nomen, & inſignia non poſſint in minimo minui, vel immutari, vt ſi nomen familiæ ſit Becco, non poſſit conueniri in Beccio, ita exemplificat, & ſcribit Theſaur. d. dec. 270. n. 17.

9 Ampliatur ſextò, vt nec moram poſſit purgare contrauenien, Pariſ. d. conſ. 227. & ſeqq. lib. 2. vbi plenè Decian. conſil. 2. n. 149. lib. 1. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 485. num. 11.

10 Ampliatur ſeptimò, vt nec ſufficiat momentanea aſſumptio, ſed requiritur perſeuerantia, Theſ. d. dec. 270. n. 5. & n. 24.

11 Ampliatur octauò, vt nec Princeps poſſit remittere hanc conditionem deferendi nomen, & inſignia familiæ, Theſaur. poſt alios d. dec. 120. nu. 6. & dicit ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum: & faciunt quæ dixi q. 623.

[Ampliatur nonò, ſiue expreſſum ſit præceptum in figura conditionis, ſiue modi, Soc. ſen. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 10. & ibi Menoch. in addit. in litera D, ff. de condit. & demonſtr. Grat. conſil. 5. num. 77. & 78. lib. 2. Pariſ. conſ. 19. lib. 2. Bologn. conſil. 12. Rimin. iun. conſ. 42. nu. 128. & ſeq. lib. 1. quos refert, & ſequitur Gozean. in conſilio relato à Theſaur. in dec. 270. num. 22. verſic. & in terminis.

Differentia tamen eſt, an per viam conditionis, vel modi imponatur præceptum, nam ſi per viam conditionis, prius implenda eſt conditio, quam poſſeſſio bonorum detur; ſi verò per viam modi, monitio fieri debet à Iudice, vt honoratus nomen, & inſignia familiæ deferat, & ſi per annum fuerit negligens, priuatur, Ludou. Molin. d. cap. 14. num. 13. & ſeqq. & vide infra declar. 1.

Aliam ampliationem vide qu. 465. nu. 8.]

12 Declaratur primò recepta hæc concluſio principalis, vt grauatus deferre nomen, & inſignia familiæ non priuetur, niſi factum ſit præceptum à Iudice, & illud contempſerit per annum, Paul. Caſtr. conſ. 396. præmittenda ſunt, col. vlt. verſic. de illo verò, lib. 1. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 302. nu. 21. in fine.

13 Sed contra melius tenent alij volentes non requiri aliam monitionem, nec interpellationem & ſine illis moram incurri, ex quo ſufficit monitio teſtatoris, & ordo ab eo datus ad tradita per Soc. ſen. conſil. 174. col. pen. & vlt. lib. 2. Sicuti enim monitio Iudicis operatur, quod inobediens priuetur, auth. hoc amplius, C. de fideic. & ibi DD. cum concord. ita pariter priuari debet cũ adeſt monitio teſtatoris, vt poſt Matth. Felic. arguit Pariſ. d. conſ. 19. nu. 205. qui ambo in ſpecie tenent hanc opinionem, quibus addo Præt. de interp. vlt. vol. fol. 485. nu. 11. in fin. Iuſſus n. teſtatoris, & priuatio ab eo inducta contra non implentem eius voluntatem non eſt minoris efficaciæ, quam iuſſus, & priuatio legis, vt dicit Paul. Caſt. conſil. 291. n. 7. lib. 2. Lex enim imponit pœnam priuationis, vt voluntas teſtatoris ſeruetur, d. auth. hoc amplius, ergo multò magis ſi voluntas eſt expreſſa teſtatoris, quod nõ implens priuetur, illa ſeruanda erit, quia propter quod vnumquodque, & illud multò magis, auth multo magis, C. de Sacroſanct. Eccl. Maximè autem hæc procederet, ſi per viam conditionis teſtator voluit fideicommiſſarium deferre nomen, & inſignia, nam priuatio committitur propter defectum conditionis, non ex eo, quia mora ſit commiſſa, & ideo monitio ceſſaret, Alex. in l. ita ſtipulatus, ſuper gl. 1. & col. 14. verſ. ſed dubiũ, & ibi Iaſ. & Claud. n. 15. in fin. ff. de verb. obl. quos refert & ſequitur in ſpecie noſtra Pariſ. d. conſ. 19. nu. 205. lib. 2. & videndi erunt alij relati in fin. num. 20. [De hoc tamen vide diſtinctionem Lud. Mol. d. c. 14. n. 13. de qua ſupra ampl. 9. verſ. differ.]

14 Declaratur ſecundò, vt ſubſtitutus non teneatur adimplere conditionem deferendi nomen, & inſignia familię, quando ille eſſet de nobiliſſima familia, & teſtator de abiecta & vili, argum. l. ſed ſciendum, ff. ad Treb. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 302. n. 21. in fin. & latius fol. 452. nu. 37. vbi etiam dicit cautelam eſſe, ne quæſtio priuationis ei moueri poſſit, quod procuret declarationem iudicis, quod poſſit ſpernere præceptum teſtatoris ſtante nobilitate propriæ familiæ, & vtilitate illius. Adducit autem Præt. rationem, quia contra ius eſt, & inhoneſtum, quod filius debeat ſe vocare de familia matris, & non patris, cum filius patris non matris conditionem ſequatur quo ad honores, & dignitates l. 1. ff. ad munic. l. 3. C. de mun. & orig. lib. 10. l. familia, §. 1. & ibi Alc. ff. de verb. ſignific. & quia tale præceptum indignum, & ignominioſum iudicandum eſt, & ideo haberi debet pro non ſcripto, ad l. conditiones, l. filius, ff. de cond. inſtit. & l. 3. §. emancipatus, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. [Et hanc declarationem ſequitur Molin. d. cap. 14. n. 25.]

15 Verum hanc cautelam Præt. ſi Iudex eſſem non admitterem, cum voluntas teſtatoris ſit ſeruanda pro lege, §. diſponat, in authent. de nupt. nec prima ratio Præt. quicquam me mouet, quia ea ſtante dicendum eſſet abſolutè, hanc conditionem deferendi nomen & inſignia familię eſſe reijciendam, quod eſt contra omnes, ſecunda verò non probatur, quia nullibi iure probatur conditionem eſſe reprobatam, quando ex nobili familia eſt, qui grauatur aſſumere nomen, & inſignia alterius familiæ vilis: vnde ſi lex non dicit nec nos dicere debemus, & ita ſenſit Senatus Pedem. teſte Theſaur. dec. 270. nu. 16.

16 Declaratur tertiò non procedere, quando inſignia, & nomen familiæ contineret turpia, vt eſt familia Coleonorum nomine, qui etiam deferunt tres Coleones in armis, & familia Hircorum, qui in armis deferunt Hircum, Theſ. poſt alios d. dec. 270. num. 16. qui tamen in caſu deferendi nomen, & inſignia Hircorum, dicit cõtrarium fuiſſe iudicatum in illo Senatu, & idem ego ſentio de familia Coleonorum nobili.

17 Declaratur quartò, vt non poſſit implere ſubſtitutus conditionem, quia alij vocent illum de propria familia, non teſtatoris, quod pœnam non incurreret priuationis, dummodò ipſe faceret quidquid poſſet, vt voluntas teſtatoris impleretur, Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 302. num. 22.

18 Declaratur quintò non habere locum, quando ſubſtituti conſentirent vt grauatus non deferret illud nomen, & inſignia, Theſ. d. dec. 270. n. 17. in fine.

19 Quod ſi appoſita ſit conditio, quod deferatur arma ſimplex, nec alia immiſceatur, ſi inſtitutus habuit hæreditatem prius ab vno ſub conditione deferendi eius inſignia, & ex hac neceſſitate aſſumpſerit, & alius deferat

erat aliam hæreditatem ſub eadem conditione, an honoratus teneatur omittere inſignia à primo recepta, & aſſumere illa vltimi teſtatoris, videndus erit Theſaur. *d. dec.* 270.*nu.* 13. [Et concludit Theſaur. vnam tantum hæreditatem conſequi poſſe, ſequitur Molin. *d. cap.* 14. *nu.* 26. *& ſeqq.*

Aliud eſſet quando ſimpliciter dictum eſſet, quod hæres aſſumat nomen & inſignia familiæ teſtatoris, quia poterit vtramque hæreditatem retinere iungendo nomen & inſignia ambarum familiarum: ita ſcribit & pluribus comprobat Lud. Mol. *d. c.* 14. *n.* 28. *vſq; ad n.* 46.

Contra tamen videntur ſentire Io. de Anan. Io. Bolognin. Anchar. & Lambert. relati à Molin. *d. cap.* 14. *n.* 28.

De hoc autem articulo ego plura ſcripſi in vna Bononienſi, *in conſ.* 174. ibi videndum erit.]

10 Interpellatio autem an requiratur vltra dicta *ſupra n.* 12. *&* 13. videndi erunt, Ceph. *conſ.* 497. *nu.* 5. 6. 30. *& ſeqq.* Dec. *reſp.* 2. *n.* 149. *& ſeq lib.* 2. Hier. Gabr. *conſil.* 5. *nu.* 12. *& ſeqq & nu.* 18. 24. *&* 25. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 262. *nu.* 24. *& lib.* 4. *præſumpt.* 184. *nu.* 6. Ioſeph. Ludou. *concl.* 16. *illat.* 74. *verſ. ad hæc autem.* Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 451. *n.* 21. *& ſeqq. fol.* 452. *nu.* 32. *& ſeq. & fol.* 517. *nu.* 169. *& ſeqq.* Theſaur. *dec.* 270. *nu.* 25.

Alia circa materiam videnda erunt apud Theſ. *d. dec.* 270. Bart. *in tract. de inſig. & arm.* Tiraqu. *de nobil. cap.* 6. Caſſan. *in Catal. Glor. mund. conſider.* 38. Roch. Ludou. *in tract. de arm. & inſign.*

QVAESTIO CCCCXLVIII.

Puella ſi grauetur fideicommiſſo ſub conditione, ſi non nupſerit, an nubente fideicommiſſum debeatur?

SI teſtator inſtituat puellam, & eam fideicommiſſo grauet, ſi non nupſerit, debetur fideicommiſſum, licet puella nubat, quia huiuſmodi conditio in iure eſt reprobata: caſus eſt *in l. quoties, ff. de condit. & demonſt.* & ibi communiter Doct. Felin *in cap. in præſentia, nu.* 36. *verſic. ſecundo quia, extr. de probat.* & ibi alij Canoniſtæ, Menoch *conſilio* 252. *numero* 1. & volunt omnes citati ſupra *qu.* 4. *n.* 15. *&* 16. [Idem tenent Alexand. *conſ.* 100. *num.* 2. *lib.* 4. Iaſ. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu.* 44. *ff. de liber. et poſthum.*]

Aduerte tamen, quod in caſibus, in quibus conditio viduitatis non reijcitur, quod fideicommiſſum deberetur, vt colligitur ex dicta lege, & ſentiunt omnes: quando autem talis conditio non reijciatur non proſequor, quia non eſt propria materia noſtra.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, modus et qualitas appoſita in inſtitutione, non cenſetur repetita in ſubſtitutione, amplia et decl. per totam quæſtionem.*

1 *Conditio caſualis adiecta tam inſtitutioni, quàm ſubſtitutioni vulgari ſi deficiat, deficiunt tam inſtitutio quàm ſubſtitutio.*

2 *Conditio caſualis adiecta vni gradui, vel perſonæ non cenſetur repetita in ſubſtitutione vulgari.*

3 *Conditio caſualis nominatim adiecta inſtituto, non erit repetita in ſubſtitutione vulgari.*

4 *Conditio adiecta inſtitutioni in vna perſona non cenſebitur repetita in eadem perſona ſubſtituta vulgariter cohæredi.*

5 *Conditio caſualis adiecta inſtitutioni non cenſetur repetita in ſubſtitutione fideicommiſſaria.*

6 *Conditio poteſtatiua appoſita inſtituto non cenſetur repetita in ſubſtitutum, contra numero 7. diſtinctio ponitur, numero 8. et 9. decl. num. ſeqq.*

Limitatur opinio ſecunda, ſi nominatim conditio vel onus ſit adiectum hæredi, nu. 10. et ſeqq. vbi etiam declaratur, quando nominatim onus, vel conditio dicatur adiunctum.

12 *Dictio, dictus, reſtringit diſpoſitionem ad perſonam demonſtratam.*

13 *Pronomen, ipſum, perſonalitatem oſtendit.*

14 *Conditio et onus appoſitum poſt inſtitutionem, et ſubſtitutionem afficit omnes gradus.*

15 *Repetitio conditionum, qualitatum, vel onerum quando detur, vel non detur, remiſſiuè.*

QVAESTIO CCCCXLIX.

Vtrum conditio, modus, et qualitas appoſita in inſtitutione cenſeatur repetita in ſubſtitutione?

QVæſtio eſt neceſſaria ad materiam ſubſtitutionum, an conditio, modus, & qualitas appoſita in inſtitutione, cenſeatur repetita in ſubſtitutione? In hoc articulo diſtinguo aliquos caſus.

Primus eſt caſus, quando ſubſtitutio eſt vulgaris, & conditio fuit caſualis, & adiecta tam inſtitutioni, quàm ſubſtitutioni, & hoc caſu conditio reſpicit omnes gradus, ita vt ea defecta, deficiat tam inſtitutio, quam ſubſtitutio, Gloſ. *in l. quæ conditio,* & ibi Paul. Caſtr. *num.* 4. & ibi Soc. ſen. & Ruin. *ff. de condit. et demonſtr.* Menoch *lib.* 4. *præſumpt.* 178. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi etiam refert plura exempla huius caſus, & de eorum veritate diſputat, & apud eum videndum erit. 1

Secundus caſus eſt, quando conditio caſualis fuit adiecta vni gradui, vel perſonæ, & ſumus etiam in vulgari ſubſtitutione, & hoc caſu cenſetur repetita in ſubſtitutione. Exemplum, ſi teſtator ita dixit, ſubſtituo Caium ſi nauis ex Aſia venerit: & Caio ſubſtituo Sempronium, & iſto caſu conditio non erit repetita à perſona inſtituti in perſonam ſubſtituti, vt probatur *in l. ſub conditione, ff. de hæred. inſtit. in l. vltima, §. Seio, ff. de legat.* 2. *et in l. quæ conditio, ff. de condit. et demonſtrat.* & hanc opinionem in ſpecie probarunt Gloſ. *in l. ſub conditione,* Din. *in ca. rationi congruit. de reg. iur. in* 6. Bart. *in d. l. quæ conditio, num.* 4. & ibi Paul. Caſtr. *n.* 3. *et ſeq.* Menoch. qui etiam allegat Decian. *d. præſumpt.* 178. *nu.* 17. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro* 10. *tit.* 6. *nu.* 2. vbi ampliat, & ſi conditio ſit fauorabilis, appoſita fauore pietatis, vel religionis, Soc. Iun. *conſ.* 128. *num.* 98. *lib.* 1. *et conſ.* 77. *n.* 16. *lib.* 3. Peregrinus *de fideicommiſ. artic.* 16. *numero* 55. Licet contrarium tenuerint Comen. & Socin. ſen. ab ipſo Menochius relati. 2

Tertius caſus eſt, quando conditio caſualis fuit adiecta inſtituto nominatim, & ſic reſtrictiuè: & hoc caſu non erit repetita in ſubſtitutum vulgarem. Exemplum ſit, quando teſtator dixit, inſtituo Caium, & ei ſubſtituo Seium, & Caium ipſum hæredem inſtituo, ſi nauis ex Aſia venerit, ita tenent Gloſ. Cin. Bart. Caſtr. Comen. & Socin. ſen. quos refert & ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 178. *num.* 18. *et ſeqq.* & videnda erunt infra dicta *numero* 10. *et ſeqq.* 3

Quartus caſus eſt, quando conditio eſt adiecta inſtitutioni de vnius perſona, & eadem perſona eſt ſubſtituta vulgariter cohæredi, & conditio hoc caſu etiã non cenſebitur repetita, quia licet eadem ſit perſona, eſt tamen 4

alius

alius gradus, ita colligitur ex text. *in d.l. ſub conditione ff. de hæred. inſtit.* in ſui generalitate *in l. qua condit. 2. reſp. de cond. & demonſt. & in l. 3. §. vlt. ff. de liber. & poſth.* Soc. ſen. *in d.l. qua conditio nu. 4.* Dec. *conſ. 599. col. vlt.* Gozad. *conſ. vlt. num. 4.* Soc. iun. *conſ. 77. num. 18. & 19. lib. 3.* Alciat. *conſ. 87. nu. 10. lib. 9.* Decian. *conſ. 1. nu. 284. lib. 2.* Menoc. *conſ. 86. num. 39. conſ. 310. num. 11. & conſ. 556. nu. 6.* Peregr. *de fideicomm. art. 16. num. 8.*

5 Quintus caſus eſt, quando conditio caſualis fuit appoſita in perſona inſtituti, & quæritur, an in ſubſtitutum per fideicommiſſum cenſeatur repetita, & hoc caſu non eſſe repetitam probat Menoch. *loco citato nu. 24.* vbi ponit exemplum, quando Titius fuit inſtitutus, & ſi deceſſerit ſine filijs maſculis Caius ſit ſubſtitutus, & Caio ſit ſubſtitutus Sempronius, & dicit filios Titij poſitos in conditione non cenſeri ſub eadem conditione grauatos, quod & nos ſupra latè explicauimus, *quæſtion. 441. & quæſt. 480.*

Et ſimiliter Caium grauatum ſimpliciter erga Sempronium non cenſeri ſub conditione, ſi ſine liberis grauatum, & hoc quia ſubſtitutio de Sempronio facta Caio eſt vulgaris, vt apud ipſum Menoch. *num. 25. verſ. ita etiam vulgaris.*

6 Sextus caſus eſt, quando conditio eſt poteſtatiua conſiſtens in dato, vel in facto æquè explicabili per ſubſtitutum, & hoc caſu ſi apponatur inſtituto, non erit repetita in ſubſtitutum; exemplum, quando dictum fuit inſtituo Caium ſi Romam iuerit, vel ſi centum dederit Sempronio, & ipſi Caio ſubſtituo Sempronium, *dict. l. ſub conditione.* & ibi Bart. Bald. Angel. Imol. & Caſtren. Imol. *in dict. l. qua conditio, num. 4.* & ibi Paul. Caſtr. *nu. 6. ff. de cond. & demonſtr.* & ibi ante eos Gloſ. & Bart. Salicet. *in l. vnica. §. pro ſecundo, C. de caduc. tollend.* Alexan. *conſil. 158. num. 6. lib. 6.* Alexan. Trent. *de ſubſtitut. parte quinta, tit. 1. n. 18. verſic. dubitatur,* vbi etiam dicit hanc opinionem probari per text. *in l. vlt. ff. de condit. inſtit.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit. 6. numero 2. in fine.*

7 Alij tamen ſe habent in contrarium, quod immò ſit facienda repetitio, ita Gloſ. *in dicto §. pro ſecundo,* Gloſ. *in dicta l. ſub conditione,* & ibi Raph. Comen. & Iacob. de Put. Iaſ. *in l. licet Imperator, nu. 41. ff. de legat. primo,* Peregrin. *de fideicom. art. 16. nu. 56. 57. 58.* vbi præter ſupradictos allegat etiam Petr. Cin. Bart. & Bald. *in dicta l. ſub conditione,* & Cuman. & Socin. ſenior, *in dicta l. qua conditio,* addo Menoch. *dicta præſumpt. 178. nu. 28.* vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, & citat vltra prædictos, Bart. *in dict. l. qua conditio, & in dicta l. licet Imperator in 4. oppoſ.* Bald. *in l. prima ff. de cond. & demonſt. & in conſ. 279. factum tale eſt, lib. 1.* & Hier. Gabr. *conſ. 117. nu. 36. lib. 1.*

8 Non omitto tamen hoc caſu conditionis poteſtatiuę, Menoch. *d. præſumpt. 178. nu. 27. & 28.* diſtinxiſſe inter conditionem poteſtatiuam cohærentem perſonæ, & non cohærerentem, & in prima voluit non dari repetitionem, in ſecunda dari, & plures allegat ex amplificando etiam, vt apud eum.

9 Pariter Peregrinus *dicto articulo 16. nu. 56. 57. & 58.* dixit communiter in conditione poteſtatiua diſtingui, an ſit adiecta ſubſtitutioni vulgari, & non eſſe repetitã, an verò fideicommiſſis, & eſſe repetitam, aſſignat etiam *num. 57.* rationem differentiæ licet ipſe *n. 58.* teneat in omni ſubſtitutione eſſe repetitam.

10 Hunc etiam caſum remiſſiuè declarauit Alexander Trentac. *dict. cap. 1. n. 18. verſ. hanc concluſionem.*

Declaratur etiam, quando nominatim onus legati, vel fideicommiſſi adiungitur hæredi, vel conditio, quia non erit à ſubſtituto facta repetitio, *l. Celſus, §. quod alicuius, ff. de legat. ſecundo, l. ſi plures, ff. de legat. tertio, l. prima, §. id quod ff. ad legem Falcidiam,* Bart. *in dict. a l. licet Imperator,* & ibi Alex. Iaſ. *num. 30. & 31.* qui dicit eſſe communem opinionem, *ff. de legat. ſecundo,* Bart. *in l. ſi coniuncti ſub num. 14. ff. de legat. tertio. & in l. eam quã ante numerum ſeptimum,* & ibi Iaſ. *num. 4. & 5. C. de fideicommiſſ.* Ruin. *conſ. 67. nu. 6. lib. 2.* Menoch. *dict. præſump. 178. num. 18. & præſumpt. 108. nu. 1.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur. prima, quæſt. 56.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo 16. num. 59.*

Nominatim autem dicitur imponi onus, & conditio, quando proprium nomen hæredis exprimitur, ita omnes ſupra relati præcipuè, Peregrin. *dict. art. 16. nu. 59. verſ. intelligo autem.* 11

Idem eſſet, quando teſtator dictum hæredem grauaſſet, quia nominatim diceretur grauatus, nam dictio illa, *dictum*, reſtringit onus, vel conditionem ad perſonam hæredis, *l. qui liberis, §. hac verba, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. l. vltima, C. de hæred. inſtit.* ita poſt alios ab eis citatos ſcribunt Menoch. *dicta præſumptione 178. numero 20.* Peregrin. *dicto articulo decimoſexto, num. 59. in fine.* 12

Et pariter idem dicendum erit, quando onus ab ipſo hærede eſſet relictum, vel conditio ipſi hæredi eſſet impoſita, & hoc ob pronomen ipſum, quod perſonalitatem oſtendit, Ripa *in l. filius familias, §. Diui, n. 111. ff. de legat. 1.* Soc. iun. *conſ. 144. n. 14. lib. 3.* Alciat. *conſ. 33. nu. 3. & conſ. 424. n. 3.* Natt. *conſ. 164. nu. 21. lib. 1.* quos refert, & in terminis noſtris ſequitur Menoch. *d. præſump. 178. n. 19.* idem ego conſulendo tenui in vna de Gauardis pro Illuſtriſſimo D. Com. Ioan. Baptiſta Martinengo de Bareo, *vt in conſ. 91.* dubio ſecundo, & iudicium expectatur ab eruditiſſimo Iureconſulto D. Ludouico Baitello Arbitro. 13

Septimus caſus eſt, quando conditio, vel onus fuit impoſitum poſt omnes gradus inſtitutionis, & ſubſtitutionis, & hoc caſu erit inducta repetitio in omnes gradus, Bald. *d. conſ. 279.* Hieron. Gabr. *conſ. 117. nu. 35. lib. 1.* Menoch. *d. præſumpt. 178. nu. 29.* 14

Alia circa materiam repetitionis tam in vno legato, quam in alio, & tam de vna diſpoſitione, ad aliam, vt de teſtamento ad codicillos, & è contra, & generaliter in omni materia videndi erunt Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 64. 365. 685. 1250. & multis ſeqq. ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 10. titul. 6.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 176. 177. 178. 179. 180. & 181.* Peregrinus latiſſimè, *de fideicommiſſ. art. 16.* Ioſeph. Ludouic. *concluſione 47.* Maſcard. *de probationibus, concluſione 1265.* Præt. *de interpret. vltimarum volunt. fol. 157. num. 7. 8. & folio 169. nu. 130. vſque ad numerum 185. & folio 418. nu. 103. & ſeqq.* Cephal. *conſ. 528. dubio ſecundo, & conſ. 710. nu. 13. vſque ad num. 20. & conſ. 717.* Hieron. Gabr. *conſ. 98. n. 16. & ſequentibus,* Menoch. *conſ. 76. conſ. 85. nu. 84. conſ. 86. n. 50. & ſeqq. conſ. 130. nu. 10. conſ. 557. n. 6. & ſeqq. & conſ. 585. n. 3. & conſ. 610. num. 8. 9. & 13.* Alex. Trent. *de ſubſtit. part. 5. cap. 1. n. 18. vſque ad finem,* Gallus *de except. ſucc. tit. 4. except. 24. n. 32. & ſeqq. par. 2.* Sotomaior *lib. 2. controu. iur. cap. 4. nu. 10. & ſeqq. 37. 38. 39. 44. 68. 69. 70. 94. 126. & ſeqq.* 15

SVMMARIVM.

1 *Conditio, modus, & qualitas appoſita primæ ſubſtitutioni, cenſetur repetita in ſequenti.*

Limitatur quando ſubſtitutiones ſunt ſeparatæ, & in diuerſis orationibus poſitæ, nu. 3.

Limitatur ſi qualitates, vel conditiones ſunt diuerſæ, num. 4.

Limitatur ſi prima ſubſtitutione eſſet fideicommiſſaria, ſecunda vulgaris, n. 5. decl. n. 6.

Limitatur quando verba repugnant, numer. 7.

Limitatur quando adeſt diuerſa ratio inter vnam, & aliam ſubſtitutionem. num. 8. ſic fit repetitio facilius quando adeſt eadem ratio.

Limitatur quando adeſt diuerſitas perſonarum in vna, & alia ſubſtitutione, & orationes ſunt perfectæ, num. 10. & ſeqq.

9 *Conditio, ſi ſine liberis, appoſita in vna ſubſtitutione cenſetur repetita in alia, declar. tamen multipliciter per totam quæſtionem.*

11 *Fideicommiſſum, quod eſt perpetuum reſpectu perſonarum in vna ſubſtitutione nominatarum, non erit perpetuum reſpectu perſonarum in alia ſubſtitutione vocatarum, niſi teſtator expreſſerit.*

10 *Qualitas maſculinitatis appoſita in vna ſubſtitutione, non cenſetur repetita in alia, quando adeſt perſonarum diuerſitas.*

12 *Qualitas, quod filij ſint de legitimo matrimonio nati, non cenſetur repetita in alia ſubſtitutione quando adeſt diuerſitas perſonarum.*

14 *Subſtitutio prima ſi ad certum tempus ſit reſtricta, an ſequentes ad illud tempus ſint etiam reſtrictæ.*

15 *Repetitio ſi ab vna regula ſuadetur, ab alia contraria regula excludatur, præualebit regula negatiua.*

16 *Regulæ contrariæ ſi concurrant, præualet regula negatiua.*

QVÆSTIO CCCCL.

Vtrum, conditio modus, & qualitas appoſita primæ ſubſtitutioni, dicatur repetita in ſequenti?

1 QVAERO vtrum conditoi, modus, & qualitas appoſita primæ ſubſtitutioni, cenſeatur repetita in ſequentem? conſtituo regulam quod dicatur repetita, ita Anchar. *conſ.* 137. *nu.* 2. Fulgoſ. *conſ.* 33. *in fin.* Corn. *conſ.* 137. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 4. Curt. ſen. *conſil.* 75. *nu.* 13. Decius *conſ.* 227. *nu.* 3. Pariſ. *conſ.* 18. *n.* 28. *lib.* 2. *& conſ.* 71. *nu.* 41. *lib.* 4. Crauet. *conſ.* 208. *nu.* 5. *& ſeq.* Menoc. *conſ.* 106. *num.* 292. *lib.* 2. & latius *lib.* 4. *præſumpt.* 78. *num.* 30. Odd. *conſ.* 95. *num.* 52. *& num.* 82. *& ſeq. & num.* 85. *& ſeqq. & num.* 95. 98. *vſque ad finem*, vbi plures caſus reſoluuntur.

2 Hinc infertur, quod conditio, ſi deceſſerit ſine liberis appoſita vni ſubſtitutioni, cenſeatur repetita in alia ſubſtitutione, Aretin. *conſil.* 1. *num.* 12. Soc. iun. *conſil.* 71. *n.* 14. *lib.* 3. Menoch. *d. præſumpt.* 178. *n.* 31. quod tamen erit intelligendum iuxta ea, quæ infra in declarationibus dicentur.

3 Declaratur primò, vt concluſio procedat in ſubſtitutionibus copulatis & coniunctis, aliud eſſet in ſubſtitutionibus ſeparatis, & diuiſis, & in diuerſis capitulis poſitis, ita Doct. ſupra relati, & expreſsè, Pariſ. *conſ.* 87. *nu.* 46. *& ſeqq. lib.* 2. Menoch. *d. præſump.* 178. *nu.* 32. Crauett. *conſ.* 28. *n.* 4. Neutr. *conſ.* 72. *n.* 9. Ceph. *conſ.* 153. *nu.* 26. *conſ.* 258. *n.* 43. *conſ.* 523. *n.* 22. *& ſeq. & conſ.* 717. *nu.* 6. Rimin. iun. *conſ.* 560. *n.* 42. *& ſeq. lib.* 5. Burſat. *conſ.* 227. *n.* 57. *lib.* 3. Hier. Gab. *conſil.* 95. *n.* 12. *lib.* 1. Odd. *conſ.* 95. *nu.* 53. *& ſeq.* vbi etiam declarat quando ſubſtitutiones dicantur ſeparatæ, licet per copulam ſint coniunctæ ex ſententia plurium, ſed poſtea *n.* 85. *& ſeqq.* aliter & melius declarat Peregr. *conſ.* 23. *nu.* 4. 5. *& per totum, lib.* 4. vbi comprobat & vult procedere etiam in orationibus copulatis, Cephal. *conſ.* 717. *nu.* 6.

4 Declaratur ſecundò nõ habere locum, quando qualitates, & conditiones ſunt diuerſæ, nam hoc caſu non fit repetitio, nec vna ſubſtitutio ab alia declaratur *l. ſub conditione ff. de hæred. inſtit. l. qua conditio, ff. de condit. & demonſtrat.* Decian. *in l.* 1. *ad finem, C. de impub. & alijs ſubſtitutionibus*, Menoc. *conſil.* 106. *n.* 319. *& d. præſumpt.* 178. *num.* 33.

5 Declaratur tertiò non procedere, quando facta fuiſſet ſubſtitutio fideicommiſſaria, & poſtea vulgaris de alia perſona, nam tunc conditio appoſita ſubſtitutioni fideicommiſſariæ, non cenſeretur repetita in vulgari, ſecundum Menochium *d. præſumpt.* 178. *nu.* 26. Mantica ſenſit *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 3.

6 Secus eſſet ſi fideicommiſſaria, & vulgaris facta eſſent de eadem perſona, quia repetitio hoc caſu locum haberet, *l. Latinus Largus*, & ibi Bart. Bald. Paul. Caſtr. & Imol. *ff. de legat. ſecundo*, Paul. Caſtr. *in l. auia. ff. de condit. & demonſtrat.* Ruin. *conſil.* 176. *num.* 13. *lib.* 3. Menoc. *d. præſumpt.* 178. *num.* 26. *& præſumpt.* 179. *in fin.* Mantica *dicto titulo* 6. *num.* 3. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 16. *numero* 7.

7 Declaratur quarto non procedere, quando verba ſecundæ ſubſtitutionis repugnãt, quia tunc ceſſat repetitio, Pariſ. *conſ.* 38. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 72. *n.* 46. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 326. *num.* 51. *lib.* 4. refert, & ſequitur Odd. *d. conſ.* 95. *num.* 57.

8 Declaratur quintò non procedere, quando alia eſt ratio in ſequenti ſubſtitutione, alia in præcedenti, quia qualitas non cenſetur repetita vbicunque diuerſa eſt ratio inter vnam, & aliam ſubſtitutionem, Bald. *conſil.* 153. *lib.* 5. Odd. *conſ.* 95. *nu.* 58. vbi etiam allegat, Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 8. Cephal. *conſ.* 717. *n.* 8. *lib.* 5. vbi alios adducit.

9 Si è contra repetitio fit de qualitate, & conditione appoſita vni ſubſtitutioni, ad aliam ſubſtitutionem, quando eadem militat ratio in vtraque, Bart. *in l. Seio §. Caio ff. de fun. inſtruct.* Bald. *in l. Titius, C. de oper. libert. & conſ.* 153. *nu.* 2. *lib.* 5. Purpur. *conſ.* 587. *nu.* 25. Gozadinus *conſ.* 70. *num.* 4. *& conſ.* 104. *num.* 17. *&* 18. Hero. *conſ.* 114. *n.* 19. *conſ.* 115. *nu.* 14. *conſ.* 119. *n.* 24. *& ſeq. lib.* 2. Decian. *conſ.* 102. *nu.* 11. *&* 12. *lib.* 2. Rimin. iun. *conſ.* 681. *nu.* 3. *&* 21. *lib.* 6. Odd. *conſ.* 95. *nu.* 84. Præt. *conſ.* 83. *nu.* 11. *&* 12. *& de interpret. vlt. volunt. fol.* 169. *num.* 152. *&* 164. Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 6. *titul.* 13. *num.* 8. *in fine. & num. ſeq.*

10 Declaratur ſextò non procedere, quando adeſt diuerſitas perſonarum in vna, & alia ſubſtitutione, & adeſt diuerſitas orationum, nam repetitio ceſſat, licet orationes eſſent per copulam coniunctæ, Petr. de Anchar. *conſ.* 120. *pro clariore*, Alan. *conſil.* 4. Alexan. *conſ.* 31. *col.* 1. *lib.* 3. *& conſil.* 38. *n.* 6. *lib.* 6. Curt. ſen. *conſil.* 63. *num.* 11. Dec. *conſil.* 567. *& conſ.* 599. Soc. iun. *conſil.* 100. *n.* 20. *lib.* 1. vbi dicit eſſe communem, *conſil.* 58. *n.* 40. *lib.* 2. *& conſil.* 13. *nu.* 26. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſil.* 97. *nu.* 28. Dec. *conſ.* 12. *nu.* 39. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 85. *nu.* 83. *& lib.* 4. *præſump.* 84. *n.* 7. Bertaz. *conſil.* 56. *nu.* 16. quos & alios adduxit Peregr. *de fideicommiſſis, art.* 25. *nu.* 33. & hi loquuntur in caſu quando agitur, an qualitas maſculinitatis appoſita in vna ſubſtitutione cenſeatur repetita in alia? Et volunt non cenſeri repetitam, quando agitur de diuerſitate perſonarum; de quo etiam ego dixi *quæſt.* 403. *numero* 19.

Et quod ceſſet repetitio de vna ſubſtitutione in aliam quando orationes ſunt perfectæ, & adeſt diuerſitas perſonarum, voluerunt Bart. *in l. in repetundis, ff. de legat.* 3. Corneus *conſil.* 139. *in fin. lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 58. *nu.* 28. *lib.* 2. Berous *conſil.* 120. *nu.* 73. *lib.* 2. Decius *conſ.* 317. *in fine*, Menoch. *conſil.* 500. *num.* 8. *& conſil.* 58. *n.* 7. quos, & alios refert, & ſequiturque Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 16. *num.* 90. addo Menoch. *conſil.* 668. *numero* 15. *conſil.* 85. *num.* 84.

11 Vnde fideicommiſſum, quod reſpectu certæ perſonæ eſt perpetuum, vel ratione perſonæ, vt quando vniuerſitati,

ſitati, vel loco pio eſt relictum, vel quia teſtator expreſſerit, quod eſſet perpetuum, non infertur quod & in alijs perſonis ſit perpetuum, ſi teſtator hoc non dixit Pariſ. *conſ.87.nu.59.& ſeqq.lib.2.* Pereg. latè *conſ.23. lib. 4.* vbi comprobat ex pluribus, quod ſi teſtator inter deſcendentes fecit fideicommiſſum perpetuum, & poſt deſcẽdentes ſubſtituat agnatos ſimpliciter, quod non inducitur fideicommiſſum perpetuum inter agnatos, & videndus etiam erit Pereg. *d.art.25.n.90. ad medium*, addo Rim.iun. *conſ.371.n.170.* Decianus *cõſ.10.n 49.lib.3.* & Menoc. *conſ.111.n.26.* quos citat Pereg. *d. conſ.23.*

12 Similiter qualitas, quod filij ſint nati ex legitimo matrimonio appoſita in vna ſubſtitutione, non cenſetur repetita in ſequenti ſubſtitutione quod ad alias perſonas in oratione ſeparata, Soc.ſen. *conſ.63.num. 19.libr.3.* Pancir. *conſ.167.n.10.& ſeq.* licet ſubſiſtat Peregr. *d. art. 16 n.90.verſ. his autem.*

13 Alia colligi poterunt quando ceſſet, vel non ceſſet repetitio, ex Doctoribus citatis ſupra, *quæſt. præcedentis in fine*, apud quos pleniſſimè tractatur hæc materia repetitionis.

14 Si autem prima ſubſtitutio ſit reſtricta ad certam tempus, an ſequentes ſubſtitutiones regulentur ab illo tempore, dixi ſupra *quæſt.457. num.3.*

15 Porrò ſi concurrunt duę regulæ, vna affirmatiua, quę ſuadeat repetitionem, alia negatiua, per quam excludatur repetitio præualebit negatiua, Dec *conſ.581.n.8.* Dec. *conſ.17.n.40.lib.1.* Odd. *conſ.95.nu.59.& n.93.* declarat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum relictum in primo teſtamento dicitur reuocatum, ſi in ſecundo nulla de eo ſit facta mentio, declara per totam quæſt.*

2 *Teſtamentum ſecundum, dicitur reuocare omnes clauſulas, & omnia contenta in primo.*

3 *Fideicommiſſum relictum in primo teſtamento debetur, quando ſecundum teſtamentum in quo de fideicõmiſſo nulla eſt facta mentio fuit nullum, decl.nu.4.*

5 *Fideicommiſſum relictum in primo teſtamento debetur, quando teſtator in ſecundo teſtamento dixit confirmare primum, declara n.7. & infra.*

6 *Scripta in teſtamento confirmato cenſetur eſſe ſcripta & ineſſe in teſtamento confirmante.*

8 *Inſtitutio requirit verba expreſſa, nec coniecturis induci poteſt.*

9 *Fideicommiſſum relictum in primo teſtamento non dicitur fideicommiſſum per ſecundum, in quo de fideicommiſſo fuit dictum, ſi teſtator in ſecundo teſtamento dixerit velle reformare primum, contra n.11.*

10 *Reformatio dicitur fieri de parte, & quod non eſt ſublatum remanet firmum.*

12 *Reciprocum fideicommiſſum factum inter Titium, & Seium in primis codicillis, non dicitur repetitum in ſecundis codicillis, ſi Titius ſit ſubſtitutus, nec de Seio facta ſit mentio.*

QVÆSTIO CCCCLI.

Fideicommiſſum relictum in primo teſtamento, verum dicatur in ſecundo repetitum, ſi de fideicommiſſo in eo nulla ſit facta mentio.

1 DIXIMVS ſupra *quæſtione 283.* ſubſtitutionem omiſſam in teſtamento poſſe teſtibus probari, nunc videamus de proxima quæſtione ſi factum ſit primum teſtamentum, & in eo conſtitutum fideicommiſſum, ſi poſtea teſtator faciat ſecũdum nulla mentione de aliquo fideicommiſſo facta, an in ſecundo teſtamento dicatur repetitum fideicommiſſum factum in primo, an verò illud cenſeatur reuocatum? Et quod ſit reuocatum, non autem repetitum. probatur. Primò, quia per ſecundum teſtamẽtum cenſentur reuocare omnes clauſulæ, & omnia in primo contenta, Gloſ. *in l.ſi patronus, §. patronus. ff. ſi quid in fraud. part.* Curt.iun. *conſ.163.num.16.* Menoc. *conſ.1020.n.25.& n.33.& lib 1.præſumpt.176.n.5.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib 12.tit.1.n.36.* & latè Ceph. *conſ. 73.n.1.& ſeqq* ergo erit reuocatum & fideicommiſſum in illo primo teſtamento contentum, non autem dicetur repetitum. 2

Secundò accedit text. *in l. Statius Florus, in princ. ff. de iur. fiſc.* quem poſt alios infra in vltimo fundamento relatos ad hoc induxit Menoch. *d.conſil.1020.nu.23. verſic. ſecundum.*

Tertiò valde vrget text. *in l. ſi iure teſtamento. ff. de legat. 3.* vbi ſi teſtator in primo teſtamento reliquit fideicommiſſum, ſi poſtea faciat ſecundum teſtamentum nullum, mentione non facta de fideicommiſſo in primo relicto, fideicommiſſum debetur ex primo teſtamento, cum voluntas non præſumatur mutata, niſi per aliud teſtamentum validum, ſi verò ſecundum teſtamentum fuit validum, fideicommiſſum non debetur, cum in eo teſtamento non ſit adſcriptum, nec præſumatur repetitum.

Quartò facit *l. ſi tibi ff. de adim. legat.* vbi ſi relicta ſit res Titio, vt eam alteri reſtituat, & poſtea eadem res ſit eidem per fideicommiſſum relicta, nec appoſitum onus alteri reſtituendi, cenſetur liberè relicta, ita in ſpecie ad hoc interpretati ſunt hunc tex. plures relati à Men. *lib.4.præſumpt.174.n.9 conſ.620.n.1. & conſ. 1020. n.27.*

Vltimò in ſpecie hanc ſententiam probarunt Bart. *in d.l. Statius Florus, n.2. ff. de iur. fiſc.* Paul. Caſtr. *in l. legatũ ſub cõditione verſ. & intellige, ff. de cond & demonſt.* Curt. iun. *conſ.163.n.14.* Ruin. *conſ.93.n.14.& conſ. 144.n.17. lib.2.* Natta *conſ.484.n 3.* Ceph *conſ 73.lib.1.* vbi latè ampliat Menoch. *conſ.1020 dubio tertio & lib. 4.præſumpt. 176.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.12.tit.1.n.36. & ſeqq.* Et ita ego tenebam ſuper teſtamẽto Illuſtriſſimi D. Comitis Brunorij de Gambara, & ita etiam iudicatum fuit ab Illuſtriſſimis DD. Rectoribus Brixiæ cum cauſa ab Excellentiſs. Aduocatis Collegij diſputata fuerit pro contraria opinione, me ſemper proteſtante ſuſtineri poſſe quod fideicommiſſum eſſet repetitum in ſecundo teſtamento.

Declaratur primò hęc opinio vt non procedat, quando ſecundum teſtamentum non fuit validum, quia tũc fideicommiſſum in primo relictum non dicitur reuocatum, *d.l. ſi iure teſtamento ff. de legat. 3.* Mantic. *de cõiect. vlt. vol. lib.12.tit.1.n.39.* vbi allegat Bart. *in d.l. ſi iure teſtam. n.4.* Caſtr. *in l. ſancimus, in fi. C. de teſtam.* & Crott. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n 3. ff. de verb. obligat.* 3

Intellige tamen hoc procedere, niſi in ſecundo inſit clauſula codicillaris, quia tunc hæres ſcriptus in primo cenſebitur rogatus reſtituere hæreditatem ſcriptis in ſecundo, Mantic. *ibi ſupra n.40.* 4

Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator confirmauit primum teſtamẽtum faciendo ſecundum, quia fideicommiſſum relictum in primo debebitur ex ſecundo, vt latè per Ceph. *conſ.73.lib.1.* Mantic. *de coniect. vlt. vol lib.12.tit.1.n.37.* Surdus *deciſ.38.nu.17.* Quæ enim in teſtamento cõfirmato continerentur, ita iniungerentur cum his, quæ in teſtamento confirmante ſcripta ſunt, vt in eo ineſſe cenſeantur, Natt. *conſ.483.n.18. & ſeq* Surdus *deciſ.230.n.21.* 5

Sed quid ſi teſtator dum facit ſecundum teſtamentũ dixit, primum confirmare ſaluo, vt infra, & in ſecundo non ſit expreſsè reuocatũ fideicommiſſum ſcriptum in 6

primò, an tunc fideicōmiſſum debeatur, vel dicatur reuocatum? Menoc. *conſ* 1020. *dubio tertio*, latè diſputat, & tenet fideicōmiſſum eſſe reuocatum, loquitur tamen in caſu quando in primo plures erant instituti hęredes, & fideicommiſſo grauati, & in ſecundo vnus tantum ex his erat ſcriptus hæres, & dicit, quod quemadmodum ex ſola inſtitutione vnius facta in ſecundo teſtamento dicitur reuocata inſtitutio de alijs cohæredibus, licet expreſsè non ſit dictum, quod idem eſt dicendum de ſubſtitutionibus, quia omiſſio hæredum eſt expreſſa reuocatio, alias ſequeretur, quod cum in ſecundo non ſit expreſſa inſtitutio, non poſſet dici inſtitutio reuocata, quod eſt omnino falſum, cum igitur hæredis inſtitutio non poſſit induci conjecturis, niſi colligatur ex verbis à teſtatore expreſſis, & ob id inducatur expreſsè reuocatio, multo magis idem dicendum erit de fideicommiſſaria ſubſtitutione in ſecundo teſtamento omiſſa, quæ dici debet expreſſa reuocatio, cum fideicommiſſum tacitè induci & tolli poſſit.

Ego tamen qui multū deferre ſoleo authoritati præceptoris mei Menoch. clariſſimi viri, & eminentiſſimi, non video tamen quomodo ſententia illius ſubſiſtere poſſit, nam dum primo facit magnum fundamentum, quod in primo teſtamēto plures ſint ſcripti hæredes & in ſecundo vnus tantum, & quod ideò indicatur reuocatio inſtitutionis hæredis factæ in primo, idem dico eſſe quando vnus, puta Titius, fuit inſtitutus in primo, & in ſecūdo alius, puta Seius, nam & tunc inſtitutio de Titio in primo facta erit reuocata. Dum poſtea Menoc. facit cōſequentiam, inſtitutio eſt reuocata, ergo, & ſubſtitutio, non bene infertur ex his, quæ ſunt diuerſa *l. Papinianus. ff. de minor.* nam inſtitutio de neceſſitate eſt reuocata, quia alius inſtituitur hæres, vel ſi idem inſtituatur, de neceſſitate illa inſtitutio, de qua in primo teſta-
8 mento eſt reuocata, † quia inſtitutio requirit verba expreſſa, vel ſaltem coniecturæ ex verbis teſtamenti debēt reſultare, vt concedit ipſe Menoc. & dixit *lib. 4. præſump. 19. n. 8.* & probatur *in l. iubemus, C. de teſtam.* Immo plures tenent nec coniecturis poſſe induci hæredis inſtitutionem, quos refert Menoc. *d. præſump.* 1 . *n.* 1. non idem eſt in ſubſtitutione, quia teſtamentum ſecundum non dependet à ſubſtitutione, de qua in primo, nam & cum ea, & ſine ea ſtare poteſt, nimirū ergo ſi debeatur tanquam non reuocatum, quando ſit ſecundo confirmando primum ſaluo vt infra. Nec ratio Menoch. probat conſequentiam prædictam, dum dicit inſtitutionem hæredis non poſſe induci coniecturis: ergo cenſetur reuocata, & ſi illa cenſetur reuocata, multo magis ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ nutu, & coniecturis induci poteſt, nam vt diximus ſubſtitutio non dependet ab inſtitutione, & ſine ea poteſt ſtare, aliàs ſequeretur, quod nec expreſsè poſſet confirmari fideicommiſſum reuocata inſtitutione quod eſſet puerile aſſerere.

Ex quibus exiſtimo veriorem eſſe cōtrariam opinionem, nam dum in ſecundo teſtamento non eſt expreſsè reuocatum fideicommiſſum, dicitur confirmatum, illa enim verba confirmatoria primi teſtamēti, ſaluo vt infra, importāt, quod omnia diſpoſita in primo ſint cōfirmata, niſi in ſecūdo legantur oculis reuocata, arg. *l. 1. in princ. ff. de his quæ in teſtam. delen.* & ibi notat Bart. & cum infra oculis nō poſſit perſpici reuocatio fideicommiſſi erit confirmatū, & ita in ſpecie pōderant hæc verba, ſaluo vt infr. Dec. *conſ.* 190. *n.* 8. *verſ.* 6. Pedroc. *cōſ.* 16. *n.* 98. Et fortius quando confirmatio eſſet facta ſaluis infraſcriptis, ſecundùm Ruin. *conſ.* 106. *n.* 3. *& 4. lib.* 4. vbi dicit illa verba intelligi de his, quæ ſunt ſcripta, & legi poſſunt, non autem de his quæ poſſunt intelligi.

9 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator in ſecundo dixit, velle reformare primum, quia in fideicommiſſo non reformato expreſsè non præſumitur mutata volūtas, vt ſcribunt Ceph. *conſ.* 72. vbi latè comprobat Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *n.* 37. Surd. *deciſ.* 38. *n.* 6. *& ſeqq.* vbi etiam allegat Natt. *conſ.* 483.
conſ. 484. *& conſ.* 527. & Rol. à Valle *conſ.* 91. *lib.* 64. Ratio eſt, quia reformare eſt partem tollere, *l. iuriſgentium § adeo ff. de pact.* Gloſ. *in cap. ſtatutum, in verb. reformādū, de reſcript. in 6.* Et remanet in ſuo robore, quod non reperitur ſublatum *l. alumnæ, §. qui filias ff. de adim. legat. l. Tribunus, § cum aliquis ff. de milit. teſtam.* & ideo quod non eſt correctū remanet firmū *l. præcipimus. C. de appell.* 10

Contrariam tamen ſentētiam probauit Menoc. *conſ.* 1020. *n* 24 *vſque ad finem*, vbi dicit idem ſenſiſſe Socin. iun. *conſ.* 69. *n.* 30. *& ſeq. lib.* 4. Volt enim Menoc. quod ſi teſtator vult reformare primum teſtamētum, quod ſatis dicitur reformatum alium hæredem inſtituēdo nullo iniuncto fideicommiſſo, & quod ideo nec fideicommiſſum factū in primo cenſebitur repetitū in ſecundo. 11

Illud etiam non omitto, quod ſi teſtator in primis codicillis relinquat bona duobus, & inter eos faciat reciprocam ſubſtitutionem, ſi poſtea in ſecundis codicillis eadem bona vni tantum relinquat, quod reciproca illa non poterit dici in ſecundis codicillis repetita, ea præcipuè ratione, quia reciproca non poteſt fieri, niſi inter plures *l. Lucius, ff. de vulg. & pupill.* & ibi Bart. & alij, & in ſpecie ſic tenuit Odd. *conſ.* 98. quē refert, & ſequitur Menoc *d. conſ.* 1020. *col penult. verſ. quod ad tertium.* [Sed quid ſi teſtator fecit teſtamētum cum ſubſtitutione de Titio fratre ſi filius deceſſerit ſine filijs, cum alijs ſubſtitutionibus, & prohibitione alienationis, & poſtea faciat codicillos, & pro dimidia ſubſtituat Titium fratrem, & pro alia dimidia Seium fratrem, an per codicillos cenſeantur reuocatæ omnes ſubſtitutiones factæ in teſtamento vnà cum prohibitione alienationis. Et Cephal. *conſ.* 67. tenuit omnia eſſe reuocata. 12

Contra tamen Ceph. in eodem caſu conſuluit Natt. *vt in conſ.* 476. quem ſequitur Peregr. *conſ.* 68. *n.* 5. *vſque ad* 11. *lib.* 3. & idē ego tenui cōſulendo pro Excellentiſs. D. Principe Triuultio in cauſa cōtra Illuſtriſſimā D. Co. Olympiam Pallauicinā vxoré, & hæredem Illuſtriſs. D. Georgij Triuultij, vt *in conſ.* 3 & ſuper eodē teſtamento idē tenēt Menoc. *cōſ.* 333. *dubio* 2. *& Becc. cōſ. vlt. lib.* 2.

Maximè id procederet, quando teſtator in codicillis dixit reuocare contenta in teſtamento ſolum in partibus cōtrarijs codicillis, Menoc. *d. conſ.* 333. *n.* 18. vbi alios allegat Peregr. *d. conſ.* 68. *n.* 7. *& n.* 10. *in fi. & de fideic. art.* 16. *n.* 49. *ad medium & ego dixi in d. conſ.* 113. *nu.* 5.]

QVÆSTIO CCCCLII.

QVAERO, an conditio & dies appoſita ſuper fideicommiſſo dicatur appoſita gratia hæredis, fideicommiſſarij? Et gratia hæredis præſumi, appoſita probatur, *in l. ſi Titio, ff. quan. dies leg. ced.* & ſcribunt Bart. *in l. ſi cui ita legatur* § 1. *ff. de legat.* 1. Paul. Caſtr. *in l ſi ita* §. *Pegaſus ff de legat.* 2. Corn. *in l poſt mortem, col. vlt. C. de fideicom.* Hier. Gabr. *conſ.* 128. *n.* 2. *lib.* 1 Peregr. *de fideicom. art.* 3. *n.* 127. *in fine.*

Declaratur tamen non procedere, quando quis eſſet grauatus reſtituere filio teſtatoris, qui præteriri, vel exhæredari non potuit, quia tunc cenſetur dies appoſita gratia fideicommiſſarij, *l. in fideicommiſſo, §. cū Pollidius ff. de vſufr. l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell.* Hier. Gabr. *d. conſ.* 128. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1.

QVÆSTIO CCCCLIII.

ILLVD etiam non eſt omittendum, quod ſubſtitutus poſt mortem alicuius dicitur ſub conditione ſubſtitutus, non autem purè, *l. pater Seuerinā*, §. 1. *& l. hæredes meus, in princ ff. de cond. et demonſt.* Fulgoſ. *in l poſt mortem col.* 2. *C. de fideic.* Aret. *cōſ.* 1. *col.* 2. Dec. *cōſ.* 585. Ceph. *conſ.* 472. Crail. *in § fideicommiſſ. q.* 20.

n.5.Præt.

n.5. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 310. *nu.* 5. & videnda erunt quæ dixi *quæſtion.* 438. *num.* 11. vbi diximus fideicommiſſum relictum poſt mortem non poſſe tranſmitti tanquam conditionale.

Sed an ſimpliciter ſubſtitutus dicatur ſtatim vocatus, an mors grauati ſit expectanda? dixi ſupra *qu.* 270. *n.* 8 *& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio ſub conditione facta, defecta conditione, habetur ac ſi nunquam fuiſſet facta. Ampl. & Decl. per totam quæſtionem.*

2 *Conditiones plures ſi ſint appoſitæ, defectus vnius reddit totam diſpoſitionem inutilem, Ampl. & Decl. remiſſiuè.*

3 *Conditio pluribus ſubſtitutis, ſi eſt appoſita, ſi vnus ex eis non implet, nocet omnibus, Limit. n. & ſeqq.*

4 *Conditio dandi, vel faciendi relata ad duos, ſi ceſſante mora implere debentis, caſu deficiat, conditio mixta in perſona alterius poterit in dimidium pro parte impleri. & ſubſtitutus implens partem conſequetur.*

5 *Conditio pluribus inſtitutis appoſita, ſi ab vno non impletur, alijs non nocet, contra, n.* 6.

7 *Conditio pluribus appoſita ſufficit, quod ab vno impleatur, ſi talis eſt quæ per alium poſſit impleri, & n. ſeq.*

9 *Conditio pluribus omnino diuerſis appoſita, ſi ab vno non impletur, alijs non nocet.*

10 *Conditio ſubſtitutionis pluribus facta ſeparatim, & ſimpliciter ſufficit, quod impleatur in perſona vnius, ad hoc, vt ille admittatur ad partem, in qua diſpoſitio fuit purificata.*

11 *Conditio mixta dependente ex facto ſubſtituti, & alterius, ſi caſu deficiat, & ſubſtitutio deficit, ampl. & limit. num. ſeqq.*

12 *Conditio dependens partim ex poteſtate ſubſtituti, & partim à fortuna. ſi deficiat, deficit ſubſtitutio, ampl. & limit. nu. ſeqq.*

22 *Conditio mixta caſu, ſi deficiat fauore piæ cauſæ, habetur pro impleta.*

17 *Conditio mixta habetur pro impleta, quando partim caſu defecit, & partim fuit impleta.*

18 *Conditio morandi cum aliquo adiecta fauore honorati, ſi caſu ob mortem illius deficiat, relictum tamen debetur, & nu. ſeq.*

19 *Legatum relictum vt habitet cum Titio, moriente Titio an debeatur? remiſſiuè.*

20 *Conditio caſualis ſi caſu deficiat ſubſtitutus non admittitur, limit. n ſeqq.*

24 *Conditio in forma ſpecifica impleri debet, nec ſufficit quod impleatur per æquipollens, decl. n.* 25.

26 *Conditio perfectè, & in propria ſignificatione impleri debet, declara n,* 27. *& ſeqq.*

28 *Conditio fictè & impropriè impleri poteſt, quando eadem ratio concurrit, & nu. ſeqq. ſi effectus iſdem per omnia ſequitur.*

30 *Conditio de iure impleri debet, nec ſufficit, quod impleatur quoquomodo, decl. n. ſeq.*

31 *Conditio ſi de iure impleri non poteſt, ſufficit quod de facto impleatur.*

32 *Conditio vt dicatur impleta probandum eſt fuiſſe ſatisfactum animo implendi, nec ſufficit fato, & fortuito caſu eſſe impletam, declara n. ſeqq.*

34 *Conditio pro parte impoſſibilis, & pro parte poſſibilis impleri debet pro parte poſſibili.*

35 *Conditio vſq; ad minimum impleri debet, limit. n. ſeqq.*

36 *Conditio, ſi impleta ſolum pro parte ſit ex patientia hæredis ſufficit.*

40 *Conditio mixta pendens ex facto duorum, ſi pro parte impleatur, ſufficit vt debeatur relictum pro ea parte.*

41 *Conditio poteſtatiua impleri debet, & ſi is qui implere debet ſit impotens.*

42 *Conditio poteſtatiua non poteſt impleri per hæredes.*

43 *Conditio poteſtatiua, ſi ante moram non ſit impleta, ob mortem implere debentis, relictum non debetur.*

44 *Conditio quæ ſemel deficit amplius impleri non poteſt, ampl. & decl. num. ſeqq.*

47 *Conditio pendens ex facto alterius, ſi non impleatur habetur pro impleta ad commodum honorati, contra num.* 48 *limit. num.* 49 *&* 50.

51 *Conditio ad aliquem effectum, ſi eſt poſita, ſufficit ſortiri effectum licèt non ſit impleta.*

52 *Conditio, ſi non fuit impleta, relictum debetur, ſi appareat teſtatorem fuiſſe relicturum etiam conditione non impleta.*

53 *Conditio fauore honorati ſi eſt appoſita, relictum debetur, licet non ſit impleta.*

54 *Conditio poteſtatiua, ſi caſu deficiat relictum debetur, ſi honoratus non fuit in mora implendi, decl. n. ſeqq.*

55 *Conditio poteſtatiua ſi deficit facto tertij, contra illum agi poteſt ad intereſſe, & nu.* 80.

59 *Conditio ſuper facto ſucceſſiuo appoſita, vt ſuper legato annuo ſi pro vno anno non fuit impleta, non nocebit pro futuris annis, limit. n.* 60.

61 *Conditionem præſumptiuè fuiſſe impletam ſufficit, & eſt præſumptio legis, quod fuerit impleta.*

62 *Conditio, quæ deficit facto eius cuius intereſt eam non impleri, habetur pro impleta & n ſeqq. ampl. & decl.*

71 *Cõditio caſualis fauore libertatis habetur pro impleta.*

72 *Conditio implenda in perſonam vnius habetur pro impleta, quando impeditus fuit honoratus ab eo ne impleretur, decl. n. ſeqq.*

78 *Conditio poteſtatiua ſi impleri non poteſt aliquo caſu, natura habetur pro impleta, ampl. & limit. nu. ſeqq.*

85 *Conditio quæ facto teſtatoris defecit habetur pro impleta, limit. nu. ſeq.*

87 *Conditio habetur pro impleta, quando implementum fuit cauſatum facto tertij, ampl. & decl. n. ſeqq.*

97 *Conditio impoſſibilis reijcitur, limit. n.* 98.

99 *Conditio turpis & inhoneſta habetur pro non ſcripta.*

100 *Conditio quæ honeſtè impleri non poteſt, reijcitur.*

101 *Conditio quæ de iure impleri non poteſt, reijcitur.*

102 *Conditio ducendi in vxorem fœminam, quæ duci non poteſt ex prohibitione iuris canonici, reijcitur.*

103 *Conditio ex qua fraudis ſuſpicio oriri poteſt, reijcitur.*

104 *Alias declarationes habes, remiſſiuè.*

QVÆSTIO CCCCLIV.

Vtrum ſubſtitutio ſub conditione facta deficiente conditione habeatur, ac ſi facta non fuiſſet?

CONDITIONVM materia ſicuti ampliſſima eſt, pariter diligenter obſeruanda erit in omni diſpoſitione, & præcipuè quando agitur de ſubſtitutionibus, vnde licet in præcedentibus plura dicta ſint, quæ ad particulares quæſtiones pertinent, cum tamen multa alia dici poſſent: ideo generalem concluſionem faciendam eſſe duxi, quod ſubſtitutio, vel alia diſpoſitio ſub conditione facta, ſi conditio deficiat, habetur, ac ſi nunquam facta fuiſſet, *l. ſi quis ita hæres, ff. de cond. inſtit. l.* 1. *& tot. tit. ff de cond. & demonſtr.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.* 7. *& ſeqq. ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſil.* 8. *num.* 25. *libr.* 3. *& conſ.* 26. *n.* 10. *lib.* 4. Menoc. *conſil.* 60. *num.* 47. *& de arbit. iud. conſil.* 10. *n.* 3. *& lib.* 4. *præſump.* 175. *n.* 10. & latiſſimè *præſump.* 183. Mant. *de coniect. vlt. volun. libr.* 11. *titul.* 16. Peregr. *de fideicom. art.* 16. *n.* 115. *& ſeqq.* Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 472. *n.* 7. *& fol.* 515. *n.* 109. Gallus *excep.* 1

ſucceſſ.tit.4 excep.24.n.1.& ſeqq.excep.25.nu.1.& ſeqq.
parte 2.Magon.deciſ.Florent.144 n.1.& ſeqq.Surd. deciſ.
141.& alibi ſæpiſſimè.

2 Ampliatur primò, vt ſi duæ, vel plures ſint appoſitæ
conditiones quod defectus vnius reddit in totum diſ-
poſitionem inutilem, l. Manius, l. ſi heredi plures, ff. de
cond. & demonſt. l. generaliter, in principio. C. de inſt. & ſub-
ſtit. ſub cond. facien. l. Lucius. la ſecunda, ff. de hered. inſtit.
Zanch. in d. §. cum ita, n. 7. Soc. iun. conſil. 42. col. 5. lib. 1.
Gallus de excep. ſucceſſ. tit. quarto. excep. 25 n. 34. parte 2.
Præt. de interpr. vlt. volun. fol. 148. nu. 105. & ſeqq. Viuius
deciſ. 346. nu. 2. vbi teſtatur ita iudicatum, & pleniſſimè
dicam in ſeq. quæſt.

Hæc tamen ampliatio extenditur multipliciter, &
declaratur quæſt. ſeq. vbi præcisè de hoc articulo agi-
tur.

3 Ampliatur ſecundò, & ſi plures ſint vocati ſub con-
ditione: quia omnes debent implere, aliàs ſi vnus non
impleret, nec alij admitterentur Zanch. d. §. cum ita, nu.
10. vbi loquitur de poteſtatiua conditione, Socin. ſen.
conſ. 21. n. 3. & 4. lib. 3. Ruin. conſ. 150. lib. 3. Soc. iun. conſ.
120. libr. 3. Ceph. conſ. 243. dubio ſecundo, Durans, de arte
teſtan. caut. 4. tit. 3. Gallus de excep. ſucceſſ. tit. 4. excep. 25.
n. 36. ad medium, & n. ſeq parte 2.

Limitatur primò in conditione dandi, & faciendi
4 relata ad duos, nam ſi ceſſante mora implere debentis
caſu deficiat. conditio mixta in perſona alterius pote-
rit in diuiduis pro parte impleri, & partē legatarius cō-
conſequetur l. pen §. 1. ff. de cond. & demonſtr. Soc. ſen. d. l.
in teſtam. n. 7. Cuman. conſ. 34. Ruin. conſ. 42. num. 13. lib.
2. Peregrin. d. art. 16. n. 141. Menoc. d. præſump. 183. n. 45.

Limitatur ſecundò in inſtitutionibus l. paterfamilias
5 ff. de hered. inſt. Dec. conſ. 190. col. fin. Ceph. conſ. 243. nu.
11. 40. & ſeq.

6 Contrarium tenuit Ruin. conſ. 150. nu. 9. lib. 3.

Limitatur tertiò, quando diſpoſitio eſſet impleta ſal-
7 tem in effectu. vt quia eſſet talis conditio, quæ per alium
potuerit impleri, Ceph. d. conſ. 243. nu. 41. quia ita intel-
ligit l. paterfamilias, ff. de hered. inſt. & citat Cuman. ibi
& Soc. iun. conſ 129. n. 19 lib. 3.

8 Limitatur quartò, quando conditio potuit impleri
per alium, & præceptum teſtatoris erat iniquum, quia
tunc vno contrauenien te in hæreditatibus, non omnes
priuantur, Cuman. d. l. paterfamilias, ff. de hered. inſtit.
Ceph. d. conſ. 243. n. 43.

Limitatur quintò, quando perſonæ eſſent omnino
9 diuerſæ, quia tunc factum vnius non nocet alijs dict. l.
paterfam ff de hered. inſt. Ceph. conſ. 143. nu. 44. vbi dicit
ſecus eſſe, quando ſunt coniunctæ, vt pater & filius,
quia tunc vnus priuatur facto alterius.

10 Limitatur ſextò, quando ſubſtitutio fuit facta pluri-
bus ſeparatim, & ſimpliciter, quia tunc ſufficit impleri
in perſona vnius, ad hoc vt ſubſtitutus admittatur ad
partem illius, in quo diſpoſitio fuit purificata l. Titius,
§ Cato ff. ad Trebell. l. fi. § filium ff de legat. 2. Mantic. de
coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 5. n. 17. Gallus d. tit. 4. except.
25. n. 38. par. 2. & videnda erunt dicta ſupra q. 473. quan-
do ſubſtitutio pluribus facta reſoluatur in ſingulari-
tates.

Pro declaratione vide dicta q. 575. caſu quarto, & latè
qu. 457.

11 Ampliatur tertiò, etiam in conditione mixta depen-
dente ex facto legatarij, & alterius, ſi caſu deficiat, ex-
tinguitur l. in teſtamento la 2. & ibi Bartol. & alij. ff. de
cond. & demonſt. Ruin. conſ. 17. col pen. conſil. 42. num. 2. &
conſil. 46. num. 3. lib. 2. Menoch. conſil. 140. num. 31. verſ.
quartus caſus, Præt. de interp. vlt. volunt. fol. 475. n. 4. Me-
noch. d. præſumpt. 183. num. 40. Pereg. de fideicom. art. 16.
n. 139. Magon. deciſ. Florent. 144. n. 36. & ſeq.

Idem in conditione pendentem partim ex poteſtate 12
honorati, & partim à fortuna, Mantic. poſt alios relatos
d. tit. 16. n. 23. Pereg dicto art. 16. n. 139. iunctis his, quæ
dixit n. 137. Magon. d. deciſ. 144. n. 7.

Subampliatur etiam in legatis annuis, & ſucceſſiuis, 13
Gloſ. in l. Stio. ff. de ann. legat. Corn. conſil. 323. num. 1. lib.
1. Ruſticus tract. de cond. lib. 3. tit. 4. numer. 5. Menoch.
dicta præſumptione 183. numer. 41. Peregrinus dicto artic.
16. nu. 139. & n. 142. & ſeq. decl.

Limitatur primo iſta ampliatio fauore alimētorum, 14
Bart. dict. l. in teſtamento, la ſecunda, & ibi Socin. ſen. nu-
mero ſexto. & alij communiter ſequuntur Doct. in l. pri-
ma. C. de inſtit. & ſubſtit. Abb. conſil. 78. col. finali libro ſe-
cundo, Corn. conſil. 323. numero primo, libro primo. Ruin.
conſil. 42. numero quarto. libro ſecundo, vbi teſtatur de
communi opinione, Menoch. dicta præſump. 183. nu. 41.
Pereg. d. artic. 16. num. 142. & ſeq. Mant. d. tit. 19. nu. 18.

Limitatur ſecundò fauore libertatis. Menoch. poſt 15
alios relatos dicta præſumptione 183. num. 43. Peregrin.
dict. art. 16. numer. 140. qui alios addit. Mantic. dicto ti-
tulo 19. num. 18.

Limitatur tertiò fauore piæ cauſæ, Roman. in auth. 16
ſimiliter, n. 98. C. ad leg. Falcid. Ignat. in auth. ex cauſa, n.
50. C. de lib præter. Socin. ſenior d. l. in teſtamento la ſecun-
da, nu. 7 ff. de cond. & demonſtr. Menoch. d. præſump. 183.
n. 44. Peregr d. art. 16. n. 140. Mant. d. tit. 19. n. 18. verſic.
tertio limitatur.

Limitatur quartò, quando conditio mixta fuiſſet pro 17
parte impleta, & pro parte caſu deficit, quia pro im-
pleta habetur, Socin. ſen. d. l. in teſtamento, num. 7. Me-
noch. dict. præſumptione 183. nu. 45. Mant. d. tit. 19. num.
18. in fine.

Limitatur quintò in conditione morandi cum ali- 18
quo, adiecta fauore legatarij, quia ſi caſu ob mortem
illius finiatur conditio, tamen relictum debetur, Bartol.
in l. 1. Cod. de leg. & ibi Bald. Ang. Salic. Fulgoſ. Caſt. Ale-
xan. Bartol. dict. l. in teſtamento la ſecunda, & Imol. & alij
communiter ſequuntur. ff de cond. & demonſtr. Anchar.
conſil. 185. Dec. conſil 501. numer. 4. Peregr. dicto articulo
16. numer. 147. vbi dicit procedere in omni legato ſuc-
ceſſiuo.

Iſtam quæſtionem, an legatum relictum, vt habitet, 19
cum tali, debeatur, ſi ille poſt moriatur, alibi expediam,
interim videndi erunt Menoch. conſil. 146. Ceph. conſ.
633. Caualc. de vſufr. n. 138. Præt. de interp. vlt. volun. fol.
66. num. 13. fol. 396. nu 56. & ſeq. & fol. 413. num. 63. Me-
noch. lib. 4. præſump. 123. num. 109. & ſeq. Ludou. concl.
24. ampl. 19.

Ampliatur quartò principaliter, etiam in cauſali con- 20
ditione licet caſu defecerit, quia in ea ſolus euentus
deſideratur, l. vnica, §. ſin autem. Cod. de caduc. tollend.
Bart. in d. l. 1. in 5. oppoſ. & ibi Bald. n. 10. Doct. in l. legatū,
C. de cond. inſert. Caſtr. conſ. 136. nu. 2 lib. 1. Dec. conſ. 526.
n. 3. conſil. 537. num. 3. & conſil. 610. nu. 2. Vaſq. controuer.
Illuſtr. cap. 93. nu. 21. Menoch. dicta præſump. 183. Man-
tic. d. tit. 16. num. 15. Gallus de excep. ſucceſſ. tit. 4. excep. 25.
nu. 66. parte 2.

Limitatur hæc ampliatio fauore libertatis, Mantic. d. 21
tit. 19. n. 15. verſic. ſed.

Ampliatur quintò, etiam in relicto piæ cauſæ, Abb. 22
conſil. 17. numero 1. libro primo, Mantic. dicto tit. 16. nu-
mero 6.

Limitatur quando conditio eſſet mixta, & deficeret 23
caſu, ita Soc. ſen. d. l. in teſtamento, la ſecunda, nu. 7. & dixi
ſupra.

Ampliatur ſextò, vt conditio ſit implenda in forma 24
ſpecifica, nec ſufficiat impleri per æquipollens, l. qui he-
redi, in principio, l. Manius, ff. de condit. & demonſtrat.
Dec. conſil. 89. numero tertio, Roland. à Valle conſil.
56. num.

36.num.22.& ſequ.lib.3. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch.conſ.326 num.10.18.conſ.432.num.22. Mantic.dicto titul.16.numero quarto. Pereg.dicto art.16. num.121.Menoch libro quarto, præſumpt.185. Gall.de excep.ſucceſſ.tit.4.except.24.num.15.& ſeq parte ſecunda, & alibi dicam fauente Deo.

25 Declaratur multipliciter hæc ampliatio ex his, quæ ſcribunt Ceph.conſ 81.n.2.conſ.166.n.54.& conſ 108 n. 14.Ruſtic.conſ.1.nu.70.poſt tract.de liber. in condit.poſit. Menoch.d.conſ.432.n.14.& ſeq conſ.326.n.11.conſ.131. n.15.conſ.422.n.12.& ſeq.Hier.Gabr.conſ 95.lib.1.Mant. d.tit.16.nu.4.8.Did.pract.quæſt.cap.39.num.7. Menoch. latiſs lib.4 præſump.185.& præſump.65.nu.14.15.16 & 33.Præt.de interp.vlt.vol.fol.77 n.22.& ſeq.

26 Ampliatur ſeptimò, vt perfectè, & in propria ſignificatione impleri debeat, Signor.conſ.253.nu.1.Dec.conſ. 284.n.15.Ruin.conſ.81.n.15.li.2.

27 Intelligitur primo tamen, vt ſufficiat eam impleri ſecundum aliquam verborum ſignificationem, niſi aliud euidenter conſtet teſtatorem ſenſiſſe, Mantic.d. tit.16.nu.8.

28 Intelligitur ſecundò, vt non procedat, quando eadem ratio concurrit, quia fictè, & impropriè impleri poteſt, Roman.in l.in teſtamento,nu.6.C.de teſtam.milit. idem Roman.conſ.4.n.4.& 7. Mant.d.tit.6.n.1.

29 Maximè ſi per omnia idem ſequitur effectus l. ſi fundus ff.de cond.& demonſtr.Ruin.in l Gallus,§.& quid ſi tantum nu.35.& 55.ff.de liber.& poſthum.Mant.d.tit. 16.num.8.

30 Ampliatur octauò, vt nec ſufficiat eam impleri quoquomodo, ſed de iure erit implenda l.hac conditio, ff de condit.& demonſtr.l.pen.ff.quand.dies leg.ced. Ang.conſil. 159.n.4.Mant.d.tit.16.n.10.Gallus de excep.ſucceſ.tit.4. excep.24.n.8.& ſeq.part.3.

31 Declaratur, vt ſi de iure impleri non poteſt, ſufficiat eſſe impletam de facto l.prima,§ facto ff.de condit.inſt.l. heredibus,§.fin.ad Trebell.Mant. d.tit.16.nu.10. Gallus d.excep.24 n.9.par.2.

32 Ampliatur nonò, vt non ſufficiat fato eſſe impletam, ſeu fortuito caſu, ſed probandum eſt fuiſſe animi implendi ſatisfactum l.2.ff de condit.inſtit.ibi Barto. Mantic.dict.tit.16.numero 11.Gallus d.except.24. numero 10. parte 2.

33 Præſumitur autem animus implendi, ſi ille ſciuit conditionem extare, Bartol.d.l.2.ff.de cond.inſtit.Corn. conſ.183.n.13.li.4.Crau.conſ.171.n.15.Mant.d.tit.16.n. 11.Gallus d.except.24.n.10.par.2.

34 Ampliatur decimò, vt licet ſit pro parte impoſſibilis, pro parte poſſibilis, quod tamen debet impleri pro parte poſſibili, Bart.d.l.1.n.10.ff.de condit.inſtit.Mant.d. tit.16.n.12.Gallus de except ſucceſſ.tit.4.excep.25.nu.49. part.2.

35 Ampliatur vndecimò, vt vſque ad minimum ſit implenda l.qui hæredi § fin.ff de cond.& demonſtrat. Gloſſ. in l.res bona fide, ff.de contrah.empt.Decian.in cap. de appellationibus,nu.3.ext.de appell.Gozad.conſ.40.nu.12.Iaſ. conſ.94.nu.2.lib.2.Dec.conſ.532.nu.4. Ceph. conſ.480.n. 30.Menoch.conſ.35.n.4. & ſeq Honded.conſ.60.nu.14. lib.1.conſ.78.nu.25.eod.Præt.de interp.vlt. volunt.fol.515. nu.114.& ſeq.Pereg.de fideic.art.16.num.118.& ſeq.vbi alios addit, Gallus de except.ſucceſſ.tit.4.except.24.n.12. & ſeq.part.2.

36 Limitatur primò dicta ampliatio, ſi ex patientia hæredis pro parte eſſet impleta, quia ſufficeret, Socin.ſen. in l.quis ad fin.ff.de cand.& demonſtr. Caſtr.conſ.108.vltra prædicta lib.1.Præt. de interpr.vltimarum volunt.fol. 515.nu.115.

37 Limitatur ſecundò, quando pro parte eſſet impoſſibilis, vt dixi ſupra n.34.

38 Limitatur tertiò in conditione ſucceſſiua, quia pro parte impleta debetur, Peregr.d.art.16.nu.144. vbi declarat, & loquitur de conditione mixta.

39 Limitatur quartò, quando conditio eſt appoſita ſuper facto diuiduo, quia pro ea parte debetur, pro qua dies, & conditio euenit, licet ſecus eſſet, ſi factum eſſet indiuiduum, l.cui vſusfructus legatus.ff.de vſufr.legat.& ibi Bart.n.4.Soc.ſen.conſ.123.nu.15.li.4.Ruinus conſ.27. nu.2.li.4.Alciat.conſ.739.Menoch.conſ.72.num 8. Boer. qu.251.

40 Limitatur quintò, quando conditio eſt mixta, pendens ex facto duorum & pro parte eſt impleta, pro parte non, quia ſufficit, Socin.ſen.dicta l.in teſtamento, n.7. ff.de condit.& demonſtr.Cuman. conſ.34. Ruin. conſ.42. n.13.l.2.Mantic.dicto tit.19.n. 8.in fine.Pereg.dicto art. 16.n.141.Menoc dicta præſump.183.n.45.

41 Ampliatur duodecimò, & ſi ille, qui implere debet conditionem poteſtatiuam ſit impotens, Peregr.dicto art.16.nu.124.

42 Ampliatur decimotertiò, vt nec poteſtatiuæ ius implendi tranſeat ad hæredes, l.vnica § pro ſecundo, & §. in nouiſſimo, C.de cad.toll.l.teſtamento, ff de condit.& demonſt.Bald in l.ſi plures,n.23.C.de cond.inſert. Pereg.d. art.16 nu.125.

43 Ampliatur decimoquartò, etiam quando honoratus ſub conditione poteſtatiua prius deceſſit, quam ſit in mora implendi. l.ſub diuerſis § fin. ſecundum tertiam lecturam Gloſ.communiter receptam. & l ſi ita expreſſum,ff.de cond.& demonſtr.Angel.in dicta l.1. & ibi Caſtrenſ.& Iaſ.col.4.Socin.ſen.dicta l.ſi Titius,n.8. Peregr. dicto art.16.n.14.

44 Ampliatur decimoquintò, vt ſi ſemel deficit, ampliùs impleri non poſſit, Peregr.dicto art.16.nu.126. qui loquitur de poteſtatiua.

45 Idem in mixta Bald.in l.1.in fine,Cod de inſtit.& ſubſtit.Caſtrenſ.in l.2.Cod.eod. Menoch.dicta præſump.183. num.24.

46 Quod ſi ſemel deficit mixta conditio facto eius qui impleri debet, & cuius intereſt non impleri, an poſſit poſtea requirere vt impleatur dicam infra n....

47 Declaratur primo dicta principalis concluſio non procedere, quando conditio penderet ex facto alterius, quia quis non debet priuari commodo alterius facto, l. paterfamilias,C.de inoffic.teſtam.& ibi Bald.& alij reputant illam legem ſingularem, Bald.in l.1.nu.11.C.de his qu.pæn.nomin.Caſtrenſ.in l.Lucius,§ tres hæredes,n.4.ff. ad Trebell.Socin.ſen.conſ.21 num.3.& nu.20.li.3. Ruin. conſ.122.num.9 libro 2.Hier.Gab. conſ.105 ad finem lib. 1.Cephal.conſ.52.num.10.& ſeq.Corſet.in ſingulari, in verbo,teſtator.Præt.de interp.vlt.volunt.fol.431 num.12. & ſeq & folio 137.nu.137.Gallus de except.ſucceſſ.tit.4. excep.25.nu.58.& ſeq par.2.Mago.deciſ.Florent.130.nu. 17.vſque ad finem.& deciſ.144.nu.1.& 5.

48 Contrariam opinionem, quod immo quis poſſit priuari, ſi tertius non implet conditionem ſibi appoſitam, ſi teſtator ita diſpoſuit, tenuerunt, & melius, Dec.conſil. 417.n.1.Pariſ.conſ.8.nu.17.vſque ad finem conſ.1.nu.70. et ſeq.conſ.22.nu.60.et ſeq.lib.3.et conſil.26.column.2. et ſeq.lib.4. Ruin.conſ.150.nu 9.et ſeq.lib.3.Alciat.conſ.38. num.32.lib.9.Cephal.conſ.243.dubio ſecundo. Durans de art.teſt.tit.3.caut.4.Præt.alios citat d.fol.431.nu.15.Gallus d.except.25.num.63.par.2 Surd.deciſ. 01.

Tenendo tamen primam opinionem.

49 Limitatur primo non procedere, quando teſtator verbis præciſis, vel reiteratis induxit relictum, & priuationem, vt ſi dixit, non aliter, nec alio modo, &c.Ang. d.l.paterfamilias,& ibi Imol.col.1.& Cuman.num 5.ff.de hæred.inſt.Anan.conſ.37.Iaſ.conſil.161.nu.5.lib.2. Ruin. conſ.150.num 9.et ſeq.lib.3. vbi loquitur quando adeſt clau-

clauſula, omni meliori modo, Durans, *d.tit.3.caut.4.* Præt.*d.fol.451.n.14.* Surd. in fortioribus *d.dec.101.*

50 Limitatur alijs modis, vt dicam *qu.575.* quarto caſu, vbi decl. *l.paterfamilias, ff.de hered.inſtit.* in qua fundatur opinio eorum, qui primam tenuerunt opinionem, & vide etiam dicta *ſupra n.3.vſque ad nu.11.* & Gallum qui diſtinguit *d.excep.25.n.63.*

51 Declaratur ſecundò, quando conditio fuit appoſita ad aliquem effectum, quia ſufficit ſortiri effectum, licet non ſit impleta. Exemplum, ſi teſtator reliquit, ſi habitaret in domo, vt obſequia præſtaret vxori, quia ſufficit quod præſtentur obſequia, licet non habitet in domo. Cephal.*conſ 80 lib.1.* vbi latè comprobat Mantic. *d.tit.16.n.4.& 8.in fine.* Vide dicta ſupra *num.24.* an conditio poſſit impleri per æquipollens.

52 Declaratur tertiò, quando teſtator erat omninò relictutus, & apparet de eius mente, quia licet conditio deficiat, tamen debetur. Gloſ.*in l.1.C.de inſtit.& ſubſtitut.* & ibi Ang.*in lect.Pag.* Iaſ.*nu.7.* Dec.*columnn.3.* Socin.ſen. *dicta l.in teſtamento, ante num.5.ff de condit. & demonſt.* Ang.*conſ.150.col.1.& ſeq.* Aret.*conſ.94.col.3.* Crau.*conſ.69.n 6.* Alciat.*conſ.62.nu.9.& conſ.88.nu.6.lib.5.* Ceph. *conſ.80.n.14.* Præt.*de interpret.vlt.volunt.fol.475.n.6.in fine.* Mantic.*dicto tit.16 n.3.& n.16.verſic.tertio.* Pereg. *de fid.art.16.nu.122.* vbi dicit, quod hoc conſtare debet, nec ſufficit quod ſit relictum perſonæ coniunctæ, Menoc.*d.præſump 183.n.15.* vbi loquitur de caſuali conditione, Gallus *de except.ſucceſſ.tit.4.excep.25.n.67.par.2.*

53 Declaratur quarto non procedere, quando conditio fauore honorati eſſet appoſita, quia licet eſſet, non ceſſat relictum, Bald.*in l.11.C.de inſtit.& ſubſtit.* Præt.*de interp.vlt.vol.fol.399.n 95.& fol.486.n.19.*

54 Declaratur quintò, non habere locum in conditione poteſtatiua, quando honoratus non fuit in mora implendi, & caſu deficiat, *l.quæ ſub conditione, & quoties, ff. de condit.inſtit.* & ibi Gloſ.& Doctor. Bart.*in l.1.nu.1.C. de inſtit.& ſubſtit.* & ibi Bald.*n.8.* Dec.*n.7.* Ruin.*conſ.42. num.2 lib.2.* Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.475.tergo num.2.* Menoch.*d.præſump.183.n.19.& ſeq.* Mantic.*d.tit.19.nu.14.& infra hac qu.declar.13.*

55 Subdeclaratur primò, quando tertius fuit in cauſa, vt conditio deficeret, quia tunc agi poterit contra illum tertium. Imol.*in d.l.1.C.de inſtit.& ſubſtit.* & ibi Alex. & Dec.*num.10.* Menoc.*d.præſumpt.183.nu.21.* Peregr. *in d.art.16.nu.133.*

56 Niſi ille tertius non eſſet ſoluendo, quia pro impleta haberetur, Pereg.*d.n.133.*

57 Quando autem honoratus dicatur in mora, & an poſſit moram purgare, vide apud Peregr.*d.art.16.num.126.& ſeqq.*

58 Subdeclaratur aliter vt infra 11. declaratione limitatur.

59 Declaratur ſextò, in conditione appoſita ſuper facto ſucceſſiuo, vt in legato annuo, quia ſi non fuit impleta, non nocebit pro futuris annis, quia poſſit impleri, Bart. *d.l.in teſtamento.ff.de condit.& demonſtr.* Bartol.*in d.l.libertis C.de condit inſert.* Præt.*de interpret.vlt.volunt.fol.475.num.6.*

60 In conditione tamen mixta, quæ caſu deficiat, non debetur relictum, etiam in annuis legatis, Menoch.*dicta præſump.183.n.41.*

61 Declaratur ſeptimò, vt ſufficiat præſumptiuè conditioné impleri, ſi eſt præſumptio legis quod fuerit impleta, *l.ex facto, §.ſi quis autē ff.ad Treb.* Mant.*d.tit.16.n.7.*

62 Declaratur octauò, quando conditio deficit facto eius, cuius intereſt eam non impleri, quia tunc habetur ac ſi eſſet impleta, ita de caſuali ſcribunt Socin.ſen.*d.l. in teſtamento, la ſeconda, nu.4.ff.de condit.& demonſtrat.* Menoc.*conſil.30.n.19.* Mantic.*dicto tit.19.n.16.* Menoc. *d.præſump.183.n.14.* Pereg.*d.art.16.nu.122.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Gallus *de ſucceſſ.excep.tit.4. excep.13.n.71.par.2.*

Idem eſt in poteſtatiua, *l.in iure ciuili.ff.de reg.iur.l.in-* 63
re ciuili, ff.de condit.& demonſtr.l.Iulius Paulus, in fine, eod.l.cum quidam. C.de condit.inſert Gloſ.*d.l.in teſtamento, la ſeconda,* & ibi Bart. Caſtr. & alij communiter. *ff. de condit.& demonſtr.* Dec.*d.l.iure ciuili.ff.de reg.iur.* Menoch.*conſ.30.n.19.* Pereg.*d.art.16.n.128.*

Ampliatur etiam in impedimento licito, ita Peregr. 64
& alij ſupra citati.

Idem eſt in conditione mixta *d.l.in teſtamento la ſe-* 65
conda, & l.iure ciuili, ff.de condit.& demonſtr. & l.iure ciuili, ff.de reg.iuris. & in vtroque loco Doctor. Socin.ſen. præcipuè *d.l.in teſtamento, la ſeconda. nu.2.& 7.& in l.ſi quis ita legauerit, col.vltima, ff.de condit.& demonſtrat.* Dec.*conſ.629.in fine.* Menoc.*conſ.30.nu.19.& conſ.146. nu.30.verſic.ſecundus caſus.* Tiraqu.*de retr.comment.§.15. gloſ.2.nu.7.* Menoc.*d.præſump.183 n.24.*

Ampliatur, & ſi is cui implenda erat conditio poſt- 66
quam recuſauit ne impleretur, requirit vt impleatur, quia tunc ille non tenetur implere, & debetur relictum, Bald.*in l 1 nu.7.C.de cond.inſert.* & ibi Salic.*col.2.* Alex. Corn.*nu.3.* Rimin.*n.2.* Iaſ.*nu.7.* Caſtr.*in l.cum tale, in 6. fall.n.24.& ſeq.ff.de condit.& demonſt.* Menoch.*d.præſump.183.n.27.*

Contrariam opinionem probarunt Cin.& Fulgoſ.*d.l.* 67
1.C.de condit.inſert.

Limitabis tamen iſtam ampliationem ſecundum ea, 68
quæ ſcribunt Menoc.*d præſump.183.n.27.vſque ad numerum 32.* Mantic.*d tit.16.nu.11.& lib.11.tit.18.num.38.* & Præt.*de interp.vlt.vol.fol.440.nu.49.*

Subdeclaratur tamen primò decimaoctaua declara- 69
tio principalis, vt non procedat, quando teſtator ſpecialiter prouidiſſet, caſu quo impeditum fuiſſet conditionis implementum facto eius, cui impleri debet, Dec *in l.1.n.6.C.de inſtit.& ſubſtit.* Comenſ.*conſ.38.col.1.* Menoc.*conſ.261.n.15.* idem Menoc.*d.præſump.183.n.36.*

Subdeclaratur ſecundò, vt non procedat, quando te- 70
ſtator noluit haberi pro impleta. Alciat.*in l.nemo poteſt, n.8.ff.de leg.1.* Menoc.*conſ.262.nu.17.* Mant.*d.tit.19.nu.24.in fine.* Pere.*d.art.16.n.135.* & vide *inf.dec.11 in 2.lim.*

Declaratur nonò fauore libertatis conditionem caſualem haberi pro impleta, *l fin.C.de neceſ.ſeru. hered.* 71
inſt. & ibi Bart. Socin.ſen.*d.l.in teſtamento. n.4.ff.de condit.& demonſt.* Menoc.*d præſump.183.nu.16.* Gallus *d. excep.25.n.69.par.2.*

Declaratur decimò, quando honoratus ſine ſua cul- 72
pa fuit impeditus ab eo, in cuius perſonam conditio erat implenda, prout de poteſtatiua ſcribunt Bartol *d l. teſtamento, la prima.ff.de condit.& demonſtr.* Bald.*in d.l. 1.nu.8.C de inſtit.& ſubſtit.* Ruſtic.*lib.3.de condit.tit.4. n.4.* Pereg.*d.art.16.n.128.*

Idem in conditione mixta. *l.1.C.de inſt.& ſubſtit.cap.* 73
cum non ſunt de reg.iur.in 6.l.vter, ff.de cond.inſtit. Gloſ. *in d.l.Neratius, §.1.* Fulg.*d.l.1.C.de inſtit.& ſubſt.* & alij communiter, Soc.ſen.*d.l.in teſt la 2.n.2.* & alij communiter *ff de cond.& demonſt.* Soc.ſen.*conſ.44.lib.1.* Decian. *conſ.526.n.4.& conſ.620.n.2.* Soc.iun.*conſ.58.n.9 lib.3.& conſ.110.n.19.li.1.* Menoc.*conſ.146.n.31.* Vaſq.*contr.illuſt.ca.93.n.21.* Mant.*d.tit.19.n.17.* Menoc.*d.præſ.183.n.25.* Pereg *d.art.16.n.154.* Ioſeph. Lud.*cõc.24.verſ.vndecima conſec.* Gall.*de exc.ſucc.tit.4.exc.25.n.7 par.2.*

Niſi conditio mixta eſſet directo collata in perſonam 74
illius tertij, non legatarij, Iacob.de Rauenn.*d.l.1.* & ibi Petr. Cin. Ang Fab. Alber. Alex.*nu.9.* Iacobin.*num.10.C. de cond.inſert.* Com *d.l.in teſtamento, la 2.* & ibi Imol.*ff. de cond.& demonſtr.* Caſt.*in l.cum tale, num.27.ff.de condit.& demonſtrat.* vbi teſtatur de communi opinione,

Menoc.

Menoc.de præſump.183.n.132.vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem Peregr.d.art.16.n.155. vbi dicit eſſe veriorem ſententiam, Mant.d.tit.19.nu.20.

75 Contrariam opinionem tenuerunt Gloſ.d.l.Neratius, §.1.ff.ad l. Aquil.Fulgoſ.d.l.1.C.de inſt.& ſubſt.Soc.ſen.d.l.in teſtamento,nu.9.ff.de cond. & demonſtr.& in conſil.44.lib.1.

76 Subdeclaratur primò hanc decimam declarationem non procedere, quando teſtator prouidiſſet in caſu impedimenti, quia tunc nõ habetur pro impleta ad conſequendum primum relictum,Menoc.d.præſ.183.n.56.

77 Subdeclaratur ſecundò, quando teſtator noluit haberi pro impleta per ea,quæ dixi ſupra declaratione 7.in fin.num.62.

78 Declaratur vndecimò nõ habere locum, quando cõditio poteſtatiua non poteſt impleri ex aliquo caſu naturæ l.Turpia,§.ſed & ſi ff.de leg.1.l.quæ ſub conditione, §.quoties,ff.de condit.inſt.Gloſ.in d.l.in teſtam.la 2.& ibi Bart.& alij,ff.de cond.& demonſt. Doct.cõmuniter d.l.1.C.de inſt.& ſubſt.Pereg d.art.16.n.130.Mant.d.tit.16.

79 Ampliatur, & ſi caſus contigiſſet in vita teſtatoris l.inde Neratius, §.1.2.reſponſo ff.ad leg.Aquil.Imol.d.l.2.Alex.d.l.1.col.1.in fin.C de inſt.& ſubſt.& ibi Dec.n.10.Pereg.d.art.16.nu.131.

80 Contrarium tenuit,Soc.ſen.d.l.Titius,n.7.

81 Limitatur primò iſta declaratio, ſi conditio deficiat facto tertij iniuſto,& illicito, quia ille teneretur ad omne intereſſe d.l.inde Neratius, §.1.ff.ad leg.Aquil.l.3.§.final.ff.de cond.cau dat.& l.3.ff.de cond.furt. Doct.d.l.in teſtamento la 2.ff.de cond.& demo.Doct.d.l.1.C.de inſtit.& ſubſt.Menoch.d.præſump.183.num.21. Peregr.d.art.16.n.133.& dicam infra declar.13.

82 Iſtam intellige limitationem procedere, quando ille tertius eſſet ſoluendo,ſecus ſi ſoluendo non eſſet,quia haberetur pro impleta l.1.§.fin.ff.de eo per quem fac.erit, Gloſ.d.l.Neratius, §.1.ff.ad leg.Aquil. Doct.d.l.in teſtamento la 2.ff.de cond.& demonſtr.Doct.d.l.1.C.de inſt.& ſubſt.Peregr.d.art.16.n.133.

83 Limitatur ſecundo, quando teſtator voluiſſet omnino conditionem impleri, nam tunc non ſufficit haberi pro impleta Bart.in l.vter, ff.de cond inſt.Iaſ.d.l.1.col.4.C.de inſtit.& ſubſt.Alc.d.l.nemo poteſt, num.8.ff.de leg.1.Mant.d.tit.19.nu.24.in fin.& vide ſupra n.70.

84 Limitatur tertiò quando conditione non impleta teſtator aliam rem reliquiſſet,nam non poterit pro impleta haberi, vt relictum conſequi poſſit d.l.vter,ff.de condit.inſt.Dec.d.l.1.col.3.C.de inſt.& ſubſt.Cuma.conſil.38.Menoc.conſ.362.col.fin.Pereg.d.art.16.n.136.

85 Declaratur duodecimò non procedere,quando conditio facto teſtatoris deficeret.Bald.d.l.1.& ibi Sal.Caſt.Alex.n.7.Iaſ.n.9.C.de inſt.& ſubſt.Soc.ſen.d.l.in teſtam.n.13.ff.de cond.& demonſtr.Din.in l.miles.§.fin.ff.ad leg.Iul.de adult.& ibi Bart.Imol.in cap.filius, extr.de teſtam.Pereg.d.art.16.n.132.& n.156.Mant.tit.16.num.25.& ſeq.Menoc.d.præſum.183.n.46.vſque ad fin.Gallus de excep.ſucceſſ.tit.4.excep.25.n.64.& ſeq.par.2.

86 Declaratur tamen ſecundum Pereg.Mant.Gallum, & Menoch.locis ſupra ſtatim relatis.

87 Declaratur decimotertio quando ſumus in conditione,cuius implementum fuit impeditum facto tertij, nam habetur pro impleta,vti de conditione mixta pendente à facto duorum,qui ſunt impediti à tertio, ſcribunt Bart.in l.Mauia §.vxore ff.de ann.leg.Bald.d.l.1.C.de inſt & ſubſt & ibi Bart.n.8.Alex.n.12.& alij communiter,Ruin.conſ.37.n.8.lib.2.Menoch.conſ.146.num.31.verſ.tertius eſt caſus,Pereg.d.art.16.num.152.Mantic.d.tit.19.n.19.Ioſeph.Ludou.d.concl.24.in 11.coniectura, Menoch.d.præſump.183.n.38.& ſeq.

88 Idem de conditione poteſtatiua ſcribit Peregrin.d.artic.16.numero 133.& numero152.

Ampliatur prædicta declaratio,& ſi iſtud factum tertij non ſit directo impeditiuum, Soc.ſen.d.l.in teſtam n.12.ff.de cond.& demonſt.Corn.conſ.323.nu.1 lib.1.Ruin.conſ.37.n.8.lib 2.Menoch.conſ.146.n.31.verſ.tertius eſt caſus idem Menoch.d.præſump.183.n.39. 89

Contrariam opinionem probarunt Bart.d.l.in teſtamento,col.2.verſ.aut impeditur per tertium, ff de condit.& demonſt.Bald.d.l.1.in 3.qu.& ibi Alex.n.. Iaſ.n... Dec.n. 90
11.C.de inſt.& ſubſt.Ruin.conſ.42.n.11.& ſeq.lib.2.Soc.iun.conſ.110.n.7.lib.1.Mant.d.tit.19.n.22.Pereg.d.art.16.n.153.Præt.de interp.vlt.vol.fol.475.n.4.

In dubio tamen factum illud tertij præſumitur factum ad impediendum honoratum, Corn.conſ.323.n.5.& ſeq.lib.1.Menoch.d.conſ.146.n.31.verſ.tertius caſus, vbi alios refert Pereg.d.art.16.num.153.Mantic.d.tit.19.num.21. 91

Subdeclaratur primò in facto iniuſto, quia non haberetur pro impleta,Bart.in l.Mauia, §.vxore,ff.de ann.leg.Bart.d.l.1.n.8.C.de inſt.& ſubſt.& ibi Alex.num.12.& alij ſequuntur,Ruin.conſ.37.n.8.lib.2.Menoc.conſ.142.nu.31.verſ.tertius caſus, Ioſep.Lud.d.concl.24.circa fin.Mant.d.tit.19.nu.22.Menoch.d.præſump.183.nu.38.& ſeq.Pereg.d.art.16.n 152. 92

Niſi ille tertius non eſſet ſoluendo, quia haberetur pro impleta,Gloſ.dict.l.inde Neratius,§.1.ff.ad l.Aquil.Corn.conſ.323.num.7.lib.1.Pereg.d.art.16.num.135.vbi dicit eſſe communem opinionem, Mant.d.tit.19.n.122.Lud.d.concl.24.col.fin.verſ.ſi verò. 93

Subdeclaratur ſecundo procedere dummodo honoratus fuiſſet paratus re, & effectu implere,alias non haberetur pro impleta Dec.d.l.1.nu.11.C.de inſt.& ſubſt.Pereg d.art.16.n.153. 94

Subdeclaratur tertiò non procedere, quando teſtator noluit haberi pro impleta, Alciat.in l.nemo poteſt, nu.8.ff.de leg 1.Mant.d.tit.19.num.24.in fin. cum alijs citatis ſupr.num.70. 95

Subdeclaratur quartò, quando teſtator ſpecialiter prouidiſſet in caſu non implementi per ea, quæ dixi ſupra num.69. 96

Declaratur decimoquartò, quando conditio eſt impoſſibilis,§.impoſſibilis, & ibi Gloſſ.in I.de heredib.inſt.l.obtinuit,ff.de cond.& demonſt.Angel.in l.1.ff.de cond.inſtit.& ibi Imol.Gallus, hoc refert, & ſequitur de ſucceſſ.excep.tit.4.excep.25.n.47.par.42. 97

Subdeclarat, vt procedat, quando teſtator exiſtimabat conditionem impoſſibilem, quia verum eſt tunc conditionem reijci, ſecus eſſet ſi teſtator credebat conditionem eſſe poſſibilem, quia tunc actus vitiatur l.ſeruo manumiſſo vbi Bart.ff.de cond.indeb. l.impoſſibilis, ff.de verb.oblig.& ibi Doct.Bart.in l.ab omnibus, §.1.n.3 ff.de leg.1.Imol.in l.1.n.11.ff.de cond.inſt.Gomeſ.lib.1.var.reſol.c.12.n.75.vbi dicit eſſe communem, Gallus de except.ſucceſſ.tit.4.excep.25.n.48.par.2. 98

Declaratur decimoquintò in conditione turpi, & inhoneſta, quia pro non ſcripta habetur l.conditiones la prima,& la 2.ff.de cond.& demonſtr.Gallus d.except.25.num.50. 99

Declaratur decimoſextò in conditione,quæ honeſtè impleri non poteſt, quia reijcitur l.cum ita legatum, ff.de cond.et demonſt.l.2.& ibi Paul.Caſt.ff.de inſt.et ſubſtit.Soc.ſen.in l.quoties,num.1.ff.de cond.et demonſtr.Gallus d.excep.25.num.51. 100

Declaratur decimoſeptimò in conditione, quæ de iure impleri non poteſt, quia reijcitur: Exemplum, ſi quis eſſet grauatus ducere in vxorem fœminam prohibitam duci ex iuris Canonici diſpoſitione, ca.non debet, ext.de conſang.et affin.Gloſ.in l.2.in verbo,voluerit, & ibi Cin.Bald.& Salic.ff.de inſt.et ſubſt. 101

102 Sed in terminis ſupradicti exempli an vocatus teneatur procurare diſpenſationem, tradit Gallus *d.except. 25.n.54.& ſeq.*

103 Declaratur decimo octauò in conditione, ex qua fraudis ſuſpicio oriri poſset, quia reijci debet, *l.ſi quis, la 2.*& ibi Paul.Caſtr.& alij *ff.de cond.inſt.* Gallus *d.except. 25.n.57.par.2.*

104 Declarationes alias, & ampliationes ad hanc quæſtionem colligere quiſque poterit ex dictis per Præt. *de interpr.vlt.volunt.fol.450.dubio quarto.* Theſaur.*deciſ. vlt.* Ioſeph.Ludou.*concl.16.illat.72.& illat.82.verſ.fallit ſecundo, vſque ad verſ.fallit tertio.* Gall.latiſs. *de except. ſucceſſ.tit.4.except.25.part.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Conditiones plures per copulã ſi ſunt appoſitæ vtriuſq. implementum requiritur, vt ſit locus ſubſtitutioni.*
Ampliatur, & ſi in primo gradu ſubſtitutiones ſunt appoſitæ plures, & in ſecundo gradu vna tantum cum verbo relatiuo, vt ſupra num.4.
Ampliatur, & ſi altera ex conditionibus pendeat ex facto tertij, num.5.
Limitatur in conditione, ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſine liberis, num.6.
Limitatur in conditionibus copulatis accidentaliter, ſecundum quodlibet de per ſe num.7.
Limitatur in minimis, num.8.
Limitatur in conditionibus neceſſarijs, & vbi fuerunt appoſitæ ad diuerſum effectum n.9 & 10.
Limitatur quando conditiones ſunt contrariæ, vel incompatibiles, num. [illegible]
Limitatur in conditionibus intrinſecis, & reſpicientib. cauſam ſubſtituendi, n.12 contra ibi, & decl.
Limitatur, ſi vna conditio fuit propter aliam impoſita, num.13.
Limitatur, ſi altera ex conditionibus haberetur pro nõ ſcripta, quia ſufficit impleri validam.
15 *Conditiones plures non per copulam, ſed per punctum poſitæ ſi ſint, requiritur omnium implementum, vt ſit ſubſtitutioni locus, declara, ibid.*
16 *Conditiones plures per alternatiuam poſitæ in ſubſtitutione ſi ſint, ſufficit alteram eam impleri.*
Limitatur, ſi inter has conditiones deeſt conditio ſi ſine liberis, quia omnes impleri debent, alias ſubſtitutioni locus non eſſet, n.17.ampl.a, & decl.nu.ſeqq.
Limitatur, ſi in contrarium ſtat præſumpta mens teſtatoris, nu.27.
Limitatur, ſi voluntas teſtatoris non poſſet verificari in qualibet, nu.28.
2 *Conditio ſi non exiſtat diſpoſitio habetur pro nõ facta.*
3 *Conditio in minimo impleri debet.*
11 *Copula poſita inter contraria vel incompatibilia, reſoluitur in disiunctam.*
15 *Punctus ſtat loco copulæ.*
16 *Alternatiua ex propria ſui natura impletur in altera parte.*
18 *Alternatiua reſoluitur in coniunctam, quando voluntas teſtatoris non poteſt verificari in qualibet parte.*

Q V AE S T I O CCCCLV.

Vtrum, ſi plures conditiones apponantur in ſubſtitutione, omnes exiſtere debeant, vt ſubſtitutus admittatur?

DIſseruimus in præcedenti quæſtione, quando deficiat ſubſtitutio ob non exiſtentiam conditionis, quia autem ſæpè contingit ſubſtitutiones fieri pluribus appoſitis conditionibus, ideò videndum eſt, an omnes exiſtere debeant, vt ſubſtitutus admittatur? In quo articulo tres caſus conſtituo.

Primus eſt, quando conditiones ſunt appoſitæ per 1
copulam, & tunc tenendum eſt vtriuſque conditionis exiſtentiam requiri, vt probatur *in l.ſi heredi plures, ff.de condit.& demonſtrat.in l.ſi quis ita ſtipulatus, ff.de verb. obligat.& in § pen. inſt.de hered.inſtit.* Anchar.*conſ.266. col.vlt.verſ.item copulatiuè,* Roman.*conſ.131.in princ.& conſ.137.col.1.* Io.de Anan.*conſ.66.nu.3.verſ. ſed contrarium puto,* & ibi Bologn *in addit.in princip.* Fulgoſ.*conſ. 15.colum.2.* Paul.Caſtr.*conſ.326.de primo quæſito in princip.lib.1.* Alexan.*conſ 59.num.7.lib.3.conſ.88. colu.1. ante finem, & conſ.202.num.4.& 5 lib.7.* Dec.*conſ.89.num.3. conſ.290.col.3.conſ.417.num.1.& conſ.433.num.6.* Curt. iun.*conſ.89.nu.5.* Pariſ. *conſ.14.& num.17.lib.1.conſ.20. n.60.& conſ.72.num.56.li.3.* Socin.iun.*conſ.42.colu.5.& conſ.114.col.8.li.1.* Bero.*conſ.1[illegible]0.n.31.lib.2.* Decian. *conſ. 77.lib.4.* Menoch.*conſ.679 num.2.* Honded. *conſ.78.nu. 23 & ſeqq.li.1.& conſ.48.num.12.lib.2.* Peregr.*conſ.119. num.1.li.5.* Zanch.*in l.heredes mei, § cum ita, nu.7.ff.ad Treb.* Ruſt.*in tract.de liber.in cond.poſit.lib.5.ca.9. nu.14. & 16.* Præt.*vlt.vol.fol.148.nu.105. & ſeqq.* Gallus *de except.ſucceſſ.tit.4.except.25.num.34.part.2.* Viu. *deciſ.346. num.2.* vbi teſtatur ita fuiſse iudicatum.

Pacta enim ſunt aliquid non eſse factum, ſed eſse fa- 2
ctum ſub conditione, quę non exiſtat, *l.pecuniam quam, ff.ſi cert.pet.* Soc iun.*conſ.4.num.16.lib.2.* Crau.*conſ.15.n. 3.* Rimin.iun.*conſ.171.nu.19.& conſ 192. num.23. lib.2.* Ceph.*conſ.497.nu.39.& ſeqq.lib.4.* Mantic.*de coniect.vlt. vol.lib.11.tit.116.num.1.* cum pluribus alijs cumulatis *præcedenti quæſtione.*

Addo, quod conditio etiam ita debet impleri, vt nec 3
minimum quidem deficiat, quia ſi in minimo deficit, diſpoſitio ceſsat, Ceph.*conſ.480.n.30.* Menoc. *conſ.35.n. 4.& ſeqq.* Honded.*conſ.60.num.14.lib.1.* Pereg.*de fideicom.art.16.num.118.& ſeq.* cum alijs congeſtis *in præced qu.num.35.*

Ampliatur primò, etiam quando in primo gradu ſub- 4
ſtitutionum ſint appoſitæ plures conditiones, & in ſecundo vna tantum, addito tamen verbo relatiuo, vt ſi dictum eſset, vt ſupra, quia aliæ conditiones cenſebuntur repetitæ in ſecundo gradu, Decian.*conſ.77.nu.30.& ſeqq.lib.4.*

Ampliatur ſecundò, & ſi altera ex his conditionibus 5
penderet ex facto tertij, & teſtator indixit relicti priuationem, nam niſi omnes impleantur, diſpoſitio non habebit effectum, Dec.*conſ.417.* Pariſ.*conſ.1.num.70. & ſeq.& conſ.22.num.60.& ſeq.lib.2.* Ruin.*conſ.150. nu.9. & ſeqq.li.3.* Alciat.*reſp.38.num.32.lib.9.* Dur. *de art.teſt. caut.4.tit.3.* Præt.*de interpr.vltim.volunt.fol.451.nu.16.* videnda tamen erunt dicta *in præced.quæſt.numero 3.& ſeqq.*

Declaratur primò non procedere in conditionibus, 6
ſi deceſserit in pupillari ætate, & ſine liberis, quia hæ conditiones reſoluuntur in alternatiuam, vt dixi q.433. vbi retuli diſsentientes.

Declaratur ſecundò non habere locum in copula- 7
tis accidentaliter ſecundum quodlibet de per ſe, quia in quolibet poterit verificari diſpoſitio. Bartol.*conſ.14. ſtatuto ciuitatis,* Præt.*de interpr.vltim. voluntatum, fol. 149.numero 108.*

Declaratur tertiò non procedere in minimis, ſecun- 8
dum Alex.*conſ.178.col.3.lib.3.*& Præt. *de interpr.vlt.voluntatum fol.149.num.109.* Sed contra facit, quod dixi *ſupra nu.3.* vbi dixi conditiones debere etiam in minimo impleri.

Declaratur quartò non procedere in conditionibus 9
neceſsarijs, & vbi fuerunt appoſitæ ad diuerſum effe-

ctum, Capr. conſ. 61. num. 17. et ſeq. Dec. conſ. 334. col. pen. Præt. de interpret. vltimarum voluntatum fol. 149. numero 110.

10 Quintò declaratur, vt non requiratur concurſus copulatorum, quando copula eſt ad plures effectus copulata, vel etiam eſt dubium, Corn. conſ. 295. colum. 4. lib. 1. Præt. d. fol. 149. n. 110.

11 Sexto declaratur non procedere, quando copula ponitur inter contraria, vel incompatibilia, quia tunc reſoluitur in diſiunctiuam, Bart. conſ. 10. in fine, Paul. Caſt. conſ. 43. ſubſtitutio, col. 1. lib. 2. Alex. conſ. 130. in fine lib. 2. Rub. conſ. 129. num. 3. Dec. conſ. 127. col. 3. Corn. conſ. 295. col. penult. lib. 2. Odd. conſ. 12. num. 23. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 149. nu. 111.

12 Septimò declaratur procedere in conditionibus extrinſecis, aliud in conditionibus intrinſecis, & reſpicientibus cauſam ſubſtituendi, quia iſtæ poſſunt ſcindi, Salic. in l. penult. col. 3. Cod. de impub. et alijs ſubſtitut. Sed contra tenuit Zanch. in d. §. cum ita, n. 91. vbi tamen dicit, Salicet. opinionem poſſe procedere, quando ſubſtitutio eſſet facta pluribus.

13 Declaratur octauò non procedere, quando conditio fuit propter aliam impoſita, quia tunc defectus vnius non reddit diſpoſitionem inutilem, Crau. conſ. 59. num. 4. et 5. Ceph. conſ. 80. nu. 17.

14 Declaratur nonò non procedere, quando altera conditio haberetur pro non ſcripta, quia ſufficit impleri validam l. cum tale, § reſcriptum, & ibi Bart. & alij, ff. de cond. et demonſtr. l. Titia. ff. de cond. et demonſt. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 77. nu. 17. & quæ dixi ſupra qu. 431. nu. 18. poſt medium.

15 Secundus caſus eſt, quando inter conditiones non adeſt copula, ſed adeſt punctus: & iſto caſu punctus ſtat loco copulæ. Menoch. conſ. 679. nu. 3. vnde hic caſus erit declarandus iuxta tradita in præcedenti caſu, & quod punctus ſtet loco copulæ dixit, & Alexandr. Treut. de ſubſt. part. 5. c. 1. num. 5.

16 Tertius caſus eſt, quando ſumus in conditionibus per alternatiuam poſitis, & tunc ſufficit alteram eueniſſe, Iacob. Butrig. in l. generaliter, & ibi Rain. Bartol. Bald. Ang. Fulg. Caſtr. Alex. Iaſ. & Dec. de inſt. et ſubſtit. Old. conſ. 189. Soc. ſen. conſ. 52. num. 8. et ſeq. l. 1. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Nat. in addit. ad Alex. conſ. 88. litera A, lib. 7. vbi tamen dicit hoc eſſe periculoſum, Odd. conſ. 12. n. 16. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 316. num. 7. vbi teſtatur de communi opinione. Ratio eſt, quia ad veritatem alternatiuæ de propria eius natura, & ſignificatu ſufficit alteram partem eſſe veram, l. cum pupillus, §. diſiunctiuo modo, ff. de cond. et demonſtr. l. ſi heredi plures ff. de cond. inſtit. et reg. in alternatiuis, & ibi Din. de reg. iur. in 6. Bart. in l. ſi is qui ducenta, § vtrum ff. de reb. dub. nec à proprietate verborum debemus recedere; niſi manifeſtè conſtet de voluntate teſtatoris, l. non aliter. et l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. ſi alij ff. de vſufr. legat.

17 Limitatur primò hic caſus, quando inter has conditiones alternatiuè poſitas adeſſet conditio, ſi ſine liberis, quia tunc requiritur, vt omnes exiſtant, alias ſubſtitutus non admitteretur l. Lucius, ff. de hered. inſtit. l. ſi is qui ducenta, §. vlt. ff. de reb. dub. & eſt textus clarus in l. generaliter, & ibi Iacob. Butrig. Rain. Bart. Angel. Salic. Fulgoſ. Caſtren. Alex. Iaſ. Dec. & alij communiter, C. de inſtitut. et ſubſtitut. Angel. in l. Lucius, & ibi Imol. ff. de hered. inſtit. Rub. Alex. in l. Gallus, §. quidam rectè, col. 2. ff. de liber. et poſthum. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, nu. 97. ff. ad Trebell.

Et conſulendo Old. conſ. 189. Alex. conſ. 59. num. 7. li. 3. & Turpot. ib. in addit. conſ. 88. num. . et 205. n. 5. li. 7. Iaſ. conſ. 36. li. 1. Socin. ſen. conſ. 52. num. 9. li. 1. vbi dicit eſſe communem opinionem, Capr. conſ. 44. nu. 2. et ſeq. Ruin. conſ. 140. n. 11. lib. 2. conſ. 6. n. 1. conſ. 113. n. 2. et conſ. 139. n. 20. lib. 5. Pariſ. conſ. 15. num. 5. lib. 3. vbi de communi opinione teſtatur Honded. conſ. 78. nu. 28. li. 1. Menoc. conſ. 679. num. 3. et ſeq. Pereg. conſ. 41. nu. 8. et ſeq. lib. 3. et conſ. 119. nu. 1. li. 5.

Et in Tractatibus, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 11. nu. 29. Ruſtic. tract. de liber. in condit. poſit. li. 5. cap. 9. num. 17. Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 316. nu. 7. vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem. Caualc. deciſ. 25. part. 3. & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Ioannis de Albricis, & in alio caſu ſuper teſtamento D. Iulij Barelliæ. Ratio eſt veriſimilis mens teſtatoris, & fauor liberorum, quos teſtator voluit præferre ſubſtituto propter poſitionem eorum in conditione, ita Socin. ſen. d. conſ. 52. n. 9. & alij omnes.

Ampliatur primò dicta limitatio, vt procedat, & ſi grauetur extraneus ſub iſtis conditionibus, quia adhuc alternatiua reſoluitur in coniunctam d. l. generaliter, C. de inſtit. et ſubſtitut. & ibi communiter Doctores, Caualcan. deciſ. 25. part. 3. 18

Ampliatur ſecundò, & ſi tres, vel plures conditiones ſint appoſitæ, inter quas ſit conditio liberorum, quia licet alternatiuè ſint poſitæ, omnes debent exiſtere, quamuis etiam prius extitiſſet conditio liberorum. nam hæc conditio, ſi ſine liberis, eundem tribuit effectum alijs conditionibus, Alexand. in l. generaliter, & ibi Iaſ. nu. 3. & Dec. nu. 2. C. de inſtit. et ſubſtitut. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, nu. 971. ff. ad Trebell. 19

Ampliatur tertiò, etiam quod poſtea ſequeretur alia clauſula ſeparata ponens conditionem, ſi ſine filijs, Iaſ. conſ. 38. li. 1. Zanch. in d. §. cum ita, n. 971. 20

Sublimitatur primò, quando veriſimile non eſt, quod teſtator voluerit omnes conditiones exiſtere, & veriſimilius eſt, quod voluerit etiam vna exiſtente ſubſtitutum admitti, Socin. ſen. conſ. 52. n. 8. et ſeq. li. 1. Nat. in addit. ad Alex. conſ. 88. littera A, lib. 7. Pariſ. conſ. 79. n. 8. lib. 4. Menoch. conſ. 187. num. 21. lib. 2. Præt. de interpret. vlt. vol. fol. 316. nu. 7. Caualc. dec. 21. part. 3. 21

Sed aduerte, quia Socin. ſen. loquitur in alijs conditionibus, & vbi eſt conditio liberorum dicit veriſimilem eſſe mentem, quod alternatiua reſoluatur in coniunctam. Nat. loquitur in terminis ſublimitationum ſequentium, Pariſ. non facit ad rem. Præt. autem ſe refert ad caſum Nattæ. Menoc. in alijs terminis loquitur.

Sublimitatur ſecundò, vt non procedat, quando conditiones non poſſunt ſtare copulatiuè, quia altera eſſet ſuperflua, vt eſt quando teſtator dixit, ſi inſtitutus moriatur in pupillari ætate, vel ſine liberis ex legitimo matrimonio, quia tunc hæ conditiones ſtarent alternatiuè, ſecundum propriam ſignificationem verborum, quia clarum eſt eum, qui moritur ante pubertatem non poſſe relinquere liberos ex legitimo matrimonio, & ideo vt hoc abſurdum euitetur, conditionis ſtabunt alternatiuè, & propriè, Nat. qui dicit ita conſuluiſſe in addit. ad Alex. conſ. 88. in litera A, lib. 7. Ad. ſent. ad Dec. in d. l. generaliter litera A. ſenſit. Præt. qui Natt. allegat d. fol. 316. nu. 7. ad medium, & quia conditiones reſpiciunt diuerſa tempora ſtabunt alternatiuè, vt ſtatim dicam. 22

Sublimitatur tertiò, quando conditiones reſpicerent diuerſa tempora, & eſſent poſitæ, non vt eſſent æquè principales, ſed vt vna poſt aliam ſuccederet, quia tunc ſtarent alternatiuè. Nat. loco ſupra citato. Add. ad Dec. loco citato, & Præt. dicto fol. 316. n. 7. dum allegat Natt. videtur ita ſentire. 23

Sublimitatur quartò, quando conditiones eſſent incompatibiles, ita non poſſent omnes ſimul extare, vel omnes ſimul deficere, quia tunc ſufficit alteram extare. Exemplum, ſi teſtator dixit, ſi ego, vel filij mei maſculi 24

ſine

ſine liberis deceſſerint, quia ſi teſtator non deceſſit ſine maſculis, attamen ſubſtitutio locum habere poterit, ſi filij teſtatoris ſine filijs deceſſerint Adden. ad Dec. *in d. l. generaliter in litera A. C. de inſt. & ſubſt.* licet in exemplo propoſito malè contrarium tenuerit Ruin. *conſil.* 103. *conſ.* 175. *lib.* 1. & *conſ.* 96. *col. vlt. lib.* 2.

25 Sublimitatur quintò, quando filij poſiti in conditione ſunt remotiores ſubſtituto, quia tunc ſufficit alteram, conditionem verificari, quod ſcilicet, vel inſtitutus moriatur, ſine filijs, vel ſine teſtamento, ita Caualc. *dec.* 25. *part.* 3. vbi dicit *d. l. generaliter*, & communem opinionem procedere, quando filij poſiti in conditione ſunt proximiores ſubſtituto.

Sublimitatur ſextò, quando teſtator ſubſtituit ſub conditionibus, ſi ſine filijs, vel ab inteſtato, & in dictis caſibus, ſeu quolibet eorum, quia ſufficit vnam extare conditionem, ſenſit Mantic. *dec. Roma.* 247. licet ibi contrarium tenuerit, quia dictum erat, ſi ſine liberis deceſſerit, vel inteſtabilis, vel ab inteſtato, & in quolibet caſu, & hoc ea ratione quia conditio, ſi ſine liberis intelligerètur coniuncta alijs duobus caſibus, ſi inteſtabilis, vel ab inteſtato, & in quolibet eorum, & ita poſtea fuit deciſum à Rota, vt ibi *dec.* 249.

26 Quid autem dicendum ſit, quando ſumus in caſu, quod poſiti in conditione ſunt vocati, vel ex coniecturis, vel ex teſtatorum diſpoſitione, vt hic Brixiæ in noua reformatione ſancitum fuit, & ſunt appoſitæ plures cõditiones reſpectu ſubſtituti, vt ſi inſtitutus deceſſerit, ſine filijs, & ſine teſtamento: an vt poſiti in conditione ſuccedant ex ſubſtitutione requiratur exiſtentia alterius conditionis, quod grauatus non fecerit teſtamentum: Hunc caſum habui in facto, in vna de Recaneis: inueni Pereg. *conſ.* 41. *n.* 9. & *ſeqq. li.* 3. qui tenuit pro filijs poſitis in conditione: ea ratione, quia quoad eos nulla eſt appoſita conditio de teſtando ad illorum excluſionem, quia ſimpliciter ſunt poſiti in conditione, & poſiti in cõditione ſunt etiam vocati, & vocatio eſt ſimpliciter facta, non autem ſub aliqua conditione, quæ cùm non ſit expreſſa, nec ſubintelligi debet *l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. oblig.* Sed in contrarium eſt communis opinio, vt dixi *q.* 437. *n.* 242. Sed aduerte, quod hæc ſententia poſſet procedere, quando ex ſtatuto nõ eſſent vocati, nam tunc non agitur de coniecturis an dicantur vocati, necne, quia lex eos habet pro vocatis, & ſtante noua reformatione ſtatutorum nunc facta, ita obtinui in vna de Ricaldinis ex iudicio Illuſtriſs. D. Michaelis Foſcareni ſuſtinente contrariam partem Clariſs. D. Bartolomeo Stella viro profundæ doctrinæ, qui poſt latã ſentẽtiam falſus eſt ſtante ſtatuto, & ipſum ſentire pro filijs poſitis in conditione, remoto autem ſtatuto, quãdo agitur de coniecturis vocationis non recederem à cõmuni.

27 Limitatur ſecundò hic tertius caſus, quando in contrarium ſtat præſumpta mens teſtatoris ad dicta *ſupra n.* 21. & ſentiunt omnes relati pro prima opinione.

28 Limitatur tertiò, quando voluntas teſtatoris non poteſt verificari in qualibet parte, quia tunc alternatiua reſoluitur in coniunctam, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3 *tit.* 5. *n.* 5. & probatur *in l. ſi is qui ducenta, § vtrum* & ibi Bart. *ff. de reb. dub.*

S V M M A R I V M.

1 *Conditio ſi deficit in primo gradu vulgaris ſubſtitutionis appoſita, omnes ſequẽntes gradus ſubſtitutionis excluduntur, decl. nu. ſeqq.*

2 *Subſtitutus Titius vulgariter inſtituto, ſi ſine liberis deceſſerit, & Titio non extante ſubſtituto Seio, ſi ante aditam inſtitutus moriatur cum liberis, omnes ſubſtituti excluduntur.*

3 *Subſtitutus filio, ſi eſt Titius, ſi filius moriatur viuo teſtatore & poſt Titium, Caius, mortuo Titio primo ſubſtituto, & poſtea inſtituto poſt mortem teſtatoris, nec Caius erit admittendus, contra nu.* 3.

4 *Conditio adiecta ſubſtitutioni, ſi fuit non ad faciendã diſpoſitionem conditionalem, ſed ad conditionandum relictum primo ſubſtituto ſi deficiat, perempto primo gradu ſubſtitutionis non excluduntur alij gradus, ampl. nu.* 5.

6 *Conditio appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, ſi deficit, ſecundus ſubſtitutus non excluditur, ſi conditio reſpicit perſonam primi ſubſtituti, non ſecundi, & ſecunda ſubſtitutio non eſt ſubordinata ad primam, ſed potius ſunt duæ ſubſtitutiones, quæ in diuerſis caſib. poſſunt habere effectum, contra n.* 7. *decl. nu.* 8.

9 *Conditio in primo gradu pupillaris ſubſtitutionis appoſita, ſi deficit, an deficiant ſequentes omnes gradus ſubſtitutionis? remiſſiuè.*

10 *Conditio appoſita primo gradui fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, ſi deficiant, corruunt omnes ſequentes ſubſtitutiones, ampl. & decl. n. ſeqq.*

11 *Inſtitutus, ſi grauetur ſub conditione, ſi hæres erit, & poſtea fiant aliæ ſucceſſiuè ſubſtitutiones, ſi inſtitutus non fuit hæres, ceſſant omnes ſubſtitutiones.*

12 *Conditio, ſi ſine liberis appoſita grauato, ſi deficiat, ceſſant omnes ſequentes ſubſtitutiones ſubordinatæ ad primam, declara. ibid.*

13 *Clauſula codicillaris operatur ſolum eueniente caſu diſpoſito à teſtatore.*

15 *Conditio appoſita in primo gradu ſi deficiat non ceſſant omnes ſequentes ſubſtitutiones, quando in ſequentibus apponatur alia conditio, quæ euenit, contra nu.* 16. *declara num.* 17.

Q V AE S T I O CCCCLVI.

Vtrum, ſi primus gradus ſubſtitutionis ceſſet ob defectum conditionis expirent omnes ſequentes ſubſtitutiones?

QVæro, ſi primus gradus ſubſtitutionis ceſſat ob defectum conditionis, an omnes ſubſequentes ſubſtitutiones expirent? Diſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus caſus eſt, quando agitur de vulgari ſubſtitutione, & tunc dicendum eſt defecta conditione in primo gradu appoſita, quod omnes etiam gradus ſubſequentes excluduntur. Exemplum, teſtator inſtituit Titium, cui ſubſtituit vulgariter Seium, ſi ille ſine liberis deceſſerit, & Seio non extante alios ſubſtituit: ſi Titius moriatur ante aditam cum liberis, Seius excluditur, & cum eo alij ſecundo loco ſubſtituti.

Idemque eſſet in vulgari contenta in compendioſa, vt ſi teſtator inſtituat filium, & ei quandocunque decedenti, ſine liberis ſubſtituit Seium, & eo non extante Caium, nam ſi inſtitutus moriatur cum filijs, licet Seius non exiſtet tempore eius mortis, attamen, nec vltimo ſubſtitutus admittitur defectu conditionis appoſitæ in primo gradu, Bart. *in l. ſi mater. §.* 1. *ff. de vulg. & pupill.* & ibi Bald. & Alexand. Socin. ſen. *in l.* 1. *col.* 16. *verſ. & per prædicta ff. de vulg. & in l. cum auus, col.* 8. *verſ. limit. ff. de condit. & demonſtr.*

Et conſulendo, Oldr. *conſ.* 141. *Thema tale*, Curt. *ſen. conſ.* 63. *col.* 8. Soc. *ſen. conſ.* 140. *col. pen. lib.* 1. & *conſ.* 176. *col. vlt. li.* 3. Dec. *conſ.* 242. *col.* 2. & *conſ.* 416. *num.* 9. Curt. iun. *conſ.* 33. *n.* 9. Rub. Alexand. *conſ.* 26. Alciat. *conſ.* 37. & *conſ.* 56. *col.* 2. *lib.* 9. Crauet. *conſ.* 62. *col.* 1. & *conſ.* 283. *col. pen.* Ioan. And. *in addit. ad Specul. tit. de teſtam. §.* 1. *addit. vlt.* Præt. *de interpr. vltimarum volunt. ac. fol.* 371. *n.* 2 Pereg. *de fideic. art.* 15. *n.* 7. & *ſeq.* vbi dicit hanc eſſe magis

com-

communem opinionem. Hoc probatur *in l. Lucius, ff. hæred. inſtit.* hoc ſupponitur; & facit ratio, quia ſi primus prędilectus alijs excluditur ob defectum conditionis, fortius alij ſecundo ſubſtituti minus dilecti excludi debent, arg. *l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demonſtr.*

2 Infertur ad aliud exemplum, ſi teſtator inſtituit filium, & ſi filius viuo teſtatore moriatur, ſubſtituit Seiũ, & poſt Seium Sempronium, ſi euenit caſus, quod moriatur Seius primus ſubſtitutus & poſtea inſtitutus poſt mortem teſtatoris, excluditur, & Sempronius, quia non eſt verificata conditio ſi moriatur filius ante teſtatorẽ, Bartol. *in d. l. ſi mater, §. 1. ff. de vulgar.* & ibi Bald. & Alex. Anchar. *conſ.* 137. Bero. *conſ.* 63. *nu.* 9. *lib.* 2. Menoc. *conſ.* 326. *nu.* 30. *& ſeq. & conſ.* 399 latè, vbi ampliat, & ſi adeſſet clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, Ruin. *conſ.* 180. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 2. Honded. *conſil.* 49. *num.* 66. *lib.* 2. Præt. *de interpr. vltim. volun. fol.* 371. *n.* 2. vbi loquitur etiam pia cauſa ſubſtituta, & multos alios addit Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 15. *nu.* 8. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, & ampliat, licet adſit clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

3 Contrariam ſententiam probarunt Iaſ. *in l. 1. nu. 8. ff. de vulg.* Guliel. Bened. *in c. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis, nu. 29. ext. teſtam.* & ſenſiunt omnes illi quos retuli *quæſt. ſeq. n. 5.* & hæc opinio magis mihi etiam placet, maximè ſi adeſſet clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

De hac tamen illatione videnda erunt dicta *inf. n. 6.*

4 Declaratur primò concluſio principalis, vt procedat, quando conditio adijcitur diſpoſitioni ad faciendam ipſam ſubſtitutionem conditionalẽ, ſecus ſi adijceretur perſonæ primi ſubſtituti ad conditionandum relictum primo, quia tunc perempto primo gradu, ſecundus admittitur, ſiue conditio ſit poteſtatiua, ſiue caſualis, ſiue mixta, *l. vnica, §. ſin autem, & §. pro ſecundo, C. de caduc. tollend. l. ſi Titius, & l. cohæredi, ff. de vulg. & pupil. & l. quandiu, ff. de acq. hæredit.* Bart. *in l. ſi mater, §. 1. ff. de vulgar.* Peregr. *d. art. 15. n. 9. & ſeqq.*

5 Ampliatur hæc declaratio, & ſi conditio appoſita primo eſſet poteſtatiua, & æquè poſſet impleri per ſecundum, ac per primum potuiſſet, quia ſecundus adhuc admittitur licet non impleat conditionem adiectam primo. Bart. *in l. quandiu, ff. de acq. hæred.* & ibi Ang. Imol. & alij, Soc. ſen. *conſ. 52. col. 2. lib. 1.* Ruin. *conſ. 94. in princ. lib. 2.* Pereg. *de fideic. art. 15. n. 13.* vbi dicit rationẽ eſſe, quia de natura vulgaris eſt, vt primo non ſuccedente ſecundus ſuccedat, & ſic ſucceſſiuè, *l. vnica, § pro ſecundo, & infr. C. de caduc. tollen. l. ſi filius, ff. de hæred. inſt. l. Lucius, §. Titius, ff. de vulgar.* Bartol. *in dict. l. qui habebat, in 2. oppoſ.* Bald. *conſil. 83. lib. 4.* Paul. Caſtr. *in l. Scæuola, colum. 2. ff. ad Trebell. & conſil. 267. nu. 2.* Pariſ. *conſ. 62. n. 21. lib. 2.* Socin. iun. *conſ. 94. n. 35. lib. 1.* Decian. *conſ. 1. nu. 84. lib. 1.* Peregr. *d. art. 15. num. 3.*

6 Declaratur ſecundò non habere locum, quando conditio non reſpiceret perſonã ſecundi ſubſtituti, ſed tantũ primi, & ſecunda ſubſtitutio non eſt ſubordinata ad primã, ſed potius ſunt duæ ſubſtitutiones, quæ in diuerſis caſib. poſſunt habere effectum. Exemplũ, teſtator inſtituit Petrũ filiũ, & eo decedente ante ipſum teſtatorẽ ſubſtituit vulgariter filios Petri, & ſi Petrus, vel eius filij quandocunque decedãt ſine liberis, ſubſtituit fratrem: mortuo Petro poſt teſtatorem, ſine liberis, vel cũ liberis qui poſtea ſine filijs decedant, frater admittitur, quia licet mortuus ſit Petrus poſt teſtatorẽ, & ſic expirauerit ſubſtitutio de eius filijs facta, attamen poſtea non expirauit alia ſubſtitutio facta de fratre in caſu, quando tam Petrus, quã eius filij, decedãt ſine filijs, Peregr. *de fideic. art. 15. nu. 30. & ſeq.* & facit authoritas eorum, quos ipſe refert *n. 29.* & dicam *caſu tertio, declaratione prima.*

Contrariã ſententiam probarũt Anch. *cõſ. 137.* Crau. *conſ. 205. n. 5.* Menoch. *conſ. 399. maximè nu. 16. & ſeq.* 7

Ego autem conſidero pro concordia, quod aut ſubſtitutio eſt facta ſucceſſiuè vna poſt aliam abſque commemoratione primi: exẽplum, ſi teſtator inſtituit filiũ, & eo decedenti ante teſtatorem ſubſtituat fratrem, & fratri ſubſtituat Titium, & tunc verum eſt, quod prima ſubſtitutione expirata, aliæ etiam ceſſant, & ita volunt omnes relati *ſupra nu. 2.* & in iſto caſu loquitur Menoc. *d. conſil. 399.* Aut ſubſtitutio eſt facta ſub commemoratione primi, vt in exemplo poſito Pereg. ſuprà, quando ſcilicet teſtator inſtituto Petro, ſi ille ante teſtatorem moriatur, ſubſtituat filios ſuos, & ſi tam Petrus, quam eius filij ſine filijs moriantur, fratrem ſubſtituat, quia tunc mortuo Petro poſt teſtatorem ſine filijs, vel cum filijs qui poſtea ſine filijs decedant, frater vltimo ſubſtitutus admittitur, quia hoc caſu duplex dicitur facta ſubſtitutio ipſi Petro, alia vulgaris de eius filijs ſub conditione, ſi ille moriatur ante teſtatorem, & iſta expirauit eo viuente poſt teſtatorem, alia verò cõpendioſa, tã Petro, quàm eius filijs facta ſub cõditione, ſi vel Petrus vel eius filij, quandocumque ſine liberis decedant, & iſta non eſt ſubordinata ad primam, & tunc moriente Petro, vel eius filijs ſine filijs, ſuccedat ſubſtitutus, licet Petrus vixerit poſt teſtatorem ex fideicommiſſaria. 8

Secundus caſus eſt, quãdo agitur de pupillari, & tunc diſtinguendum eſt, vt per Pereg. *de fideic. art. 15. n. 18.* 9

Tertius eſt caſus, quando agitur de fideicommiſſaria mera, vel comprehenſa in compendioſa, & tunc ſi hæres grauatus ſub conditione reſtituere Titio, cui poſtea ſint factæ aliæ ſucceſſiuè ſubſtitutiones, ſi inſtitutus nõ adeat hæreditatem, vel conditio ſit defecta, corruunt omnes ſubſtitutiones, Honded. qui plures adducit *conſil. 78. n. 43. lib. 1.* Rot. Rom. *in nouiſ. dec. 230. par. 2.* Menoc. *conſ. 864. nu. 19. & ſeqq.* vbi alios adducit adducendo egregiè plura exempla. 10

Ratio eſt quia ſubſtitutioni ſubſequenti locus non eſt, vbi primæ ſubſtitutionis conditio non extitit. Bald. *conſ. 162. & conſ. 279. lib. 1.* Paul. Caſt. *conſ. 152. col. 1. lib. 1.* Alex *conſ. 139. n. 4. li. 6.* Ceph. *conſ. 349. n. 11 lib. 3. & conſ. 482. 34. lib. 4.* vbi alios adducit. Et quando ſequens ſubſtitutio depẽdet à prima, ſi prima deficit, & ſequens expirat, *l. cum in teſtamento, in princ. ff. de hæred. inſtit.* Anch. *conſ. 157. col. 2.* Ruin. *conſ. 134. n. 4. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 87. nu. 37.* Burſat. qui alios adducit *conſ. 263. n. 6. & conſ. 337. n. 20.* Et ſubſtitutio ſecunda cenſetur ſemper facta, quatenus prima verificatur, Fulg. *conſ. 14.* Ceph. *conſ. 620. nu. 12. lib. 5.* Hond. *conſ. 78. nu. 43. ad medium lib. 1.*

Primum exemplum eſt, ſi teſtator grauat inſtitutum ſub conditione ſi hæres eſſet, & poſtea ſint factę alię ſubſtitutiones ſucceſſiuæ, ſi inſtitutus non adijt hæreditatẽ corruunt omnes ſubſtitutiones, Alex. *cõſ. 1. lib. 1.* vbi cõprobat Corn. iun. *cõſ. 199. libr. 2.* Curt. iun. 83. Hier. Gab. *conſ. 117. lib. 1.* Dec. *in apolog. c. 17.* vbi dicit eſſe communẽ opinionem, & plures pro eo allegat, qui Alexandrum *d. conſ. 1.* ſequuti ſunt, eamque defendit ab Alciat. impugnationibus, Alex. Raud. *de Analog. capit. 37. num. 12. & multis ſeqq.* Alex. Trent. *de ſubſtit. p. 5. cap. 1. n. 34.* Pereg. *de fideic. art. 15. n. 19.* De hoc tamen exemplo videnda erunt dicta *q. 237. n. 10. & ſeqq.* vbi retuli diſſentientes. 11

Secundum eſt exemplum, quando conditio, ſi ſine liberis, appoſita eſt primo grauato, & poſt factæ ſunt alię ſucceſſiuè ſubſtitutiones, nam mortuo grauato cũ filijs expirant omnes ſubſequentes ſubſtitutiones ſubordinatæ ad primum ſubſtitutum. Iaſ. *in l. in ſubſtitutione ff. de vulg. & in l. ſi mater, C. de inſt. & ſubſtit.* Rip. *in l. ex facto, §. ſi. ff. ad Treb.* vbi dicit eſſe communem opiniõẽ, Zanc. *in l. hæredes mei, §. cũ ita, n. 58. ff. ad Treb.* Old. *cõſ.* 21. 12

Thema tale eſt, & conſ. 141. Anchar.*conſil.* 137. Caſt.*conſ.* 41. *col fin.lib.* 1. Alex.*conſ.* 59. *col.* 3. *lib.* 3. & *conſ.* 139. *lib.* 6. Socin.ſen.*conſ.* 62. *n.* 11. & *conſ.* 116. *col.* 4. *lib.* 1. Pariſ.*cõſ.* 38. *col.* 2. *conſil.* 44. *col.* 1. *conſil.* 86. *nu.* 5. & *conſ.* 88. *n.* 37. *lib.* 2. Iaſ.*conſ.* 228. *col.* 2. & *ſeq.lib.* 2. Signor.*conſ.* 174. *col pen.* Ruin.*conſil.* 102. *num.* 12. *lib.* 2. Nat.*conſil.* 200. *nu.* 5. & 6. Celſ.Hugo.*conſil.* 68. *num.* 7. Rimin.iun.*conſ.* 531. *nu.* 44. & *conſ.* 133. *n.* 43. Rolan.à Val.*conſ.* 56. *n.* 13. *lib.* 3. Ceph. *conſ.* 17. *n.* 10. *cõſ.* 268. *n.* 14. & *conſ.* 482. *n.* 34. & *ſeq.* Hier. Gabr.*conſ.* 17. *n.* 10. 19. & *ſeqq.lib.* 1. Simon.de Præt. *conſ.* 167. *nu.* 37. *lib.* 1. Ant.Gab.*de fideicom.concl.* 7. Præt.*de interpr.vlt.volun.fol.* 370. *ſolut.* 4. *n.* 1. *verſ.hac autem,* & *n.* 2. vbi alios adducit, Menoch.*lib.* 4. *præſumpt.* 69. Pereg.*de fideicom.art.* 15. *nu.* 28. Rot.Roman.*in nouiſ.dec.* 230. *p.* 2. Rationes poſui *ſuprà verſ.tertius caſus, q.* 480.

Declaratur tamen hoc exemplum latiſſimè *qu.* 480. vbi particulariter de eo agitur, & latiſſimè.

13 Ampliatur dictus tertius caſus, & ſi in teſtamẽto adeſſet clauſula codicillaris, quia illa clauſula operatur eueniente caſu diſpoſitio a teſtatore, ſecundum opinionem Bald.*conſ.* 170. *n.* 8. *quidam Nicolaus,* Socin.ſen.*conſil.* 76. *in fin.lib.* 3. Alciat.*reſp.* 492. *num.* 27. Menoch.*conſil.* 326. *nu.* 40.

14 Contrariam opinionem probarunt Caſt.*conſ.* 395. *videndum, nu.* 4. *lib.* 1. Alex.*conſ.* 17. *n.* 19. *lib.* 3. Dec.*conſ.* 242. *col.* 1. Parit.*conſ.* 62. *n.* 15. & *cõſ* 64. *n.* 14. *lib.* 2. Dec. *reſp.* 1. *n.* 132. *lib.* 1. Menoch.ſibi contrarius.*conſ.* 431. *nu.* 15. vbi dicit hanc opinionem ſibi magis placeret, Boer. *q* 38. & ego etiam ſecundùm hanc conſului pro Mag.DD.Maſperonibus, *vt in conſ....*

15 Declaratur primò iſte caſus, quando ſubſtitutiones non eſſent ſub eadẽ conditione ſubordinatę, ſed plures eſſent factæ ſubſtitutiones ſub diuerſis conditionibus. Exemplum, quãdo teſtator inſtituit filium, & ei ſubſtituit ſuos filios, & ſi filius deceſſerit ſine filijs ſubſtituit fratrem, & eius filios. & poſtea ſubdat, & deficientibus omnibus filijs tam filij mei, quam fratris mei, ſubſtituo agnatum, nam licet mortuo filio cum filijs expirauerit ſubſtitutio de fratre & eius filijs *iuxta conſ.Old.* 21. quę omnes communiter ſequuntur, attamen per hoc non expirat ſecunda ſubſtitutio agnati facta ſub alia conditione, videlicet ſi decedãt omnes liberi tam filij, quã fratris eueniente caſu, quod inſtitutus filius liberos habuerit, & quod illi defecerint, nec aliqui liberi fratris extent Alex.*conſ.* 43. *col.* 3. *lib.* 3. *conſ.* 53. *col.fi.lib.* 6. & *cõſ.* 101. *col.* 3. *lib.* 7. Corn.*conſ.* 226. *col.* 3. *libr.* 4. Decian. *conſ.* 480. *n.* 6. *conſ.* 585. *in fin.* & *conſ.* 594. *n.* 6. Ruin.*conſ.* 115. *n.* 5. *conſ.* 132. *col.* 2. & *conſ.* 173. *col.* 1. *lib.* 3. Pariſ.*conſ.* 18. *n.* 44. *lib.* 2. Socin.iun.*conſ* 42. *nu.* 18. *libr.* 1. Crau. *conſ.* 226. Hieron.Gabr.*conſ.* 117. *lib.* 1. vbi latè Pereg. *de fideicom. art.* 15. *n.* 29 & vide *q.* 480.

16 Contrariam opinionem tenuerunt Ancha.*conſ.* 137. Ruin.*conſ.* 175. *lib.* 2. Alciat.*conſ.* 44. *lib* 9. Crau. *conſ.* 205. *nu.* 5. Menoch.*conſ* 399.

17 Intell. & ſubdecl. ſecundùm Pereg. *d.art.* 15. *nu.* 31. & videantur quæ dixi *ſupra hac quaſt. n.* 8.

Declaratione aliæ multæ colligentur ex dictis *q.* 480.

Sed an caducata prima ſubſtitutione ad hoc, vt ſubſtitutus admittatur requiratur implementum conditionis appoſitæ primæ vel ſecundæ ſubſtitutioni dixi *q.* 469. *nu.* 64. & *ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa de tempore ad tempus non extenduntur, contra num.* 3.

Ampliatur etiam quando prima ſubſtitutio eſt reſtricta ad vnum tempus, quia omnes ſequentes ad illud erunt reſtricta, nu. 4.

Limitatur, ſi tempus eſt relatum ad perſonam teſtatoris, nu. 5 *contra nu.* 6.

Limitatur, ſi ſubſtitutio facta ſit hoc modo, ſi hæres deceſſerit in vita teſtatoris ſubſtituit vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum: nam moriente hærede poſt teſtatorem locus erit fideicommiſſo, num. 5. *contra num.* 6.

Limitatur, ſi addita ſit ratio apta comprehendere omnia tempora, num. 7.

Limitatur, ſi ratio & cauſa finalis fideicommiſſi viget in toto tempore, nu. 8.

Limitatur, ſi in contrarium extet præſumpta mens teſtatoris, nu. 9.

2 *Prohibitio alienationis reſtricta ad certum tempus, poſt illud non extenditur.*

4 *Subſtitutio prima ſi eſt reſtricta ad vnum tempus, & ſequentes ſubordinatæ ad primam, ad illud tempus erunt reſtricta.*

5 *Caſus, ſi hæres in vita teſtatoris deceſſerit, extenditur ad caſum, ſi poſt teſtatorem moriatur, ſed contra num.* 6.

QVÆSTIO CCCCLVII.

Vtrum fideicommiſſa extendantur de tempore ad tempus?

EGREGIA eſt diſputatio an fideicommiſſa extendantur de tempore ad tempus? Veluti ſi teſtator inſtitutum grauauit fideicommiſſo, ſi intra vigeſſimum annum, vel poſt mortem matris ſine liberis deceſſerit, an eo moriente ſine liberis poſt vigeſimum annum, vel ante matrem locus ſit fideicommiſſo: recepta eſt ſententia, quod extenſio fieri non debeat, quam probarunt Bartol. *in l. ſi mater,* §. 1. *ff.de vulgar.* Iaſ.*in l.* 1. *num.* 29 *ff. eod.* vbi de communi opinione teſtatur Soc.ſen.*conſil.* 76. *colum.* 3. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 83. *num.* 12. *lib.* 2. Pariſ.*conſil.* 14. *n.* 12. & *conſil.* 92. *nu.* 50. *lib.* 2. Alciat.*conſ.* 100. *lib.* 9. Roland.à Val.*conſil.* 31. *nu.* 13. *lib.* 4. Odd.*conſ.* 56. *n.* 27. *conſil.* 91. *n.* 11. & *conſ.* 95. *nu.* 21. & 24. vbi dicit eſſe communem opinionem. Decian.*conſ.* 77. *lib.* 4. Menoch.*conſ.* 679. *num.* 6. & *conſ.* 751. *nu.* 2. & *lib.* 4. *præſump.* 73. *num.* 7. Mant.*de coniect.vlt.volunt.lib.* 3. *tit.* 19. *nu.* 12. Gallus *de excep.ſucceſſ.tit.* 4. *excep.* 24. *nu.* 11. & *ſeqq.* & *excep.* 27. *nu.* 54. *par.* 2. Pereg.*de fideicom.art.* 1. *n.* 37. & *art.* 52. *nu.* 3. & *deciſ.* 134. *n.* 27. Caluac. *deciſ.* 95. *nu.* 45. *par.* 3. Alex.Raud *deciſ.Piſan.* 28. *n.* 123. *in fin.* & ita ego conſulendo tenui, vt *in conſ.* 35. Probatur hæc opinio *in l.ſi ita quis.* & *in l.ex facto,* §. *item quæro,* & ibidem not. Doct. *ff. de vulg.* vbi in ſpecie dicitur ſubſtitutionem factam ad tempus poſt tempus non extendi: Et facit etiam, quia prohibitio de alienando reſtricta ad certum tempus, vltra illud tempus non protrahitur. *l. paterfilium.* §. *fundum. ff. de leg* 3. & ibi Bart. & alij Alex *conſ.* 55. *nu.* 7 *lib.* 3. Decian.*conſ.* 9. *n.* 18. & *ſeqq. lib.* 3. Menoch.*conſ.* 151. *n.* 46. & *ſeqq.* Surd.*conſ.* 294. *n.* 5. Peregr.*de fideic.art.* 11. *n.* 54. & dixi *q.* 678. Et prohibitum ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum. *l.ex ea, ff. de poſtul.* Surd. poſt alios *d conſ.* 294. *n.* 5. *lib.* 2. Et permiſſio ad tempus limitata, videtur denegata poſt illud tẽpus, *l. ſtatu liberum.* §. *vlt. ff. de leg.* 2. *l. ſi cum reo.* & *l.epiſtola* §. *vlt. ff. de pact.* Et diuerſitas temporis inducit diuerſitatem in ſubſtantia, *l.* 1 § *ſi quis ſimpliciter, ff. de verb.oblig.* Et tandem fideicommiſſi limitata conditio, limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquirend. rer. domin. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in teſtament. delen.* 1 2

Contra ergo malè tenuerunt, Fulgoſ.*conſ.* 15. *colu.* 2. 3

&

& Soc.iun.*conſil.*114.*n.*27.*lib.*1. qui voluerunt ſubſtitutionem factam hæredibus, ſi intra vigeſimum annum decederent, extendi ad mortem poſt vigeſimum annum ſequutam.

4 Ampliatur, vt ſi prima ſubſtitutio ſit reſtricta ad vnũ tempus, quod & omnes aliæ ſequentes ſubſtitutiones regulentur ab illo tempore, vt egregiè comprobat Rot. Roman. apud Farinac. *deciſ.*490. *eſt in nouiſſ. part.*4. vbi adducit Alex. Iaſ. Dec. & Ruin. & loquitur etiam, quod in ſequentibus ſubſtitutionibus adſint verba perpetuitatis, quia adhuc eas reſtringit, ſi euenerit caſus intra tempora expreſſa in prima ſubſtitutione.

5 Limitatur primò, quando tempus eſſet relatum ad perſonam teſtatoris, vt ſi dictum ſit, ſi hæres in vita teſtatoris deceſſerit, ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & & per fideicommiſſum, nam fideicommiſſum extenditur etiam ad tempus, quo grauatus moriatur poſt teſtatorem, quia conditio mortis in vita teſtatoris conuenit vulgari, non autem fideicommiſſariæ quæ requirit aditionem hæreditatis *l. ille à quo, ff. ad Trebell. l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar.* vnde pro validitate fideicommiſſi fit extenſio ad aliud tempus, ſcilicet ſi hæres moriatur poſt mortem teſtatoris, Fulgoſ. *in l. vltim. colum.*2. *Cod. de instit. & ſubſtitutio*, Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 25. *ff. de vulgar.* & plenè Ruin. conſulendo *in conſil.* 170. *libro* 2. vbi pluribus comprobat: & vide *quæſt. præcedenti num.* 2.

6 Contrariam ſententiam tenuerunt, Dec. *conſil.*394. qui in eodem caſu contra Ruinum conſuluit, Bero. *conſil.*6; *num.*9. *lib.*2. Menoch. *conſil.* 399. Ego tamen omnium rationibus cõſideratis exiſtimo. primam opinionem tenendam eſſe, certum enim eſt, quod teſtator voluit per fideicommiſſum ſubſtituere, ergo ſuſtineri debet eius voluntas, ſuſtineri autem non poteſt, niſi fiat extenſio ad aliud tempus, ſi moriatur hæres poſt teſtatorem adita hæreditate, verba enim teſtamenti intelligi debent in caſu poſſibili, Bald. *in l. cum antiquitas, in princip. C. de vſufr.* & fieri debet interpretatio, vt actus valeat, *l. ſi quando, in princip. ff. de legat.* 1. Crauet. *conſil.* 15. *num.*7. Ceph. *conſil.*243. *nu.* 31. & vide *quæſt. præced. num.*3.

7 Limitatur ſecundò, quando fideicommiſſum fuiſſet reſtrictum ad certum tempus, & poſtea teſtator ſubiecisset rationem aptam comprehendere alia tempora, quia tunc extenderetur ad illa tempora, Petr. *de fideicommiſſ. quæſtion.*5. *num.*43. *poſt principium, & num.*93. *& ſeq.* Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 11. *n.*54. Nam ratio expreſſa ampliat, & reſtringit dictum, vnde fideicommiſſum à ratione erit regulandum *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. *l. pater filium, §. fundum, ff. de legat.* 3. per quem volunt Doct. prohibitionem ad tempus reſtrictam extendi per rationem expreſſam ad alia tempora: vt ſi dictum ſit, prohibeo filium alienare vſque ad vigeſimum quintum annum, quia volo bona perpetuò manere in familia: nam licet prohibitio alienandi ſit facta ſolum ad tempus ætatis vigintiquinque annorum, ratio tamen expreſſa eam extendit ad alia tempora, & erit perpetua, ita Bartol. *in dict. § fundum*, Peregr. *conſil.*30. *numer.*22. *lib.*2. *& conſil.*49. *num.*4. *libr.*3. Surd. *conſil.*67. *num.*22. *&* 27. *& conſil.*96. *num.*42. *lib.*1. Mant. *de coniect. vlt. volun. lib.*6. *tit.*14. *n.*21. cum alijs adductis *quæſt.* 678. *nu.* 2. Hæc tamen limitatio erit declaranda, vt per Pereg. *d. art.* 11. *nu.* 55. *&* 56. & nos etiam alibi diximus.

8 Idem, quando cauſa finalis, & ratio fideicommiſſi viget in toto tempore, Caualc. *deciſ.*95. *n.*45. *par.*3.

9 Limitatur tertiò, vbicumque in contrarium extaret præſumpta mens teſtatoris, Pariſ. *cõſ.*92. *n.*50. *lib.*2. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*73. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Extenſio de perſona ad perſonam non fit in fideicommiſſis, ampl. & decl. per totam quæſt.*

2 *Extenſio de perſona vera ad fictam, non fit in fideicommiſſis.*

3 *Extenſio de perſona ad perſonam ceſſat, quando adeſt dictio reſtringens ſubſtitutionem ad perſonam nominatam.*

5 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis etiam ex præſumpta mente teſtatoris, & ſi militet eadem ratio, contra n.*6. *decl. n. ſeqq.*

10 *Extenſio de perſona ad perſonam fit in fideicommiſſis, quando teſtator voluit conſeruari bona in agnatione, & familia, contra num.*11. *concord. nu.* 12. *& ſeqq. vbi etiam decl.*

15 *Agnationis ratio ad certas perſonas, vel gradus adiecta reſtringitur ad illas perſonas, & gradus.*

16 *Extenſio ex coniecturis legitimis piæ cauſæ fauore fit de perſona ad perſonam, contra n.*17.

18 *Piæ cauſæ fauendum, eſt in diſpoſitione facta pro ſalute animæ, non in pœnam contrauenientis voluntati teſtatoris.*

20 *Extenſio de perſona ad perſonam fit in fideicommiſſis, quando perſona, ad quam fieret extenſio, poſſet comprehendi ſub verbis ex mente teſtatoris, ob aliquam inhærentem qualitatem.*

21 *Extenſio permittitur in fideicommiſſis ad perſonam, quæ ſub verbis lato ſumpto vocabulo contineri poteſt.*

22 *Extenſio fit in fideicommiſſis ad perſonam, de qua teſtator in genere ſaltem cogitauit, & dicitur potius comprehenſio, quam extenſio, decl. n.*23.

24 *Extenſio de perſona ad perſonam fit, ſi non facta extenſione ſequeretur abſurdum, quod minus dilectus eſſet melioris conditionis magis dilecto, contra nu.* 25. *decl. num. ſeqq.*

29 *Extenſio de perſona ad perſonam fit, ſi aliàs diſpoſitio teſtatoris redderetur eluſoria.*

30 *Extenſio fit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis fauore ſeruandæ æqualitatis inter deſcendentes.*

31 *Extenſio in fideicommiſſis particularibus fit, vt fideicõmiſſum debeatur non ſolum ſcripto in teſtamento, ſed etiam his quorum contemplatione relictum fuit.*

32 *In contractibus non eſt licita extenſio.*

QVÆSTIO CCCCLVIII.

Fideicommiſſa, an extendantur de perſona ad perſonam?

RECEPTISSIMA eſt opinio, quod fideicommiſſa non extenduntur de perſona ad perſonam, quam inter alios probarunt Gloſ. *in l. Titius, in principio, ff. de liber. & poſthum.* Aret. Iaſ. Torniol. Dec. Tiraquel. Zanch. Ruin. Pariſ. Socin. iun. Matth. Brun. Oſaſch. Neuizan. Non. Crauet. Rimin. iun. & Burſat. quos referunt, & ſequuntur Cephal. *conſil.*269. *nu.*12. *verſic.*270. *n.*53. Dec. *conſ.* 2. *n.*31. *lib.*2. *& conſ.*47. *nu.*34. *lib.*3. Paſer. *conſ.* 134. *nu.*6. *& ſeq.* Menoc. *conſ.*97. *n.*50. 91. *& ſeqq. cõſ.*106. *n.*57. *conſ.* 173. *n.*38. *conſ.*532. *n.*2. *conſ.*613. *n.*4. *& conſ.*706. *n.* 2. D. Pedroc. conciuis meus, *conſ.*19. *n.*75. *& conſ.*24. *n.*3. *lib.*1. Hond. *conſ.*60. *n.*47. *lib.*1. *cõſ.*48. *n.*53. *cõſ.*51. *n.*61. *& ſeqq.* vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, *& cõſ.* 56. *n.*7. *lib.*2. Odd. *conſ.*66. *n.*98. *verſ. tertio*, vbi dicit eſſe cõmunem ſententiam *conſ.*45. *nu.*25. *conſ.*46. *nu.*22. vbi de cõmuni opinione pariter teſtatur, *& conſ.*67. *n.*18. Surd. *conſil.*544. *n.*21. *lib.*4. Peregr. *conſil.*31. *n.*43. *& ſeqq. lib.*3. 1

Et in Tractatibus, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib 3. tit. 19. nu. 8. lib. 6 tit. 14. nu. 21. Petr. de fideicomm. quæſt. 5. n. 56. Menoch. lib. 4 præſump. 73. n. 5. vbi aſſerit eſſe receptiſſimam opinionem, Peregr. de fideicomm. art. 1. nu. 27. & n. 30. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 76. n. 8. Ruſtic. in l. cum auus, in Prooem. cap 2. nu. 61. & infra, ff. de condit. & demonſtr.

Et in Deciſionibus Caualcan. deciſ. 81. n. 14 in fine, & deciſ. 95. n. 33. parte 3. Surd. deciſ. 85. n. 2.

2 Maximè autem hæc opinio procederet, quando fieret extenſio de perſona vera ad perſonam fictam, quia omninò ceſſat extenſio, Bald. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum. 2. ff de liber. & poſthum. & ibi Crot. n. 61. Aret. in dicta l. Gallus, §. quod ſi is, nu. 34. Menoch, conſ. 97. num. 93.

3 Secundò, multò magis non eſſet facienda extenſio, quando adeſſet aliqua dictio, quæ reſtringeret diſpoſitionem ad perſonam nominatam, vt ſunt dictiones, ipſe, vel ei, quia faciunt, vt diſpoſitio ſit omninò perſonalis, Caualcan. deciſion. 81. numer. 15. 26. & 28. part. 3. Menoch conſil. 532. num. 8. & ſeq. Decian. conſil. 2. n. 70. libro 2. vbi alios refert Petr. de fideicommiſ. quæſtione 5, num. 96.

4 Et fortiùs quando perſonæ ſunt nominatæ per nomen proprium, Caualcan. poſt alios dicta deciſ. 81. n. 29. par. 3. Honded. conſ. 51. n. 64. lib. 2.

5 Ampliatur communis opinio, vt non fiat extenſio, etiam ex præſumpta, & coniecturata mente teſtatoris, & ſimiliter eadem ratio, ita ſanè magis communiter ſe habent Doctores. Aret. in dicta l. Gallus, §. & quid ſi tantum. num. 18. ff. de liber. & poſthum. Cuman in l. commodiſſimè ff. eod. & ibi Imol. numer. 2. & Alciat. numer. 9. & ſeq. Alexand. in l. 1. numer. 11. & in 4 limit. ff. de vulg. & ibi Socin. ſen. colum. 11 limit. 2. & colum. 16. limit. 10. Alciat. numer. 53. & Rip. num. 92. qui de communi opinione teſtatur Iaſ. in l cum res, colum. 3. verſic. ſexto nota, ff de legat. 1. Dec. in l. illum, nu. 11. C. de collat. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo, libertis, num. 23. C. de reuoc. donat. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 222. ff. ad Trebellianum.

Et conſulendo Abb. conſil. 58. colum. 2. lib. 2. Alexand. conſil. 209. lib. 1. Iaſ. conſil. 148. nu. 1. lib. 1. conſil. 29. nu. 14. conſ. 30. num. 14. conſ. 51. nu. 1. nu. 35. & 46. lib. 2. Soc. ſen. conſil. 76. num. 3. lib. 3. Dec. conſil. 211. nu. 3. conſ. 291. n. 5. conſ. 367. num. 7. & conſil. 377 nu. 3. Curt. iun. conſil. 113. num. 10. Crot. conſil. 363. num. 26. Ruin. conſil. 74. nu. 12. lib. 1. vbi teſtatur de communi opinione, conſil. 127. nu. 9. conſil. 153. num. 2. conſil. 177 num. 10. conſ 183. nu. 6. lib. 2. Pariſ. conſ. 89. num. 11 lib. 2. conſ. 11, num. 5. conſ. 14. nu. 6. conſ. 63 numer. 12. & conſ. 66. nu. 5 lib. 3. Gozad conſ. 59. numer. 4. Grat. conſ. 26. numer. 32. conſ. 80. nu. 8. conſ. 122. num. 8. lib. 1. Socin. iun. conſ. 4. num. 13. conſ. 129. nu 83. & ſeq lib. 3. Celſ. Vgo. conſ. 20. num. 50. & conſil. 68. nu. 1. Nat. conſ. 47. num. 7. conſil. 470. num. 6. & conſ. 678. n. 26. Matth. Brun. conſil. 112. num. 27. 29. & ſeq. Crauet. conſil. 97. num 13. conſ. 161. num. 2. & conſ. 992. numer. 17. Rub. Alexand. conſil. 31. num. 5. Torniol inter conſ. Port. conſ. 43. numer. 32. Bologn. conſ. 15 nu. 35. & ſeqq. Port. Imol. conſ. 11. numer. 35. & ſeq. Rol. à Valle conſ. 56. numer. 24. lib 2 conſ. 43 numer. 29 lib. 4. Ceph. conſil. 169. numer. 2. conſ. 330. numer. 73. conſ. 394. nu. 17. conſ. 478 num. 2. conſ. 512. numer. 18. & 19. conſ 638. num. 1. Decian. reſp. 2. nu. 27. lib. 2 conſ. 47. numer. 34. lib 3. Burſat. conſ. 227. num. 7. & num. 64. conſ. 437. numer. 63. & conſ. 771. num. 10. vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam Hieron. Gabr. conſil. 111. numer. 13 vbi teſtatur de communi opinione, & conſ. 127. num. 2 lib. 1. Bero. conſ. 63. num. 25. & conſil. 152. num. 1 lib. 2. Berett. conſil. 63. numero 17. Menoch, conſil. 97. num. 91. vbi dicit eſſe magis receptam opinionem conſ. 215. num. 30. & ſeq. conſ. 243. nu. 50. conſil. 315. num. 17. conſ. 327. num. 69. conſ. 393. num. 33. & n. 63. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, conſil. 462. numer. 3 conſil. 532. num. 17. & conſil. 1061. numero 21. Odd. conſil. 66. num. 99. conſ. 67. num. 18. & ſeqq. vbi hanc opinionem defendit, & dicit iudicando ab ea non eſſe recedendum, Honded. conſil. 6 num. 47. lib. 1. conſil. 48. num. 54. conſ. 51. num. 62. & conſ. 56. numer. 7. lib. 2. Chriſtoph. Torniol. conſil. 20. num. 64. Surd. conſ. 544. nu. 21. lib. 4. Bardel. conſil. 83. numer. 12. Peregr. conſil. 33. nu. 43. & ſeqq. libro 3. vbi dicit hoc verum, etſi adſit maior ratio.

Et in Tractatibus, Marſil. ſingul. 499. Molin. lib. 1. de Hiſpan. Primog. par. 1. cap. 4. numer. 4. Anton. Gabr. libr. 6. concluſ. titul. de reg. iur. concl. 10. numer. 9. vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, Præt. de interpr. vltimar. volunt. fol. 150. numer. 156. & folio 330. num. 93. Petr. de fideicommiſſ. quæſt 5. numero 56. vbi ſcribit ita communiter teneri, & numer. ſeqq. & numer. 96. & ſeq. hanc dicit veram ſi variaretur perſona ſubſtituti, ſecus ſi variaretur perſona inſtituti. Caualcan. deciſ. 81. numero decimoquarto, & per totam, & deciſio 95. numero 33. parte 3.

Sed contrariam opinionem alij grauiſſimi authores 6
ſequuti fuerunt, volentes in fideicommiſſis ſpectandam eſſe rationem, & veriſimilem teſtatoris mentem, ita vt cum hæc concurrant fiat extenſio de perſona ad perſonam, ſic Angel. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. & ibi Iaſ. num. 23. Fortun. Garz. nu. 178. Ioan. Bologn. numero 96. & ſequentibus, Crot. num. 27. & 53. qui tamen dicit primam opinionem eſſe communem, Iaſ. in Titius, §. Lucius. numer. 7. ff. de liber. & poſthum.

Et conſulendo Corn. conſ. 129. col. fin. lib. 3. Iaſ. conſil. 148. col. 3. verſic. quarto facit lib. 2. & conſ. 154. col. 1. lib. 4. Curt. ſen. conſ. 75. colu. 10. verſic. & ſic vbi ratio, Gozad. conſil. 64. n. 18. Curt. iun. conſ. 121. n. 14. Grat. conſ. 5. n. 18. lib. 2. Caſſan. conſ. 67. n. 4. Purpur. conſ. 515. num. 5. Pariſ. conſ. 92. num. 42. & ſeq. lib. 2. conſ. 50. num. 55. & 60. lib. 2. vbi dicit eſſe veriorem opinionem humaniorem & ciuiliorem. conſ. 14. num. 10. conſ. 66. num. 66. lib. 3 Soc. iun. conſ. 139. nu. 35. lib. 3. Crauet. conſ. 155. nu. 7. & conſ. 935. n. 19. Marzat. conſ. 4. n. 13. & 21. conſ. 6. n. 34. & ſequenti, Mantic. conſ. 22. n. 79. Rimin. iun. conſ. 21. nu. 59. & conſ. 23. n. 200. lib. 1. Ceph. conſ. 114. n. 30. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem conſ. 252. nu. 21. & conſil. 446. num. 35. & num. 37. Burſat. conſ 227. nu. 64. Decian. conſ. 1. num. 111. & nu. 120. lib. 1. conſ. 103. nu. 47. lib. 2. & conſ. 34. num. 28. libro 3. Menoch. conſ. 91. nu. 92 conſ. 117. n. 25. conſil. 173. n. 39. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis receptam conſ. 220 num. 36. conſ. 310. num. 26. & 27. vbi loquitur de coniectura conſeruandi bona in agnatione, conſil. 333 nu. 20. conſil. 432. num. 14. conſil. 452. numer. 30. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis receptam, & conſ. 1195. num. 28. & ſeq. Ruſtic. conſil 1. num. 95. poſt tractatum de liber. in condit. poſit. Surd. conſil. 95. num. 38. 39. & 44. libr. 1. & conſil. 241. num. 36. lib. 2. Peregr. conſ. 49. num. 9. lib. 1.

*ff.de vulg.*Zanch.*in l.hæredes mei,§.cum ita,n.771.ff.ad*
Trebell Alexand.*conſil.1.num.12.lib.1.* Socin.ſen.*conſil.*
259.num.6.lib.2.& conſ.76.col.4 lib.3. Ruin.*conſ.154.n.*
*2.lib.2.*Cæphal.*conſ.251.num.32.& conſil.383.num.16.*
Menoch.qui alios addit *conſil.1062.num.28.*Præt.*de*
interpret.vltim.volunt.fol.169.num 124. Ruſtic.*in l.cum*
auus in Prooemio,cap.2.num.70.ad medium,ff.de cond.&
demonſtr.
Perſonæ autem prædilectæ erunt ſolum deſcenden-
tes teſtatoris,non agnati tranſuerſales, Comen.*conſ.3.*
*lib.1.*Alexandr.*conſ.38.column.1.libro 1.* Pariſ.*conſ.42.*
*num.28.lib 2.*Alba.*conſ.86.num.7.libro 1.* Crauetta *conſ.*
*328.num.38.*quos & alios in ſpecie ad hoc allegat & ſe-
quitur Menoch.*conſ.1026.num.29.* & idem tenet *præ-*
ſump.62.num.36.
17 Intellige ſextò vt non fiat extenſio, quando maior
ratio eſt in vno caſu quam in alio,Socin.ſen.*conſ.n.9.11.*
*lib.3.*Præt *de interp.vlt.vol.fol.169.n.120.*
18 Intellige ſeptimò, vt non fiat extenſio ad caſum diſ-
ſimilem,vel contrarium expreſſo,licet videatur adeſſe
præſumpta mens teſtatoris,*l.ex facto.§.ſi quis autem &*
*§.vltimo ff.ad Trebell.*Bart.*in l.Gallus,§.& quid ſi tan-*
tum,& ibi Doct.communiter, præcipuè Iaſ.*numero 43.*
*ff.de liber.& poſthum.*Angel.*in l.1.& in l.ſi pater,ff.de*
*vulg.*Alex.*conſ.1.col.5.lib.1.& conſ.139.lib.6.* Socin.ſen.
*conſ.77.col.vltim.& conſ.140.col.penult.& vlt.lib.1.*Ri-
min.ſen.*conſ.119.num.34.*Menoch.*conſ.243.num.30.et*
*ſeqq.& conſ.1105.*Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.3.tit.19.*
*nu.12.in fine.*Præt.*de interp.vltim.vol.fol.330.num 32.in*
*medio.*Peregr.*de fideicomm.art.11.n.27.*
Alij tamen volunt ad caſum etiam diſſimilem fieri 19
extenſionem,ſi adeſt præſumpta,& veriſimilis mens te-
ſtatoris, ita Gozad.*conſ.64.n.18.* & Præt.*de interpr.vlt.*
vol.fol.168.n.101.
Intellige octauò,vt ſi caſus contingeret præter inten- 20
tionem teſtatoris,licet maior etiam ratio adeſſet ita di-
ſponendi,quod tunc non ſit facienda extenſio, Bellon.
*conſ.41 n.4.& 5.*Menoc *conſ.243.n.51.* Præt.*de interpr.*
vlt.vol.fol.151.n.172.verſ.& ita intellige.
Intellige nonò, vt non fiat extenſio, quando caſus 21
expreſſus conceptus fuit verbis negatiuis & priuatiuis,
Bald.*in l.1.ad finem,C.de cond.inſert.*Paul.Caſt.*conſ.160.*
*conſiderandum eſt,col.1.ad finem lib.2.*Præt.*de interp.vlt.*
vol.fol.330.n.80.
Intellige decimò,vt fiat extenſio, dummodo volun- 22
tas teſtatoris ex diſpoſitis colligi poſſit, & ex expreſſis
in teſtamento,alias non eſſet facienda extenſio,Alexan.
*conſ.68 num.3.libro ...*Socin.ſen *conſ.104.col.5.& conſ.*
*116.col.5.in fine,col.ſeq.lib.3.*Decian.*conſ.465.column.vl-*
*tim.*Ruin.*conſ.29.num.1.lib.2.*Pariſ.*conſ 44.num.24.&*
ſeq conſ.89.num.33.& ſeq.conſ.90.nu.4.lib 2.& conſ.63.
*n.18.lib.3.*Alba.*conſ.106.nu.24.*Honded.*conſ.48.n.64.&*
*conſ.55.n.53.lib.2.*Mantic.poſt multos alios citatos *de*
*coniect.vlt.vol lib.3.tit.19.num.15.*Præt.*de interp.vltim.*
vol.fol.330.n.81.
Intellige vndecimò vt non fiat extenſio ad caſum in- 23
ordinatum, non conuenientem æquitati, bonis mori-
bus, legibus, ac ſtatutis, vel tendentem contra conſer-
uationem familiæ,Anchar.*conſ.356.col.2.*Præt.*de interp.*
vlt.vol.fol.330.n.82.
Intellige duodecimò non fieri extenſionem,quando 24
teſtator cogitauit caſum omiſſum, ſed in eo non proui-
dit Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.330.n 83.*
Intellige decimotertiò vt non admittatur extenſio,
quando teſtator ſeipſum gloſſauit per verba clara, & 25
aperta,eius mentem interpretando, quia tunc ſi filium
caſum voluiſſet comprehendi, ſciuiſſet exprimere, &
non exprimendo ceſſat eius præſumpta mens, Alexan.
*conſ.55.col.3.lib.3.*Corn.*conſ.297 col.pen.lib.1.*Curt.ſen.
*conſ.25.n.5.& 6.*Soc.ſen.*conſ.4.num.13.& ſequent.lib.3.*
Roland.à Valle *conſ.56.nu.24.lib.3.*Præt.*de interpr.vlt.*
vol.fol.330.n.85.
Intellige alijs pluribus modis ex traditis per Prætũ
*locis ſupra citatis.*Mantic.*de coniect.vltim.volunt.lib.3.*
*tit.19.*Maſcard.*de probat.concl.1136* & Menoch.*libro 4.*
præſump.185.
Limitatur ſecundò principalis concluſio, quando fi- 26
deicommiſſum eſſet fauorabile, quia tunc fit extenſio
de caſu ad caſum, Menoc.*conſ.432.num.13.*vbi allegat
Angel.Iaſ.Socin.ſen.Dec.Caſſan.Pariſ.Crauet.& Gabr.
quando autem fideicommiſſum ſit fauorabile, dixi
quæſt.290.
Vnde ſi fideicommiſſum eſſet factum pro conſer- 27
uandis bonis in agnatione, fieret extenſio de caſu ad
caſum,Ruin.*conſ.203.lib.2.*Natt *conſ.675.nu.12.*Hond.
*conſ.56.num.32.& ſeq.lib.2.*vbi hoc tenet in expreſſa
ratione conſeruandi bona in agnatione, ſecus in tacita,
Chriſtop.Torniol.*conſ.41.num.12.& ſeqq.*Magon.*dec.*
Florent.37.num.31. & conferunt in fortioribus autho-
rita-

ritates eorum qui dixerunt, & tunc extendi fideicom-
miſſum de perſona ad perſonam, de quo dictum fuit *q.*
457. n. 10. & ſequentib.

28 Limitatur tertiò, quando idem reſultaret effectus
conſideratus à teſtatore, tam in caſu expreſſo, quàm in
alio ad quem fit extenſio. §. *Gallus. §. & quid ſi tantum,*
ff. de liber. & poſthum. & ibi Doct. omnes *l. Titius, §. Lu-*
cius ff. eodem & ibi Bart. & alij, eſt etiam de hoc text. *in*
l. qui ſolidũ, §. 1. ff. de leg. 2. & in l. cum mulier, in princ. ff. ad
Trebell. & in l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſt. Alexand. *conſ.*
100. *l.* 4. Menoch. latè *conſ.* 432. Pergr. *de fideic. artic. 1. n.*
46. & conſ. 51. nu. 17. lib. 5. Mantic. *de coniect. vlt. volun. l.*
4. tit. 19. in fin. & ego ſcripſi *conſ. 50. num. 11.*

29 Limitatur quartò, vbicunque in caſu omiſſo militat
eadem æquitas, omnimoda ſimilitudo, eadem mens, &
eadem ratio, tunc enim omnes vno ore conſentiunt fie-
ri extenſionem de caſu ad caſum, Alexand. *conſil.* 130.
in fine libr. 2. Barbat. *conſil.* 10. *col. 9. & conſil.* 30. *colum.* 4.
lib. 1. Iaſ. *conſil.* 230. *col. pen. lib.* 2. Curt. ſen. *conſil.* 52. *num.*
51. *& conſil.* 76. *num.* 71. *& ſeq.* Pariſ. *conſil.* 17. *num.* 15. *&*
conſil. 66. *num.* 61. *lib.* 3. Rub. Alex. *conſ.* 28. *num.* 6. *& ſeq.*
Bero. *conſ.* 110. *nu.* 36. *lib.* 2. Crauett. *conſ.* 130. *nu.* 7. *&*
conſ. 326. *col.* 5. *verſ. Septimo conſidero* Præt. *de interp. vlt.*
volun. fol. 151. *num.* 163. *& ſeqq.* vbi dicit & bene ad
hanc limitationem reduci omnes limitationes conſide-
ratas à Doctoribus.

30 Limitatur quintò, vbicunque magis dilectus inclu-
deretur facta extenſione, nam tunc fieri debet de caſu
ad caſum, Curt. ſen. *conſ.* 52. *ad finem*, Bero. *conſ.* 102. *n.*
37. *lib.* 2. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 169 *num.* 125. &
alij in fortioribus relati *q.* 457. *nu.* 24. *& ſeqq.*

31 Limitatur ſextò, quando per teſtes probaretur men-
tem teſtatoris fuiſſe etiam ſubſtituendi in caſu omiſſo,
licita enim tunc erit extenſio ad illum caſum omiſſum.
Roman. *conſ.* 385. *nu.* 7. *in fi.* Paul. Caſtr. *conſ.* 18. *nu.* 3. *li.* 2.
Alex. *conſ.* 100. *nu.* 10. & ibi Moder. Pariſ. *in addit. prima,*
lib. 4. Decian. *conſ.* 2. *nu.* ... *lib.* 2. Mantica *de coniect. vlt.*
volun. lib. 3. *tit.* 19. *nu.* 13. Maſcard. *de probat. conclud.*
1136. *num.* 13. & videnda erunt dicta ſupra *q.* 283.

32 Limitatur ſeptimò, quando teſtator vnum tantum
caſum expreſſiſſet, credens veriſimiliter alium non
euenturum, alioquin illum etiam expreſſurus, quia &
tunc fiet extenſiuum ad hunc caſum omiſſum, Mantica
de coniect. vlt. volun. lib. 3. *tit.* 19. *nu.* 16. Maſcard. *de pro-*
bat. concl. 1136. *nu.* 16.

33 Limitatur octauò, quando verba ſaltem impropriè
poſſunt deſeruire, nam tunc fit extenſio, Mantica *de con-*
iect. vlt. volunt. lib. 3. *tit.* 19. *nu.* 17.

34 Limitatur nonò, ſi caſus omiſſus poteſt comprehen-
di ſub verbis generalibus à teſtatore prolatis aliquo
modo, quia ad eum fiet extenſio, Maſcar. *de probat. con-*
cluſ. 1136. *nu.* 21. & in fortioribus tunc fieri extenſionẽ
de perſona ad perſonam, diximus *q.* 459. *nu.* 20. *& ſeqq.*

Limitationes aliæ colligi poſſunt ex Mantica & Ma-
ſcar. locis relatis & ex dictis *in queſt. præcedentibus & ſe-*
quentibus.

Inferri autem poteſt ex prædictis ad plures quæſtio-
nes, aliqua hic adducam, alias *ſequentibus quæſt.* ex-
pediemus.

35 Primo igitur infertur, quod ſi teſtator grauauit filiã
quandocunque nupſerit reſtituere hæreditatem alteri,
ſi illa moriatur nullis contractis nuptijs, locus non erit
ſubſtitutioni, ſe ſecundùm Menoch. latè *conſ.* 243.

36 Secundò infertur, quod ſubſtitutus in caſum delicti,
& confiſcationis, non erit ſubſtitutus in caſum mortis,
Peregr. *conſ.* 51. *lib.* 5. qui tamen limitat, vt apud eum vi-
deri poteſt. & videnda erũt aliqua à me ſcripta *conſ.* 46.

37 Tertiò infertur, quod ſubſtitutus in caſum mortis
inſtituti ſine filijs ante mortem patris, nõ cenſetur ſub-
ſtitutus in caſum mortis inſtituti ſine filiis poſt mortem
patris, Caualc. *deciſ.* 95. *nu.* 46. *& ſeq. par.* 3. Dec. *conſ.* 494.
nu. 4. *& ſeq.* Surd. *deciſ.* 57. *nu.* 14. & hanc deciſionem ego
allegabam in caſu contrario ſuper teſtamento D. An- 38
geli Bornati, qui ſubſtituerat filijs deſcendentibus poſt
mortem matris, fratrem ſuum, & dixi locum non fuiſſe
ſubſtitutioni, quia filij erant mortui ante matrem & in-
ter alia etiam dicebam, non potuiſſe fieri extenſionem,
quia diuerſa erat ratio in vno & in altero caſu, nã teſta-
tor ſubſtituendo filijs poſt matrẽ morientibus, noluit ſu-
prauiuente matre illam priuare luctuoſa filiorũ hæredi-
tate iuxta. *l. vlt. C. de inſt. & ſubſt.* & videatur *q.* 456. *nu.* 1.

39 Quartò infertur, quod ſi teſtator inſtituto filio ſub-
ſtituat Seiũ, ſubſtitutio locum non habebit ſi Titius de-
ſtituat Titium, & ſi Titius deceſſerit viuo teſtatore ſuc-
cedat mortuo teſtatore viuente filio, Angel. *in l. quam-*
diu, in fi. ff. de acquir. hæred & ibi Imol. *nu.* 6. *verſ. adde*
tamen. Bero. *conſ.* 98. *nu.* 3. *lib.* 2. Nat. *conſ.* 676. *nu.* 10. *lib.*
4. Roland. à Val. *conſ.* 58. *nu.* 57. *lib.* 3. quos refert & ſe-
quitur Honded. *conſ.* 49. *nu.* 64. *lib.* 2.

40 Infertur quintò, quod ſubſtitutio facta primo ſub-
ſtituto ſi hæredi ſuperuixerit, & poſtea deceſſerit, non
habebit locum ſi deceſſit viuo hærede, antequam ſub-
ſtitutio prima ipſius fauore facta euenerit, Nat. *conſ.* 678.
nu. 10. *& ſeqq. lib.* 4. Burſat. *conſ.* 97. *n.* 7. *lib.* 1. Hieron.
Gab. *conſ.* 95. *lib.* 2. quos retulit & ſequutus fuit Hon-
ded. *conſ.* 49. *nu.* 65. *lib.* 2.

41 Infertur ſextò, quod ſi teſtator inſtituat filium, & ſi
ante teſtatorem moreretur inſtituat nepotes ex filio, &
filius, nepotib. morientib. ſine filijs ſubſtituat Caium,
quod ſi filius ſit mortuus, poſt teſtatorem, non potuit
habere locũ ſubſtitutio facta de Caio, Ancha. *conſ.* 137.
Ruin. *conſ.* 180. *nu.* 8. *& ſeq. lib.* 2. Crauet. *conſ.* 205. *nu.* 5.
Honded. *conſ.* 66. *lib.* 2. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 371. *n.*
2. vbi alios adducit, & dixi *q. præcedenti hac ſecunda nu.*
2. Dubitabilem tamen eſſe hanc deciſionem Anchar.
dixit Peregr. *in tract. de fideic. artic.* 15. *nu.* 30.

42 Infertur ſeptimò, quod ſi quis ſit grauatus ſi intra vi-
geſimum annum, & ſine liberis deceſſerit, quod non
cenſeretur grauatus ſi poſt annum vigeſimum ſine li-
beris moriatur, Decia. *conſ.* 77. *lib.* 4. ſed hæc illatio per-
tinet ad quæſt. an de tempore ad tempus fideicommiſ-
ſe extendatur, de qua dixi *ſuprà q.* 457.

43 Infertur octauò, quod poſthumo ſubſtitutus, non
nato poſthumo non admittitur, de qua tamen quæſt.
latè dixi *q.* 64.

44 Infertur nonò, quod ſubſtitutus in caſu ſi ſubſtitutus
filios habebit, & illi quandocunque deceſſerint, quod
non comprehendetur caſus non natiuitatis filiorum,
vt dixi *q.* 454.

45 Infertur decimò quod ſubſtitutus ſub conditione, ſi
inſtitutus filios non habuerit, cenſetur ſubſtitutus in
caſum, ſi filios habuerit, & ante grauatum obierit, *vt*
dicam q. ſeq.

46 Infertur vndecimò, quod ſubſtitutio facta in caſu, ſi
filij inſtituti deficerent, vel ſi inſtitutus ſine liberis de-
ficeret, quod non extenditur ad caſum, ſi nulli nati ſint
filij Paul. Caſtr. *conſ.* 395. *videndum eſt vtrum nu.* 3. *lib.*
1. vbi tamen *n.* 4. dicit ſuſtineri ſubſtitutionem ob clau-
ſulam codicillarem, Ruin. *conſ.* 177. *lib.* 2. Alciat. *re-*
ſpon. 44. *lib.* 9. Oſaſch. *conſ.* 74. *nu.* 49. *in fine.*

47 Pro qua opinione Oſaſch. ibi ſupra, primò adducit
tex. *in §. hinc nobis, iuncta Gloſ. in verbo, deficientis, in*
authent. de hæred. & falcid. & quæ ſcribunt Alberic. *in*
ſuo dictionario, in verbo, deficientis, Pariſ. *conſ.* 18. *nu.* 13.
conſ. 73. *nu.* 3. *& conſ.* 93. *nu.* 3. *lib.* 2. in quibus locis
exponitur defectus, id eſt, poſt mortem.

48 Secundò: quia non dicitur defeciſſe, quod nunquam
extitit, *l. Titio vſusfructus, ff. de conditio. & demonſtrat.*

ibi deſiiſſe enim non videtur, quod non incipit, idem probat l. non poteſt videri deſiiſſe, ff. de reg. iur.

49 Tertiò, quia non poteſt dici defeciſſe deſcendentes ſeu mori, qui nati non ſunt, cum ſolus viuens moriatur, l. ſi duos, §. vlt. iuncta Gloſ. in verb. tempus, ff. de manum. teſtam. & Gloſ. in l. ſi cum hæres, in verbo, non transfert, ff. quando dies legat. ced. & defectus præſupponit principium, ſicut mors vitam, & alijs exornat Oſaſch. d. conſil. 74. n. 19. verſic. deficeret autem.

50 Cæterum contrariam opinionem, & meliùs probarunt alij, volentes caſum, ſi filij deficerent, extendi ad caſum, ſi non naſcantur, Dec. conſil. 227. col. 2. verſic. circa primum, Bero. conſ. 102. n. 33. lib. 2. Socin. iun. conſ. 181. num. 23. libro 2. Alciat. conſ. 250. num. 8. & reſp. 489. n. 12. ſecundum antiquam impreſſionem, Decian. conſil. .... num. 44. lib. 2. Marzar. conſ. 28. numer. 36. Menoch. conſ. 1062. num. 14.

51 Ratio eſt, quia deficere ea dicuntur, quæ etiam nunquam fuerunt, vt latè comprobant Dec. Alciat. Socin. iun. & Menoch. locis ſupra ſtatim relatis, idem Menoc. conſil. 1063. num. 1. & dicam ſtatim in reſponſione ad contraria.

52 Et per hanc rationem tolluntur omnia in contrarium adducta, nam licet verbum, deficere, verificatur etiam in his qui extiterunt, vt in contrarijs, attamen verificatur etiam in his qui extiterunt, & poſtea defecerunt, l. pecuniam quam, ff. ſi cert. petat. l. fœnerator, ff. de naut. fœnor. l. nam & ſi ſub conditione, verſicul. puto igitur, ff. de iniuſt. rup. & irrit. teſtam. l. tertia, §. ſed ſi ſub conditione, ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. l. in perſona, §. vltimo, ff. de pact. leg. ſi quis, in fine, ff. de contrah. empt. leg. multum intereſt ff. de hæredit. vel act. vend. l. ſi quis ita, & l. apud Iulianum, ff. de hæredib. inſtitut. l. ſi fundum, §. penultimo, ff. de legat. primo, l. ſtipulantem, §. ſi rem, & leg. decem ff. de verborum obligat. l. vnica, §. & cum triplici, & §. ſin autem aliquid, Cod. de caduc. tollend. in quibus locis dicitur quod conditio, quæ non extitit, dicitur defeciſſe.

Vlterius hoc probatur in l. tertia, §. 1. ff. de vſufruct. & quemad. cau. cuius ſunt verba, *Deſinere pertinere vſumfructum accipiemus, etiam ſi nec cœperit pertinere, quamuis legatus ſit, & committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere, quod nec cœpit*. Et particulariter hic text. ſeruit pro tollendo ſecundo contrario de l. Titio vſusfructus, ff. de cond. & demonſtr. & l. non poteſt videri deſiiſſe, ff. de regul. iur.

53 Et quamuis in dicta l. tertia, §. primo, ff. de vſufruct. & quemadm. caueat, Iuriſconſultus vtatur verbo, quaſi, quod importat fictionem, l. ſecunda, §. vltimo, ff. de vi, & vi armat. Bartol. in l. ſi ante nuptias, ff. ſoluto matrimonio, Alexand. in l. prima, numero vigeſimoquarto, ff. ſi cert. petat. Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, numero nono, ff. de verborum obligationibus. 54 Nihilominus hoc non refert, quia & in iuribus contrarijs Iuriſconſult. vſus fuit verbo, videtur, quod pariter improprietatem ſignificat, l. ſi tibi, §. cum ſeruus, ff. de legat. primo, Rip. in l. prima, numero nonageſimo primo, ff. ſi cert. petat. & latè Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, numer. 93. ff. de vſucapion. Menoch. libro 1. Præſumpt. quæſtion. 10. num. 3.

Infertur & ad alias quæſt. vt in ſeqq. quæſt. dicetur, & ſupra etiam multa in diuerſis locis, & plura ſcripta fuerunt.

65 Sed quid ſi ſubſtitutio facta ſit Titio hæredi, an extenſio hæc ad caſum, ſi Titius non fuit hæres? Dixi quæſtione 237. numer. 17. & ſequenti, & conſidera an ſubſtitutio ſit vulgaris, vel fideicommiſſaria, quia altera requirit aditionem hæreditatis, altera verò expirat ea adita.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſubſtitutionis, ſi filios non habuerit, comprehendit & caſum natiuitatis filiorum, & obitus ante grauatum. decl. nu. ſeqq.*

2 *Caſus ſi filios habuerit, & ante grauatum moriantur, non extenditur ad caſum non natiuitatis.*

3 *Fideicommiſſum eſt odioſum, & ſtrictè interpretandum.*

4 *Subſtitutio fideicommiſſaria non extenditur de caſu ad caſum.*

5 *Caſus ſi filios habuerit, & illi quandocunque deceſſerint, non extenditur ad caſum non natiuitatis filiorum.*

QVÆSTIO CCCCLXI.

Subſtitutus ſub conditione, ſi grauatus filios non habuerit, an dicatur ſubſtitutus in caſum natiuitatis filiorum, & obitus ante grauatum?

INSVRGIT alia quæſtio, teſtator filio ſubſtituit ſub conditione, ſi filios non habuerit, dubitatur an iſta ſubſtitutio comprehendat tam caſum non natiuitatis filiorum, quam natiuitatis, & obitus ante grauatum? Et vtrumque caſum comprehendi ſcripſerunt Alexand. conſil. 101. num. 15. libr. 7. Menoch. conſil. 326. dubio primo, & conſil. 864. num. 1. & ſeqq. Verum enim eſt vtroque caſu tempore mortis filios non habuiſſe. 1

Declaratur tamen non procedere, quando in diſpoſitione teſtator conſideraſſet exiſtentiam filiorum grauati, & poſtea ſubſtituiſſet ſub conditione, ſi filios non habuerit, quia intelligitur ſubſtituere in caſu procreationis filiorum, & mortis eorum ante grauatum, non autem in caſu non natiuitatis, Menoch. conſil. 326. dubio primo, & conſil. 864. dubio primo, & quæ dixi quæſt. 434. 2

Pro qua opinione facit primò, quod fideicommiſſa ſunt odioſa, & ideo ſtrictè interpretanda, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. Roland. à Vall. conſil. 30. num. 25. libr. 4. Menoch. conſil. 150. num. 10. & ſeqq. Odd. conſil. 56. numer. 29. vbi de communi teſtatur Cephal. conſil. 525. & alibi ſæpè, ergo non erit facienda extenſio de caſu procreationis filiorum ad caſum non natiuitatis. 3

Secundò probatur ex l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth. vbi caſus, ſi me viuo naſcetur, non extenditur ad caſum ſi naſcatur poſt mortem teſtatoris; & è contra caſus ſi poſt mortem teſtatoris naſcatur, de quo tamen articulo latè dixi quæſt. 64.

Tertiò, quia ſubſtitutio fideicommiſſaria non extenditur de caſu ad caſum, Surd. conſ. 64. n. 2. lib. 1. Honded. conſ. 48. n. 97. & conſ. 55. n. 49. lib. 2. Menoc. conſ. 171. num. 15. & lib. 4. præſumpt. 73. Peregr. de fideicom. artic. 1. nu. 36. & ad ſaturitatem dictum fuit in præcedenti quæſt. ergo &c. 4

Quartò conditio debet impleri in forma ſpecifica, l. Mæuius, & l. qui hæredi, ff. de cond. & demonſtrat. ergo ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi filios habuerit, & ante grauatum moriantur, non habebit locum non natis filijs, quaſi non ſit conditio impleta.

Quintò addo quod dixit Alciat. conſil. 492. num. 24. vbi ſi dicat teſtator, ſubſtituo ſi filios habuerit, & illi quandocunque deceſſerint, ſi nulli nati ſunt filij, locus non erit ſubſtitutioni, quod idem ſcripſerunt alij relati ſupra quæſtione 434. ergo pariter idem in hoc 5

caſu, in quo teſtator conſiderauit natiuitatem, & præmorientiam ante grauatum.

Contra tamen hanc declarationem faciunt multa fundamenta, de quibus dictum fuit d. q. 530.

QVÆSTIO CCCCLXII.

1 SI teſtator ſubſtituit Titium filio ſine liberis decedenti, & Titio non exiſtente ſubſtituit Sempronium, & mortuus eſt filius ſine filijs, & Titius primus ſubſtitutus ſucceſſit, ſi poſtea is moriatur ſine filijs Sempronius ſubſtitutus, ſi Titius non extaret, non admittetur, nec ſubſtitutio facta in caſu non exiſtentiæ extendenda erit ad caſum quando extitit, & ſine filijs eſt mortuus, Abb. *conſil.* 40. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 291. *colum.* 3. *verſic ad idem in ſimili*, & *conſil.* 513. *column.* 2. Corn. *conſil.* 187. *num.* 5. *verſic. ſed non obſtantibus, lib.* 3. refert. & ſequitur Menoch. *conſ.* 774. *colum.* 1. *conſil.* 878. *num.* 27. *verſic. quarta*, & *num. ſeqq. conſil.* 972. *num.* 1. & *ſeqq.* & *conſil.* 1079. *nu.* 20. Et videantur ſcripta q. 480. *n.* 89. & *ſeqq.* vbi egregiè plura ad hoc, & allegantur contradicentes. Ratio eſt, quia ſubſtitutio facta fuit de perſona Sempronij, ſi Titius non extitiſſet tempore mortis filiorum, quæ conditio deficit, ideo euanuit ſubſtitutio. Et quia onus, & conditio vni appoſita, non cenſetur repetita in alium, *l. ſub conditione, ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis hæres ita. ff. de acq. hæred.* & hoc argumento vſus eſt Menoch. *d. conſil.* 1079. *n.* 23.

2 Ampliatur & declar. iſta quæſtio multipliciter, vt per Menoch. *d. conſ.* 972. qui reducit diſputationem ad quæſtionem, an fideicommiſſum dicatur repetitum de vno in alium, & nos diximus de hoc articulo ſupra *qu.* 480. *per totam*, maximè videndum erit *numer.* 89. & *ſequentibus*.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ſub conditione ſi ingrediatur religionem, dicitur ſubſtitutus in caſum mortis ſine filijs, contra n. 4. declara per totam quæſt.*

1 *Caſus ingreſſus religionis extenditur ad caſum mortis ſine filijs, contra n. 4. declara per totam qu.*

2 *Ratio vnica ſi aſſignari poteſt habetur pro expreſſa.*

2 *Conditio per æquipollens poteſt impleri, ſi idem reſultat effectus.*

5 *Conditio voluntaria non impletur per æquipollens. Declara nu. 7.*

8 *Extenſio de caſu ad caſum non fit, quando caſus ſunt diſſimiles.*

9 *Conditio retrahens à religione eſt nulla.*

11 *Conditio quæ pro reiecta habetur non impedit conditionem validam.*

12 *Vtile per inutile in teſtamentis non vitiatur.*

14 *Extenſio de caſu ad caſum fit, ſi talem colligatur fuiſſe voluntatem teſtatoris ex dictis ante teſtamentum.*

QVÆSTIO CCCCLXIII.

Subſtitutio facta ſub conditione, ſi inſtitutus fiat presbyter, an extendatur ad caſum ſi moriatur ſine filijs.

EX dictis in præcedentibus quæſt. maximè *in quæſtion.* 459. reſultat reſolutio quæſtionis, ſi teſtator inſtituto filio ſubſtituit ſub conditione ſi clericus efficiatur, vel religionem ingrediatur, an ſubſtitutus admittatur in caſum mortis inſtituti ſine filijs? Diſputatio eſt dubia ob contrarias ſcribentium ſententias, nam quod ſubſtitutio extendatur de 1
caſu ingreſſus religionis, ad caſum mortis ſine filijs, exiſtimant, Alexand. latè *conſil.* 100. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 227. *num.* 12. & *conſil.* 259. *num.* 5. Grat. *conſil.* 5. *numer.* 21. *lib.* 2. Bero. *conſil.* 102. *num.* 13. *libr.* 2. Crauet. *conſil.* 59. *num.* 5. Hieron. Gigas *conſil.* 105. *col.* 7. *verſic. ſecundo non obſtant*, Ceph. *conſ.* 166. *n.* 49. Dec. *conſ.* 1. *n.* 91. *lib.* 1. Boer. *quæſt.* 354. *col. pen. verſic. ſecundo, quod ſi teſtator* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 76. *n.* 15. & *ſeqq.* [Et hanc ſententiam probarunt etiam Iaſ. *conſil.* 163. *nu.* 12. Decian. *conſil.* 34. *n.* 26. *lib.* 3.]

Mouentur iſti primò, quia teſtator quando appo- 2
ſuit conditionem, ſi ingrediatur religionem, id fecit propter carentiam liberorum, & ſic propter effectum reſultantem ex presbyteratu, non enim alia ratio conſiderari poteſt, nimirum ſi pro expreſſa haberi debet *l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. l. fundus qui locatus, ff. de fund. inſtru.* Gloſ. & Bald. *in l. quamuis, Cod. de fideicommiſ.* Alexand. *d. conſ.* 100. *num.* 8. *lib.* 4. vbi etiam à ſufficienti partium enumeratione oſtendit hanc ſolam rationem fuiſſe à teſtatore conſideratam. Atqui quando teſtator ap- 3
poſuit conditionem propter aliquem effectum, licet non impleatur in forma ſpecifica, ſufficit quod impleatur per æquipollens, ex quo idem effectus conſideratur à teſtatore ſequatur *l. mulier, in principio, ff. ad Trebell.* vbi grauatus reſtituere filio poſt mortem patris à matre teſtante, ſi filius emancipetur à patre fideicommiſſum debebitur, conditio enim mortis patris fuit appoſita, ne pater haberet: cum ergo filius poſſit habere tam poſt mortem patris, quàm poſt emancipationem, quia vtroque caſu eſt ſui iuris ex veriſimili mente matris teſtantis fideicommiſſum in caſum emancipationis debebitur, idem etiam probatur *in l. ſi mater, ff. de inſtitut. & ſubſtit. l. fideicommiſſa, §. ſi cui, ff. de legat.* 3. *l. ſi ita, ff. quando dies lega. ced.* Bart. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n.* 3. & ibi Socin. ſen. *in vlt. not.* & ſequuntur alij, *ff. de liber. & poſthum.* Pariſ. *conſil.* 20. *nu.* 41. *lib.* 3. vbi teſtatur de communi opinione Alciat. *conſil.* 50. *num.* 6. *libr.* 9. Socin. iun. *conſ.* 42. *nu.* 28. *libro* 1. Cephal. *conſil.* 107. *n.* 14. Dec. *conſ.* 1. *n.* 142. *lib.* 1. Mantic. qui alios addit *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 11. *tit.* 16. *n.* 4. ergo &c.

Cæterum alij ſunt in opinione contraria, ſubſtitu- 4
tum ſcilicet excludi, ſi conditio presbyteratus, & ingreſſus religionis defecit, quamuis grauatus ſine liberis ſit mortuus, quam defendit Iaſ. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n.* 41. & *ſeqq. ff. de liber. & poſth.* & ibi ſequuntur Ruin. *n.* 68. & Alciat. *in* 2. *lect. n.* 43. Rip. *in l.* 1. *nu.* 97. *ff. de vulgar.* Modern. Pariſ. *in addit. ad Alexand. conſ.* 100. *lib.* 4. *in prima addit.* Menoch. *conſ.* 243. *num.* 34. & *lib.* 3. *præſump.* 73. *n.* 4. *in fin.* & *præſump.* 185. *n.* 33. rurſus Alc. *lib.* 3. *de verbor. ſignif. nu.* 28. *verſic. ſeptimo quæritur.* Mantic. *de coniectur. vltim. volun. lib.* 11. *tit.* 16. *n.* 9. Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 76. *n.* 6. & *ſequenti.*

Pro hac opinione facit primò, quia conditio ſi reli-
gionem ingrediatur, eſt merè voluntaria, ergo non po- 5
teſt impleri per æquipollens, ſed in forma ſpecifica erit implenda, *l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & demonſtrat.* Bartol. & alij *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Roland. à Valle *conſ.* 56. *n.* 22. *lib.* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem Hieron. Gabr. *conſ.* 111. *n.* 10. *lib.* 1. vbi de communi Menoc. *conſ.* 243. *n.* 23. & *ſeqq.* *multis*, Honded. *conſ.* 48. *n.* 58. & *conſ.* 55. *n.* 50.
libro 2. Pereg. *conſ.* 36. *n.* 28. *verſic. ſoluitio lib.* 3. Et hoc ar- 6
gumento vſus eſt Iaſ. & qui eum ſequuntur relati *ſupra numero quarto*, qui Iaſon *numero* 42. *in fine*, etiam reſpondet *ad d. l. ſi mulier*, & *dictam l. ſi mater*, allegatas pro prima opinione, vbi dictum erat conditionem impleri poſſe per æquipollens, quando reſultat idem effectus conſideratus à teſtatore, nam Iaſ. dicebat illa iura

pro

procedere in conditione neceſſaria ad effectum actus, ſecundum Barr. & alios *in d. l. Gallus, §. quidam rectè*. Et
7 quod hic agitur de conditione voluntaria, verum dici poteſt, quod immo conditio voluntaria extenditur de caſu ad caſum, quando teſtator conſiderauit effectum, Dec. *conſ. 1. n. 89. & ſeqq. & n. 111. & ſeqq. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 11. n. 46. & conſ. 51. n. 17. lib. 5.* Pariſ. *cõſ. 10. n. 41. lib. 3.* vbi de communi Ceph. *conſ. 107. n. 14. & conſ. 166. n. 49. & ſeqq.* Menoc. *conſ. 432. n. 27. & ſeq.* Surd. *deciſ. 37. n. 31.* cum alijs multis congeſtis *ſupra q. 459. n. 7.*

Secundò adducitur ratio, quia extenſio de caſu ad caſum non fit, quando caſus ſunt diſſimiles *l. ex facto, §. ſi quis autem, & §. vlt. ff. ad Trebell. l. ſi cũ dotem, in princip. ff. ſolut. matr.* concord. allegat Barr. *in d. §. quidam rectè*, vbi idem ſcribit, & ſequuntur alij ibi, Menoc. *conſil. 243. n. 30. & ſeqq. & conſ. 1105. n. 6.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 9. n. 12.* Peregr. *de fideicom. art. 11. n. 27.* & dixi *d. qu. 459. nu. 18.* At qui caſus presbyteratus, & caſus mortis ſine filijs ſunt diſſimiles, vt probat Iaſ. *d. §. quidã rectè, num. 43.* qui adduxit hoc argumentum, ergo &c.

9 Tertiò accedit, quod fideicommiſſum videtur eſſe nullum, cum conditio, ſi ingrediatur religionem, retrahat à religione *l. quoties, ff. de cond. & demonſt. & argum. text. in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc praeſenti*, Bar. *not. in l. 2. ff. de his quae poen. nomin.* Ioan. And. *in addit. ad Spec. tit. de ſtat. Monach. in rub.* Anton. de Butr. & alij *in cap. in praeſentia ext. de probatio*, Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Matth. *not. 52.* Alber. de Roſat. *in ſecunda part. ſtat. q. 155.* Alex. *conſ. 100. n. 2. lib. 4.* & alij relati *ſupra n. 4.*

10 Ego autem ſic dicendum eſſe puto, quod ſi conditio ſimplex ingreſſus religionis ſit appoſita, nec adiuncta dies mortis, quod fideicommiſſum ſit nullum, & conditio pro nulla habeatur, tanquam impeditiua religionis, ad dicta *ſupra n. 9.* Si vero ſit appoſita conditio religionis, & ſimul grauamen iniunctum poſt mortem, & tunc fideicommiſſum debeatur, etiam in caſum mortis: nam vel hoc caſu conditio presbyteratus non impedit grauatum à religione vt probat Alex. *d. conſ. 100. nu. 12. verſ. non obſtat, quod in ſecundo lib. 4.* ibi enim dixerat teſtator, quod ſi Antonius factus eſſet presbyter poſt mortem ſuam, reſtitueret hæreditatem, & Alexan. ſimpliciter ſequitur Iaſ. *d. §. quidam rectè, n. 44. verſ. tamen*. Vel illa conditio reijci debet, tanquam retrahens à religione, vt dictum eſt, ſed tamen firma manet alia reſultans ex grauamine iniuncto poſt mortem, nam dies mortis facit conditionem *l. hæres meus, in princip. ff. de*
11 *condit. & demonſtr.* Et ſi caſus fideicommiſſi non venit ex prima conditione adiecta, venit ex ſecunda valida, quæ firma manet, nam conditio quæ habetur pro non adiecta, non impedit conditionem validam *l. Titia, ff.*
12 *de cond. & demonſtr.* Et vtile per inutile in teſtamentis non vitiatur *l. 2. ff. de his quæ pro non ſcript. habent. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.* Iaſ. *in l. 2. §. ſed & ſi mihi col. 5. verſ. quarto adde, ff. de verb. oblig.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater part. 3. in verb. perſonis, nu. 20. de teſtam. in 6.* Guliel. Bened. *in cap. Rainutius, in verb. reliquit, n. 12. ext. de teſtam.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 306. nu. 28. in fin.*

Et ita etiam deciſ. Alexandri *in d. cõſ. 100. lib. 4.* defendit Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 77. nu. 17.* vbi dicit ita intellexiſſe & Boer. *deciſ. 354. nu. 13.* [Sed adhuc contra hanc diſtinctionem tenent alij relati *ſupra n. 4. & præcipuè Mant. loco ibi citato*, vbi ponit caſum, quando conditio presbyteratus eſt appoſita, vt poſt mortem reſtituat, & tenet contra opinionm Alexand. & ego idem tenui *in conſil. 140.* vbi oſtendi non eſſe duas conditiones, ſed vnam tantum, vt dixit & *Alexand. d. conſ. 100. n. 12. verſic. vnd. non habet*.

Non omitto etiam quod Galliaul. *d. §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthu.* dicebat iudicis arbitrio relinquendum eſſe, an ſubſtitutus admitti debeat nec ne.

Porrò ſi extarent coniecturæ, quod teſtator ſenſerit 13
ſubſtitutum admitti etiam grauato non ingreſſo religionem, ſeruanda eſſet præſumpta mens teſtatoris, Alciat. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum in 2. lect. n. 43. ff. de liber. & poſthum.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. libr. 11. tit. 16. num. 9.*

Coniectura autem eſſet, quando teſtator ante teſta- 14
mentum dixiſſet verba, per quę oſtenderetur hanc fuiſſe eius mentem admittendi ſubſtitutum, etiam in caſu omiſſo, nam tunc ad illum fieret extenſio, Alex *d. conſil. 100. n. 10. lib. 4.* & ibi Moder. Pariſ. *in prima addit.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum, vel fideicommiſſum vxori, vel alteri relictũ, donec vitam vidualem ſeruauerit, & poſt eius mortem Titio, vxore ſecundo nubente, fideicommiſſum vel legatum debetur non expectata morte vxoris.*
2 *Conditio impleri debet in forma ſpecifica, declar. numero ſexto.*
3 *Subſtitutio non extenditur de caſu ad caſum, declara. num. 5. & 6.*
7 *Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis.*
8 *Intell. l. fideicommiſſa, § ſi cui, ff. de leg. 3.*

QVÆSTIO CCCCLXIV.

Fideicommiſſo vel legato vxori, ſi caſtam, & vidualem vitam ſeruauerit, & poſt eius mortem Titio, vxore ſecundo nubente, an Titius admittatur, an verò mors vxoris ſit expectan-
da?

EX dictis in præcedenti *quæſt. 359.* ſuccedit alia 1
elegans diſputatio: teſtator legauit vxori fundum, ſi caſtam & vidualem vitam duxerit, & poſt eius mortem iuſſit fundum peruenire ad Titium, vxor ſecundo nupſit, an Titius admitti debeat, vel potius ſit expectanda mors vxoris? Habui in facto ferè eandem quæſtionem ſuper qua conſului, *vt in conſil. 50.* Teſtator reliquit vſumfructum dimidiæ bonorum ſuorum ſororibus hæredis, ſi Dimiſſæ fierent (apud nos Dimiſſæ ſunt virgines, quæ extra clauſuram ſeruiunt Deo) & moriente hærede, ſine filijs maſculis ſubſtituit proximiores parentes de domo ſua poſt mortem ſororum Dimiſſarum hæredis: euenit caſus, quod hæres grauatus deceſſit ſine filijs maſculis viuentibus ſororibus, quæ non ſeruauerunt conditione faciendi ſe dimiſſas, ſed nupſerunt: ortum fuit dubium, an proximiores ſubſtituti ſtatim admittendi eſſent, vel mors ſororum expectanda eſſet: & articulum reſolui ex his quæ & in præſenti difficultate ſum dicturus. Videtur igitur dicendum, Titium ſubſtitutum poſt mortem vxoris ante non eſſe admittendum, quam vxor vita functa ſit.

Primò, per textum *in l. vxori vſumfructum villæ, ff. de vſufruct. legat.* teſtator ibi legauit vſumfructum villæ vxori in quinquennium à die mortis ſuæ, & peracto quinquennio cum eius vſusfructus eſſe deſierit, tunc villam libertis reliquit: mortua eſt vxor intra quinquennium, dicitur ibi, libertis non deberi villam, licet vxor mortua ſit intra quinquennium: & Bartolus ibi in ſummario dicit, quod licet extiterit conditio, tamen expectanda eſt dies, quæ ſupereſt: ergo idem in hoc caſu, licet conditio extiterit priuandi vxorem relegata,

tamen erit expectandum tempus mortis antequam
Titius admittatur.
Secundò ad idem eſt optimus text. *in l. fideicommiſ-
ſa. §. ſi cui ff. de legat.* 3. vbi legatum relictum filio ſub
conditione ſi morte patris ſui iuris effectus fuerit, non
debetur ſi emancipatione fiat ſui iuris, & mors patris
erit expectanda; ergo idem vt Titius non admittatur,
niſi eueniat dies appoſita ſubſtitutioni, quæ eſt mors
vxoris.
2 Tertiò accedit, quod conditio debet impleri in for-
ma ſpecifica, non autem per æquipollens. *l. Mauius, &
l. qui hæredi, ff. de condit. & demonſtrat.* ergo conditio
mortis vxoris appoſita ſubſtitutioni de Titio, non po-
terit aliter impleta dici, quam ſequuta morte vxoris.
3 Quartò, ſubſtitutio facta in vnum caſum non exten-
ditur ad alium, Hieron. Gabr. *conſ.* 93. *n.* 11 *lib.* 1. Hond.
conſ. 48. *n.* 17 *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 269. *n.* 11. Crau. *conſ.* 161.
n. 16. Eugen. *conſ.* 69. *n.* 6 *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. con-
cluſ.* 1136. Menoc. *conſ.* 532. *nu.* 4. *& ſequentibus*, Præt. *de
interpret. vltimar. volunt. folio* 150. *num.* 137. *& ſequenti-
bus*, Milan. *deciſ.* 1. *num.* 142 *libr.* 1. Alexand. Raud. *deciſ.
Piſan.* 28. *nu.* 123. *verſic. & reſpectu*, cum alijs congeſtis in
præcedenti quæſtione. Atqui Titius vocatus fuit poſt
mortem vxoris, ergo non debet fieri extenſio ad caſum
ſi vxor tranſeat ad ſecundas nuptias.
4 Vltimò hanc opinionem probarunt in ſpecie Ro-
man. *in l. ſi is qui heres, ff. de acquir. hæredit.* Iaſ. *in l. Gal-
lus, §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Socin.
iun. ibidem. *nu.* 62. *& ſeqq.* vbi *num.* 66. *verſic. quid dice-
mus*, affirmat hanc opinionem de ſtricto iure eſſe ve-
riorem.
Pro contraria opinione, à qua conſulendo, & iudi-
cando tanquam receptiſſima recedendum non erit,
plura etiam argumenta vrgent.
Primò teſtator voluit vxorem ſuam habere rem re-
lictam, vel Titium ſubſtitutum, de hæredibus verò ni-
hil dixit; credidit enim teſtator vxorem vidualem vi-
tam ſeruaturam fuiſſe, & ideo voluit eam habere, &
poſt eius mortem Titium. ita in ſimili habetur *in l.* 1. *ff.
de mort. caus. donat. & in §.* 1. *inſtit. tit. de donat.* & poſt
alios hoc argumento vſus fuit Mantic. *de coniectur. vlt.
volunt lib* 3. *tit.* 19. *nu.* 19. ergo cum noluerit teſtator hę-
redes habere, Titius erit admittendus, vt eius voluntas
ſeruetur, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat.
cum ſimilibus.*
Secundò accedit, quod teſtator diſtulit Titium ha-
bere cauſa vxoris, ad hoc vt eius vita durante ipſa ha-
beret, & poſt eam Titius. Atqui ceſſante cauſa dilatio-
nis ceſſat dilatio, *l. à filia, §. alumno, ff. ad Trebell.* vbi non
expectatur ille annus vigeſimus mortuo alumno, quia
ceſſauit cauſa dilationis, ergo pariter nō erit expectan-
da mors vxoris, quia ceſſat cauſa dilationis, cum ipſa
habere non poſſit, ex quo ſecundo nupſit.
5 Tertiò addo, quod ſubſtitutio, & prouiſio facta in
vnum caſum extenditur ad alium ex præſumpta & ve-
riſimili mente teſtatoris, & ſi eadem vigeat ratio, Doct.
in l. Gallus, § & quid ſi tantum, ff de liber. & poſthum.
Bart. *in l. pater filium, §. fundum in fine ff. de legat.* 3. Pariſ.
conſ. 76. *num.* 4. *lib.* 2. Alexan. *conſ.* 100. *lib.* 4. Decian. *conſ.*
89. *column. penultim.* Riminald. iun. *conſ.* 23. *nu.* 90. *lib.* 1.
Ceph. *conſ.* 269. *nu.* 13. Menoch. *conſ.* 458. *nu.* 29. Surd. *de-
ciſio* 228. *numero* 7. Caualcan. *deciſ.* 95. *numero* 45. *part.* 3.
Præt. *de interpret. vltimarum volunt. folio* 151. *n.* 163. *& ſe-
quentibus*, Craſſ. *in § fideicommiſſum. quæſt.* 4. *nu.* 9. cum
alijs congeſtis *qu.* 459. *n.* 4. Atqui hic adeſt præſumpta &
veriſimilis mens teſtatoris, nam appoſuit tempus mor-
tis vxoris, quia credidit eam in viduitate fuiſſe perman-
ſuram, & cogitauit finiri vſumfructum per illius mor-
tem, & ille finis erat neceſſarius, & ſi cogitaſſet alium
caſum ſecundarum nuptiarum, vxoris veriſimiliter &
in hoc caſu honoraſſet Titium, cum eadem fuerit cau-
ſa honorandi illum, tam in vno, quam in alio caſu, vn-
de quocunque modo fuerit finitus vſusfructus vxoris,
videtur ſatis eſſe, argum. *l.* 3. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Teſta- 6
tor enim conſiderauit effectum, quod vxor non habe-
ret bona, & quando teſtator conſiderauit effectum, fit
extenſio de caſu ad caſum, *l. Gallus, §. & quid ſi tantum,
ff. de liber. & poſth.* & ibi communiter Doctores, præci-
puè Socin. iun. *n.* 59 *l. Titius, §. Lucius, ff. eod.* & ibi Bart.
& alij, & ſunt optimi textus *in l. qui ſolidum, §.* 2. *ff. de le-
gat.* 2 *in l. mulier in principio, ff. ad Treb. & in l. ſi mater,
C. de inſt. & ſubſt.* Menoch. latè, *conſ.* 432. Pereg. 51. *n.* 17.
lib. 5. *& in tract. de fideicomm. art.* 11. *nu.* 46. & Mant. *de
coniect. vlt. volun. lib.* 4. *tit.* 19. *in fine.*
Vltimò, in ſpecie hanc opinionem probarunt poſt
Anton. de Forli & Riccard. Malumb. Bart. *in auth. hoc
locum, C ſi ſecund. nupſ. mulr.* & ibi Bal. Alber. de Roſat.
& Alex. Ioan. And. *in add. ad Spec. in rub de ſecund. nupt.*
Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis hæres ita. ff de acqu. hæred.* & ibi
Aret. Alex. *in l. ſi mater, Cod. de inſt & ſubſt. & in l. ſi mu-
lier ff. ad Trebell.* Doctor. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tan-
tum*, vbi Alex. dicit hanc eſſe communem opinionem
Galliaul. *nu.* 16. & Fort. Garz. *nu.* 73. *ad finem, & n. ſeqq.*
Alex. *conſ.* 130. *lib.* 2. *& conſ.* 100. *nu.* 10. *lib.* 4. Ceph. *conſ.*
391. *n.* 1. *lib.* 3. *& conſ.* 530. *lib.* 5. Surd. *conſ.* 46. *lib.* 1. Pereg.
conſ. 51. *n.* 17 *lib.* 5. Decian. *conſ.* 1. *num.* 89. *lib.* 1. Mant. *de
coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *titul.* 19. *num.* 19. Caualcan.
de vſufruct. mul. relic. nu. 70. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 185.
n. 31. Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 76. *nu.* 5. quorum mul-
ti teſtantur hanc eſſe communem opinionem, & hos
retuli & ſequutus ſum *in conſ.* 50. *n.* 12. *& per totum ſe-
cundum dubium.*
Obiecta autem tolluntur: ad primum de *l. vxori 7
vſumfructum villa, ff. de vſufr. legat.* reſpondetur vnà
cum Bartol. ibi, quod ille textus procedit ob vim dictio-
nis, tunc, quæ denotat temporis extremitatem, *l.* 4. *in fin.
ff. de cond. & demonſt.*
Ad ſecundum de *l. fideicom. §. ſi cui. ff. de legat.* 3. Reſ- 8
pondetur cum Bart. ibi, quod immo etiam ante mor-
tem patris filius agere poterat vtili actione: & ſi hic in-
tellectus Bart. procedit, textus ille probat communem
opinionem.
Ad tertium reſpondetur, quod vocatus poſt mortem
vxoris non admittitur ob impletam conditionem, ſed
ex eo quia ceſſat cauſa dilationis, vt dictum fuit in ſe-
cundo argumento pro communi, & ita reſpondet Iaſ.
in dict. §. & quid ſi tantum. Vel ſecundo reſpondetur,
quod conditio poteſt impleri per æquipollens, quando
teſtator conſiderauit effectum, vt ſupra in tertio funda-
mento pro communi.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus in caſu, ſi inſtitutus non aſſumeret nomen & inſignia familiæ, non admittitur quando inſtitutus non potuit aſſumere, declara per totam quæſt.*

2 *Caſus ſi non aſſumeret nomen & inſignia familiæ, extenditur ad caſum ſi aſſumere non potuit, declara per totam quæſt.*

3 *Caſus aſſumendi nomen & inſignia familiæ, non extenditur ad caſum, ſi non potuit quādo excluderetur perſona prædilecta.*

4 *Subſtitutio, ſi inſtitutus & eius deſcendentes non aſſumerent nomen familiæ, non extenditur ad caſum mortis inſtituti ſine filijs contra n.* 5. *limita n ſeqq.*

8 *Conditio appoſita ſubſtituto deferendi nomen & inſignia familiæ, non cenſetur appoſita & eius deſcendentibus, contra n.* 9.

QVÆ-

by Google

QVÆSTIO CCCCLXV.

Subſtitutus in caſu, ſi inſtitutus non aſſumet nomen, & inſignia familiæ, an admittatur, ſi inſtitutus non potuit aſſumere?

SVPER hoc articulo, qui reducitur, in caſus nolentis aſſumere nomen, & inſignia familia, extendatur ad caſum impotentiæ? habui quæſtionem in ſatis graui cauſa, ſuper qua plenè conſului *in conſil.* 10. Eamque etiam habuerunt duo Clariſſimi Iureconſulti Decian & Cephal. qui contraria in eadem cauſa reſponſa dederunt, ille *conſil.* 4. *libro* 2. *iſte conſil.* 106. *libro* 2. Vt tamen & hic de hoc aliqua dicamus ſub compendio ex multis deductis *in dict. conſil.* 10. Diſtinguo tres caſus.

1 Primus caſus eſt, quando teſtator inſtituit Titium, & eum grauauit, vt aſſumeret nomen eius familiæ, & ſi noluerit illud aſſumere, alium ſubſtituit ſimpliciter, etiam quod eſſet locus pius, & ſic ſubſtitutio eſt facta in pœnam nolentis aſſumere nomen familiæ, & tunc ſi inſtitutus ſit mortuus antequam potuerit implere, non fit extenſio, Dec. *conſil.* 273. Theſaur. *deciſ.* 270. *nu.* 18. Dec. *conſ.* 1. *n.* 163. *& n.* 170. *lib.* 1. Et Dec. *d. conſ.* 273. loquitur in caſu, quando hæres mortuus erat ante teſtatorem, & ſic agebatur de vulgari ſubſtitutione.

2 Secundus caſus eſt retento ſupradicto Themate, quando ſubſtitutus non eſt ſimpliciter ſubſtitutus, ſed illa etiam adiecta eſt eadem cõditio aſſumendi nomen familię teſtatoris, & ſic teſtator conſiderauit effectum, quod viueret nomen eius familiæ, & tunc licet ſimus in conditione voluntaria, ſentio faciendam eſſe extenſionem, per ea quæ latè dixi *in d. conſil.* 10. *& ſupra qu.* 31. *nu.* 15. *& ſeqq. & q.* 459. *n.* 6. *& ſeq. maximè in verſic. declaratur ſecundo.*

3 Limitatur hic caſus, quando faciendo extenſionem excluderetur perſona veriſimiliter magis dilecta, contra præſumptam mentem teſtatoris, quia non erit facienda extenſio, Franc. de Pepis *inter conſil.* Socin. ſen. *conſil* 259. *nu.* 6. cum alijs adductis *d. qu.* 31. *n.* 49. *& dict. qu.* 459. *num.* 16.

4 Tertius caſus eſt, quando teſtator inſtituit Titium, & ſi Titius, & eius deſcendentes non aſſumerent nomen familiæ teſtatoris, ſubſtituit Caium, ſi Titius moriatur ſine liberis, non erit locus ſubſtitutioni de Caio, Socin. ſen. *conſ.* 259. & ibi in ſubſcriptione Franc. de Pepis, Dec. *conſ.* 1. *n.* 50. *& ſeqq. & conſ.* 3. *& conſ.* 4. *lib.* 2. Theſaur *deciſ.* 270. *num.* 18.

5 Contrariam ſententiam probarunt Alc. Rip. Ceph. & Menoch. vt dixi *in eodem conſ.* 10. vbi etiam hanc opinionem comprobaui.

6 Limitatur prima opinio, & primo, quando teſtator conſiderauit effectum, quod nomen eius familiæ perpetuò conſeruaretur, nam fieret extenſio ad caſum mortis ſine liberis, vt dixi *in d. conſ.* 10.

7 Limitatur ſecundò, quando non faciendo extenſionẽ excluderetur perſona prædilecta, nam ne ſequatur hoc abſurdum, contra veriſimilem mentem teſtatoris, fiet extenſio, ne extraneus præferatur, & in his terminis propriè verſatur caſus, ſuper quo conſului *in d. conſ.* 10.

8 Sed videamus de alia quæſtione in hac materia conditionis deferendi nomen, & inſignia familiæ, teſtator ſubſtituit Titium cum conditione, vt nomen, & inſignia familiæ deferret, mortuus eſt Titius, eius deſcendentes negant deferre eadem inſignia, & nomen: & pro deſcendentibus conſuluit, Pereg. *conſ.* 71. *num.* 21. *lib.* 3. *& conſ.* 57. *num* 18. *lib.* 4. vbi etiam allegat Burſat. *conſil.* 300. *nu.* 62. *& ſeq.* Mouetur, quia in oneroſis à grauamine vnius non infertur ad grauamen alterius, & ſic de perſona ad perſonam non fit extenſio *l. Gallus per totam*, & ibi Doct. *ff. de liber. poſthu.* Peregr. *d. conſ* 57. *nu.* 9. *lib.* 4. *& in tract. de fideicomm. art.* 1. *n.* 27. *& ſeq.* & plenè diximus *ſupra qu.* 457.

Contrariam opinionem tenuit Melch. Palaez rela- 9
tus à Peregr. *dict. conſil.* 57. *num.* 18. *lib.* 4. Et hæc opinio omninò retinenda eſſet, quando primogenitura eſſet conſtituta *Ludou. Molin. lib.* 2. *de Hiſpan. primog. cap.* 14. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſo ſubiacere bona dicens, non expreſſa perſona cui facienda ſit reſtitutio, filijs, vel venientibus ab inteſtato debebitur fideicommiſſum, contra num.* 2.

3 *Fideicommiſſum incerta perſona relictum à nemine peti poteſt, decl. n. ſeqq.*

5 *Fideicommiſſum Petro relictum, ſi plures ſunt eiuſdem nominis, præfertur magis amicus, & benemeritus de teſtatore, ampl. & decl. n. ſeqq.*

5 *Perſona, cui reſtitui debet fideicommiſſum ſi eſt incerta, quia plures eiuſdem ſunt nominis quis præferatur, & num ſeqq.*

7 *Amicus præfertur coniuncto, quando fideicommiſſum eſt relictum perſonæ Titij, & plures ſunt Titij, alter amicus alter coniunctus.*

8 *Perſona cui reſtitui debet fideicommiſſum, ſi eſt incerta, quia plures ſint eiuſdem nominis, præfertur magis dilectus.*

9 *Perſona cui reſtitui debet fideicommiſſum, ſi eſt incerta, quia plures ſint eiuſdem nominis, præfertur coniunctus, & inter hos magis coniunctus, declar. per totam quæſt.*

9 *Perſona ſi incerta eſt cui fideicommiſſum reſtitui debet, quia plures ſint eiuſdem nominis, ſi apud vnum ex his teſtamentum fuit depoſitatum is præfertur.*

11 *Fideicommiſſum ſi eſt relictum Titio, ſi plures ſunt Titij, an locus ſit gratificationi.*

12 *Fideicommiſſum ſi eſt relictum agnatis, cognatis, vel ſimilibus perſona non expreſſa, præfertur magis dilectus declara ibid. & n. ſeqq.*

13 *Fideicommiſſum, quod vni tantum eſt reſtituendum, ſi plures ſint nominati præfertur prius nominatus.*

14 *Nominatus prius præfertur in fideicommiſſo, quod vni tantum eſt reſtituendum.*

15 *Frater ſi ſubſtituatur, & plures ſint fratres quis admittatur.*

16 *Primogenituram conſtituens non expreſſo, cui relinquatur, præfertur is qui ſecundum vſum & conſuetudinem ſolet vocari.*

17 *Fideicommiſſum à quo relictum ſit, ſi non apparet à quo debeatur.*

QVÆSTIO CCCCLXVI.

Fideicommiſſum ſi factum eſt, nec expreſſa perſona, cui reſtitui debeat, an alicui debeatur, an potius ſit inutile?

QVAERO, teſtator dixit bona ſubiacere fideicommiſſo, non autem expreſſit cui facienda ſit reſtitutio, an fideicommiſſum aliquibus debeatur? reſpondendum eſſe puto, fideicommiſſum deberi filijs, vel venientibus ab inteſtato, *l. peto in principio*, & ibi 1

Bartol. Bald. Paul. & alij, ff de legat. 2. Menoch. conſ. 434. dubio ſecundo, Peregr. de fideicommiſſ. articul. 5. num. 10. & ſequentibus, vbi dicit ita Paduæ fuiſſe iudicatum, Surd. de aliment. tit. 7. quæſtion. 25. numero 24. vbi teſtatur de communi opinione, & alij citati quæſtione 277. numero 4.

2 Contrariam ſententiam probarunt alij, affirmantes fideicommiſſum eſſe inutile, Ruin. conſ. 177 n. 3. libro 1. Pariſ. conſ. 82. n. 14. libro 2. Mantic. de coniectur. vlt. volun. libro 8. tit. 4. nu. 1. & ſequenti, Præt. de interpret. vlt. volun. fol. 150. nu. 135.

3 Et fideicommiſſum incertæ perſonæ relictum, à nemine peti poſſe probatur in l. 5. ff. de reb. dub. in l. ſi ita fuerit, & in l. ſi quis de pluribus, ff. eod. & ſcribunt Bart. in l. quidam, column. 2. ff. de eod. de reb. dub. Alciat. conſ. 551. n. 1. Hier. Gabr. conſ. 132. quæſt. 10. n. 74. lib. 1. Surd. conſ. 264 ante n. 1. Menoch. conſ. 848 in principio.

4 Sed quid ſi perſona non eſſet omninò incerta, ſed tamen eſſet dubium, quis potiùs ſit præferendus, diſtinguendi ſunt nonnulli caſus.

5 Primus caſus eſt, quando duo ſunt eiuſdem nominis, puta Titij, & teſtator ſubſtituit Titium, & hoc caſus is præferri debet, qui oſtenderit ſe magis amicum, & meritum teſtatori. Bartol. in l. duo ſunt Titij, in fine, ff de teſtam. tutel. Bald. in l. voluntatis, colum. vltima, verſic. item legatum, C. de fideicommiſ. Imol. in l. in tempus, §. quoties, ff. de hæred. inſtit. Socin. ſen in l. ſi fuerit. in tertio not. ff de reb. dub. Anchar. conſ 27. num. 6. Pariſ. conſ. 3. nu. 47. libro 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. libro 8. tit. 4. n. 4. & ſequenti, Præt. de interpret. vlt. volun. folio 58. ſolut. 4. fol. 64. n. 32. & folio 336. n. 2. Anton. Gama deciſ. Luſit. 378.

6 Vel is præferri debet, qui eſt coniunctus teſtatori, & inter coniunctos, qui eſt magis coniunctus, l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. & l. Lucius, & ibi Bald. & Imol. ff. de hæred. inſtit. Alexan. conſ. 130. nu. 4. libro 2. & conſ. 213. n. 1 libro 1. Soc. ſen conſ. 26. columna 2. lib. 4. Signor. conſ. 206. in quæſtione, Crau. conſ. 197. col. 2. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 5. Præt. de interpretat. vltimarum voluntat. fol. 57. ſolut. 3. & fol. 336. nu. 2.

7 Et ſi contentio eſſet inter amicum, & coniunctum, amicus præferri debet, l. ſi fuerit, in principio, & ibi Alexand. & Iaſ. qui teſtatur eſſe magis communem opinionem, ff. de reb. dub. idem Iaſ. in l. quæ dotis, numero 75. ff ſolut. matrim. Decian. reſpon. 46. numero 71. libro ſecundo, Præt. de interpretat. vltimarum voluntat. folio 58. numero quinto, Menoch. libro 1. præſumpt. quæſtione 28. numero 15. & ſequentibus, Anton. Gama. deciſ. Luſit. 378.

38 Secundò facit, quia caducata prima, vel ſequenti ſubſtitutione fideicommiſſaria, onus fideicõmiſſi remanet apud inſtitutum, vel ſubſtitutũ, qui iam habuit bona, vt ab eo fiat reſtitutio alteri ſubſtituto quãdocunque eueniat caſus reſtitutionis, *d.l.vnica, §.pro ſecundo, Cod. de cad.tollen.* & hoc argumento vſus eſt Menoc.*conſ.1088.n.10.* poſt Bart. Caſtr. Soc.ſen. & Ruin. ab eo citatos. addo Ceph.*conſ.620.n.15.& ſeqq* Odd.*conſ.2.n.11.& ſeqq.* & Zanch.*in l.hæredes mei, §.cum ita, n.44.ff.ad Trebell.*

Tertiò, ſubſtituti per fideicommiſſum tam primo, vel ſecundo, vel vlteriori gradui veniunt ex propria perſona, non autem ex perſona ſubſtitutorum primo vocatorum, & mortuorum, & in quorum perſonis ſubſtitutio facta eſt caduca, cenſentur enim ſubſtituti ſecundi vocati in caſu, ſi primi prædecedant, & in eis ſubſtitutio locum habere non poſſit, ideo poſteriores non dicuntur ſuccedere illis qui iam deceſſerunt, nec ab illis accipiunt, ſed ſuccedunt illi inſtituto, vel ſubſtituto, qui habuit hæreditatem, & in quem ſubſtitutionis conditio verificata eſt, Menoc.*d.conſ.1088.nu.10.* vbi Caſtr. & alios adducit, *& conſ.1105.nu.12.* Odd.*conſ.2.n.14.*

39 Nec obſtat ſi dicatur, quod quando tollitur medium quo perueniri debet ad extremum, tollitur etiã diſpoſitio in ipſo extremo, *l.qui habebat, ff. de vulg. & pupill.* & ibi Angel.not.*n.1.* Imol.*col.vlt.verſ. Bald.verò,* vbi dicit idem iudicandum eſſe de fine, quod de medio. Reſpondetur enim, quod ſubſtitutiones caducatæ non dicuntur mediæ, nec dependent vltimæ à primis, ſed vltimus ſubſtitutus dicitur ſubſtitutus inſtituto, vel ſubſtituto, qui habuit hæreditatem, perinde ac ſi non fuiſſent factæ præcedentes ſubſtitutiones, vt ſupra dictum eſt.

40 Non obſtat, quod ſi vna ſubſtitutio dependet ab alia antecedenti ſublata antecedenti tollitur & dependens ab ea. *l.ſi mater, §.1.& l.qui habebat, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Alex.*conſ.139.n.6.lib.6.* Hieron.Gabr.*conſ.95.n.25.lib.2.* Lanar.*in conſ.60.n.96.* Ceph.*cõſ.312.n.96.verſ.duodecimo,lib.3.* ergo. Reſpondetur vt dictũ eſt, vltimã ſubſtitutionem non dependere à præcedẽtibus caducatis.

41 Ampliatur primò iſte caſus, & ſi primus ſubſtitutus eſſet cohæres, quia tunc vltimus ſubſtitutus ſuccedet in omnibus portionibus: exemplum, teſtator inſtituit Titium & Seium, & Titio per fideicommiſſum ſubſtituit Seium, & Seio per fideicommiſſum ſubſtituit Caium: mortuo Seio primo ſubſtituto Caius in eius portione ſuccedet, & poſtea Titio moriente Caius ipſe ſuccedet & in portione Titij, vt determinauit conſulendo Ruin.*conſ.94.n.4.& 10.lib.2.* Et mouetur per text. *in l.ſi Titius, & in l.cohæredi, in princip.ff de vulg.* & hanc ampliationem probauit Zanc.*in d.§.cum ita, n.*38. & in his terminis conſuluit Hieron.Gabr.*conſ.*115.*lib.* 1. quem probauit Pereg.*de fideicom.art.28.n.25.*

Sed melius mihi videtur ſentire Pereg.*de fideic. art.* 42
15.*nu.*24. vbi concludit, Caium vltimo ſubſtitutum potuiſſe ſuccedere in portione Seij primi ſubſtituti mortui, non autem poſtea moriente Titio Caium, & in illius portione poſſe ſuccedere, quia portio Seij non fuit debita Caio, nec Caius fuit ſubſtitutus in portione Titij, nec Seius fuit grauatus erga Caium, niſi in portione, quam ipſe habuit tempore mortis ſuæ. Pro ſua autẽ ſententia Peregr. adducit, quod quamuis prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, vt plenè dicetur *q.*
650. hoc tamen intelligitur dummodo prælegatorum 43
dies ceſſerit ante caſum fideicommiſſi vniuerſalis, ſecus ſi poſt, Dec.*conſ.80.columna ſecunda,* Torn.*in l. hæredes mei, §.cum ita n.*43. & ibi Zanch.*nu.* 343. ergo nec in reſtitutione fideicommiſſi veniet portio cohęredis, quę non erat in fideicommiſſo tempore, quo ceſſit dies fideicommiſſi. Vnde Ruin. *ibid.nu.* 12. malè arguit ex not. per Bart. & Doct. *in l. Marcellus, ff. ad Trebell.* vbi in reſtitutione fideicommiſſi venit illud quod grauatus habuit à cohærede: nam id procedit, quia portio cohæredis erat vnita cum alia portione, quando euenit caſus fideicommiſſi: ſecus in hoc caſu, quia portio Titij non erat incorporata in portione Seij, quando per eius mortem ceſſit dies fideicommiſſi.

Non obſtant *d. l. ſi Titius, & d.l. ſi cohæredi*, quia iſta iura loquuntur in directa vulgari, & in caſu, quo cohęredis portio deuenire debet de neceſſitate in vulgarem ſubſtitutum, vel ex vulgari, vel ex iure accreſcendi, vt ibi per Gloſ. & Doct. & ita reſpondet Peregr. *d.artic.15.nu.24.in fine.*

Fallit hęc ampliatio, quando cohęres primuſque ſub- 44
ſtitutus eſt grauatus reſtituere hæreditatem, quia tunc non ſuccedet vltimus ſubſtitutus, niſi in portione primi ſubſtituti præmortui, Zanch.*in l. hæredes mei, §.cum ita, n.52.ff.ad Trebell.* Et ratio eſt, quia ſi ſuperuixiſſet primo ſubſtitutus, & habuiſſet portionem cohæredis ex fideicommiſſo, non teneretur reſtituere eueniente caſu fideicommiſſi ad fauorem ſecundi ſubſtituti, niſi portionem ſuam, & hoc quia grauatus reſtituere hæreditatem, non cenſetur grauatus reſtituere portionem cohę- 45
redis ſibi ex fideicommiſſo obuentam, *l.ſi Titius ex parte, ff.de legat.3.l. Titia, ff. ad leg. Falc. l. Marcellus, §. quidam liberis, & l.in fideicommiſſariam, §.vlt.ff. ad Trebell.* & in dictis locis Bart. & alij Rip.*in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.36.42.& ſeq.* & ibi Zanch.*n.* 415. *& ſeq.ff.ad Trebell.* Ceph.*conſ.259.n.15.& ſeqq.& conſ.*471. Menoc. *conſ.780.n.3.& lib.4.præſ.193.n.9.* Pereg.*conſ.55.nu.13.lib.4.& in tract.de fideic.art.8.n.12.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.6.n.16.* cum
alijs citatis *quæſt.657.in limitatione* 2. Et ideo prohibitus 46
plus petere in ſua hæreditate, non erit prohibitus petere fideicõmiſſum, Dec.*conſil.425.col.vlt.* Zanch.*d.§.cum ita, n.*416. & hoc quia fideicommiſſum non venit appellatione hęreditatis *dicta l.ſi Titius ex parte, ff de legat.3.*

Ampliatur ſecundò, & ſi gradus deficiens non tene- 47
retur præſtare totum gradui ſequenti, ſed tãtum partem vt probatur *in d.§.pro ſecundo,* & alibi *in d.l. vnica,* dũ in ea abſolutè ſancitum reperitur, eum penes quẽ res ma-
net caducato primo gradu, teneri dare ſecundo & vlte- 48
riori honorato, quod ille primo ſubſtitutus habuiſſet, ſi viuus fuiſſet: & eadem eſt ratio totius & partis *l.an pars ff.pro derelic.l.quæ de tota, ff.de rei vendicat.* & ita per prędicta determinat Pereg.*d art.15.n.23.verſ.& eſt notandum,* & Chriſtoph. Torniol *conſ.78. dubio primo.*

49 Ampliatur tertiò, & ſi eſſent tres, vel plures ſubſtitu-
tiones fideicommiſſariæ ſucceſſiuæ, quia etiam vltimus
admitteretur caducatis præcedentibus, ita poſt alios
ſcribit Zanch. in dicta l. hæredes mei, §. cum ita n. 47. ff. ad
Trebell. Menoc. conſ. 106. n. 391. & conſ. 215. n. 3.

50 Ampliatur quartò vt procedat, etiam quando ſecun-
dus ſubſtitutus diceretur ſubſtitutus eo, quia poſitus
tantum in cōditione, exemplū ſi teſtator inſtituit duos
filios, & eos inuicem ſubſtituit, ſi decederent ſine filijs
nam mortuo vno cum filijs, poſiti in conditione filij ad-
mittendi erunt ex fideicommiſſo iniuncto patruo, quia
licet ſit caducatus gradus paternus, attamen ipſi ex ſe-
cundo gradu ſuccedent, & hoc ſuppoſito quod poſiti
in conditione fuerunt vocati, Hieron. Gabr. conſ. 115. lib.
1. Rota Romana in collect. per Farinac. deciſ. 332. & de-
ciſ. 403. p. 2. [Videnda etiam erunt pro hac ampliatione,
quæ dicta ſunt qu. 437. n. 71. q. 439. q. 440. n. 11. & ſeqq. &
q. 470. vbi latè in terminis de filijs poſitis in conditione.

51 In contrarium tamen facit, quod dixi ſupra nu. 42. te-
nendo opinionem Peregr. ibi relati; ſecus tenendo opi-
nionem Ruin. & Zanch. citatorum ſupra n. 41.] Et con-
tra hanc ampliationem ſentiunt relati ſupra quæſt. 440.
nu. 17. dum volunt, poſitos in conditione non ſuccede-
re in portione patrui, nec iure tranſmiſſionis.

52 Declaratur primò iſte caſus, quando ſubſtitutio eſt fa-
cta ſub conditione dependente à voluntate ſolius primi
grauati, quia caducata prima nec ſecunda locum habe-
bit, Ruin conſ. 99. col. antepenult. lib. 2. & conſ. 113. col. pe-
nult. & vltima lib. 3. Zanch. in dicto §. cum ita, n. 53.

53 Declaratur ſecundò non procedere, quando fideicō-
miſſum nominatim eſſet relictum a primo ſubſtituto,
quia tunc ſecundus non haberet, vt probatur in l. Celſus.
§. penult. & vltimo ff. de legat. 1. & in l. ſi plures ff. de legat.
3. ſentit Gloſ. in l. vnica, §. pro ſecundo, C. de cad. toll. & Sal.
ibi Bart. in l. licet Imperator, ff. de legat. 1. & ibi Angel. &
Alex. qui teſtatur de communi opinione, nec iudicando
& conſulendo ab ea eſſe recedendum, Imol. in l. ſi duo-
bus, §. 1. ff. de legat. 1. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu.
46. ff. ad Trebell. Bald. conſ. 279. n. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 99. n.
16. & ſeq lib. 2. Dec. cōſ. 91. n. 16. lib. 5. Alex. Trent. de ſubſt.
par. 4 cap. 14. nu. 33. Peregr. de fideicom. art. 15. n. 26. Rot.
Roman. in collect. per Farin. deciſ. 332 n. 8. & ſeqq. par. 2.

54 Quando autem fideicommiſſum dicatur nominatim
relictum ſcribunt Ruin. Dec. & Peregr. ſupra citati: &
opinio Ruin. in ſuo caſu reprobatur à Peregrin. vt apud
eos videri poteſt. [Idem eſſet quando ſubſtitutio eſſet
perſonaliter facta per pronomina, ipſi, vel, ei, quia ſe-
cundus non admittitur, Menoch. conſ. 532. n. 8. & 9.

Vel ſubſtitutio eſſet facta verbis reſtrictiuis, tunc &
eo caſu Menoch. d. conſ. 532. n. 7.]

Declaratur tertiò, quando ſubſtitutio eſt facta ſuper-
ſtiti, vel per dictionem, dicto quia præmoriente primo,
non admittitur ſecūdus in fideicōmiſſaria, ita Honded.
cōſ. 49. n. 17. lib. 2. vbi allegat Bart. Soc. iun. & Rot. Rom.

55 Declaratur quartò, quando eſſemus in caſu, quod ſe-
cundus ſubſtitutus eſſet ſubſtitutus primo, ſi ſine libe-
ris decederet, quia ſi primus moriatur cum liberis ante
primum grauatum, eius filij ſuccederent, non ſubſtitu-
tus ſecundus, de quo tamen latius dicam quæſt. ſeq.

56 Declaratur quintò, quando ſubſtitutio haberetur pro
non ſcripta, vt quia primus ſubſtitutus nunquam fuiſſet
in rerum natura, quia tunc primo gradu extincto, & alij
corruunt, Paul. de Caſtro conſ. 394. videndum eſt, in fine,
lib. 1. Corn. conſ. 199. n. 32. & 34. lib. 2. & conſ. 198. n. 7. lib.
3. Dec. conſ. 427. n. 5 Alc. conſ. 492. n. 27. Men. conſ. 326. n.
35. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 43. ff. ad Trebell.

Subdeclaratur tamen ſecundum dicta per Corneum
relatum à Zanch. dicto nu. 43. & per Præt. de interpr. vlt.
volunt. fol. 332. nu. 2. verſ. inſpiciendum, & videatur etiam
Odd. conſil. 2. nu. 11. & quæ dixi conſ. 40. dubio ſecundo,
verſic. quarto.

Declaratur ſextò non procedere quando ſubſtitutio 57
eſſet caducata ob defectū conditionis, vt dicā infra n. 85.

Declaratur ſeptimò non procedere, quando teſtator 58
inſtituto ſubſtituit Titium, & poſtquam hæreditas per-
uenerit ad Titium, vel ſi Titius ſucceſſerit poſt eius
mortem ſubſtituit Caium, nam præmortuo Titio ante-
quam ad eum peruenerit hæreditas, ſecundus ſubſtitu-
tus non erit admittendus, quia non euenit conditio ſub-
ſtitutionis, ſub qua fuit vocatus Caius vltimus ſubſti-
tutus, ita conſuluit Peregrinus, cuius opinionem in eo-
dem caſu reprobauit Menoch. conſil. 1105. Fundamen-
ta autem Peregr. ſunt.

Primò, quia hæc verba, poſtquam hæreditate perue- 59
nerit, &c. faciunt conditionem, vt de dictione, poſtquā,
eſt textus in l. inter illam, ff. de verb ſignif. Bartol. in l. qui-
bus diebus, §. Termilius, col. 2. ff de cond. & demonſtr. Alex.
in l. ſi cui legetur, § hoc autem, & ibi Iaſ. ff. de leg. 1.

Et illud verbum, peruenerit, importat quod cum ef- 60
fectu peruenerit, l. 2. §. cum perueniſſe, ff. de hæred. vel. act.
vend. & l. qui concubinæ, §. cum ita ff. de legat. 3. Idem eſt
in conditione ſi hæres erit, nam intelligitur de hærede
cū effectu, non ſimpliciter de hærede ſcripto, l. 3. §. ſi quis
ita, & ibi not. Bart. & Imol. ff. de hæred. inſtit. l. ſi in diem,
& ibi Bart. & alij, ff. de cond. & demonſtr. Soc. ſen. conſ. 91.
n. 3. lib. 1. Dec. conſ. 633. col. 2. & conſ. 635. col. 3. & in l. hæ-
redē ff. de reg. iur. Pereg. de fideic. art. 32. n. 5. & ar. 15. n. 42.

Et ratio eſt, quia verba debent in omni materia intel-
ligi cum effectu l. 1. §. hæc autem verba, & ibi Iaſ. ff. quod
quiſq. iur. Pereg. d. art. 32. n. 6. ſi ergo hæreditas non per-
uenit ad primum ſubſtitutum, defecta eſt conditio, ſub
qua ſecundus fuit vocatus, nimirum ſi ille non erit ad-
mittendus, de quo etiam dicetur infra, & hoc argumē-
to quando dictum fuit, ſi mihi hæres erit, vt intelliga-
tur de effectuali ſucceſſione vtitur Pereg. d. art. 15. n. 41.

Secundò facit, quod qualitas illa, quod hæreditas per-
uenerit ad Caium requiſita eſt ante ſubſtitutionem de
Caio cum ergo hæreditas non peruenerit, & qualitas
defecta ſit, ſubſtitutio etiam deficere debet l. in delictis,
§. ſi extraneum ff. de noxal. act. & in ſpecie ſubſtitutionis
ſic argumentati ſunt Alexan. conſ. 1. n. 4. verſ. ſed præmiſ-
ſis, lib. 1. & Corn. conſ. 199. n. 10. lib. 1. Peregr. de fideicom.
art. 15. n. 40. in fine.

Tertiò, quando caſus ſunt diſſimiles, vel contrarij, nō 61
fit extenſio de caſu ad caſum, l. commodiſſimè. ff. de liber.
& poſthum. l. ex facto, §. ſi quis autem. & §. vlt. ff. ad Treb.
Bart. in l. Gallus §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. &
ibi alij communiter, Menoc. cōſ. 243 n. 30. & ſeqq. Man-
tic. de coniect. vlt volun. lib. 3. tit. 12. nu. 12. in fin. Præt. de
interpr. vlt. volunt. fol. 330. n. 82. in medio, Pereg. de fideic.
art. 11. nu. 47. ſed caſus ſi peruenerit, & caſus ſi non per-
uenerit ſunt contrarij, ergo &c.

Quartò accedit, quod ſi diſpoſitio eſt fundata in præ- 62
ſuppoſito, ceſſante illo præſuppoſito, ceſſat & ipſa diſ-
poſitio, Gloſ. in l. ſi mancipia in verbo auocandum, C. de
ſeru. fugit. & ibi Sal. & Fulg. Dec. conſ. 259. n. 6. ſed ſubſti-
tutio de Caio præſupponit clarè quod Titius habuerit
hæreditatem, ſi ergo non habuit, ceſſat ſubſtitutio.

Vltimò hanc ſententiam vltra Peregr. videntur pro- 63
baſſe, Bald. Alex. Corn. Ruin. Bero. Ceph. Burſ. Anguſ.
Natt. Rolan. & Honded. relati à Menoc. d. conſ. 1105. n.
1. & etiam hanc probauit idem Peregr. in tract. de fidei-
com. art. 15. n. 40. & ſeqq. [Addo pro hac opinione Rol.
à Vall. conſ. 58. n. 17. & ſeqq. lib. 3. Hond. conſ. 49. n. 33. &
ſeqq. lib. 2. Ceph. conſil. 312. Decian. in ſua Apolog. cap. 17.
Alex. Trent. de ſubſt. par. 4. cap. vlt. nu. 34. Alex. Raud. de
analog. cap. 37. n. 112. vſque ad n. 139. & ego conſului in
vna de Matherbis de Bozzolo, vt in conſ. 26.

Sed

Sed contra hanc declarationem tenuit Menoch. *d. conſ.* 1105. vbi latè. Mouetur ea ſolida ratione, nam quãdo quis per fideicommiſſum alteri ſubſtituitur, ineſt tacita conditio, ſi grauatus adierit hæreditatem, & ſic ſi ad eum peruenerit hæreditas, *l. ſed & ſi ſic*, §. *fin. ff. de legat.* 3. *l. ille à quo* §. 1. *ff. ad Trebell. l. tam quam, C. de fideicom.* Bart. *in l. Centurio, nu.* 32. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & ibi Galiaul. *n.* 76. Alex. *conſ.* 1. *n.* 7. *lib.* 1. Hieron. Gab. *conſ.*
64 115. *n.* 15. *& n.* 19. *lib.* 1. Et ideo dicitur, quod hæreditate non adita fideicommiſſum non debetur, Dec. *conſ.* 37. *n.* 8. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 274. *n.* 4. 5. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 2. *n.* 6. *& ſeqq.* & dixi *q.* 566. expreſſit ergo teſtator, quando dixit, poſtquam hæreditas peruenerit, &c. id quod tacitè inerat in ipſa fideicommiſſaria diſpoſitione; atque ita illa conditio erat neceſſaria, quemadmodum eſt conditio, ſi hæres erit, quæ apponitur inſtituto, Bald.
65 *conſ.* 241. *in fine lib.* 1. Et ideo iſta verba non debent aliquid operari iuxta regulam *l. hac verba, ff. de legat.* 1. *l. ſi arrogator, ff. de adopt. l. vnum ex familia*, §. 1. *ff. de legat.* 2. cum alijs adductis à Duen. *reg.* 285.

Et cum opinione Menoch. ego transeo: & ad contraria respondet ipſe Menoch. *d. conſ.* 1105. vbi etiam declarat authoritates in contrarium adductas. Et pro hac etiam ſententia adſunt Curt. iun. *conſil.* 83. *col.* 1. *&* 2. & Soc. iun. *conſ.* 114. *n.* 25. *& ſeq. lib.* 1. qui mouentur ex mẽte teſtatoris veriſimili, quod ſi de caſu cogitaſſet, idem reſpondiſſet, & ideo facienda ſit extenſio de caſu ad caſum, *l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* & ibi Doctor. & teſtator expreſſit caſum poſtquam hæreditas deuenerit ad Titium, quia ita credidit euentum fore.

Declaratur aliter, vt declaratur primus caſus, & videndus erit pro declaratione Odd. *conſ.* 56.

66 N.nus caſus eſt, quando prima ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, ſecunda vulgaris, & tunc ſecundus ſubſtitutus admittetur, *l.* 1. *ff. de his quæ pro non ſcript. habent. l. vnica*, §. *in primo, &* §. *pro ſecundo, C. de cad. toll.* Bart. *in l. quamdiu, la* 3. *ff. de acq. hered.* Paul. Caſt. *cõſ.* 268. *n.* 1. *li.* 2. & latius *conſ.* 125. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 1. *n.* 15. *lib.* 1. Corn. *cõſ.* 35. *dub.* 3. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 238. *col.* 1. *&* 2. vbi teſtatur eſſe cõmunem opinionem, quod etiã teſtatur *conſil.* 427. *per totum*, vbi *n.* 9. dicit iudicando ab hac non eſſe recedendum, Socin. iun. *conſ.* 114. *col.* 3. *lib.* 1. Zanc. *in d.* §. *cũ ita, n.* 46. Odd. *conſ.* 2. *n.* 11. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.* 144. *n.* 5.

67 Et iſti ferè omnes idem tenent, ſiue ſecunda ſubſtitutio ſit expreſſa vulgaris, ſiue compendioſa apta continere vulgarem.

68 Et procedit iſte caſus, etſi eſſet vulgaris reſpectu fideicommiſſi, vt quando ordinatur fideicommiſſum ſucceſſiuum per plures gradus, & vulgaris cadit reſpectu fideicommiſſi, quia vno mortuo ſecundus admittitur per vulgarem in illo fideicommiſſo, Paul. Caſt. *conſ.* 152. *præſens dubium, col.* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 422. *lib.* 2. Cuman. *conſ.* 121. *Gerardus*, Corn. *conſ.* 35. *col. pen. lib.* 2. Socin. iun. *conſ.* 42. *n.* 16. *& n.* 20. *cõſ.* 100. *n.* 6. *& ſeq. & conſ.* 114. *n.* 12. *lib.* 1. Alciat. *conſ.* 59. *n.* 7. *& ſequenti, lib.* 9. Hier. Gab. *conſ.* 117. *n.* 16. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 620. *n.* 15. *& ſequentibus*, Odd. *conſ.* 2. *n.* 11. *& ſequenti*, Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, n.* 43. *ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.* 15. *n.* 5. *& conſ.* 33. *n.* 8. *lib.* 5. & ita ego etiam tenui *in conſ.* 40. *dubio ſecundo, & in conſil.* 73.

Ratio eſt, quia ſublato gradu medio, vltimus ſuccedit in eius locum, *l. ſi Titio, l. cohæredi, in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. quamdiu, la vltima*, §. *is autem qui tertio, ff. de acq. hæred.* & ibi Bart. & alij communiter, Alciat. *reſp.* 59. *nu.* 7. *lib.* 9.

69 Accedit quod ſubſtitutio compendioſa, quæ continet vulgarem, ex natura vulgaris concepta in vnum caſum trahitur ad alium, *l. vlt. C. de inſt. & ſubſt.* Bart. & alij *in l.* 1. *ff. de vulg.* & plura per Peregr. *conſil.* 33. *nu.* 34. *lib.* 5. *& in tract. de fideicommiſ. art.* 15. *numer.* 3.

Et fideicommiſſum quod erat iniunctum hęredi verſus primum fideicommiſſarium, eo ſublato remanet hæredi cum onere reſtituendi ſecundo fideicommiſſario, qui in locum primi ex vulgari ſucceſſit, *l. vnica*. §. *pro ſecundo, &* §. *ne autem, C. de caduc. tollen.* Soc. iun. *dict. conſ.* 114. *n.* 14. *lib.* 1. & in alijs locis ibi, vbi dicit vulgarem eſſe reſpectu ſucceſſionis in locum primi ſubſtituti, fideicommiſſariam verò quatenus ſuccedit hæredi grauato. Et quod grauamen reſtituendi remaneat hæredi perempto primo gradu, dixit etiam Cephal. *conſ.* 620. *n.* 15. *lib.* 5. & ſequitur Odd. *conſ.* 2. *n.* 12.

Vnde ſubſtitutus dicitur ſubrogatus in locum eius 70
cui facta eſt ſubſtitutio, Alexand. *in l. cohæredi*, *in primo not. ff. de vulg. & pupill.* cum alijs citatis à Ceph. *conſil.* 620. *n.* 17. *& ſeq. lib.* 5.

Declaratur, & ampliatur multipliciter hic caſus, ſecundum dicta pro declaratione primi caſus, & octaui.

Ampliatur, etſi ſubſtitutus ſit nominatim grauatus reſtituere ſecundo per compendioſam, quæ tamen contineat vulgarem, & ſic ſecundus ſubſtitutus poſſit per vulgarẽ in locum primi intrare, nã tunc ſecũdus admittitur, ita poſt alios Rot. Rom. in collect. per Farin. *deciſ.* 331. *n.* 8. *& ſeqq. par.* 2. *repet. deciſ.* 403. *n.* 4. *& ſeqq. ead. p.* 2.

Decimus eſt caſus, quando prima ſubſtitutio eſt fi- 71
deicommiſſaria, ſecunda verò compendioſa, & euenit caſus fideicommiſſariæ, & pariter ſecundus ſubſtitutus admittetur Zanch. *dicto* §. *cum ita, n.* 45. & eſt de mente
omnium, nam de fideicommiſſaria contenta in com- 72
pendioſa idem iudicatur, quod de ſimplici fideicommiſſaria, quando caſus euenit fideicommiſſariæ, Hier. Gab. *conſ.* 130. *n.* 7. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 1. *n.* 77. *lib.* 1. Menoc. 85. *n.* 100. Peregr. *de fideicomm art.* 13. *n.* 2. Surd. *deciſ.* 37. *nu.* 37. & alios addidi *ſupra quæſt.* 251.

Declaratur autem hic caſus, & ampliatur ſecundum dicta in octauo caſu.

Vndecimus eſt caſus, quando tam prima, quàm ſe- 73
cunda ſubſtitutio eſt compendioſa, & tunc ſi euenit caſus fideicommiſſariæ idem iudicatur, quod de mera fideicommiſſaria, & ſic ſecundus ſubſtitutus admittitur, Rip. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, col. pen ff. ad Trebell.* & ibi Torn. *n.* 152. Zanc. *n.* 41. *verſ. ad idem, & n.* 44. Paul. Caſt. *conſ.* 152. *lib.* 1. *& conſ.* 410. *lib.* 2. Roſel. *inter conſ* Calcan. *cõſ.* 104. *dubio ſecundo* Rub. Alex. *conſ.* 104. Ruin. *conſ.* 94. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 114. *col.* 7. *& conſ.* 190. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 238. *n.* 1. Rip. *conſ.* 106. Curt. iun. *cõſ.* 83. Chriſtoph. Torn. *conſ.* 78. *dubio tertio*, Pereg. *cõſ.* 36. *n.* 25. *lib.* 3. Men. *conſ.* 1105. *n.* 13. Alex. Trent. *de ſubſt. p.* 4. *c.* 14. *n.* 34.

Declarabitur tamen iſte caſus ſecũdum dicta in octauo caſu, quando vtraque ſubſtitutio eſt fieeicommiſſaria, & etiam ſecundum dicta in primo caſu.

Duodecimus eſt caſus, quando prima eſt compen- 74
dioſa, & euenit caſus fideicommiſſariæ, & ſecunda eſt mera fideicommiſſaria, & pariter ſecundus ſubſtitutus admittetur, Alciat. *in l. cohæredi, n.* 7. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Zanch. *in dicto* §. *cum ita num.* 41. *verſ. addo*, Paul. Caſtr. *d. conſ.* 152. *col.* 2. *lib.* 1. *conſ.* 267. *in quæſt. quæ vertitur, dubio primo, lib.* 2. Ruin. *conſ.* 140. *dubio ſecundo, & cõſ.* 94. *ſecundo caſu, libro* 2. Curt. iun. *conſ.* 83. *& cõſ.* 185. Dec. *conſ.* 238. *conſ.* 318. *& conſ.* 427. Soc. iun. *conſ.* 42. *conſ.* 114. *libro primo, & conſ.* 181. *n.* 47. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 295. Menoc. *conſ.* 1105. *n.* 13. Pereg. *de fideic. art.* 15. *n.* 21. *in fine*.

Hic caſus ampliatur, & declaratur prout dictum fuit de primo, & octauo caſibus.

Decimus tertius caſus eſt, quando prima ſubſtitutio 75
eſt compendioſa: & euenit caſus vulgaris; ſecunda verò eſt fideicommiſſaria, & tunc ſecundus ſubſtitutus excluditur, Zanch. *in dicto* §. *cum ita, nu.* 49. Alexand. *conſ.* 1. *n.* 15. *lib. primo*, Corn. *conſil.* 35. *n.* 23. *lib.* 2. Crauet. *conſ.*

285.*n.*1.Menoc.*conſ.*85.*n.*100.*& conſ.*106.*n.*388.& quę dixi in tertio caſu, vbi de prima mera vulgari, & ſecunda fideicommiſſaria actum eſt, & non differt mera vulgaris à compendioſa, quando euenit caſus vulgaris ad dicta ſupra *nu.*72.

76 Decimus quartus caſus eſt, quando prima & ſecunda ſubſtitutio eſt compendioſa, & ambæ ſunt aptę comprehendere vulgarem, & euenit etiam caſus vulgaris, & tunc idem dicendum eſt prout de ſimplici vulgari, vt in primo caſu dictum fuit, & ſic ſubſtitutus ſecundus admittuntur, Bald.*conſ.*149.*quamquā prudens lib.*4.Paul. de Caſtr.*d.conſ.*152.*conſ.*375. *viſis omnibus punctis, col.* 3.*lib.*1.*conſ.*267.*viuentibus,n.*2.*lib.*2.Ruin.*conſ.*140.*dub. ſecundo,lib.*2.Dec.*conſ.*238.*nu.*2.Pariſ.*conſ.*73.*n.*32 *lib.*3. Alc.*reſp.*59.*n.*6.*& ſeqq.lib* 9.Soc.iun.*conſ.*42.*n.*18.*& nu.* 20.*& conſ.*94.*n.*50.*cōſ.*101.*col.vltima,& conſ.*114.*n.*24. *lib.*1.Menoc.*conſ.*106.*n.*375.*& n.*390.*conſ.*661.*n.*3.*verſ. cum ergo*,Guid.Pap.*quæſt.*550.Boer.*deciſ.*38.*n.*18. *& ſeq.* Odd.*de compend parte* 6.*qu.*1.*art.*1.*nu.* 4. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Pereg. latè *de fideicom.art.* 15.Præt.*de interp.vlt.volunt.fol.*331.*n.*1.Alex. Trent.*de ſubſt.par.*4.*cap.*14.*n.*28.Intrig.*de ſubſtit.cent.*3.*q.*42.*n.*4.

77 Declarabitur hic caſus,& ampliabitur,vt dictum fuit de primo caſu.

Decimus quintus caſus eſt, quando prima & ſecunda ſubſtitutio eſt compendioſa, & euenit caſus pupillaris, & tunc idem dicendum eſt, ac ſi eſſent duæ pupillares, vt dixi ſupra in quarto caſu per ea quæ ſcribunt Peregr, *d.art.*15.*in principio*,& Odd.*d.quæſt* 6.*artic.*1.

78 Aduertendum eſt etiam circa ſupradicta,in omnibus illis caſibus in quibus dictum fuit caducato primo gradu, ſubintrare ſecundum, an ſubſtitutio ſit facta de deſcendentibus teſtatoris.& ſic ſubintelligi poſſit cōditio, ſi ſine filijs, ita vt mortuo primo cum filijs exiſtentia illorum filiorum excludant ſecundum ſubſtitutum eueniente caſu ſubſtitutionis, ſuper quo articulo videndi erunt Ruin.*conſ.*106.*lib.*2.Dec.*conſ.*416.Soc. iun.*conſil.* 100.*lib.*1.Curt.iun.*conſ.*33.Peregr.*de fideic.art.*15.*nu.*42, *& ſeq.*& plenius alibi ſcripſimus in materia cuiuſq; ſubſtitutionis an conditio,ſi ſine filijs, ſubintelligatur.

79 Aduertendum ſecundò, quod in caſibus, in quibus diximus ſubſtitutum ſecundum admitti caducato primo gradu, id procederet ſi caducetur primus gradus per mortem ſubſtituti, ſecus ſi eſſet caducatus ob defectum conditionis, vt quia non euenit caſus primæ ſubſtitutionis,quia tali caſu nec ſecundus gradus poſſet habere locum Alexand.*conſ.*1.*nu.*12.*lib.*1. Corn.*conſ.*299. *col.*2.*verſ ſed licet,lib.*3. Ruin.*conſ.*88.*col.antepen.conſ.*96. *col.*3.*lib.*2.*& conſ.*128 *col.*4.*lib.*3. Curt.iun.*conſ.*83.*col.*4. Soc.iun.*conſ.*42.*n.*32.*lib.*1.Crauet.*conſ.*283.*col* 2. Ceph. *conſ.*269.*nu.*32.*& ſeq.& conſ.*649.Menoc.*conſ.*325.*n.*48. *& conſ.*326.*n.*32.34.*& ſeqq.*Peregr.*conſil* 33.*nu.*10.*verſ. quare,lib.*5.Zanch.*in l.heredes mei §.cum ita,n.*58.*& ſeqq. ff.ad Treb.*Præt.*de interp.vlt.vol.fol.*252.*n.*56.*circa finē, & fol.*370.*col.*4.*n.*1.*verſ.hac autem,& n.*2.Surd.*dec.*144. *nu.*14.[Et pro hac ſententia ſe habent etiam Theſ.*dec.* 86.*in fine* Hond.*conſ.*78 *n.*42.*& ſeq lib.*1. Rota *in collect. per* Farin *deciſ.*480.*n.*7.*& deciſ.*519.*nu.*2.*par.*1. Gratian. *diſcep forenſ cap.*747.*n.*18.*& ſeqq nu.*24.*& n.*31.*& cap.* 536.*n.*33.*& cap.*774.*n.*5.*&* 6.

80 Contrariam opinionem malè probauit Paul. Caſtr, *conſ.*417.*viſo facto,col.vlt.lib.*1.

81 Ampliatur, etſi in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris,nam clauſula codicillaris operatur, quando verba
82 ba ſubſtitutionis verificantur,ſecus ſi non verificantur, nec euenit caſus a teſtatoris ordinatus, & etiam clauſu-
83 la codicillaris operatur, vt quod non poteſt deberi ex teſtamento defectu validitatis illius, debetur ab inteſtato, non autem operatur quando non euenit caſus diſpoſitus,& prouiſus à teſtatore, Socin.ſen.*conſ.* 76. *in fine lib.*3.Alciat.*reſp.*492.*n.*27.*verſ.nec obſtat*, quos refert & ſequitur Menoc.*conſ.*326.*nu.*40.& illius opinio mihi vera videtur, licet poſtea ipſe Menoch. contrarium verius eſſe aſſerat,& hanc ſententiam retractet *in conſ.*432. *n.*15 motus authoritate Paul.Caſtr.& Dec.ſed certè alia eſt quæſtio illa, alia noſtra, vt ſi bene aduertatur clarè colligitur.

Decl. tamen quando conditio deficeret viuente ipſo 84
primo ſubſtituto, quia tunc ſecundus ſubſtitutus ſuccederet,ſecundū Ruin.*conſ.*113.*col.*3.*lib.*3.à quo tamen diſſentit Zanch,*in d.§.cum ita,nu.*19.vbi etiam declarat opinionem Ruin.quando quis vellet eam tenere.

Aduertendum tertiò eſt, quod in caſibus, in quibus 85
diximus ſecundum ſubſtitutum admitti, quod adhuc vt admittatur neceſſe eſt, quod euenerit conditio appoſita in prima ſubſtitutione, non autem attendatur conditio adiecta ſecundæ ſubſtitutioni, Anchar.*conſil.* 427. Paul.Caſtr.*conſ.*452.*col.penul.ad finem lib.*1.Fulgoſ.*conſil.*14.Cum.*conſ.*121.*n.*71.Alex.*conſ.*59.*col.*4.*lib.*3.*& cōſ.* 139.*col.*2.*lib.*6 Iaſ.*conſ.*196.*col.penul.li.*2.Soc.ſen.*conſ.*62. *n.*7.*lib.*3.Bertran.*conſ.*23.*col.*2.*lib.*3.Dec.*conſ.*416.*col antepen.& cōſ.*427.*col.*2.*& vlt.*Curt.iun.*conſ.*83.*n.*4. Pariſ. *conſ.*44.*col.*2.*lib.*2.*& conſ.*73.*col.penul.lib.*3.Soc.iun.*conſ.* 42.*& conſ.*101.*col.vlt.lib.*1.Crau.*conſ.*283.Alc.*reſp.*59.*n.* 9 *lib.*9.*& in l cohæredi,n.*4.5.*&* 10.*ff.de vulg.* Zanch.*in l. hæredes mei,§.cum ita n.*37.*&* 58.*& ſeqq. & nu.*68.*ff. ad Treb* Hier.Gab.*conſ.*95.*n.*21.*& cōſ.*117.*n.*18.*lib.*1.Honded.*cōſ.*49.*n.*42.*& ſeqq.lib.*1. vbi alios addit Menoc. *cōſ.* 1137.*n.*69.Præt.*de interp vlt.vol.fol.*331.*n.*1.*verſ.Petrus & ver.nō obſtat poſt mediū*, vbi alios multos addit,& ego etiā ita cōſului in vna Mediolanenſi, vt habetur *in cōſ.*5.

Declaratur primo non procedere,quando eſſemus in 86
caſu, quod vulgaris eſſet facta in vno caſu, nec poſſet extendi ad alium caſum, de quo articulo alibi dictum fuit, quia tunc vt admittatur ſubſtitutus ſecundus per vulgarem, requiritur quod conditio ſit impleta tam in primo quam in ſecundo gradu, Zanch. *in l.heredes mei*, *§.cum ita n.*67.*ff.ad Treb.*vbi plures alios citat.

Declaratur ſecundò, quando ſumus in conditione, ſi 87
ſine liberis, quia hæc conditio tam in prima, quam in ſecunda ſubſtitutione attendi debet,& dicitur repetita, Paul.Caſtr.*conſil.*417.*ad finem lib.*1.Zanch. *in l. heredes mei,§ cum ita,nu.*59.*verſ.ſecundo aduerte, ff. ad Trebell.* & dicam *p.ſeq.*

Contrariam opinionem probarunt Curt.iun.*conſ.*83. 88
*n.*4.Crauet.*conſ.*283.vbi optimè declarat, & diſtinguit, Præt.*de interp.vlt.volun fol.*331.*n.*1.*verſ.Petrus, & verſ. non obſtat*, vbi alios multos adducit, ſed de hac declaratione videantur dicta *in ſeq. declaratione*, nam ibi Doct. citati ferè omnes loquuntur de conditione, ſi ſine liberis,& vide etiam *in ſeq qu.*

Declaratur tertiò, quando ſumus in vulgari,attendi- 89
tur conditio adiecta primæ ſubſtitutioni ſecus ſi ſumus in fideicommiſſaria, & ex ea ſecundus ſubſtitutus ſuccedat, quia tunc conditio ſecundæ ſubſtitutioni adiecta erit attendenda, *l. qui habebat.ff.de vulgar.* & ibi in ſpecie ita tenent Gloſ.Bart.& alij communiter, Ang. *in l.quamdiu,la* 3.*ff.de acquir.hered.* & ibi Imol.& Roman. Alex.*in l.cohæredi,in pr.nc.ff.de vulg.*Soc.ſen.*in l.cū annus, num.*18 *&* 20.*ff.de cond.& demonſtr.& in l,*1.*col* 12.*in* 8. *limit.ff.de vulg.*Zanch.*in l.heredes mei,§.cum ita, nu.*37. 60.*& ſeqq.vſque ad n.*66.*ff.ad Trebell.*

Et conſulendo Bald.*conſil.*162.*& conſ.*254.*lib.*1. Fulgoſ.*conſ* 46.Alex.*conſ.*1.*n.*14.*libro* 1.Soc. ſen.*conſil.* 52.*n.* 14.Corn.*conſil.*35.*in fine,conſ.*199.*n.*23.*&* 29.*lib.*2.*conſ.* 298.*in ſubſcript.col.*2 *lib.*3.*& conſ* 280.*nu.*6. *libr.*4. Curt. ſen *conſil.*33. Rub.Alex.*conſil.*26.Crau.*conſ.*62. *& conſ.* 283.*nu.*1.*ad medium*,Soc.iun.*conſil.*54.*n.*4.5. *& conſ.*10. *n.*32,

Digitized by Google

nu.32.lib.1.Ruin conſ.171.nu.4.lib.2.Pariſ.conſ.18.n.45. & conſ 83.lib.2.Hier.Gab.conſ.95.n.18. & ſeqq.lib.1.vbi dicit hãc opinionem eſſe veriorem, & communem tam antiquorum, quàm modernorum, Pereg.qui alios multos addit conſ.36.n.26.& ſeqq.lib.3.& fideic.art.15.n.34.& ſeqq. vbi tandem diſtinguit, vt apud eum.

Ratio eſt quia conditio inter gradui, non perſonæ, & perempto primo gradu, ſecundus gradus ſuccedit loco gradus perempti, & perſonæ in eo contentæ ex eodem gradu, & iure proprio ſuccedunt, & ſubſtitutio ſecunda fit prima, & fideicommiſſum, quod fit caducum, remanet penes primum grauatum non ſimpliciter cum onere, ſed cum eadem conditione, ita vt ſecundus ſubſtitutus ob mortem primi nihil amplius conſequi poſſet, quam ſi primus ſucceſſiſſet, & poſt eum ſecundus petendo ab eo fideicommiſſum, quod quidem petere non potuiſſet eo caſu, niſi impleta eſſet conditio appoſita ſecundo gradui, ita in ſpecie egregiè & ſubtiliter comprobauit Hier.Gabr.conſ.95.n.17.& ſeqq.lib.1.

90 Cæterum alij tenent ſufficere, quod exiſtat conditio gradus perempti, nec referre quod conditio ſecundi gradus defecerit, in qua ſententia fuerunt Paul. Caſtr. cõſ.152.col.2.lib.1.Bertran.conſ.23.lib.3.in antiq.Decian. conſ.427.col.2.& vlt.Curt.iun.conſ.83.num.4.Soc.iun.d. conſ.42.n.18.& conſ.114.nu.28.lib.1.Alciat.in l.cohæredi, in princ.ff.de vulg.conſ.39.n.4.conſ.59.nu.9.& conſ.88.lib.9.Crau.conſ.283.per tot.Mant.conſ.146.lib.2.Rebuff.conſil.173.maximè n.14. & in hac opinione videtur etiam inclinare Hier.Gabr.conſ.117.n.18.lib.1.Sed re vera hic non erat caſus ſuis, ſed arguebat à fortiori in ſuo caſu, ex opinione Caſtr.& aliorum ſupra relatorum tenentiũ hanc ſecundam opinionem. Et fundamenta huius opinionis adduxit Peregr.de fideicom.artic.15.n.33.& ſeqq.

91 Ampliatur prima opinio, & ſi ſecunda eſſet compendioſa, ſed non poteſt habere locum niſi fideicommiſſaria, Zanch.dicto §.cum ita,n.65.

92 Limitatur autem quando aliter conſtaret de mente teſtatoris ex diſpoſitis in teſtamento, ita Hier. Gabr.dicto conſil.95.nu.21.lib.1.

93 Sic è contra, ſecunda opinio Paul.Caſtr.locum non haberet, quando ex diſpoſitis conſtaret ſecundum ſubſtitutum non eſſe vocatum, niſi ſub conditione ei appoſita, ita Hier.Gabr.dicto conſ.95.n.12.

94 Porrò ſi ſubſtitutus eſſet & coniunctus, ſuccederet per ius accreſcendi, licet ſubſtitutio ſit caducata ob defectum conditionis, Alex.conſ.109.lib.2. quem refert & ſequitur Pereg.de fideicom.art.15.n.39. rationem adducit, quia ſublato, ſcilicet ſubſtitutionis iure, non deficit ius accreſcendi ex coniunctione proueniens, l. penultim. in 2.reſp.ff.de iniuſt.teſtam.Bartol.in l.re coniuncti,col.12. verſic.ſed circa hæc ff.de legat. 3.

95 Infertur autem ex prędictis, quod ſi teſtator primo filio naſcituro quandocunque deceſſerit ſine liberis ſubſtituat ſecundo naſciturum, & ſecundo naſcituro, ſi deceſſerit ſine liberis ſubſtituat Titium, quod vno tantum poſthumo nato, eoque ſine liberis mortuo, quod Titius non ſuccedet, ita Oldr.conſ.177.Ioan.Andr. in addit. ad Specul.tit.de teſtam.§.1.in add.magna,ver.accurrit.etiam caſus, Fulgoſ.conſ.49.verſ in oppoſitum, Rom.in d.l.quãdiu inſtitutus.ff.de acq hæred.Alex.conſ.1.lib.1. Dec. conſ.238.in princ. Ruin conſ.104.col.2.conſ.172.& conſ.175.lib.2.Rebuff.conſ.182.n.40.Odd.conſ.2.n.2.cum alijs citatis,quæſt.435.nu.13.

96 Sed Odd.& ſequacium ſentẽtiam improbauit Pereg. in tract.de fideic.ar.15.n.16.vbi allegat Aret.in d.l.quamdiu,la 3.de acqu. hæred. qui etiam tollit omnia argumenta, Old. Iaſ.in l.1.n.29.& ibi Rip n.92.ff.de vulg. Iaſ.conſ.148.dub.primo, lib.2.vbi pariter reſpõdet ad omnia fundamenta Oldr.Soc.iun.conſ.94.dubio tertio,lib.1.Alciat. conſ.59.col.vltima,lib.9.vbi dicit contra conſ. Old. fuiſſe iudicatum, conſ.103.col vlt eod.lib.Ruin.conſ 146.n.8.& conſ.182.lib.2.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.1.tit.6. addo Bartol.Bald Angel.Imol.& Comen.in d.l.quamdiu ff.de acq.hæred.& in l.ſi mater, ff.de vulg. vbi dicunt opinionem contra Old.eſſe communem, & veram, Alexand.in d.l.1.n.32.ff eod.Curt.ſen.conſ.51.dub.vlt.n.29.Soc.iun. conſ.181.n.57.lib.2.& conſ.94.nu.22.lib.1. vbi dicit opinionem Old.communiter reprobari. Polit.in tract.de vulg.n.107.Aret.in l.placet,ff.de lib.& poſthum.Ruin.in l. Gallus,§.& quid ſi tantum,n.48.ff.eod.Dec.conſ.1.n.165. vbi de communi lib.1.Præt.de interpr.vlt. vol.fol.246.n.16.& videnda erunt quæ dixi ſupra q.64.nu.14.Et hæc opinio tenenda omninò eſt tanquã verior, cum iſtæ ſint compendioſæ ſubſtitutiones ſubordinatæ illo modo, quæ ante aditam continent vulgarem tam reſpectu primi poſthumi, quam ſecundi, & poſt aditam continent pupillarem, & poſt ætatem pupillarem continent fideicõmiſſariam, vt in materia compendioſæ diximus, vnde non nato ſecundo poſthumo, per vulgarem in eius locum ſuccedit Titius vltimus ſubſtitutus, & moriente primo poſthumo in pupillari ætate, Titius per pupillarem, & ſi poſt pubertatẽ decedat, eidẽ per fideicommiſſariam ſuccedet, & ita reſoluunt omnes ſupra citati, præcipuè Peregr.d art.15.nu.16.& hæc probatur etiam ex his quæ ſcripſimus ſuper hæc quæſtione in diſtinctione caſuum, vt ſuo loco habetur. [Hanc opinionem etiam tenent Angel.in d.l.quamdiu Bart. in conſ.incipit, quidam nomine, Paul. Caſtr.conſi.152.præſens dubium lib.1.Alexand.conſil.1.col.7.& ſeqq.lib.1.Zanch. in d.§.cum ita,num.45.& numer.1052.

97 Confirmatur, quia ſubſtitutus ſubſtituti cenſetur ſubſtitutus primi inſtituti, l. ſi Titius, & ibi Bart. & alij notant, ff.de vulg.& pupill.l.cohæredi,in princ.& ibi Bart. & Doctor. ff.eod. quamuis ergo deficiat primus gradus ſubſtitutionis, debet tamen vltimo ſubſtitutus admitti, cum cenſeatur ſubſtitutus primo inſtituto. Et hoc argumento vſus fuit Iaſ.conſ.248.nu.15.lib.2. vbi dixit facere magnum capitale in hoc fundamento, & ab eo pendere deciſionem præſentis diſputationis.

Alia fundamenta huius ſententiæ plenè deduxit Iaſ. d.cõſ.248.lib.2.vbi etiam tollit argumenta Oldr. & aliorum diſſentientium.] Sed aduerte, quòd ſi prima ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria, vltima verò vulgaris, vel omnes eſſent fideicommiſſariæ, quod nullo nato poſthumo ſubſtitutus vltimus non admitteretur, & in his terminis loquuntur Alexand.in conſ.1.lib.1. relatus ſupra n.95.& in eodem caſu Corn.conſ.192. in præſenti lib.2.prout aduertit add.ad Alex.d.conſ.1. & ita etiam Odd.declarat d.conſ.2.n.15.& præclara, Menoc.conſ.532. lib.5.Alciat.conſ.492.num.20. Et ratio eſt, quia hæreditas non eſt adita, quo caſu nec fideicommiſſa debentur, vt latè dixi quæſt.566.vbi etiam declaraui.

Aliud eſſet quando natus eſſet primus poſthumus, qui adiuiſſet hæreditatem, non autem ſecundus, quia tunc ſubſtitutus vltimus admitteretur, & ita in his terminis loquuntur Alex.& Dec.infra ſtatim relati.

98 Opinio autem Old.ſi retinẽda eſſet, reciperet plures declarationes, & primo, quando prima ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, ſecunda verò vulgaris, nam tũc ex vulgari ſecundus ſubſtitutus ſuccederet non nato ſecundo poſthumo, Alex.conſ.1.nu.15.lib.1.Dec.conſ.427. Odd.d. conſ.2.nu.15.cum alijs multis citatis ſupra in nono caſu.

99 Declaratur ſecundò non procedere, quãdo primo inſtitutus fuit grauatus de reſtituendo ſecundo fideicommiſſario, non autem primus ſubſtitutus eſt grauatus reſtituere ſecundo, ſi ſine liberis deceſſerit, vt ſi dictũ fuiſſet, inſtituo primum naſciturum, quẽ ſine liberis decedentem grauo de reſtituendo ſecundo naſcituro, & ſi

ſecundus naſciturus ſine liberis deceſſerit, reſtituat hæreditatem Titio, nam ſic grauamen non eſt iniunctum primo ſubſtituto, ſed eſt adiectum primo poſthumo, Odd. *d. conſ.* 2. *n.* 15. *verſic. vel melius*, vbi adducit Bart. *in d. l. quamdiu*, Caſtr. *in d. conſ.* 152. *in princ. lib.* 1. Socin. ſen. *conſil.* 52. *col. vlt.* vbi dicit eſſe communem opinionem. Dec. *conſ.* 427. *n.* 12. *&* 13. vbi teſtatur de communi opinione Ceph. *conſ.* 268. *n.* 14. & Dec. *conſ.* 81. *col penult. & vlt. lib.* 2 qui pariter dicit eſſe communem opinionem. [Pro declaratione etiam huius materiæ videndi erunt Odd. *conſ.* 177. Menoch. *conſ.* 532. *lib.* 6. & quę ego ſcripſi in vna Bononienſi de Paleottis in conſ....

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutus hæredi, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ſit Titius, et Titio ſine liberis morienti datus eſt alius ſubſtitutus, mortuo Titio cum liberis, & poſtea hærede ſine liberis, vltimus ſubſtitutus non admittitur, ſed admittuntur filij Titij primi ſubſtituti, contra num. 5. declara per totam quaſt.*

2 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ab inteſtato patri non potuerunt ſuccedere, quia ei delata non fuit hæreditas.*

3 *Poſiti in conditione filij excludunt ſubſtitutum, etiam quod ipſi ſuccedere non poſſent.*

6 *Vulgaris ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit inſtitutus, locum non habet, niſi verificetur conditio, quod inſtitutus ſine liberis deceſſerit.*

7 *Conditio adiecta vni gradui, non cenſetur repetita in alio gradu.*

9 *Poſiti in conditione filij quando ſunt vocati, de eis iudicatur prout de diſpoſitiuè vocatis.*

QVÆSTIO CCCCLXX.

Si inſtitutus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituto Titio, & Titio ſine liberis decedenti ſubſtituto Caio, ſi prius moriatur Titius cum liberis, & poſtea inſtitutus ſine liberis, an liberi Titij præmortui, vel Caius vltimus ſubſtitutus admittatur, vel potiùs fideicommiſſum vti caducum remaneat hæredibus grauati.

OCCVRRIT egregia diſputatio, teſtator inſtituit filium, & ſi filius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit Titium, & ſi Titius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit Caium, moritur primo Titius relictis liberis, poſtea inſtitutus ſine liberis, dubitatur quis ſuccedat, an filij Titij primi ſubſtituti & primo mortui, an Caius vltimus ſubſtitutus? In quo articulo duæ ſunt contrariæ ſententiæ.

1 Prima eſt quod vltimus ſubſtitutus ſit excluſus vnà cum hęredibus primi grauati, & filij primi ſubſtituti admittantur, & hanc probarunt Bald. *conſ.* 254. *Titius inſtituit ſororem, lib.* 1. qui loquitur in caſu, quo pia cauſa erat ſubſtituta, & tamen in fine dicit, quod cum ageretur in caſu ſuo de ſalute animarum laudat compoſitionem, Bertran. *conſ.* 363. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 74. *col.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 180. *col.* 3 *& ſeq. lib.* 4. Soc. ſen. *conſ.* 218. *dub. ſecundo, lib.* 2. Bern. *conſ.* 128. *n.* 21. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ* 106. *n.* 24. *lib.* 1. *& conſ.* 141. *lib.* 2. *& in l. hæredes mei, §. cũ ita, nu.* 57. *ff. ad Treb.* Alc. *conſ.* 44. *n.* 51. *& conſ.* 46 *n.* 13. *lib.* 9. Hier. Gabr. *conſ.* 95. *n.* 2. *& conſ.* 115. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 160 *nu.* 21. *lib.* 2. *& conſ.* 131. *n.* 13. *lib.* 3. Grat. *cõſ.* 32. *n.* 13. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 251. *n.* 85. Beret. *conſ.* 40. *n.* 6. Ant. Gab. *de fideicom. concl.* 4. *n.* 33. Pereg *conſ.* 54. *nu.* 2. *& ſeqq. lib.* 4. *conſ.* 132. latè, vbi conſuluit cõtra locum pium, *& conſil.* 150. *num.* 8. *lib.* 5. & ſecundum hanc ego conſului ſuper teſtamento & fideicommiſſo D. Iulij de Mathiolis, quod eſt *conſilio* 29.

Mouetur principaliter Bald. ex mente teſtatoris, qui vltimo ſubſtituto prætulit tres perſonas, filium inſtitutum primum ſubſtitutum, & filios primi ſubſtituti.

Et ſic filij primi ſubſtituti habent voluntatem teſtatoris prelatiuam aduerſus ſecundum ſubſtitutum, *l. Lucius*, ibi, *prudens teſtatoris conſilium animaduertit, qui non ſolum fratrem, ſed & filios fratris in cõditione poſitos prætulit ſubſtituto*, ex quibus verbis colligitur voluntatem teſtatoris ſtare pro ſubſtituto, quod etiam ponderat Peregr. *conſ.* 132. *n.* 3. *lib.* 5. qui propterea ſubdit, quòd cum Iudex in eius æſtimatione, & arbitrio habeat voluntatẽ teſtatoris, *l. volũtas, C. de fideicom. l. ſi Stichus, §.* 1. *ff. de leg.* 3. ex mente teſtatoris, quæ totum facit in fideicõmiſſis, *l. pen. ff. de leg.* 1. *l. fideicommiſſa, §. item ſi quis, & l. quiſquis, ff. de leg.* 3. *l. cum virum, C. de fideicom. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & vbique ſcribunt Doct. poſſit pronunciare pro filijs poſitis in conditione. Maximè, quia filij 2
poſiti in conditione cenſeri debent vocati, nam in his bonis cum ſint prælati ſubſtituto ex mente teſtatoris, niſi cenſerentur vocati, inane & non prudens fuiſſet conſilium teſtatoris, cum nec ab inteſtato potuerint patri ſuo ſuccedere, cui hæreditas non fuit delata, quia præmortuus grauato, Soc. iun. *d. cõſ.* 141 *lib.* 2. Hier. Gab. *conſ.* 115. Pereg. *d. conſ.* 132. *n.* 5. *lib.* 5. vbi alios addit.

Accedit pro excluſione ſubſtituti vltimi, quod defe- 3
cta eſt conditio ſubſtitutionis, cum Titius primus ſubſtitutus deceſſerit relictis filijs & ideò expirat ſubſtitutio ſtantibus filijs poſitis in conditione, etiam quod ipſi non ſuccedant, *l. filiusfamilias, §. cum quis*, & ibi Bart. Imol Cuman. & Caſtr. *ff. de leg.* 1. *l. ex facto, § penult. ff. ad Trebell. auth. licet, C. de natur. liber.* Alex. *cõſ.* 66. *col.* 2. *lib.* 2. Ruin. *cõſ.* 81. *n.* 15. *lib.* 2. Crau. *conſ.* 62. *n.* 2. *& conſ.* 283. *col.* 1. Mant. *de coniect. vlt. volun. lib.* 12. *tit.* 6. *n.* 14. Pereg. *de fideicom. art.* 28. *n.* 52. *& conſ.* 132. *n.* 1. *lib.* 5. vbi in terminis noſtris, *& conſ.* 54. *n.* 2. *& ſeqq. lib.* 4.

Contra autem hæredes primi grauati, vt fideicom- 4
miſſum eis tanquam caducum non poſſit remanere, facit, quia illi nullo modo habent voluntatem teſtatoris, nam conditio, ſi ſine filijs, appoſita Titio primo ſubſtituto non fuit appoſita ad fauorem inſtituti, ſed fuit appoſita ad excluſionem vltimi ſubſtituti, caſu quo primus ſubſtitutus filios haberet: ſed ad fauorem inſtituti appoſita eſt conditio, ſi ille decederet ſine filijs, qui cũ non deceſſerit relictis filijs, non eſt liberatus ab onere fideicommiſſi: & ſic exiſtentia filiorum Titij non releuat inſtitutum, Pereg. *d. conſ.* 132. *n.* 4 *verſ. ſecundo conſidero, lib.* 5. vbi allegat Raph. Cuman. *conſ* 21. Paul. Caſtr. *conſ.* 152. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 427. Soc. iun. *cõſ.* 92. *lib.* 1. *conſ.* 94. *n.* 50. vbi dicit ita iudicatum. *& conſ.* 114. *nu.* 28. *eod. libr.* Alciat. *conſ.* 39. *n* 4. *conſ.* 59. *nu.* 8. *& conſ.* 88. *lib.* 9 Mantic. *conſ.* 146. *lib.* 2. Rebuff *conſ.* 173. *nu.* 14. Crauet. *conſ.* 283. Hieron. Gabr. *conſ.* 103. *n.* 1. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 620. *nu.* 35. Menoc. *conſ.* 651. *n.* 10. *& lib.* 4. *præſump.* 89. *n.* 127. *& nu.* 144. Peregr *de fideicom. art.* 5. *n.* 35. *& ſeq.*

Secunda eſt opinio præcedenti contraria, quod ſcili- 5
cet vltimus ſubſtitutus admittatur, quam ſenſit Bart. *in l. quamdiu, la vlt. in fin. ff. de acquir. hæred* in exemplo per eum poſito, dum non conſtituit differentiam, an primus ſubſtitutus mortuus cum filijs, vel ſine filijs, Ripa ſub dubius tamen *in l. Centurio, n.* 151 *ff. de vulg.* Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita n.* 57. *verſ. vlt n.* 68 *& ſeqq. ff ad Trebell.* Paul. Caſtr. *conſ.* 152. *præſens dubium, lib.* 1. Cum. *conſ.* 121. Bertrand. *conſ.* 365 *col. vlt. lib* 1 *& conſ.* 23. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 427. *per totum*, Alciat. *conſ.* 88 *conſ.* 39. *nu.* 4. *& conſ.* 59. *n.* 9. *lib.* 9. Soc. iun *conſ.* 42. *& conſ.* 114. *n.* 28. *libr.* 1. Crau. *conſ.* 283. *per totum*, Mantic. *conſ.* 146. *lib.* 2. Rebuff. *conſ.* 173. *maximè nu.* 14. Pereg. *de fideic. art.* 15. *n.* 32. *& ſeqq.* Peat. *de interpr. vlt. volun. fol.* 331. *n.* 1. *verſ. Petrus.*

Pro hac ſententia Caſtr. & alij mouentur, primò, quia ſubſtitutio iſta eſt compendioſa, quæ cõtinet vulgarem

Doct.

Doct. in l. Centurio, ff. de vulg. & ſic vltimus ſubſtitutus
per vulgarem dicitur ſubſtitutus Titio primo ſubſtitu-
to, qui cum mortuus ſit, onus fideicommiſſi, quod erat
penes filium inſtitutum, mortuo illo remanſit cum eo-
dem onere reſtituendi ſecundo, l. 1. §. pro ſecundo, Cod. de
caduc. toll. & plenè dictum fuit in præcedenti qu.

Secundò, quia licet conditio vltimæ ſubſtitutionis
impleta non ſit, quia Titius primus ſubſtitutus mortuus
eſt cum filijs, attamen ex voluntate teſtatoris admitti
debet, nam qua ratione teſtator voluit Caium ſuccede-
re poſt mortem Titij, eadem ratione præmortuo Titio,
& poſtea filio grauato præſumi debet eius mentem fuiſ-
ſet, quod Caius vltimus ſubſtitutus habeat bona, nam
in fideicommiſſis voluntas teſtatoris in primis attendi-
tur l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtr. & ita arguit
Dec. d. conſ. 427. n. 10 & ſeq.

Sed certè hæc duo fundamenta nil ſtringunt, nã pro-
cederent, ſi purificata eſſet conditio, ſub qua vltimus
ſtatutus eſt vocatus l. pen. ff. de vulg. Old. conſil. 117. Alex.
6 conſ. 1. col. 5. verſic. tertio probatur, lib. 1. & dicunt omnes
relati pro prima opinione. Et vulgaris etiam facta ſub
conditione, ſi ſine liberis, locum non habet, niſi cõditio
verificetur, Old. conſ. 141. Ioan. And. in addit. ad Spec. tit.
de teſt. §. 1. in vlt. addit. Soc. ſen. in l. 1. col. 13. verſic. & per
prædicta ff. de vulgar. & conſ. 76. col. vlt. lib. 3. & in l. cum
avus, col. 8. ff. de cond. & demonſtr. Curt. iun. conſ. 33. col. 2.
verſ. ſtantibus præmiſſis. Rub. Alex. conſ. 26. Crau. conſil.
283. ante finem. Ripa in l. Centur. n. 151. in fine, ff. de vulg.

Vnde Crau. d. conſil. 283. nu. 1. vſque ad finem, conatur
oſtendere, attendi debere conditionem adiectam primæ
ſubſtitutioni, quod & ego dixi in qu. præced. n. 85. & in-
fra: & propterea dicit Crauet. quod attenditur conditio
appoſita in eo gradu, ex quo ſubſtitutus vulgaris admit-
titur, & ſic attendi, an filius inſtitutus & grauatus ſub
conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, non autem an Ti-
tius primus ſubſtitutus deceſſerit ſine liberis, & Crauet.
ſequitur Pereg. d. art. 15. n. 36.

Tertiò accedit, quod conditio, ſi ſine filijs, fuit adie-
cta ad reuelandum primum ſubſtitutum, caſu quo in
eius perſona ſubſtitutio locum habuiſſet, vnde eo præ-
mortuo illius perſona non eſt habenda in conſideratio-
ne, nec conditio appoſita in illa ſubſtitutione, ſed ſo-
lum attendi debet, an euenerit conditio appoſita ſubſti-
tutioni factæ filio, Pereg. d. art. 15. n. 36.
7 Quartò, Pereg. d. art. 15. n. 36. in fine, addit argumen-
tum, quod conditio adiecta vni gradui, non cenſetur re-
petita in alio gradu, ſed quod ſolum ſuum reſpicit gra-
dum l. ſub conditione, ff. de hered. inſtit. l. quę conditio in
2. reſp. & ibi not. ff. de cond. & demonſtr. l. 3. §. vltimo, ff. de
liber. & poſth. ergo conditio, ſi ſine liberis, appoſita in ſe-
cunda ſubſtitutione, non erit retrahenda ad præceden-
tem gradum.

Ego non recedo à prima opinione per rationes ſupra
pro ea conſideratas, & præcipuè quia filij primi ſubſti-
tuti habent mentem teſtatoris pro ſe: voluit. n. teſtator
non tantum vltimo ſubſtituto præferre primum ſubſti-
tutum, quin etiam eius filios: ad quid. n. eos ponere in
conditione, ſi voluiſſet decedente primo ſubſtituto ſuc-
cedere ſecundũ? ſed quia noluit abſolutè ſecũdum ſuc-
cedere niſi in caſu non exiſtentium filiorum ex primo,
ideo illis extantibus ſucceſſio nõ erit deferenda vltimo,
ſed ipſis filijs ex primo, maximè cum videantur in hoc
caſu vocati, cum ſucceſſio eorum patri non ſit delata,
ſecundum Soc. iun. Gabr. & Pereg. relatos ſupra n. 2.

Hæc autem ſecunda opinio quando etiam retinenda
eſſet in pluribus caſibus locum non haberet.
8 Primo, quando eſſemus in caſu, quod filij primi ſub-
ſtituti eſſent vocati, licet tantum in conditione fuerint
poſiti, nam tunc præferendi eſſent ſecundo ſubſtituto,
Soc. iun. conſ. 41. li. 1. Hier. Gab. conſ. 115. li. 1. Pereg. conſ.
131. li. 5. & in trac. de fideic. art. 15. n. 37. & art. 28. n. 25 &
ego idem conſului vt in d. conſ. 29. Ratio autem eſt ma-
nifeſta, nam de filijs poſitis in cõditione in caſibus, qui-
bus ſunt vocati, de eis iudicandum eſt prout ſi eſſent di-
ſpoſitiuè vocati, Ruin. conſ. 140. n. 16. lib. 3. Curt. iun. conſ.
43. n. 6. 7. Hier. Gab. conſ. 115. n. 12. li. 1. Pereg. conſ. 52. n. 6.
li. 4. & in trac. de fideic. art. 28. n. 3. Menoc. lib. 4. præſ. 61. n.
59. Atqui ſi eſſent diſpoſitiuè vocati, admitterentur ad
dicta plenè in præc. q. & eorum gradus præcederet gra-
dum Caij vltimi ſubſtituti, ergo ipſi, non vltimus ſub-
ſtitutus ſuccedet.

Contrariam opinionem malè probarunt Corn. conſ. 9
180. dub. 1. lib. 4. & Curt. iun. conſ. 96. n. 5.

Secundò, filij primi ſubſtituti excluderent vltimum 10
ſubſtitutum, etiam ſi tantum eſſent in conditione poſiti,
nec poſſent dici vocati, quãdo ab inteſtato excluderent
ſecundum ſubſtitutum in illis bonis, & hoc ob votum
teſtatoris, qui eos prætulit ſubſtituto, Peregr. d. art. 15.
n. 37. vbi in his terminis dicit hoc voluiſſe Bald. d. conſil.
254. Titius, Alciat. conſ. 87. li. 9. & Soc. iun. conſ. 106. n. 21.
& ſeq. li. 1. addo Alciat. in l. coheredi n. 7. ff. de vulg. Ruin.
conſ. 122. col. 2. lib. 3. rurſus Alciat. li. 3. de verb. ſignif. pag.
144. 8. forma, verſ. Quod.

Licet Zanch. in d. §. cum ita, n. 74. teneat contrarium, 11
& dicat plures ex citatis pro ſecunda opinione loqui in
his terminis, quando ſecundus ſubſtitutus ab inteſtato
excludebatur à filijs poſitis in conditione ex primo ſub-
ſtituto natis.

Tertiò, ſubſtitutus vltimus non ſuccederet, quando 12
eſſemus in caſu quod poſſet habere locum tranſmiſſio
fideicommiſſi, licet conditionalis, nam ius tranſmiſſio-
nis excluderet ſubſtitutum, ita in his terminis ſcribunt
Soc. iun. in d. § cum ita, n. 57. & conſ. 141. dub. 2. li. 2. Zanc.
in d. §. cũ ita, n. 39. 75. & 306. vbi alios plures addit Præt.
de interp. vlt. vol. fol. 331. n. 1. in fine. Quãdo autem fidei-
commiſſum conditionale tranſmittatur, dixi qu. 490. &
ibi præcipuè n. 147. attuli coniecturam tranſmiſſionis,
quando liberi ſunt poſiti in conditione, quæ coniectura
ſi eſſet vera, ceſſarent multæ amaritudines: ſed eſt con-
trouerſa coniectura, vt ibidem plenius dictum fuit.

Quartò, ſubſtitutus vltimus excluderetur, quando 13
vltima ſubſtitutio eſſet merè fideicommiſſaria, nã tunc
ceſſat ratio vulgaris conſiderata ab omnibus Doct. pro
ſecunda opinione relatis, ita Paul. Caſt. d. conſ. 152. n. 1. &
col. 3. verſ. His tamen non obſtantibus, Anch. conſil. 427.
Cuman. conſ. 121. n. 71. Bertr. conſ. 21. col. 2. lib. 3. Iaſ. conſil.
96. col. pen. lib. 2. Dec. conſ. 427. & conſ. 416. Pariſ. conſil. 73.
col. pen. lib. 3. Crau. conſ. 283. Soc. iun. conſ. 42. & conſ. 101.
col. vlt. lib. 3. Boer. deciſ. 38. Alciat. lib. 3. de verb. ſignif. pag.
143. & ſeq. 8. form. Et ratio eſt, quia in vulgari attendi-
tur conditio appoſita primæ ſubſtitutionis, vt dixi in
præced. quæſt. n. 85. ſed in fideicommiſſaria attenditur an
purificata ſit conditio vltimæ ſubſtitutionis, vt ibi dixi
nu. 89. & in propoſito articulo non eſt purificata vltimę
ſubſtitutionis conditio, quia primus ſubſtitutus mor-
tuus eſt cum filijs, ergo &c.

S V M M A R I V M.

1 *Reciprocum fideicommiſſum non inducitur niſi ex vi verborum, aut ex neceſſaria coniectura.*
2 *Reciprocum fideicommiſſum coniecturis nõ inducitur.*
3 *Reciprocum fideicommiſſum ſi inter nepotes factum eſt, præſumitur & inter filios factum, contra n. 4.*
4 *Ex reciproca facta inter certas perſonas non poteſt inferri ad alias perſonas.*
5 *Reciprocum fideicommiſſum factum inter filios, an præſumatur factum inter nepotes? remiſſiuè.*

7 Re-

7 *Reciprocũ fideicommiſſum factum inter tranſuerſales, prꝗſumitur & factum inter deſcendentes nõ ècõtra.*

8 *Reciproca facta inter proximiores non præſumitur facta inter remotiores.*

QVAESTIO CCCCLXXI.

Reciproca fideicommiſſaria vtrum coniecturis inducatur?

1 SVbtilis, & egregia eſt materia reciprocæ, non minuſq; vtilis. Antequam autem, ad eius quęſtiones deueniam ſciendum eſt, reciprocam fideicommiſſariam non induci, niſi natura verborum, aut neceſſaria coniectura illam inferant, ita ſcribunt Paul. Caſtr. *in l. poteſt.* & ibi Iaſ. *ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Zanc. *in l. heredes mei, §. cum ita, n. 558. & nu. 694. ff. ad Trebell.* Ceph. *conſ. 401. n. 28. & conſ. 478. nu. 14.* vbi ſimpliciter dicit coniecturis induci, Pereg. *conſ. 47. n. 7. conſ. 54. nu. 1. & 11. conſ. 55. n. 8. lib. 1. conſ. 30. n. 1. conſ. 33. nu. 11. conſ. 39. n. 4. li. 3. & conſ. 152. nu. 17. & ſeq. li. 5.* Menoc. *conſ. 85. nu. 65. conſ. 274. n. 6. & conſ. 461. n. 8.* Burſat. *conſ. 372. n. 12. li. 4.* dicit non induci niſi ex coniecturis neceſſarijs, *& nu. 33. & ſeq.* ſubdit, quod licet plures extarent coniecturæ, non inducitur reciproca, niſi quælibet per ſe ſit apta ad inducendum fideicommiſſum, Præt. *de interp. vlt. volun. fol. 324. nu. 28.* ruſus Pereg. *de fideic. art. 13. n. 4. & n. 73.* vbi vult coniecturas eſſe neceſſarias.

2 Alij autem & male volunt, reciprocam coniecturis non induci, inter quos Ripa *in l. heredes mei, §. cum ita* & ibi Torniol *n. 34. ff. ad Trebel.* Alc. *reſp. 447. in fin.* Anguſ. *conſ. 65. n. 10. li. 6.* Menoc. *conſ. 489. n. 10.* vbi prius dicit reciprocam coniecturis nõ induci, ſed admiſſo quod inducatur, vult coniecturas eſſe multum neceſſarias.

3 Et licet ex dictis *in ſeqq. q.* reſultent plures coniecturę reciprocæ, pro nunc dico coniecturam eſſe, quando teſtator inter nepotes fecit reciprocam, nam & inter filios primo vocatos prꝗſumitur voluiſſe facere reciprocam, ne melioris ſint conditionis nepotes remotiores filijs primo vocatis, Bal. *conſ. 283. verba teſtamenti, li. 2.* quem refert, & ſequitur Pereg. *conſ. 54. n. 14. li. 1. & conſ. 33. nu. 27. in fin. li. 3.* & alij relati *q. ſeq. n. 24. & q. 47. n. 126.*

4 Contrariã ſententiam, quod illo caſu inter filios non reſultet aliqua reciproca, probarunt Rimin. ſen. *conſ. 28. col. 2. in fin. & col. 4. circa fin.* Alc. *conſ. 87. in princip. lib. 9.* Ceph. *conſ. 401. n. 10. & ſeqq. & conſ. 430. n. 19. 20. & 40. li. 3.* quos retulit, & approbauit Pereg. *conſ. 56. n. 3. li. 2.* &
5 alij relati *qu. ſeq. nu. 25.* idem tenent. Ex reciproca enim facta inter certas perſonas, non poteſt inferri ad alias perſonas, Pereg. *de fideicom. art. 13. n. 90.*

6 Sed quid è cõtra, an reciproca facta inter filios præſumatur facta inter nepotes? *dixi q. ſeq. n. 26. et q. 475. n. 35.*

7 Inter tranſuerſales autem facta reciproca, prꝗſumitur etiam facta inter deſcendentes, non è contra. Ruin. *conſ. 108. n. 11. li. 1. & conſ. 140. n. 3. li. 3.* & Pereg. *conſ. 33. n. 27.*
8 *in fin. li. 3.* Et quod reciproca facta inter proximiores, nõ præſumatur facta inter remotiores, dixit etiam Crauet. *conſ. 306. n. 6. & alibi ſæpè.*

SVMMARIVM.

1 *Reciproca facta non cenſetur inter plures honoratos, quibus datus eſt ſubſtitutus, decl. per totam q.*

2 *Reciproca fideicommiſſaria non cenſetur facta inter plures honoratos, quando eis datus eſt ſubſtitutus ſimpliciter, vel ſi eſt facta per collectiuam, ſi omnes, ſi ambo deceſſerint, vel poſt mortem omnium ſubſtituo, &c. contra n. 2. Ampl. & decl. n. ſeqq.*

5 *Reciproca fideicommiſſaria non inducitur inter plures inuicem ſubſtitutos, quibus eſt datus ſubſtitutus ſimpliciter, decl. ibid.*

7 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur inter plures honoratos, quibus eſt datus ſubſtitutus ſimpliciter ſi extent coniecturæ, quod teſtator voluit reciprocam inducere, n. ſeqq. plures afferuntur coniecturæ.*

8 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur inter plures, quibus eſt datus ſubſtitutus ſimpliciter, ſi ſuperſtes inſtitutus eſt perſona veriſimiliter magis dilecta, contra n. 9 Decl. n. 17. & ſeqq.*

10 *Perſona veriſimiliter magis dilecta quæ ſit, ut inter honoratos prꝗſumatur reciproca: & ibi ſũt deſcẽdentes.*
Idem in fratribus teſtatoris, n. 11. contra n. 12.
Idem in vxore & viro inſtitutis, & ſi ſine liberis deceſſerint dato ſubſtituto, n. 13 contra n. 14.
Idem in omni eo qui ab inteſtato excluderet ſubſtitutũ, n. 15. contra n. 16.

17 *Reciproca vt inducatur inter perſonas veriſimiliter dilectas, quibus datus eſt ſubſtitutus requiritur, quod perſonæ iſtæ ab inteſtato poſſint ſuccedere mortuo, alias ſecus.*

18 *Reciproca vt inducatur inter perſonas veriſimiliter magis dilectas, quibus eſt datus ſubſtitutus, requiritur, quod perſona ſuperſtes inſtituatur hæres à præmortuo alias ſecus, ſed contra n. 19.*

20 *Reciproca non inducitur inter perſonas magis dilectas, ſi eis data eſt ſubſtituta pia cauſa, contra n. 21.*

22 *Reciproca inducitur inter plures honoratos, quibus eſt datus ſimpliciter ſubſtitutus, ſi iſti ſunt tales qui agnationẽ conſeruare poſſunt, & ſubſtitutio eis facta fuit pro conſeruandis bonis in agnatione, contra n. 23.*

24 *Reciproca præſumitur inter plures inſtitutos, ſi plures eis ſunt ſubſtituti, & inter ſubſtitutos reſultat expreſſa, vel tacita ſubſtitutio, contra n. 25.*

26 *Reciproca fideicommiſſaria facta inter filios inſtitutos, præſumitur facta & inter nepotes, vel tranſuerſales ſubſtitutos, contra n. 30.*

27 *Caſus ſimilis nõ poteſt dici omiſſus ſi militat eadẽ ratio.*

29 *Fideicommiſſi onus impoſitum proximioribus magis dilectis ſi ſint, præſumitur veriſimiliter multò magis impoſitum remotioribus.*

31 *Ex reciproca facta inter certas perſonas, non poteſt inferri, quod ſit facta inter alias perſonas.*

32 *Fideicommiſſum non extenditur de perſona ad perſonam, etiam ex maioritate rationis, & ex præſumpta mente teſtatoris.*

33 *Qualitas circa vnam perſonam non trahitur ad aliã.*

34 *Qualitas poſita in diſpoſitione concernente vnum gradum, non profertur ad perſonas alterius gradus.*

35 *Reciproca tacitę in iure non reperitur, niſi concurrant tria requiſita, de quibus in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg. 2.*

36 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*

37 *In voluntate teſtatorum interpretanda diuinandum non eſt.*

38 *Voluntas teſtatoris non attenditur quando verba non ſeruiunt, licet magna ſit præſumptio illius voluntatis.*

40 *Reciproca fideicommiſſaria non inducitur niſi ſit expreſſa, vel vis verborum, aut neceſſaria coniectura illam inferant.*

41 *Reciproca ſubſtitutio eſt fauorabilis.*

42 *Fideicõmiſſum non extare in dubio pronunciandũ eſt.*

43 *Reciproca fideicõmiſſaria cenſetur facta inter deſcendẽtes, quibus eſt datus ſubſtitutus, ſi in eadem verborum ſtructura teſtator vocauit filios, & eorum filios, vel hæredes, vel deſcendentes, quando ſumus in caſu, quod inter filios primi gradus inducta eſt reciproca.*

44 *Reciproca cenſetur inducta inter plures inſtitutos, quibus eſt datus ſubſtitutus, ſi prohibita eſt quæcunque alienatio bonorum, contra n. 45. Decl. n. 46.*

47 *Reciproca fideicommiſſar. cenſetur inducta inter plures*

per

per collectiuam vocatos, quibus eſt datus ſubſtitutus, contra n. 48.

49 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur inter plures honoratos, quibus eſt datus ſubſtitutus, ſi digreſſio facta fuit ad plures gradus ſubſtitutionis.*

50 *Reciproca fideicommiſſaria cenſetur inducta inter plures honoratos, quibus eſt datus ſubſtitutus ſi appoſita fuit clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

51 *Reciproca fideicommiſſaria non cenſetur inducta inter plures honoratos, quando ſubſtitutus datus eſt vltimo morienti. Ampl. & limit. n. ſeqq.*

55 *Reciproca fideicommiſſaria eſt inducta inter plures honoratos, ſi vltimo morienti ſubſtitutus eſt quis in bonis, vel in hæreditate indefinitè, contra n. 57. Decl. nu. 61. & ſeqq.*

56 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali, Decl. nu. 58.*

61 *Rei appellatione, intelligitur de tota.*

62 *Reciproca ſubſtitutio reſultat inter plures honoratos, quando vltimo morienti eſt datus ſubſtitutus in dicta hæreditate.*

63 *Reciproca ſubſtitutio inducitur inter plures honoratos, quãdo ſubſtitutio eſt facta vltimo, & ſubſtitutus eſt grauatus reſtituere alteri totam hæreditatem.*

64 *Idem ſi ſubſtituto adiectum eſſet onus diſpenſandi fructus omnium bonorum.*

65 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur inter plures honoratos & ſubſtitutio facta eſt vltimo morienti ſi detractio Trebellianica fuit prohibita.*

66 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur, quando vltimo morienti eſt datus ſubſtitutus in omni portione quæ ad ipſos hæredes perueniſſet.*

68 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur inter plures honoratos, ſi ſubſtitutio facta eſt vltimo morienti in aliqua re demonſtrata per ſuos confines.*

69 *Reciproca fideicommiſſaria reſultat inter plures honoratos, ſi ſubſtitutus quis hæres vniuerſalis eſt vltimo morienti.*

72 *Reciproca inducitur inter plures honoratos, ſi vltimo morienti pleno iure datus eſt ſubſtitutus.*

73 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur quando vltimo morienti plures ſunt ſubſtituti per quotas diſtribuendo totam hæreditatem, contra n. 74.*

75 *Reciproca fideicommiſſaria inducitur inter plures honoratos, quando vltimo morienti datus eſt ſubſtitutus, vt bona conſeruarentur in agnatione, quo magis & diutius fieri poſſet.*

79 *Reciproca inter plures honoratos non inducitur, quãdo ſubſtitutio facta eſt in tota, ſed non vltimo morienti, contra n. 82. Ampl. & decl. n. 89. & ſeqq.*

83 *Pupillaris ſubſtitutio per coniecturas non inducitur.*

85 *Dictio hoc amplius, dicitur omnia ſuperiora repetere.*

87 *Reciproca non reſultat inter plures honoratos ſi in tota facta ſit ſubſtitutio ſi omnes penitus deficerent.*

88 *Reciproca non reſultat inter plures honoratos, ſi in tota facta eſt ſubſtitutio ſi nullus ſupereſſet, contra nu. 89.*

90 *Reciproca non reſultat inter plures honoratos, quando poſt mortem vltimi in tota facta eſt ſubſtitutio.*

93 *Reciproca fideicõmiſſaria non reſultat inter honoratos, quando in tota facta eſt ſubſtitutio, licet fideicõmiſſar. ſit iniuncta cum vulgari, vel pupillari, contra n. 94.*

95 *Subſtitutiones plures ſi reguntur ab eodẽ verbo, ſi vna qualificatur, & aliæ recipere debẽt eandẽ qualitatem.*

96 *Subſtitutiones plures, ſi ſũt vnitæ, vna recipit de natura alterius, quatenus ei talis natura attribui poteſt.*

97 *Determinatio ſatis dicitur vniformis, quando determinat omnia ſecundum ſuam naturam.*

98 *Reciproca fideicommiſſaria reſultat inter plures honoratos, quibus eſt datus ſubſtitutus in tota, ſi cohæredes ſunt perſonę magis dilectæ, quam ſubſtitutus, contra nu. 99.*

100 *Reciproca ſubſtitutio reſultat inter plures honoratos quando ſubſtitutio facta eſt poſt mortem omnium & in tota ſi in perſona primi morientis verificata eſt conditio ſubſtitutionis, contra nu. 101.*

102 *Reciproca fideicõmiſſaria reſultat inter plures honoratos, ſi in tota facta ſit ſubſtitutio caſu quo, vel tunc, cum nullus deſcendentium extaret, contra n. 103.*

104 *Reciproca fideicommiſſaria inter plures honoratos reſultat, quando ſubſtitutio eſt facta in tota nullis extantibus.*

105 *Reciproca fideicommiſſaria reſultat inter plures honoratos, ſi in tota facta eſt ſubſtitutio, & ex coniecturis appareat ſubſtitutionem factam vltimo, licet expreſſè non ſit dictum vltimo.*

106 *Reciproca fideicommiſſaria reſultat inter plures honoratos, ſi ſubſtitutio facta eſt in tota, & vltimo morienti, Ampl. & limit. n. ſeqq.*

108 *Reciproca fideicommiſſaria reſultat inter plures honoratos, ſi facta eſt ſubſtitutio vltimo morienti, & ex coniecturis apparet in tota teſtatorem voluiſſe ſubſtituere.*

112 *Reciproca fideicommiſſaria tacita non reſultat inter plures honoratos, ſi alia ſpecialis expreſſa inter eos facta eſt, & n. ſeq.*

114 *Reciproca fideicõmiſſaria non reſultat inter plures honoratos ſi vltimo, & in tota facta eſt ſubſtitutio, quãdo ſubſtitutus eſt præmortuus vltimo, contra n. 115.*

117 *Reciproca fideicommiſſaria non reſultat inter vocatos in primo gradu, & vocatos in ſecundo, licet ſubſtitutio facta ſit vltimo, & in tota.*

QVÆSTIO CCCCLXXII.

Inter plures honoratos, quibus eſt datus ſubſtitutus, an inducatur reciproca?

VTiliſſima eſt quæſtio, an inter plures honoratos, quibus eſt datus ſubſtitutus, inducatur reciproca, an verò ſubſtitutio reſoluatur in ſingularitates, vel potius ius legitimę ſucceſſionis ſit reſeruatum? Et licet multi ſimul hæc omnia reſoluant, ego tamen vt faciliora omnia habeantur, diuido quæſtionem in duas partes, quarum prima eſt, an reciproca inter honoratos inducatur? altera erit, an ſubſtitutio, quando non eſt inducta reciproca, reſoluatur in ſingularitates? pro reſolutione autem quęſtionis, an inter hos honoratos reſultet aliqua reciproca, diſtinguo aliquot caſus.

Primus caſus eſt, quando ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta poſt mortem plurium, hoc modo, inſtituo Ioannem, Petrum, & Iacobum, & eius ſubſtituo Vincentium, vel poſt mortem eorum ſubſtituo, &c. Vel quando ſubſtitutio eſt facta per collectiuam, ſi omnes, ſi ambo deceſſerint, vel poſt mortem omnium ſubſtituo, nec vltimus qui deceſſerit, fuit grauatus, nec in tota facta eſt ſubſtitutio, & tunc inter ſubſtitutos non præſumitur facta ſubſtitutio fideicommiſſaria reciproca, Doct. *in l. ſi pater filium, § duobus, ff. ad leg. Falcid.* Angel. *in l. ſi pater impuberes, ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & ibi Imol. Caſtr. & Alex. Iaſ. *in l. poteſt. col. 2. in fine ff. de vulg. & pup. & in l. penul. col. 4. C. de impub. & al. ſubſt.* Ripa *in l. hæredes mei, § cum ita, num. 14 ff. ad Treb.* & ibi Zinch. *par. 9. n. 86.*

Et conſulendo, Alexand. *conſil. 11. col. 3. lib. 3.* Iaſ. *conſ. 41. in fin. lib. 1.* Bertrand. *conſil. 9. column. 4. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, Curt. iun. *conſ. 16. nu. 5.* Rum. *conſil. 134. column. 4. lib. 3.* Socin. ſen. *conſil. 103. col. penult. lib. 3. conſil. 101. conſil. 238. col. vlt. & conſil. 249. col. 5. li. 4.*

Pariſ.

Par.*conſ.*42.*col.*4 *& vlt.li.*2. vbi dicit eſſe magis cõmunem opinionem Hier.Gab.*conſ.*117.*n.*24.*&* 26.*lib.*1. vbi dicit Doct.ita magis communiter concludere, Cephal. *conſ.*330.*n.*74.*& conſ.*715.*n.*6.*& ſeq.*Surd.*conſ.*329.*li.*3. Menoc.*conſ.*85.*n.*43.*conſ.*376.*n.*24.*conſ.*636.*n.*2. & latè *n.*19.*& ſeq.*vbi dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ,& tollit plures authoritates pro cõtraria partes adductas, vt per eũ, *& conſ.*1056.*n.*20.*ſeqq.*Hond.*conſ.*60.*n* 45.*li.*1. *& conſ.* 65.*nu.*18.*& ſeq.lib.*2.Chriſt.Torn.*conſ.*108.*in fine*,Burſ. *conſ.*371.*li.*4.Pereg.*conſ.*30.*n.*8.*& ſeq.l.*3.*& conſ.*152 *l.*5.

Et in tract.Ant.Gab.*de ſubſt.concl.*2.*n.*1. *&* 3.vbi ſcribit hanc eſſe cõmunem opinionem Odd.*de comp.ſubſt. par.*5.*art.*6.*verſ.*1.*caſus*, vbi affirmat eſſe cõmunem opinionem Mant.*de coniec.vlt.vol.li.*7.*tit.*5.*n.*6.vbi ait hãc eſſe cõmunem opinionem Alex.Trent.*de ſubſt.par.*5.*c.*2. *nu.*22.Prat.*de interp vlt.vol.fol.*524.*n.*29.Menoch.*lib.*4. *præſ.*62.*n.*30.Pereg.*de fideic.art.*13.*n.*56.Intrig. *de ſubſt. cent.*2.*q.*83.*n.*35.vbi teſtatur eſſe cõmunem opinionem.

Et in Deciſionibus,Cæſ.Barz.*dec.Bonon.*1.*nu.*2.*dec.*5. *n.*1.*& dec.*6.*n* 3.*& ſeqq.*vbi teſtatur de magis communi opinione, Oſaſch.*dec.Pedem.*210.*nu.*7.vbi aſſerit eſſe communem opinionem.

Pro contraria autem opinione non deſunt ſui authores, qui tenent pro reciproca , pro qua ſolent allegari Imol.*in l.Centurio.col.*12.*verſ.fallit quando procederet.ff. de vulg.& pup ſubſt.*& ibi Alex.*col.pen.*Cum.*in l.ſi pater impuberes , ff.de vulg.& pup.*& ibi Alex.Caſt.*in l pen.C. de impub.& al.ſubſt.*& Io.Bapt.de S.Seuer.idem Caſt.*in l.Titia Seio § Seia libertis ff.de legat.*2.Soc.ſen.*in l.haredes mei §.cum ita,col.*2.*num.*5.*ff.ad Treb.*Anan.*conſil.*22. Caſt.*conſ.*401.*nu.*2.*lib.*1.*conſ.*271. *& conſ.*321.*col.*2.*lib.*2. Cald.*conſ.*24.*tit.de teſtam.*Iaſ.*conſ.*33.*col.*1.*lib.*1.Cur.iun. *conſil.*11.*col.*3.*verſ.ſecundo principaliter,conſ.*43.*col.*2.*verſic.ego autem ſemper,& conſ.*139.*col.*2.Alc.*conſil.*51.*n.*1. *& ſeq.lib.*2.Bero.*conſ.*67.*n.*11.12.16.*&* 18. *& conſ* 68.*n.* 12.*&* 16 *lib* 2.Crau.*conſ.*113.*n.*1.Ceph.*conſ.*166.vbi latè *conſ.*192.vbi tamen loquitur , quando filijs ſunt ſubſtituti agnati.*& conſil.*417.*n.*5.

Sed a priori opinione non erit recedendum conſulendo,& iudicando, quæ ſine dubio eſt receptiſſima , & multi ex allegatis pro contraria opinione vel loquuntur in terminis , quando adeſt requiſitum quod ſubſtitutio eſt facta in rota, vt dicam in tertio caſu, vel loquũtur in deſcendentibus, iuxta ea quæ infra dicam *nu.*8. *et ſeqq.*pauci verò loquuntur in ſimplicibus terminis huius caſus & ſpecificè, vt dixi, plures authoritates ſecundæ opinionis tollit Menoch.*d.conſ.*636.*n.*16. *& ſeqq.*

3 Probatur primò communis opinio , *in l.pater filium , §.vltimo cum Gloſ.ff.ad leg.Falc.*& ibi Ang.Imol.& Alexand.vbi colligitur, ibi non reſultare reciprocam , ſed ius legitimæ ſucceſſionis eſſe tantum reſeruatum.

4 Secundo adducitur *l.qui duos,ff.de vulg.& pupil.*vbi idem deciditur.

Tertiò *l.Luc.§.Caio,ff.ad Treb et l.vlt.§.filiũ,ff de leg.*2.

Quartò cum teſtator poſt mortem plurium ſimpliciter ſubſtituit, cenſetur pro ſua parte quemlibet grauaſſe, & pluralitas reſoluitur in ſingularitates *l.falſa,§.vltimo, ff.de cond.et demonſt* & dicam *in ſeq.quæſt.*

Quintò reciproca nõ inducitur niſi ex vi verborũ, vel ex neceſſarijs cõiecturis, vt dixi *q præcedenti*, ſed hic nõ adeſt neceſſaria cõiectura, quia quilibet cenſetur grauatus reſtituere ſuam portionem , ergo ceſſare debet reciproca, & diſpoſitio *l.Titia Seio,§.Seia libertis,ff.de leg.*2.

Non obſtat *l.codicillis in princ.ff.de vſufr.leg.* vbi poſt mortem plurium domus fuit relicta Reipublicæ & tamen domus Reip.non debetur , donec aliquis eorum ſuperſit, & Bart.ibi in ſummario dicit eſſe inter honoratos factam reciprocam.

Reſpondetur tamen huic textui infra in tertio caſu, *n.*....vbi latius de hoc,& latè reſpondet etiam poſt alios Mant.*d.tit.*5.*nu.*7.*& ſeq.*Odd.*d.art.*6.*nu.*6.*verſ.mouentur ſecundo*,& alij paſſim qui communem tuentur.

Ampliatur primò communis opinio , & ſi ſubſtitutis ſint expreſsè inuicem ſubſtituti , ſed ſumus in caſibus , quod reciproca non continet fideicommiſſariam , de qua quæſtione dixi ſupra *q.*260.Nam licet dictis inſtitutis ſit datus alius ſubſtitutus, tamen inter ipſos non cenſetur inducta reciproca fideicõmiſſaria , Torn.*in l.Gallus,§.quidam rectè,in qu.n.*70.*ff.de liber.& poſth.*Zanc.*in l.haredes mei,§.cum ita part.*3.*n.*17.*& par.*6.*n.*142.*ff.ad Treb.*Did.*in c.Rainutius,§.*7.*n.*3.*extr.de teſtam.* Ripa *in l.Lucius,nu.*24.*ff.de vulg. & pup.* Caſt.*conſ.*14.*ſi contingat,col.*2.*lib.*1.Alex.*conſ.*139.*col.*2.*lib.*6. *& conſ.*18.*lib.*7. Dec.*conſ.*291.*col.pen.verſ.non obſtat*,Menoc.*conſ.*85.*nu.* 66.*conſ.*274.*n.*38.*conſ.*376.*nu.*13. *conſ.*397.*in fin.conſil.* 895.*n.*24.*conſ.*953.*n.*23.*& ſeqq.& li.*4.*præſump.*62.*n.*51. *& præſump.*71.*n.*25.Odd.*conſ.*9.Craſſ.*in §.ſubſtitutio,q.* 54.*n.*4.Intrigl.*de ſubſtit.cent.*2.*q.*79.*n.*5.*& q.*83.*n.*60.

Ratio eſt, quia quãdo fit ſimpliciter reciproca ſine cõmemoratione mortis, in tali reciproca nõ continetur fideicõmiſſaria, ſed vulgaris tantum, quia videtur ſenſiſſe teſtatorem , quod ſi aliquis inſtitutorum non ſit hæres , alij ſint hæredes, non autẽ videtur voluiſſe, quod ſi ſint hæredes,& poſtea decedant, quod reſtituant ſuperſtitibus,& cum inſtituti fuerunt hęredes ceſſauit vulgaris , *l.poſt aditam, C.de imp.& al.ſubſt.*nec fideicommiſſaria remanſit, quę nunquam fuit in ea comprehenſa , vt declarat Caſt.*d.conſ.*14.*n.*2.*verſ.ſed in caſu noſtro li.*1.

Sed contra deciſionem illam Caſtr.tenent Ripa *in l. Lucius,n* 42.*ff.de vulg.*Ruin.*conſil.*164.*col.vlt.lib.*3.& dubiam dixit Grat.*conſ.*8.*in fine lib.*2.

Ampliatur ſecundò, vt nec reciproca fideicommiſſa- 6
ria inducatur, licet ſint ſubſtituti plures, quilibet in ſua rata & portione, Ripa *in l.haredes mei,§.cum ita, n.*15.*ff. ad Treb.*& ibi Zanc.*par.*6.*n.*170.Soc.ſen.*conſ.*69.*col.pen. li.*3.quos refert & ſequitur Odd.*conſ.*44.*n.*50.

Declaratur primò hic caſus , vt non procedat extan- 7
tibus coniecturis, ex quibus colligi poſſit teſtatorem voluiſſe inter honoratos reciprocam inducere , vt ſcribunt vno ore Doctores omnes in ſpecie , Corn.*d.conſil.* 97.*n.*6.*lib.*1.*& conſil.*101.*col.*2.*li.*4.Crau.*conſil.*113.*nu.*1. Ceph.*conſ.*478.*n.*14.Mant.*de coniec.vlt vol.li.*7.*tit.*5.*nu.* 15.*in fin.*Menoc.*li.*4.*præſump.*62.*nu.*34 Intrig.*de ſubſtit. cent.*3.*q.*83.*n.*38.Soc.iun.*conſ.*110.*n.*36.vbi poſt Crau.dicit ſufficere & quamlibet leuem coniecturam.

Coniectura prima eſt, quando ſuperſtes inſtitutus eſt 8
perſona veriſimiliter magis dilecta , quam ſubſtitutus , quia tunc ne ſubſtitutus præferatur perſonæ magis dilectę, pręſumitur inter honoratos eſſe factam reciprocam fideicõmiſſariam , Imol.*in l.haredes mei, §.cum ita, ff.ad Treb.*& ibi Soc.ſen.*n.*8.*verſ.aliquãdo & tertio.* vbi dicit eſſe communem opinionem Caſt.*in l.fin.§ filium , ff.de legat.*2.Caccialup.*in l.pen.C.de imp.& al ſubſtit.*Rip *in l. Lucius,n.*42.*ff.de vulg.*Alc.*in l.vel ſingulis,nu.*17.*verſic. æſtimat tamen,ff.eod.*Did.*in c.Rainutius* , §.8.*nu.*4 *ext.de teſt.*qui ſcribit hanc eſſe communem opinionem.

Et conſulendo Caſt.*conſil.*404.*duo videnda,li.*1.*conſ.* 270.*col.*2.*conſil.*271.*quamquam multa,conſ.*179.*& conſ.* 392.*quaſitum.col.*2.*lib.*2.Comen.*conſil.*123.*colu.*3. Alex. *conſ.*175.*n.*7.*& ſeq.li.*5.Corn.*conſ.*3.*n.*3.*lib.*1.*& conſ.*229. *col.*3.*li.*3.Iaſ.*conſ.*143.*n.*3.*lib.*2.Soc.ſen.*conſ.*77.*col.*3.*li.*1. *& conſ.*249.*n.*15.*verſic.ſecundo reſpondeo, lib.*2.Curt.iun. *conſil.*16.*col.*2.Pariſ.*conſil.*42.*n.*28 *conſ.*43.*nu.*35.*li.*2.*& conſ.*7.*col.vlt.lib.*3.Soc.iun.*conſ.*151.*n.*7.*conſ.*180.*nu.*25. *lib.*2.*conſil.*110.*col.pen.* , *& conſ.*115.*n.*5.*li.*3. Rub.Alex. *conſ.*2.*n.*3.Crauet.*conſ.*328.*n.*32.vbi de communi teſtatur Roland.à Valle *conſ.*24.*n.*58.*lib.*4.Ceph.*conſ.*166.*n.* 6.*& ſeqq.nu.*32.*& ſeq.& n.*59.*& conſ.*292.*n.*13.*& n.*11.

dicit

dicit maximè procedere appoſita clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, Dec. *conſ.* 44. *nu.* 73. *verſ. cū ſemper, li.* 3 *& inter conſ.* Bart. *conſ.* 44. *n.* 5. Menoc. *conſ.* 310. *n.* 10. *conſ.* 397. *n.* 11. *conſ.* 575. *n.* 9. *& conſ.* 846. *n.* 12. *verſ.* 2. Pereg. *conſ.* 71. *n.* 9. *& ſeq. li.* 3. Menoc. *li.* 4. *præſ.* 62. *n.* 36. vbi ſcribit eſſe communem opinionem Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 83. *n.* 39. Olaſc. *dec. Pedem.* 10. *n.* 8. 12.

9 Alij tamen grauiſſimi Authores contrariam ſententiam probarunt, volentes, quod ſolum ius legitimę ſucceſſionis ſit reſeruatum, non autem reciprocam inductam, ita in ſpecie Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb.* & ibi Torniol. *nu.* 3. Zanch. *part.* 6. *n.* 31. *verſ. verum circa principalem.* Alex. *in l. pater filium, §. fin. in tertio caſu ff. ad leg. Falcid.* Iaſ. *in l. penult. col. pen. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi alij communiter Alc. *in l. vel ſingulis, nu.* 17. *verſ. Exiſtimat tamen. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Et conſulendo Caſtr. *conſ.* 14. *lib.* 1. *& conſ.* 449. *libro* 2. Alex. *conſ.* 38. *col. pen. verſic. fortificat, conſ.* 91. *col.* 6. *verſic. Tertio reſpondeo, li.* 1. *& conſ.* 92. *lib.* 3. Corn. *conſ.* 32. *lib.* 2. & Caccialup. *inter conſilia* Corn. *conſ.* 186. *lib.* 2. Iaſ. *conſil.* 41. *col.* 6. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 69. *col. pen. conſ.* 104. *conſ.* 112. *n.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 80. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 180. *col.* 4. *nu.* 9. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 32. *n.* 39. *& n.* 46. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 176. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 501. *n.* 3. *& ſecundum aliam editionem, conſ.* 81. *lib.* 9. *& inter conſ. Alb. conſ.* 32. *n.* 10. Rimin. ſen. *conſ.* 248. *col.* 2. *& conſ.* 255. *lib.* 2. Alba *conſ.* 31. Anguſc. *conſil.* 69. *n.* 9. *lib.* 6. Menoch. *conſ.* 636. *nu.* 10. Ceph. *conſ.* 431. *nu.* 43. Chriſtoph. Torniol. *conſ.* 108. *in fine.* Surd. *conſ.* 319. *n.* 16. *lib.* 2. Pereg. *conſ.* 52. *n.* 12. *& ſeqq. lib.* 5.

Et in Tractatibus Odd. *de compen. par.* 5. *art.* 6. *n.* 33. *& ſeqq.* Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 22. *in fin.* Præt. *de interp. vlt. fol.* 322. *nu.* 26. *verſ. Aut & ſecundo,* Peregr. *de fideicom. art.* 13. *n.* 38. *& ſeqq.* vbi *n.* 42. *in fin.* dicit eſſe communem opinionem, & videndus etiam *n.* 56. vbi in fortioribus loquitur, alij addi poſſunt, qui in fortioribus loquuntur in terminis tertij caſus, quando ſcilicet facta eſt ſubſtitutio poſt mortem omnium, & in tota, vt ibi *in prima limitat. n.* 98.

Ego quidem de ſtricto iure in terminis huius caſus exiſtimo certiorem eſſe hāc poſtremam opinionem, per rationes, quas adduxi in tertio caſu in prima limitatione pro comprobatione tenentium contra limitationem, & ibi patet quanta ſit vis, quādo ſubſtitutio eſt facta in tota, & multi ex relati pro prima opinione huius caſus loquuntur in terminis, quando ſubſtitutio eſt facta in tota, vel verbis æquipollentibus, vt apud eos facile videri poteſt, quibus ſublatis facilè colligetur hanc ſecundam opinionem verè eſſe magis receptam, & hanc etiā ego probaui ſuper teſtamento D. Bertolini Caſtellini *vt in conſ.* 66. *n.* 4. [Et pro hac ſecunda opinione eſt *text. in l. pater filium §. vlt. ibi legitimus hæres, ff. ad leg. Fald.*

10 Retenta autem coniectura, videndum eſt, quæ ſit iſta perſona veriſimiliter magis dilecta, omnes autem concludunt deſcendentes dici perſonas magis dilectas, ita Pariſ. *conſ.* 52. *num.* 48. *lib.* 3. Crauet. *conſ.* 328. Menoch. 4. *præſump.* 62. *num.* 36. vbi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam, Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 83. *nu.* 40. & in his terminis loquuntur omnes.

11 Idem in fratribus teſtatoris volunt Soc. iun. *conſ.* 541. *n.* 7. *lib.* 2. Menoc. *d. præſumpt.* 62. *n.* 36. Intrig. *d. cent.* 2. *qu.* 83. *n.* 41. & alij relati *q. ſeq. n.* 35.

12 Contrariam ſententiam probarunt Pariſ. *conſil.* 42. *n.* 28. *lib.* 2. *& conſil.* 72. *n.* 48. *lib.* 3. Crau. *conſ.* 328. *n.* 32. Menoch. *conſ.* 1062. *nu.* 29. vbi alios allegat Peregr. *conſ.* 20. *n.* 18. *in* 1. *requiſito. lib.* 3. & alij relati *qu. ſeq. n.* 33.

13 Idem in vxore & viro inſtitutis, & ſi ſine liberis deceſſerint dato ſubſtituto, nam inter eos dicetur inducta reciproca ad ſubſtituti excluſionem, Imol. *in l. hæredes mei, §. cum ita, col.* 8. *ff. ad Trebel.* Crau. *conſ.* 31. *col.* 3. *lib.* 1. Menoc. *li.* 4. *præſ.* 62. *nu.* 37. *verſ. eſt & tertium,* Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 83. *n.* 42. & videndus erit Gabr. *tit. de ſubſt. concluſ.* 3. *n.* 13.

14 Sed contrariam ſententiam probarunt alij relati *ſupra nu.* 13. qui volunt ſolos deſcendentes eſſe perſonas veriſimiliter magis dilectas.

15 Idem in omni eo qui ab inteſtato excluderet ſubſtitutum, ita poſt Pariſ. & Curt. tenet Odd. *de compend. ſubſtit. par.* 5. *art.* 6. *n.* 33.

16 Diſſentiunt tamen Ripa *in l. hæredes mei. §. cum ita. n.* 27. *ff. ad Trebel.* Ruin. *conſ.* 126. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. Albert. *conſ.* 31. & Menoc. *conſ.* 1062. *n.* 29.

17 Declaratur primò hęc coniectura vt procedat, dummodo hæc perſona veriſimiliter magis dilecta ſuccedere poſſit ab inteſtato mortuo: aliud enim eſſet, quando non admitteretur ad ſucceſſionem inteſtati, Nicol. Nat. *in l. pen. C. de impub. & al. ſubſt.* & ibi Bal. Fulg. & Paul. de Caſt. Bald. *conſ.* 271. *li.* 3. Alex. *conſ.* 38. *n.* 5. *li.* 1. *conſ.* 92. *col. pen. li.* 2. *& conſ.* 88. *col.* 2. *li.* 7. Corn. *conſ.* 33. *col.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 20. *li.* 4. Crau. *conſ.* 113. *n.* 4. *& conſ.* 328. *nu.* 3. Pereg. *conſ.* 30. *n.* 18. *& ſeq. li.* 3. *& conſ.* 152. *n.* 11. *& ſeqq. li.* 5. Menoc. *conſ.* 636. *nu.* 27. *verſ. reſpondetur & lib.* 4. *præſ.* 62. *nu.* 36. *verſ. hanc coniecturam* Intrig. *d. cent.* 1. *q.* 83. *n.* 43.

18 Immo non ſolum requiritur quod ſuperſtes poſſit ſuccedere ab inteſtato, ſed eſt neceſſe vt reſtituatur à præmortuo, nam alio hærede inſtituto, non haberet locum hæc coniectura, ita Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 171. *ff. ad Trebell.* Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 62. *nu.* 36. *verſic. hanc coniecturam, & conſ.* 636. *n.* 27. *verſ. reſpondetur,* vbi alios adducit Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 83. *n.* 43. Pereg. *conſ.* 33. *n.* 10. *lib.* 4. vbi alios addit.

19 Ego tamen nunquam probare potui hanc opinionem, & puto verius eſſe, quod ſiue ſuperſtes ſit inſtitutus, ſiue alios, nulla ſit differentia ad effectum reciprocę aliàs ſequeretur quod ſubſtitutio reciproca penderet à voluntate grauati, quod fieri non poteſt *l. Senatus, §. lega ff. de leg.* 1. *l. fideicom. §. quamquam ff. de leg.* 3. Dec. *conſ.* 70. *n.* 23. *li.* 3. Menoc. *conſ.* 369. *n.* 12. *& ſeqq.* Pereg. *de fideic. art.* 33. *n.* 65. & dixi *q.* 303. an fideicommiſſa poſſint pendere ab alterius arbitrio, *n.* 31. vbi etiam *n.* 19. dixi, nec perſonā fideicommiſſarij poſſe pēdere ab alterius arbitrio. Ideo ſi teſtator voluit reciprocè honoratos ſubſtituere, non poteſt grauatus aliū hęredem facere, & tollere effectum reciprocæ, Zanc. *d. §. cum ita, n.* 555. Hoc igitur dictum Menoc. & aliorum ſeruiret in caſu, quando nō eſt inducta reciproca inter inſtitutos, ſed ſolum eſſet quæſtio, an ius legitimæ ſucceſſionis eſſet reſeruatum inter eos, vel ſubſtitutio reſolui debeat in ſingularitates, tūc. n. verum eſt reſolui in ſingularitates ſubſtitutionem ad fauorem extranei ſubſtituti, quando ſuperſtes filius teſtatoris, licet perſona magis dilecta non fuit inſtitutus à fratre præmortuo, ſed alius ex teſtamento conſequitur eius hæreditatem, vt dicam *qu. ſeq. n.* 38. *& ſeqq.* & in his terminis loquuntur etiam Doctores adducti a Menoch. Et ita poſtea inueni tenere per hanc rationem Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 13. *nu.* 40. *et conſ.* 30. *nu.* 20. *lib.* 3. vbi diſtinguit an coniunctus admittatur iure tacitæ reciprocæ, & tunc non ſit neceſſe, quod ſit hæres defuncti, aut admittitur iure prædilectionis, & tunc requiritur, quod ſit hæres, & hanc opinionem ego etiam probaui conſulendo in vna de Foreſtis, *vt in conſil.* 45. *in fine,* & comprobabam meam opinionem ex his, quæ ſcribit Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 17. *ff. de condit. et demonſtr.* vbi in ſimili dicit quod ſi grauatus inſtituat, vel non inſtituat fœminam excluſam a ſtatuto, non alteratur voluntas teſtatoris, quæ qualis fuit à principio, talis ſemper eſſe cenſetur. Et in interpretanda mente teſtatoris attenditur tempus teſtamenti, quo tempore diſpoſitio perfectionem recipit, Menoch. *conſil.* 97. *nu.* 149. *et lib.* 4.

prę-

præſump.60.n.41.cum alijs adductis qu.257. in 47.limit. [Et pro iſta ſententia ſtat Crau.conſil.113.n.4.vbi in præcedentibus arguit pro tacita reciproca.& n.4.tollit obiectum de teſtamento facto ab altero ex liberis honoratis, per quod videbatur extraneum ſubſtitutum non excludi,& dicit,quod ex quo perſona prædilecta non præberet impedimentum ſubſtituto, niſi medio reciproci citati, quod ne ſequatur abſurdum, quod ſubſtitutus extraneus excludat honoratos deſcendentes teſtatoris, quod dicendum ſit tacitum reciprocum fideicommiſſum eſſe inductum. Ad idem erit videndus Cephal.conſ.166.n.9.& ſeqq.Barz.dec.6.n.40.ad med.

20 Declaratur ſecundò hæc coniectura,vt non procedat ſubſtituta pia cauſa,ſecundum Alexand.in conſ.38.lib.1. Ruin.conſ.180.n.9.lib.2.& conſ.125.in fine,li.3.& in his terminis loquitur Paul.de Caſtr.conſ.14.lib.1.ſequuntur Menoc lib.4.præſump.62.n.36.verſ.& præterea.Intrig.d. cent.2.q.83.n.44.& alij relati ſup.q.162.n.38.an ſubſtitutio pupillaris plurib.facta reſoluatur in ſingularitates.

21 Contrariam tamen opinionem probarunt, & melius alij relati d.q.162.n.39.& licet illa quæſtio ſit diuerſa ab iſta, de qua nunc agitur, attamen vtraque per eaſdem rationes reſoluitur, & in ſubſtitutione de pia cauſa loquitur,Menoc.conſ.636.li.7.& in his terminis loquuntur plures relati pro negatiua opinione principali.

22 Secunda eſt coniectura pro inducenda tacita reciproca, quando teſtator ſubſtitutionem fecit pro conſeruandis bonis in agnatione, & inſtituti ſunt tales qui agnationem conſeruare poſſunt, nam tunc inter eos inducitur reciproca ſubſtitutio vt ſcribunt Zanch. in l.hæredes mei,§.cum ita par.6.nu.176.ff.ad Treb.Ruin.conſil, 167.n.7.& ſeqq lib.3.Soc.iun.conſ.110.n.39.conſ.115.n.7. conſ.145.n.33.li.3.& conſ.151.col.pen.n.7.li.2.Crau.conſ. 113.n.2.conſ.130.n.6.& conſ.328.n.3.Dec.conſ.44.n.68. verſic.tertio reſpondetur & conſ.89.in fine,lib.3.Qui Doctores colligunt rationem conſeruandi bona in agnatione ex ſola maſculorum vocatione,Menoch.conſ.575. n.8.li.6.conſ.661.n.1.ad medium, vbi in fine dicit idem procedere tam in tranſuerſalibus, quàm in deſcendentibus,conſ.841.n.1.& conſ.1050.n.11.Mant.de coniec.vlt. vol.li.7.tit.5.n.15.verſ.ex coniecturis.Intrig.d.cent.2.qu. 83.n.45.Ant.Gab.de ſubſt.concl.1.nu.13.Farin.dec.Rom. 492.n.2.& 3.ver.non obſtat.& ſecundum aliam impreſſionem eſt,in 4.par.dec.Rot.Rom.in nouiſſ.eadem Rot.in collect.per Farin.dec.266.in fine,par.1.& hanc coniecturam ego etiam probaui ſuper fideicommiſſo D.Ruſtitiani Vgoni & per conformes obtinui ita, in conſil.11. idem tenui ſuper fideicommiſſo de Attatijs, vt in conſil.....& ſuper fideicommiſſo D.Conſtantij de Monte. [Et hæc opinio probatur etiam à Rota. dec.319.num.4. par.1.Surd.conſ.344.n.18.circa finem lib.3.

Ratio eſt, quia cum teſtator voluerit conſeruare bona in agnatione, præſumendum eſt voluiſſe tacitum reciprocum inducere, quia aliàs poſſet contingere, quod bona in fœminas, vel in extraneos tranſirent ceſſante reciproco fideicommiſſo,& propterea ad hoc vt voluntas teſtatoris ſeruetur quæ ante omnia attendi debet l. in conditionibus primum locum,ff.de condit.& dem.l.cum virum,C.de fideic.cum concord.pro reciproca tenendum eſt. Sic etiam ſi teſtator prohibet bona alienari extra familiam,quia vult ea in familia remanere,inducitur ſimplex & abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis etiam non ſequuta alienatione, quia aliter voluntati teſtatoris non poſſit ſatisfieri, Crauer.conſil.130.n.10.vbi alios allegat.& plenius dixi q.682.an ex prohibitione alienationis inducatur ſimplex,& abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis, an ſolum in caſum non contrauentionis,& vide etiam infra in coniectura decima, vbi allegata ſeruiunt & pro iſta coniectura.

Contrariam opinionem tenent alij volentes conie- 23 cturam hanc non eſſe ſufficientem ad inducendam reciprocam ſubſtitutionem inter honoratos,ita in ſpecie ſcribunt Soc.ſen.conſil.62.col.pen.verſ.non obſtat.etiam & conſ.116.col.3.verſ.præterea,lib.3.Dec.conſil.287.n.9. Pariſ.conſ.72.num.35.& ſeqq.lib.3.Alciat.reſp.546.col.2. verſic.nec obſtat.Crau.conſ.898.n.24.Dec.conſ.86.nu.17. lib.3.Surd.latè conſil.315.n.30.& conſ.329.n.11.li.3.Menoc.conſ.327.n.73.conſ.376.n.40.in fine conſ.636.nu.28. conſ.1056.nu.22.vbi loquitur in vocatione maſculorum excluſis fœminis & li.4.præſ.62.nu.37.[Et cum hac ſententia tranſeunt etiam Dec.conſ.26.nu.18.lib.3.Peregr. etiam loquitur in his terminis conſ.30.n.8.vſq.ad n.16. li.3.& vult ex vocatione maſculorum non reſultare reciprocam, & ſi percurrantur Doct.in his terminis plures loqui apparebit, rurſus Pereg.conſ.152.n.9.lib.5.

Tertia eſt coniectura, quando teſtator plures inſtituit 24 & plures remotiores ſubſtituit, & inter ſubſtitutos eſſet inducta reciproca expreſſa, vel tacita, nam tunc ſicuti inuicem ſubſtituit ſubſtitutos, pariter præſumendum eſt, quod & inſtitutos voluerit inuicem ſubſtituere ratione maioris dilectionis,ita Ruin.conſ.18.n.11.in fine, lib.2.& conſ.140.n.9.verſ.item ſi hæreditatem, lib.3.Menoc.conſ.376.nu.41.verſ.reſpondetur,conſil.420.nu.16.in fine & li.4.præſump.62.n.38.Intrig.d.cent.2.q.83.nu.46. & alij relati,q.præcedenti,n.3.& dixi q.479.n.126.Pereg. conſil.54.n.14.lib.1.vbi patet ita per conformes iudicatum, & quando vltimo ſubſtituti ſunt ſub perpetuo fideicommiſſo vocati, procedere conſultationem Ruin. concedit,Pereg.conſil.152.n.10.in fine.

Contrariam opinionem latè probauit Riminald.ſen. 25 conſil.28.col.2.in fine & col.4.Alciat.conſ.87.in princ.lib. 9.Ceph.conſil.401.n.10.Ceph.conſ.430.& volunt relati in præced.qu.n.4.Pereg.conſ.56.nu.9.lib.2.Caualc.dec.15. n.3.lib.3.Soc.ſen.conſ.62.n.8.ad finem lib.3.

Quarta eſt coniectura quando teſtator filios inſtitu- 26 tos reciprocè ſubſtituit, poſtea illis ſubſtituit nepotes, vel tranſuerſales, nam tunc ſicuti inter filios fecit reciprocam pariter & inter nepotes,vel tranſuerſales facere voluiſſe præſumendum eſt, Ruin.conſ.140.verſ.item ſi hæreditatem, lib.3.Soc.iun.conſ.110.nu.39.lib.3.Crau. conſ.130.n.6.verſ.tertio conſidero, Dec.conſ.89.in fine, lib. 3.Menoc.conſ.277.nu.8.conſ.310.n.7.conſ.530.nu.4.5.& 26.li.4.præſ.62.n.39.Intrig.d.cent.2.q.83.n.47.Caſ.Barz. dec.Bonon.5.n.34.& ſeq.Surd.dec.319.n.30.& 11.Odd. conſ.45.n.43.Pereg.conſ.151.n.21.lib.5.vbi dicit maximè verum quando & in ſequenti ſubſtitutione facta eſſet reciproca,quia facilius & in media præſumitur facta, & ſecundum hanc ego conſului ſuper fideicommiſſo, D. Ruſtitiani Vgoni vt in conſ.11.& per conformes obtinui,& in alia de Attatijs in conſ.....& in alia de Caſtellinis vt in conſil.60.dubio primo & in alia de Monte,& in alia de Cocaleis.

Pro qua opinione primò facit, quia caſus ſimilis non 27 poteſt dici omiſſus, quando militat eadem ratio, Crauer.d.conſ.130.n.6.& caſus primæ, & ſecundæ ſubſtitutionis ſunt ſimiles,& militat eadem ratio reciprocè ſubſtituendi tam in nepotibus,& alijs vlterioribus, quàm in filijs,ergo,&c.

Secùdò,quia ſumus in fideicommiſſis, in quib.ſufficit 28 voluntatem colligi ex coniecturis,l.cum proponebatur,ff. de leg.2.Pereg.conſ.150.n.16.lib....& latè dixi qu.176.

Tertiò, quia veriſimile eſt, quod ſicuti teſtator gra- 29 uauit filios magis dilectos, quòd multò magis voluerit grauare nepotes, vel tranſuerſales ſubſtitutos minus dilectos,Crauer.conſ.62.nu.7.Menoc.conſ.458.nu.24.& ſeqq.vbi dicit hanc eſſe magis receptam ſententiam, idemque dixit conſil.1195.nu.23.

Contrariam tamen opinionem contra reciprocam te- 30

hent Crauet.*conſ.161.n.8.& conſ.306.col.fi.verſ. Secundo reſpondetur*, & Menoc.*conſ.636.n.11.& 12. & 29.* Peregr.*conſ.30.n.4.lib.3.conſ.33.n.20.& 27.eod.* Marz. *qu.26.* Decian.*conſ.10.n.73.lib.3.* Men.*conſ.376.n.41.verſ. reſpondetur*, Peregrinus *conſ.36.n.16.lib.3.conſ.152.n.19.lib.5.conſ.29.n.19.lib.2.conſ.56.n.9.eod.*

Rationes quæ ſuadent hanc partem ſunt, primò teſtator quando voluit facere reciprocam, illam expreſſit prout fecit inter inſtitutos, & ſi voluiſſet illam facere, & inter ſubſtitutos, pariter illam expreſſiſſet, vnde non exprimendo dicitur noluiſſe, arg. *l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. tollend.* & ibi Caſtr. *cap. ad audientiam, de decim.* & exprimendo ſubſtitutionem in vna parte, dicitur voluiſſe facere in parte, in qua non expreſſit, arg. *l. cum prætor, ff. de iud. cap. nonne, ext. de præſumpt. & cap. qualis, 25. diſt.*

31 Secundò ex reciproca facta inter certas perſonas, nō poteſt argui ad alias perſonas, per reg. *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & l. ante omnia, ff. de probat.* quo argumento poſt Torniol. relatum vſus fuit Peregr. *de fideic. art.13.n.90.& d.conſ.30.n.4.lib.3.*

32 Tertiò extenſio in ſubſtitutionibus non debet fieri de perſona ad perſonam, etiam ex maioritate rationis, & ex præſumpta mente teſtatoris, Aret. *in l. Gallus, §. quidam rectè, n. 8. ff. de liber. & poſthum.* Honded.*conſ.56.n.7.lib.2.* Surd *conſ.504.n.21.lib.4.* Menoc.*conſ.97.n.91.lib.1.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam Burſat.*conſ.371.n.10.* vbi de communi opinione cum alijs à me cōgeſtis *quæſt.458.* an ſubſtitutio fideicommiſſaria extendatur de perſona ad perſonam, *n.5.* ergo ſubſtitutio reciproca facta inter filios inſtitutos, non debet trahi ad alios ſubſtitutos, & hoc etiam argumento vſus fuit, Peregr. poſt Torniol. *d. artic.13.n.90.*

33 Quartò qualitas circa vnam perſonam, non trahitur ad aliam, *l. quæ conditio, ff. de condit. & demonſt. l. Seio, ff. de leg.2.* Bar. *in l. quæſitū, §. Caio, col. vlt. ff. de fund. inſtr.* ergo nec reciproca facta inter certas perſonas, erit trahenda ad alias, & hoc argumēto vſus eſt, Per.*conſ.157.n.4.li.5.*

34 Quintò qualitas poſita in diſpoſitione concernente vnum gradum non profertur ad perſonas alterius gradus *l.3.§ filius, ff. de liber. & poſthum.* Peregr. *de fideicom. art.16.n.11.& art.13.n.90.in fine.*

35 Sextò tacita reciproca in iure ſcripto non reperitur inter plures nominatos honoratos, niſi cōcurrant requiſita, de quibus *in l. Titia Seio, ff. Seia libertis, ff. de leg. 2.* & de qua loquimur in præſenti quæſtione: ſed hic non cōcurrunt tria requiſita, de quibus *in d. §. Seia libertis*, ergo non poteſt ſumi argumentum, quod facta ſit reciproca, & ita argumentatur, Pereg. *d. conſil.157.n.5.lib.5.*

36 Septimò teſtator fecit ſubſtitutiones quas voluit, in ſubſtitutis autem facere omiſit, vnde tanquam caſus omiſſus remanere debet in diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l. ſi cum dotem, principio, ff. ſol. matrim.* Et id procedit, etiam quod in caſu omiſſo videatur eſſe maior ratio, quam in expreſſo, Cinus *in l. quod fauore, C. de legib.* Anch. *conſ.357.colum.3.* Dec.*conſ.80.col.3.& conſ.291.col. vltim.* ergo reciproca omiſſa è teſtatore non erit inducenda.

37 Octauò in interpretanda voluntate teſtatoris diuinandum non eſt, quia proprium teſtamentorum eſt claritas *in auth. de teſt. imperf. circa finem*, ſed dicere quod teſtator voluit facere reciprocam, & inter ſubſtitutos, eſt diuinare, quia verba hoc non dicunt, ergo iſta diuinatio reijcienda erit, argum. *l. præter, ff. ad leg. Aquiliam.*

38 Nonò voluntas teſtatoris non attenditur, quando verba hęc non dicunt, licet magna ſit præſumptio illius voluntatis, quia dicitur voluntas imaginaria, quæ non habetur in conſideratione, *l. ſi alij, ff. de vſufruct. legat.* Bald. *conſ.408. ſtatuto ciuitatis, lib.3.* Alex. *conſ.139.col.3. libr.6.* Sed quod reciproca ſit inducta vbi non legitur, nec vis verborum illam inducit, nihil aliud eſt quam introducere imaginariam diſpoſitionem, ergo &c.

Decimò non ſufficit dicere, teſtator ita voluit, ſi nec dixit, nec expreſſit *l. quoties, ff. de hæredib. inſtit. l. in ambiguo, ff. de reb. dub. l. iubemus, C. de teſtam.* ergo &c.

Vndecimo in ſubſtitutionibus verba non ſunt ſub- 39
audienda, *l. finali, ff. de manumiſ. teſtam.* & plenè dixi *quæſt.284.* ſed velle introducere reciprocam multa verba eſſet ſubaudienda, vt patet ad ſenſum, ergo &c.

Duodecimò reciproca ſubſtitutio non inducitur, niſi 40
ſit expreſſa vel vis verborum, aut neceſſaria coniectura illam inferat, Menochius *conſ.489.nu.10 in fine.* Burſat. *conſ.301.n.12.* Peregr. *de fideic. artic.15.n.4.& n.73.* & dixi *quæſtione præcedenti*. Sed hic reciproca nō eſt expreſſa, nec vis verborum eam inducit, nec eſt neceſſaria hæc coniectura, quod ſicuti teſtator fecit reciprocam inter inſtitutos, voluerit & facere inter ſubſtitutos, cum poſſit eſſe, & non eſſe, quod teſtator voluerit ſubſtitutos inuicem ſubſtituere ergo non poterit argui de reciproca in primo gradu facta, ad reciprocam alterius gradus.

Decimotertiò addo, quod reciproca eſt fauorabilis, 41
l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. & ibi Doctores Menoch. *conſ.452.nu.52.* Cæſ. Barz. *deciſione Bonon.5.n.35.& deciſione 6.n.53.* & dixi *quæſtione 290.n. octauo*. Si ergo teſtator fecit reciprocam inter filios eorum fauore, non eſt arguendum, quod voluerit facere inter nepotes vel tranſuerſales minus dilectos, & hoc argumento vſi ſunt Crauet. *conſil.306. columna vltima*, & Menochius *conſil.636.n.30.* vbi dicit eſſe multum vrgens.

Vltimò in dubio pronunciandum eſt fideicōmiſſum 42
non extare, & qui agit ex ſubſtitutione debet illam probare per probationem certam, claram, & neceſſariò cōcludentem, non autem poſſibilem, Hond. *conſ.60.nu.13.* Pereg. *de fideic. artic.1.n.38.& n.40.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.121.n.54.& ſeq.* cū alijs à me citatis *q.291.& q.615.*

Nec obſtant contraria; ad primum enim reſponderi poteſt, quod extenſio non fit ad caſū omiſſum nec ſuppletur ex alio, licet adſit maior ratio in omiſſo, quam in comprehenſo, vt dictum eſt in ſeptimo argumento, & ſic etiam reſpondet Menochius *dicto conſ.636.n.12.*

Ad ſecundū patet reſponſio ex iam dictis, & pręcipuè quod coniecturæ non ſufficiunt ad inducendam reciprocā, niſi ſint neceſſariæ, vt in duodecimo argumento.

Ad tertium plenè reſpondet Crauet. *conſ.161.colum. vltima*, & non valere conſequentiam, teſtator grauauit magis dilectos, & proximiores, ergo fortius remotiores minus dilectos, patet ex allegatis *quæſtione 480.* an fideicommiſſum iniunctum primo præſumatur repetitum in ſecundum, *ampliatione prima, verſic. Contrarium.*

Quinta eſt coniectura, quando teſtator in eadem ver- 43
borum ſtructura vocauit filios, & eorum hæredes, vel filios, vel deſcendentes, & illis datus fuit ſubſtitutus, & ſumus in caſu, quod inter primos filios fuit inducta reciproca, nam tunc & in filiorum filios erit inducta, ita in ſpecie ſcribit Menoch. *conſ.575.nu.11.libro ſexto*, vbi citat Dec. *conſ.95.colum. penultima, verſ. nec obſtat, conſil.269.n.10.& conſ.480.n.7.* & Crau. *conſ.98.n.1.* Ratio eſt, quia vna & eadem determinatione comprehenduntur omnes, quibus eſt datus ſubſtitutus, ergo æqualis debet fieri determinatio, ita vt ſi in primis inſtitutis eſſet reciproca inducta, idem ſit & in eorum hæredibus, vel filijs, vel deſcendentibus, argum. *l. quamuis, C. de impub. et alijs ſubſtitut. & l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupillar.* Et facit regula, quod vna & eadem res non debet diuerſo cenſeri, *l. eum qui ædes, ff. de vſucap.*

Sexta eſt coniectura, quādo teſtator appoſuit prohi- 44
bitionem alienationis cuiuſcunque nam tunc inter inſtitutos cenſetur inducta reciproca, Bald. *conſ.283. verba*

32 Perſona autem magis dilecta quæ ſit, latè dictum fuit in materia pupillaris ſubſtitutionis *quæſt.* 157. & ibi dicta in pupillari habent etiam locum in fideicommiſſaria, prout etiam ſe expreſsè remittit Alex. Trent. *de ſubſtitut. part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 28. *in fin.* & in terminis huius quæſtionis parificari pupillarem, & fideicommiſſariam ſcribunt Bart. & Vaſq. quos retuli *d. quæſt.* 157. *n.* 1.

Et vltra ibi dicta perſona magis dilecta dicitur illa ſolum, quæ eſt de liberis teſtatoris, Bart. *in dict. l. hæredes mei, § cum ita, num.* 5. & ibi Alexand. Socin. ſen. *num.* 26. Rip. *nu.* 132. vbi teſtatur de communi opinione, Socin. iun. *num.* 88. & Zanch. *parte* 8. *nu.* 230. Bart. *in penultima, C. de impub. & alijs ſubſtit.* & ibi Bald. Salic. Alexand. & Corn. Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi pater. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater, in verbo, ſi vtrunque, num.* 4. *de teſtam. in* 6. Alexand. *conſ.* 38. *colum.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 11. *lib.* 3. Socin. ſen. *conſ.* 94. *nu.* 11. *lib.* 4. Bertran. *conſ.* 6. *lib.* 2. *in nouiſſ.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ.* 283. *lib.* 1. Guid. Pap. *cõſ.* 216. *& cõſ.* 218. Ruin. *conſ.* 125. *num.* 6. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 42. *num.* 28. *conſ.* 44. *col. penult. in fine lib.* 2. *& conſ.* 39. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 487. *nu.* 15. *verſ. & cogitatus*, ſecundum antiquam impreſſionem, Bero *conſ.* 119. *num.* 16. *lib.* 2. Modern. Pariſ. *in addit. ad Alexand. conſ.* 175. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 109. *n.* 3. Alba. *conſ.* 86. *n.* 7. Marzar. *conſ.* 14. *nu.* 7. Ceph. *conſ.* 132. *n.* 6. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Surd. *conſ.* 568. *in fine lib.* 4. Menoc. *conſ.* 751. *in fine, conſ.* 1062. *n.* 29. *& lib.* 4. *præſump.* 186. *n.* 19. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiã, Anton. Gabr. *de ſubſtit. concl.* 3. *n.* 9. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 19. qui dicit hanc eſſe communem ſententiam, Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 17. *& ſeqq.* vbi teſtatur de communi opinione Præt. *de interpret. vltim. volun. fol.* 317. *n.* 18. Pereg. *de fideic. art.* 13. *n.* 46. Intrigl. *de ſubſt. cen.* 3. *q.* 48. *n.* 19. *verſ. perſona*, qui ferè omnes volũt deſcendentes præſumi perſonas magis dilectas nõ alios Seraph. *deciſ. Roman.* 1190. *n.* 4. *verſ. neque frater.* Ratio eſt, quia ratio huius declarationis eſt, quia teſtator præſumitur magis diligere ſuos deſcendentes, quam extraneum, & conſequenter voluiſſe eos præferre, arg. *l. cũ acutiſſimi, C. de fideic. cum concord.* quæ præſumptio non habet locum in extraneis, ſicuti etiam in tranſuerſalibus non habet locum diſpoſitio *d. l. cum acutiſſimi*, vt ibi poſt alios dixit Padil. *num.* 26. Tiraqu. *in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num.* 266. *C. de reuocand. donat.* & plenius dixi *ſup. qu.* 397. an conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligatur fratre grauato.

Sed quod & aſcendentes præſumantur perſonæ magis dilectæ, volunt Bero. *conſ.* 119. *n.* 16. *lib.* 2. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 186. *ante n.* 20. Intrigl. *d. qu.* 48. *n.* 19. *in fin.* 34

Idem de tranſuerſalibus, & quouis modo ſanguine coniunctis, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant cohæredi, vt dicantur perſonæ magis dilectæ ad ſubſtituti excluſionem, ſcribunt Imol. *in d. l. hæredes mei, § cum ita*, & ibi Torniel. *n.* 142. *ff. ad Trebell.* Corn. *in l. penul. col.* 6. & ibi Dec. *nu.* 9. Curt. iun. *nu.* 11. & Iacob. *col.* 3. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* idem Corn. *conſ.* 31. *conſ.* 97. *conſ.* 230. *col.* 1. *conſ.* 283. *n.* 3. *lib.* 1. *conſ.* 22. *cõſ.* 138. *lib.* 2. *conſ.* 93. *n.* 9. *lib.* 3. *cõſ.* 159. *col. pen. & conſ.* 298. *lib.* 4. Barb. *conſ.* 55. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 86. *col. pen. lib.* 3. Gozad. *cõſ.* 64. *verſ. quinto adduco*, Ruin. *conſ.* 77. *col. pen. & ſeq. lib.* 3. Odd. *conſ.* 9. *nu.* 17. 35

Ampliatur primo hæc declaratio, vt procedat, etiam quod ſuperſtes non ſuccederet in totum cohæredi grauato, vt quia alius cum eo concurreret in ſucceſſione, nam adhuc non ſit reſolutio in ſingularitates, Alexand. *cõſ.* 175. *col.* 5. *verſ. ad tertium, lib.* 5. Rip. *in d. l. hæredes mei, § cum ita, n.* 134. *ff. ad Trebell.* Pereg. *de fideic. art.* 13. *nu.* 46. *in fin.* Serap. *deciſ. Rom.* 1190. *n.* 4. *in fin.* 36

Ampliatur ſecundò, etiã ſubſtituta pia cauſa, Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 28. *verſ. illud verò*, vbi decl. cum alijs citatis *ſup. quæſt.* 157. *n.* 38. quorum multi loquũtur in noſtris terminis fideicommiſſariæ; & ibi etiã multos alios retuli, qui diſſentiunt ab hac ſententia. 37

Subdeclaratur primò, quod ad hoc vt hæc perſona veriſ- 38

verisimiliter magis dilecta excludat ſubſtitutum, debet eſſe inſtituta in teſtamento à præmortuo cohærede, alias ſubſtitutus non excluderetur, Bald. in l. penult. in fine, C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibi Fulgoſ. Caſtr. col. vlt. Alex. col. 2. Corn. & Iaſ. col. 2. Iacob. in l. 2 col. 2. C. eod. Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos n. 203. C. de reuoc. donat. Fabian. col. pen. Torniel. n. 124. & Zanch. part. 8. n. 232. ff. ad Trebell. Curt. iun. in l. penult. nu. 7. C. de impub. & alijs ſubſtit. Bald. conſ. 270. ſubſtitutio fideicommiſſaria, & conſ. 435. factum tale eſt, quidam nomine, lib. 3. Barb. conſ. 35. col. 6. lib. 2. Corn. conſ. 276. lib. 3. & conſil. 20. lib. 4. Iaſ. conſ. 41. col. 6. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 94. col. 3. lib. 4. & Ruin. conſ. 85. col. 2. lib. 2. & conſ. 36. col. vlt. lib. 4. Crau. conſ. 113. n. 4. Cephal. conſ. 430. nu. 44. & conſ. 711. n. 8. & ſeqq. Honded. conſ. 65. n. 28. & ſeq. lib. 2. Decian. conſ. 2. n. 129. lib. 2. Hier. Gab. conſ. 121. nu. 47. & ſeq. lib. 1. Peregr. conſ. 30. n. 20. lib. 3. & conſ. 33. n. 10. vſque ad fi. lib. 4. & in tract. de fideicom. art. 13. n. 47. Mantic. de coniunct. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 19. in fine, & n. ſeq. Alex. Trent. de ſubſtit. par. 2. cap. 6. nu. 17. in fin. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 317. n. 18. vbi dicit requiri, quod hæc perſona ſit cohæres, vel in conditione poſita, & quod ab inteſtato ſuccedat grauato, & ſubſtitutum excludat, Menoc. lib. 4. præſumpt. 186. n. 21. Ant. Gabr. de ſubſt. concl. 3. n. 15.

39 Contrariam opinionem tenuerunt alij, qui ſcribunt, & deſcendentes non honoratos, nec in conditione poſitos excludere ſubſtitutum. Bald. conſ. 435. lib. 3. & in l. pen. C. de impub. & alijs ſubſtitut. & ibi Salic. & Alex. col. vlt. Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita num. 128. & 133. ff. ad Trebell. quorum opinio reijcienda eſt.

40 Quinimò Doctores volunt, quod non ſufficiat hanc perſonam eſſe in re certa inſtitutam, nam nec tunc ſubſtitutus excluderetur, Paul. Caſt. conſ. 113. viſo teſtamẽto Michaelis, lib. 1. Barbat. conſ. 35. col. 6. lib. 2. Corn. conſ. 146. col. 3. lib. 2. & conſ. 276. lib. 3. Honded. conſ. 65. nu. 28. lib. 2. Soc. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 30. ff. ad Trebell. & ibi Fabian. col. pen. verſ. quintus, & Torniel. n. 124. verſ. & ex hoc, Menoc. lib. 4. præſumpt. 186. nu. 21. verſ. & ſatis, vbi dicit eſſe receptam ſententiam.

41 Licet contrarium probauerint, & malè Ripa in d. §. cum ita, n. 126. & ibi Zanch. part. 8. nu. 234.

42 Pariter ad excluſionem ſubſtituti non ſufficeret filios eſſe poſitos in conditione, quia ad hoc vt ſubſtitutum excludant debent eſſe ſcripti hæredes in teſtamento, ſecundum Bald. conſ. 97. ſuper primo, lib. 2. Paul. Caſtr. conſ. 449. de iure communi, lib. 2. & in d. §. cum ita. n. ... ff. ad Trebell. Crau. conſ. 105. lib. 2. Peregr. conſ. 33. n. 10. lib. 4. vbi loquitur in his terminis de filijs poſitis in conditione ad excluſionem ſubſtituti, Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 48. n. 19. in fin.

43 Contrariam ſententiam, & melius probarunt Bald. conſ. 270. ſubſtitutio fideicommiſſaria, lib. 3. Ruin. conſ. 52. col. vlt. & conſ. 126. col. 2. lib. 4. Decian. conſ. 1. n. 129. lib. 2. Hier. Gab. conſ. 121. n. 48. lib. 1. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 8. nu. 233. in fin. ff. ad Trebell. vbi dicit eſſe communem opinionem Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 5. n. 19. Alex. Trent. de ſubſt. par. 1. cap. 6. n. 18. Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 317. n. 18. Menoch. lib. 4. præſumpt. 186. n. 22. Pereg. de fideicom. art. 13. n. 19.

44 Intellige tamen hanc ſubdeclarationem non procedere, quando pater horum liberorum eſſet inſtitutus, vel in conditione poſitus, quia hoc ſufficit, licet de eius filijs nihil ſit dictum, nam tunc hi filij excludent ſubſtitutum, Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 20. Licet contrariam opinionem probauerit Bald. conſ. 435. factum tale eſt, libr. 3.

45 Subdeclaratur ſecundò, quando extraneus vnà cum filijs eſt inſtitutus, nam & tunc ſubſtitutus in totum excluderetur ex perſona vnius ex filijs ſubſtitutis, Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita n. 134. & ibi Soc. iun. nu. 90. ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 21. Menoc. lib. 4. præſumpt. 186. n. 23. in fin. Quæ opinio probatur ex l. 1. §. ſi ſit filius, ff. de coniung. cum emanc. liber. vbi emancipatus patronus confert emancipato nepoti propter perſonam fratris in poteſtate. Vlterius ſicuti teſtator inſtituendo æqualiter filium & extraneum parem affectionem ad eos habuit, ergo ſicuti fauore filij ſubſtitutio non reſoluitur, nõ etiam debet reſolui fauore extranei, vt parem affectionẽ dicatur ad eos habuiſſe, l. ſi in teſtam. & l. ſi plures, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.

Vnde dici ſolet, quod in fauorabilibus quis ſẽper cõſequitur ex perſona admixta id, quod ex perſona propria conſequi non poſſet, vt latè plura congeſſit Iaſ. in l. ſi emancipati, col. 3. verſ. nota diligenter, C. de collat. 46

Alia eſt opinio præcedenti contraria, quod ſubſtitutus in totum admittatur & hanc probarunt Aret. conſil. 53. dubio tertio, col. pen. Soc. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita n. 23. ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 157. n. 4. lib. 2. Probatur iſta opinio ex reg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. quæ eſt, quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia operatur, vt ſubſtitutio interpretetur talis, quod omnibus æqualiter conueniat, & vt fiat vniformis determinatio. 47

Reſpondetur tamen, ab hac regula vniformis determinationis facilè recedi ex cõiecturata mẽte defuncti, vt poſt Soc. ſen. dicunt Socin. iun. in d. §. cum ita, nu. 90. verſ. non obſtat, Rip. ibidem, nu. 134. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 5. n. 22. Et videnda erunt etiam quæ ſcripſi q. 493. ampliat. 14. verſ. placet mihi, vbi aliæ reſpõſiones aſſumi poterunt ad hanc regulam. Reſpondetur ſecundò, quod immo ex regula æqualis determinationis, de qua in d. l. iam hoc iure, potiùs dicẽdum eſt, quod ſicuti ex perſona filij non reſoluitur ſubſtitutio in ſingularitates, pariter non debeat reſolui ex perſona extranei, per ea quæ dicta ſunt ſup. n. 45. verſ. vlterius ſicuti, & comprobatur ex his, quæ ſcripſi d. q. 493. ampliat. 14. verſ. reſpondetur ſecundo principaliter, nu..... Accedat quod ſi filij & extraneus inſtituãtur, & inter eos fiat reciproca, quod ſicuti in extraneo nõ poteſt contineri pupillaris, idem dicitur & in filijs, licet eſſent impuberes, ratione æqualis determinationis, Bart. in l. Luc. n. 8. ff. de vulg. & ibi Rip. n. 22. & alij communiter Menoch. lib. 4. præſumpt. 60. n. 35. cum alijs congeſtis, q. 257. limit. 4. 48

Subdeclaratur tertiò vt non procedat, quãdo & ſubſtitutus eſſet de liberis, & eiuſdem gradus cum ſuperſtite, quia tunc ſuperſtes excluderetur, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. & ibi Soc. ſen. & Zanch. nu. 1038. ſecundum veterem impreſſionem, Rip. de ſubſtit. reſp. 16. n. 2. Crau. conſ. 109. col. 2. Ceph. poſt alios cõſ. 359. n. 23. & ſeq. vbi declarat, Gomeſ. tomo 1. Variar. Reſolut. c. 5. de fideicom. n. 21. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 317. n. 18. ad medium, Pereg. de fideicom art. 13. n. 46. verſ. alij verò, vbi teſtatur de communi opinione & n. 48. & conſ. 30. n. 18. lib. 3. Probaturque iſta opinio in d. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Nec curandum erit, quod diſſentiat Rip. in d. §. cum ita, n. 141. 49

Subdeclaratur quartò, vt procedat, dummodo hæc perſona veriſimiliter magis dilecta admittatur ad ſucceſſionem inteſtati filio grauato, ſecus ſi ad eius ſucceſſionem non admitteretur, etiam quod ſubſtitutio ſit facta ſub nomine collectiuo, Paul. Caſtrenſ. in l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell. & in d. l. hæredes mei, §. cum ita, & ibi Rip. numer. 140. ff. eod. Alexand. in l. penult. & ibi Iaſ. & Corn. C. de impub. & alijs ſubſtit. idem Iaſ. in l. col. 2. verſ. 3. limita, C. eod. rurſus Alexan. conſ. 111. col. 2. lib. 4. & cõſ. 167. col. 2. verſ. quinto quia, lib. 5. Corn. conſ. 131. lib. 1. Iaſ. conſ. 41. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 94. nu. 14. lib. 4. vbi teſtatur de 50

communi opinione Ruin.*conſ.*85.*lib.*2.Pariſ. *conſ.*44.*n.*39.*lib.*2.Bero.*conſ.*100 *n.*2.*lib.*2.Crau.*cõſ.*109.*n.*3.Ceph. *conſ.*711.*n.*8.*& ſeqq.*Burſat.*conſ.*19.*n.*2. *&* 3.*lib.*1. Hier. Gab.*conſ.*121.*n.*47.*& ſeq lib.*1. Pereg..*conſ.*152.*n.*12. *& ſeqq.lib.*5.*& in tract. de fideicomm.art.*13.*n.*47. Hiet.Gab. *de ſubſtitut.concluſ.*3.*num.*.....Alexand. Trent. *de ſubſtit. part.*2.*cap.*6.*n* 21.Præt.*de interpr. vltim. volun fol.* 317.*n.* 18.*circa medium*. Ratio eſt, quia quando adeſt perſona prædilecta, præſumitur teſtatorem velle conſeruare ius legitimæ ſucceſſionis inter beneficiatos, quod ſi coniunctus coniuncto non poteſt ſuccedere ab inteſtato, ceſſat mens teſtatoris, quod voluerit reſeruare ius legitimæ ſucceſſionis, vnde ceſſante ratione ceſſat diſpoſitio *cap.cum ceſſante,extr.de appell.*

51 Nec in hoc attenditur ſucceſſio teſtatoris, ſed bene quod ſuperſtes ſuccedat grauato ab inteſtato, licet teſtatori non ſuccederet, Guliel. de Cun.*in l. penult. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, num*.....*ff. ad Trebell.* vbi teſtatur de communi opinione, & Zanchus ibi *n.*1197.*& n.*1201. ſecundum primam impreſſionem, Alex.*conſ.*101.*lib.*4. Corneus *conſ.*23.*conſ.*124.*conſ.*138.*lib.*2.*conſ.*91.*conſ.*186.*conſ.*202.*cõſ.*229.*conſ.*276.*li.*3.*cõſ.*136.*& conſ.*298.*lib.*4. Bero.*cõſ.*100. *n.*2.*lib.*2.Crau.*conſ.*109.Pereg.*cõſ.*13. *n* 11.*lib.*5. Simon de Pretis *conſ.*90.*n.*4.*& ſeqq.lib.*1.*& de interpret. vlt. volunt. fol.*317.*n.*18.*ad medium.* Anton.Gabr.*de ſubſtit.concluſ.*3.*n.* .Alex.Trent.*de ſubſtitut.part.*2.*cap.*6.*n.* 16.

52 Hinc primò infertur, quod filia à ſtatuto excluſa à ſucceſſione grauati non eſſet perſona talis, quæ ſubſtitutum excluderet. Bart.*in d. l. hæredes mei, §. cum ita, col.* 2.*in fine*,& ibi An .el.*col.* 1. Raphael Coment. *colum*..... Paul.Caſtr.*col.*3.& Alexan.*col.*4.*ff. ad Trebell.* Corn.*conſil.*283.*lib.*1.*conſ.*186. *& conſ.*202.*lib.*3. vbi teſtatur de cõmuni opinione, Bertran.*conſ.*.. *lib.*2. Socin.ſen.*conſil.* 51.*col.*5.*verſ.quarto principaliter lib* 4.Pereg.*d.conſ.*152. *n.*11.*lib.*5.Anton.Gabr.*de ſubſtit.concluſ.*3.*n.* 18.Alexan. Trent.*de ſubſtit.parte* 2.*cap.*6.*n.*22.*in fin. & ſeqq.*

53 Contrariam opinionem probatur Imol.*in d. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Ripa *n.*74. *& ſeq.*

54 Fallit hæc illatio primò, quando perſona excluſa à ſtatuto eſſet in inſtitutione à teſtatore coniuncta, & ſic vocata, Corn.*conſ.*298.*col.penult.lib.*4. Ant.Gabr. *de ſubſtitut.concluſ.*3.*num.* 20. Alex. Trent. *de ſubſtitut. par.*2. *cap.*6.*num.*23.

55 Fallit ſecundò hæc illatio, quando perſona iſta non eſſet in totum excluſa à ſtatuto. Corn. *conſ.*283. *col. vlt. lib.*1. Ruin.*conſ.*57.*col. vlt. & conſ.*159.*num.*9.*lib.*2. Ant. Gabr.*de ſubſtit.concl.*3.*n.*21. Alex.Trent.*de ſubſtit.parte* 2.*cap.*6.*nu.*24.

56 Contrariam ſententiam, quod ſubſtitutus admittatur, quando perſona iſta pro parte eſt excluſa, probauit Pereg.*conſ.*152.*n.*15. *lib.* 5. vbi tamen loquitur quando ſubſtitutus concurreret cum cõiuncto, & hoc quia ſubſtitutus habet pro ſe legis diſpoſitionem, & mentem teſtatoris, & teſtatur de communi opinione, & allegat Bart. Alex.& Curt. *in l. penult. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* Bart.*in dicto §. cum ita*, & ibi Raph. Alex. Ripa *nu.*123. qui de communi teſtatur, & Zanch. *n.*930. Hieron. Gab.*conſ.*121.*nu.*46.*lib.*1.

57 Fallit tertiò, quando grauatus filiam inſtituiſſet, ſecundum Zanch.*in d. §. cum ita, nu.* 1103. qui tamen non audet firmare, nec mihi placet hæc fallentia.

58 Infertur ſecundò, quod ſi ſuperſtes non poſſet ſuccedere, vel ratione delicti, vel religionis, vel alia cauſa, quod ſubſtitutus admitteretur, Zanch.*in l. hæredes mei, §. cum ita nu.*1199.*ff. ad Trebell.* ſecundum primam impreſſionem, Anton.Gabr. *de ſubſtitut.concl.*3.*nu.* 10. vbi proponit exemplum, quando ſunt coniuncti filij nati ex diuerſis matribus, & extet mater præmortui, quæ ab inteſtato fratrem excluderet, & allegat Nicol. de Mattarel.*in dicta l. penult.* & ibi Raph.*col. vlt. verſ. vnum, vel duos*, Paul.Caſtr.*col.* 1.*in fine, & ſequenti, verſ. quaro hic* Alex *colum.*2.*verſ. & dicit*, Iaſ.*col.*2.*verſ. ſi verò ſecus*, Ruin.*col.*1.*verſ. in textu, C. de impub. & alijs ſubſt.* Iacob. *in l.*2.*col.*2. *verſ. quam limitationem, C. de impub. & alijs ſubſt.* Alex.*conſ.*92.*col.*3.*verſ. & pro ea opinione, lib.*3.*cõſ.*101.*col.*1.*verſ.*6.*& vltimo, lib.*4.*et conſ.*167.*col.*2. *verſ.*5. *quia lib.*5. Corn.*cõſ.* 31.*col.*2.*verſ. & adeo ponderatur, cõſ.*283.*col.*2. *verſ. ſi enim ſupereſt, li.*1.*& cõſ.*186.*col.*1.*verſ. vbi autẽ eſt facta, lib.*3. Ruin.*conſ.*36.*col. vlt. verſ. ex dictis per eum, lib.*3.*& conſ.*167.*col.*3.*verſ. & idem dicit, eod. lib.*

Contrariam ſententiam probarunt in exemplo de fratribus natis ex diuerſis matribus, vt in præcedenti illatione, Paul. Caſtr. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, col.*3. *verſ. ſed pone in terminis, & in fine*, & ibi Soc. ſen.*col.*10. *verſ. ſecundo limitatur*, Lancel. Dec. *in d. l. penult. colum.* 1.*verſ. & in quantum*, & Dec.*col. vlt. verſ. tertia concluſio, C. de impub. & alijs ſubſtit.* 59

Subdeclaratur quintò vt ſubſtitutus non excludatur, quando perſona veriſimiliter magis dilecta repudiaſſet, vt dicetur infr. *nu.* 89. 60

Subdeclarationes aliæ colligendæ erunt ex Zanch. *loco ſupra citato à n.*1212. *vſque ad nu.*1231. Et pulchra declaratio ponitur infr. *nu.*131.

Declaratur ſecundò hoc caput vt locum nõ habeat, quando in tota hæreditate quis eſſet ſubſtitutus, nam tunc expectanda erit mors omnium, ad hoc vt ſubſtitutus admittatur, Bart. *in l. quidam teſtamento Proculum, ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & ibi Bald. Angel. Aret. Alexand. Iaſ.& Curt. iun. *in apoſt. l. ad Alex.* Bald. *in l. penult.* & ibi Dec. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* Comen. *in l. Lucius, §. Caio*, & ibi Paul. Caſtr. *ff. ad Trebell.* Soc. ſen. *in dicta l. hæredes mei, §. cum ita*, & ibi Ruin. Ripa *num.* 236. *verſ quid igitur*, vbi teſtatur de communi opinione, & Bologn.*n.*271.*verſ.*4.*fallit, ff. ad Trebell.* & conſulendo Angel.*conſ.*80.*in fine*, Anchar.*conſil.* 191. *& conſil.*390. Anan.*conſ.* 22. Paul. Caſtr.*conſil.* 279.*præſuppoſito ſtatuto, col.*1.*& cõſ.*319.*viſis & conſideratis, col.*1.*lib.*3. Comen. *conſ.*34. Corn.*conſ.*226.*n.*9 *li.*4. Ruin.*conſ.*121.*n.* 4. *lib.*3. Bero.*conſ.*68.*n.*17.*& n.*19 *conſ.*69.*nu.*2.*verſ.*3.*conſidero, & conſ.*120.*n.*15 *lib.*2. Mant. *de coniect. vlt. vol lib.* 11.*tit.* 3.*n.* 24. *& ſeqq.* vbi dicit hanc opinionem hodie videri communem. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.*310.*n.*9. Menoch. *lib.*4.*præſum.* 86.*n.*24. Intrigl *de ſubſtit. cent.*3.*qu.* 48.*n.*20. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.*4.*except.*25. *num.*43. *& ſeq. part.*2. Seraph. *deciſ. Rom.* 1190.*n.*5. 61

Mouentur primo, nam ſubſtitutus impleta conditione in perſona primi totum conſequi non poteſt, ergo non videtur in hunc caſum vocatus, verba e im teſtatoris ſunt intelligenda vt ſonant, & cum ſonent in tota, non erunt intelligenda in parte.

Secundò facit *l. quidam teſtamento ff. de vulgari, & pupillar.* vbi ſubſtitutus non admittitur, niſi tota hæreditas vacauerit, & licet loquatur de vulgari nil refert, quia voluntas teſtatoris videtur fuiſſe, vt ſubſtitutus ſolum admittatur, ſi tota hæreditas vacaſſet.

Reſpondent diſſentientes multipliciter, vt patet ex ſcriptis à Ripa *in d. §. cum ita, num.* 136. vbi latè, & Soc. iun. *num.*94.& Zanch. *part.* 8. *num.*202. Alex. Trent. *de ſubſtit. parte* 2.*cap.*6.*n.*29.

Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes, quod ſi teſtator voluit ſubſtitutum conſequi totam hæreditatem, præſumitur etiam voluiſſe eum conſequi quamlibet eius partem, & ſic quod ſubſtitutio reſoluatur in ſingularitates, ita ſcribunt in ſpecie, Angel. *in l. hæredes mei, §. cum ita*, & ibi Imol. Alexand. Ripa *num.*136. Socin. iun. *num.* 93. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & Zanchus *parte* 8. *nu.* 202. *verſ. prædictis non obſtan-* 62

obſtantibus, vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, & eam latè defendit, *ff. ad Trebell.* Angel. *in l. Lucius, §. Caio*, & ibi Imol. & Caſtr. *ff. eod.* rurſus Angel. *in l. quidam teſtamento Proculum*, & ibi Cuman. Imol. Alex. Paul. Caſtr. Alexan. & Iaſ. qui teſtatur de communi opinione, *ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* Fulgoſ. *in l. pen.* & ibi Alexan. & Iacob. dicit eſſe communem opinionem *C. de impub. & alijs ſubſtit.* Ant. de Butr. *conſ.* 31. Alexan. *conſ.* 1. *lib.* 1. *conſ.* 11. *conſ.* 92. *lib.* 3. vbi teſtatur de cōmuni opinione, *conſ.* 111. *lib.* 4. *& conſ.* 125. *lib.* 5. Iaſ. *conſ.* 41. *lib.* 1. Soc. ſen. *cōſ.* 94. *lib.* 4. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Ruin. *conſ.* 46. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 145. *n.* 19. *lib.* 3. Riminal. ſen. *conſ.* 255. *colum. pen. lib.* 1. Bellon. *conſ.* 82. *n.* 12. Cephal. *conſ.* 132. *nu.* 13. *iunctis dictis, ante nu.* 4. Hieron. Gabr. *conſ.* 117. *n.* 24. *& ſeqq. & conſ.* 121. *n.* 42. *& ſeqq. lib.* 1. Honded. *conſ.* 65. *n.* 30. *lib.* 2. Matth. *not.* 169. Ant. Gab. *de ſubſt. concl.* 4. *nu.* 3. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, q.* 79. *n.* 88. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, nec ab ea iudicando & conſulendo eſſe recedendum *deciſ. Pedem.* 110. *n.* 7. *&* 10. *verſ. nec aduerſatur*.

Pro hac opinione adducitur primò *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi Claudia fuit ſubſtituta in tota hæreditate, & tamen admittitur ad portionem vltimi defuncti ſine liberis, quamuis tota hæreditas non vacauerit, quia primus mortuus erat cum filijs, ſi enim teſtator voluit ſubſtitutum conſequi totam hæreditatem, præſumitur voluiſſe & poſſe conſequi quamlibet eius partem.

Reſpondet tamen multipliciter Rip. ibi *num.* 136. & Soc. iun. *n.* 94. & Mantic. *d. tit.* 5. *nu.* 27. & Alex. Trent. *d. cap.* 6. *num.* 30.

Secundò adducitur *l. vlt. § filium, ff. de leg.* 2. vbi ſubſtitutus admittitur in portione cuiuslibet, licèt ſubſtitutio ſit facta in tota per verba vniuerſalia.

Reſpondent tenentes primam opinionem, quod grauamen ibi fuit iniunctum cuilibet: ibi, vt quicquid vobis legaui reſtituatis, quæ verba oſtendunt quemlibet in ſua portione grauatum, ita poſt Aret. & alios dixit Mantic. *d. tit.* 5. *nu.* 26.

Paſſus quidem eſt difficilis propter rationes vtriuſque opinionis, & authoritatem Doct. qui vtramque ſequuntur, ita vt non poſſit vna dici alia magis communis: ego autem non recederem iudicando ab opinione
63 Bart. cuius authoritas omnium maxima eſt, Doctor. *in leg. quidam cum filium*, vbi Iaſ. *num.* 36. *& ſequenti, ff. de verborum obligat.* adducit plures, qui plus Bart. quam alijs Doctoribus tribuunt, refert & ſequitur Menoch. *conſil.* 206. *numero* 82. & de hoc articulo videnda etiam erunt quæ dixi *quæſtione præceden. numero* 79. *& ſequentibus*.

64 Non omitto tertiam opinionem, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 30. *verſic. ex hoc intellectu*, qui diſtinguit duos caſus. Primus eſt, quando euenit caſus omiſſus à teſtatore, & remanet vnus ex inſtitutis, cui ex tacita teſtatoris diſpoſitione poteſt portio vacans acquiri, & ſubſtitutus excluditur. Secundus caſus eſt, quando euenit caſus omiſſus, ſed portio vacans ſuperſtiti non poteſt acquiri, & tunc ſubſtitutus admittatur: & in terminis huius caſus conſuluit Honded. *conſil.* 65. *num.* 31. *lib.* 2.

65 Porrò, ſi ſubſtitutionis verba ſunt directa ad grauatos, locum haberet ſecunda opinio, quod ſubſtitutio reſoluatur in ſingularitates: exemplum, ſi teſtator dixiſſet, poſt mortem totam hæreditatem reſtituatis: & ſic reſtitutionis onus omnibus eſt iniunctum, idque probatur *in d. l. vlt. §. filium, ff. de leg.* 2. quem tex. ſic intellexerunt omnes relati pro prima opinione, & præcipuè poſt alios, Mant. *d. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 26. & Alex. Trent. *par.* 2. *cap.* 6. *nu.* 29. *in fine*.

Sed an ſubſtitutus admittatur (retenta ſecunda opinione) ſi in perſona vnius tantum conditio impleatur, videndi erunt Hier. Gab. *conſ.* 121. *nu.* 42. *& ſeqq lib.* 1. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 27. & quæ diximus *in præcedenti quæſt. in tertio caſu*. 66

Declaratur tertiò, vt ſi teſtator iuſſit conſtrui Eccleſiam morientibus filijs hæredibus ſine filijs, quod non erit conſtruenda Eccleſia, niſi omnibus filijs ſine filijs, mortuis, Calder. *conſil.* 4. *& conſil.* 42. *tit. de teſtam.* Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 137. & ibi Alciat. *num.* 33. Bologn. *n.* 273. *verſic. quinto limitatur*, & Zanch. *parte* 8. *nu.* 291. *& ſeqq. ff. ad Trebellianum*, Alexan. Trent. *de ſubſtit. parte* 2. *cap.* 6. *n.* 32. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 186. *n.* 25. Peregr. *de fideicom. art.* 13. *n.* 67. Intrigl. *de ſubſt. centur.* 3. *qu.* 48. *nu.* 21. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 25. *nu.* 45. *parte* 2. Et ratio eſt, quia in ſubſtitutione verſatur factum indiuiduum, quod ab vno ſolo non videtur relictum, & ideo in perſona omnium impleri debet conditio, ſi Eccleſia conſtituenda eſt, & faciunt dicta *in ſeq. declaratione*. 67

Declaratur quartò, quando res ſub fideicommiſſo relicta eſſet indiuidua, veluti feudum indiuiſibile, quia expectatur mors omnium, Oldr. *conſil.* 231. *col. vlt.* Gozad. *conſil.* 67. *col. pen.* Zanch. *in d. §. cum ita, num.* 1306. *& ſeq.* quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideicom. art.* 13. *nu.* 67. *in fin.* 68

Declaratur quintò, locum non habere, quando teſtator inſtituit Caium, & eius filios, & dixit, ſi Caius, vel eius filij deceſſerint ſine filijs, ſubſtituo Titium; nam non admitteretur ſubſtitutus, niſi omnibus filijs Caij mortuis, Oldrad. *conſ.* 251. *dubio ſecundo*, Socin. iun. *conſ.* 150. *colum. vltima libro* 2. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 8. *nu.* 287 *ff. ad Trebell.* Menoch *lib.* 4 *præſumpt.* 186. *num.* 26. 69

Declaratur ſextò, vt non procedat, quando reſultaret inæqualiter inter deſcendentes teſtatoris: quia reſolutio ſubſtitutionis non fit in ſingularitates, Alexan. *conſ.* 167. *nu* 18. *& ſeq. lib.* 7. Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, parte* 8. *numer.* 295. *in fin. ff. ad Trebell.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 186. *num.* 27. Intrigl. *de ſubſt. centur.* 3. *quæſtione* 48. *num.* 21. 70

Declaratur ſeptimò, non habere locum, quando inter inſtitutos præcederet reciproca ſubſtitutio, vt ſi teſtator inſtituat Titium, & Mæuium, & eos inuicem ſubſtituat, & illis ſine liberis morientibus ſubſtituat Caium: nam altero ſubſtitutorum moriente admittitur ſuperſtes ex reciproca: non autem Caius vltimo loco ſubſtitutus, Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, numer.* 148. & ibi Bologn. *numero* 273. *verſic. fallit vbicunque*, & Zanch. *parte* 8. *numero* 297. *ff. ad Trebellianum*, Alciat. *in leg. vel ſingulis numer.* 6. *ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Aretin. *conſil.* 1. *colum.* 1. Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 233. *præſuppoſito, quod ſorores, colum.* 1. *lib.* 2. Alexand. *conſ.* 91. *colum.* 7. *libr.* 1. Gozad. *conſil.* 67. *colum.* 2. Ruinus *conſil.* 129. *in fine lib.* 3. Ripa *reſp.* 2. *colum.* 1. *titul. de ſubſtit.* Pariſ. *conſil.* 43. *colum. penultima libro* 2. Menoch. *conſi.* 661. *numer.* 14. *conſil.* 797. *num.* 17. *& lib.* 4. *præſum.* 186. *num.* 28. Intrigl. *de ſubſtitut. par.* 3. *quæſt.* 48. *numero* 23. Piet. *de interpret. vltimar. voluntat. folio* 310. *numer.* 9. *& ſeq. & folio* 317. *num.* 18. qui loquitur ſiue ſubſtitutus ſit de liberis, ſiue extraneis: & hæc declaratio tranſit ſine ſcrupulo. 71

Ampliatur primò, & ſi tacita reciproca tantum eſſet inducta inter inſtitutos, nam hæc locum habebit excluſo ſubſtituto, Paul. Caſtrenſ. *dicto conſilio* 433. *præſuppoſito, quod ſorores, colum.* 1. *libr.* 2. Aretin. *conſil.* 1. *colum.* 1. Menoch. *conſil.* 661. *num.* 14. vbi alios addit, *conſil.* 797. *numero* 17. *& ſequentibus, & lib.* 4. *præſumpt.* 186. *num.* 28. *poſt medium*, Intrigl. *de ſubſtit. parte* 3. *quæſtione* 48. 72

num. 22. Zanch. *in d. §. cum ita parte* 8. *nu.* 298. *in fin.*

73 Ampliatur ſecundò, & ſi non reciproca non valeret, Ruin *conſ.* 76. *circa finem lib.* 3. Zanch. *in d. §. cum ita parte* 8. *n.* 298. *in fin.* Menoc *dict. præſumpt.* 186. *n.* 28. *in fine*, Intrigl. *dicta quaſt.* 48. *n.* 25. licet contrariam ſententiam probauerit Eman. Coſt. *in cap. ſi pater, parte* 3. *in verbo*, *& de illis, col. vltima, de teſtam. in* 6.

74 Declaratur octauò non procedere, quando extaret aliquis re & verbis coniunctus, qui per ius accreſcendi, vel non decreſcendi excluderet ſubſtitutum, ſecundum Menoch. *d. conſ.* 661. *nu.* 15.

75 Declaratur nonò, vt non fiat reſolutio ſubſtitutionis in ſingularitates, quando teſtator reſtrictiuè locutus eſt, vt ſi dixit, & morientibus inſtitutis ſine liberis, tunc, & eo caſu, vel tunc, vel eo caſu, ſubſtituo Titium, Roman. *conſil.* 19. *numero* 1. *in fine, & num.* 2. Iaſ *conſ.* 332. *dubio ſecundo, libr.* 2. vbi dicit hunc caſum eſſe clarum. Ruin. *conſil.* 67. *numer.* 8. *verſic. & tantò magis, libro* 3. Bero. *conſil.* 79. *numer.* 7. *& conſ.* 110. *num.* 32. *lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 145. *num.* 46. *lib.* 3. Rimin. iun. *conſil.* 23. *nu.* 26. *conſil.* 42. *numer.* 114. *lib.* 1. *conſil.* 369. *lib.* 3. *conſil.* 412. *nu.* 44. *& ſeq. conſil.* 476. *numer.* 8. *& ſeq. lib.* 4. *& conſil.* 517. *numer.* 36. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 1028. *num.* 23. vbi de communi teſtatur Honded. *conſil.* 65. *num.* 24. *lib.* 2. Peregr. *conſil.* 31. *numer.* 4. *lib.* 3. *& in tract. de fideicomm. art.* 13. *num.* 65. Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita par.* 8. *numer.* 299. *ff. ad Trebell.* & alij relati *infra in capite, verſic. & iſta opinio nu.* 119.

76 Contrariam ſententiam malè probarunt Alex. *conſil.* 91. *n.* 5. *lib.* 1. & Ruin. *conſ.* 180. *n.* 8. *lib.* 2.

Circa tamen hanc declarationem plura adducit Zanch. pro & contra *in d. §. cum ita nu.* 1049. ſecundùm primam impreſſionem.

77 Declaratur decimò, quod ſicuti reſolutio ſubſtitutionis in ſingularitates prouenit ex præſumpta mente teſtatoris, pariter ceſſaret reſolutio vbicunque conſtaret de contraria voluntate, Menoch. *conſ.* 661. *n.* 16.

78 Declaratur vndecimò, quando ſumus in contractibus in quibus pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, Specul. *in tit. de emphit. §. nunc aliqua, quaſt.* 69. *numer.*

79 83. vbi ſcribit, quod ſi duobus fratribus ſit conceſſa emphiteuſis, ita vt reuertatur ad Eccleſiam poſt mortem eorum, & ſuorum deſcendentium extincta linea vnius, portio non reuertitur ad Eccleſiam, ſed omnium mors expectanda eſt, ſequuti ſunt Ancharan. *conſil.* 418. *in fine*, Roman. *conſil.* 19. *numero* 1. Paul. Caſtrenſ. *conſilio* 46. *viſo & examinato, num.* 1. *lib.* 2. Alexand. *conſil.* 17. *nu.* 9. *lib.* 5. *& conſil.* 167. *num.* 4. *lib.* 7. Curt. ſen. *conſ.* 49. *nu.* 72. Ruin. *conſil.* 43. *numero* 11. *conſil.* 48. *num.* 8. *& conſ.* 154. *colum.* 4. *lib.* 1. Crauet. *conſil.* 985. *num.* 175. *verſic. tertio reſpondetur*, Hieron. Gabr. *conſ.* 87. *in fine conſ.* 88. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſil.* 66. *numer.* 15. 17. *& ſeq. libr.* 2. vbi de communi opinione teſtatur, Menoch. *conſil.* 1028. *num.* 19. *lib.* 11. Iaſ. *conſil.* 117. *colum.* 4. *lib.* 1. Alciat. *reſpon.* 164. *nu.* 18. ſecundum antiquam impreſſionem, Salicet. *in leg.* 2. *quaſt.* 14. & ibi Iaſ. *quaſt.* 17. *num.* 201. *Cod. de iur. emphit.* Socin. ſen. *in leg. falſa, §. vltima, ff. de condit. & demonſtrat.* Affict. *cap.* 1. *§. & quia, numero* 18. *de his qui feud. dar.* Alciat. *in leg. heredes mei, §. cum ita, num.* 13. *verſ. ſed quid in contractibus, ff. ad Trebellianum*, & ibi Zanch. *par.* 6. *numer.* 93. *& parte* 8. *num.* 320. Ronchegal. *in l. eadem, in principio, numero* 133. *ff. de duob. reis*, Bero. *quaſt. famil. quaſtione* 85. *numero tertio*, Corbul. *tractat. de emphit. tit. vl. de cauſ. priuat. ob finit. line. declarat.* 2. *numero* 89.

80 Contrariam ſententiam malè probarunt Alexandr. *conſilio* 204. *numero* 2. *& in fine libro* 2. & ibi Modern. Pariſ. in addit. Crot. *in leg. re coniunctis, numero* 141. *& ſequenti, ff. de legat.* 3. Eugen. *conſilio* 88. *numero* 126. Iul. Clar. *in §. emphiteuſis, quaſtione* 39. *in fine.*

Quintum caput eſt, quando ſubſtitutio eſt concepta per ablatiuos abſolutos, hoc modo, & decedentibus dictis hæredibus, vel deſcendentibus, Caio & Seio ſine liberis, ſubſtituo Sempronium, & tunc ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, ſi non ſequitur abſurdum, quod prædilectus excludatur, Socin. iunior *conſilio* 145. *dubio primo, libro tertio*, Decianus *conſilio* 60. *numero* 32. *libro tertio*, Peregr. *de fideicom. art.* 13. *num.* 62. vbi alios addit. 81

Sextum caput eſt, quando ſubſtitutio pluribus facta eſt copulatiuè, hoc modo, inſtituo Titium & Seium, & ſi Titius & Seius deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo Caium, & tunc ſunt diſtinguendi aliquot caſus. 82

Primus caſus eſt, quando inſtituti ſunt ex liberis teſtatoris, & ſubſtitutus eſt extraneus, ſi illi ſine liberis deceſſerint, & tunc non admittitur ſubſtitutus altero inſtitutorum mortuo, ſed admittitur ſuperſtes, Bartol. *in l. heredes mei, §. cum ita, in fine, verſic. aut ſecundum interpretationem*, & ibi Angel. *colum. vltima*, Socin. ſen. *num.* 28. Ripa *num.* 139. *& n.* 143. Fabian. *col. penul. ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *in l. qui duos, ff. de vulg. & pupillar. ſubſtit. & in l. vltima, §. filium, ff. de legat.* 2. *& conſil.* 14. *ſi contingat, col.* 2. *verſ. ſecundo videtur, lib.* 1. *& conſ.* 86. *dubitatio vertitur, col. penult. lib.* 2. Alexand. *conſ.* 91. *num.* 9. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 180. *col. penult. lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 180. *col.* 3. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 69. *n.* 2. *& conſ.* 119. *n.* 12. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 166. *nu.* 6. *& ſeqq. & conſ.* 529. *n.* 13. *& ſeqq.* Hieron. Gabr. *conſ.* 121. *n.* 42. *& ſeqq. multis lib.* 1. Hond. *conſ.* 60. *& ſeqq. multis, lib.* 1. Pereg. *conſ.* 36. *n.* 21. *lib.* 3. *& in tract. de fideic. art.* 13. *num.* 44. *& nu.* 56. vbi in fortioribus loquitur, quando ſcilicet per collectiuam facta eſt ſubſtitutio, *& n.* 60. Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 4. *cap.* 16. *n.* 32. *verſ. in ſecundo caſu*, Prat. *de interpr. vlt. volun fol.* 310. *nu.* 10. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 186. *nu.* 34. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quaſt.* 48. *n.* 32. Rota Romana *in conſſ. deciſ.* 141. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 1. & ita conſului ſuper fideicommiſſo D. Horatij Foreſti, *vt in conſ.*... & in vna de Caſtellinis, *vt in conſ.* 60. *dubio ſecundo.* 83

Et admittunt omnes relati *in præcedenti quaſt. in primo caſu in prima coniectura, numer.* 8. & licet ibi diſputatio ſit inter Doct. an reciproca inducatur, vno tamen ore omnes concedunt, reſeruatum eſſe ius legitimæ ſucceſſionis, nec ſubſtitutionem in ſingularitatem reſolui poſſe.

Ratio eſt, vt aliàs etiam dictum fuit, quia pro ſuperſtite adeſt præſumpta mens teſtatoris, quod voluerit ipſum potius habere, quam ſubſtitutũ extraneum, arg. *l. cum acutiſſimi, C. de fideic.* Confirmatur ex natura copulatiuæ, cuius proprietas & natura eſt, vt requirat concurſum omnium copulatorum, *leg. ſi heredi plures, ff. de condit. inſtit.* Rip. *in l.* 1. *num.* 189. *ff. de vulg. & pupill.* Prat. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 148. *num.* 105. *& ſeqq.* Et à proprietate verborum recedendum non eſt, *l. non aliter, ff. de legat.* 3. 84

Ampliatur, & ſi liberi non eſſent reciprocè ſubſtituti, quia inter eos ius legitimæ ſucceſſionis erit reſeruatum, nec ſubſtitutio in ſingularitates reſoluetur, Salic. *in leg. penultima*, & ibi Alexan. & Corn. *Cod. de impub. & alijs ſubſtitut.* Alexand. & Rip. *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum*, Socin. ſenior *conſil.* 94. *numero* 14. *libro quarto*, qui teſtatur eſſe communem opinionem, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. parte* 2. *cap.* 6. *numero* 33. vbi dicit eſſe veram & communem opinionem, & ſentiunt omnes. 85

Contrariam opinionem malè probarunt Imol. *in l. heredes mei, §. cum ita*, & ibi Caſtrenſ. *in fine, ff. ad Trebell.* idem Caſtr. *in conſ.* 14. *in fine lib.* 1. 86

Declaratur primo iſte caſus, vt nõ procedat, quando ſuper- 87

ſuperſtes non eſt ſucceſſibilis ab inteſtato, quia ſubſtitutus tunc admitteretur ad portionem iam mortui: tum enim ceſſat ratio, quod ſit ſeruandum ius legitimæ ſucceſſionis, cum perſona extans non poſſit ſuccedere ab inteſtato. Bald. *in l. penult. C. de impub. & al. ſubſtit.* & ibi Paul. Caſtr. Eman. Coſta *in ca. ſi pater, in verbo, ſi vtrumque, num. 5. de teſtam. in* 6. turſus Bald. *conſil.* 171 *ſubſtitutio fideicommiſſaria, verſ. & hoc verum lib.* 3. Alexand. *conſ.* 91 *n.* 8. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 249. *lib.* 2. *& conſ.* 94. *nu.* 5. *lib.* 4. Socin. iun. *conſ.* 150. *col. vlt. lib.* 2. Crauet. *conſ.* 318. *nu.* 30. Hieron. Gabr. *conſ.* 121. *num* 46. *& ſeqq. lib.* 1. vbi dicit neceſſe eſſe, vt in totum excludatur ſubſtitutus à ſuperſtite, Honded *conſ.* 65. *nu.* 28. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 36. *n.* 21. *& ſeqq. lib.* 2. Menoch. *lib.* 4. *preſumpt.* 186. *num.* 39. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 48. *n.* 35.

88 Idem eſt, quando perſona ſuperſtes eſſet excluſa ex teſtamento à grauato, ita poſt alios Honded. *d. conſ.* 65. *n.* 28. *& ſeq. lib.* 2. cum alijs citatis *ſupra n.* 38.

89 Declaratur ſecundò non procedere, quando ſuperſtes repudiaret hæreditatem, quia eo caſu ſubſtitutus admitteretur, Ripa *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, nu.* 140. & ibi Zanc. *n.* 1210. ſecundum antiquam impreſſionem, *ff. ad Trebel.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 5. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 186. *num.* 39. *in fine.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 48. *num.* 35. *ad medium*, cum alijs relatis *ſupra qu.* 157. *num.* 22.

90 Contrariam tenent alij relati *d. q.* 157. *n.* 23.

Limitatur hæc declaratio, vt per Zanchium *in d. §. cum ita, n.* 1211.

91 Declaratur tertiò, non procedere morientibus omnibus filijs inſtitutis ſine liberis, quia ſubſtitutus admitteretur ad portionem omnium, Angel. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, col. vlt. ff. ad Treb.* & ibi Zanch. *par.* 8. *nu.* 215. Paul. Caſtr. *in l. qui duos, ff. de vulg.* Eman. Coſta *in cap. ſi pater, in verbo, vtrunque, n.* 3 *de teſt. in* 6. Bald. *conſ.* 403. *in ſubſtitutione fideicommiſſaria, colum.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 82. *in quæſtione col.* 1. *lib.* 5. Paul. Caſtr. *conſ.* 321. *viſis, & conſideratis, col.* 1. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 129. *nu.* 22. *lib.* 2. Hier. Gab. in fortioribus, *conſ.* 121. *n.* 42. *lib.* 1. Alex. Trent. *de ſubſt par.* 2. *c.* 6. *n.* 35. *verſ. ſi conditio.* Mant. *de coniect. vlt. vol. li.* 11. *tit.* 5. Menoc. *lib.* 4. *preſump.* 189. *n.* 41. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 48 *n.* 38. Pereg. *de fideic. art.* 15. *n.* 35.

92 Ampliatur primò, & ſi primus moriatur relictis liberis, & ſecundus ſine liberis, quia ſubſtitutus admittetur ad portionem illius, qui ſine liberis deceſſerit, non è contra, ſi conditio impleretur in primo, & in ſecundo deficeret, nulla enim tunc ſupereſt perſona, cui portio vacans acquiri poſſit ex præſumpta mente teſtatoris. Probatur iſta opinio *in d. §. cum ita.* Et in ſpecie ita tenent ibi Ruin. *nu.* 121. Torniel *n.* 10. *& ſeqq.* & Bologn. *num.* 58. *& ſeq.* Eman. Coſta *in cap ſi pater, in verbo, ſi vtrumque num.* 3. *de teſtam. in* 6. Bald. *in conſ.* 403. *in ſubſtitutione fideicommiſſaria, colum.* 1. *lib.* 2. Paul. Caſtr. *conſ.* 321. *viſis, & conſideratis, col.* 1. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 121. *nu.* 41. *lib.* 1. Pereg. *conſ.* 46. *& conſ.* 152. *lib.* 2. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5 *nu.* 27. vbi loquitur quando ſubſtitutio eſt facta in tota, Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 34. vbi teſtatur de communi opinione, Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 186. *n.* 41. *verſ. & hic caſus*, Intrig *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 48. *nu.* 39. Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 804. *n.* 9 *part.* 1. vbi loquitur quando in tota eſt facta ſubſtitutio.

Quæ autem ſit ratio diuerſitatis, quod purificata cõditione in perſona primi, & non vltimi ſubſtitutus excludatur, & è contra, purificata conditione in perſona vltimi, non primi admittatur ſubſtitutus, illa eſt ratio, quia purificata conditione in perſona vltimi, non ſupereſt perſona, quæ ſubſtitutum ex præſumpta mente teſtatoris excludat, cum coniunctus ſit mortuus, & ſi teſtator cogitaſſet talẽ caſum, voluiſſet ad eius portionem admitti ſubſtitutum, quem voluit totum habere, & omnes ſine liberis decederent, ſed quando impletur conditio in perſona primi, ſupereſt coniunctus magis dilectus, qui ideo ſubſtitutum excludit, & ita declarat Mant. *d. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 27.

Contrariam opinionem, quod immo ſubſtitutus excludatur, tenent Ripa *in §. cum ita nu.* 149. *verſ. ſecundo caſu*, Dec. *conſ* 594. *num.* 2. *&* 3. quem refert & ſequitur Mant. *d. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 29. *verſ. quod verò.* Ratio eſt quia copulatiua falſa eſt, niſi in omnibus impleatur, *l. ſi hæredi plures, ff. de cond. & demonſtr.* Hanc etiam opinionem contra ſubſtitutum, quando agitur de liberis inſtitutis, probatunt Ang. *conſ.* 82. *col. vlt.* Corn. *conſ* 285. *col. penul. lib* 1. quos refert & ſequitur Alex. Trent. *de ſubſtit. part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 35. *verſ. quando:* addo Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita nu.* 1198. *ff. ad Treb.* ſecundùm antiquam impreſſionem. Pereg. *de fideic. art.* 13. *n.* 35. & quę dixi *ſupra qu.* 128. *n.* 4. *& q.* 157. *n.* 25. 40. *&* 46. 93

Quinimmo dicendum erit circa terminos caſus. Pereg. *conſ.* 46. *& conſ.* 172. *lib.* 5. quod liberi prædefuncti iure etiam tranſmiſſionis eſſent admittendi, ſecũdùm communem opinionem, vt dixi *qu.* 490. *nu.* 147. *& ſeqq.* licet Peregr. ibi dicat, nec iure tranſmiſſionis liberos prædefuncti poſſe admitti.

Intellige tamen primam opinionem ita demum procedere, (ſi placeret) quando ſubſtitutio eſt facta ſimpliciter, ſecus ſi eſſet facta vltimo morienti tantum, ſi vterque inſtitutorum, vel ſi omnes ſine liberis decederent, quia tunc ſubſtitutus in totum excluderetur. Angel. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita*, & ibi Paul. Caſtr Alexand. Ripa & alij communiter *ff. ad Trebell.* Curt. iun. *in l pen. C. de impub. & al ſubſtit.* Ruin. *conſ.* 112. *num.* 3. *lib.* 3. Hiero. Gabr. *conſ.* 121. *num.* 44. *lib.* 1. Alex. Trent. *de ſubſt part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 34. vbi de communi opinione teſtatur Pereg. *de fideic. artic.* 13. *n.* 13. Hocque probatur *ex d. §. cum ita*, inducendo vt per Alex. Trent. *d. cap.* 6. *nu.* 34. quæ opinio & mihi probatur, cum verba clara ſonent requiri concurſum, quod omnes decedant ſine liberis. Et de hoc videnda erunt dicta *ſup. q.* 163. *n.* 4. *& ſeq.* 94

Et hic videndum eſt, quando ſubſtitutio eſt facta vltimo morienti, an tunc impleta conditione in perſona omnium, ſubſtitutus admittatur in omnium portionibus, an verò ſolum in portione vltimi? in quo articulo ſic eſſe dicendum puto: 95

Si ſubſtitutio confertur poſt mortem vltimi, nec vltimus nominatus eſt grauatus, vt ſi teſtator Titium & Caium filios inſtituit, & poſt mortem vltimi ſimpliciter ſubſtituat Seium, & ſubſtitutus ſuccedet ſolum in portione vltimi, Peregr. *de fide com. art.* 13. *n.* 7. 96

Idem eſt facta ſubſtitutione ſimpliciter poſt mortem vltimi in hæreditate, quia intelligitur de portione vltimi *l. Titius ff. de legat.* 3. *l. Titia ff ad leg. Falc.* Gloſ. *in l. Lucius Titius ff. de leg.* 1. & ibi Bald. Ang. Imol. Soc. ſen. *conſ.* 69. *col. vlt li.* 3. Zanc. *in d. cum ita n.* 611. quos refert, & ſequitur Pereg. *d. art.* 13. *n.* 8. addo Ripam *in d. §. cum ita, n.* 16. vbi dicit procedere etiam quod ſubſtitutio reciproca eſſet facta inter honoratos, & grauatos. 97

Et ſi facta eſſet ſubſtitutio in portione vltimi, ſine dubio aliorum portiones non continerentur in fideicommiſſo, quamuis in illis ſucceſſiſſet vltimo moriens *l. eum qui nouiſſimus, ff. ad Treb. l. ſingulis, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Pereg. *de fideicom. art.* 13. *n.* 7. Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 2. *c.* 6. *nu.* 34. *verſ. hæc declaratio*, vbi dicit hoc verum, quando eſſet facta ſubſtitutio in portione vltimi, taliter quod non comprehendat portionem primi, vt quia vltimus ſit grauatus ſuam portionem hæreditatis reſtituere, ſecus ſi eſſet ſimpliciter grauatus reſtituere ſuam portionem, quia tũc & portio cohæredis perueniat ad 98

ra ad vltimum veniret in reſtitutione, ad tradita per Bartol. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebel.* Sed aduerte, quia Alex. Trent. loquitur in caſu reciprocæ inter coniunctos, vnde ſi ſolum eſſet inter eos reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis, portio primi non eſſet inſtituenda. Et quando ſumus in caſu reciprocæ factæ inter coniunctos, an portio habita à cohærede ex reciproca veniat in reſtitutione? Dicetur *infra q. 657.*

99 Aliud dicendum eſſet, quando poſt mortem vltimi facta eſt ſubſtitutio in tota, nam vltimo moriente ſubſtitutus ſuccedet in portionibus omnium, & vindicabit portiones ab hæredibus ſingulorum, Iaſ. *conſil. 206. dubio tertio, lib. 2.* Soc. ſen. *conſ. 104. column. penultim. verſic. ſed poſito, lib. 3.* Anguſſ. *conſil 66. libro 6.* Decian. *conſil. 26. num. 59. & ſeq. lib. 2.* Ripa *in d. §. cum ita, num. 23.* & ibi Zanch. *nu. 625.* Alciat. *in l. vel ſingulis, ff. de vulg.* Menoc. *conſ. 85. n. 41. conſ. 274.* Menoch. *lib. 4. præſump. 62. nu. 1. in fine,* Mant. *loco citato n. 15.* Pereg. *de fideicom. art. 13. num. 9.* & ego dixi *quaſt. præcedenti in diſcurſu tertij caſus,* vbi quando non inducitur reciproca inter coniunctos, mortuo vltimo ſubſtitutus capit ſingulas portiones ab eorum hæredibus.

100 Idem eſt, quando ſubſtitutio non eſt facta ſpecificè in tota, ſed verbis æquipollentibus, Pereg. *d. art. 13. nu. 10.* vbi declarauit quæ ſint verba æquipollentia totalitatem importantia, quod & ego explicaui *in præcedenti q. in ſecundo caſu in limitationibus.*

101 Si verò ſubſtitutio confertur poſt mortem vltimi, & nominatim vltimus eſt grauatus ſimpliciter, non in tota re, & adhuc ſubſtitutus non conſequitur, niſi portionem vltimi, quamuis vltimo peruenissent aliorum portiones, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, caſus eſt *in l. cum qui nouiſſimus, ff. ad Treb.* & ibi Doct. notant. Bar. *in l. vel ſingulis, ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Paul. Caſt. *in l. ſi pater impuberes, ff. eod.* Soc. ſen. *in d. §. cum ita, n. 6.* & ibi Ripa *n. 16. & ſeqq.* Curt. iun. *conſ. 139. n. 9.* Pariſ. *conſ. 30. nu. 21. lib. 2.* Pereg. *de fideicom. art. 13. n. 11.*

102 Aliud eſſet, quando vltimo moriens eſſet nominatim grauatus in tota hæreditate, nam concedunt omnes, ſubſtitutum ſuccedere in tota, & ſic in omnium portionibus, Peregr. *d. art. 13. nu. 14. & nu. 35.* & dixi *in qu. præcedenti in 4. caſu.*

103 Secundus caſus eſt, quando inſtituti ſunt de liberis teſtatoris, & ſubſtitutus pariter eſt de liberis eiuſdem, & tunc altero inſtitutorum mortuo ſubſtitutus ſuccedet, Soc. ſen. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 28. ff. ad Treb.* Guid. Pap. *conſ. 218. n. 5.* Ceph. *conſ. 529. n. 23. vſq. ad nu. 31.* vbi vlterius requirit, quod ſubſtitutus ſit eiuſdem gradus cum inſtituto ſuperſtite, Hier. Gabr. *conſ. 121. n. 40. lib. 1.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 317. n. 18. ad medium,* Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 48. nu. 36.* qui tamen fatetur contrariam opinionem eſſe receptiorem.

104 Contrariam ſententiam & melius probarunt Ripa *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, n. 14. ff. ad Trebell.* Menoch. *lib. 4. præſump. 186. nu. 40.* Hoc enim caſu militat pro inſtituto proprietas verborum, & præſumpta voluntas teſtatoris, qui magis dilexit inſtitutum ſubſtituto.

105 Tertius caſus eſt, quando tam inſtituti, quàm ſubſtituti ſunt extranei, & tunc in ſingularitates reſoluitur ſubſtitutio, Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita in fine, verſ. aut ſecundum interpretationem,* & ibi Torniel. *num. 136. ff. ad Trebel.* Bald. *in l. penult.* & ibi Salic. *in fine,* Fulgoſ. Alexand. *column. penult. verſ. item adde.* Iaſ. & alij communiter, *Cod. de impub. & alijs ſubſtit.* Alciat. *in l. vel ſingulis, col. 3. verſ. nec refert, ff. de vulg. & pupil.* Bald. *conſil. 403. in ſubſtitutione fideicommiſſaria, lib. 2. & conſ. 271. ſubſtitutio fideicommiſſaria, libro 3.* Angel. *conſ. 265.* Ancharan. *conſ. 391.* Paul. Caſtr. *conſ. 280. præſuppoſito ſtatuto, col. 2. verſ. non obſtat libro 2.* Alexand. *conſ. 58. li. 1.* Soc. ſen. *conſ. 94. lib. 4.* Ruin. *conſ. 125. num. 4. & 5. lib. ...* Socin. iun. *conſ. 145. nu. 18. & 19. lib. 3.* Alciat. *reſponſ. 567. in fine,* Rimin. ſen. *conſ. 255. lib. 2.* Cephal. *conſ. 132. nu. 5.* vbi dicit omnes Doctores ita concludere, *& conſ. 711. num. 5. & 7.* Hier. Gabr. *conſ. 121. n. 45. & ſeqq. lib. 1.* Honded. *conſ. 65. n. 20. & ſeqq. lib. 2.* Vaſq. *de ſubſid. ſubſt. §. 25. nu. 69.* Ant. Gab. *de ſubſt. concl. 3. n. 26. & concl. 4.* Alex. Trent. *de ſubſt par. 2. ca. 6. n. 32. verſ. in ſecundo caſu,* vbi teſtatur de communi opinione, Peregr. *de fideic. art. 13. n. 35. 60. & n. 61.* alios refert, Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 48. nu. 41.* Et ratio eſt, quia non ſupereſt hoc caſu perſona, quæ ſubſtitutum excludat ex præſumpta teſtatoris mente. Et quamuis ſubſtitutio ſit facta per copulatiuam, vel collectiuam, attamen numerus pluralis reſoluitur in ſuas ſingularitates, *l. falſa, §. vlt. ff. de cond. & demonſt.*

Cæterum alij & melius tenuerunt, quod ſubſtitutio non reſoluatur in ſingularitates, ſed quod portio primi ſine filijs morientis remaneat penes ſuperſtitem, donec eueniat conditio in eius perſona, ita vt in eo mortuo ſine filijs ſubſtitutus ſuccedat in omnibus portionibus: & eo mortuo cum filijs, quod nec portio primi ſit reſtituenda ſubſtituto, Paul. Caſtr. *in l. qui duos ff. de vulg. & pup. ſubſt. & in d. l. hæredes mei, § cum ita,* & ibi Alex. *nu. 25.* Soc. ſen. *n. 15.* & Ripa *n. 144. ff. ad Treb.* Alex *in d. l. penult. in vlt. not. C. de impub. & al. ſubſt. conſ. 11. lib. 3. conſ. 101. lib. 4. & conſ. 175. num. 9. lib. 5.* Ruin. *conſ. 148. in fine lib. 2. & conſ. 121. num. 4. lib. 3.* Bero *conſ. 69. n. 1. lib. 2.* Monoch. *lib. 4. præſ. 186. nu. 43. verſ. cæterum,* Præt. etiam in his terminis erit intelligendus *de interp. vlt. vol. fol. 310. n. 9.* & hanc opinionem ſenſit Rot. Roman. *in nouiſ. dec. 141. n. 1. & 3. & dec. 804.* vbi de communi *par. 1.*

Pro qua opinione addo Spec. *tit. de emph. §. nunc aliqua de iure, n. 90.* Old. *conſ. 231. n. 3.* Angel. *conſ. 80. num. 5. conſ. 109. col. 1. verſ. Secundo continetur, conſ. 265. & conſ. 330.* Paul. Caſt. *conſ. 91. n. 5. verſ. & hoc etiam, & conſ. 219. viſis & conſideratis, nu. 1. lib. 1.* Rim. ſen. *conſ. 251. nu. 21. lib. 3.* Dec. *in l. penult. nu. 8. C. de impub. & al. ſubſt. & conſ. 594. n. 2. 4.* Ruin. *conſ. 96. n. 18. conſ. 172. nu. 5. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 172. n. 4. li. 2.* Bellon. *conſ. 88. n. 8.* Soc. ſen. *conſ. 150. n. 12. verſ. vel etiam & conſ. 158. num. 13. lib. 2.* Alciat. *reſp. 487. n. 12. verſ. ſubijcit ſecundum antiquam impreſſionem,* Mant. *de con. ult. vlti. vol. lib. 11. tit. 5. num. 29.* Honded. *conſ. 30. num. 29. lib. 1.* Marc. Aquil. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 153. verſ. & quid ſi, ff. de liber. & poſthum.* Menoc. *conſ. 1028. nu. 22.* vbi dicit hodie hanc opinionem contra Bart. eſſe receptam. Verum eſt quod aliqui ex prædictis loquuntur, quando vocatio eſt facta per collectiuam, ſed tamen purificantur in hoc copulatiua vocatio & collectiua. 106

Hæc ſententia probatur ex natura & proprietate copulatiuæ orationis, vel collectiuæ, quæ requirit concurſum copulatorum, *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit.* Et quando pluralis reſoluitur in ſingularitates, *d. l. falſa, §. vlt. ff. de cond. & demonſt.* hoc fit quando adeſt ratio, quæ ſuadet ita teſtatorem ſenſiſſe, *ut in d. §. vlt.* hic autem nulla reſultat ratio quod ita teſtator ſenſerit, ergo &c.

Primam opinionem, ſi placet, ampliabis, & ſi ſubſtitutio ſit facta per dictiones, tam, & quàm, hoc modo, inſtituo Titium, & Caium, & tam Titio, quàm Caio, ſi ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo Sempronium: nam & tunc ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, Alciat. *conſil. 39. num. 19. & 20. lib. 9.* Peregr. *de fideicommiſ. art. 20. num. 64.* 107

Sed quid ſi conditio euenit in perſona vltimi non autem primi, an tūc ſubſtitutus admittatur ad portionem vltimi, ſiue ſubſtitutio ſit facta per copulatiuam, ſiue per collectiuam? Et ſubſtitutum admitti volunt Pereg. *d. art. 13. nu. 35.* vbi allegat Ang. Paul. Caſtr. Rip. Cuma. Ruin. Crauet. & Hieron. Gabr. addo Alexand. Trent. *de ſubſtit.* 108

ſubſtit. par. 2. cap. 6, nu. 35. Rot. Roman. *in nouiſſ. dec.* 804. *part.* 1. vbi de communi, & Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 27.

109 Extenditur etiam, quando ſubſtitutio eſt facta in tota, nam ſubſtitutus ſuccedet in partem vltimi ex mente teſtatoris contra naturam verborum: ſi enim teſtator voluit ſubſtitutum habere totum omnibus morientibus ſine filijs, ergo & partem vltimi, qui ſine filijs deceſſit, *dict. § cum ita,* Pereg. *dict. art.* 13. *nu.* 55. vbi allegat Corn. *conſ.* 28. *lib.* 1. & Alex. *conſ.* 93. *nu.* 8. *lib.* 3. addo Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 27. Rot. Roman. *in nouiſſ. dec* 804. *part.* 1.

110 Fallit, quando ſubſtitutio eſſet facta in portione vltimi ſimpliciter, & fortius ſi in portione hæreditaria, & ſic non eſſet facta in tota, qui tunc ſubſtitutus excluderetur defectu conditionis, quia primus mortuus eſt cũ filijs, Hieron. Gabr. *conſ.* 121. *n.* 44. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 121. *n.* 4. *lib.* 3. quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideicom. artic.* 13. *nu.* 35. *ante finem.*

111 Quartus caſus eſt, quando vnus ex inſtitutis erat de liberis, alter extraneus, & euenit conditio in perſona deſcendentis, & tunc ſubſtitutus admittitur, Odd. *conſ.* 9. *nu.* 17. *& ſeqq.*

112 Quintus caſus eſt, quando teſtator duos extraneos Titium, & Mæuium inſtituit, & dixit, & ipſis, & eorum filijs decedentibus ſine filijs, ſubſtituo Gaium, & tunc ſubſtitutus non admittitur, niſi morientibus omnibus inſtitutis, & eorum filijs, nec altero inſtitutorum, vel filiorum illorum mortuo ſine filijs, ſubſtitutus eſſet admittendus. Ruin. *conſ.* 96. *nu.* 18. *& conſ.* 175. *col. pen. lib.* . Menoch. *lib.* 4 *præſump.* 186. *num.* 44. & videtur fuiſſe de mente Bart. *in conſ.* 155.

113 Contrariam ſententiam, quod ſubſtitutio ſcilicet reſoluatur in ſingularitates, probarunt male Salicet *in l. precib. q.* . *C. de impub. & al. ſubſt.* Ripa *in l. Centurio, nu.* 169. & ibi Galliau & Alc. *n.* . 6. *de vulg. & pupil. ſubſtit.* Zanch. *in l. hæredes mei § cum ita part.* 8. *n.* 301. *ff. ad Trebell.* Corn. *conſ.* 226 *col.* 4. *lib.* 4. Soc. iun. *conſ.* 145. *n.* 23. *li.* 3.

114 quos refert & ſequitur Pereg. *de fideic. art.* 18. *n.* 18 addo Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 48. *n.* 43. Mouentur iſti, præcipuè Soc. Zanch. & Peregr. quia coniunctio poſita inter incompatibilia reſoluitur in diſiunctiuam, *l. Titio, ff. de uſufr. leg.* & ibi Bart. & alij Iaſ. *in l.* 1 *col.* 2. *ff. de iuſt. & iur.* Fel. *in ca. ex par. fall.* 1 *extr. de reſcrip.* Atqui impoſſibile eſt dicere, quod inſtituti decedant ſine filijs, ſi illi habeant filios, qui poſtea moriantur ſine filijs, nam verum non eſt hæredem ſine filijs deceſſiſſe *l. cohæredi plures, ff. de cond. inſt.* Sicuti ergo verba, & ipſis & eorum liberis, ſtant diſiunctiuè: ita etiam ſtabũt diſiunctiuè ſequentia alia verba, & eorum filijs decedentibus ſine filijs, & ſic ſenſus erit, quod altero ex filijs inſtitutorum mortuo ſine filijs, ſubſtitutus ad illius portionẽ admittatur, non autem expectandũ eſſe, quod omnes filij inſtitutorum moriantur ſine filijs. Reſpondet tamen & bene Menoc. *d. præſump.* 186. *n.* 44. quod licet copula poſita inter Titium, Mæuium, & eorum filios ſtet diſiunctiuè, non tamen & ſubſtitutio facta filijs illorum ſtat diſiunctiuè, quia ſicuti Caius ſubſtitutus Titio & Mæuio dicitur copulatiuè ſubſtitutus non diſiunctiuè, ita etiam copulatiuè dicitur ſubſtitutus filijs illorum: ita vt voluntas teſtatoris fuerit, quod ſi Titius & Mæuius decederent ſine filijs, decedat Caius ſubſtitutus, ſi vero decedant relictis filijs, & hi poſtea ſine filijs moriantur, quod & tunc Caius ſubſtitutus admittatur: vnde ſicuti ſubſtitutus non admitteretur, niſi ambo Titius & Mæuius moriantur ſine liberis, ita nec filijs illorum ſuccedere poterit, niſi omnes deceſſerint ſine filijs. Et hic ſenſus magis placet, quàm reſponſio Ruin. qui dicebat coniunctiam non eſſe poſitam inter incompatibilia, quia poteſt dari caſus, quod Titius & Mæuius inſtituti filios habuerint, & hi ante parentes deceſſerint, & ſic conditio in omnibus verificari poſſit; nam vt aduertit Peregr. teſtator conſiderauit mortem parentum inſtitutorum, & eorum filiorum ſeruato, non turbato ordine naturæ, arg. *l. nam & ſi parentibus ff. de inoff. teſtam.*

Septimum caput eſt, quando ſubſtitutio eſt facta per collectiuam, hoc modo, inſtituo Caium & Seium, & ſi vterque eorum, vel ſi ambo, vel ſi omnes deceſſerint ſine filijs, ſubſtituo Titium, & tunc diſtinguendum eſt, vt in præcedenti capite dictum fuit, nam idem eſt quod ſubſtitutio ſit facta per copulatiuam, vel per collectiuam, vt ſcribunt, Ripa *in l. hæredes mei, § cum ita, nu.* 138. & ibi Zanch. *par.* 8. *n.* 296. *ff. ad Treb.* Pereg. *conſ.* . 6. *n* 20. *& ſeqq. li.* 3. *conſ.* 152. *n.* 3. *& ſeqq. li.* . *& in tract. de fideic. art.* 13. *n.* 56. *& nu.* 60. Menoch. *conſ.* 1028. *nu.* 22. *& lib.* 4. *præſump.* 186. *n.* 29. Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 18. *n.* 31. 115

Hoc tamen dictum facilè recipi poteſt quando ſumus in deſcendentibus teſtatoris, tunc enim verum eſt caput iſtud de collectiua decidi ſecundum dicta in capite præcedenti de copulatiua. Sed quando ſumus in extraneis, res non tranſit ſine magna difficultate. 116

Alij enim volunt, quod impleta conditione in perſona primi, licet ex proprietate verborum ſubſtitutus non admittatur, quod tamen ex mente teſtatoris dicatur vocatus, ita per tex. *in d. § cum ita,* ſcribunt ibi Bart. & alij Doctores magis communiter, vt teſtatur Soc. iun. *nu.* 97. & Ripa *nu.* 143. licet ipſe diſſentiat, Bald. *in l. penult. num.* 11. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Angel. *conſ.* 91 *col.* 2. *verſ. ſuper quinto,* Alex. *conſ.* 91. *num.* 6. *lib.* 1. Crauetta *conſ.* 109. *nu.* 12. Honded. *conſ.* 65. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* . 3. *n.* 56. vbi addit Angel. Imol. Alex. *col. penult.* Soc. *nu.* 5. & Zanch. *n.* 549. *in d. § cum ita,* Angel. *in l. ſi pater impuberes, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & ibi Imol. Paul. Caſtr. & Alex. Angel. *in l. pater filium, §. duobus, ff. ad leg. Falcid.* & ibi Imol. Alexand. & his accedant, *dec. Pedem.* 110. *num.* 9. & Rot. Roman. *in nouiſ. dec.* 804. *part.* . vbi de communi. 117

Et pro iſta opinione vltra, tex. *in d. § cum ita,* præcitati Doct. adducunt *l. vlt. §. filium, ff. de leg.* 2. *& d. § Caio, & l. pen. C. de impub. & al. ſubſt.* ſubdũtque, quod licet proprietas ſermonis repugnare videatur, vt ſubſtitutus admittatur, niſi impleta conditione in perſona omniũ, tamen ex mente præſumpta teſtatoris fieri debet reſolutio in ſingularitates: ceſſat enim inter inſtitutos ſe prima ſucceſſio, nec ſupereſt perſona quæ ex præſumpta mente præferatur ſubſtituto, & in hoc attendi debeat voluntas teſtatoris, non natura copulæ, & verborum proprietas, ita Crauet. Senat. Pedem. Honded. & Pereg. *locis citatis.*

Alij autem volunt, quod ſubſtitutus non admittatur, ſed requiratur quod omnes decedant, & in omnibus impleatur conditio, ita Paul. Caſtr. *in d. § cum ita,* & ibi Alex. *col.* 1. *in vlt. not.* & Ripa *nu.* 143. *& ſeq.* Paul. Caſtr. *in l. qui duos ff. de vulg. & pupil.* vbi dicit portionem primi debere ſtare in ſuſpenſo penes hæredes illius, donec impleatur conditio in perſona alterius. Angel. *conſ.* 8. *num.* 5. *& conſ.* 109. *nu.* 1. Alex. *conſ.* 175. *lib.* 5. Dec. *conſil.* 394. *n.* 2. *&* 3. Soc. iun. *conſ.* 59. *n.* 11. *lib.* 4. Ceph. *conſ.* 166. *n.* 16. *verſ. tertio,* vbi tamen ſimpliciter dicit ſubſtitutionem non reſolui in ſingularitates *& conſ.* 380. *n.* 27. Alba *conſ.* 31. *n.* 6. Odd. *conſ.* 66. *num.* 90. *&* 92. Menoc. *conſ.* 1028. *n.* 22. Io. Bapt. Coſt. *conſ.* 31. *n.* 2. Honded. *conſ.* 60. *n.* 29. *& ſeqq. lib.* 1. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 29. Præ. *de interpr. vltim. vol. fol.* 310. *num.* 9. *& ſeqq.* & alij relati *ſupra n.* 106. & hanc ego probaui in vna de Manganinis. 118

Ratio eſt, quia non eſt dicendum, teſtatorem aliter ſenſiſſe, quàm verba ſonant, *l. Labeo, ff. de ſupell. legat.* nec

nec à verbis recedendum eſt, niſi ex diſpoſitis conſtet de contraria mente. *l. non aliter ff. de legat. 3. l. ſi alij, ff. de vſufr. legat. l. penult. C. de impub. & al. ſubſtit.*

Non obſtat ratio quod in extraneis inſtitutis ceſſet legitima ſucceſſio, nec ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta mente excludat ſubſtitutum.

Reſpondetur enim, quod licet non ſuperſit perſona prædilecta, viget tamen proprietas, & natura collectiuæ, quæ requirit concurſum omnium, & ſæpius ſupra dictum fuit, & cum primo moriens non reperiatur hoc caſu grauatus, ipſe & eius hæres præſumitur magis dilectus quàm ſubſtitutus, *l. Publius, §. penult. ff. de condit. & demonſtr.*

Non obſtant iura in contrarium adducta: nam ad *d. §. cum ita*, reſpondetur ibi agi de portione vltimi, non primi, & alias reſponſiones dat Mant. *d. tit. 5. n. 29.*

Ad *d. §. filium*, reſp. quod ibi non erat facta ſubſtitutio per collectiuam, & quilibet erat grauatus in ſua portione, vt oſtendunt verba textus.

Ad *d. §. Caio*, pariter reſpondetur, quod ibi quilibet erat grauatus reſtituere partem ſuam.

Ad *d. l. penult.* reſpondetur ex illo text. probari contrarium.

119 Et iſta opinio eſt omnino vera, quando ſubſtitutio eſt cõcepta poſt mortem omnium cum verbis reſtrictiuis, vt ſi dixit, tunc & eo caſu, vel eo caſu, nam tunc impleta conditione in perſona primi non admittitur ſubſtitutus poſt mortem omnium, ob dictionem, tunc, quæ denotat temporis extremitatem, *l. quarta, §. primo, ff. de condit. & demonſt.* Et ita poſt alios in ſpecie ſcripſerunt Ceph. *conſ. 166. num. 22. lib. 2.* Riminald iunior *conſ. 412. num. 44. & ſeq. & conſ. 476. n. 86. & ſeq. lib. 4.* Hond. *conſ. 65. num. 14. lib. 2.* Pereg. *conſ. 62. n. 9. & n. 26. lib. 2. & conſ. 31. num. 4. lib. 3.* Pereg. *de interpret. vlt. vol. fol. 310. nu. 10.* Ceſ. Barz. *dec. Bonon. 6. num. 13. cum alijs citatis ſupra in quinto caſu, d. 75.*

120 Similiter ſi eſſemus in caſu, quod inter inſtitutos adeſſet reciproca, ſubſtitutus excluderetur, Rota Roman. *dec. 804. n. 6. part. 1. in nouiſſ.* vbi de reciproca expreſſa, & idem eſſet in reciproca tacita, quæ quando ſit inducta, *in præced. quæſt.* dictum fuit.

121 Impleta autem conditione in perſona vltimi tantum, quod ſubſtitutus admittatur in illius portionem, ſcribunt Bart. & alij *in d. §. cum ita*, & volunt relati *ſupra nu. 105.* tenendo quod nulla ſit differentia inter collectiuam, & copulatiuam, & de collectiua in ſpecie loquuntur Bart. *in d. l. pen. n. 3. C. de impub. & al. ſubſtit.* Abb *conſ. 58. n. 1. verſ. ſed totum dubium, & nu. ſeq. lib. 2.* Bald. *conſ. 271. li. 3.* Cuman. *conſ. 3. in princip.* quos refert & ſequitur Hond. *conſ. 65. n. 23. & ſeqq. li. 2.* vbi alios addit *& n. 32.* & in his terminis ſequitur Rot. Rom. *d. dec. 804. par. 1. in nouiſſ.* & teſtatur eſſe communem opinionem. Et pro hac ſententia allegatur tex. *in d. §. cum ita*, vbi caſus eſt, quando conditio eſt impleta in perſona vltimi.

122 Contra tenent alij, volentes ſubſtitutum non admitti, niſi conditio impleatur in perſonis omnium, Ripa *d. §. cum ita*, Odd. *conſ. 66. nu. 90. & nu. 92.* Menoc. *conſil. 1028. n. 22.* Io. Bapt. Coſt. *conſ. 31. n. 2.* Honded. *conſ. 60. n. 29. & ſeqq. lib. 1.* Mant. *de coniec. vlt. vol. lib. 11. tit. 5. num. 29.* Prær. *de interp. vlt. vol. fol. 310. n. 9. & ſeqq.* Rot. Rom. *in nouiſ. dec. 142. n. 1. & ſeqq. part. 1.* & pro hac ſententia faciunt dicta ſupra in caſu quando conditio eſt impleta in perſona primi. Et *ad d. §. cum ita*, in contrarium adductum reſpondet Mant. *loco ſtatim citato.*

123 Sed quid ſi ſubſtitutio facta fuit poſt mortem omnium in tota, vel ſimpliciter in hæreditate, vel in portione, vel vltimo morienti? Videnda erunt dicta *ſupra in 4. & 5. capite.*

124 Porro quid dicendum erit, quando ſubſtitutio eſt facta per nomen collectiuum ſimpliciter, hoc modo: Inſtituo Titium, & Caium, & eorum deſcendentes, vel lineam, vel teſtator ſimilibus collectiuis verbis vſus ſit, & ſubdit, & ſi deſcendentes, vel linea deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo Sempronium? & tunc ſubſtitutus non admittetur, niſi mortuis omnibus in collectiua comprehenſis, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita part. 8. num. 300. ff. ad Trebell.* Soc. iun. *conſ. 150. num. 12. lib. 2.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 86. num. 37.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 48. num. 34.*

125 Contrarium malè tenuit Alciat. *in conſ. 487. num. 12. verſ. quinto ſubijcit.*

126 Idem eſſet, quando ſubſtitutio eſt ſic concepta, inſtituo Titium, & Caium, & ſi omnes iſti, & eorum filij deceſſerint ſine filijs, ſubſtituo Sempronium, nam tunc ſubſtitutus non admitteretur, niſi & omnes filij inſtitutorum decedant, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita part. 8. nu. 299. ff. ad Trebel.* Iaſ. *conſ. 132. dub. 2. lib. 2.* Menoch. *lib. 4. præſ. 186. n. 42.* Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q. 48. nu. 40.* Et videnda erunt dicta *ſupra n. 112. 113. & 114.*

127 In legato autem, ſi fiat ſubſtitutio, non fit reſolutio in ſingularitates, ſed requiritur, quod ambo decedant ſine liberis, ita poſt alios Pereg. *conſ. 31. n. 3. & ſeqq. lib. 3.* vbi latè reprobat Alba. diſſentientem, & refert Zanch. *in d. §. cum ita, num. 1305.* & ſeipſum *in tract. de fideicom. art. 13. n. 35.*

128 Hoc tamen declaratur vt procedat, quando ſubſtitutio in legato eſt concepta in tempus mortis vltimi, nam verum eſt tunc non reſolui in ſingularitates, ſecus ſi ſimpliciter eſſet relictum fideicommiſſum, ſi omnes, ſi ambo deceſſerint, ita egregiè, & ſubtiliter declarat Peregr. *d. conſ. 31. n. 9. vſque ad finem lib. 3.*

129 Illud verò non omittendum, quod ſi ſubſtitutio ſit concepta ſub conditione, ſi omnes penitus deficerent, quod omnium mors erit expectanda, nec ſubſtitutioni poteſt eſſe locus in portione primi decedentis, Paul. Caſtr. *in l. qui duos, ff. de vulg.* Alex. *in d. §. cum ita, column. 2.* & ibi Ripa *n. 143.* Ruin. *conſ. 134. nu. 8. lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 158. num. 52. & 54. lib. 2.* Alciat. *conſ. 51. col. vlt. lib. 9.* Anguſc. *conſ. 66. lib. 6.* Alban. *conſ. 31. nu. 7. & conſ. 32.* Peregr. *conſ. 33. nu. 3. 4. lib. 3.*

130 Contrarium tenuit Alexand. *conſ. 31. dubio primo, lib. 1.* Pereg. refert *de fideic. art. 13. n. 56. poſt medium.*

131 Sciendum eſt etiam, quod ſi teſtator duos, vel plures filios inſtituat, & ſi illi omnes deceſſerint, ſubſtituat filiam in certa portione, & in reliquo Titium, & Seium fratres, & ſi omnes ſupradicti filij, & filiæ, & Titius, & Seius deceſſerint ſine filijs ſubſtituit proximiorem de domo, & familia: quod mortuis filijs teſtatoris, & poſtea Titio, & Seio, ſuperſtite filia, proximior de familia admittetur ad partem ad quam vocati erant Titius, & Seius, cum in ea parte appareat teſtatorem voluiſſe filiam eſſe excluſam, vt latè comprobat Honded. *conſ. 65. dubio ſecundo, lib. 2.* vbi in fine dicit ita iudicatum, & ibi ſubſtitutio de proximiore erat facta in tota & integra hæreditate.

132 Octauum caput eſt, quando ſubſtitutio diſtributiuè facta eſt, vt ſi teſtator dixiſſet, inſtituo Titium & Seium, & ſi quilibet eorum deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Sempronium, vel ſic, & cuilibet eorum ſine liberis decedenti ſubſtituo, &c. & tunc etiam diſtinguendum eſt, vt ſupra in ſexto capite, quia purificatur hi caſus, quod copulatiuè, vel diſtributiuè ſit facta ſubſtitutio, vt ſcribunt Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 3. & n. 138. ff. ad Trebel.* & ibi Zanch. *par. 8. n. 296.* Menoch. *lib. 4. præſump. 186. n. 30.* Intrig. *de ſubſtit. cent. 3. q. 48. nu. 41.* De hoc tamen capite videndi erunt Peregr. *de fideic. art. 13. n. 31. & ſeq.* & Bardel. *conſ. 16. n. 2. & ſeqq.*

133 Generaliter autem circa omnia capita aduertendúm

erit

erit primò, quod vbicunque eſſemus in caſibus, quod reſolueretur ſubſtitutio in ſingularitates, vt non fiat reſolutio quando teſtator ſpecialiter in illo caſu prouidit. Odd. *conſ.66.num.90.in fin.* prouiſio enim ſpecialis expreſſa facit ceſſare tacitam, *l.cum ex filio, §.filio, ff.de vulg. cum concord.*

134 Secundò aduertendum erit, quod ſi in vno capitulo ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, vel non reſoluitur, quod & in alio capitulo fiet, & non fiet reſolutio, prout in præcedenti, quia vna pars teſtamenti aliam declarat. *iuxt.tex.in l.ſi ſeruus plurium, §.fin ff. de leg.1.* Et vna ſubſtitutio aliam declarat, vt plenè dixi *ſupra qu.11.* Et in ſpecie, ita ſcribunt Dec. *conſ.50.col.1.* Ruinus *conſ.172.n.6.lib.2.* Ceph. *conſ.662.n.19.* Honded. *conſ.60.n.30.lib.1.* Pereg. *de fideic.art.13.n.63.*

135 Tertiò aduertendum erit, quod vbicunque reſultat aliquod abſurdum non reſoluendo ſubſtitutionem in ſingularitates, quod reſolui debet, Imol. *in d.l.heredes mei, §.cum ita, col.penult.ff.ad Trebell.* Menoch. *lib.4.præſumpt.186.nu.14.*

136 Quartò aduertendum erit, quod quando ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, ſi teſtator pluribus filijs, vel agnatis inſtitutis illis decedentibus ſine liberis, ſubſtituit proximiores parentes, vel agnatos, vel de domo, vel familia & ſimiles, altero mortuo ſine liberis, ſuperſtes admittetur ex ſubſtitutione de proximioribus parentibus, vel agnatis facta, ita in vna Brixienſi de Aemilijs, conſuluit Soc.iun. *conſ.145.num.9.& 32.lib.3.* & in alia etiam Brixienſi de Salis idem conſulendo tenuit Pereg. *conſ.56.n.16.& nu.22.lib.5.* vbi ſubſtituti erant alij proximiores parentes & difficultatem faciebat dictio, alij, quaſi viderentur excluſi ſubſtituti, idem conſulendo ego tenui in vna de Amigonibus, *vt in conſ.24. verſic. Reſpondetur & Domini actores,* & alia de Caſtellinis, *vt in conſ.60.dubio tertio.*

SVMMARIVM.

1 *Reciproca fideicommiſſaria inter plures ſimpliciter facta, tanquam pura, cenſetur inutilis, nec refertur in caſum mortis. Limit.per totam q.*

2 *Fideicommiſſum purè debetur, niſi ſit adiecta dies, vel conditio.*

3 *Clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum operatur vt reciproca fideicommiſſaria inter plures facta non dicatur pura, ſed in caſum mortis facta. Contra n.4. Decl.n.ſeqq.*

4 *Actum validum præſumitur voluiſſe facere teſtator.*

8 *Pluribus inſtitutis ſi teſtator dixit vnum poſt alium inuicem ſubſtituere, erit inducta reciproca vtilis ad tempus mortis relata.*

9 *Reciproca pura inter inſtitutos facta eſt vtilis, quando inſtituti ſunt in partibus inæqualibus inſtituti.*

19 *Reciproca erit vtilis, ſi per clauſulam codicillarem inter plures inſtitutos eſt inducta.*

QVAESTIO CCCCLXXIV.

Vtrum reciprocum fideicommiſſum inter plures ſimpliciter factum, tanquam purum cenſeatur inutile?

1 Concurrunt Doct. communiter in ſententia, quod ſi inter plures honoratos ſit facta ſubſtitutio reciproca fideicommiſſaria pura, non referatur ad tempus mortis, & propterea ſit inutilis, quia tantum vnus daret, quantum ab alio reciperet, *l.ab omnibus, §.ſi à Titio,* & ibi Bart. *ff.de legat.primo* idem Bart. *in l.1.qu.11.C.de iur.codicill. & in l.ſi quis ſeruum* & ibi alij Doct. *ff.de condit.& demonſtr.* Ruin. *in l.cum filiofamilias, col.14.circa princip.ff.de legat. & conſ.7.num.11.lib.3.* Guid.Pap. *conſ.227.* Crot. *conſ.62.nu.10. et ſeq.lib.1.* Ceph *conſ.326.nu.2.conſ.420.num.14.et conſ.449.num.15.* Præt. *de interp.vlt.vol.fol.176.n.21.in fin et fol.178.nu.3 in fin.* Peregr. *de fideic.art.5.in fin.* vbi dicit eſſe receptiorem ſententiam *et art.34.in fin.* Caualc. *deciſ. in fin.part.3.* Ratio eſt, quia niſi ſit adiecta dies, vel conditio, fideicommiſſum debetur purè, *l.vbi purè, in princ.ff.ad Trebell.l.1 in princ.ff. de condit.et demonſtr.l ſi dies ff.quand dies leg.ced.* Pereg. *de fideic.art.45.nu.1.et ſeqq* dixi ſupra *q.454.* non enim conditio, vel dies ſubintelligitur, *l ſi ita ſtipulatus, §.Chriſogonus, ff de verb.oblig.* Ruin. *conſ.7.n.11.lib.3.* Serap. *dec.Roman.934 n.15.* 2

Limitatur primò, quando in ſubſtitutione eſſet poſita clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quia tunc fideicommiſſum ualeret tanquam relictum poſt mortem, nam clauſula hæc interpretatur à legum peritis, ut vulgaris locum habeat non adita hereditate, pupillaris moriente inſtituto in pupillari, & fideicommiſſaria, ſi ſit hæres & decedat poſt pupillarem ætatem, ita ſcribunt Corn. *in l.precibus,* & ibi Dec *n.20. C.de impub.et al.ſubſt.* Bart. *in l.Centurio.n.38* & ibi Ripa *n.78.ff de vulg.* Imol *in l.recuſare, § Titius, ff.ad Trebel. et in l.Lucius,* & ibi Ripa *n.46.ff.et vulg.* Ro *conſil.16.n.4.* Alex. *conſ.208.col.1.lib.1.* Soc. ſen. *conſ.290. quoniam præſens, col.2.verſ.nam illis,* Dec. *conſ.306 col.1.* Pariſ. *conſ.73.nu.11.lib.3.* qui de communi teſtatur, Soc.iun. *conſil.128.n.8.et ſeqq.lib.1.et conſ 100.n.5. verſ.et præterea, li.3.* Bero. *conſ.70.n.5.lib.2.* Port.Imol. *conſ.46.nu.29* Ceph. *conſ.149 n.9.et 19.* Ferran.Garg. *patroc.6.lib.2.* Dec. *conſ.41.n.10.lib.1.* Menoc. *conſ 95.nu.1.2.8.et ſeq.* Dar. *de arte teſtam, tit.5.caut.9.n.21.verſ.ſecundum,* Mant. *de coniec. vlt.vol lib.7.tit.8.n.3.* Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.118.ſolut.8.n.7.* Alex.Trent. *de ſubſt.part.5.c.10.n.14.* Pereg. *de fideic.art.18.nu.11.* ubi dicit ita iudicatum, *et art.34.in fin.* Caſ.Barz. qui teſtatur ita iudicatum, *dec Bon.9.* maximè *n 14.et 30.verſ.nec obſtat.* 3

Pro hanc ſententia adducuntur plures rationes, prima quod uerſimile non eſt teſtatorem voluiſſe ſtatim unum alteri reſtituere, ſed bene expectãdam eſſe mortem, & quod non eſt uerſimile præſumi non debet, *l. non eſt veriſimile, ff.quod met.cauſ.* Gloſ *in l.tale pactum, ff.de pact.* & ſæpe per Doct. Secũda ratio, veriſimile non eſt teſtatorem voluiſſe facere actum inualidũ. Menoch. *lib.6.præſumpt.4.* Præt *de interp.vlt.vol fol.125 num.1. & ſeqq.& fol.129.ſolut.1.* Ceph. *conſ.691.n.10.& ſeqq.* Barz. *deciſ.Bonon.9 nu 26.* Tertiò præſumitur factus actus vt valeat omni meliori modo, & efficaciori, Menoch. *l.b.6. præſumpt.5.* Quartò, quia interpretatio fieri debet vt actus valeat, *l.quoties, ff.de reb.dub.cap. Abbate, extr.de verb ſignif.* 4

Sed hæ rationes parum videntur vrgere, nam eędem locum haberent, etiam quando in reciproca ſimpliciter facta non eſt appoſita clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & tamen inutile eſt fideicommiſſum ex recepta ſententia, & ita etiam reſpondet Ruin. *conſ.7.n.11.& ſeq.lib.3.*

Fortius igitur vrget, & erit quinta ratio, quia teſtator apponendo hanc clauſulam conſiderauit tria tempora. Primum ante aditam, & locus erit vulgari: Secundum poſt aditam, moriente filio in pupillari, & locus erit pupillari: Tertium poſt pubertatem, & locus erit fideicommiſſariæ, & ſi diceretur locum ſtatim eſſe fideicõmiſſariæ ſtatim adita hereditate, ſequeretur abſurdum, quod prius eſſet locus fideicommiſſariæ, quam pupillari, contra mentem teſtatoris, & ita egregiè ponderat hanc rationem Soc.iun. *d.conſ.128.n.11 lib.1.*

Addo ſextam rationem, quod ſicuti pupillaris ad tempus mortis refertur, idem etiam de fideicommiſſaria dicendum ſit per reg. *l.iam hoc iure, ff.de vulg.* ita Peregr. *d.art.34.in fine.*

Hæc

Hæc opinio etiam mihi probatur, eamque tenui *in conſ.92.* vbi etiam dixi eſſe longè receptiorem ſententiam, & pro ea ſtare viginti duo Doctores, & pro contraria ſolum ſex, quorum quatuor ſunt contrarij, quia & ad primam probarunt opinionem, vnde illis demptis decem & octo ſtant pro hac opinione, & duo ſoli pro contraria, vltra quod in iudicijs hæc eſt recepta, teſte Pereg. & Barz. *locis citatis*.

5 Contra ergo hanc ſententiam malè tenuerunt Bart. *in l.1.qu.11.C.de iur.codicil.in l.ſi quis ſeruo, ff.de cond.& demonſt.& in l.1.*& ibi Alex.*C.de pact.* Crott.*conſ.62.lib.1.*Ruin.*conſ.7.n.11.li.3.*Pereg.*de fideic.art.5.in fin.* Mouetur Ruin. quia conditio non eſt expreſſa, ideo non ſubintelligitur *d.§.Cryſogonus*, & ſic purè fideicommiſſum debetur, & per conſequens eſt inutile, vt ſupra dictum eſt. Addit quòd hæc clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum poteſt operari validitatem fideicommiſſi, etiam quòd non dicatur collocatum poſt mortem: nam poteſt intelligi fideicommiſſum reſtrictũ ad caſum vulgaris, & pupillaris, ita vt eueniente caſu vulgaris ſit in electione ſubſtituti admitti, vel ex vulgari, vel ex fideicommiſſaria, cogendo hæredem repudiantem ad dicta, *q.600.n.3.* Et eueniente caſu pupillaris ſit in electione ſubſtituti venire, vel ex pupillari, vel ex fideicommiſſaria, quæ omnia probat Ruin. vbi ſupra, & ſubdit, quod ſi non eueniat caſus vulgaris, nec pupillaris, non erit purificata conditio fideicommiſſi relicti ſub cõditione, ſub qua vulgaris, & pupillaris ſunt conceptæ, ſed certè hæc conſideratio Ruini repugnat verbis clauſulę, nec poſſunt importare quod fideicommiſſaria ſit reſtricta ad caſum vulgaris, vel pupillaris, ſed bene innuunt, quod & fideicommiſſaria ſtet de per ſe: ſed locum habeat adita hæreditate, & mortuo filio poſt pupillarem. [Hanc etiam limitationem improbarunt Soc.iun.*conſ.100.num.46.& ſeqq.lib.3.*Ceph.*conſil.326.n.22.*Caualc.*dec.2.n.8.part.3.*]

6 Concederem tamen hanc ſecundam opinionem, quando reciproca eſſet facta inter extraneos, ſecundùm Soc.iun.*conſ.100.nu.50.verſ.& præterea, lib.3.*Menoch.*conſil.95.n.8.& ſeq.*

7 Vel quando clauſula eſt concepta vulgariter, & per fideicommiſſum, nec dictum fuit pupillariter, ſecundum Pereg.*d.art.34.in fin.*

8 Limitatur ſecundò, ſi dictum fuit, filios inuicem ſubſtituo, & omnibus ſine filijs decedentibus, fratrem ſubſtituo, nam ſicuti vltima ſubſtitutio eſt poſt mortem collata, & prima pariter iudicabitur in mortis caſum facta, ita poſt Alex. Dec. Port. Ferr. & alios relatos *ſupra n.3.*Pereg.*d.art.34.in fin.* vbi reprobat opinionem Crot. & Ceph. diſſentientium. ſed aduerte, quod loquitur cũ alijs in terminis, quando adeſt clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſed exiſtimo hanc limitationem procedere etiam non extante dicta clauſula: quia vna pars teſtamenti aliam declarat, & vna ſubſtitutio aliam declarat, vt dictum eſt *qu.11.* ratio conuenit tam ſi adeſt dicta clauſula, quàm ſi non adſit, & cùm eadem ratio militet, idem ius ſtatuendum eſt.

9 Limitatur tertiò, quando teſtator dixit, filios inuicem vnum poſt alium ſubſtituo, quia tunc fideicommiſſaria tanquam relata ad tempus mortis erit vtilis, Bald. *in l.vlt.§.filium ff.de legat.2.*Dec.*conſ.431.*Curt.iun.*conſ.48.nu.4.in princ.*Ruin.*conſ.99.nu.10.lib.2.*Soc.iun.*conſ.14.n.27.lib.3.*Ceph.*conſ.449.n.8.*

10 Limitatur quartò, quando partes inæquales eſſent factę inter honoratos, quia tunc erit ſubſtitutio valida, licet ſit pura, Bart. *in l.1.q.11.C.de iur.codic.*Alex.*conſ.16.n.11.lib.1.*Ceph.*conſ.420.nu.14.*Pereg.*de fideic.art.5.in fin.& art.34.in fin.*

11 Limitatur quintò, quando fideicõmiſſum eſſet inductum in reciproca ob vim clauſulæ codicillaris adiectæ per verba futuri temporis, nã huiuſmodi clauſula operatur, vt valeat ſubſtitutio in vim fideicommiſſariæ in caſum mortis, quia tunc ex quo neceſſario continet tractum in futurum, fideicommiſſum deberetur poſt mortem, Soc.ſen.*conſ.6.n.9.l.3.*Præt.*de interp.vlt.vol.fol.278.n.4.*Pereg.*de fideic.art.18.n.10.*& ſentiunt omnes ibi relati à Pereg. qui volunt reciprocam ſimpliciter factam, quæ aliàs non contineret fideicommiſſariam, eam tamen continere, ſi adſit in teſtamento clauſula concepta per verba futuri temporis, de quo articulo & ego dixi ſupra *q.260.n.13.& ſeqq.*& ex ibi dictis cõſtat hanc limitationem eſſe tutam: limitationem tamen probauit Rot.Rom. apud Seraph.*dec.974.n.16.*

Limitatur ſextò, quando ex coniecturis colligi poſſet poſt mortem teſtatorem virtualiter voluiſſe ſubſtituere, licet expreſsè facta nõ eſſet ſubſtitutio poſt mortem, Cæſ.Barz.*dec.Bono.9.n.30.verſ.nam in caſu iuſto.* 12

Limitatur ſeptimò, quando facta eſt digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, Seraph.*d.dec.934.n.14.* 13

Limitatur octauò, quando ſubſtitutio facta eſt vltimo morienti in tota, Seraph.*d.dec.934.n.14.* 14

S V M M A R I V M.

1 *Reciproca non inducitur de linea ad lineam, ſi teſtator plures ſubſtituit, & eorum deſcendentes, contra nu.10. Ampl.& Decl.per totam qu.*

2 *In ſubſtitutione ſe eſſe comprehenſum dicens tenetur probare, & num.3.*

4 *Reciproca non inducitur, niſi vis verborum, aut neceſſaria coniectura illam inferat.*

5 *Fideicommiſſum non extare in dubio iudicandum eſt.*

7 *Fideicommiſſum nouum non cenſetur inductum ſi diſpoſitio poteſt parere effectum.*

8 *Feudum, vel emphyteuſis conceſſa duobus pro ſe & filijs cenſetur conceſſa cuilibet pro portione.*

9 *Argumentum de feudo ad fideicommiſſum valet.*

16 *Reciproca non inducitur de linea ad lineam, quando pluribus honoratis ſunt ſubſtituti eorum deſcendentes in infinitum, & illi ſunt prohibiti alienare bona, contra remiſſiuè.*

17 *Reciproca de linea ad lineam non inducitur, licet fœmina ſint excluſa ob fauorem maſculorum vocatorum, contra n.18.*

19 *Agnationis ratio cenſetur habita à teſtatore quando maſculos vocat.*

20 *Reciprocum fideicommiſſum de facili præſumitur, ſi agitur inter deſcendentes teſtatoris.*

21 *Reciproca de linea ad lineam non inducitur, licet fideicommiſſum expreſſè factum ſit pro conſeruandis bonis in agnatione, contra n.22.*

23 *Reciproca de linea ad lineam non inducitur, ſi in diuerſis orationibus ſubſtituti ſint plures, & eorũ deſcendentes, ſecus ſi vnica oratione omnes ſint cõprehenſi.*

24 *Reciproca inducitur de linea ad lineam, quando ſubſtitutio eſt facta in ſtirpes & non in capita, contra n.25.*

26 *Reciproca de linea ad lineam inducitur, quãdo teſtator ſubſtitutis pluribus & eorũ deſcẽdẽtibus in infinitũ alios ſubſtituit in deſcendentium defectũ, contra n.27.*

28 *Reciproca de linea ad lineam inducitur, quãdo teſtator dixit, bona tranſire de liberis in liberos, vel de hærede in hæredem, vel de gradu in gradum, contra num.29. Decl.num.ſeq.*

32 *In feudi ſucceſſionem donec extat aliquis de vna linea maſculus, vel fœmina, non admittitur alter de alia linea.*

33 *In primogenituris donec extat aliquis de linea, non admittitur alter de alia linea.*

35 *Reciproca de linea ad lineam inducitur, ſi & inter*

inſtitu-

inſtitutos reciproca facta fuit, contra num. 36. declara num. ſeqq.

36 *Subſtitutio fideicommiſſaria non extenditur de perſona ad perſonam.*

40 *Verba pari modo. ſignificant eundem modum, diſpoſitionem, & effectum.*

42 *Reciproca de linea ad lineam inducitur, ſi teſtator dixit velle bona eſſe ſub fideicommiſſo.*

Idem ſi dictum eſſet cum clauſulis opportunis, & neceſſarijs bona eſſe ſub fideicommiſſo, contra ibid.

43 *Reciproca de linea ad lineam inducitur, quando teſtator vocaſſet plures, & cuiuslibet eorum liberos, contra num. 44.*

45 *Reciproca de linea ad lineam non inducitur, quando teſtator vocando deſcendentes direxit verba ad deſcendentes filiorum, ſecus ſi verba ſunt directa ad deſcendentes ſui teſtatoris. Exemplum ibi.*

46 *Reciproca inducitur de linea ad lineam, quando teſtator plures vocauit, quorum alter eſſe clericus, & illis ſubſtituit eorum deſcendentes legitimos & naturales in infinitum.*

47 *Reciproca, quando eſt inducta de linea ad lineam, donec extat aliquis de vna linea, non ſuccedunt qui ſunt de alia linea.*

QVÆSTIO CCCCLXXV.

Vtrum de linea ad lineam inducatur reciproca, quando teſtator pluribus inſtitutis, eos, eorum liberos, & deſcendentes in infinitum ſubſtituit?

INTER vtiliores quæſtiones quæ reſultant in materia reciprocæ, illa eſt frequentiſſima, an ſi teſtator pluribus filijs, vel fratribus, vel alijs inſtitutis, eis ſubſtituat eorum liberos, & deſcendentes in infinitum, reciproca inducatur inter liberos, & deſcendentes de linea ad lineam? Negatiuam autem ſententiam probarunt Paul. Caſtren. *conſ.* 434 *lib.* 2. Alex. *conſ.* 167. *lib.* 5. Corn. *conſ.* 32. *lib.* 2. & *conſ.* 130. *col.* 4. *verſ. nam veriſimilis, lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 143 *libr.* 4. Dec. *conſ.* 186. Curt. iun. *conſ.* 161. Ruin. *conſ.* 121. *n.* 8. *lib.* 2. *conſ.* 115. *nu.* 12. & 17. & *conſ.* 134. *n.* 7. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 18. *n.* 61. *cõſ.* 31. *n.* 31. *lib.* 2. & *conſ.* 39. *n.* 2. *lib.* 3. Alc. *cõſ.* 39. *n.* 12. & *ſeq.* & *conſ.* 87. *lib.* 9. Rim. ſen. *conſ.* 28. *n.* 5. Rim. iun. *conſ.* 371. *n.* 117. & *n.* 168. & *ſeqq.* Vegg. *conſ. vlt. n.* 100. *vſque ad nu.* 164. Berett. *conſ.* 18. *n.* 22. & *conſ.* 75. *n.* 15. Ceph. *conſ.* 401. & *cõſ.* 430. *n.* 27. & *ſeqq. et n.* 45. *verſ quibus*, Odd. latiſſimè *conſ.* 45. Chriſtop. Torn. *cõſ.* 80. *in vltimis verbis*, Menoc. *conſ.* 374. vbi pluries hoc repetit *conſ.* 527. *nu.* 33. & 34. vbi loquitur etiam inter deſcendentes ab eodem, & fuit conſ. in cauſa Brixienſi de Portulacis, contra quod fuit iudicatum *conſ.* 376. *n.* 30. & *ſeqq. conſ.* 489. *n.* 9. *conſ.* 633. *n.* 37. & *conſ.* 730. *n.* 3. *verſ. ſecundus eſt caſus, vſq; ad finẽ*, Pereg. latè *conſ.* 47. *conſ.* 54. *lib.* 1. *conſ.* 43. *n.* 2. & *ſeqq. li.* 2. *conſ.* 30. *n.* 2. & *ſeqq.* vbi latiſſimè *cõſ.* 33. *n.* 12. & *n.* 19. *conſ.* 37. *lib.* 3. *cõſ.* 150. *n.* 5. *lib.* 5. & *in tract. de fideic. art.* 13. *n.* 74. & *ſeq.* & *art.* 27. *n.* 12. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 5. *in fin.* hanc tenet in tranſuerſalibus, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 341. *n.* 32. probat hanc opinionẽ, quando non adſunt verba in infinitum, vel ſimilia, aliàs ſi adeſſent, tenet de linea ad lineam reciprocam induci, Caualc. *in fortioribus, deciſ.* 5. *p.* 64. *verſ.* & *cũ ſimilis caſus*, & *n. ſeqq.* & *deciſ.* 15. *par.* 3. Farin. *deciſ. Rom.* 466. & *deciſ.* 491. *n.* 4. *verſ. præterea, alias impreſſa ſub titulo dec. Rot. Rom. in nouiſ. par* 4. & apud Seraph. *deciſ.* 409. *nu.* 6. & *deciſ.* 1023. Et in hanc opinionem ſolent procliuiores eſſe Illuſtriſs. iudices Veneti, & plura de hoc habentur iudicia Excellent. Conſ. 40. virorum. Et hanc opinionem ego defendi cum Doct. & acutiſs. Domino Bartolomeo Stella in multum inſigni hæreditate ſuper teſtamento D. Petri de Vgeris ad fauorem fœminarum ex vna linea, contra maſculos ex alia linea, & fuit iudicatum ad fauorem fœminarum, ſecundum hanc opinionem ab Illuſtriſs. D. Vincentio Dãdolo Prætore Brixiæ, & ſententia cunctis ferè votis fuit laudata in Excellẽtiſs. Conſ. 40. virorum Ciu. Nou. ſub die 6. Martij 1614. & ſępius etiam pro hac opinione conſului, præcipuè in vna de Cora-
1 dellis, & in alia de Madijs ad fauorem Illuſtr. Dominæ Iſabellæ Mariæ vxoris Illuſtr. D. Co. Alemani Gambaræ, vt videri poterit in conſilijs, quæ quamprimum in lucem venient fauente D.O.M.

Probatur primò hæc opinio, quia reciproca ſubſtitutio inter deſcendentes de linea ad lineam non legitur 2 facta in teſtamento, & hoc ſufficit allegare ad eam excludendam, Bald. *in l. quidam cum filius ff. de inſtit.* & ibi Imol. & Soc. ſen. Dec. *conſ.* 63. Pariſ. *conſ.* 4. *n.* 24. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 102. *n.* 23. *lib.* 1. Crau. *conſ.* 161. *n.* 16. Rol. à Vall. *conſ.* 56. *n.* 4. Decian. *conſ.* 12. *n.* 1. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 85. *n.* 39. Burſat. *conſ.* 1. *nu.* 12. Peregr. *conſ.* 36. *n.* 2. & *ſeq. lib.* 1. Honded. *conſ.* 60. *num.* 12. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1342. Rot. Rom. *deciſ.* 466. *p.* 4. Et qui dicit ſe eſſe com- 3 prehenſum in ſubſtitutione tenetur plenè probare, & cũ dubia eſt probatio fit interpretatio ad excluſionem ſubſtitutionis, Grat. *conſil.* 68. *n.* 8. *lib.* 1. Nat. *conſil.* 200. *nu.* 8. *lib.* 1. Rim. iun. *conſ.* 50. *n.* 55. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 430. *n.* 17. & *ſeqq.* & *conſ.* 447. *num.* 13. Menoch. *conſ.* 522. *nu.* 3. Peregr. *conſ.* 149. *n.* 11. *lib.* 5. vbi dicit probationem debere eſſe neceſſariam, & *conſil.* 57. *nu.* 10. *eod.* vbi dicit probationem debere eſſe certam in iure, & in facto, Honded. *conſil.* 51. *nu.* 59. *lib.* 2.

Secundò accedit, quòd reciproca non inducitur, niſi 4 vis verborum, aut neceſſaria coniectura illam inferat, Paul. Caſtr. *in l. poteſt.* & ibi Iaſ. *ff. de vulg.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita, nu.* 558. & *n.* 694. *ff. ad Trebell.* & *in tract. de fidei comm. art.* 3. *num.* 4. & 73. Peregr. *conſil.* 47. *num.* 7. *conſil.* 54. *num.* 1. & 11. *lib.* 1. *conſ.* 152. *n.* 17. & 18. *lib.* 5. Menoch. *conſil.* 489. *n.* 10. *in fine.* Burſat. *conſ.* 371. *n.* 12. *lib.* 4. & dixi plenius *ſupra qu.* 470. At hic non adeſt neceſſaria coniectura, nec vis verborum hoc ſuadet, ergo &c.

Tertiò, fideicommiſſa ſunt odioſa, *l. coheredi, §. cum* 5 *filia, ff. de vulg.* Ceph. *conſ.* 422. *num.* 101. & *ſeq.* Roland. à Valle *conſil.* 30. *nu.* 25. *lib.* 4. Menoch. *conſil.* 85. *num.* 29. Craſſ. *in §. fideicommiſſ. quæſt.* 2. & ſæpè alibi per Doctor. 6 ergo nõ extare fideicommiſſum iudicandum erit, Hieron. Gabr. *conſ.* 95. *num.* 17. *lib.* 2. Burſat. *conſ.* 52. *num.* 13. Rimin. iun. *conſ.* 50. *nu.* 55. Menoc. *conſ.* 224. *n.* 24. & *ſeq.* Surd. *conſ.* 294. *n.* 30. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 3. *n.* 40. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 60. *n.* 13. *lib.* 1. Rot. *in antiq. deciſ.* 864. Alexan. Raud. *deciſ. Piſan.* 32. *n.* 325. *verſ. primus*, & *nu. ſeq.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 1. *n.* 1. & *deciſ.* 121. *n.* 54. *vſque ad fin.* & plenè diximus *ſupra q.* 291. ergo &c.

Quartò, quia ſi diſpoſitio poteſt parere effectum 7 contra multiplicationem fideicommiſſorum nouorum nunquam cenſetur inductum nouum fideicommiſſum, *l. cum pater, §. vlt. ff. de leg.* 3. Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ.* 466. *ante nu.* 3. *par.* 4.

Quintò facit doctrina eorum, qui affirmant, quod ſi 8 duo ſint inueſtiti de feudo, vel emphyteuſi pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, quod quilibet in dimidia dicitur inueſtitus cum ſuis filijs, nec alter & eius filij poſſunt ſuccedere in portione alterius, Bart. *in l. ſi mihi,* & *Titio. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideic.* & *in l. vnica, §. in primo, C. de caduc. tollen.* Specu. *in tit. de loc. §. nunc aliqua, verſ.* 78. Alexand. *conſil.* 204. *nu.* 2. *lib.* 2. Seraph. *deciſ. Rom.* 1023. *nu.* 4. Sed a feudo ad fideicommiſſum argumẽtari licet, Doct. *in l. qui Romæ, §. duo fra-*

tres. ff. de verbor. oblig. vbi Bart. q. 3. & 10. Menoch. conſ. 985. numer. 13. libr. 10. Peregr. de fideicommiſſ. art. 27. nu. 4. ergo &c.

9 Sextò facit, quia teſtatores faciliùs grauant filios reſtituere proprijs deſcendentibus, quoſad ſucceſſionem ſuam vocat ciuilis & naturalis ratio, l. ſcripto. ff. vnde liber. l. cum ratio, ff. de bon. d. - nn. quam vt reſtituant germanis, & alijs tranſuerſalibus, ita hanc rationem ponderant Alc. conſ. 39. n. 12. & 13. & conſ. 87. lib. 9. Menoc. conſ. 376. n. 29. verſ. & præclarè, & n. 4. refert, & ſequitur Peregr. conſ. 30. n. 3. lib. 3.

10 Cæterum hanc ſententiam contrariam probarunt alij volentes fideicommiſſum reciprocum induci de linea ad lineam, in qua opinione fuerunt Iaſ. conſ. 51. n. 3. lib. 3. Marian. ſen. conſ. 77. colum. 2. verſ. vnde tranſeo lib. 1. Ruin. conſ. 139. n. 21. lib. 3. Alc. conſ. 546. col. 1. verſ. & multum refert, hanc tenet in deſcendentibus teſtatoris, Crauet. conſ. 130. n. 9. Pancir. conſ. 15. n. 10. Menoc. cõſ. 343. n. 23. & ſeqq. & cõſ. 1071. n. 30. verſ. tertio obijcitur, & n. 34. vbi allegat Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 579. part. 1. Peregr. conſ. 59. in fin. lib. 4. vbi allegat Soc. ſen. Dec. Alciat. Decian. Crauet. Paul. Leon Rimin. iun. Simon de Præt. & Franc. Turzan. & hoc ob vim verbi in infinitum, idem Peregr. conſ. 157. nu. 9. lib. 5. & in deſcendentibus teſtatoris hanc ſequitur Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. in fine. Sed à prima ſententia quæ magis recepta eſt, non erit iudicando, & conſulendo recedendum.

11 Ampliatur prima opinio magis communis, etiam quando teſtator filio, vel alio inſtituto ſubſtituiſſet ei ſuos filios, & deſcendentes in infinitum, nam inter filios hæredis ſcripti, vel alios deſcendentes non inducitur aliqua reciproca, ſed tantum quilibet filiorum dicitur grauatus reſtituere deſcendentibus ſuis, & ſic inductum erit perpetuum fideicommiſſum deſcenſiuum, nõ reciprocum. Beret. conſ. 147. Menoc. conſ. 327. dub. quarto, num. 24. & ſeqq. lib. 4. Peregr. de fideic. art. 13. num. 90. Farin. deciſ. Rom. 491. num. 41. De hac tamen ampliatione videnda erunt quæ pleniſſimè ſcripſimus infra quaſt. 479. in quarto caſu, & contra expreſsè tenet Pereg. conſ. 33. nu. 12. lib. 3. vbi mouetur ex vi nominis collectiui: & hæc magis placet, & eſt etiam de mente omnium. (Cõtra etiam hanc ampliationem ſenſit idem Peregr. conſ. 35. n. 4. lib. 4. & conſ. 55. n. 30. lib. 1.

Verum pro declaratione diſtinguo duos caſus. Primus eſt, quando vnus tantum fuit inſtitutus, & ei ſunt ſubſtituti deſcendentes in infinitum, & hoc caſu Beret. loco citato, ſenſit non reſultare reciprocam inter deſcendentes, & idem tenet Menoch. conſ. 27. n. 40. vbi dicit, quod ſi ſunt ſubſtituti deſcendentes hæredis, & eis deſcendentibus alij, quod inter deſcendentes hæredis non reſultat reciproca, idem Menoc. conſ. 81. n. 43. verſ. 4. vbi etiam citat. Alciat. conſ. 164. n. 16. vſque ad finem.

Sed in hoc caſu contra ſenſit Pereg. conſ. 35. n. 4. in vltimis verbis lib. 4. & ſentiunt etiam relati in ſequenti caſu, & hæc opinio mihi etiam verior videtur.

Secundus caſus eſt, quando plures ſunt inſtituti, & illi ſuſtituti ſunt eorum deſcendentes in infinitum, & tunc inter deſcendentes ab eadem linea reſultat reciproca, Peregr. d. conſ. 33. n. 22. lib. 3. Rot. Rom. deciſ. 491. n. 7. verſ. idcirco, par. 4. diuerſ. & eſt de mente omnium.

Contra tamen malè tenuit Menoch. d. conſ. 327. n. 24. & ſeqq vbi loquitur in his terminis, & conſ. 274.)

12 Ampliatur ſecundò, & ſi filijs eſſent ſubſtituti vtriuſque eorum filij, & ſic copulatiuè, quia adhuc filij vnius non dicuntur vocari niſi ad portionem patris, non autem patrui, Alex. conſ. 147. nu. 10. & ſeqq. lib. 3. quem refert, & ſequitur conſ. 45. n. 35. & videantur quæ dicemus infra num....

13 Ampliatur tertiò, & ſi dictum eſſet in ſubſtitutione, quod illud ſic teſtator faciebat ad effectum; vt dicta bona vadant integraliter ad quoſcunque vocatos, quia poſſunt hæc verba inducere prohibitionem Trebellianicæ, & intelliguntur diſcretiuè, cum impoſſibile ſit hæreditatem integraliter ad quoſcunque vocatos peruenire poſſe, ita Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 466. n. 3. verſ. non obſtant illa verba, par. 4. alias impreſſæ ſub nomine Farinac. & alij infra ſtatim citati, præcipuè Odd. conſ. 45. Seraph. deciſ. Rom. 1013.

Nec etiam per prohibitionem Trebellianicæ poteſt induci reciproca, vt cenſuit Rot. Rom. ibi ſupra citata, & expreſſe Socin. ſen. conſ. 69. col. pen. verſ. igitur fortius, lib. 3. relatus à Menoc. conſ. 376. n. 55. Odd. conſ. 45. Beret. conſ. 75. & in eodem caſu, Menoc. conſ. 1216.

Ampliatur quartò, & ſi ſubſtitutio facta ſit eiſdem, & cuilibet ipſorum filiorum, & deſcendentium, quia hæc 14
verba intelliguntur diſcretiuè, referendo ſingula ſingulis, ſcilicet vt cuilibet decedenti intelligantur ſubſtituti proprij cuiuslibet filij, & deſcendentes. Rot. Roman. in nouiſſ. d. deciſ. 466. n. 2. verſ non obſtant illa verba, part. 4. & latiùs dicetur infra n. 43. & ſeqq.

Ampliatur quintò in caſu, quando ſubſtitutio erat facta 15
his verbis: & eos, & cuiuslibet eorum liberos maſculos legitimos in ſtirpes, & non in capita ad inuicem, & viciſſim ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, nam nec tunc inter deſcendentes inducitur reciproca de linea ad lineam, Menoch. conſ. 730. n. 4. & per totum, & plenè dixi q. 487 in quarto caſu, n. 84. vbi retuli diſſentientes.

Ampliatur ſextò, & ſi appoſita ſit prohibitio aliena- 16
tionis, quia illa regulabitur ſecundum terminos præcedentis ſubſtitutionis, Rot. Rom. d. deciſ. 466. in fi. part. 4. & latiùs de hoc articulo diximus qu. 683. & ita ego ſæpiùs conſului, vt habetur in meis conſilijs, & in ſpecie ita ſcribunt Ceph. conſ. 401. in princ. n. 7. & n. 43. Peregr. de fideicom. art. 12. n. 73. Odd. conſ. 65. in princ. n. 46. & 53. conſ. 66. n. 59. & 60. & conſ. 68. n. 8. 9. & 15. Menoch. conſ. 376. num. 55. vſque ad nu. 63. conſ. 489. nu. 5. & lib. 4. præſumpt. 62. nu. 40.

Sed contra, quod reciproca reſultet ex prohibitione alienationis, vt bona in familia conſeruentur, voluit Rot. in collect. per Farinac. deciſ. 361. n. 14. part. 1. & latiùs de hoc dixi q. 689. & vide Mant. deciſ. Rom. 375.

Ampliatur ſeptimò, etiam quando teſtator excluſit 17
fœminas ob fauorem maſculorum vocatorum, nam nec tunc erit reciproca inducta de linea ad lineã, Cota. conſ. 230. per totum, maximè n. 46. lib. 3. Ceph. cõſ. 401. & conſ. 17. n. 28. verſ. & qua concluſio, Menoc conſ. 376. nu. 40. Odd. conſ. 65. nu. 58. & ſeqq. Peregr. de fideic. art. 27. nu. 14. & art. 27. nu. 40. & conſ. 30. nu. 1. & ſeqq. vbi ante nu. 8. patet in eum in his terminis loqui, & conſ. 31. nu. 35. lib. 3. & conſ. 37. eod. vbi tamen plura conſiderat in illo caſu, Caualc deciſ. 5. nu. 67. verſ. nec per illa verba, & deciſ. 15. per totam part. 3.

Maximè autem hæc opinio procederet, quando teſtator excluſis fœminis inſtituit maſculos, & eis ſubſtituit maſculos deſcendentes vſque in infinitum. Crau. poſt alios conſil. 130. nu. 9. Peregr. conſ. 62. n. 18. lib. 1. & conſil. 56. nu. 7. lib. 2.

Ex prælatione enim maſculorum neceſſariò intentio agentis ad reci reciprocam de linea ad lineam non eſt fundata, cum facilè intelligi poſſit inter perſonas eiuſdẽ lineæ, & ideo obijcit poſſit, ſubſtitutio de re non loquitur, & ibi reſpondet Peregr. d. art. 27. n. 15. verſ. denique. Et ideo excluſio fœminarum, vel earum dotatio intelligenda erit in caſu ſubſtitutionis, nec facienda erit extenſio ad alium caſum, & ad alias perſonas, & ita poſt Oldr. Ruin. Dec. Soc. iun. & Menoch. in ſimili reſpondet Peregr. d. art. 29. n. 40. & dicemus infra in quaſt. 480. quando

quando agetur, an fideicommiſſum à primo in ſecundum dicatur repertum, n.9. & ſeqq.

Confirmatur, nam præſumitur teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris tam communis, quàm municipalis, Doct. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & alibi ſæpè per Doct. vnde ſi teſtator inſtituit filios maſculos, & excluſit fœminas, hoc fecit, quia à ſtatuto fœminæ ſunt excluſæ per maſculos, (loquor enim in his terminis, quia ferè per totam Italiam extant huiuſmodi ſtatuta,) at quando agitur de fœminis inſtitutorum, & grauatorum, ſi illæ excluderentur per maſculos alterius lineæ contra diſpoſitionem ſtatuti, ſequeretur quòd voluntas teſtatoris non eſſet conformis ſtatuto, ſed eſſet difformis, vt igitur ſi conformis ſecundum iuris præſumptionem, fœminæ per alterius lineæ maſculos non erunt excludendæ, & ita ponderabat hanc rationem in caſu ſuo, Odd. d. conſil. 65. n. 2. verſic. ſecundo autem.

18 Verum alij ſunt in contraria ſententia, quod immo reciproca inducatur de linea ad lineam, ſi teſtator maſculos vocauit, & fœminas excluſit, & hanc probarunt Iaſ. conſil. 52. num. 2. lib. 3. Ruin. conſil. 168. lib. 3. Decian. conſil. 1. nu. 278 & ſeqq. lib. 1. Simon. de Præt. apud conſ. Leon. conſil. 23. & conſil. ſeq. & in tract. de interpret. vltim. volunt. fol. 341. num. 32. Alexand. Trent. de ſubſtitut. part. 5. cap. 2. num. 5. Peregrin. conſil. 54. num. 7. 8. & 13. in fine, conſil. 55. num. 17. & num. 22. conſil. 62. nu. 18. lib. 1. conſil. 60. conſ. 150. nu. 15. & ſeqq. & conſil. 157. nu. 9. libr. 5. & in tract. de fideic. art. 13. nu. 77. ante verſic. nec obſtat reſponſum, Menoch. conſil. 575. nu. 8. ſenſit Mant. Rot. Rom. deciſ. 375. num. 5.

19 Ratio eſt, quia ex vocatione maſculorum colligitur mens teſtatoris, quòd voluerit cõſeruare bona in agnatione, Soc. ſen. in l. Gallus, §. nunc de lege, n. 7. & ſeq. ff. de liber. & poſthum. Rum. iun. conſ. 21. n. 32. Decian. conſ. 33. n. 88. lib. 1. Cephal. conſil. 16. nu. 44. Hier. Gabr. conſil. 97. num. 24. lib. 1. Menoch. conſil. 205. n. 13. Honded. conſ. 70. n. 39. lib. 1. Surd. conſ. 241. n. 11. & 13. lib. 1. Pereg. conſ. 54. n. 7. 8. & 13. in fine; conſ. 55. n. 17. & n. 22. verſ. prima enim conſ. 62. n. 18. lib. 1. & conſ. 157. n. 9. lib. 5. de fideic. art. 25. n. 27. cum alijs congeſtis infra q. 499. nu. 12. in nono caſu. Et bona in agnatione perpetuò conſeruari non poſſent ſecundum mentem teſtatoris, niſi mediante reciproco fideicommiſſo de linea ad lineam.

20 Accedit quod vbi agitur inter deſcendentes teſtatoris de facili inter eos inducitur reciprocum, ne alioquin extraneus, aut fœminæ, ſuccedant contra voluntatem teſtatoris: Paul. Caſtr. in l. vlt. §. filium, ff. de legat. 2. & in conſ. 271. quanquam multa. lib. 2. Soc. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 8. ff. ad Trebell. & conſ. 77. colu. 3. & 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 43. per totum, maximè nu. 35. lib. 2. Soc. iun. conſ. 151. n. 5. & 6. & conſ. 180. n. 11. lib. 2. Zanch. in d. §. cum ita, nu. 567. Decian. conſ. 3. n. 70. lib. 1. & conſil. 443. n. 73. lib. 3. Crau. conſ. 114. col. 1. Ceph. conſ. 293. n. 13. Menoc. lib. 4. præſumpt. 162. n. 35. quos & alios in terminis noſtris ita arguendo adducit Peregr. conſil. 54. nu. 8. & conſ. 55. nu. 17. lib. 1.

21 Ampliatur ſeptimò, etiam quando expreſsè teſtator dixit, quod bona conſeruarentur, & remanerent in agnatione, & familia, quia adhuc de linea ad lineam nõ reſultat reciproca, ita poſt multos relatos, ſcribunt Caualc. deciſ. 5. n. 67. nec per illa verba, vbi alios multos adducit, & deciſ. 5. n. 3. & per totam, part. 3. Odd. conſ. 45. n. 42. verſ. ad quartam, Cephal. conſil. 401. Menoch. conſil. 376. num. 40. & nu. 55. & ſeqq. vbi refert Soc. ſen. conſil. 69. colu. pen. verſ. ſequitur, lib. 3. Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 15. verſ. ampliatur, ff. ad Trebell. Dec. conſil. 291. n. 5. Cranet. conſil. 328. n. 17. verſ. non obſtat ſecundum, & n. ſeq. Roland. à Valle conſil. 34. nu. 64. lib. 4. Pariſ. conſil. 72. n. 35. lib. 3. Alciat. reſp. 546. col. 2. verſ. nec obſtat, Rub. conſ. 120. col. vlt. Decian. conſ. 26. n. 86. lib. 2. Rot. Rom. in nouiſſ. deciſ. 466. in fine, par. 4. & hanc ego probaui in conſil. 2. dubio tertio, nu. 11. Ratio enim agnationis conſiderata à teſtatore intelligitur reſpectu deſcendentium eiuſque lineæ, & reſtringitur ad caſum expreſſum, ita in terminis rationem agnationis conſiderauit Rot. Roman. d. deciſ. 466. n. 5. vbi allegat Puteum deciſ. 175. lib. 2. & dicit ita ſæpius in illa Rota fuiſſe deciſum in cauſa Vibouetana coram Reuerend. Blancherto, ſic etiam reſpondet Odd. d. conſ. 45. n. 42. verſ. ad quartam, & videnda erunt quæ ſcripſi qu. 441. nu. 11.

Contrariam ſententiam amplexi ſunt, Iaſ. conſil. 52. n. 2. lib. 3. Ruin. conſ. 164. n. 9. lib. 3. Crauet. conſil. 130. n. 6. & 7. verſ. quarto conſidero, Menoch. conſ. 575. n. 8. vbi alios refert, & hos ſequitur Peregr. conſ. 55. n. 12. verſ. prima enim coniectura, lib. 1. & conſ. 47. nu. 7. & 8. lib. 4. & ſtantibus verbis perpetuitatis, idem Pereg. conſ. 157. lib. 5. in qua cauſa & ego conſului & per binas conformes obtinui, & eſt conſ. 3. pro Gauattaris, & cũ hac opinione trãſit Surd. conſ. 443. Mant. deciſ. Rom. 375. pro qua opinione faciunt rationes conſideratæ ſupra n. 19. & 20. 22

Declaratur primò communis, & principalis concluſio, vt ſi in diuerſis orationibus, & ſubſtitutionibus filij, & deſcendentes in infinitum, vel fratres, vel alij, & deſcendentes in perpetuum ſunt vocati, procedat opinio quod de linea ad lineam reciproca non inducatur, ſi verò iſti ſint vocati vnica oratione, & ſubſtitutione, ac capitulo inductum cenſeatur reciprocum fideicommiſſum de linea ad lineam, ita Caualc. deciſ. 15. numer. 3. & ſeqq. deciſ. 16. 17. & 18. part. 3. vbi latiſſimè, & plures caſus refert. 23

Declaratur ſecundò non habere locum, quando ſubſtitutio facta eſt in ſtirpes, & non in capita, quia tunc reciproca inducitur, ſecundum Alciat. conſil. 546. colu. 2. Menoch. conſil. 376. numer. 33. & libr. 4. præſumpt. 59. in fine, quos refert Peregrin. de fideicomm. artic. 13. num. 73. in fine & numer. 77. in fine, Addo Curt. ſen. conſil. 42. num. 13. Pariſ. conſil. 92. num. 58. lib. 1. Ruin. iun. conſ. 313. num. 49. lib. 2. Decian. conſil. 1. num. 258. & 264. libr. 1. & conſil. 116. n. 1. & ſeqq. lib. 3. 24

Contrarium ego teneo, & animaduerto Menoch. in contrarium citatum d. conſ. 376. n. 33. tenere contrarium quod immo non inducatur reciproca per clauſulam, in ſtirpes, & non in capita, quod etiam dixit conſ. 327. n. 31. & etiam Alciat. contrarium tenet loco in contrarium citato, quod eſt conſ. 87. lib. 9. Præterea Menoch. d. præſumpt. 59. in fine, dicit reciprocam induci inter deſcendentes, ſed non declarat, an inducatur de linea ad lineam, cum poſſit intelligi, quod inducatur reciproca inter deſcendentes eiuſdem lineæ: & contra hanc declarationem tenent Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 9. n. 11. Caual. deciſ. 15. n. 7. & ſeqq. part. 3. vbi in fideicommiſſo, ibi relato aderat hæc clauſula, & tamen per multos ſolennes Doctores deciditur nõ eſſe inductam reciprocam, idem tenet Peregr. conſ. 43. lib. 2. conſ. 33. libr. 3. conſ. 35. num. 5. lib. 4. vbi loquitur in caſu, quando à principio erat inſtitutus vnus ſolus, & ei ſubſtituti erant deſcendentes in infinitum in ſtirpes, & non in capita, & dicit per hãc clauſulam excludi reciprocam, Alciat. reſp. 87. lib. 9. Soc. ſen. conſ. 104. n. 4. lib. 3. Dec. conſ. 384. n. 4. Bero. conſ. 60. n. 1. verſ. ſecũdo concludo, lib. 2. Surd. conſ. 315. n. 31. lib. 3. Menoch. conſ. 1056. n. 28. & videnda erunt quæ diximus infra qu. 479. in quarto caſu, ampl. 4. addo Menoch. citatum ſupra ampl. 5. nu. 15. & ita ego conſulebam ſuper teſtamento Illuſtr. D. Lucę Vendramini aui Illuſtr. & Reuerend. D. Cardinalis Vendramini & Patriarchæ Venetiarum, ob eius mortem agebatur an in illo teſtamento reſultaret fideicommiſſum de linea ad lineam. 25

26 Declaratur tertiò non habere locum, quando teſtator in defectum deſcendentium ſubſtitutorum in infinitum alios gradus ſubſtitutionis feciſſet, quia tunc reciproca inter deſcendentes induceretur de linea ad lineam, Curt. iun. conſil. 39. Rimin. ſen. conſ. 89. per totum, Ruin. conſ. 99. colum. antepen. lib. 1. & conſ. 167. lib. 3. Soc. iun. conſil. 151. num. 12. lib. 2. & conſ. 110. lib. 3. Port. Imol. conſ. 40. num. 49. Crauet. conſ. 130. Ceph. conſ. 56. Decian. conſil. 1. num. 266. & ſeqq. lib. 1. Laderch. Imol. conſ. 160. Odd. conſil. 45. n. 43. Peregr. conſ. 54. n. 5. 6. 7. & 11. conſ. 62. lib. 1. conſ. 150. n. 11. & ſeqq. vbi n. 18. teſtatur fuiſſe iudicatum ſecundum eius conſ. 54. per duas conformes, & conſ. 152. n. 20. & ſeqq. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 13. num. 73. in fine, vbi dicit ita fuiſſe iudicatum per tres inſignes Iuriſconſultos, Caualc. deciſ. 17. n. 46. part. 3. Dum enim teſtator poſt omnes deſcendentes alium ſubſtituit oſtendit voluiſſe illum poſt deſcendentes habere hæreditatem, ſed deſcendentibus extantibus voluit illos habere non ſubſtitutum, ad l. ſi quis eum. ff. de condit. & demonſtr. & l. 1. ff. de donat. cauſ. mort. atqui deſcendentes non poſſent perpetuò bona habere, niſi mediante fideicommiſſo: ergo inter eos erit inducta reciproca ex præſumpta mente teſtatoris, qui enim vult conſequens, cēſetur voluiſſe & neceſſariū antecedēs, l. ad rem mobilem, l. ad legatum. ff. de procur. & ita arguunt Socin. iun. conſ. 110. num. 16, 17. lib. 3. & Peregr. conſil. 150. n. 15. & ſeqq. lib. 5. Mant. deciſ. Rom. 375. Hanc etiam declarationem tenent Curt. ſen. conſil. 42. nu. 12. verſ. quarto, & Decian. conſil. 28. nu. 29. lib. 2.

27 Cæterum in contraria ſententia fuerunt Ceph. conſil. 430. n. 27. & ſeqq. Peregr. conſ. 30. n. 8. & ſeqq. & conſ. 33. li. 3. maximè n. 28. verſ. ſupereſt modo, & n. ſeqq. Mouetur Peregr. quia nulla neceſſitas nos cogit, vt dicamus fideicommiſſum reciprocum inductum, niſi reſultent tria requiſita, de quibus in l. Titia Seio §. Seia, libertis. ff. de leg. 2. de quo plenius dictum fuit ſupra q. 472.

28 Declaratur quartò non procedere, quando teſtator dixiſſet, quòd bona ſemper tranſeant de hærede in hæredem, vel de liberis in liberos, vel de gradu in gradū, vel de vno in alium, nam tunc reciproca induceretur de linea ad linam, Bald. in conſ. incipiente Præmiſſis verbis ſtatutorum, Corn. conſil. 230. colum. 10. verſ. & licet, lib. 3. & conſ. 233. n. 10. lib. 4. Socin. ſen. conſ. 57. & conſ. 62. colu. 2. verſ. quare, & col. 4. verſ. quarto lib. 3. Dec. conſ. 38. Ruin. conſ. 151. nu. 7. lib. 2. Pariſ. conſ. 25. & conſ. 37. n. 18. lib. 2. Crau. conſ. 114. nu. 2. & conſ. 130. n. 6 Dec. conſ. 1. nu. 258. conſ. 50. n. 18. lib. 1. conſ. 103. n. 26. lib. 2. conſ. 116. n. 1. & ſeqq. & conſ. 127. n. 24. lib. 3. Riminal. iun. conſ. 513. nu. 49. Hieron. Gabr. conſ. 38. lib. 2. Menoch. conſ. 895. nu. 10. verſ. 3. & n. 35. Paul. Leon. conſ. 23. & ibidē in tribus cōſilij ſequentibus in eadem facti ſpecie, Rimin. iun. Præt. & Franc. Turzan. Socin. iun. conſ. 57. lib. 3. Pereg. conſ. 49. vbi dicit ita iudicatum, conſ. 54. n. 13. conſ. 56. maximè nu. 11. qui tamen in fine videtur contrarium tenere, quando fideicommiſſum eſt directum ad perſonas, vt tunc non reſultet reciprocum, ſecus verò ſi fideicommiſſum eſt in rem, quia tunc per hanc clauſulam vult reſultare reciprocum de linea ad lineam. conſ. 62. nu. 16. lib. 1. vbi ita iudicatum. & idem conſ. 30. conſ. 56. lib. 2 & conſ. 47. n. 7. vſq; ad finem lib. 4. & in tract. de fideic. art. 13. n. 76. & ſeq. & art. 27. n. 14. ad medium, Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. nu. 16. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 284. n. 20. in fine, & fol. 341. n. 32. Caualc. deciſ. 17. n. 47. & 50. & n. 73. vſque ad finem. vbi dicit Rot. Rom. ita iudicaſſe. part. 3. quorum tamen multi loquuntur in caſu, quando maſculi erant vocati, & tunc magis accipiendam eſſe hanc ſententiam, dixit Peregr. d. art. 13. n. 77. in fine. Et maximè locum habere iſta opinio, quando in ſubſtitutione eſſent appoſita verba denotantia perpetuitatem, nam tunc, quia effectus conſideratus à teſtatore non poſſet habere locum, niſi mediante fideicommiſſo deſcenſiuo, & per tranſuerſum de linea ad lineam, ideo ex neceſſaria conſequentia erit inductum reciprocum de linea ad lineam: & ita ſcribunt Ruin. conſ. 151. n. 7. lib. 2. Crauet. conſ. 134. num. 6. Peregr. conſ. 42. in fine, lib. 4. & in tract. de fideic. art. 13. n. 77. vbi alios multos adducit, Socin. ſen. conſ. 57. lib. 3. Dec. conſ. 38. Pariſ. cōſ. 25. lib. 2. Mātic. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 5. nu. 16. & plures ex citatis ſupra in his terminis loquuntur, & videatur Mant. deciſ. Rom. 375.

Sed contraria opinio tenenda eſt, quòd adhuc per tranſuerſum nō inducatur reciproca de linea ad lineam ſed ſolum deſcenſiuè, ita Soc. iun. conſ. 188. num. 14. & ſeqq. lib. 2. Ceph. conſ. 471. per totum, Beret. conſ. 18. n. 22. & conſ. 147. per totum, Odd. conſ. 45. n. 30. & conſ. 68. n. 7. Menoch. conſ. 489. & conſ. 633. n. 37. vbi dicit ita iudicatū Venetijs, Peregr. conſ. 47. nu. 16 & ſeqq. lib. 1. vbi dicit ita ſæpiùs Venetijs iudicatum, prout etiam dicit in illo ſuo caſu ita fuiſſe iudicatum, & ſententiam fuiſſe laudatam in Excellentiſs. Conſ. 40. virorum, Ciu. Nou. conſ. 30. n. 3. lib. 3. conſ. 37. ante num. 10. eod. lib. & conſ. 35. num. 4. lib. 4. in quibus locis colligitur idem, licet adeſſent verba in perpetuum, Chriſtop. Torniol. conſ. 20. n. 44. & ſeq. rurſus Menoch. conſ. 730. & idem ego conſului in vna de Coradellis, vt in conſ. 28. num. .. verſ. quod volunt. & in alia de Tiraboſchis, vt in conſ. 82. Ratio eſt, quia verba iſta, de liberis in liberos, de deſcendente in deſcendentem, & ſimilia potius arguunt, quod non fiat tranſitus ad aliam lineam, nam non tranſirent bona de deſcendente in deſcendentem, ſed de deſcendente in tranſuerſalem, Alciat. conſ. 87. nu. 2. lib. 9. & cum verba de neceſſitate non inferant reciprocam de Colonello ad Colonellum, non debet induci d. l. Titia Seio, §. Seia, libertis, ff. de legat. 1. cum ſua materia. & ſupra etiam dictum fuit. Et tandem hanc opinionem tenui ſuper fideicommiſſo, de quo in teſtamento Illuſtriſſimi D. Lucæ Vendramini. 29

Sed quid ſi teſtator pluribus inſtitutis dixit, quòd bona irent de hærede in hæredem maſculum, & deficientibus maſculis in fœminas, & vnus ex inſtitutis ſit mortuus relicta filia, an tunc maſculi alterius lineæ hanc fœminam excludant, & pro maſculis cōſuluerunt conſ. 149. n. 12. & ſeq lib. 2. & conſ. 168 lib. 3. Paul. Leon. conſ. 23. & ibidē Hipp. Rimin. in conſ. ſeq. Præt. & Franc. Turzan in alijs duobus ſequentibus. Alba. conſ. 93. col. 3. verſ. ſin autem loquuntur, Menoch. conſ. 348. n. 31. & ſeq. Peregr. conſ. 39. lib. 1. & facit latiſſimè Caualc. deciſ. 17. par. 5. 30

Contrariam tamen opinionem probarunt, & melius Vegg. conſ. vlt. nu. 179. Dec. in feudo, conſ. 24. lib. 1. & conſil. 98. nu. 13. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 27. n. 12. vſque ad num. 16. vbi etiam allegat Paul. de Caſtr. conſ. 434. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 227. & in eodem caſu, Corn. conſ. 203. lib. 3. conſil. 190. eod. & conſ. 234. num. 10. lib. 4. Ruin. conſ. 168. lib. 3. Ceph. conſil. 17. nu. 28. verſ. quæ concl. & conſ. 401. Roll. à Vall. conſ. 100. n. 24. lib. 1. 31

Adducitur primò pro hac opinione, cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. vbi in cōceſſione feudi, donec extat vnus maſculus, vel fœmina de vna linea, non admittitur alius de alia linea, Socin. ſen. in l. ſi cognatis, in fine, ff. de reb. dub. & conſ. 249. col. 12. in ſexto, & ſeptimo arg. Card. Alex. in c. 1. nu. 8. de feud. March. Afflict. in c. 1. de ſucceſſ. feud. patern. n. 76. Ruin. conſ. 166 n. 10. lib. 1. & conſ. 19. n. 6. lib. 2. Rim. ſen. conſ. 259. col. 3. deciſ. Pedem. 23. n. 34. Pereg. qui prædictos ad hoc allegat de fideic. art. 27. n. 14.

Idemque dicitur in primogenituris, & maioratibus, vt donec extat vnus de vna linea, ſiue maſculus, ſiue fœmina non ſit tranſitus ad aliam lineam, vt diximus ſupra qu. 390. & ſcribunt poſt alios Tiraquel. de iur. primog. qu. 32

*mog.qu.*11.*& quaſt.*14.Ludou.Molin.*de Hiſpan.primog. libr.*3.*cap.*4.*numer.*14.Did. *Pract.Quaſtion.cap.* 58. *numer.* 11.

Secundò accedit, quòd fundamentum maſculorum prætendentium excludere fœminam alterius lineæ non eſt neceſſarium pro reciproca, cum commodè prælatio maſculi intelligi poſſit in eadem linea, & ita arguit Peregrin.*d.art.*17.*num.*15.*verſ. denique*, & erunt videnda quæ diximus *ſupra n.*17.

34 Ad illud autem aduertendum erit, quòd ſi clauſula hæc de hærede in hæredem, &c. eſſet appoſita illatiuè, & executiuè ad præcedens fideicommiſſum, quòd non diceretur inducta reciproca de linea ad lineam, vt ſi teſtator pluribus filijs inſtitutis dixit, & ſi alter eorum ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ſuperſtites, & eorum filios maſculos,& ſic volo hæreditatem de hærede in hæredem maſculum peruenire, Peregr.*conſil.*47.*n.*16.*lib.* 2.Hæc enim clauſula illatiua non inducit nouum fideicommiſſum,ſed ad terminos præcedentis fideicommiſſi referenda eſt,& ad illud reſtringenda, vt dicit Pereg. qui ad hoc allegat Alex.Dec.Soc. ſen.Gozad. Soc. iun. & Ceph.

35 Declaratur quintò non habere locum, vbicunque inter inſtitutos facta eſſet reciproca, quia tunc inter eorum deſcendentes erit inducta de linea ad lineam, Crauet.*conſil.* 130. quem refert, & ſequitur Odd.*conſ.* 45.*n.*43.Menoch.*in fortioribus,conſil.*175.*n.*11.*& lib.*4. *præſumpt.*62.*n.*39.Pereg.*conſil.*56.*n.*8.*&* 9.*lib.*1.*& conſ.* 152.*n.*21.*lib.*5.Rot.Rom.in collect.per Farin.*deciſ.*361. *n.*12.*par.*1.& videnda erunt ſcripta *ſupra, q.*471.*nu.*26. Et quando teſtator fecit reciprocam inter inſtitutos, quod multò magis voluerit facere inter remotiores, voluit Soc.iun.*conſ.*110.*n.*10. *&* 39.*lib.*2. Decian.*conſ.* 24.*n.*21.*lib.*1.Surd.*conſ.*344.*n.*17.Rimin.iun.*cóſ.*676.*n.* 11.quos refert,& ſequitur Rota in collect.per Farin.*deciſ.*266.*n.*20.*ad medium,& deciſ.*300.*n.*6.*par.*1. [Idem voluit Rot.*deciſ.*492.*num.*2.*part.* 4.*diuer. & deciſ.*344. *nu.*16.*part.*2.*recent.*]

Et quando teſtator fecit reciprocam inter inſtitutos, & poſtea ſubiecit clauſulam de gradu in gradum in infinitum, &c. nam ſicuti reciproca erat facta inter inſtitutos, pariter idem dicendum erit, quòd in alijs gradibus facta fuerat, Peregr.*conſil.*56.*n.*10. *lib.* 1. *conſ.*47. *nu.*7.*verſ.ſecundum quod, lib.*4. Et ego conſului cum Excellentiſ.D.Bartolomæo Stella ſuper teſtamento D.Caterinæ de Roedo,quæ inſtitutis Co.Conſtantino,& Co. Hieronymo pronepotibus ex filia eos inuicem ſubſtituit, ſi ſine liberis decederent: addiditque clauſulam, & ſic de gradu in gradum vſque in infinitum, dicebam in diſputatione cauſæ inductam eſſe reciprocam de linea ad lineam, ponderabam verba illa, & ſic, quæ important, quod ſicuti in filios, fratreſque tranſuerſales inter ſe facta erat reciproca, quod ſic etiam teſtator voluerit facere reciprocam per tranſuerſum de gradu in gradum, eſt enim hæc dictio, & ſic, repetitiua formæ,& qualitatis præcedentis, Ruin.*conſil.*102.*n.*12.*& conſ.*184.*n.*6.*lib.*2.Menoch.*conſ.*338.*n.*30. Peregr.*conſ.* 47.*n.*17.vbi alia de vi huius dictionis, & in terminis ad inducendam reciprocam de linea ad lineam ponderat hanc dictionem,ſic, Soc. ſen.*conſ.*62.*col.pen. verſ.quarto confirmatur,lib.*3.*& ſupra nu.*8.*in fine,verſ.ſecundo quia,* & dum expectaretur iudicium in hoc, quia Aduocati qui partem contrariam defendebant coacti erant fateri reciprocam. Inuentum fuit aliud teſtamẽtum poſterius, in quo per expreſſum illud fideicommiſſum fuit reuocatum, quo ſtante rei abſoluti fuerunt. Idem tenui ſuper teſtamento Chriſtophori Bozzi de Muloſ.no Ripariæ Salodij: propter illa verba, & ſic, prout ſuprà dictum eſt.

Argumenta autem huius declarationis habentur *d. qu.*471.*num.*26.

Contrariam opinionem tenuerunt alij, volentes non induci reciprocam de linea ad lineam, quamuis inter inſtitutos facta eſſet reciproca,ita Torniel *in l.Gallus*, §. *quidam rectè,nu.*77.*& ſeqq.ff. de liber. & poſthum.*Odd. *conſil.*46.*num.*23.Menoch.*conſil.*327.*nu.*33.*conſil.* 982. vbi allegat alios.*& in fortioribus,conſil.*730.*num.*4.*verſic.tertio prædicta,& conſil.*1056.*num.* 30. Caualc. *deciſ.* 5.*num.*64.*& ſeqq.part.*3.Peregr.*conſil.*47. *num.*15.*conſil.*62.*num.*15.*lib* 1.vbi declarat *conſil.*56. *num.*9.*libr.*2. *conſil.*30.*num.*46.*conſil.*33.*num.*20.*& ſeqq.lib.*3 *conſ.*46. *num.*3.*conſil.*150.*num.*14.*conſ.*152.*num.*19.*conſil.* 157. *n.*3.*lib.*5.*& in tract.de fideicommiſſ.art.*13.*n.*90.& ita ego etiam ſæpiùs conſulendo tenui, præcipuè in vna de Portulacis,*vt in conſ.*1.*n.*...& in vna de Coradellis,*vt in conſ.*28.*num.*...*& in conſ.*86.*dubio ſecundo,*& hanc etiam probaui in cauſa Brixienſi de Vallotijs, latè Chriſtoph. Torniol.*in conſ.*8.*& in conſ.*10.*nu.*44.*& ſeq.* & loquitur etiam in terminis, quando dictum erat, & ſic, &c.contra id quod dixi paulò ſupra *n.*35.*verſ.& quãdo,& conſil.*68.*n.*16. *verſ. tertio, quod intelligatur*. [Hanc etiam ſententiam probauit Rota *deciſ.* 491. *part.* 4. *diuerſ.* ibi enim facta erat reciproca inter Tarquinium, & Labienum hæredes, vt in principio habetur, & tamen *nu.* 4. *verſ.præterea,ad medium*, dicit, quod ſi reſultaret fideicommiſſum in filijs hæredum, quod tamen illud non eſſet reciprocum de linea ad lineam.]

36

Pro qua opinione videndi etiam erunt Soc. ſen. *in l. Gallus,d.§.quidam rectè num.* 9.*ff.de liber. & poſthum.*& ibi Rub.*n.*71.Ruin.*conſil.*101.*n.*3.*lib.*2.Pariſ.*conſ.*39.*nu.* 7.*lib.*3.Soc.iun.*conſ.*81.*n.*12.*lib.*3.Alba.*conſi.*29.*n.* 10.*lib.* 1.Menoch.*conſ.*85.*nu.*82.*& ſeqq.conſ.*376.*nu.* 11.*conſil.* 1056.*n.*30.*& lib.*4.*præſumpt.*71.*n.*23.

Rationes ſunt primò, quia ſi reciproca induceretur inter deſcendentes, &c. daretur extenſio ſubſtitutionis de perſona ad perſonam, quod fieri non debere poſt alios,ſcribunt Menoch.*conſil.*79.*n.*91. *& ſeqq.* Honded. *conſil.*60.*n.*47.*lib.*1.*& conſ.*51.*n.*62.*& ſeqq.lib.*2.vbi ſcribit eſſe communem opinionem,Surd.*conſ.*554.*n.* 21.*lib.* 4.Ceph.*conſil.*269.*n.*12.Peregr.*conſ.*33.*n.*43. *& ſeqq. lib.* 3.*& in tract.de fideic.art.*1.*nu.*27. *&* 30.& pleniùs dictũ eſt *ſupra qu.*457. 37

Secundò quia,quando teſtator voluit facere reciprocam,expreſſit, & ſi noluiſſet facere etiam in alio gradu expreſſiſſet, vnde cum non dixerit cenſetur noluiſſe, arg.*l. vnica,§ ſin autem ad deficientis,C.de caduc. toll.*

Alia argumenta pro comprobatione huius opinionis adduxi *q.*474.*nu.*30.*& ſeqq.*

Sed quid ſi teſtator inſtitutis filijs, & ſubſtitutis ſuperſtitibus, & eorùm filijs, ſi alter decederet ſine filijs, ſubiecit clauſulam. Et hoc fideicommiſſum volo eſſe perpetuum, vel volo hanc ſubſtitutionem tranſire in infinitum, an ex hac clauſula inducatur fideicommiſſum de linea ad lineam? tenui in dicta de Coradellis, *conſil.*86. non eſſe inductam reciprocam de linea ad lineam,allegauit Torniol.in terminis *d.conſil.*8.20.*&* 38. vbi egregè interpretatur hanc clauſulam in fideicommiſſo deſcenſiuo verificari, nec ideo induci reciproca de linea ad lineam,*& conſil.*8. *&* 20.fuit factum in cauſa Brixiana de Vallotijs,& ita fuit iudicatum, *conſil. ante n.*68.fuit in vna de Siccis Mediolanenſi, & ille Senatus contra iudicauit extare reciprocam. Et in illa cauſa Sicca pro fideicommiſſi exiſtentia ſcripſit Alex. Raud. prout eum refert,& ſequitur Caualc.*deciſ.*17.*par.* 3.vbi comprobat, & reſpondet argumentis Aduocatorũ Bergomenſium,qui contrarium tenuerunt, & in caſu, quãdo facta erat reciproca inter inſtitutos, & poſtea dictum, & hæc ſubſtitutio trahatur de gradu in gradum,

vſque in infinitum, quod reſultet reciproca de linea ad lineam, dixit Peregr. *conſ.* 47. *nu.* 7. *lib.* 4. Verum pro concordia omninò videnda erunt quæ dixi *infra q.* 480. *nu.* 67. *verſ. Porrò & latius in conſ.* 86.

38 Porro, quando teſtator dixit inſtitutos inuicem ſubſtituere, & eorum filios & deſcendentes, ita vt vſque in infinitum intelligantur omnes & ſinguli deſcendentes inuicem ſubſtitui, reciproca de linea ad lineam eſſet inducta, ſecundum Menoch. *conſ.* 348. *num.* 23. *& conſil.* 895. vbi ſæpiùs hoc reperit.

Quinimò licet dictum ſit pluribus hæredibus inſtitutis, eos & præmortuorum liberos inuicem ſubſtituit, quòd reſultet reciproca de linea ad lineam, tenet Curt. iun. *conſ.* 11. *num.* 5. Menoch. *lib.* 4. *Præſumpt. nu.* 8. refert, & ſequitur Pereg. *de fideic. art.* 13. *num.* 75. Caualc. *deciſ.* 18. *parte* 3.

39 Contra tamen, & hoc caſu, tenent Ceph. *conſil.* 430. *n.* 27. *& ſeqq.* vbi dicit ſolum deſcendentes cuiuſq; lineę eſſe ſubſtitutos, & videndum erit principium Conſilij, vbi ponit verba ſubſtitutionis, idem ſcribit Farin. *deciſ.* 466. *nu.* 2. *verſ. non obſtant*, ſunt deciſiones Rot. Roman. *in nouiſſ. part.* 4. Ad idem Ruin. *conſil.* 144. *nu.* 6. *verſ. poſſunt etiam lib.* 2. qui reſpondit in caſu, quando duobus inſtitutis teſtator dixit: Et ſi aliquis vel vnus ex prædictis deceſſerit quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus deueniat portio illius, & accreſcat in ſuperuenientem, & intelligatur tam in filijs, quam in nepotibus vſque in infinitum, dubitabatur, an reciproca ſubſtitutio facta eſſet inter deſcendentes, ſicuti facta erat inter inſtitutos, & reſpondit Ruin. non eſſe inductam, rurſus Ruin. *conſ.* 121. *nu.* 10. *lib.* 2. Io. Bap. Ferrer. *conſ.* 384. *n.* 12. Alciat. *conſ.* 546. *col.* 1. ſecundum antiquam impreſſionem, & hos refert, & ſequitur Menoch. 982. qui conſuluit in caſu, quo teſtator duos filios inſtituit, & eis ſubſtituit his verbis, & ſi caſus eueniret quòd alter ipſorum decederet nullis relictis filijs, ſeu deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, quòd eo in caſu, ex nunc prout ex tunc, tali decedenti inſtituit & ſubſtituit alterum ſuperuiuentem, parique modo filios, & deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes vſque in infinitum maſculos legitimos, & naturales ad inuicem, & reciprocè vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum & omni meliori modo, quo fieri, & eſſe poteſt: euenit caſus, quòd ambo inſtituti deceſſerunt cum filijs, & tandem vnius linea fuit extincta, reſpondit Menoch. reciprocam de linea ad lineam non eſſe inductā,

40 non obſtantibus illis verbis, Parique modo, &c. quæ eundem modum, diſpoſitionem, & effectum ſignificāt, *cap. vlt. §. vlt. extr. de clād. deſponſ.* Et pariter non obſtante clauſula, omni meliori modo, &c. quę oſtendit æqualem diſpoſitionem, ſecundum Abb *conſil.* 738. *nu.* 5. *libr.* 4. idem cenſuit Menoch. *conſ.* 730. *nu.* 4. *verſ. tertio prædicta*, Odd. *ſequitur conſ.* 47. Ruinum etiam in dicto *conſ.* 144. *libr.* 2. refert, & approbat Chriſtoph. Torniol. *conſil.* 20. *num.* 45. Non omitto tamen, quòd contra Ruin. *dict. conſil.* 144. in eodem caſu conſuluit Dec. *in conſil....* Præterea *conſil.* Menoch. 982. vbi erat clauſula pari modo, redditur dubium: nam ex hac clauſula reſultare repetitionem fideicommiſſi præcedentis cum omnibus ſuis qualitatibus, volunt Ruin. *conſil.* 142. *libr.* 2. Pariſ. *conſil.* 37. *num.* 58. *lib.* 2. Rimin. iun. *conſil.* 313. *num.* 30. Et de clauſula pari ratione, Rot. Rom. *deciſ.* 490. *nu.... part.* 4. & clauſulam eo modo, &c. importare reciprocam, dixit Menoch. *conſ.* 348.

41 Sed an reciproca inducatur de linea ad lineam, quādo dictū fuit, inſtitutis filijs, vel fratribus, & eos, & eorum filios inuicem ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſalua gradus prærogatiua, Cæſ. Barz. *dec. Bonon.* 9. *n.* 11. *& ſeqq.* concludit pro affirmatiu, cuius tamen opinio redditur falſa ex prædictis.

Si tamen dictum fuit, quod inſtituti & ſubſtituti eſſent adinuicem ſubſtituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum reciproca reſultaret ſecundum Rotam apud Seraph. *deciſ.* 934. *n.* 14. [Similiter reciproca reſultaret ſi ſequens ſubſtitutio eſſet facta verbis relatiuis ad præcedentem, ita poſt alios Rota *deciſ.* 361. *num.* 10. *& ſeq. part.* 1. *recent.*]

Declaratur ſextò non procedere, quando teſtator inſtitutis filijs, atque ſubſtitutis filijs & deſcendentibus, dixit, & volo quod bona ſint ſub fideicommiſſo, Peregr. *conſ.* 55. *n.* 9. *& conſ.* 56. *per totum, maximè n.* 14. *in fine, & n.* 15. *eod. lib.* 1. Menoc. *conſ.* 575. *dubio quarto*, & fortius ſi dixiſſet quod bona remaneant ſub perpetuo fideicommiſſo, idem Pereg. *conſ.* 30. *lib.* 2. quod eſt conſilium deciſiuum, ſed hæ deciſiones ſunt valde periculoſæ per ſupradicta, nam multa neceſſitas cogit ad reciprocam de linea ad lineam, & commodè poteſt intelligi quod bona ſint ſub perpetuo fideicommiſſo deſcenſiuo in qualibet linea, non ex tranſuerſo de linea ad lineam. Maior difficultas eſſet, quando fuiſſet dictum quod bona eſſent ſub fideicommiſſo cum clauſulis neceſſarijs, & opportunis, ita vt fiat extenſio ſecundum formam fideicommiſſorum, nam quod reciprocum intelligatur per tranſuerſum, dixit Peregr. *d. conſ.* 55. *n.* 14. *&* 25. *lib.* 1. qui in eadem cauſa conſuluit cum Menoch. *conſ.* 575. *dubio quarto*. Sed & huic deciſioni obſtat *conſ.* Menoc. 982. relatum *ſupra nu.* 39. *ad medium*, in quo erant verba magis clara pro fideicommiſſo reciproco de linea ad lineam, & maximè aderat clauſula omni meliori modo, quæ æquipollet verbis caſus Peregr. vnde & hoc caſu cogitandum erit, quia dubito falſam eſſe opinionem Pereg. [Hanc etiam declarationem comprobauit Peregr. *in tract. de fideicom. art.* 5 *num.* 12. *& art.* 13. *num.* 87. *conſil.* 151. *num.* 16. *lib.* 1. *& conſ.* 43. *eod.* Menoch. *conſ.* 571. *& dixi qu.* 277. *num.* 3.] 42

Declaratur ſeptimò non procedere, quando teſtator vocaſſet duos, vel plures, & cuiuslibet eorum liberos, nam illud verbum, cuiuslibet, quod eſt diſtributiuum, attribuit actum ſubſtitutioni fideicommiſſariæ liberis natis ex quolibet eorum, & ideo eueniente caſu deficientiæ lineæ vnius, portio illius per ius accreſcendi, ſeu conſolidationis iure reciprocæ deuoluitur, & vnitur ad liberos alterius lineæ, ita in cauſa Arrigona Brixienſi ſubtiliter conſiderabat Peregr. qui conſulebat pro reciproca, & adducebat quod ipſe dixit *conſil.* 30. *numer.* 13. *lib.* 1. 43

Contrarium tamen mihi viſum fuerat verius in eadem cauſa Arrigona, in qua & ego vnà cum D. Pereg. conſulebam, ſed alijs motus fui rationibus: & hanc ſententiam reprobant etiam Odd. *conſil.* 45. *n.* 34. *&* 45. *& conſ.* 46. Rot. Rom. apud Farin. *deciſ.* 466. *n.* 2. *verſ. nec obſtant*, & ibi erant fortiores termini, dictum enim fuerat, *& cuilibet ipſorum ſubſtituit eorum, & cuiuslibet ipſorum filios*, idem tenet Rota apud Seraph. *dec.* 1023. *n.* 3. [Nec doctrina Pereg. *d. conſ.* 30. *n.* 13. *lib.* 1. facit ad rem, nam diſtributiuum erat relatum ad perſonas primò vocatorum, non autem ad eorum deſcendentes, nimirum ſi cum ibi vocatus ſit inſolidum vocatus ad totum feudum, & eius deſcendentes poſt patrem ſint vocati, quaſi quod inſolidum, & illi ſint honorati; at in caſu, de quo agitur, diſtributiuum reſpicit ſolum deſcendentes, non primò vocatos, nimirum ſi quemadmodum non reſultat reciproca inter primò vocatos, non etiam reſultat inter deſcendentes, ſed diſtributiuum intelligatur diſcretiuè referendo ſingulos ſuos deſcendentes, vt dicit Rota *d. deciſ.* 466. 44

Poſſet tamen ſuſtineri declaratio, quādo teſtator hæredi ſubſtituiſſet Titium, & Seium, & quemlibet eorum, &

rum,& cuiuslibet eorum liberos, nam hoc caſu Titius, & Seius ſunt inſolidum vocati, & cuiuslibet liberi pariter ad totum erunt vocati; & in his terminis bene facit doctrina Peregr.& aliorum citatorum *d.conſ.511.n.30.lib.1.*]

45 Declaratur octauò, procedere communem opinionem, quando teſtator vocando deſcendentes direxit verba ad deſcendentes filiorum, vt ſi dixit, ſubſtituo filios & eorum, vel ſuos deſcendentes in infinitum, quia tunc cenſetur deſcendentes vocaſſe ad portionem proprij aſcendentis, non autem ad portionem alterius lineę, verba enim eorum, vel ſuos deſcendentes, important fideicommiſſum deſcenſiuum, ita vt cuiuslibet filij ſint vocati ad portionem parentis, ſecus eſſet, quando verba eſſent directa, & relata ad proprios teſtatoris deſcendentes, vt ſi dixit, volo bona remanere, vel peruenire in meos deſcendentes, vel per ſimilia verba directa ad deſcendentes teſtatoris formata eſſet diſpoſitio, nam tunc teſtator non conſiderauit ſingulas lineas, ſed ſolum voluit bona remanere in ſuos deſcendentes, & tunc reciproca erit inducta inter omnes teſtatoris deſcendentes, & de linea ad lineam, Ruin.*conſ.121.num.8. verſ.ſed vbi teſtator, li.2.* Alciat.*reſp.546.col.1.ſecundum veterem impreſſionem*, quos & alios refert, & ſequitur Menoch.*conſ.1012.num.9 & ſeqq.* & eſt optima declaratio, quia tunc teſtator noluit diſtinguere portiones inter filios, & eorum deſcendentes, ſed conſiderauit eos omnes deſcendere à ſeipſo teſtatore, & propterea eius perſona erit ſpectanda, non autem ſingulorum filiorum, & videnda erunt *d.qu.683.nu.3.*

Contra tamen tenet Peregr.*conſ.54.num.14.vſque ad finem li.1.*

46 Declaratur nonò non habere locum, quando teſtator plures filios inſtituiſset, & eorum liberos, & deſcendentes legitimos, & naturales in infinitum ſubſtituiſset, & inter inſtitutos filios adeſset aliquis, qui filios legitimos & naturales habere non poſset, vt ſi extaret Clericus, tunc enim reciproca de linea ad lineam cenſetur facta, ita ſubtiliter Peregr.*conſil.54.numero 9.& ſeqq.libro primo.*

47 Declaratur decimò non procedere, quando plures inſtituti ſunt grauati ſub duplici conditione, ſcilicet ſi decederent ſine filijs, vel cum filijs, & nepotibus qui poſtea quandocunque decederent ſine filijs, nam tunc inter omnes deſcendentes eſset inducta reciproca, Mātic.*deciſ.375.* vbi tamen aderant alia etiam verba reciprocam importantia, vt ibi videri poteſt.

48 Subdeclarantur tamen prædictæ omnes declarationes, vt ita demum fiat tranſitus ad aliam lineam, quando non extant deſcendentes alterius lineæ, nam ſi extarent, & eſsent capaces ſucceſſionis tranſitus non fieret ad aliam lineam, ſed qui ſunt de linea admittendi eſſent, ita vno ore ſcribunt omnes, Alex.*conſil.167.libro 5.* Corn.*conſ.190.conſ.230.colu.10.verſ.& licet, lib.3.conſil.233.n.10.lib.4.* Iaſ.*conſ.143 lib.4.* Dec.*conſil.186.* Riminſen.*conſ.28.nu.14.* Dec.*conſ.127.n.24.li.3.* Menoch.*conſ.348.n.24.* Odd.*conſ.65.n.58.& ſeqq.* Pereg.*conſ.1.n.8.& ſeq li.5.& de fideic.art.13.n.74.& art.27.nu.14.* Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.284.nu.20.in fine.*

Alia circa hanc materiam videnda erunt apud Peregr.*de fideic.art.13.* Caualc.*deciſ.15.16.17.& 18.par.3.* & Alex.Raud.*de Analog.c.15.* vbi ponit plures caſus reciproci fideicommiſſi.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio de filijs, & nepotibus intelligitur ordine ſucceſſiuo facta, contra n.4.ampl.& decl.n.ſeqq.*

2 *Actus qui poteſt cenſeri factus ex cauſa neceſſaria, & voluntaria præſumitur ex cauſa neceſſaria factus.*

3 *Copulatiua reſoluitur in diſiunctam ex præſumpta mente teſtatoris.*

10 *Inſtitutio de filijs, & filiorum filijs in ſtirpes, & non in capita interpretatur ordine ſucceſſiuo facta.*

11 *Inſtitutio de filijs, & eorum deſcendentibus per collectiuam facta intelligitur ſucceſſiuo ordine facta.*

12 *Inſtitutio de filijs & filiorum filijs natis, & naſcituris intelligitur ordine ſucceſſiuo facta.*

13 *Fideicommiſſum ad quod filij, & filiorum filij vocantur debetur omnibus coniunctim, & n.28.*

14 *Inſtitutio facta de filio, & de aliquibus nepotibus tantum interpretatur copulatiuè facta.*

15 *Inſtitutio facta de filio, & nepotibus maſculis intelligitur copulatiuè facta non ordine ſucceſſiuo.*

16 *Inſtitutio facta de filio & ſimul, vel vnà cum eo de nepotibus interpretatur copulatiuè facta.*

17 *Dictio cum, & dictio, vna, magis copulat quàm dictio. &.*

18 *Inſtitutio facta de filio, nec non & eius filijs dicitur coniunctim facta non ordine ſucceſſiuo.*

19 *Inſtitutio de filio & eius filijs facta ſi omnes ſimul fideicommiſſo grauantur cenſetur coniunctim, non ordine ſucceſſiuo facta contra n.29 decl.n.22.*

21 *Subſtitutio regitur ex natura inſtitutionis.*

23 *Inſtitutio de vno filio, & nepotibus coniunctim facta ſi fuiſſet inſtitutio de alio filio, et nepotibus per copulam facta interpretabitur copulatiuè facta.*

24 *Inſtitutio de filio, et nepotibus inæquali portione facta non ordine ſucceſſiuo, ſed coniunctiuo cenſebitur facta.*

25 *Inſtitutio de filio, et nepotibus facta interpretatione coniunctim facta, ſi ſit appoſita clauſula vulgariter, pupillariter, et per fideicommiſſum.*

27 *Inſtitutio de filio, et nepote facta coniunctim facta cenſetur, ſi alter eorum eſt naturalis tantum.*

29 *Inſtitutio de filio et nepote facta coniunctim in ſtirpes cenſetur facta.*

30 *Inſtitutio de filio, et nepotibus coniunctim cenſetur facta quando teſtator inter eos facit reciprocam ſubſtitutionem.*

31 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, et eius filijs, vel alio coniuncto intelligitur coniunctim facta, contra n.33. declar.n.ſeqq.*

32 *Subſtitutio de pluribus per copulam facta operatur, vt coniuncti æqualiter, et pro portione admittatur.*

34 *Inſtitutio, et ſubſtitutio de fratre, et de parte filiorum illius, et ſic non de omnibus intelligitur coniunctim facta.*

36 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre ſimul, vel vnà cum filijs facta interpretatur coniunctim facta.*

37 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, et filijs alterius fratris coniunctim per ſtirpes reputatur facta.*

38 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, et filijs reputatur ſucceſſiuo ordine facta, ſi ſperabatur naſci alios filios vltra tunc natos.*

39 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, eiuſque filijs, et nepotibus facta interpretatur ſucceſſiuo ordine facta, contra alij ibidem.*

40 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, et filijs facta interpretatur ordine ſucceſſiuo facta quando vocatio filiorum protenditur ad nepotes.*

41 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, et filijs intelligitur ordine ſucceſſiuo facta ſi ex forma ſtatuti inter filios fratris daretur ordo ſucceſſiuus in ſucceſſione, vt quia adeſſent maſculis et fœmina.*

43 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, et filijs ſalua gradus prærogatiua facta interpretatur ordine ſucceſſiuo facta.*

44 Inſti-

44 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratribus, & eius filijs in ſtirpes, & non in capita facta intelligitur ordine ſucceſſiuo facta & nu. ſeq.*

46 *Inſtitutio & ſubſtitutio facta de fratre, & filijs ordine ſucceſſiuo cenſetur facta ſi teſtator non potuit ſentire de certis filijs, vt ſi verba reſpiciant tempus futurum contra n. 47.*

48 *Inſtitutio & ſubſtitutio de fratre, & filijs qui non aderant, nec erant concepti interpretatur ordine ſucceſſiuo facta.*

49 *Filij naſcituri vel incogniti præſumuntur minus dilecti eorum parente.*

50 *Hæres qui eſſe non poteſt pro tempore, & pro tempore non, ſiue in toto, ſiue in parte.*

51 *Inſtitutio, & ſubſtitutio de fratre & filio, quando eſt in vtero coniunctim cenſetur facta.*

52 *Inſtitutio, & ſubſtitutio de fratre & filijs naſcituris intelligitur ordine ſucceſſiuo facta. Ampl n. ſeq.*

54 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, aut eius filijs, ſiue eius filijs, vel eius filijs intelligitur ordine ſucceſſiuo facta. Amplia n. ſeq.*

56 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de fratre, & eius liberis, vel deſcendentibus, vel aliter nomine collectiuo facta, interpretatur ordine ſucceſſiuo facta, contra n. 59.*

57 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de fratre & ſuis intelligitur ordine ſucceſſiuo facta, contra n. 59.*

58 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de fratre, & ſuis heredibus interpretatur ſucceſſiuo ordine facta, contra n. 59.*

60 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de fratre, & eius filijs, in perpetuum intelligitur ſucceſſiuo ordine facta.*

61 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de fratre, & eius filijs, ſi frater nō viueret, iterpretatur ſucceſſiuo ordine facta*

62 *Subſtitutio de fratre, & eius filijs facta intelligitur ordine ſucceſſiuo, quando teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus eſt.*

63 *Subſtitutio de fratre, & eius filijs facta intelligitur ordine ſucceſſiuo, ſi in teſtamento adeſt clauſula [illegible] dicibilis per verba futuri temporis concepta.*

64 *Inſtituens, vel ſubſtituens fratrem haredem vniuerſalem, & eius filios, cenſetur ſucceſſiuè filios poſt patrem vocaſſe, contra n. 65.*

66 *Subſtitutio de fratre, & eius filijs ordine ſucceſſiuo cenſetur facta ſi teſtator rationem habuit conſeruandæ agnationis.*

68 *Subſtitutio facta de pluribus fratribus pro æqualibus portionibus, & eorum filijs, intelligitur ordine ſucceſſiuo facta.*

69 *Subſtitutio, vel inſtitutio de pluribus fratribus, & eorũ filijs ordine ſucceſſiuo cenſetur facta, ſi teſtator inter fratres reciprocam fecit, nihil dicto de filijs.*

70 *Subſtitutio, vel inſtitutio de fratribus, & eorum filijs cenſetur ſucceſſiuo ordine facta, quando teſtator fratres ſolos prohibuit alienare bona.*

71 *Subſtitutio de vno fratre, & eius filijs ſi ſucceſſiuo ordine eſt facta idem erit dicendum de ſubſtitutione facta de altero fratre, & eius filijs ſimpliciter.*

72 *Subſtitutio de fratre, & filijs intelligitur ordine ſucceſſiuo facta ſi verba reſpiciunt tempus futurum.*

73 *Subſtitutio de fratre, & filijs facta, interpretatur ordine ſucceſſiuo facta, ſi in vita patris filij nihil petierunt, contra ibid.*

74 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de Titio extraneo, & filijs interpretatur coniunctim facta. Ampl. & Declar. n. ſeqq.*

77 *Inſtitutio de liberis deſcendentibus vel familia, vel aliter per nomen collectiuum facta non erit interpretanda coniunctim, ſed de proximiore ordine ſucceſſiuo, decl. n. ſeq.*

80 *Subſtitutio, vel inſtitutio de Titio, aut Seio facta, intelligitur prius de Titio, & eo non extante de Seio.*

QVAESTIO CCCCLXXVI.

Pater & filij ſi ſint inſtituti, vel ſubſtituti, an ſimul, vel ordine ſucceſſiuo dicantur vocati?

DIſputatio egregia & vtilis eſt, quando teſtator inſtituit, vel ſubſtituit aliquem, & eorum filios an dicantur pater & filij ſimul vocati, an ordine ſucceſſiuo? in quo articulo tres diſtinguo caſus.

Primus caſus eſt, quando vocantur hi, inter quos cadit ordo neceſſitatis, et quando teſtator vocauit filium, & eius filios, ſicque teſtatoris nepotes, & tunc nepotes dicuntur ſucceſſiuo ordine vocati, videlicet, caſu quo filius teſtatoris hæres eſſe nolit, vel non poſſit, Gloſſ. *in l. Gallus, §. quidam rectè, in verb. non exprimat*, & ibi Odoſ. Rain. de Forliu. Din. Cin. And. de Piſis, Nicol. de Neap. Bart. *n.* 4. Bald. *n.* 5. Alb. *n.* 9. Ang. *n.* 3. *in concl.* 1. Paul. Caſt. *n.* 9. Cuman. *n.* 7. Alex. *n.* 6. Iaſ. *n.* 20. Soc. ſen. *n.* 9. *verſ. primus caſus*, Lancel. Galliau. *n.* 15. Alc. *n.* 15. *verſ. ſed qui teſtator*, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Æmil. Ferret. *n.* 9. *ff. de liber. & poſth.* Bero. *in ca. Raynut. n.* 68. *& ſeq. extr. de teſtam.* Andr. de Iſern. *in c.* 1. *§. & ſi libellus, n.* 10. *verſ. ſicut videtur, tit. de alien. feud. pater.* Bald. *in l. vltima, n.* 9. *ad finem, C. de imp. & al. ſubſtit. & in l. ſi quis heres inſtitutus, §. vlt. verſ. nota caſum, ff. de acqu. haredit. in l. ſi mulieri, in princ. ff. de vſufr. accreſc.* 1

Et conſulendo, Ang. *conſ.* 38. *quidam Ioannes*, Paul. Caſtr. *conſ.* 159. *ſuper primo quæſito, col.* 1. Alex. *conſil.* 24. *n.* 10 *lib.* 1. Corn. *conſ.* 230. *col.* 1. *lib.* 1. *conſ.* 321. *nu.* 2. *lib.* 3. *conſ.* 17. *n.* 1. *conſ.* 159. *n.* 5. vbi de communi opinione teſtatur, *& conſ.* 226. *n.* 2. *li.* 4. Bertrand. *conſ.* 9. *n.* 1. *conſ.* 82. *n.* 2. *li.* 1. *& conſ.* 182. *n.* 1. *li.* 6. Dec. *conſ.* 236. *n.* 1. *conſ.* 248. *n.* 5. *& conſ.* 253. *col.* 1. Curtiun *conſ.* 128. *n.* 1. Cæpol. *conſil. ciuil.* 52. *n.* 1. Soc. iun. *conſ.* 71. *n.* 28. *conſ.* 73. *n.* 27. *conſ.* 133. *n.* 17. *lib.* 1. *& conſ.* 171. *n.* 4. *li.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem, & in iudicando ſequendam, Natt. *conſ.* 470. *n.* 9. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſ.* 130. *n.* 1. *& 9 verſ. ſecundo, & n. ſeq. lib.* 1. vbi dicit eſſe communem opinionem, Cephal. *conſ.* 52. *col.* 1. *verſ. primus caſus, & conſ.* 134. *n.* 1 *lib.* 1. vbi de communi teſtatur Roland. a Valle, qui pariter aſſerit eſſe communem, *conſ.* 84. *n.* 16. *lib.* 4. Menoc. *conſ.* 87. *n.* 77 *conſ.* 174. *n.* 3. *conſ.* 49. *n.* 1. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, *& conſ.* 520. *n.* 2. Pereg *conſ.* 68. *n.* 3. *li.* 5.

Et in Tractatibus, Clar. *in §. teſtamentum, q.* 80. Vin. *commu. opin concl.* 46. *nu.* 2. vbi de magis communi, & veriori, Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 70. *n.* 3. Pereg. *de fideic. artic.* 17. hanc tenet in inſtitutione directa, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 4. *tit.* 8. Petra *de fideicom. q.* 5. *n.* 135. *& n.* 153. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 237. *n.* 37. *& ſeqq.* Intrig. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 80. *n.* 1. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 28. *ff. de cond. & demonſtr.*

Et in Deciſionib. Boer. *dec.* 185. Surd. *dec.* 346. *nu.* 4. & 2 ſemper conſulendo hanc tenui, cū ſine ſcrupulo ſit magis recepta ſentētia, & magis conformis mēti teſtatoris.

Ratio principalis huius opinionis eſt, quia qui facit actū ſubſiſtente cauſa neceſſaria, præſumitur ex ea magis facere, quam ex cauſa voluntaria, *l. in his, §. ſed & ſi fortè ff. de ſolut.* Crau. *conſ.* 235. *n.* 34. *& conſ.* 149. *nu.* 12. Atqui quando teſtator vocat nepotem, cenſeri poteſt feciſſe ex cauſa neceſſaria, ne teſtamentū reddatur nullum, ſi viuo teſtatore moriatur filius, *l. Gallus, §. quidam rectè. ff. de liber. & poſth.* poteſt etiam cenſeri feciſſe ex cauſa voluntaria, vt ſcilicet nepotem honoraret, quem & nominare non poterat, ergo ex cauſa neceſſaria præſumitur

ſumitur factum. Confirmatur, quia ordo legis eſt, vt prius ſuccedant filij, quam nepotes, ordo charitatis idē ſuadet, ordo neceſſitatis confert ad idem, & ordo ſcripturæ pariter ſonat prius in filium, poſtea in nepotes.

3 Et non eſt mirandum, quod oratio copulatiua, & coniunctiua reſoluatur in diſiunctiuam, & importet ordinem ſucceſſiuum ex præſumpta teſtatoris mente, *l. pero, §. fratre. l. cum pater. §. pen. l. cum ita, §. & in fideicom. ff. de legat. 2. l. heredes mei. §. vlt. ff. ad Treb.* Et copulata debent referri ad ſenſum iuris, ſi rationabilis, & veriſimilis mens teſtatoris concurrat, *d. l. Gallus. §. quidam rectè. & l. vlt. ff. de dot. promiſſ. ca. 1. §. quin etiam Epiſc. vel Abb. & c. 1. § filia, de ſucceſſ. feud.* Porrò ius ad ſucceſſionem primo vocat filium, deinde nepotem, *vt in auth. de ſucc. de ſuis, & legit. libe.* Et teſtator præſumitur ſemper conformare diſpoſitionem ſuam ſecundum iuris diſpoſitionē; ita vt in ſubſtitutionibus reguletur ſucceſſio, prout ab inteſtato ſuccederetur, vt plenè dixi q. 481. Et quamuis natura copulæ ſuadeat contrarium, nihilominus præualere debet ordo neceſſitatis, & charitatis, vt ſcribit Alc. *d. §. quidam rectè, n. 20.* & ſequitur comprobando, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. n. 5.*

4 Cæterum contrariam ſententiam probarunt *in d. §. quidam rectè,* Iacob. de Aren. Oldrad. Salicet. Imol. Aret. Marius Salomon. Rub. Alex. Fortun. Garz. *num. 14.* Soc. iun. *n. 18.* Torniel. *n. 4. verſ. plures quæſtiones, num. 5. & 8.* Did. *in c. Raynutius, §. 2. n. 4. extr. de teſtam.* Honded. *conſil. 65. dubio primo lib. 1.* Fachin. *lib. 4. contr. iur. c. 78.* Alex. Raud. *deciſ. Piſan. 31. n. 237. & ſeq.* Ratio principalis eſt, quia verba teſtatoris ſunt clara, quod copulatiuè, & ſimul ſunt vocati pater & filij, ergo non erit admittenda quæſtio ambiguitatis, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3.* & quando non apparet de contraria mente, non eſt à proprietate verborum recedendum, *l. non aliter, ff. eod.* Ad quod facit *l. vltim. Cod. de imp. et al. ſubſtit.* vbi ſi plures ſint vocati coniunctim, quilibet cenſetur vocatus in portione ſua. Reſpondetur enim ex ſupradictis ſtante neceſſitate inſtituendi, & ordine charitatis reſultare veriſimilem mentem teſtatoris, quod ordo ſucceſſiuus ſit ab eo conſideratus, & hoc præualet naturæ coniunctæ, nec obſtat, *d. l. vlt. C. de impub.* nam ibi teſtator erat extraneus, nimirum ſi in illa diſpoſitione non datur ordo ſucceſſiuus, nam nec neceſſitas, nec charitas aliud ſuadebant.

Ad firmandam etiam hanc ſententiam adducuntur, *l. ſi mulieri, ff. de vſufr. accreſ. et l. ſi quis Titio eodem.* Sed reſpondetur hæc iura non facere ad caſum, quia loquūtur de teſtatore extraneo, & de legato. Vlterius magis videtur pro hac opinione ſtringere, *l. codicillis, § inſtituto, ff. de legat. 1.* Reſpondet tamen Alex. *d. §. quidam rectè, n. 6.* & poſt eum Mant. *d. tit. 8. n. 7.* hunc text. demonſtrare mentem teſtatoris claram fuiſſe, nepotes cum filio coniunctim inſtituiſſe. Non erit ergo recedendum conſulendo, & iudicando à prima opinione.

5 Ampliatur primo communis ſententia, etiam quando teſtator ordinem conuertiſſet, & præpoſteraſſet, vt ſi vocaſſet nepotes, & filium: nam adhuc ordo ſucceſſiuus non tolleretur, Bart. *in l. Gallus, § quidam rectè,* & ibi Bald. Alb. Alex. *n. 7. verſ. in quo tamen,* Iaſ. *n. 28. in 4. ampliat. et n. 37.* Alc. *n. 19.* vbi teſtatur de communi, Lancell. Galliau. *n. 12.* Æmil. Ferret. *n. 12. ff. de liber. et poſth.* Soc. iun. *conſ. 71. n. 4. lib. 1.* Peregr. *de fideicomm. 17. ante n. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, Ruſt. *in l. cum anus, lib. 1. cap. 1. n. 30. ff. de condit. & demonſtrat.* qui pariter aſſerit eſſe communem.

6 Contrariam opinionem malè probarunt Angel. *in d. § quidam rectè,* & Lancel. Polit. *tract. de ſubſt. tit. de vulg. ſubſtit. col. 2. verſ. vndecimo, circa prædicta.*

4 *Inſtituti plures ſi ſunt in fundo ex diuerſis partibus, omnes, æqualiter ſuccedent mentione fundi detracta, decl.n.ſeqq.*

7 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de pluribus facta, ſi probetur per teſtes, qui dicant non recordari de partibus factis intelligitur pro æqualibus partibus facta.*

8 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de partibus declarandis, ſi teſtator nullas declarauit partes, pro æquali cenſetur facta.*

9 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de pluribus facta, qui ex iuris diſpoſitione in ſtirpes ſuccederent, intelligitur pro parte æquali facta. limita nu. 10.*

11 *Inſtitutio vel ſubſtitutio facta de vno in certa portione, & de pluribus alijs in reſiduo, iſti in reſiduo ſuccedent pro æquali portione.*

12 *Subſtitutio facta cenſebitur facta in portionibus, in quibus & inſtitutio facta fuit. remiſſiuè.*

13 *Inſtitutio vel ſubſtitutio facta de filio & eius filijs, vel fratre & eius filijs, vel extraneo & eius filijs, ſi inter patrem & filios datur concurſus, pater in dimidia, & filij in alia dimidia ſuccedent. Amplia, & limita nu. ſeqq.*

14 *Nominati nomine appellatiuo, pro qua perſona nominantur.*

15 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de Caio, & filijs Titij facta ſi fuit, Caius in dimidia ſuccedet, & filij Titij in alia dimidia.*

16 *Subſtitutio, vel inſtitutio de Caio, & Seio, & eius liberis ſi facta fuit, ſubſtitutionis caſu eueniente ſi Caius ſit mortuus, eius liberi habebunt dimidiam, & Seius, & eius liberi aliam dimidiam, declara ibid. & limita nu. 17.*

18 *Subſtitutio, vel inſtitutio de Caio, & quibuslibet eius filijs ſi fuit facta, ſuccedent Caius, & eius filij per capita, contra nu. 19.*

19 *Subſtitutio, vel inſtitutio de Caio, & eius filijs, vel filijs Seij facta æqualibus portionibus, ſi fuit, per capita ſuccedent omnes, declara n. ſeqq.*

25 *Subſtitutio, vel ſubſtitutio de Caio, & eius filijs, vel de filijs Titij, vt inter ſe ſe communicent, interpretatur per capita æqualiter facta.*

26 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de Titio, & eius filijs facta, ſi fuit, & teſtator prohibuit alienationem bonorum, ſucceſſio in viriles concedetur. Contra nu. 27.*

28 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de Titio extraneo, & filijs fratris, vel familiæ, ſi fuit, ſucceſſio in viriles interpretatur data à teſtatore. Contra nu. 29.*

30 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio de Titio, & filijs naſcituris Caij, ſi eſt facta cenſebitur in viriles facta. Contra n. 31. decl. n. ſeqq. vſque ad nu. 35.*

35 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de Titio, & Caio filijs fratris, & alijs filijs naſcituris intelligetur in capita facta.*

35 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de Titio, & Caio, & Seio eius filijs, in viriles cenſebitur facta, Decl. nu. ſeqq.*

38 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de Titio cum filijs ſuis & de Sempronio, intelligitur vt Titius cum filijs habeat dimidiam, & aliam dimidiam Sempronius, ampl & decl. n. ſeqq. vſque ad n. 46.*

40 *Dictio, vna, & dictio, cum ſignificant ſimultatem, & num. 41.*

49 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de marito, cum vxore, & Titio intelligitur pro tertia facta.*

50 *Inſtitutio facta de fratribus, & Titio intelligitur pro dimidia, fratres pro vna, & pro alia Titius, declara nu. ſeq.*

52 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de filijs, & filiabus in eo, in quo de iure ſuccedere debent intelligitur facta, prout ius municipale ſtatuit. Contra nu. 54.*

51 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio facta de Titio, & Seio nepotibus ex vno fratre, & de Caio nepote ex alio fratre, & eorum filij in ſtirpes, & non in capita: clauſula in ſtirpes refertur ad nepotes ex fratre, non ad eorum filios.*

53 *Iuris mentio ſi fiat à teſtatore intelligitur de iure ſtatutario, non de iure communi. Contra nu. 54.*

QVÆSTIO CCCCLXXVII.

Quando pater & filij ſunt vocati ſimul, vel alij plures in inſtitutione, vel ſubſtitutione, pro qua parte ſuccedant?

PRo complemento præcedentis quæſtionis videndum eſt, quomodo ſuccedant pater, & filij, in caſibus, in quibus concurrere diximus? In hac tamen inſpectione procedam capiendo materiam non tantum in fideicommiſſis, quam etiam in inſtitutionibus, legatis, & alijs ſubſtitutionibus: Pro regula igitur ſtatuendum erit, quod ſi plures ſunt inſtituti, vel ſubſtituti, quod æqualiter ſuccedant, 1
§. *ſed ſi plures*, & ibi Gloſ. & Doct. *inſtit. tit. de hæred. inſtit. l. quoties*, §. *hæredes*, & ibi Bart. & alij, *ff. eod.* Dec. *conſil.* 122. *num.* 1 *& conſil.* 412. *n.* 1. Menoch. *conſil.* 196. *nu.* 1. *& lib.* 4. *præſumpt.* 18. *n.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 200. *ſolut. prima*, vbi latè Mantic. *de coniect. vltimar. voluntat. libro* 4. *titul.* 10. Afflict. *deciſion.* 309. *numero* 2. *in fine*.

Ampliatur primò, & ſi in vocatione expreſſum eſſet proprium nomen honoratorum, nam & tunc æqualiter ſubſtituti præſumuntur, *l. nonnunquam*, & ibi Gloſ. & Doctor. *ff. ad Trebell.* Menoch. *dict. præſumpt.* 18. *numer.* 6. 2

Ampliatur ſecundò idem eſſe in legatis, & fideicommiſſis, in quibus vocati nullis partib. aſſignatis æqualiter ſuccedunt, *l. turpia*, §. *vlt. ff. de legat.* 1. *l. cum pater*, §. *hæreditatem*, *& l. vnum ex familia*, §. *rogo*, *ff. de legat.* 2. Decius *conſil.* 412. *num.* 1. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 200. *ſolut. prima, num.* 1. Menoch. *dict. præſump.* 18. *num.* 3. 3

Ampliatur tertiò, & ſi plures ſint inſtituti in fundo ex diuerſis partibus, nam æqualiter capient mentione fundi detracta, *l. quoties*, § *ſi duo*, *ff. de hæred. inſtitut.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 5. Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 18. *num.* 5. 4

Declaratur primò hæc ampliatio, vt non procedat reſpectu ipſius fundi, ſed ſolum reſpectu hæreditatis, nam reſpectu fundi partes aſſignatæ firmæ remanebunt Bartol. *in l. ſi in alterius. ff. de hæred. inſtit.* Mantic. *loco proximè ſupra citato*. 5

Declaratur ſecundò dicta ampliatio, quando voluntas teſtatoris manifeſtè refragatur, *d.* §. *ſi duo*, & Mantic. *loco citato*. 6

Ampliatur quartò, vt ſi inſtitutio, vel ſubſtitutio probetur per teſtes, qui dicant plures fuiſſe vocatos, ſed non recordari pro quib. partibus, quod adhuc præſumitur æqualiter fuiſſe honoratos, Bald. per illum text. *in l. ſi quis ita ſcripſerit, in fine*, & ibi Angel. & Imol. *ff. de hæred. inſtitut.* Iaſ. *in l. admonendi*, *num.* 205. *ff. de iur. iurand. in l. fructus, num.* 7. *ff. ſol. matrim. & in l. non hoc, nu.* 15. *C. vnd. legit.* Dec. *conſil.* 252. *n.* 3. Crauet. *conſil.* 61. *n.* 4. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 201. *n.* 8. Menoch. *d. præſumpt.* 18. *num.* 4. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 5. 7

Ampliatur quintò, & ſi teſtator dicat vocare ex partibus, quas aſcribet, nec vllæ ſint factæ partes, quia & tunc æqualiter ſuccedent, *l.* 2. *ff. de hæred. inſtit.* Ruinus *conſil.* 176. *n.* 4. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 18. *num.* 7. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 204. *nu.* 6. *in fine*. 8

Ampliatur ſextò, & ſi eſſemus in caſu, quod patruus

truus, vel auus vocaſſet plures nepotes ex diuerſis filijs vel fratribus nomine appellatiuo, nam in capita ſuccedent, licet ex diſpoſitione ſtatutorum ab inteſtato ſuccederent in ſtirpes, Dec. conſil. 412. colum. 1. & 2. vbi comprobat, & reſpondet ad contraria Mantic. dicto lib. 4. cap. 10. nu. 11.

10 Limitatur hæc ampliatio, quando aliter ex coniecturis ſenſiſſe teſtatorem colligi poſſet, Soc. ſen. conſil. 124. lib. 4. Ruin. conſil. 167. libr. 2. Mantic. dicto libr. 4. cap. 10. num. 11.

11 Ampliatur ſeptimò, & ſi teſtator in dimidia, vel certa parte aliquem vocet, & in reſiduo plures alios, quia iſti in reſiduo vocati ſuccedent æqualiter, §. ſi plures, & ibi Gloſſ. & Doct. inſtit. de hered. inſtitut. Curt. iun. in l. vlt. n. 18. C. de impub. & al. ſubſtit. Dec. conſ. 236. nu. 2. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 18. num. 8.

12 Declaratur primò concluſio principalis, vt non procedat, quando partes diuerſæ eſſent aſſignatæ in inſtitutione, & poſtea in ſubſtitutione ſimpliciter fiat ſubſtitutio, quia tunc ſubſtituti non æqualiter capient, ſed partes factæ in inſtitutione cenſebuntur repetitę in ſubſtitutione, vt dicam latè quæſt. ſeq.

13 Declaratur ſecundo vt non procedat, quando pater vocaſſet filium, & eius filios, vel fratrem, aut alium extraneum & eius filios, & ſumus in caſibus, quod pater & filij concurrunt, vt diximus in præcedenti quæſtione, quia tunc in dimidia pater, & in alia dimidia filij quotquot ſint, ſuccedent l. ſi quis Titio ff. de vſufruct. accreſc. l. interdum. ff. de hered. inſtit. l. vlt. & ibi Iaſ. Dec. Curt. iun. & alij, C. de impuber. & al. ſubſtit. Ripa qui plura cumulauit, in l. re coniuncti, num. 103. & ſequenti, ff. de legat. 3. Cepol. conſil. 52. verſ. quartus caſus, Decian. conſil. 1. num. 180. & ſeqq. & num. 213. lib. 1. Hieron. Gabr. conſil. 130. nu. 10. & 12. lib. 1. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 80. Gomeſ. Variar. Reſolut. tomo 1. cap. 2. col. 3. limit. 1. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 8. nu. 19. & tit. 10. nu. 10. Peregr. de fideic. art. 17. vbi ſæpè hoc reperit, maximè n. 20. & 21. vbi alios adducit Menoc. lib. 4. præſump. 18. n. 15. in fine, Præt. de interpretat. vlt. volunt. fol. 320. n. 11. & latè fol. 200. ſolut. 1. numero quinto, Boer. quæſtione 185. numero 16. Craſſ. deciſion. 154. numero 8. Alexand. Raud. deciſ. Piſan. 24. n. 28. Surd. deciſ. 346. num. 1. & ſequentibus.

14 Ratio eſt, quia nominati nomine appellatiuo pro vna perſona reputantur, dicta l. interdum, & dicta l. ſi quis Titio, Cepol. conſil. 320. num. 6. Dec. conſil. 1. n. 180. & infra libr. 1.

15 Ampliatur primò hæc declaratio vt procedat, licet ſubſtitutus eſſet Caius, & filij Titij, quia adhuc filii Titij reputabuntur niſi vna perſona, & tantum dimidiam habebunt, l. liber homo, §. Titius, il primo, ff. de hered. inſtit. l. ſi pater, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. l. ſi quis Titio, ff. de vſufr. accreſc. l. interdum, in princ. & ibi Gloſſ. & Doctor. ff. de hered. inſtit. Bartol. in l. vltima, nu. 1. & ibi Salicet. colum. penultima, Iaſ. num. 1. & 4. Decian. nu. 1. Curt. iun. num. 1. Coraſ. num. 5. & 21. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Alexand. conſil. 134. num. 5. libro 5. Corn. conſil. 251. nu. 5. lib. 4. Dec. conſil. 122. col. 1. & col. vltima, & conſil. 321. num. 6. Ruin. conſil. 163. nu. 9. & conſil. ſeq. col. 1. libro 2. & conſ. 97. nu. 9. lib. 3. Pariſ. conſil. 49. num. 1. lib. 2. Socin. iun. conſil. 104. nu. 14. lib. 1. & conſ. 171. nu. 2. lib. 2. Menoch. conſil. 222. num. 28. & lib. 4. præſupt. 18. num. 10. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 10. num. 6.

16 Ampliatur ſecundò, & ſi ſubſtituti eſſent Caius, & Seius, & eorum liberi, quia eueniente caſu ſubſtitutionis, ſi Caius ſit mortuus, eius filij non habebunt niſi dimidiam, & aliam dimidiam Seius, & eius filij, Bartol. in l. quidam relegatus, §. ſi tibi, ff. de reb. dub. Salic. in l. vltima, colum. penultima, & ibi Iaſ. num. 9. Curt. iun. num. 15. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Ruin. conſil. 97. num. 11. & conſil. 164. nu. 5. lib. 2. Menoch. dicto lib. 4. præſumpt. 18. num. 14.

Sed aduerte, quod videtur potiùs dicendum totum pertinere ad Seium ſuperſtitem, excluſis liberis Caij mortui, vt dixi quæſtione 493. vbi diſcuſſus fuit iſte articulus.

Limitatur primò hæc declaratio, quando, teſtator ſubſtituit patrem, filios, & nepotes, nam fient tres partes, vna patri, altera filijs, & altera nepotib. aſſignabitur, ita Socin. ſen. in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 5. verſic. ſed hic cadit, ff. de liber. & poſthum. vbi dicit ita aliàs ipſum conſuluiſſe cum Alexan. & Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino, & eſt conſil. Alexand. 13. lib. 4. & in conſil. ſeq. Anton. de Prato: & hos ſic intellexit apertius declarando Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 17. num. 21. verſic. amplia, & num. 33. mouetur, quia natura copulæ eſt, vt ſinguli veniant ad lucrum, l. ſi duobus. ff. de legat. 1. l. 1. §. his itaque, C. de caduc. tollen. & ſi concurrunt quando pater, & filij vocantur, cur idem non erit, ſi vocantur pater, filij, & nepotes, cum non ſit dare rationem diuerſitatis, l. illud, in fine, ff. ad legat. Aquil. & quia æqualis omnium debet eſſe determinatio, l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & ita arguit Socin. ſen. dicto §. quidam rectè nu. 5. in fine. 17

Limitatur ſecundò iſta declaratio, quando iſti collectiuè vocati eſſent cum diſtributiuo vocati, videlicet Caium ſubſtituo, & quoslibet eius filios: vel Caium, & quoslibet filios Titij ſubſtituo, quia tunc æqualiter per capita facienda eſſet diſtributio, l. vltima, C. de impub. & alijs ſubſtitut. Iaſ. in l. ſi quis teſtamento, colum. 1. vbi alios citat, ff. de legat. 1. & in l. vltima. numer. 9. vbi Curt. iun. num. 11. 13. 19. & Coraſ. num. 6. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Rip. in l. re coniuncti, numer. 110. ff. de leg. 3. vbi dicit hoc verum, ſi in eadem oratione omnes vocentur, ſecus ſi in diuerſa, Corn. conſil. 240. num. 4. in fine libr. 2. Ruin. conſil. 97. numer. 14. & conſil. 163. numer. 7. Pariſ. conſil. 49. num. 3. & num. 8. lib. 2. Gomeſ. Variar. Reſolut. tomo 1. cap. 2. colum. 3. limit. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 18. n. 16. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Cæſ. de Graſſ. deciſ. 154. n. 8. Alex. Raud. dec. 24. nu. 28. & deciſ. 32. num. 320. Ratio eſt, quia quando plures vocantur cum verbo diſtributiuo, quiſquis, perinde eſt ac ſi eſſent ſingulariter nominati, & ideo veniunt in viriles, dicta l. 1. & ibi Bart. & alij communiter hoc affirmant, C. de impub. 18

Licet contrarium teneat Dec. in dicta l. fin. numer. 3. C. de impub. 19

Limitatur tertiò, quando ſubſtituti eſſent Caius, & eius filij, vel Caius & filij Titij æqualiter, & æquis portionibus, quia tunc per viriles omnes concurrerent, l. interdum, in princip. & ibi Bartol. Paul. Caſtr. & Imol. ff. de hered. inſtit. Paul. Caſtr. in l. vltima, col. 1. & ibi Iaſ. num. 9. C. de impub. & alijs ſubſtit. Cuman. in l. ſi Titius, & in l. ſi ita quis, ff. de hered. inſtit. Corn. conſ. 240. n. 4. verſ. præterea, lib. 2. Soc. ſen. conſ. 108. n. 2. lib. 3. Ruin. conſ. 97. n. 14. & conſ. 163. n. 7. lib. 2. Pariſ. conſ. 44. n. 13. libr. 3. Hieron. Gabr. conſ. 130. n. 10. in fine, nu. 11. 18. & 23. lib. 1. vbi dicit idem eſſe, ſiue vocati ſint æquali portione in ſingulari, ſiue æqualibus portionibus in plurali, & teſtatur in conſil. 109. n. 12. & ſeq. lib. 2. ſecundum eius conſilium fuiſſe iudicatum; Gomeſ. Variar. Reſolut. tomo 1. cap. 2. colum. 3. limit. 2. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 4. cap. 10. num. 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 18. num. 17. Præt. de interpret. vltim. volunt. folio 200. ſolut. 1. nu. 6. Alexand. Raud. deciſ. Piſan. 24. num. 28. & deciſ. 31. num. 236. & deciſ. 32. latè nu. 318. & ſeqq. & nu. 328. & ſequentibus. 20

21 Intellige primò dictam limitationem, quando hæc verba æqualiter, vel æquis portionibus ſunt poſita in eadem oratione, vt ſi dictum ſit. Titium & filios Caij ſubſtituo æquis portionibus, ſecus ſi in diuerſa oratione eſſent poſita: Titium ſubſtituo, & filios Caij æquis portionibus ſubſtituo, quia tunc hæc verba important æqualitatem inter filios Caij, non autem inter filios Caij, & Titium: ita Paul. Caſtr. *in dict. l. interdum, num. 3. verſic. ex hoc ſequitur. ff. de hæred. inſtit.* Ruin. *conſil.* 104 *num.* 3 *verſic. nec obſtat, libr.* 2. Dec. *conſil.* 597. *num.* 9. Surd. *conſil.* 178. *num.* 7. *libr.* 2. Menoch. *dicta præſumpt.* 18 *num.* 17. *verſic. hac tamen declaratio*, Mant. *de conіect. vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 10. *nu.* 6. *in fine*, Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 201. *num.* 7. Alexan. Raud. *deciſ. Piſan.* 32 *num.* 342.

22 Contra tamen tenuerunt Imol. *in d. l. interdum*, Alex. *conſil.* 55. *num.* 3 *lib.* 4. Afflict. *deciſ.* 309. *nu.* 2. non tamen recederem à prima opinione, quæ & magis communis eſt.

23 Intellige ſecundò dictam limitationem non procedere, ſi teſtator ita dixiſſet: ſubſtituo Petrum, & Ioannem fratres meos, & filios Nicolai alterius fratris mei æquis portionibus, nam hoc caſu dictio, æquis, refertur ſolum ad filios Nicolai inter ſe, ſecundum Ruin. *conſil.* 164. *libr.* 2. quem refert & ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 18. *nu.* 18. *verſic. idem eſt*, limitantes hoc caſu *dictam l. interdum*.

Sed certè exiſtimo nullam faciendam eſſe differentiam inter hunc caſum, quando teſtator vocat Petrum, & Ioannem, & filios Nicolai æquis partibus, & caſum, quando ſubſtituit Petrum, & filios Nicolai æquis portionibus, vt in limitatione *ſupra numer.* 20. nam & in hoc caſu ſecundo, verbum, æquis, poterat referri ſolum ad filios Nicolai, non ad Petrum, & ita in caſu *d. l. interdum*, & tamen vult referri & ad Petrum, & hoc quia omnes ſunt in eadem oratione comprehenſi, & regulantur ab eodem verbo diſpoſitiuo, quæ ratio militat & in caſu Ruini, vnde non video cur diuerſum determinari debeat, *l. illud, ad finem ff. de legat.* *Aquil.* & in ſimili, ita arguit Socin. ſen. *dicto §. quidam rectè, num.* 5 *in fine*. Et in ſpecie illud conſilium Ruin. reprobat Alexan. Trent. *dicta deciſ.* 32. *nu.* 337. *verſic. quartum dubium*, per totum illud dubium, vbi diſtinguit, quod aut omnes ſunt poſiti in eadem oratione qualificata per verbum æquis, & tunc in capita fiat diuiſio, & moriente altero ex filijs, eius portio accreſcat omnibus: aut ſunt poſiti in diuerſis orationibus per duo verba principalia, & hoc caſu fiat ſucceſſio in ſtirpes.

24 Intellige tertiò dictam limitationem, vt non procedat, quando vocationi, æquis portionibus additum eſſet verbum, in ſtirpes, ſic. ſubſtituo Petrum, & filios Nicolai æquis portionibus in ſtirpes, nam hoc caſu in ſtirpes erit ſuccedendum, & dimidiam habebit Petrus, & alteram dimidiam habebunt filij Nicolai, Alexand. *conſil.* 170. *nu.* 5. Socin. ſen. *conſil.* 104. *col.* 3 *libr.* 3. Dec. *conſ.* 465. *col. pen.* Pariſ. *conſil.* 44. *nu.* 14. *lib.* 3. Menoch. *d. præſumpt.* 18. *n.* 18. *in fine*. Præt. *de interpr. vltim. volunt. folio* 201. *nu.* 7. *in fine*.

Idem eſſet, vbicunque ex alijs verbis appareret de contraria mente teſtatoris, Alexand. Raud. *d. deciſ.* 32. *numer.* 325.

Alia pro declaratione dictæ limitationis videnda erunt apud Præt. *de interpret. vltim. volunt. folio* 201. *nu.* 7. *in fine*.

25 Limitatur quartò, quando teſtator vocaſſet Titium & eius filios, vel Titium & filios Caij, vt communicent inter ſe, quia tunc æqualiter omnes admittentur, Socin. ſen. *conſil.* 108. *num.* 1. *lib.* 3. Rip. qui plura congerit *in l. re coniuncti, n.* 111. *ff. de legat.* 3. Menoch. *d. præſumpt.* 18. *num.* 37. Præt. *de interpretat. vltim. volunt. fol.* 201. *num.* 6.

Limitatur quintò, quando teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum extra familiam, poſtquam vocauit patrem, & filios collectiuè, quia ex prohibitione adiecta reſultat præſumptio voluntatis teſtatoris, quod voluerit omnes in viriles vocare, Dec. *in l. vlt. in fine*, & ibi Curt. iun. *num.* 14. *C. de impub. & alijs ſubſtitut.* qui mouentur ex text. *in l. Lucius, §. Lucius ff. de legat.* 2. Socin. ſen. *conſil.* 108. *colum.* 1. *libr.* 3. vbi dicit eſſe communem opinionem. Pariſ. *conſil.* 4. *nu.* 22. *libr.* 3. Præt. *de interpret. vltim. vol. fol.* 201. *n.* 7. *verſ. rurſus*. 26

Contrarium tamen verius eſſe exiſtimo, quod non obſtante prohibitione alienationis ſucceſſio deferatur, prout deferretur ea omiſſa, nam intelligi poteſt, quod teſtator voluerit conſeruare in familia iuxta portiones à ſe factas, hoc eſt pater in ſua dimidia conſeruet, & filij in eorum dimidia: prohibitio enim alienationis ſtat acceſſoriè ad præcedentem ſubſtitutionem, nec eam alterat, ſed prohibitio regulatur à ſubſtitutione, Menoch. *conſil.* 493. *num.* 17. vbi dicit eſſe communem, Odd. *conſil.* 48. *num.* 32. Rimin. iun. *conſil.* 531. *num.* 43. vbi ita patet in Rota iudicatum. Peregr. *conſil.* 38. *num.* 8. *libr.* 1. & eſt conſilium Collegij Patauini, Honded. *conſil.* 78 *num.* 35. *& ſeqq. lib.* 1. Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſ.* 45. *& deciſ.* 368. *n.* 9 *& deciſ.* 649. *n.* 2. *par.* 1. cum multis alijs congeſtis *infra quæſt.* 679. vnde ſi præcedens ſubſtitutio non vocat omnes in viriles, nec per prohibitionem alienationis iudicetur argumentum, quòd teſtator voluerit eos ſic vocare. Nec *dict. l. Lucius, §. Lucius, ff. de legat.* 2. probat opinionem primam, quia ibi prohibitio alienationis non fuit in cauſa, quod Seia, & alij collectiuè vocati ſuccedant in viriles, ſed hoc fuit quia Seia non erat liberta, vnde veriſimile non erat quod teſtator, qui voluit conſulere familiæ, voluerit dimidiam, & ſi plus habere Seiam extraneam, quam quemlibet de familia: vnde ſi Seia fuiſſet liberta & de familia dimidiam habuiſſet, ſecundum intellectum Bartol. ibi, quem alij communiter ſequuntur. Vel dicendum eſt ſecundum intellectum Imol. quod omnes ibi erant vocati in viriles, prout fuerunt nominati, non in capita, ſed ſecundum vocationem collectiuam, hoc eſt liberti vnam quartam, libertæ aliam quartam, manumiſſi in teſtamento aliam, & aliam Seiæ, & hunc intellectum ſequitur & Rip. loco *infra ſtatim citato*: & hoc modo *dict. §. Lucius*, probat hanc opinionem. 27

Et in ſpecie hanc limitationem improbarunt Iaſ. *in dict. l. vltim. nu.* 4. *verſic. reſpondent, C. de impub. & alijs ſubſtit.* Rip. *in l. re coniuncti, n.* 106. *ff. de leg.* 3. & Menoc. *d. præſumpt.* 18. *num.* 19.

Poſſet tamen procedere limitatio, quando teſtator vocaſſet Petrum extraneum, & de aliena familia, & filios Ioannis, qui erat de familia, & poſtea adieciſſet prohibitionem alienationis, vt bona in familia remanerent, ſecundum intellectum *d. §. Lucius* approbatum à Bart. ibi, & alijs communiter, vt paulò ſupra diximus, & infra ſtatim dicemus.

Limitatur ſextò, quando vocatus fuiſſet Titius omninò extraneus, & filij fratris, vel alterius de familia, vel familia ipſa, tunc enim quia non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe Titium extraneum habere maiorem portionem, quam ſinguli filij fratris, vel ſinguli de familia, ideo in viriles ſuccedent *d. l. Lucius, §. Lucius*, ſecundum intellectum Bart. Din. Comen. & aliorum communiter, qui tenent hanc opinionem, quam probauit Aret. *in l. ſi pater, ff. de vulg.* & Dec. *in l. vltim. in fin. C. de impub. & alijs ſubſtit.* 28

Verum eſt, quod Rip. *in d. l. re coniuncti, nu.* 106. improbauit 29

probauit

probauit hunc intellectum ad *d.§. Lucius*, quem Bart. & alij tenent, adducendo aliu m intellectum, vt per eum: ſed tamen ſiue verus ſit, ſiue falſus hic intellectus Bart. limitatio tenenda erit, cum ſit fundata in veriſimili mente teſtatoris, ad Gloſ. *in l. tale pactum, C. de pact.* & ſæpè dictum fuit.

30 Limitatur ſeptimò, quando teſtator vocaſſet Titium, & poſthumos, vel filios naſcituros Seij, quia quotquot poſthumi naſcantur in viriles admittentur, *l. quidam relegatus, §. vltim. iuncta l. vtrum ff. de reb. dub* & ibi Din. Bart. Paul. Caſtr. & Soc. ſen. *num. 2.* Alex. *in l. vlt.* & ibi Iaſ. *col. vlt. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Ruin *conſ. 97. num. 11. conſ. 162. column. 3. & conſ. 16, lib. 2.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 201. num. 7. verſ. rurſus*, Menoch. *d. præſumpt. 18. nu. 13.* Ratio eſt, quia teſtator non potuit proprio nomine nominare filios, qui nondum nati erant, & ideo ei nil poteſt imputari, & veriſimile eſt, quod ſi teſtator ſciuiſſet plures naſci debere, quòd omnibus æqualiter prouidiſſet.

31 Cæterum alij tenuerunt contrarium, quod non in viriles admittantur poſthumi, ſed ſolum in dimidia, & in alia dimidia Titius, Alber. *in l. quidam, §. vlt. ff. de reb. dub.* & ibi Cuman. & Caſtrenſ. idem Caſtrenſ. *in dicto §. verum, & in l. vltima.* & ibi Alex. *num. 4.* & Dec. *num. 4. C. de impub. & alijs ſubſti.* Iaſ. *in l. qui filiabus, § 1. nu. 10. ff. de leg 1.* Rip. *in l. re coniunctis, num. 108. ff. de leg 3.* Soc. iun. *conſil. 171. col vltima. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſil. 130. nu. 13. & ſeqq. lib. 1.* & hæc opinio mihi magis applaudit, quia quamuis teſtator non potuerit ſcire quot poſthumi naſcerentur, potuit tamen de facili prouidere omnibus diſtribuendo partes, & eos in virili vocare, quod cum non fecerit, ſtandum erit regulæ *dicta l. interdum*, & ſic ceſſat ratio Bart. & aliorum, pro prima opinione relatorum.

32 Si tamen in numero ſingulari teſtator vocaſſet poſthumum, hoc modo, ſubſtituo Titium & poſthumum fratris mei, in viriles, omnes poſthumi admitterentur, quia tunc veriſimiliter teſtator non cogitauit de pluribus naſcituris, Ripa *in dicta l. re coniunctis, nu. 109.* poſt Paul. Caſtr. relatum à Gabr. *d. conſil. 130. num. 13. & ſeq. libro 1.* vbi tamen dicit hoc procedere, dummodo diſpoſitio ſit relata ad certum partum, ex quo licet plures poſthumi naſci poſſint, tamen quia communiter vnus naſcitur, ſi plures naſcantur pro virili admittuntur ex veriſimili mente teſtatoris, aliud eſt quando in ſingulari vocatus eſſet poſthumus ex quocunque partu, vel quandocunque naſciturus, & dicit hoc colligi *ex d. l. vtrum.*

33 Et ſi cum diſtributiua eſſent vocati poſthumi, vt quiſquis poſthumus vel quicunque poſthumi, omnes pro virili admittentur, Soc. iun. *conſ. 171. col. vlt. libro 2.* Hier. Gabr. *d. conſ. 130. n. 13. lib. 1.*

34 Quod ſi vocati eſſent Titius, & filij Caij tam nati, quam naſcituri, in viriles non fieret diuiſio, licet de poſthumis facta eſſet mentio, quia ſi iam natos non nominauit proprio nomine, quos facilè nominare potuit, colligitur voluntas, quod in ſtirpes, non in capita ſubſtitutio facta ſit. Ruin. *conſil. 164. num. 10. lib. 2.* Menoch. *d. præſumpt. 18. n. 24.*

35 Limitatur octauò, quando illi nomine collectiuo comprehenſi, eſſent prius nomine proprio vocati, vt ſi dictum eſſet ſubſtituo Petrum, & Ioannem, & Iacobum eius filios, ſecus eſſet, quando præcederet nomen appellatiuum & ſequeretur proprium, vt ſi dixit, ſubſtituo Petrum, & eius filios, Ioannem, & Iacobum, nam cum præcedit nomen proprium veniunt in capita, cum autem nomen appellatiuum veniunt in ſtirpes, Albert. *in l. vlt.* & ibi Iaſ. *col. vltima*, & Dec. *C. de impub. & alijs ſubſtitut.* Iaſ. *in l. pater filio, column. 1. ff. de vulg.* vbi alios adducit Ruin. *conſil. 97. numero 12. & 15. libro 2.* Decian. *conſil 320. numero 5.* Socin. iun. *conſilio 104. column. 2. & ſeq. libro 1.* Hier. Gabr. *conſil. 130. num. 11 in fine, & numero 12. lib. 1.* Menoch. *d. præſumpt. 18. numero 25. & 32. & ſeqq.* Præt. *de interpretar. vltim. volunt. fol. 320. numero 12.* vbi alios allegat, & idem tenet *fol. 200. ſolut. 1. num. 20. verſic. ex quibus*, Alex. Raud. *dec. Piſan. 31. n. 236.*

Pro comprobatione adducitur doctrina Bartol. *in l. ſi ſeruus communis, n. 3. verſic. tertio caſus. ff. de ſtip. ſeru.* vbi ait, quod ſi ſeruus acquirit Caio, & alijs dominis ſuis, Caius tanquam proprio nomine nominatus habet dimidiam, & aliam dimidiam alij Domini nominati appellatiuo nomine. Et quia filij cum patre reputantur vna ſola perſona, & quamuis filij Petri ſint nomine proprio nominati, hoc tamen factum fuit demonſtratiuè ad ſignificandum qui eſſent filij Petri, & ideo perinde eſt, ac ſi nomina propria non fuiſſent expreſſa, cum tantum gratia demonſtrationis ſint expreſſa.

Contra tamen tenuit Ruin. *in conſil. 163. nu. 5. verſic. & eſt tertius caſus, lib. 2.* in caſu quo ſubſtitutus erat Ioan. Marcus frater teſtatoris, & eius filij, videlicet Paladinus & Hector, & Angelus nepotes ex fratre Io. Marci, & vult quatuor partes fieri, vna quarum ſit Angeli, & reliquæ tres Ioan. Marci, & filiorum. Rationes tamen Ruini impugnat, & bene Menoch. vbi ſupra *nu. 33. & ſequentibus.*

Sublimitatur primò, quando non omnes qui ſub nomine collectiuo venire poſſunt, non eſſent nominati, vt ſi teſtator vocauit Titium, & eius filios, Petrum & Ioannem, & alios filios omiſit: vel vocaſſet Titium & filios Caij, Petrum, & Ioannem cum alij extarent, qui ſint omiſſi: nam hoc caſu, licet nomen appellatiuum præcederet nomini proprio, in viriles cenſerentur ſubſtituti, Ruinus *conſil. 93. num. 13. lib. 2.* Decius *conſ. 382. num. 5.* Bero. *conſil. 71. num. 8. lib. 2.* Præt. *de interpr vltim. vol. fol. 320. num. 12 poſt medium*. Ratio eſt, quia nomina propria filiorum ſunt expreſſa limitatiuè ad determinationem nominis appellatiui præcedentis, & diſpoſitiuè quo ad Titium ſunt expreſſa propria nomina, nimirum ſi cum Titio per viriles concurrent ſic nominati. 36

Sublimitatur ſecundò, quando apparet de contraria mente teſtatoris ex coniecturis, de quibus videndi erunt, Ruin. *conſ. 97. nu. 12. & 15. & conſil. 163. col 2. & ſeq. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 37. nu. 82. lib. 2. & conſil. 4. num. 20. & ſeq. lib. 3.* Menoch. *d. præſumpt. 18. num. 25. in fine*. Præt. *d. fol. 320. num. 11.* 37

Declaratur tertiò principalis concluſio, vt non procedat, quando eſſet vocatus Titius cum vel vnà cum filijs ſuis, & Sempronius, quia tunc Titius cum filijs habebunt dimidiam, & aliam dimidiam Sempronius, *l. vlt.* & ibi Doctor. *Cod de impuber. & alijs ſubſtit.* Hier. Gabr. *conſil. 130. num. 19. & ſeqq. lib. 1.* Menoch. *d. præſump. 18. n. 26. & ſeqq.* 38

Ratio eſt, vt habetur *in d. l. vlt* quia pater, & filius reputantur vna, & eadem perſona, qua de re plura per Menoch. *loco proxime citato*. Et licet Titius, & Sempronius per copulam ſint coniuncti, maior tamen eſt coniunctio naturalis inter patrem, & filios, vt dicit Ruin. *conſil. 163. num. 4. lib. 2.* immo magis ſunt coniuncti pater & filij, quia natura & verbis ſunt coniuncti: at Titius, & Sempronius ſolum verbis: immo Sempronius & filij Titij nullam inter ſe habent coniunctionem, vt dixit ad aliud propoſitum, Menoc. *d. præſumpt. 18. num. 35.* 39

Secundo magis ſtringit, quia dictiones iſtæ, vnà, 40
cum, ſignificant ſimultaneum actum, vt de dictione,

vna,

vnà, habetur *in auth. caſſa C. de Sacr. Sanct. Eccl. & in l. antiquitas C. de vſufruct.* Pariſ. *conſil.* 79. *num.* 21. *libro* 3. Menoch. ibi *ſupra num.* 31. Et de d. dictione, cum, probatur *in l.* 1. & *in l.* 2. *ff. de pecul. leg.* & *in l.* 1. & *in l.* .. *ff. de fund. inſtr.* Menoch. *d. num.* 31. Ripa *in ff. vet. de iur. gent. ciu. reſp.* 5. *numero* 26. & eſt copulatiua, Cephal. *conſil.*
41
42 410. *conſil.* 19. Præt. *de interpret. vltim. volunt. folio* 148. *num.* 94.

43 Ampliatur primò, & in vocatione facta per copulam, hoc modo, ſubſtituo Titium & eius filios, & Sempronium: nam adhuc dimidiam Titius & filij habebunt, & alteram dimidiam Sempronius, Cin. *in d. l. vlt. nu.* 6. & ibi Alber. *col.* 2. & cæteri communiter, *C. de impub. & alijs ſubſtitut.* Dec. *conſ.* 320. & *conſ.* 382. Ruinus *conſil.* 97. *num.* 17. & *conſ.* 163. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 130. *num.* 20. *lib.* 1. Menoch. *d. præſump.* 18. *nu.* 32. & *ſeqq.* Mant. *d. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 8.

44 Ampliatur ſecundo, & ſi poſtquam teſtator vocauit filios, expreſſit eorum propria nomina, vt ſi dixit, ſubſtituo Petrum, & eius filios Ioannem, & Iacobum, & Sempronium, vt dictum fuit *ſupra n.* 35.

45 Amplia tertiò, & ſi filij ſint emancipati, nam adhuc pater, & filij vnam tantum portionem haberent, Salicet *in l. penult.* & ibi Corn. *nu.* 9. Curt. iun. *in fine*, & Coraſ. *num.* 15. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* Corn. *conſil.* 320. *in fine*, Ruin. *conſil.* 115. *num.* 17. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſil.* 130. *num.* 21. *in fine, lib.* 1. qui teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, nec ab ea recedendum erit per rationes adductas *ſupra nu.* 39. & 40. Et licet ab hac opinione receſſerit Iaſ. *in d. l. fin. num.* 3. eiuſque opinionem defendat Menoch. *d. præſumpt.* 8. *num.* 36. reſpondendo ad rationem, quod pater, & filius vna, & eadem perſona reputentur ob patriam poteſtatem, quæ patria poteſtas ceſſat in emancipato, & ideo non poſſit dici, quod emancipatus ſit vna, & eadem perſona cum patre, quod voluerunt Gloſ. Bald. & Imol. relati à Menochius *nu.* 37. *in fine*, non tamen Menoc. reſpondit ad rationem fundatam in vi dictionis, cum, vel copulæ, quæ requirit ſimultatem, vt dictum eſt ſupra, & ideo rectè dixit Menoch. hanc ampliationem eſſe communiter receptam, & quod in praxi difficile eſſet obtinere contra communem.

46 Limitatur primò hæc declaratio, quando mater cum filijs, & Titius eſſent ſubſtituti, nam mater habebit vnam tertiam, filij vnam aliam, & Titius aliam, & hoc, quia ceſſat ratio, de qua *ſupra nu.* 39. nam nullibi reperitur quod mater & filius pro eadem perſona habeatur, nec mater habet filium in poteſtate, *§. fœminæ. inſtit. de adopt.* & filius natus non dicitur pars materni corporis, *l.* 1. *§. ex hoc edicto, de vent. inſpic. l. ſi aliena*, *§ vltim. ff. de vſucap. & l. partum, cum Gloſſ. ff. de verbor ſignific.* & in ſpecie ita ſcribit Menoch. *d. præſumpt.* 18. *n.* 38. vbi allegat Coraſ. *in l. vlt n.* 20. *C. de impub. & alijs ſubſt.* Gomeſ. *in §. qua actione, n.* 9. *inſt. de act.* Ruin. *conſ.* 115. *n.* 17. *libro* 3. Hier. Gabr. *conſ.* 130. *n.* 22. *in fin. lib.* 1.

47 Ego exiſtimo cum pace horum Iureconſultorum, veram non eſſe eorum opinionem, nam ratio declarationis, de qua agitur, non eſt, quia pater, & filij reputentur vna & eadem perſona, licet id innuat *l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſtit.* prout etiam hanc rationem improbauit Menoch. ipſe *ſupra num.* 26. & *ſeqq.* & *nu.* 36. Sed vera ratio eſt vis coniunctiuæ, & copulatiuæ, quæ coniungit, & copulat patrem & filios, & ideo tunc reputantur vna perſona, vt ſuprà dictum eſt.

Præterea in emancipatis ſecundum communem opinionem, *vt ſupra num.* 45. pater & filij emancipati ſuccedunt ſolum in dimidia, & tamen nec emancipatus dicitur vna & eadem perſona cum patre, vt ibi diximus: nec me mouet differentia inter filium emancipatum reſpectu patris, & filium reſpectu matris conſiderata à Ruin. *conſil.* 115. *n.* 17. & *ſeq. lib.* 3. nam hæ ſubtilitates ſunt ignotæ teſtatoribus, eorum autem verba debent naturaliter intelligi, & prout communiter ſolent proferri ab hominibus eiuſdem conditionis, immò nec Ruinus ipſe ſubtiliſſimus Iureconſultus, ſi teſtamentum feciſſet cum his verbis, certus ſum, quod ad has ſubtilitates animaduertiſſet, ſed ſolum ponderaſſet vim verborum ab eo prolatorum, an coniungant honoratos, vel ſeparent, non autem conditionem perſonarum beneficiatarum, & ego in hoc toto tractatu in dubijs opinionibus ſemper conſideraui, quomodo ego verba intellexiſſem, ſi teſtatus eſſem.

Limitatur ſecundò hæc declaratio, quando ſubſtitutio eſſet facta de patre, & filijs in illis Prouincijs, vbi parentes non habent filios in poteſtate, vt in Gallia, quia frater ſuccedet in tertia, filij in tertia, & alius vocatus in alia tertia, Menoch. *d. præſumpt.* 18. *num.* 40. vbi dicit quod dicendum ſit de Venetis, & Raguſeis. Verùm dubito de veritate, & diſſentio per dicta in præcedenti limitatione. 48

Limitatur aliter ex dictis pro limitatione præcedentium declarationum.

Declaratur quartò non procedere, quando maritus cum vxore & Titio eſſent ſubſtituti, quia quilibet in tertia ſuccedet, Menoch. *d. præſumpt.* 18. *num.* 41. & *ſeq.* ſed cogita. 49

Declaratur quintò, quando fratres, & Titius eſſent vocati, quia dimidiam habebit Titius, aliam dimidiam fratres, Mant. *de coniect. vltim. volunt lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 9. vbi declarat. 50

Sed quid ſi teſtator vocat Titium, & Seium nepotes ex vno fratre, & Caium nepotem ex alio fratre, & eorum filios in ſtirpes, & non in capita, an clauſula in ſtirpes referatur ad Titium, Caium, & Seium, an verò ſolum ad eorum filios? hunc caſum habui in facto ſuper teſtamento D. Camilli Zoni, & tenui opinionem, quod clauſula referatur, niſi ad filios, & ita obtinui ex iudicio Clariſſ. Iureconſulti D. Seruilij Trei Vicarij Prætorij, & deinde ob eius eximias virtutes Conſiliarij Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ & Equitis, aduerſantibus duobus præſtantiſſimis Aduocatis DD. Franciſco Portulaca Eq. & Hieronymo Ferro. 51

Quid autem dicendum ſit, quando pater inſtituiſſet, vel ſubſtituiſſet filios, & filias in eo, in quo de iure ſuccedere debent, an æqualiter ſuccedant ſecundum iuris communis diſpoſitionem, an verò prout à iure municipali ſunt vocati? Breuiter teneo attendenda eſſe ſtatuta, prout voluerunt Iaſ. *in l. omnes populi, in ſecunda lect. n.* 28. *ff. de iuſt. et iur.* Soc. ſen. *conſ.* 1. *num.* 18. *et* 33. *lib.* 4. vbi de communi opinione teſtatur Albert. Brun. poſt Lancell. Dec. *in tract. quod ſtant. maſcul. artic.* 5. *quæſt.* 12. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 13. Carp. *ſuper ſtat. Mediol. cap.* 277. *nu.* 43. Præt. ſenſit *de interpret. vlt. vol. fol.* 202. *n.* 11. 52

Quando enim teſtator ſe refert ad iuris diſpoſitionem intelligitur de iure municipali non de iure communi, Menoch. poſt plures *conſ.* 95. *n.* 93. Peregr. *de fideicom. art.* 15. *n.* 53. & videnda erunt dicta q. 377. 53

Contrarium tamen tenuerunt Bald. in l. quicunque, *num.* 12. *ff. de ſeru. fugit.* Iaſ. *in d. l. omnes populi, in prima lect. n.* 3. *ff. de iuſt. et iur.* Corn. *conſ.* 83. *nu.* 13. *conſ.* 91. *nu.* 3. *lib.* 1. *et conſ.* 202. *n.* 9. *lib.* 3. 54

SVMMARIVM.

1 *Subſtituti pro parte facta in inſtitutione ſuccedunt ex ſubſtitutione. Ampl. a et Declara per totam quæſtionem.*

Præ-

Prædilectus in inſtitutione præſumitur prædilectus in ſubſtitutione.

10 *Partes factæ in ſubſtitutione vulgari cenſentur repetitæ in fideicommiſſaria annexa.*

11 *Partes factæ in inſtitutione, non cenſentur repetitæ in ſubſtitutione, quando ſubſtitutio facta eſt ſub proprijs nominibus, quia in viriles ſuccedunt omnes. Ampl. & Decl. n ſeqq.*

16 *Partes factæ in inſtitutione non cenſentur repetitæ in ſubſtitutione, ſed æqualiter ſuccederent ſubſtituti, quando fuerunt æqualiter grauati.*

20 *Partes factæ in inſtitutione non dicuntur repetitæ in ſubſtitutione, quando non hæredibus omnibus facta eſt ſubſtitutio, ſed tantum aliquibus ex eis, nam tunc æqualiter ſuccederent.*

21 *Subſtitutio facta in legatis, vel donationibus cauſa mortis, non regulatur ſecundum partem factam in inſtitutione, ſed ſubſtituti æqualiter ſuccedent. Lim. num. ſeq.*

25 *Partes factæ in inſtitutione non cenſentur repetitæ in ſubſtitutione, quando inter ſubſtitutos vocatos adeſſet copula.*

QVAESTIO CCCCLXXVIII.

Verum partes factæ in inſtitutione, cenſeantur repetitæ in ſubſtitutione?

1 IN præcedenti quæſt. diximus, pro qua parte ſuccedant ſubſtituti; ibi autem in prima declaratione diximus remiſſiuè, partes factas in inſtitutione, cenſeri repetitas in ſubſtitutione: ſed quia hæc propoſitio non eſt abſolutè vera, ideo de hoc articulo agendum erit: faciendo tamen concluſionem, quod partes factæ in inſtitutione, cenſentur repetitæ in ſubſtitutione, quæ probatur in *l. qui liberis, § hæc verba, ff. de vulg. in l. ſed ſi plures, ff. eod. & in §. ſi ex diſparibus inſtit. de vulg. in §. ſubſtituitur, inſtit. de pupil. ſubſtit. & in l. 1. C. de impub. & alijs ſubſtit.* & ibi Gloſ. Bart. *num. 1.* Bald. Paul. Caſtren. Alex. Iaſ. Dec. *num. 5.* & alij communiter, Gloſ. *in l. qui complures*, & ibi Bartol. & alij *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Iaſ. *in l. vlt. num. 9.* & ibi Sebaſt. Sap. *nu. 15.* & Coraſ. *num. 6. in fin. C eod. de impub.* Gomeſ. *de ſubſtit. fideicommiſſ. cap. 5. num. 24.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro 5. tit. 1. num. 20.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 200. ſolut. 1. & fol. 264. num. 7.* Alexand. Trent. *de ſubſtitut. part. 5. cap. 1. numero 3. & 8.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1345. num. 16.* Menoch. *libro 4. præſumpt. 18. num. 9.*

Et in fideicommiſſaria ſubſtitutione hæc ſententia probatur *in l. nonnunquam, & in l. quoties, et in l. Lucius, §. pater, ff. ad Trebell.*

2 Ratio etiam eſt, quia affectionem, quam habuit teſtator in inſtitutione, præſumitur habuiſse, & in ſubſtitutione *l. cohæredi, § qui diſcretas, ff. de vulg. l. Lucius, §. Mæuia, ff. ad Trebell.* Curt. iun. qui dicit communem *conſil. 9. num. 8.* Crauet. *conſil. 147. num. 7.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1345.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 16. num 7.*
3 Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 264. num. 15.* dixi *quæſt. 468. n. 17.* Vnde etiam generaliter dicitur ſubſtitutionem declarari à præcedenti inſtitutione, *l. Lucius, §. pater, in fin. et §. ſeq. et l. quoties, ff. ad Trebell.* Doctor. communiter *in d l. 1. C de impub. et alijs ſubſtitut.* Socin. iun. *conſil. 66. num. 4.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *et conſil. 75. num. 23. lib. 3.* Maſcard. latè *d. concl. 1345.* Menoch. *d. præſumpt. 16 num. 7.* Ceph. *conſ. 411. num. 8 et ſeq.* rurſus
4 Mennoc. *conſ. 452. nu. 7.* Honded. *conſ. 57. n. 6. et 9. lib. 1.* & dixi *qu. 11.*

Ampliatur primò, & ſi vocatio ſit facta nominibus appellatiuis filiorum, nepotum, vel fratrum *l. Lucius, §. Mæuia, il 2. ff. ad Trebell. l. heredes nominatim, ff. de leg. 1.* & in vtroque loco Bart. idem Bartol. *in l. 1. verſic. quarto caſu*, & ibi Dec. *num. 5.* & alij communiter, *C. de impub. et alijs ſubſtit.* Gulielm. Benedict. *in cap. Rainutius, in materia reciproca, num. 12. extr. de teſtam.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 5. cap. 1. n 4.*

Declaratur iſta ampliatio vt procedat, quando omnes ſub nomine appellatiuo filiorum, vel nepotum, vel fratrum vocarentur, ſecus eſſet, quando alij eſſent filij, alij nepotes, alij fratres, & vocarentur tam vni, quàm alij, vt ſi dictum eſſet, ſubſtituo filios meos, nepotes, & fratres; nam hoc caſu ſubſtituti æqualiter ad ſubſtitutionem admitterentur, Angel. *in l ſi communis ſeruus*, & ibi Imol. *ff de ſtipul. ſeruor.* Iaſ. *in l. 1. Codic. de impub. et alijs ſubſtit.* Socin. ſen *in l verum, §. quæſitum, ff. de reb. dub.* Guliel Benedict. *in cap. Rainutius, in materia reciproca num. 12 extr. de teſtam.* Alex. Trent. *de ſubſtit. part. 5. cap. 1 num. 4. verſic. Hæc ampliatio, et num. ſeq.* Ratio eſt, quia natura copulæ eſt diſtribuere æqualiter inter perſonas copulatas *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob reis, l. 1. et 2. C ſi plur. vna ſententia*, ergo perſonæ ſic vt ſupra vocatæ per copulam, vel punctum, qui eſt loco copulæ, vt dixi *q. 455. nu. 15.* æqualiter ad ſubſtitutionem erunt admittendæ. Nec curandum erit de Decio, qui contrarium tenuit *in d. l. 1. C. de impub.* eius enim rationibus ſatisfacit Trent. *loc. cit.* 5

Intellige tamen hanc declarationem procedere, vt æqualiter ſuccedant fratres, vel nepotes, vel filij, & nepotes, vt ſcilicet dimidia ſpectet ad fratres, & altera dimidia ad nepotes; ſed inter fratres inter ſe ſe, & nepotes inter ſe ſe, vel filios inter ſe ſe ſuccedant pro portionibus hæreditarijs, arg. *d. l. Lucius, §. Mæuia, ff. ad Trebel.* & ita declarant Imol. *in l. ſi communis ſeruus ff. de ſtipul. ſeruor.* Aret. *in §. ſi ex diſparibus, inſtit. de vulg.* Socin. ſen. *in d. l. verum, § quæſitum, ff. de reb. dub.* Alexand. Trent. *d. part 5. ca. 1. n. 5. in fine*, a quibus tamen diſſentit Angel. *in d. l. ſi communis ſeruus.* 6

Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator antea vocauit aliquando nominibus appellatiuis, aliquando nominibus proprijs, & poſtea dixit, quos inuicem ſubſtituo, nam tunc idem eſt, ac ſi appellatiuis nominibus ſubſtitutio facta eſſet, Cin. *in d. l. 1.* & ibi Bald. Salicet. Caſtr. Iaſ. Alex. Dec. & alij communiter, *C. de impub.* Bart. *in l. ſi plures, de vulg. et pupill ſubſtit. et in l. ſiue à certis, ff. de duob. reis.* Salic. & alij *in l. vlt. C. de imp.* Alexandr. Trent. *d. par. 5. ca. 1. n. 7.* Et probatur hæc ſententia *in l. ſi plures, ff. de vulg.* 7

Idem eſſet, quando ſubſtitutio non appareret facta nominibus proprijs, vel appellatiuis, vt eſt quando probaretur per teſtes ſubſtitutio, qui non recordarentur quomodo ſit facta ſubſtitutio, & pro qua portione, nam pro partibus datis in ſubſtitutione locum haberet, vt dicit Alex. Trent. *loco ſupra ſtatim citato.* 8

Ampliatur tertiò, vt partes factæ in ſubſtitutione vulgari, cenſeantur factæ in fideicommiſſaria annexa. *l. Lucius, §. pater et §. ſeq.* & ibi Gloſ. & Doct. *ff. de vulgar.* Pereg. *conſ. 69. n. 14. in fine lib. 5.* 9

Limitatur primò, quando ſubſtitutio facta eſt expreſſis proprijs nominibus, quia tunc æqualiter vocarentur ſubſtituti, non pro portionibus hæreditarijs, *l. nonnunquam, et l. quoties. ff. ad Trebell.* Gloſ. *in l. 1.* & ibi Bart. Bald. Paul. Caſtr. Alex. Iaſ. Dec. & alij communiter, *Codic. de impub. et alijs ſubſtit.* Gloſ. *in d. §. ſi ex diſparib.* & ibi Doctor. *inſtit. de vulg. ſubſtit.* Cuman. *in l. Turpia, ff. de legat. 1.* Gulielm. Bened. *in capit. Rainutius, in materia reciproca, numero 9. extr. de teſtam.* Alexand. Trent. *de ſubſtit. part. 5. cap. 1. numero 12.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. numero 21.* Maſcard. *de probation. con-* 10

cluſ.

cluſ. 1345. num. 38. Præt. de interpret. vltim. vol. fol. 264. num. 7. Quæ autem ſit ratio differentiæ, quando fit ſubſtitutio nominibus appellatiuis, & quando nominibus proprijs, Doctores plures afferunt. Prima eſt, quando ſubſtitutio fit per nomina appellatiua, fit ſub vnitate ſermonis abſque interpoſitione copulæ, & tunc habetur ſola ratio ad portiones hæreditarias, & quando fit per nomina propria, neceſſe eſt quod copula interueniat, vel punctus, qui eſt loco copulæ, copula autem de ſui natura diſtribuit vim verbi æqualiter inter perſonas nominatas, d. l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, & d. l. 1. C. ſi plur. vna ſent. ita hanc rationem vltra alios ponderant Cuman. in d. l. Turpia, in fine, & in l. ſi communis ſeruus. ff. ad Trebell. & Fulgoſ. in d. l. 1. C. de impub. Secunda adducitur ratio à Bald. in d. l. 1. quod quando fit ſubſtitutio per nomina propria, tunc perſonæ enumerant portiones, & ſic habetur ratio perſonarum, non portionum; ſed quando fit per nomina appellatiua, portiones dinumerant perſonas, nimirum ſi ad portiones hæreditaria reſpiciendum eſt.

Tertia eſt ratio, quia appellatiua nomina omnibus ſunt communia, vnde quatenus eſt communis hæreditas, eatenus cenſentur grauati: at nomina propria conueniunt ſeparatim cuilibet, nec poſſunt inter ſe communicari, ideo in viriles cenſentur ſubſtituti, d. l. nonnunquam, ff. ad Trebell.

11 Extenditur primò iſta limitatio, & ſi teſtator aliquos nominibus proprijs, aliquos appellatiuis vocaſſet, quia vocati nominibus proprijs in viriles ſuccedent, & ſubſtituti nominibus appellatiuis pro portionibus hæreditarijs, Barto. in l. Turpia, ff. de leg. 1. & in l. 1. & ibi Sal. Alex. Iaſ. verſic quinto, & Decian. numero 9. Codic. de impub. & alijs ſubſtitut. Aret. d. §. ſi ex diſparibus, ff. de vulg. Gulielm. Benedict. in cap. Rainutius, in materia reciproca, numero 13. extr. de teſtam. Alexand. Trent. d. par. 5. capit. 1. numero 17. quæ concluſio probatur argum. l. planè la prima in ſecundo reſponſo, ff. de leg. 1. & l. ſi pater filio, ff. de vulg. facit text. cum Gloſ. in l. ſi quis teſtamento, ff. de ſtatu liber.

Extenditur ſecundò hæc limitatio, & ſi nominibus proprijs eſſet iunctum nomen appellatiuum, dummodò appellatiuum ſequatur, aliud ſi præcederet dicendum eſſet, vt ſi dictum ſit, ſubſtituo Titium, & Seium filios, &c. per viriles ſuccedatur: ſi verò dictum eſſet, ſubſtituo filios Titij: videlicet Caium, & Seium, & tunc pro portionibus hæreditarijs, Gloſ. in l. ita liber. §. vltim. ff. de ſtat. liber. Gloſ. in l. nonnunquam, ff. ad Trebell. Bald. in d. l. 1. & ibi Corn. & Iaſ. num. 2. verſic. tertio caſu, Cod. de imp. Bald. in l. Turpia, §. vltim. ff. de legat. 1. Gulielm. Bened. in cap. Rainutius, in materia reciproca, num. 11. extr. de teſtam. Alexan. Trent. d. cap. 1. num. 6. & num. 13. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 200. ſolut. 1. num. 2. & conferunt dicta quæſt. præced. num. 35. & ſeqq. vbi videndum erit.

Diſſentiunt tamen Fr. Cor. & Dec. num. 5. & in d. l. C. de imp.

12 Sublimitatur primò, quando hęredes eſſent eiuſdem nominis, & teſtator dixit Petros ſubſtituo, quia tunc non æqualiter, ſed ſecundum partes factas in inſtitutione ſuccederent, Cuman. in d. l. Turpia, ff. de legat. 1. Iaſ. in l. 1. verſic. Hinc eſt, C. de impub. & al. ſubſt. Guliel. Bened. in d. cap. Rainutius, in materia reciproca, numero 10. extr. de teſtam. Alex. Trent. d. part. 5. cap. 1. numero 11. verſic. Et hinc primo infertur. Et ratio eſt, quia inter eos non cadit copula, quæ de ſui natura diſtribuit æqualiter inter perſonas nominatas d. l. reos, & probatur hæc ſublimitatio, in l. ſi hæredes nominatim, in verbo, enumeratio, iunctis his, quæ Bart. ibi dicit, ff. de leg. 1.

13 Sublimitatur ſecundò, quando vocati nominibus proprijs inſtituti ex diſparibus partibus, eſſent etiam grauati ex diſparibus, quia hoc caſu admittentur pro portionibus, prout fuit iniunctum grauamen, Bartol. in l. Turpia, in prima oppoſ. ff. de legat. 1. & in l. 1. & ibi Salic. & Dec. C. de imp. & al. ſubſt. Soc. ſen. in l. vtrum, §. quæſitum. ff. de reb. dub. Alex. Trent. d. par. 5. ca. 1. n. 14. & probatur in l. vtrum, §. vlt. ff. de reb. dub. & in l. quoties, ff. ad Trebell. & facit ratio, de qua in ſeq. limit.

Limitatur ſecundo, quando teſtator eos æqualiter grauauit, quia tunc cenſetur & æqualiter vocaſſe, non pro portionibus hæreditatis, vt probatur in l. quoties, ff. ad Trebell. & ita ſcribunt Gloſ. in l. 1. & ibi Iaſ. num. 1. Dec. n. 10. & alij communiter, C. de impub. & al. ſubſtit. Aret. in d. §. ſi ex diſparibus, ff. de vulg. & in tract. de teſt. gloſſ. 83. circa finem, Soc. ſen. in l. vtrum, §. quæſitum, n. 3. ff. de reb. dub. Gulielm. Bened. in ca. Rainutius, in materia reciproca, n. 7. extr. de teſtam. Capr. de ſubſtit. recipr. n. 37. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. n. 21. Alexan. Trent. de ſubſt. par. 5. cap. 1. n. 10. Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 264. n. 7. Maſcard. de prob. concl 1345. n. 38. 14

Limitatur tertiò, quando aliqui eſſent coniuncti; nam hi prius admitti debent, l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulgar. & ibi Doctor. Bartol. in l. Lucius, num. 18. & ibi Rip. num. 36 & ſeq. & Alciat. num. 48. ff. eod. Zanch. in l. hęredes mei, §. cum ita, num. 396. & num. 269. ſecundum primam impreſſionem, §. ad Trebell. Decia. conſil. 96. num. 1. lib. 2. Odd. conſ 57. Menoch. latiſſimè conſil. 198. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiam, & lib. 4. præſump. 75. n. 4. Pereg. de fideicomm. art. 9. nu. 14. cum alijs multis congeſtis q. 494. vbi tamen videndum erit, quia concluſio non eſt vera abſolutè, ſed recipit plures declarationes, vt ibi dictum fuit. 15

Limitatur quartò, quando ſubſtituti partes ſuas hæreditatis non acceptaſſent, quia ex ſubſtitutione venire non poſſent, l. ſi plures, in 1. cum Gloſ. ff. de vulg. & pup. ibi ſubſtituti videntur qui hæredes extiterunt. Paul. Caſtr. in d. l. 1. C. de impub. & al. ſubſtit. & ibi Alexand. & Iaſon. 16

Sed contraria ſententia mihi videtur verior cum Rainerio, in d. l. qui plures, & Decio, in d. l. 1. num. 11. C. de impub. nam in d. l. qui plures, verba illa, qui hęredes extiterunt, intelligi debent de hæredibus ſcriptis, ſic, qui hæredes ſcripti extiterunt, vt intelligunt Rainer. & Decius, non debent intelligi de his hæredibus, qui hæreditatem adiuiſſent, vt volunt Alexandr. & alij pro prima opinione relati, ibi enim aderant plures hæredes, aliqui hæreditatem adiuerant, & vnus ex his, qui adiuerat mortuus erat, poſt cuius mortem vnus ex hæredibus repudiauit hæreditatem, quærebatur, an ad portionem repudiantis admitti deberet, & hæres hæredis mortui, an ſolum hæredes viui, & ibi Iuriſconſultus dicit admitti alios, qui hæredes extiterant, ſcilicet ſcripti, & ita etiam exponit Gloſ. vltima, licet poſtea ſubdat nec repudiantes admittendos eſſe, quod & dixerat ante in verb. an ſuperſtites allegando l. quidam, C. de iur. & delib. l. ſi plures ff. de vulg. & l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. Cogita tamen ſi poſſet dici, quod in directis ſubſtitutionibus repudians ſuam partem hæreditatis, non poſſit ſuccedere vti ſubſtitutus in aliorum portionibus, quia vnam partem complecti, & alteram repudiare non poſſit, d. l. quidam, C. de iur. deliber. & ita procedat intellectus, Gloſ. Alexan. & aliorum in d. l. qui plures, qui etiam verus ſit, cum lex ſit poſita ſub rubrica de directis ſubſtitutionibus, aliud vero ſit dicendum in fideicommiſſaria, quia gradus inſtitutio eſt omnino ſeparatus à gradu ſubſtitutionis, vnde inſtitutus poteſt repudiare inſtitutionem, & ſuccedere ex ſubſtitutione, l. ſi tu ex parte, ff. de acqui. hæred. quæ tamen loquitur in directa ſubſtitutione, vnde per hanc legem vi- 17

detur

detur abſolutè tenendum cum Rainerio & Decio.

18 Limitatur quintò, quando non omnibus hæredibus facta eſset ſubſtitutio, ſed tantum aliquibus ex eis, tunc enim non eſset habenda ratio ad portiones hæreditarias, *l. Turpia, §. vltimo, ff. de legat. primo*, quem text. ad hoc allegat Iaſ. *in d. l. 1. num. 2. verſ. tertio, C. de impub. & al. ſubſt.*

19 Limitatur ſextò in ſubſtitutione facta in legatis, vel donationibus cauſa mortis, quia æqualiter ſuccedetur, non pro portionibus hæreditarijs, & ſi facta ſit ſubſtitutio per nomina appellatiua *l. vnica, §. ſed vt manifeſtum, iuncta Gloſ. ibi, in verb. pro ciuili*, ſicuti ibi intelligit Paul. Caſtr. *C. de caduc. tollend.* Alexand. *in l. quoties ff. ad Treb. & in l. 1.* & ibi Iaſ. *num. 2. verſ. limita tamen*, & Dec. *num. 9. in fine, C. de impub.* Soc. ſen. *in l. virum, §. quæſitum, ff. de reb. dub.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius, in materia reciproca, nu. 10. extr. de teſtam.* Alex. Trent. *de ſubſt. part. 5. cap. 1. num. 15.* Præt. *de interpret. vltim. vol. fol. 200. ſol. 1. num. 2.*

20 Declaratur hæc limitatio, vt procedat in onere extrinſeco, ſecus in onere intrinſeco rei legatæ, quia grauati cenſebuntur legatarij pro portionibus pro quibus legatum fuit factum, ita Doctores *citati ſupra*.

21 Limitatur ſeptimò, quando inter ſubſtitutos vocatos adeſset copula, vt tribus inſtitutis, videlicet Petro in duabus vncijs, Ioanne in quatuor, & Iacobo in ſex, teſtator dicat, & Iacobo moriente ſine liberis, ei ſubſtituo Petrum, & Ioannem, nam tunc pro portionibus hæreditarijs non ſuccedent, ſed in viriles, & hoc ob vim copulæ, quæ habet vim diſtribuendi æqualiter inter copulatos, vt ſupra dictum eſt, ita limitant Cumanus *in l. Turpia, §. 1. ff. de legat. 1.* Fulgoſ. *in l. 1.* & ibi Iaſ. *nu. 2. &* Dec. *nu. 8. C. de impub.* Dec. *conſ. 56. num. 22. & 23. libro 3.* Maſcard. *de Probat. concl. 1348. nu. 32.* & videnda erunt dicta *ſupra nu. 5.* Sed aduerte, quod etiam ſine copula in caſu propoſito res tranſit ſine difficultate, cum ſubſtitutio ſit facta expreſſis proprijs nominibus ad dicta *ſupra nu. 10.* immo nec video quomodo rectè poſſint exprimi nomina propria ſine copula vel puncto: limitatio ergo in ſe eſt vera, ſed magis erunt accommodanda dicta de copula ad vocationem factam nominibus appellatiuis, vt dictum fuit *ſupra n. 5. & 6.*

22 Limitatur octauò, quando alij eſsent coniuncti, alij diſiuncti, nam tunc coniuncti præferri debent, & his non extantibus ſuccedent diſiuncti, vt dicam q. 494.

S V M M A R I V M.

1 *Filij poſt eorum parentes vocati ordine ſucceſſiuo, cenſentur vocati per vulgarem tantum, non autem per fideicommiſſum. Ampl. & decl. per totam quæſt.*

1 *Inſtitutio facta de filio, & eius filijs, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo per vulgarem inter filium, & eius filios. Ampl. & decl. n. ſeqq.*

2 *Subſtitutio præſumitur potiùs directa, quàm fideicommiſſaria.*

3 *Inſtitutio facta de fratre, vel agnato, & eius filijs, cenſetur facta de filijs ordine ſucceſſiuo per vulgarem, nõ fideicommiſſum. Ampl. & decl. n. ſeqq.*

4 *Inſtitutio de fratre, vel filio, & poſt eum de eius filijs, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo per vulg. Contra alij ibid. decl. n. 6.*

5 *Subſtitutio per verba diuerſa ciuilia facta, ſi aliquo caſu iure directo valere potuit non obliquatur.*

6 *Clauſula codicillaris per verba futuri temporis facta, reſoluit ſubſtitutionem directis verbis ciuilibus factam in fideicommiſſariam, ſi adſunt verba habentia tractum temporis in futurum.*

7 *Inſtitutio de fratre, & in defectum eius de eius liberis intelligitur quod liberi ſint vulgariter tantum ſubſtituti patri non per fideicommiſſum. Contra numero 8.*

9 *Inſtitutio de fratre, & eius liberis de gradu in gradũ, vel ordine ſucceſſiuo, interpretatur vulgaris inter fratrem & eius liberos.*

10 *Inſtitutio de filio, ſi facta eſt, & ſi filius non viueret, de nepote interpretatur, vt nepos per fideicommiſſum ſit filio ſubſtitutus. Decl ibid.*

11 *Inſtitutio de fratre, vel filio, & filijs facta indicatur fideicommiſſaria, quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.*

12 *Inſtitutio de filio, & nepotibus facta interpretatur fideicommiſſaria ad fauorem nepotum, ſi teſtator non extantibus nepotibus alium ſubſtituit.*

13 *Inſtitutio de fratre, & liberis, vel deſcendentibus eius, & ſic per nomen collectiuum indicatur fideicommiſſaria ſubſtitutio ad fauorem deſcendentium. Contra n. 14. decl. ibid. in fine.*

15 *Inſtitutio de filio vel fratre, & quibuſcunque filijs naſcituris, ſi facta eſt filij cenſentur per fideicommiſſũ patri ſubſtituti contra nu. 16.*

17 *Inſtitutio de filio, vel fratre, & eius hæredibus, ſi eſt facta, hæredes cenſentur ſubſtituti per fideicommiſſum. contra n. 18.*

19 *Clauſula codicillaris per verba futuri temporis facta operatur, vt ſi inſtitutus ſit filius, vel frater, & eius deſcendentes, quod per fideicommiſſum ſubſtituti dicantur deſcendentes, Contra num. 21. Decl. num. 20. et 22.*

23 *Subſtitutio de filio et nepotibus, ſi eſt facta per verbum ſubſtituit, nepotes per vulgarem dicuntur ſubſtituti, Contra n. 24. decl n. ſeq.*

26 *Subſtitutio de fratre, vel agnato, et eius filijs facta per verbum ſubſtituit, quando inter eos datur ordo ſucceſſiuus, intelligitur per vulg. Ampl et Decl. numer. ſeqq.*

27 *Subſtitutio de fratre, et eo præmortuo de eius filijs, vel deſcendentibus, iudicatur vulgaris.*

28 *Subſtitutio de fratre, et in defectum eius de filijs illius indicatur vulgaris. Contra ibid.*

29 *Subſtitutio de fratre ſi eſt facta, et eo non extante de eius filijs, filij cenſentur ſolum per vulgarem fratri ſubſtituti, Contra n. 30. decl. ibid.*

31 *Subſtitutio de fratre, et eius filijs non traditur ad fideicommiſſum, quamuis adſit clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, contra numero 32.*

33 *Subſtitutio de fratre, et eius filijs per copulam facta intelligitur ordine ſucceſſiuo ſucceſſiuus ordo erit per vulgarem. contra n. 34. decl. n. 35.*

35 *Subſtitutio de fratre, et eius filijs indicatur fideicommiſſaria, ſi in teſtamento adeſt clauſula vulgariter, et per fideicommiſſum.*

36 *Subſtitutio compendioſa facta de fratre, et eius filijs indicatur fideicommiſſaria ad fauorem filiorum fratris, qui ſucceſſit per fideicommiſſum hæredi, contra numero 37.*

39 *Vulgaris ſubſtitutio in fideicommiſſis fieri poteſt.*

41 *Subſtituens filio fratrem, et poſt mortem eius filios ſuos, dicitur filios fratris per fideicommiſſum ſubſtituiſſe.*

42 *Subſtitutio de fratre, ſi eſt facta, et poſt eum de eius filijs, filij fratris per fideicommiſſum dicuntur parenti ſuo ſubſtituti, contra n. 43.*

44 *Subſtitutio de fratre, et eius filijs, cenſentur fideicommiſſaria, ſi in ſubſtitutione adſunt verba denotantia perpetuitatem.*

45 *Subſtitutio de fratre, et eius filijs, operatur quod*

filij

filij dicantur patri ſuo per fideicommiſſum ſubſtituti, ſi dictum ſit, quod bona remaneant, &c.

46 Subſtitutio de fratre, & eius filijs interpretatur fideicommiſſaria ad fauorem filiorum, ſi ſubſtitutio concepta eſt verbis denotantibus fideicommiſſum, vt ſunt verba obliqua.

47 Subſtitutio de fratre, & eius filijs, ſi eſt facta gradatim, vel de gradu in gradum, vel ſalua gradus prærogatiuæ, filij fratris cenſentur patri per fideicommiſſum ſubſtituti, contra n.48.

49 Subſtitutio de fratre & eius filijs ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo ſi eſt facta, filij patris per fideicommiſſum patri cenſentur ſubſtituti, contra n.50.

51 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus per collectiuam facta ſi fuit, deſcendentes per fideicommiſſum patri cenſentur ſubſtituti, contra n.52. decl. n.53. & ſeqq.

52 Conſequens qui vult cenſetur velle neceſſarium antecedens.

56 Subſtitutio de fratre, & eius filijs ſi facta fuit, filij dicuntur patri per fideicommiſſum ſubſtituti, quando adſunt verba habentia tractum ſucceſſiuum in futurum. Decl. ibid.

57 Subſtitutio de filio, vel fratre, & eius filijs vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum ſi facta fuit, filij cenſentur per fideicommiſſum ſubſtituti parenti ſuo.

58 Subſtituens fratrem, et eius filios per fideicommiſſum, cenſentur per fideicommiſſum filios ſubſtituere parenti ſuo.

59 Subſtitutio de fratre, & eius liberis in ſtirpes & non in capita, ſi eſt facta, filij per fideicommiſſum patri ſuo dicuntur ſubſtituti.

60 Subſtitutio de patre, & liberis indicatur fideicommiſſaria inter patrem, & liberos, ſi aliquod onus perpetuum fuit appoſitum.

61 Subſtitutio de filio, vel fratre, & filijs, ſi eſt facta indicatur fideicommiſſaria, ſi remotior per fideicommiſſum fratri vel filio fuit ſubſtitutus.

62 Dilectus minus non debet eſſe melioris conditionis magis dilecto.

63 Subſtitutio de fratre, & filijs, ſi eſt facta iudicabitur fideicommiſſaria inter fratrem, & filios, ſi teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum.

64 Subſtitutio de fratre, & eius filijs maſculis, ſi eſt facta filij per fideicommiſſum erunt patri ſuo ſubſtituti, ſi vltimo ſine maſculis decedenti fuerunt fœmina ſubſtituta.

65 Subſtitutio de fratre, & eius filijs ſi eſt facta, & filij reciprocè ſint inter ſe ſubſtituti, pariter filij patri ſuo per fideicommiſſum dicentur ſubſtituti, contra n.66. decl n.67.

68 Subſtitutio de fratre, & filijs, ſi eſt facta cum prohibitione bonorum extra familiam, vel extra deſcendentes, vel vt bona in familia remaneant, filij cenſebuntur per fideicommiſſum parenti ſuo ſubſtituti.

69 Subſtitutio de fratre & eius filijs cum qualitate maſculinitatis, ſi eſt facta, filij per fideicommiſſum patri ſuo cenſebuntur ſubſtituti.

70 Subſtitutio de fratre, & filijs, ſi eſt facta cum prohibitione Trebellianica, filij parenti ſuo per fideicommiſſum erunt ſubſtituti.

71 Subſtitutio compendioſa facta filio de fratre, & eius filio & heredibus, ſi facta fuit, filij fratris patri per fideicommiſſum dicuntur ſubſtituti.

72 Subſtitutio de fratre, & eius heredibus ſi facta fuit, heredes fratris per fideicommiſſum dicuntur ſubſtituti.

73 Subſtitutio de fratre, & eius filijs erit vulgaris reſpectu filiorum, ſi teſtator dixit bona liberè, & ſine conditione in fratrem, & eius filios tranſire.

74 Subſtitutio facta de fratre, vel eius filijs, ſi facta fuit, filij ſic per alternatiuam vocati ſolum per vulgarem dicentur patri ſuo ſubſtituti, contra n.75. Ampl. & limit. n. ſeqq.

78 Subſtitutio facta de aliquo, & eius filijs habet locum, ſi extincta eſt ſubſtitutio, nec primi admiſſi cenſebuntur grauati alijs reſtituere, & nu. ſeq. Ampl. & decl. n. ſeqq.

79 Verbum, perueniat, importat actum momentaneum, non ſucceſſiuum.

80 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus poſt eos dato alio ſubſtituto, ſi facta fuit inter ipſos deſcendentes, non reſultat reciproca, contra n.81.

82 Subſtitutio de fratre, & liberis, ſi facta eſt ſubſtituendo inuicem liberos, & poſtea alius ſit ſubſtitutus, inter liberos reciproca facta cenſetur vulgaris, non fideicommiſſaria. Decl. n. 83.

84 Subſtitutio de pluribus facta ſi fuit, & ſi alter ſine liberis deceſſerit alio ſubſtituto eiuſque filijs deſcendentibus in ſtirpes, & non in capita inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, deſcendentes cenſebuntur ſolum per vulgarem ſubſtituti, contra n.85.

87 Subſtitutio paſſiua imperſonaliter facta fratri, & eius filijs, cenſetur facta ſolis inſtitutis.

88 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus per collectiuam facta ſi fuit inter deſcendentes, vulgaris, non fideicommiſſaria facta dicitur, contra ibidem.

89 Subſtitutus frater, & eius liberi, ſi fuerunt heredi, & ſi frater, & eius liberi ſine liberis deceſſerint alio ſubſtituto inter liberos fratris non reſulta fideicommiſſaria.

90 Subſtitutio de fratre, & eius liberis, ſi facta fuit, addito, quod bona tranſirent de deſcendente in deſcendentem, vel de herede in heredem, vel ſimilibus verbis inter deſcendentes fratris inducitur fideicommiſſaria.

91 Subſtitutio de fratre & eius deſcendentibus ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo, ſi facta fuit inter deſcendentes reſultat fideicommiſſaria, remiſſiuè.

92 Subſtitutio de fratre, & eius filijs deſcendentibus vt gradatim ſuccedant, vel de gradu in gradum, ſi facta fuit inter deſcendentes reſultat fideicommiſſaria.

93 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus, inter deſcendentes erit fideicommiſſaria, ſi in ſubſtitutione aderunt verba habentia tractum ſucceſſiuum. Declar. ibi remiſſiuè.

94 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus facta fuit, & appareat teſtatorem perpetuum fideicommiſſum facere voluiſſe, deſcendentes cenſebuntur ſucceſſiuo fideicommiſſo grauati, decl. n.95.

96 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus fideicommiſſaria inter deſcendentes indicabitur, ſi in alia parte teſtamenti inter deſcendentes appareat ſucceſſiuum, & reciprocum fideicommiſſum factum fuiſſe.

97 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus indicatur inter deſcendentes fideicommiſſaria, ſi adeſt clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, contra n.98.

99 Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus inter deſcendentes indicabitur fideicommiſſaria, ſi in teſtamento aderit clauſula codicillaris, contra ibidem.

100 Sub-

Digitized by Google

100 *Subſtitutio de fratre. & eius deſcendentibus, ita quod bona non tranſeant ad extraneum, & inter deſcendentes erit fideicommiſſaria.*

101 *Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus, inter deſcendentes iudicabitur fideicommiſſaria ſucceſſiua. reciproca, ſi dictum fuit ita ſubſtitui, vt hæreditas conſeruetur in agnatione, vel vt bona remaneant ipſis deſcendentibus, vel in familia, vel extra eos non exeant contra numero 102. declara numero 103. remiſſiuè.*

104 *Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus maſculis excluſis fœminis, inter deſcendentes maſculos, iudicabitur fideicommiſſaria ſucceſſiua, & reciproca, contra numero 105. concorditur numero 106. limit. numer. ſeqq.*

108 *Agnationis ratio non extenditur vltra perſonas nominatas quando teſtator maſculos vocauit per nomina propria, vel appellatiua, vel per dictiones relatiuas, dicti, prædicti, & ſimiles.*

109 *Agnationis ratio non extenditur, quando facta fuit ſubſtitutio certo caſu euenientis conditionis.*

110 *Subſtitutio de deſcendentibus cenſetur fideicommiſſaria reciproca, & ſucceſſiua. ſi teſtator mandauit dotari fœminas ex deſcendentibus naſcituras, declar. ibidem.*

111 *Subſtitutio de deſcendentibus iudicabitur fideicommiſſaria ſucceſſiua, ſi teſtator iuſſit inter eos bona eſſe communia, contra ibid.*

112 *Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus indicabitur fideicommiſſaria, ſi dixit teſtator, demum velle bona deuenire ad alium.*

113 *Prohibitio alienationis facta deſcendentibus vocatis inter eos operatur reciprocum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum, contra n. 114.*

115 *Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus ſemper in ſtirpes, & non in capita intelligitur fideicommiſſaria ſucceſſiua inter deſcendentes, del. ibid.*

116 *Verba non debent ſtare ſine effectu operandi.*

117 *Subſtitutio de fratre, & deſcendentibus ſalua gradus prærogatiua inter deſcendentes erit interpretanda fideicommiſſaria ſucceſſiua.*

118 *Subſtitutio inter deſcendentes iudicabitur fideicommiſſaria, quando deſcendentes fuerunt grauati alijs reſtituere.*

119 *Subſtitutio de fratre, & deſcendentibus, inter deſcendentes iudicatur fideicommiſſaria, quando poſt deſcendentium omnium mortem alius fuit ſubſtitutus licet dictum non ſit in tota, contra nu. 120.*

121 *Subſtitutio de fratre, & eius filijs, et filiorum filijs vſque ad quod ex eis erunt deſcendentes, non erit inter deſcendentes fideicommiſſaria, ſed ſolum vulgaris.*

122 *Subſtitutio de aliquo. & eius deſcendentibus iudicatur fideicommiſſaria, quando alter magis dilectus eſt fideicommiſſo grauatus, contra n. 123.*

124 *Reciproca facta inter filios non trahitur ad nepotes.*

125 *Remotior aliquando eſt melioris conditionis proximiore.*

126 *Reciproca fideicommiſſaria ſi facta fuit inter proximiores, pariter iudicabitur facta inter remotiores.*

127 *Subſtitutio inter deſcendentes iudicabitur fideicommiſſaria, ſi detractio Trebellianica illis fuit prohibita, decl. n. 128. & ſeq.*

130 *Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus per fideicommiſſum ſi facta fuit, inter deſcendentes reſultabit ſucceſſiuum fideicommiſſum.*

131 *Subſtitutio de fratre, & eius deſcendentibus, inter deſcendentes erit fideicommiſſaria ſucceſſiua, ſi teſtator reliquit bona Illuſtria.*

QVÆSTIO CCCCLXXIX.

Filij ordine ſucceſſiuo poſt eorum parentes vocati, an dicantur vocati per vulgarem tantum, an etiam per fideicommiſſum?

TRACTATVM fuit ſupra *qu.* 475. an quando vocati ſunt pater, & filij, dicantur vocati ſimul, an ordine ſucceſſiuo, in caſibus autem, in quibus ſimul ſunt vocati pro qua portione ſuccedant, vidimus in præcedentibus quæſtionibus, reſtat vt diſcutiamus, quãdo ordine ſucceſſiuo ſunt vocati, an dicantur per vulgarem, an verò & per fideicommiſſariam vocari? Pro cuius articuli plena cognitione diſtinguo quatuor caſus.

Primus caſus eſt, quando vocatio eſt facta per verbum, inſtituit, & tunc cenſetur facta per vulgarem, ſiue ſimus in his in quibus cadit ordo neceſſitatis, ſiuè ſolum charitatis, & affectionis, prout de his, inter quos cadit ordo neceſſitatis, ſcribunt Cuman. *in l. Gallus, §. quidam rectè* & ibi Aret. Paul. Caſtr. *in fine*, Socin. ſen. *in caſu primo, nu.* 6. Galliau. *n.* 19. Alciat. *in prima lectura, n.* 46. & Torniel. *in Quæſt. n.* 56. *ff. de liber. & poſthum.* idem Soc ſen. *conſ.* 113 *n.* 6. *lib.* 1. *conſ.* 48. *n.* 8. *lib.* 3. *& conſil.* 73. *n.* 17 *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 23. *n.* 3. *conſ.* 78. *n.* 6. *conſ.* 92. *n.* 7. *& cõſ.* 100. *n.* 5. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 205. *n.* 9. *& conſ.* 248. *n.* 6. Pariſ. *conſ.* 81. *n.* 11. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 81. *n.* 12. *lib.* 3. Æmil. Ferret. *conſ.* 10. *n.* 1. Ceph. *conſ.* 607. *n.* 37. Dec. *conſ.* 1. *nu.* 235. *verſ. conſ. Primus caſus lib.* 1. Menoch. *cõſ.* 85. *n.* 77. *& lib.* 4. *præſumpt.* 71. Pereg *conſ.* 26. *n.* 6. *lib.* 4. *conſ.* 68. *n.* 3. *lib.* 5. *& in tract. de fideic. art.* 18. *n.* 5. Craſ. *in § ſubſtitutio, q.* 8. *nu.* 11. vbi dicit eſſe communem opinionem, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 4. *tit.* 8. *in fin.* Clar. *in §. teſtamentum, q.* 80. *verſ. ſed quæro.* Prat. *de interpr. vlt. vol. fol.* 239. *nu.* 45. Intrigl. *de ſubſtit. cen.* 3. *q.* 81. *n.* 7. Ruſtic. *in d. l. cũ auus, lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 29. *ff. de cond & demonſtr.* Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 495. *part.* 4. *in Nouiſſ.* Probatur autem iſta opinio *in l. cum teſtamento, ff. de hæred. inſtit.* & facit, quia nõ præſumitur patrem voluiſſe onere fideicommiſſi grauare filium, *l. ex tribus. ff. de inoff. teſtam.* & ibi Doct. De *conſ.* 95.

Vltra quod ſubſtitutio præſumitur potiùs directa, quàm fideicommiſſaria. *cap.* 1. *de teſtam. in* 6. Gloſ. *in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg.* & ibi Doct. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 66. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 3. *& ſeqq.* Cepħ. *conſil.* 659. *nu.* 7. *& ſeqq.* Decian *conſil.* 26. *num.* 38. *lib.* 2. & plenè dixi ſupra *q.* 6. vbi *nu.* 2. dixi maximè procedere in ſubſtitutione facta liberis ex ſententia Baldi, Soc. iun. Mant. & Maſcard. ibi relatorum. Accedat, quod verbum inſtituit, eſt directum, & verba directa non trahuntur ad fideicommiſſum, *l. non codicillum. C. de teſtam.* Dec. *conſ.* 184. *nu.* 4. Menoch. *conſ.* 85. *n.* 71. Decian. *conſ.* 1. *nu.* 235. *lib.* 1. vnde etiam ſubſtitutio, quę iure directo valere poteſt non obliquatur *d. l. verbis ciuilibus*, & ibi Doctor. *ff. de vulg.* Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 320. *n.* 5. *& ſeq. part.* 1. 2

De his verò in quibus cadit ordo charitatis, & affectionis, quando ordine ſucceſſiuo veniunt, ita ſcribunt Aret *in l. Gallus, §. quidam rectè*, & ibi Alex. Socin. ſen. *nu.* 7. *verſ. ſecundus caſus*, & ibi Alciat. *in prima lectura, num.* 48. qui dicit communem opinionem, *ff. de liber. & poſthum.* Alex. *conſ.* 22. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſ.* 113. *nu.* 6. *lib.* 1. *conſ.* 43. *n.* 8. *lib.* 3. *& conſ.* 73. *n.* 17. *lib.* 4. Dec. *cõſ.* 205. *n.* 6. Chriſtoph. Torn *conſ.* 80. Decian. *conſ.* 1. *num.* 236. *verſ. Secundus caſus, lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione Menoch. *conſ.* 85. *n.* 78. *& lib.* 4. *præſumpt.* 71. *n.* 7. Peregr. *conſ.* 68. *n.* 3. *conſil.* 69. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 5. *& de fideicomm. art.* 18. *n.* 4. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 81. *n.* 7. Mantic. *de coniect. vlt.* 3

vol.lib.4.tit.8.in fine. Rationes ſunt illæmet, quas deduxi ſupra in caſu inſtitutionis eorum, qui ſunt iuncti ordine neceſſitatis, *vt ſupra nu.2.*

4 Ampliatur primo iſte caſus, & ſi addita eſſent verba habentia tractum temporis in futurum, vt ſi dixiſſet teſtator, inſtituo fratrem & poſt eum eius filios, quia adhuc per vulgarem intelligitur, Rim.iun.*in l.precibus, n.326.C.de impub.& al ſubſt.& conſ.539.nu.10. & ſeq.* Peregr.*conſ.69 n.7.lib.1.& in tract.de fideic.art.18. nu. 15.* Ratio eſt, quia ibi ſubſtitutio facta per verba directa ciuilia iure directo aliquo caſu valere poteſt, nõ obliquatur *d l.verbis ciuilibus ff.de vulg.* & ibi Bart.Bald.Angel. Imol.Alexand.Iaſ.& alij.

5 Contra, quando verba habent tractum in futurum, quod importent & fideicommiſſariam, tenuit Rot.Roman.*in nouiſſ decis.495.n.2.part.4.* alias ſub nomine Farinac.impreſſæ, vbi allegatur Soc. ſen.*in d.§. quidam rectè n.18.in quarto caſu*, Dec.*conſ.236.in fine*, Ruin.*conſil.92.& conſ.119.lib.2.* Curt.iun.*conſ.48.nu.4.* Pariſ.*conſ.10.n.30.lib.3.* Crauet.*conſ.22.n.29 & conſ.161.n.10.* Did.*in cap. Rainutius, §.2.in fine extr.de teſtam.* Rot. Roman.in collect.per Farinac.*decis.320.nu.5 part.1.* vbi plures allegat, *& num.3.* declarat procedere dummodò iſte tractus temporis ſit conſideratus in eodem caſu, & in eadem ſubſtitutione, quæ reſpicit vocatos, nõ ſi haberetur in alijs partibus teſtamenti reſpectu aliarum perſonarum, & Rota allegat Crauet. *conſil. 131. num. 4.* Rimin. iun.*conſ.50.n.55.* & Petra *de fideicom.q.5.n.166.* quod tamen ſubdeclaratur ibi à Rota, quando aliter conſtat de mente teſtatoris, quo caſu implicitus tractui temporis poteſt deſignari etiam per coniecturas, Soc.ſen.*conſ.12. col.5 dubio tertio, lib.3.* Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.239.nu.46.verſ.ſed ceſſat ratio*.

6 Quæ opinio maximè procederet, quando teſtamento acceſſet clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, nam tunc hæc clauſula reſoluit ſubſtitutionem directis verbis ciuilibus factam habẽtem tractum in futurum in vim fideicommiſſariæ, vt volunt Doct.*in d. l. verbis ciuilibus*, & ita in ſpecie noſtra ſcribunt Rimin.iun.*conſ.50.nu.66. lib. 1.* & Peregr. *d. art. 18.num.15.& conſil.69.n.9.in fine, cum alijs citatis infra num.19.* à quibus tamen diſſentit ipſe Rimin.iun.*d.conſ. 539.num. 31.*

Et fortius quando verbo directo eſſet iunctum verbum commune, Rota *decis.320.n.6.& ſeqq.*

7 Ampliatur ſecundò, etiam quando teſtator inſtituit fratrem, & in defectum eius, illius liberos, nam adhuc intelligitur per vulgarem, ſecundum Alciat.*conſil.130. libr.3.*

8 Verum diſſentiunt alij, volẽtes tunc importari fideicommiſſariam, Dec.*conſ.480.* Ruin.*conſ.115.lib 3.* Pariſ. *conſ.18.n.14.& 15.lib.2.* Torniel.*in d.§ quidam rectè*, Socin.iun.*conſ.114.colu.4.verſ.& quod teſtator, lib.1.* quos refert & ſequitur Peregr.*de fideicom.art. 18.n. 16.*[Sed aduerte, quod Doctores citati pro vtraque opinione, nõ loquuntur in terminis huius caſus, quando teſtator inſtituit fratrem, & in defectum illius ſuos filios, ſed loquuntur in terminis ſecundi caſus, vt dixi *infra nu. 28.* quando ſubſtitutus eſt frater, & in defectum illius filij; maxima enim eſt differentia, quod ſit facta diſpoſitio per verba communia, & quod facta ſit per verba directa ciuilia; nam quando fit per verba communia, de facili detrahuntur ad fideicommiſſum, vt volunt citati in ſecundo caſu, & eſt indubitatum; at quando diſpoſitio eſt facta per verbum, inſtituit, directum ciuile, vt Doct.*in l.Centurio, ff.de vulg.* Odd.*de compen.part.4.q 2. art.1 in verbo, inſtituo*. non trahitur ad fideicommiſſum, ſi iure directo valere poteſt *l.verbis ciuilibus*, & ibi Bart. Ang.Bald.Imol.Alex.Iaſ.& alij communiter, *ff.de vulg.*

Et in terminis, quod filij non dicantur vocati per fideicommiſſum conſului in vna de Paraticis ex doctrina Albæ.Purpur.& Rimin. quos refert, & ſequitur Peregr. *tract.de fideicom.art.18.n.15.& in fortioribus facie d.conſ.* Alciat.130. *lib. 9.* qui idem tenet in vocatione facta per verbum, ſubſtituit.]

9 Ampliatur tertiò, & ſi appoſita ſit clauſula de gradu in gradum, vel ordine ſucceſſiuo, quia intelligitur per vulgarem, Aret.Alex.Iaſ.Soc.ſen.Rub.& Torniel.*& in l.Gallus, §.quidam rectè, nu.69.ff.de liber.& poſthum.* Decian.*conſ.26.nu.37.lib.2.* vbi plures allegat, Peregr. *conſ. 69.n.5.lib.1.& in tract.de fideicom.art.18.n.39.* Dec.*conſ. 205.nu.6.conſ.228.col.1.& conſ.384.* Soc.ſen. *conſ. 113. col.4.verſ.ad iſta omnia, lib.1.& conſ.73.col.5.verſ.aliquãdo plures, lib.4.* Paul.Caſtr.*conſil.159.col.vlt.lib.1.& conſ. 352.in fine, lib.2.* Corn.*conſ.17.lib.4.* Bertrand. *conſ.9. & conſil.82.col.2.lib.1.* Ruin.*conſ.100.nu. 3. & 5.lib.2.conſ. 23.n.3.conſ.91.n.7.& conſ.78.n.6.lib.2.* Soc.iun. *conſ. 81. lib.3.* Ripa *in l.haeredes mei, §.vlt.nu. 9. ff. ad Trebell.* hæc enim verba ſecundum ſubiunctam materiam importãt directam, nam & per vulgarem poſſunt plures gradus ſubordinari, *l.cum teſtamento, ff. de hered. inſtit.* & cum verba, de gradu in gradum poſſint conuenire vulgari, in dubio ſubſtitutio erit interpretanda directa, non fideicommiſſaria, vt dictum eſt *ſupra nu. 2.* Et quando dictum fuit, ordine ſucceſſiuo, quod intelligatur per vulgarem, colligitur, quia ſucceſſio, à qua deriuatur adiectiuum, ſucceſſiuus, intelligitur directò, non per obliquum, *l.1.in princ.& §.quibus, & l.vlt. ff. de ſucceſſ. edict. & l.vltim.C.eod.* & ita arguit Decian.*d.conſil.26.n.37.in fine lib.2.*

10 Declaratur primò hic caſus, vt non procedat, quando teſtator inſtituit filium, & ſi ille non viueret, nepotem, quia nepos per fideicommiſſum dicitur vocatus, Baldus *conſil.340.ſi pater, libr.5.* Corn. *conſil. 226. libr.4.* Alciat.*in l.Gallus.§ quidam rectè, in prima lectura, num.47. ff.de liber.& poſthum.* Menoch.*lib.4.præſumpt.71.num.6.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.3.q.81.nu.4.* Dupliciter tamen ſubdeclaratur ſecundum Alciat. Menoch.& Intrigl.*locis citatis*. Primò quando ſubſtitutio eſt facta filio pupillo, quia pupillaris iudicabitur. Secundò quando ex aliquibus coniecturis conſtaret teſtatorem ſenſiſſe de morte filij, ante propriam mortem, quia intelligeretur nepos per vulgarem ſubſtitutus.

11 Declaratur ſecundò non procedere quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionis, quia tunc intelligitur per fideicommiſſum. Menoch. poſt alios *conſ.633. n.20. & in ſeq.decl.* Rot. Roman. in collect. per Farinac.*decis.320.n.12.in fine par.1.*

12 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator, nõ extãntibus nepotibus, ſubſtituiſſet alium, quia ſicuti ſubſtitutus dicitur per fideicommiſſum vocatus, ita & multò magis nepotes prædilecti à teſtatore, Rot.Rom. *in nouiſſ. deciſion. 493. numer. 2: verſic. quarta ſit*: vbi allegat Bald. *conſil.398.in princip.libr.3.* & Menoch. *conſil.24.num.2.& 3.* addo eundem Menoch. *conſil. 633. num.20.*

13 Declaratur tertiò non procedere, quando vocatio eſſet facta per nomen collectiuum, vt ſi teſtator inſtituit filium, vel fratrem, & eius liberos, vel eius deſcendentes, quia tunc intelligitur per fideicommiſſum. Bald. *conſ.3 5 non eſt dubiũ, lib.3.* Paul. Caſtr.*in l.Gallus, §.quidam rectè ff.de liber.& poſthum.* Soc.ſen.*conſil.12.& conſ. 13.lib.3.* Ruin.*conſ.174.lib.2.& conſ.158.lib.3.* Curt. iun. *conſil 48.* Rebuff.*conſ.176.* Berett.*conſil.33.n.2.* Menoch. *conſ.174.n.3.cõſ.633.n.19.cõſ.1071.n.8.& 9.& cõſ.1155. n.2.& ſeqq.* Peregr.*de fideicom.art.18.n.5.* vbi tamen dicit contrariam opinionem eſſe magis receptam, Rot. Rom.*in nouiſſ.decis.579.n.9.& 12.p.1.& decis.495.n.2.*

verſic.

verſ ſecunda coniectura, vbi allegatur etiam Bart. & Dec. Ratio eſt, quia omnes deſcendentes cum ſint vocati, non poſſunt ſimul, & eodem tempore concurrere, vnde dicendum eſt vnum poſt alium venire, & dici vocatū, quia ita ferit ordinata charitas, *ad l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo*, *ff. de legat.* 2. & propterea directa ſubſtitutio obliquabitur, quia aliàs omnes deſcendentes non poſſent ſuccedere. *l. filiusfamilias*, §. *vt quis hæredem*, *ff. de legat.* 1. *& l. ex facto, in princ. ff. ad Trebell.* & per not *in d. l. verbis ciuilibus*, & ita arguit Peregr. *loco citato*, vbi etiam dicit, nomina collectiua habere tractum temporis implicitum.

14 Contraria tamen opinio tenenda erit, quod collectiua vocatio non alteret ordinem vulgaris, & ita in ſpecie ſcribunt Cuman. & Aret *in l. Gallus*, §. *quidam rectè*, *col.* 3. & ibi Socin. *n.* 6. Claud. Aquenſ. *ante num.* 12. Rub. Alex. *col.* 4. 5. *&* 6 Torniel *n.* 79. *ff. de liber. & poſthu.* Rip. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *n.* 9. *ff. ad Trebell.* Alexand. *conſ.* 24. *col.* 3. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 205. *col.* 3. *&* 4. *cōſ.* 248. *per totum*, *conſil.* 253. *n.* 2. *& col. vlt. conſ.* 287. *col.* 2. *& conſ.* 291. *col.* 1. Pariſ. *conſ.* 82. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. Anguſ. *conſil.* 72. *lib.* 2. Ruin. iun. *conſ.* 50. *& conſ.* 535. *n.* 14. Decian. *conſ.* 26. *n.* 37. *lib.* 1. Chriſtop. Torniol. *conſ.* 80. *n.* 6. vbi plures adducit, & dicit hanc eſſe communem opinionem Peregr. qui alios allegat, *conſ.* 68. *n.* 3. *& cōſ.* 69. *n.* 5. *& ſeqq lib.* 5. vbi teſtatur de communi opinione, & tollit nōnullas authoritates eorū, qui pro contraria opinione adducuntur, Menoch. ſenſit *d præſumpt.* 71. dum non facit differentiam inter verbum filios, & verbum deſcendentes. Rot. Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 320. *n* 5. *& ſeq part.* 1.

Et ratio eſt, quia inſtitutio, quæ iure directo valere potuit, non debet obliquari per reg. *d. l. verbis ciuilibus*, & fuit ratio Aret. qui dicebat, impoſſibile eſſe per fideicōmiſſum ſubſtituere verbis directis ciuilibus, ibi enim in textu dicitur, *verbis ciuilibus ſubſtitutionem poſt* 14. *annum fruſtra fieri conuenit*, alia fuit ratio Torniel. quia directa inſtitutio non eſt apta ſuſcipere fideicommiſſariam *l. non codicillum, C. de teſtam.* Nec verum eſt, quod dictum fuit pro prima opinione, ex vocatione deſcendentium reſultare, quod omnes ſint vocati, & quod cū ſimul non poſſint concurrere intelligantur per fideicōmiſſum vocati, etenim falſum eſt, quod omnes deſcendentes ſint vocati, ſed ſolum cenſentur vocati, qui extant tempore delatæ ſucceſſionis, ideo ex veriori & magis recepta opinione, quando aliqui ſunt per collectiuā vocati, inter eos non reſultat ſucceſſiuum fideicommiſſum, ſed tantum per vulgarem dicuntur vocati, vt latius dictum fuit *q.* 382.

Si tamen vltra nomen collectiuum adeſſent verba in perpetuum, in infinitum, vel alia habentia in futurum tractum, admitti poſſet prima opinio, Peregr. *d. art.* 18. *n.* 5. licet contrarium ſentiat *conſil.* 69. *nu.* 7. *in fine*, *lib.* 5. vbi allegat Anguſ. *conſil.* 72 *lib.* 6. & quid ſi adſit clauſula codicillaris dicam *infra declarat.* 6.

15 Declaratur quartò non procedere, quando teſtator inſtituit filium, vel fratrem, & quoſcunque eius filios naſcituros, quia filij dicuntur vocati per fideicommiſſum, Iaſ. *conſil.* 108. *colu.* 5. *lib.* 4. Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ.* 495. *nu.* 2. *verſ. quod autem*, *part.* 4. vbi dicit maximè procedere, quando filius non habebat vxorem tempore mortis patris, Rot. Rom. in collect. per Farin. *deciſ.* 320. *n.* 12. *p.* 1. Ratio eſt, quia vocati ſunt omnes filij, qui in futurum naſci poterunt ex inſtituto, & ſic diſpoſitio habet tractum in futurum, nimirum ſi ordo ſucceſſiuus intelligitur per fideicommiſſum, ex authoritate plurium citatorum *ſupra n.* 5.

16 Cæterum alij tenent, & hoc caſu cenſeri naſcituros ſolum per vulgarem vocatos, ita Dec. *conſ.* 287. *col.* 2. *& conſ.* 291. *col.* 1. Pariſ. 82. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 2. Pereg. *conſ.* 69. *n.* 7. *lib.* 5. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 18. *numero* 5.

Declaratur quintò non habere locum, quando inſtitutus eſſet filius, vel frater, & eius hæredes, nam cum viuens non poſſit habere hæredes, *l. qui ſuperſtitis*, *ff. de acquir. hæred.* ſequitur per fideicommiſſum hæredes eſſe vocatos, ita in ſpecie Socin. ſen. *conſ.* 12. *& conſ.* 13. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 174. *lib.* 2. *& cōſ.* 178. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 82. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 68. *n.* 3. *& conſ.* 69. *n* 8. *ante fi. lib.* 5. & ſenſit *d. art.* 18. *n.* 5. Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 320. *nu* 5. & ſi placeret declaratio tertia fundata in vi nominis collectiui, poſſet ex ibi dictis comprobari. 17

Verum contrarium tenuit Dec. *conſ.* 253. *num.* 2 *& colum. vlt.* 18

Declaratur ſextò non procedere, quando in teſtamēto appoſita eſſet clauſula codicillaris, præſertim per verba futuri temporis, nam tunc inſtitutio facta de filio, vel fratre, & eius deſcendētibus reſoluetur in fideicommiſſariam, Alex. *in l. Gallus*, § 1. *ff. de liber. & poſthu.* Rip. *in l. Centurio*, *n.* 84. *ff. de vulg.* Soc. ſen. *conſ.* 12. *n.* 16. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 174. *nu.* 13. *lib.* 2. *& conſ.* 158. *n.* 10. *lib.* 3. Curt. iun. *conſil.* 48. *col.* 3. Grat. *conſ.* 8. *n.* 19. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 431. *col. vlt.* Crauet. *conſ.* 22. *n.* 8. D. Pedroc. *conſ.* 30. *n.* 32. *vſque ad n.* 63. *lib* 1. Decian. *conſ* 84. *nu.* 9. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 1071. *n.* 9. *lib.* 11. Pereg. *conſ.* 55. *n.* 5. *lib.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 18. *n.* 6. Turret. *in tract. de clauſ. codicil. qu.* 8. *præcipuè*, *n* 6. 10. *&* 11. Matheat. *tract. de legat. & fideicom. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 4. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *nu.* 264. Rot. Rom. *in nouiſſ. ſub nomine Farinac. deciſ.* 495. *in fine*, *part.* 4. Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ* 320. *n.* 8. *& ſeqq. part.* 1. 19

Maximè quando clauſulæ codicillari eſſet vnita alia clauſula, omni meliori modo, quę defectum formæ ſupplet, Bald. *in l. quoties*, *C. de hæred. inſtit.* Curt. iun. *conſil.* 86 *n.* 4. Crau. *conſil. vlt. n.* 15. Non. *conſil.* 43. *nu.* 7. Neutz. *conſil.* 53. *n.* 11. Berett. *conſ.* 53. *n.* 5. Rim. iun. *conſil.* 2. *nu.* 147. *lib.* 1. Peregr. *d. art.* 18. *n.* 6. Rot. Rom. *in nouiſſ d. deciſ.* 495. *in fine par* 4. 20

Rationem adducit Peregr. quia inſtitutio quo ad liberos, & deſcendentes reſoluitur in ſubſtitutionem cōpendioſam ob nomen collectiuum tractum temporis ſignificans, ideo directum verbum ob vim clauſulæ codicillaris reſoluitur in obliquum.

Contrariam tamen opinionem, quod immo clauſula codicillaris non operatur hunc effectum, tenent Rip. *in l. Centurio*, *n.* 18. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Dec. *in l. precibus*, *nu.* 28 *C. de impuber. & alijs ſubſtit. conſil.* 205. *nu.* 9. *conſil.* 248. *colum.* 4. *conſil.* 287. *num.* 4 *& conſil.* 291. *nu.* 4. Rumin. iun. plenè *conſil.* 50. *num.* 31. *& conſilio* 535. *num.* 31. *& ſequenti*, Anguſc. *conſil.* 72. *n* 6. *lib.* 6. Rot. Roman. *deciſ.* 492. *n.* 2. *part.* 4. *in nouiſſ.* Pereg. *conſil.* 69. *n.* 9. *&* 11. *libr.* 5. vbi dicit, quod clauſula codicillaris non ſupplet defectum voluntatis, allegat Soc. ſen. *conſil* 76. *ad finem*, *lib.* 3. Dec. *locis ſupra relatis*, Cacher. *conſil.* 74. *num.* 41. & Menoch. *conſ.* 326. *nu.* 40. 21

Si tamen in ſubſtitutione interueniſſent verba habentia tractum ſucceſſiuum clauſula codicillaris operaretur effectum fideicommiſſariæ, ſic Peregr. *loco citato* & dixi *ſupra nu.* 6. 22

SECVNDVS caſus eſt, quando teſtator vocauit per verbum, ſubſtituit, eos, inter quos cadit ordo neceſſitatis, & tunc iſti dicuntur ordine ſucceſſiuo vocati per vulgarem: exemplum, quando teſtator ſubſtituit filium & nepotes, nam per vulgarem nepotes tunc dicuntur vocati, Paul. Caſtrenſ. *in l. Gallus*, § *quidam rectè*, *in fine*, & ibi Soc. ſen. *num.* 6. Galliau. *n.* 19. *in fine*, Alciat. *in prima lectura*, *n.* 46. & Torniel. *in quaſt. num.* 65. qui teſtantur hanc eſſe communem opinionem, *ff. de liber. & poſthum.* Socin. iun. *conſ.* 113. *col.* 2. *verſic. ad iſta omnia lib.* 2. *conſil.* 43. *n.* 8. *lib.* 3. *& conſ.* 75. *nu.* 18. *lib.* 4. Ruin. *conſil.* 23. 23

*n.3 conſ.78.nu.6.conſ.92.n.7.& conſ.*100.*nu.5.lib.*2.Dec. *conſ.*205 *nu.9.& conſ.*248.*n.*6.Pariſ.*conſil.*82.*n.* 11.*lib.*2. Soc.iun.*conſil.*81.*nu.*12.*lib.*3.Æmil.Ferret.*conſ.*10.*nu.*1. Ceph.*conſ.*473.*& conſ.*607.*n.*34.Odd.*conſ.*29.*n.* 16. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, *& conſil.* 97. *nu.* 8. Menoch.*conſ.*274.*n.*2.*conſ.*310.*nu.*5.vbi dicit eſſe receptam opinionem, *& conſ.*496.*nu.*1.*verſ.ſecunda*, vbi ſcribit eſſe receptam ſententiam, *& lib.*4.*præſumpt.*71.*nu.*2. Clar.*in §.teſtamentum.q.*80.Peregr.*de fideicom.art.* 18.*n.* 7.Mantic.*de coniect.vltim.vol lib.*4.*tit.* 8. *in fine*, Petr. *de fideicom.q.*11.*n.*161.Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*quæſt.* 81.*n.* 2.Surd.*deciſ.*346.*n.*18.Rot.Roman. *in nouiſſ. deciſ.*492. *in principio, parte quarta*, vbi dicitur eſſe communem opinionem.

Ratio principalis eſt, quia ſubſtitutio in dubio iudicatur directa.*cap ſi pater, de teſtam.in* 6. & dixi *ſupra, n.* 2. Et facit, quia ſubſtitutio, quæ non habet tractum in futurum; cenſetur vulgaris, *l.iam hoc iure, ff. de vulg.* Et cum verba teſtamenti non importent fideicommiſſariam, dicendum eſt teſtatorem eam facere noluiſſe. Soc. ſen.*conſ.*62.*col.*3.*lib.*3

24 Contrariam ſententiam malè probauit Paul. Caſtr. *in d.§.quidam rectè, & conſ.*370.*lib.*1.

25 Declaratur iſte caſus, quando per collectiuam ſubſtituti ſunt deſcendentes, nam per fideicommiſſum cenſentur ſubſtituti, Decian *conſ.*84.*num.*6.7.*libr.*3. vbi teſtatur de communi opinione & allegat Doctor. *in d. §. quidam rectè* Corn *conſ.*231.*& conſ.*163 *colum.*2. *lib.* 1. *conſil.*200.*libr.*2.*conſil.*321.*libr.*3.*conſil.* 17. *& conſil.*47. *libr.*4.Paul.Caſtr.*conſil.* 159.*conſil.*370.*& conſil.*455.*lib.* 2.Alexand.*conſil.* 3 *num.*8.*lib.*4.Dec.*conſil.*256.*in principio*, Cepol.*conſil. Ciuil.* 52. addo Petr.*de fideicomm. qu.* 3 *num.*171. Sed videnda erunt dicta in caſu ſeq. *nu.* 87. *& ſeq. vbi retuli diſſentientes.*

Declarationes aliæ colligendæ erunt ex dictis in ſeq. caſu, Doctores enim hunc, & ſequentem caſum æquiparant.

26 Tertivs caſus eſt, quando teſtator vocauit fratrem, vel agnatum, & eius liberos, per verbum ſubſtituit, & tunc ſi ſucceſſiuo ordine veniunt, intelligitur per vulgarem, Gloſ.*in l.Gallus.§.quidam rectè*, & ibi Bartol. Cum Aret.*n.*4.Soc.ſen.*n.*8.*verſ. tertius caſus*, Torniel. *nu.*56.vbi teſtatur eſſe communem, Alciat.*n.*40.*ff. de liber.& poſthum.*Paul. de Caſtr.*in l.cum ita,§ in fideicommiſſo ff de leg.*2.*& conſ.*159.*ſuper primo col.vlt.& conſil.* 325.*viſis atteſtationibus, nu.*5.*lib.*2. Rip.*in l.hæredes mei, §.vlt.ff.ad Trebell.*Did.*in c Raynutius §.*2.*n.*7.*extr. de teſtam.*Alex.*conſil.*24.*num.*5.*lib.*5.*& conſil.*12.*nu.*7.*libr.*4. Socin ſen.*conſ.*213.*lib.*1.*conſ.*149.*colu.*14.*verſ primo lib.* 2.*& conſil.*73.*num.*17.*lib.*4.Dec.*conſ.*205.*num.*5.6.*&* 7. *conſ.*236.*num.*1.*conſil.*253.*num.* 2.*conſil.*291.*n.*2 *&* 4.*& conſil.*384.Pariſ.*conſil.*82 *nu.*11.*lib.*2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Ruin.*conſil.*23.*num.*3. *conſil.*78.*nu.* 6.*conſil.*200.*num.*5.*lib.*2.*& conſil.*100.*nu.*3.*lib.* 3. Socin. iun.*conſ.*180 *num.*53.*lib.*2.*conſil.*81 *nu.*12.*conſil.* 100.*n.* 34.*& conſ.*136.*nu.*4.*lib* 3.Ceph.*conſil.*473.*lib.*4.Hieron. Gabr.*conſil.*117 *nu.*12.*lib.*1.Cepol.*conſil.*52.*inter conſil. Ciuil.*Corn.*conſil.*231.*lib.*1.*conſil.*17.*colu.* 2. *& conſil.*47. *lib.*4.Crau.*conſil.*131.*lib.*3.Bardel.*conſ.*13.*n.*5.*lib* 1.Odd. *conſil.*29.*numer.* 26. vbi de communi opinione teſtatur, Decian.*conſil.*1.*n.*187.*& ſeqq.& n.*243.*lib.*1.vbi dicit eſſe communem opinionem, *conſil.*16.*nu.*37.*lib.*2.vbi pariter de communi, *& conſil.*37.*lib.*4.Menoch. *conſil.* 85. *num.*79.*conſ.*496.*nu.*9.vbi dicit eſſe veram, & receptam ſententiam, *conſil.*698.*num.*2.*conſil.*836.*nu.*4.*conſ.*1056. *n.*1.*& ſeqq multis.conſ.*1069 *n.*25.*& lib.*4. *præſumpt.*71. *n.*8.vbi dicit eſſe receptam opinionem, Pereg.*conſil.*44. *n.*12 *lib.*1.*conſil.*26.*nu.*4.*& de fideicomm. art.* 18. *num.* 7. Mantic.*de coniectur.vltimar.volunt.lib.*4.*titul.*8. *in fine*, Petr.*de fideicomm.q.*5.*num.*165.*verſ.circa ſecundum*, vbi teſtatur de communi opinione, *& qu.*11.*num.*161.Petr. *de interpret. vlt.vol.fol.*333.*num.*15.Intrigl. *de ſubſtitut. centur.*3.*quæſt.*81.*num.*8.Boer *quæſt.*185.*n.*6.Surd.*deciſ.* 346.*num.*18.Rot.Rom.in collect. per Farinac.*deciſ.*357. *nu.* 1. Et ita ego conſultus reſpondi in vna de Coradellis, *vt in conſil....*

Ratio eſt, quia ſubſtitutio in dubio iudicatur directa, *d.cap.ſi pater de teſtam.in* 6.*&* dixi *ſupra num.* 2. Præterea ſubſtitutio non continet aliquod verbum tractum temporis futurum continens, ideo ſolam vulgarem continet, *l.iam hoc iure ff.de vulg.*Barr.*in l. Lucius, quæſt. penult.ff eod.*& dixi ſupra *nu.*23.*in fine*.

Porrò hæc opinio maximè procederet, quando teſtator ſubſtituiſſet fratrem, & eo præmortuo ſubſtituiſſet eius filios, vel deſcendentes, nam iſti cenſentur per vulgarem ſubſtituti, ſi frater eſſet præmortuus primis hæredibus, Pereg.*conſil.*52.*n.*3.*lib.*1. *& conſil.*29.*n.*4.*lib.* 2.Alex.*conſ.*170 *lib.*5.Ruin.*conſ.*102.*nu.*5. *& ſeqq.lib.*2. Menoch.*conſ.*399.*num* 2.3.19.*& ſeq.* quos refert, & ſequitur Bardel. *conſil.* 13. *num.*6. *verſic. extenditur, & num. ſeq.* 27

Ampliatur primò, quando teſtator ſubſtituit fratrem, & in eius defectum eius filios, nam filij per fideicommiſſum non cenſentur vocati, ſed ſolum per vulgarem. vt dixi *ſupra nu.*7.*& nu.* 8.retuli diſſentientes, & Doctor. ibi citati loquuntur in terminis vocationis factæ per verbum, ſubſtituit, & videnda erunt dicta *qu. ſeq. declar.* 11. 28

Ampliatur ſecundò, vt locum habeat, etiam quando teſtator dixit, & ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo Sempronium fratrem meum, & eo non extante eius filios, nam & tunc filij fratris tantum per vulgarem erunt vocati, Anchar.*conſ.*236.*iſte Magiſter*, Abb. *conſil.* 40.*facti contingentiam li.*1.Alex.*conſ.*22.*lib.*3.Corn. *cõſ.* 195.*lib.*1.*& cõſ.*186.*lib.*3.Iaſ.*cõſ.*134.*col.*2.*lib.*1.Dec.*cõſ.* 63.Pariſ.*conſ.*74.*n.*17.*lib.*2.Soc.iun.*conſ.*180.*n.*63.*lib.*2. Bardel.*conſ.*13.*n.*6.*verſ.extenditur*, Men.*conſ.*496. *n.*10. *verſ.cõprobatur, & lib.*4.*præſum.*71.*n.*10.Intrigl *de ſubſt. cent.*3.*q.*81.*n.*9 Torniel.*in l.Gallus, §. quidam rectè n.*68. *ff.de liber.& poſthum.*Hæc enim conditio, eo non extante, refertur ad verbum ſubſtituo, quod eſt relatum ad tẽpus mortis hæredis, & ideo eo tẽpore adeſſe, vel abeſſe debet, *l.in delictis §.ſi extraneus ff. de noxal. act. l. Titius ff.de teſtam.milit.*& ſic ſẽſus erit, quod ſi frater nõ extabit tẽpore mortis hæredis, ſuccedant eius filij, & ſic in caſum vulgaris, non autem operantur, quod quandocunque non extabit ſuccedunt filij, & ſic tam ante aditã per vulgarem, quam poſt aditam per fideicommiſſum. 29

Verum contrariam ſententiam probarunt Calcan. *conſ.*102.cui ſubſcripſerunt D. Antonius de Roſellis, & D.Franciſcus Capiliſta, & ſequitur Peregr. *d.art.*18.*n.* 17.qui volunt ſubſtitutionem de filijs fratris habere locum tam ante aditam, quam poſt aditam, & ſic etiam per fideicommiſſum, quaſi quod verba, eo non extante, habeant reſpectum ad tempus mortis patris quandocunque non extaret. 30

Prima tamen opinio ſine dubio procedit, quando adeſſet dictio, tunc, vt ſi dictum eſſet, & eo tunc non extante, vt admittunt omnes, præcipuè Dec.*conſ.*63. & Socin. iun.*d.conſ.*180.*n.*70.*lib.*2. Sicuti ſecunda ſecundum omnes eſſet tenenda, ſi dictum fuiſſet, & eo quandocunque non extante, difficultas ergo reducitur quando ſimpliciter dictum fuit, & eo non extante, quæ verba cum ſint indefinita videntur æquipollere vniuerſali, hic tamen aliud non reſoluo, ſed videnda erunt quæ dicam *qu.ſeq.n.*89.*& ſeqq.*

Ampliatur tertiò, & ſi in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris, nam per hoc ſubſtitutio non trahitur ad fidei- 31

fideicommiſſariam. Aret. *in l. Gallus, §. quidam rectè*, & ibi Socin. ſen. *in fine*, & Rub. *num.* 18. *& ſeq. ff. de liber. & poſthum.* Dec. *in l. precibus, nu.* 18. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* Rip. *in l. hæredes mei §. vlt. nu.* 9. *ff. ad Trebell.* & conſulendo Bald. *conſil.* 319. *quidam Nicolaus, colum. vltim. libr.* 5. Curt. iun. *conſil.* 48. *num.* 6. Dec. *conſil.* 205. *colum. vltim. conſil.* 248 *colum.* 4. *conſil.* 287. *col.* 2. *num.* 4. *& conſ.* 291. *num.* 1. Pariſ. *conſil.* 11. *num.* 32. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 101. *num.* 44. & ſecundum aliam impreſſionem, *conſil.* 5. *num.* 39. *lib.* 4. Laderc. *conſ.* 38. *n.* 32. *& ſeqq.* Anguſc. *conſ.* 38. *n.* 8. *& ſeqq. lib.* 6 Purpur. *conſ.* 30. *n.* 9. *& n.* 12. Soc. ſen. *conſil.* 144. *col.* 1. *lib.* 1. Vegg. *conſil.* 74. *num.* 489. Rimin. iun. *conſ.* 371. *n.* 156. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 328. *nu.* 90. *& conſ.* 496. *num.* 11. *& ſeqq.* Peregr. *conſ.* 26. *n.* 5. *lib.* 4. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 5. *nu.* 168. *& quæſt.* 11. *nu.* 162. *ad medium*, Rot. Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 357. *nu.* 9. *& ſeq.* & hanc probaui *in conſil.* 41. & nunc in eadem ſum ſententia.

Mouentur iſti, quia clauſula codicillaris ſolum trahit, & deuoluit cauſam teſtati ad cauſam inteſtati non mutata forma, & cum ſubſtitutio ſecundum dictã formam facta contineat ſolam vulgarem, non autem fideicommiſſariam, clauſula codicillaris non poteſt operari, vt vulgaris conuertatur præter ſui naturã in fideicommiſſariam: illud enim eſſet præter intentionẽ teſtatoris, qui de fideicommiſſaria nõ cogitauit, & vbi deficit voluntas, clauſula codicillaris non operatur, ita Bald. *dict. conſ.* 319. Dec. *in d. l. precibus, n.* 18. Soc. ſen. *conſ.* 76. *ad fin. lib.* 3. Menoch. *conſ.* 326. *n.* 40. *& conſ.* 496. *n.* 11. quod autẽ repugnet mens teſtatoris conſtat, quia teſtator voluit facere teſtamentum, & ſubſtitutionem valere iure directo, non autem facere codicillos, & ſic ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam, cũ maximè vſus ſit verbo ſubſtituo, quod ſignificat directã ſubſtitutionem, Dec. *in l. precibus, n.* 2. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* Soc. ſen. *cõſ.* 232. *col.* 2. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 496. *n.* 13. Et clauſula codicillaris operatur quando teſtamentũ iure teſtamẽti ſuſtineri non poteſt, & ſic quando ſubſtitutio iure directo valere non poteſt, tunc enim ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria, Soc ſen. *in l. Gallus, §. quidam rectè, in fine ff. de liber. & poſthu.* & ante eum ibi Aret. Curt. iun. *conſ.* 48. *n.* 6. *verſ. ex alio*, Pariſ. *conſ.* 11. *n.* 32. *lib.* 2. refert, & ſequitur Menoc. *d. conſ.* 496. *n.* 11. Quæ opinio ſine dubio procederet, quando clauſula concepta eſt per verba præſentis temporis, nam tunc cum ſubſtitutio iure directo per vulgarem valere poſſit, non trahitur ad fideicommiſſum, Philip. Franc. *in c. ſi pater, col.* 39. *de teſtamen. in* 6. Rub. Alex. *d. §. quidam rectè col.* 4. *in fine*. Rip. *in l. Lucius n.* 44. *& ſeq. ff. de vulg.* Soc. iun. *conſ.* 166. *lib.* 2. Pereg. *conſ.* 26. *n.* 5. *lib.* 4. *& in tract. de fideic. art.* 18. *n.* 9. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 60. *nu.* 83.

32 Contrariam opinionem, quando clauſula codicillaris eſt concepta per verba futuri temporis, & non ſolum importet vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam per illum tex. ſcribunt Raph. Cum. Paul. Caſtr. & Alex. *in l. ſi frater, C. de fideicomm.* Filiph. Franc. *in c. ſi pater, col.* 39. *de teſtam. in* 6. Rip. *in l. Lucius, nu.* 44. *& ſeq. ff. de vulgar.* Rub. Alex. *in d. §. quidam rectè, col.* 4. *in fine*, Soc. iun. *conſ.* 166. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 1. *nu.* 302. *& ſeqq. lib.* 1. vbi alios adducit, *& conſ.* 84. *nu.* 9. *lib.* 3. Marcob. ab Anguil. *conſ.* 61. *n.* 194. Odd. *conſ.* 97. *n.* 7. Pereg. *conſil.* 55. *n.* 5. *lib.* 1. vbi loquitur de ſubſtitutione facta de fratre, & eius deſcendentibus ob vim nominis collectiui. idem *in tract. de fideicommiſſ. artic.* 18. *numero* 8. *& ſeqq. & artic.* 19. *nu.* 17. *poſt medium*, Menoch. *conſil.* 1155. *nu.* 7. *& ſeqq. & lib.* 4. *præſumpt.* 60. *num.* 83. Fabius Turrett. *tract. de effect. & defect. clauſ. codicill. quæſt.* 1. Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *num.* 264.

Et quando ſubſtitutio eſt facta deſcendentibus, & adeſt clauſula codicillaris, quod valeat iure fideicommiſſi, adducitur ratio à Menoch. *d. conſ.* 1155. *n.* 7. quod ſcilicet ſubſtitutio de deſcendentibus primo admiſſo non potuit valere iure directo, quia vulgaris expirauit adita hæreditate, *l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtitut.* Doctor. *in l.* 1. *ff. de vulgar.* ergo debuit valere iure fideicommiſſi.

Ampliatur quartò, & ſi frater & eius filij per copulã eſſent vocati, hoc modo, ſubſtituo fratrem, & eius filios, quia per vulgarem dicuntur vocati, Cuman. *in l. Gallus, §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* Alexandr. *conſil.* 22. *libr.* 3. Corn. *conſil.* 47. *libr.* 4. Socin. ſen. *conſil.* 113. *libr.* 1. *& conſil.* 69. *colum.* 4. *libr.* 2. Rum. *conſil.* 159. *num.* 19. *conſ.* 102. *num.* 8. *lib.* 2. *& conſil.* 20. *col. penult. lib.* 3. Decian. *conſil.* 1. *num.* 244. *& nu.* 252. *& conſ.* 4. *nu.* 94. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 473. *n.* 16. *& ſeqq.* Pancir. *conſ.* 59. *n.* 11. *& conſ.* 91. *n.* 22. Peregr. *de fideicomm. art.* 18. *n.* 23. vbi dicit eſſe communem opinionem Petr. *de fideic. q.* 11. *n.* 162. *in fin.* & in his terminis omnes loquuntur. Pro hac opinione adducitur tex. *in cap.* 1. *§. cum autem, in tit. Epiſc. vel Abb.* & facit. nam licet quo ad ſubſtitutum fratrem ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria quia ſubſtitutio eſſet facta in forma compendioſæ, ſic, inſtituo filium, & quandocunque deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo fratrem, & eius filios, non tamen quo ad filios, & nepotes erit fideicõmiſſaria, ſed vulgaris tantum, cum non reperiatur facta cum aliqua dictione ſignificante tractum temporis, & videnda erunt quæ infra dicam *nu.* 33. quando ſubſtitutio eſt facta per compendioſam. 33

Diſſentiunt tamen alij, volentes per fideicommiſſum eſſe vocatos filios fratris, Soc. ſen. *in d. l. Gallus, §. quidam rectè, nu.* 9. *ff. de liber. & poſthum.* Roman. *conſil.* 56. *col.* 2. Dec. *conſ.* 95. *col.* 2. *& ſeq.* Marz. *conſ.* 4. *col.* 2. Iaſ. *cõſ.* 18. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 642. *num.* 9. *verſ. in ſecunda, & num. ſeq.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 239. *n.* 46. *in fine, & fol.* 279. *ſolut.* 9. vbi declarat. 34

Maximè hæc ſecunda opinio procederet, ſi addita eſſet clauſula vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, ita Dec. *d. conſ.* 95. *col.* 3. & Pereg. *d. art.* 18. *n.* 23. vbi dicit tunc rem eſſe claram. 35

Ampliatur quintò, & ſi in ſubſtitutione de alia perſona, & eius filijs facta, adeſſet coniectura, quod vocatio eſſet facta per fideicommiſſum, quia per hoc in alia ſubſtitutione de alio, & eius filijs facta ſubſtitutio non iudicabitur fideicommiſſaria, ſed erit vulgaris, niſi aliæ adſint coniecturæ, quod teſtator voluerit per fideicommiſſum vocare filios poſt eorum patrem, Marcob. ab Anguil. *cõſ.* 161. *n.* 129. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *n.* 263. vbi tamen fatetur, quod ſi aliqua coniectura pro fideicommiſſaria extaret, quod & hæc illi iuncta, valde vrgeret ad demonſtrandum teſtatorem voluiſſe per fideicommiſſum filios ſubſtituere, ſed videnda omnia erunt quæ dicam infra *nu.* 96. 36

Ampliatur ſextò, & ſi teſtator vocaſſet filios & vnus tantum extaret, vel vocaſſet & naſcituros, nam adhuc per vulgarem cenſerentur vocati, Dec. *conſ.* 286. *nu.* 2. *in fine*, Alciat. *conſil.* 5. *n.* 34. *&* 36. *lib.* 4. Rim. iun. *conſ.* 535. *n.* 14. *&* 29. *lib.* 5. quos refert, & ſequitur Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 17. *num* 4. *par.* 1. Reprobata contraria opinione, Iaſ. *conſil.* 108. *col.* 4. *libr.* 4. & Curt. iun. *conſil.* 48. *num.* 4.

Declaratur primò iſte caſu, vt non procedat, quando ſubſtitutio eſſet cõpendioſa, vt ſi dictum eſſet, & quandocunque hęres deceſſerint ſubſtituo fratrem, & eius filios; nã tunc filij fratris, per fideicommiſſum dicerentur vocati, ita ſcribunt relati *ſupra num.* 34. & vltra eos Dec. *conſ.* 425. *n.* 7. Alex. *d. conſ.* 14. *n.* 5. *verſ. & idem, & conſ.* 13. *n.* 7. *lib.* 4. & ibi Caccialup. *in ſubſcriptione, nu.* 12. Socin. ſen. *d. §. quidam rectè, in quarto caſu, n.* 9. *& conſil.* 12. *n.* 12. 37

verſ. ex quibus infero, & conſil. 43. col. 5. verſ. aliquando quinto, & vltimo, lib. 3. rurſus Dec. *conſ. 205. n. 5. in fin. & n. 6. conſil. 228. dubio primo conſ. 236. col. 2. verſ. eſt verum* Soc. iun. *cõſ. 125. n. 10. & ſeq. lib. 1.* quos & alios refert, & ſequitur Decian. *conſ. 1. nu. 50. & ſeq. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. *conſ. 642. n. 9. verſ. in ſecunda, & num. ſeqq. & lib. 4. præſumpt. 71. n. 12.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 239. nu. 46.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 81. n. 12. & ſequentib.* Ratio adducitur, quia compendioſa habet in ſe tractum temporis, ideo ſubſtitutio iudicari debet fideicommiſſaria, cum & hæc in compendioſa contineatur, abſurdum enim eſſet, quod hæres magis dilectus eſſet per fideicommiſſum grauatus erga fratrem, & quod frater non haberet idem grauamen aduerſus eius filios, *ad l. Publius, §. 1. ff. de cond. & demonſtrat.* & tamen caducata ſubſtitutione de fratre, eius filij per fideicommiſſum ſuccederent hæredi.

38 Sed melius ſenſerunt alij, qui volunt, & tunc tantum filios cenſeri per vulgarem vocatos, in dubio enim ſubſtitutio iudicari debet directa *dict. cap. ſi pater de teſtam. in 6.*

39 Et vulgaris ſubſtitutio etiam in fideicommiſſis fieri poteſt *l. vlt. hæredibus ff. de legat. 2. l. vnica, §. pro ſecundo, & §. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollen.* Menoch. *conſ. 85. n. 29.* Hier. Gab. *conſ. 16. n. 14. & ſeqq. lib. 1.* Peregrin. *conſ. 33. n. 3. lib. 5. & in tract. de fideic. art. 1. nu. 11. & ſeqq.* Nec poteſt haberi ratio, quod in compendioſa adſint verba habentia tractum temporis, nam inter hæredem, & fratrem ſubſtitutio continet tractum temporis, cum ſit facta poſt mortem hæredis, ſed inter fratrem & eius filios non adſunt verba, quæ importent tractum temporis, retento themate, de quo ſupra, quando dictum ſcilicet fuit, & quandocunque hæres deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo fratrem, & eius filios, nam tractum temporis ſi adeſſet inter fratrem & filios, & facilè erit concedendum filios per fideicommiſſum eſſe vocatos, & tractus temporis intelligitur in his terminis, ſi dictum eſſet, & poſt fratrem ſubſtituo eius filios, vel quandocunque frater deceſſerit, ei ſubſtituo eius filios, de quibus & alijs exemplis infra dicetur *in ſeqq. declarationibus.*

Et in ſpecie, quod ſubſtitutio compendioſa, ſi hæres deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo fratrem & eius filios, non importet, quod frater per fideicommiſſum ſit grauatus filijs reſtituere, ſed quod filij ſolum per vulgarem ſint vocati, ſcribunt Cuman. *in l. Gallus, §. quidam rectè,* & ibi Soc. ſen. *nu. 7.* & Torniel *nu. 59 ff. de liber. & poſthum.* Paul. Caſtrenſ. *conſil 454. lib. 2.* Alexan. *conſil. 113. libr. 1. conſ. 22. lib. 3. & conſil. 13. & conſ. ſeq* quod eſt conſ. Ant. de prat. *lib. 4.* Corn. *conſil. 17. lib. 4.* Ruin. *conſil. 92. num. 5. conſil. 100. lib. 2. & conſ. 19. n. 8. in fine, & n. ſeqq. lib. 3.* Crauet. *conſil. 131. n. 4.* Ceph. *conſil. 353.* Decian. *conſ. 10. n. 42. lib. 3.* Menoch. *conſ. 318. nu. 66.* Petr. *de fideicomm. q. 5. nu. 157 & q. 11. num. 163.* Peregr. *de fideicomm. art. 18 num. 13. 14. & 23.* & ſentiunt ferè omnes, qui tractant hũc articulum, nam formant caſum compendioſæ ſubſtitutionis.

Et qui pro contraria opinione loquuntur, præcipuè allegati à Decian. *conſ. 1. nu. 250. & ſeq.* non affirmant illam opinionem, ſed eos ſic ſenſiſſe dicit, & Menoch. & Intrigl. loquuntur in alijs terminis, quando compendioſa cum verbis tractum temporis reſpicit perſonam fratris, & filiorum, & hanc ſecundam ſententiam probaui etiam *in conſ. 87. dubio 2. verſ. nec fieri.*

40 Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator inſtituto filio ſubſtituit fratrem, cui quandocunque decedẽdi ſubſtituit eius filios, quia tunc filij dicuntur vocati per fideicommiſſariam, quia inter fratrem & filios adſunt verba, quæ habent temporis tractum, Soc. ſen. *in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 9. verſ. quartus caſus,* & ibi Torniel. *n. 69. ff. de liber. & poſthum.* Decian. *conſ. 1. num. 232. lib. 1.* Peregr. *conſ. 44. num. 12. lib. 1.* Menoch. *conſil. 85. n. 82. & lib. 4 præſumpt. 71. num. 12.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 81. num. 11.*

Declaratur tertiò non habere locum, quãdo, teſtator ſubſtituit filio fratrem, & poſt mortem eius filios ſuos, nam tunc filij fratris poſt eius mortem per fideicommiſſum dicuntur vocati, per eandem rationem, quod verba habentia tractum temporis in futurum reſpiciunt fratrem, & eius filios, Alciat. *in l. Gallus, §. quidã rectè, in prima lectura, n. 19. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Torniel. *n. 67.* Soc. ſen. *conſ. 12. dubio tertio lib. 3.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 71. n. 12. ad medium,* Intrigl. *d. cent. 3. q. 81. n. 12.* & ſentiunt in fortioribus relati *in ſeq. declarat.* Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ. 357. n. 6. & 7. part. 1.* vbi declarat non procedere quando dictio, poſt mortem, reſpiceret perſonam eius cui eſt facta prima ſubſtitutio, ſic inſtituo Titium, & poſt eius mortem ſubſtituo Seium, & eius filios, & ibi Rota plures allegat, *& num. 7.* ampliat & ſi dictio, poſt mortem, ſit appoſita in eadem oratione. 41

Declaratur quartò, quando teſtator ſubſtituit filio fratrem, & poſt eum eius filios, nam filij fratris, & tunc, ob verba habentia tractum in futurum, cenſentur per fideicommiſſum vocati, Alciat. *in d. §. quidam rectè, n. 35. & ſeq.* & ibi Torniel. *n. 67.* Curt. iun. *conſ. 38. nu. 4.* Dec. *conſ. 431.* Crau. *conſ. 22. n. 7.* Decian. *conſ. 1 n. 251. ad medium lib. 1.* Menoch. *conſ. 610. n. 1. lib. 4. præſumpt. 71. nu. 12. ad medium lib. 1.* Marzar. *in Epit. de fideicom. q. 12.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 81. nu. 13.* Peregr. *de fideicom. art. 14. num. 14.* 42

Contrarium malè tenuerunt Ruin. *conſil. 91. lib. 2.* & Alba, *conſ. 29. dubio primo.* 43

Declaratur quintò non procedere, quando in ſubſtitutione adeſſent verba denotantia perpetuitatem, vt in infinitum, in perpetuum, ſemper, quia tunc ſubſtitutio de filijs interpretabitur fideicommiſſaria, Torniel. *in d. §. quidam rectè, nu 71.* refert & ſequitur Pereg. *dicto art. 18. n. 19 in fine, & n. 22.* 44

Declaratur ſextò non procedere, quando dictum fuit, quod bona remaneant, &c. nam hæc verba importarent fideicommiſſariam, Alciat. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 18. n. 19. in fine.* 45

Declaratur ſeptimò, quando teſtator vſus fuiſſet verbis denotantibus ſubſtitutionẽ fideicommiſſariam, nã filij fratris & hoc caſu per fideicommiſſum dicerentur vocati, exemplũ ſi ſubſtitutio obliquis verbis eſſet concepta ſic, ſi filius ſine filijs deceſſerit, ſubſtituo fratrem, qui deinde reſtituat filijs, vel deſcendentibus ſuis vel ſimilibus verbis, Menoch. *d. præſumpt. 71. n. 13.* Intrigl. *d. q. 81. n. 14.* Honded. *conſ. 65. n. 16. lib. 1.* 46

Declaratur octauò, quando frater eſſet ſubſtitutus, & eius filij gradatim, vel de gradu in gradũ, vel ſalua gradus prærogatiua, quia tunc per fideicommiſſum venirent filij poſt fratrem, Torniel. *in d. l. Gallus, § quidam rectè, n. 69. ff. de liber. & poſthu.* Bero. *conſ. 41. n. 4. conſ. 82. n. 7 & cõſ. 83. n. 13. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 11. n. 38. lib. 3.* Decian. *cõſ. 37. n. 91. lib. 1. & conſ. 44. n. 65. lib. 3.* Menoc. *conſ. 698. n. 2. & 8. lib. 7* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 284. n. 19. ad mediũ & fol. 332. n. 4.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q 81. n. 15.* Peregr. *de fideic. art. 18. n. 19.* Ratio eſt, quia iſtæ dictiones, gradatim &c. habent tractum ſucceſſiuum, vnde cum ſubſtitutio ſit compendioſa, & in ea inſit fideicommiſſaria, filij cenſetur per fideicommiſſum vocati, materia enim ſubiecta compendioſæ eſt apta, & fideicommiſſariam continere, & verba ſunt generalia, nimirum ſi fideicommiſſaria contineri debet, maximè cum in fidei- 47

deicommiſſaria conſiderari poſſint plures gradus, l.pe-to.§.fratre.l.cum ita,§.in fideicommiſſo, ff.de legat.2. & l. vlt.C.de verb ſign.

48 Cæterum in contrariam ſententiam iuerunt Ruinus conſ.92.n.8.verſ.& ſic,lib... Menoch.lib.4.præſump.71.n.14.qui tamen dicit eſſe cogitandum,& conferunt dicta à Bardel.conſ.13.num.10.& num.17. vbi alios adducit, & ibi apertè loquitur, quando ſubſtituti ſunt liberi de gradu in gradum in infinitum.

49 Declaratur nonò.quando ſubſtitutus eſt frater, & eius filij ſucceſſiuè,vel ordine ſucceſſiuo,quia per fideicommiſſum filij fratris tunc cenſerentur ſubſtituti, Alciat.in l.Gallus § quidam rectè,nu.27.& ibi Torniel.nu.19.ff.de liber.& poſthum.Bero.conſ.41.num.4.lib.2.Pariſ. conſ.11.n.29.& 38.lib.3.Crau.conſ.231.nu.10.Guald.de art.ſeſt.tit.4.cau.6.remed.1.Præt.de interp.vlt.vol.fol.281.n.13.fol.332.n.4.Pereg.de fideic art.18.nu.29. Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.81.nu.17.Octan.deciſ.Pedem.81.num.15. Probatur iſta opinio eadem ratione, qua & præcedens declaratio comprobata fuit.

50 Contrariam autem ſententiam probarunt alij,volentes,& clauſulam ordine ſucceſſiuo vulgarem,non fideicommiſſariam importare,Ruin.conſ.92.nu.7.& conſil.159.n.19.& ſeq lib.2.Decian.conſ.26.n.37.lib.2.Pet.Anton.Anguſ.conſ.1.in fine,lib.6.Surd.conſ.554.nu.39.lib.4.Menoc.conſ.318.n.85.conſ.878.nu.31.& ſeq.& li.4.præſump 71.nu.16.idem ſenſit Rot.Rom.in nouiſſ.dec.492.in princ.par.4.præſertim dum requirit vocationem per nomen collectiuum, & conferunt dicta à Bardell.poſt alios relatos conſ.13.nu.10.& n.17.Ratio eſt,quia ordo ſucceſſiuus conſiderari poteſt tam in directa, quam in fideicommiſſaria,in dubio autem ſubſtitutio iudicatur directa,c.ſi pater de teſtam.in 6. & videnda erunt dicta ſupra nu.9.verſ.& quando.

51 Declaratur decimò non procedere, quando vocatio eſt facta per nomen collectiuum diuerſorum graduum, vt ſi teſtator vocauit fratrem,& eius liberos,vel deſcendentes,quia tunc per fideicommiſſum dicuntur vocati, Paul.de Caſtr.in l.cum ita,§ in fideicommiſſo, ff.de lega.2.& in l.Gallus,§.quidam rectè, & ibi Soc.ſen.col.pen.verſic.quartus caſus,n.9.Rub.Alex.col.13.verſ tertia concluſio,Bald.conſ.305.non eſt dubium,lib.3.Paul.Caſtr. conſil.370.quia in ſupraſcripto, vbi dicit hanc eſſe veritatem, & clarius conſ.455.ad primum.in princ.& in fine,verſ.ad quintum lib.2.Corn.conſ.47.col.3.verſ.pro hac concluſione,li.4.Alex.d.conſ.24.n.5.& d.conſ.13.n.7.lib.4. Alex.d.conſ.24.n.5.& d.conſ.13.n.7.lib.4.Pariſ conſ.82.nu.9.& 10.lib.2.& conſ.11.n.28.& ſeq lib.3.Rub.Alex.conſ.144.n.7.Crau.conſ.12.col.2.& 3.conſ.22.nu.7.& conſ.131.nu.10.Dec.conſ.2.n.244.& ſeqq.lib.1. vbi teſtatur eſſe communem opinionem,conſ.41.num.61.eod.& conſ.74.n.7.& ſeqq.lib.3.Rebuf.conſ.176.num.16. vbi de communi opinione teſtatur Alba.conſ.51.colum.2.Panc.conſ.59.n.8.Beret.conſ.33.n.2.Soc.ſen.conſ.12.& conſ.43.col.5.li.3.Soc.iun.conſil.125.num.10.& ſeq.lib.1.& conſ.136.lib.3.Rub.Alex.conſil.144.nu.7.Menoch.conſ.85.n.82.conſil.1071.n.7.& conſ.1155.n.2.& n.13.& ſeqq.vſque ad nu.20.Peregr.conſ.55.nu.5.lib.1.& in tract.de fideic.art.18.nu.12. vbi licet loquatur quando adſunt verba in perpetuum, attamen vim facit in nomine collectiuo plurium perſonarum,& graduum & nu.21. vbi teſtatur de communi,Præt.de interp vlt.vol.fol.239.nu.46. vbi alios adducit Ludou.Molin.lib.1.de Hiſp.Primog.cap.5.n.27.verſ.ſi verò materia,& cap.16.n.15. Mant de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.18.n.17.Alex. Raud. deciſ.Piſan.31.nu.25.vbi de communi, Rot.Rom. dec.579.n.11.par.1.in nouiſſ.& dec.492.ante n.1.part.4. vbi tamen requirit, quod vocatio ſit facta ordine ſucceſſiuo, in quibus locis alij eiuſdem opinionis allegantur. Ratio eſt, quia nomina collectiua,deſcendentes,liberi, & ſimilia comprehendunt omnes gradus in infinitum, l.fin.C.de ſuis, & legit.hered.& diximus ſuis locis. quando egimus de liberis, de deſcendentibus, de ſuis,de familia, & alijs. Atqui teſtator vocando per nomina collectiua,cenſetur voluiſſe vocare omnes, qui in eo nomine comprehenduntur,ergo neceſſe eſt, quod voluerit vocare per fideicommiſſum, per vulgarem enim non poſſent omnes admitti,ex quo facta aditione per fratrem, vel aliquem ex filijs cæteri remanerent excluſi,l.poſt aditam, Cod.de impub.& alijs ſubſtitutionibus, & ſi teſtator vult omnes admitti,per conſequens vult per fideicõmiſſum omnes gradatim ſuccedere. 52 nam qui vult conſequens cenſetur velle neceſſarium antecedens,l.illud, & ibi Docto ff. de acquir.hered.cap.ex parte,& ibi Canon.extr.de ſponſ. & hoc argumento vſi ſunt Decian d.conſ.1.nu.247.& conſ.41.n.89.lib.1.& Menoc.conſ.155.nu.3.Peregr de fideicomm.art.19.num.22.in fine. Accedat præterea,quod nomen deſcendentes implicitè importat tractum temporis in futurum,& ſucceſſiuum, Curt.iun.conſil.48.n.4.& alios refert. & ſequitur Menoch. conſil.1155.nu.2. At quando in ſubſtitutione adſunt verba habentia tractum ſucceſſiuum in futurum,vocatio filiorum,vel deſcendentium dicitur per fideicommiſſum facta, vt in ſeq. declaratione,ergo &c.

53 Verum contrariam opinionem tenent alij,quod immo deſcendentes, & tunc ſolum per vulgarem dicãtur vocati,pro nihilo admiſſa in hoc vi nominis collectiui, & ex ſupracitatis plures ſunt, qui non faciunt differentiam in vocatione filiorum,vel deſcendentium, & præcipuè ita tenent plures,quos refert, & ſequitur Torniel. in l.1.§ quidam rectè,n.4.Alex.conſ.13.num.6.& 7.lib.4. Ruin.conſ.92.n.1.& 5.conſ.102.n.8.conſ.159.n.22.lib.2. conſ.19.n.3.in fine,& ſeqq & conſ.128.n.15.lib.3. vbi de communi opinione teſtatur Ceph.conſ.353.n.37.& ſeq. & conſ.473.nu.19.& 20.Vegg.conſ.62.nu.1.& ſeq. Soc.iun.conſ.81.n.13.lib.3.Crau.conſ.161.n.9. Menoc.conſil.85.n.54.& 67.& li.4.præſump.71.n.27.& ſeq.Rim.iun. conſ.371.n.148.& ſeq.Ladecch.Imol.conſil.58.nu.3. Pereg.conſ.44.n.12.lib.1.Menoc.conſ.376.& conſil.640.n.1.& ſequentibus, Bardel.conſil 12.num.5.Pecr.de fideic. q.3.n.177.& q.11.n.161. vbi dicit eſſe communem opinionem, Præt.etiam hanc approbauit mutando opinionem de interpr.vlt.vol.fol.279.ſolut.9.Surd. qui alios multos refert, & ſequitur dec.346.nu.18. Rot.Rom.in collect.per Farinac.dec.357.num.2.part.1. Et hæc mihi magis placet, nam verũ non eſt,quod teſtator voluerit omnes deſcendentes admittere, & ſic ſucceſſiuè vnum poſt alium vocare ad fideicommiſſum, vt in argumento pro contraria opinione, quia immo vulgarem ſolum facere voluit inter fratrem, & eius deſcendentes, ita vt ſi etiam caducata eſſet ſubſtitutio de fratre & admiſſi fuiſſent eius deſcendentes per vulgarem,quæ, vt dixi,in fideicommiſſis fieri poteſt, primi admiſſi non cenſerentur grauati alijs reſtituere, non obſtante quod per collectiuam eſſent vocati, quia collectiua vocatio intelligitur per vulgarem tantum, non per fideicommiſſum ſucceſſiuum,ſecundum veriorem, & receptiorem opinionem, quam latè defendi ſupra qu.382. Et ſic habitu, & potentia ſunt omnes deſcendentes vocati, ſed tamen primis admiſſis,ceſſat ſubſtitutio, & cæteri excluſi cenſentur,Ceph.conſil.646 n.4.

Porrò prima opinio, quod per fideicommiſſum ſint vocati nominati per nomen collectiuum procederent, quando vltra nomen collectiuum adeſſent verba denotantia perpetuitatẽ, vt ſi ſubſtitutus eſſet frater & eius deſcendentes in perpetuum,tunc enim intelligerentur

deſcen-

deſcendentes vocati per fideicommiſſum, nam cũ ſint
omnes vocati qui ſunt in diuerſis gradibus vſque in in-
finitum, *d.l.vlt.C.de ſuis & legit.hæred* impoſſibile eſſet,
quod omnes ſuccederent, ſi per vulgarem dicerentur
vocati, cum ea expiret per aditionem fratris, vel primi
deſcendentis admiſſi, & per hanc rationem ita ſcribũt
Soc.ſen. *in l.Gallus, §.quidã rectè in quarto caſu & quin-
to.* & ibi Galliau. *col.*.. *verſ.tertia ſit concluſio ff.de liber.
& poſth.* Did. *in c.Rainutius, §.2.ad fin.extr.de teſt.* vbi
teſtatur de magis communi opinione, rurſus Soc.ſen.
conſ.12.col pen.li.3. Crau *conſ 22.n.4.& ſeq.& conſ.131.
nu.10.* Beret.late *conſ.13.* Dec. *conſ.1.n.244.lib.1.* Peregr.
de fideic.art.18.nu.12.& 22. Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.
239.n.46.* Alex.Raud. *deciſ.Piſan.31.nu.262.* Rot.Rom.
d dec.492.in nouiſſ par.4. alias ſub nomine Farinac. im-
preſſæ. Et hæc placet.

54 Contrariam opinionem, quod immo vocatio deſcẽ-
dentium in infinitum, intelligatur retento themate
vulgaris, hoc modo, vt ſi moriatur inſtitutus, & ſuperſit
frater, ille ſuccedat, ſi ſit mortuus eius filij, & filijs non
extantibus cæteri deſcendentes in infinitum, nõ autem
dicantur grauati per fideicommiſſum, tenent Ruinus
conſ.102.n.11.& ſeq.lib.2. Ceph. *conſ.17.n.9.verſ.tertio,*
Hier Gabr. *conſ 69 nu.43.lib.2.* Surd. *conſ.370.nu.8.& 9.*
quos refert, & ſequitur Bardel. *conſ.13 n.10.* qui tamen
loquitur in ſubſtitutione facta verbis directis. *& n.17.*
Prima opinio maximè procederet ſi adiecta eſſet clau-
ſula codicillaris. Bart. *d.conſ.33.* Dec. *reſpon.84.n.9.lib.3.*
Pereg. *d.art.18.nu.12.*

55 Similiter ordo ſucceſſiuus per fideicommiſſum, in
vocatione per nomen collectiuum procederet, quando
tunc nati non erant deſcendentes, vel ſubſtituti ſunt
deſcendentes naſcituri, Decian. *conſ.84.n.7.lib.3.* cuius
tamen opinio non eſt tuta, quia Doctores ab eo citati
dicunt eſſe inductam ſubſtitutionem ordine ſucceſſiuo
inter patrem, & deſcendentes naſcituros vocatos, non
autem dicunt, ordinem ſucceſſiuum intelligi per fidei-
commiſſum.

In alijs etiam caſibus vocatio per collectiuam intel-
ligenda eſſet per fideicommiſſum, vt colligi poteſt ex
ſcriptis *d.q.382.*

56 Declaratur vndecimò, quando in ſubſtitutione adeſ-
ſent verba habentia tractum ſucceſſiuum in futurum,
quia ſubſtitutio cenſeretur fideicommiſſaria, vt ſæpius
in præcedentibus declarationibus dictum fuit, ſed quia
ibi particulariter de certis caſibus actum fuit, nunc vti-
le eſſe exiſtimaui de hoc addere generalem declaratio-
nem, intelligendo ſemper, quod verba habentia tractũ
temporis, debeant eſſe appoſita inter fratrem, & filios
illius, nec ſufficeret ſi reperirentur appoſita inter hære-
dem grauatum, & fratrem ſubſtitutum, vt ſupra dictum
fuit: in ſpecie autem hanc declarationem probarunt
Socin.ſen. *in l.Gallus, §.quidam rectè, num.7.* & ibi Tor-
niel. *num.71.& ſeq.ff.de liber.& poſthum.* Dec. *conſil.1.
num.250.& ſeq.& nu.258.& ſequentibus.lib.1.* vbi alios
addit, Ceph. *conſ.473 num.21.* Crauet. *conſil.131.numer.
4.* vbi dicit iſta verba debere reſpicere perſonas filio-
rum, non autem perſonam fratris primo ſubſtituti, &
conſ.353. Menoch. *conſ.85.nu.97.verſ.quarto, conſ.10,6.
n.4.& ſeqq & conſ.1155.n.1.* Honded *conſ.65.nu.15.&
16.lib.1.* Pereg. *conſ.44.n.12.lib.1.& de fideicom.art.18.n.
14.& 18.* in quibus locis poſt Torniel. relatum requirit
tractum ſucceſſiuum in vocationem filiorum, Per. *de fi-
deicom.q.5.n.167.vſque ad nu.170.& quæſt.11.n.161.&
ſeqq.* Præt *de interpretat.vltimar.volunt.fol.279.ſolut.9.
et fol.333.n.15.verſ.præcipuum,* vbi ponit quæ verba
denotent tractum temporis in futurum, Ber. *q.104.* Cæſ.
Barz. *dec.Bonon.10.* vbi teſtatur ita iudicatum, Rot.Ro-
man. *in nouiſſ.dec.579.n.1.par.1.* eadem Rot.in collect.
per Farin. *deciſ.357.n.5.6 et 7.par.1.* Seraph. *dec.934.n.7.*
Licet contrariam opinionem poſt alios relatos teneat
Bardel. *conſil.13 per totum.*

Aduerte tamen, quod verba tractus ſucceſſiui debẽt
eſſe appoſita in ſubſtitutione, nec ſatis eſſet, quod ſint
poſita reſpectu primi vocati, nam poſita in prima voca-
tione non poſſunt extendi ad aliam, Alciat. *conſ.5.num.
40.lib.4.* Rim.iun. *conſ.371.n.16.et ſeqq.* Petra *de fidei-
com.quæſt.*.. *nu.169.* Peregr. *de fideicomm.art.18.nu.13.
verſ.contra tamen,* Ladeic. *conſ.58.nu.31.* quos refert, &
ſequitur Rota in collect. per Farin *dec.357.n.6.par.1.*

Declaratur duodecimò locum non habere, quando 57
in ſubſtitutione adeſſet clauſula vulgariter, pupillari-
ter, & per fideicommiſſum, quia poſt aditam operabi-
tur fideicommiſſariam in caſum mortis ad beneficium
filiorum, Decian. *conſil.41.nu.10.lib.1.* Mantic. *de coniec.
vlt.vol.lib.7.tit.4.nu.7.* Peregr. qui alios addit *de fideic.
art.18.n.11.* Cæſ.Barz. *dec.Bonon.10.num.9.* Serap. *deciſ.
Rom.934.nu.10.*

Idem eſſet, quando teſtator vocaſſet aliquem, & eius 58
filios per fideicommiſſum quia filij erunt vocati per fi-
deicommiſſum poſt patrem, Menoch *lib.4.præſump.68.
num.1.conſil.434.num.1.et conſil.1155.nu.27.* in quibus
locis adducit Aret. Crot. Pariſ. Socin.iun. Alciat. Port. &
Marz.

Declaratur decimotertiò, quando filij, vel liberi vo- 59
cati eſſent in ſtirpes, & non in capita, quia tunc cenſen-
tur per fideicommiſſum vocati, Dec. *conſ.1.nu.257.vſ-
que ad n.265.lib.1.* vbi dicit hoc maximè verum, ſi dictũ
ſit, quod ſemper diuidantur bona in ſtirpes, & non in
capita, Bero. *q.104* Peregr *de fideic.art.18.nu.18.* vbi di-
cit hanc concluſionem non carere dubitatione, & vi-
dendus erit Cephal. *conſ.473.* vbi ſubdeclarat, quando
autem adſunt verba ſemper, in perpetuum, & ſimilia,
vt in caſu Decian. ſupra relati, tes caret dubitatione, ob
vim verborum habentium tractum ſucceſſiuum ad di-
cta *ſupra n.56.*

Declaratur decimoquartò, quando teſtator onus per- 60
petuum appoſuiſſet, nam ex hoc arguitur teſtatorem
noluiſſe per fideicommiſſum ſubſtituere, per ea quæ
diximus *qu.382.n.64.*

Declaratur decimoquintò, quando teſtator fratri, vel 61
etiam proprio filio alium remotiorem, vel extraneum
per fideicõmiſſum ſubſtituiſſet, quia multò magis cen-
ſetur vocaſſe per fideicõmiſſum alios fratris, vel filij,
ne ſequatur abſurdum, quod melioris ſit conditionis
magis dilectus minus dilectio, *arg.l.Publius, ff.de condit.
et demonſtr.* ita in ſpecie ſcribit Menoch. *d.conſ.310.nu.
7.* & ita ego conſului, *in conſ.41.n.11.* Et quòd melioris
conditionis non debent eſſe magis dilectus minus di- 62
lecto, volunt Corn. *conſ.74.lib.2.* Soc.ſen. *conſ.116.col.*...
verſ.tertiò colligunt, li.3. Ruin. *conſ.40.n.4.li.1.* Curt.iun.
conſ.16.n.7. Soc.iun. *conſ.68.n.78.li.2.* Accedat quod vna
pars teſtamenti alteram declarat, *l.qui filiabus, et l.ſi
ſeruus plurium, §.vlt.de legat.1.* & vna ſubſtitutio pariter
recipit declarationem ab alia, vt dixi *qu.11.*

Declaratur decimoſextò non habere locum, quando 63
teſtator digreſſus eſſet ad plures gradus ſubſtitutionis,
vt ſi prius ſubſtituit fratrem, poſtea eius filios, & poſtea
deſcendentes, vel alios, quia tunc filij fratris cenſentur
vocati per fideicõmiſſum, fruſtra enim teſtator vocaſ-
ſet poſteriores, niſi voluiſſet primos grauare per fidei-
commiſſum, vt reſtituerent ſecũdis, & ſic deinceps, Soc.
ſen. *conſ.250.n.5.6.et 14.li.2.* Curt.iun. *conſ.16.nu.7.conſ.
43.col.1.et conſ.121.n.15.* Pariſ. *conſ.18.n.38.et conſ.90.li.
2.* Iaſ. *conſ.140.col.4.li.2.* Grat. *conſ.5.n.18.li.2.* Crau. *con-
ſil.98.nu.3.et conſ.vlt.col.vlt.* Marz. *conſ.4.col.1.verſ.con-*

firman-

firmantur præmiſſa, *conſ.5.col.6.et conſ.6.col.6.* vbi multos refert. Menoch.*conſil.274.nu.3. conſil.310. nu.8.14. et ſeq.conſil.554 num.6.et conſil.1155.nu.30.*Seraph.*deciſ.Roman.934.nu.8.*

64 Idem eſset, quando vltimo ſine maſculis decedenti fuerunt ſubſtitutæ filiæ fœminæ, nã tunc maſculi cenſentur onere fideicommiſſi grauati per reg.*l.ab eo, C.de fideic.* non enim fœminæ poſsent ſuccedere poſt mortem omnium maſculorum, niſi inter maſculos eſset inductum fideicommiſsum, Rot.Rom.*in nouiſſ.deciſ.492.n.1.verſ.nec refragatur par.4.*

65 Declaratur decimoſeptimo non procedere, quando teſtator feciſset ſubſtitutionem reciprocam fideicommiſsariam inter filios fratris, nam & præſumptio oritur quod filij per fideicommiſsum ſint patri ſuo ſubſtituti, Soc.ſen.*in d.l.Gallus.§.quidam rectè,colum.vlt.verſ.quartus caſus*,& ibi Rub.*nu.128.* & Torniel. *nu.74* poſt Comen.*relatum,ff.de liber.et poſthum.*Odd.*conſil.97.num.9.*Menoch *conſil.698.nu.3.* Intrigl.*de ſubſtit.cent.3. qu.81.num.19.*

66 Cæterum contrariam ſententiam probarunt Alexan.*conſ.139.n.3.et 4.lib.6.*Bardel.*conſ.13.n.9.verſ.non etiam turbat,et per totum conſilium*, vbi loquitur in fortioribus,& allegat Ruin.*conſ.102.nu.11.et 12 lib.2.* & Ceph.*conſ.17.nu.9.verſic.tertio addo*, & hanc ſententiam latè comprobat Menoch.*lib.4.præſump 71.nu.17. et ſeqq.* vbi etiam reſpondet ad argumenta contrariæ opinionis, & pariter ſuam opinionem declarat.

67 Prima opinio maximè procederet, quando in teſtamento adeſset clauſula codicillaris, & ſubſtitutio reciproca non eſset reſtricta ad aliquod tempus, vel caſum directæ ſubſtitutionis ita Odd.*d.conſ.97.n.9.*

68 Declaratur decimooctauo, quando teſtator prohibuiſset bona alienari extra familiam, vel deſcendentes, vel dixiſset bona remaneant in familia, vel relinquantur familiæ, vel aliter appareret quod voluit conſeruare bona in agnatione, quia tunc filij cenſerentur vocari per fideicommiſsum, Ruin.*conſ.170.nu.12.lib.2.et conſ.164.col.penult.et vlt.lib.3.*Pariſ.*conſ.57.n.10.lib.2.et conſ.53.num.26.lib.3.*Ceph.*conſ.353.et conſil.473.n.21.* Crau.*conſ.61.n.9.et conſ.250.n.2.*Menoch.*conſ.328.nu.93.*vbi in fortioribus terminis,*et conſ.1072.n.10.*Ludou.Molin.*de Hiſpan.primog.lib.1.c.5.nu.36.*Petr.*de fideicommiſ.qu.11.n.161.et ſeq et n.164.*vbi ſubdeclarat.

69 Idem eſset, quando filij eſsent vocati cum qualitate maſculinitatis,quia per fideicommiſsum cenſentur vocati,Menoc.*conſ 1071.nu.10.verſ.ſecundo probatur*, vbi tamen loquitur quando erant ſubſtituti frater, & eius filij,& ſucceſsores maſculi, *et num.ſeqq.*defendit à contrarijs obiectis.

70 Declaratur decimononò non procedere, quando Trebellianica eſset prohibita, quia tunc colligitur ordine ſucceſſiuo per fideicommiſsum omnes vocaſse, Paul.Caſtr.*conſ.347.*quia ex allegationibus, *col.1.lib.1.* Ceph.*conſ.472.num.6.lib.4.* refert & ſequitur Menoch.*conſil.554.n.7.*

71 Declaratur vigeſimo, vt locum non habeat, quando vltra verbum,filios teſtator adiecit verbum, hæredes, hoc modo,ſubſtituo fratrem,& eius filios, & hæredes, tunc enim concurrente compendioſa erunt per fideicommiſsum vocati, Fulgoſ.*conſil.17.col penult.*Soc.ſen.*conſ.12.lib.3* Ruin.*conſ.174.nu.13.lib.2.et conſ.158.li.3.* Curt.ſen.*conſ.74 col.4.* Menoc.*conſ.1071.nu.10.et ſeqq.* vbi loquitur quando ſubſtituti erant frater, & eius filij, & ſucceſsores maſculi. Peregr.*conſ.55.nu.4.lib.1.et de fideic. art.18.num.20.* vbi dicit maximè procedere adiecta clauſula codicillari.

72 Idem ſi ſubſtitutus eſset frater,& eius hæredes,nam & tunc per fideicommiſsum hæredes dicerentur vocati, Fulgoſ & Ruin.*locis citatis*, Crauet.*conſ.131.n.10.* Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.279.nu.7.* vbi loquitur quando proximiores hæredes eſsent vocati. *& fol.239.n.46.* Licet contra hoc caſu,vt ſolum per vulgarem dicantur hæredes vocati,teneant Rim.iun.*conſ.50.nu.20.44.& ſeqq.*Petr.*de fideicom.q.5.n.154.*

73 Si tamen teſtator in ſubſtitutione dixiſset,quod bona liberè,vel ſine conditione in Petrum & eius filios, & deſcendentes tranſirent, ſubſtitutio intelligeretur vulgaris,ob verba liberè,& ſine conditione, Menoch.*conſ.64.n.3.& ſeq.*

74 Vidimus hucuſque, quando ſubſtitutio eſt facta per copulam,videamus,quando eſt facta per alternatiuam, vt quando teſtator ſubſtituit fratrem, vel eius filios,& tunc ſubſtitutio iudicabitur vulgaris, non fideicommiſsaria,ſi ſumus inter perſonas, inter quas cadit ordinata affectio,& charitas,Ripa *in l.hæredes mei, §.vlt.nu.9 ff.ad Trebel.*Alciat.*in l.Gallus.§.quidam rectè in prima lectura, num.46.ff.de liber.& poſthum.*Alex.*conſil.30.nu.2 lib.1.*Socin.ſen.*conſil.113.col.penult.lib.1. & conſ.104.num.1.& 5.lib.3.*Ruin.*conſil 92.in princ.& numer.5.& ſeq.conſil.96.nu.5. & conſil.102.num.5.lib.2.*Bello.*conſil.81.num.11.*Alc.*conſil.484.in fine, conſil.542. & conſil.548.*vbi de communi teſtatur Curt.iun.*conſil.10.nu.33.& ſeq.lib.3.*Pancir.*conſil.59.nu.10.*Ceph.*conſil.473.nu.10.& ſeqq.*Peregr.*conſil.52 num.12.lib.1.* vbi dicit ita communiter teneri a Doct.*conſil 109.num.1.& 5.lib.3.& in tract.de fideicom.art.18.num.24.*Menoch.*lib.4.præſumpt.71.n.5.*Petr.*de fideicom.q.5.n.163.verſ.& in caſu*,& ita ego conſului *in conſ.2.nu... & in conſil.80. & in conſil.87 dubio ſecundo.* Ratio eſt,quia alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadit charitas, & affectio ordinata, retinet naturam diſiunctæ, nec reſoluitur in coniunctam *l.cum pater, §.peto*, & ibi Bart.Imol.& alij, *ff.de legat.2.*Bero.*conſil.67.num.48.lib.1.*Ceph.*conſil.51.num.69.*Socin iun.*conſil.50.num.4.lib.4.* Menoch.*conſil.87.num.10* Pereg.*d.art.18.nu.24.*

75 Contrariam ſententiam quod vocatio cenſeatur facta ordine ſucceſſiuo, ſed per modũ fideicommiſsariæ non vulgaris tantum,tenent malè Dec.*conſil.95.num.4.* Nat.*conſ 470.n.8.*Marz.*conſ.1.col.2.* Clar.*in §.teſtamentum,qu.80.verſ.quando plures*,vbi teſtatur de communi opinione,Intrigl.*de ſubſtit.cent.3.q.81.nu.16.* Peregr.*de fideicomm.art.18.n.23*

76 Ampliatur prima opinio, & ſi in teſtamento ſit appoſita clauſula codicillaris,Ripa *loc.cit.*Pereg.*d.art.18.n.24.*licet enim clauſula cenſetur appoſita ad conualidandum diſpoſita in teſtamento, ideo non debet ampliare,*clem.1.de prab.*& comprobat Pereg.*vbi ſupra*, ſed ampliaret,ſi importaret fideicommiſsum, quia diſiuncta operatur de ſui natura vulgarem,ergo &c.

77 Limitatur quando in ſubſtitutione per diſiunctam facta, adeſsent uerba habentia tractum ſucceſſiuum, quia diſiuncta reſoluitur in coniunctam, *vt dixi d.conſ.2 dubio primo*,allegaui Præt *de interpr.vlt.vol.fol.533.n.6,& 15.& fol.236.n.46.*[Et pro hac limitatione extat & Marz.*conſ.1.*vbi dicit ſubſtitutionem alternatiuam cõtinere fideicommiſsariam, ſi in fine ſit dictum, quod hæreditas in domo conſeruetur.]

Si verò ſumus inter perſonas omninò extraneas, vt quia teſtator ſubſtituiſſet Titium, vel Seium extraneos, tunc alternatiua reſoluitur in coniunctam, & omnes ſimul ſuccedunt,*l.cum quidam*, & ibi Doctor.*ff.de verbor.ſignific.*& ita declarat Peregr.*dicto artic.18.num.24.in fine.*

78 Quartus caſus eſt, qui conſideratur in perſona filiorum, vel deſcendentium vocatorum poſt primum vocatum, ſiue ſit filius,ſiue extraneus, & ſimus in caſibus, quod filij ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum

poſt

poſt parentes ſunt vocati, & tunc ſi ſubſtitutio in filijs primis habuit effectum, extincta erit omnis ſubſtitutio, nec primi filij admiſſi cenſebuntur inter ſe, nec ſucceſſiuo fideicommiſſo grauati, Soc. ſen. *in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 9.* & ibi Rub. *nu. 70. in fine, & nu. ſeq.* & Torniel. *num. 79. ff. de liber. & poſthum.* idem Socin. latè *conſil. 69. lib. 3.* Ruin. *conſ. 92. num. 7. conſ. 105. nu. 3. lib. 2. conſil. 19. col. pen. & conſ. 128. num. 10. lib. 5.* Pariſ. *conſ. 39. nu. 7. lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 81. num. 12. lib. 3.* Decian *conſ. 26. nu. 45. lib. 2.* Ceph. *conſ. 269. num. 9. & 16. conſ. 326. num. 25. & ſeqq.* & latiſſimè *conſ. 353. per totum, & conſ. 379. nu. 31.* Odd. *conſ. 46.* Surd. *conſ. 554. nu. 24. lib. 4.* Pereg. *conſil. 70. nu. 24. & ſeqq. lib. 3.* Menoch. *conſ. 85. nu. 75. & ſeqq. conſ. 274.* vbi latè, *conſ. 576. nu. 10. conſ. 640. dubio ſecundo, conſ. 658. n. 9. conſ. 1050. n. 9. & lib. 4. præſump. 71. nu. 22. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 81. n. 21.* & alij infra in ampliationibus relati. Mouentur ea ratione, quia cũ non adſit verbum ſignificans tractum temporis, ceſſat fideicommiſſaria inter filios. Præterea reciproca non inducitur, niſi adſit vis verborum, vel neceſſaria coniectura, Menoch. *conſ. 489. n. 10. in fine.* Burſat. *conſ. 371. n. 12. & ſeqq. lib. 4.* Pereg. *de fideicomm. art. 12. n. 73.* & dixi ſupra *qu. 471.* & coniectura eſſet neceſſaria, quando fideicommiſſum eſſet relictum ab vltimo, & in tota, ita vt concurrant tria illa requiſita, de quibus *in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat. 2.* cum ſua materia, de qua actum fuit *ſupra qu. 472.* & hic nulla adeſt coniectura, vel neceſſaria, nec leuis, ideo mirum ſi inter filios nulla reſultat reciproca.

79 Quæ ſententia maximè locum haberet, ſi filij poſt patrem eſſent vocati per verba habentia actum momentaneum, vt ſi dictum eſſet, hæreditas perueniat in filios, Menoch. poſt Alciat. relatum *conſ. 374. n. 23.*

80 Ampliatur primo iſta opinio, & ſi teſtator digreſſus eſſet ad plures gradus ſubſtitutionum, vt ſi ſubſtituit fratrem, & eius filios, & deſcendentes, & poſt eos alios ſubſtituiſſet, vt deſcendentes alterius gradus, vel extraneum, nam adhuc inter illos primos deſcendentes fratris non reſultat reciproca, Paul. Caſtr. *conſil. 152. præſens dubium, & conſ. 343. quia ex allegationibus, lib. 1.* Alexan. *conſ. 130. lib. 6.* Socin. ſen. *conſ. 250. n. 4. lib. 2.* Alciat. *reſpon. 547. n. 5. & in d. l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 31. & ſeq.* & ibi Torniel. *n. 80. ff. de liber. & poſth.* Decian. *conſil. 12. nu. 40. verſ. ad idem. lib. 3.* Peregr. qui alios addit *conſ. 39. nu. 5. & 6. verſ. & cum, & conſ. 152. n. 7. li. 5.* Menoch. *conſil. 274. n. 4. 24. & 40. conſ. 878. n. 27. verſ. quarta eſt dubitatio, & n. ſeqq.* vbi decidit pulchrum caſum, *& lib. 4. præſump. 71. n. 24.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 81. n. 23. & ſeq.* & videndum erit *in ſeq. qu. n. 55.* Rationes ſunt illæ, quas & ſupra adduximus pro regula, & accedit quod ſubſtitutio non extenditur de perſona ad perſonam, vt dictũ eſt ſupra *quæſt. 458.* & ſi reſultaret reciproca fideicommiſſaria inter filios, vel deſcendentes, fieret extenſio de perſona ad perſonam, ita arguit Menoch. *d. præſump 71. num. 24.*

81 Contrariam opinionem, quod immo fideicommiſſum ſit repetitum inter ipſos deſcendentes, ſi poſt eos alius ſit ſubſtitutus, probarunt Soc. ſen. *conſ. 250. nu. 5. & 6. lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 16. nu. 7. conſ. 43. col. 1. & conſ. 121. n. 15.* Iaſ. *conſ. 140. col. 4. lib. 2.* Grat. *conſ. 5. n. 12. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 18. num. 38. & conſ. 90. lib. 2.* Crauet. *conſ. vlt. col. vlt.* Marz *conſ. 4. col. 1. conſ. 5. col. 6. & conſil. 6. col. 6.* Dec. *conſ. 1. nu. 266. & ſeqq lib. 1.* Menoch. *conſil. 117. conſil. 277. n. 15. conſ. 310. n. 4. & ſeq. & n. 18. conſ. 374. nu. 15. verſ. reſpondetur, conſ. 530. n. 15. & 16. conſ. 575. nu. 12. conſ. 803. n. 45. conſ. 941. n. 17. & conſ. 1155. n. 30.* Pro qua opinione facit ratio, quia ſi teſtator grauauit iſtos deſcendentes reſtituere vltimo ſubſtituto extraneo, multò magis inter ſe videntur grauati, arg. *l. Publius, § vlt. ff. de cond. & demonſtr. & l. ſi viua matre, C. de bon. mat.* & ita arguit Dec. *d. conſil. 1. n. 27. lib. 1.*

Ampliatur ſecundò, & ſi iſti liberi eſſent reciprocè ſubſtituti, & poſt eos ſubſtitutus eſſet extraneus: exemplum, ſi teſtator ſubſtituit fratrem, & eius filios, & eos inuicem ſubſtituat, & poſt eorum mortem ſubſtituat alium, nam reciproca facta inter deſcendentes fratris iudicabitur vulgaris, non fideicommiſſaria, Torniel. *in l. Gallus §. quidam rectè, in q. nu. 76. ff. de liber. & poſthum.* Zanc. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 3. n. 17. & par. 6. nu. 142. ff. ad Treb.* & ante omnes, ita tenuit Caſtr. *conſ. 14. ſi contingat, col. 2. lib. 1.* ſequuti ſunt Alex. *conſ. 139. col. 2. li. 6. & conſ. 18. lib. 7.* Dec. *conſil. 291. col. pen verſ. non obſtat,* Menoc. *conſil. 85. n. 66. conſil. 274. n. 38. conſil. 376. nu. 13. conſil. 397. in fine, conſil. 895. n. 24. conſil. 953. n. 13. & ſeqq. & lib. 4. præſump. 62. n. 51. & præſump. 71. nu. 15.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 4. n. 5. verſ. & hæc,* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. qu. 79. n. 5.* & dixi ſupra *qu. 260. nu. 3.* 82

Intelligo tamen ampliationem procedere, quando ſubſtitutio reciproca inter deſcendentes facta eſt nullis adiectis verbis ſignificantibus tractum, nam tunc reciproca erit ſolum vulgaris, ſecus eſſet, ſi adiecta eſſent verba habentia tractum temporis, quia reciproca erit fideicommiſſaria, Menoch. *conſ. 397. in fine, et conſ. 895. n. 25. cum alijs infra citatis n. 98.* 83

Ampliatur tertio, & ſi teſtator pluribus inſtitutis dixit, & ſi alter ſine filijs deceſſerit, alium, ſeu alios, eorumque filios, & deſcendentes in ſtirpes, & non in capita, inuicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quia adhuc iſti deſcendentes dicuntur ſolum per vulgarem ſubſtituti, Socin. ſen. *conſ. 69. & conſil. 104. col. 2. & num. 10. lib. 3.* Pariſ. *conſil. 87. num. 25. lib 2.* Torniel. *in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 79. ff. de liber. & poſthum.* Ruin. *conſil. 101. num. 3. 6. & 7. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 81. num. 12. lib. 3.* Odd. *conſil. 46.* Menoch. *conſ. 85. num. 67. in fine, conſil. 68. col. 1. 2. & 3. conſ. 730. nu. 4. & ſeqq. & conſil. 953. num. 19. & ſeq. & lib. 4. præſumpt. 71. num. 26.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 81. nu. 25.* 84

Cæterum à prædictis diſſenſerunt alij tenentes reciprocam fideicommiſſariam inter filios, & deſcendentes reſultare, in qua ſententia fuerunt Curt. ſen. *conſ. 42. n. 13.* Curt. iun. *conſ. 11.* Par. *conſ. 92. nu. 58. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 78 lib. 3.* Dec. *conſ. 1. nu. 264. & conſ. 41. dubio primo, lib. 1.* Pereg. *de fideic. art. 13. nu. 75. in vigeſimotertio caſu.* Menoc. *lib. 4. præſump. 59. n. 11.* & vide Seraph. *dec. Rom. 934. nu. 15. & ſeqq.* vbi habebis declarationes. [Has tamen authoritates confutaui *in conſ. 3. nu. 19.*] 85

Hunc caſum habui in facto in ſatis inſigni hæreditate, & multum cogitaui quid tenendum eſſet, tãdem deueni in opinionem quod prima opinio ſit verior: Caſus erat iſte: teſtator tribus filijs hæredibus inſtitutis, ita ſubdit, quos ad inuicem ſubſtituo, & eorum deſcendentes maſculos legitimos & naturales per ſtirpes, & non per capita, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, caſu quo aliquis, vel aliqui eorum decederet, vel decederent ſine filijs maſculis, & ſi filij, vt ſupra hæredes inſtituti, decederent ſine filijs maſculis, tunc & eo caſu ſubſtituit fratrem. Euenit caſus quod vnus ex filijs deceſſit relictis filijs, qui poſtea ſine filijs deceſſerunt, deſcendentes ex alijs filijs inſtitutis, eorum patrueles prætendebant hæreditatem ex fideicommiſſo auito reciproco, reſpondi, vt dixi, inter hos deſcendentes reciprocum fideicommiſſum non extare. 86

Mouebat primò quia reſpectu actiuæ ſubſtitutionis vocati ſunt filij, & eorũ deſcendentes ordine ſucceſſiuo iuxta materiam *l. Gallus, §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* quæ eſt, de qua nunc in hac quæſtione agimus, reſpectu verò ſubſtitutionis paſſiuæ, ſubſtitutio imperſonaliter facta eſt, & ideo in dubio iudicandum eſt factam

factam fuiſſe ſolis filijs inſtitutis, prout ita arguit Soc. ſen. d. conſ. 104. nu. 2. verſ. præterea, lib. 3. Et quod ſubſti-
87 tutio hæc paſſiua impersonaliter facta in dubio dicatur facta ſolis inſtitutis, Soc loco citato, probat ex doctrina Bart. in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. vbi dicit, quod ſi quis ſit ſubſtitutus ſi hæres deceſſerit ſine filijs, & filiorum filij ſine filijs, quod ſubſtitutio eſt facta ſoli hæredi ſub duplici conditione, non autem filijs illius, & Bart. ſecuti ſunt multi relati à Ruſtic. in tract. de liber. in cond. poſit. lib. 4. c. 1. & nos diximus q. 437. n. 146. & ſeqq.

Secundò ponderabam verba in ſtirpes, & non in capita, quæ reſpiciunt perſonas deſcendentium, non filiorum inſtitutorum, ſed quod ſuccedatur in ſtirpes, non in capita reſpicit actiuam, non paſſiuam ſubſtitutionem, ergo deſcendentes non poſſunt dici fideicommiſſo grauari, & ita hoc argumento vtitur Soc. ſen. d. conſil. 104. n. 3. lib. 3. Pariſ. conſ. 87. n. 25. lib. 2. Soc. iun. conſ. 81. n. 12. lib. 3. apud quos minor eſt probata, & dicetur in ſeq. argumento.

Tertiò præſumitur teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris, Doct. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Atqui ex iuris diſpoſitione patrueles inter ſe ſuccedunt in capita, non in ſtirpes, auth. poſt fratres, C. de legit. hæred. ergò non dabitur paſſiua ſubſtitutio reciproca inter patrueles, quia ſic ſuccederent contra iuris diſpoſitionem, ſuccedendo in ſtirpes, non in capita.

Quartò ſubſtitutio facta de deſcendentibus, non poteſt intelligi facta, niſi in caſum, quo pater eorum ſit præmortuus teſtatori, nam vigore ſubſtitutionis vulgaris reciprocæ deſcendentes cenſentur prius inſtituti, & poſtea ſubſtituti ad inuicem, Gloſſ. in l. pater impuberes ff. de vulg. & ibi Imol. & Paul. Caſtr. ſed quia præceſſit inſtitutio filiorum, deſcendentes non poſſunt dici inſtituti, niſi ordine ſucceſſiuo, quando ſcilicet eorum parentes ſunt præmortui, Doct. in d. §. quidam rectè, & ſupra plenè dictum fuit hac quæſt. igitur ſubſtitutio deſcendentium reciprocè cenſetur facta eo caſu, quo ſunt honorati, & ſic caſu quo eorum parentes ſunt præmortui teſtatori, non autem eo caſu, quo non ſunt honorati: ſed filij teſtatoris hæredes inſtituti non ſunt præmortui, & ſic nec deſcendentes eorum poſſunt dici per vulgarem inſtitui, igitur nec grauari, nec reciprocè ſubſtitui, ita in terminis arguit Soc. ſen. d. conſ. 104. n. 5. Accedit conſideratio Socin. iun. d. conſ. 81. nu. 15. lib. 3. vbi dicit, vulgarem non poſſe cenſeri factam deſcendẽtibus, qui non ſunt inſtituti, & ſubdit nil referre, quod etiam ſubſtitutio per fideicommiſſum ſit facta, quia fideicommiſſaria iudicari debet facta his perſonis, quibus & vulgaris fieri potuit, cum per eadem verba, & in eadem oratione ſit facta, arg. l. iam hoc iure ff. de vulg. & l. quamuis, C. de impub. & alijs ſubſt.

Quintò confirmatur, quia iſti deſcendentes non ſunt honorati, nec proprio parenti ſubſtituti per fideicommiſſum, ergo non potuerunt grauari, vt latè declarat in his terminis terminantibus, Soc. ſen. d. conſ. 69. n. 2. in fin. verſ. hoc etiam patet, & conſ. 104. nu. 5. verſ. tertium, lib. 3.

Sextò nepotes teſtatoris habuerunt iſta bona tanquã hæredes patris; non tanquam ei per fideicommiſſum ſubſtituti, non enim poteſt conſiderari grauamen de patre in filios ob verba in ſtirpes, & non in capita: nam iſta verba non conueniunt quando filij ſuccedunt parenti, ineptè enim ſtarent, quia filij ſuccedunt patri in capita, ergo reſpicere debent quando agitur de ſucceſſione deſcendentium præmortuorum patruis, ita Soc. iun. conſ. 81. n. 12. lib. 3. Alia argumenta etiam addebam, quæ ſeruiebant diſputationi, ſed omitto cum non conueniant caſui in declaratione noſtra propoſito.

Non obſtant quæ pro cõtraria ſententia adduci poſſunt, vt primò, quod ex verbis patet factam eſſe reciprocam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, dum teſtator dixit, quos & eorũ deſcendentes ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & quod natura reciprocæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ eſt, vt omnes poſiti, & nominati in ſubſtitutione ſint poſiti actiuè, & paſſiuè, Soc. iun. conſ. 78. nu. 35. lib. 3. Reſpondetur, quod ex his non cenſetur facta expreſſa reciproca fideicommiſſaria reſpectu nepotum, vt ſupra probatum eſt, authoritas Soc. iun. in conſ. 78. eſt communiter reprobata, vt colligitur ex authoritatibus ſupra citatis, n. 84.

Non obſtat quod quando teſtator ſubſtituit fratres, & eorum deſcendentes, quod cenſetur conſtituiſſe ſucceſſiuum fideicõmiſſum inter deſcendentes, ita vt frater ſubſtitutus cenſeatur grauatus ſuis filijs reſtituere, & etiam ipſi filij, & deſcendentes inter ſe dicantur per fideicommiſſum ſubſtituti, vt probat Peregr. de fideic. art. 18. n. 21. & hoc quia quando facta eſt ſubſtitutio per collectiuam comprehendentem plures gradus, & perſonas, tunc ſubſtitutio non ſolum iudicatur vulgaris, ſed etiam operatur, vt per collectiuam vocati cenſeantur reciproco, & ſucceſſiuo fideicommiſſo grauari, Peregr. de fideicommiſſ. art. 19. n. 12. & ſeqq. vbi de communi & dicam in ſeq. ampl. & plenius ſcripſi q. 382. Reſpondetur verum non eſſe, quod ſi teſtator hæredi ſubſtituat aliquem, & eius deſcendentes, cenſeatur inductum ſucceſſiuum, & reciprocum fideicommiſſum, vti hanc opinionem tanquam veriorem, & magis receptam probaui, d. qu. 382. & dicam in ſeq. ampl.

Alias oppoſitiones cum ſuis reſponſionibus deduxi in conſ. 4. ibi videndum erit.

Circa tamen hanc ampliationem videndũ erit quod dixi infra n. 115. vbi de vocatione facta in ſtirpes agitur.

Ampliatur quartò vt procedat, non tantum ſi vocati 88
Ratio autem eſt, quia niſi fideicommiſſum eſſet repetitum, non poſſet ſatisfieri menti teſtatoris, quod bona in familia perpetuò conſeruarentur, vnde qui vult conſequens dicitur velle neceſſarium antecedens, Curt. iun. conſil. 121. nu. 11. Ruin. conſil. 119. nu. 142. Dec. conſil. 23. n. 2. Rim. iun. conſ. 21. n. 36. lib. 1. Et quia ratio appoſita in prohibitione ampliat dictum, l. pater filium, §. fundum, & ibi Bart. ff. de leg. 3. Surd. conſ. 67. lib. 1. cum alijs allegatis q. 676. n... Et generale eſt quod in interpretanda mente teſtatoris ſpectanda ſit ratio, & cauſa, qua ad ſic diſponendum motus fuit teſtator, Crauet. conſ. 227. n. 4. Menoch. conſil. 998. n. 12. & num. ſeq. dicit rationem potius, quam verba eſſe ſpectandam, per text. in l. ſcire, §. aliud, ff. de excuſat. tutor. & plura more ſuo per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. libertis, num. 47. C. de reuocand. donat. Et prohibitio de non alienando venit ampliatiuè ad fideicommiſſum præcedens, ergo non eſt ad illud reſtringenda, ita poſt Crott. relatum arguit Petra d. qu. 6. nu. 17. verſic. & pro iſta parte. Quod alia ratione confirmatur, nam prohibitio de non alienando expreſſa parit plures effectus, vltra ſubſtitutionem expreſſam, de quibus per Petr. de fideicommiſſ. qu. 3. ergo ſubſtitutione ceſſante, non debet ceſſare prohibitio, & eius effectus, l. vlt. ff. de calumniat. & poſt Feder. de Sen. Petr. d. quæſt. 6. num. 21.

Nec obſtat quod prohibitio alienationis appoſita ſubſtitutioni reguletur ſecundum præcedentem ſubſtitutionem, vt dixi d. qu. 679.

Reſpondetur enim, quod etiam hoc tenendum ſit, tamen ex prohibitione alienationis colligitur voluntas teſtatoris, bona perpetuò conſeruandi in familia, quod ſufficit ad faciendum, quod fideicommiſſum ſit repetitum, licèt filij deceſſerint cum filijs, ita Rota Romana d. dec. 489. in fine. part. 4. in nouiſſ. Et hanc opinione retenta ad argumenta pro opinione contraria adducta reſponderi poterit vnà cum Petr. d. quæſt. 6.

Verum in contraria ſententia alij fuerunt tenentes, 45
quod immo non fiat repetitio fideicommiſſi, licet in fine poſt ſubſtitutiones ſit appoſita prohibitio alienationis cum cauſa, & ratione, quia teſtator vult bona remanere in ſua agnatione, & familia, Alexan. conſ. 59. column. vlt. lib. 3. Cepoll. inter conſil. Alexand. de Neuo, conſ. 81. col. penult. Dec. conſil. 636. Alban. Cardin. conſ. 1. nu. 9. & 12. & conſil. 21. n. 8. in fine, Hiero. Gab. conſ. 111. n. 17. & ſeqq. & conſ. 132. q. 3. nu. 21. lib. 1. Peregr. conſ. 33. n. 42. verſic. ad ſextum, & ſeqq. n. lib. 3. Menoc. conſ. 274. nu. 27. conſ. 493. ante n. 16. conſ. 376. n. 55. conſ. 761. n. 10. cõſ. 775. n. 14. verſ. 5. & nu. 17. & ſeqq. conſ. 777. nu. 2. vbi loquitur quando appoſita erat ratio, quod perpetuò bona in familia remanerent, conſ. 878. nu. 33. & ſeqq. vbi diſtinguit aliquot caſus, & conſ. 1216. nu. 22. vſque ad finem, Odd. conſ. 26. nu. 18. & ſeqq. dicit maximè veram eſſe hãc ſententiam in ſimplici prohibitione, in qua dictum nõ ſit, vt bona perpetuò maneant in agnatione, Hond. conſil. 78. nu. 45. lib. 1. vbi loquitur in prohibitione cum ratione, quia volebat bona in perpetuum, & in infinitum

conſer-

conſeruare,&c. maximè ſi adſunt verba, vt ſupra, quæ reſtringunt prohibitionem ad caſus præcedentis ſubſtitutionis, *& n.46. & ſeqq.* Peregr. *deciſ.* 134. *nu.* 28. & eſt *deciſ.* Rotæ relata *in 4. part. deciſ.* 473. vbi dicitur Rotam ſæpius ita tenuiſſe, Chriſtoph. Torniol. *conſ.* 8. *nu.* 101. *& ſeqq.* vbi dicit hoc maximè verum, ſi adſint verba, quæ reſtringant prohibitionem ad ſupradicta, *& conſ.* 20. *in eodem caſu edito*, Beret. *conſ.* 63. *&* 75. pro hac etiã opinione plures alios congeſſit Petr. qui etiam dicit ita cõſuluiſſe *in tract. de fideic. qu.* 6. Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 193. *n.* 12. *& ſeq. par.* 1. Seraph. *dec.* 482. vbi dictum erat, quod hæredes, & ſubſtituti non poſſent vllo tempore alienare, ſed ipſam debent tenere, & conſeruare pro deſcẽdentib. ſuis, ita vt ſi fieret alienatio poſſet fieri recuperatio per alios proximiores de agnatione, idẽ Serap. *dec.* 1373. vbi tamẽ dicit nõ procedere in ſuo caſu, in quo dictũ erat in ratione prohibitionis, quia vult dicta bona perpetuò cõſeruari in dictis eius liberis, & deſcendentibus maſculis, & alij ſubſtitutis, vt infr. & ſic in eius familia, & agnatione in infinitũ ordine quo infra.

Probatur iſta opinio primò, quia grauari non poteſt qui non eſt honoratus *l. ab eo, C. de fideicomm.* ergo non honoratus in ſubſtitutione non poterit grauari, & ſic nec in prohibitione poteſt dici comprehenſus.

Secundò prohibitio alienationis eſt odioſa, & ideo ſtrictè interpretanda, *§ nos igitur, in auth. de reſtitut. fideic.* & dixi latè *quæſt.* 676. ergo erit reſtringenda ad caſus, & perſonas nominatas in præcedenti ſubſtitutione.

Tertiò quando vnus actus fit poſt alium incontinenti, tales actus dicuntur correſpectiui, & vnus videtur factus propter alium, vt not. *in l. petens, C. de pact.* & plura ſimilia congeſſit Soc. ſen. *conſil.* 273. *in præſenti conſultatione*, faciuntque ad hoc *l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. l. lecta, ff. ſi cert. petat. & cap. officij, ext. de elect.* ergo prohibitio alienationis facta incontinenti poſt ſubſtitutionem, videtur facta reſpectu ſubſtitutionis.

Quartò, prohibitio alienationis facta expreſsè à teſtatore, videtur facta, caſu quo ſubſtitutionis caſu eueniſſet, vt dicit Dec. *conſ.* 636. *ante nu.* 11. ſed cum ſubſtitutio fideicommiſſaria euanuerit ob filiorum exiſtentiã, vtraque prohibitio tacita, & expreſſa ceſſare debet.

Quintò, qua ratione noluit teſtator ſubſtituere filijs habentibus filios, eadem videtur noluiſſe prohibitionẽ procedere extantib. filijs inſtitutorum, ita arguit Dec. *d. conſ.* 636. *n.* 11. *in fine*, vbi *num. ſeq.* ſubdit, quod id quod teſtator noluit directò facere in inſtitutione, non etiã videtur voluiſſe per indirectũ, iuxta *§. eſt antẽ caſus*, & ibi Gl. *ff. de hæred. inſtit. & vlt. C. ſi mancipium ita fuer. alien.*

42 Sextò, nõ præſumitur correctio incontinenti in teſtatore *l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtr.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 2. Menoch *lib. 4. præſumpt.* 165. *& lib. 6. præſumpt.* 67. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 32. *ſolut.* 8. & Maſcard. *de probat. concl.* 14. 16. ſed in præcedenti ſubſtitutione teſtator noluit ſubſtituere ſi extabant filij inſtituti, ergo nec cenſebitur noluiſſe, quod per prohibitionem ſit inductum fideicommiſſum extãtibus filijs, ne videatur reuocaſſe quæ prius diſpoſuerat, & propterea verba prohibitionis reſtringi debent ſecundum præcedentia, arg. *l. ſeruus plurĩ, ff. de legat.* 3. *& l. heredes palam, § ſi quid poſt, ff. de teſtam.*

Alia fundamenta videnda erunt apud Petr. *d. quæſt.* 6.

Veritas huius declarationis pendet ex illa quæſtione an prohibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni, reguletur ſecundum præcedentẽ ſubſtitutionem, an verò eam ampliet, de quo articulo plenè dixi *quæſt.* 683. & in caſibus, in quibus ibi dixi regulari à præcedenti ſubſtitutione, non etiam fideicommiſſum erit repetitum, aliàs contrarium dicendum erit, & pro declaratione etiam videnda erunt dicta *quæſt. præcedenti, & quæſt.* 441. *n.* 53.

Porrò Chriſtoph. Torniol. *conſ.* 4. *nu.* 30. *vſque ad fin. & conſil.* 8. *nu.* 81. *& ſeqq.* dicit primam opinionem procedere, quando verba ſunt appoſita per modum rationis, ſecundum verò, ſi per verba enunciatiua dictum ſit, ita quod bona remaneant in familia, contra Rota in collect. per Farinac. *deciſ.* 44. *in fine part.* 1. vbi vult locum eſſe repetitioni, licet prohibitio ſtet conſecutiuè, idem *deciſ.* 47. Sed Rota infra *deciſ.* 193. videtur ſequi hanc diſtinctionem, *num.* 12. *&* 13. 43

Et quando prohibitio alienationis eſt poſita in penitus ſeparata oratione à præcedenti ſubſtitutione locum habebit prima opinio. Petr. *de fideicom. q.* 6. *nu.* 19. Rota Romana *deciſ.* 490. *par.* 4. *in nouiſſ.* & dixi *d. q.* 6. *num.*.... Quod tamen dictum declarat Menoch. *conſ.* 1216. *n.* 23. *verſ. reſpondetur, & num. ſeqq.* vt non procedat, quando teſtator pluribus inſtitutis in diuerſa, & ſeparata oratione, appoſuit verbis reſtrictiuis, & relatiuis prohibitionem alienationis, ſignificantem abſolutum & ſimplex fideicommiſſum, quia tunc prohibitio alienationis eſt acceſſoria ad præcedentem ſubſtitutionem, & ſecundũ illam regulatur, allegat Alban. Cardin. *conſ.* 1. *n.* 9. *& conſ.* 21. *n.* 3. *in fine.* Plot. *conſil.* 14. *n.* 3. Berett. *conſ.* 75. *n.* 7. *&* 8. Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 111. *ff. de leg.* 1. Crau. *conſ.* 98. *n.* 5. *&* 8. & ſeipſum adducit *li. 4. præſumpt.* 69. *n.* 7. *conſ.* 376. *n.* 53. *& conſ.* 900. *n.* 18. *in fine*, Roland. à Valle *conſil.* 59. *n.* 28. *lib.* 3. Tiraquell. *de retract. conuent. §.* 1. *gloſ.* 6. *n.* 25. Sur. *deciſ.* 125. *n.* 1. & alij citati *d. q.* 679. *n.*... vbi ſubdeclaraui, vt ibi. Et de hoc videnda etiam erunt quæ dixi *q.* 680. vbi latius materia fuit diſcuſſa. 44 45

Denique aduerte circa hanc declarationem, quod illa admiſſa, inducetur ſolum fideicommiſſi repetitio in recta linea, non autem de linea ad lineam, Berett. *conſil.* 75. *n.* 15. *&* 16. Menoc. *conſ.* 1216. *in fin.* & videnda erunt dicta *quæſt.* 683. an per prohibitionem alienationis inducatur fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam. 46

Declaratur quintò non habere locum, quando teſtator factis pluribus ſubſtitutionibus dixit, ita quod hæreditas, & bona remaneant, & remanere debeant in deſcendentibus, vel agnatis, vel familia; quia ob verbũ remaneat inducitur fideicõmiſſum ſucceſſiuum, & perpetuũ ita poſt alios relatos ſcribunt Decian. *conſil.* 33. *n.* 98. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 23. *n.* 3. *lib.* 4. *conſ.* 50. *n.* 6. *lib.* 5. vbi dicit verbum hoc tantũ operari, quantum operatur verbum, in perpetuum, Menoch. *conſil.* 730. *n.* 1. *conſil.* 884. *n.* 6. *& conſil.* 1155. *n.* 28. Caualc. *deciſ.* 19. *nu.* 72. *part.* 3. 47

Cõtrarium tamen fuit deciſum in Rota Romana, vt habetur *in Nouiſ. dec.* 230. *part.* 2. *& deciſ.* 490. *n.* 9. *verſic. ex quibus, part.* 4. Alex. *conſ.* 139. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 6. Dec. *cõſ.* 218. Ceph. *conſ.* 544. *lib.* 4. & de verbo remaneat, multi loquuntur, qui tenent contra primam declarationem, & multi etiam loquuntur quando adſunt verba perpetuitatis, nec admittunt repetitionem fideicommiſſi, & hæc opinio mihi verior videtur. Admitterem tamẽ primam opinionem in caſu, quando teſtator pluribus filijs inſtitutis, ſi alter deceſſerit ſine filijs ſubſtituat alios, & eorum deſcendentes, quia vult bona remanere in ſuis deſcendentibus, nam hæc verba non operarentur permanentiam bonorum in deſcendentibus, niſi detur repetitio fideicommiſſi, & hoc quia facilè inter deſcendẽtes teſtatoris reſultat fideicommiſſum. Sed an tunc fideicommiſſum ſit deſcenſiuum tantum, an etiam de linea ad lineam, videnda erunt ſcripta *ſupra quæſt.* 474. 48

Declaratur ſextò non procedere, quando teſtator inſtituiſſet filium, & filio decedẽti ſine filijs maſculis ſubſtituit proximiores agnatos, quia tunc filij, & nepotes, & cæteri deſcendentes erunt ſucceſſiuo fideicommiſſo grauati, ex eo quia vltimo loco teſtator vocauit agnatos, quod nulla alia ratione factum videtur, niſi vt bona in familia conſeruẽtur, ita, neſcio quo ſpiritu, ſcribunt, 49

Curt.iun.conſ.121.n.15.Crau.conſ.98.col. . .conſ.878.vbi in cauſa Brixiana de Madijs,conſ.vlt.col.vlt.& inter cōſ. Marz.conſ.5.n.2..Rumin.iun.conſ.456.nu.34.lib.4. Menoch.conſ.310.n.15.conſ.53..n.17.ante n..3.& poſt.verſ. non obſtat.Ruſtic.poſt tract.de liber.in cond.poſit. conſ.1. n.39.& in d.l.cum annus,lib.4.ca.2.nu.31. Achil.Perſon.in tract.de adipiſc.nu.214.Ant.Gab.de fideic.concl.7.num.7. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.6.nu.6.in fin. vbi alios adducit.Alex.Trent.de ſubſt.par.4.cap.7.n.74.

50 Contrariam ſententiam poſt multos relatos probarunt & melius,Præt.de interp.vlt.vol.fol.298.n.12. Cau. dec.5.par.3.& volunt omnes relati ſup.n.22.& ſeqq. qui conſuluerunt in caſibus, quando ſubſtituti erant agnati: & tamen reſponderunt non cenſeri fideicommiſſum repetitum, & in eadem cauſa de Madijs idem ego tenui in conſ.98.vbi habetur & conſilium Domini Ferri in eadem cauſa Madia, vbi reſpondet ad authoritates contrarias, & præcipuè dicit non procedere quando adſunt verba reſtrictiua ad certum caſum, vel ad certas perſonas ad dicta per me ſup.hac q.nu.27.& ita in ſpecie loquitur Crau.conſ.98. & id . . probat R. ta Romana in collect.per Farin.deciſ.4. . .n. . .par.1. licèt videatur admittere primam opinionem quando ſucceſſiuum, & perpetuum fideicommiſſum reſultat inter proximiores, quod ego non admitto tum per authoritates adductas à Rota ibi nu.6 & fortius per rationem ab eadem Rota allegatam nu.7.

51 Declaratur ſeptimò non habere locum, quando teſtator dixit,quod bona tranſirent de gradu in gradum, vel de deſcendente in deſcendentem, vel de hærede in hæredem,vel de vno in alium, vel quod vnus alteri ſuccedat, vel ſimilia verba adeſſent in fideicommiſſi ordinatione,quia tunc repetitioni locus eſſet, Soc.ſen.conſil. 5.num.3.lib.3.Gozad.conſ.52.col.vlt.Dec.conſ.38.nu.4. conſ.287.nu.6.& 12.& conſ.48.col.1. Ruin.conſ.191.n. 15.lib.2.Grat.conſil.31.num.17.lib.2.Pariſ.conſ.88.n.14. 15.& 18.conſil.9.n.30.& 46.lib.1.& conſ.8.nu.7.lib.3. Soc.iun.conſ.188.n.6.lib.2.Rol.à Valle conſ.23.n.23.lib. 3.Ceph.conſ.134.n.31.li.1.conſ.393.n.29.lib.3.& conſil. 478.n.45.lib.4.Dec.conſ.33.n.91.& ſeqq.li.1. Pereg.conſ. 49.lib.1.vbi dicit ita iudicatum, Menoch.conſil.281.nu. 2.conſ.327.n.19.conſil.730.n.3.verſ.accedit, conſ.895.nu. 10.verſ.tertio perpendo,conſ.591.n.13.conſ.1051.nu.5.& li.4.præſump.69.n.12.Ant.Gab.de fideic.concl.4.nu.9.& ſeqq.nu.15.Craſſ.in §.fideicommiſſum q.4.nu.16.& qu.5. num.7. vbi teſtatur de communi opinione, Perr.de fideicommiſſ.quæſtione 5.numero 7.Maſcard.de prob.concl. 774.n.9.& concl.775.n.9.& ſeqq.Præt.de interpr.vltim. volunt.fol.284.nu.19.& fol.298.num.13.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.71.n.76.& ſeqq.& q.76.num.16. Caualcan. deciſ.17.nu.40.& 5. .par.3. Mantic.dec.Rom.375.in fin. Ratio eſt,quia verba non poſſunt tranſire de vno in alium,& de hærede in hæredem, niſi mediante fideicōmiſſi reſtitutione, nimirum ergo ſi induci debet repetitio, quia qui vult conſequens cenſetur velle neceſſarium antecedens,vt ſupra dictum fuit. Et videndi erunt allegati ſupra quæſt.575.nu.28.quia ferè omnes volunt fideicommiſſum eſſe repetitum, & etiam inductum de linea ad lineam.

52 Contrariam ſententiam probarunt alij,volentes ceſſare fideicommiſſum mortuo inſtituto cum filijs, licet teſtator extenderit vocationem per clauſulā, de gradu in gradum, de hærede in hæredē, & per ſimilia verba: etiam ſi ſint addita verba perpetuitatis, Alex.conſ.139. li.6.& conſ.202.lib.7.Iaſ.conſ.218.per totum, vbi pleniſſimè li.2.Soc.conſ.62.col.4.li.3.Dec.conſ.218.col.5.conſil. 287.dub.2.Ruin.conſ.153.n.5.li.1.Præt.conſ.167.n.30.& ſeqq.lib.1.vbi citat Curt.ſen.Soc.ſen.Dec.Rol.à Valle, & Burſatt.Corn.conſ.207.col.4.in fin. verſ.ex quo datur intelligi,lib.2.Cephal.latè conſ.17.Vegg.conſ.vlt.nu.10. Pancir.conſil.92.n.5.Menoch.conſil.253.n.16.conſ.327. nu.83.verſic.idem.& conſ.633.n.35.& ſeqq.Chriſtoph. Torniol.latè conſ.8.conſil.20.vbi latiſſimè reſpondet ad omnia motiua facta in illa cauſa, ſuper qua prius conſuluerat,& ibi aderat clauſula de hærede in hæredem, & numer.72.dicit pro conſ.Alex.fuiſſe iudicatum, conſil.68. vbi de clauſula de gradu in gradum, & vbi plures alios addit & conſil.77.nu.3.4.& opinionem Alex.d. conſ.139.communiter eſſe receptā,dixit Rot.Romana, deciſ.230.part.2.& ſequitur deciſ.490.n.19.verſ.Ex quibus,part.2.in Nouiſſ.Surd.conſil.554.n.33.& ſeqq.vſque ad finem,lib.4.vbi pulchrè,Præt.de interpr.vltim.volunt. fol.284.n.21.& fol.293.n.71.circa finem.Peregr.de fideicom.artic.29.num.27.vbi alios allegat, & deciſ.134.nu. 28 & eſt deciſio Rotæ Romanæ,relata etiam deciſ.473. part 4. Et aduerte,quod Torniol.d.conſil.8.& conſil.20. conſuluit in cauſa Brixiana de Vallotijs, & fuit pro eo iudicatum, ſed in conſ.68. in cauſa de Siccis Mediolanenſi fuit contra eum iudicatum, prout ego inueni facta diligentia ſuper hoc, dum tractarem cauſam Coradellam,de qua plenè in meo conſil. 86. & vide quæ infra dixi nu.67. verſic. Porrò, Hanc etiam opinionem tenet Rot.in collect. per Farinac.deciſ.486.nu.6.ad fin.part.1. Et hanc etiam ego probaui in vna de Tirabuſchis,vt in conſ.82. & vna mecum conſuluerunt grauiſſimi Iurecōſulti D.Bartholomeus Stella,& D.Franciſcus Portulaca Eques. Hæc enim verba,de gradu in gradum, de liberis in liberos,intelliguntur facere progreſſum circa perſonas ſubſtitutas, non circa perſonas, quibus eſt facta ſubſtitutio,& ſic includuntur deſcēdentes,præmortuorum ſubſtitutorum ad portiones decedentium ſine filijs,non autem ad portionem eorum patris, qui per hæc verba non cenſetur grauatus reſtituere filijs ſuis, ſed tantum liberis alterius lineæ, ita declarant Iaſ.conſil. 728.lib.2.Soc.ſen.conſil.72.col.2.3.Ruin.conſil.102.n.2. & 13.lib.2.Præt.d.fol.284.num.21.

Aduerte autem, quod clauſula, de hærede in hæredem,vel de gradu in gradum, poteſt dupliciter apponi, 53
primo ſi teſtator filio vno, vel pluribus inſtitutis dicat, & eo, vel eis morientibus ſine filijs ſubſtituo proximiores de familia, vel fratrem, & eius filios, & ita de hærede in hæredem, vel de deſcendente in deſcendentem, & tunc facilè procedit ſecunda opinio,& in his terminis conſuluit Alexandr. dicto conſil. 139.lib.6. & hoc quia hæc clauſula videtur appoſita ad regulandum ſolum ſubſtitutionem de proximiore, vel alio agnato, & eius filijs, ita vt eueniente caſu, quod inſtituti ſine filijs moriantur ſubſtitutio habeat locum de gradu in gradum, vel de deſcendente in deſcēdentem. Secundo modo poteſt concipi ſubſtitutio, ſi dictum ſit, inſtituo filios meos, & altero moriente ſine filijs ſubſtituo ſuperuiuentes,& eorum filios, & ita de gradu in gradum in infinitum,vel de deſcendente in deſcendentem, & in his terminis cauſa redditur difficilior; ſi tamen placeret prima opinio pro repetitione fideicommiſſi erit aduertendum, quod illud procederet deſcenſiuè in eadem linea, nō autem erit inductum fideicommiſſum de linea ad lineam, vt dixi d.conſ.82.& plenius de hac materia dictum fuit ſupra quæſt.474.

Conciliari etiam poſſunt prædictæ opiniones, vt prima procedat, quando huiuſmodi clauſula eſt appoſita 54
diſpoſitiuè,& in oratione ſeparata;ſecunda verò locum habeat quando declaratoriè, continuatoriè, & illatiuè eſt appoſita,Surd.conſil.554.nu.33.vſque ad finem,præcipuè num.40.verſic.non ео lib.4.Chriſtoph.Torniol.conſ. 8.num.81.vbi loquitur in his terminis,vt patet ex dictis ab eo paulò ſupra, & conſil.20.num.46.verſ.quarta, & vltima,conſil.68.num.17.& ſeqq.

De hac

De hac etiam declaratione videnda erunt ſcripta *quaſtione præcedenti in 4.caſu,numer.90.& quaſtion.* 441. *num*....

Præt. tamen *de interpr.vltimar.volunt.fol.* 284.*n.*21. intelligit ſecundam opinionem procedere, quando filij poſiti in conditione non ſunt vocati, ſecus ſi eſſent vocati, allegat Ruin.*conſ.*158.*n.*12.*& cõſ.*124.*n.*4.*lib.*2. Albenſ.*conſ.*87.*nu.*13.& Ant. Gabr. *de fideicommiſ. concluſ.* 4.*num.* 34. Sed tamen plures pro dicta ſecunda opinione citati ſequuntur in caſu, quando extabant coniecturæ, quod poſiti in conditione eſſent vocati.

55 Declaratur octauò, *vt conſ.Old.*21.nõ procedat, quãdo teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionũ,& ſubſtitutio propterea requirit tractum ſucceſſiuũ, nam tunc fiet repetitio ex coniecturata mente teſtatoris, Paul.Caſtrenſ.*conſ.*334.*quia ex allegationibus, libr.*1. Iaſ.*conſ.*140.*col.*4.*lib.*2.Corn.*conſ.*146.*dubio primo. lib.*2. Socin.ſen.*cõſ.*250.*n.*5.6.*&* 14.*lib.*2.Curt.ſen.*conſ.*52.*col.*3.*verſic.fortificantur præmiſſa*.Dec.*conſ.*95.*col.penul.conſ.*207.*ad finẽ,verſ.non obſtãte,& conſ.*477.*n.*3.*in fine*, Curt. iun.*conſ.*16.*n.*7.*conſ.*43.*col.*1.*& conſ.*121.*n.*16.Grat.*conſ.*5.*n.*18.*&* 85.*lib.*2.Paul.Leon.*conſ.*1.*n.*40.*& cõſ.*11.*n.*30. Pariſ.*conſ.*18.*n.*38.*conſ.*63.*n.*28.*conſ.*75.*n.*40.*& conſ.*90. *n.*32.*lib.*2.Port.Imol.*conſ.*46.*n.*20.Crauet.*conſ.*98.*nu.*3. *conſ.*326.*col.vlt.conſ.*878.*nu.*10.*& conſ.*935.*n.*11. Ceph. *conſ.*529.*n.*32.Dec.*conſ.*84.*libro* 3.Marzar.*cõſ.*4.*col.*5.*n.*33. Riminald.iun.*conſil.*2.*lib.*1.*& conſil.*464.*n.*20.*lib.*4. Hieron.Gabr.*conſil.*117.*n.*21.*lib.*1.Pancir.*conſil.*69.*n.*14. Menoch.*conſil.*117.*n.*9.*&* 10.*conſ.*152.*n.*27.*conſ.*220.*n.*12.*conſ.*281.*n.*1.*conſil.*310.*n.*14.*conſil.*334.*n.*19.*conſ.*348. *n.*17.*conſ.*458.*n.*20.*conſil.*647.*n.*9.*conſ.*53. *nu.*15.*& ſeq. conſil.*575.*nu.*12.*conſ* 803.*n.*7. vbi tamen ſe reſtringit ad perſonas nominatas,*& n.*45.*cõſ.* 884.*n.*5.*conſ.*895.*n.*23. *conſ.*941.*n.*17 *conſ.*1006.*n.*5.*conſil.*1017.*n.*12.*conſ.*1011. *n.*13.*cõſ.*1023.*n.*9.*cõſ.*1051.*n.*6.*cõſ.*1107.*n.*23.*& cõſ.*1195. *n.*17.vbi dicit eſſe magis receptã ſententiã,& tollit plures authoritates in contrarium adductas Pedroc.*conſil.*39.*n.*3.*&* 4.*lib.*1.Fab.Turret.*cõſ.*35.*n.*7.*& ſeqq.lib.*2. Pereg.*conſ.*130 *lib.*1. vbi cõſiderat digreſſionem ad plures gradus ſubſtitutionum, vt bona in agnatione perpetuarent, idẽ *conſ.*157.*in fi.eod.*Ruſtic.*conſil.* 1.*poſito poſt tractatũ de liber.in condit.poſit.n.* 44. *& in d.l.cum auus, lib.*4.*cap.*2.*n.*37.Viu.comm.opin.*concl.*855.*nu.*5. Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*quaſt.*79.*n.*17.Achill. Perſon. *tract. de adipiſc.nu.*203.Craſſ.*in* §.*fideic.quaſt.*33.Menoch.*lib.*4.*præſump.*69.*n.*13.Milan.*deciſ.*1.*n.*136.*lib.*1.Caual. *deciſ.*17. *n.*46.*verſ.ſecundo,part.*3.Theſaur.*deciſ.Pedem.* 99. *n.*34. *& deciſ.*270.*n.*29. vbi dicit Senatum Pedemontium ita iudicaſſe,Mantic.*dec.Roman.*375.*in fine*, vbi tamen loquitur quando vltimo loco ſunt vocati agnati maſculi cum prohibitione alienationis addita ratione,quia vult bona ſtare penes illos de domo, & ad eos in infinitum de gradu in gradum pertinere.

56 Verum contraria ſententia habet multos, & graues ſectatores,qui exiſtimarunt, nec per digreſſionem ad plures gradus ſubſtitutionum inducendam eſſe repetitionem,ita Alexand.*conſ.*139.*lib.*6.Iaſ.*conſ.*66.*colum.*4. *verſic.ſed præmiſſis,lib.*3.Soc.ſen.*conſ.*12.*n.*7.*& conſ.*63. *n.*7.*lib.*3.Vegg.*conſil.vlt.n.*9.13.15.17.*&* 27.Crauet.*cõſ.*98.Ceph.*conſ.*17.*n.*10.Rimin.iun.*conſ.*371.*n.* 280. Menoch.*conſ.*85.*n.*49.*conſ.*274.*n.*23.*conſ.*348.*n.*17. *& ſeq.* alios adducit,*& conſ.*462.*n.*23.*verſic.reſpõdetur*, Pereg. *conſ.*33.*col.vlt.conſ.*39.*n.* 2.*lib.*3.*conſ.*47. *& cõſ.*63.*n.*10. *lib.*5.Odd.*conſ.*67.*n.*30.*verſic.item clarè*, Honded.*conſ.*60.*n.*82.*lib.*1.Surd.*conſil.*44.*n.*8.13.*&* 21.*conſ.*315.*n.*55. *& conſ.*448.*n* 20.*verſic.item*.Bertaz.*conſ.* 69. *n.*4.vbi refert ſic fuiſſe iudicatũ,Rimin.ſen.*conſil.*119.*n.* 12. *verſ. his tamen non obſtantibus*,Ruin.*conſil.*89.*n.*33.*verſ.quod etiam,& conſ.* 153.*n.*5.*lib.*2.Dec.*cõſ.*287.*n.*1.*& conſ.*291. *numero* 4.*verſic.venio igitur*,Pariſ.*conſil.* 31. *& conſilio* 44.*col.*1.*lib.*2.Mant.*conſi.*329.*lib.*1. Port.Imol.*conſ.*137. *num.*7.*& ſeqq.*Pancir.*conſ.*93.*n.*14. *& ſeqq. & conſil.*94. *n.*30.Ceph.*conſ.*209.*n.*9.*lib.*2.Berett.*conſ.*63.*n.*1. *& ſeqq.* Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol.* 198.*nu.*120.Peregrin.qui plures alios refert *de fideicom.artic.*29.*nu.*27.*& num.*38.Ioſeph.Sert.*deciſ. Aragon.*65.*nu.* 14. Pegis *deciſ.*102. *n.*14.Cauãlc.qui multos etiam adducit,*deciſione* 5.*n.*17. *parte* 3.Rota Romana *in nouiſſ.deciſ.*230.*par.*2. *& deciſ.*491.*n.*4.*verſ. ad alias parte* 4. & in collect. per Farinac. idem tenuit Rota *deciſ.*486.*n.*6.*in fine*, *& nu.* 8. *& ſeqq. part.*1.vbi de communi opinione teſtatur, & ſi percurrantur citati *ſup.n.*1. vt plurimum loquuntur in caſibus digreſſionum ad plures gradus ſubſtitutionum; & ideo crederem ab hac vti veriori non eſſe iudicando,& conſulendo recedendum, ſi enim vera eſſet prima opinio tota deſtrueretur concluſio.

Admitto tamen exemplum Menoch.*d præſumpt.*69. *n.*13.dum dixit, quod ſi teſtator inſtituit filium, & eius deſcẽdentes, quibus ſine filijs deſcẽdentibus ſubſtituat Sempronium fratrem, & poſt eum deſcẽdentes illius, quod fideicommiſſum inducitur tam reſpectu filij erga ſuos deſcendentes, quam etiam reſpectu deſcendentiũ erga fratrem, & eius filios, & hoc non vi digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionum, ſed bene ex eo,quia fratrem ſubſtituit ipſis deſcendentibus expreſsè, nimirum ſi ipſi primo vocati dicuntur eodem fideicommiſſo grauati,& de hoc non eſt probabilis dubitatio.

Poſſet etiam pro concordia dici, quod ſi vnus alteri ſubſtituatur hoc modo; inſtituo filium, & illi ſubſtituo eius filios & illis fratrem, &c. procedat prima opinio. 57
Si verò teſtator vocat filium, & ſi ille ſine liberis deceſſerit ſubſtituat fratrem, & fratri eius filios, &c. & tunc mortuo filio cum filijs,omnes aliæ ſubſtitutiones expirent, quia filijs filij non eſt facta ſubſtitutio, & procedat tunc doctrina Oldr. *dicto conſ.* 21.cum alijs ſupra in principio adductis, quia tunc nulla dicetur facta digreſſio, ſed ſunt potiùs ſubſtitutione ſeparatæ, & ita hanc conciliationem ſenſit Menoc.*conſ.*462.*in fine*,poſt Marzar.citatum,dum diſtinguit inter actiuam & paſſiuam vocationem,& idem voluit ipſe Menoch.*conſ.*327. *num.*16.*verſ.verum conſil.* 152. *num.*49. *verſ. non obſtat, conſil.*493.*nu.*15. *verſ.reſpondetur,conſil.*348.*num.*19.*&* 20.vbi diſtinguit clarè duos caſus,& idem etiam voluit *conſil.*633.*nu.*34.

Pariter etiam prima opinio procederet, quando teſtator filium inſtituit, & ſi ſine filijs decederet, & filij ſine filijs fratrem inſtituit, & eius deſcendentes, ita Menoch.*conſ.*493.*num.*15.*verſ. reſpondetur*, ſecundum Curt.iun. & Pariſ. ab eo relatos, & eſt vera deciſio ſecundum exemplum Menochij, quando teſtator extendit vocationem vltra filiorum filios, ſecus verò eſſet, quando teſtator dixiſſet, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine filijs,& filij filiorum ſine filijs,ſubſtituo fratrem, nec vltra ſe extenderit, quia tũc mortuis filijs filiorũ cũ filijs ſubſtitutio expirat, vt in ſequenti declaratione dicetur. 58

Similiter non haberet locum deciſio Oldr. quando teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum reſpicientes ipſos deſcẽdentes,ita ex communi, & magis cõmuni,& in foro recepta opinione. Peregr. *conſ.*98.*in fine,libr.*4. vbi allegat Capic.*deciſ.*108. Guid. Pap. *deciſ.*531.Alciat.*conſ.*604.*n.*7.*& conſ.*778.*n.*3.vbi de foro Mediolani,Craſſ.*in* §.*fideicommiſſum,q.*33. vbi de prætorijs Germaniæ,Theſaur.*deciſ.*96.*n.*34. *& deciſ.*270.*n.*29.vbi de Senatu Saubaudiæ,idem ſenſit Menoch.*conſilio* 633. *numero* 34. 59

Aduertas tamen ad iſta exempla, quando vocantur filij,& filiorum filij, an dicantur vocati per vulgarem, an per fideicommiſſariam, nam ſi per vulgarem eſſent 60

vocati, ſi primi habuerunt hæreditatem, aliæ ſubſtitutiones expirant. Peregr. *de fideic. art.* 12 *nu.* 19. *& in fine,* de quo articulo latius dictum eſt *q. præcedenti, in quarto caſu,* & vide *infra nu.* 68.

61 Declaratur nonò, vt non procedat, quando teſtator dixit, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs, & filij filiorum ſine filijs ſubſtituo Titium, & eius deſcendentes, quia & filij, & filiorum filij, & vlteriores deſcendentes morientes ſine filiis dicuntur grauari, Soc. ſen. *dicto conſil.* 250. *col.* 4. Viu. *Commun opin. concl.* 855. *n.* 2.

62 Contrariam ſententiam, & melius probarũt Calcan. *conſ.* 20. *col.* 1. Curt. ſen. *conſ.* 45. *num.* 17. ſecundum cuius opinionem fuit iudicatum, vt ipſe teſtatur *conſil* 63. *col.* 8. & prædictos refert, & ſequitur Peregr. *de fideic art.* 28. *n.* 33. qui volunt, quod fideicommiſſum non extendatur vltra gradum conſideratum à teſtatore: idem tenuit Decian. *conſil.* 64. *dubio primo, lib.* 4. *conſil.* 57. *dubio primo,* & cõprobat egregiè *conſ.* 94. *per totum, lib.* 5. & cõferunt dicta ab eodem Decian. *conſil.* 38. *nu.* 8. *& ſeqq. eod. lib.* 5. & hanc partem ego defendi vti Aduocatus Fiſci ſuper fideicommiſſo, de quo in teſtamento D. Aloyſij Bonæ & obtinui: idem etiam conſului ſuper teſtamento D. Io. Baptiſtæ Madij, in cauſa vertente inter D. Brunorum Madium prætendentem fideicommiſſum perpetuum reſultare, ſi teſtator dixit, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine filijs, & filiorum filij ſine filijs ſubſtituo, &c. & Illuſtriſs. D. Co. Iſabellam Mariam Madiam vxorem Illuſtriſſimi D. Co. Alemani Gambaræ dicentem fideicommiſſum expiraſſe in filijs filiorum, & vt videri poteſt *in conſil.* 2. iudicium autem non fuit ſequutum, quia tranſactione omnia ſopita fuerunt, verum tamen eſt, quod D. Brunorus ceſſit in hoc puncto.

63 Declaratur decimò vt non procedat, quando teſtator voluit conſtituere perpetuum fideicommiſſum, quia tunc fideicommiſſum cenſetur de vno in alium repetitum, cum perpetuum eſſe nõ poſſit, niſi vnus alteri ſucceſſiuè ſit grauatus reſtituere, Iaſ. *in l. ſi quis hæredem, n.* 10. *C. de inſt. & ſubſtit.* Alex. *conſ.* 53. *n.* 12. *lib.* 6. Caſſan. *conſil.* 62. *nu.* 10. ruſus Iaſ. *conſil.* 140. *col.* 6. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 18. *nu.* 50. *& conſ.* 33. *n.* 102. *lib.* 1. Crauet. *inter conſ. Marz. conſ.* 6. *col.* 11. *verſic. & ſi maximè.* Pereg. *conſ.* 49. *lib.* 1. *conſ.* 65. *nu.* 17. *conſ.* 139. *libro* 2. vbi refert ſic pluries fuiſſe iudicatum, & præcipuè in caſu, ſuper quo ipſe conſuluit *d. conſ.* 49. *lib.* 1. *conſil.* 56. *& conſ.* 98. *n.* 4. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 67. *n.* 36. *& ſeq. lib.* 1. Ruſtic. *poſt tract. de liber. in cond. poſit. conſil.* 1. *n.* 45. *& in l. cum auus, lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 45. *& ſeq.* Menoc. *conſ.* 117. *n.* 17. *conſ.* 152. *n.* 29. *conſ.* 220. *nu.* 24. *cõſ.* 277. *n.* 11. *conſ.* 310. *n.* 21. *conſ.* 348. *n.* 16. *cõſ.* 458. *n.* 21. *conſ.* 530. *n.* 17. *verſ. & ratio, conſ.* 575. *nu.* 14. vbi ampliat etiam in tacita perpetuitate, vt in exemplis apud eũ *cõſ.* 803. *n.* 48. *conſ.* 895. *n.* 11. *conſ.* 1107. *n.* 26. *& lib.* 4. *præſump.* 69. *n.* 6. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 79. *n.* 20. Caual. *dec.* 18. *n.* 40. *poſt principium, & n.* 44. *verſ. & breuiter. part.* 3. Anton. Gama *decis. Luſit.* 224. *n.* 16. *& ſeqq.* Theſaur. *deciſ. Pedem.* 96. *n.* 34. *iunctis dictis ſup. n.* 30. Rot. Rom. in collect. per Farin *deciſ.* 164. *in fi. lib.* 1. *& deciſ.* 231. *in fi. lib.* 2.

64 Sed cõtrarium fuit deciſum in Rota Romana, vt habetur in nouiſſ. *deciſ.* 230. *part.* 2. Et in pulchro caſu Brixiæ conſuluit Chriſtoph. Torniol. *in conſil.* 8. *& conſ.* 20. *& conſil.* 68. vbi aderant hæc verba, & ſi inſtituti deceſſerint ſine filijs alij ſuccedant, & ſic ſucceſſiuè de hærede in hæredem perpetuis temporibus, & concludit quod morientibus inſtitutis cum filijs nullum extet fideicommiſſum, licet illi poſtea ſine filijs moriantur, & videndus etiã erit Surd. *d. conſ.* 554. *n.* 38. *libr.* 4. vbi dicit verba in perpetuum intelligi ſecundum ſubſtitutiones præcedentes, idem dixit Pancir. *conſ.* 92. *n.* 15. *nec obſtat,* quem refert, & ſequitur Menoch. *conſ.* 253. *nu.* 16. addo Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 293. *n.* 71. *verſic. tertio declaratur ad medium,* Peregr. *de fideic. art.* 29. *nu.* 27. *& n.* 35. Alex. *conſ.* 139. *lib.* 6. Ceph. *conſil.* 510. *lib.* 4. Caual. *deciſ.* 5. *n.* 42. *& ſeqq. & deciſ.* 15. *n.* 1. *&* 3. *parte* 3. Honded. *conſil.* 45. *n.* 42. *& ſeqq. libro* 2. Rota Romana *deciſ.* 490. *per totã maximè. n.* 10. vbi dicit verba in perpetuum intelligi inter ipſos vocatos in actiua ſubſtitutione, idẽ tenet *deciſ.* 491. *parte* 4. *in nouiſſ.* Peregr. *deciſ.* 134. *n.* 22. vbi apparet ita Rotam Romanam tenuiſſe, & hæc opinio conſulendo, & iudicando retinenda erit, quam probauit, & Rota poſt multos in collect. per Farin. *deciſ..... num.* 6 *par.* 1.

Et hæc ſecunda opinio ſequenda maximè erit, quan- 65 do ex verbis teſtamẽti, apparet ſubſtitutionẽ eſſe reſtrictã ad caſum mortis hæredis grauati, Pereg. *conſ.* 139. *in fi. lib.* 5. vbi allegat Crauet. *conſ.* 98. idẽ Pereg. *conſ.* 36. *n.* 24. *lib.* 1. Et quando in ſubſtitutione adſunt verba reſtrictiua, quòd verba perpetuitatis non inducant repetitionẽ fideicõmiſſi, ſcribit Menoch. *cõſ.* 982. *n.* 3. & multi ex relatis *ſup. n.* 3. loquũtur in terminis, quando aderãt verba perpetuitatis, vt illa loca percurrẽdo colligi poterit.

Et quãdo verba perpetuitatis poſſunt referri ad præcedens tempus non eſſe locum repetitioni voluit Rota Roman. *d. deciſ.* 490. *parte* 4.

Et ratio eſt, quia vbi verba poſſunt parere alium effectum, quã noui fideicommiſſi, non debent importare fi- 66 deicommiſſum, *l. pater, §. filiam, ff. de leg.* 3. Rot. Roman. *deciſ.* 466. *n.* 2. *verſ. non obſtãt, p.* 4. *& dec.* 490. *nu.* 3. *p.* 4. & verba debent eſſe clariſſima, vt importẽt fideicõmiſſum & debẽt eſſe talia, quod neceſſariò illud inferãt, Dec. *cõſil.* 377. *n.* 7. Alba *cõſ.* 29. *n.* 7. & plenius dictũ fuit *qu.* 276. & pleniſſimè Pereg. *de fideic. art.* 11. *n.* 33. *vſque ad n.* 45.

Concordat etiam has opiniones Men. *conſ.* 895. *n.* 13. 67 *& ſeq.* Aut ſubſtitutio eſt facta ſub conditione, ſi ſine liberis, *iuxta conſ.* Old. 21. & tũc decedẽte grauato cũ liberis expirat fideicõmiſſum, & ſi in ſubſtitutione extẽt verba in infinitum, & ſic procedat ſecunda opinio. Aut teſtator actiuè, & paſſiuè vocauit liberos & deſcendentes, & ſumus in caſu, quod licet aliqui deceſſerint ſine liberis, non expiret ſubſtitutio, & tunc ab vno in alium cẽſetur fideicõmiſſum repetitũ, vt dixi *q. præcedẽti, n.....*

Porrò non omitto, quod verba perpetuitatis poſſunt multipliciter, & variè adijci ſubſtitutioni, nam poſſunt apponi in ſubſtitutione ſic: inſtituo filios, & altero eorum moriente ſine filijs ſubſtituo ſuperſtites, & eorum filios, & deſcẽdentes in infinitũ, vel quia volo bona manere in familia, vel in deſcendentib. in infinitũ, vel ſimilibus verbis, & tunc facilè procedit ſecunda opinio, quod fideicommiſſum non ſit repetitum poſſunt etiam apponi hoc, vel ſimili modo: inſtituo filios, & altero ſine filijs moriente ſubſtituo ſuperſtites, & eorum filios. Et hoc fideicommiſſum volo eſſe perpetuum, vel hanc ſubſtitutionem volo tranſire de hærede in hæredem in infinitum, & in his terminis ego conſului in dicta cauſa de Coradellis, & adhuc tenui contra repetitionem, allegabam inter alios Torniol. *conſil.* 8. *conſ.* 20. *& conſil.* 68. & facta diligentia de iudicijs in illis cauſis ſequutis inueni ſecundũ *conſ.* 8. *&* 20. Brixiæ fuiſſe iudicatum, ſunt enim ea conſilia edita in cauſa Brixiana de Vallotijs. Sed diuerſum iudicium fuit ſecutum in cauſa de Siccis ſuper qua Torn. conſuluit *d. conſil.* 68. nam Senatus Mediolanenſis iudicauit non ſolum fideicommiſſum fuiſſe repetitum per illam clauſulam. Et hoc fideicommiſſum, &c. ſed etiam voluit de linea ad lineam eſſe inductum, & vide ſupra *q.* 475. *nu.* 37. *in fin.* In cauſa autem Coradella iudicium expectatur. Sed adhuc aduerte, nã ſi ſit dictum ſubſtituo ſuperſtites, & præmortuorum filios, vt erat dictũ in cauſa Sicca, & tunc per clauſulam ſubſequentem. Et hoc fideicommiſſum, &c. ſit repetitum fideicommiſſum, quia clauſula nil operaretur, niſi fieret repetito. Si verò dictum, ſit ſubſtituo ſuperſtites, & eorum

& eorum filios, & ſic ſucceſſiuè deſcendentes, & poſtea addatur clauſula. Et hoc fideicommiſſum, &c. vt erat in cauſa Coradella, & tunc quia clauſula poteſt commodè referri ad fideicommiſſum ſucceſſiuum factum de deſcendentibus, & non operetur nouum fideicommiſſum, *d. l. pater, §. filiam*, & tradit Menoch. poſt Ruin. relatum *conſil.* 982. quod ſi verba poſſunt habere duplicem ſenſum, accipi debeat ſenſus contra fideicommiſſum, quod etiam ego plenius deduxi *in d. conſil.* 86. & in his terminis loquitur, & Torni ol. *d. conſil.* 8. *& conſ.* 20.

68 Declaratur vndecimò non habere locum, vbicunque ſubſtitutio poteſt videri relata tam ad ipſum inſtitutũ, quàm ad filios, & filiorum filios, quia hoc caſu repetitio fideicõmiſſi concedi debet, quando teſtator inſtituiſſet ſibi hæredes aliquos, & eorum deſcendentes, & ſi dicti hæredes inſtituti decederent ſine filijs ſubſtituit proximiores agnatos, nam hoc caſu ſubſtitutio videretur relata non ſolum ad filios inſtitutos, ſed etiam ad filios hæredum inſtitutorum: hic eſt propriè caſus, de quo in teſtamento D. Aimi Madij ſuper quo cõſuluerunt Dec. Cephal. Crauet. pro fideicommiſſo, Decian. *conſil.* 84. *à nu.* 3. *vſque ad nu.* 33. *& nu.* 26. *& ſeqq. lib.* 3. Cephal. *conſ.* 426. & Crauet. *conſil.* 878. & idem tenent Pariſ. *conſil.* 7. *lib.* 3. & Peregr. *de fideicom. art.* 29. *in fine*, vbi tamen dicit hoc verum, dummodo liberi eſſent ſucceſſiuè per fideicommiſſum vocati, ſecus ſi tãtum per vulgarem. De quo tamen articulo videndum erit *conſ. meum* 97. quod fuit in eadem cauſa Brixiana de Madijs, ſuper qua ego tenui contra fideicommiſſum, & ibi patet idem antea tenuiſſe D. Ferrum, & ibi reſpondet ad omnia argumenta Decian. Ceph. Crau. & in pulchro caſu videndus eſt Ceph. *conſ.* 269. *n.* 46. *lib.* 2. & quæ dixit ipſe Peregr. *d. tract. de fideic. art.* 12. *n.* 19. & videnda erit *deciſ. Rot. Rom.* apud Seraph. 482. vbi dictum erat, quod hæredes, & ſubſtituti non poſſent alienare, & tenet verba non referri ad poſitos in conditione, & fideicommiſſum non cenſeri repetitum. [Sed quid ſi teſtator dixit, ſi inſtituti deceſſerunt ſine filijs, & deſcendentibus vltimo ex eis ſubſtituo, &c. an hæc ſubſtitutio dicatur facta vltimo ex inſtitutis, an verò vltimo ex deſcendentibus inſtitutorum Mareſcot. loquitur in terminis iſtis, *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 45. & concludit pro repetitione.]

69 Declaratur duodecimò, vt locum non habeat, quando teſtator non tantum conſiderauit implementũ conditionis, quantum effectum, quia licet filij viuant poſt mortem grauati, attamen cenſentur ſub eadem conditione grauati, Soc. iun. *conſil.* 160. *num.* 73. *libr.* 2. Rimin. iun. *conſil.* 21. *n.* 36 *& ſeqq libr.* 1. Pereg. *conſ.* 139. *n.* 2. *poſt principium lib.* 5. Ruſtic. *conſ.* 1. *poſito poſt tract. de liber. in condit. poſit. num.* 46. *& in d. l. cum annus, libr.* 4. *cap.* 5. *nu.* 52. Anton. Gabr. *de fideicom. concl.* 7. *in fin.* Alex. Trent. *de ſubſtit. par.* 4. *c.* 7. *nu.* 75.

70 Declaratur decimotertiò, vt non procedat *conſ.* Old. quando liberi, vel deſcendentes, & ſic per collectiuam eſſent poſiti in conditione, ita poſt Dec. Crauet. Guid. Pap. Pariſ. Grat. Gab. Gouean. Zanch. & Soc. ſcribit Ruſtic. *d. l. cum annus, lib.* 4. *c.* 2. *n.* 34. cum alijs citatis *q.* 441. *n.* 35. [Hanc eandem ſententiam probarunt Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſolut. c.* 45. *n.* 2. *& ſeqq.* Barz. *deciſ. Bonon.* 12. *n.* 3. *verſic. ad ſupradictum*, Theſaur. *deciſ.* 270. *n.* 29. *ad medium, verſic. tertio*, & eſt conſilium Goueani in illa deciſione inſertum.]

71 Cæterum hæc ſententia non eſt vera, & contrarium tenent alij relati *d. q.* 441. *n.* 36. & infra vbi comprobaui, & ſupra etiam dixi hac *q. nu.* 26. [Et pro hac ſententia clarè ſe habent relati *ſupra n.* 15. quibus addo Io. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de teſtam. §.* 1. *in vlt. addit. verſic. quinta quaeſtio*, Paul. Caſtr. *in l. ex factis, §. pen. nu.* 6. *ff. ad Trebell.* Soc. ſen. *conſil.* 250. *n.* 4. *lib.* 2. Alb. *conſil.* 383. *nu.* 8. Ceph. *conſil.* 514. *nu.* 8. *lib.* 4. Rimin. iun. *conſ.* 158. *n.* 96. *& ſeqq. lib.* 4 *ſecundum quod conſ.* Rota *iudicauit, vt ibi in fine*, Menoch. *conſil.* 85. *nu.* 46. *conſ.* 250. *nu.* 11. 12. *conſ.* 895. *num.* 19. *& lib.* 4. *præſump.* 69. *ſub n.* 1. Cephal. *conſ* 268. *n.* 21. *& ſeq.* Celſ. Vgo *conſ.* 68. *n.* 4. Honded. *conſ.* 8. *nu.* 16. *verſic nec verba, lib.* 1. Dec. *conſi.* 480. *n.* 7. Ruin. *conſ.* 132. *nu.* 5. *lib.* 3. *& conſ.* 33. *nu.* 1 *eod. lib.* Rota apud Seraph. *deciſ.* 482. Curt. iun. *conſ.* 121. *nu.* 15.

Difficultas eſt, quando poſiti ſunt in conditione deſcendentes in infinitum, quo caſu pro fideicommiſſo fuit iudicatum in vna de Lorinis à Rota Florentina, & facit Pereg. *conſil.* 56. *lib.* 4. *vbi dicit conſ.* Oldrad. 21. ceſſare, ſi poſiti ſunt in conditione filij in infinitum.

Ego autem in ſecunda inſtantia in dicta cauſa de Lorinis ſcripſi reſoluendo motiua Rotæ Florentinæ exhibita contra hæredem grauati, & tenui contra fideicommiſſum, vt habetur *in conſil.* 10. *allegaui* Oldr. Ioan. Andr. Dec. Præt. *locis ſupra relatis*, Menoc. *conſ.* 85. *n.* 46. *& d. præſumpt.* 69. *nu.* 1. ponderando, quod in caſu Oldradi dictum erat, vel deinceps deſcendentibus, quod verbum, deinceps, habet tractum ſucceſſiuum; ſicuti in caſu Io. Andr. aderat verbum, *vel vlterioribus deſcendentibus*, quod verbum, vlterioribus, pariter habet vim tractus ſucceſſiui.

Declaratur decimoquartò, quando poſita ſunt in conditione filij in infinitum, Peregr. *conſil.* 56. *lib.* 4. ſed obſtant dicta in præcedenti declaratione.]

Declaratur decimoquartò, quando conditio liberorum non eſt reſtricta ad certum tempus, ſed refertur ad indefinitum, & indeterminatum tempus, & ſic conditio tractum ſucceſſiuum haberet, vel dictum eſſet, ſi hæredes decederent ſine filijs in infinitum, quia tunc filij in infinitum dicerentur eodem fideicommiſſo grauati, Ruſtic. *in d. l. cum annus, lib.* 4. *c.* 2. *n.* 38. vbi adducit Imol. Alex. Soc. ſen. Ruin. Pariſ. Odd. Gabr. Menoch. Præt. & Alexand. Trent. addo Peregr. *conſil.* 56. *in fin. lib.* 4. 72

Declaratur decimoquintò non procedere, quandò teſtator conſtituiſſet onus reſtitutiones reale, quia grauamen fideicommiſſi tranſit ad quoſcunque, ad quos res peruenerit Comen. *in l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundum, n.* 3. *ff. de leg.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 227. *col.* 5. *lib.* 2. quos, & alios refert, & ſequitur Menoc. *conſil.* 379. *n.* 34. idem *conſ.* 1099. *num.* 15. *& conſil.* 1111. *n.* 4. Pariſ. *conſ.* 38. *n.* 21. *& ſeq. & conſil.* 92. *n.* 43. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 69. *n.* 18. *& conſ.* 90. *nu.* 39. *lib.* 1. Rota Romana in collect. per Farin. *deciſ.* 231. *num.* 1. *par.* 2. [Et cum hac declaratione tranſeunt etiam alij relati ab Excellentiſſ. D. Chriſtophoro Roncionio in eius conſil.: 80. n. 11. poſito inter mea conſilia, vbi dicit Rotam ita ſæpius tenuiſſe, & in eadem cauſa ego conſului & eſt conſil. 179. nu 6.] 73

Cum enim fideicommiſſum eſt reale, onus dicitur annexum rei, & tranſit ad omnes, ad quos tranſit res, cũ onus ſemper cõcomitetur rem, Ruin. *in l. Gallus, §. inſtituens, n.* 44. *ff. de liber. poſth.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 108. *ff. de leg.* 1. Becc. *conſi.* 24. *n.* 24. Ruin. *conſ.* 134. *n.* 14. *&* 15. *libr.* 3. Eugen. *conſil.* 62. *nu.* 31. Decian. *conſil.* 84. *nu.* 28. *lib.* 3. vbi plura conſilia Soc. ſen. allegat Surd. *conſ.* 63. *num.* 23. *lib.* 1. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 2. *nu.* 23. Peregr. *de fideicomm. art.* 10. *n.* 54. *& art.* 32. *nu.* 70. Rota *d. deciſ.* 231. *nu.* 5. *part.* 1. 74

Contra tamen in fideicommiſſo reali, vt non habeat locum repetitio, ſcribunt Alex. *conſ.* 139. *lib.* 6. Ruin. *cõſ.* 153. *n.* 5. *lib.* 2. Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 490. *n.* 9. *verſ. ex quib. parte* 4. & in vna de Madijs, idem ego conſului cum Excellentiſſ. D. Ferro, vt habetur *in conſil.* 98. vbi ſcripſi conſ. ipſius D. Ferri. 75

Immo poteſt dici onus imperſonaliter prolatũ nõ eſſe reale, ſi reſpiceret perſonas, Rot. *d. dec.* 494. *nu.* 9. vbi refert Soc. ſen. Abb. & Matt. addo Menoc. *conſ.* 379. *n.* 34.

76 Declaratur decimoſextò non habere locum, quando teſtator reliquit bona illuſtria, & quæ veriſimiliter voluit ad extraneos hæredes tranſmitti, nec ad extraneos ſolent tranſmitti, nam tunc præſumitur fideicommiſſum eſſe repetitum à primo in ſecundum, & vlteriores. Gloſſ. *in l. quoties*, & ibi Bald. & Iaſ. *C. de fideicomm.* Bart. *in l. filius familias* §. *Diui*, *nu.* 3. & ibi Iaſ. *in prima lectura*, *nu.* 26. & Rip. *nu.* 4. *ff. de leg.* 1. Paul. Caſtr. *conſil.* 343. *quia ex allegationibus*, *colu.* 1. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 23. *col. penult.* & *conſ.* 38. *col.* 2. Crauet. *conſ.* 878. *col. penul.* Menoc. *conſ.* 117. *n.* 19. & 20. *conſ.* 220. *num.* 27. *conſil.* 647. *n.* 10. *verſ. tertio*, vbi de domo nobili & egregia *conſ.* 803. *n.* 8. vbi de Caſtro & Comitatu, & *num.* 50. *conſ.* 904. *n.* 14. *conſil.* 1006. *nu.* 6. *conſil.* 1023. *n.* 10. *conſil.* 1051. *n.* 7. *conſil.* 1099. *n.* 16. & *ſeq. conſil.* 1107. *n.* 28. *conſ.* 1152. *n.* 9. *conſ.* 1155. *n.* 31. & *ſeqq. conſilio* 1195. *nu.* 20. & *ſeqq.* & *lib.* 4. *præſumpt.* 69. *n.* 18. Eugen. *conſil.* 81. *n.* 45. Ruſtic. *conſ.* 1. *poſt tract. de liber. in condit. poſit. n.* 39. & *in d. l. cum auus*, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 30. Anton. Gabr. *de fideicomm. concluſ.* 7. *num.* 6. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 4. *num.* 19. Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. *nu.* 6. *in fine.* Præt. *de interpret. vltim. vol. fol.* 316. *nu.* 10. *ad medium*, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 72. *n.* 90. & *q.* 79. *n.* 71. Capic. *deciſ.* 108. *nu.* 4. Caualcan. *deciſ.* 17. *nu.* 40. *par.* 3. & quæ dixi *quæſt.* 451. *nu* ...

77 Ad quod etiam facit, quod teſtator cenſetur facere fideicommiſſum ex ſola prohibitione alienationis rei inſignis, nulla expreſſa cauſa, *l. quoties*, *C. de fideicomm.* & ibi Gloſſ. Iaſ. *n.* 15 & Padil. *nu.* 10. vbi dicit eſſe communem opinionem. Rub. Alex. *conſ.* 53. *nu.* 5. Crau. *conſ.* 878. *col. pen. verſic. ſatis his*, Menoch. *conſ.* 1155. *n.* 3. Capic. *deciſ.* 108. *n.* 4. & in *deciſ.* 48. *nu.* 1. *lib.* . Gomez. *in comment. ad leg. Taur. Hiſpan. leg.* 40. *nu.* 3. Hæc tamen declaratio me non moueret ad iudicandum contra conſ. Odd. fateor tamen quod ſi adeſſent legitimæ coniecturę voluntatis teſtatoris pro repetitione, quod procliuior eſſem, ſtante etiam qualitate rei inſignis fideicommiſſo ſuppoſitæ.

78 Declaratur decimoſeptimò, vt non habeat locum, quando teſtator prohibuiſſet detractionem Trebellianicæ, nam ex hoc colligeretur eum voluiſſe, quod fideicommiſſum de vno in alium eſſet repetitum, Paul. de Caſtr. *conſ.* 343. *quia ex allegationibus*, *libro* 1. Crau. *inter conſilia Marz. conſil.* 6. *col.* 13. Marz *conſil.* 4. *col.* 4. Ceph. *conſil.* 419. *num.* 18. & *conſilio* 472. *nu.* 60. Decian. *conſ.* 13. *n.* 17. *lib.* 2. Burſat. *conſil.* 227. *nu.* 22. *lib.* 3. vbi de communi opinione teſtatur Fab. Turret. *conſ.* 35. *n.* 13. *lib.* 2. Borell. *conſilio* 33. *n.* 94. Menoc. *conſ.* 117. *n.* 21. *conſil.* 120. *nu.* 29. *conſ.* 277. *nu.* 5. & 12. & *conſ.* 1006. *n.* 8. & *lib.* 4. *præſumpt.* 38. *n.* 15. Ruſtic. *in l. cum auus*, *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 49. Petr. *de fideicomm. q.* 1. *nu.* 130. Præt. *de interpr. vlt. vol. folio* 300. *nu.* 5. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 72. *num.* 87.

79 Contrariam & melius ſenſit Rota Romana *deciſ.* 491. *n.* 5. *verſ. non obſtat. part.* 4. *in nouiſſ.* vbi loquitur in caſu, quando in prohibitione Trebellianicæ dictum fuerat, quod bona integrè, & ſine diminutione ad ſubſtitutum deuenirent & Rota cenſuit intelligi eueniente caſu ſubſtitutionis, idem etiam tenent Beter. *conſil.* 75. Honded. *conſil.* 78. *libr.* 1. ibi enim erat prohibita Trebellianica, & nihilominus nolunt eſſe locum repetitioni, Bardell. *conſil.* 13. Menoch *conſil.* 1216. *num.* 15. & *ſeq.* vbi dicit primam opinionem procedere, quando detractio Trebellianicæ eſt prohibita aliquibus adiunctis verbis habentibus tractum ſucceſſiuum, ſecus ſi ſimpliciter prohibita ſit hæredi grauato fideicōmiſſo: addo ego quòd ex hoc non cenſebitur fideicommiſſum repetitum, niſi verba prohibitionis Trebellianicæ de neceſſitate reſpiciant perſonam, à qua prætenditur fideicommiſſum eſſe repetitum: ſi enim verba teſtamenti poſſunt habere alium ſenſum quam fideicommiſſi, non debent fideicommiſſum importare, & requiritur quod ex verbis concludenter appareat de fideicommiſſo, vt ſupra dictum fuit, & ita etiam ego conſului in vna de Coradellis, vt *in conſil.* 84. [Et de hac coniectura, quando Trebellianica eſt prohibita, vide Theſaur. iun. *in addit. vlt. ad deciſ. Theſaur.* 96.]

Declaratur decimooctauò, quando teſtator inſtituit filium, & nepotes ex filio prædefuncto, & illis ſine filijs deſcendentibus ſubſtituit alium, nam ſicuti nepotes ſunt fideicommiſſo grauati, idem erit dicendum de filijs filij poſitis in conditione, & hoc ratione ſeruandæ æqualitatis, Menoch. *conſil.* 610. *n.* 12. *verſic. ſecundo*, qui tamen in ſuo caſu contrarium tenet, & clarius *conſilio* 647. *numer.* 10. *verſic. quinto*, & vide dicta *in ſequen. declarat.* 80

Declaratur decimononò non habere locum, quando faciendo repetitionem induceretur æqualitas inter deſcendentes, ob hanc enim æqualitatem faciendam fit repetitio, licet aliàs non fieret, Eugen. *conſ.* 62. *n.* 39. Menoch. *conſil.* 610. *n.* 12. *verſ. ſecundo vrgere*, & faciunt dicta per Alex. Raud. *deciſ.* 22. *num.* 53. & quæ dixi *in præcedenti declaratione.* 81

Ad quod etiam facit, quia ſi teſtator inſtituat filios, & illis ſubſtituat nepotes, quod ſicuti nepotes ſunt ſubſtituti patruis ſuis, ita & filij dicantur ſubſtituti nepotibus ratione ſeruandæ æqualitatis, Curt. iun. *conſil.* 116. *n.* 12. *verſ. ex præmiſſis*, Ceph. *conſ.* 188. *n.* 10. *lib.* 2. Ruin. qui loquitur de feudis, *conſ.* 12. *n.* 6. *lib.* 1. & de ſtatutis, & ſucceſſionibus ab inteſtato, quod ſint reciprocæ, Pereg. *conſ.* 95. *n.* 5. & 11. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 523. *n.* 105. Caualcan. *deciſ.* 28. *n.* 56. *parte* 3. Et illam deciſionem Curt. iun. ſequutus fuit conſulendo Excellentiſs. D. Bartolomæus Stella vir ſummæ doctrinæ, ac præſtantis ingenij pro Excellentiſs. D. Octauiano Montino. Ego tamen ſemper exiſtimaui hanc ſententiam eſſe periculoſam, nam fieret hoc modo in fideicommiſſis extenſio de perſona ad perſonam, quod non eſt conceſſum, vt plenè dictum fuit *q.* 458. & ita in his terminis contrarium tenuit Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 608. *parte* 1. Surdus ſenſit *conſ.* 315. *nu.* 13. poſſet forſan ſuſtineri contraria opinio concurrentibus quibuſdam coniecturis, de quibus agebatur *in deciſ.* 198. *in nouiſſ. parte* 1. 82 83

Declaratur vigeſimò, vt repetitioni locus ſit, quando teſtator vocauit legitimos, & naturales, & in ſubſidium legitimatos, Crauet. *conſ.* 336. *in fine*, Menoch. *conſ.* 647. *n.* 10. *verſic. quarto*, & *lib.* 4. *præſumpt.* 69. *nu.* 20. Intrigl. *de ſubſtitut. centur.* 3. *q.* 79. *nu.* 29. Ruſtic. *d. l. cum auus*, *libro* 4. *cap.* 2. *num.* 44. 84

Idem ſi teſtator excluſit legitimatos abſolutè, Surd. *conſil.* 443 *num.* 24. *lib.* 3. 85

Contra tamen hanc declarationem tenuit, & melius Menoc. *conſil.* 379. *n.* 35. *verſ. verum*, vbi tamen concedit primam opinionem procedere, quando paſſiuè teſtator vocauit legitimos, & naturales eos grauando, & in ſubſidium legitimatos, ſecus ſi actiuè tantum eſſent vocati, quia tunc ſolum per vulgarem eſſent vocati. 86

Et quando teſtator excluſit abſolutè legitimatos, contra Surd. tenuit Menoch. *conſil.* 1216. *nu.* 12. & *ſeqq.* vbi comprobat. 87

Declaratur vigeſimoprimò (licet ſit extra terminos *conſ. Od.* 21. Eſt tamen ad propoſitum an fideicommiſſum dicatur repetitum à primo in ſecundum) quando teſtator dixiſſet, inſtituo Caium filium meum, filiuſque ſuis ſubſtituo fratrem meum, & eius deſcendentes, quia tunc præſumitur teſtatorem velle grauare primum hæredem reſtituere filijs ſuis, & deinde filios illos ſuis deſcendentibus, donec bona perueniant ad fratrem, Dec. *conſ.* 95. *col. pen conſ.* 269. *nu.* 10. & *conſ.* 480. *num.* 7. Guid. Pap. *q.* 531. *col.* 2. Crau. *conſ.* 98. *n.* 1. Menoc. *conſ.* 117. *n.* 12. 88

conſil.

conſil.777 num.9.& lib.4.præſumpt.69.num. 14. Intrig. de ſubſtit.cent.3.q.79.num.18. [Declaratur vigeſimoſecundo non procedere, quando in alia parte teſtamenti, & ſubſtitutione poſiti in conditione fuiſſent expreſsè grauati, & ſic ab eis eſſet fideicommiſſum repetitum, quia & in alia ſubſtitutione erit ex mente teſtatoris repetitum, Menoch.conſ.277.num.13. quem ego ſequutus ſum in conſ.179.num.13. & in conſ.180. idem dixit in eadem cauſa doctiſſimus D. Ronconius nu.14. Verum eſt quod Rota Rom. in illa cauſa contra iudicauit, vt habetur in dec. poſita poſt dictum conſ.179. licet in ea de hac coniectura nil ſit dictum.]

89 Vidimus de conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, an fideicommiſſum dicatur repetitum à filijs in conditione poſitis, nunc videndum eſt de alia conditione appoſita, quando teſtator filium, vel alium inſtituit, & ei ſubſtituit eius deſcendentes, vel filios, & deſcendentibus non extantibus, vel deſcendentibus deficientibus ſubſtituit fratrem, an ſi ex inſtituto filij exiſtant poſt eius mortem, qui poſtea moriantur fideicommiſſum debeatur ſubſtituto, an verò illud defecerit per ſolam exiſtentiam filiorum, quicquid poſtea de eis cõtingat: in quo articulo diſtinguo tres caſus.

90 Primus caſus eſt, quando verba ſubſtitutionis ſunt reſtricta ad tempus mortis inſtituti, vt quando dictum eſſet, inſtituo filium, cui ſubſtituo eius filios, & filijs non extantibus tunc ſubſtituo fratrem, &c. & hoc caſu fideicommiſſum non erit repetitum à filijs inſtituti, ſed ſubſtitutus erit ſolum honoratus, ſi tempore mortis inſtituti filij non extabunt, ita vt filijs extantibus expirauerit fideicommiſſum, Peregr. de fideic. art.25.nu.13. Rot. Rom. deciſ.490.num.7.verſ. quibus ſtantibus, parte 4. in nouiſſ. Vegg. conſ. vlt. nu.17.

91 Secundus caſus eſt, quando verba ſubſtitutionis cõprehendunt omnia tempora, vt quando dictum fuit, inſtituo filium, cui ſubſtituo eius filios, vel deſcendentes, & his quandocunq; non extantibus, ſubſtituo fratrem meum, & eius deſcendentes, & hoc caſu fideicommiſſum erit repetitum, ita vt etiam ſi poſt mille annos non extarent deſcendentes inſtituti, locus erit ſubſtitutioni de fratre, & eius deſcendentibus, Bald. conſ.279. factum tale, lib.1. Paul. Caſtr. conſ.77. viſis, nu.6. lib.1. Ruin. conſ.97. colu. vlt. lib.2. Socin. iun. conſ.114. num.19. lib.1. Hieron. Gabr. conſ.117.n.33. lib.1. Pereg. de fideicom. art.12. nu.16. circa finem, art.15. nu.29. vbi alios plures addit, & ſentiunt omnes relati in ſeq. caſu, qui in fortioribus loquuntur: & hic caſus non habet dubium.

92 Tertius caſus eſt, quando verba ſubſtitutionis ſunt indefinita, & reſpectu temporis non ſunt terminata, nec indeterminata, vt ſi dictum ſit, inſtituo filium, cui ſubſtituo eius filios, & filijs non extantibus ſubſtituo fratrem, & ſic verba non ſunt reſtricta ad tempus mortis inſtituti, nec etiam indeterminata, vt comprehendant omnia tempora, & in hoc caſu, quod verba ſint indeterminatè accipienda, volunt Imol. in l. ſed ſi ad tempus, ff. ad Trebel. Soc. ſen. in l. ſolemus, n.2. & 6. ff. de condit. & demonſtr. vbi dicit ita cum Alexandr. conſuluiſſe, Ang. conſ.159.n.3. Alex. conſ.186. col.2. lib.1. conſ.43. lib.5. conſ.53.n.11.12. li.6. & conſ.101.n.13. lib.7. Grat. conſ.5. nu.85. lib.2. Decian conſ.480.n.7. conſ.585. in fine, conſ.594. n.6. & conſ.636. Ruin. conſ.9. nu.8. conſ.126. nu.12. lib.1. conſ.179. in fine, conſ.199 n.5. lib.2. conſ.115. nu.7. conſ.132. nu.5. & conſ.133. col.1. lib.3. Caſſan. conſ.62.n.11. Pariſ. conſ.18.n.43. lib.2. & conſ.7. nu.37. lib.3. Calcan. conſ.102. cui ſubſcripſerunt Antonius Roſellus, & Franciſcus Capiliſtius Grauet. conſ.878. nu.6. verſic. ſecundo reſpondetur, Vegg. conſ. vlt. num.17. Soc. iun. conſ.101. num.34. lib.1. Menoch. conſ.117. nu.6. verſ. quarto accedit, conſ.348. nu.21. conſ.379. nu.31. conſ.530. n.17.33. & ſeqq. conſ.575. n.13. & conſ.1017. n.15. & ſeqq. D. Pedroc. conſ.39. nu.10.11. lib.1. Dec. conſ.64. num.7. lib.4. Odd. conſ.66. nu.69. & in tract. de compend. ſubſtit. par.6. qu.2. art.2. n.8. Peregr. conſ.98. lib.4. & de fideic. art.18. nu.17. & art.29. num.9. & ſeqq. Anton. Gabr. de fideic. quaeſt.7. num 8. Mantica de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.6. num.7. Craſſ. in § fideicommiſſ. quaeſt.33. nu.5 vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Andr. Gail. lib 2. obſeru.137. n.3. Bellon. de poteſt. cor. quae fiunt in cont. lib.1. c.23. n.12. & 13. & cap.179. num.1. & ſeqq. Alex. Trent. de ſubſtit. par.4. c.7. n.72. Intrig. de ſubſtitut. cent.3. quaeſt.56. num.18. Praet. de interpr. vltim. vol. fol.268. nu.4. & 6. Michael Palaez in tract. maior. part.2. quaeſt 12. in fin. Rot. Rom. dec.490. nu.7. verſ. quibus ſtantibus, par 4. in nouiſſ.

Et pro hac opinione ego conſului ſuper teſtamento D. Hieronymi Gauardi ad fauorem Illuſtriſſimorum DD. Com. de Martinengis de Barcho, contra Illuſtriſſimum D. Co. Theophilum Martinengum, & Illuſtriſſ. D. Sanſonem Portulacam, & Perill. D. Calimerium Legulam, & Perill. D. Paulum Portulacam omnes cohæredes Illuſtriſ. D. Vincentij Portulacæ, vt in conſil.69. plenè dixi. Teſtator enim inſtituerat in dimidia bonorum Thomam, & Gratiolum nepotes ex fratre, quibus decedentibus ſine filijs maſculis ſubſtituit poſteritatem maſculinam Ceciliæ filiæ ſuæ, ſi talis poſteritas extabit, ſi verò non extaret, ſubſtituit poſteritatem fœmininam nepotum. Euenit caſus, quod inſtituti deceſſerunt ſine filijs maſculis, & euenit caſus ſubſtitutionis ad fauorem poſteritatis maſculinæ Ceciliæ, quæ ſucceſſit, illa autem extincta poſteritas fœminina nepotum petit bona ex ſubſtitutione de ſe facta cohæredes vltimi de poſteritate maſculina Ceciliæ dicebant, extinctam fuiſſe ſubſtitutionem de poſteritate fœminina nepotum, quia tempore mortis inſtitutorum extitit poſteritas maſculina Ceciliæ. Hac cauſa fuit delegata Illuſtriſſimis Rectoribus Brixiæ, defendi partes Illuſtriſ. Com. de Barcho, qui ſunt de poſteritate fœminina nepotum inſtitutorum vnà cum Excellentiſ. D. Bartholomæo Albergino, & obtinuimus contra totam cateruam Excellentiſ. Aduocatorum, qui partes dictorum DD. cohæredum patrocinabantur, & ſententia remanſit laudata in Excellentiſſimo Conſilium 40. virorum: immo cauſa nouiter delegata ad inſtantiam aliorum prætendentium beneficium ex dicto teſtamento, & fideicommiſſo Illuſtriſ. & Excellentiſ. DD. decem ſapientibus Excellentiſſimi Senatus, cauſa diſputata, obtentum fuit pro fideicommiſſo.

Ratio autem cùr verba in dubio debeant intelligi indeterminatè, non determinatè eſt, quia ſicuti in conditione liberorum affirmatiuè prolata, & indeterminatè reſpectu temporis: quandocunque liberos extare ſufficit, ſic etiam idem dicendum ſit in conditione negatiua, vt contrariorum contraria ſit diſciplina, l.1. ff. de his qui ſunt ſui, & vt idem operetur oppoſitũ in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito, l. vlt. §. vlt. ff. de legat.3. ita arguit Peregr. d. art.29 nu.9. addebam ego d. conſ.69. n.1. quod indefinita æquipollent vniuerſalibus, 93
ad reg. l. ſi pluribus, ff. de legat.2. et l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrban. praed. Did. variar. reſolut. lib.1. c.13. n.5. et 7.

Contra tamen, quod ſi ſimpliciter dictum fuit, ſub- 94
ſtituo liberos Titij, & eis non extantibus, vel deficientibus Caium, ſi liberi Titij ſucceſſerunt, licet poſtea defecerint, quod ſit excluſus Caius, & ſic verba conditionis terminatè ad tempus mortis grauati referantur, nõ autem indeterminatè quandocunque liberi Titij non extarent, volunt Petr. Anch. conſ.216. Abb. conſil.40. lib.1. Soc. iun. conſ.180. n.64. et ſeqq. lib.2. Pariſ. conſ.74. n.16. et nu.21. lib.2. Menoc. conſ.496. ante nu.11. qui alios adducit Corn. conſ.186. lib.3. et conſ.160. num.4. lib.4. rurſus

ſus Menoch. lib. 4. præſumpt. 71. nu. 10. Dec. conſ. 63. lib. 1. Alex. conſ. 13. nu. 7. lib. 4. Torniel. in l. Gallus, §. quidam recte, n. 68. ff. de liber. & poſth. Præt. de interp. vlt. vol. lib. 3. interp. 3. dub. 3. ſol. 3. n. 12. Io. Ant. Lan. conſ. 60. nu. 101. & ſeq. Peregr. conſ. 52. num. 5. lib. 1. Rota Rom. in nouiſſ. dec. 490. nu. 10. vſque ad finem. part. 4. & in collect. per Farinac. deciſ. 486. num. 11. & ſeqq. part. 1. vbi dictum erat, & omnibus ſupra nominatis morientibus. Ratio eſt, quia in dubio contra actorem pronunciandum eſt, illique incumbit onus probandi caſum ſubſtitutionis eueniſſe, vt dictum fuit quæſt. 291. & qu. 613. Et quia ſubſtitutio fideicommiſſaria non inducitur, niſi vis verborum, aut neceſſaria coniectura eam inducat, vt dixi q. 276. & iſta verba, ſi non extiterit, de neceſſitate non importent fideicommiſſum, cum vulgarem commodè importare poſſint. [Adde pro hac ſecunda opinione, Peregr. de fideic. art. 29. n. 20. verſic. ſic etiam, Iaſ. conſil. 134. col. 2. lib. 1. & vide quæ dixi in præcedenti qu. n. 29.

Sed aduerte, quod ſi defectus deſcendentiæ non fuit indefinitè, & indeterminatè conſideratus, vt in præcedentibus dictum fuit, ſed fuit conſideratus per obitum filiorum ſine filijs, quod mortuo filio grauato cum filijs, expirat ſubſtitutio, licèt iſti poſtea ſine filijs decedant, de hoc ſunt deciſiones in pulchris caſibus, Rimin. ſen. conſ. 521. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 358. lib. 4. Menoch. conſ. 379. n. 32. lib. 4. Honded. conſ. 78. num. 16. verſic. nec verba, & nu. ſeqq. lib. 1.

Quod ſi defectus deſcendentiæ fuit conſideratus nõ in ſubſtitutione prima, in qua hæres fuit grauatus ſi decederet ſine filijs, ſed in alia ſubſtitutione, tunc licèt ſit extincta prima ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi ſine filijs, quoad primum ſubſtitutum, non erit extincta ſecunda facta in defectũ deſcendentiæ hæredis. Exemplum habetur apud Pereg. de fideic. art. 15. n. 19. Teſtator inſtituit filium, & poſt eum filios, & quoſcunq; maſculos ab eo deſcendentes in infinitum, & ſi filius decederet ſine filijs maſculis, ſubſtituit fratrem, cum omni ſua poſteritate maſculina, deficientibus autem tam filijs maſculis, quam fratris ſubſtituit Eccleſiam; mortuo filio cum filijs extincta eſt ſubſtitutio de fratre, ſed non erit extincta ſubſtitutio ſecunda de Eccleſia, caſu quo deſcendentes maſculi filijs, & fratris deficerent; Et in ſimili admodum caſu ego conſului in vna Florentina de Lotinis, vt in conſ. 9. & idem ſcribunt Pariſ. conſ. 18. n. 38. & ſeqq. lib. 2. & in eodem caſu, Dec. conſ. 480. n. 6. & Rui. conſ. 113. lib. 3.]

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio in fideicommiſſis regulatur à cauſa inteſtati, declara per totam q.*

2 *Teſtator præſumitur voluiſſe quod vult lex ciuilis, vel municipalis ſua patria.*

4 *Succeſſio in fideicommiſſis, quæ regulatur à cauſa inteſtati intelligitur de ſucceſſione vltimi grauati, non teſtatoris.*

7 *Succeſſio in fideicommiſſis regulatur à ſucceſſione inteſtati ex ſtatuto, licet illud eſſet iuris communis correctorium.*

8 *Fratribus ſubſtitutis vtrinque coniuncti excludunt coniunctos ex latere tantum, remiſſiuè.*

QVAESTIO CCCCLXXXI.

Succeſſio in fideicommiſſis, an reguletur à ſucceſſione inteſtati?

1 SAtis vulgata eſt concluſio, ab omnibuſq; recepta, quod ſi teſtator in fideicommiſſis nõ appoſuit certum ordinem ſuccedendi, quod ſucceſſio procedet eo modo, & forma prout ab inteſtato ſuccedi tur, ita ſcribunt Gloſ. in l. cum ita, §. fideicommiſſo, & ibi Doct. communiter, ff. de legat. 2. Aret. conſ. 163. col. pen. Alex. conſil. 124. nu. 3. li. 7. Corn. conſ. 131. ad finem, lib. 2. & conſ. 233. col pen. li. 4. Soc. ſen. conſ. 249. n. 21. li. 2. & conſ. 86. col pen. lib. 3. Dec. conſ. 186. col. 2. Ruin. conſ. 163. n. 8. li. 1. & conſ. 144. n. 13. l. 3. Pariſ. conſ. 37. n. 42. conſ. 38. col. 1. & conſ. 57. n. 16. li. 2. Soc. iun. conſ. 26. n. 25. li. 1. Alciat. conſ. 96. nu. 34. Rimin. iun. inter conſil. vltim. volu. conſ. 167. Port. Imol. conſ. 55. nu. 30. & ſeq. Ceph. conſ. 313. nu. 45. Dec. conſ. 1. n. 540. & nu. 544. lib. 1. conſil. 93. nu. 53. lib. 4. & conſil. 7. n. 41. & ſeqq. lib. 5. Menoc. conſ. 106. n. 83. conſ. 404. nu. 8. conſ. 554. n. 5. conſ. 591. in fin. conſ. 886. nu. 8. et conſil. 1161. n. 4. et lib. 4. præſump. 94. n. 19. Odd. conſ. 45. n. 37. vbi dicit eſſe communem opinionem, Pereg. conſ. 45. n. 25. verſic. contra tamen, conſ. 47. n. 16. li. 2. conſ. 6. nu. 7. conſil. 108. n. 7. lib. 3. conſ. 41. nu. 10. conſil. 56. n. 19. et ſeqq. et conſ. 64. li. 5. vbi infert ad plures deciſiones, et in tract. de fideicom. art. 21. n. 5. et art. 30. n. 20. et ſeqq. Craſſ. in §. fideic. qu. 16. n. 2. in fin. Præt. de interp. vltim. vol. fol. 333. nu 16. Gallus de excep. ſucceſſ. tit. 4. excep. 26. n. 76. par. 2. Laur. dec. Aue. 37. n. 9. Magon. deciſ. Florent. 37. num. 15. et dec. 102. nu. 5. Ant. Gama deciſ. Luſit. 206. num. 25. et ſeq. & cum hac concluſione ego defendi, & obtinui partes Illuſtriſſ. D. Io. Baptiſtæ Martinengi de Barcho contra eius ſorores ſuper teſtamento D. Hier. Gauardi, vt in caſu 73. plenè dixi: collegam habui Excell. D. Nicolaum Manerbam, ſorores verò defendebant Excellent. DD. Bartolomæus Stella, Quintus Bargnanus, & Franciſcus Sauoldus.

Ratio eſt, quia teſtator præſumitur accommodare voluntatem ſuam diſpoſitioni iuris, niſi aliter ab eo ſit ordinatum, Doct. in l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Ripa n. 73. et ſeqq. Soc. iun. n. 64. & latiſſimè Zanc. n. 1119. ſecundum primam editionem, et ſecundum vltimam, par. 5. n. 5. & ſeqq. ff. ad Trebell. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. titu. 6. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 32. ſolut. 10. Pereg. de fideicom. art. 21. nu. 5. vbi rationes adducit. 2

Ampliatur vt ſi ius commune differat à ſtatutis, quod ſucceſſio erit regulanda ſecundum ſtatuta, licet iuris communis correctoria, vt pleniſſimè diſputando tenuit Soc. ſen. conſ. 51. n. 12. & ſeqq. li. 4. Menoc. conſil. 822. n. 17. Pereg. de fideic. art. 25. nu. 53. Seraph. dec. Rom. 1216. num. 3. et 8. 3

Ad quod facit, quod ſcripſit Gemin. in c. 1. in 6. not. de reſcript. vbi vult; fatuum eſſe qui credit, teſtatorem potius voluiſſe ſequi ius commune Romanorum quam ius proprium ſuæ ciuitatis, & eum refert, & ſequitur Ripa in d. §. cum ita, nu. 79. addo Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 10. n. 16. 4

Ius enim municipale eſt potentius iure communi, quia ille derogat l. omnes populi, & ibi Docto. ff. de iuſtitia, & iure. 5

Et lex municipalis dicitur inter municipes ius commune, Bald. in l. vnica C. de confeſſ. Abb. in c. vlt. nu. 24. de for. compet. Rom. in l. poſt dotem, nu. 39. & ibi Alex. nu. 27. ff. ſol. matr. Ludou. Gozad. conſ. 50. n. 17. 6

Et generaliter dicitur, quod teſtator cenſetur potius ſe conformare cum ſtatutis, quam cum iure communi, Bart. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. liber. & in d. §. cum ita, & ibi Doct. omnes, præcipuè Rip. n. 73. & Soc. iun. n. 68. & Zanch. n. 1140. & infra Soc. ſen. conſil. 94. nu. 11. lib. 4. Dec. conſ. 153. nu. 1. & conſ. 155. n. 2. Ruin. conſil. 30. n. 14. lib. 2. Afflict. deciſ. 44. num. 20. Pariſ. conſ. 78. n. 25. lib. 2. et conſ. 5. n. 27. lib. 1. Soc. iun. conſ. 104. n. 27. li. 1. Neuiz. conſ. 33. n. 6. Crau. conſ. 109. n. 3. et conſil. 250. n. 2. Menoc. conſ. 95. n. 93. vbi dicit eſſe receptam opinionem, et conſ. 427. n. 4. Cla. in §. teſtamentum, q. 76. reg. 6. vbi teſtatur de communi opinione, Mant. de coniectur. vltim. vol. lib. 6. tit. 6. n.... Peregr. de fideicomm. art. 23. n. 5. et art. 25. 7

num.

numero 53. Seraph. *d. deciſion.* 1216. *numero* 3.

8 Quod procedit etiam, quando teſtator retuliſſet ſe ad iuris ſucceſſionem, vt quia dixiſſet ſuccedi prout de iure, quia intelligitur de iure ſtatutario, non autem iure communi, Menoch. *conſ.* 95. *num.* 93. Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro* 4. *tit.* 10. *num.* 15. Peregr. *de fideicomm. art.* 25. *nu.* 53. *in fine*, & videnda erunt dicta *quæſt.* 377. *et quæſt.* 473. *num.* 51. *et ſeqq.*

9 Declarantur prædicta primò, quando teſtator aliter diſpoſuit, quam à iure communi ſit ordinatum, nam voluntas teſtatoris erit attendenda, & hoc non habet dubium, & voluit etiam Peregr. *conſ.* 64. *num.* 7. *et conſ.* 129. *ante nu* 1. *lib.* 5. *et in tract. de fideicommiſſ. art.* 30. *nu.* 20. & alibi ſæpè, & ita ſupponunt omnes.

10 Declaratur ſecundò, vt in ſucceſſione non attendatur perſona teſtatoris, ſed attendatur perſona grauati vltimo defuncti, vt ſcilicet in fideicommiſſis admittatur qui ei ab inteſtato ſuccederet, Corn. *conſ.* 96. *lib.* 1. *et conſ.* 22. *lib.* 2. Rub. Alex. *conſ.* 36. *num.* 5. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 22. *num.* 5. *art.* 25. *n.* 49 *et num.* 55. *et art.* 30. *num.* 20. *et conſ.* 41. *n* 12. *lib.* 5. Seraph. *deciſ. Roman.* 1216. *num.* 8. & conſului *d. conſil.* 73. & obtinui, ibi enim dicebam ego attendi proximitatem grauati, cui ab inteſtato ſuccedebat Com. Io Baptiſta filius maſculus excluſis ſororibus ex ſtatuti diſpoſitione, & dicebam etiam in voce ſtante tali ſtatuto maſculum, licet in gradu ſanguinis non ſit anterior fœminis ſororibus, eſſe tamen proximiorem in gradu ſucceſſionis, qui attendi debet, & ideo maſculum ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ cenſeri in primo gradu, & fœminas in ſecundo: aduerſarij autem contendebant attendi perſonam teſtatoris, cui ab inteſtato ex ſtatuto ſuccedebant tam Com. Ioannes Baptiſta, quam eius ſorores, & vt dixi iudicatum fuit pro maſculo. De hac tamen declaratione videnda erũt quæ copioſè ſcripſi *quæſt.* 484. vbi articulus iſte controuerſiſſimus diſcutitur, *et quæſt ſeq. num.* 10. *et ſeqq.* vbi magis in terminis, & ſecundum hanc opinionem etiam conſului *in conſ.* 92. *in vltima concluſione*.

SVMMARIVM.

1 *In ſtirpes ſuccedıtur in fideicommiſſis in caſibus, in quibus filius intrat locum patris, alias in capita, declaratur per totam quæſt.*

2 *In ſtirpes an in capita ſuccedatur in fideicommiſſis attenditur perſona grauati, non teſtatoris, contra numero* 3.

4 *In ſtirpes ſuccedıtur in fideicommiſſis, quando grauatus eſt aſcendens, Limita num.* 5.

5 *In capita ſuccedıtur in fideicommiſſis, quando plures ſunt ſubſtituti æqualiter, et æquis portionibus.*

6 *In ſtirpes ſuccedıtur in fideicommiſſis, quando agitur de ſucceſſione patrui, amitæ, auunculi, vel materteræ, et nepotes concurrunt cum patruo.*

7 *In ſtirpes nepotes ex pluribus fratribus ab inteſtato ſuccedunt patruo; contra num.* 9.

8 *In ſtirpes in fideicommiſſis ſuccedunt nepotes ex pluribus fratribus, vel ſororibus patruo, vel amitæ, contra nu.* 10. *Limita num. ſeqq.*

13 *In capita ſuccedıtur in fideicommiſſis, quando agitur de ſucceſſione tranſuerſalis, vlterioris gradus, quam ſit patruus, amita, auunculus, vel matertera, amplia et declara num. ſeqq.*

16 *Vna ſubſtitutio aliam declarat. Limita num.* 18.

17 *Repetitio qualitatis non fit de vna ſubſtitutione ad aliam quando ſubſtitutiones ſunt factæ diuerſis capitulis, et ſeparatis, maximè ſi adſit diuerſitas perſonarum.*

QVAESTIO CCCCLXXXII.

In capita, an in ſtirpes ſuccedatur in fideicommiſſis?

SEquitur vt videamus, an in fideicommiſſis ſuccedatur in capita, an in ſtirpes? In quo articulo 1
dicendum eſt, ſuccedi eo modo, prout ab inteſtato ſuccederetur, vt in præcedenti quæſtione dictum fuit: ſucceſſionem tamen in ſtirpes dari in caſibus, in quibus filius intrat locum patris, aliàs in capita dixerunt Ceph. *conſ.* 457. *n.* 3. & Gallus *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 23. *nu* 112. *part.* 2. Vt tamen plenius reſolutio huius diſputationis habeatur, diſtinguendi ſunt plures caſus.

Præmittendo prius ſemper, quod in hoc attenditur 2
perſona grauati, an ſit aſcendens, vel tranſuerſalis primi, vel vlterioris gradus, nulla habita conſideratione, an fideicommiſſum fuerit conſtitutum ab aſcendente, vel tranſuerſali, ſecundum Soc. iun. *conſ.* 133. *n.* 16. *et ſeq. li.* 1. & eſt conſilium deciſiuum. & ibi allegat Alex. *conſil.* 55. *col.* 3. *verſ. confirmantur prædicta volu.* 4. & Nic. Doctius ſequitur Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 30. *nu.* 20. *et nu.* 21. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, & allegat Rub. Alex. *conſ.* 36. *num.* 5. qui tamen nil de hoc dicit, & hanc opinionem ego probaui *in conſ.* 25.

Contrariam opinionem, quod attendatur perſona 3
teſtatoris, probauit Cephal. *conſ.* 456. *et conſ.* 457. contra quod conſilium tamen fuiſſe iudicatum, teſtatur Pereg. *loco ſupra ſtatim citato*.

Primus caſus eſt, quando grauatus eſt aſcendens; & 4
tunc ſuccedıtur in ſtirpes, quia ſic & ab inteſtato ſuccederetur, vt ſcribunt vno ore omnes, & præcipuè Ceph. *conſ.* 456. *num.* 19. *vſque ad finem*, vbi dicit procedere in omnibus deſcendentibus, idem comprobat *conſil.* 457. Pereg. *conſ.* 58. *nu.* 6. *lib.* 4. *et in tract. de fideic. art.* 30. *num.* 20. *et ſeqq.* Pett. *de fideic. quæſt.* 11. *nu.* 142. vbi teſtatur de communi opinione, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 23. *nu.* 112. & alij relati *in ſequenti caſu*.

Limitatur hic caſus, quando plures eſſent ſubſtituti 5
æqualiter, & æquis portionibus, quia iſti in capita ſuccederent, Par. *conſ.* 37. *num.* 81. *lib.* 2. *et conſ.* 4. *num.* 11. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 130. *lib.* 1. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 32. *in fine*.

Secundus caſus eſt, quando agitur de ſucceſſione pa- 6
trui, amitæ, auunculi, vel materteræ, & ſumus in caſu, quod nepotes ex fratre premortuo concurrunt cum patruo ſuperſtite, & tunc in vna parte ſuccedunt nepotes per ſtirpes, in alia patruus, & idem ſi plures ſint patrui, vel plures nepotes ex diuerſis fratribus præmortuis, quia ſuccedıtur in ſtirpes, quoniam & ſic ſuccedıtur ab inteſtato, vt volunt omnes in ſequenti caſu relati, & vltra eos Caroc. *dec.* 38. *num.* 2. Dec. *conſ.* 83. *num.* 53. *et ſequentibus*, *lib.* 4. Honded. *conſ.* 65. *lib.* 2. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *excep.* 23. *nu.* 112.

Tertius caſus eſt, quando grauatus eſt patruus, ami- 7
ta, auunculus, vel matertera, & nulli extant fratres, vel ſorores, ſed ſolum filij fratrum, vel ſororum prædefunctorum concurrunt, & tunc duæ ſunt opiniones, ſicuti & duæ ſunt opiniones, quando agitur de ſucceſſione inteſtati. Prima eſt opinio, quod ſuccedant in ſtirpes, quia & ſic ſuccedıtur ab inteſtato, ſecundum opinionem Accurſij, quam communiter eſſe receptam, & practicatam teſtatur, plures referendo, Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 39. *num.* 25. & multos etiam adducit Fachin. *libro* 6. *controu. iur. cap.* 3. & Viu. *commun. opin. concl.* 324. Theſaurus etiam dicit eſſe receptam ſententiam, & infinitos adducit *deciſ. Pedem.* 182. addo Hond. *conſ.* 65. *num.* 4.

libro

libro ſecundo, & multos alios congeſtos à Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 32.* vbi etiam adducit rationes huius opinionis.

8 Et in ſpecie ita ſuccedi in fideicommiſſis, ſcribunt Alex. *conſ. 55. num. 4. & ſeqq. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 25. nu. 9. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, Soc. iun. *conſ. 104. nu. 30. & conſ. 133. num. 26. & ſeqq. lib. 1.* Alba *conſ. 19. in fine.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 32.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 30. num. 25.* vbi in practica ſic obtinuiſſe teſtatur.

9 Secunda eſt opinio, quod ſuccedatur in capita, quia ſic etiam ab inteſtato ſucceditur, ſecundum opinionem Azonis, & aliorum relatorum à Peregr. *loco ſupracitato*, quam latè defendit Fachin. *lib. 6. controu. iur. ca. 3.* & eſſe communem dicit Viu. *d. concl. 324.* & ſecundũ hanc fuiſſe iudicatum teſtatur Theſ. *d. dec. 162.* vbi plures tenentes hanc ſententiam refert, & Rotam Romanam hanc approbaſſe in vna Bononienſi teſtatur Honded. *conſ. 65. num. 5. lib. 2.* & hanc opinionem probauit etiam Rota Romana *dec. 391. par. 4.* vbi latè de veritate diſcutitur, adducendo fundamenta pro vtraque opinione, & ibi dicitur pluties pro hac opinione fuiſſe iudicatum, in Gallia Placentia, Germania, & in Sabaudia, rurſus eadem Rota *deciſ. 392. par. 4.* & plures pro hac opinione adduxit Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. num. 32.* vbi dicit hodie eſſe magis communem, eamque in iudicijs frequentius eſſe receptam, comprobatq; multis argumentis, reſpondendo ſimul ad fundamenta contrariæ opinionis, & in vna de Graſſis, ita iudicauit Rota Rom. vt in collect. per Farinac. *deciſ. 27. part. 1.* vbi egregiè comprobatur hæc opinio Azonis, & ad contraria argumenta reſpondetur.

10 Et in fideicommiſſis ita ſuccedi, tradiderunt Dec. *conſ. 412.* Pariſ. *conſ. 37. in fine, lib. 2.* Ceph. *conſ. 456. n. 1.* Decian. *conſ. 83. nu. 53. & ſeqq. lib. 4.* Pereg. *conſ. 45. n. 25. & ſeq. lib. 2.* vbi in fine dicit ita ſæpius fuiſſe deciſum; Petr. *de fideicom. q. 11. nu. 142.* Capic. *deciſ. 208. per totam*, Magon. *dec. Florent. 144. n. 20.*

Tenendo primam opinionem limitatur primò, vt limitatur primus caſus.

11 Limitatur ſecundò vt non procedat, quando teſtator vocauit proximiores, quia tunc excluditur ſucceſſio per ſtirpes. latè Pereg. *conſ. 57. lib. 1.* vbi *n. 2.* plures eiuſdem opinionis recenſet.

Tenendo autem ſecundam opinionem limitabis eam vt limitatur ſequens caſus.

12 Aduertendum autem erit, quid diſponant ſtatuta, nã aliquando expreſsè dicunt, quod filij fratrũ non extantibus patruis ſuccedant in capita, vel in ſtirpes, prout in ſtirpes ſuccedi diſponit ſtatutum Brixiæ 194. in ciuilibus, & tunc attenditur ſucceſſio ab inteſtato ex ſtatuti diſpoſitione, vt admittunt tam tenentes primam quàm ſecundam opinionem, & faciunt dicta *q. præcedenti, numero 5.*

13 Quartus caſus eſt, quãdo agitur de ſucceſſione tranſuerſalis vlterioris gradus, & tunc ſucceditur in capita, quia & ab inteſtato ita ſuccederetur, Dec. *conſ. 299. n. 7.* Pariſ. *conſ. 37. ad fin. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 133. n. 26. & ſeqq. lib. 1.* Roland. à Valle *conſ. 38. nu. 52. lib. 4.* Cephal. *conſil. 456. n. 2.* Pereg. *de fideicom. art. 30. n. 23.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 23. nu. 112. part. 2.* & ſecundum hanc opinionem ego conſului in vna de Vgonibus ſuper fideicommiſſo ſibi facto in legato à Doct.... Teſta, *vt in conſ....* & in alia de Calinis ſuper teſtamento D. Martini Calini, *vt in conſil. 85.*

14 Ampliatur & ſi fideicommiſſum eſſet conſtitutum ab aſcendente, quia attenditur perſona grauati, vt dictum fuit *ſupra num. 1.* & in ſpecie ita ſcribunt Soc. iun. *conſil. 133. nu. 16. & ſeqq. lib. 1.* & eſt conſilium deciſiuũ, & ibi allegat Alexand. & Nic. Doct. Peregr. *de fideicom. art. 30. num. 23.*

Limitatur primò, quando teſtator plures gradus ſubſtitutionum feciſſet, & in primo gradu appoſuiſſet clauſulam, quod vocati in ſtirpes, & non in capita ſuccederent, nam & in gradibus ſequẽtibus, licet hæc clauſula non ſit appoſita, intelligi debet, quod teſtator voluerit in ſtirpes ſuccedi. Dec. *conſ. 28. num. 27. & ſeqq. li. 1. & conſ. 9. n. 54. verſic. tertia coniectura lib. 2.* Ceph. *conſil. 456.* Menoch *conſ. 793. n. 10. & ſeqq. lib. 8.* 15

Rationes ſunt, primò quia vna ſubſtitutio aliam declarat, Bart. *in l. heredi. §. ex his, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Menoc. *conſ. 215. nu. 168. & ſeqq.* Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 5. tit. 1. n. 22.* Pereg. *conſ. 34. n. 13. & ſeq li. 3.* Odd. *conſ. 95. n. 70. 90. & ſeqq.* ergo ſicut in prima ſubſtitutione vocatio facta eſt in ſtirpes, & non in capita, idem iudicandum erit de alijs ſequentibus ſubſtitutionibus. 16

Secundò, quia eadem ratio vocandi in ſtirpes, & non in capita militat tam in prima, quã in ſequentibus ſubſtitutionibus, ergo qualitas appoſita in vna cenſetur repetita, & in altera, Torniel. *inter conſil. Port. conſil. 51. nu. 3.* Ruin. *conſil. 79. col. vlt. lib. 3.* & alibi ſæpe.

Tertio, ſi teſtator voluit proximiores ſuccedere in ſtirpes, qui ſunt magis dilecti, multo fortius idem erit dicendum de remotioribus in terminis, ita argumentati ſunt Ruin. *conſ. 79. nu. 14. verſic præterea, lib. 3.* Socin. iun. *conſ. 116. num. 16. verſ. ſecundo, lib. 1.* quos refert & ſequitur Menoch. *d. conſ. 793. n. 13. lib. 9.*

Sed contra hanc ſententiam faciunt multa, & primò, ſi teſtator in ſecunda ſubſtitutione voluiſſet ſuccedi, vt in prima, facile ei fuiſſet id exprimere, & nõ exprimendo cenſetur noluiſſe, arg. *l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* & in ſimili ſic arguit Pariſ. *conſil. 38. nu. 21. lib. 2.*

Secundò, quia vbi ſubſtitutiones ſunt factæ diuerſis capitulis, & ſeparatis, non fit repetitio qualitatis poſitæ in vna ad aliam, maximè quando adeſt diuerſitas perſonarum, vt dicebat Pariſ. *d. conſil. 38. n. 23. & ſeqq.* 17

Et quando ſubſtitutiones ſunt factæ in diuerſis orationibus ſeparatis, & terminatis, quod vna ſubſtitutio aliam non declarat, volunt Ceph. *conſ. 638. n. 33. & multis ſeqq.* vbi latè Pereg. *conſil. 30. n. 6. in fine, lib. 3.* Hieron. Gabr. *conſ. 95. n. 12. lib. 1. & conſ. 124. nu. 9. lib. 2.* Menoch. *conſ. 705. num. 20. lib. 8.* vbi tamen loquuntur quando adeſt diuerſitas perſonarum. 18

A prima tamen opinione non recederem, quando adeſt eadem conditio perſonarum, & viget eadem ratio, tam in prima, quàm in ſequenti ſubſtitutione.

Vnde *conſil. 67.* in vna de Feroldis tenui, quod facta ſubſtitutione de deſcendentibus, & in ea appoſita clauſula, quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita, & in vltima ſubſtitutione facta de proximioribus, ſi non apponatur clauſula iſta, nec ſubintelligi debere, cum ſit diuerſa conditio perſonarum, nam in prima teſtator voluit ſuccedi in ſtirpes, quia ex forma iuris ſic ſucceditur aſcendenti, in ſecunda nihil dixit, quia ex forma iuris ſucceditur in capita, & præſumitur teſtatorem voluiſſe ſuccedi eo modo, & forma prout de iure ſucceditur, Bart. & alij *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Ceph. *conſ. 313. n. 45.* Odd. *conſ. 45. n. 37.* vbi de communi. Pereg. *de fideicommiſſ. art. 29. nu. 20. & ſeqq.* cum alijs congeſtis, *quæſt. præced.*

Maximè autem prima opinio procederet, quando in ſecunda ſubſtitutione teſtator dixiſſet, ſic ſubſtituo, &c. & hoc ob dictionem, ſic, quæ eſt ſignificatiua ſimilitudinis, vnde ſicuti in prima ſucceditur in ſtirpes ſic & in ſecunda, Soc. ſen. *conſil. 62. num. 6. verſicul. ſecundo principaliter, libro 3.* refert & ſequitur Menoch. *d. conſil. 793. num. 11.* 19

Amplia-

10 Ampliatur prima opinio, vt procedat, etiamſi in primis gradibus, & in vltimis non eſſet appoſita hæc clauſula, in ſtirpes, & non in capita, ſed appoſita in medio, quia tunc referri debet tam ad caſus deſcendentes, quã etiam ad ſequentes, Ceph. *d. conſ.* 456. *n.* 6.

11 Limitatur ſecundò hic caſus, quando teſtator ſubſtituiſſet diuerſas lineas in ſeparatis ſubſtitutionibus, & in vna linea vocauit in ſtirpes, & non in capita, nam & in alia linea ratione ſeruandæ æqualitatis, cenſetur vocaſſe in ſtirpes, Cephal *d. conſ* 456. *num.* 9. *& ſeqq.*

12 Fortius autem prædicta procederent, quando teſtator honoratis tribus, vel pluribus lineis dixiſſet, quod altera deficiente, ſuccederent deſcendentes ex alijs in ſtirpes, & non in capita, vt dixit Peregr. *conſil.* 119. *lib.* 5. vbi latè de hoc, & videnda erunt dicta *in ſequenti quæſtione, in prima limitatione*.

S V M M A R I V M.

1 *Proximior qui eſt admittitur in fideicommiſſis, excluſo remotiore. Decl. per totam quæſt.*

2 *In primogenitura ſi plures adſunt primogeniti admittitur qui eſt proximior.*

3 *Primogenitura eſt fideicommiſſum.*

4 *Deſcendentes plurium, ſi ſint ſubſtituti in qualibet linea admittitur qui in ea eſt proximior, & numeris ſequentibus.*

7 *Subſtitutio ſi eſt facta de ſuperſtitibus, & eorum liberis, ſi vno moriente extet ſuperſtes vnus, vel plures, et liberi ex prædefuncto omnes admittuntur, nec ſuperſtes excludit liberos prædefuncti.*

9 *Proximiores de familia, ſi ſunt ſubſtituti, & admiſſi ſint duo fratres altero eorum præmoriente cum filijs iſti admittentur excluſo fratre ſuperſtite.*

10 *Proximiores ſi ſint vocati attenditur proximitas ſucceſſionis, non gradus.*

Q V AE S T I O CCCCLXXXIII.

Proximior an in fideicommiſſis admitti debeat excluſo remotiore?

1 Licet ex dictis in duabus præcedentibus quæſtionibus, & ex his quæ dicentur, *qu.* 484. optimè colligatur quod in fideicommiſſis proximior ſemper admitti debeat, vt ſcribunt omnes Doctores ibidem relati, attamen & hoc loco facienda erit hæc concluſio, quæ probatur *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.* 2. *in l. cum ita legatum, ff. de legat.* 1. *& in l. peto, §. fratre, ff. de lega.* 2. & idem ſcribunt Marz. *conſilio* 3 *numero* 2. Cephal. *conſil.* 465. *numero* 15. Burſat. *conſil.* 170. *numero* 16. *libro* 2. Menoch. *conſil.* 740. *numero* 21. *& ſeq. conſil.* 886. *numero* 11. *& conſil.* 1171. *numero* 27. *& ſeq.* Ancharan. iun. *libro* 3. *quæſt.* 6. *numero* 19. 20. Præ. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 333. *numer.* 16. Peregr. *de fideicomm. art.* 21. *nu.* 1. Laut. *dec. Auen.* 37. *nu.* 9. Magon. *deciſ. Florent.* 39. *num.* 19. 20. cum alijs congeſtis *ſupra quæſt.* 358.

2 Idem eſt in primogenitura, nam ſi plures adſint primogeniti, admittitur qui eſt proximior, Menoch. *conſil.* 211. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 3. *& conſil.* 1171. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi dicit procedere, etiam ſi remotior eſſet maioris ætatis, Hieron. Gabr. *conſil.* 107. *in fine, libr.* 1. Ratio eſt, quia

3 primogenitura eſt fideicommiſſum, Menoc. *conſil.* 803. *n.* 2. *&* 3 & alibi ſæpe, & nos loquimur de fideicommiſſo relicto primogenito: atqui in fideicommiſſis proximior admittitur, vt ſupra in principio quæſtionis dictum fuit, ergo, &c.

Limitatur primò, quando teſtator ſubſtituiſſet deſcendentes plurium fratrum in ſtirpes, quia tunc omnes ſtirpes concurrerent, ſeruata proximitate inter illos 4
de ſingula ſtirpe, non autem proximiores vnius ſtirpis excluderent remotiores alterius: exemplum, ſi ex altero fratre extarent filij, ex alio verò nepotes tantum, nã hi nepotes concurrerent cum filijs patrui, licet proximioribus, Corn. *in authent. defuncto, Cod. ad Tertul.* Soc. ſen. *conſil.* 69. *column.* 3. *& conſil.* 104. *numero* 4. *libro* 3. Pariſ. *conſil.* 46. *numero* 5. *conſil.* 58. *numero* 9. *conſil.* 91. *num.* 23. *& conſil.* 92. *colum. pen. & vltim. libro* 2. Soc. iun. *conſil.* 20. *& conſil.* 116. *numero* 1 *libro* 1. Port. Imol. *conſil.* 55. *num.* 94. *& ſeq* & Tornie. *inter conſ. eiuſdem Port. conſil.* 51. *column.* 1. Cephal. *conſil.* 489. *num.* 53. *& ſeq. & conſil.* 491. *num.* 21. Decian. *conſil.* 55. *num.* 24. *& ſeq lib.* 3. *& conſil.* 29. *num.* 27. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 67. *numero* 22. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 124. *num.* 64. *& ſeqq. conſil.* 557. *numero* 7. *& conſil.* 793. *num.* 3. *verſic. quinto. & lib.* 4. *præſumpt.* 91. *num.* 35. Peregr. *conſil* 51. *lib.* 2. *conſil.* 58. *num.* 8. 9. *lib.* 4. *conſ.* 129. *lib* 3. *& in tract. de fideicomm. ſſ. artic.* 20. *num.* 5. Gailus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 23. *num.* 113. *parte* 2. Ruſticus *in l. cum auus lib* 6. *capit.* 12. *numero* 52. *ad finem*, & per hanc limitationem reſpondi, Illuſtriſſimum Dom. A. non poſſe excludere deſcendentes B. alterius lineæ, licet ipſe eſſet proximior in gradu, teſtator enim in ſuo teſtamento inſtituiſs quatuor filiabus, altera moriente ſine filijs, ſubſtituerat ſorores, & earum liberos in ſtirpes, & non in capita. De hac tamen limitatione videnda erunt dicta *quæſt.* 484. *num.* 69. *& quæſt. ſequenti, num* 108. *& ſeqq.* vbi retuli plures diſſentire, & latius declaraui.

Limitatur ſecundò, quando teſtator plures inſtitutos 5
inuicem ſubſtituiſſet, & defecta deſcendentia vnius vocaſſet deſcendentiam aliorum, nam & tunc defecta linea vnius, admitterentur lineæ aliorum, nulla habita ratione proximitatis, niſi inter ipſos de quaque linea, Bald. *conſ.* 185. *factum tale eſt, lib.* 3. Alex. *conſ.* 26. *li.* 3. *& conſil.* 129. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 101. *nu.* 11 *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 117. *num.* 16. *lib.* 1. Alciat. *conſ.* 134 *lib.* 9. Pereg. *conſ.* 8. *in fine, lib.* 4. *& in tract. de fideicomm. art.* 20 *num.* 7. vbi dicit ſic fuiſſe iudicatum, & adducit etiam text. *in cap.* 1 *tit. de natur. ſucceſſ. feud* & videatur *quæſt. ſeq. nu.* 68.

Contrariam tamen ſententiam, ſed malè tenuit Soc. 6
iun. *conſil.* 133. *dubio primo lib.* 1. [Ampliatur prima opinio communis, etiam quando defecta linea inſtituti, & grauati ſubſtituti ſunt proximiores deſcendentes ex pluribus, nam deſcendentes proximiores cuiuſq; lineæ admittendi erunt, nulla habita conſideratione, quod in vna linea adſint proximiores, quàm in alia, ita requiſitus de opinione mea à Doctiſſimo & Clariſſimo I. C. D. Balſarino Marchetto Aduocato ex primarijs Bergomi, tenui in vna de Nigris Bergomenſi. Mouebar, quia quando ſunt vocati ſimpliciter deſcendentes ex duobus, ambę lineæ veniunt, nec curatur, quod vnus de vna linea ſit proximior alio de alia linea, vt dixi *ſuprà hac q. nu.* 5. ergo idem dicendum erit, licèt ſit proximior ex deſcendentibus duorum; etenim vocatio per collectiuam intelligitur vt proximior admittatur, *l cum ita §. in fideicommiſſo, & ibi Bartol. & alij, ff. de legat.* 2. *& dixi ſupra quæſt.* 358. ergo idem eſſe debet, quando ſunt vocati proximiores deſcendentes, quia qualitas, quod ſint proximiores, ſubintelligitur, & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, *l.* 3. *ff. de leg.* 2. & conferunt dicta *infrà quæſtione* 485 *num.* 39. *verſic. ſecundo dum teſtator.*

Verum in contrarium duo valdè vrgent. Primum, quòd hæc verba, proximiores, &c. habere poſſunt duplicem ſenſum, alterum quod nil operentur, vt ſuprà dictum eſt; alterum verò quod operentur, & ſic quod proximiores ſuccedant nulla habita ratione, quod plures

res ſint lineæ; & qui eſt proximior excludat omnes ex vtraque linea, & quod hic ſenſus ſit accipiendus, quia verba intelliguntur iuxta iuris diſpoſitionem. Et ſucceſſio in fideicommiſſis regulatur a ſucceſſione inteſtati, prout dixi *quæſt.* 481. Atqui ab inteſtato ſuccederent proximiores, nulla habita diſtinctione; quod ſint plus de vna, quam de alia linea, ergo & talis præſumitur voluntas teſtatoris, qualis eſt iuris diſpoſitio, Doctor. *in l. hæredes mei, § cum ita ff. ad Trebell. et dixi q.* 481. *num.* 2. Secundum eſt, quod verba debent aliquid operari, *l. ſi quando. ff. de leg.* 3. nec obſtat regula, quod expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt nil operetur, quia procedit, quando inſunt ex neceſſitate, vt per Doctores *in l. 3. ff. de leg.* 1. & Cephal. *in l. Centurio, numero* 184. *ff. de vulg.* At hic verbum, proximiores, ineſt ex voluntate teſtatoris, ergo debet operari *ad not. in l. Cornelius, ff. de hæred. inſtit. et in dicta l.* 3. & in his terminis, quando vocantur proximiores, ita tenuit Peregr. *conſilio* 63. *numero* 2. *libro* 2. Cogita.]

7 Limitatur tertiò, quando teſtator pluribus inſtitutis, altero moriente ſine filijs, ſubſtituit ſuperſtites, & eorum filios, vel liberos, nam ſi aliquis moriatur relictis filijs, & alter relictis nepotibus, & poſtea alius ſine filijs, ad ſucceſſionem concurrent iure propriæ vocationis tam filij vnius, quàm nepotes alterius, licet gradu remotiores, vel etiam concurrent nepotes cum patruo, Alexandr. *conſil.* 26. *num.* 9. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 168. *numero* 11. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 217. *column. vlt. verſ. et hoc idem.* Corn. *conſ.* 37. *num.* 3. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 69. *column.* 3. *verſic. & hæc interpretatio, libro* 3. Ruin. *conſ.* 171. *numero* 8. *libro* 2. Menoch. *conſ.* 793. vbi prædictis addit Pariſ. *conſ.* 38. *numero* 8. *et ſeqq. conſ.* 91. *num* 32. *lib.* 2. *et conſ.* 28. *lib.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 78. *num.* 22. *lib.* 3. Torniel. *inter conſ. Port. conſ.* 51. *nu.* 3. & Port. *conſ.* 55. *num.* 92. Decian. *conſ.* 52. *numer.* 26. *lib.* 3. & alios adduxit *q.* 485. *n.*...... Et prædictæ tres limitationes ſunt in ſubſtantia idem.

8 Limitatur quartò, vbicunq; eſſemus in caſibus, quod filius locum patris ingreditur, ſiue agatur de fideicommiſſo quorumcunque aſcendentium, ſiue tranſuerſalium, vt dicam *quæſt.* 485. vbi præcipuè in certo caſu afferam plures coniecturas, ex quibus filius cuiuſcunque tranſuerſalis patrem repræſentat.

9 Limitatur quintò, quando teſtator ſubſtituit proximiores de familia, & admiſſi ſunt duo fratres, altero enim præmoriente, eius filij admittuntur, non autem frater ſuperſtes, licet ille ſit proximior, Ceph. *conſ.* 313. *num.* 49. Petr. *de fideic. quæſt.* 11. *nu.* 153. & quæ dicam *quæſt. ſeq. num.* 16.

10 Limitatur ſextò, vt proximior admittatur, dummodo ſit proximior in ſucceſſione, attendi enim debet proximitas ſucceſſionis non gradus, ita ſi duo ſint in eodem gradu ſanguinis, & alter eorum in ſucceſſione primum locum obtineat, is dicetur in primo gradu, & alter in ſecundo, Peregrinus *conſilio* 56. *numero* 7. *libro* 3. & dixi plenè ſupra *quæſt.* 357. & faciunt dicta *qu.* 481.

S V M M A R I V M.

1 *Proximitas teſtatoris non grauati attenditur in fideicommiſſis. Contra n. 10. Declar. per totam qu.*
2 *Intellectus, l. cum ita, §. et in fideicommiſſo ff. de leg. 2.*
3 *Intellectus, l. peto, §. fratre ff. de legat. 2.*
4 *Intellectus, l. vlt. C. de verbor ſignif.*
5 *Intellectus, l. vlt. ff. ad Trebell.*
6 *In fideicommiſſis ſuccedi tur teſtatori, et in eius bonis, non autem grauato, decl. n. 7.*
7 *Teſtator præſumitur magis diligere filios propinquos, quàm alienos.*
8 *Proximiores præſumuntur magis dilecti, et num. 25.*
9 *Legata, et fideicommiſſa dicuntur relinqui ob affectionem teſtatoris erga honoratum.*
10 *In fideicommiſſis ſucceditur prout ab inteſtato ſuccederetur decl. n. 12.*
11 *Ab inteſtato proximitas gradus conſideratur reſpectu perſonæ vltimò defunctæ.*
13 *Teſtator præſumitur diſponere iuxta iuris diſpoſitionem.*
15 *Argumentum à feudis ad fideicommiſſa validum eſt.*
16 *Proximitas grauati attenditur non teſtatoris, quando ex eo adſunt deſcendentes, decl. nu. 19. et 20.*
17 *Dilectio quam teſtator habuit ad ſubſtitutum grauatum, cenſetur habita ad omnem eius poſteritatem, et num. 30.*
18 *Succeſſio filij eſt ſecundum naturam, et ſecundum ordinem iuris.*
21 *Proximitas teſtatoris non grauati, attenditur quando fit tranſitus ad diuerſam conditionem perſonarum, vel à maſculis ad fœminas, vel à deſcendentibus ad tranſuerſales. Contra nu. 29. concord. nu. 36. decl. num. ſeqq.*
24 *Subſtitutio vna aliam declarat.*
27 *Statutum ſi excludit fœminas propter maſculos, et extet filia teſtatoris, et neptis ex filio præmortuo, neptis non excludet filiam.*
28 *Interpretari debet voluntas teſtatoris, ne ex ea ſequatur abſurdum.*
32 *Fœminas ſemel excluſa, à maſculo remanet ſemper excluſa licet maſculus poſtea deficiat.*
34 *Succeſſio ſi deuenit ad vnam lineam, non fit tranſitus ad aliam lineam, donec ſupereſt aliquis de illa linea.*
34 *De linea ad lineam non fit tranſitus, donec extat aliquis de linea.*
37 *Aequalitatis ratio plurimum operatur, quando agitur de deſcendentibus teſtatoris.*
44 *Statutum, ſi excludet fœminam propter maſculos, ſi fœmina moriatur cum filijs ante fratres maſculos, ſi poſtea moriantur maſculi, filij fœminæ iure tranſmiſſionis facta à matre ſuccedent.*
45 *Proximitas teſtatoris non grauati attenditur, ſi teſtator vocauit proximiores, vel deſcendentes ſalua gradus prærogatiua.*
46 *Proximitas grauati attenditur, ſi teſtator nomine collectiuo aliquos vocauit ordine ſucceſſiuo.*
47 *Proximiores grauati attenditur, quando teſtator dixit ſucceſſionem deferri, iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis.*
48 *Proximitas grauati attenditur, quando teſtator ſubſtituit eos ad quos de iure pertinet hæreditas.*
49 *Proximitas grauati attenditur, ſi teſtator voluit hæreditatem deferre de vno ad alium, vel de hærede in hæredem.*
50 *Proximitas grauati attenditur, ſi apparet teſtatorem conſideraſſe diſpoſitionem ſtatuti, prout ab inteſtato morientis ſucceditur.*
51 *Proximitas teſtatoris attenditur, ſi verba diſpoſitionis ſunt relata ad teſtatorem, et ſi ſunt relata ad grauatum attenditur proximitas grauati, decla. numero 52.*
53 *In primogenituris attenditur proximitas grauati non teſtatoris. Contra n. 54. diſting. n. 55.*
56 *Proximitas teſtatoris attenditur, quando ſubſtituto eſt appoſita conditio deferendi nomen, et inſignia teſtatoris.*
56 *Verba ambigua referri debent ad perſonam teſtatoris non hæredis.*

57 *Pro conſeruatione familiæ, ſi ſit fideicommiſſum relictũ, intelligitur de familia teſtatoris, non hæredis.*
58 *Proximitas teſtatoris attenditur, quando fideicommiſſum eſt relictum pro conſeruanda dignitate familiæ, ſi teſtatoris proximior eſt pauper, & proximior grauati eſt diues, & contra.*
59 *Proximitas grauati attenditur, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, vt in agnatione ſemper conſeruarentur.*
60 *Proximitas teſtatoris attenditur, quando teſtator fecit fideicommiſſum inter plures vocatos ſub nomine collectiuo, contra ibid. decl. num. ſeqq.*
63 *Proximitas grauati attenditur, ſi teſtator excluſit proximiores, & vocauit remotiorem.*
64 *Proximitas grauati attenditur, quando teſtator excluſit proximiores, qui viuant tempore euenientis conditionis, nam hi erunt ſemper excluſi.*
65 *Proximitas grauati attenditur, quando teſtator eſt extraneus, contra nu. 67.*
66 *Proximitas teſtatoris attenditur, ſi fideicommiſſum eſt conſtitutum ab aſcendente, vel patruo, contra numero 67.*
68 *Proximitas nec grauati, nec teſtatoris attenditur quando teſtator deſcendentes reciproce ſubſtituit, & defecta vna linea ſubſtituit deſcendentes ab alijs, quia tunc quilibet proximior de linea admitteretur.*
69 *Deſcendentes a pluribus in ſtirpes ſi ſunt vocati, omnes ſtirpes concurrunt ſeruata proximitate in quaque ſtirpe.*
70 *Proximitas teſtatoris attenditur ſi fideicommiſſo ſit locus ob contrauentionem.*
71 *Proximitas teſtatoris attenditur in vulgari ſubſtitutione.*
71 *Proximitas teſtatoris attenditur, quando ſubſtitutio eſt compendioſa, & continet vulgarem, & fideicommiſſariam, contra ibid.*
72 *In interpretanda voluntate teſtatoris in quæſtione quis potius ſit præferendus, quando non agitur de gradu conſanguinitatis, ſed in alia qualitate, vt quis ſit prædilectus, attenditur affectio teſtatoris.*

QVÆSTIO CCCCLXXXIV.

Proximitas teſtatoris, an grauati attendatur in fideicommiſſis?

FREQVENTISSIMA & vtilis, ſed admodum controuerſa eſt diſputatio, an in fideicommiſſis, & maioratibus attendatur proximitas teſtatoris, an grauati? in quo articulo Doctores ita apparent inconſtantes, vt ſint pauci illi, qui non variarunt, ego autem quantum potero, curabo, vt quæſtio ad faciliores terminos, quàm fieri poſſit, reducatur. Duæ igitur inter ſe pugnantes ſunt opiniones
1 principales. Quod enim attendatur proximitas teſtatoris, non hæredis grauati, voluerunt Gloſ. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. & ibi Bald. Paul. de Caſtr. *num.* 2. Alciat. *num.* 7. *& penult. num.* 24 Bart. *l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 3. *ff. ad Trebell.* & ibi Soc. ſen. *nu.* 18. Acoramb. *num.* 41. Soc. iun. *nu.* 97. vbi teſtatur de communi opinione Torniel. *nu.* 83. Bologn. *num.*... Bart. *in l. ſi cognatis, n.* 3. *ff. de reb. dub.* Bald. *in l. peto, ff. de legat.* 2. Io. de Monte Sperello *in l. cum acutiſſimi, C. de fideic.* Paul. de Caſtr *in l. fin. C. de verb. ſignif.* & ibi Iaſ. *num.* 15. Crot. *in l. filius familias §. diui, nu.* 160. *ff. de legat.* 1. & ibi Ferdin Loazez, *nu.* 545. Crot. *n.* 61. *&* Rip. *n.* 31. Caccialup. *in l. generaliter, cum autem, q.* 25. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Ripa *in l. ex facto, n.* 6. *ff. ad Treb.* Alciat. *in l.* 2. *§. quiſquis, num.* 41. *ff. de vulg. & pupil.* Zuccard. *in l. fin. nu.* 70. *C. de edicto Diui Adr. tollendo,* Rob *in l. Gallus, § quidam recte, colum.* 30. *ff. de liber. & poſthum.*

Et conſulendo Paul. Caſtr. *conſ.* 128. *lib.* 1. Alexan. *conſil.* 30. *n.* 3. 4. *lib.* 4. *& conſ.* 215. *num.* 2. *& ſeq lib.* 6. Iaſ. *conſ.* 215. *lib.* 2. *& conſ.* 154. *lib.* 4. vbi dicit eſſe magis communem opinionẽ Dec. *conſ.* 1. *n.* 5. *& conſ.* 7.. *col.* 1. *conſ.* 527. *col.* 1. *& conſ.* 546. *col. vlt.* Soc. ſen. *conſ.* 6. *in fi. lib.* 3. *& conſ.* 33. *nu.* 3. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 168. *col.* 3. *conſ.* 298. *col. vlt. lib.* 2. *& conſ.* 141. *n.* 15. *lib.* 3. Rub. Alexan. *conſ.* 36 *n.* 6. *conſ.* 38. *n.* 4. *conſ.* 39. *n.* 3. *& conſ.* 126. *in fin.* Pariſ. *conſ.* 3. *n.* 38. *lib.* 1. *conſ.* 36. *n.* 2. *conſ.* 38. *n.* 15. *conſ.* 40. *n.* 3. *cõſ.* 93. *n.* 36. *lib.* 2. *& conſ.* 41. *n.* 24 *lib.* 3. Natt. *conſ.* 675. *n.* 24. Bero. *cõſ.* 76. *in fin. & conſ.* 81. *n.* 13. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 168. *n.* 7.. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 161. *col. pen.* Siluan. *conſ.* 2. *n.* 22. Marzar. *conſ.* 21. Collegiũ Papiẽſe *inter conſ.* Paul. Pic. *conſ.* 69. *n.* 120. vbi loquitur de maioratu, Porc. Imol. *cõſ.* 5.. *n.* 8.. Tob. Non. *conſ.* 76. *n.* 33. Alciat. *conſ.* 102. *n.* 8. *& ſeq lib.* 5. vbi dicit eſſe communem, & veriſſimam opinionem, Rolan. à Valle *conſ.* 70. *nu.* 78. *lib.* 3. vbi dicit eſſe communem opinionem, Oſaſch. *conſ.* 11. *nu.* 74. Mantic. *conſ.* 100. *lib.* 2. Pancir. *conſ.* 170. *n.* 8. Rim. iun. *conſ.* 167. Ceph. *conſ.* 16. *n.* 34. *conſ.* 493. *n.* 13. *& ſeqq. conſ.* 333. *& conſ.* 459. *n.* 9. *vſque ad finem,* vbi contrarias authoritates tollit Burſat. *conſ.* 1.. *n.* 18. *lib.* 1. *& conſ.* 157. *n.* 12. *lib.* 2. vbi de communi opinione teſtatur Hier. Gabr. *conſ.* 86. *n.* 11. 14. *&* 17. *conſ.* 107. *n.* 2. *conſ.* 96. *n.* 39. *conſ.* 121. *n.* 9. *lib.* 1. vbi de communi opinione teſtatur *conſ.* 122. *n.* 12. *& conſ.* 130. *n.* 30. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 64. *n.* 6. *lib.* 2. *conſ.* 21. *& cõſ.* 74. *n.* 33. *& ſeqq. lib.* 3. vbi de communi opinione teſtatur Bonif. Roger. *conſ.* 43 *n.* 6. *lib.* 1. Ruſtic. *conſ.* 2. *nu.* 101. *& ſeq. quod conſ eſt poſt Tractatum de liber. in condit. poſit.* Menoc. *conſ.* 124. *dubio primo,* vbi latiſſimè diſputat, & comprobat, & reſpondet ad contraria, & ibidem tollit plures authoritates, quæ in contrarium ſolent adduci, & dicit hanc eſſe magis receptam ſententiam, quam etiam ſequitur *conſ.* 327. *n.* 93. *conſ.* 359. *n.* 4. *& conſ.* 434 *n.* 31. *& n.* 50. *conſ.* 442. *n.* 18. in quibus locis teſtatur hanc eſſe communem opinionem, *conſ.* 482. *nu.* 14. *conſ.* 686 *n.* 6. *conſ.* 830. *n.* 1. vbi de magis communi teſtatur *conſ.* 84. *n.* 22. *verſ. reſpondetur, conſil.* 904. *n.* 32. *& conſ.* 1104 *n.* 32. vbi refert vnum & quadraginta Doctores, & loquitur de maioratu Honded. *conſ.* 65. *n.* 52. *conſ.* 70. *n.* 20 *conſ.* 72. *n.* 2. *cõſ.* 73. *n.* 30. *& conſ.* 85. *n.* 19. *lib.* 1. Laderch. Imol. *conſ.* 45. *n.* 1. *& ſeqq.* Surd. *conſ.* 31. *nu.* 28. *& ſeq. lib.* 1. vbi dicit eſſe communem opinionem nec ab ea recedendum eſſe conſulendo, & iudicando, & latiſſimè comprobat teſtando de veriori, & magis communi *conſ.* 120. *eod. lib.* 1. *conſ.* 241. *n.* 47. *lib.* 2. vbi loquitur de maioratu, *& conſ.* 546. *n.* 14. *lib.* 4. Peregr. *conſ.* 26. *n.* 7. *lib.* 4. vbi dicit eſſe communem *conſ.* 64. *n.* 14. *lib.* 5. vbi dicit moderniores ſtare pro iſta opinione, & iudicia Veneta inclinare in hanc partem, idem affirmat *conſ.* 69. *nu.* 2. *eod. lib.* 5.

Et in Tractatibus Dur. *de arte teſt. tit.* 5. *caut.* 2.. *n.* 31. vbi teſtatur de communi opinione Tiraq. *de retract. conſil. §.* 1. *glo.* 1. *n.* 20. Ioan. Rojas *in Epit. ſucceſſ. cap.* 32. *n.* 14. vbi de maioratu, Craſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 18. Did. Couar. *Pract. Quæſt. cap.* 38. vbi latè defendit hanc opinionem, & loquitur tam de fideicommiſſis quam primogenijs, Mantic. *de coniect. vltim. volunt lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 31. *& tit.* 13. *num.* 7. vbi teſtatur de communi opinione Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *nu.* 83. Lud. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 49. vbi de maioratu Menoch. *lib.* 4. *præſum.* 75. *n.* 16. Tellus Fernand. *in l.* 27. *Taur. n.* 7. Petr. *de fideicom. q.* 11. *n.* 5. *& n.* 70. *& ſeqq.* Intrig. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 78. Hieron. Ceual. *Specul. Comm. contra comm. q.* 398. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & magis communem, & bis pro ea fuiſſe iudicatum, Fachin. qui diſputat, & defendit reſpondendo ad contraria, *lib.* 4. *Controuer. iur. cap.* 85. Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fidei-*

fideicom.ſubſt.nu.53.Præt.de interpr.vlt.volunt. fol.341. num.33.& ſeqq.

Et in Deciſionibus Theſaur. deciſ. Pedemont. 64.nu. 26.& col.fin.verſ.quibus ſtantibus. teſtatur in illo Senatu bis pro hac opinione fuiſſe iudicatum, Milan.deciſ.8. n.202.lib.1.vbi teſtatur de communi opinione Surd.dec. 66.nu.13.vbi de communi opinione Rot. Rom. in collect.per Farinac.deciſ.693.n.3.par. 2. Et ſecundum hanc opinionem ego conſului in vna de Scarpis.vt in conſ.12.

Doctores igitur, qui hanc ſequuntur ſententiã ſunt, ſi non erraui, quatuor & ſexaginta, vltra Collegium Papienſe, & Senatum Mantuanum, & Senatum Pedemontis, & inter hos eſſe communem ſententiam teſtatur Socin.iun. Iaſ. Alciat. Roland. à Valle, Burſat. Hier. Gabr. Decian, Menoch. Surd. Pereg. Didac. Mantica, Hieron. Ceual. Molan. [Et his addo Gratian. diſcept. forenſ. cap. 493.nu.13.& ſeqq. vbi dicit eſſe veriorem, & magis receptam ſententiam Surd.conſ.31.num.29.conſ.120.n.8. lib.1.& conſ.370.n.10.lib.3.Scrad.de feud.p.7.cap.7.n.19. Roſental.eod tract.de feud.cap.7.concl.57.n.10.

2 Fundamenta autem huius ſententiæ ſunt: Primò, l. cum ita, §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. vbi Modeſtinus, I.C. ſic ſcribit. *In fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, ij ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſunt niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuã extenderit.* Hæc ſunt verba textus, ex quibus colligitur primò, nominatos à teſtatore, deinde eos qui de familia erant teſtatoris tempore eius mortis, atque ita proximiores tempore quo moreretur teſtator, prout hunc intellectum ponit ibi Gloſ. in verb. moreretur, & in verb. qui ex his, & ſi attenditur tempus mortis teſtatoris, eius etiam proximitas attendi debet, non hæredis grauati.

Reſpondent tamen qui contrariam ſententiam probant, hunc text. §. in fideicommiſſo probare contrariam ſententiam inducendo, vt dicam in argumento primo contrariæ opinionis.

3 Secundo adducitur l.peto, §.fratre, & de leg. 2. Verba text. hęc ſunt, *Fratre hærede inſtituto petijt, ne domus alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur, ſi non paruerit hæres voluntati, ſed domum alienauerit, vel extero hærede inſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum petunt, qui in familia fuerint. Quid ergo ſi non ſint eiuſdem gradus? ita res temperari debet, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus, &c.* & ibi proximus interpretatur a Gloſ. Bar. & alijs, vt ſi proximus teſtatori, de cuius familia paulò ante facta eſt mentio, alias ſi intelligeretur de familia grauati, non rectè conueniret, quod teſtator modò de vna modò de alia familia mentionem fecerit.

Reſpondet Soc.iun. in conſ. 126.n.84.& ſeq.lib.1.

4 Tertiò hæc ſententia comprobatur ex text. in l. vlt. C.de verb.ſign. vbi in fideicommiſſo relicto familiæ, ad quod gradatim omnes de familia admittuntur, primò illi vocantur, qui ſunt proximiores teſtatoris, vt puta liberi, deinde parentes, deinde alij.

Reſpondet Soc.iun. d.conſ. 126.nu.46.lib.1, quod iſta lex procedit, quando prima perſona non eſt admiſſa, quia tunc ſecunda ſuccedit, quia etiam non admiſſa, alij deinceps gradatim vocantur, non autem ille text. probat, quod prima perſona admiſſa illa dicatur grauata alijs reſtituere, quoniam vno admiſſo fideicommiſſum eſt finitum, & omnes alij ſunt excluſi, ita etiam reſpondet Roland. à Valle conſ.vlt.n.24.lib.4.

5 Quartò vrget text. in l. vlt. ff. ad Trebell. vbi alij vtrinque coniuncti præferuntur alijs natis ex alia vxore, quia illi ad inuicem erant ſubſtituti, & ſic magis dilecti, ergo ceſſante reciproca inter eos, & prædilectione, æqualiter vocantur ad fideicommiſſum, quamuis grauati non eſſent pariter coniuncti, quia de patris ſucceſſione agitur, cui omnes æqualiter coniunguntur. Aliter etiam iſte textus inducitur à Menoc.conſ.124.n.8. apud quem videri poterit.

Quintò confirmatur ratione, nam in fideicommiſſis ſucceditur teſtatori, & in eius bonis, non autem grauato, l. hæredi, § cum filia, ff. de vulg. & pup. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. Menoch. conſ. 357.num.4. vbi dicit eſſe receptiſſimam ſententiam Decian. conſ. 74.nu. 30. lib. 3. 6 Burſat. conſil. 460.nu.10. Eugen. conſ. 74.n.6. Ceph. conſil. 245.n 53. Simon de Præt. conſ. 37.n.16.& ſeq.lib 1. Honded. conſ. 57.nu. 19. Peregr. de fideic. art. 20.n 1. cum alijs congeſtis ſupra q. 274. ſi ergo agitur de ſuccedendo teſtatori, ergo & eius perſona attendi debet, quia ſi grauati perſona attenderetur, non in bonis teſtatoris, ſed grauati diceretur ſuccedi.

Reſpondent alij, quod ſubſtitutus per fideicommiſſum dicitur ſuccedere teſtatori ſubintrando in locum 7 grauati, ita Curt.iun. conſ. 125.circa finem, Soc.iun. conſil. 115.n.49.& conſ. 134.col.fin.lib.3. Decian. conſ. 25.nu.16. lib.1. Pereg. de fideic. art. 26.n.10.& conſ. 41.nu. 24.lib.5. Ruin. conſ. 165.n.12.lib.2. idem Pereg. conſ. 42.n.4.lib.3.

Sextò præſumitur teſtatorem magis diligere ſuos propinquos, quam alienos, arg. l. cum auus. ff. de condit. & 8 demonſtrat. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. ergo, &c. Et quiſque videtur proximiores diligere. l. Publius, § 1. ff. de condit. & demonſtr. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12.n.30. circa medium, Craſ. in § fideicommiſſum, q. 18. n.3. cum alijs allegatis ab Intrigl. a q.78.n.9.

Reſpondetur, quod immo in portione, in qua teſtator honorauit hæredem, videtur & eius poſteros, & coniunctos potius honoraſſe, quàm alienos, arg. dict. l. cum auus, & dicam infra in quarto argumento contrariæ opinionis, & pariter cenſetur voluiſſe teſtatorem ſuccedi in fideicommiſſo eo ordine, prout ab inteſtato ſucceditur, vt dicam in ſecundo argumento contrariæ ſententiæ.

Septimò facit etiam ratio, quod legata, & fideicommiſſa relinquuntur ob affectionem, quam habet teſtator 9 erga eum, cui acquiritur, iuxta l. nec adiectis, ff. pro ſoc. l. alimenta, in princ. ff. de aliment. & cibar. leg. & ibi Bart. Soc.ſen. conſ 37.n.6.lib.3. Pariſ. conſi. 99. in fine lib. 2 Menoch. conſ. 359.nu.6. Atqui ſi proximitas grauati attenderetur, & non teſtatoris, fideicommiſſum acquireretur ex affectione priuati, qui diligit ſibi proximiorem, d.l. Publius § 1. ff. de condit. & demonſtr. & poſſet euenire, quod acquireretur ei, quem teſtator odio habuit, & ſic argumentati ſunt Rip. in l. ex facto num.7. ff. ad Treb. Alciat. in l. 2. § quiſquis, nu.42. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Menoch. conſ. 124 n.26.

Reſpondetur tamen, vt reſponſum fuit ad præcedens argumentum.

Alij volunt proximitatem grauati eſſe attendendam, 10 ſic ſcribunt Bart. in l. re coniunctis, n.3. & n. 61. ff. de legat. 3. Imol. in l. hæredes mei §. cum ita ff ad Trebell. & ibi Soc. ſen. idem Soc.ſen. in l. ſi cognatis, nu. 40. ff de reb. dub. vbi dicit ſe pluries ita conſuluiſſe, & inſignes Doctores Peruſ. ſubſcripſiſſe D. Bald. de Bartolinis, & Philippum Corneum, & Ioan. Baptiſt. de S. Seuerino, & dicit etiam ita vidiſſe iudicari per Aduocatum doctiſſimum in Ciuitate Florentiæ Dec. in l. n.19. C. de ſecund. nupt. Alciat. in l. pronunciatio §. agnatorum, ff. de verb ſign. Bero. in capit. in præſentia, n.413. extr. de probat.

Et conſulendo Anchar. conſ. 27.& conſ. 81. Bart. conſ. 47. Roman. conſ. 22. col. vlt. Ioan. de Monte Sperel. conſ. 125.nu.8. vſque ad finem, Iaſ. conſ 84. col. 2. lib. 1. Gozad. conſ. 4.n.17.& n.31. vbi teſtatur de communi opinione Bertran. conſ. 3 o. col. 2. lib. 3. Soc. ſen. conſ. 249.n.21. lib. 2.

conſ.

*conſ.*86.*nu.*11.*lib.*3.*conſ.*51.*nu.*31.*& conſ.*73 *col.*3.*lib.*4. Corn.*conſ.*97.*n.*7.*lib.*1 *conſ.*22.*lib.*2.*& conſ.*230.*col.*11. *lib.*3.Crott.*conſ.*7.*nu.*30.*lib.*1.*& inter conſil. Rub. Alex. conſ.*59.Soc.iun.*conſ.* 126. vbi dicit eſſe magis communem opinionem *conſil.*133.*nu.*27.*conſ.*136 *num.*3.*lib.*1. *conſil.*34.*num.*16.*conſil.*140.*nu.*11.*lib.*3.*& conſil.* 22.*nu.* 28.*libro* 4.Curt.iun.*conſ.*125.*nu.*4.*& conſil.* 128.*colum.* 3.Rub.Alexand.*conſil.*36.*nu.*56.*conſil.*38.*n.*5.& ibidem Ruin.*conſil.*40.*nu.* 5.Natta *conſil.*679.*nu.*12.Pariſ.*conſil.* 2.*n.*47.*& conſ.*47.*lib.*1.*& conſil.*40.*n.*47.*lib.*2.Dec. *conſ.* 445.*nu.*10.*& conſil.*516.*colum.*4.Ruin.*conſil.*13.*nu.*12. *conſil.*117.*n.*25.*conſ.*166.*n.*10.*lib.*1.*conſil.*101.*n.* 18. *conſ.* 123.*n.*18 *conſ.*134.*nu.*22.*conſil.*144.*nu.* 16. *conſ.*152.*n.*4. *conſ.*159.*num.*6.*conſil.*162.*nu.*2.*conſil.*168. *nu.* 8. *conſil.* 171 *in fine conſ.*191.*nu.*8.*conſil.*203.*num.*21 *lib.* 2.*conſil.* 35.*num.*10.*conſil.*47.*nu.*7.*libr.*3 *& conſil.*68.*nu.*8. *libr.* 5. Alciat.*reſp.*480.*n.*13.*& in ſecunda editione reſp.*32.*n.*8.*& ſeqq.lib.*9.*& reſp.*84.*libr.*1.Marzar.*conſil.*1.*part.*2. Non. *conſ.*1.*n.*46.*& conſ.*41.*in fine*,Roland.à Valle *conſ.vlt.lib.* 1.vbi teſtatur de communi opinione Crauet. *conſ.* 67.*n.* 5.Marcabr.Anguil. *conſ.*87.*n.*20. *& ad nu.*80. Celſ.Vgo *cõſ.*5.*n.*9 *& conſ.*120.*n.* 22. vbi teſtatur ita iudicatum in Rota Florent.Pancir.*conſ.*91.*n.*16.*conſ.*100.*& conſ.*145. *n.*7.*& ſeq.*Bertaz.*conſ.*98.*n.*2.*&* 27.Anguſ.*cõſ.* 80.*in fin. lib.*6.Bero.*conſ.*63.*n.*37.*conſ.*97.*n.*15.*& conſil.*120.*nu.*3. *libr.*2.Berett.*conſil.*33. *num.* 7. vbi dicit eſſe magis communem opinionem *conſil.*140. *nu.*4. *& conſ.*27 *nu.*12. Port.Imol.*conſil.*121.*nu.*13.Ioan.Bologn *conſil. vlt.numer.*76.Matth.Lamb.*in deciſione cauſa Honold.nu.* 113. Burſat.*conſil.*1.*num.*18.*& ſeqq.lib.*1.*conſil.*157.*num.* 13. *conſ.*170.*n.*23.*& ſeq.lib.* 2. vbi dicit hodie hanc eſſe crebriorem ſententiam,*& conſil.*300.*n.*38.*lib.*3.Ceph.*conſ.* 45.*nu.*10.*conſil.*11.*n.*4.21.*& ſeqq.conſil.*313.*conſ.*416.*nu.* 28.*conſil.*457.*n.*1.*conſ.*493.*n.*46.*conſil.*602.*n.*15. *& ſeqq. & nu.*24.dicit eſſe communem opinionem,*& conſ.*656. *n.*67.Decian.*conſil.*25.vbi dicit eſſe magis communem & veriorem ſententiam *conſil.*100.*nu.*5. *& ſeqq.lib.*3. *& conſil.*23.*nu.*14.*& ſeqq. lib.* 2. vbi pariter dicit hanc eſſe veriorem ,& magis communem opinionem Menoch. *conſil.*106.*n.*311. vbi aſſerit eſſe magis communem ſententiam Odd.*conſil* 39.*n.*29.vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem,Pręt.*conſil.*161.*n.*32.Ioannes Botta *conſil.* 7. vbi dicit magis communem opinionem , & iudicando,& conſulendo ſequendam eſſe,Paſer.*conſil.*41. *num.*5.*& conſil* 139.*n.*18.Oſaſch.*conſil.*71.*nu.*16. Hond. *conſil.*70.*num.*2.*lib.*1.Peregr.*conſil.*44.*num.*14.vbi dicit in iudicijs Paduæ ſæpius hanc opinionem fuiſſe acceptatam,idem aſſerit *conſil.*50.*num.*6.*& ſeqq.lib.*1. *conſil.* 63.*nu.*22.*lib.*2.*conſil.* 42. vbi latè defendit hanc ſententiam *conſil.*51.*num.*9.*conſil.*53 *num.*16.*conſil.*56.*nu.*6.vbi dicit eſſe communem opinionem , & in iudicijs receptam *lib.*3.*conſil.* 52.*n.*11.vbi teſtatur de magis communi *conſ.*58.*lib.*4.*conſil.*30.*n.*26.*vſque ad finem lib.*5.vbi ait ſecundum eius conſcientiam eſſe veriorem opinionem *conſ.*41. *num.* 23. *& conſ.*42.*in fine lib.*5.vbi fuit conſultus pro veritate .

Et in Tractatibus, Aluar.*in quæſt.iur.amph. quæſt.*50. *num.*74.Vaſq.*de ſucceſſ.progreſſ.lib.*3.*§.*26.*num.*11.*& de ſucceſſ.creat.§.*27.*nu.* 3. *& ſeqq.* vbi etiam de maioratu, Molin.*lib.*1.*de Hiſpan.primog.cap.*6.*num.* 46. *& ſeqq lib.* 3.*& cap.*9.vbi teſtatur de communi opinione,vbi etiam de maioratu , Clar.*in §. teſtamentum quæſt.*76. *reg.* 6. *in fine* , vbi teſtatur eſſe veriorem , & magis communem opinionem Marzar.*in epit.de fideicom.q.* 35. vbi teſtatur de communi opinione, & ita in Rota Florentina fuiſſe iudicatum, Petr.*de fideicomm.quæſt.*11.*nu.*49. *& nu.*51. Peregr.*de fideicomm.art.*20.*num.*23. vbi teſtatur ſecundum hanc opinionem ſæpius fuiſſe iudicatum , Viu. *in commun.opin.concl.*848.Alexand.Trent.*de ſubſtit.part.* 4.*cap.*12.Matth *in tract.de via* , *& ration.iur.libr.*2.*cap.* 21.Gallus *de except.ſucceſſ.*3.*tit.*4.*except.*26.*num.* 90.*vſque ad finem.par.*2.Palaez.*de maior.par.*1.*q* 8.*& in princ. n.*53.vbi latè diſcutit Gutieres *Pract. Quæſt. par.*2.*lib.*3. *q.*66.*n.*8.Caſtillo Sotom.*lib.*3.*controu.iur.cap.* 19.*n.* 140. *& ſeqq.* vbi oſtendit hoc etiam procedere tam ab inteſtato,quàm in primogenituris,feudis , emphiteuſi,& in omni diſpoſitione .

Et in Deciſionibus,Pereg.*deciſ.*132.Laur.*deciſ. Auen.* 37.*nu.*3.4. vbi dicit eſſe ſaniorem,& magis communem opinionem Magon.*deciſ.Luc.*83. vbi teſtatur, ita per binas fuiſſe iudicatum , & eſſe crebriorem opinionem. Caſ.Barz.*deciſ.Bonon.*11.*n.*8. vbi dicit hanc opinionem tenuiſſe Rotam Romanam , & pariter ſecundum hanc in illa Rota Bononienſi fuiſſe iudicatum , Cauale. *deciſ.*16.*n.*73 *par.*3.Ant.à Gama *deciſ. Luſit.*7.*deciſ.* 206.*n.* 23.*& ſeqq.*vbi pulchrè *& deciſ.*354.*n.* 10. & Rota Romana *in nouiſſ.deciſ.* 72. vbi apparet hanc veriorem , & magis communem,& *num.* 5. dicitur ſæpius ſecundum hanc opinionem in illa Rota fuiſſe iudicatũ,idem Rota in collect.per Farinac.*deciſ.*681.*par.*2. vbi de communi, & patet ibid. Rotam ſæpius iudicaſſe ſecundum iſtam opinionem,& hanc etiam probaui in vna de Salis,*vt in conſ*.....& in alia de Martineagis,*vt in conſ.*71.

Et ex iam allegatis Doctores qui hãc ſequuntur ſententiam,ſunt vltra ſexaginta , inter quos mihi teſtantur hanc eſſe communem,& magis communem,& præcipuè ita affirmant Gozad.Soc.iun.Roland.à Valle,Berett.Burſat.Ceph.Decian.Menoch.Odd. Io. Botta , Pereg.Molin.Clar. Marz. Lauren. Magon. Et pro ea ſtant Rotæ Florentina,Auen.Luc.Bonon.Luſit. & Romana . Et verè iſta opinio in iudicijs videtur frequentius recepta in quam & ego procliuior ſum.[Addo pro hac ſententia Caball *conſ.ſuo deciſiuo* 60 *n.*6.*lib.*1. Rotam *deciſ.* 22.*part.*3.*diuerſ.& dec.*466.*n.*3.*par.*1.*in collect.* per Farin.

Primò probatur hæc ſententia *in d.l.cum ita* , *§. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. Verba textus ſupra retuli , & tenentes hanc partem , intelligitur dum vocantur ſecundo loco proximiores , quod intelligatur de proximioribus nominatorum .

Reſpondent tamen alij intelligi textum de proximioribus teſtatoris , vt dictum fuit in primo argumento aliùs opinionis .

Secundò , ſucceſſiones in fideicommiſſi regulantur 11
iuxta ſucceſſionem inteſtati , vt ille admittatur , qui ab inteſtato ſuccederet,*l. cum ita.§.in fideicommiſſo. in verbo,gradu ff de legat.*2. & ibi Gloſ. Cephal.*conſ.*313.*n.*45. Decian.*conſ.*1.*n.*340.*lib.*1.Menoch.*conſ.*106.*n.* 83. Odd. *conſ.*45.*n.*37. vbi de communi teſtatur Peregr.*de fideic. art.*29.*n.*20.*& ſeqq.*& dixi *q.*428.Succeſſio enim ſecundum ordinem legis dicitur eſſe ex mente defuncti , *leg. conficiuntur* ,*& l.ſi quis cũ nullum,ff de iur.codicill.* Atqui ab inteſtato proximitas gradus conſideratur ex parte perſonæ vltimò defunctæ , *l. vltima* , *§. legitima*, *& §. proximum, ff.de ſuis, & legit. l. ex duobus*, *§. pen.ff.de vnd. legit.§.proximus* , *inſt. de legit.agnat.ſucceſſ.*ergo & in fideicommiſſo conſideranda erit proximitas reſpectu grauati.Et hoc argumento vſi ſunt Soc.ſen.*conſ.* 249.*n.* 11.*verſ.quinto loco,lib.*2.Soc.iun.*conſ.*126. *nu.* 25. *lib.* 1. Rolan.à Valle *conſ.vlt.n.*12.*lib.*1.Peregr.*de fideicom.art.* 20.*n.*2.& videnda erunt dicta *ſupra q.* 182.*n.*4.

Reſpondet Did. *Pract. Quæſt.cap.vlt.col.*8.*verſic. hæc* 12
tamen ratio,& ſequitur Menoch.*d.conſ.*124.*n.*36.Quod licet in fideicommiſſis ſuccedatur, vt ſuccederetur ab inteſtato,quod tamen cõſideratur perſona teſtatoris, qui tunc tacitè diſponere dicitur,iuxta *l. conficiuntur* , *ff. de iur. codicill.* cum in fideicommiſſis dicatur ſuccedi teſtatori *dict.l.coheredi, §.cum filia,ff.de vulg. & pupill.* & ſupra dictum fuit, & quando teſtator in fideicommiſſis con-

conſtituit ſucceſſores, non dicitur eos grauatos conſtituere, ſed ſibi: nec hæreditas eſt abſolutè quæſita grauato, ſed cum onere reſtituendo proximiori, iuxta diſpoſita ab ipſo teſtatore, nimirum ſi & proximitas teſtatoris attendi debet.

13 Tertiò præſumitur, quod teſtator voluerit diſponere iuxta iuris diſpoſitionem, l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell. & ibi Bart. Bald. Alex. Rip. n. 74. & alij communiter. Atqui defert ſucceſſionem ei, qui proximior eſt vltimo defuncto, vt in præcedenti arg. dictum fuit, ergo idem in ſucceſſione ex fideicommiſſo. Et hoc argumento vſi ſunt Iaſ. Soc. ſen. Soc. iun. Curt. iun. & ferè omnes.

Reſpondetur, argumentum concludere, quando hæredi quæſita eſſet hæreditas irreuocabiliter, ſed cùm quæſita ſit cum onere illam reſtituendi alteri attendi debet perſona teſtatoris, cum & ei per fideicommiſſum ſuccedi dicatur, ita Menoc d. conſ. 174. nu. 37.

14 Quartò accedit, quod qua ratione teſtator in hæreditate prætulit aliquem, eadem ratione cenſetur voluiſſe præferre eius proximiores, arg. l. cum auus, ff. de cond. & demonſtr. ergo &c.

Reſpondetur tamen arg. concludere, quando agitur de deſcendentibus teſtatoris, in quibus terminis loquitur d. l. cum auus, & concordantes & hoc ne videatur alienam ſobolem propriæ voluiſſe præferre, nec ex hoc debet elici argumentum ad aliud genus perſonarum, in quibus diuerſa ratio militat, ſed ſpectanda teſtatoris, cui ſucceditur, vt dictum eſt.

Quintò adducitur, quod licet argumentari à fuedis ad fideicommiſſa, vt probat Menoch. conſ. 88 num. 65. & ſæpiſſimè Peregr. in ſuo tractatu de fideicom. Decian. conſ. 21. n. 8. lib. 3. Atqui in feudis attenditur proximitas vltimi decedentis, cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. ergo idem in fideicommiſſis, & hoc argumento vſi ſunt Soc. ſen. Soc. iun. & alij multi.

Reſpondent tamen Menoch. d. conſ. 124. n. 39. & ſeqq. Fachin. libr. 4. controu. iur. cap. 85. verſic. ad rem facit, Did. Pract. Quæſt. c. 38. n. 1. qui præcipuè dicunt iuxta communem intellectum, illum tex. loqui de feudo hæreditario, in quo primus eius author, à quo ius oritur, attenditur, vt in cap. 1 § vlt. tit. de ſucceſ. fratr. vel de grad. ſucceſ. & ibi Bal. Tiraq. de vtroq. retract. lib. 1. §. 11. Gl. 1. n. 19. & alij multi qui diſtinguũt inter feudum hæreditarium & non hæreditarium, vt apud Menoch. & Did. citatos.

15 Et ab hac ſententia, vt dixi, ego non recedendum puto, nã ſi proximitas teſtatoris inſpiceretur, ſæpiſſimè ſucceſſiones turbarentur, & à liberis morientis in tranſuerſales remotiſſimos fieret trãſitus, hique gauderẽt commodo inſperato fideicommiſſi, & ſucceſſionis, contra l. vnicam, verſ. ſi quidem, C. de his qui ante apert. tab. Aliud etiam inconueniens reſultaret, quod quiſque negligeret res hæreditarias, & forſan etiam perfidè tractaret, ad dicta in l. 2. & l. ſcire cum ibi notatis, Cod. vt in poſſeſ. leg. Accedat, quod in fideicommiſſo perpetuo dominia rerum eſſent ſub incerto, ſi proximitas teſtatoris, non grauati attenderetur, cum ſi per longiſſima tempora teſtator eſſet mortuus, non poſſet inueniri, quis illi proximior, & hinc reſurgerent lites inextricabiles, contra l. 1. ff. de iureiur. & l. properandum, C. de iudic. & dominia nõ habere eſſet incerta dicit l. 1. ff. de vſucap. Et ambiguitates ſunt euitandæ l. 1. § ſi hæres præcepto, in fin. ff. ad Treb. & latius per Vaſq. locis pro hac opinione citatis. [Et ita dicit Surd. conſ. 370. ante n. 12. lib. 3. Rot. dec. 72. n. 5. par. 1. diuerſ. dec. 68. n. 4. par. 2. in collect. per Farinac. Raud. conſil. 14. n. 22. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 294. n. 21. lib. 2. Lud. Molin. d. lib. 3. c. 9. n. 13. Hieron. Gabr. conſil. 112. nu. 14. lib. 2. Purpur. conſ. 421. n. 8. lib. 2.

Quia autem ex formulis ſubſtitutionum, & ex æqualitate teſtã.tum poſſunt reſultare rationes, tam pro vna, quàm pro alia ſententia, ideo Doctores ad conciliandas opiniones plura adducunt conſideranda, de quibus & à nobis clarius, quam fieri poſſit agendum eſt, declarando tam vnam, quàm aliam ſententiam, & coniecturas reſultantes tam pro vna, quàm pro alia ſententententia attendendas eſſe poſt alios voluit Rota Romana in collectis per Farinacium deciſione 460. & deciſ. 510. par. 1.

Declaratur primò iſta quæſtio, vt ſi adſint deſcẽdentes grauati, illi præferantur alijs etiam proximioribus teſtatoris, Alciat. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, n. 8. ff. de legat. 2. Ruin. conſ. 259. nu. 6 & ſeqq. & conſ. 191. n. 7. lib. 2. Soc. iun. conſ. 116. n. 12. & ſeqq. lib. 1. Ceph. conſ. 457. n. 5. vbi dicit ita ſentire omnes, & ſi in puncto principali teneant proximitatem temporis eſſe attendendam, Odd. conſ. 39. n. 30. & ſeqq. Alciat. reſp. 489. n. 13. Celſ. Vgo cõſ. 93. n. 10. Men. conſ. 124. n. 54. verſ. 1õ quoque & conſ. 823. n. 25. & ſeqq. Peregr. conſ. 50. n. 3. lib. 1. conſ. 42. n. 2. & ſeq. lib. 3. & in tract. de fideic. art. 20. nu. 3. & n. 5. vbi alios refert. Did. pract. qu. c. 38. n. 1. verſ. ſecunda concluſio, Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. n. 30. in fin. vbi dicit in hoc vix diſputare Doctores. Petr. de fideic q. 11. n. 5. 41. 98. & 153. Preg. de interpret. vlt. vol. fol. 328. n. 62. Molin. de Hiſpan. Primogen. cap. 9. n. 2. Vaſq. latè confirmat de ſucceſſ. creat. §. 27. n. 3. & ſeqq. Theſaur. deciſ. Pedem. 64. n. 9. verſ. dubitatur, & dec. 65 nu. 4. & videnda erunt dicta quæſt. præcedenti, n. 9. [Et ita etiam dicunt Gratian. d. cap. 493. n. 24. & ſeqq. Maſtric. deciſ. 65. n. 1. Molf. ad conſuet. Neap. part. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 45. in addit. n. 6. 16

Ratio eſt, quia affectio, quam habuit teſtator ad hæredem grauatum, videtur eam habuiſſe ad omnem eius poſteritatem d. l. cum auus ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi, C. de fideic. & copioſè ex hoc deducendo plura argumenta per Vaſq. de ſuc. creat. §. 27. n. 3. & ſeqq. 17

Secundò accedit, quod ſucceſſio filij eſt ſecundum naturam, & ſecundum ordinem iuris, auferre autem ſucceſſiones à filijs, & in alios transferre, eſt turbare iuris & naturæ ordinem, & tales turbationes ſunt luctuoſæ, l. nam & ſi parentibus, C. de inoff. teſtam. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. & in ſpecie ſic arguit Pereg. d. art. 42. n. 2. verſ. ſecundo quia, lib. 3. 18

Hæc tamen declaratio non procederet, quando teſtator vocaſſet ſibi proximiorem, quia tunc admittendus eſſet proximior teſtatoris tempore euenientis conditionis, excluſis filijs grauati vltimo mortui, ita ſcribit Petr. de fideic. q. 11. n. 111. vbi allegat Curt. ſen. Socin. Iaſ. Mantuam Port. & Fabrit. Laza. 19

Contrarium tamen in his terminis voluit poſt alios Peregr. conſ. 50. n. 3. lib. 1. ibi enim loquitur in caſu, quãdo teſtator ſubſtituit proximiores ſui generis, vt ſupra dixit n. 2. & idem voluit in primogenituris. Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. lib. 3. tit. de fideic. ſubſtit. §. 26. n. 11. in fine. 20

Declaratur ſecũdo, & eſt declaratio ferè eadem cum præcedenti, quod ſi fiat tranſitus poſt mortem grauati ad diuerſam conditionem perſonarum, vt à maſculis ad fœminas, vel à deſcendentibus ad tranſuerſales, vel de vna linea ad aliam attendatur proximitas teſtatoris, Gloſ. in dict. l. cum ita, §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. & ibi Bald. Cuman. Paul. de Caſtr. & Alciat. n. 7. Soc. ſen. conſil. 49. col. 1. lib. 1. Bero. conſ. 176. n. 67. lib. 2. Dec. cõſ. 9. n. 16. li. 2. & conſ. 21. lib. 3. Port. Imol. conſ. 55. n. 83. & ſeqq. Ceph. conſ. 493 n. 43. Rim. iun. conſ. 167. n. 8. Menoc conſ. 124. n. 54. Pancit cõſ. 170. n. 16. Odd. conſ. 39. n. 30. & ſeq. Ruſtic. poſt tract. de liber. in cond. poſit. conſ. 2. n. 113. Lader. Imol. conſ. 45. n. 12. 13. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. n. 32. Petr. de fideic. q. 11. n. 5. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 78. n. 16. Peregr. art. 20. n. 9. idem Peregrin. deciſ. 132. vbi latè cõprobat, & dicit per binas conformes ſic fuiſſe iudicatum, Hier. Gabr. conſ. 96. lib. 1. vbi latiſſimè Menoch. cõſ. 281. dubio primo, conſ. 379. dubio ſecundo, conſ. 957. n. 12. et ſeqq. 21

ſeqq.multis, Rot.Roman.in collect.per Farinac. *dec.*627. *n.*5.*par.*2.*& deciſ.*693.*n.*3.*ead.par.*2. vbi loquitur Rota, quando fit tranſitus de vna linea ad aliam.

22 Primò adducitur ratio, nam quando teſtator vocat maſculos, præſumitur & omnem eorum deſcendẽtiam vocaſſe, eoſque præſumitur dilexiſſe de gradu in gradum, ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, deficientibus autem maſculis dilectis, ſi fiat tranſitus ad aliam conditionem perſonarum, non poteſt conſiderari proximitas grauati maſculi prædilecti, ſed res reuertitur ad affectionẽ teſtatoris, quos ſcilicet ipſe prædilexit, non quos prædilexit maſculus grauatus vltimò defunctus: ita arguit Dec.*d.c.*21.*n.*6.*lib.*3. vbi adducit *cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud.*

Secundò ponderatur à Peregr.*dicta deciſ.*132. *textus in d.* §. *in fideicommiſſo*, inducendo, vt dictum fuit pro prima opinione.

23 Tertiò facit, qui in ſucceſſione fœminarum eſt ſeruandus ordo, qui fuit ſeruatus in ſucceſſione deſcendentium maſculorum, Socin.ſen.*conſil.*49.*col.* 3. *verſic. quibus ſuppoſitis*, *lib.*1. Socin.iun.*conſil.* 126. *nu.* 20. *lib.* 1. Menoch.*conſil.*957. *nu.* 12. Sed in maſculorum ſucceſſione prælati ſunt proximiores teſtatori, ergo cum fit tranſitus ad fœminas, & proximiores teſtatoris erunt admittendæ.

24 Quartò accedit, quod vna ſubſtitutio aliam declarat, Bart.*in l.cohæredi*, §.*ex his.ff. de vulg.& pup.ſubſt.* Ruin. *conſ.*149.*n.*9.*lib.*2. Crau.*conſ.*208.*n.*6. Maſcard. *de probat. concl.*1345.*n.* 11. Pereg.*conſ.*34.*n.*13. *& ſeq.lib.*3. Raud. *deciſ.Piſan.*31.*n.*240.*verſ. quinto*. Atqui in vocatione maſculorum ſemper proximiores teſtatori ſunt vocati, ergo idem in ſubſtitutione fæminarum.

25 Quintò facit ratio maioris affectionis teſtatoris erga proximiores, quã remotiores, vt in ſpecie ſcribit Alex. *cõſ.*123.*n.*1.*lib.*1. refert & ſequitur Men.*d.conſ.*359.*n.*6.

26 Sextò, ſicuti maſculinitas non tranſit in filiam vltimi defuncti, pariter non poterit tranſire facultas excludendi fæminam proximiorem teſtatori, quæ fuerat excluſa ab alio tanquam maſculo, ex doctrina Bart. *in l. l.herorum*, *n.*13.*ff.de verb.ſignif.* Salic.*in l.*2.*C.de in ius vocand.* Iaſ.*conſ.*221.*col.*3.*lib.*2.*& in d.l.*2.*n.*6. *C. de in ius voc.* cũ alijs citatis à Menoc.*d.conſ.*957.*n.*15.*& ſeqq.* qui volunt quod ſi ſtatutum excludat fœminas propter maſculos, & extet filia teſtatoris, & neptis ex filio præmortuo, quod neptis non excludet filiam, quia illa non habet qualitatem maſculinitatis, quæ erat in patre ſuo, à quo filia fuiſſet excluſa, ſi ille viuus fuiſſet.

27 Septimò, fæminæ nõ ſunt omninò excluſæ, ſed ſolum ſuſpenſæ à ſucceſſione extantibus maſculis, remoto autem impedimento maſculorum, remanet liber ſuccedendi locus fæminis, Bart.*in l.vlt.nu.*3.*ff.ad S.C.Tertul.* Abb.*conſ.*62.*col.vlt.lib.*2. Dec.*conſ.*87.*col.*1.*& conſ.*190. *n.*4. Soc.iun.*conſ.*1.*col.*2.*lib.*1. qui loquuntur in terminis ſtatuti excludenti fæminas propter maſculos, & volunt fœminam dici tantum ſuſpenſam à ſucceſſione, non omninò excluſam: ergo remoto impedimento maſculorum, ſuccederet fæmina illa, & ſic quæ erat proximior teſtatori, ita in ſpecie ſcribunt Molin. *libr.* 1. *de Hiſp. in Primog.c.*6.*n.*22.*verſ.hoc autem*, Did.*lib.*3.*Variar. Reſolut.c.*5.*verſ.rurſus ſeptimo*, refert, & ſequitur Menoch.*d. conſ.*957.*n.*18.*lib.*10.*& conſ.*359.*n.*9.

28 Octauò, voluntas teſtatoris ita interpretari debet, ne abſurdum ex ea ſequatur, *ad reg.l. nam abſurdum de bon. liber.& c.quemadmodum de iureiur.* & maximè ne ſequatur abſurdum, quod teſtator plus conceſſerit neptibus remotioribus, quàm filiabus proximioribus, *l. ſi viua matre, C de bon. mater.* & poſt Fulg. Caſtr. Alex. & Dec. ſcribit Hier.Gab *conſ.*96.*n.*15.*& ſeqq lib.*1. vbi etiã ſubdit, interpretationem eam eſſe capiendam ne remotior fit melioris conditionis proximiore qui præſumitur magis dilectus, Bart. *in l. ſi mater*, §.1. *ff. de vulg. & in leg. Gallus.*§.*etiam ſi parente.ff. de liber. & poſth.* Ruin. *conſ.* 53 *n.*3.*lib.*2. Crau.*conſ.*62.*n.*7. ergo &c.

Secunda eſt opinio, quod fæmina filia grauati vltimò defuncti admitti debeat, excluſis alijs fæminis proximioribus teſtatoris, vt ſcribunt Soc.ſen. Soc. iun. Ruin. Alciat.Rol.à Val.Pancir.Præt.& Ludou. Molin. relati à Pereg.*de fideic.art.*20.*nu.*5.*in fin.* idem etiam tenet *conſ.* 50.*n.*15.16.*lib.*1.*conſ.*42.*in fi.lib.* 5. vbi loquitur quando fit tranſitus de maſculis ad fæminas, & extat ſoror, & filia vltimi defuncti maſculi, vel filia alterius maſculi prædefuncti, & vult filiam præferri, idem tenet *conſ.*42. *lib.* 3. vbi latè, & teſtatur pro hac opinione fuiſſe iudicatum Gozad.*conſ.*4. Menoch.*conſil.* 813. latè, vbi poſt alios relatos dicit d. procedere, ſiue agatur de portione vltimi defuncti, ſiue etiam de portione alterius maſculi, qui prius deceſſit relicta filia, & illi ſucceſſit maſculus vltimo defunctus excluſa illius filia, nam poſtea moriente hoc vltimo relicta ſola filia, iſta ſuccedet in portione etiam primi maſculi prædefuncti excluſa illius filia. Hanc etiam ſententiam probarunt Pereg.*conſ.*50. *nu.*3.*lib.*1.*& conſ.*92.*libr.*6. Adrian. Neguſ.*in Silua reſpon.quæſt.*173.*num.*9. 29

Probatur iſta ſecunda opinio primò, quia qua ratione teſtator prætulit aliquem in ſucceſſione, pariter omnem eius poſteritatem prætuliſſe cenſetur, *l. cum anus*, *ff. de cond.& demonſtr.& l.cum acutiſſimi. C. de fideic.* & ibi Bald. & plura ad hoc propoſitum congeſſi Vaſq. *de ſucceſſ.creat.*§.27.*n.*4.*& multis ſeqq.* & in ſpecie Peregr. *conſ.*42.*n.*2.*verſ.tertio quia.lib.*3. 30

Secundò facit tex.*in d.*§. *fideicommiſſo*, & quæ in illis terminis tradunt Doct. videlicet, quod ſi adſint filij grauati defuncti, iſti excludere debeant remotiores defuncto eiuſdem conditionis, & ita arguit Pereg.*d.conſ.* 43. *n.*3.*lib.*3. vbi allegat Bald.Paul. de Caſtr. Alciat.Decian. Ceph.& Menoch. quibus ad do alios relatos *ſupra n.* 16. *decl.*1. ergo dũ adſunt filiæ defuncti, aliæ fæminæ eiuſdem conditionis & ſexus erunt excluſæ. 31

Tertiò accedit, quod eſt ſecundum ordinem iuris, & ipſius naturæ, quod filia ſuccedat patri, non aliæ fæminæ & quod talis ordo non debet perturbari, vt dixi *ſupra num.* 18.

Quartò, quia præſumitur teſtatorem regulaſſe ſuam diſpoſitionem prout à iure eſt præſemptum, vt dixi *nu.* 11. 13. & lex vocat ad ſucceſſionem defuncti deſcendentes, quorum prima cauſa eſt in ſucceſſionibus.

Quintò confirmatur alia ratione, nam fæmina ſemel excluſa à maſculo remanet ſemper excluſa, licet maſculus poſtea deficiat Aret.*conſ.*144.*& conſ.*154. Alexan. *conſ.*29.*in fine lib.*1. Soc.ſen.*conſ.*296.*libr.*2. Brun. *tract. quod extantibus maſculis fœmina non ſuccedant*, *artic.*6. *membr* 3.*q.*1. Pariſ.*conſ.*72.*num.*79.*lib.* 4. ergo filia illius maſculi prædefuncti ſemel excluſa, erit ſemper excluſa, & filia vltimi defuncti ſuccedet. 32

Sextò probatur, nam qua ratione teſtator vocando maſculos, & excludendo proprias filias, maſculum prætulit filiabus, eadem ratione videtur voluiſſe filios maſculi prædefũcti anteponi alijs fæminis, ita arguit Ruin. *conſ.*259.*n.*6.*lib.*2. ſequitur Menoch *conſ.*286.*nu.*26. 33

Septimò, quando ſucceſſio deuenit ad vnam lineam, non fit tranſitus ad aliam, donec ſupereſt aliquis de illa linea, Celſ. Vgo *conſ.*93.*nu.* 6. Lud. Molin.*lib.*3. *de Hiſp. primog.cap.*9.*n.*1. Soc.iun.*conſ.*126.*n.*27.*lib.*1. Pereg.*cõſ.* 42.*nu.*6.*lib.*3.*& in tract.de fideic.art.*27.*n.* 14. in quibus locis alij adducuntur, idem aſſerentes, ergo donec extat fæmina de linea vltimi defuncti, illa præferri debet alijs excluſis.

Octauò, Peregr.*d.conſ.*43.*n.*8.*lib.*3. pro hac opinione 34

allegat *l. cum pater. § cum inter ff. de leg. 2.* vbi filius libertæ, quamuis non ſit de familia libertorum, capit rem alienari prohibitam extra familiam libertorum, & hoc iure ſpeciali filiationis, & quia matri ſuccedit, ad idemque dicit eſſe tex. *in l. Lucius ff. de legat. tertio*, & confirmat authoritate Rum. *in l. filius familias, §. Diui, col. 31. verſ. vel eſt ſpeciale ff. de leg. 1.* Soc. iun. *conſ. 18. n. 35 lib. 3.* Rimin. iun. *conſ. 15. n. 10. & n. 49.* & ex traditis ab ipſo *in tract. de fideic. art. 14. nu. 36.*

35 Tertia eſt opinio, quod in ſucceſſione admittantur tam filiæ teſtatoris, quam filiæ maſculorum grauatorum defunctorum; & ſic concurrant in ſucceſſione, ita ſcribunt Coſta *conſil. 198. ſuper prima col. 2. lib. 2.* Corn. *conſ. 159. col. 4. & ſeq. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 53. n. 22. & ſeqq. lib. 2.* vbi tamen loquitur, quod teſtator vocauit omnes fæminas, Hier. Gabr. *conſ. 96. dubio ſecundo lib. 1.* Menoch. *conſ. 359. n. 7.* & Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 328. n. 61.*

36 Ratio eſt, quia ſi verba patiuntur, non fit interpretatio, vt nepotes dicantur magis vocatæ, quam filiæ, Alex. *conſ. 38. col. vlt. lib. 6.* Fulgoſ. *conſ. 18. & cõſ. 28.* Corn. *conſil. 30. n. 8. & conſ. 202. col. vlt. lib. 3.* quos refert, & ſequitur Hieron. Gabr. *d. conſ. 96. n. 19.* nam hoc modo ſequeretur abſurdum, quod eſſent melioris cõditionis fæminæ remotiores quã eſſent proximiores, quę præſumuntur magis dilectæ, vt dixi ſupra *n. 28. verſ. octauo voluntas*: & ideo ne videatur plus cõceſſum nepotibus, quam filiabus, omnes concurrere debent tanquam vocatæ ex teſtatoris præſumpta mente.

37 Præterea ratio ſeruandæ æqualitatis hoc ſuadet, quæ plurimum operatur, quando agitur de deſcendentibus teſtatoris. Tiraquell. *in tract. de iur. primogen. quæſtione quarta, numero tertio, quarto quinto* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, parte prima, nu. 17 ff ad Trebell.* igitur tam filiæ teſtatoris, quam hæredis erunt admittendæ, & hanc rationem ponderauit Menoch. *d. conſil. 359. n. 8.*

38 Quæ opinio procedit, etiam quod vocatæ eſſent poſt maſculos filiæ, nam non intelligitur de ſolis filiabus hæredis, ſed intelligi ſimul debet etiam de filiabus teſtatoris, vt latè comprobat diſputando ad partes, Hieron. Gabr. *d. conſ. 96. n. 10. & ſeqq. multis lib. 1.* vbi *n. 24.* ſentit contra filias teſtatoris, quando expreſsè vocatæ eſſent filiæ hæredis, Rum. idem ſentit *conſ. 121. n. 8. lib. 2.*

39 Intelligenda tamen ſunt prædicta, vt in portione patris præferatur filia grauati alijs fæminis, etiam proximioribus, Crott. *conſ. 124. num. 32. & ſeq.* Socin. iun. *conſ. 126. num. 17. & ſeqq. lib. 1.* Burſat. *conſil. 64. nu. 26.* Pereg. *conſil. 50. num. 3. lib. 1.* Menoc. *coſil. 8 3. nu. 4. verſic. quo autem, & n. ſeq.* Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 328. n. 62.*

40 Ratio præcipua huius opinionis eſt, quia quam charitatem teſtator habuit ad filium grauatum, cenſetur eandem habuiſſe ad omnem eius poſteritatem, *d. l. cum auus*, & ibi Socin. ſen. *col. 19. & d. l. cum acutiſſimi*, & ibi Bald. *col. 1.* & ibi Corn. *circa medium. in verſ. nota rationem*, & in ſpecie Soc. iun. *dict. conſ. 126. n. 20.* Peregr. *conſil. 50. nu. 3. lib. 1.*

41 Contrariam tamen ſententiam probauit Menoch. *d. conſ. 359. dubio ſecundo*: & videndi ſunt alij relati ſupra *n. 21.* qui abſolutè volunt fœminas proximiores teſtatoris admitti, nulla facta diſtinctione portionis vltimò defuncti.

42 Sed tenendo opinionem, quod fœmina proximior teſtatoris ſit præferenda, oritur dubium, quid ſi illa ſit mortua tempore, quo obijt vltimus maſculus, an filij illius in concurſu cum fæmina filia grauati vltimò defuncti ſint in ſucceſſione præferendi? & quod filia grauati ſit admittenda, ſuadetur, nam quando agitur de prælatione alicuius in ſucceſſionibus, attenditur tempus delatę ſucceſſionis. Pariſ. *conſ. 81. nu. 15. lib. 3.* Matth. Salon. de Pace *conſ. 19. n. 50.* Lud. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. primogen. c. 10. n. 8.* vbi hoc dictum comprobat, cum ergo fæmina proximior teſtatori non extet tempore mortis maſculi vltimò defuncti, ſequitur de eius prælatione agi non poſſe.

In contrarium facit, quod fæmina defuncta non fuit omninò excluſa, ſed tantum eius ſucceſſio ſuſpenſa, vt dictum fuit ſupra *n. 28.* vnde ſublato poſt eius mortem impedimento exiſtentiæ maſculorum, ſuccedendi ius fuit per eam ad ſuos filios tranſmiſſum, Bald. *conſil. 69. cum ſtatutũ col. 3. verſ. in contrarium videtur. lib. 1.* Anchar. *conſ. 220. col. 3. verſ. ſed alibi*, qui volunt ſtante ſtatuto excluſiuo fæminarum propter maſculos, ſi fæmina moriatur cum filijs ante fratres maſculos, & poſtea moriantur omnes maſculi, quòd fæmina prædefuncta tranſmittit ius ſuccedendi ad filios. & hoc, quia ſucceſſio fæminæ erat ſolum ſuſpenſa, & quia ius ſuccedendi erat impeditum, non ob defectum intrinſecum perſonę ſed ob defectum extrinſecum prouenieus ab alterius perſona, ideo ius ſuccedendi fuit tranſmiſſum, *l. ſi quis filium, C. de inoff. teſtam.* & idem cum Bald. & Anchar. ſcripſit Iaſ. *in conſ. 105. col. 2. & 3. lib. 3.* & Albert. Brun. *in tract. quod ſtant. maſcul. art. 11. n. 94.* 43

Et ita in ſpecie per ſupradictam rationem concludit Menoc. *conſ. 957. n. 31. vſque ad finem.* cuius tamen deciſio mihi periculoſa videtur, cum obſtet redempta ſententia, quod fideicommiſſa conditionalia non tranſmittantur, vt dicam *quæſt. 490.* & pariter obſtet alia communis concluſio, quod in fideicommiſſis admittitur proximior, vt dictum fuit *quæſt. antecedenti*, nec gradus poteſt tranſmitti: vnde communiter Doctores volunt moriente ſubſtituto, vel eſſe caducatam ſubſtitutionem, vel recurrendum eſſe ad materiam repræſentationis, vel tranſmiſſionis. Et ſi procederet argumentũ Menochij, ſemper ius ſuccedendi eſſet tranſmiſſum: & in vocatis nomine collectiuò maximè procederet, quia remotioris ſucceſſio nõ eſt omninò excluſa, ſed ſuſpenſa ob exiſtentiam proximioris, ideo ſi remotior iſte moreretur, tranſmitteret ius ſuccedendi ad ſuos filios, vnde mortuo poſtea proximiore, hi filij ſecũdum Menoc. ex iure tranſmiſſo poſſent excludere parem in gradu, vel concurrere cum pari in gradu patri ſuo iam mortuo quæ omnia falſa ſunt, nam proximior ſemper admittitur, qui reperitur tempore mortis teſtatoris. 44

Ego igitur circa hanc declarationem ſecundam principalem exiſtimo veriorem eſſe ſecundam opinionem, primam nunquam reciperem, & ſi à ſecunda recedendum eſſet, inclinarem in tertiam tanquam æquiorem & benigniorem.

Declaratur tertiò, ſi teſtator vocaſſet proximiores, vel deſcendentes ſalua gradus prærogatiua, quia proximitas teſtatoris attenditur, quia tunc conſtat expreſsè, quod teſtator prædilexit proximiores ſuos, cum voluerit ſeruari gradus prærogatiuam, & in fideicommiſſis voluntas teſtatoris totum facit: ſic in ſpecie, & in his terminis hanc opinionem admittunt Iaſ. *conſ. 159. lib. 4.* Dec. *conſ. 1. & conſ. 546.* Pancir. *conſ. 170. n. 11.* Menoc. *conſ. 957. n. 22.* Pereg. *conſ. 51. n. 11. lib. 3. & in tract. de fideic. art. 20. n. 9.* Petr. *de fideic. q. 11. n. 126.* 45

Declaratur quartò, quando teſtator vocaſſet aliquos nomine collectiuo cum clauſula, ordine ſucceſſiuo, quia tunc attenditur proximitas grauati, Socin. ſen. *in l. ſi cognatis, n. 40. concl. 6. ff. de reb. dub.* Port. Imol. *conſ. 121. n. 12. verſ. alia eſt concluſio*, Petr. *de fideicom. q. 11. nu. 121.* Marz. *de fideic. q. 16.* 46

Declaratur quintò, quãdo teſtator dixiſſet ſucceſſionem deferri iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis, hoc enim caſu attenderetur proximitas grauati, Socin. ſen. *conſ. 49. col. 1. lib. 1.* Gall. *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 26. num. 9, par. 2.* Peregr. *de fideic. art. 20. n. 9.* & ita ego conſului 47

ſului

ſului in vna de Gifurris; vt habetur *in conſ.8*0. [Sed contra faciunt quæ dixi *ſupra quæſt.377.n.6.*

48 Declaratur ſextò, quando teſtator vocaſſet eos, ad quos de iure pertinet hæreditas, quia grauati proximitas attendenda eſſet, Port. Imol. *dicto conſil.121.n.7.* Præt. *de fideic.q.11.n.153.* quia tamen dicunt conſiderandam eſſe verba diſpoſitionis, an de præſenti, an de futuro loquantur.

49 Declaratur ſeptimò, quando teſtator voluiſſet bona deferri de vno in alium, vel de hærede in hæredem, nã & iſto caſu attendenda eſſet proximitas grauati, Sozin. iun. *conſil.126.n.29.lib.1.* Dec. *conſ.100.n.15.lib.3.* Pereg. *conſ.50.n.4.verſ. vel quia li.1.& in tract. de fideic. art.20. num.9.* Craſſ. *in § fideicommiſſum.qu.18.in fine.* Intrigl. *de ſubſt.cent.3.quæſt.78.in fine.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit.4. excep.26.n.94.par.2.* ratio eſt, quia verba ſunt directa in hæredem, & ideo eius proximitas attendi debet, cum clara ſit voluntas teſtatoris, quæ totum facit, dominaturque vltimis diſpoſitionibus *l.ex facto. ff.de hæred.inſtit. l.in conditionibus ff.de cond.& demonſtr. l.cum quæſtio ad finem. C.de leg. & § diſponat. in auth.de nup.*

50 Declaratur octauò, ſi in diſpoſitione appareat teſtatorem conſideraſſe diſpoſitionem ſtatuti, prout morienti ab inteſtato ſucceditur, attenderetur & tunc proximitas grauati, vbi dicit & benè Pereg. *conſ.41.n.13.li.5.*

51 Declaratur nonò, quod ſi teſtatoris verba ſunt relata ad ipſum teſtatorem, attendatur proximitas teſtatoris, ſi verò ſunt relata ad hæredem, & grauatum, tũc attendatur proximitas grauati: plura afferũtur à Doct. exempla de vtroque, aliqua etiam ſupra in præcedentibus declarationibus ſunt adducta, illud tamen eſt præcipuũ, quando teſtator dixiſſet relinquere familiæ ſuæ, vel proximioribus ſuis, vel ſimilia adeſſent verba relata ad teſtatorem, & tunc attendatur eius proximitas. Si verò dictum ſit, relinquere fratri, & eius familiæ, vel eius proximioribus, vel ſimilia verba ſint adhibita relata ad grauatum, & tunc illius proximitas attendatur, ita omnes vno ore concludunt & in ſpecie ſic ſcribunt, Bart. *in l.peto.§ fratre.ff.de leg.2.* & ibi Alciat. *num.5.* Rip. *in l.filiusfamilias §. Diui.n.31.ff.de leg.3.& in l.ex facto.§ 1.n.6.& ſeq.ff.ad Trebell.* Bald. *conſ.480.caſus talis .n.12.lib.3.* Iaſ. *conſ.159.lib.4.* Dec. *conſ.1.& conſ.546.* Ruin. *conſil.15.num.19.lib.3.* Bero. *conſ.8.n.12.& conſ.176.nu.67.lib.2.* Roland. à Val. *conſ.70.n.78.lib.3.* Port. Imol. *conſ.122.nu.10.* Curt. iun. *conſ.139.nu.12.* Rimin. iun. *conſ.146.nu.29.* Hier. Gab. *conſ.130.nu.39.lib.2.* Ceph. *conſ.513.nu.17.& conſ.333.n.8.* Mantic. *conſ.10.n.7.lib.1.& conſ.258.li.1.* ſecundum cuius reſponſum fuit iudicatum, vt retulit Marz. *de fideicom. quæſt.15.* Surd. *conſ.120.nu.2.lib.1.& conſ.24.num.47.lib.2.* Dec. *conſil.26.numer.75.& ſeq.in primo ſecundo, quarto & quinto caſu libro 2.& conſil.74. num.33.eod.lib.* Pariſ. *conſ.88.nu.33.conſ.51.nu.33.conſ.73. nu.18.& conſ.83.n.10.lib.1.* Peregr. *conſ.50.n.2.& ſeq.lib.1.conſ.30.n.27.lib.3.& conſ.18.nu.4.lib.4.* Dur. *de art.teſt.tit.5.caut.21.& tit.2.caut.11.num.6.* Craſ. *in § fideicommiſſum, quæſt.18.num.4.* vbi de communi opinione teſtatur Mantic. *de coniect. vlt. volunt.lib.8.tit.12.num.31.& tit.14.n.20.* Peri. *de fideicomm.quæſt.11.nu.4.* Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.341.n.34.& n.35.& nu.44.* Peregr. *de fideicommiſſ.art.20.num.9.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.3.quæſt.78.num.15.* Gall. *de excep. ſucceſſ.tit.4.except.26.num.96.& ſeqq.par.2.* Hieron. Ceual. *Spec.Comm.contr.commun. quæſt.398.num.6.* Theſaur. *dec.64.colum.vltim.* Laurent. *deciſ. Auen.37 nu.1.& 2.* vbi dicit ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum, Rot. Rom. *dec.72.num.2.par.1.in nouiſſ.*] Idem tenet Gratian. *diſcept.forenſ.ca.493.nu.20.& ſeqq.*

52 Sed hoc intelligebat Præt. *de interpr.vltim.volunt.fol.343.nu.43.& 44.* vt procedat, quando in tertia perſona facta non eſſet teſtamentum: ſi enim factum eſſet in prima perſona, & dictum eſſet, quod poſt mortem Petri inſtituti bona peruenirent ad ſuos agnatos, vel ſuos proximiores, vel ſuam familiam, nam tunc non de familia, proximioribus vel agnatis teſtatoris intelligeretur, ſed grauati, & in his terminis loquuntur Rub. *in l.Gallus, §. quidam rectè, n.8. ff.de liber.& poſth.* Alciat. *in l.cum ita, §.in fideicommiſſo.nu.4.ff.de leg.2.* Soc. ſen. *conſ.51.nu.31.& ſeq.& conſ.86.num.13.lib.4.* Craſ. *d.§ fideicommiſſum, q.18.n.4.& 5.* Gall. *de excep. ſucceſſ.tit.4.excep.26.nu.92. par.2.* [Sed quid ſi teſtator dixit, Si filij deceſſerint ſine filijs, eis ſubſtituo proximiores, an ex quo eis ſubſtituit, dicantur verba directa ad grauatos, ita vt eorum proximitas ſit attendenda? habui hunc caſum in facto in vna *Romana de Guidarijs pendente in Sacro Rota Auditorio*, & tenui negatiuam opinionem, *vt in conſ.15.nu.14.& 15.* allegaui. Hier. Gab. *conſ.130.n.38.ver. non obſtat. lib.2.* Pariſ. *conſ.51.n.3.& 33.li.2.& conſ.8.n.10.iunct. princ. eod.li.* Pereg. *conſ.30.n.27.iunct.n.6.poſt principium verſ. ſic quoq.li.3.* vbi facta erat ſubſtitutio inſtitutis, Cephal. *conſ.493.nu.12.& 13 iunct.princ.lib.4.* Menoc. *conſ.124. dub.1 lib.2.* vbi in facti ſpecie habetur, quod erat facta ſubſtitutio vltimo morienti, & tamen tenet proximitatem teſtatoris attendi *conſ.327.nu.93.iuncta facti ſpecie*, vbi erat facta ſubſtitutio eis, idem habetur *in conſ.359. nu.4.iuncta facti ſpecie*, Surd. *conſil.31.n.28.lib.1.*

Hæc tamen declaratio procedit, dummodo non extent deſcendentes grauati, quia hi præferendi eſſent, vt dicunt multi relati in declaratione, ſequitur Gratian. *diſcep.forenſ.ca.493.n.24.& ſeqq.* vbi allegat Surd. *conſil.370.n.15.lib.3.* Hieron. Gabr. *conſil.112.n.13.lib.2.* Natt. *conſil.12.* Ceph. *conſil.301.nu.110.lib.3.* & Ludou. Molin. *de Hiſp.primog.c.4.n.14.*

Declaratur decimò, quando teſtator conſtituit primogenituram, nam hoc caſu proximitatem grauati attendendam eſſe ſcripſerunt Hier. Gabr. *conſil.107.lib.1. de retract.par.1.§.2.gloſ.1.nu.20.* Præt. *de interpr.vlt.vol. fol.343.n.42.* Intrigl. *de ſubſt.cent.3 q.78.n.5.* Ludo. Mol. *lib.1.de Hiſpan.primog.cap.6.num.46.& lib.3.cap.9.per totum.* Hieron. Ceual. *Specul.Comm.contr.commu.qu.398. num.8.* Vaſq. *de ſucceſſ.creat.lib.3.§.27.nu.3.& ſeqq.multis & de ſucceſſ.progreſſ.lib.3.de fideicomm ſubſtitut.§.16. num.11.* vbi dicit eſſe veriorem, & communiorem ſententiam: & vult procedere, etiam quod teſtator vocaſſet ſuos proximiores, Milan. *deciſ.8.nu.102.lib.1.* Palaez. *de maior.par.1.quæſt.8.& in princip.nu.33.* vbi latè diſcutit Gutierez *Practicar.Quæſtion.2.par.lib.3.quæſtione 66.num.8.* 53

Contrariam ſententiam, quod & in primogenituris attendi debeat proximitas teſtatoris, probatur Collegium Pap. *inter conſ.Paul.Pic.conſ.96.n.12.* Surd. *conſ. 241.n.47.lib.2.* Menoc. *conſ.957.n.15.verſic.8.et nu.ſeq. et conſil.1104.n.32.* Bald. *in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, ff.de leg.1.* Dur. *de art.teſt.tit.5.caut.21.* vbi affirmat eſſe communem opinionem, & alios refert Rojas Hiſpan. *de ſucceſſ.c.31.n.14.* Dic. *Pract.Quæſt.c.38.* 54

Tertia eſt opinio, quæ diſtinguit duos caſus. Primus eſt, quando extant deſcendentes ab vltimo primogenito, & illi admittantur cæteris etiam proximioribus excluſis. Secundus caſus eſt, quando nulli extant deſcendentes, ſed contentio eſt inter tranſuerſales. & tũc proximiores teſtatoris admittantur, Ludouic. Molin. *3.de Hiſp.Primog.cap.9.num.1.* Did. *Pract.Quæſt.cap.38. num.1.* Celſ. Vgo *conſil.93.num.10.* Et faciunt dicta *ſupr. nu.16.et ſeqq.* 55

Declaratur vndecimò, quando teſtator vocauit aliquos, cum conditione, vt aſſumerent nomen & inſignia teſtatoris, quia tunc attenditur proximitas teſtatoris, cũ verba ad ipſum teſtatorem, & ad eius familiæ conſeruatio- 56

uationem ſint directa, Menoch.*conſ.*124.*n.*27.*verſic.*8. *ſuffragatur*. Surd.*conſ.*120.*n.*1.*& conſ.*241.*n.*47. Pereg. *de fideic.art.*20.*n.*9. Gall.*de excep.ſucceſſ.tit.*4. *excep.*26.*n.*99.*par.*2. Theſaur.*dec.*64.

Immo quando verba ſunt ambigua, ad perſonam teſtatoris non hæredis referri debent, ita poſt Bart.ſcribit Pariſ.*conſ.*51.*n.*34.*lib.*2. Menoc.*d.conſ.*124.*n.*29. [Et quod verba prolata in tertiam perſonam ſint referenda ad teſtatorem, non ad hæredem, ſcribunt *gloſ.in l.ex facto in verb.ſua*, & ibi Imol. & Rip.*n.*5.*ff.ad Treb.* idem Rip.*in l.filiusfamilias,§.Diui,nu.*31.*ff.de leg.*1. Dec.*conſ.*470.*n.*12. Ludou. Molin.*de Hiſp.primog.lib.*3.*c.*9.*nu.*10. Ceph.*conſ.*333.*n.*7.*& ſeqq.lib.*3. Præt.*de interpr. vlt.vol. fol.mihi* 171.*num.*199. Seraph.*deciſ.Roman.*553.*nu.*7. eadem Rota *dec.*693.*n.*5.*de part.*1.*diuerſ.*

Et de verbo, eius, quod referatur ad teſtatorem, non ad hæredem, Alex.*conſ.*198.*num.*3.*lib.*6. Præt. *d.fol.*171.*n.*198. Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.*8.*tit.*14.*n.*20.

Idem de verbo, ſuis, vt referatur ad teſtatorem, probatur *in l.debitor in verb.filia ſua, ff.ad Treb.* Mant.*d.tit.*14.*n.*20. Ceph.*d.conſ.*333.*n.*8.*lib.*3. Peregr.*de fideic.q.*11.*n.*4. Theſ.*dec.*64.*in fin.* Rota *deciſ.*693.*num.*1.*part.*1.*diuerſ.* Seraph.*dec.Rom.*553.*n.*6.

Et vocatis filijs, vel filiabus, quod intelligatur in dubio de filijs teſtatoris, tenent Alex.*conſ.*198.*n.*3.*li.*6. Ruſtic.*conſ.*2.*nu.*111.*poſito poſt tract.de lib.in cond.poſit.* Cephal.333.*n.*9.*lib.*3. Laderch. Imol.*conſ.*136.*n.*4.

Alia videnda erunt apud Ceph.*d.conſ.*333.*num.*3.*& ſeqq.* Peregr.*de fideicom.art.*22.*n.*20.

57 Declaratur duodecimò, (& erit eadem cum præcedēti) quando teſtator reliquit fideicommiſſum pro conſeruatione familiæ, quia intelligitur de ſua propria familia, non hæredis, Soc.iun.*inter conſ.Curt.ſen.conſ.*40. *cum in præſentiarum,col.*1.*verſ.& in primis*, refert & ſequitur Menoc.*conſ.*124.*n.*28. & quæ ego dixi *q.*353.

58 Declaratur decimotertiò, quando omnes concurrentes ad fideicommiſſum eſſent de agnatione, & fideicōmiſſum eſſet conſtitutum pro conſeruatione dignitatis familiæ, ſi teſtatoris proximior ſit diues, grauati verò proximior pauper, attendenda erit proximitas grauati. Rot.Rom.*in nouiſſ.dec.*72.*in fin par.*1.

59 Declaratur decimoquartò, quando teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum, vt ea in agnatione ſemper, & in perpetuum conſeruarentur, nam tunc attenderetur proximitas grauati, ſecundum Socin.ſen *conſil.*249.*nu.*21.*prope finem,verſ.decimoquarto confirmatur.& conſ.*86.*n.*11.*in fin.verſ.comprobatur li.*3. Marz. *conſil.*1. *verſ.ſic etiam illa ratio*, quos refert, & ſequitur Rot.Roman.*in nouiſſ.dec* 72.*n.*4.*par.*1.

60 Declaratur decimoquintò, vt ſi teſtator fecit fideicommiſſum inter plures vocatos ſub nomine collectiuo, quod attendatur proximitas teſtatoris, Marz.*conſil.*21.*col.*1. Ceph.*conſ.*313.*num.*38. Dec.*conſil.*21.*lib.*2. Odd.*conſ.*39.*n.*31. Petr.*de fideic.q.*11.*n.*113. Mant.*de coniec.vlt.vol.lib.*8.*tit.*12.*n.*31. Intrigl.*de ſubſt.cent.*3.*q.*78.*nu.*8. & alios multos citaui *q.*353.

Contrarium tenent multi ex relatis pro ſecunda opinione principali.

61 Tertia autem eſt opinio, quæ diſtinguit: Aut factum eſt fideicommiſſum ſimplex, quod non ſit ſucceſſiuum, ſed expiret per agnationem primi vocati ſub nomine collectiuo, & attendatur proximitas teſtatoris. Rub.Alc. *d.conſil.*126.*n.*3. Soc.iun.*conſ.*126.*n.*43.*lib.*1. & plura per Præt.*de interp.vlt.vol.fol.*342.*n.*36.*& ſeq.*

62 Aut conſtitutum eſt fideicommiſſum ſucceſſiuum, & perpetuum inter prædictos nomine collectiuo vocatos, & attenditur proximitas grauati: & in his terminis loquuntur Gozad.*conſil.*4.*n.*17. Soc.ſen.*conſil.*249.*libro* 2. *conſil.*86.*col antep.& vltim.lib.*3.*conſil.*51.*col.*7.*& conſil.*73.*col.*4.*lib.*4. Corn.*conſil.*22.*col.*6.*lib.*2.*& conſil.*97.*col.*8.*lib.*1. Ruin.*conſil.*117.*col.vlt.in principio*, *conſil.*159.*nu.*6.*conſil.*166.*n.*5.*conſ.*191.*n.*7.*& conſ.*203.*n.*20.*lib.*1. Pariſ.*conſ.*40.*n.*17.*conſil.*89.*n.*41.*lib.*2.*& conſil.*21.*num.*22.*lib.*3. Beto.*conſil.*97.*n.*13.*lib.*2. Curt.iun.*conſil.*125.*nu.*4. Soc.iun.*conſil.*126.*num.*21.*lib.*1. Rub.Alex. *conſil.*36.*nu.*6.*& conſ.*38.*n.*4. Rol.à Valle *conſ.vlt.num.*12.*lib.*1. Celſ. Vgo *conſ.*110.*num.*22. Petr.Ant.Anguſc. *conſ.*80. *in fine lib.*6. Port.Imol.*conſ.*121.*n.*13. Ceph.*conſ.*313. *nu.*56.*& ſeq.* Pereg.*conſ.*44.*nu.*14.*lib.*1. Præt *de interpr.vlt.vol.fol.*342.*n.*38. Pancir. Dec. & Vaſq.*locis ſupra relatis*.

Declaratur decimoſextò, quando teſtator in prima 63
vocatione excluſiſſet proximiores ſuos, & honoraſſet remotiorem, quia & in fideicōmiſſi reſtitutione attendenda erit proximitas grauati, Port.Imol.*conſil.*131.*n.*11.*in fin.* Præt.*de interp.vltim.vol.fol.*343.*nu.*44. *in fine*. Rot.Rom.*in nouiſſ.deciſ.*72.*num.*4. *parte* 1. Cum enim hæreditas ſemel ſit tranſlata extra proximiores teſtatoris, videtur ſemper durare tranſlatabilis, arg.*l.pater filium,§ quindecim, ff.de leg.*3. & quæ dicit Rip.*in l.filiusfam.§.Diui,n.*64.*& ſequenti,ff.de leg.*1.*cum alijs à me citatis quæſt.*725. an res prohibita alienari ſemel alienata ſemper duret alienabilis.

Declaratur decimoſeptimò, quando proximiores te- 64
ſtatoris fuerūt excluſi, vt in præcedenti declaratione, & iſti viuant tempore euenientis conditionis, nam iſti tāquam perpetuo excluſi, non poterunt prætendere in fideicommiſſo, ſed attenditur proximitas grauati. Rota Rom.*in nouiſ.dec.*72.*n.*4.*verſ.ſecūda coniectura eſt*, & ibi caſus deciditur, quando teſtator habens plures fratres instituit nepotem ex altero fratre, cui etiam fecit ſubſtitutionem de agnatis, vel familia, ſi ſine liberis decederet, & cum nepos inſtitutus moriatur, fratres teſtatoris nō erunt admittendi, ſed admittetur pater inſtituti non tanquam proximior teſtatoris, quia alij fratres tunc cum eo concurrerent, ſed tanquam proximior grauati.

Declarant alij, & erit decimaoctaua declaratio, quod ſi 65
fideicommiſſum eſt conſtitutum ab aſcendente, vel patruo, attendatur proximitas teſtatoris, Port.Imol.*conſil.*55. Ceph.*conſ.*333. Per.*de fideic q.*11.*n.*70.*& ſeqq.multis.*

Si verò teſtator eſt extraneus, attenditur proximitas 66
grauati, ita Petr.*d.q.*11.*n.*79.*&* 89. vbi citat Dec. Socin. iun. Curt.iun. Celſ. Vgo. Marz. Pariſ. Port. & Did.

Contrarium tamen tenent Alciat. *conſ.*561. *nu.*7. vbi 67
de communi opinione teſtatur Gallus *de ſucceſſ. except. tit* 4.*except.*26 *in fine*, vbi poſt Bart.citatum dicit proximitatem teſtatoris attendi, quando tam inſtitutus, quā ſubſtitutus ſunt extranei, non de cognatione teſtatoris. Et contra hanc declaratione tam in vno, quàm in alio capite tenent multi, vt colligitur percurrendo conſilia eorum, qui ſupra relati ſunt tam pro vna, quàm pro alia opinione principali.

Declaratur decimononò quod ſi teſtator deſcenden- 68
tes inſtituiſſet, eoſque reciprocè ſubſtituiſſet, & defecta vna linea vocaſſet deſcendentes ab alijs; quia tunc proximitas nec grauati, nec hæredis attenderetur, ſed deſcendentes aliarum linearum vocarentur prælatis proximioribus eiuſque lineæ, ita per tex.*in c.*1 *de nat.ſucceſ. feud.* ſcripſit Pereg.*in tract.de fideic.art.*20.*n.*7. vbi dicit ita in facto obtinuiſſe, allegat Bald.*in conſil.*185.*libro* 1. Alex.*conſ.*26.*lib.*3.*& conſ.*129.*li.*5. Ruin.*conſ.*101.*n.*12.*lib.*2. Soc.iun.*conſ.*117.*n.*16 *lib.*1. Alciat. *conſil.*139.*lib* 9. quæ opinio fortiùs procederet, ſi vocaſſet alias lineas teſtator cum clauſula in ſtirpes, & non in capita, vt dicam ſtatim. Et videatur *q.præcedenti,nu.*5.6.7.

Declaratur vigeſimò, quando teſtator in defectum 69
alicuius vocaſſet deſcendentes à pluribus alijs in ſtirpes, & nō in capita, tunc enim omnes ſtirpes concurrerent, ſeruata proximitate inter illos de quaque ſtirpe, vt

ſcribunt

ſcribunt Soc.ſen.conſ.69.col.3.et conſ.104.n.4.lib.3.Pariſ. conſ.36.n.5.conſ.38.n.9 conſ.91.nu.23.et conſ.92.col.pen et ſeq.lib.2.Porc.Imol.conſ.55.n.94.et ſeq.& Tormiel.inter illius conſilia,conſ.51.col.1.Barſat.conſ.67.n.22.li.1.Soc. iun.conſ.126.li.3.Ceph.conſ.489.nu.53.et ſeq.conſ.493.nu. 21.et conſ.600.n.27.Dec.conſ.29.num.7.lib.1.Petr.de fideicomm.q.11.n.6.Pereg.de fideicomm.art.20.n.8.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.78.n.17.addo Dec.conſ.55.n.24.et ſeq li. 3.Menoch.conſ.124.n.64.et ſeqq.conſ.357.n.7.et conſ.793. n.3.n.5.et lib.4.præſ.95.nu.35.Pereg.conſ.51.lib.3.et conſ. 129.lib.5.vbi dicit eſſe receptam opinionem Gall.de except.ſucceſſ.tit.4.except.23.nu 113.p.2.De hac tamen declaratione videnda erunt quæ dixi q.præcedenti, nu.4.et qu.ſeq.n.108.et ſeqq.

70 Declaratur vigeſimoſeptimò, quando fit locus fideicommiſſo ob contrauentionem, quia tunc attenditur proximitas teſtatoris, Rot.Rom.in nouiſ dec.72.n.2.p.1.

71 Declaratur vigeſimoſecundò, quando ſubſtitutio eſt compendioſa, continens vulgarem, & fideicommiſſariam: nam ſicuti in vulgari attenditur proximitas teſtatoris. Bart.in l.re coniuncti,qu 3.quinta princip.ff.de leg 1. Bald.in l.cohæredi,§.qui diſcretas,ff.de vulg.et pup.ſubſt. Ceph.conſ.333.n.18.Menoch.conſ.126.num.310.Petr.de fideic.q.11.n.3.et n.88.Theſ.deciſ.Pedem.65.num.4.cum alijs citatis ſupra q.80.nu.1.idem etiam dicendum ſit in fideicommiſſaria, vt vtriuſque ſubſtitutionis contentæ in compendioſa eadem ſit determinatio, per reg.l.iam hoc iure,ff.de vulg.& quia teſtatori ſucceditur tam per vulgarem l.1.& ibi omnes, ff.de vulg. quàm per fideicommiſſariam l.cohæredi.§.cum filia ff.de vulg.& in ſpecie per has rationes ſic determinat Peregr.conſ.26.n.7. lib.4.Cuius tamen deciſio tota non eſt, cum Doctores tenentes proximitatem grauati attendi debere loquantur in terminis compendioſæ ſubſtitutionis,vt apud eos facilè videri poteſt.

72 Declaratur vigeſimotertiò,quod ſi quæſtio eſſet inter vocatos,non reſpectu gradus conſanguinitatis, ſed ex alia cauſa,vt quia ex alia circumſtantia,& qualitate quis prætenderet ſe potiorem, vt quia tacitè prædilectus: & hoc caſu recurrendum eſſet ad affectionem teſtatoris, ex cuius diſpoſitione colligeretur qualis fuerit eius voluntas,nam teſtator non hæres diſponit, ita poſt Bartol. ſcribit Soc.ſen.in l.ſi cognatis.nu.39.ff.de reb.dub.& conſ. 249.n.24.lib.2.conſ.6.col.pen.lib.3.& conſ.33.col.2.libr.4. Torniel.in l.hæredes mei.§.cum ita,n.83.ff.ad Treb.Alex. conſ.15.in fin.lib.4.Soc.iun.conſ.168.nu.69.& 70.lib.2. Dec.conſ.74.n.33 li.3.Pereg.de fideic.art.20.n.11.vbi dicit eſſe veriſſimam declarationem pro qua allegat l.ex facto,§.ſi quis rogatus,ff.ad Treb.vbi recurritur ad mentem teſtatoris,an naturales contineantur in conditione, ſi ſine filijs,adducit etiam l.1.Cod.de cond.inſert.vbi ſpectatur voluntas teſtatoris, an nepos ex filia contineatur in conditione,ſi ſine liberis.

Et ego etiam probaui hanc declarationem conſ.12.n. ...verſ.reſpondetur ſecundo, vbi vltra prædictos allegaui Menoch.conſ.434.n.51.Dec.reſp.26.nu.74.& ſeqq.lib.2. & reſp.21.lib.3.Pereg.de fideic.art.32.n.82.Ceph.conſ. 403.n.29.et ſeqq.vſque ad n.42.& Did.Pract.Quæſt.c.38. n.3.verſ ſecunda concluſio.[Declaratur vigeſimoquartò, vt ſi aliquando fuit obſeruatum attendi proximitatem grauati, vel grauantis, quod & in alijs caſibus eadẽ obſeruantia erit attendenda.Surd.conſ.370.n.19.lib.3.

Illud tandem non omitto, quod in dubio iudicandum erit pro poſſeſſore, ita in ſpecie volunt Peregr.d. art.20.n.9.in fin.verſ.tertius caſus, Surd conſ.370.n.18. lib.3.Gallus ibi ſupra n.105.Rota d.deciſ.72.p.2.Menoch. conſ.823.n.31.lib.9.

Et ad idem conferunt Fabian. de Monte inter conſil. vlt.vol.lib 1.conſ.149.n.57.et ſeq.Eugen.conſ.59.nu.2.et ſeqq.Cacher.deciſ.38.num.4.Binius conſ.69.n.11.& 12. lib.1.Caſtan.conſ.57.nu.2.3.10.& 11.Rota deciſ.612.nu. 2.part.2.in nouiſſ.

SVMMARIVM.

Filius repræſentat perſonam patris in fideicommiſſis, quando agitur de fideicommiſſo aſcendentis. Contra nu.3. Ampl. Decl.n.ſeqq.

Ampliatur & ſi nepos,vel pronepos tempore mortis teſtatoris non fuiſſet natus,vel conceptus, nu.4.contra nu.5.limit.n.6.& ſeqq.

Ampliatur & ſi pater vixiſſet tempore mortis teſtatoris, ſed poſtea tempore euenientis conditionis erat mortuus,n.8.Contra n.9.

Ampliatur & ſi abnepos vel trinepos concurreret cum nepote,& filio n.10.

Ampliatur etiam in fideicommiſſo conuentionali,n.13.

Ampliatur & ſi teſtator vnicum vocauit in ſubſtitutione,& ex illo extent filius,& nepotes ex filio præmortuo,quia nepotes concurrent cum patruo n.14.

Limitatur, ſi ex coniecturis conſtet teſtatorem noluiſſe eſſe locum repræſentationi.n.15.

Limitatur aliter,n.21.& ſeqq

2 *Filius repræſentat patrem in ſucceſſione ab inteſtato omnium aſcendentium.*

17 *Filius repræſentat perſonam patris in fideicommiſſis, quando agitur de fideicommiſſo relicto à tranſuerſali prioris gradus, vt ſunt patruus, amita, auunculus,& matertera, & n.ſeqq.contra num.19.Ampl. & decl.n.ſeqq.*

Limitatur, quando teſtator vocauit duos fratres, & eorum filios, & ex vno fratre extat filius, ex altero nepos,quia nepos iſte non cõcurret cum filio alterius, num.24.

Limitatur, ſi teſtator dixit ſuccedit ſalua gradus prærogatiua,n.25.contra n.26 decl.n.ſeqq.

Limitatur,ſi ſtatutum dicat ſuccedit ſalua gradus prærogatiua,n.27.

Limitatur, quando proximiores ſunt vocati à teſtatore,n.33 contra n.37.ampl.& decl.n.ſeqq.

Limitatur,quando teſtator vocaſſet ſuperſtites, vel ſuperuenientes,n.60.contra n.64.decl.n.ſeqq.

Limitatur, quando immediatè nati eſſent ex aliquo, vt ex Titio vel de Titio n.67.contra ibid.

Limitatur, quando teſtator verbis relatiuis fecit ſubſtitutionem per quam ſe reſtrinxiſſet ad certum genus, perſonarum.n.68.contra n.69.

Limitatur,quando filij vel fratres eſſent proprio nomine nominati, et de eorum liberis nulla facta eſſet mentio,n.70.decl.ibid.

Limitatur,quãdo teſtator nomine proprio nominat fratres, vel filios, deinde eorum filios nominat appellatiuo, vel collectiuo nomine, nu.71 contra nu 72.diſtinguitur latè n.ſeqq.

Limitatur,quando teſtator vocauit filios ſub nomine appellatiuo, nepotes verò ſub nomine generis, vt ſi ſubſtituti ſunt filij, vel fratres, eorumque liberi, vel deſcendentes,n.90.contra n.91.decl.n.ſeq.

Limitatur, quando appareat teſtatorem magis dilexiſſe, filios,quam nepotes,n.54.decl.n.ſeq.

Limitatur, ſi ex aliqua qualitate impediretur repræſentatio,vt ſi extet ſtatutum, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, quia nepos ex filio non repræſentaret patrem,n.56.

Limitatur,ſi extet ſtatutum excludens ab inteſtato nepotem,extante patruo,n.57.

Limitatur, ſi ex coniecturis appareat teſtatorem voluiſſe ſuccedi ſecundum ordinem iuris communis,n 58.

Limi-

Limitatur, ſi teſtator voluit ordine ſucceſſiuo ſuccedi, n. 49. contra n. 50. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi per alternatiuam vocauit aliquos, vel eorum filios, ſeu eorum filios, aut eorum filios, nu. 82. contra n. 83. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi teſtator habebat filios, vel fratres viuos, et nepotes ex filijs, vel fratribus præmortuis, & inſtituit ſolum filios, vel fratres viuos, n. 87. contra nu. 88.

Limitatur, quando ſubſtituti ſunt aliqui puta fratres, & his non extantibus eorum filij, n. 91.

Limitatur, ſi ſubſtitutus ſit Titius, & eius filius primogenitus, nam ſi ex Titio extent filij, & nepotes ex filijs præmortuis, filius excludet nepotes, quamuis nati ſint ex filio primogenito, n. 94.

Limitatur, ſi teſtator fecit diuerſos, & diſtinctos gradus ſubſtitutionum, n. 59.

Limitatur, ſi in alia parte teſtamenti teſtator excluſiſſet repræſentationem, n. 60.

Limitatur, ſi teſtator pluribus ſubſtitutis dixit, quod poſt omnes ſubſtitutos ſuccederent eorum filij, nu. 96.

Limitatur, ſi teſtator voluit in ſucceſſione attendi proximitatem grauati, vel dubium eſt an voluerit ſuam, vel grauati attendi, n. 97.

16 Filius repræſentat patrem in ſucceſſione ab inteſtato prioris gradus.

21 Repræſentationi an ſit locus, attenditur perſona grauati, an ſit aſcendens, vel tranſuerſalis primi, vel vlterioris gradus, alij contra, quod attendatur perſona teſtatoris.

30 Repræſentationi locus eſt ſi teſtator dixit, quod ſuccedatur ſeruato iuris ordine, ac ſi ab inteſtato ſuccederetur, licet in contrarium extent coniectura, & numero 32.

30 Repræſentationi locus eſt, ſi adeſt clauſula, quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita, licet in contrarium extent coniectura, & n. 45. & 51.

106 Repræſentationis locus non eſt, quando non agitur de fideicommiſſo relicto à tranſuerſali vlterioris gradus, quam primi.

Limitatur, ſi ex coniecturis apparet teſtatorem voluiſſe locum eſſe repræſentationi, num. 109. vbi etiam agitur quales debeant eſſe coniectura.

Limitatur, quando non facta repræſentatione magis dilectus excluderetur à minus dilecto, n. 110.

Limitatur, ſi teſtator eandem affectionem demōſtrauit erga remotiores, quam erga proximiores, n. 111.

Limitatur, quando vocati ſunt aliqui, & eorum liberi, & deſcendentes, n. 112. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi teſtator voluit ſuccedi in ſtirpes, & non in capita, n. 115. contra n. 116. ampl. & decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi teſtator conſiderauit cuiuslibet vocati lineam diſtributiuè, n. 123.

Limitatur, ſi fideicōmiſſum ſit relictum pluribus fratribus, & eorum deſcendentibus ſub qualitate hæreditaria, n. 124.

Limitatur, ſi fideicommiſſum eſt factum pro conſeruandis bonis in agnatione, n. 113.

Limitatur, quando in alia parte teſtamenti, ſiue præcedenti, ſiue ſequenti teſtator voluit locum eſſe repræſentationi, n. 125.

Limitatur, ſi extet ſtatutum admittens repræſentationem etiam vltra tranſuerſales primi gradus, n. 128.

Limitatur, quando teſtator pluribus vocatis dixit quod finita deſcendentia, vel linea vnius, ſuccederet deſcendentia, vel linea alterius, n. 129.

Limitatur, quando vnus ſolus eſſet vocatus ſub fideicommiſſo perpetuo, vt in primogenituris, n. 130.

131 Repræſentationi non eſſe locum in dubio iudicandum eſt, contra ibid.

QVAESTIO CCCCLXXXV.

Vtrum filius ſubintret locum patris in fideicommiſſis?

VTilis valde, & practicatus eſt articulus, vtrū in fideicommiſſis filius ingrediatur locum patris? Eſt tamen ſubtilis, & difficillimus, vnde diligenter aduertendū eſt ad omnia, quando caſus proponitur ad conſulendum, vt benè & ſecundum veras, & communes traditiones reſponderi poſſit: vt autem clarius omnia habeantur, cum alijs, qui hanc quæſtionem tractarunt, diſtinguo tres caſus. 1

Primus caſus eſt, quando agitur de fideicommiſſo aſcendentis, vt patris, aui, proaui, vel alterius remotioris aſcendentis, & hoc caſu recepta eſt ſententia, quod filius ſubintret in locum patris, ita ſanè ſcripſerunt Corn. *in l. vlt. num. 9 C. de verb. ſign.* Iaſ. *in l. 2. nu. 4.* & ibi Curt. iun. *num. 9. C. de ſucceſſ. edict.* idem Curt. iun. *in l. ſi auia, n 9. & ſeqq. C. eod.* Alciat. *in l. cum ita, § in fideicommiſſo, n. 11. verſ. ego à ſententia ff. de leg. 2.*

Et conſulendo Alex. *conſ. 88. & conſ. 137. lib. 1.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem Corn. *conſ. 182. nu. 6. lib. 2. & conſ. 290. n. 4. lib. 4.* Gozad. *conſ. 4.* Dec. *conſ. 79. nu. 2. & conſ. 217. n. 1.* Cur. iun. *conſ. 128. nu. 11. & conſ. 161, n. 2.* Ruin. *conſ. 167. li. 2.* Par. *conſ. 30. n. 39 et conſ. 38. nu. 15. li. 2.* Soc. iun. *conſ. 20. li. 3.* vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem Bellon. *conſ. 10.* Tob. Non. *conſ. 4. n. 7. & conſ. 29. n. 11.* Crau. *conſ. 67. n. 5.* Oſaſch. *conſ. 72. n. 5.* vbi teſtatur de communi opinione Rol. à Vall. *conſ. 68. n. 31. lib. 1.* vbi plures refert teſtantes eſſe cōmunem opinionem Ceph. *conſ. 16. n. 29. & 32. conſ. 215. nu. 12.* vbi dicit eſſe crebriorem ſententiā, *& n. 15. conſ. 283. n. 14. et ſeqq. conſ. 333. per totū*, vbi dicit in omnibus deſcendentibus procedere *conſ. 294. n. 62. conſ. 456. 22. conſ. 457. nu. 2. & conſ. 465. n. 12.* in quibus vltimis conſilijs dicit procedere in omnibus deſcendentibus, Dec. *conſ. 1. nu. 350. & n. 363. conſ. 28. nu. 6. & ſeqq. li. 1. conſ. 9. nu. 4. 42. & ſeq. conſ. 29. n. 6. li. 2. & conſ. 55. n. 19. li. 33.* Hier. Gab. *conſ. 86. n. 9. li. 1. & conſ. 130. n. 31. & 35. lib. 2.* Iac. Beret. *conſ. 140. n. 1.* Panc. *conſ. 145. n. 13.* vbi dixit procedere in omnibus aſcendentibus, Fab. Turr. *conſ. 12. n. 6. li. 1.* vbi teſtatur eſſe magis receptam opinionem Burſ. *conſ. 67. n. 9. conſ. 71. n. 1. lib. 1.* vbi dicit hanc eſſe magis cōmunem opinionem Menoc. *conſ. 124. nu. 84. conſ. 215. n. 164. conſ. 357. nu. 6. & 21. conſ. 528. n. 26. & 34.* vbi de magis communi opinione teſtatur *conſ. 610. n. 16. conſ. 681. n. 23. conſ. 792. nu. 17.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis receptam ſententiam, *& conſ. 1161.* vbi dicit verum in omnibus aſcendentibus vſque ad decimum gradum. Odd. *conſ. 39. n. 27.* vbi plures citat, & teſtatur eſſe magis cōmunem opinionem, & ſecundum hanc ſæpiùs fuiſſe iudicatum, & temerarium eſſe contrariū attentare, *& n. 32.* dicit procedere in omnibus aſcendentibus, Honded. *conſ. 30. n. 20. & ſeq. conſ. 60. n. 75. conſ. 70. lib. 1.* vbi latiſſimè *& conſ. 64. lib. 2.* Lud. Alfer. *conſ. 22. n. 11.* Flam. de Rubeis *conſ. 35. col. 1. & ſeqq.* Alex. Trent. *conſ. vnico poſito poſt conc. Viuij 844. n. 31. & ſeq.* Pereg. *conſ. 46. nu. 18. lib. 2. & conſ. 58. num. 5. & ſeqq. lib. 4.*

Et in Tractatibus, Villal. *in verbo filius, nu. 90.* Vaſqu. *de ſucceſſ. prog. lib. 3. § 26. nu. 9.* Did. *Pract. Quaeſt. cap. vlt. num. 4. verſ. ſecluſis*, vbi ait procedere in omnibus aſcendentibus vſque ad decimum gradum. Marzar. *in Epit. de fideicom. lib. 2. qu. 18.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, Anton. Gabr. *tit. de fideicom. concl. 3. n. 11. & nu. 18.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 2. & 3.* vbi de communi opinione teſtatur Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 11. n. 3.* vbi ſcribit hanc eſſe magis cōmunem opinio-

nem

nem Petr. de fideicom. q. 11. nu. 8. cum multis ſequentibus, vbi dicit procedere in omnibus aſcendentibus, & num. 133. teſtatur de communi opinione. & dicit eſse veram opinionem in omnibus deſcendentibus vſque ad decimum gradum. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 338 num. 11. & ſeqq. vbi de communi opinione teſtatur Matthea. tract. de via & ratio. iur. lib. 2. cap. 21. num. 10. Menoc. lib. 4. præſump. 95. n. 14. vbi loquitur de fideicommiſso relicto ab omnibus aſcendentibus, Peregr. de fideicom. art. 21. num. 6. vbi de omnibus aſcendentibus agit, & dicit ita ſæpius obtinuiſse, Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. q. 77. n. 4. Fachin. lib. 4. controu. cap. 84. Viu. comm. opin. concl. 319. vbi teſtatur ita conſuluiſse, & iudicaſse Ruſtic in l. cum auus, lib. 3. cap. 10. num. 38. & ſequenti ff. de condit. & demonſtrat. Caſtillo Sotom. lib. 3. controu. iur. cap. 19. num. 113. & ſeqq.

Et in Rotis hæc etiam opinio recepta fuit, vt aſserũt Theſ. dec. Pedem. 65. Puteus dec. 18. vbi dicit poſt multa hinc inde adducta ita fuiſse iudicatum Magon. deciſione Florent. 144. n. 20. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 93. num. 9. & ſeqq. vbi dicit hanc opinionem eſse communem, & magis communem. & conſulendo, & iudicando eſse ſequendam, eamque fuiſse receptam in Rota Florentina, Lucenſi. Auenionenſi, & à Senatu Pedemontano. Ant. à Gama deciſ. Luſit. 367. vbi dicit idem in exemplari, licet in exemplari contrarium probarunt Ceph. & Præt. relati ſupra quæſt. 189. n. 11. Carroc. dec. 38. num. 6. & Farin. deciſ. Roman. 501. alias in parte 4. in nouiſſ. Seraph. deciſ. Roman. 1281. & deciſ. 1479. n. 2. Ego etiam hanc ſententiam ſemper tenui tanquam veriorem, & magis receptam, & quando requiſitus fui pro defenſione contrariæ opinionis, recuſaui conſulere.

Argumentum validiſſimum huius opinionis eſt voluntas teſtatoris, quæ præſumitur eſſe conformis diſpoſitionis iuris, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, & ibi alij, præcipuè Ripa num. 73. & Zanch. num. 119. ff. ad Trebell. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 6. Præt. de interpret. vlt. vol. fol. 32. ſolut. 10.

Et præſumitur teſtatorem voluiſse, quod in fideicommiſso à ſe conſtituto ſuccedatur, prout ſuccedit ab inteſtato in alijs bonis non ſuppoſitis fideicommiſſo, Gloſ. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, & ibi communiter Doct. ff. de leg. ſecundo. Menoch. conſil. 106. num. 83. Odd. conſ. 45. nu. 37. vbi dicit eſse cõmunem opinionem Pereg. conſ. 45. nu. 25. verſ. contra tamen. lib. 2. & conſ. 64. li. 5. Dec. conſ. 1. nu. 340. & 344. lib. 1. Laur. deciſ. Auen. 37. n. 9. & dixi ſupra qu. 841. Atqui ab inteſtato filius ſuccedit in locum patris, quando agitur de ſucceſſione
2 aſcendentis, tam aui, quam proaui, ac etiam abaui, vel vlterioris aſcendentis §. cum filius inſtit. tit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Gloſ. in §. multis inſtit. de ſucceſſ. libert. & ibi Ioan. Fab. Salic. in auth. in ſucceſſione in fine, C. de legit. hæred. Dec. conſ. 527. nu. 2. & 8. conſ. 217. colu. 1. Rub. conſ. 42. col. vlt. Gozad. conſ. 4. nu. 31. Curt. iun. in l. ſi aura, n. 11. C. de ſucceſſ. edict. Pariſ. conſ. 30. col. vlt. & conſ. 36. nu. 1 lib. 1. Dec. conſ. 9. num. 4. lib. 2. Ceph. conſil. 16. nu. 23. lib. 1. Menoc. conſ. 124. n. 56. conſ. 357. nu. 6. & lib. 4. præſumpt. 93. nu. 6. & 7 Did. Pract. Quæſt. cap. vlt. nu. 4. & ſeq. Lud. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 7. n. 6.

Quæ confirmantur, nam præſumendum non eſt, quod teſtator minus dilexerit nepotes filijs, cum immo ſecundum multorum opinionem maior ſit affectio in nepotes, quam in filios, cum in his auus videbat longiorem ſuam propagationem, vnde ſi non maior affectio, ſaltem æqualis debet conſiderari, ad leg. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. & ita argumentati ſunt poſt alios, Ruin. conſ. 79. nu. 15. lib. 3. Roland. à Valle conſ. 68. nu. 50. lib. 1. Menoc. conſ. 124. nu. 83. lib. 2. Honded conſ. 70. num. 25. lib. 1. Tiraqu. de iur. primog. quæſt. 40. num. 91. Caſtillo Sotom. libro 3. controu. iur. cap. 19. num. 215.

Cæterum alij fuerunt in contraria ſententia, quod nunquam ſit locus repræſentationi & nepotem excludi à patruo, ita Bald. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, in fine, & ibi Cuman. n. 4 ff. de leg. 2. Aretin. in §. cum filius, col. 1. verſ. deinde iſta regula inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Gulielm. Bened. in cap. Rainutius, in verb. vxorem. nu. 50. extr. de teſt. rurſus Cuman. conſ. 107. col. vlt. verſ. accedo, Bertrand. conſ. 107. in fine, lib. 1. Soc. ſen. conſil. 11. in fine, lib. 3. Dec. conſ. 1. num. 5. conſ. 412. col. 1. in fine, & col. ſeq. & conſ. 480. col. 4. Pariſ. conſ. 40. n. 25. li. 1. Rub. Alex. conſ. 36. in fine. & conſ. 38. col. 2. Eug. conſ. 61. nu. 37. vbi teſtatur de communi opinione, Dec. conſ. 83. nu. 53. & ſeqq. lib. 4. Bellon. conſ. 50. nu. 10. vbi teſtatur eſse communem opinionem Matth. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 84. Laur. deciſ. Auen. 37. num. 12. vſque ad fin. Magon. deciſ. Lucen. 72. nu. 21. & ſeqq. vbi dicit ſecundum hanc opinionem fuiſse iudicatum, Rot. Rom. apud Farin. dec. 483. nu. 1. vbi patet ita etiam in alia cauſa fuiſse reſolutum Matt. de leg. & de fideic li. 2. cap. 6. [Et hanc ſententiam tenent etiam Alciat. conſ. 5. nu. 1. lib. 9. Alba conſ. 60. lib. 1. vbi de magis communi teſtatur Burſat. conſ. 170. n. 44 li. 2. Anton. Gom. ad l. 40. Taur. Velaſ. de iur. emph. q. 50. n. 32. & ſeq. Rim. iun. conſ. 544. n. 69. vbi de magis communi opinione teſtatur Port. Imol. conſ. 52. n. 6. & conſ. 56. n. 2. & ſeq. Cacher. dec. 72. n. 9. Cæſ. Barz. dec. Bonon. 93. n. 8. 3

Et plures alios tenentes hanc opinionem referunt Menoch. conſ. 124. n. 80. Mant. de coniect. vlt. vol lib. 8. tit. 9. Intrigl. d. cent. 3. qu. 83. nu. 3. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 93. Honded. conſ. 70. n. 19. lib. 1. Caſtillo Sotom. li. 3. controu. iur. cap. 19. nu. 216. verum eſt quod multi ex ibi relatis loquuntur, quando agitur de ſucceſſione tranſuerſalis vlterioris gradus primi, & ſic in terminis tertij caſus, de quo infra dicetur, prout aduertunt & ſupra citati Doct. qui eos referunt.

Mouentur tenentes hanc partem primò per text. in d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo. Cuius hæc ſunt verba. *In fideicommiſſo quod familiæ relinquitur, ij ad petitionẽ eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſũt niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuã extenderit*, ad idem eſt l. peto, §. fratre, in quibus iuribus colligitur ad fideicommiſſa admitti, qui in primo gradu ſunt. Atqui patruus reſpectu fratris ſui defuncti eſt in primo gradu, nepos in ſecundo ergo. Et rationem adducit Bald. in d. § in fideicommiſſo, quia in fideicommiſſis attenditur affectio teſtatoris quæ eſt maior erga proximiorem, & quamuis ab inteſtato aliter ſuccedatur, id procedit, quia lex ita diſpoſuit.

Reſpondetur tamen, quod patruus non poteſt dici proximior nepote, quando nepos ſuccedit in locum patris ſui, quia gradus repræſentatur, & nepos dicitur eſſe in eodem gradu cum patruo, d. §. cum filius. Socin. ſen. conſ. 252. n. 8. li. 2. Iaſ. conſ. 215. col. 4. ver. aliàs li. 2. & conſ. 159. n. 1. & ſeqq. li. 1. Ruin. conſ. 12. n. 13. lib. 1. Hier. Gab. conſ. 86. n. 3. Rol. à Valle conſ. 68. n. 23. li. 1. Becc. conſ. 81. n. 1. & 2. Bolog. conſ. 8. in princ. & n. 8. & ſeq. Gram. deciſ. 1. Honded. conſ. 70. n. 46. & ſeqq. lib. 1. Tiraqu. de iur. primog. q. 40. nu. 166. Corn. conſ. 131. col. 4. num. 10. verſ. Præterea, lib. 2. Pariſ. conſ. 36. nu 8 lib. 1. Dec. conſ 87. in fine, & conſ. 97. n. 4. Burſat. conſ. 67. nu. 13. & ſeqq. lib. 1. Ceph. conſ. 489. n. 59. Pereg. d. art. 21. n. 9 & 16. ad finem.

Et quando filius in locum patris ſuccedit, ſuccedit tanquam pater, non tanquam filius. Iaſ. d. conſ. 159. nu. 2. lib. 4. Burſat. conſ. 67. nu. 24. & ſeq. lib. 1. Honded. conſ. 70. nu. 51. verſ. & non valet, lib. 1. vbi alios adducit: & plenè idem ſcribit poſt alios citatos Caſtil. Sot. maior libro 3. Controu. iur. cap. 19. nu. 162. & ſeqq. vbi diſtinguit, & de

qua diſtinctione dicam num.29.verſic.ſed hoc.

Vnde dicatur etiam, quod quando filius ſuccedit in patris locum, gradus repræſentatur, non corrumpitur, Alex. poſt Bald. conſ.26.nu.13.lib.3. Iaſ.d.conſ.215.col.4. verſ.alibi, lib.2. Rol. à Val. conſ.68.n.26.& ſeqq. Hier. Gabr. conſ.130.n.52.lib.2 Honded.d.conſ.70.n.49.lib.1. Beuen. dec.88.n.1.ad medium. Rota Rom. apud Farin. deciſ.426.n.5.part.4.in nouiſſ. Menoch. conſ.357.n.28.in fine, Peregr.d. art.21.n.11.ad medium.

Et reſpondendo particulariter ad propoſitionem, quod in fideicommiſſis admitti debet proximior per d.§.in fideicommiſſo, & d.§.fratre, in contrarium adductos, dico quod illud procedit, quando quis eſt proximior tam reſpectu ſanguinis, quam ſucceſſionis, non enim conſideratur prærogatiua ſanguinis, ſed attenditur prærogatiua ſucceſſionis, Alex. conſ.88.colum.1.lib.1. Socin. ſen. conſ.249.colum.13.verſ.decimotertio, & conſ. 232.ante nu.18. Roland. à Valle conſil.68.num.48. libr.1. Corn. conſ.22.nu.15. conſ.131.nu.9.10 lib.2. conſ.230.col. 9.in fine lib.3.& conſ.101.num.7.lib.4. Ruin. conſil.167.n. 8.lib.2. Pariſ. conſ.36.num.13.lib.2.& conſ.59.num.20.lib. 3. Soc. iun. conſ.94.nu.14.& conſ.226.num.25.lib.1. Hier. Gabr. conſ.86.n.3.lib.1. Honded. conſ.70.n.44.l.1. Peregr. d.art.21.n.9.& ſeqq.& 12.& ſeqq. Farin. d.dec.426.n.6. in nouiſſ.part.4.& dixi qu.357. addo Caſtil. Sot lib.3.controuerſ.cap.19.n.313.circa medium.

Ad id autem quod dicebat, Bald. in d.§.in fideicommiſſo, affectionem teſtatoris attendi in fideicommiſſis, non in ſucceſſione inteſtati, quia lex ita ſuccedi ſtatuit ab inteſtato, reſpondet Peregr. d.art.21.nu.12. quod in fideicommiſſis ſucceſſiuis affectio conſideratur reſpectu iuris ſuccedendi: ita vt qui ab inteſtato ſuccederet, ſuccedat & in fideicommiſſis ex præſumpta mente teſtatoris qui cenſetur voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris, & propterea quod ſuccedatur, prout ab inteſtato ſuccederetur, vt dictum fuit pro ratione primæ communis opinionis.

Secundò adducitur pro hac opinione, quod quando teſtator aliquos vocat ad fideicommiſſum comprehenſos ſub nomine collectiuo diuerſarum perſonarum, in diuerſis gradibus exiſtentium, puta familiam, deſcendentes, poſteros, agnatos, cognatos & ſimiles, ſucceſſiuo ordine cenſentur vocati, d.l.cum ita §.in fideicommiſſo, & d.l.peto, §.fratre. & volunt Doct. in l.Gallus, §.quidam recte ff.de liber. & poſth. Crau. conſ.22.num.5. Dec. conſil. 84.nu.8.& nu.109.lib.3. Honded. conſ.65.num.11.lib.1. Peregr. conſ.68.n.3.lib.5.& in tract. de fideic. art.17.nu.9. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.4.tit.8.nu.28. Octau. dec. Pedem.81. Surd. dec.34.n.13.& dixi q.476.n.11. Atqui quãdo teſtator in ſubſtitutione dixit vocare ordine ſucceſſiuo ceſſat repræſentatio, vt volunt Dec. Pariſ. Port. Imol. Dec. Menoch. Peregr. & Intrigl. relati infra num. 49. ergo, &c.

Reſpondetur tamen negando minorem eſſe veram, nam quod locum habeat repræſentatio, licet adſit clauſula, quod ordine ſucceſſiuo ſuccedatur, tenent Pariſ. Dec. Hier. Gabr. & Petr. relati n.50.

Tertiò confirmatur hæc opinio ex d.§.in fideicommiſſo, & d.§.fratre, vbi ſi per collectiuam vocatur familia, vel deſcendentes, vel alij nomine collectiuo comprehenſi, proximiores ſuccedunt. At cum teſtator vocat expreſsè proximiores ceſſat repræſentatio, vt ſcribunt multi congeſti infra in ſecundo caſum ſecunda coniectura, & taciti & expreſſi par eſt virtus l.3.ff.de leg. primo, ergo &c.

Reſpondetur quod nepos, qui repræſentat patrem ſuum in ſucceſſione aſcendentis, eſt ita proximus, vt patruus, cum repræſentet gradum paternum & eum aſſumat, vt dictum eſt in reſponſione ad primum fundamentum: quinimo in caſu quando expreſsè ſunt vocati proximiores quod repræſentatio nõ excludatur, volunt alij relati d. coniectura ſecunda, & aliud eſt quod expreſsè ſunt vocati, aliud quod tacitè, vt oſtendit Peregr. d.art.17.num.21.in fin. Et regula d.l.3.de leg.1. procedit quando exprimitur illud, quod tacitè continetur de neceſſitate, vt poſt Bart. & alios dicit Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.8.tit.9.nu.10.in fine, vt de neceſſitate proximiores non cenſentur vocati, quia teſtator poteſt & remotiores anteponere d.l.cum ita, §.in fideicommiſſo, & volunt in ſpecie Mantic. loco citato.

Ampliatur prima opinio receptior, & ſi nepos, vel pronepos tempore mortis teſtatoris non fuiſſet natus, 4
vel conceptus, quia adhuc repræſentaret patrem, vt cum patruo concurreret in ſucceſſionem aſcendentis, Alex. conſ.26.in fin. lib.3. Corn. conſ.97.nu.7.circa finem lib.1.& conſ.230.col. antepen. ad finem, lib.3. Iaſ. conſ.139. nu.3.li.4. Dec. conſ.217.in fin. Pariſ. conſ.36.nu.9.& 10.& conſ.39.nu.16.lib.2. Socin. iun. conſ.172.nu.33 lib.3. Rub. Alex. conſ.8.in fine & conſ.28.nu.8. Ceph. conſ.16.nu.62. & ſeq. Dec. conſ.9.num.51.& ſeqq. lib.2. Honded. conſil. 70.num.53.lib.1. Menoch. conſ.124.nu.111. conſ.528.nu. 36.& ſeq & lib.4.præſump.95.num.17. Intrigl. de ſubſtit. cent.3.q.87.nu.7. Petr. de fideic.q.11.n.115.& ſeqq. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.8.tit.9.n.11.

Ratio eſt, quia quando nepos venit iure repræſentationis, non curatur, an eſſet natus tempore mortis teſtatoris, & ſatis eſt quod eius pater admitti poſſet, ſi viueret, ad fideicommiſſum. Cin. Bart & alij in l.1.C.de his qui ant. apert. tab. Doct. in l.quod dicitur ante fin ff. de verbor. oblig. in terminis, Ceph. conſ.16.n.62. Honded. conſil. 70.n.53.lib.1.

Præterea in fideicommiſſis conditionalibus attenditur tempus euenientis conditionis, vt ſcilicet eo tempore nepos ſit talis, quod ſuccedere poſſit, ita declarant & bene Alex. conſ.26.col. vlt. lib.3. Iaſ. conſ.159.nu.3. lib.4. Dec. conſ.217.in fine, Pariſ. conſ.36.nu.9.& 10.lib.2. Rub. Alex. conſ.28.n.9. vbi de communi teſtatur copioſè Rol. à Valle conſ.38.n.35.& ſeqq. lib.4. Ceph. conſ.19.nu. 62.in fine, & n.ſeq. Hond. conſ.70.nu.54.lib.1. vbi nu.ſeq. poſt alios relatos dicit procedere, & ſi nepotes concurrere vellent cum his, qui nati erant tempore mortis teſtatoris, Menoch. conſ.124.nu.48.& 111.& d.præſumpt. 95.n.17.in fine, & diximus ſupra q.318.

Vlterius veriſimile eſt teſtatorem pari dilectione proſequi nepotes ex filio, ſicuti alios filios, & ſicut filium in vna portione vocauit, pariter & deſcendentes ab eo vocare voluerit, l.cum auus, ff.de cond. & demonſt. & l.cum acutiſſimi, C.de fideic. Soc. iun. conſ.126.nu.24. lib.1. Petr. de fideic.q.11.n.34.& ſeqq.

Et quando nec filij, nec nepotes nati fuiſſent, tunc ſine dubio procederet hæc ampliatio, ſecundum Dec. d.conſ.9.num.51.& ſeq. lib.2. quia ſicuti non poterat habere affectionem ad non natos nepotes, pariter nec habebat ad alios, & ideo repræſentationem dandam eſſe concludit.

Contra tamen hanc ampliationem, vt repræſentatio 5
non detur pro nepotibus non natis tempore mortis teſtatoris, tenent Bald. conſ.488.lib.3. Iaſ. inter conſil. Rubr. conſil.37.num.4. Soc. ſen. conſil.73.nu.25.lib.4. Curt. iun. conſ.57.nu.11.verſ.poſtremo, & conſ.ſeq.nu.5. Pariſ. conſil. 39.num.11.lib.2. Soc. iun. conſ.73.num.31.verſ.ſed in propoſito, lib.1. Rub. Alex. conſ.36.n.5. Rimin. iun. conſ.75.n. 38.& ſeqq. lib.1. Honded. conſ.64.n.13.& ſeqq. lib.2. Ant. Gab. de fideic. concl.3.num.5.in fin. Farinac. deciſ. Roman. 482.nu.2.alias in nouiſſ par.4. Seraph. dec. Rom.1281. vbi tamen loquitur quando ſunt vocati ſuperſtites. Ratio eſt, quia nati poſt mortem teſtatoris non poſſunt vti non cogniti ab eo dici dilecti, cum nec poſſint dici agnati,

agnati, vel cognati, *l.* 1. §. *ſi quis proximior, ff. vnd. cogn. & l. Titius, ff. de ſuis & legit.* reſpondetur quod hoc procedit in ſucceſſione ab inteſtato, ſecus in fideicommiſſis conditionalibus, per ea, quæ dicta ſunt pro comprobatione ampliationis, quæ vti vera retinenda erit.

6 Si tamen teſtator vocaſſet natos tantum, non naſcituros, haberet locum ſecunda opinio, Pariſ. *conſil.* 39. *n.* 15. *lib.* 2. refert, & ſequitur Mantica *d. tit.* 9 *n.* 11. *in fine.*

7 Si verò teſtamenti tempore nec filij nati fuiſſent, vel vnus tantum erat natus, & vocatio fit facta in numero plurali, tunc prima opinio fortius locum haberet, Menoch. *conſil.* 528. *num.* 37. Decian. *conſil.* 9. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 2. & videnda erunt dicta *q.* 318. *nu.* 5.

8 Ampliatur ſecundò, & ſi pater vixiſſet tempore mortis eius, de cuius fideicommiſſaria ſucceſſione tractatur, & eius filij eo mortuo volunt in eius locum ſubintrare eueniente caſu ſubſtitutionis; ita ſcribunt Cephal. *conſil.* 465. *num.* 20. *lib.* 4. Mantica *de coniect. vltim. volunt. libr.* 8. *tit.* 9. *num.* 12. vbi comprobat, & reſpondet ad rationem diſſentientium, Petr. *de fideicommiſſ. quaſt.* 11. *num.* 119. Menoch. *d. præſumpt.* 95. *num.* 18. Intrigl. *dict. q.* 87. *num.* 8.

9 Contrà malè tenent alij volentes hoc caſu non eſſe locum repræſentationi, ita Iaſ. *conſil.* 124. *col.* 4. *in princ. verſic. primo quia, lib.* 4. *& inter conſil. Rub. Alexand. conſil.* 33. *nu.* 37. Ruin. *conſil.* 171. *lib.* 2. Rimin. iun. *conſil.* 75. *num.* 13. *libro* 1.

10 Ampliatur tertiò, & ſi abnepos, & trinepos concurreret cum nepote, & filio, nam & tunc repræſentationi locus eſſet, ita poſt Gloſſ. Cin. Rol. Bar. Menoch. & alius ſcribit Peregr. *dict. art.* 21. *num.* 6. vbi reprobat opinionem Fabr. & Angel. diſſentientium, & hanc ampliationem tenent plures ex relatis ſupra *num.* 1. præcipuè Menoch. *conſil.* 1161. Oddus *conſil.* 39. *nu.* 32. Didac. *Pract. Quaſt. cap. vltimo, n.* 4. *verſ. ſeclusis,* Petr. *de fideicommiſſ. q.* 11. *n.* 133. Sed contra, quod nepotes in ſucceſſione patrui excludant pronepotes, voluit Peregr. *conſil.* 108. *nu.* 10. *lib.* 3. & ibi loquitur de fideicommiſſo conſtituto ab aſcendente, ſed qui vult attendi perſonam grauati dicit in eius ſucceſſione nepotes ex vno fratre excludere pronepotes ex alio.

11 Ampliatur quartò procedere, vt eodem tempore concurrant cum patruo, non autem ordine ſucceſſiuo, Alex. *conſil.* 26. *lib.* 3. Decian. *conſil.* 9. *per totum, maximè nu.* 45. *lib.* 2. Odd. latè *conſil.* 39. *nu.* 33. *& ſeqq. multis,* vbi dicit Doctores omnes præſupponere ſimultaneum concurſum, prout re vera iſta præſupponunt.

12 Contrariam ſententiam malè probarunt alij, volentes nepotes non intrare in locum patris, niſi ordine ſucceſſiuo, ita Alex. *conſil.* 129. *n.* 3. *lib.* 5. Capt. *conſ.* 5. *n.* 4. *&* 5. & clarius Ruin. *conſil.* 104. *& conſil.* 126. *num.* 4 *& ſeqq. libro* 2.

13 Ampliatur quintò procedere, etiam in fideicommiſſo conuentionali, vt quando fratres in diuiſionibus pactum appoſuiſſent, quod altero fratre ſine filijs moriente ſuccedant alij fratres, vel ſimus ita donationibus, vel contractu emphyteutico, vel feudali, quia & tunc nepotes concurrunt cum patruo, & patrem repræſentant, Corn. in emphyteuſi, *conſil.* 131. *lib.* 2. Ruin. in donatione, *conſil.* 163. *n.* 7. *lib.* 1. Decian. in donationibus, *conſil.* 55. *num.* 18. *lib.* 3. Odd. in conuentionali fideicommiſſo, *conſil.* 39. Et de feudo, emphyteuſi, & primogenitura, idem poſt alios relatos Peregr. *d. art.* 21. *n.* 13. *& ſeqq.* vbi tamen refert alios diſſentire in feudo hæreditario, & emphyteuſi Eccleſiaſtica hæreditaria, & de feudo, emphyteuſi, & primogenitura, Menoch. *d. præſumpt.* 95. *nu.* 40. *vſque ad finem,* vbi diſtinguit, vt apud eum. Et in emphyteuſi tam hæreditaria, quàm non hæreditaria, Hond. *conſil.* 70. *n.* 67. *& ſeq. libro* 1. & ad ſaturitatem Sor. Maior *part.* 3. *Controuer. iur. cap.* 19. & idem quocunque contractu voluit Caſtillo Sotom. *libr.* 2. *Controuer. iur. cap.* 19. *num.* 254.

Ampliatur ſextò, etiam in caſu, quando teſtatur vnicum vocaſſet in ſubſtitutione, & ex illo extent filius, & nepos ex filio præmortuo, & teſtator illum ſubſtituendo dixerit, & eius filios ſubſtituere, nam cum filio ſubſtituti concurrent & nepotes ex filio præmortuo, Socin. iun. *conſil.* 246. *lib.* 2. vbi dicit ita Vincentiæ iudicatum, Cephal. *conſ.* 262. quos refert, & ſequitur Peregrin. *in art.* 21. *ante num.* 45. qui mouentur ratione, quia filiorum appellatione veniunt nepotes, quando diſpoſitio eſt collata in aliquem futurum euentum, vt dictum etiam fuit *q.* 320. *num....* 14

Declaratur hic caſus, vt non procedat vbicunque ex coniecturis conſtaret teſtatorem noluiſſe eſſe locum repræſentationi, Ruin. *conſil.* 101. *nu.* 19. *lib.* 11. Menoch. *conſil.* 215. *nu.* 139. *& lib.* 4. *præſumpt.* 95. *n.* 19. *in fine,* Intrigl. *d. q.* 87. *nu.* 14. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 9. *num.* 4. *in fine,* & concedunt omnes, Caſtillo Sot. *libr.* 3. *Controu. iur. cap.* 19. *num.* 119. *in fine, & ſeq. & num.* 282. *& ſeq.* & dicit *num.* 284. coniecturas deducendas eſſe ex verbis claris, nec ſufficere verba ambigua, & incerta, *& num.* 291. allegat plures dicentes ſufficere coniecturas, ſed tamen debere eſſe validiſſimas, concludentes, & neceſſarias. 15

Coniecturæ autem, ex quibus colligatur teſtatorem noluiſſe locum eſſe repræſentationi deducam *in ſeq.* caſu, purificantur enim primus & ſecundus caſus, & ampliationes etiam poſitæ in hoc caſu locum habebunt in ſecundo, immò alique ex his, & Doctores etiam allegati ſæpe loquuntur in terminis ſecundi caſus.

SECVNDVS caſus eſt, quando agitur de fideicommiſſo relicto à tranſuerſali prioris gradus, vt à patruo, auunculo, amita, & matertera, & tunc locus erit repræſentationi, ſicuti etiam in ſucceſſione inteſtati nepos intrat locum patris, §. *reliquum, in auth. de hæred. ab inteſt. venient,* & plenè ſcribit Menoch. *d. præſumpt.* 95. *nu.* 8. *& ſeqq.* & rationes adductæ pro vtraque opinione ſeruiunt & ad hunc caſum, & quod repræſentatio detur in ſucceſſione inteſtati in tranſuerſalibus primi gradus adducendo iura, & infinitas authoritates, ſcribit Caſtill. Sotom. Maior *dict. part.* 3. *cap.* 19. *num.* 71. 16

De patruo, ita ſcribunt Dec. *conſil.* 1. *num* 3. *& ſeqq. & conſ.* 217. *num.* 1. Pariſ. *conſil.* 36. *num.* 1 *& conſil.* 38. *n.* 15. *lib.* 2. Rub. Alex. *conſil.* 82. *colum. vltim.* Ceph. *conſilio* 16. *num.* 32. *conſil.* 215. *num.* 15. *& conſil.* 283. *numer.* 14. *& ſeqq.* Decian. *conſil.* 1. *num.* 363. *conſ.* 28. *nu.* 6. *& ſeqq. libr.* 1. *conſil.* 9. *num.* 43. *& ſeqq. libr.* 2. *& conſil.* 55 *num.* 13. *& ſeqq. libro* 3. Hieron. Gabr. *conſil* 86. *num.* 9. *lib.* 1. *& conſil.* 130. *num.* 35. *libr.* 2. Odd. *conſil.* 39. *num.* 27. *& conſ.* 54. *nu.* 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Honded. *conſ.* 70. hoc ſepæ dicit, *præcipuè nu.* 73. *lib.* 1. *& conſil.* 64. *nu.* 9. *& ſeqq. lib.* 2. Menoch. *conſil.* 124. *n* 84. *conſil.* 215. *n.* 164. *conſil.* 357. *num.* 22. vbi dicit eſſe communem opinionē, *conſil.* 266. *n.* 1. *& lib.* 4. *præſum.* 95. *n.* 16. vbi ſcribit hanc eſſe magis receptam ſententiā, Peregr. *conſ.* 46. *n.* 18. *& conſil.* 63. *n.* 9. *& ſeqq. libro* 2. *conſ.* 108. *nu.* 9. *& ſeqq. lib.* 3. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 21. *num.* 7. *& nu.* 22. Did. *Pract. Quaſt. c.* 38. *n.* 4. *verſ. nono,* Marz. *de fideicom. parte* 2. *quaſt.* 18. Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan primog. c.* 7. *num.* 20. *verſic. qua in re.* Craſſ. *in* § *fideicommiſſum, quaſt.* 11. *num.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionem, Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 9. *nu.* 3. Petr. *de fideicom. quaſt.* 11. *nu.* 8. *& ſeqq. multis,* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 338. *n.* 21. Intrigl. *d. centur.* 3. *quaſt.* 87 *n.* 9. Ruſtic. *in l. cum aui, lib.* 3. *c.* 16. *nu.* 39. *ff de condit. & demonſtrat.* Fachin. *lib.* 4. *controu. iur. c.* 84. Viu. *concl.* 319 & ibidem 17

dem Alexand. Trent. *poſt concluſ.* 844. *in ſuo conſil. num.* 32. Caſtillo Sorom. *d. c.* 10. *nu.* 119. Magon. *deciſ. Florent.* 144. *nu.* 20. Theſaur. *deciſ.* 65. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 93. *nu.* 5. Carocc. *deciſ.* 58. Farinac. *deciſ. Roman.* 426. *alias in nouiſſ. parte* 4. Seraph. *deciſ. Roman.* 1281.

18 De auunculo tradunt Bald. *conſil.* 171. *lib.* 5. Alexand. *conſ.* 44. *nu.* 19. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 527. *colum.* 1. *& conſ.* 553. *col.* 1. Crauet. *conſ.* 67. *nu.* 4. *& conſ.* 127. *nu.* 2. Did. *d. c.* 38. *num.* 4. *verſ. nono*, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 9. *num.* 3. Petr. *d. quæſt.* 11. *n.* 8. *& ſeqq.* Præt. *d. fol.* 338. *num.* 21. Menoch. *d. præſumpt.* 95. *n.* 16. Peregr. *d. art.* 21. *nu* 7. Intrigl. *d. centur.* 3. *quæſt.* 87. *nu.* 11. Magon. *d. deciſ. Florent.* 144. *num.* 20.

19 De amita, & matertera idem affirmant Bald. *conſil.* 171. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 527. *n.* 2. *& conſ.* 658. *n.* 2. Pariſ. *conſil.* 20. *num.* 22. *lib.* 2. Crauet. *conſil.* 67. *numero* 4. *& conſ.* 127. *n.* 2. Peregr. *conſil.* 108. *n.* 9. *lib.* 3. *& d. artic.* 21. *n.* 7. Intrig. *d. quæſt.* 87. *n.* 12. Did. *d. cap.* 38. *num.* 4. *verſ. nono*, Mantica *d. lib.* 8. *tit.* 9. *nu.* 3. Petr. *dict. quæſt.* 11. *nu.* 8. *& ſeqq.* Præt. *dicto fol.* 338. *num.* 11.

20 Contrariam ſententiam tam in patruo, & amita, quàm in auunculo, & matertera probarunt alij volentes non eſſe locum repræſentationi, licet tranſuerſalis ſit prioris gradus. Are. *d. §. cum filius, col.* 1. *inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer* Corn. *in l. cum ita*, *§. in fideicommiſſo*, & ibi Fabian. *ff. de legat.* 2. Eugen. *conſ.* 61. *nu.* 37. Decian. *conſil.* 83. *n.* 13. *& ſeqq. lib.* 4. & alij relati *ſupra n.* 3. *in fortioribus*, qui voluerunt nec dari repræſentationem cum agitur de aſcendentis fideicommiſſo.

21 Porrò aduertendum eſt, quod alij volunt inſpiciendam eſſe perſonam teſtatoris fideicommittentis, an ſit aſcendens, vel tranſuerſalis prioris gradus, alij verò volunt inſpiciendam eſſe perſonam grauati an nepos, qui vult cum patruo concurrere, fuerit aſcendens, vel tranſuerſalis primi gradus, & articulus eſt difficilimus, vt videri poteſt apud Doctores ſupra relatos, præcipuè Decian. Ceph. Menoch. & Mantic. *locis ſupra adductis*, addo Decian. *conſil.* 9. *n.* 19. *lib.* 2. Odd. *conſ.* 39. *n.* 31. *verſ. Tertio dico*, Petr. *d. q.* 11. *n.* 8. *& ſeqq.* Peregr. *d. art.* 21. *n.* 8. *verſic. & nota*, Præt. *de interpretat. vltim. volunt. fol.* 339. *numero* 22 *in fine*, Port. Imol. *conſil.* 55. *num.* 83. *& ſeqq.* Peregrin. *conſil.* 108. *num.* 11. *libr.* 3. *& conſil.* 63. *num.* 11. *libr.* 4.

22 Quod enim attendatur perſona teſtatoris, an ſit aſcẽdens, vel tranſuerſalis prioris, vel vlterioris gradus, vt locus ſit repræſentationi, voluerunt Dec. *conſ.* 1. *nu.* 2. *& 6. conſ.* 79. *col.* 1. *& conſ.* 217. Ruin. *conſil.* 142. *nu.* 54. *& conſ.* 163. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 37. *n.* 15. *& conſ.* 39. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 2. Alc. *conſ.* 59. *n.* 12. *lib.* 9. vbi dicit eſſe cõmunem opinionem, Port. Imol. *cõſ.* 55. *n.* 85. *verſ. quoniã aperto*, vbi alios plures allegat, & dicit eſſe communem opinionem, Pancir. *conſil.* 145. *numero* 13. *& conſil.* 170. *n.* 18. Decian. *conſ.* 1. *n.* 303. *conſ.* 28. *n.* 10. *lib.* 1. *conſ.* 9. *n.* 19. *lib.* 2. *& conſ.* 55. *n.* 18. *& ſeqq. lib.* 3. Socin. iun. *conſ.* 126. *n.* 11. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 16. *n.* 32. *& ſeqq.* vbi cõſiderat ibi agi de ſucceſſione Stephani, qui erat teſtator *& conſ.* 215. *n.* 15. *conſ.* 283. *n.* 18. & latiſſimè *conſ.* 333. *maximè nu.* 17. 24. *& ſeq.* rurſus Pariſ. *conſil.* 9. *nu.* 20. *lib.* 2. vbi conſiderat in ſuo caſu, quod ſuccedebatur teſtatori extraneo, & ſic voluit perſonam teſtatoris eſſe attendendam, idem Ceph. *conſ.* 557. *n.* 24. *& ſeqq.* vbi etiã ſigillatim reſpondet ad eos qui voluerunt ſpectari proximitatem grauati *& nu.* 14. dicit in fideicommiſſo aſcendentis nullã eſſe dubitationem, quod attendatur proximitas teſtatoris, *& cõſ.* 465. *n.* 6. *& ſeqq.* Hier. Gabr. *conſil.* 86. *n.* 9. *lib.* 1. vbi poſt principium conſiderat à quo relictum ſit fideicommiſſum, Menoch. *conſil.* 124. *num.* 84. *conſil.* 357. *n.* 3. *& 6 verſ. reſpondetur ſecundo, conſil.* 528. *nu.* 29. *verſ. non obſtant, & nu. ſeqq.* vbi latè, *& lib.* 3. *præſumpt.* 94. *nu.* 14. vbi conſiderat à quo ſit fideicommiſſum relictum, Odd. *conſil.* 39. *nu.* 27. *& n.* 31. *verſ. tertia, & n. ſeq. & conſil.* 54. *nu.* 1. *&* 5. vbi conſiderat à quo ſit factum fideicommiſſum. Honded. *conſ.* 70. *n.* 20. *& ſeqq & n.* 73. *lib.* 1. *& conſil.* 63. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 2. Did. poſt multos cõgeſtos *Pract. Quæſt.* 58. *n.* 5. vbi dicit in fideicommiſſo relicto ab auo, proauo, vel vlteriore aſcendente dari repræſentationẽ, quia & ab inteſtato eo modo ſucceditur, & ſic ipſe conſiderat cum alijs citatis, à quo ſit fideicommiſſum relictum, idem pro conſtanti ponit, Petr. *de fideicomm. q.* 11. *n.* 64. *& multis ſequentibus*, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 9. *nu.* 3. *&* 4. vbi conſiderat poſt infinitos relatos à quo fideicommiſſum ſit relictum, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 84. *nu.* 4. vbi in diſtinctione ab eo communiter cum alijs propoſita ſemper conſiderat, à quo ſit fideicommiſſum relictum, Petr. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 340. *num.* 22. *verſic. aduertendum*, vbi dicit hunc articulum pendere ab illa quæſtione, an in fideicommiſſis proximitas grauati, vel grauantis attendatur. *& ipſe fol.* 341. *n.* 33. *& ſeqq.* tenet attendi proximitatem teſtatoris. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 93. *nu.* 9.

23 Cæterùm alij ſunt in contraria ſententia, quod immo attendi debeat perſona grauati, cui ſucceditur vltimo loco, an is ſit aſcendens, vel tranſuerſalis primi gradus vel vlterioris, Alex. *conſil.* 36. *num.* 5. *& conſil.* 38. *num.* 4. Ruin. *inter conſil. Alexand. conſ.* 40. *num.* 5. & inter eius *conſilio* 134. *num.* 2. *verſic. & dato, & conſ.* 171. *n.* 8. *in fine, libro* 2. Curt. iun. *conſ.* 128. *nu.* 11. vbi fideicommiſſum erat relictum ab aſcendente, & ibi conſiderat ſucceſſionem ab inteſtato grauati, Corn. *conſil.* 97. *col.* 6. *in fine, verſic. & quidam circa hoc. libr.* 1. *& conſil.* 22. *column.* 6. *verſic. item ſecundo infertur, libr.* 2. Socin. iun. *conſil.* 20. *colum. vltim. libro* 3. quos refert, Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 339. *nu.* 21. *verſ. aduertendum quoque*, & ibi addit Soc. & Bald. Nouell. addo Peregr. *de fideicom. art.* 21. *nu.* 8. *&* 22. *conſ.* 108. *n.* 11. *lib* 3. *& conſ.* 63. *num.* 11. *lib.* 4. Caſtillo Sorom. *lib.* 3. *controu. iur. cap.* 10. *n.* 140. *& ſeqq.*

Ego ſemper probaui opinionem, quod in fideicommiſſis attendatur proximitas grauati, non grauantis, vt *in præcedente quæſt.* dixi, & ſimiliter *in quæſt.* quod fideicommiſſa regulentur à ſucceſſione in eſtati, tenui, attendendum eſſe, prout ſucceditur grauato, non teſtatori, vt *in quæſt.* 48. *num.* 10. nihilominus in duabus grauiſſimis cauſis, de quibus *in conſil.* 85. *& in conſil.* 100. tenui videndum eſſe, à quo ſit fideicommiſſum relictum, & verè in materia repræſentationis hæc eſt magis recepta ſententia, vt patet ex ſupra dictis, nunc autem conſiderato negotio adeo dubius ſum, vt potius alterius opinionem deſiderem, quàm quod meam ſententiam proferre audeam, quod ſi volumus quæſtionem pendere ab illa quæſtione, an ſit proximitas grauati, vel grauantis attendenda, recurrendum erit ad præcedentem quæſtionem, vbi plenè articulus fuit diſcuſſus, & ibi dictum fuit, in quibus caſibus proximitas grauati, & in quibus proximitas grauantis habenda ſit in conſideratione, vnde *d. conſil.* 85. *in fine*, dicebam quod ſi ſit tranſitus de maſculis ad fœminas, vel de vna linea finita ad aliam lineam, attendi perſonam teſtatoris, & in his terminis loquitur, & Ceph. *conſil.* 457. *nu.* 4. *& infra*, & hoc ea ratione, quia tunc proximitas teſtatoris attenditur, adducendo authoritates, vt ibi.

Extenditur autem hic caſus multipliciter, prout dictum fuit in ampliationibus primi caſus, quæ & huic adaptantur.

24 Aduerte etiam quod ſi grauatus vltimo defunctus relinquat poſt ſe nepotes ex vno fratre, & pronepotes ex alio, quod nepotes excludent pronepotes, quia

iſti agunt

iſti agunt de ſuccedendo pro patruo, & ſic tranſuerſali vlterioris gradus, quam primi, vt loquendo de fideicommiſſo facto ab aſcendente determinat Peregr. conſ. 108. n. 9. & 10. lib. 3. cuius conſultatio redditur dubia ex dictis ſupra num. 22. & vide etiam dicta numero 10. & num. 93.

Receditur tamen à principali opinione, de qua in hoc ſecundo caſu, quando apparet teſtatorem noluiſſe locum eſſe repræſentationi, & ſi eſſemus in caſu aſcendentis, vel tranſuerſalis primi gradus, quod ex multis coniecturis colligi poſſet, ita ſentiunt Menoch. & alij citati in primo, & ſecundo caſu, & admittunt omnes in ſequentibus coniecturis adducti, & à coniecturis recedi volunt in ſpecie citati ſupra num. 15. vbi etiam dictum fuit quales debeant eſſe coniecturæ.

25 Prima coniectura eſt, quando teſtator appoſuit clauſulam, quod ſuccedatur ſalua gradus prærogatiua, nam tunc filius non repræſentat patrem, nec eius locum ingreditur, quia data repræſentatione, gradus prærogatiua non ſeruaretur, Paul. Caſtr. in auth. defuncto, column. 1. verſic. Sed Iacobus, & ibi Fulgoſ. & Corn. Cod. ad Tertullian. Curt. iun. in l. auia, col. penult. verſic. Poſtremo Cod. de ſucceſſ. edict. Dec. conſil. 1. numero 5. & 8. & conſ. 428. numero 11. Curt. iun. conſ. 154. numero 9 Gozad. conſil. 4. colum. penult. verſic. Præterea & ſecundo, Pariſ. conſ. 30. n. 58. conſ. 37. num. 57. & num. 69. conſ. 39. num. 9. conſ. 40. numero 18. & conſ. 90 numero 49. libro ſecundo. Ruin. conſil. 167. numero 17. libro ſecundo, Tob. Non. conſil. 34. numero 5. Cacher. conſ. 72. numero 14. Ferret. conſ. 231. n. 14. Socin. iun. conſ. 10. in fine lib. 3. Crau. conſ. 67. num. 3. Marz. conſ. 1. col. 8. Rumin. iun. conſ. 75. num. 19. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 499. num. 34. lib. 5. Cephal. conſ. 489. num. 22. Dec. conſ. 10. num. 16. & conſ. 44. n. 60 lib. 3. Pancir. conſil. 170. num. 61. Hieron. Gabr. conſ. 112. nu. 26. lib. 2. Burſat. conſ. 71. n. 5. lib. 1. & conſ. 170. n. 43. lib. 2. Alex. Raud. conſ. 2. ſuper Regno Portugalli. nu. 50 & ſeq. Honded. conſ. 60. num. 76. lib 1. & conſ. 634. num. 19. lib. 2. vbi teſtatur de communi, Menoch. conſ. 124. nu. 85. conſ. 200. nu. 39. & ſeq. conſil. 215. nu. 138 conſil. 269. nu. 51. conſil. 277. nu. 35. conſil. 357. nu. 25. in fine, conſ. 482. num. 15. verſ. & horum, conſ. 668. num. 8. & lib. 4 præſump. 95. num. 29. Dur. de art. teſtam. tit. 5 cap. 37. num. 2. Didac. Pract. Quæſt. cap. vlt. nu. 7. verſ. quarto. Marz. in Epit. de fideic. quæſt. 32. Aluar. Velaſc. in quæſt. iur. emphyt. quæſt. 50. nu. 37. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 8. n. 16. Ruin. conſ. 167. nu. 17. lib. 2. Tob. Non. conſ. 34. n. 5. Cacher. conſ. 72. num. 14. vbi alios retulit, Ant. Gab. de fideicom. concl. 3. n. 3. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. 9. Craſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 11. numero 8. Petr. de fideicom. quæſt. 11. num. 126. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. quæſt. 87. numero 15. Grammat. deciſ. 1. numero 2. & 5. Milan. deciſ. 8. numero 209. libro 1. Humada in l. 2. tit. 15. part. 2. Gloſ. 17. num. 13. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 93. numero 23. Pro qua adducitur text. in auth. defuncto, C. ad Tertull. vbi ſi in hæreditate ſuccedendum eſt ſalua gradus prærogatiua, repræſentatio non admittitur.

26 Idem eſſet ſi fuiſſet dictum gradibus ſeruatis, vel ordine ſuo ſeruandis, Peregr. d. art. 21. num. 3.

Contrariam opinionem probarunt alij, volentes non obſtante iſta clauſula repræſentationem dari, quia prærogatiua gradus conſideretur circa ſucceſſionem, non circa ſanguinem, & cum in ſucceſſione patrui, vel aſcendentis, nepos habeat eandem prærogatiuam ſucceſſionis, quam habet patruus ab inteſtato, vt dictum eſt, admittendus ſit ad concurſum cum patruo, & clauſula operetur ſolum, vt filius non ſuccedat ſimul cum patre, quia hoc caſu filius habet eandem prærogatiuam ſucceſſionis, vt cum eius patre ſuccedat, Paul. Caſtrenſ. conſil. 454 ad fin. libro ſecundo. Dec. conſil. 322. numero 2. Pariſ. conſ. 36. numero 13. & numero 119. libro 2. Socin. iun. conſil. 126. num. 11. & ſeqq. lib. 1. ſeq Cephal. conſil. 489. numero 8. Pott. Imol. conſil. 55. num 64. 65. & 105. Menoch. conſil. 124. numero 86. Alciat. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num. 12. ff. de legat. 2. Præter hoc idem ſenſit de interpret. vltim volunt. fol. 341. num. 31. niſi hæc clauſula ſit appoſita ſuper fideicommiſſo præſtando familiæ alicuius tertij, & extraneo, & hanc opinionem eſſe veriorem, niſi clauſula ſit ſæpius repetita dixit fol. 358. num. 23. ſequitur etiam hanc opinionem, & conſil. 31. num. 26. & ſeqq. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 21. numero 18. & ſeqq. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum per tres celeberrimos Iureconſultos, & conſil. 63. num. 10. lib. 4. vbi pro hac opinione addit Soc. ſen conſ. 249. colum. 13. verſic. decimotertio probatur, & conſil. 252. ante num. 18. Corn conſil. 230. colum. 9. in fine lib. 3. & conſ. 101. nu. 71 lib 4 Ruin. conſil. 167. nu. 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 52. n. 10 lib. 2. Socin. iun. conſil 94. nu. 34. lib 1. & Hieron. Gabr. conſil. 86. num. 5. lib. 1. hanc etiam opinionem probauit Rota Romana apud Farinac. deciſ. 426 nu. 4. verſic. ſecunda, par. 4. in nouiſſ. addo Caſtillo Sotom. qui alios allegat li. 3. controu. iur cap. 19. num. 371. & ſeqq vbi tamen fatetur primam ſententiam communem, & licet dicat eſſe dubiam, in eam tamen inclinat, dum non vult recedendum eſſa à regula in terminis maioratus, ergo nec in fideicommiſſis.

27 Hæc coniectura etiam procederet, quando extaret ſtatutum, quod ſuccederetur ſecundum gradus prærogatiuam, nam ius repræſentationis eſſet excluſum ſecundum Dec. conſ. 1. n. 384. & ſeqq.

28 Declaratur primo hæc coniectura vt procedat, quando filius ex perſona ſua vellet ſuccedere, ſecus ſi ex perſona patris iure repræſentationis, nam admitteretur, non obſtante clauſula, quod ſuccederetur ſecundum gradus prærogatiuam, Alciat. in l. cum ita, § in fideicommiſſo numero 12. verſic. idque maximè, ff. de legat. 2. Dec. conſil. 322. numero 2. Pariſ. conſil 36. numero 13. & 19. lib. 2. Socin. iun. conſil. 126. num. 12. libro 1. Menoch. conſ. 124. num. 86. lib. 2. & d. præſumpt. 95. num. 21. Intrigl. d. q. 87. n. 16.

29 Sed hæc declaratio eſt eadem cum coniectura, & qui tenent clauſulam ſeruata gradus prærogatiua excludere repræſentationem, nil aliud dicunt, niſi quod filius ſuccedat ex perſona patris, quod etiam aduertit Honded d. conſ. 63. num. 19. circa finem lib. 2. vbi dicit ita communiter teneri, & ibi refert, Menoch. conſil. 269. num. 19. qui pariter non admittit hanc declarationem, dicens eam repugnare communi ſententiæ, & apertè etiam recedit in conſ. 482. n. 15. verſic. & horum. Et quando filius ſuccedit iure repræſentationis ſuccedit non ex perſona propria, ſed tanquam pater, vt poſt Iaſ. Burſat. & alios dicit Honded. conſ. 70. num. 51. verſ. & non valet, libro 1. Sed quod ſuccedens per repræſentationem dicatur ex propria perſona ſuccedere, non ex perſona patris communiter teneri teſtatur, Cacher. conſil. 72. nu. 27. & ſeq. Decian. conſ. 1. num. 351. & ſeq. & conſ. 7. num. 78. lib. 1 Ceph. conſ. 16. nu. 37. & conſ. 431. num. 13. & ſeq. Burſat. conſil. 170. num. 2. lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num 851. ff. ad Trebel. Bero. conſil. 149 num. 11. 12. lib. 2. Petr. de fideicomm. q. 11. num. 143. Barboſ. in l. poſt dotem, nu. 53. ff. ſolut. matrim.

Sed hoc non videtur abſolutè verum, nam aliquando filius repræſentat gradum paternum, & ſuccedit ex perſona propria, aliquando vero repræſentat perſonam, & ſuccedit ex perſona patris, quando enim agitur de ſucceſſione aui, & proaui, repræſentatur gradus non perſona, & nepos non ſuccedit ex perſona patris de medio ſublati, ſed ex propria perſona. Quando autem agitur de ſucceſſione collateralium, nepos

repræſentat perſonam,& ſuccedit patruo vna cum fratre defuncti.non ex propria perſona,quia eſt remotior, ſed ex perſona patris ſui, qui erat in æquali gradu defuncto cum alio fratre ſuperſtite, & ita diſtinguunt communiter Scribentes in ſpecie, Bartol.in l.1.§.ſi nepos,ff.de collat.dot.& in l.1.§.ſi filius, C.de coniug.cum emanc.liber.& in l.ſi auus.per illum textum,in 2.quæſt.& ibi Bald.in 4.opp.Salicet.Aretin. Alexand.Iaſ.Corn. Cod. de liber.præter.Afflict.deciſ.21.num.6.Grammat.deciſ.63. num.5.Ant.Gab.de ſucceſſ.ab inteſt.concluſ.2. nu.6. Burſat.conſ.67.nu.24.lib.1.Tellus Ferdin.in l 8.Tauri, nu.2. Odd.conſil.38.n.68.& ſeq.Caſtillo Sotom.maior. libr.3. controu.iur.cap.19.num.162.& ſeq.

30 Declaratur ſecundò non procedere, quando dictum fuiſſet,quod ſuccederetur ſalua gradus prærogatiua, in ſtirpes.& non in capita, quia tunc gradus prærogatiua non conſideratur inter vnam & aliam ſtirpem, ſed ſolum inter deſcendentes cuiuſque ſtirpis,Pariſ.conſil.91. num.23.24.& 34.& conſil.92.circa finem.lib 2. Torniel. inter conſ.Port Imol.conſ.51.num.1.& 2.ibid.Gaſpar.Fabian.conſil 14.numero 33. & Port.ipſe conſ.55. num. 94. Decian.conſil.21.num. 10.lib.3. Burſat. conſ.67. num. 22. lib.1.Menoch.conſil.124.num.87.& conſ.357. numer.30. & lib.4.præſumpt.95.numero 21.verſic.ſecundò, Peregr. conſ.129.numero 2.lib.5. & in tract. de fideicommiſſ.art. 20.numero 8.& artic.21.numero 18.Petr. de fideicommiſ. quæſt 11.num.132.Intrigl.d.cent.3.quæſt.87.nu.17. Bero. quæſt.4.nu.4. Rota Romana in nouiſſ.deciſ.426.num.5. verſ.& maximè.aliàs ſub nomine Farinacij impreſſæ.Et ſic prædicti volunt clauſulam, ſeruata gradus prærogatiua,reſtringi, & declarari à clauſula in ſtirpes & non in capita,non ĩ contra. & rationem reddit Menoc.d.conſ. 124.num 87.quia conuenit, quod ſuccedatur in ſtirpes, & inter quamlibet ſtirpem ſeruetur gradus prærogatiuæ, & non conuenit, vt ſuccedatur in ſtirpes, quando ſunt æquales, quia hoc raró euenit, & mens teſtatoris refragatur,ſed hoc dictum Menoch.ego non intelligo: nam aut clauſula in ſtirpes non operatur quod detur repræſentatio ſecundum vnam opinionem, vt infra in quarta coniectura tertij caſus, & tunc retenta hac coniectura,quod clauſula gradus prærogatiua excludit repræſentationem, non poterit coniectura alterari per clauſulam in ſtirpes, &c. Aut volumus tenere aliam opinionem, quod clauſula in ſtirpes admittat repręſentationem, vt in dicta quarta coniectura, & adhuc clauſula ſalua gradus prærogatiua regulabit clauſulam in ſtirpes,non è contra,vt dicit Menochius: nam quando teſtator vocat plures ſtirpes,oſtendit,dum dicit ſuccedi in ſtirpes quod non referat, an vnus de vna ſtirpe ſit proximior alio de alia ſtirpe, ſed vult per omnes ſuccedi ſeruata proximitate inter quamlibet ſtirpem, vt poſt Soc.ſen.Soc.iun.Pariſ.Torniel.Burſat. Ceph.& Decian. dixit Peregr. de fideicommiſſ. art.20. num.8 & ego ſcripſi q.483.num.4.vbi alios addidi.Si ergo in qualibet ſtirpe ſeruanda eſt proximitas, multò fortius hoc erit dicendum,quando addita eſt clauſula,ſalua gradus pręrogatiua, quæ operabitur, vt licet ſuccedant omnes ſtirpes, quod tamen ita ſuccedant, vt prærogatiua gradus locum habeat, & ſic vtraque clauſula operabitur iuxta l.ſi quando ff de legat.1. Et ſi difficultas eſt an coniectura hæc ſit vera, nec quando dicimus veram recipiet contrarium ſenſum ex clauſula in ſtirpes circa quam videndum erit in dicta quarta coniectura tertij caſus,niſi dicatur & bene, quod quando adeſt clauſula in ſtirpes concurrunt verba & mens teſtatoris pro repræſentatione, quæ mens eſt, vt ſucceſſio deferatur prout ab inteſtato ſucceditur, & clauſula, in ſtirpes, &c. idem ſignificat, ideo hæc regulet clauſula ſalua gradus prærogatiua, quæ plures coniecturæ vincunt vnam, circa hæc videnda erunt dicta infra numero 119.

31 Ideo contra quod poſſunt ſimul ſtare clauſula ſalua gradus prærogatiua, & clauſula in ſtirpes, &c. volunt Marzar.de fideicom.q.34.& conſ.3.col.3.Burſat. conſ.71. n.5.Honded.conſ.63.nu.31.lib.2.& hæc eſt verior, licet prima ſit magis recepta opinio.

32 Declaratur tertiò non habere locum, quando dictum eſſet ſalua gradus prærogatiua, & ſeruato ordine ſucceſſionis, vel ſalua gradus prærogatiua ſecundum iuris ordinem, quia tunc repræſentationi locus eſſet, Corn.conſ.101.nu.7.lib.4.Iaſ.conſ.159.lib.4. Dec.conſ.79. nu.1.Menoch.conſ.124.num.37.conſ.215.num.139. conſ. 277.n.36.& lib.4.præſump.95.n.22.in fin. vbi alios allegat Didac.Pract.Quæſt.cap.38.n.4.verſ.octauo, Mantic. d.lib.8.tit.9.nu.9. Pereg.d.art.28.nu.21.vbi dicit iudicatum per tres celeberrimos Iureconſultos, Io.Gutier. Pract.lib.3.qu.67.nu.51. Caſtil.Sotom.lib.3.controu.iur. cap.19.n.312.& conferunt dicta ab eodem, n.307.Dum enim teſtator ſuam ordinationem refert ad iuris diſpoſitionem,per quam nepos concurrit cum patruo, vt ſupra dictum fuit,ſequitur, quod repræſentatio fuit ab eo conſiderata, & quod ſit danda, prout ex iure reperitur ſancitum.

33 Secunda coniectura eſt, quando proximiores eſſent vocati à teſtatore, quia tunc patruus tanquam proximior nepotem excluderet, cum filius patri ſit proximior nepote, l.Iureſconſultus, ff.de gradibus, eſt enim filius in primo gradu, nepos in ſecundo: item frater reſpectu fratris eſt in primo, nepos ex fratre in ſecundo,l.prima,verſ.ex tranſuerſo, ff.eod.& egregiè explicat Caſtillo Sot. part.3. Controu.iur.cap.19. num.53. Et in ſpecie hoc caſu ceſſare repræſentationem, tenuerunt Aret.in d.§.cum filius, inſtit.de hered.quæ ab inteſt.defer. & ante eum Bal.conſ.334.in quæſtione, lib.3. in antiquis. Petr.de Ancharan.conſ.94.in quæſtione col.2.verſ.circa primum, ſecuti ſunt Pariſ.conſil.30.nu.58.conſil.37. nu. 57.& conſil.40.num.25.lib.2.Port.Imol.conſ.54. nu.23. & ſeqq.num.34.teſtatur de communi opinione, idem aſſerit conſ.128.num.8. & multis ſeqq. Vegg.conſ.63.nu. 85.Roland.à Valle conſ.68.nu.33.verſ. verum quia multi,lib.4.& conſ.vlt.lib.1.Ceph.conſ.479.nu.24.lib.4. Dec. conſ.1 nu.375.& conſ.37.in fin.lib.1. Hieron. Gabr.conſ. 112.nu.25 li.2.Honded.conſ.68.nu.18.lib.2.Menoc.conſ. 269.nu.49.& conſ.668.nu.7.& ſeqq.vbi dicit hoc maximè verum,quando bis vocati eſſent proximiores. Alex. Raud.conſ.42.num.40.inter conſ.vlt.vol.lib.2.Cacheran. conſ.72.num.10.vſque ad 22.Peregr.conſ.63. num.21.lib. 2.& conſ.113.num.3.lib.3.Didac.Pract.quæſt.c.38. nu.3. verſ.tertio ad intellectum, Mantica de coniect.vlt.vol.lib. 8.tit.9.n.10.Craſ.in §.fideicommiſſum, q.11.nu.9.Petr.de fideicom q.11.nu.100. & ſeqq. etiam pro hac opinione allegatur, ſed ſi rectè eius ſcripta attendantur patebit contrariam opinionem probaſſe,Intrigl.de ſubſtit.cent. 3.q.87.nu.18.Alex.Raud.de Analog.18.num.19. Caldas Pereira de nominatio.emphyteutica.q.17.nu.24. Palaez à Mieres de maior.par.2.q.9.nu.12. & alios retulit Caſtillo Sotom.lib.2.Controu.iur.cap.20.nu 5.& lib.3.cap.19.nu. 300.Milan.deciſ.8.num.205.lib.1. Cæſ.Barz.deciſ.Bonon. 93.num.6.& ſecundum hanc aliquando ego conſului ſuper teſtamento D.Iacobi de Garoſijs,verum eſt quod ibi & aliæ coniecturæ concurrebant efficaciores, nec hanc omiſſi.

Pro qua opinione adducitur voluntas teſtatoris, quæ videtur clara dum vocat proximiores, & cenſetur vocare proximiores ſecundum veritatem, non ſecundum fictionem, quia in fideicommiſſis veritas, & non fictio conſideratur, l.fideicommiſſum, ff.de condit.& demon.& l.Statius Florus, §.Cornelio Felici,ff.de iur.fiſc.

At ſi-

34 At filius, qui repræſentat patrem dicitur in eodem gradu per fictionem cũ patruo, quia fictione iuris hoc eſt introductum, vt filius aſſumat locum patris, Bald. *in auth. ceſſante, n. 5. verſic. Sed circa illum caſum. C. de legit. hered.* quem ſecuti ſunt, Angel *in d. §. cum filius, in 2. not. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. & add. tit.* Ant. Picard. §. 2. n. 11. 12. & 13. & §. 3. nu. 15. Crot *conſil. 9. n. 11.* Rub. Alexand. *conſil. 39. nu. 5.* Ruin. *conſ. 171. n. 11. lib. 2.* Ceph. *conſil. 431. nu. 29. lib. 3. & conſ. 489. nu. 9. lib. 4.* Roland. à Valle *conſ. 68. n. 6. lib. 1.* Decian. *conſ. 7. n. 85. lib. 1.* Menoc. *conſ. 200. nu. 42. lib. 2.* Honded. *conſ. 70. n. 16. lib. 1.* Tiraq. *de iure primog. qu. 40. num. 31. & num. 218.* Aluar. Velaſc. *de iur. emph. qu. 50. n. 6.* Mantic. *d. lib. 8. tit. 6. num. 10.* Didac. del Caſtil. *in l. 8. Tauri, in prin.* & ibid. Ciſuentes, *n. 2.* Auendan. *in l. 40. Tauri, gloſ. 2. nu. 5. & gloſ. 16. nu. 5.* Did. *Pract. Quæſt. cap. 38. n. 4. ſub verſic. tertio, ad intellectum.* Menoch. *libr. 4. præſumpt. 95. num. 2.* Caldas Pereira *de nominat. emph. quæſt. 17. num 42.* Petr. *de fideicom. quæſt. 11. num. 54. & 57.* Martin. Monter à Cueua *deciſ. Arag. 36. nu. 46.*

35 Reſpondetur primò, quod repræſentatio non procedit per fictionem, ſed cauſatur ex priuilegio conceſſo iure ſpeciali, prout repræſentatio appellatur priuilegium, *in auth. de hered. ab inteſt. venient. §. ſi autem defuncto verſ. huiuſmodi verò priuilegium, collat. 9.* Et licet Imper. *in d. § cum filius*, dixerit æquum eſſe, vt filius loco patris habeatur, non tamen dixit hoc eſſe per fictionem, prout ad hunc §. & ad alias rationes tenentium primam opinionem reſpondent Menoch. *conſil. 124. n. 104. & ſeqq. & conſil. 211. num. 87. & ſeqq.* Honded. *conſil. 7. num. 3. & ſeqq. libr. 1.* Vnde quod repræſentatio procedat ex priuilegio non de fictione, tenuerunt poſt alios relatos, Tiraquel. *de retr. lib. 1. §. 10. glo. 9. n. quarto, & de iur. primog. q. 40. n. 31. 37. 134. & n. 219.* Aluar. Velaſc. *de iur. emph. q. 50. nu. 4. & 6.* Doct. Eſpin. *in ſpec. teſt. gloſ. 19. n. 52.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. §. 10. in verb. repræſentatio folio 261.* Caſtil. Sot. maior *lib. 3. controu. iur. c. 19. n. 21. & ſeqq.* vbi comprobat, & ad contraria reſpondet Guliel. Benedic. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n. 63. extr. de teſtam.* Ruin. *conſil. 110. n. 6. lib. 3.* Decian. *conſi. 1. n. 366. lib. 1.* Cephal. *conſil. 616. nu. 20. lib. 5.* Honded. *conſ. 8. n. 65. & conſil. 70. n. 6. lib. 1.* Menoch. *conſil. 124. n. 100. vſque ad 108. lib. 2. conſil. 211. n. 88. & ſeqq. lib. 3. & conſ. 357. n. 33.* ergo dicendum eſt, quod per priuilegium, & iuris beneficium ita proximus fit nepos, prout eſt & patruus; & per conſequens admitti debeat in concurſu, licet proximiores eſſent vocati. Quinimò ſi hæc eſſet fictio legis, vt tenent Bald. & qui eum ſequuntur, non poſſet teſtator aliter diſponere, cum fictionem legis qui tollere non poſſit. Doct. in *l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* Aret. *in l. ſi ita ſtipulatus fuero. § ſi Titius, ff. de verbor. obligat.* Alexand. *conſ. 158. nu. 9 lib. 2.* quos ad hoc in noſtris terminis, adduxit Menoch. *dicto conſ. 357. num. 34.*

36 Reſpondetur ſecundò, quod quando etiam repræſentatio procederet per fictionem legis, quod tamen fictio eſt fundata in præſumpta mente eius, de cuius ſucceſſione agitur, vt ſcilicet voluerit ſuccedere in eum locum, in quem eſſet pater illius ſi viueret, ita poſt Paul. Pariſ. Socin. iun. Cephal. Decian. Peralt. & Tiraquel. ſcribit Menoch. *conſil. 337. numer. 33. libro 4. & dict. præſumpt. 95. num. 2.* ſequitur Caſtil. Sotus maior *d. cap. 19. num. 25.* & antea in hominis diſpoſitione, idem dixit *num. 21.* & vbique omnes Reſponſiones alias dedit Menoch. *dicto conſil. 357. num. 34. verſic. reſpondetur ſecundo, & verſ. reſp. 2.*

Secundò adducitur, *l. ſi libertus præterito, §. ſi libertus, ff. de bon. libert.* vbi in ſucceſſione liberti nepos non concurrit cum patruo patroni filio, quia ad ſucceſſionem proximus vocatus eſt.

Reſpondetur aliam eſſe rationem in bonis liberti, aliam in ſucceſſione aui, & proaui, & plures rationes quæ excludent repræſentationem in bonis liberti, ponderauit Menoch. poſt alios *dicto conſil. 357. numero 35.*

Aliter reſpondet Peregrin. *d. art. 21. num. 12. verſ. non etiam obſtat*, poſt Decian. relatum *in conſ. 1. num. 364. lib. 1.* quod ſcilicet in bonis libertorum conſtitutum eſt, vt proximior admittatur, nec locus ſit repræſentationi, *vt in d §. ſi libertus, & in l. libertinus, §. 1. ff eodem, & in l. 3. § ſi duo, ff. de legit. tut.* & pariter iure Digeſtorum erat conſtitutum, vt nepos cum patruo ſuperſtite non concurreret, ſed iure nouo aliter fuiſſe in ſucceſſione aui, & collaterallis conſtitutum, *§. reliquum, in auth. de hered. venient. ab inteſt. & in auth. vt fratrum filij*, quod in bonis libertorum factum non fuit.

Tertiò accedit, quod vbi proximior in gradu repræſentat proximiorem, tamen vbi in diſpoſitione hominis fit mentio de gradu, non comprehenditur ſequens in gradu, Bald. *in l. iubemus, §. vlt. iuncto princ. C. ad Trebel.* & ita arguit Did. *d. c. 38. n. 4. verſ. tertio ad intellectum ad medium.*

Reſpondetur enim, quod nepos dicitur eſſe in eodem gradu, in quo eſt patruus, & gradus non dicitur corrumpi, ſed repræſentari, & cum nepos aſſumat gradum patris dicitur eſſe in eodem gradu, vt comprobatum fuit ſupra *ſub num. 3.* & præciſè Menoch. *d. conſil. 357. num. 28. & ſeq.*

Contrariam igitur ſententiam probarunt alij, volentes repræſentationem non excludi, licet teſtator vocauerit proximiorem, ita ſe habent Bald. *conſil. 488. quidam Titius, verſ. ſed in contrarium, lib. 3.* Alex. *conſ. 88 nu. 2. & conſ. 137. num. 1 lib. 4.* Corn. *conſ. 24. in fine lib. 2.* Iaſ. *conſil. 215. colu. 2. libr. 2. & conſil. 159. colum penult. verſ. quarto in terminis, lib. 4.* Socin. ſen. *conſil. 252 lib. 2.* Dec. *conſil. 27. nu. 4.* Grat. *conſil. 27. num. 6. lib. 1.* Ruin. *conſ. 171. nu. 17. lib. 2.* Crauet. *conſ. 168. nu. 1. in fine,* Port. Imol. *conſ. 55. num. 42.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, part. 4. n. 100. & num. 145. ff. ad Trebell.* Cephal. *conſil. 465 num. 13. & conſil. 489. num. 60. & ſeq.* Decian. *conſil. 7. nu. 80. libr. 1. conſil. 9. num. 48. verſic. neque his, & nu. 58. & ſeqq. lib. 2. conſil. 45. num. 44 & ſeq. & conſ. 56. nu. 2. libr. 3.* Menoch. *conſ. 357. num. 27. & ſeqq. conſil. 528. nu. 26. in fine, conſ. 668. n. 9. & lib. 4. præſumpt. 95. num. 21. verſ. verum,* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. Primog. c. 8 n. 11. verſ. immo nec etiam,* Peregr. *d. art. 21. num. 17.* Caſtillo Sotom. qui loquitur tam in maioratibus, quàm in fideicommiſſis, *libro 2. controu. iur. cap. 2. num. 7. & lib. 3. cap. 19. numero 302.* vbi vltra allegatos, adducit Hippol. Rimin. Mattheat. Velaſquez. Auend. Ioannem Gutierez, Doct. Eſpin. Hieronymum de Zauallos, Gratum & Albam, & in dictis locis hanc opinionem comprobat, & defendit Theſaur. *deciſ. 65.* Rot. Rom. apud Farinac. *deciſ. 426. numero 5. verſ. tertia*, vbi patet ita deciſum, & dicti auctores alios eiuſdem opinionis recenſent, cum quibus & ego transeo, & addo Caſtill. Sotom. *libr. 3. contr. iur. cap. 19. num. ..... & numero 311. & 313.* vbi alios adducit. 37

Primò adducitur, quod in ſtatuto vocante proximiores non excluditur repræſentatio, Alex. *conſ. 88. libr. 1.* Iaſ. *conſ. 159. col. 4. lib. 4.* Dec *conſil. 484. col. 2. & in l. 1. in 14. not. C. de ſecun. nupt.* Tiraqu. *de iur. primog. q. 40. n. 20.* Ceph. *conſ. 537. n. 14. lib. 4.* Menoch. qui alios addit *d. præſump. 95. num. 11.* Atqui valeat argumentum à ſtatuto ad vltimas voluntates Euerar. in loco à lege ad teſtatorem, ergo &c. 38

Secundò, dum teſtator vocat proximiores, expreſſio iſta nil operatur, cum exprimat id quod tacitè ineſt, 39

adreg. l. 3. ff. de legat. 1. Quod autem ineſſet tacitè clarum eſt, quia vocatis agnatis, deſcendentibus, familia, & ſimilibus proximiores cenſentur vocari, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo ff. de legat.* 2. & ibi Doctor. præcipuè Alciat. *num.* 3. Alexand. *conſil.* 88. *col.* 1. *lib.* 1. Ruin. *conſi.* 11. *nu.* 16. *libro* 2. cum alijs congeſtis *ſupra q.* 358. ergo dum teſtator vocat proximiores, nil immutat de his, quæ ius diſponit, immò videtur ſe cum iuris diſpoſitione conformare. Bartol. & alij *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

Tertiò ad hoc allegatur *auth. vt filij frat.* vbi dicitur, quod fratrum filij ſunt pares defuncti fratribus, ſi pares, ergo in gradu æquali, ita Iaſ. *dict. conſil.* 215. *dubio tertio libr.* 2. Peregr. *d. artic.* 21. *numer.* 11. *verſic. ſecundo inducit.*

40 Quartò, quando agitur de repræſentatione, dicitur quod filius aſſumit locum, & gradum patris, & quod gradus non corrumpitur, ſed repræſentatur, & quod filius ſuccedit vti pater, vti plenè dictum fuit ſupra *ſub n.* 3 *verſ. reſpondetur tamen, & infra.*

Quintò quando teſtator vocat proximiores, cenſetur vocare proximiores in ſucceſſione, non in gradu ſanguinis. Hieron. Gabr. *conſ.* 86. *n.* 3. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 70. *n.* 44. *lib.* 1. Peregr. *d. art.* 21 *num.* 9. *& ſeqq. &* 12. *& ſeqq.* Rota Romana apud Farin. *deciſ.* 426. *n.* 6. *in nouiſſ. parte* 4. alios citat Caſtill. Sotom. *lib.* 3. *controu. iur. cap.* 19. *num.* 304. *ad mediū, & n.* 313. dixi *ſupra n.* 3. *verſ. & reſpondendo,* & plenius *q.* 357. Nepos autem cum patruo eſt in eodem gradu ſucceſſionis, vt ſupra dictum fuit, ergo non poteſt dici patruum eſſe proximiorem.

41 Ampliatur prima opinio ſi placeret, & ſi in poſteriori gradu ſubſtitutionis vocati eſſent proximiores, quia & in priori præſumitur teſtatorem voluiſſe admitti proximiores, & ſic non eſſe locum repræſentationi, Decian. *conſ.* 1. *n.* 379. *& ſeqq. lib.* 1. Peregr. *conſ.* 113. *n.* 2. *lib.* 3. vbi tamen in pluribus capitulis vocati erant poſteriores, & hoc ex regula, quòd vna pars teſtamenti aliam declarat *l. qui filiabus. §. ſi ſeruus plurium, §. vltimo. ff. de legat.* 1. & eadem ratione dicimus, quod vna ſubſtitutio aliam declarat, vt dixi *quæſtione* 11. & conferunt dicta *infra num.* 118.

42 Sed contrariam ſententiam probauit Decian. *conſ.* 9. *nu.* 58. *verſ. primo quia, lib.* 2. *conſ.* 55. *n.* 44. *& conſ.* 56. *num.* 2. *verſic. verū, lib.* 3. Ratio eſt, quia ſi teſtator in alijs partibus vocauit proximiores, & in alia non, ſequitur quod vbi non vocauit, noluit ſeruari gradus prærogatiuam, ſed repræſentationi locū eſſe, argum. *l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* cum alijs citatis à Decian. *dicto conſ.* 55. *n.* 44. vbi dicit maximè eſſe verum quando alia eſſet ratio vocandi proximiores in vna ſubſtitutione, & non in alia.

43 Ampliatur ſecundò, & ſi appoſita eſſet clauſula, ſalua gradus prærogatiua. Decian. *conſil.* 1. *num.* 395. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 668. *nu.* 10. *&* 11. vbi bene dicit fortiùs excludi repræſentationem, quando vocati ſunt proximiores ſecundum gradus prærogatiuam, ob vim verborum geminatorum, quæ denotant magis enixam voluntatem teſtatoris, *l. Baliſta ff. ad Trebell.*

44 Contrarium tamen tenuit Menoch. *d. conſil.* 124. *nu.* 68. & Caſtillo Sotom. *d. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 314.

45 Limitatur quando vocati eſſent proximiores in ſtirpes, & non in capita, quia tunc nepos concurreret cum patruo, Decian. *conſ.* 9. *n.* 60. *&* 61. *lib.* 2. *& conſ.* 55. *nu.* 44. *verſ. item reſpondeo, libr.* 3. & videnda erunt dicta *ſupra nu.* 30. Sed contra tenent alij citati in tertio caſu, coniectura quarta, limitatione prima. Sed cogita, quia diuerſi ſunt termini tertij caſus; ab his duobus præcedentibus, nam in tertio caſu, vbi agitur de collateralibus, in quibus ab inteſtato non datur repræſentatio, vocatio proximiorum ſtat propriè ad excluſionem nepotis, & ſuum operatur effectum, nimirum ſi clauſula in ſtirpes regulari debet a vocatione proximiorum, ſic vt omnes ſtirpes admittantur, non habita ratione, quod vnus de vna ſtirpe eſſet proximior alijs de alia ſtirpe, ſed tamen quod in vnaquaque ſtirpe proximior admittatur, excluſa repræſentatione, ſed quando agitur de ſucceſſione aui, vel patrui, patruus non poteſt dici proximior, quia nepos aſſumit gradum patris, vt ſupra dictum eſt, vnde facilius clauſula in ſtirpes faciet effectum quod nepos concurrat cum patruo, quando agitur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui, vnde ſentio non eſſe recedendum à regula, & vt dicam etiam *infra nu.* 119. & ibidem probabo.

Limitatur ſecundò, quando vocatio eſſet facta de proximiore ſecundum ordinem, vel diſpoſitionem iuris, Caſtillo Sotom. *dict. cap.* 19. *num.* 307. & faciunt dicta *ſupra num* 32.

46 Sed quid ſi teſtator vocaſſet ſibi in gradu proximiorem, an nepos concurrat cum patruo, Petr. *de fideicommiſſ. qu.* 11. *nu.* 111. dicit filios præmortuorum excludi, quia ſunt in gradu poſteriore tempore euenientis conditionis, allegat Curt. ſen. Socin. Iaſ. Mant. Port. & Fab. Lazar. addo Ludou. Caſſanate *conſil.* 59. *nu.* 16. ſed dubitabilis eſt hæc opinio per dicta ſupra, dum aſſeruimus nepotem eſſe in eodem gradu cum patruo, nec patruū eſſe nepote proximiorem, & vocatis proximioribus attendi proximitatem in gradu ſucceſſionis, non in gradu ſanguinis, & videndus erit Bald. *d. conſ.* 488. *libr.* 3. vbi vocatus erat proximior meus, & vult verba non excludere repræſentationem, ſequuti ſunt Alexandr. *conſil.* 88. *n.* 2. *lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 215. *col.* 4. *verſic. iſtam partem, libr.* 2. Roland. *conſil.* 68. *num.* 31. *libr.* 1. Decian. *conſil.* 9. *num.* 44. *& num.* 62. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 357. *nu.* 27. *libr.* 4. Did. *d. cap.* 38. *num.* 11. Gama *deciſ. Luſit.* 7. *num.* 6. & ibi plenè adden. Ludou. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. primog. cap.* 9. *num.* 19. latè Caſtill. Sotom. *lib.* 3. *controu. iur. cap.* 19. *num.* 313.

47 Quod ſi teſtator vocauit proximiorem grauati, Rota Romana apud Farinac. *d. deciſ.* 416. *in fine*, tenuit repræſentationi locum eſſe.

48 Et quamuis vocati eſſent proximiores in gradu, non excluderetur repræſentatio, ita poſt alios Caſtillo, *d. c.* 19. *n.* 314. vbi dicit idem eſſe vocare proximiores in gradu, & vocare proximiores ſalua gradus prærogatiua, ſed contra faciunt dicta *ſupra nu.* 44.

49 Tertia eſt coniectura, quando teſtator appoſuit clauſulam, quod ſuccedatur ordine ſucceſſiuo, nam tunc ceſſaret repræſentatio, vt ſcribunt Dec. *conſil.* 1. *nu.* 5. *in fine*, Pariſ. *conſil.* 40 *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 12. vbi vult procedere, licet in alio gradu ſubſtitutionis hæc clauſula eſſet appoſita, Port. Imol. *conſil.* 8. *col.* 1. *ad finem*, & ibidem *inter eius conſil.* Fabian. *conſilio* 54. *nu.* 25. Decian. *conſil.* 1. *num.* 374. *lib.* 1. Intrigl. *de ſubſtit. cen.* 3. *quæſt.* 82. *n.* 30. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 95. *nu.* 30. Peregr. *de fideicom. art.* 21. *nu.* 4. Ratio eſt, quia dum teſtator vocat nominatos collectiuo nomine ordine ſucceſſiuo, cenſetur vocare gradatim & de perſona in perſonam, ita vt proximior primo debeat admitti.

50 Sed contrariam ſententiam melius probarunt alij, qui voluerunt repræſentationi non nocere hæc verba, quòd ordine ſucceſſiuo ſuccedatur in ſpecie, Anchar. *conſil.* 25. Socin. ſen. *conſ.* 37. *in principio, & conſil.* 86. *n.* 12. *& ſeq. lib.* 3 Pariſ. *conſil.* 38. *nu.* 20. *in fine, & nu. ſeq. libr.* 2. Dec. *conſ.* 28. *nu.* 13. *& ſeqq. lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 86. *n.* 3. *lib* 1. Petr. *de fideicom. q.* 11. *n.* 121. *& ſeqq.* Caſtill. Sotom. *lib.* 3. *controu. iur. c.* 19. *nu.* 308. Ratio eſt, quia vocati ordine ſucceſſiuo cenſentur vocari eo ordine, prout ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent, cum teſtator præſumatur

tur

tur voluiſſe inter eos ſeruare ius legitimarum hæreditatum, *l. vel ſingulis ff. de vulg. & pupil. l. cum pater, §. à te peto, cum Gloſ. ff. de legat. 2.* Bart. *in l. ſi cognatis, verſ. quero quo ordine. ff. de reb. dub.* Dec. *d. conſ. 28. num. 16. lib. 1.* At de iure communi vt diximus ſupra, daretur ab inteſtato repræſentatio, ergo, &c.

Et quod vocatio facta gradatim, & ordine ſucceſſiuo intelligatur facta eo gradu & ordine, quo eos lex ab inteſtato ad hæreditatem vocat, probatur *in l. vlt.* & ibi Paul. Caſtr. Iaſ. Corn. & alij communiter. *C. de verbor. ſignif.* Soc. ſen *conſil. 252. col. antepen. lib. 2. & conſil. 51. nu. 19. lib. 4.* Hieron. Gabr. *conſ. 86. n. 3. lib. 1.*

51 Declaratur autem hæc coniectura primò, quando vocatio eſſet facta ordine ſucceſſiuo in ſtirpes, & non in capita, nam tunc repræſentationi locus erit, & nepos concurret cum patruo, quia ſtirps ex pluribus, diuerſiſque gradibus conficitur, & reputatur vnum corpus ex toto ipſo genere, vnde nulla conſtitui debet differentia inter paulò proximiorem, & paulò remotiorem, cum is vno gradu remotior æquetur proximiori, & ſic omnes dicantur æquales in gradu, *d. §. cum filij, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & dum vocauit teſtator in ſtirpes ordine ſucceſſiuo, voluit obſeruari ordinem ſuccedendi ab inteſtato, qui eſt vt in ſtirpes ſuccedatur, & verba illa, ordine ſucceſſiuo, reſtringuntur, & declarantur à verbis ſequentibus, in ſtirpes, & non in capita, vt tenet, & declarat Menoch. *conſil. 124. num. 67. & ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria argumenta, idem tenuit Pariſ. *conſ. 58. nu. 9. & ſeq. lib. 2.* Et in ſpecie quod hæc verba, in ſtirpes, declarent præcedentia, ordine ſucceſſiuo, comprobat Menoch. *vbi ſupra num. 69. & ſeqq.* & videantur dicta *infra num. 12.*

52 Contra tamen hanc declarationem tenent alij, dicentes adhuc ſuccedere ſolum patruum excluſo nepote, ita ſe habent Soc. ſen. *conſ. 104. numero 5. & ſeq. lib. 3.* Curt. ſen. *conſ. 42. col. vlt.* Pariſ. *conſ. 40. n. 32. & ſeqq. lib. 2.* Argumenta huius opinionis adduxit Pariſ. *d. conſil. 40. nu. 32. & ſeqq.* quibus tamen reſpondet Menoc. *d. conſil. 124. nu. 67. & ſeqq. lib. 2.* ego etiam, qui teneo repræſentationi locum eſſe non obſtante clauſula ordine ſucceſſiuo fortius tenendam eſſe cenſeo hanc declarationem, quòd multò magis nepos concurret cum patruo, ſi addita ſint verba, quod ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita, & ita etiam conſului in vna de Garincellis, *vt in conſil. 102. dub. 2.*

53 Declaratur ſecundò non procedere hanc coniecturam, ſi ex coniecturis appareret, de contraria mente teſtatoris, ita Menoch. Pariſ. & Intrigl. *citati ſupra numero 49.*

54 Quarta coniectura eſt, quando apparet teſtatorem magis dilexiſſe filios, quam nepotes, vel magis fratres, quam eorum filios, quia tunc non admittitur concurſus filij cum patruo, Præpoſ. *in ca. 1. verſ. non obſtat decimum, de feud. March.* Iaſ. *inter conſ. Rub. Alex. conſ. 37. n. 6.* Curt. iun. *conſ. 22. n. 8. & 11. & conſ. 161. n. 7.* Ruin. *conſ. 101. n. 21. lib. 2.* Beto. *conſ. 71. nu. 27. lib. 1.* Alba *conſ. 60. n. 9. in fine,* Menoch. *conſ. 269. num. 57. & ſeq. & lib. 4. præſumpt. 95. n. 29.* Intrigl. *d. quæſt. 87. nu. 29.* Manric. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 9. num. 7.* Mantica ſenſit *d. lib. 8. tit. 9. num. 7.*

Ex quibus autem coniecturis colligatur maior affectio, ſcribunt Menoch. *d. conſ. 269. nu. 57. & ſeq.* Intrigl. *d. quæſt. 87. n. 29.* & latè dixi *quæſt. 468.*

55 Limitatur quando plures eſſent collectiuè vocati, quia affectio non tollit effectum repræſentationis, Peral. *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, nu. 22. ff. de leg. 2.* Menoch. *conſil. 357. nu. 13.*

56 Quinta coniectura eſt, quando ex aliqua qualitate impediretur repræſentatio, vt ſi extet ſtatutum, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, quia tunc nepos ex filio non repræſentaret patrem ſuum in concurſu cum patruo, quia deficit qualitas maſculinitatis requiſita à ſtatuto. Bart. *in l. liberorum, num. 13. ff. de verb. ſignific.* Bald. *in l. vn. ca.* & ibi Alex. & Iaſ. *Cod. de in ius vocand.* Oldrad. *conſ. 224. numero 34.* Iaſ. *conſ. 201. libro 2.* Dec. *conſil. 309. column. 1.* Ruin. *conſil. 140. num. 14. libro 3.* Soc. iun. *conſ. 1. num. 59. lib. 1.* Io. Bologn. *conſil. 9. num. 47.* Menoch. *conſ. 215. num. 137. & lib. 4. præſumpt. 95. num. 24.* Tiraquel. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 101.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. Primog. c. 7. num. 2. et cap. 8. nu. 8.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 87. n. 23.* Capic. *dec. 21. nu. 8.* Caſtillo Sotom. *lib. 3. var. controu. iur. cap. 19. num. 160. et ſeqq.* vbi plura ad rem.

Sexta eſt coniectura, quando extaret ſtatutum excludens repræſentationem, vel excluderet in ſpecie nepotem extante patruo à ſucceſſione defuncti ab inteſtato, nam tunc patruus excluderet nepotem etiam in fideicommiſſo, Ruin. *conſil. 134. nu. 22. & conſ. 171. nu. 3. lib. 2.* Non. *conſ. 40. n. 7.* Burſat. *conſil. 170. num. 17. lib. 2.* quos refert, & ſequitur Peregr. *conſ. 63. n. 24. verſ. & in terminis lib. 2.* addo Decian. *conſil. 1. nu. 384. lib. 2.* Et eſt veriſſima opinio, quia hoc caſu deficit fundamentum repræſentationis ab inteſtato, per quod Doctores in primo, & ſecundo hoc caſu volunt locum eſſe repræſentationi, & tunc eſſemus in terminis tertij caſus, & idem tenui *in conſilio 92. in vltima concluſione, num.... verſic. nihilominus.* 57

Septima eſt coniectura, quando ex aliquibus coniectoris appareret, quod teſtator noluit vt ſuccederetur ſecundum ordinem iuris communis, nam tunc ius repræſentationis ceſſaret, Menoch. *conſ. 215. num. 139. & ſeqq* vbi declarat ex quibus coniecturis hoc colligatur, *& lib. 4. præſumpt. 95. n. 26.* Intrigl. *d. q. 87. n. 26.* 58

Octaua coniectura eſt, quando teſtator feciſſet diuerſos & diſtinctos gradus ſubſtitutionis de filijs, & de nepotibus, quia tunc non haberet locum ius repræſentationis, Petr. *de fideicomm. q. 11. n. 20.* 59

Nona eſt coniectura, quando teſtator in alia parte diſpoſitionis excluſiſſet repræſentationem ſiue inter eoſdem, ſiue in cæteris ſubſtitutionibus, Caſtillo Sotom. *lib. 3. controu. iur. c. 19. n. 188. & ſeq.* vbi dicit eſſe validiſſimam coniecturam: vbi tamen declarat: & dicit quid dicendum ſit, quando teſtator in vna perſona tantũ repræſentationem admiſit, vel ad eam ſe reſtrinxit, & vide etiam *infra num. 123.* 60

Decima eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituiſſet ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, ex hoc enim præſumitur voluiſſe excludere repræſentationem, & noluiſſe nepotem cum patruo ſuperſtite concurrere, ita ſcribunt Curt. iun. *in l. 2. C. de ſucceſſ. edict. & in conſil. 22. num. 11. & conſ. 57. nu. 9. verſ. præmiſſa tanto clarius.* Ruin. *conſil. 181. num. 2. lib. 2.* vbi dicit ita ſecundum legalem conſcientiam conſuluiſſe Par. *conſ. 37. n. 51. & n. 70. & conſ. 64. n. 34. lib. 2.* Corn. *conſ. 182. nu. 6. lib. 2.* Cepn. *conſ. 465. n. 3. li. 4.* Burſ. *conſ. 41. nu. 6. li. 1.* Hier. Gab. *conſ. 121. n. 22. & ſeqq. li. 1.* Nat. *conſ. 551. nu. 8. li. 3.* Dec. *conſ. 47. n. inter. 19. lib. 3.* Alba *conſil. 51. num. 19.* Port. Imol. *conſi. 8. nu. 44. verſ. tertio huius, & ſeqq.* Honded. *conſ. 63. n. 15. li. 2.* Menoch. *conſ. 124. nu. 95. conſ. 200. n. 39. conſ. 269. nu. 54. conſil. 793. n. 18. conſ. 886. num. 17. & lib. 4. præſump. 95. n. 22.* Pereg. *conſ. 40. n. 20. lib. 1. & in tract. de fideicommiſſ. art. 21. n. 23. circa finem & n. 8.* D. d. *Pract. Quæſt. c. 38. n. 4. verſic. ſeptimo.* Ludou. Molin. *lib. 3. de Hiſpan. Primogen. cap. 8. nu. 5.* Ant. Gabr. *de fideicommiſſ. concl. 3. nu. 8.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 5.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 11. num. 10.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, Petr. *de fideicomm. quæſt. 11. num. 134.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 339. nu. 24. & ſeq.*

& ſeq. Alexand. Rud. *de Analog. in appen. part. 1. numero* 168. Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. quaſt.* 89. *num.* 20. Milan. *deciſ.* 8. *numero* 107. *lib.* 1. Lauren. *deciſ. Auen.* 37. *numero* 12. *vſque ad finem*, vbi dicit ita iudicatum, & loquitur in his terminis. Magon. *deciſ. Florent.* 16. *num.* 44. Caroc. *deciſ.* 58 *num.* 7. vbi alios plures eiuſdem ſententiæ, adducit Seraph. *deciſ. Roman.* 1281. [Et cum hac coniectura tranſit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 629. *num.* 13. *vſque ad finem*.]

61 Ratio eſt, quia his verbis facta eſt relatio perſonalis ad perſonam ſuperſtitis, & ideo patruus nominatim cenſetur vocatus, Dec. *conſ.* 79 *nu.* 1. Ruin. *conſ.* 169. *nu.* 7. *verſ. tertio confirmatur, lib.* 2 Pariſ. *conſ.* 9. *n.* 24. *& conſ.* 37. *nu.* 53. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 20. *nu.* 4. Honded. *conſil.* 63. *nu.* 16. *lib.* 1. Hieron. Gabr. *conſil.* 121. *num.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. Atqui quando aliqui nominatim ſunt vocati ad fideicommiſſum, illi ſoli admittuntur, nec filij præmortuorum concurrunt cum patruis, vt volunt Decian. Pariſ. Menoch. Gabr. & Honded. *locis ſupra relatis*, quibus addo alios multos relatos *infra in decimaquarta coniectura per totam*.

62 Secundo ſubſtitutio de ſuperuiuente æquipollet ſubſtitutioni de proximioribus ſalua gradus prærogatiua, ſecundum Dec. *conſil.* 299. *in fine*. Pariſ. *conſ.* 47. *nu.* 57. *lib.* 2. Curt. ſen. *conſ.* 44 *nu.* 10. Menoc. *conſ.* 20. *nu.* 30. quos in ſpecie noſtra refert, & ſequitur Honded. *d. conſ.* 63. *n.* 18. *lib.* 2. Atqui clauſula ſalua gradus prærogatiua habet vim quod nepos non concurrat cum patruo, vt dictum eſt in prima coniectura, ergo, &c.

63 Hæcque coniectura fortiùs procederet, quando per verba fieret reſtrictio ad filios nominatim inſtitutos, vt ſi dictum eſſet ſubſtituit alios ſuperſtites, vel alijs verbis relatiuis vſus, vt ſcribunt Alex. Corn. Pariſ. Soc. iun. Ruin Curt. iun. Pancir. & Nat. relati à Peregr. qui eos ſequitur *d. art.* 21. *num.* 28. & videnda erunt dicta in *coniect. undecima*.

64 Contrariam ſententiam in hac coniectura malè probarunt Cuman. *conſ.* 13. Fulgoſ. *conſ.* 15. *n.* 3. Gozad. *conſ.* 67. Dec. *conſ.* 369. *verſ. & in ſimili caſu*. Crau. *conſil.* 306. *n.* 3. *verſ. ſed in contrarium*, quos refert, & ſequitur Odd. *conſ.* 34. *nu.* 2. vbi dicit hanc opinionem habere pro ſe maiorem numerum Doctorum: ſed ipſe malè loquitur, vt patet ex prædictis. Et quando vocatio ſuperſtitum eſt facta ſimpliciter, abſque aliqua qualitate denotante reſtrictionem ad filios nominatos, voluit Peregr. *de fideicom. art.* 21. *nu.* 27. vbi allegat Ruin. *conſ.* 130. *num.* 2. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 121. *in primo dubio*, *lib.* 1.

65 Declaratur primo hæc coniectura, vt non procedat, quando ſubſtituti eſſent ſuperviuentes in ſtirpes & non in capita, quia tunc nepos concurreret cum patruo ſuperſtite, Dec. *conſil.* 21. *in fine lib.* 3. Menoch. *conſ.* 124. *nu.* 67. *& lib. 4. præſump.* 84. *n.* 15. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 4. *num.* 7. Peregr. *de fideicommiſ. art.* 21. *nu.* 28. *in fine*. Exemplum, ſi teſtator pluribus filijs inſtitutis, vel fratribus dixiſſet, & ſi alter eorum deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo ſuperſtites in ſtirpes, & non in capita: & ratio eſt, quia hæc verba non poſſunt verificari in ſolis filijs, vel fratribus teſtatoris, qui non ſuccedunt in ſtirpes, ſed in capita: & ideo vt poſſit dari caſus ſucceſſionis in ſtirpes, intelligi debent in concurſum vocati filij præmortuorum. Et hæc declaratio fortiùs procederet in caſu, quando ſubſtituti eſſent ſuperſtites, & eorum liberi, vel filij, vt infra dicetur, in decimaquarta coniectura in ſecunda declaratione. Contra tamen tenet Honded. *conſil.* 63. *in fine lib.* 2. vbi diſtinguere videtur, quod aut vocati ſunt hæredes ſimpliciter, ſic, & altero moriente ſuccedant ſuperſtites in ſtirpes, & non in capita, & tunc nepos non concurreret cum patruo, & in his terminis nos agimus in hac coniectura. Aut vocauit ſuperſtites, & eorum filios, & tunc infra de hoc caſu dicetur.

Declaratur ſecundò hæc coniectura, vt locum non 66 habeat, quando dictum eſſet, quod ſuperſtites ſuccedant eo modo, & ordine prout ab inteſtato ſuccederent, nam tunc eſſet locus repræſentationi, cum ipſe teſtator retulerit ſe ad ſucceſſionem ab inteſtato in qua datur repræſentatio, Dec. *conſil.* 79. *num.* 2. Pariſ. *conſ.* 37. *num.* 53. *lib.* 2. Alciat. *reſp.* 774. *n.* 1. *in fine*, *ſecundum primam editionem*. Did. *dicto cap.* 38. *n.* 6. *verſ. octauo*. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 9. *n.* 5. Petr. *de fideicommiſſ. quaſt.* 11. *n.* 136. Menoch. *lib. 4 præſumpt.* 95. *num.* 22. *ad medium*, Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 87. *nu.* 21.

Declaratur alter ex his, quæ dicentur in decimaquarta coniectura.

Vndecima coniectura eſt, quando teſtator immedia- 67 tè vocauit natos ex aliquo, vt ſi dixit, ſubſtituo filios natos ex Titio, vel de Titio, quia tunc repræſentatio non datur, nec concurſus inter patruum, & nepotem, Caſſan. *conſil.* 3 *num.* 10. Menoch. *conſ.* 886. *num.* 18. Intrigl. *dicta centur.* 3. *quaſtione* 87. *numero* 24. Dubiam tamen hanc coniecturam eſſe, dixit Menoch. *conſil.* 124. *numero* 99. *verſic. reſpondetur primo*, *& numero* 104. *& libro 4. præſumpt.* 95. *num.* 25. *verſic. cæterum*, & videnda erunt quæ dixi hoc caſu, an nepotes veniant appellatione filiorum, *queſt.* 321. *num*......

*nu.*149.& Præt.etiam contrarium voluit *de interpr vlt. volunt.fol.*114.*num.*34.*col.ſecunda,in principio*, & quando habita etiam fuit ratio agnationis, admittit Seraph. *d.dec.*1479.*num.*8 [Limitatur ſextò, quando pater poſitorum in conditione mortuus eſt viuo teſtatore, nam tunc in fideicommiſſum eſt in cauſam caduci, & fideicommiſſum caducum remanet apud eos, à quibus fuit relictum *l.vnica.§ pro ſecundo Cod de caduc.tollen. & ibi gloſ.communiter recepta*, & hoc caſu non poteſt dici, quod ſpes aliqua ſit cauſata in perſona fideico miſſarij, quia teſtamentum non habet effectu n, niſi poſt mortem teſtatoris *l.*3.*de adim.legat.*& ita egregiè declarat Curt.iun.*conſ.*96.*nu.*5 Corn.*conſ.*198.*col.*1.*& ſeq.lib.*2.Hier.Gabr.*conſ.*91.*n.*5.*lib.*2.

De hac tamen limitatione vide dicta *ſupra nu.*52.*&* 53.& vide etiam longam diſtinctionem,& claram Hieron.Gabr.*d.conſ.*91.

162 Decl.vt non procedat,quando filij in conditione poſiti eſſent ſub qualitate maſculinitatis, vel de legitimo matrimonio,quia tunc ad eos fiet tranſmiſſio, ne bona vadant ad fœminas, vel ad naturales contra mentem teſtatoris,Curt.ſen.*conſ.*75 *col.*3.Soc.ſen. *conſ.*6.*numero* 13.*conſil.*104.*num.*3.*lib.*3.Ruin.*conſ.*166 *& conſ.*178.*per totum lib.*3.Pariſ.*conſ.*76.*lib* 2.& nos refert, & ſequitur Peregr.*conſil.*70.*num.*3.Curt.iun.*conſil.*258. *numero* 16. *lib.*2.Iaſ.*conſ.*12.*columm.*3.*lib.*3.Dec.*conſ.*397.*nu.*9. *conſil.* 594.*num.*7.Crauet.*conſil.*386.*numer.*3 *& in l.cum filiofamilias,num.*352 *ff.de legat.*1.Odd.*conſ.*54.*num.*10.]Et hanc declarationem probauit & Peregr. *conſ.*55.*nu.*6. *lib.*5.

Sed contra in his terminis de maſculis poſitis in cõditione tenent Curt.iun.*conſ.*69.Ruin.*conſ.*18 *lib.*1.*& conſ.*149.*num.*4.9.*&* 12.*lib.*3.Pariſ.*conſ.*64.*col.*1.*&* 2.*lib.* quos refert & ſequitur Pereg.*d.art.*31.*num.*16 *&* 17.*& maximè num* 16.*verſ.ego autem*,& alij ibi relati loquuntur in his terminis. Soc.iun *conſ.*14.*lib.*4 Iaſ.*conſ.*29.*lib.* 3.Alciat.*conſ.*17 *nu.*4.*& ſeqq.lib.*9. *& ſecundum aliam impreſſionem conſ.*58. Menoc.*conſ.*200.*num* 113.*iuncta facti ſpecie lib.* 2.Peregr.*conſ.*26.*num.*7.*lib.*3.*& conſ.*69. *ead.*Alex.*conſ.*252.*lib.*6.

Idem eſſet, quando aliter poſiti in conditione poſſent dici vocati, vt probat Pereg *d conſ.*65.*nu.*5.*& ſeq. lib.*5.dum reſpondet *ad text.in d §.cum ita*, in quo ſecunda opinio fundamentum habet.

Contra tamen tenent alij *ſupra relati n.*148.

Declaratur ſecundò non habere locum, quia vltimo loco datus eſſet ſubſtitutus in tota, Mantic.*deciſ.Roman.*319.

163 Decimaquinta coniectura eſt, quando ſubſtituti eſſent filij, nam filijs mortuis nepotes veniunt tanquam comprehenſi ſub nomine filiorum, Socin.ſen.*in l.haeredes mei § cum ita.n.*1.*& ſeq ff.ad Trebel.*& ibi Torniel. *num.*64.Rub.*in l.vnica.nu.*92.*C.de his qui ant.apert.tab.* Crau.*in l.cum filiofamilias par.*2.*n.*341.*ff. de leg.*1. Iaſon. *conſ.*154.*colum.*4.*lib.*4. Curt.iun.*conſ.*114.*num.*7. Ruin. *conſ.*179.*num.*7.*in fine lib.*2.Pariſ.*conſ.*53.*column.*3. *& ſeq. lib.*3.Cephal.*conſ.*16.*nu.*42.*lib.*1. Decia.*conſ.*88. *n.*67.*lib.* 2.Menoc.*conſ.*487 *num.*10.*verſ.prima*. Anton.Gabr.*de hæred.inſt.concl.*2.*n.*36. Mantic. *de coniect.vlt.vol.lib.*11. *tit.*10.*n.*17.

164 Contrariam opinionem tenuerunt Ruin.*conſ.*181.*nu.* 4.*lib.*2.Gozad.*conſ.*29.*col.pen.*Alciat.*conſ.*551.*n.*8. Natt. *conſ.*55.*n.*27.

Tenendo primam opinionem.

165 Multo magis procederet, quando teſtator ſubſtitutos & eorum filios vocauit,Dec.*conſ.*515 *col.*1.Par.*conſ.* 50.*col.* *lib.*1.Ruin.*conſ.*130.*col.*2.*lib.*3. Ant.Gabr. *de hæred.inſt.concl.*2.*n.*37. & dictum fuit *ſupra n.*14.

166 Secundo maximè procederet, quando teſtator vocauit natos,& naſcituros,Rub.Alex.*conſ.*8.*nu.*9.Menoch. *conſ.*95.*n.*107.

Ampl.& ſi filij ſuperſtites eſſent ſubſtituti, quia teſtator videtur ſenſiſse etiam de nepotibus exiſtentibus tempore purificatæ conditionis,niſi relatio ſit facta nominatim ad filios inſtitutos,Mantic.*de coniect.vltim.vol. lib.*11.*tit.*10.*nu.*28.*in fine* Hier.Gab.*conſ.*121.*num.*23.*& ſeqq.& n.*29.*&* 30.*lib.*1. ſed de hac ampliatione videnda erunt dicta *ſupra n.*58.*& ſequentibus.* 167

Limit.hæc coniectura, quando ſumus in caſibus, quod filij appellatione non veniant nepotes, de quibus diximus *ſupra qu.*321.ita Menoch.*conſ.*487.*nu.*10.*circa finem*,qui dicit ita loqui Doctores adductos contra hanc coniecturam. 168

Decimaſexta eſt coniectura, quando teſtator ſubſtitutis filijs addidit verba, & hoc intelligatur tam de filijs quam nepotibus in infinitum,quia tunc per expreſſam vocationem admitti debent nepotes filijs præmortuis,Zanch.*in l.hæredes mei,§ cum ita*, *n.*232.*ff.ad Treb.* poſt Dec.*conſ.*15. *col.*1. 169

Contrariam opinionem tenuit Ruin.*conſ.*44.*lib* 2. 170

Decimaſeptima coniectura eſt, quando teſtator ſubſtituit deſcendentem, & eius libero, quia multò magis cenſetur voluiſse ſubſtituere filios filiorum ad portionem aſcendentis præmortui, quando eorum pater mortuus eſt ante illum, cui ſubſtitutus fuerat, Anton. Gabr.*de hæred.inſtit.concl.*2.*num.*38. poſt Ruin.*conſ.*145. *col.vlt.lib.*2. 171

Decimaoctaua coniectura eſt,quando teſtator in ſubſtitutione dixiſset, ſe ſubſtituere non in capita, ſed in ſtirpes,quia tunc locus eſset tranſmiſſioni, Socin.ſen.*in l.hæredes mei*, *§.cum ita*, *num.*57.*in fine*, *ff.ad Trebell.*& ibi Zanch.*nu.*335.vbi loquitur etiam in caſu quod non eſsent poſita verba in infinitum, Socin.ſen *conſ.*104.*col.* 2.*& ſeq.lib.*1.Ruin.*conſ.*30.*nu.*3.*lib.*3.Pariſ.*conſ.*36.*nu.* 5.*conſ.*38.*n.*10.*& ſeq. & conſ* 91. *nu.*24.*lib.*1. Socin.iun. *conſ.*89.*n.*14.*lib.*3. Decia *conſ.*88.*num.*71.*lib.*2. Menoch. *conſ.*13.*num.*33.*& conſ.*124.*nu.*114.*conſ.*793.*n* 25.Odd. *de compend ſubſtit.par.*6.*q.*1.*art.*2.*nu.*18. Mantic.*de coniect.vltim vol.lib.*11.*tit.*20.*nu.*26.*verſ.duodecima*. Alex. Trent.*de ſubſtit part.*4.*cap.*14.*num.*24. Intrigl. *d cent.*3. *quæſt.*47.*n.*15.Viu.*d concl.*844.*nu.*14. Rota Romana in collect.per Farinac.*deciſ.*59.*num.*4.*par.*1. vbi vult idem procedere, licet non ſint expreſsa verba in ſtirpes, ſed tantum in facto colligatur factam eſse vocationem in ſtirpes,vt quando teſtator fratrem, & plures nepotes ex alio fratre ſubſtituiſset. 172

Sed aduerte,quòd hæc coniectura procedit, quando duo ſunt ſubſtituti in ſtirpes, ſecus ſi eſsent ſubſtituti plures,quorum multi eſsent ex vna ſtirpe, & vnus tantum ex alia ſtirpe, quia tunc hæc clauſula operatur ſuum effectum,nec videtur neceſsariò tunc teſtatorem reſpexiſse filios ſubſtitutorum, prout factum fuiſset, quando duo tantum eſsent ſubſtituti, vt conſiderat Zanch.*loco ſupra citato*. & alij omnes,& ita reſpondi ad hanc coniecturam ſuper teſtamento Dom.Angeli Bornati.

Decimanona coniectura eſt, quando teſtator hæredes inſtituit filios,& reciprocum fecit, ſi quis eorum ſine filijs decederet,ſubſtituendo alios filios, quibus non exiſtentibus ſubſtituit extraneum,nam ſi vltimus filius fratris ſine filijs moriatur,præmortuorum filij ſuccederent vigore ſubſtitutionis. Soc.ſen.*in l.hæredes mei*, *§. cum ita,ff.ad Trebell.*& ibi Torniel.*num.*64. Crauet.*in l. cum filiofamilias parte* 2.*n.*341.*ff.de leg.*1. Iaſ.*conſil.*154. *colu.*4.*lib.*4.Curt.iun.*conſil.*114.*col.*2. Viu. de communi atteſtatione,*concl.*844.*nu.*6. & vide quæ dixi *ſupra nu.*142. *& in ſecunda & tertia coniectura*. 173

Contrariam opinionem tenent Soc.iun.*conſ.*30.*n.*18. *& ſe-* 174

& ſequentibus lib.3. Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 64. ff. ad Trebell.* & ibi Zanch. *nu. 235 & ſeqq.* Et videndus etiam erit Odd. *de compend. ſubſtitut. par. 6. quæſtione 1. art. 2. n. 11. & ſequentibus*, vbi alios multos citat, & vide quæ dixi *ſupra n. 143.*

175 Vigeſima coniectura eſt, quando fideicommiſſum eſſet relictum à pupillariter ſubſtituto, quia licet cenſeatur relictum ſub conditione, ſi pupillus deceſſerit in pupillari ætate, attamen per hanc conditionem non impeditur tranſmiſſio, *l. 1. & l. hæredis aditio. ff. quand. leg. ced.* Pereg. *de fideic. art. 31. nu. 23.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita, n. 327. ff. ad Trebell.*

176 Vigeſimaprima coniectura eſt, quando fideicommiſſum eſſet relictum primogenito, quia tranſmittitur. Dec. *conſ. 397. col. 2. in fine.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 328. in fine. ff. ad Trebell.* & latius dixi *q. 387.* vbi retuli diſſentientes.

177 Vigeſimaſecunda coniectura eſt, quando teſtator ſubſtituit Titium proprium filium, & Caium filium vnicum Titij, ea non exiſtente, nam ſi moriantur conditione pendente Titius & Caius, ſi extent alij filij Titij, ad eos fiet tranſmiſſio, vt dictum fuit *ſupra n. 120. 121. & 122.*

178 Vigeſimatertia coniectura eſt, quando ab inteſtato ſuccederent teſtatori hi qui prætendunt ad ſe fideicommiſſum eſſe tranſmiſſum, Zanchus *in leg. hæredes mei. §. cum ita, par. 4. n. 385. ff. ad Trebell.* Ioſeph. Lud. *deciſione Peruſ. 102. nu. 14.* Menoc. *conſ. 487. nu. 14.* Soc. iun. *conſ. 63. n. 7. lib. 4.*

179 Vigeſimaquarta coniectura eſt, quando teſtator in teſtamento fecit aliquo modo mentionem nepotum, quia ad eos fiet tranſmiſſio, vt dictum fuit *ſupra n. 118. & nu. ſequenti*, declaratur procedere, dummodò diſpoſitiuè ſit facta eorum mentio, ſecus ſi ſolum conditionaliter.

180 Vigeſimaquinta coniectura eſt, quando teſtator feciſſet fideicommiſſum, vt perpetuò bona remanerent apud deſcendentes, vel inter alios vocatos, & ſubſtitutos: quia tunc fit tranſmiſſio, Zanchus *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 335. in fine. ff. ad Trebell.* Comenſ. *conſ. 13.* Dec. *conſ. 397. n. 6. & conſ. 574.* Ruin. *conſ. 105. col. vlt. lib. 2. & conſ. 250. col. 3. li. 3.* Pariſ. *conſ. 91. num. 43. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 89. n. 17. lib. 3.* Natta *conſ. vlt. num. 3. lib. 4.* Crau. *conſ. 306. col. 2.* Menoch. *conſ. 93. nu. 119. conſ. 124. nu. 115. conſ. 211. n. 106. conſ. 333. n. 30.* Viu. *d. concl. 844. num. 11.* Caualc. *dec. 19. n. 98. parte 3.*

181 Vigeſimaſexta coniectura eſſet: quando ſubſtitutus eſſet ſenior inſtituto, nam tunc fieret tranſmiſſio ſecundum Odd. *conſ. 37. n. 6.*

Contra hanc coniecturam conſului ſuper teſtamento D. Angeli Bornari, & verè Doctores pro principali communi opinione eam tanquam leuiſſimam non conſiderauerunt.

182 Vigeſimaſeptima coniectura erit, quando veriſimile eſt, quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an vellet locum eſſe tranſmiſſioni, reſpondiſſet velle, Iaſ. *conſ. 233. col. 1. lib. 2.* Brun. *conſ. 8. col. 1.* Pariſ. *conſ. 77. num. 22. lib. 2.* Grat. *conſ. 108. n. 8. lib. 2.* Crau. *conſ. 418. in fine*, Ceph. *conſ. 472. num. 30.* Dec. *conſ. 88. num. 73. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſil. 95. num. 4. & conſ. 96. num. 40. lib. 1.* Menoch. *conſ. 209. n. 21. conſ. 333. num. 41. conſ. 487. num. 15. conſ. 1112. n. 32. & ſeq.* vbi dicit hoc procedere in dubio, Alexand. Trent. *de ſubſtit. par. 4. cap. 14. nu. 23.*

183 Contrariam opinionem tenuerunt, & melius Dec. *conſ. 55. col. pen.* Ruin. *conſ. 181. num. 3. lib. 2.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. nu. 18.* vbi dicit hanc coniecturam per ſe non eſſe legitimam.

184 Intellige tamen hanc coniecturam procedere, dummodò veriſimilitudo colligatur ex dictis in teſtamento, Ruin. *conſil. 181. col. 2. lib. 2.* Dec. *conſ. 55. num. 8.* Alex. Trent. *d. cap. 14. num. 23. in fin.* & videndum erit *ſupra nu. 88. & ſeq.*

Vigeſimaoctaua coniectura eſt, quando non facta tranſmiſſione admitteretur odioſus teſtatori, & quem dixit nolle habere de bonis ſuis Peregrin. *conſil. 43. libro 3.* 185

Prædictæ coniecturæ erunt ampliandæ, & declarandæ ſecundum ea, quæ dicta ſunt *ſupra à nu. 49. vſque ad num. 95.* 186

Notandum etiam eſt, quod vbi agitur de vocatione facta per nomen collectiuum plurium graduum, ſub quo poteſt comprehendi & is qui agit de tranſmiſſione, non erit tractanda quæſtio tranſmiſſionis, ſed quæſtio repræſentationis, vel propriæ vocationis, ita Pereg. poſt alios *conſ. 63. n. 24. vſque ad finem lib. 2.* 187

Et in dubio pronunciandum eſt locum nõ eſſe tranſmiſſioni, Menoch. *conſ. 200. nu. 112.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 191. ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſ. 25. lib. 2.* Alciat. *conſ. 540. nu. 3. & conſ. 185.* Hond. *conſ. 56. in fine, lib. 2.* Sed contra tenent alij à me relati *conſ.... n....* 188

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius in caſibus in quibus tranſmittit fideicommiſſum, poteſt ſuper eo imponere fideicommiſſum, & aliud onus.*

2 *Spes fideicommiſſi conditionalis poteſt alteri legari.*

QVAESTIO CCCCXCI.

Fideicommiſſarius quando poteſt fideicommiſſum tranſmittere, an ſuper eo poſſit fideicommiſſum, vel aliud onus imponere?

Quæro, an fideicommiſſarius in caſibus, in quibus tranſmittit fideicommiſſum, de quibus in præcedentibus quæſtionibus dictum fuit, poſſit fideicommiſſum, vel aliud onus imponere? & poſſe ſcribunt, Bald. *conſil. 63. lib. 1. in nouiſſ. conſil. 200. lib. 1.* Paul. Caſtr. *conſil. 208. dico Dominum, & conſil. 219. præmittendum eſt, column. 2. lib. 2.* Ruin. *conſil. 1. colum. 6. & ſeq. lib. 1.* Iaſ. *in l. 2. quæſt. 22. Cod. de iur. emphit.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 62.* & ibi Forniel. *ante num. 63.* & Zanch. *num. 353. & ſeqq.* vbi *num. 357. circa finem*, alios addit, *ff. ad Trebell.* 1

Et poſſe legari ſpem fideicommiſſi conditionalis volunt Bald. *conſ. 259. ſuper dictis punctis lib. 2.* Ripa *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 62.* & ibi Zanch. *nu. 361. ff. ad Trebell.* 2

QVAESTIO CCCCXCII.

Quæro, an fideicommiſſarius excludat cohæredem repudiante inſtituto? & fideicommiſſarium præferendum eſſe volunt, Angel. *in l. 1. ff. de vulg.* & ibi Imol. & Alex. *n. 27. in fine.* 1

Si tamen fideicommiſſum eſſet relictum à cohærede, is adibit hæreditatem, & illud præſtabit, vt dicam *qu. 631. n. 19.* 2

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio ſi eſſet facta de Petro, & Ioanne, & eorum liberis, vel hæredibus, mortuo Petro non admittuntur eius liberi, vel hæredes, ſed Ioannes, contra num. 4. declara per totam quæſt.*

Amplia.

Ampliatur & ſi iſti liberi eſſent deſcendentes teſtatoris, nu.6.contra nu.7.

Limitatur ſi ſingulariter facta eſt ſubſtitutio Petro, & Ioanni, nu.5.

9 *Subſtitutio ſi ſit facta de Petro & Ioanne, & poſt mortem parentum de eorum liberis, vel hæredibus, altero moriente admittitur ſuperſtes, nec liberi admittuntur, niſi poſt mortem parentum.*

QVÆSTIO CCCCXCIII.

Subſtitutis Petro, & Ioanne, & eorum liberis, vel hæredibus, mortuo Petro, an ſuccedant eius liberi, vel Ioannes?

1 QVARRO, teſtator ſubſtituit hæredi Petrum, & Ioannem, & eorum filios liberos, vel hæredes, moritur Petrus relictis filijs, poſtea euenit caſus ſubſtitutionis, dubitatur, an Ioannes ſuperſtes in totum admittatur excluſis liberis Petri, an verò filij Petri in patris portione admitti debeant? pro Ioanne ſpecialiter nominato ad excluſionem filiorum Petri, tenuit Angel.*conſ.* 306. *chariſſimè*, vbi teſtator ſubſtituit nominatim filias ſuas, & earum hæredes, altera præmoriente decidit ſuperſtitem in totũ ſuccedere excluſis hæredibus præmortuæ, ſequuti ſunt, Socin.ſen.*in l.Gallus,§. etiam ſi parente,nu.*10.Iaſ.*n.*34. vbi plures alios citat, & teſtatur opinionem Angel. eſſe magis communem, & ibi etiam ante hos Aret.& Imol. *ff.de liber.& poſthum.*Ruin.*cõſ.*101.*n.*10.*lib.*2.Curt.iun. *in l.2.n.*14.*C.de ſucceſſ.edict.*Dec.*conſ.*480.*dub.*2.*n.*8.*verſ. venio ad ſecundum*, & in eodem caſu Ruin.*conſ.*115.*n.*19. *lib.*3.& Pariſ.*conſ.*18.*n.*71.*lib.*1.& hos refert, & ſequitur Pereg.*conſ.*65.*nu.*25.*verſ.his accedit,libr.*1.addo Alex. *cõſ.*123.*lib.*1.vbi ſi vocati ſint filij, & liberi alicuius, vult filios tãquam ſpecialiter nominatos præferri, Curt.iun. *conſ.*57.*col.vlt.*vbi approbat Angel.& Alexan.*locis citatis*, per argumentum à ſpeciali nominatione, Zanch.*in l. hæredes mei,§.cum ita,nu.*902.*ff.ad Trebell.* vbi teſtatur de communi opinione Menoch.*conſ.*105.*nu.*36. vbi de communi, & plures alios refert, & dicit filios pręmortuę non poſſe venire, nec iure tranſmiſſionis, & ſenſit *conſ.* 200.*n.*99.vbi dicit, quod ſi teſtator excludit repræſentationem, excludit etiam tranſmiſſionem, & in terminis noſtris excluſa eſt repræſentatio, vt infra dicetur, *nu.*2. Burſat.*conſ.*67.*nu.*1.20.& 21.vbi alios addit, & his accedunt alij relati *q.*485.*nu.*59.

Ratio eſt, quia Petrus & Ioãnes ſunt vocati in ſpecie, ideo Ioannes ſuperſtes in ſpecie vocatus tanquam prædilectus præferri debet filijs Petri vocatis in genere, *l. cum ita,§.in fideicommiſſo,ff.de legat.*2.*l.vlt.C.de verb.ſignif.*ibi *nulla quidem ſpecialis*, ad nominatos enim videtur eſſe maior affectio teſtatoris *l.quoties duobus,ff.de vſufr.l.qui ſoluendo non erat,ff.de hæred.inſtit.generaliter,§.quis ergo,ff.de fideicom.libert.* Et expreſſio ſpecialis pro ſui natura præualet, & derogat generali *l. doli clauſula, ff.de verbor.oblig.l.vxorem,§ feliciſſimo,ff.de legat.*3.*cap. in toto,extr. de regul.iur.*Et quia Ioannes eſt coniunctus Petro, nimirum, ſi non poteſt dici filios Petri eſſe vulgariter ſubſtitutos patri, quia coniunctus præfertur ſubſtituto vulgari, *l.quamuis,C.de impub.* & in ſpecie ſic dicit Pariſ.*conſ.*44.*col.*2.*lib.*3.

Et Ioannes ſuperuiuens dicitur ſuccedere per ius accreſcendi in totum, quia præmortuo Petro, in eius perſona factum eſt caducum fideicommiſſum, & ius accreſcendi locum habet in Ioanne, *l. vnica, §. ſin autem ſub conditione,C.de caduc.toll.*& in terminis noſtris, ſic dicũt Dec.*d.cõſ.*480.*n.*8.*ad medium*, Zanch.& alij *locis citatis*.

Hæcquæ opinio comprobatur ex authoritate alio- 2
rum qui ſimiliter voluerunt, quòd ſi teſtator ſubſtituit aliquos nomine eorũ proprio expreſſo, & eorum filios nomine appellatiuo, vel liberos nomine collectiuo, quod concurſus inter patruum, & nepotem locum non habebit, ſed ſoli nominati expreſſo nomine proprio ſuccedent: & hoc quia ſpecialiter nominati præferri debent, ita poſt multos relatos, ſcribunt Ruin.*conſ.* 101. *num.*10.*lib.*2.Menoc.*conſ.*200.*num.* 1. *& ſeqq.& libr.*4. *præſumpt.*95.*num.* 23.Peregr.*conſil.*65.*number.* 28. *lib.*4. Mantic.*de coniectur.vltim.volun.lib.*8.*tit.*9.*nu.*8.Petra *de fideicommiſſ.q.*11.*nu.*20.*vſque ad num.*44.vbi teſtatur de communi opinione Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.*87.*nu.* 22.Laur.*deciſ.Auen.*37.*n.*19.*& ſeqq.* vbi patet ita iudicatum, alios congeſſi *q.*485.*n.*57.

Quinimò quando vocati ſunt aliqui ſub nomine ap- 3
pellatiuo, & alij ſub nomine collectiuo, vt filij, & eorum deſcendentes, vel fratres, & eorum deſcendentes vocati nomine appellatiuo ſpeciali, excludũt vocatos nomine collectiuo generico, Alex.*conſ.*123.*colu.*1.*lib.*1. Curt. iun.*conſ.*57.*in fine*, Pereg.*d.conſ.*65.*nu.*23. *in tract. de fideicom.art.*21.*n.*45.Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.*8. *tit.*9. *nu.*8.Petr.*d.q.*11.*n.*21.*& ſeqq.*& alios citaui *d.q.*485.*n*...

Sed aduerte, nam Ang.*dict.conſ.*306.loquitur in caſu quando nominatim erant ſubſtitutę filiæ, & earum hæredes, & ex filia prædefuncta non extabant, niſi hæredes extranei, ideo decidit pro filia ſuperſtite contra extraneos hæredes prædefunctæ principaliter, quia iniquum erat, & contra veriſimilem mentem teſtatoris, quod voluerit proprios deſcendentes poſtponere extraneis, & in his terminis loquitur etiam Iaſ.*d.§.etiam ſi parente,n.*34. & res tunc parum difficultatis haberet, & ita etiam intelligit Angelum, eiuſque dictum admittit Soc.iun.*conſil.*20.*lib.*3.vbi ſæpius hoc reperit.

Sed contra, quando vocati ſunt nominatim plures, & 4
eorum filij, & deſcendentes, quod altero præmortuo cũ filijs, iſti cum ſuperſtite ſuccedant, tenent Alex. *in d §. etiam ſi parente,ante nu.*6.*verſ.non omitto*, quod Ang. vbi refert illam deciſ. Ang.*conſ.*306. *in contrarium adductã*, & eam comprobat, & reſpondet ad argumentũ de maiori dilectione ex ſpeciali nominatione, quod procedat in portione ſua quemlibet eſſe prædilectum, non autem in portione alterius. Idẽ tenet Alex.*conſ.*167.*col pen.lib.* 5.Claud.Seiſ.*in d.§.& ſi parẽte,n.*23.ſenſit Iaſ.*in l. vlt.n.* 9.*verſ.prædicta etiã,C.de imp.& alijs ſubſt.*Ruin. expreſsè *in conſ.*28.*lib.* 2. vbi in legato relicto Romano, & Io. Mariæ fratribus, & eorum liberis, mortuo Io. Maria dixit legatum deberi, & filius Io. Mariæ adducit plura, & præcipuè, quia legatũ intelligitur factum filijs cuiuslibet poſt mortem patris, & in parte, in qua pater erat vocatus: & quia filij cenſentur per vulgarem ſubſtitui parẽtibus, quæ ſubſtitutio excludit ius accreſcendi, *l.*2.*§.ſi duo ff.de bon.poſſeſſ.ſecund.tab.*& dixi *ſup.q.*53.*in materia vulgaris.*Idem voluit Moder.Pariſ. *addit. ad Alex.conſ.*
36.*lib.*3.& Soc.iun.*conſ.*20.*lib.*3.& facit etiam ratio, quia 5
qua ratione teſtator prętulit patrẽ, eadẽ ratione voluerit pręferri in illa portione omnem eius poſteritatem, vt in his terminis loquendo de materia tranſmiſſionis, ſic voluit Honded.*conſ.*70.*n.*33.*in fine lib.*1.& Petr.*de fideic.q.* 11.*n.*36. & verè hæc opinio mihi magis videtur cõſentanea menti teſtatoris, licet prima ſit magis communiter approbata, & ita conſului, *vt in conſ.*91. & pro hac opinione ſtant alij relati *ſupra q.*477.*n.*16.vbi dixi liberos præmortui ſuccedere in dimidia.

Quibus accedant etiam Soc.ſen. *conſ.*252.*n.*17.*verſ. ad ſecundam rationem,lib.*2.Dec.*conſ.*384.*n.*4.Ruin.*cõſ.* 168.*n.*11.*lib.*2.Port.Imol.*conſ.*55.*n.*100.Dec.*conſ.*56.*n.* 5.*li.*3.Pereg.*de fideicom.art.*21.*n.*31.Rot.Rom.*deciſ.*426. *n.*4.*verſ.nec præmiſſis,par.*4.*in nouiſſ.*

Non obſtat *l. cum ita §. in fideicommiſſo*, in quo eſt potiſſimum fundamentum tenentium primam opinionem, nam ille text. procedit quando plures per nomen collectiuum plurium graduum vocantur, & inter eos adſunt aliqui ſpecialiter nominati, aliud eſt quando nominatim plures vocantur, & qui ab eis deſcendunt, nam deſcendentes ab vno in locum patris vocantur, ita colligi ex Alexand. dicit Peregrin. & bene, *dict. artic. 21. num. 32.* vbi etiam reſpondet ad aliud obiectum, quod coniunctus excludit ſubſtitutum vulgarem, dicit enim hoc procedere quando pluribus inſtitutis datus eſt ſubſtitutus vulgaris, ſecus verò quando duobus ſinguli ſunt ſubſtituti, vt hic, quia ſunt filij cuiuslibet patri ſuo ſubſtituti.

6 Ampliatur prima opinio, & ſi agatur de deſcendentibus teſtatoris, in his enim terminis loquitur Anchar. *conſil. 390.* Dec. Pariſ. Ruin. & Zanch. citati pro prima opinione.

7 Contra tamen tenent Soc. iun. *d. conſ. 20.* & Modern. Pariſ. *in Addit. ad d. conſ. Alex. 36.* Petra *de fideicomm. q. 11. n. 35. & ſeq.* in portione enim, in qua ductus eſt pater præſumitur teſtatorem, & eius filios prædilexiſſe, arg. *l. cum auus ff. de cond. & demonſtrat.*

8 Declaratur non procedere, quando ſingulariter facta eſt ſubſtitutio, hoc modo, ſubſtituo Petrum, & eius filios in dimidia, & Ioannem, & eius filios in alia dimidia, vel ſic ſubſtituo Petrum & Ioannem, & Petro ſubſtituo eius filios, & Ioanni eius filios, nam cum cuilibet ſint proprij ſubſtituti inter Petrum, & Ioannem licet coniunctos, non poteſt habere locum ius accreſcendi, quia ſubſtitutio excludit ius accreſcendi, *l. vnica § in primo & §. pro ſecundo, C. de caduc. toll.* Bart. & alij *in l. re coniuncti, ff. de legat. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 87.* Peregrin. *de fideicom. art. 9. nu. 13.* & dicam *qu. ſequenti ab hac ſecunda in nono caſu.*

9 Porrò ſi ſubſtitutio de liberis, vel hæredibus eſſet facta poſt mortem parentum, facilius procederet prima opinio, quod ſuperſtes in totũ admittatur, excluſis liberis, vel hæredibus prædefuncti, ita in his terminis loquũtur, Anchar. *conſ. 390.* Dec. *conſ. 480.* qui in eodem caſu conſuluit vna cum Ruin. & Pariſ. vt dictum eſt, Pariſ. *cõſil. 18. per totum, lib. 2.* Menoch. *conſil. 797.* quod tamen conſilium videtur potius concludere contra, nam *vſque ad num. 40. verſ. ſubſtitutio his verbis*, comprobatur opinio pro cõiuncto ad excluſionem filiorum, poſtea abinde infra reaſſumuntur iam dicta, & reſoluitur contrariũ eius quod dixerat in primis verbis conſilij, vbi profitetur ſentire contra filios Clementiæ præmortuæ, verum eſt, quod Menoch. loquitur in terminis vulgaris ſubſtitutionis, ideo videnda erunt omnia argumenta tam ab Anchar. quàm à Pariſ. & Menoch. adducta. Affero ſolum argumentum Anchar. principale, quod fuit, conditionem in forma ſpecifica eſſe implendam *l. Mæuius ff. de cond. & demonſtrat.* & quãdo eſt relata ad plures perſonas, requiritur concurſus omniũ *l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſt.* Vnde cum filij ſint ſubſtituti poſt mortem parentum ſupra nominatorum, vt admittantur requiritur, quod omnes ſint mortui. Verum deciſionem illam Anchar. *conſ. 390.* dubitabilem dixit Pereg. *d. art. 21. n. 43.* & hoc quia ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, ita vt filij cuiuſque poſt mortem parentis ſui ſint vocati, non autem quod omnium mors ſit expectanda. Facilius autem procederet hæc ſententia, quando teſtator pluribus fratribus, vel filijs ſubſtitutis, dixiſſet, quod poſt omnes ſubſtitutos ſuccederent eorum filij, nam tunc filius fratris non poſſet concurrere cum patruo, Ceph. *conſ. 28.* Petr. *de fideicomm. qu. 11. n. 114.*

10 In caſibus autem in quibus dictum eſt ſupra ſpecialiter nominatum præferri, ita demum hoc procedit durante vita illius, poſt enim eius mortem ſuccedent filij etiam prius mortui, ita Petr. *de fideicomm. q. 11. n. 33.* vbi allegat Alexan. *conſ. 167. n. 10. lib. 5.* & Curt. iun. *conſ. 58. ſub n. 4.* & ſenſit Menoch. *d. conſ. 497. n. 33.*

Illud tamen non omitto, quod ſi eſſemus in caſibus, quod pater, & filij eſſent ſimul vocati, quod ſuperſtes non excluderet filios præmortui, Peregrin. ſenſit *de fideicommiſſ. artic. 17. nu. 35.* & eſt veriſſima opinio, quando autem pater, & filij dicantur ſimul vocati, dictum eſt *ſupra qu. 476.* 11

Vnde ſi ſubſtitutus eſſet A. & B. & eorum filij in capita & non in ſtirpes, præmortuo A eius filij admitterentur cum B, ſuperſtite, quia tunc filij cenſentur vocati ſimul cum patre, Hier. Gabr. *conſ. 101. n. 12 lib. 2.* refert, & ſequitur Alex. Raud *deciſ. Piſ. 31. n. 142.* & dixi *d. q. 476. n. 14.* & ita conſului cũ Excellentiſs. D. Bartolomeo Stella ſuper teſtamento D. Horatij Muſſoli, qui D. Camillo hæredi ſine filijs morienti ſubſtituit DD. Andream Eugeniam, & Ciciliam filias ſororis, & eorum filios per capita, & non per ſtirpes, mortuo D. Andrea cum filijs dixi hos concurrere in ſubſtitutione cum D. Eugenia ſuperſtite, vt habetur *in conſil. 91.* 12

De hac etiam materia videnda erunt alia *q. 485. coniectura 13. & ſeqq.* vbi latius hęc materia examinatur cũ pluribus declarationibus, *& in q. 359. & in q. 75.*

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti prius admittuntur in fideicommiſſis alijs excluſis, Ampl. & decl. per totam qu.*

Ampliatur procedere tam in vulgari ſubſtitutione, quã in fideicommiſſaria, n. 2. contra n. 3.

Declaratur vt procedat, quando ſubſtitutio eſt facta ſub vnico verborum contextu, aliàs ſecus, n. 4.

Declaratur vt procedat, dummodò ratio recti ſermonis hoc patiatur, aliàs ſecus, n. 5.

Declaratur non procedere, quando in contrarium extat voluntas teſtatoris vt ſi ad disiunctos habuit maiorem affectionem, n. 6.

Declaratur non habere locum, quãdo coniuncti ſunt extranei, & disiuncti ſunt deſcendentes teſtatoris, numero 6.

Declaratur, quando agitur de coniunctione ſanguinis, nam tam conſanguineus, quàm vtrinque coniunctus admitti debet, nu. 7.

Declaratur non procedere ſi nominatim facta ſit ſubſtitutio, numero 8.

9 *Subſtituti ſi ſunt plures nepotes ex diuerſis fratribus & inuicem ſubſtituti, altero mortuo non ſuccedunt ſolum eius fratres, ſed cum eis etiam patrueles, contra num. 10. decl. num. 11.*

QVÆSTIO CCCCXCIV.

Coniuncti prius in ſubſtitutionibus, an admittantur, an verò ſimul cum eis disiuncti?

QVÆRO, an in ſubſtitutionibus coniuncti prius admittantur: vt eſt quando teſtator aliquos ex hæredibus coniunxiſſet, & verbis in vna parte, & hos vna cum alijs hæredibus inuicem ſubſtituiſſet: & pro regula conſtituendum eſt coniunctos præferri, & his non extantibus cæteros hæredes æqualiter admitti, *l. cohæredi, § q̃ diſcretas*, & ibi Ram Nicol. de Neapol. Bald. Salicet. Paul. Caſtr. Alex. Iaſ *nu. 2.* Alciat. & alij communiter *ff. de vulg.* Bart. *in l. Lucius nu. 18.* & ibi Ripa *nu. 436 & ſeq.* & Alciat. *n. 48. ff. eod.* Bald. *in l. in teſtamento*, & ibi Ang. & Salic. *C. de teſtam.* 1

ſtam. milit. Bart. in l. vlt. in fin. & ibi Angel. Paul. Caſtr. & alij, ff. ad Trebell. Bald. in l. 1. q. 7. num. 21. & ibi Iaſ. Cod. quand. non petent. par. Iaſ. in l. 1. n. 2. vbi dicit communem opinionem, & ibi Dec. nu. 10. in fine, C. de impub. & alijs ſubſt. Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita, n. 396. & nu. 692. ff. ad Trebell. ſecūdum impreſſionem veterem Gulielm. Bened. in dicto cap. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur, il ſecondo, in materia reciproca, num. 8. extr. de teſtam. Alexand. conſ. 30. lib. 2. Iaſ. conſ. 143. num. 11. libr. 4. Dec conſil. 186. num. 4. & conſ. 304. num. 4. Curt. iun. conſil. 11. column. vlt. conſ. 22. nu. 8. & ſeq. conſ. 48. nu. 6. & conſil. 161. num. 4. Ruin. conſil. 126. num. 15. lib. 2. conſil. 128. num. 13. & conſ. 152. nu. 10. lib. 3. Grat. conſ. 18. n. 8. lib. 2. Rub. Alex. conſ. 62. nu. 2. Socin. iun. conſ. 66. n. 5. conſ. 75. n. 24. & conſ. 78. n. 24. lib. 3. Bero. conſ. 48. n. 8. lib. 2. Crau. conſil. 43. & conſil. vlt. n. 5. Non. conſ. 40. n. 2. Decian. conſil. 96. numer. 1. lib. 2. Odd. conſil. 57. Chriſtoph. Torniol. conſil. 95. num. 4. & ſeq. Menoch. conſ. 50. nu. 7. & ſeqq. & latiſſimè plura cumulauit conſ. 198. per totum, vbi teſtatur de communi opinione, & lib. 4. præſump. 75. n. 4. Dur. de arte teſtan. de ſubſt. tit. 5. caut. 12. Ptæt. de interpret. vlt. volunt. fol. 265. ante n. 16. fol. 321. nu. 11. & fol. 343. n. 46. in fin. Alexan. Trent. de ſubſt. par. 5. c. 11. n. 11. Pereg. de fideicom. art. 9. n. 14. Rot. Rom. in collect. per Fatin. deciſ. 67. n. 2. Et ratio eſt, quia duo vincula magis operantur: Et vltra textum in d. §. qui diſcretas, idem probatur in l. vnica, §. ſi verò quidem, C. de caduc. tollen. vbi ſi hæredes inſtituti, vel ſubſtituti partim ſint coniunctim vocati, partim diſiunctim, vno ex coniunctis moriente coniuncti veniunt pro parte hæreditatis, quæ ad eos perueniт: & ibi redditur ratio, quia coniuncti propter vnitatem ſermonis, quaſi in vnum corpus redacti ſunt, & partim coniunctorum quaſi ſuam præoccupant.

Hæcque opinio comprobatur, quia diſpoſitio teſtatoris in ſubſtitutione declaratur à præcedenti inſtitutione, l. Lucius, §. pater puerum, & §. Mæuia, ff. ad Treb. l. 1. Cod. de impub. & al. ſubſtit. vbi partes factæ in inſtitutione, cenſentur repertæ in ſubſtitutione, vt dixi etiā q. 478. Et vix credendum eſt quod teſtator alias portiones dare voluerit in ſubſtitutione, quam dederit in inſtitutione, l. ſi plures, in fine ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Et quod prædilectus in inſtitutione cenſeatur etiam prædilectus in ſubſtitutione, ſcribunt communiter omnes, vt dixi ſupra q. 12.

2 Ampliatur hæc opinio, primò, vt procedat tam in directa, quàm in fideicommiſſaria ſubſtitutione, vt volunt omnes, præcipuè Bart. in l. vlt. n. 2. & 3. & ibi Ang. n. 3. & 4. Caſt. n. 2. & 3. ff. ad Treb. Dec. conſ. 186. Curt. iun. conſ. 22. n. 8. Crau. conſ. 43. nu. 2. quos refert, & ſequitur Odd. d. conſ. 57. addo Torniol. qui comprobat d. cōſ. 95. n. 6. vſque ad finem, & Peregr. d. art. 9. n. 14. vbi alios adducit.

3 Contrariam opinionem, quod text. in d. §. qui diſcretas, procedat ſolum in vulgari ſubſtitutione, non in fideicommiſſaria, probarunt ibi Bald. Imol. & Aret. ſequuti ſunt Ruin. conſ. 168. nu. 12. verſ. ſecundo, & nu. ſeqq. lib. 2. Decian. conſil. 56. nu. 13. verſ. ſecundo, lib. 3. Sed prima eſt verior, & magis recepta.

4 Ampliatur ſecundò, etiam quando teſtator pluribus inſtitutis, altero moriente ſine filijs, alios & eorum filios ſubſtituit, nam licèt præmortuorum filij ſint ſubſtituti cum ſuperſtitibus, quia tamen ſuperſtites fuerunt coniuncti in inſtitutione, in ſubſtitutione vti prædilecti excludent filios præmortuorum, ſecundum Curt. iun. d. conſ. 22. n. 8. Cuius tamen deciſionem reprobaui ſupra qu. 485. nu. 88. & 89.

5 Declaratur primò communis opinio, vt procedat, dummodò coniunctio, & ſubſtitutio ſit facta vnico verborum contextu, aliàs ſecus, Menoch. d. conſ. 50. num. 16. & conſ. 197. nu. 10.

Declaratur ſecundò, vt procedat dummodò ratio recti ſermonis hoc patiatur aliàs ſecus: exemplum, ſi teſtator duos tantum coniunxiſſet, & in ſubſtitutione vocaſſet ſuprauiuentes, nam ex quo numerus pluralis nō poteſt verificari in vno ſolo coniuncto apparet teſtatorem voluiſſe & alios diſiunctos ſimul vocare, Bar. in l. vltima, in fin. ff. ad Trebell. Alex. in l. cohæredi, §. qui diſcretas, n. 3. & ibi Alciat. n. 4. ff. de vulg. Ripa in l. Lucius, n. 38. ff. eod. Comen. conſ. 13. Corn. conſil. 307. n. 3. lib. 1. Curt. iun. cōſil. 69. n. 2. Ruin. conſ. 158. n. 9. & conſ. 168. libr. 2. Hieron. Gab. conſ. 121. n. 20. lib. 1. Decian. cōſ. 96. n. 2. lib. 2. Menoc. conſ. 50. n. 18. verſ. tertio, vbi teſtatur eſſe cōmunem opinionem, & conſ. 198. n. 19. verſ. idem verò, & n. 27. Peregr. conſ. 64. n. 11. lib. 5. & in tract. de fideic. art. 9. n. 14. in fine, hæcque opinio probatur in d. l. vltim. ff. ad Trebell. vbi in plurali locatione ea continentur, quæ aliàs non continerentur, ſi in his non poteſt ſermo ſecundum ſuam proprietatem verificari, & videnda erunt d. ſupra q. 261. limitatione 3. & q. 79. 6

Declaratur tertiò non procedere in coniunctione ſanguinis, vt eſt quando res agitur inter fratres vtrinque coniunctos, & conſanguineos tantum, de quo dictū eſt ſupra qu. 79. 7

Decl. quartò non procedere, quando nominatim facta eſſet ſubſtitutio, quia tunc omnes ſimul cōcurrerent, nulla coniunctionis ratione habita, l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. l. interdum, ff. de hæred. inſtit. Ruin. conſ. 165. num. 8. lib. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 60. num. 14. Pereg. de fideicomm. art. 9. n. 14. ad finem, & art. 20. n. 20. in fine. 8

Declar. quintò non procedere, quando in contrarium conſtaret de mente teſtatoris, vt quia maiorem dilectionem habuiſſet ad diſiunctos, veluti ſi coniuncti eſſent extranei, diſiuncti verò deſcendentes, Doct. in d. l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulg. Dec. conſ. 186. & conſ. 304. Decian. conſ. 96. n. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 50. n. 18. & conſil. 198. n. 21. & n. 27. in fine. 9

Declaratur aliter ex dictis. q. 79. 261. & 477. 10

Sed quid ſi quis habeat nepotes ex pluribus fratribus, & eos inſtituat, & inuicem ſubſtituat; an altero mortuo ſuccedat illius frater, an ſimul cū eo patrueles? & quod omnes admittantur, tenent Ruin. conſ. 152. n. 10. & circa finem, lib. 3. Dec. conſ. 186. col. vlt. verſ. tertio facit, & prope finem, verſ. non obſtat tertio, Crauet. conſ. 43. Soc. iun. conſil. 66. lib. 3. Pereg. conſ. 64. n. 10. & 17. lib. 5. & ibidē pluribus rationibus optimè comprobat: & reſpondet ad argumenta, quę pro contraria opinione adduci poſſent: & loquitur ibi in caſu: quando omnes nepotes erant ſimul coniuncti re, & verbis: aliud enim eſſet dicendum ſi filij ex vno fratre fuiſſent in parte inſtituti, & filij ex alio fratre in alia parte, & inuicem facta fuiſſet ſubſtitutio, nam cōiuncti eſſent præferendi, per dictum, §. qui diſcretas, & ſupra oſtenſum fuit, & concedit Peregr. d. conſ. 64. lib. 5. Et quando omnes ſunt coniuncti, quod per capita vocentur in portionem deficientis, licet alter haberet maiorem ſanguinis coniunctionem, ſcribunt Iaſ. conſil. 72. lib. ... Cagnol. in rub. quand. non petent. par. n. 54. quos refert, & ſequitur Peregr. d. art. 9. num. 8. ante verſ. ex prædictis. 11

SVMMARIVM.

1 Ius accreſcendi non habet locum, quando fideicommiſſarij ſunt omnino diſiuncti, & portio vacans remanet penes grauatum, n. 2. & 3.

4 Ius accreſcendi ceſſat inter coniunctos, ſi teſtator illud prohibuit.

5 Ius accreſcendi in fideicommiſſis non habet locum quando cum taxatiua, vel limitatiua vnus eſt ſubſtitutus

in certa portione tantum, & alter in alia tantum, contra num. 6.

7 *Ius accreſcendi ceſſat in fideicommiſſis, quãdo ſubſtitutis aſſignatæ ſunt partes, & addita clauſula, quod ſint taciti & contenti, nec vltra quicquam petere poſſint.*

8 *Ius accreſcendi ceſſat ſi vnus ſit ſubſtitutus in re particulari, & alter in reſiduo, & mortuus ſit in reſiduo ſubſtitutus, contra ibid.*

Idem è contra, num. 11.

9 *Ius accreſcendi ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure.*

10 *Ius accreſcendi habet locum inter fideicommiſſarios cõiunctos, vel re, & verbis, vel re tantum, contra nu. 13.*

14 *Ius accreſcendi habet locum inter ſubſtitutos coniunctos verbis tantum, contra num. 15. Amplia, numer. 16. & 17.*

18 *Ius accreſcendi non habet locum inter plures fideicommiſſarios, ſi vni vnus ſit ſubſtitutus, & alteri alter, et num. ſeq. decl. n. 22.*

19 *Ius accreſcendi ceſſat inter fideicommiſſarios coniunctos, ſi purificato fideicommiſſo illud ſit renunciatum grauato vel alteri.*

20 *Subſtitutio excludit ius accreſcendi.*

25 *Ius accreſcendi ceſſat in fideicommiſſis, quando ſumus in caſibus, quod fideicommiſſum fuit tranſmiſſum.*

26 *In fideicommiſſis ſi dubium ſit quis potius admitti debeat, is præfertur, in quo ius ſubſtitutionis, & ius accreſcendi concurrunt.*

27 *Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes diuerſo iure.*

QVÆSTIO CCCCXCV.

Ius accreſcendi in fideicommiſſis, vtrum locum habeat?

QVOTIDIANA eſt diſputatio, vtrum ius accreſcendi locum habeat in fideicommiſſis? quia autem verba ſubſtitutionis poſſunt coniunctim, & diſiunctim concipi, ideo conſtituendi ſunt nonnulli caſus.

1 Primus caſus eſt, quando fideicommiſſarij ſunt omninò diſiuncti, vt ſi teſtator dixit, in dimidia hæreditatis Titium ſubſtituo, in alia dimidia, ſubſtituo Caium & ſic duobus verbis diſpoſitiuis eſſent vocati, & tunc ceſſat ius accreſcendi, & portio vacans caducitate, vel repudiatione remanet penes grauatum, & eius hæredes, *l. Lucius, qui habebat, ff. ad Trebell.* & ibi Doctor. Bart. *in l. re coniuncti, colu 7. verſ. tertio quæro*, & ibi alij communiter, *ff. de legat. 3.* Curt. iun. *in l. 1. in fine, C. quand non peten. part. conſ. 82. nu. 12. & 13. & conſ. 259 per totum*, Alc. *conſ. 31. num. 35 lib. 9.* Menoc. *conſ. 528. nu. 20. & ſeqq lib. 6.* Bero. *conſ. 74 nu. 14 lib. 2.* Peregr. *conſ. 32. n. 2. conſ. 69. n. 12. lib. 3. & in tract. de fideic. art. 9. nu. 2. & 4.* Mantic. *de coniectur. vltim. volun. lib. 10. tit. 3. n. 2. in fine*, Præt. *de interpr. vltimar. volunt fol. 208. n. 10. in fin.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 2. excep. 3. n. 98. par. 3.*

2 Diſiuncti etiam dicerentur, licet in vna oratione vocati, quando ad diuerſas res eſſent vocati, ſeu ad corpora diuerſa, nam quo ad effectum, vt ceſſet ius accreſcendi diſiuncti ſunt: exemplum eſt, ſi Titius in bonis vnius territorij Seius in bonis alterius territorij eſſent ſubſtituti, *l. huiuſmodi, §. quibus*, vbi Bart. Imol. Paul. Caſtr. & Iaſ. *ff. de legat. 1.* Paul. Caſtr. *conſil. 406. ſuper primo, lib. 2.* Rom. *conſ. 185. dubio quinto*, Peregr. *de fideic. art. 9. n. 2.*

3 Idem eſſet, quando teſtator ſubſtituiſſet in tali poſſeſſione A, & B, pro diuiſo, videlicet A, à tali parte vſque ad talem terminum, vel locum, & B, à tali loco vſque ad talem locum, nam & hoc caſu ceſſaret ius accreſcendi tanquam inter diſiunctos, Peregr. *d. art. 9. n. 2. poſt principium*, allegat Doct. *in d. l. huiuſmodi. §. 1. ff. de legat. 1.* & Bart. *in d. l. re coniuncti, colum. 9. verſ. ſecundo quæro*, & ibi alij *ff. de legat. 3.* & videantur dicta *infra numer. 8. verſic. ratio.*

Secundus caſus eſt, quando ſumus inter coniunctos, ſed teſtator prohibuit ius accreſcẽdi, & tunc etiam ceſſabit, Bald. *in l. vnica, quæſt. 9. num. 23. C quand. non peten. par.* Paul. Caſtren. *in l. Lucius §. qui habebat, ff. ad Trebell.* Iaſ. *in l. re coniuncti, num. 169.* & ibi Crot. *nu. 52.* & Ripa *num. 133. ff. de legat. 3.* Decian. *conſ. 40. nu. 1. & ſeqq lib. 1.* Menoc. *conſ. 1069. n. 18. & 23.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 2.* Peregr. *d. art. 9. n. 3.* Præt. *de interpret. vltimar. volun. fol. 208. nu. 19.* & in fortioribus relati in ſequenti caſu: Voluntas enim teſtatoris in fideicommiſſis totum facit, *l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonſtr. l. fideicommiſſa §. item ſi quis, in fine, ff. de legat. 3. cum concord.* adductis à Decian. qui loquitur in materia iuris accreſcendi, *conſ. 40. nu. 12. lib. 1.* Ius enim accreſcendi fuit inductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, Doct. *in d. l. re coniuncti, & in l. 1. Cod. quand. non peten. part.* ſed in fideicommiſſis ceſſat hæc ratio, vt omnes vbique in ſpecie, Decian. *d. conſ. 40. num. 2. lib. 1.* 4

Tertius caſus eſt, quando teſtator non expreſsè prohibuit ius accreſcendi, ſed hoc fecit tacitè, ſubſtituendo per taxatiuam, hoc modo: ſubſtituo Titium, & Caium, Titium in tribus vncijs tantum, & Caium in nouem vncijs tantum, vel ſine taxatiua ſic: ſubſtituo Titium, & Caium, ita tamen quod Caius habeat nouem vncias, Titius tres, & in his caſibus locum non habere ius accreſcendi ſcribunt Bald. *in l. 1. colum. vltim. C. de ſecund. nupt. in l. ſi arrogator, colum. 1. ff. de adopt. & in l. 1. colum. 17. C de ſacroſanct. Eccleſ.* Roman. *in l. 1. ff. ſi quis iuſdicen. non obtemp.* & ibi Iaſ. *num. 10.* Idem Iaſ. *in d. l. re coniuncti, num. 147.* & ibi Ripa *num. 50. & numer. 175.* rurſus Iaſ. *in l. in quartam, §. vltim. ff. de legat. 1. & in l. 1. num. 6 C. de teſtam. milit.* Cagnol. *in rub C. quand. non peten. part.* Bero. *conſ. 72. nu. 5. lib. 2.* Decian *conſ. 40. nu. 1. & ſeqq lib. 1.* Menoch. *conſ. 1069. nu. 18. vſque ad nu. 24.* hanc tenet in exemplo, quando appoſita eſt taxatiua, aliàs ſecus, Præt. *de interpr. vltim. vol fol. 208. num. 19. in fine*, Pereg. *de fideicom. artic. 9. num. 4.* vbi dicit eſſe veriſſimam concluſionem. 5

Probatur hæc ſententia *in d. l. Lucius, §. qui habebat.* ſecundum intellectum Bart. & Caſtren. ibi, & hic textus loquitur in terminis ſecundi exempli, quando dictum fuit, ita tamen quod Caius habeat nouem vncias, &c. & ſic quando à deſt. nõ taxatiua tantum, ſed limitatiua, ita tamen. Quod cõfirmatur, quia in limitatis, & certo modo conceſſis ceſſat ius accreſcendi, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* Et facit ratio, quod in his taciti, & expreſſi par eſt virtus, *l. 3. ff. de legat. 1.*

Contrariam ſententiã malè probarunt Iaſ. *conſ. 8. col. 2. & conſ. 71. col. vlt. lib. 3.* Curt. ſen. *conſ. 75.* Capra *conſ. 9. dubio tertio*, Signorol. *conſ. 184.* Bard. *conſ. 16. n. 34.* Menoch. etiam hanc tenet quando non eſt appoſita dictio taxatiua, tantum, ſed fuit dictum ſimpliciter, ſubſtituo Titium, & Caium, ita quod Caius habeat nouem vncias Titius tres, ita *in conſ. 1069. n. 17. & ante nu. 23.* cuius dictum mihi etiam videtur verius. 6

Idem eſſet quãdo ſubſtitutis aſſignatæ ſunt partes cũ clauſula, quod ſint taciti, & contenti, nec vltra quicquã petere poſſint, nam & tunc tacitè ius accreſcendi prohibitum cenſetur, nec propterea locũ habebit, Decian. *conſ. 40. n. 3. lib. 1.* quod tamen declarat *n. 26. & ſeq.* quando hæc clauſula non eſſet appoſita in ipſa ſubſtitutione, ſed ad reſtringendum aliud relictum. 7

Quartus caſus eſt, quando teſtator moriente filio ſine filijs ſubſtituit Titium in domo, vel fundo, vel in tali poſſeſ-

poſſeſſione, vel in mille ducatis, & in reſiduo ſubſtituit Caium,& tunc caducato fideicommiſſo in perſona Caij, Titius particularis fideicommiſſarius non habebit reſiduum iure accreſcendi. Cuman. conſ. 114. dubio primo, Ripa in d.l.re coniuncti,num.72.ff.de legat.3.vbi dicit ita iudicatum à D. Biſigna Auditore Rotæ, & conſultũm fuiſſe per Rolãdum.& Franciſchinum Curtium, ſequitur Peregr.d.art.9.n.5.

Ratio eſt, quia Titius & Caius ſunt diſiuncti omni reali diſiunctione, & ideo non poteſt habere locum ius accreſcendi,etiam quod eſſent verbis coniuncti: ad hoc enim,vt ius accreſcendi locũ habeat, neceſſe eſt, vt portio ſit relicta pro indiuiſo per nomina quotatiua, non autem quod certum corpus, vel quantitas certa relinquatur,ita Aret.in l.3.§.incertũ. ff. de acquir.poſſeſſ. quem refert,& ſequitur Ripa in d.l.re coniuncti, nu.73. Præterea Titius eſt particularis fideicommiſſarius, & legatarius, Caius verò in reſiduo ſubſtitutus eſt fideicommiſ-
9 ſarius vniuerſalis,& ſic ſuccedunt diuerſo iure: At inter ſuccedentes diuerſo iure ceſſat ius accreſcendi, l.ſed cũ patrono ff.de bon.poſſeſſ.l.idem eſt,§.1. & ibi not. Alber.ff. de vſufr.accreſ.l.re coniuncti,vbi Rip.n.180.ff.de legat.3. Doct.in l.vnica C.quando non petent.par.Ceph.conſ.116. numer.14.Craſſ.in §.ius accreſcendi,q.21.num.2.Mantic. de coniect. vltim.volun.libr.4.tit.3.num.1.& ſeq. Pereg. de fideicomm.art.9.num.5.ad finem,Gallus de except.ſucceſſ.tit.2.except.3.n.9.par.3.

10 Contrariam opinionem probarunt alij dicentes Titio particulari fideicõmiſſo accreſcere reſiduum, in quo bonis erat ſubſtitutus,mortuo Caio, ita Iaſ.conſ.32.lib.3. Decian.conſ.40.n.9.& 10.lib.1.& Præt.de interpr.vlt.vol. fol.183.n.49.in fine,idem affirmant Paul. Caſtr. & Iaſ.in d.l.re coniuncti,prout eos refert Ripa ibid.nu.72.vbi etiã adducit eorum argumenta, illiſque reſpondet, vt apud eum videri poteſt.

11 Quintus caſus eſt, quando è conuerſo moritur prius fideicommiſſarius particularis; & quæritur, an accreſcat ſubſtituto in reſiduo, an verò vti caducum remanere debeat hæredi grauato? & de hoc caſu plenius dicam infra quæſt.652.

12 Sextus caſus eſt,quãdo fideicommiſſarij ſunt coniuncti,vel re,& verbis,vel re tãtum, & hoc caſu habebit locum ius accreſcendi,vel nõ decreſcendi,l.ſi mihi.& Titio,ff.de legat.2.l.coniunctim,& l.re coniuncti, ff. de legat. 3.& ibi Gloſ.Bart.col.4.verſ.ſecundo dubitatur, & col.8. verſ.tertio loco,& col 9.verſ.tertio quæro, & ibi Iaſ.n.70. & nu.95.& alij,Gloſ.in l.1.§.vlt.ff.de vſufr.accreſ. Bart. conſ.53.Curt.iun.conſ.83.n.13.lib.2.Burſ.conſ.71.n.11.in fin.& n.ſeq.lib.1.Hond.conſ.49.nu.73.lib.2.qui dicit eſſe communem opinionem, Menoc.conſ.661.ante nu. 4. & conſ.1069.n.15.& ſeqq.Peregr.& conſ.52.n.12.lib.5.& in tract.de fideicom.art.9.num.7.Præt.de interpr.vlt. volun. fol.208.num.19.dum abſolutè dicit in coniunctis locum habere ius accreſcendi,Mantic.de coniect.vltim. vol.libr. 10.tit.3.in princ.Magon.deciſ.Florent.52.num.14. & alij multi ex relatis in ſequenti caſu.

13 Licet contrarium malè tenuerint,Paul.Caſtrenſ.in d. l.Lucius,§.qui habebat,ff.ad Trebell.Pract.Pap.in form.libelli,quo agitur ex ſubſtitutione,Vaſq.de ſucceſſ.tit. de iur. accreſ.num. 103.

14 Septimus caſus eſt, quando ſubſtituti ſunt verbis tantum coniuncti, vt ſi dicit teſtator, ſubſtituo Titium, & Caium quemlibet pro dimidia, vel pro æqualibus portionibus,vel dixiſſet, ſubſtituo Titium in dimidia,Caiũ in alia dimidia,vel ſubſtituo Titium in tertia,in reſiduo Caium, & ſic plures ſunt vocati per vnicũ verbum diſpoſitiuum ad eandem rem conſtitutis portionibus;non pro diuiſo,ſed pro indiuiſo,ita vt videri corporaliter nõ poſſint; & hoc caſu locum habebit ius accreſcendi,d.l. re coniuncti,l.vnica,C.de caduc.tollend.l.filiusfamilias,§. Diuus Seuerus,ff.de leg.1.l.Scæuola,ff.ad Trebell.l.ſi duobus,§.vlt.ff.de legat.1.Bart.in d.l.re coniuncti, & ibi Iaſ.n. 169.Ripa num.179.& Crottus nu. 53. Ripa in l. 1.§.ſed & quoties,col.1.ff.ad Trebell.Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita,n.364.ff.eod.

Et conſulendo Bart.conſil.53.Piccardus,Bal.conſ.373. quæritur,lib.1. Fulgoſ.conſ.17.col.vlt. Anan.conſil.102. vltimo dubio,Paul.Caſtr.conſ.267.in quæſtione,quæ vertitur dubio primo lib.2.Corn.conſ.307.col.1.lib.1.conſil.35. conſil.238.num.3.lib.2.& conſil.65.lib.4.Socin. ſen. conſ. 94.ad finem lib.4.Curt.iun.conſil.81.num.12.& 13.Pariſ. conſil.25.num.12.lib.2.Rub. Alex.conſ.42.& conſil. 52. Soc.iun.conſil.139.num.20.lib.1.Natta conſ.323.num.3. Crauet.conſil.65.n.4.& conſil.316.colum.1.Decian.conſ. 40.lib.1.Menoch.conſ.209.nu.12.conſil.661.nu. 4.& ſeq. & conſil 1069.num.19.& ſeqq. Mantic.de coniect. vltim. vol.lib.11.tit.3.num.1.& ſeqq.Præt.de interpr.vltim.vol. fol.208.num.19.hoc ſenſit, dum dicit abſolutè hoc procedere in coniunctis. Peregr. clarius hoc affirmauit de fideicomm art.9.nu.8.Guid. Pap. quæſt. 335. Rot. Rom. apud Farin.deciſ.506.vbi dicit ita omnes Dominos concorditer tenuiſſe, & ita ego conſului in vna Mantuana conſil. 34.dubio tertio, & in alia de Zannis Brixienſi vti arbiter iudicando,idem ſenſi, & in alia de Remondinis de Manerbio,vt habetur in conſ.100.

Et ratio eſſe poteſt,quia coniunctio verbalis operatur vt coniuncti vnius perſonæ iure fungantur, l.planè,ff.de leg.1.l.vnica,§.his ita,C.de caduc tollend.Bald.in l.quæſitũ in 4.not.ff.de hæred.inſtit.Imol.in l.item per Sabinos, n.3. eod.Rot.Rom.d.deciſ.506.n.3.

Contrarium tamen voluerunt Paul. Caſt. Pract. Pap. 15
& Vaſq.relati ſupra nu.13.& illis addo,Crott.conſ.275. num.55.lib.2.

Ampliatur prima ſententia receptiſſima,etiam in ca- 16
ſu, quando vnus ex ſubſtitutis habebat alium ſubſtitutum,alter verò nõ, nam prius moriente qui nullum habet ſubſtitutum,& poſtea qui habet ſubſtitutum,& vltimo loco grauatum,ſecundò ſubſtitutus ſuccedet per ius accreſcendi,etiam in portione illius, qui nullum habebat ſubſtitutum,& ſic in totum Rot.Roman.d.deciſ.506. p.4.in nouiſſimis,vbi latè comprobat,& dicit omnes Dominos concorditer ita tenuiſſe.

Sed quid ſi prius mortuus eſſet, qui habebat ſubſtitu- 17
tum,& poſtea qui non habebat, videnda erit d.deciſ.Rotæ 506.n.2.verſ.præterea, vbi videtur tenere contrarium; ego tamen adhuc ſentirem pro ſecũdo ſubſtituto, quia per ſubſtitutionem ſecundus ſubintrat in locum primi, l.vlt.ibi in locum,Cod.de hæred.inſtit.l. qui quadringenta, ff.ad Trebell.Rip.in d.l.re coniuncti,n.125.ergo ſicut primus ſi ſuperuixiſſet coniuncto totum habuiſſet, pariter & illius ſubſtitutus habere debet. Idque ſine dubio locum haberet, ſi ſecundus ſubſtitutus expreſsè fuiſſet in locũ primi ſubſtitutus,vt in dict. deciſ.506.nu.2.verſ.quæ omnia.

Octauus caſus eſt,quando teſtator duos inſtituiſſet,& 18
alter tentaũr tunc, vel filios ſuos ſubſtituere, numero 33.
Declaratur non procedere ſi aliter ſit diſpoſitum ſtatuto vel conſuetudine, nu. 34.
Declaratur non procedere de iure canonico. n. 35.
Declaratur non procedere, ſi Princeps permitteret captatoriam voluntatem, n. 36.
Declaratur quando ſubſtitutio eſt ſic concepta, ſiue me ſubſtitueris ſiue non ſubſtitueris, nu. 37.
Declaratur non procedere in ſubſtitutione facta ad honeſtum finem, vt ad hoc, vt bona conſeruentur in familia, nu. 38. contra n. 39.
Declaratur non procedere quando conditio eſt appoſita in perſonam alterius, quã honorati, ſic ſubſtituo Titium ſi pater illius me ſubſtituerit, n. 40. contra n. 41.
49 *Subſtitutio ſi eſt captatoria, quia dictũ ſit te ſubſtituo, ſi me ſubſtitueris, ſi alter impleuit conditionem me ſubſtituendo, diſpoſitio erit valida.*
4 *Captatoria voluntas non valet, & pro non ſcripta habetur, ampl. & decl. per totam quaſt.*
Ampliatur etiam in teſtatore milite. n. 11.
Ampliatur etiam in teſtamento inter liberos, n. 12.
Ampliatur etiam in teſtamento facto coram Parocho, numero 13.
Ampliatur etiam in teſtamento facto tempore peſtis, numero 14.
Ampliatur etiam in teſtamẽto facto tempore belli, n. 15.
Ampliatur etiam in teſtamento facto coram Principe, numero 16.
Ampliatur etiam in Principe teſtatore, n. 17.
Ampliatur v nec valeat pactum approbans illam voluntatem, nu. 18.
Ampliatur ſiue diſpoſitio ſit vniuerſalis, ſiue particularis, numero 19.
Limitatur ſi extet ſtatutum, vel conſuetudo admittens captatoriam voluntatem, n. 34. & n. 80. contra n. 81.
Limitatur de iure Canonico. n. 35.
Limitatur quando Princeps permittit captatoriam voluntatem, nu. 36.
Limitatur fauore pia cauſa, n. 68. contra nu. 69. & 70. ampl. & decl n. ſeqq.
21 *Subſtitutio facta de Titio in omnibus, vt in teſtamento fratris ſuſtinetur.*
22 *Conditio de praeterito non ſuſpendit.*
24 *Subſtitutio de alio, ſi & ille me ſubſtituat, quando valida eſt, procedit dummodo & ille me ſubſtituat.*
25 *Fideicommiſſum reciprocum poteſt fieri à pluribus, qui ſimul faciant teſtamentum, ampl. n. 26.*
26 *Conditio ſuſpendit actum.*
29 *Modus non ſuſpendit diſpoſitionem, & ſtatim ſortitur effectum, ſed reſoluitur eo non impleto.*
42 *Subſtitutio prima, ſi annullatur vti captatoria, ſequentes firma remanent, contra n. 43.*
44 *Ademptio fideicommiſſi, ſi eſt captatoria annullatur, & datio fideicommiſſi firma remanet.*
45 *Ademptio fideicommiſſi inutilis eſt ex eiſdem cauſis, ex quibus inutilis eſt datio.*
46 *Ademptio fideicommiſſi dicitur facta in pœnam, licet hoc non ſit dictum.*
50 *Fideicommiſſum non ſuſtinetur, ſi perſona fideicommiſſarij eſt commiſſa arbitrio alterius, contra nu. 52. ampl. & decl. n. ſeqq.*
Limitatur, ſi electio eſt commiſſa incerto de certis, n. 54. decl. num. 55.
Limitatur, ſi electio commiſſa eſt ſecretò à teſtatore, numero 56.
Limitatur, ſi electio non eſt commiſſa in liberum arbitrium, ſed ſolum data eſt facultas eligendi per verba importantia arbitrium boni viri, n. 58.

Limitatur de iure Canonico, numero 59.
Limitatur, ſi ſtatutum, vel conſuetudo ſint in contrarium, nu. 60.
53 *Teſtamentum fieri ab alio, & ordinari ſi teſtator dixit, illud ſuſtinetur, ſi poſtea teſtator illud approbauerit pro ſuo publicando vel ſubſcribendo.*
57 *Electio fideicommiſſarij, ſi alicui ſecretò eſt commiſſa, ille cum iuramento tenetur declarare voluntatem teſtatoris.*
62 *Fideicommiſſum, ſi confertur in voluntatem grauati, non valet.*
Limitatur, ſi relictum ſit in eius voluntatem per verba importantia arbitrium boni viri n. 63.
Limitatur, ſi dictum ſit grauatum eligere vnum ex ſuis agnatis, vel ex alio certo genere perſonarum, n. 67.
Limitatur in fideicommiſſo relicto ad piam cauſam, nu. 68. contra n. 69. 70. ampl. & decl. n. ſeqq.
Limitatur in teſtamẽto facto a milite etiam noſtri temporis, quando paratus eſt ad bellum, n. 79.
Limitatur ſtãte ſtatuto, vel conſuetudine in contrariũ, nu. 80. contra nu. 81.
64 *Fideicommiſſum collatum in voluntatem grauati non debetur, niſi illo arbitrante, vel exiſtente in mora arbitrandi, & n. 66. contra n. 65.*
82 *Fideicommiſſum quod confertur in voluntatem fideicommiſſarij, valet.*
83 *Fideicommiſſum relictũ in voluntatem fideicommiſſarij, per verba conditionalia, ſi volueris, nõ debetur, niſi fideicommiſſarius verbis, vel factis declaret ſe velle.*
84 *Fideicommiſſum relictum Titio cum voluerit, licet Titius in vita non declarauerit velle, tamen debetur eo mortuo.*
85 *Fideicommiſſum relictum in arbitrium tertij per verba ſi volueris, non valet, contra n. 86.*
Limitatur, ſi relictum eſt ſub conditione alicuius facti poteſtatiui. nu. 87.
Limitatur ſtante ſtatuto, vel conſuetudine in contrarium, num. 88.
Limitatur ſubſtituta pia cauſa, nu. 89.
90 *Fideicommiſſum relictum in arbitrium tertij per verba denotantia arbitrium boni viri, ſuſtinetur, contra numero 91.*
92 *Fideicommiſſum relictum arbitrio tertij per verba importantia arbitrium boni viri, debetur etiam eo non arbitrante, & recurrendum erit ad arbitrium boni viri.*
93 *Fideicommiſſum relictum in arbitrium tertij per verba, cum voluerit, vtile eſt, & eo non declarante tempus, eius morte dicetur declaratum.*

QVÆSTIO DIII.

Fideicommiſſa an poſſint pendere ab alieno arbitrio?

EGREGIA eſt diſputatio, an fideicommiſſa poſſint pendere ab aliena voluntate, & quia Doctores hanc quæſtionem ſimul expediunt, tam in materia inſtitutionis hæredis, quàm legatorum, & fideicommiſſorum, ideo non erit curandum, quod authoritates citandæ probent de inſtitutione, quia & idem de fideicommiſſo iudicandum eſt, pro completa autem cognitione huius vtilis materiæ, tria capita conſtituenda erunt.

Primum caput eſt, cum quis reliquit alteri fideicommiſſum, vel eius filijs, ſub conditione ſi & ille viciſſim ſibi, vel filijs ſuis fideicommiſſum reliquerit, vt ſi dixit, hæredi per fideicommiſſum ſubſtituo Titium, & eius filios, ſi & ille ſuo hæredi me ſubſtituerit, vel meos filios, 1

& non valere fideicommiſſum, & haberi pro non ſcripto probatur in l. 1. ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur, & in l. illæ autem inſtitutiones, ff. de hæred. inſtitut. & ſcribunt, Comen. in l. captatorias, Cod. de teſtament. milit. & ibi Iaſ. numero 9. & Dec. numero 14. Soc. iun. in l. 2. num. 9. ff. de vulgar. & pupill. & in l. ſi quis arbitratus, num. 13. ff. de verbor. oblig. Didac. in c. cum tibi, num. 2. & numer. 13. verſ. ex quibus, extra de teſtam. Dec. conſil. 70. num. 24. lib. 3. Menoc. conſil. 408. num. 2. lib. 5. & conſil. 699. vbi latè num. 7. Pereg. latiſſimè conſ. 31. & conſil. 32. lib. 5. Alc. lib. 1. parer. iur. cap. 31. Ant. Anguſ. lib. 4. emend. c. 15. Coraſ. lib. 5. miſcel. iur. c. 13. Sarmen. lib. 2. Select. interpr. c. 6. Fran. Conan. lib. 10. comment. cap. 6. num. 10. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. § 17. requiſito 27. nu. 79. & de ſucceſſ. Prog. tit. de pupill. §. 13. num. 22. & 23. Peregr. de fideicom. art. 33. num. 60. Rot. Roman. in nouiſſ. deciſ. 543. par. 1. Surd. latè deciſ. 7. 53. 63. 68. 98. 228. & 232. & alij, & ego conſului ſuper teſtamento Dom. Martini Calini, vt in conſil. 40. vbi latè.

2 Contrariam ſententiam probarunt alij volentes, quod ſpe premij ſucceſſionis quis poſſit inuitari ad teſtandum & relinquendum alium hæredem, ſic Iacobus Aretio, Iacob. de Rauen. Petr. Cin. Bald. Salic. Iaſ. qui teſtatur de communi opinione, & Alciat. in l. cum donationis, Cod. de tranſact. & hos refert, & ſequitur Peregr. conſ. 34. nu. 7. verſ. primo dubitabile, lib. 5.

3 Baldus etiam in l. 1. n. 45. verſ. octauo quæritur, Cod. de his quæ pœn. nomin. dicebat, vitiari conditionem ſubſtitutionis, & remanere formam ipſam diſpoſitionis, ſed malè loquitur, & in ſpecie reprehenditur à Surd. d. deciſ. 68. nu. 12. & Menoch. d. conſ. 699. & ego idem cenſui d. conſil. 40. vbi etiam retuli Peregr. ſaluantem Baldum, vt loquatur in modali diſpoſitione, non in conditionali, vt ibi videndum erit.

4 Non eſt igitur recedendum à prima opinione, quòd tota diſpoſitio ipſo iure ſit nulla, & pro non ſcripta habeatur, hæc enim eſt voluntas captatoria, vt poſt alios volunt & comprobant, Did. in d. c. cum tibi n. 2. & n. 13. verſ. hæc tamen, extr. de teſtam. Dec. d. conſ. 70. n. 24. lib. 3. Soc. iun. in d. l. ſi quis arbitratu, n. 13. ff. de verb. oblig. Menoch. d. conſ. 408. n. 2. & d. conſ. 699. n. 2. & ſeqq. Pereg. de fideic. art. 33. n. 60. qui de communi opinione teſtatur, & Surd. deciſ. 68. & latiſſimè deciſ. 98. Et cum ſit voluntas captatoria in totum eſt nulla.

5 Alia ratione etiam annullatur, & inualidatur hæc diſpoſitio, quia ſcilicet ſpe premij inuitat aliũ ad inſtituendum, & ſic per indirectum aufert liberam teſtandi facultatem, quod eſt contra bonos mores, l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. obligat. & dixit Menoch. dict. conſil. 699.

6 Imò Ruin. in conſ. 20. n. 6. & ſeqq. lib. 1. tenet per hanc rationem inualidari diſpoſitionem, non autem ex eo, quod hæc voluntas poſſit dici captatoria, allegat Gloſſ. in l. cum donationis. C. de tranſact. & ibi Bald. Ang. Salic. Paul. de Caſtro, & Alex. Bart. in l. illæ autem inſtitutiones. ff. de hæred. inſtit. & ibi Imol.

7 Quod ſi hæc opinio Ruini, & aliorum ab eo citatorum eſt vera, idem Ruin. ex ea infert, quod ſubſtitutio concepta hoc modo, te & filios tuos ſubſtituo, ſi tu ſimilem feceris ſubſtitutionem de filijs meis, non ſit abſolutè, & in totum nulla, nec pro non ſcripta habeatur, ſed ipſe diſtinguit. Aut apponitur ab eo, qui ſciebat talem conditionem eſſe de iure improbatam, & tunc conditio non vitiat, ſed vitiatur. Aut ignorabat conditionem eſſe de iure impoſſibilem, & ſic reprobatam, & ſubſtitutio vitiatur. Aut dubitabat, an eſſet poſſibilis, vel impoſſibilis, & conditio vitiatur, non vitiat, & in dubio præſumitur, quod dubitauerit, & ſic concludit Ruinus, quod vbicunque conditio vitiatur, & non vitiet, remanet firma ſubſtitutio, ſed tollatur conditio, ſi & ille fecerit ſimilem ſubſtitutionem.

8 Ego tamen non admitto hæc dicta Ruini, nam dum primò tenet hanc non poſſe dici captatoriam voluntatem, loquitur contra communem, cum hęc ſit captatoria voluntas, vt comprobant Did. Decian. Soc. iun. Menoc. Pereg. & Surd. relati ſupra, qui alios pro eadem opinione adducunt: Dum verò diſtinguit quaſi hæc ſit conditio impoſſibilis, non probat, quod conditio iſta, ſi & tu inſtitueris, vel ſubſtitueris, ſit impoſſibilis de iure, nec turpis, nam ſi eſſet impoſſibilis, & turpis inſtitutio, vel ſubſtitutio ſecunda fieri non poſſet, prout in prima diſpoſitione dictũ fuit, & tamen poteſt inſtitutus vel ſubſtitus adimplere conditionem ſibi impoſitam, & valida erit diſpoſitio, nec iudicabitur turpis, nec reprobata, nec captatoria, prout iudicatur prima diſpoſitio. Did. in c. cum tibi num. 13. verſic. hæc tamen, extr. de teſtam. Surd. deciſ. 63. & egregiè deciſ. 68. num 7. verſ. 2. & dicetur in fine huius primi capitis, num. .. & ego idem tenui in d. conſil. 40. num....

9 In alio etiam reprobatur Ruinus loco citato, dum facit diſtinctionem inter conditionẽ impoſſibilem à ſciẽte, vel ignorante impoſitam. Nam non poſſe explicari ad hanc materiam, oſtendit Surd. d. deciſ. 68. vbi prius in ratione dubitandi proponit dicta ab eodem Ruino dict. conſ. 20. Sed poſtea reſpõdendo, n. 7. verſ. 2. & n. ſeq. probat defectum non eſſe in conditione, ſed in ipſa diſpoſitione, vnde diſpoſitio ipſa in totum; vitiatur, ſiue fiat ab ignorante, ſiue à ſciente.

10 Ampliatur primò communis opinio, & ſi conditio ſit relata ad perſonam tertij, hoc modo, ſi Mœuius me ſubſtituerit Seium ſubſtituo, nam non minus eſt nulla diſpoſitio, per quam captatur hæreditas alicuius tertij, quã ea per quam captatur hæreditas ipſius inſtituti, vel ſubſtituti, vt eſt text. in d. l. illæ autem, ff. de hæred. inſt. vt ſcribunt Gloſ. in l. 1. in tertio exemplo, ff. de his quæ pro non ſcrip. haben. & ibi communiter Doctores, Bald. in l. cũ donationis, Cod. de tranſact. & ibi Salic. & Alexand. qui tamen contra alios dicit hanc diſpoſitionem non eſſe captatoriam, ſed eſſe iure improbatam, ſequitur Iaſ. ibi, qui cum alijs tenet diſpoſitionem eſſe captatoriam, Cuman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Doct. in l. captatorias, C. de teſtam. milit. Ruin. conſ. 20. n. 6. & ſeqq. lib. 2. Menoc. conſ. 408. n. 2. in fine, Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. tit. de pupill. §. 13. n. 23. Pereg. conſ. 31. n. 7. lib. 5. & in tract. de fideic. art. 33. nu. 60. vbi dicit eſſe communem opinionem, quod hæc ſit captatoria voluntas, & Surd. deciſ. 101. n. 13 & prædictis, addit, Did. in d. c. cũ tibi, n. 2. extr. de teſtam. Alciat. lib. 2. pererg. cap. 31. Ermon. in epitom. iur. ciuil. lib. 5 tit. 8. circa principium, Conan. libro decimo, iur. Ciuil. tit. 6 fol. 649. litera K. Fran. Sarm. Select. interp. lib. 2. cap. 4. nu. 2. verſ. minus obſtat, quos refert, & ſequitur Surd. d. deciſ. 101. n. 13.

11 Ampliatur ſecũdò etiam in teſtatore milite, quia nec tunc captatoria voluntas ſuſtinetur, l. captatorias, C. de teſtam. milit. & ibi Doct. Did. in d. cap. cum tibi, n. 13. extr. de teſtam. Menoch. conſil. 408. num. 55. verſ. nec repugnat, Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſito 27. nu. 81. Surd. d. deciſ. 68. nu. 5.

12 Ampliatur tertiò etiam in teſtamento inter liberos, Vaſq. d. § 17 requiſito 27. n. 81.

13 Ampliatur quartò etiam in teſtamento facto coram parocho, Vaſq. loco ſupra citato, n. 83. verſ. quarto.

14 Ampliatur quintò etiam in teſtamento facto tempore peſtis, Vaſq. loco ſupra relato, n. 83. verſ. ſexto.

15 Ampliatur ſextò, etiam in teſtamento facto tempore belli, Vaſq. ibi ſupra, n. 83. verſ. ſeptimo.

16 Ampliatur ſeptimò, etiam in teſtamento facto coram Principe, Vaſq. ibi ſupra, n. 83. in fine.

Amplia-

17 Ampliatur octauò, etiam in Principe teſtatore, Vaſq. *loco iam citato*, *nu.* 84.

18 Ampliatur nonò, vt nec valeat approbatio facta de illa voluntate per pactum, Surd. latè *deciſ.* 53.

19 Ampliatur vltimò, ſiue diſpoſitio ſit vniuerſalis, ſiue particularis, Surd. *d. deciſ.* 68. *nu.* 6.

20 Declaratur primò communis opinio, vt procedat quando verba reſpiciunt futurum, hoc modo, ſi me ſubſtitueris te ſubſtituo, ſecus ſi reſpiciant præteritum, vt ſi dictum ſit, ſi me ſubſtituiſti te ſubſtituo, vel ſic, ſubſtituo filijs meis filios fratris mei, ſi & ille filios meos ſubſtituerit filijs ſuis, *l. ille autem*, *& l. hoc articulo, ff. de hæred. inſt. & l. mulier, §. fin. ff. de cond. inſtit.* Did. *in d. cap. cũ tibi, num.* 2. *extr. de teſtam.* Iaſ. *in d. l. captatorias*, *nu.* 9. *ad medium, Cod. de teſtam. milit.* Menoc. *conſil.* 408. *nu.* 2. *ad medium*, Peregr. *conſil.* 31. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 5. *& de fideicom. art.* 33. *num.* 60. *& ſeq.* Surd. *d. deciſ.* 98. *num.* 4. Ruin. *conſil.* 20. *nu.* 4. *lib.* 2.

21 Idem eſt ſi teſtator dixiſſet, ſubſtituo in omnibus Titium, vt in teſtamento fratris mei. Alexand. *conſ.* 81. *column.* 2. *lib.* 6. Dec. *conſil.* 362. *& conſil.* 497. Socin. iun. *conſil.* 75. *libr.* 3. refert. & ſequitur Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 33. *num.* 61. *in fine.*

22 Ratio eſt, quia conditio de præterito non ſuſpendit, *l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet.* ideo diſpoſitio non eſt captatoria, quia cum non ſit ſuſpenſa, ſed ſtatim effectum habeat, nõ dicitur pendere ab alieno arbitrio, ita Ruin. *dict. conſil.* 20. *n.* 14. *lib.* 2.

23 Ampliatur iſta declaratio ſi teſtator vſus ſit verbo ſubiunctiuo, ſi fecerit, ſi ſubſtituerit, quod verbum ſubiunctiuum habet ſignificationem temporis præteriti, & futuri, ſed refertur ad præteritum, vt in ſpecie Bart. *in d. l. hoc articulo, in prima oppoſitione, ff. de hæred. inſt.* & ibi Imol. & Cum. Rimin. iun. *conſ.* 392. *n.* 96. *& conſ.* 491. *nu.* 6. quos refert, & ſequitur Pereg. *conſ.* 31. *n.* 2. *lib.* 5. & hoc vt actus valeat, iuxta regulam *l. quoties, ff. de reb. dub.* nam aliàs regulariter verbum ſubiunctiui temporis in vltimis voluntatibus refertur ad futurum. *l. ſi ita ſcriptũ, & l. ſolemus, ff. de condit. & demonſtr.*

24 Intellige tamen hanc declarationem procedere, dummodò verũ ſit quod alter in præteritum ſubſtituerit, ſecus ſi non ſubſtituiſſet, quia ſubſtitutio redderetur inualida defectu conditionis, Pereg. *d. conſ.* 31. *n.* 3. *lib.* 5. allegat *l. hoc articulo, & l. Clemens, §.* 1. *ff. de hæred. inſt.* & videndus erit Surd. *d. dec.* 98. *in fin.* vbi dicit non eſſe validam diſpoſitionem, niſi alter de præterito diſpoſuiſſet, & ſubſtituendo poſt, non conualidatur diſpoſitio.

25 Declaratur ſecundo non procedere, quãdo duo ſimul facerent teſtamentum, & fideicommiſſum reciprocum, de quo eſt tex. *in l. captatorias, ff. de hæred. inſtit.* & ſcribũt Bart. *in l.* 1. *circa fin. Cod. de his quæ pro non ſcript.* & ibi alij Doctores Bald. *in l. licet, C. de pact.* & ibi Salic. Paul. de Caſtr. Iaſ. & Alciat. Vil. *in §. pluribus inſtit. tit. de teſtamen.* Petr. Pech. *de teſt. coniu. lib.* 1. *c.* 17. Surd. *deciſ.* 98. *n.* 4. Peregr. *de fideicomm. art.* 33. *nu.* 62. *& conſil.* 34. *lib.* 5. vbi loquitur quando duo teſtamenta ſeparata à duobus ſunt facta, & vnus ſubſtituit filios alterius, vt alter ſuos ſubſtitueret, & alter poſtea teſtando ſubſtituit.

26 Idem eſt, ſi ex interuallo à duobus ſint facta cum fideicommiſſo reciproco, vt ſupra, ita Ruin. *conſil.* 20. *nu.* 11. *lib.* 2. quem refert, & ſequitur Peregr. *d. conſil.* 34. *nu.* 2. *in fin. libr.* 5.

27 Declaratur tertiò, vt prædicta procedant, quãdo diſpoſitio eſt conditionalis, vt ſi dictum ſit, ſubſtituo te, ſi me ſubſtitueris: aliud enim eſſe quando diſpoſitio eſſet modalis, vt quando fuit dictum, ſubſtituo te, vt me ſubſtituas, quia tunc reiecto modo à iure improbato, ſuſtineretur ſubſtitutio, Ruin. *conſil.* 20. *col.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Pereg. *de fideicom. art.* 33. *n.* 63. *& ſeq.* vbi dicit, quod hęc declaratio iuuaret per viam exceptionis, *& conſil.* 34. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 5.

28 Probatur primò hæc ſententia ex his, quæ ſcribit Gl. *in l. cum donationis, C. de tranſact.* vbi licet non valeat liberatio creditoris ſub conditione, ſi eum inſtituat hæredem, attamen valet ſub modo, vt eum inſtituat hæredem, & Gl. ibi ſequuntur Doct. communiter, Angel. & alij *in l. impoſſibilis, ff. de verb. oblig.* ergo pariter idem dicendum erit, quando fit ſubſtitutio.

29 Secundò facit, quia conditio ſuſpendit actum, *l. cedere diem ff. de verb. oblig.* Sed modus non ſuſpendit, Imò ſtatim ſortitur effectum, licet reſoluatur eo nõ impleto *l. cum ab eo C. de contrah. emp.* Bart. *in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtrat.* ergo ſubſtitutio remanebit firma, & tolletur onus ſimilem ſubſtitutionem faciendi, & hoc argumento vſus fuit Ruin. *d. conſil.* 20. *lib.* 2. *nu.* 2.

30 Accedit tertiò *lex filiusfamilias, §. vt quis hæredem, ff. de legat.* 1. *& l. ex facto, in princ. ff. ad Trebell.* vbi ſi quis inſtituatur, & rogetur, vt aliquem hæredem faciat ſuſtinetur inſtitutio, ſed non valet onus alium inſtituendi hæredem, & idem dicit Paul. de Caſtr. *in dictis iuribus*, & Imol. *in d. §. vt quis hæredem*, ergo & in hoc caſu tolletur onus ſimilem ſubſtitutionem faciendi, & remanebit firma ſubſtitutio iam facta, & hãc eſſe efficacem rationem, dicit Ruin. *d. conſ.* 20. *num.* 3. *lib.* 2. vbi ſubdit, quod modus reijcitur tanquam turpis, & quod à ſubſtituto non aufertur libera facultas teſtandi, quia poteſt non facere ſimilem ſubſtitutionem.

31 Quartò additur, quod ſubſtitutio concepta ſub conditione de præterito ſuſtinetur *d. l. illa autem inſtitutiones, & d. l. in hoc articulo ff. de hæred. inſtit.* & dictum eſt ſuprà in prima declaratione. Ratio eſt, quia tunc diſpoſitio non ſuſpenditur, *l. cum ad præſens, ff. cert. pet.* & ſi non eſt ſuſpenſa diſpoſitio: captatoria dici non poteſt, ſed ſtatim effectum habet, nec dicitur ab alieno arbitrio pendere: ergo idem erit in ſubſtitutione ſub modo facta, quia pariter modus eam non ſuſpendit, vt in ſecundo argumento.

32 Contrariam tamen opinionem, quod nulla ſit differentia inter diſpoſitionem conditionalem, & modalem, tenuit Didac. *in d. cap. cum tibi, num.* 13. *verſ. hac tamen, extr. de teſt.* vbi reprehendit opinionem Ruini contrariũ tenentis, & ibi aſſignat rationem differentiæ inter caſum, Gloſſ. *in l. cum donationis, C. de tranſ.* de qua in primo argumento pro prima opinione, & caſum, de quo agitur quando ſumus in vltimis voluntatibus, nã Gloſ. loquitur in cõtractibus factis ſub modo, & quia ibi vtriuſque turpitudo concurrit, potior eſt conditio poſſidentis, quæ ratio ceſſat in vltimis voluntatibus, in quibus nec poſſeſſionis ratio, nec vtriuſque turpitudo poteſt conſiderari. Accedente, quod ſi modus eſt turpis, impeditur actio, ſecundum Corn. *conſ.* 251. *lib.* 4. & ſentiunt Gl. & Doct. *in d. l. cum donationis*. Vnde concludit Didac. tam captionem, & turpitudinem conſiderari in inſtitutione, vel ſubſtitutione modali, quàm conditionali. & ideo nullam inter eas poſſe conſtitui differentiam, & contra Ruini opinionem, eum reprehendendo, tenuit Sarmient. Select. *interpr. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 4. *& ſeq.* Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ.* 543. *in fin. par.* 1. Surd. *deciſ.* 68. *in fin.* & cum his ego tranſeo.

33 Declaratur quartò non habere locum, quando ſubſtitutio eſſet facta ſimpliciter, & poſtea diſpoſitiuè eſſet adiunctum onus, quod alter teneretur eum, vel ſuos filios ſubſtitueret, Pereg. *conſil.* 31. *n.* 18. *in fin. & conſil.* 34. *num.* 4. *libr.* 5.

34 Declaratur quintò nõ procedere, quando extaret ſtatutum, vel conſuetudo, quod tales diſpoſitiones valerent iuxta dicta infra *n.* 80. & in terminis hoc voluit Vaſq. *de*

 ſucceſſ.

ſucceſſ. progr. libr. 2. §. 13. tit. de pupill. numer. 22. 23. 24. & 25.

35 Declaratur ſextò non habere locum de iure Canonico, ſecundum magis communem opinionem, teſte Vaſquio, *de ſucceſſ. creat. §. 17. requiſito 27. num. 83. verſ. quinto.* quod etiam ſenſit *de ſucceſſ. progr. §. 13. lib. 2. tit. de pupill. num. 15. & ſeqq.*

36 Declaratur ſeptimò, vt non procedat, ſi Princeps permitteret captatoriam volũtatem, Vaſq. *d. §. 17. requiſito 27. n. 86. verſ. & eadem ratione.*

37 Declaratur octauò, vt non procedat, quando ſubſtitutio eſſet ſic concepta, ſiue ille me ſubſtituerit, ſiue non ſubſtituerit, & ſic in caſu tam licito, quam illicito, Peregr. *d. conſ. 31. num. 37. & conſ. 32. ante num. 13. lib. 5.* Surd. *deciſ. 228. col. 2.*

38 Declaratur nonò non habere locum, quando ſubſtitutio ſub viciſſitudinaria conditione eſt facta ad honeſtum finem, vt puta ad hoc, vt bona in agnatione, & familia conſeruentur, quia tunc ſubſtitutio remanet firma, & tollitur conditio, ſi & tu me, vel filios meos ſubſtitueris, vt ſcribit in ſpecie Ruin. *conſil. 20. num. 10. & ſeqq. lib. 2.* vbi reddit rationem, quia etiam conditio de iure impoſſibilis vitiat diſpoſitionem *l. ſeruo manumiſſo, ff. de condit. indeb.* & tamen ſi ad bonum, & honeſtum finem ponatur non vitiat, *l. legatum Ciuitati, ff. de vſufru. legat.* Imol. *in l. 1. colum. penult. verſ. quarto facit.* vbi de conditione impoſſibili, *& col. vltim. verſ. quid autem ſi fiat*, vbi loquitur de modo impoſſibili ad honeſtum tamen finem, Directus poſt Bart. *ibi nu. 5.* & ratio rationis eſt, quia finis regulat omnem diſpoſitionem, & talis iudicatur diſpoſitio qualis eſt illius finis, vt dicit Surd. *deciſ. 68.* qui loquitur in ſpecie voluntatis captatoriæ, vt eſt propoſita quæſtio noſtra.

39 Sed tamen contrarium in caſu, quo ſubſtitutio erat facta pro conſeruandis bonis in agnatione, & per plures gradus vocati erant agnati maſculi, conſuluit Menoc. *conſ. 699. lib. 7.* & in illo iudicauit caſu Senatus Mantuæ, vt apud Surd. *deciſ. 7. 53. 63. 68. & 98.* ibi enim declarata fuit nulla diſpoſitio tanquam captatoria, & idem ſenſit in eodem caſu Peregr. *conſ. 31. & conſ. ſeq. lib. 5.*

40 Declaratur decimò non procedere, quando conditio eſt appoſita in perſonam alterius, quam honorati, hoc modo: ſubſtituo Titium, ſi & pater illius me ſubſtituerit: Nam cum leges loquentes de voluntate captatoria non faciant mentionem de hoc caſu, & ſint exorbitantes, non debent extendi, vt per plura comprobat Peregr. *conſ. 31. num. 5. & ſeqq. & num. 17. & ſeq. & conſil. ſeq. num. 4. lib. 5.*

41 Verum tamen eſt, quod in eadem cauſa, ſuper qua conſuluerat Peregr. contrarium fuit iudicatum à dicto Senatu Mantuæ, vt apud Surd. *d. dec. 63. 68. & 98.* & cõſulendo in eadem cauſa ſenſit Menoc. *d. conſ. 699.* dum ibi concludit eſſe voluntatem captatoriam illam, de qua agebatur, vt patet in facti ſpecie ibi propoſita.

42 Sciendum tamen eſt, quod ſi ſubſtitutio tanquam captatoria eſſet annullata, quod tamen ſequentes ſubſtitutiones firmæ remanent, vt ſi dictum ſit, ſubſtituo fratrem meum ſi & ille in ſuo teſtamento filijs ſuis ſubſtitueret filios meos, & ſi non ſubſtituet ſubſtituo proximiorem agnatum, nam annullata ſubſtitutione de fratre, tanquam captatoria, firma remanebit ſequens ſubſtitutio de proximiore agnato, vt voluit Peregr. *d. conſil. 31. num. 19. & ſeqq. vſque ad finem, lib. 5. & conſ. ſequẽti, num. 6. & ſeqq.*

43 Contrariam tamen opinionem in eodem caſu tenuit Menoch *d. conſ. 699.* & iudicauit Senatus Mantuæ teſte Surd. *deciſ. 228.*

44 Illud verò omittendum non eſt, quod ſicuti ſubſtitutio captatoria annullatur, eodem modo ſi ademptio, fideicommiſſi eſſet captatoria annullaretur, & firma remaneret datio, & ſubſtitutio.

Probatur iſta opinio per text. *in l. legata inutiliter, §. quibus ex cauſis ff. de adim. legat.* vbi dicitur, quod quibus ex cauſis datio legati inutilis eſt, ex eiſdem cauſis inutilis eſt ademptio, & ita hoc argumento vſus fuit Peregr. *de fideic. art. 33. in fine, & conſ. 55. nu. 2. lib. 3.* & quæ dicta ſunt *hac quaeſt. in fine.* 45

Secundò facit ratio, quia ademptio dicitur facta in pœnam, licet hoc non ſit dictum, *l. 1. §. item ſi ita, ff. ad legem falcid.* & ibi Gloſſ. Alexandr *in l. ita ſtipulatus, column. penult. ff. de verb. obligat. cum alijs adductis* à Ruin. *conſil. 20. numer. 5. libr. 2.* ſed ademptio facta in pœnam non impletæ conditionis à iure improbatæ non valet, *per l. 1. C. de his quæ pœnæ nomin.* & ibi Doctor. communiter, *& in §. finali, inſtitut. titul. de leg.* Bartol. *in l. 1. ff. de his quæ pœnæ nomin.* Ergo cum ademptio nulla, non ſit ademptio argumento *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & l. non putauit, §. non quamuis ff. de bon. poſſ. cont. tab.* ſequitur, quod ademptio ſit ſublata, & remaneat firma ſubſtitutio, & ita arguit Ruin. *d. conſ. 20. nu. 5. lib. 2.* 46

Tertio in ſpecie ita voluerunt, Bald. *in l. captatorias, in 6. quaeſt. ff. de teſtamen. milit.* & ibi Salic. & Iaſ. *nu. 2.* idem Bald. *in l. 1. n. 4. verſ. octauò quæritur, C. de his quæ pœna nom.* Guliel. Bened. *in cap. Raynutius, in Gloſſ. in verb. condicit, n. 4. extr. de teſtam.* Ruin *conſ. 20. n. 5. lib. 2.* Peregr. *conſ. 55. numero 2. & 3. & conſ. 31. nu. 4. & conſ. 32. nu. 5. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 33. in fine,* Ioſeph. Ludou. *concl. 24. verſ. quinto ſicut.* 47

Hæc tamen, quæ dicta ſunt de ademptione, ſupponunt primam diſpoſitionem, ſeu dationem eſſe validam vt eſſet quando eſſemus in caſibus, quod remanet firma ſubſtitutio, & tollitur conditio, ſi & me ſubſtitueris, nam datio remaneret firma, etiam quod additum eſſet quod annullaretur, & admitteretur ſubſtitutio, caſu quo aliter factum fuiſſet. & in his terminis loquitur Peregr. *dicto conſ. 31. & conſ. 32.* & ante eum, Ruin. *d. conſil. 20. libr. 2.* & ego latius hanc materiam ademptionis declaraui, *in conſ. 40. dub. 1.* 48

Pro compleméto huius primi capitis etiam videndũ eſt, quando ſubſtitutio eſt captatoria, & ſic in totum annullatur, an ſi inſtitutus, vel ſubſtitutus ſub conditione, ſi me hęredẽ fecerit, vel filios meos, vel illos ſubſtituerit adimpleuerit conditionẽ me hęredẽ inſtituendo, vel filios meos, vel ſubſtituendo talis diſpoſitio ſit valida, an verò vti copioſa, & extorta, ſpe lucri, ſit nulla. Hic articulus fuit diſcuſſus Mãtuę in vna de Gonzagis, & cõcluſum ab illo Senatu, diſpoſitionem eſſe validam, vt apud Surd. *deciſ. 63.* vbi dicit ita ſenſiſſe Caſtr. *in l. captatorias, n. 4. C. de teſtam. milit.* dũ dicit ideo captatoriam dici diſpoſitionem, quia captari poſſet inſtitutus, ſi inſtitueret teſtatorem primum, & ille poſtea reuocaret ſuam diſpoſitionẽ, & ſic inſtitutus remaneret deceptus, per quę verba Caſtrẽſis ſupponit, validam eſſe diſpoſitionem inſtituti, idem apertiùs voluit Didac. *in d. c. cum tibi, nu. 13. verſ. hac autẽ. extr. de teſt.* vbi aſſerit nullo iure probari, quod nulla ſit diſpoſitio facta ab inſtituto adimplendo conditionem ſibi impoſitam à teſtatore eum inſtituendo, & Surd. multis argumentis hanc opinionem comprobat, & ad contraria reſpondet *in d. deciſ. 63.* & egregiè etiam in eadem cauſa loquitur, *deciſ. 68. nu. 7. verſic. ſecundo reſpondeo,* idem tenent Peregr. *conſ. 31. num. 6. & conſ. 34. n. 9. lib. 5.* 49

SECVNDVM caput eſt, quando perſona fideicommiſſarij eſt commiſſa arbitrio alterius, vt ſi dictum ſit, ſubſtituo quem Titius declarauerit, vel elegerit, vel voluerit, & tunc non ſuſtinetur fideicommiſſum, quia hæc eſt captatoria voluntas *l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit.* & ibi 50

& ibi Gloſſ. in ſecundo caſu, Bart. Bald. Imol. Paul. Caſt. & alij ibi Gloſſ. in d. l. captatorias, & ibi Alexand. Iaſ. & Dec. n. 11. C. de teſtam milit. Imol. in l. centeſimis, §. ita ſtipulatus, & ibi Alexand. ff. de verb oblig. Soc. ſen. in l. verũ, §. cum quidam. n. 1 ff. de reb. dub. Ruin. conſil. 21. num. 6. lib. 2. Pariſ. conſil. 38. num. 37. & ſeqq. lib. 3. Alciat conſi. 92. lib. 6. Crauet. conſil. 445. num 15 Menoch. conſ. 408. n. 6. & ſeqq vſque ad finem, vbi dicit ſecundum omnes non valere, licet aliqui dicant hanc eſſe captatoriam diſpoſitionem, ſed iure improbatam, & alios addit conſ. 1123. nu 16. conſil. 699 nu. 1. & conſ. 1152. num. 4. Surd. conſil. 264 n. 5 lib 2. Pereg. conſ 55 lib. 3. & in tract. de fideicom. art. 33. nu. 52. & ſeqq. Petr. Pecch. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 12. Tiraquell. de legib. connub. Gloſſ. 5. nu. 95. Roder. Suarez. in tract. de captat volunt. n. 2. 3. & 16. Vaſ de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſ. 27. nu. 79. Præt. de interpret. vltim. vol fol. 16. n. 4. fol. 186. n 9. & fol. 328. nu. 65. & ſeqq. Seraph. deciſ. Roman. 1210. n. 2.

51 Ratio eſt, quia cum teſtamẽtum ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia, l. 1. ff. de teſtam. impoſſibile eſt, quod voluntas vnius ſit voluntas alterius, volũtas enim nil aliud eſt quam anima volens, vnde impoſſibile eſt, quod anima vnius ſit anima alterius, vna & eadem in ſubſtantia, & hanc rationem adduxerunt, Bald. Angel. Roder. Pariſ. & alij relati à Menoch. conſ. 408. n. 9. & ſeq.

52 Contrariam opinionem, quando dictum fuit, quem Titius elegerit, vel declarauerit, &c. probarunt, & malè Angel. in d. l. centeſimis, §. ita ſtipulatus, & ibi Paul. Caſt. col. 2. ff. de verb. oblig.

Ampliatur hoc caput multipliciter, prout ampliatum fuit primum.

53 Limitatur primo hoc caput, vt non procedat quando teſtator commiſit alicui, vt teſtamentum ſuum ordinaret, & ille ordinauerit faciendo teſtamentum, & fideicommiſſum, & poſtea teſtator illud teſtamentum pro ſuo approbauerit ſubſcribendo, vel publicando, nam tunc omnia contenta valebunt, Corn. conſ. 258. col. 2. lib. 2. Peregr. de fideicommiſſ. art. 33. n. 66.

54 Limitatur ſecundò, quando electio eſt commiſſa incerto de certis, vt quando ex certo genere perſonarum commiſſa eſt, vt ſi teſtator dicat, ſubſtituo illũ ex agnatis meis, quem Titius eliget, procedit enim concluſio, quando incertus de incertis eligendus eſſet, quo caſu dictum fuit fideicommiſſum non ſubſiſtere, ſed quando commiſſio eſt facta incerto de certis, ſubſtantia diſpoſitionis non dicitur collata in voluntatem alterius, & eius arbitrium, ſed tantum qualitas, & quoddam acceſſoriũ, hoc eſt illa electio perſonæ, & ita loquitur tex. in d. l. verum, §. cum quidam. ff. de reb. dub. & in l. vnum ex familia per totum, ff. de legat. 2. & in vtroque loco, Doctor. Cin. in d. l. captatorias, & ibi Iacob. Butrig. Bart. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. Corn. num. 19. & Dec. n. 12. C. de teſtam. milit. Bart. in l. captatorias, ff. de legat. 1. & ibi Padill. vbi numero 2. in fine dicit, non facta electione omnes eſſe admittendos, idem etiam dicit numero 23. & num. 24. declarat Bartol. in l. illa inſtitutio, numer. 9. ff. de hered. inſtitut. Imol. in l. captatorias ff. eod. Socin. ſen. in l. verum, §. cum quidam. num. 7. ff. de reb. dub. Ripa in l. ex facto nu. 4. ff. ad Trebell. Did. in cap. cum tibi, nu. 11 extr. de teſtam. Et conſulendo Angel. conſ. 220. Alex. conſ. 175. n. 6 lib. 6. Pariſ. conſ. 38. nu. 45. & ſeqq. lib. 3. Alciat. conſ. 92 lib. 9. Boro. conſ. 23 lib. 1. Crauet. conſ. 36, in fine, Ceph. conſil. 702. n. 22. & ſeqq. Menoc. conſil. 408 num. 24. verſ. ſextus ex caſus, & nu 27 & ſeqq. mult. & ita intelligendus eſt in conſil. 1110. nu... & conſil. 1154. n. 4. & ſeq. Surd. conſ. 264. n. 20. verſ. ſecundo & n. 21 lib. 2.

Et in tractatibus Roder. Suarez. tract. de captat. volun. num. 6. verſ quod intellige, qui teſtatur eſſe communem opinionem, Gomeſ. tom. 2. var. reſol. cap. 12. de legat. numero 48. Petr. Pecch. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 12. col. penult. verſ. ſecunda concluſio, Lud. Molin lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 4. numero 4. Præt. de interpr vltim. volunt. fol. 186. numero 9. & fol. 328. numero 66. & num. 74. in quibus locis dicit, non facta electione omnes eſſe admittendos, Peregrin. de fideicomm. art. 33. nu. 57. Rota Romana ſenſit in collect. per Farinac. deciſ. 263. parte 1. & Seraph. d. deciſ. 1219.

Sublimitatur, quando numerus certorum eſſet adeo magnus, vt veriſimiliter vno non electo, omnes concurrere non poſſint, vt ſi commiſſa ſit electio vnius Ciuis Brixienſis, Soc. ſen. in d. l. verum, § cum quidam, nu. 7. & ſeq. ff. de reb. dub. Pariſ. d. conſ. 38. n. 49. lib. 3. Peregr. d. art. 33. nu. 57. in fine. 55

Limitatur tertiò, quando ſecretò electio commiſſa eſt à teſtatore, vt ſi dixit, ſubſtituo quem Titius elegerit, prout ſecretò commiſſi, l. Teopompus. ff. de dot. præleg. l. quem heredi, ff. de reb. dub. Bart. in d. l. Teopompus, col. 2. verſic. quæro dixit, Imol. in l. Lucius, §. vltimo ff. de legat. 2. Paul. Caſtrenſ. in l ſi ita ſcripſero, num. 2. & ibi Soc. ſen. in fine. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in d. l. quem heredi, & ibi Paul. Caſtr. col. 1. Anchar. in c. 3. & ibi Imol. extr. de teſtam. rurſus Bart. conſ. 168. Angel. conſ. 220. Cuman. cõſil. 107. & conſil. 117. colum. vlt. Alexand. conſ. 54. col. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 19. num. 5. & 8. & conſil. 21. num. 10. lib. 2. Cephal. conſil. 702. num. 27 & ſeq. Surd. conſ. 264. num. 18. libr. 2. Ioann. And. in addit. ad Spec. tit. de teſtamen. edit. §. nunc verò aliqua, verſ. nunquid ſecundum dictum, Mantic de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 3. nu. 12. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 16. n. 6. & fol. 329. n. 67. Peregr. de fideicomm. art. 33. n. 58. 56

Et ille tenetur declarare voluntatem teſtatoris cum iuramento, vt volunt Præt. Pereg. & alij citati, & dicam quæſt. 507. 57

Limitatur quartò, quando non in liberum arbitrium commiſſa eſt electio, ſed ſolum data eſt per verba importantia arbitrium boni viri, vt ſi teſtator dixiſſet, Titium ſubſtituo, ſi Caio videbitur, vel ſi placuerit, vel per ſimilia verba importantia arbitrium boni viri, quia tũc ſuſtineretur diſpoſitio, Paul. Caſtr. in d. l. captatorias, n. 3. C. de teſtam. milit. Calc. conſ. 108. n. 4. & ibid. Franc. Capiliſt. conſ. 107. n. 1. Menoch. conſ. 408. n. 18. Surd. conſil. 264. n. 23. lib. 2. Peregr. conſil. 55. n. 3. lib. 1. Roder. Suarez. tract. de captat. volun. nu. 17. verſ. fallit ſecundo, Vaſq. d. §. 17. requiſito 27. n. 79. Præt. de interpr. vltimar. volun. fol. 16. n. 9. & fol. 186. n. 9. in fine. 58

Limitatur quintò non procedere de iure Canonico, vt dictum fuit ſupra nu 35. 59

Limitatur ſextò ſtante ſtatuto, vel conſuetudine ſuſtinente tales diſpoſitiones, vt dicam infra nu. 80. & ſupra dictum eſt, nu. 34. 60

Limitatur ſeptimò permittente Principe tales volũtates ſuſtineri, vt dictum eſt ſupra nu. 36. 61

TERTIVM caput eſt, quando fideicommiſſum confertur in alterius voluntatem, & tunc diſtinguo tres caſus.

Primus eſt, quando fideicommiſſum confertur in voluntatem grauati, & tunc non valet diſpoſitio, l. Senatus §. legatum. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa, §. quamquam. ff. de legat. 3. l. verum. §. cũ quidam. ff. de reb dub. & l. fideicommiſſaria libertas, ff. de fideicommiſſ. libert Decian. conſ. 70. nu. 25. lib. 3. Menoch. conſ. 369. n. 12. & ſeqq. Peregr. de fideicom. art. 33. nu. 65. 62

Declaratur primò, vt ita demum non valeat relictum, ſi commiſſum eſt in liberam voluntatem grauati, aliud eſſet, ſi collatum eſſet in illius voluntatem per verba denotantia arbitrium boni viri: quia tunc ſuſtineretur, Bart. in l. fideicõmiſſi, §. ſic fideicommiſſum, ff. de legat. 3. Padill. in l. 1. n. 49. ff. de legat. 2. & videnda erunt omnia, quę ſcripſit ſuper tota illa lege, in qua agit, quę verba impor- 63

tent liberam voluntatem, & quæ arbitrium boni viri, Menoch. conſ. 369. nu. 12. & ſeqq. & conſ. 408. vbi in terminis noſtris ponit plura exempla, quando libera volũtas, vel arbitrium boni viri ſit conceſſum, Præt. de interpret. vltimar. volunt. fol. 16. n. 9. Peregr. qui alios multos adducit de fideicom. art. 33. nu. 65. vbi etiam affert plura exempla verborum denotantium arbitrium boni viri.

64 Et hoc caſu fideicommiſſum non deberetur, niſi illo arbitrante, vel in mora arbitrandi conſtituto, Padill. in l. 1. ff. de legat. 2. Peregr. d. art. 33. n. 65.

65 Sed contrariam ſententiam tenẽt alij volentes, quod grauato non eligente ſit recurrendum ad arbitrium boni viri, Bero. conſ. 23. n. 33. lib. 2. Præt. de interpret. vltim. vol. fol. 186. n. 9. in fine, & fol. 295. n. 17.

66 Et quod exiſtente hærede in mora arbitrandi fideicommiſſum debeatur, voluit Menoch. conſ. 369. nu. 15. vbi allegat Bart. in l. 1. n. 3. ff. de legat. 2. & ibi Com. Alexand. col. 1. & n. 12. & Alciat. n. 11. qui teſtatur eſſe communem opinionem, Socin. ſen. in l. ſi quis arbitratu, n. 23. ff. de verb. obligat. & ibi Soc. iun. n. 40 & Eman. Coſta lib. 1. Select. interpret. cap. 22. n. 4.

67 Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator dixit, grauatum eligere vnum ex ſuis agnatis, vel alio certo genere perſonarum, valet enim talis diſpoſitio, Menoch. conſil. 100. & quæ dixi ſupra in 2. capite, limit. 2. num. 54.

68 Declaratur tertiò non habere locum fideicommiſſo relicto ad piam cauſam, quoniam captatoria voluntas ſuſtinetur fauore piæ cauſæ, Bart. in l. 1. numero 64. & ibi Bald. colum. 5. verſ. Secunda ratio eſt, & colu. 15. & Aret. col. vlt. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Bar. in l. captatoria, & ibi Bal. Paul. Caſt. & Iaſ. ff. de legat. 1. Bar. in l. Teopompus, n. 6. & ibi Bald. col. 6. in fine ff. de dot. prałeg. Bar. in l. vtrum, §. cum ita, in fine ff. de reb. dub. Io. Faber, in l. captatorias, & ibi Alex. num. 4. Corn. nu.... Iaſ. numero 12. qui etiam de communi opinione teſtatur, & Dec. colu. pen. verſ. vltimo quæritur, C. de teſtam. milit. Rip. in l. 2. n. 3. & 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Ant. de Padill. in l. 1. num. 50. ff. de legat. 2. Guliel. Bened. in cap. Rainutius, in verb. condidit, num. 8. extr. de teſtam. Didac. in cap. cum tibi, numero 13. extr. eodem. Et conſulendo Bart. conſil. 6. n. 1. Bald. conſil. 302. colum. pen. lib. 2. & conſ. 482. lib. 4. Ang. conſ. 207. in princ. Cardin. conſ. 124. in princ. Abb. conſ. 32. col. 2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Alexan. conſil. 14. nu. 9. & conſ. 32. col. vlt. lib. 1. Iaſ. conſ. 130. nu. 3. lib. 1. Soc. ſen. conſ. 13. nu. 18. lib. 1. & conſ. 49. n. 10. lib. 4. vbi de communi opinione teſtatur Pariſ. conſ. 83. nu. 20. lib. 2. vbi ſcribit eſſe communem opinionem & conſ. 89. n. 44. lib. 3. Ceph. cõſil. 702. n. 19. vbi aſſerit eſſe cõmunem ſententiam. Menoc. conſ. 408. n. 54. Et in Tractatibus, Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ priuil. 64. Craſſ. in §. teſtamentũ q. 6. verſ. quarto infertur, vbi teſtatur eſſe communem opinionem. Petr. Pecc. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 12. col. 2. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 16. n. 5. Pereg. de fideic. art. 33. nu. 67. qui loquitur in terminis noſtris, quando diſpoſitio confertur in volũtatem grauati, Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. requiſ. 27. n. 80. vbi ait hanc eſſe communem opinionem.

69 Cæterum contra tenent alij, quod captatoria voluntas nec fauore piæ cauſæ ſuſtineatur. Iacob. Butrig. in d. l. captatorias, & ibi Bald. col. 1. verſ. quarto oppono, Ang. col. 1. Salic. col. 1. Roman. col. vlt. Aret. col. 5. Iaſ. colum. pen. & Rimin. col. 2. C. de teſtam. milit. Bald. in l. & in epiſtola, col. 1. C. de fideicom. Imol. in l. captatoria, verſ. & in iure Canonico, & in verſ. in Gloſ. ibi ff. de legat. 1. & in l. captatoria col. 1. in fin. & col. ſeq. ff. de hæred. inſt. Iaſ. in l. more, col. 2. ff. de acquir. hæred. Soc. ſen. in l. vtrum, §. cum quidam, col. 3. verſ. limitatur etiam, ff. de reb. dub.

70 Et magis in terminis, quod nõ valeat diſpoſitio, quãdo confertur in voluntatem hæredis, licet agatur de fauore piæ cauſæ, volunt Imol. in d. l. captatoria, col. 1. ff. de legat. 1. Aret. in l. captatorias, col. 1. & 2. ff. de hæred. inſtit. Corn. in l. captatorias, col. 1. C. de teſtam. milit.

Ampliatur prima opinio magis communis, vt proce- 71
dat, & ſi expreſsè non ſit dictum, quod relinquebat ad pias cauſas, ſed tantummodo dictum eſſet, cõmitto voluntati Titij omnia bona mea, quia diſpoſitio valet, & cenſetur data commiſſio erogãdi bona in piam cauſam, cap. cum tibi, extr. de teſtam. & ibi Innoc. Io. And. Ant. de Butr. Hoſtienſ. Anchar. Abb. Card. qui teſtatur de communi opinione, & Barbat. qui pariter dicit eſſe communem opinionẽ, Bald. in l. executorem, col. 2. verſ. non obſtat C. de execu. rei iud. & in l. & in epiſtola, col. 1. C. de fideicom. & l. ſi ita inſtitut. in 2. not. ff. de hæred. inſtit. Imol. in l. captatorias, verſ. & pro hoc videtur, ff. de leg. 1. Iaſ. in d. l. captatorias col. 1. C. de teſtam. milit. vbi de communi opinione teſtatur Angel. conſ. 202. col. 1. Cardin. conſ. 124. in princ. Abb. conſ. 140. colum. 1. Corn. conſ. 156. col. pen. lib. 2. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & conſil. 302. col. 2. & ſequentibus, lib. 4. Socin. ſen. conſil. 49. nu. 10. lib. 4. Pariſ. conſ. 38. num. 23. lib. 3. Craſſ. in § teſtamentum, qu. 6. verſic. quinimo.

Verum alij volunt expreſsè commiſſionem dari pro 72
anima, ad hoc vt diſpoſitio ſuſtineatur, ita Archid. in cap. de laicis, in fine 12. quæſtione ſecunda, Imol. in dicto cap. cum tibi, colum. 3. & ibi Henric. Boic. colum. 2. extr. de teſtam. Bald. conſil. 482. colum. 5. Aret. in l. captatorias, Cod. de teſtam. milit.

Intellige primò procedere primam opinionem, quã- 73
do non extant liberi teſtatoris, ſi enim liberi extarent, non valeret huiuſmodi commiſſio, Bald. in l. executorem, col. 2. C. de execut. rei iud. & in l. & in epiſtola, col. 1. C. de fideicomm. Roman. in l. captatorias, colum. 4. Cod. de teſtam. milit. Corn. conſil. 156. col. pen. lib. 2.

Intellige ſecundò ampliationem procedere, quando 74
commiſſio eſt facta per verba importantia arbitrium boni viri; ſecus ſi facta eſſet per verba importantia liberam voluntatem, Bartol. in l. 1. colum. 15. verſic. tertio quæro, Cod. de ſacr. ſanct. eccleſ. Alexand. in l. captatorias, colum. penult. & ibi Corn. colum. 2. & 4. & Aret. numer. 12. Cod. de teſtam. milit. Imol. in l. captatorias, num. 4. ff. de hæred. inſtit. Barbat. in cap. cum tibi, colum. 10. verſic. & ideo pondera, extr. de teſtam. Abb. conſil. 110. in princip. libr. 2. Corn. conſil. 156. colum. penul. lib. 2. Pariſ. conſil. 38. nu. 21. lib. 3.

Contrariam opinionem, & melius probarunt Bald. in 75
l. 1. in 2. oppoſ. ff. de legat. 2. Cardin. in cap. cum tibi, col. 1. extr. de teſtam. Dec. in l. captatorias, col. vltima, C. de teſtam. milit. Angel. conſ. 202. col. 2.

Intellige tertiò non procedere, quando commiſſio eſſet data ſub certa forma, quæ ad piam cauſam accommodari non poſſet, quia nec tunc ſuſtineretur diſpoſitio, Angel. conſil. 201. col. 2. Corn. conſ. 156. col. pen. libr. 2. Pariſ. conſ. 38. n. 23. lib. 3. vbi teſtatur eſſe communem opinionem.

Ampliatur ſecundò dicta declaratio prima, vt locum 76
habeat, ſiue diſpoſitio reſpiciat electionem, ſiue diſtributionem, ſiue ſubſtantiam diſpoſitionis, quia ſemper fauore piæ cauſæ ſuſtinetur, Cin. in l. captatorias, in princ. & ibi Bart. Alber. Alex. col. pen. & Corneus columna 4. C. de teſtamen. milit. Bart. in l. ille à inſtitutio, columna 2. ff. de hæred. inſtit. Alber. in l. nulli, columna quinta, Cod. de Epiſcop. & cleric.

Contrariam ſententiam tenuerunt Iacob. Butrig. in d. 77
l. captatorias, & ibi Ang. in princ. Salic. col. 1. Roman. col. vlt. & Aret. C. de teſtam. milit. Bald. in l. 1. col. 5. Cod. de ſacr. ſanct. eccl. Imol. in d. l. captatoria, ff. de legat. 1. & in l. captatorias, ff. de hæred. inſtit. Anchar. in d. cap. cum tibi, col. 2. extr. de teſtam.

Declaratur

79 Declaratur quartò hic caſus, vt non procedat in teſtamento facto à milite etiam noſtri temporis, quando paratus eſt ad bellum, Menoch.*conſil.*408.*numer.*54. *& ſeqq.*

80 Declaratur quintò non habere locum ſtante ſtatuto, vel conſuetudine in contrarium, quia tunc conualidaretur diſpoſitio, Angel.*in l.captatorias,ff.de hæred.inſt.* Alexand.*in l.captatorias,Cod.de teſtam.milit.& in l.2.ff.de vulgar.& pupill.* & ibi Socin. ſen. Ripa *num.*3. qui teſtatur de communi opinione, & alij ibi communiter. Padill.*in l.prima,num.*52.*ff de legat.primo*, Tiraquellus *de legibus connub gloſſ.quinta,numero* 97. vbi dicit eſſe communem opinionem, Vaſq.*de ſucceſſ.creat.libro ſecundo*, §.17.*requ.*17 *numero* 55.*& ſequentis,& de ſucceſſ.progreſ. libro ſecundo*,§.13.*vſque ad numerum* 26.*tit. de pupil.* vbi teſtatur de communi opinione.

81 Contrariam opinionem probarunt Aretin.*in d.l.*2. & ibi Iaſ.*ff.de vulg.& pupill.* idem Iaſ.*in l.captatorias, num.*4.*C.de teſtam.milit.* Did.*in d.cap.cum tibi num.*13.*extr.de teſtam.* vbi poſtea diſtinguit.

Declarationes aliæ colligi poterunt ex dictis pro declaratione primi capitis.

82 Secundus caſus eſt, quando relictum confertur in voluntatem fideicommiſſarij, & tunc valet relictum, ſiue purè, ſiue conditionaliter ſit relictum, *l.ſi ita legatum, §.ille volet.ff.de leg.*1.*l.ſi ita expreſſum*, *ff. de condit.& demonſtr.* Bart.*in l.*1.*n.*2. & ibi Padil.*n.*49.*ff.de legat.primo*, Pereg.*de fideicomm.art.*33.*n.*65.

83 Porrò ſi fideicommiſſum ſit relictum in arbitrium fideicommiſſarij per verba conditionalia, hoc modo, ſi volueris, vel ſi arbitratus fueris, vel per ſimilia verba non debebitur fideicommiſſum, niſi fideicommiſſarius verbis, vel factis declaret ſe velle habere fideicommiſſum, quod ſi non declarauerit, fideicommiſſum non tranſmitteret, *dicta l.ſi ita legatum*, §.*ille*, ſi volet, & ibi Doctores præcipuè Iaſon *ff de legat.primo*, Bartol.*in l.*1. & ibi Alexand. *ff. de legat.*2. Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*33.*num.*67.

84 Quod ſi dixiſſet teſtator, grauo hæredem meum ad reſtituendum Titio cum voluerit, licet Titius in vita non declarauerit velle, debebitur tamen fideicommiſſum eo mortuo hæredibus illius, *l.fideicommiſſum.§.ſi fideicommiſſum,& l.vxorem,§.pen.ff de legat.*3. Bartol.*in l.*1.& ibi Alexand.*columna quinta*, *ff.de legat.*2. Peregrin. *d.artic.*33.*num.*67.

Tertius caſus eſt, quando relictum eſt fideicommiſſum in arbitrium tertij, & tunc ſubdiſtinguendi ſunt tres caſus.

85 Primus caſus eſt, quando dictum fuit, ſi voluerit, & non valet diſpoſitio, *l.ſi quis Sempronium*, *ff. de hæredit.inſtit.l.nonnumquam*, *ff. de condit.& demonſtrat.* Gloſſa *in l.captatorias*, *in primo exemplo*, *Cod de teſtam. milit.* & ibi Doctores præcipuè Decius *numero ſecundo*, Bartol.*in l.*1 *numero quarto*, & ibi Papill.*ante numero* 50. *ff.de legat.*2. Bald *in l.executorem*, *numero* 4. *Cod.de execut.rer iudic.* Cardinal. Zabarell.*in cap.cum tibi*, & ibi Abbas *extr.de teſtam.* Angel.*conſil.*201 *numero* 2. Menoch.*conſil.*408.*num.*15 *& nu.*21. vbi alios addit Roder. Suarez.*tract.de captat.volunt.numero* 3. Petr.Pecch.*tract. de teſtam.coniug.lib.*1.*cap.*12.*num.*2. Peregr.*de fideicom. art.*33.*num.*68.

86 Contrariam opinionem malè tenuit Dec.*conſil.*20.*n.*25.*lib.*3.

87 Declaratur primò hic caſus vt non procedat, quando relictum eſſet ſub conditione alicuius facti poteſtatiui, vt ſi dictum eſſet, ſi Titius iuerit Romam, &c. tunc enim teneret fideicommiſſum ſub hac conditione relictum, Iaſ.*in d.l.captatorias,num.*10.*Cod.de teſtam.milit.* Gulielm.Bened.*in cap.Raynutius,in verb.condit.num.*2. *extr.de teſtam.* Dec.*conſil.*70.*num.*26.*lib.*3. Peregr.*de fideic.art.*33.*num* 68.

Declaratur ſecundò non habere locum ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quod tales diſpoſitiones valeant, vt dictum fuit *ſupra in ſecundo caſu*, *declaratione* 5. vbi retuli diſſentientes. 88

Declaratur tertiò, vt non procedat ſubſtitutio pia cauſa, quia tunc fauore piæ cauſæ fideicommiſſum debeteur, Bart.*in l.*1.*nu.*64.*C.de Sacr.Sanct.Eccl.* Padil.*in l.*1. *num.*50.*ff.de leg.*1. Præt.*de interpr.vltim.volunt.folio* 16. *num.*5. Peregr.*de fideicomm.art.*33 *nu.*68.*in fine*, & videnda erunt dicta *ſupra in ſecundo caſu*, *decl.*3. 89

Declaratur etiam aliter ex dictis ſupra pro declaratione primi capitis.

Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum eſt relictum arbitrio tertij per verba denotantia arbitrium boni viri, & tunc relictum eſt vtile eo arbitrante; ſiue ſit purum ſiue conditionale *l.*1.& ibi Bart.*num.*9.& Alex. *col.*1.*ff.de legat.*2. Paul.Caſtr.*in l.captatorias num.*, *C.de teſtam.milit.* Franc.Caroll.*inter conſ Calcan.conſil.*107.*n.*1.& ipſe Calcan.*conſil.ſeq.*108. *num.*. Menoc.*conſ.*408. *num.*18.*& ſeq.* Roder Suarez.*de captat.volunt.num.*7. Pereg.*de fideicomm.art.*33.*num.*69. 90

Verum a prædictis diſſentiunt Dec.*in l. captatorias*, *nu.*7.*C de teſtam.mil.* Franciſc. Sarmien *lib.*2.*ſelect.interpret.cap.*6.*num.*4. 91

Sed quid ſi tertius iſte non arbitrauerit, nihilominus fideicommiſſum debebitur, & recurrendum erit ad arbitrium boni viri, Bart.*in l.*1.*nu.*12 *ff.de legat.*2. Affflict. *dec.*371. Peregr.*de fideicom.art.*33.*nu.*69.*in fine*, & dicam *qu.ſeq.ab hac ſecunda*. 92

Tertius caſus eſt, quando fideicommiſſum eſt relictum per verba, cum voluerit, & tunc vtile eſt fideicommiſſum, & ſi ille non declaret tempus, eius morte dicetur declaratum, *l.vxorem,§.penultim.ff.de legat.*3. & ibi Gloſs. Bartol. & alij communiter, Bartol.*in l* 1 *num.*4. & ibi Alexand.*numero* 12.*ff.de leg.*2. Io.Andr. *in addit. ad Specul.tit.de præſump.§.ſpecies,numero* 5. Gomeſ *tom.*1.*variar.reſol.cap.*5.*numero* 26. qui teſtatur de communi opinione, Craſ.*in §.fideicommiſſum quæſt.*20.*in fine*, Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*90. Peregr.*de fideicomm.art.*33. *num.*71. 93

Aduertendum autem eſt, quod in caſibus; in quibus datio fideicommiſſi, quæ pendet ab alieno arbitrio inutilis eſt, quod in iiſdem caſibus inutilis erit ademptio, *l.legata inutiliter,§.ex quibus,ff.de adim.legat* Bald. *in l.captatorias,quæſt.*6.& ibi Salic.& Iaſ. *numero* 2 *Cod. de teſtam.milit.* Gulielm.Benedict.*in cap.Raynutius*, *in verb condidit*, *nu.*4.*extr.de teſtam.* Ioſeph.Ludou.*concl.*24.*verſ quinto ſicut*, Peregr.*de fideicomm.art.*33.*in fine*, *& conſil.*55.*lib.*3. 94

S V M M A R I V M.

1 *Electio dignioris non eſt facienda quando commiſſa eſt electio fideicommiſſarij, ſed ſufficit dignum eligere, & Ampl. & decl. n.ſeqq.*

*Ampliatur, vt indignus indignitate facti poſſit eligi omiſſo digniore ab eo, qui habet facultatē eligendi, n.*2.

*Limitatur in foro poli quia dignior eſt eligendus, alias committitur peccatum, nu.*3.

*Limitatur, quando fideicommiſſo eſt annexa dignitas, num.*4.

*Limitatur, ſi arbitrium eligendi fuit datum, nu.*5.

*Limitatur, quando inuitati ſunt omnes de familia ad fideicommiſſum, ea ratione vt ad virtutes incitentur, decl.num.*8.

Indi-

7 *Indignus ſi eligatur ab eo, qui habet eligendi facultatem, electio erit nulla, & in Iudicem transferatur ius eligendi.*

QVÆSTIO DIV.

Dignior, an ſit eligendus ad fideicommiſſum ab eo, qui eligendi facultatem habet?

1 QVAERO, ſi teſtator dedit facultatem eligendi aliquem ad fideicommiſſum, an ille teneatur eligere digniorem? Et non teneri, ſed ſufficere quod eligatur dignus probatur, *in l. cum quidam, iuncta Gloſſ. in verbo, qui non offenderunt*, & Bartol. Imol. & Caſtr. *ff. de lega.* 2. Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 33. *num.* 40. *& ſeqq. & deciſ.* 37. *num.* 285. *& ſeqq.*

2 Ampliatur, vt etiam indignus indignitate facti, omiſſo digno, & digniore, eligi poſſit ab eo, qui habet liberam facultatem eligendi, Ludou. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. 60. *&* 70. Alexan. Raud. *deciſ. Piſan.* 37. *num.* 293.

3 Declaratur primò, vt procedat in foro fori, ſecus in foro poli, quia dignior eſt eligendus, aliàs committeretur peccatum mortale, Dom. Sot. *de iuſtit. & iur. quaeſt.* 6. *art.* 2. Ludou. Molin. *d. cap.* 5. *nu.* 69. 71. *&* 73. & Alexand. Raud. *d. dec.* 37. *num.* 292.

4 Declaratur ſecundò, vt non habeat locum in fideicommiſſo habente connexam iuriſdictionem, quia tūc dignior eſt eligendus, Ludouic. Molina *dicto cap.* 5. *num.* 69. *verſ. in ſecundo*, Alexand. Raud. *dicta deciſione* 37. *numero* 295.

5 Declaratur tertiò, non procedere, quando arbitrium eligendi fuit datum, quia non licet indignum eligere, Ludou. Molina *d. cap.* 5. *num.* 71. Alexand. Raud. *d. dec.* 37. *num.* 295. *verſ. limita etiam.*

6 Declaratur quartò non procedere, quando vocatus eſt aliquis de familia ad fideicommiſſum ea ratione, vt omnes de familia ad virtutes incitentur, quia tunc digniori deberetur fideicommiſſum, Alex. Raud. *dicta deciſ.* 37. *num.* 84.

7 Declaratur aliter, vt per Raud. *d. dec.* 37.

Indignus autem ſi eligatur ab eo, cui tributa eſt facultas eligendi, electio erit nulla, & ius eligendi erit translatum in Iudicem, Bartol. *in l. prima, num.* 12. & ibi Padil. *num.* 37. *ff. de legat.* 2. Angel. *in l. Lucius*, §. *in teſtamento*, & ibi Imol. *ff. de legat.* 1. Afflict. *dec.* 371. Peregr. *de fideicommiſſ. articulo* 33. *num.* 69. *in fine*, Præt. *de interpr. vltim. volunt. folio* 295. *num.* 18.

8 Limitatur quando electio eſſet facta ab eo, qui habet liberam facultatem eligendi, quia electio de indigno indignitate facti ſuſtineretur, vt dictum eſt *ſupra numero* 2.

SVMMARIVM.

1 *Eligere vnum de familia, qui tenetur ad fideicommiſſum poteſt cogi ad eligendum, limit. n.* 2.

Electione non facta ab eo, qui tenetur eligere ob mortem, quid agendum erit.

QVÆSTIO DV.

Eligere qui tenetur ad fideicommiſſum vnum de familia, an cogi poſſit ad eligendum? & non facta electione ob mortem, quis admitti debeat?

IN hoc articulo dicendum eſt, cogi non poſſe ad eligendum qui habet facultatem eligendi, ſed ab eo non eligente omnes de familia eiuſdem gradus eſſe admittendos, *l. cum quidam ita, & l. vnum ex familia*, §. *rogo, ff. de legat.* 2. Bartol. *in d. l. vnum ex familia, numer.* 4. & ibi Anton. Padill. *numero* 7. *& ſequenti*, Alexand. *conſil.* 22. *numero* 3. *ad finem lib.* 3. Caccialup. *inter conſil. Alexand. conſil.* 14. *numero* 10. *libro* 4. Iaſ. *conſ.* 215. *col.* 2. *& ſeq. lib.* 2. Surd. *conſil.* 264. *num.* 32. *li.* 2. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 186. *numero* 9. *& folio* 329. *num.* 74. 1

Limitatur quando vnus tantum eſſet admittendus, ex teſtatoris voluntate, Præt. *dicto folio* 329. *numero* 74. *ad medium*, vbi etiam ponit nonnullas coniecturas, quando præſumatur teſtatorem vnum tantum admitti voluiſſe, & videnda erunt dicta *in quaeſt.* 358. *in* 3. *caſu, num.* 12. *& ſeqq.* 2

Sed quid ſi mortuus ſit is, qui electionem facere debet ante factam electionem, an ſit admittendus maior natu, vel proximior, vel omnes, vel Iudex facere debeat hanc electionem, videndi erunt Peralt. *in l. vnum ex familia*, §. *ſed ſi fundum, numero* 19. *&* §. *rogo. numero* 4. *ff. de legat.* 2. Padill. *in l. vnum ex familia, numero* 7. *& ſequentibus, &* §. *ſi de Falcidia, numero* 6. *ff. de legat.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 132. *quaeſt.* 1. *num.* 1. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 29. *numero* 7. *lib.* 1. *& conſil.* 178. *lib.* 2. Præt. *de interpret. vltimarum voluntat. folio* 186. *numero* 9. *folio* 295. *num.* 17. *& folio* 329. *num.* 74. Seraph. tamen *deciſ. Rom.* 1219. *num.* 2. dicit omnes admitti. 3

Mortuus autem ſi ſit electus ante hæredem grauatum electio remanet nulla, Rota Roman. in collect. per Farinac. *dec.* 263. *par.* 1. 4

Quod ſi grauatus poſſit eligere quem vult, ſi in vita eligat, electio erit nulla, Rota *dicta deciſ.* 263. *& dec.* 323. *parte* 1. vbi dicit procedere non tantum quando quis poteſt eligere poſt mortem; ſed etiam ſimpliciter, quia licet tunc poſſit in vita fieri electio, non tamen poteſt dici electio quouſque poteſt retractari, & vide *infra quaeſt.* 508. 5

QVÆSTIO DVI.

QVæro, an grauatus reſtituere fideicommiſſum cui volet, teneatur cum iuramento reſpondere cui ſit à teſtatore grauatus? Et teneri ſcribunt Bartol. *conſil.* 194. *numero* 4. Cardin. Zabarell. *conſil.* 35. Præt. *de interpret. vltimar. voluntat. fol.* 295. *numero* 15. & dixi *quaeſtione* 504. *numero* 57. vbi alios retuli. 1

Ampliatur procedere, & ſi iurauit tenere occultum, Cardin. *dicto conſil.* 35. Præt. *de interpret. vltimar. voluntat. fol.* 295. *nu.* 16. 2

QVÆSTIO DVII.

QVæro, grauatus habet facultatem eligendi vnum ex familia ad fideicommiſſum, ſi ille eum inſtituat, an dicatur electionem feciſſe? Quod verius eſt, *l. vnum ex familia*, §. *ſi duos de familia*, & ibi Bartol. *in* 3. *notab.* Bald. & Anton. de Padill. *num.* 8. *ff. de legat.* 2. Boer. *quaeſtione* 204. *numero* 32. *verſic & ideo*, Menoch. *conſil.* 1154. *numero* 6. *libro* 12. & videnda erunt dicta *quaeſtione* 550. quando conceſſa eſt facultas diſponendi de certis bonis, an requiratur ſpecialis diſpoſitio, & ita ego etiam conſului *in conſil.* 93. *in* 2. *concluſione* ſuper teſtamento D. Hieronymi Gauardi, qui grauauerat Nepotes ex fratre dare liberis D. Ceciliæ eius

Digitized by Google

eius filiæ, quibus ipſa in ſuo teſtamento diſpoſuerit, ducatos duo mille, & Domina Cecilia ſpecialiter non diſpoſuerat, ſed omnes hæredes ſimpliciter reliquerat.

QVÆSTIO DVIII.

QVAERO, an qui poteſt eligere aliquem ad fideicommiſſum, poſſit nominationem facere in actu inter viuos? Et poſſe ſcribunt Paul. Caſtrenſ. *in l. vnum ex familia colum.* 1. & ibi Anton. Padill. *num.* 9. *ff. de legat.* 2. & vide *ſupra quaſt.* 505. *in fine.*

QVAESTIO DIX.

QVAERO, an qui habet facultatem eligendi aliquem ad fideicommiſſum, poſſit nominationem facere coram duobus teſtibus; Et poſſe ſcribunt Caſtrenſ. *in l. vnum ex familia*, & ibi Padill. *num.* 10. *ff. de legat.* 2.

QVÆSTIO DX.

SED an qui habet facultatem eligendi, variare poſſit facta electione? Videndi erunt Gloſſ. *in l. vnum ex familia*, & ibi Cin. Bartol. Imol. & alij, *ff. de legat.* 2. præcipuè Anton. Padill. *numero* 11. *vſque ad finem*, Surd. *conſilio* 264. *numero* 5. 10. *&* 24. *vſque ad finem lib.* 2. Præt. *de interpretatione vltimarum voluntat. folio* 40. *ſolut.* 4. Rot. Romana *deciſione* 323. *numero* 2. *in fine*, in collectis per Farinac. *parte* 1.

SVMMARIVM.

1 *Eligere qui poteſt aliquem ad fideicommiſſum, poteſt electum fideicommiſſo grauare.*
Limitatur, quando ex neceſſitate tenetur eligere num. 1. *&* 5. *declara n.* 8.
2 *Electus dicitur habere ab eligente, non autem à teſtatore, & n.* 3. *declara n.* 6.

QVAESTIO DXI.

Vtrum eligens poſſit fideicommiſſo grauare electum?

1 NON erit inutile ſcire, ſi teſtator dedit libertatem grauato aliquem eligendi, qui ſuccederet in fideicommiſſo, an eligens poſſit fideicommiſſo grauare electum? Exempla ſunt, ſi teſtator dixit, quod grauatus eligeret vnum ex familia, qui ſuccederet in bonis per fideicommiſſum. Vel fideicommiſſum reliquit hæredibus Titij, an poſſit ſuos hæredes grauare. Pro reſolutione ſic erit diſtinguendum, quod aut eſt in facultate eligentis eligere, & non eligere, & tunc poſſit eligens fideicommiſſum electo imponere. Aut eligens ex neceſſitate eligit, & non poſſit electus fideicommiſſo grauari; ita habetur *ex l. vnum ex familia*, §. *ſed & ſi fundum*, *ff. de legat.* 2. & ibi Doctor. præcipuè Peral. Bartol. *in l. pater filium*, §. *penultimo*, *ff. de legat.* 3. Suarez *in l. quoniam in prioribus*, *limit.* 1. *numero* 16. *Cod. de inoffic. teſtament.* Ferdinand. Loarez *in l. filiusfamil.* §. *Diuus*, *numero* 77. *& ſequentibus*, *ff. de legat.* 1. Zanch. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *numero* 357. *ff. ad Trebellianum*, Socin. iun. *in l. filiusfamilias*, *numero* 27 *& ſequentibus*, *ff. de legat.* 1. *& conſil.* 103. *numero* 21. *& ſeqq. libro primo*, Decia. *conſ.* 48. *num.* 17. 18 *& in fine lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 132. *quaſt.* 11 *lib.* 1. Didac. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fideicomm. ſubſtitut. num.* 60. *& ſeqq.* Molin. *de Hiſp. Primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 32. *num.* 33. *poſt medium*, *& in deciſ.* 106. & ita ego tenui *in conſil.* 93. *in tertia concluſione.*

Ratio autem primi capitis eſt, quia quando quis poteſt eligere, & non eligere, electus dicitur capere ab eligente, licet capiat ordinatione teſtatoris, non autem dicitur capere à teſtatore, *l.* 1. §. *ſciendum*, *ff. de legat.* 3. *& l. ſi fundum per fideicommiſſum*, §. *vltimo*, *& l. ſeq. ff. de legat.* 1. & ibi Iaſ. *in primo not.* Paul. de Caſtro, *in l. vnum ex familia*, §. *ſi de Falcidia*, *ff. de legat.* 2. Surd. *conſ.* 29. *num.* 18. *lib.* 1. Peregr. *deciſ.* 106. *num.* 3. *& ſequentibus*, Decia. *conſ.* 48. *in fine lib.* 2. 2

Ad quod confert quod dicit Bald. *in l. voluntas*, *n.* 13. *C. de fideicommiſſ.* vbi vult, quod capiens ex iudicio teſtatoris diſpoſitiuo, dicitur capere à teſtatore, ſed capiens ex iudicio teſtatoris permiſſiuo dicitur capere ab hærede, & ab eo grauari poteſt, ſequitur Peregr. *d. deciſ.* 106. *num.* 6. *in fine*, vbi etiam allegat Hieron. Gabr. *conſ.* 132. *nu.* 75. *lib.* 1. 3

Confirmatur ex ſimili, quod pater poteſt grauare in legitima ſubſtitutum pupillariter, vel venientes ab inteſtato, ea ratione, quia eſt in eius facultate ſubſtituere quem vult, & poterat alium, quam electum vocare, & excludere etiam venientes ab inteſtato ab hæreditate pupilli, *l. ſi quis cum nullum ff. de iur. codicill.* Suarez *in d. l. quoniam in prioribus*, *limit.* 1. *num.* 16. *C. de inoffic. teſtam.* & latè dixi *ſupra q.* 300. 4

Secundum vero caput, quando hæres tenetur ex neceſſitate eligere, vt non poſſit electum grauare fideicommiſſo, probatur *in l. filiusfamilias*, §. *vt quis hæredem ff. de legat.* 1. *& in l. ex facto*, *in principio ff. ad Trebellianum* qui tamen text. loquuntur de eo qui eſt rogatus facere hæredem certam perſonam; melius probatur *in l. vnum ex familia*, *per totam*, *ff. de legat.* 2. vbi grauatus reſtituere vni de familia, non poteſt illum fideicommiſſo grauare. Et ratio eſt, quia hoc caſu electus non capit ab eligente, qui de ſuo non dedit, quod dare tenebatur vel illi, vel alteri de familia: facultas enim neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium non eſt, vt dicit text. *in dicta l. vnum ex familia* §. *ſi de Falcidia*, *ff. de legat.* 3. Vnde ſic ex neceſſitate electum non capere ab eligente, ſed à teſtatore ſcribunt ibi Gloſ. Barr. Bald. Cuman Paul. de Caſtr. Padill. *numero* 1. *&* 21. & alij. Craueti *conſil.* 114. *numero* 1. *& ſequentibus*, *& conſ.* 254. *col. penult.* Tiraquell. *de retract. conſang.* §. 11. *gloſ.* 6. *numer.* 5. plenè. Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 2. *cap.* 4. quos refert. & ſequitur Menoch. *conſil.* 1107. *numero* 1. *conſil.* 525. *num.* 25. *circa finem*, *& conſil.* 1154. *numero* 13. Pariſ. *conſil.* 72. *numero* 15. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 178. *num.* 4. *& conſ.* 264. *numero* 8. Præt. *de interpret. vltim. volunt. folio* 329. *num.* 72. Peregrin. *deciſ.* 109. *numero* 5. Hieron. Gabr. *dicto conſ.* 132. *quaſt.* 11 *lib.* 1. 5 6 7

Declaratur tamen ſecundũ caput vt procedat, quando imponeretur fideicommiſſum electo ad fauorem eorum, quos non potuiſſet eligere; nam ſi grauaretur ad beneficium illorum, quos poterat eligere, teneret fideicommiſſum, Bart. *in l. vnum ex familia*, §. *ſed ſi fundum*, *ff. de legat.* 2. *maxime in verſ. quare executor.* Ferdin. Loarez *in l. filiusfamilias*, §. *Diuus*, *numero* 212. *cum praced. & ſequenti*, *ff. de legat.* 1. Paul. de Caſtr. *conſil.* 446. *tria ſunt prope finem*, *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 115. *colum.* 4. *& conſil.* 116. *columna penultima in fine*, *& colum. ſequenti*, *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Zanchius *in l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *numero* 357. *ff. ad Trebellianum*, ſecundum antiquam impreſſionem. 8

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium de rebus fideicommiſſo ſubiectis fieri debet à grauato fideicommiſſo, amplia & declara per totam quæſtionem.*

2 *Iuramentum in litem datur contra hæredem non facientem inuentarium de bonis fideicommiſſo ſubiectis, contra ibid.*

3 *Inuentarium fieri de bonis fideicommiſſo ſubiectis poteſt peti non tam à primo, quàm etiam à ſequentibus ſubſtitutis.*

4 *Inuentarium facere tenetur primus fideicommiſſarius ad inſtantiam ſequentis, amplia n. 5.*

7 *Inuentarium, quod facere tenetur grauatus de bonis fideicommiſſi valet, licet non ſit ſolennis, & quæ ſolennitates ſufficiant, ibid. contra n. 8.*

9 *Inuentarij confectio poteſt à teſtatore remitti hæredi fideicommiſſo grauato, contra n. 10. declara n. 11.*

12 *Inuentarium quod facit hæres ad petitionem fideicommiſſarij fit expenſis fideicommiſſarij, contra n. 13.*

QVAESTIO DXII.

Inuentarium de rebus fideicommiſſi, an ſit faciendum ab hærede grauato.

1 QVæro, an hæres teneatur conficere inuentarium de rebus fideicommiſſo ſubiectis? Reſp. teneri ad confectionem inuentarij, & in eo deſcribere omnia mobilia, ſe mouentia, & ipſorum pretium: & pariter immobilia, actiones, & iura, deſcribendo qualitatem, quantitatem, & confinia, Bart. *in l. cum tale, §. Titius, numero 2.* & ibi Paul. Caſtr. *numero 5. verſ. nota ergo, ff. de condit. & demonſtrat.* Bald. *in l. filium quem habentem, in fine, ff. famil. herciſc.* Alex. *conſil. 58. num. 5. & 7. lib. 3.* Soc. ſen. *conſ. 46. colum. 1. & 2. lib. 1.* Ruin. *conſil. 169. num. 15. libro 3. & conſil. 29. num. 11. lib. 5.* Cephal. *conſil. 281. nu. 33. & conſ. 296. num. 49. lib. 2.* Decian. *conſ. 49. num. 62. lib. 2.* Guido Papa *quæſt. 351. deciſ. Toloſ. 314.* Bero. *q. 318.* vbi teſtatur de communi opinione, Plot. *de iuram. in lit. §. 26. num. 2.* Roland. à Valle *de inuent. part. 2. qu. 19.* Monticul. *de inuent. in antiph. num 36.* Marzar. *de fideicommiſſ. parte 2. quæſt. 54.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. folio 503. num. 53.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 35. num. 25.* Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. q. 73. n. 108.* Gallus *de except. ſucceſſ. titul. 4. except. 23. num. 96. & ſeqq. par. 2.*

2 Ampliatur primò, vt contra hæredem non conficientem inuentarium poſſit iurari in litem, Bartol. *d. l. cum tale, §. Titius*, & ibi Paul. Caſtrenſ. *ff. de condit. & demonſtrat.* Socin. ſen. *conſ. 46. colum. 1. & 2. lib. 1.* Dec. *conſ. 178. col. penult.* Ruin. *conſil. 29. nu. 11. lib. 5.* Plot. *dicto §. 26. num. 2. verſ. & contra.* Marz. *de fideicom. part. 2. quæſt. 54.* Intrigl. *d. centur. 3. quæſt. 73. num. 111.* Maſcard. *de Prob. concluſ. 778. num. 27.* & dixi *quæſt. 618. num. 2. & 3. & qu. 667. n. 16. & ſeqq.*

3 Contrariam opinionem tenuit Peregr. *conſ. 51. num. 8. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 35. num. 27.* dixi *qu. 667. num. 16. & ſeqq.* vbi declaratur, & *q. 618. num. 2.*

4 Ampliatur ſecundò; vt non ſolum primus fideicommiſſarius, ſed etiam ſubſequentes poſſint hoc petere, Bero. *q. 118.* Cephal. *conſ. 381. nu. 34.* Peregr. *de fideicom. art. 3. nu. 79. verſ. intellige, & art. 35. n. 25. in fine*, & quæ dicam *qu. 515. n. 5.*

5 Ampliatur tertiò, vt etiam primus fideicommiſſarius ad inſtantiam ſequentis teneatur facere inuentarium, Ceph. *conſil. 381. nu. 34.* Gall. *de excep. 23. nu. 103. & ſeq.* Quod procedit, & ſi per hæredem non fuiſſet inuentarium factum, Bald. *in l. filium quem habentem, num. 48. ff. famil. herciſc.* Roland. *de inuent. par. 3. qu. 12.* Gallus *dicta excep. 23. nu. 107.*

Declaratur primò, vt ita demum grauatus teneatur facere inuentarium ſi petatur, aliàs non teneretur, Paul. Caſtr. *in d. l. cum tale, § primo, ff. de condit. & demonſtrat.* Corn. *conſ. 303. col. vltim. lib. 1.* Socin. ſen. *conſ. 51. libro 3.* Ruin. *conſ. 159. num. 25. lib. 3.* Ceph. *conſ. 296. column. vlt.* Bardell. *conſ. 6. num. 2.* Guid. Pap. *quæſt. 351.* Pereg. *conſil. 51. n. 9. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 3. num. 79. & art. 35. nu. 25.* Roland. à Valle *de inuent. parte 2. qu. 19.* & ita in practica ſeruatur. 6

Declaratur ſecundò, vt non ſit neceſſarium ſolenne inuentarium, iuxta *l. vltimam, Cod. de iur. delib.* ſed ſufficit quædam deſcriptio, & quod adhibeantur ſolennitates inuentarij tutoris, Paul. Caſtren. *d. l. cum tale, §. 1.* Alexand. *in l. in oratione, §. quod vulgo, colu. 10. ff. ad leg. Falcid.* Ruin. *conſ. 159. num. 25. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 25. nu. 47. & 52. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 27. lib. 1. & in tract. de inu. par. 2. quæſt. 19.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 6. num. 4.* 7

Contrariam tamen ſententiam tenent Oſaſch. *deciſ. Pedem. 247. col. 21. verſ. neque obſtant ſcripta*, Gallus *dicta except. 23. nu. 99. par. 2.* 8

Declaratur tertiò, vt non procedat, ſi teſtator remiſit hæredi confectionem inuentarij, Paul. Caſtrenſ. *in d. l. cum tale, §. Titius*, Dec. *conſ. 178. col. penult.* Cephal. *conſil. 296 num. 50.* Peregr. *conſil. 51. nu. 19. lib. 1.* Plot. *d. §. 26. n. 2. verſ. fallit.* Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 73. num. 109.* Gallus *dicta except. 23. num. 100. & ſeq.* vbi dicit, tunc faciendam eſſe quandam deſcriptionem bonorum, Fachin. *lib. 6. contron. iur. cap. 25.* 9

Licet aliqui velint confectionem inuentarij remitti non poſſe hoc caſu, inter quos Bald. *in vltima, C. arbitr. tut.* Paul. Caſtr. *in l. cum tale, §. 1. ff. de cond. & demonſtrat.* Iaſ. *in l. nemo poteſt, in prima lectura, ad finem*, & ibi Croc. *num. 52. verſ. ſecunda concluſio*, Romul. *n. 406. ff. de leg. 1.* Porcell. *tract. de inuent. cap. 1. n. 15.* 10

Si tamen fideicommiſſarius peteret, vt ſuis expenſis fiat inuentarium, fieri deberet, licet à teſtatore fuiſſet remiſſum. Paul. Caſtrenſ. *conſ. 366. ſuper in fine lib. 1.* Cephal. *conſil. 296. numero 50.* Plot. *dicta §. 26. num. 2. in fine*, Intrigl. *dicta centur. 3. quæſt. 73. num. 109.* Guido Papa *deciſ. 351.* 11

Declaratur quartò, vt inuentarium fiat expenſis petentis, Rolan. *de inuent. parte 2. quæſt. 19.* poſt Guid. Pap. *deciſ. 351.* 12

Contra tamen, quod expenſis hæreditatis ſit faciendum tenuit & melius Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 3. nu. 79. in fine, & art. 35. num. 25. & conſ. 51. n. 9. lib. 1.* 13

QVAESTIO DXIII.

QVæro, an grauatis fideicommiſſo teneatur conficere librum rationum? Et teneri ſcribunt Bartol. *in l. cum tale, §. Titius*, & ibi Paul. Caſtrenſ. & alij *ff. de condit. & demonſtrat.* Soc. ſen. *conſ. 46. col. 1. & 2. lib. 1.* Ruin. *conſ. 29. num. 11 lib. 5.* Plot. *de iuram. in lit. §. 26. nu. 3.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. qu. 75. n. 110.* 1

Et ſi non fecerit, poteſt contra eum iurari in litem, Socin. ſen. Ruin. Plot. & Intrigl. *locis citatis* cum alijs adductis *quæſt. præced. numero 2. & 3.* retuli diſſentientes. 2

Declaranda tamen hæc quæſtio erit, ſecundum dicta in præcedenti.

QVAE-

QVÆSTIO DXIV.

1 QVæro, an hæres grauatus teneatur reddere
rationem fideicommiſſario vniuerſali de
omnibus bonis hæreditarijs? Et vbique
Doctores volunt, quod teneatur etiam hæ-
res hæredis de mala adminiſtratione, Bar-
tol. *in l. cum tale §. Titius*, & ibi Bald. Imol. *nu.* 3. & Paul.
Caſtr. *num.* 2. *ff. de cond. & demonſtra.* Galliau. *in l. Centu-
rio, nu.* 54. *ff. de vulgar.*

Et conſulendo Oldrad. *conſ.* 134. *n.* 2. Paul. Caſtr. *conſ.*
136. *col.* 2. *verſic. vnde ſi fideicommiſſ.*, *lib.* 2. Alex. *conſil.*
82. *col. vlt. lib.* 2. Calcan. *conſ.* 37. *col. pen. verſ. & ſimiliter
non perditur*, Corn. *conſ.* 303. *nu.* 23. *vſque ad finem lib.* 1.
Socin. ſen. *conſ.* 51. *n.* 1. *lib.* 3. Curt. ſen. *conſil.* 26. *col. vltim.
verſic. certum eſt, & conſil* 66. *num.* 8. *verſ. capio ſecundum*
Ruin. *conſil.* 159. *nu.* 25. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 25. *nu.* 72. *& conſ.*
81. *nu.* 12. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 295. *in fine, conſ.* 316. *num.* 5.
verſ. 9. *& conſ.* 433. *n.* 4. *&* 14. Marzar. *conſil.* 97. *nu.* 26. *&
n.* 31. Ceph. *conſ.* 392. *num.* 12. *& conſ.* 563. Bardell. *conſ.* 6.
num. 2.

Et in Tractatibus, Marzar. *in Epit. de fideicom. part.* 2.
q. 46. *in fine*, Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 7. *tit.* 6. *nu.* 3.
Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 503. *num.* 53. Gallus *de except.
ſucceſſ. tit.* 4. *excep.* 23. *n.* 95. *par.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 10.
dec. 120. *n.* 2. Alexand. Raud. *dec. Piſan.* 22. *num.* 60.

2 Quod tamen procedit, niſi teſtator prohibuit fidei-
commiſſario, ne peteret à grauato ſibi rationes reddi,
Curt. ſen. *conſ.* 19. *num.* 9. *& ſeq.* Mantic. *dicto lib.* 7. *tit.* 6.
num. 3. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio de fideicommiſſo præſtando eueniente conditio-
ne poteſt peti ab hærede per fideicommiſſarium, con-
tra n.* 2. *amplia & declara per totam quæſt.*

3 *Cautio de fideicommiſſo præſtando ſi hæres non præſtat
cum petita eſt, fideicommiſſarius mitti debet in poſſeſ-
ſionem bonorum.*

4 *Cautio de fideicommiſſo præſtando ſi non datur ab hæ-
rede requiſito, contra eum iuratur in litem.*

5 *Cautionem de fideicommiſſo præſtando euenìente con-
ditione primus fideicommiſſarius requiſitus tenetur
præſtare ſequentibus, & nu. ſeq.*

9 *Cautio de fideicommiſſo præſtando euenìente conditio-
ne poteſt à teſtatore remitti, contra n.* 10.

11 *Cautionem de fideicommiſſo præſtando, non tenetur
præſtare frater grauatus fratri reſtituere ex diſpo-
ſitione paterna.*

12 *Cautio de fideicommiſſo præſtando non eſt præſtanda à
patre, vel matre grauatis reſtituere filijs, declara nu-
mer. ſeqq.*

15 *Cautio de fideicommiſſo præſtando non eſt præſtanda
ſupra vires grauati.*

QVÆSTIO DXV.

*Cautionem de præſtando fideicommiſſo euenìente
conditione, an hæres præſtare
teneatur?*

1 QVæro, an fideicommiſſarius poſſit petere ab
hærede cautionem de fideicommiſſo præ-
ſtando euenìente conditione? Et quod poſſit,
probatur *in l. inter omnes, in primo reſp. ff. qui
ſatiſd. cogan. in l. cum Archimedoram, C. vt leg. nomin.
caueat.* & ſcribunt Bartol. *in l. cum tale, §. Titius*, & ibi
Imol. qui teſtatur de communi opinione, & Paul. Caſtr.
ff. de condit. & demonſtrat. Bartol. *in l. is poteſt, column.* 3.
*verſic. ſed ſi eſſet ſubſtitutus per fideicommiſſum, ff. de ac-
quirend. hered.* Alexand. *conſil.* 87. *column.* 3. *verſic. vnde
grauati lib.* 5. Bertrand *conſil.* 96. *num.* 5. *lib.* 1. Ceph. *conſ.*
381. *num.* 29. *& conſil* 619. *num.* 2. *& ſequentibus*, Odd.
conſil. 91. *num.* 44. Morott. *conſil.* 31. *numero* 18. Decian.
conſil. 49. *numero* 63. *libro* 1. Bardell. *conſil.* 6. *numero* 3.
Plot. *de iuram. in lit. §.* 26. *numero* 4. Marzar. *in Epit. de
fideicommiſſ. quæſt.* 5. Ludouic. Molin. *de Hiſpan. Primog.
lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 13. *& ſequenti*, Petra *de fideicommiſſ.
quæſt.* 10. *nu.* 13. vbi de communi opinione teſtatur Pe-
regr. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 10. Intrigl. *de ſubſtit. cent.*
3. *quæſt.* 73. *num.* 107. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *excep.*
23. *num.* 81. *& ſequentibus, par.* 2. Ioſeph. Ludou. *dec. Pe-
ruſ.* 63. *num.* 2.

Contrariam opinionem malè tenuit Anguſ. *conſ.* 50. 2
nu. 3. *lib.* 6.

Ampliatur primò, vt ſi fideicommiſſario hæres non 3
præſtet cautionem, quod fideicommiſſarius mitti de-
beat in poſſeſſionem bonorum; & fructus bonorum in
tuto ponuntur, Bertrand. *conſ.* 96. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 381.
nu. 30. Plot. *de iuram. in litem, §.* 26. *num.* 6. Pereg. *de fidei-
comm. art.* 40. *nu.* 14. *in fine.*

Ampliatur ſecundò, vt grauato non cauente poſſit 4
etiam contra eum iurari in litem, ſecundum Plot. *de iu-
ram. in litem §.* 26. *n.* 42.

Ampliatur tertiò, vt etiam primus fideicommiſſa- 5
rius teneatur cauere poſterioribus, Cephal. *conſil.* 381.
numero 42. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 40. *num.* 10. Gal-
lus *dicta except.* 23. *numero* 84. *parte* 2. & conferunt dicta
ſupra *quæſt.* 512. *n.* 5.

Idem in legatarijs, & fideicommiſſarijs particulari-
bus grauatis alteri reſtituere, nam & iſti tenentur cau-
tionem præſtare. *l. peto, §. fratre, l. cum pater, §. libertis, ff.
de legat.* 2. *l. vlt. C. de leg.* Gallus *d. excep.* 23. *nu.* 84.

Ampliatur quartò, vt cautio poſſit peti tam à primis 6
fideicommiſſarijs, quàm ab alijs vlterioris gradus, *d. l.
inter omnes, in primo reſp.* & ibi Iacob. de Rauen. Albert.
& Iaſ. *in* 2. *not.* Alciat. *conſil.* 30. *lib.* 9. Cephal. *conſil.* 619.
num. 4. Bero. *quæſt.* 118. Peregr. *de fideicomm. art.* 3. *num.*
79. *verſ. intellige*, Gallus *dicta except.* 23. *n.* 87. hanc tenet
quando primus ſubſtitutus non petijt cautionem; ſecus
ſi petijt.

Ampliatur quintò, ſiue grauatus diſſipet bona, ſiue 7
non, quia vtroque caſu tenetur cauere, *d. l. cum Archi-
medoram, l. hac ſtipulatio, & tot. tit. ff. vt legat. nomin. ca-
ueat. l.* 1. *in principio, & l. ſi is à quo, §. vltimo, ff. vt in poſſeſ.
leg.* Gallus *d. tit.* 4. *excep.* 23. *n.* 81.

Ampliatur ſextò, etiam quod nulla ſuſpicio extet 8
contra grauatum, Doctor. *in l. inter omnes, ff. qui ſa-
tiſd. cogan.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primogen. libro pri-
mo, cap.* 15. *numero* 17. Gallus *dicta except.* 23. *numero* 82.
parte 2.

Limitatur primò, ſi teſtator remiſit hanc ſatiſdatio- 9
nem, *l. ſcire debetis, C. vt in poſſeſſ. legat. vel fideicom.* Plot.
de in lit. iuran. §. 16. *numero* 6. Peregrin. *de fideicomm. art.*
40. *num.* 41.

Sed Ludou. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. Primog. cap.* 15. *nu.* 10
17. vult in caſu prohibitæ cautionis à teſtatore, hære-
dem teneri cauere quod dolus malus ab eo abſit.

Limitatur ſecundò, quando frater fratri eſt graua- 11
tus reſtituere ex ſubſtitutione paterna, *l. iubemus, C. ad
Trebellian.* & ibi Doctor. Gallus *dicto tit.* 4. *excep.* 23. *num.*
92. Plot. *dicto §.* 16. *num.* 6. Peregr. *de fideicommiſ. art.* 40.
nu. 10. *in fine.*

Limitatur tertiò, quando pater, vel mater eſſent 12
grauati reſtituere filijs ſuis, quia non tenentur ſatiſ-
dare, ſed ſolummodo promittere reſtitutionem, ob-
ligando bona ſua, *l. filio, ff. vt leg. nomin. caueat.* Plot. *de
iuram.*

Digitized by Google

iuram. in lit. §. 26. nu. 6. Peregr. dicto art. 40. nu. 10. Gallus dicta excep. 23. n. 93.

13 Hæc tamen limitatio declaratur primò non procedere in parentibus tranſeuntibus ad ſecundas nuptias, nam tunc teneterentur ſatiſdare, l. iubemus, §. in ſupradictis, C. ad Trebellianum. Plot. d. §. 26. numero 6. in fine, Peregr. dicto art. 40. numero 10. in fine, Gallus dicta except. 23. num. 94.

14 Declaratur ſecundò non procedere, ſi teſtator ordinaſſet patrem teneri cautionem præſtare, dicta l. iubemus, Gallus dicta except. 23. n. 94.

15 Porrò cautio, quando eſt præſtanda, eſſet ſolum præſtanda ſecundum vires grauati, & ſecundum eius poſſibilitatem, per modum eius facultatis, l. de creationibus, C. de Epiſcop. audien. l. vltima, § ſin autem talis, C. de curat. furio. Ludou. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 15. num. 9. Gallus dicta except. 23. num. 91. Peregr. d. artic. 40. poſt medium.

QVÆSTIO DXVI.

QVæro, an grauatus teneatur fideicommiſſario pro neglectis? Et teneri ſi fuit in culpa, volunt Bald. in l. filium quem habentem, circa finem, C. famil. herciſc. Alexand. in l. mulier, §. ſed etenim, ff. ad Trebellianum, Peregrin. conſil. 48. num. 10. libro 1. & in tractat. de fideicommiſſ. art. 10. numero 27. deciſ. 120. num. 3. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 32. num. 17. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 23. num. 105. part. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres grauatus tenetur fideicommiſſario de dolo, lata culpa, & leui, non leuiſſima.*

Limitatur in fideicommiſſo conſtituto ſolum in gratiam fideicommiſſarij, quia tenetur hæres ſolum de dolo, & lata culpa.

3 *Fideicommiſſum in gratiam ſolius fideicommiſſarij dicitur conſtitutum, ſi eſt purum, nec poteſt detrahi Trebellianica, conditionale dicitur conſtitutum in gratiam hæredis.*

QVÆSTIO DXVII.

Vtrum hæres grauatus teneatur fideicommiſſario de dolo, lata culpa, leui, & leuiſſima?

QVæro vltra dicta in præcedenti quæſtione, an hæres grauatus teneatur fideicommiſſario de dolo, culpa lata, leui, & leuiſſima? Pro reſolutione diſtinguo duos caſus.

1 Primus eſt, quando fideicommiſſum eſt factum etiã in vtilitatem hæredis, & tunc tenetur de dolo, lata culpa, & leui, non autem de leuiſſima.

2 Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum ſolum, in fideicommiſſarij gratiam eſt conſtitutum, & tunc tenetur ſolum de dolo, & lata culpa, Bartol. in l. cum res, §. culpa, num. 9. & ibi Alex. Iaſ. & alii, ff. de legat. 1. Bart. in l. mulier, §. ſed etenim, & ibi Alexand. latè, ff. ad Trebellian. Bart. in l. verum, quæſt. vltim. ff. depoſ. Rimin. ſen. conſil. 122. Pariſ. conſil. 81. nu. 12. lib. 2. Peregr. de fideicommiſſ. art. 10. num. 18.

3 Quando autem fideicommiſſum dicatur cõſtitutum in gratiam grauati, dicendum eſt illud eſſe, quod ſub conditione fuit conſtitutum, vt omnes admittunt: habet etiam locum in fideicommiſſo puro, dummodo grauatus poſſit detrahere Trebellianicam, Angel. in l. mulier, § ſi hæres, & ibi Cuman. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 10. num. 28.

Contrariam opinionem in fideicommiſſo puro, licet poſſit detrahi Trebellianica tenent, & malè Alex. in d. l. mulier § ſi hæres, & Ludou. Molin. de Hiſpan. Primog. li. 1. cap. 22. num. 4. 4

QVAESTIO DXVIII.

EX dictis in præcedentibus quæſtionibus reſultat etiam deciſio controuerſiæ, an damna, & peteriorationes cauſata à grauato in rebus fideicõmiſſo ſubiectis ſint ab eo reſarcienda? ſed quod ſint reficienda ſi interuenit culpa grauati, aliàs non, tenent Bald. in l. filium quem habentem, in fine, C. famil. erciſcund. Craue. conſil. 295. in fine, Decian. conſil. 44. numero 94. libro 3. Peregrin. conſil. 48. numero 10. libro primo, & in tract. de fideicommiſſ. artic. 10. numero 26. & ſeqq. Præt. de interpret. vltim. voluntat. fol. 361. num. 27.

Declaranda tamen erit diſputatio iſta ſecundùm dicta in præcedenti quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres abutendo & negligendo bona fideicommiſſi tenetur ante diem reſtituere ſi teſtator prohibuit peti cautionem, contra n. 2.*

3 *Hæres malè adminiſtrando bona fideicommiſſi, ſi cautio non eſt prohibita, non priuabitur bonis. ſed bona ponuntur in tuto, & ei fructus dantur, contra nu. 4. ampl. & decl. n. ſeqq.*

12 *Deteriorationes factæ à grauato in bonis fideicommiſſi ſunt ab eo reficiendæ.*

QVAESTIO DXIX.

Hæres abutendo, & negligendo bona fideicommiſſi, an teneatur ante diem reſtituere?

QVæro autem proſequendo materiam præcedentium quæſt. an hæres, qui diſſipat bona fideicommiſſi, vel eis abutitur, & negligit patiendo ab alijs occupari, poſſit fideicommiſſo priuari? diſtinguo duos caſus.

Primus eſt, quando teſtator prohibuit fideicommiſſario, ne peteret ab hærede cautionem, & tunc ante diẽ tenetur reſtituere, Bero. conſil. 98. lib. 2. Cæſ. Vgo. conſil. 81. Præt. de interpr. vltimar. volunt. fol. 361. nu. 27. in fine, & fol. 503. num. 68. 1

Contrariam ſententiam, quod adminiſtratio non poſſit auferri hæredi, probauit Pereg. de fideicommiſſ. artic. 40. num. 15. verſ. imò, vbi dicit eſſe caſum in l. vlt. ff. de leg. nom. can. 2

Secundus caſus eſt, quando illa cautio non fuit prohibita, & tunc non poterit priuari, ſed non eſſent ponenda in tuto, & interim grauatus fructus conſequi poſſet. Bero. conſil. 92. lib. 2. Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 361. num. 27. in fine, & fol. 503. num. 65. Peregr. de fideicommiſſ. art. 40. num. 15. & ſeq. vbi dicit grauatum etiam cogendum ad præſtandam cautionem, & alios citat, & dixi ſupra quæſt. 515. 3

Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes fideicommiſſarium poſſe impetrare reſtitutionem hæreditatis, etiam quo ad effectus iuris, ac fideicommiſſi caſus eueniſſet, & quod etiam fructus ad grauatum non ſpectent, niſi in ſubſidium pro iure alimentorum, & ſi pater eſſet rogatus reſtituere filijs, 4

aliis, Bartol. in l. Imperator & ibi Angel. Imol. Paul. Caſt. Alex. in 3. & alij. ff. ad Trebell. Bald. in l. 2. col. pen. ff. ſi quid in fraud. patron. Pinell. in l. 1. parte 2. nu. 33. C. de bon. matern. Aret. conſ. 72. dubio quinto, Soc. ſen. conſ. 34. num. 14. lib. 1. Ruin. conſ. 22. num. 14. lib. 5. vbi dicit hoc verum, ſiue pater grauatus ſit in dolo ex propoſito, ſiue re ipſa & ſic efficiatur pauper, Cephal. conſil. 113. Menoch. conſil. 1220. num. 1. Purificantur enim hi duo caſus quod pater grauatus moriatur, vel quod efficiatur pauper, ſecũdũ Gloſ. in l. 2. § quodſi in patris. ff. ſolut. matrim. quam in terminis noſtris refert, & ſequitur Ruin. conſil. 23. num. 14. lib. 5.

5 Intellige tamen hanc ſecundam opinionem, primò vt ſi deficeret conditio fideicommiſſi, bona remanerent penes hæredem. Paul. Caſtrenſ. in d. l. Imperator, & ibi Alex. num. 12. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 2.

6 Intellige ſecundò, vt procedat, ſiue diſſipet grauatus agendo, ſiue omittendo. Alex. poſt alios relatos, d. l. Imperator, n. 14. ff. ad Trebell. Ceph. conſ. 113. n. 16.

7 Intellige tertiò non habere locum, vbi ſubſtitutus nõ eſſet de filijs, Bart. in l. fin. ff. vt legat. nomin. caueat. Paulus Caſtr. in d. l. Imperator, n. 6. & ibi Alex. nu. 29. Peregr. de fideic. art. 40. n. 6. in fine.

8 Quod ſi placeret prima opinio, amplia illam procedere, etiam quod eſſet appoſita prohibitio alienationis, quia per hoc non veniret priuandus, tanquam ſecuta alienatione, quoniam prohibitio alienationis intelligi debet de vera, & expreſſa, non autem de tacita, iuxta l. nonnunquam, in fine. ff. de cond. & demonſtrat. cum maximè materia prohibitionis ſit odioſa & reſtringenda, Doct. in l. voluntas, C. de fideicomm. Dec. conſil. 377. nu. 5. Cephal. conſil. 17. num. 28. Decian. conſil. 9. nu. 23. & conſil. 78. num. 57. lib. 3. Hieron. Gab. conſil. 111. n. 18. libr. 1. Maſcard. de probat. concl. 1239. n. 3. & dixi latè q. 676. vbi propterea dixi prohibitionem eſſe reſtringendam, debet ergo prohibitio verificari in alienatione propria, nõ autem impropria, & ita ſenſit in ſpecie Cephal. conſ. 296. num. 31. & ſeqq.

9 Declaratur hæc ampliatio vt procedat, dummodò prohibitio eſſet ſimpliciter facta, ſecus ſi verbis multum vniuerſalibus, vt comprobat Cephal. dict. conſil. 296. num. 31. & ſeqq.

10 Ampliatur ſecundò ſiue diſſipet in toto, ſiue in parte Bero. quaſt. 72. in fine, Ceph. conſil. 113. nu. 14. Petra de fideic. quaſt. 10. nu. 59. in fine.

11 Limitatur quando dilatio reſtitutionis eſſet appoſita gratia fideicommiſſarij, quia tunc bona omnino à grauato eſſent auferenda per tex. in l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſur. Bald. in rubr. C. de his qua in fraud. credit. in fine, Alexandr. in l. Imperator, colum. 1. ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 40. num. 6. in fine.

Quando autem fideicommiſſum dicatur relictum in gratiam fideicommiſſarij, vel vtriuſque, dixi quaſt. 517. num. 3. & 4.

12 In omni tamen caſu deteriorans bona, damnum reficere teneretur, Marzar. in epit. de fideicomm. parte 2. qu. 46. verſ. de deteriorante.

QVÆSTIO DXX.

QVAERO, incendio extincta re fideicommiſſi cuius periculo ſit extincta? Et damnum periculo fideicommiſſarij eſſe, niſi incendium fuiſſet cauſatum dolo, lata culpa, vel leui hæredis, volunt Ceph. conſ. 67. in fine, vbi etiam dicit expenſas reparationis eſſe reſtituendas, necnon cum fructibus compenſandas.

Declaratur autem id quod dictum fuit de leui culpa, ſecundum dicta q. 518. nu. 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Legata præſumuntur relicta ab hærede non à fideicommiſſario. ampl. & decl. per totam quaſt.*
Ampliatur etiam in legato relicto poſt mortem hæredis, nu. 2. contra n. 3.
Ampliatur ſecundo, & ſi hæres ante euentum diei reſtituiſſet fideicommiſſum, quia à legatarijs poterit conueniri, nu. 4. decl. ibid.
Limitatur ſi fideicommiſſum fuiſſet purum, quia fideicommiſſarius teneretur. n. 5. decl. n. ſeqq.
Limitatur in legatis ſucceſſiuis, quia hæc cenſetur relicta tam ab hærede quàm à fideicommiſſarijs, n. 13.
Limitatur, quando hæres conctè adiuit, n. 14.
Limitatur, quando hæres aliqua re retenta eſt grauatus hæreditatem reſtituere. n. 15.
Limitatur ſi legata nominatim à fideicommiſſario ſunt relicta, nu. 16.
Limitatur, quando hæres eſt grauatus reſtituere omnem vel totam hæreditatem quia legata cenſentur relicta à fideicommiſſario, n. 17. decl. n. 18.
Limitatur, quando tranſactio eſt facta inter hæredem, & fideicommiſſarium, quia fideicommiſſarius tenebitur, num. 19.
20 *Legata, quando ſunt præſtanda à fideicommiſſario integrè præſtantur, ſi ab eo factum non eſt inuentarium, nu. 21. contra ibid.*
21 *Legata relicta ab hærede an cenſeantur repetita à fideicommiſſario, remiſſiuè.*

QVAESTIO DXXI.

Legata an ſint præſtanda ab hærede, vel fideicommiſſario?

QVAERO, an legata ſint præſtanda ab hærede, 1
vel à fideicommiſſario? Et ab hærede præſumi relicta, volunt Bart. in l. Marcellus ff. ad Trebell. Bald. in l. vlt. ad finem, C. eod. Aret. in l. 1. §. vlt. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Alex. conſ. 13. n. 1. lib. 1. Corn. cõſil. 3. n. 20. lib. 1. vbi teſtatur de communi opinione Crauet. conſ. 16. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 2. n. 8. Maſcard. de probat. concl. 1157. nu. 2. & ſeqq. vbi ampliat multipliciter, Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 485. nu. 5. & fol. 497. n. 108. Menoc. lib. 4. præſumpt. 131. n. 4. & ſeqq. Peregr. de fideicom. art. 4. n. 2. & ſeqq. multis, vbi conſiderat multos caſus.

Ampliatur primò etiam in legato relicto poſt mortem 2
hæredis Bart. in l. Marcellus ff. ad Trebell. in l. qui duos, in fine, ff. de vulg. & in l. codicillis in princip. & Bald. & Imol. ff. de vſufr. legat. Bald. in auth. ſi quando n. 3. C. de conſtit. pecun. Alex. in l. vlt. § latè, & ibi Iaſ. ff. ſi cert. petat. Socin. ſen. in l. Paulus, la ſecõda, in fine ff. de reb. dub. rurſus Alex. conſil. 170. n. 2. lib. 2. Corn. d. conſ. 53. n. 7. & 20. lib. 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Dec. conſ. 581. nu. 8. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 2. n. 8. in fin. Menoc. d. præſumpt. 131. num. 11.

Contrariam ſententiam probarunt Surd. conſ. 92. nu. 3
13. in fine lib. 1. Peregr. de fideic. art. 4. n. 21. in fine, vbi dicit ita iudicatum.

Ampliatur ſecundò, & ſi hæres ante diei euentum re- 4
ſtituiſſet fideicommiſſum, quia ipſe à legatarijs poterit conueniri, Peregr. de fideic. art. 4. n. 3. & n. 22. vbi tamen dicit, tunc hæredem poſſe repetere à fideicommiſſario.

Declaratur primò, vt procedat in fideicommiſſario 5
cõditionali, vt non teneatur ad legata, ſecus eſſet quãdo

purum fuiſſet fideicommiſſum, quia tunc tota hæreditas reſtituitur fideicommiſſario, & ille tenebitur ad legata *l. vlt. C. ad Trebell.* Crauet. *conſ.* 16 *n.* 1. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 8. Peregr. *de fideicomm. ff. art.* 4. *n.* 2. *& 24.*

6 Subdeclaratur primò, ſi fideicommiſſum non ſit vniuerſale, ſed quota hæreditatis, nam quando fideicommiſſarius teneretur, ſolum pro illa quota teneretur, *l.* 2. *C. ad Trebell.* Mantic. *dict. libr.* 8. *tit.* 2. *num.* 8. Peregr. *dict. art.* 4. *num.* 10.

7 Intellige tamen, quod ſi nominatim eſſent relicta ab hærede, vel à fideicommiſſario, quod in totum eſſent præſtanda ab eo, à quo fuerunt relicta, Peregrin. *de fideic. art.* 4. *num.* 11. *& ſeqq.*

8 Subdeclaratur ſecundò, vt non procedat, quando legata nominatim ab hærede eſſent relicta, Cuman. *in l.* 1. *§. ſed ſi quadraginta*, & ibi Iaſ. *ff. ad Trebell.* idem Iaſ. *in l. quadraginta, col.* 3 *in primo not. & in l. Marcell. in* 4. *not. ff. eod.* Ruin. *conſ.* 67. *n.* 11. *lib.* 2. Natta *conſ.* 313 *col. vltim.* Crauet. *conſ.* 16. *n.* 1. Pereg. *d. art.* 4 *n.* 17. *& n.* 22 Præt. *de interpret. vltimar. volun fol.* 377. *n.* 5. *& fol.* 485. *n.* 10.

9 Intellige tamen vt hæres non teneatur ſoluere de ſuo Peregr. *d. art.* 4. *num.* 17. *in fine*, licet contra teneat Eugen. *conſil.* 36. *nu.* 1.

10 Subdeclara tertiò non habere locum, quando teſtator voluit prius ſolui legata, quam fideicommiſſum reſtitui, quia hæres ea præſtabit, Crauet. *conſ.* 16. *n.* 1.

11 Subdeclara quartò non procedere, quando teſtator factis prius legatis dixit, in reliquo Titium ſubſtituo, quia hæres præſtabit legata, Crau. *conſil.* 16. *n.* 1.

12 Declaratur ſecundò, vt facta reſtitutione fideicommiſſi, hæres, qui fuit in probabili ignorantia, quod extiterit conditio legati, non poſſit conueniri à legatarijs, ſed onus ſpectabit ad fideicommiſſarium, ſi hæres retinuit ſolum ſuam Trebellianicam. Alciat. *reſp.* 179. *libr.* 9. Surd. *conſil.* 9. *numero* 10. *& ſeqq. lib.* 1. vbi abſolutè tenet legatarios teneri conuenire fideicommiſſarium facta reſtitutione.

13 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator fecit legatum ſucceſſiuum, quod licet poteſt præſtari tam ab hærede, quàm à fideicommiſſario, vt quia verba ſunt imperſonaliter prolata, & tunc legatum præſumitur relictum tam ab hærede, quàm à fideicommiſſario, & tam à primo fideicommiſſario, quàm à ſequentibus, Bened. de Plumb. *in l.* 2. *ff. de manum. teſtam.* Aret. *in l. et ſi cõtra*, & ibi Alexan. *ff. de vulg.* Ruin. *conſ.* 44. *n.* 4 *lib.* 2. Hieron. Gab. *conſ.* 177. *n.* 35. *& lib.* 1. Menoc. *d. præſump.* 131. *n.* 12.

14 Declaratur quartò non habere locum in hærede coacto adire, quia tunc onus ſpectat ad fideicommiſſarium Peregr. *de fideicomm. art.* 4. *n.* 1.

15 Declaratur quintò non procedere, quando hæres aliqua re retenta, grauatus eſt hæreditatem reſtituere, tunc enim fideicommiſſarius teneretur ad legata, Paul. Caſt. *in l. Marcellus. n.* 7. & ibi Claud. Aquenſ. *n.* 3. *ff. ad Treb.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 4. *n.* 4. *& ſeqq. & n.* 21.

16 Declaratur ſextò non habere locum, quando legata nominatim à fideicommiſſario eſſent relicta, quia ab eo, non ab hærede erunt præſtanda, *l. facta, §. cum ſuſpecta*, & ibi Ripa *num.* 2. *ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.* 4. *num.* 11. *& n.* 20.

17 Declaratur ſeptimò, vt non procedat, quando hæres eſſet grauatus reſtituere omnem, vel totam hæreditatẽ, quia tunc legata cenſentur relicta à fidecommiſſario, & ideo ab eo erunt præſtãda, *l. vlt. ſecundum vnum intellectum, Cod. ad Trebell* Bart. *in l. qui duos. ff. de vulg. & in l. Marcellus. n.* 3 & ibi Paul. Caſtr. & alij, *ff. ad Treb.* Ruin. *conſ.* 52. *n.* 3. *lib.* 2. Pereg *de fideicomm. art.* 4. *n.* 21.

18 Limitatur hæc declaratio, ſi legata eſſent inutilia, niſi præſumerentur relicta ab hærede, Bart. *in l. qui duos. ff. de vulg.* Peregr. *d. art.* 4. *n.* 21.

Sed quid ſi facta ſit tranſactio inter hæredem, & fideicommiſſarium, an legatarij teneantur conuenire hæredem, vel fideicommiſſarium, videndus erit Surd. *conſil.* 92. *lib.* 1. vbi latè, & concludit fideicommiſſarium teneri ad legata. 19

In caſibus autem, in quibus fideicommiſſarius tenetur ad legata, ab eo integra eſſent præſtanda non facto inuentario, Iacob. de Aret. *in l.* 1. *§. is qui quadraginta*, & ibi Din. Alber. de Roſat. Angel Imol. Alexan. Iaſ. & Ripa *ff. ad Trebell.* quos refert, & ſequitur Peregr. *decif.* 99. *in fine*. A quibus tamen diſſentit Socin. ſen. *in d. §. ſi is qui quadraginta*. 20

Sed an legata relicta ab hærede cenſeantur repetita à fideicommiſſario? dixi *q.* 70. *nu.* 3. 21

QVÆSTIO DXXII.

QVAERO, an æs alienum ſit ſoluendum ab hærede vel à fideicommiſſario, videndus de hoc articulo erit Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 4. vbi latiſſimè.

QVÆSTIO DXXIII.

QVAERO, an onera perpetua, vt ſunt liuella, cenſus, penſiones, collectæ, & aliæ angariæ, ſint ſoluendæ per hæredem, an per fideicommiſſarium? & dico, quod pro tempore, quo bona remanebunt apud hæredem cum fructibus, quod ad eum etiam ſpectant hæc onera, facta autem reſtitutione pro tota, vel quota fideicommiſſarius teneretur, Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 8. Peregr. *de fideicomm. art.* 4 *n.* 65. Didac. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fideicomm. ſubſtit. n.* 44.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa non poſſunt vendi, nec cedi, ſed ceſſione infirmata fideicommiſſarij iura ſalua remanent, contra n.* 2. *ampl. & decl. per totam quaſt.*

Ampliatur etiam in fideicommiſſo puro, n. 3. *contra ibid.*

Ampliatur etiam in caſibus, in quibus dominium tranſit de reſtitutione, n. 4.

Limitatur, quando fideicommiſſum fuit agnitum, & reſtitutum, n. 5.

Limitatur in fideicommiſſo particulari, quia hoc ante reſtitutionem cedi, & vendi poteſt, n. 6. *contra n.* 7.

Limitatur, quãdo emptor, vel ceſſionarius cogeret hæredem vt adeat, & hæreditatẽ reſtituat fideicõmiſſario ad vtilitatem tamen ipſius, n. 8. *contra n.* 9. *decl. n.* 10.

Limitatur, quando ceſſionarius conſtitueret procuratorem ad reſtitutionem petendam nomine fideicommiſſarij, numero 11.

Limitatur, quãdo cedens conſtitueret procuratorem ceſſionarium ad petendam reſtitutionem nomine ipſius fideicommiſſarij, n. 12. *vbi decl.*

Limitatur, ſi ceſſio fieret alteri conſubſtituto, n. 14.

15 *Fideicommiſſi ceſſio non valet in præiuditium aliorum ſubſtitutorum, contra n.* 16. *concord n.* 17.

18 *Fideicommiſſi ceſſio, quando valet, non operatur contra hæredem mortuo fideicommiſſario ante illum, declara numero* 19.

QVÆSTIO DXXIV.

Vtrum fideicommiſſa poſſint vendi, & cedi?

QVAERO, an fideicommiſſa poſſint vendi, & cedi? Et non poſſe, ſed ceſſione infirmata, & venditione, iura fideicommiſſarij eſſe ſalua, probatur *in l.* 1
mulier,

mulier,§.*heres ex aſſe*,& ibi Bartol. & alij, *ff. de iur. dot.* Doct.*in l.apud Iulianum*,§.*vtrum*,*& in l.reſtituta*, *ff. ad Trebell.*Bart.*in l.qui ita*,§.1.*ff.eod.*Bald.*in l.2.in primo oppoſ.C.de pact.*Iaſ. *in l.* 1.*num.* 96.& ibi Crott.& Crauet. *ff.de legat.*1.Purpur. *in l.*1. *numero* 37.*C. de pact. & in l. vltim.num* 38.*C. eod.*Zanch.*in l.hæredes mei*,§. *cum ita*, *numero* 366.*ff. ad Trebell.* Bart.*conſil.*219. Pepus *numero* 1. *libr.* 2. Natta *conſil.* 200. *numero* 3. Hieron. Gabr. *conſil.* 121.*numero* 49.*libr.* 1. Tiraquell. *de retr. lign.* §. 26.*gloſſ.*1.*numero* 52. Carpan. *ſuper ſtat. Mediol. cap.* 445.*numero* 30. Surd. *de alimen.tit.* 6.*quaſt.* 22.*numer.* 32. Peregr.*de fideicommiſſ.art.*2.*num.*52.*& art.*31.*num.* 27.*& ſeqq.* Gallus *de except.ſucceſſ.tit.*4 *excep.*23.*nu.* 66. *& ſeqq.parte* 2.

2 Contrariam ſententiam probarunt poſt Cuman. relatum Iaſ. *in l*...*column.vlt.C de pact.*Claud. de Seiſ. *in l. vlt.*& ibi Cagnol.*num.*40.vbi dicit eſſe communem opinionem. *C. eod.*

3 Ampliatur communis opinio primò, vt procedat etiam in fideicommiſſo puro,vt probatur *in l.mulier*,§. *heres ex aſſe ff.de iur.dot.*& volunt Doct. pro ea adducti. Contra tamen tenuit Surd.*conſ.*92.*n.*4.*lib.*1.

4 Ampliatur ſecundò etiam in caſibus,in quibus dominium tranſit ſine reſtitutione.Bal.*in conſ.*86. Pepus Nicolutij, *col.*2.*lib.*1.Zanch.*in l.hæredes mei*,§. *cum ita*,*nu.* 363.*ff.ad Trebell.*

5 Declaratur primò,vt procedat communis opinio ante agnitionem,ſecus eſt fideicommiſſo agnito, & reſtituto,quia poterit,& cedi,& vendi,Curt.iun. *in l.* 2. *col.* 1.*C.de pact.*Carpan.*ſuper ſtat. Mediol.cap.*445.*num.* 30. Peregr.*de fideicommiſſ.artic.*31.*num.*34. Gallus *d.except.* 23.*num.*68.*& ſeqq.*

6 Declaratur ſecundò, vt procedat in fideicommiſſo vniuerſali, aliud enim eſſet in fideicommiſſo particulari,quod cedi poteſt, & vendi,etiam ante reſtitutionem, transferendo actiones reales,& perſonales,quę competunt pro illius vendicatione in ceſſionarium,vel emptorem.Bald.*in cap.nonnulli,col.*6.*extr.de reſcript.*Iaſ.*in l.*1.*n.* 96.*ff.de legat.*1.Zanch.*in l.hæredes mei*,§. *cum ita.n.* 363. *verſ.tertio ff.ad Trebell.* Ruin.*conſ.*126.*n.*12. *&* 15.*lib.*3. Peregr.*de fideicom.art.*31.*n.*31.

7 Contrariam opinionem tenuit Crauet.*in l.*1.*nu.*191. *verſ.aduertendum*,*ff.de legat.*1.

8 Declaratur ſecundò, quod licet ceſſionarius, & emptor agere non poſſint nomine proprio, vt ſibi grauatus reſtituat hæreditatem, quod tamē poterit hæredem cogere,vt adeat, & hæreditatem reſtituat fideicommiſſario,ad vtilitatem tamen ipſius ceſſionarij *l.ſeruo inuito*,§.*vltimo*,*ff.ad Treb.*Gloſſ.*d. l. mulier*, §.*ſi heres ex aſſe*, *ff.de iur.dot.*Bald.*in l.pen.*& ibi Paul.Caſtrenſ. *C.ad Trebell.* Angel. *in l.reſtituta*, & ibi Imol.& Alexand. *ff.eod.* idem Angel.*in l.apud Iulianum*,§. *vtrum*, & ibi Alexan. *n.*3.& Claud.Aqu.*ff.eod.*Ang.*in l ſi vſusfructus,in princ. ff.de nouat.*Iaſ.*in l.qui ſtipendia*,*C.de procur.*Curt. iun.*in l.*1.& ibi Cagnol.*num.*36.*C.de pact.inter.empt.& vendit.* Zanch.*in l.hæredes mei*,§.*cum ita*,*numero* 363.*ff ad Trebell.*Ruin.*conſil.*105.*col.vlt.lib.*2.*& conſil.*126.*lib.*3.Hieron.Gabr.*conſil.*121.*numero* 49.*lib.*1.Burſat.*conſ.* 55.*nu.* 24.*lib.*1.Benedict.de Butr.*in tract.Guarent.part.*1.*qu.*9. *colum.*3.Boſſ.*tit.bann.quid amitt.numero* 16. Craſſ. *in* §.

8 *fideicommiſſum*,*quæſt.*44.vbi teſtatur de communi opinione, Peregr.*d.art.*31.*nu.*33. Gallus *d.tit.* 4.*except.* 23. *nu.*74.*& ſeqq.par.*2.

9 Contrariam opinionem tenuit Curt. iun.*in l.*2.*Cod. de pact.inter empt. & vend.*vbi dat cautelam, de qua in quinta declaratione, & ſenſit Cagnol.*ibi n.*40.

10 Intellige hanc declarationem procedere, dummodò ceſſio comprehendat ius de futuro,aliàs neceſſaria eſſet noua ceſſio,Claud.Aquenſ.*in l.apud Iulianum*,§.*vtrum*, *ff. ad Trebell.*Cagnol.*in l.*2.*n* 40.*C. de pact. inter emptor. & vendit.*

Pariter ceſſionarius poterit conſtituere procuratorem ad reſtitutionem petendam nomine fideicommiſſarij *l.reſtituta*.§.1.*& l.qui ita*,§.*primo*.*ff. ad Treb.* Bart. *in l. ſi ſtipulatus fuerim*, *circa princip. ff. de verbor. oblig.* Gallus *d. excep.* 23.*numer.* 74. *& num.*26. dicit requiri ſpeciale mandatum. 11

Declaratur quartò, vt licet cedens non poſſit conſtituere ceſſionarium procuratorem in rem ſuam, quod tamen poterit eum conſtituere procuratorem ſimplicē nomine ipſius fideicommiſſarij ad petendam reſtitutionem,dummodo mādatum ſit ſpeciale,*l.reſtituta* §.1.& ibi Doctor.*ff.ad Treb.l. qui ita*. §.1. & ibi Doctor *ff.eod.* Bartol. *in l. Paulus* ,& ibi Imol.*ff de acquirend. hæredit.* idem Bart.*in l.ſi ſtipulatus fuerim in fine principij ff.de verb.oblig.*Pereg.*de fideic.art.*31.*n.*32.Theſaur.*dec.*155. 12

Declaratur quintò, vt fideicommiſſarij poſſint promittere ceſſionarijs,quod ipſi agent contra hæredes grauatos eueniente caſu fideicommiſſi, & quod fideicommiſſum reſtituent ceſſionarijs,Cur.iun.*in l.*2. & ibi Cagnol.*nu.*20.*verſ.inuenio.Cod. de pact. inter empt & vendit.*Rip.*in l.hæredes mei*,§.*cum ita*,*nu.*63. & ibi Zanc. *n.* 363.*ff. ad Trebell.* 13

Declaratur ſextò,vt non procedat, quando ceſſio fieret alteri cum ſubſtituto,ſecundum Purpurat. *in d. l.* 1. *nu.*37. *in fine*, *Cod. de pact.* vbi dicit contrarium tenuiſſe Lancel. Dec. 14

Aduerte autem primò circa dictas declarationes, quod ceſſio nunquam valeret in præiudicium aliorum ſubſtitutorum,Cagnol.*in l.*2.*nu.*41. *verſic.ex quibus*, *C. de pact.int. emptor. & vendit.* Contrarium tamen tenuit Fulgoſ. *conſil.*101. 15

Concordari poſſunt ſecundum Zanch.*in d.*§.*cum ita*, *numero* 364. Aut agitur de fideicommiſſo conditionali, & quod non poteſt tranſmitti, & procedat opinio Cagnol. Aut agitur de fideicommiſſo purificato, vel conditionali,quod tamen poteſt tranſmitti,& procedat opinio Fulgoſ. 16

Aduerte ſecūdò, quod mortuo fideicommiſſario ante hæredem grauatum, ceſſio non valeret in præiudicium hæredis,Cagnol.*in l.*2.*nu.*41.*verſ. ex quibus*,*C.de pact. inter empt. & vend.* Hoc autem non procedere in caſibus,in quibus fideicommiſſum tranſmittitur ad hæredes, quia tunc non agatur de præiudicio hæredis grauati, ſed ſolū de præiudicio hæredum fideicommiſſarij cedentis,tenet ceſſio Zanch. *in l.hæredes mei*,§. *cum ita*, *num.*363.*in fine*,*ff.ad Trebell.* 17 18

SVMMARIVM.

1 *Locari poſſunt bona fideicommiſſi ab hærede grauato.*

2 *Locare poteſt bona prohibitus alienare,ſi locatio fiat ad modicum tempus, ſecus ſi fiat ad longum tempus, contra n.*6.*ampl.& decl.n.ſeqq.*

Locatio ad longum tempus transfert vtile dominium in conductorem.

16 *Prohibitus alienare poteſt fructus in alienare, & fructuum commoditatem.*

17 *Prohibitus locare nō poteſt nec modicum tempus locare.*

QVÆSTIO DXXV.

Locari vtrum poſſint bona ſubiecta fideicommiſſo?

Qværo, an locari poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta? In hoc articulo duos diſtinguo caſus.

Primus eſt, quando agitur de fideicommiſſo 1

miſſo reſultante ex ſubſtitutione, & hoc caſu cōcedunt omnes, quod bona locari poſſint ita relati *in ſequenti caſu, & in ſequenti quaſt.* & in fortioribus alij relati. q 554. dum volunt fideicommiſſi bona poſſe alienari conditione pendente.

2 Secundus caſus eſt, quando agitur de prohibitio alienare, & tunc licet is poſſit locare ad modicum tempus, non poterit tamen locare ad longum tempus, & locandi incidit in commiſſum, ſi alius in caſu alienationis ſit vocatus, Din. *in l. codicillis, §. instituto,* & ibi Bart. Imol. Paul. Caſtr. *ff. de legat.* 2. Doct. *in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. eod.* Menoch *conſ.* 1032. *n.* 12. *lib.* 1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 59. Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 107. Petra *de fideic. q.* 8. *n.* 81. *& ſeqq. & nu.* 101. Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 106. *& ſeqq. & n.* 118.

3 Ratio eſt, quia locatio ad longum tempus eſt ſpecies alienationis, & de natura locationis huiuſmodi eſt, vt vtile dominium transferatur, *cap. nulli, & cap. ad audientiam, de reb. eccleſ. non alienan.* Gl. *in l.* 1. *ff. ſi ager vectigalis,* Bartol *in l.* 1. *§. quod ait ff. de ſuperf.* Feder. *conſ.* 123. Paul. Caſtr. *in l. manumiſſiones, num.* 6. *ff. de inſtit. & iur.* Anchar. Reg. *quaſt.* 52. *nu.* 1. *lib.* 2. Guliel. Rodoa. *de reb. eccl. non alien. in princ. verſic. vocabulum quoque, fol.* 15. *& quaſt.* 6. *fol.* 345. *num.* 6. Alexand. *conſil.* 68. *colum.* 2. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lign. gloſſ.* 14. *§.* 1. *num.* 79. Did. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2. Menoc. *de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 5. *num.* 1. Hieron. Gabr. *conſ.* 168. *quaſt.* 1. *nu.* 3. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 40. *num.* 92. Caroc. *de locat. part.* 2. *tit. de locat. ſine tempore quaſt.* 1. *fol.* 53. Mantica *de tac. & ambig. contract. lib.* 5. *tit.* 45. *nu.* 1. Afflict. *deciſ.* 365. *n.* 4. Cauale. *deciſ.* 43. *nu.* 1. Boer. *deciſ.* 234. *num.* 2. Franc. March. *deciſ. Delphin.* 451. *par.* 1.

4 Et alienationis verbum eſt generale, & complectitur omnem alienationem per quam dominium transfertur, *l. alienationis, ff. de verbor. ſignif.* Salic. *in l. vltima, n.* 1. *C. de reb. eccleſ. non alienan.* Soc. ſen. *conſ.* 75. *n.* 2. *lib.* 1. Rip. *in l. vlt. q.* 42. *C. de reuocan. donat.* Afflict. *in cap.* 1. *§. & ſi libellario, nu.* 30. *quib. feud. amit.* Bero. *in cap. nulli, n.* 21. *de reb. eccleſ. non alien.* Caroc. *de locat. par.* 2. *q.* 3. *n.* 3. *tit. de locat. ad longum tempus, fol.* 54.

5 Locatio autem in propoſito ad longum tempus dicitur, quando eſt facta ad decennium, Gloſ. notabilis communiter recepta, *in d. l.* 1. *ff. ſi ager vectig.* Alex. *conſil.* 17. *col.* 1. *lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 19. *& conſ.* 84. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 46. *col.* 8. *verſ. ſed difficultas, lib.* 4. Dec. *cōſ.* 204. Pariſ. *conſ.* 118. *lib.* 3. Tiraquel. *de retr. lign. §.* 1. *gloſſ.* 6. *nu.* 9. *in fine,* Ruin. *conſil.* 58. *col. vlt. lib.* 4. Franciſ. March. *deciſ. Delphin.* 648. Boerius *deciſ.* 234. *numero* 2. *& ſequentibus,* & eſſe communem opinionem teſtatur Caroc. *de locat. parte* 2. *tit. de locat. ad longum tempus, quaſt.* 1. & ita in terminis noſtris de prohibita alienatione in fideicommiſſis tenet Peregr. *d. art.* 40. *num.* 93.

Idem eſſet ſi facta fuiſſet ad vitam vel locatoris vel conductoris, quia ad longum tempus dicitur facta, Anchar. *in cap.* 1. & ibi Imol. & Cardin. *de reb. eccl. non alien.* Aret. *conſ.* 55. *n.* 2. Alex. *conſ.* 119. *in fine, lib.* 3. Decius *cōſ.* 204. Hieron. Gabr. *conſ.* 168. *n.* 1. *lib.* 1. Pinell. *in l.* 1. *n.* 63. *C. de bon. matern.* Carocc. *loco citato, q.* 2. Peregr. *d. art.* 40. *num.* 109. Mantic. *d. tit.* 45. *num.* 12.

Locatio autem facta ad nouennium non eſſet prohibita, quia non dicitur ad longum tempus, Angel. *in l. ſi filiofamilias, §. ſi vir. d.* 2. & ibi Imol. *num.* 6. *ff. ſolut. matrim.* Mantic. *de tac. & ambig. contr. lib.* 3. *tit.* 45. *num.* 13. Porr. Imol. *conſ.* 61. *n.* 10. *&* 13.

6 Contrariam tamen ſententiam, quod locans ad longum tempus non cadat in pœnam, & ſic quod alienare prohibitus poſſit ad longum tempus locare, tenēt Glo. *in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat.* 2. Feder. *de Sen. conſil.* 189. Ruin. *conſ.* 148. *num.* 4. *lib.* 1. Soc. ſen. *reg.* 11. *limit.* 1. Cabal. *miſſel.* 213. Caroc. *de locat. tit. de locat. ſine tempor. par.* 2. *q.* 3. *nu.* 4. *& ſeqq. fol.* 54. Ioſoph. Ludou. in fortioribus *deciſ. Lucen.* 64.

Ampliatur hic caſus vt procedat, & ſi dictum eſſet, quod tot ſint locationes, quot ſunt anni, quia hoc cenſetur dictum in fraudem, & non deſinit quin ſit locatio ad longum tempus, Pinell. *in l.* 1. *§.* 3. *n* 63. *C. de bon. matern.* Alexand. *conſ.* 165. *col.* 2. *lib.* 1. Soc. ſen. *de reg.* 11. *lim.* 2. Did. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 16. *num.* 3. Ludou Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Fabian. *de empt. & vendit. q.* 4. *princ. verſ. circa tertium,* Caroc. *de locat. in* 2. *parte, tit. de locat. ad longum tempus, q.* 4. *n.* 5. *fol.* 54. Pereg. *de fideicom. art.* 40. *n.* 108. Mantica *de tac. & ambig. contr. lib* 13. *cap.* 45. *n.* 412. *& nu* 17. 7

Contrariam tenent opinionem poſt Bald. relatum tenet Petr. *de fideicomm. q.* 8. *nu.* 96. Florian. de Sancto Petr. *in d. §. instituens, num.* 3. Alex. *in d. §. fundus,* Rodoan. *de reb. eccl. non alien. q.* 2. *cap.* 13. 8

Ampliatur ſecūdò, & ſi proteſtatum fuiſſet, quod ius aliquod vtilis dominij non transferatur in conductorem, Bald. *in cap.* 1. *num.* 7. *de prohibit. feud. alien. per Feder.* Alexan. *conſ.* 104. *colum. penul. ad finem lib.* 3. Iaſ. *conſil.* 94. *colum. vltim. lib.* 1. Ptol. *conſ.* 19. *num.* 63. Riminal. iun. *conſil.* 251. *lib.* 3. Socin. ſen. *d. reg.* 11 *limit.* 4. Rodoan. *de reb. eccleſ. non alien. quaſt.* 6. *folio* 245 *numero* 6. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vendit. quaſt.* 7. Petra *de fideicommiſ. quaſt.* 8. *n* 95. Caroc. *de locat. parte* 1. *tit. de locat. ſine tempore quaſt.* 3. *nu.* 16. vbi alios citat, Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *nu.* 104. 9

Contra tamen tenent Bald. *in l. codicillis, §. instituto,* & ibi Imol. Flor. de Sanct. Petr. & Salicet. & Alexand. *ff. de legat.* 2. idem Bald. *in l. ſi domus, §. vlt. num.* 1. & ibi Imol. & Alex. *nu.* 8 *ff. de legat.* 1. Bero. *in cap. nulli, nu.* 32. *de reb. eccl. non alienan.* Imol. *in cap. ad noſtram, eod.* Felin. *in cap. quam in eccleſiarum, nu.* 119. *de conſtit.* Alex. *in d §. Diui,* & ibi Cardin. Alban. *nu.* 8. Rimin. ſen. *conſil.* 212 *nu.* 26. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 57 *num.* 8. *& ſeq. & conſ.* 148. *nu.* 8. *libr.* 1. Arno. *ſing.* 72. Mantica ſenſit *d. capit.* 45. *n.* 15. *&* 16. Fabian. de Monte *de empt. q.* 3. *art.* 22. *n.* 8. Rodo. *de reb. eccl. non alien. qu.* 2. *cap.* 13. *in fine.* 10

Ampliatur tertiò, & ſi in locatione dictum ſit, quod locatio valeat quandiu partibus placuerit, quia adhuc dicitur facta ad longum tempus, Ari. Pinel. *in l.* 1. *parte* 3. *numer.* 63. *C. de bon. matern.* Petra *de fideicommiſſ. qu.* 8. *num.* 90. 11

Ampliatur quartò, & ſi locatio facta ſit in colonum partiarium, Salic. *in l. ſi merces, §. vis & maior. ff. locat.* Alexan. *in d. l. ſi domus, §. vlt. in fine ff. de legat.* 1. Soc. ſen. *dict. reg.* 11. *limit.* 5. Petra *de fideicomm. qu.* 8. *num.* 97. vbi dicit eſſe communem opinionem, pro qua adducitur *l.* 1. *§.* 1 *ff. pro ſoc.* 12

Contrariam ſententiam probarunt Bald. *in cap.* 1. *§. ſi autem libellario, in fine, quib. mod. feud. amit.* Ruin. *conſil.* 53. *num.* 11 *lib.* 1. Bald. Nouell. *tract. de dot. parte* 7. *priu. leg.* 1 *num.* 19. 13

Ampliatur quintò vt procedat, & ſi facta ſit locatio de modico tempore ad modicum tempus, cum pacto renouandi, & quod tot dicantur factæ locationes, quot ſunt tempora modica, Iaſ. *conſil.* 94. *col. vltim. lib.* 1. Peregr. poſt alios *de fideic. art.* 40. *n.* 107. 14

Contrariam tamen opinionem probarunt Bald. *in l. voluntas, numer.* 6. *C. de fideicommiſſ.* Alexand. *conſil.* 165. *num.* 1. *in fine lib.* 2 Rimin. iun. *conſil.* 251 *lib.* 3. Rodoan. *de reb. eccleſ. non alien. folio* 338. *n.* 5. Petra *de fideicommiſ. quaſt.* 8 *num.* 98. 15

Ampliatur ſextò, vt locator teneatur reſtituere omnes penſiones à die locationis, & traditionis, Iaſ. *conſil.* 29. *dubio tertio, lib.* 1. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, par.* 5. *num.* 113. *ff. ad Trebell.* 16

Limi-

Limitatur, quando potius eſt facta prohibitio ſub pœna ob contrauentionem, quam fauore eius, qui applicatur, Bald. *in l. vltima, C. de reb. alien. non alienand.* Soc. ſen. *d. reg.* 11. *n.* 5. Rodoan. *d. q.* 2. *cap.* 13. *n.* 5.

17 Porro ſi prohibitus locaret, quod venderet fructus, & fructuum commoditatem in vita, vel ad longum tempus, an incideret in aliquam pœnam, cum hoc facere ſit permiſſum, Bald. & Paul. Caſtr. *in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat.* 2. Iaſ *in dicto §. Diui, col.* 11. Bero. *conſil.* 51. *dubio primo*, Tiraquell. *de retr. lign. §.* 1. *Gloſſ.* 7. *n.* 47. Ludou. Molin *de Hiſpan. Primog. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 12. *& cap.* 21. *n.* 25. Petr. *de fideicom. quaſt.* 8. *nu.* 100. *&* 102. Pereg. *de fideicom. artic.* 40. *nu.* 110. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionẽ, quæ etiã probatur *in l. vſusfructus, ff. de iur. dot. & in l. vſufructu, ff. ſolu. matrim.* & videnda erũt *dicta qu.* 527. *nu.* 5.

18 Si tamen teſtator prohibuiſſet locationem, nõ poſſet nec ad modicum tempus locari, & locando incurreret locans pœnam adiectam prohibitioni, Menoch. *conſil.* 1032. *num.* 12. *lib.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Locationi contracta per grauatum tenetur ſtare fideicommiſſarius, contra num.* 2. *ampl. & declar. num. ſeqq.*

QVÆSTIO DXXVI.

Vtrum fideicommiſſarius teneatur ſtare locationi facta per hæredem grauatum?

QVÆRO, an fideicommiſſarius teneatur ſtare locationi contractæ per grauatum? In hoc
1 articulo duæ ſunt contrariæ opiniones. Prima eſt affirmata, quod recedere non poſſit, & hanc probarunt, & benè Rainer. de Forli. *& in l. poſtulante, §.* 1. & ibi Alex. *ff. ad Trebell.* Curt. iun. *conſ.* 339. *nu.* 6. Port. Imol. *conſil.* 61. Marz. *in epit. de fideicomm. qu.* 39. Caroc. *tract. de locat. tit. de ſucceſſ. quaſt.* 10. Pereg. *de fideicom. art.* 40. *nu.* 92. *& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *qu.* 73. *num.* 5. Ratio eſt quia fideicommiſſarius eſt ſucceſſor neceſſarius & hęres grauatus plenam habet adminiſtrationem, ideo is, cui ex neceſſitate reſtituit, tenetur ſtare locationi, *l. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquenniũ*, & ibi Bart. & alij communiter, *ff. ſolut. matrim.* & quo ad actiones perſonales actiuas, & paſſiuas fideicommiſſarius loco hæredis eſt, *l. poſtulante, §. ſed & in huiuſmodi ff. ad Trebell. l. ſi filius, ff. quod cum eo*, ideo ſicut hęres grauatus tenetur ſtare locationi factæ per teſtatorem, *l. cum in plures, §. hæredem, & l. ſed ad hæc, §. penult. ff. locat. & l. viam veritatis, C. eod.* pariter & fideicommiſſarius vniuerſalis ſtare tenebitur, & ita arguit Pereg. *loco citato, num.* 92. qui etiam *num.* 97. *& ſeqq.* alia adducit argumenta, vt apud eum, per quas rationes, & authoritates, & ego ita conſului in vna de Valle Tropria, & in alia de Fiſoneis.

2 Secunda eſt opinio præcedenti contraria, quod fideicommiſſarius non teneatur ſtare tali locationi, & hanc probarunt, & malè, Ari. Pinell. *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 71. *C. de bon. matern.* Padill. *in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, n.* 21. *ff. de legat.* 2. Anguſc. *conſ.* 76. *lib.* 9. Ant. Gomeſ. *l.* 40. *Tauri, n.* 84. Ludouic. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. Primog. cap.* 21. *nu.* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, qui etiam dicit nunquam vidiſſe aliquem diſcrepare. Rationes autem huius opinionis reaſſumpſit Peregr. *d. art.* 40. *n.* 96. ſed ad eas reſpondet *n.* 102. *in fine, & n. ſeqq.*

3 Ampliatur prima opinio, ſiue fideicommiſſarius ſit vniuerſalis, ſiue particularis, quia in vtroque militat ratio, quod hæres habet plenam adminiſtrationem, & fideicommiſſarius eſt neceſſarius ſucceſſor, vt ſupra dictum eſt, & ita in ſpecie dicit Peregr. *d. art.* 40. *nu.* 102. *circa medium*.

Ampliatur ſecundò, ſiue locator fuerit hæres primo grauatus, ſiue fideicommiſſarius grauatus alteri reſtituere, Peregr. *d. art.* 40. *n.* 102. *in fine*. 4

Limitatur non procedere in locatione ad longum tempus, quia hęc eſt ſpecies alienationis, *vt in præcedenti quæſtione* dictum fuit, & fideicommiſſarius poteſt reuocare alienata per grauatum eueniente caſu fideicommiſſi, *l. vltim. §. ſed quia, C. commun. de legat.* nimirum ſi, & erit permiſſum fideicommiſſario, non ſtare locationi ad longum tempus factæ, & probatur hæc ſententia *in l. vlt.* & ibi Bart. & Bald. *C. de reb. alien.* idem Bald. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 45. & ibi Romul. *nu.* 75. *ff. de legat.* 1. Dec. *conſ.* 204. vbi teſtatur de cõmuni opinione, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 59. vbi ſcribit eſſe cõmunem opinionem, Petr. *de fideic. q.* 8 *nu.* 81. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 40. *n.* 106. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 63. 5

SVMMARIVM.

1 *Seruitus vſusfructus, vel alia non poteſt imponi ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

Limitatur durante vita hæredis: licet eueniente die fideicommiſſi reſolueretur, nu. 2.

3 *Seruitus vſusfructus, vel alia non poteſt imponi etiam pro vita prohibiti alienare, declara n* 5.

6 *In vſufructu generali, an veniant bona fideicommiſſi hæredi reſtituenda?*

QVÆSTIO DXXVII.

Seruitus vſusfructus, vel alia, an poſſit imponi ſuper bonis fideicommiſſi?

QVÆRO, an grauatus poſſit imponere ſeruitutem vſusfructus, vel aliam ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, & non poſſe probatur ex tex. *in l. generaliter, §. vltimo, ff. de fideic. libert. in l. ſi is cui. §. hæres ff. quemadm. ſeruit. amit. in l. fundum à teſtatore ff. de condit. & demonſtrat. & in l.* 1. *§. pen. ff. de ſuperf.* Bart. *in l ſi fundum, in principio, ff. de legat.* 1. Lud. Molin. *lib.* 1 *de Hiſp. Primog. cap.* 20. *n.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 40. *num.* 112. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quaſt.* 73. *num.* 143. 1

Declaratur hoc procedere in præiudicium fideicommiſſarij, ſed ad hoc vt ſeruitus debeatur, donec conditio, vel dies fideicommiſſi, veniat contrarium eſſet dicendum, quia tunc cõſtitutio ſeruitutis valeret, ſed eſſet ſoluẽda per caſum fideicommiſſi, *dicta l. ſi is cui, §. ſi hæres, ff. quemadm. ſeruit. amitt.* & ibi not. Bart. & alij, idem Bart. *in l. ſi fundum.* & ibi alij *ff. de cond. & demonſt.* Lud. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 1. Peregr. *d. artic.* 40. *num.* 112. 2

Niſi res eſſet expreſsè prohibita alienari alicuius fauore, quia ſeruitutis impoſitio etiam eſſet prohibita, prout de ſeruitute vſusfructus eſt textus *in l. vltima, C. de reb. alien. non alien.* & ibi notant Bart. Bald. Angel. Salicet. & alij communiter, Bart. *in l. penult. §. inſtituto, quaſt.* 1. *ff. de leg.* 2. Bald. *in auth. hoc ius porrectum, verſ. ſecunda eſt, Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* Iaſ. *in l. vltima, numero* 84. *Cod. de iur. emph.* Alexan. *conſil.* 100. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 206. *numero* 13. *libro ſecundo*, Natta *conſ.* 470. *nu.* 2. *lib.* 2. Alba *conſil.* 442. *nu.* 26. *lib.* 2. Cioff. *conſil.* 28. *nu.* 11. Pedroc. *conſil.* 7. *numer.* 81. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 98. *nu.* 5. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 3

*conſil.*470 *num.*1. Menoch. *conſil.*1032. *num.* 13. Petr. *de fideicom. quæſt.* 8. *num.* 103. Peregr. *dicto art.* 40. *nu.* 114. Franc. March. *deciſ.* 870. *par.* 1. Rot Roman. *deciſ.* 619. *in fine par* 1. Ratione etiam probatur, & primò, quia prohibitus alienare rem non poteſt nec illius partem minimam alienare, Bald. *in dicta l. vltim. in fine, C. de reb. alien. non alien.* Dec. *cap. de appellatione*, *num.* 14. *extr. de appell.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam*, *in verbo partem aliquam, numer.* 14. *C. de reuocan. donat.* at vſusfructus eſt pars rei, *l. qui vſumfructum, ff. de verb. obligat.* & *l. ſi à reo, § reo de ſolut.* & vſusfructus dicitur pars dominij, *l. quarta ff. de vſufr.* ergo, &c. Secundò facit, quia vſusfructus eſt ius in re, *dicto §. ſi reo*, ſed prohibitus alienare eſt etiam prohibitus in alium transferre ius in re, Bart. *in d. l. vltima. in Summario*, & ibi Bald. *in principio*, Alber. *nu.* 3. & Salicet. Fabian. de Mont. *de empt q.* 3. *art.* 22. *num.* 12. Rodo. *de reb. eccleſ. non alien. quæſt.* 2.
4 *cap.* 33. Et impoſita ſeruitute vſusfructus, vel alia, res poterit ſtatim vendicari. Ludou. Molin. poſt Gomeſ. relatum *de Hiſpan. Primog lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 4. & 8. Peregr. *dicto art.* 40. *num.* 114. & *num.* 118. Et generaliter, quod prohibitus alienare non poſſit ſeruitutem imponere, vt ſcribunt poſt alios Tiraquel. *de vtroq. retr. par.* 1. §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 41. Frecc. *de feud. lib.* 2. §. *ex pluribus autem modis, nu.* 18. Fabian. de Mont. *de empt.* & *vendit. qu.* 3. *art.* 22. *num.* 13. Rodo. *de reb. eccleſ. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 16. & probatur apertè *in d. l. vltima*, vltra quod alienationis appellatione venit libertatis amiſſio, *l. Mœuio, §. fundo*, & ibi Bald *ff. de legat.* 2.

Contrarium voluerunt Angel. *in l hac igitur, de alien. & emphyt.* Alexand. ad Bart. *in l quemadmodum, num.* 6. *C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Pinel. *in l.* 1. *par.* 3. *num.* 19. *C. bon matern.* Beto *q.* 95 *nu.* 3.

5 Sed aduerte, quod licet prohibitus alienare non poſſit ſeruitutem imponere, nec vſusfructus, nec aliã, quod tamen pro tempore iuris ſui prohibitus poterit cedere, & vendere fructuum commoditatem, & perceptionem § *nec vſt*, & ibi Gloſ. Angel. Aret. Port. & alij, *inſtit. de vſu. & habit. l. vltima, §. Lucius*, & ibi Bart. & Salicet. *ff. de contrahen. empt.* Bart. *in l. pater, ff. de ſeruit. legat.* & *in l. penultima, §. inſtituto. ff. de legat.* 2. Iaſ. *in l.* 2. *§. item ſi in facto, num.* 7. *ff. de verb. oblig.* Boer. *deciſ.* 66. *num.* 4. Menoch. *conſil.* 777. *num.* 8. Curt. iun. *tract. feud. par.* 4. *qu.* 15. *nu.* 106. *in fine*, Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 1. *cap* 20. *num.* 13. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.* 103. *poſt principium*, & *numer.* 104 Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 117.

6 Sed an vſufructu generali veniant bona fideicommiſſo ſubiecta hæredi reſtituenda, videndi erunt Peregr. poſt alios *de fideicom. art.* 6. *num.* 9. & *ſeqq.* vbi diſcurrit articulum, Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 6. *n.* 8. Caualc. *de vſufr. n.* 99. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 142. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 183 *nu.* 55. & *fol.* 409. *n.* 23. Ceph. *conſ.* 516. Laderch. Imol. *conſ.* 13. & *conſil.* 111. Petr. *de fideic. quæſt.* 8. *n.* 276. & *ſeqq.* mihi tamen ſemper placuit opinio negatiua niſi aliud ex coniecturis colligatur, & ſecundum eam ſæpius conſului.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio contra bona fideicommiſſi currit contra fideicommiſſarium, quando cœpta eſt in vita defuncti, & hæres negligentia ſua patitur rem præſcribi, decl. nu. ſeqq.*

2 *Hæres præſcribi patiens bona fideicommiſſi tenetur fideicommiſſario de negligentia.*

4 *Præſcriptio bonorum fideicommiſſi non currit contra non valentẽ agere, vt quia conditio fideicommiſſi nõ eueniſſet, vel quia fideicõmiſſarius fuiſſet minor, vel filiusfamilias, & num. ſeqq.*

4 *Præſcriptio non currit contra non valentem agere.*

5 *Præſcriptio decurſa contra vnum ex fideicommiſſarijs non nocet ſequentibus in gradu, ampl. nu. ſeqq.*

6 *Maioratus bonor. præſcriptio non nocet ſequentibus vocatis.*

9 *Præſcriptio longiſſimi temporis habet locum in fideicommiſſis, ſi poſt euentum diei grauatus præſcribit, ampl. & decl. nu. ſeqq.*

10 *Præſcrip. immemorialis habet vim tituli, & priuilegij.*

11 *Præſcriptio longi temporis nõ procedit contra fideicommiſſarium ad beneficium grauati.*

15 *Fideicommiſſa non acquiruntur niſi volentibus.*

19 *Præſcriptio non currit contra eum, qui ignorat ius ſibi competere.*

16 *Præſcribere non poteſt tertius poſſeſſor bona fideicommiſſi ſiue puri, ſiue purificati decl. n. ſeqq.*

22 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem bonorum fideicommiſſi non datur, niſi ſubſiſtat probabilis ignorantia.*

23 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem bonorum fideicommiſſi datur ex capite abſentiæ.*

QVÆSTIO DXXVIII.

Præſcribi vtrum poſſint bona ſubiecta fideicommiſſo?

PRAESCRIBI vtrum poſſint fideicommiſſi bona in præiudicium fideicommiſſarij videndum eſt? In hoc autem articulo conſtituo duo capita.

Primum eſt, quando præſcriptio eſt cœpta in vita de- 1
functi, ſed hæres negligentia ſua paſſus eſt rem præſcribi, vel hæreditarias actiones tempore finiri, & tunc præſcriptio nocet ſubſtituto *l. ſi hæres inſtitutus, §. vlt. ff. ad Trebell.* & *l. ſi fundum ff. de fund. dota.* Bart. *in l. vlt. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* Bald. *in l.* 1 *nu.* 19. *C. de ſeru. fugit.* Ludou. Molin. *de Hiſp. primog lib.* 3. *c.* 14. *n.* 4. Anton. Gabr. qui plures citat *de præſcript. concl.* 13. *n.* 8. Peregr. *de fideic. art.* 41. *nu.* 18

Declaratur primò, vt grauatus teneatur fideicõmiſ- 2
ſario de negligentia, *l mulier, §. ſed etiam. ff. ad Trebell.* & *l ſi fundum ff de fund. dota.* Gl. *in l. hæres inſtitutus, §. vlt.* & ibi Bart. Paul. Caſtr. & cæteri communiter. *ff. ad Treb.* Peregr. *de fideic. art.* 41. *n.* 15.

Declaratur ſecundò, vt ſi fideicommiſſario non poſ- 3
ſit emẽdari damnum à grauato, quod in ſubſidium dabitur fideicommiſſario regreſſus aduerſus tertium poſſeſſorem præſcribentem, *l. vlt. ff. de eo per quem. l. planè. la* 2. *§. qui rogatus. ff. de leg.* 1. Paul. Caſtr. *in l. ſi hæres inſtitutus, §. vlt. ff. ad Treb.* Peregr. *d. art.* 41. *n.* 18.

Secundum caput eſt, quando præſcriptio incepit poſt mortẽ teſtatoris, & tunc ſunt diſtinguẽdi aliquot caſus.

Primus caſus eſt, quando fideicommiſſario non po- 4
tuit agere, vt quia adhuc non eſſet nata actio, nec conditio fideicommiſſi eueniſſet, vel ſi nata fuiſſet, tamẽ fideicommiſſarius agere non potuit, vt quia pupillus, vel in poteſtate paterna conſtitutus, & tunc nec ipſe grauatus, nec etiam tertius poſſeſſor etiam cum titulo non præſcribit, nec ſpatio centum annorum. Ratio eſt, quia non valenti agere non currit præſcriptio, *l.* 1. *C. de ann. præſcript.* & *auth. niſi triennale, C. de bon. matern.* Et in ſpecie, de qua agimus, vt contra fideicommiſſarium non currat præſcriptio, ita ſcribunt, Crot. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 143. & ibi Rip. *n.* 116. & Alciat. *n.* 48. *ff. de leg.* 1. Pinel. *in auth. niſi triennali*, *C. de bon. matern.* Alex *conſil.* 101. *n.* 21. *lib* 7. Dec. *conſi.* 267. *nu.* 4. Curt. iun. *conſil.* 181. *n.* 5. Grat. *conſ.* 21. *n.* 36. & *ſequenti*, & *conſ.* 84. *n.* 6. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 23. *n.* 109. *lib.* 1. Natt. *conſil.* 437. *n.* 5. & 7.

& 7. Rimin.iun.*conſil.*514.*nu.*43. Decian.*conſil.*60.*nu.*3. *lib.*1. Menoch *conſil.*904.*nu.*60.*& ſeq* & ibi agit de maioratu etiam *conſil.*1035.*nu.*6.*& conſil.*1118.*num.*11.*& ſequentibus*, Ludou. Molin.*de Hiſp. Primog.lib.*4.*cap.*10. *num.*3. vbi de maioratu, Anton.Gabr.*de preſcript.concl.*13.*num.*11. Petr.*de fideic q.*14.*nu.*157.204.*& ſeqq. multis.* Præt.*de interpr.vltim.volunt.fol.*374.*n.*25.*& ſequentibus.* Peregr.*de fideic.art.*41.*n.*16.

Et ita tenui, & obtinui diſputando coram Illuſtriſſ. D. Poteſtate Brixiæ pro Clariſſimo Iureconſulto D. Achille Pedrocca, & Illuſtriſſimis DD. Co. Leonardo, & fratribus de Martinengis, & D. Camillo Foreſto omnibus conſortibus contra Illuſtriſſimum D. C. Lelium Martinengum, & Comites Proualeos, & Co. Colmos conſortes.

5 Idem eſſet in præſcriptione decurſa contra vnum ex fideicommiſſarijs, quia non nocet ſequenti in gradu, qui vult ex perſona propria ſuccedere, ſiue ſumus in fideicommiſſis, ſiue in maioratibus, per eandem rationem, quod non valenti agere non currit præſcriptio *d. l.*1.*C.de ann.præſcript.* ita Menoch. *conſil.*904.*nu.*61. vbi allegat plures alios tam in terminis fideicommiſſi, quã in terminis maioratus, & ita ſentiunt paulò ſupra relati. Et in terminis maioratus conſiderat aliam rationem, quia ſcilicet tot ſunt ſucceſſiones, quot ſunt gradus deſcendentium, quibus ſingulis dicitur facta conceſſio, nimirum ſi præſcriptio decurſa contra vnum, non nocet alijs.

6 Ampl. vt idem ſit in tertio poſſeſſore, qui cauſam habuit ab alio, quam ab hærede grauato, quamuis decurſa eſſet præſcriptio longiſſimi temporis. Alex.*conſil.*101. *lib.*7. Nat.*conſil.*437.*n.*7. Peregr.*de fideic.art.*41.*num.*17. *verſ. nota tamen*, vbi dicit eſſe communem opinionem.

7 Contrariam ſententiam malè tuetur Corn. *conſ.*304. *n.*19.*& ſeq.lib.*3.

8 Ampliatur ſecundò, vt etiam hæres fideicommiſſarij poſſit rem vendicare, Pereg.*de fideic.art.*41.*n.*17.*in fine.*

9 Secundus caſus eſt, quando venit dies, & conditio fideicommiſſi, & grauatus vult præſcribere, & fideicommiſſarius valuit agere, & tunc præſcriptio longiſſimi temporis locum habet, & fortiùs immemorialis. poſt alios ita ſcribunt Bonif. Roger.*conſil.*8.*libro* 1. Menoch. *conſil.*904.*n.*54. vbi dicit requiri præſcriptionem 30. vel 40. annorum, *& conſ.*1035.*num.*6.*& ſeqq.* Ant.Gabr.*de præſcript.concl.*31.*nu* 9. Petr.*de fideic.q.*14.*nu.*159.*& ſeq.* Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol.*374.*nu.*26. Peteg.*de fideic.art.*41.*num.*10. Intrigl.*de ſubſt.cent.*3.*q.*73.*nu.*73. Hier.
10 Ceual.*Spec.Comm.contr.commun.q.*13. Ratio eſt, quia immemorialis præſcriptio habet vim tituli, & priuilegij, *l.hoc iure.§.ductus aquæ,ff.de aq.quotid. & æſtiu. cap. ſepè quibuſdam,§.præterea,de verb.ſignif.* latè Ant. Gabr. *de præſcript.concl.*1.

Longi autem temporis præſcriptio locum non haberet, *l.vlt.§.penult.C.comm.de leg.* Iaſ.*in l.filiusfamilias, §. Diui, in* 1.*lectura,col.penult.* & ibi Rip.*num.*113. & Crot. *n.*47 *ff.de leg.*1. Alex.*conſ.*59.*col.*4.*lib.*3. Iaſ.*conſ.*57.*col.*5. *lib.*1. Bertrand.*conſil.*15.*nu.*36.*lib.*1. Soc.ſen.*conſ.*251 *col. vlt.lib.*2.*& conſil.*43.*vlt.lib.*3. Corn.*conſil.*117.*col.*2.*li.*1. *conſil.*304.*n.*19.*lib.*3.*& conſil.*268.*nu.*17 *lib.*4. Rub.Alex. *conſil.*98.*num.*2. quos & alios refert, & ſequitur Cephal. *conſil.*215.*n.*25. addo Ant. Gabr. *dicta concl.*13.

11 Ampliatur primò, præſcriptionem temporis longiſſimi currere, ſiue facta ſit reſtitutio realis, ſiue verbalis, ſiue nulla, & ſumus in caſibus, quod actiones tranſeunt ipſo iure in fideicommiſſarium, Peregr.*de fideic. art.*41.*nu.*9. Intrigl.*dicta centur.*3.*quæſt.*73.*nu.*75.*vſque ad num.*89.

12 Ampliatur ſecundò, vt nec mala fides grauati ei noceat, quin poſſit præſcribere, cum fideicommiſſa non acquirantur niſi volentibus in ſpecie Bald. *conſ.*224.*vir fuit.lib.*1. Corn.*conſil.*224 *lib.*4. Soc.ſen. *conſil.*63.*col.*3. *lib.*1. Dec.*conſil.*552. Pariſ.*conſil.*49.*nu.*33.*lib.*2. Cephal. *conſil.*477.*num.*25. Balb *de præſcript.*4.*par.*5.*par.princ.q.*3.*num.*8.*&* 5.*par.*5.*par.princ.nu* 32. Præt. *de interpr.vltim.volunt.fol.*274.*n.*27.

Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes malam fidem nocere, ita Dec.*in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ,num.*30.*extr. de conſtit.* Cuman. *conſil.*147. Decian. *conſil.*267.*num.*5. Curt.iun.*conſil.*201. vbi latiſſimè defendit hanc opinionem, Alba *conſil.*58 *per totum*, Ceph. *conſil.*215.*num.*19. 13

Concordantur autem dictæ contrariæ opiniones à Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*41 *numero* 11. cuius etiam opinio mihi probatur: Aut fideicommiſſarius ſciuit fideicommiſſum, vel ſaltem ceſſat culpa hæredis in eius ignorantia, & procedat prima opinio: Aut hæres occultauit teſtamentum, vel non monuit fideicommiſſarium de fideicommiſſo, & tunc procedat ſecunda opinio. Et quando fideicommiſſarius fuit ignarus iuris ſibi competentis, quod non currat præſcriptio, voluit etiam Menoch.*conſil.*904 *num.*55. vbi ſubdit rationem, quia præſcriptio non currit contra eum, qui ignorat ius ſibi competere. 14

Declaratur hic caſus, vt non procedat, quando fideicommiſſarius acceptaſſet fideicommiſſum, quia tunc mala fides grauati impediret præſcriptionem, etiam longiſſimi temporis, Pariſ.*conſil* 66.*nu* 97. *vſque ad finem lib.*3. Peregr.*dicto art.*41.*n.*12.*in fine.* 15

Tertius caſus eſt, quando dies fideicommiſſi & conditio euenit, & fideicommiſſum eſt purum, & agitur de præſcriptione tertij poſſeſſoris, & tunc ille præſcribere non poteſt, Bald.*in l.*1.*C.de præſcrip. long.temp. & in l.*2. *C.de vſucap.pro empt.* Iaſ.*in l.filiusfamilias, §. Diui in prima lectura nu.*10.*& in ſecunda lectura, num.*29. & ibi Romul.*nu.*34. & Gribal.*nu* 73 *ff.de legat* 1. Ceph. *conſil.*624.*nu.*43. Domin.*tract.de paup.nu.*10.*ſpec.circa contractus,nu.*3. Craſ.*in §.fideicommiſſum, q.*56.*numero* 7. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Petr.*de fideicomm. q.*14.*nu* 172.*& ſeqq.* Peregr.*de fideicomm.art.*41.*nu.*14. Intrigl.*dicta cent.*3.*q.*73.*nu.*66. 16

Declaratur primò hic caſus, vt procedat in tertio poſſeſſore habente cauſam à grauato, ſecus ſi cauſam haberet ab alio, quàm à grauato, quia tunc præſcriberet, etiam præſcriptione longi temporis aduerſus fideicommiſſarium. Paul.Caſtr.*in l.vltima, § ſed quia colum. penult verſ.aduerte, Cod.commun.de leg.* Fulgoſ.*in l.vltima § ſin autem ſub conditione C.eod.* Corn.*conſil.*117.*nu.*10 *lib.*1. Cephal.*conſ.*203.*n* 41. Menoch.*conſil.*847.*n.*13. *& ſeqq.* Lambert.*tract.de contract.tur. quia ſtat.probibit. contra gloſ.*1.*num.*169. vbi alios addit, Anton.Gabr. *de præſcript.concl.*13.*num.*14. Petr.*de fideic.qu.*14.*num.*160. *verſic. ea autem concluſio, & nu.*172.*& ſeqq.* Præt.*de interpr.vltim.vol.fol.*374.*nu.*23. Pereg. *de fideic. artic.*41. *num.*15 Intrigl.*d.cent.*3.*qu.*73.*nu* 68. 17

Intellige tamen, vt hęc declaratio procedat, dummodò hic tertius poſſeſſor non habeat cauſam à grauato nec immediatè, nec mediatè, Paul.Caſtr.*in d.l.vlt.§.ſed quia,col pen.C.commun.de leg.* Soc.ſen.*conſil.*89.*num.*16. *lib.*1. Petr.*de fideic.q.*14.*num.*176. Peregr.*d.art.*41.*nu.*15. Intrigl.*d.centur.*3.*q.*73.*n.*69. Licet contrarium tenuerit Corn.*d.conſil.*304.*n.*20.*lib.*3. 18

Intellige aliter, vt latè per Petr.*d.q.*14.*n.*178.*& ſeqq.* 19

Declaratur ſecundò, vt locum habeat hic caſus in præſcriptione longi temporis, aliud enim eſſet in præſcriptione longiſſimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, quia hæc curreret contra fideicommiſſarium, Paul.Caſtr.*in d.l.vltima, §.ſed quia*, & ibi Fulgoſ. Corn. & Iaſ.*C.comm.de legat.* Crot. *in l.filiusfamilias, §.*

Diui,

Diui,*nu*.141.*&* 161.& ibi Rip.*n*.113.*ff. de legat*.1.Alex. *conſil*.59.*nu*.7.*&* *ſeq.lib*.5. Corn. *conſ*.117.*lib*.1. *&* *conſil*. 304.*num*.19.*lib*.3. Soc.ſen.*conſil*.251.*col.pen.lib*.2.Decia. *conſil*.267.*nu*.4.Nat.*conſ*.437.*nu*.4. Surd. *conſ*.73.*nu*.30. *&* *ſeqq.lib*.1.Menoch.*conſ*.847.*n*.12. *&* *ſeqq*.Balb.*tract. de praeſcr*.5.*par.quinta partis princip.quaeſt*.5. Craſ.*in* §.*fideicommiſſum* *q*.56.*in fin*. Peregr.*de fideicommiſſ.art*.41. *nu*.14.Intrigl.*d.centur* 3.*q*.73.*num*.67.

20 Subdeclaratur quando hic tertius poſseſsor ſciuiſset bona eſse fideicommiſso ſubiecta, nam tunc obſtante mala f. de non currit praeſcriptio, Cephal.*conſil*.624.*numero* 46.

21 Contrariam opinionem tenuerunt Surd. *conſil*.73. *numero* 55.*&* *ſeqq.vſque ad numero* 62.*libro* 1. Petr.*de fideicommiſſ.q*.14.*num*.167.Praet.*de interpret.vltim.volun. fol*.374.*num*.27.

Alia circa materiam huius quaeſtionis videnda erunt apud Anton.Gab *d.concluſ*.13.& Petram latiſſimè *d. qu*. 14.*num*.154.*vſque ad finem quaeſtionis*.

22 Aduertendum tamen eſt, quod in caſibus, in quibus decurſa eſset praeſcriptio, daretur reſtitutio ſubſiſtente probabili ignorantia, aliàs non eſset danda, Cuman. *conſil*.147.Alexandr.*conſil*.116.*col*.1. *lib*.5. Corn. *conſilio* 214.*lib*.4 Dec.*conſil*.267.*col vlt*. Pariſ.*conſil*.16.*nu*.139. *lib*.1.*&* *conſil*.66.*nu*.117.*lib*.3.Soc.iun.*conſil*.128.*nu*.150. *lib*.1.Crauet.*conſil*.201.*num*.35.Rol.à Val.*conſil*.68.*li*.3. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. *conſ*.847. *nu*.18.*&* *ſeqq.&* *conſ*.904.*nu*.57.vbi dicit reſtitutionem dari ſi ignorantia fuit iuſta, aliàs non, Cagnol.*in l*.2.*nu*. 119.*C.de pact.int.emp.&* *vend*. rurſus Crauet. *de antiqu. temp.par*.4.*nu*.201. Anton.Gabr.*de praeſcript.concluſ*.13. *nu*.10.Praet. *de interpr.vltim.volunt.fol*.374.*n*.26. vbi dicit eſse communem opinionem, Peregr.*de fideic.artic*. 41.*nu*.12.Petr.*de fideic.q*.14.*num*.201. vbi etiam *nu*.183. *&* *ſeqq*.dicit eſse magis communem opinionem, quod contra ignorantem non currat praeſcriptio longi temporis,& quod in dubio praeſumitur ignorantia, & reſtitutionem eſse dandam etiam ſecundum communem opinionem dicit *nu*.243.*&* *ſeqq.multis*,vbi agit de praeſcriptione triginta,quadraginta, quinquaginta, & centum annorum:& ſcribit hanc eſse communem,& veriorem opinionem, & plures etiam citat teſtantes de communi opinione,etiam in praeſcriptione quadraginta, & centum annorum.

24 Idem eſset in abſente, quia reſtitutio ei danda erit, Menoch.904.*num*.59.

SVMMARIVM.

Confiſcari non poſſunt bona fideicommiſſi in praeiudiciũ ſubſtituti. Amplia & decl.per totam quaeſt.

Ampliatur etiam in crimine laeſae maieſtatis,n.2.

Fructus bonorum fideicommiſſi confiſcantur durante vita grauati,decl.n.ſeqq.

Confiſcari non poſſunt bona prohibita alienari, nec quo ad fructus durante vita prohibiti, contra nu.8.

Ampliatur etiam in crimine haereſis, & laeſa maieſtatis num.8.

Ampliatur,& ſi dictum ſit, non poſſe alienari in fiſcum ex cauſa delicti, n.9.

Ampliatur etiam in prohibitione ad tempus fauore prohibiti facta,n.10.

Limitatur, quando in contractu facta eſt prohibitio, quia in fiſcum tunc tranſirent bona, n.11.

Limitatur in Statu Eccleſiae in certis caſibus expreſſis in Bulla,nu.12.

QVAESTIO DXXIX.

Confiſcari vtrum poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta?

CONFISCARI vtrum poſſint fideicommiſſi bona? Inſpectio apud nos eſt valde frequens ob maximam regionis calamitatem, quae à delictis abſtinere non poteſt: vnde articulum reſoluendo diſtinguo duos caſus.

Primus eſt, quando agitur de fideicommiſso reſtitutorio, per ſubſtitutioné in caſum mortis inducto,& hoc caſu in praeiudicium ſubſtituti confiſcari bona non poſſunt.Bart.*in l.Imperator.ff.de fideic.libert*.Alex.*conſ*.23.*li*. 1.Calc.*conſ*.74.*n*.8.Soc.ſen.*conſ*.121.*n*.12.*lib*.4.Ruin.*conſ*. 124.*n*.5.*conſ*.129.*n*.4.*li*.2.*&* *conſ*.23.*n*.13.*li*.5. Pariſ. *conſil*. 157.*n*.1.*li*.4.Alc.*reſp*.650. vbi teſtatur de communi opinione, Soc.iun.*conſ*.149.*li*.3.Rol.à Val.*conſ*.31.*n*.25.*lib*.3. Menoc.*conſ*.104.*num*.39.*&* *conſ*.275.*dub*.2. & alij infra relati *num*. 3. 1

Ampliatur etiam in crimine laeſae maieſtatis, *l.eorum*, & ibi Ang.*ff.ad leg.Iul.maieſt*. Soc.ſen. *conſ*.121.*num*.17. *lib*.4.Alciat.*reſp*.467.*n*.2.Menoc.*conſ*.275.*n*.31. 2

Limitatur quo ad fructus, pro tempore vitae grauati, nã fructus ſpectant ad fiſcum, Soc.iun. *conſ*.49.*nu*.2.*li*.3. vbi dicit ita omnes tenere, Rim.iun.*conſ*. 9.*nu*.93.*lib*.1. M.Ang.*conſ*.122.*n*.51.Ceph.*conſ*.707.*n*.11. Hier. Gabr. *conſ*.184.*n*.1.*li*.1.Men.*d.conſ*.275.*dub*.2. Surd. *conſ*.294. *n*.27.*li*.2.*&* *dec*.254.*n*.13.Clar.*in Prac. crim*.§.*vlt.qu*.78. *verſ.item quaero*.Lud. Mol.*li*.4.*de Hiſp.Primog.c*.11.*n*.6. *&* 11.vbi teſtatur eſſe cõmunẽ opinionem, Pet.*de fideic. q*.3.*n*.11.vbi ſcribit Doc.cõmuniter tenere, Pereg.*de iur. fiſc.l*.5.*tit*.1.*de publ.bon.n*.67.Intr.*de ſubſt.cent*.3. *q*.73.*n*. 91.& paſſim apud nos ita practicatur ſine cõtradictione. 3

Sublimitatur, ſi in caſu delicti quis ſit ſubſtitutus, quia nec quo ad fructus bona tranſeunt in fiſcum, Alex.*conſ*. 23.*n*.3.*&* *ſeqq.lib*.1. Ruin. *conſil*.129.*n*.4 *li*.2. Alciat.*reſp*. 533.*n*.2.Soc.iun.*conſil*.77.*n*.15.*lib*.2. Rimin.iun.*conſ*.50. *n*.95 *lib*.1.Rol à Val.*conſ*.56.*n*.12.*li*.1.Ceph.*conſil*.707. *n*.11.Menoc.*conſil*.91.*nu*.6.*li*.1.Odd.*conſ*.53.vbi teſtatur hanc opinionem eſſe communem, & vſu receptam, Marſil.*ſing*.314.Marzar.*de fideic.qu*.47. Petr.*de fideic.q*. 8.*nu*.289.*ad medium*,*&* *n*.110.*&* *ſeq*.Peregr. *de iur.fiſc. lib*.5.*tit*.1.*n*.103. vbi aſſerit contra fiſcum ita obtentum Paduae,aduocante ipſo pro Fiſco, Gram.*dec*.104.*n*.30. 4

Contrarium tamen ſeruari in Illuſtriſſimo officio Aduocariae,teſtatur Peregr.*d.tit*.1.*nu*.104. & ita ego ſaepiùs practicaui Brixiae vti Aduocatus pro Fiſco, & praecipuè cauſa haec fuit diſputata ſuper teſtamento, & fideicommiſſo D.Ioannis Franciſci Piti: & Illuſtriſſimi Rectores pronunciauerunt pro Fiſco. 5

Secundus caſus eſt, quando agitur de fideicommiſſo inducto per prohibitionem alienationis, & fortiùs dicendũ erit bona prohibita alienari, nec poſſe confiſcari, etiam quo ad fructus durante vita prohibiti, Bart.*in l. Imperator*,*n*.1.*ff.de fideic.libert.in l.ſi quis in tantam*,*nu*. 12.*C.vnde vi.&* *in l.ſi finita*,§.*ſi de vectigalibus*, *n*.13.*ff. de damn.infect*. Iaſ.*in l.filiusfamilias*,§.*Diui*, *col*.9.& ibi Ruin.*in* 4.*not*.Rip.*n*.47.Opiz.*n*.47.*&* *ſeq.ff.de leg*.1. Secur.*in l cohaeredi*,§.*cum filia*, *n*.73.*ff.de vulg.&* *pupill*. & conſulendo Alex.*conſ*.23.*n*.4.*lib*.1.Soc.ſen.*conſ*.121. *nu*. 21.*li*.4.Alc.*conſ*.533.*num*.1. *&* *conſ*.650.vbi aſſerit eſſe cõmunem opinionem, Soc.iun.*conſ*.77.*n*.15.*li*.2.*&* *conſ*. 49.*n*.2.*&* *ſeqq.lib*.3.vbi teſtatur de communi opinione, Rub.Alex *conſ*.68.*n*.1.*&* *conſ*.154.*n*.2.Tob.Non. *conſil*. 97.*n*.5.Rol.à Val.*conſ*.31.*n*.25.*conſ*.56.*li*.1.*&* *conſ*.98.*n*. 11.*l*.2.Hier.Gab.*conſ*.140.*n*.31.*conſ*.184.*n*.3.*l*.1.*&* *conſ*. 73.*n*.1.*&* 2.*l*.2.vbi ſcribit hãc eſſe cõmunem ſententiã, Rim.iun.*conſ*.50.*n*.94.*li*.1.*&* *conſ*.313.*n*.60.*l*.3.Menoc. *conſ*.275.*n*.32.*&* *conſ*.451.*nu*.37. vbi plures addit Odd. *conſil*. 6

Digitized by Google

*conſil.*13.*num.*9.vbi dicit eſſe communem opinionem, Pereg.*conſ.*44.*lib.*2.*& conſ.*2.*n.*40. *& ſeq.lib.*5. vbi dicit eſſe communem opinionem.

Et in Tractatibus, Angel.*de maleſ.in verbo,& eius bona publicamus,n.*15.Clar.*in d.§.fin.n.*78.*verſ.item quæro*, vbi teſtatur de communi opinione, Cror.*in memor. in verb.teſtamentum in quo*, *col.*2. Lud.Molin.*lib.*4.*de Hiſpan.Primog.cap.*11.*n.*5.vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Did.*in reg.poſſeſſor.parte* 3.§ 1.*nu.*5. Boſſ.*tit.de bonor.publicat.num.*34.Farin.*quæſt* 25.*num* 22. vbi dicit eſſe communem opinionem, Marzar.*in Epit.de fideic. part.*2.*quæſt.*47. Suar.*in colloq. comm.opin.in verbo alienari,nu.*160.*& ſeq.*Placha, *in Epit.delect.cap* 25.*nu.*11. Anton.Gab.*tit.de maleſ.concl.*24.*nu.*1.*&* 2.vbi de communi opinione teſtatur Mantic.*de coniect.vltim.volunt. lib.*11.*tit.*2.*num.*6.Laurent.Circo. *Commun.opin.cent.*4. *litera R,concl.*16.*n.*13.vbi dicit eſſe communem opinionem,Petr.*de fideicom.quæſt.*8.*nu.*110. *& ſeqq.& n.*289. *& qu.*3.*num.*11.Peregr.*de iur.fiſc.lib.*5.*tit.*1.*nu.*98. Intrigl.*d.cent.*3 *qu.*73.*num.*90. Fachin.*lib.*4.*contr.iur.cap.* 50. vbi teſtatur eſſe receptiorem ſententiam, Viu.*in Commun.opin.concl.*665.Et in Deciſionibus, Grammat. *dec.*105.*n.*31.Surd.*dec.*154.*n.*18.

7 Contrariam opinionem quo ad fructus durante vita prohibiti, vt pertineant ad fiſcum, probarunt.Paul.Caſtrenſ.*in l.filiusfamilias*, §. *Diui.ff.de leg.*1 Alba *conſil.*1. *num.*13.*& ſeq.*Alciat.*conſil.*783.*num.*1. Scot.*reſp.*1.*num.* 49.*lib.*4.*tomo* 1.Menoch.*conſ.*116.*nu.*28. *& ſeq. & conſ.* 271.*num.*32.Didac.Spin.à Carc.*in Spec. teſtam.tit. de ſubſtit.fideicom.nu.*30.*verſ.quibus*: & hæc opinio in hoc Sereniſſimo Dominio Veneto in practica ſeruatur, & ſecundum hanc fuit iudicatum ſuper teſtamento D. Io. Baptiſtę Pontiuici occaſione confiſcationis D.Theodori eius nepotis,me aduocante pro fratribus banniti: & poſtquam onus Aduocati Fiſcalis mihi cõmiſſum fuit, ſæpius ita practicaui abſque contradictione ſubſtitutorum: & idem ſeruari ſcribit etiam Peregr.*de iur.fiſc.lib.* 5.*tit.*1.*n.*101.*& ſeqq.*

8 Ampliatur prima opinio communis,etiam in crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis, quia nec tunc fructus erunt confiſcati,Ceph.*conſ.*670.*n* 9.Gram.*dec.*105.*nu.*29. Intrigl.*d.cent.*3.*q.*73.*n.*91.Petr.*de fideicom.q.*8.*n.*289.

9 Ampliatur ſecundò,& ſi facta ſit prohibitio vſque ad certum tempus, puta triginta annorum fauore prohibiti,Ruin.*conſil.*23.*num.*12.*lib.*5.Roland.à Valle *conſil.* 31.*num.*26.*& ſeq.lib.*1.

10 Limitatur primò, ſi prohibitio alienationis ſit facta in contractu, quia tunc bona tranſirent in fiſcum, licet expreſsè dictum eſſet,quod non poſſint publicari, Hier. Gabr.*conſ.*140.*n.*31.*& ſeqq.lib.*1.Odd.*conſil.*53.*nu.*6.*&* 14.Petra *de fideicom.q.*8.*n.*289.*verſic.poſſet*.

11 Limitatur ſecundò in Statu Eccleſiæ in caſibus receptationis bannitorum, & fauoris eis præſtiti ex Bulla, de qua meminit Odd. *d.conſ.*53. vbi in ſecundo dubio oſtendit Bullam non eſſe extendendam vltra caſus in ea expreſſos.

12 Quod ſi fideicommiſſum ſit inductum per ſubſtitutionem, cui etiam adiecta ſit prohibitio alienationis, pariter & fortius dicendum erit, nec bona, nec fructus etiam pro vita grauati tranſire poſſe in fiſcum, Curt. iun.*conſil.*110.*colum.*3.Ruin.*conſil.*23.*num.*15.*lib.*3. Socin.iun.*conſil.*19.*num.*9.*in fine,& ſeqq.lib.*3.Boer.*quæſt.* 41.*circa finem*, Anton.Gabr.*de maleſ.concl.*24.*num.*13. *& ſeq.*& alij multi relati *ſupra num.*6.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio bonorum fideicommiſſo reſtitutorio ſubiectorum fieri poteſt cum re vtiliori.*

2 *Ampliatur etiam ignorante, vel diſſentiente fideicommiſſario,nu.*2.

3 *Prohibita bona alienari poſſunt permutari cum re vtiliori,vel magis commoda, contra ibidem, ampl & limit.num.ſeqq.*

4 *Minoris bona in vtilitatem minoris alienari poſſunt ſine ſolemnitatibus à lege requiſitis.*

5 *Eccleſia res alienari, & permutari poſſunt in euidentem vtilitatem Eccleſia.*

6 *Permutatio ſi eſt expreſſè prohibita à teſtatore, non poterit fieri nec in vtilitatem bonorum.*

8 *Permutatio rei fideicommiſſi ad quam teſtator potuit habere affectionme,vt in Palatio familia, non poterit fieri etiam cum re vtiliori.*

12 *Permutatio rei prohibita alienari, quæ aliàs fieri non poſſet,poterit inter ipſos prohibitos fieri.*

QVÆSTIO DXXX.

Permutari verum poſſint bona fideicommiſſo ſuppoſita?

PERMVTATIO bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, an ſit licita videndum eſt? Quod vt clarius percipiatur diſtinguo duos caſus.

Primus eſt, quando agitur de fideicommiſſo 1 reſtitutorio poſt mortem grauati per ſubſtitutionem inducto,& tunc receptiſſima eſt omnium ſententia, quod valeat permutatio cum re maiorem afferente vtilitatem, vel commoditatem. Bart.& alij communiter, *in l. Imperator*, §.*cum autem*, *ff.de legat.*2.Alba *conſil.*97.*numero* 15. vbi admittit permutationem cum proprijs bonis grauati,idem dicit Decian.*conſil.*55 *num.*58.*lib.*3 *& conſil.*52.*num.*28.*& ſeqq.lib.*1.Crauet.*conſil.*973.*verſic. tertio*, Mantic.*de coniect.vltim. volunt.lib.*7.*tit.*8.*nu.*23. Peregr.*de fideicommiſſ.art.*40.*num.*32. & alij in fortioribus relati *infrà in ſecundo caſu*.

Ampliatur etiam ignorante, vel diſſentiente fidei- 2 commiſſario, Alba *conſil.*97.*numero* 7.Peregr.*d art.*40. *num.*35.& fuit de mente Paul.Caſtr.*conſil.*269.*colum.*2. *lib.*1. Socin.iun.*conſil.*22.*lib.*2. vbi dicunt ſufficere, ſi contractus probetur vtilis in effectu pro fideicommiſſo, quod non eſſet neceſſe, ſi conſenſus fideicommiſſarij interueniſſet.Et ratio huius ampliationis eſt,nam ſi poteſt alienari res permutando inuito fideicommiſſario, poterit multò magis fieri non citato eo,ignorante. *l.qui poteſt inuitis,ff.de regul.iur.*& ita arguunt Alba & Peregr.*locis citatis*.

Limitatur quando res eſſet talis,quod teſtator ad eam 3 particularem habuiſſet affectionem, vt quia eſſet turris de familia, vel domus in vrbe notabilis, vel etiam domus in qua teſtator fuit educatus ad dicta in ſecundo caſu limitatione tertia.

Secundus caſus eſt,quando res fuit prohibita aliena- 4 ri,& hoc caſu etiam valet alienatio cum re vtiliori, vel magis commoda,Bald.*in auth.quæ*, *num.*12.*C.comm.de leg.*Old.*in l.vlt.*& ibi Alber.*num.*5.*C.de reb.Eccl. non alien.*Ang.*in §.pen.in authen.de reſtit.fideic.* Iaſ.*in l.filiusfamilias.*§. *Diui,in ſecunda lectura, not.*7. & ibi Crot.*num.* 114.Claud.*num.*9.& Alciat.*verſ.ſic reſponſum eſt*, *ff. de legat.*1.& ante hos Ang.*conſ.*109.*col.*1. Paul. Caſtr.*conſ.* 269.*dubitatur,li.*2.*in nouis*,Felin.*conſ.*92.*n.*4.Ruin.*conſ.* 118.*nu.*15.*lib.*2.Soc.iun.*conſ.*20 *col.vlt.lib.*1. *& conſ.*28. *col.*3.*lib.*2.Crot.*conſ.*65.*num.*14.*dubio tertio*, Natta *conſ.* 470.*nu.*5.Alba *conſ.*97.pro quo fuit iudicatum, Decian. *conſ.*55.*dubio ſecundo,& conſ.*57.*lib.*3.Menoc.*conſ.*141. *num.*26.Petr.*de fideicom.q.*8.*n.*525.*& ſeqq.* Peregr.*de fideicomm art* 40.*nu.*32.*& ſeqq.& dec.*2.*n.*4.*verſ.amplia*, Mantic.*de tacit.& ambig.contract lib.*25. *tit.*4. Magon. *deciſ.*

deciſ. Flor. 16. *n.* 6. His addo Soc. iun. *conſ.* 28. *nu.* 8. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 719. *n.* 20. *lib.* 5. Afflic. *dec.* 336. Curt. iun. *d. auth. res quæ, n.* 8. Ign. *in l. dudum, n.* 80. *& ſeqq. C. de contrah. emp.* Honded. *conſ.* 58. *n.* 32. *lib.* 1. Fabia de Monte *trac. de emp. & vend. q.* 3. *art.* 22. *n.* 17. Port. Imol. *conſ.* 38. *n.* 25. *& ſeqq.* Alex. de Neu. *conſ.* 38. *n.* 7. Mol. *de primog. lib.* 4. *ca.* 1. Franc. *dec.* 555. *n.* 6. Rodo. *de reb. Eccl. non alien. q.* 2. *c.* 4.

Rationes ſunt, primò, quia ſi perſona, cuius fauore prohibitio facta eſt non læditur; permutatio contra prohibitionem facta non cenſetur, & per conſequens, nec permutans incidit in pœnam, *l. ex hoc edicto, §. ſi quis alienauerit, ff. de alien. iud. mut. cauſ. facta*, ita arguunt Ang. *d. conſ.* 169. latius Paul. Caſt. *d. conſ.* 269. *col.* 1. *in fin. & colum.* 2. Natta *conſil.* 470. *n.* 5. Petr. *d. q.* 8. *nu.* 527. & Peregr.
5 *d. art.* 40. *nu.* 32. Secundò, quia licet bona minorum alienari non poſſint ſine ſolennitatibus à iure requiſitis, ſi tamen in vtilitatem minoris ſit facta alienatio tenebit, *l. cum his, §. cum tranſactionem*, & ibi Gl. *ff. de tranſact.* & infinitos ad hoc allegat Decian. *conſil.* 121. *n.* 55. *lib* 3. vbi
6 dicit eſſe communem, & veriorem opinionem. Tertiò, licet res eccleſiæ ſint prohibitæ alienari, *cap.* 1. *& cap. vt ſuper, extr. de reb. eccl. non alien. & c. Terrulas,* 12. *qu.* 1. tamen poterunt alienari, & permutari in euidentem vtilitatem eccleſiæ, Tiraquel. *de legib. connub. gloſſ.* 8. *num.* 63. Fabian. de Mont. *trac. de empt. & vend. par.* 1. *n.* 116. Rebuff. *de alien. rer. eccl. nu.* 34. *& nu.* 60. Rodoan. *de reb. eccl. non alien. rub. de cauſa vtilitatis, n.* 185. Dec. *d. conſil.* 121. *nu.* 55. *lib.* 3. Quartò, quia res dotalis poteſt ob vtilitatem cum alia permutari, *l. ita conſtante, & l. ſeq. & l. ſi ex lapidicinis ff. de iur. dot.* Quintò, quia bona feudalia, quæ non poſſunt alienari, poſſunt tamen permutari, & bona ſic permutata aſſumunt naturam feudalium, *cap.* 1. *§. cum autem*, & ibi Afflict. *col. pen. tit. ſi de inueſt. controu. fuer.* Ruin. *conſil.* 219. *col.* 3. *lib.* 1. Decian. *d. conſ.* 55. *n.* 34. Vltimò de hoc videtur text. *ad literam, in §. pen. verſ. ſi verò contigerit. in auth. de reſtit. fideic.*

Contrariam tamen ſententiam tenuerunt Alex. *conſ.* 1. *nu.* 15. *lib.* 4. Io. Firm. *in tract. de Epiſc. p.* 4. *nu.* 15. Io. Baruan. Napol. *ſing.* 4. Fabian. de Mont. *d. q.* 3. *art.* 22. *nu.* 17. Rodo. *d. q.* 2. *n.* 3. *& ſeq. & c.* 20. Curt. iun. *d. auth. res quæ, n.* 8. Cuiac. *ſuper Nouel. Iuſtin. tit.* 7. Grat. *conſ.* 17. *n.* 46. *li.* 1. Et iſti loquuntur ſimpliciter, quod nõ licet permutari res prohibita alienari: mouentur, quia prohibita alienatione, eſt prohibitus omnis actus, per quem dominium transfertur, *l. ſicut, §. venditionis, cum ibi not. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* & videnda erunt dicta *q.* 688.

7 Limitatur primò, quando expreſsè eſſet prohibita permutatio, quia ſeruanda eſt voluntas teſtatoris, *§. diſponat, in auth. de nupt.* & ita omnes admittunt, & tradit Marzar. *in epit. de fideic. par.* 2. *qu.* 39. *& in fortioribus terminis in ſeqq. limitationibus.*

8 Limitatur ſecundò, quando præciſè conſtaret de mẽte teſtatoris nolentis bona ſua quoquomodo alienari, Alba *d. conſ.* 97. Dec. *conſ.* 55. *n.* 57. *& conſ.* 57. *n.* 22. *&* 23. *lib.* 3. Petra *de fideicom. q.* 8. *n.* 520. Pereg. *d. art.* 40. *n.* 33. *& dec.* 2. *n.* 4. Intrigl. *d. q.* 33. *nu.* 4. *verſ. amplia.* Contra tamen tenet Port. Imol. *d. conſ.* 38. *n.* 35. Sed prima verior eſt.

9 Limitatur tertiò, quando res eſſet talis, quod ad eam affectionem particularem teſtator habuiſſet, vt ſi eſſet turris de familia, vel domus in vrbe notabilis, vel in qua fuiſſet teſtator educatus, Pau. Caſ. *d. conſ.* 269. *dubitatur, col. vlt. li.* 2. Felin. *d. conſ.* 42. *n.* 4. Grat. *conſ.* 17. *n.* 41. *& ſeq. lib.* 1. Alba *conſ.* 97. *n.* 12. Crott. *conſ.* 65. *n.* 18. *li.* 1. *& in l. filiusfamilias, §. Diui, nu.* 114. *ff. de leg.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 23. *ad medium*, Petra *d. q.* 8. *nu.* 528. Pereg. *d. art.* 40. *nu.* 33. *in fine, & dec.* 2. *nu.* 4. *verſ. amplia*, Mant. *de tac. & ambig. contract. lib.* 25. *tit.* 4. *in fine.*

10 Limitatur quartò, quando teſtator, prohibita immobilium alienatione, dixiſſet, certum fundum alienari, cũ hoc quod pretium in alio fundo inueſtiretur, qui ſub fideicommiſſo contineretur, quia tunc reſultaret coniectura voluntatis teſtatoris, quod alia bona immobilia permutari non poſſent, Pereg. *d. art.* 40. *n.* 34. *in fine.*

Limitatur quintò, quando teſtator prohibuiſſet certam rem particularem alienari, quia & permutatio cenſeretur prohibita, Peregr. *d. art.* 40. *n.* 34. 11

Limitatur aliter, ſecundum Doct. citatos à Marz. *in Epit. de fideic. q.* 39.

Sed aduerte circa hunc caſum ad plura, & primò quod ſi teſtator prohibuit alienationem, vt ſuccurreret imbecillitati hæredis, ne labatur ſuis facultatibus, quod licita erit permutatio, ſi bona recepta in permutationẽ ſint eiuſdem valoris, Alex. *in l. alienatum, nu.* 5. *ff. de verb. ſignif.* Capic. *dec.* 108. *n.* 17. 12

Secundò, ſi bona permutata erunt ſubiecta à contrahentibus eodem fideicommiſſo expreſsè, ſuſtinebitur permutatio ſecundum Capic. *loco citato.* 13

Tertiò, pariter ſuſtineretur permutatio facta inter ignorantes, ſecundum Burſat. *conſ.* 173. *n.* 54. *lib.* 2. *per text. in l. vlt. ff. de legat.* 2. 14

Quartò vbicunque licita eſt permutatio, licita etiam erit ſubrogatio, & permutatio cum bonis ipſius prohibiti, Alba qui comprobat *d. conſil.* 97. 15

Quintò non ſuſtineretur permutatio, ſi appareret facta in fraudem fideicommiſſi, Ign. *in l. dudum, nu.* 86. *C. de contr. empt.* in dubio autem non præſumeretur fraus, nec ſimulatio, Alban. *d. conſ.* 97. *n.* 23. *& ſeqq. & n.* 35. *& ſeqq.* vbi plura de hoc. 16

Porrò inter confideicommiſſarios prohibitos alienari, non eſſet interdicta permutatio, Dec. *conſ.* 55. *n.* 73. *& ſeq.* & latè *conſ.* 57. *lib.* 3. quem refert, & ſequitur Pereg. *d. art.* 40. *n.* 34. *verſic. concedendum*, Mantic. *de tac. & ambig. contract. lib.* 25. *tit.* 4. *num.* 10. & plenius dicam *qu.* 709. quod ſecundum ibi dicta declarandum erit. Et ratio eſt, quia non læditur voluntas teſtatoris, arg. *l. vtilitatem, & l. in confirmando, ff. de confirm. tut. & l.* 1. *ff. vbi pupill. educ. debeat.* 17

In caſibus autem, in quibus licita eſt permutatio non eſſet neceſſarium decretum iudicis, ſed ſufficeret iuſtificare in effectu contractum fuiſſe vtilem fideicõmiſſo, Paul. Caſtr. *d. conſ.* 269. *col.* 2. *lib.* 1. Soc. iun. *conſ.* 28. *libro* 2. Peregr. clarius *d. art.* 40. *nu.* 32. *in fine*, vbi dicit probandam eſſe vtilitatem pro fideicõmiſſo adfuiſſe tempore contractus, nec futuras calamitates nocere, nec contractum euertere, *l. verum, §. ſciendum, ff. de minor.* Si tamen emptor vult euitare omnem futurã litem, faciat decretum interponi cum præcedenti cauſæ cognitione, quia hoc modo tutus erit: & tutior erit, ſi prædicta faciet citato fideicommiſſario. 18

Similiter non erit neceſſaria citatio illius cuius fauore facta eſt prohibitio, Alba *d. conſ.* 97. *nu.* 49. *& ſeqq.* vbi rationem adducit. 19

Illud etiam non omitto, quod quando licita eſt permutatio in reſtitutione fideicommiſſi veniret res permutata, vt poſt alios ſcribunt Alexand. de Neuo, *conſil.* 34. *numero* 7. Marzar. *conſil.* 23. *numero* 1. *lib.* 1. Decia. *conſ.* 55. *numero* 76. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 173. *num.* 23. *libro* 2. Honded. *conſ.* 58. *numero* 32. 33. 56. *&* 58. *lib.* 1. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 23. Pereg. *de fideic. art.* 44. *num.* 30. *& dec.* 2. *num.* 4. Præt. *de interpret. vltim. volunt. folio* 345. *num.* 4. *verſ. quinto*, de his Surd. *dec.* 15. *n.* 21. *& dec.* 208. *n.* 3. Coraſ. *dec.* 79. *in fine*, cum alijs congeſtis *quaſt.* 636. vbi latiùs de hoc. 20

SVMMARIVM.

1 *Dotis conſtituendæ cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſunt, Ampl. & limit. per totam q.*

2 Dotis

2 *Dotis cauſa fideicommiſſi bona apud Venetos alienantur, contra ibid.*

3 *Auth. res quæ, C. comm. de lega. in quibus rationibus ſit fundata, remiſſiuè.*

4 *Diſpoſitio auth. res quæ, C. comm. de legat. eſt exorbitans non correctoria.*

5 *Diſpoſitio auth. res quæ, Cod. comm. de legat. eſt fauorabilis.*

6 *Dos quæ conſtituitur in bonis fideicommiſſi dicitur cõſtituta ex præſumpta mente teſtatoris.*

7 *Dos conſtitui poteſt in bonis fideicommiſſi non ſolum filiabus, ſed & omnibus deſcendentibus, contra nu. 8. Ampl. & decl. n. ſeqq.*

9 *Dos conſtitui poteſt in bonis fideicommiſſi etiam nepti natæ poſt mortem teſtatoris, contra n. 10.*

12 *Dos non debetur nepti ab auo, quando pater poteſt dotem filiæ conſtituere.*

13 *Dos in bonis fideicommiſſi debetur filiæ naturali, ampl. & decl. ibid.*

16 *Dos poteſt conſtitui de bonis fideicommiſſi à grauato in teſtamento.*

17 *Dos in bonis fideicommiſſi & nuptæ filiæ debetur, contra n. 18. ampl. & decl. n. ſeqq.*

17 *Dos debetur filiæ nuptæ per patrem, contra nu. 18. amp. & decl. n. ſeqq.*

19 *Dos debetur à patre filiæ, quæ nupſit inconſulto patre, ampl. & decl. n. ſeqq.*

28 *Dos conſtitui poteſt in bonis fideicommiſſi filiæ, quæ monaſterium vult ingredi.*

29 *Dos etiam ſterili mulieri in fideicommiſſi bonis conſtitui poteſt.*

30 *Dos debetur in bonis fideicommiſſi fœminæ ſemel dotatæ, quando ſine culpa ſua amiſit dotem, aliàs ſecus.*

31 *Dotis eccleſiæ conſtituendæ cauſa poſſunt alienari bona fideicommiſſi.*

33 *Dos conſtitui poteſt in fideicommiſſi bonis, licet filius teſtatoris ſit ſubſtitutus.*

34 *Dos in fideicommiſſi bonis conſtitui poteſt, licet pia cauſa eſſet ſubſtituta contra n. 35. amp. & dec. n. ſeqq.*

39 *Alienari fideicommiſſi bona poſſunt pro impenſis nuptialibus, contra n. 40.*

41 *Alienari fideicommiſſi bona poſſunt pro apparatibus filiæ maritandæ.*

42 *Alienari fideicommiſſi bona poſſunt pro intereſſe decurſo ſuper dote, contra n. 43. decl. ibid.*

44 *Dotis conſtituendæ cauſa alienari poſſunt bona fideicommiſſi conſtituti in contractu, decl. ibid.*

45 *Tranſmittitur ius petendæ dotis in bonis fideicommiſſi à filia mortua, declara n. ſeqq.*

48 *Dotis conſtituendæ in bonis fideicommiſſi cedi poteſt beneficium, contra n. 49. decl. n. ſeqq.*

52 *Dotis ſubſtituendæ cauſa ſi fideicommiſſi bona ſint alienata, ſi grauatus poſtea efficiatur diues non tenetur reficere fideicommiſſario, contra n. 53.*

54 *Dos conſtitui poteſt etiam in omnibus bonis fideicommiſſi ſi congruitas dotis hoc requirat, contra n. 55.*

56 *Dotis cauſa alienata bona fideicõmiſſi recuperari poſſunt à fideicommiſſario oblato pretio emptori, vel marito cui bona in dotem data fuerunt, contra ibidẽ, declara n. ſeq.*

58 *Dotis cauſa alienari poſſunt bona fideicommiſſi tam particularis, quam vniuerſalis, contra n. 59.*

60 *Primogenituræ bona dotis conſtituendæ cauſa alienari poſſunt, contra nu. 61. Amplia & declara n. ſeqq.*

67 *Dos non poteſt conſtitui in bonis expreſsè dotis cauſa prohibitis alienari, contra n. 71. declara n. ſeqq.*

74 *Dos conſtitui poteſt in bonis prohibitis alienari verbis generalibus, contra n. 75. concord. & declara nu. ſeqq.*

80 *Dos conſtitui non poteſt in bonis alienari prohibitis in contractu contra n. 81. declara n. ſeqq.*

83 *Dotis cauſa ſi fiat alienatio bonorum fideicõmiſſi & matrimonium non ſequatur, reuocari poterunt alienata.*

84 *Dotis cauſa ſi bona fideicommiſſi alienantur, & illa recuperentur à patre ob ſolutionem matrimonij, fideicommiſſario erunt reſtituenda, contra n. 85. n. ſeqq.*

93 *Dotis cauſa ſi fideicommiſſi bona ſint alienata cum pacto redimendi ſi recuperata fuit res à grauato, ea in reſtitutione fideicommiſſi veniet.*

94 *Dotis cauſa alienata fideicommiſſi res ſi fuit, & poſtea à grauato ſit empta, & tempore euenientis conditionis poſſideat, non veniet in reſtitutione fideicommiſſi.*

95 *Dotis conſtituendæ cauſa non alienantur bona fideicommiſſi tranſuerſalis, contra n. 96. decl. n. ſeqq.*

95 *Soror non poteſt dotari in bonis fideicommiſſi à fratre conſtituti, decl. n. ſeqq.*

100 *Soror inops dotari debet à fratre limita nu. 102.*

104 *Dotis conſtituendæ cauſa filiæ non poſſunt alienari bona ſubiecta fideicommiſſo matris, & aui materni.*

106 *Mater dotare tenetur filiam ſi eſt diues, & pater eſt pauper.*

110 *Mater Iudæa tenetur dotare filiam Chriſtianam declara n. ſeqq.*

113 *Dos conſtitui debet in bonis ſubiectis fideicommiſſo à patre, licet extent bona materna fideicommiſſo ſubiecta.*

114 *Dos conſtitui non poteſt in bonis fideicommiſſi ab extraneo conſtituti, decl. n. ſeq.*

116 *Dos ſi conſtituta ſit à patre filiæ illa augere ſibi dotẽ non poterit in bonis fideicommiſſi. decl. n. ſeqq.*

119 *Dos in fideicommiſſi bonis non erit conſtituenda ſi grauatus multos fructus percepit, & in ſ. uctibus erit conſtituenda, decl. n. ſeq.*

121 *Dos in fideicommiſſi bonis non erit conſtituenda ſi adſunt bona libera, in quibus conſtitui poteſt, declara num. ſequentibus.*

123 *Dos ſi conſtituta eſt in bonis fideicommiſſi alienatio ſuſtinetur, & qui dicit extitiſſe bona libera probare debet, contra n. 124. decl. n. ſeqq.*

128 *Dotari debere fœminas, ſi teſtator dixit, conſtituto fideicommiſſo inter maſculos, dos debebitur in bonis fideicommiſſi, licet grauatus habeat bona libera in quibus dotem ſtatim dare poteſt, contra n. 129. decl. n. ſeqq.*

137 *Dos relicta nepti ab auo, an dicatur relicta contemplatione neptis, vel filij? remiſſiuè & n. 138.*

143 *Dotari filias, ſi teſtator iuſſit in fideicommiſſi conſtitutione inter maſculos, non cenſetur idem de neptibus voluiſſe, contra ibid.*

144 *Dos de bonis fideicommiſſi conſtitui non poteſt, ſi filia habet bona materna, & aduentitia, in quibus commodè dotari poteſt contra n. 145. decl. n. ſeqq.*

146 *Extenſio non fit de caſu ad caſum in exorbitantibus.*

149 *Dos debetur à patre filiæ diuiti.*

150 *Doctoris perfunctoriè loquentis auctoritas nõ curatur.*

151 *Dos conſtitui debet in bonis fideicommiſſi, licet mater viua habeat amplum patrimonium.*

153 *Dos quæ in bonis fideicommiſſi conſtitui poteſt, dari debet in portione patris grauati, non in portione coheredis illi obuenta ex fideicommiſſo, contra nu. 154. declara num. ſeq.*

156 *Dos non debetur filiæ in bonis fideicommiſſi, quando ipſa conſumpſit legitimam & Trebellianicam.*

157 *Dos nõ debetur in bonis fideicõmiſſi quãdo pater grauatus conſumpſit legitimam, & Treb. contra n. 158.*

160 *Dos exceſſiua ſi data eſt in bonis fideicommiſſi retractatur, decl. n. ſeq.*

161 *Dos non debetur aſcendenti in bonis fideicommiſſi cõſtituti à deſcendente.*

Dos

163 *Dos quæ conſtitui poteſt in bonis fideicommiſſi debet eſſe congrua arbitrio Iudicis, ſecundum qualitatem perſonarum, quantitatem patrimonij, numerum filiorum, & regionis conſuetudinem.*

164 *Dos an ſit congrua inſpicitur tempus donationis.*

165 *Dos cum taxatur congrua, non habentur in conſideratione bona fideicommiſſi, ſed ſolum bona libera.*

166 *Dos cum taxatur in bonis fideicommiſſi, videndum erit, quid actum fuerit cum alijs fæminis de eadem familia.*

167 *Dos in bonis fideicommiſſi conſtituta in fraudem fideicommiſſi cenſetur conſtituta, ſi pater ſecundæ filiæ dedit longè maiorem dotem quam primæ.*

168 *Dos aſſignata filiæ in omnibus bonis fideicommiſſi retento vſufructu, cenſetur in fraudem fideicommiſſi aſſignata.*

169 *Alienata bona fideicommiſſi pro dotibus, præſumuntur alienata fideicommiſſi interuertendi cauſa.*

170 *Dos in bonis fideicommiſſi vltra legitimam menſuram non poteſt conſtitui, licet mulier nubat viro impari contra num. 171.*

172 *Alienatio bonorum fideicommiſſi pro dotanda filia facta longè minori pretio quam res valeat, eſſet nulla.*

173 *Alienatio bonorum fideicommiſſi dotis cauſa facta vltra id, quod erat neceſſe, non annullatur in totum, ſed ſolum pro exceſſu, decl. ibid.*

174 *Decretum an requiratur in alienatione bonorum fideicommiſſi facta pro dotandis filiabus grauati.*

175 *Alienationes factas de bonis fideicommiſſi dotis cauſa eſſe factas aſſerenti non creditur, decl. ibid.*

QVÆSTIO DXXXI.

Vtrum pro dotis conſtitutione poſſint fideicommiſſi bona alienari?

1 VVLGATISSIMA eſt materia *authent. res quæ. Cod. commun. de leg.* vtilis tamen eſt, & in facto ſæpe contingit illius diſcuſſio: vnde pleniſſimè eam tractabo, vt difficultatum, quæ multipliciter contingere poſſint, facilis ſit reſolutio: concluſio igitur apud omnes receptiſſima eſt, quod bona fideicommiſſi alienari poſſunt, caſus eſt expreſſus *in d. authen. res quæ, & in l. mulier, §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* & ſcribunt Doctor. *in d. authen. res quæ,* vbi Bartol. *quæſt. 3.* Curt. iun. *numero 13.* vbi teſtatur de communi opinione, Padill. *num. 42. & ſeqq.* & communiter alij: & poſt alios relatos ita tenent conſulendo, Cephal. *conſil. 61. num. 22. conſil. 393. num. 14. & conſil. 683. numero 3.* Hieron. Gigas *conſil. 66. numero 1.* Becc *conſil. 54. numero 1.* Vegg. *conſil. 74. numero 359.* Oſaſc. *conſil. 30. numero 3.* Laur. de Pin. *conſil. 5. num. 82.* Rimin. iun. *conſil. 777. numero tertio, conſil. 782. numero 18. & conſil. 812. numero 43.* Menoch. *conſil. 88. numero 48. conſil. 95. numero 130. conſil. 247. numero 36. conſil. 736. num. 20.* vbi ſcribit eſſe receptam ſententiam, Eug. *conſ. 54. nu. 4. in fine,* Boniſ. Roger. *conſil. 38. num. 9. lib. 1.* Hieron. Gabr. *conſ. 119. n. 4. & 13 & conſ. 153. nu. 1. lib. 2.* Dec. *reſp. 10. n. 6. & per totum lib. 2. & conſ. 120. dubio vltimo, li. 3.* Peregr. *conſ. 39. in fine lib. 5.*

Et in Tractatibus, Bald. Nouell. *tract. de dot. parte 6. priuil. 13. numero 2.* Campeg. *tract. de dot. parte 1. quæſt. 8. numero 1. verſic. vndecimo,* Tiraquell. *de priuil. piæ cauſæ, priuil. 102. circa medium.* Vincent Paleot. *in tract. de dot. num. 85.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. parte 2. libro 4. cap. 6. nu. 7.* Ant. Gail. *lib. 2. Pract. Obſeruan. obſeru. 137. nu. 17.* Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 57. in principio,* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Petra *de fideicomm. q. 8. nu. 330.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 182. nu. 68. & lib. 4. præſump. 189.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 42.* Surd. *tract. de aliment. tit. 1. qu. 31. num. 15.* Intrigl. *de ſubſtit. centur. 3. qu. 73. nu. 154.*

Et in Deciſionibus, Theſaur. *deciſ. Pedem. 192. num. 3.* Viu. *li. 1. dec. 18. n. 6.* Caualcan. *dec. 81. nu. 104. parte 3.* Milan. *dec. 5. nu. 58. & dec. 7. nu. 40. lib. 1.* Ioſeph. Ludou. *dec. Lucen. 28 nu. 76. & ſeqq.* Alex. Raud. *dec. Piſan. 19.* Magon. *dec. Florent. 50. num. 23.* Surd. *dec. 62.* Rota Romana *dec. 131. & dec. 889. parte 4. in nouiſſ.*

Idem ſtatutum eſt de iure Veneto, *vt in lib. 4. cap. 11.* vbi tamen hoc reſtringitur ad fideicommiſſa aſcendentium paternorum. Sed Venetijs ſeruari quod bona fideicommiſſa non alienentur dotis cauſa, ſcribit Pereg. *de fideicomm. art. 42. n. 37. in fine.* 2

Rationes autem *auth. res quæ,* quales ſint, haberi poteſt plenè apud Petr. *de fideic. q. 8. n. 356. & ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art. 42. n. 2. & ſeqq.* Menoc. *li. 4. præſumpt. 189. n. 2. & ſeqq.* & Intrig. *d. q. 73. n. 155. & ſeqq.* 3

Diſpoſitio autem, *d. auth. res quæ,* non eſt iuris communis correctoria, ſed dicitur exorbitans, ita Alex. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 10.* & ibi Ferdin. Loarez. *nu. 140. ff. de legat. 1.* rurſus Alex. *conſ. 56. nu. 3. lib. 1.* Corn. *conſ. 3. num. 4. lib. 3.* Crauet. *conſil. 236. num. 5. & conſil. 291. nu. 4.* Menoch. *li. 4. præſump. 189. n. 4.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. num. 62.* Peregr. *d. art. 42. n. 58. & ſeq.* 4

Et fauorabilis dicitur diſpoſitio, *d. auth. res quæ,* non autem odioſa, Alex. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 10. ff. de legat. 1.* Ioan. Lup. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. nu. 9.* Crauet. *conſil. 291. nu. 3.* Petr. *de fideicomm. qu. 8. nu. 349.* Menoc. *li. 4. præſump. 189. n. 4. ad medium,* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. n. 161.* Surdus qui alios adducit *dec. 62. num. 28.* Rot. Romana *in nouiſſ. dec. 37. numero 3. & dec. 556. nu. 3. parte 1.* 5

Et ideo poterit extendi, vt plenè comprobat Surd. *d. dec. 62. n. 15 & ſeqq.* & Pereg. *d. art. 42. n. 59.*

Dos autem, quæ conſtituitur in bonis fideicommiſſi, dicitur ſic conſtitui ob præſumpta mente teſtatoris, ita probat *l. mulier. §. cum proponeretur,* ibi *(& patris voto congruebat,) ff. ad Trebell.* & ibi Caſtr. *num. 2.* Crot. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 54.* & ibi Opiz. *num. 137.* & Ferdin. Loarez. *num. 140. ff. de legat. 1.* Curt. iun. *in d. auth. res quæ, nu. 12.* Paul. Caſtr. *conſ. 80. quia per ſupra ſcriptum col. 7. verſ. ſed hoc non obſtante, li. 1.* Iaſ. *conſ. 131. n. 3. li. 2.* Socin. ſen. *conſ. 23. lib. 3.* Decian. *conſ. 376. num. 2. & conſ. 519. num. 3.* Ruin. *conſ. 199. li. 2.* Petr. *de fideicommiſ. q. 8 nu. 338.* Menoc. *li. 4. præſump. 189. nu. 5.* Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 73. num. 188.* Rota Romana *d. dec. 889. numero 3. par. 4. in nouiſſ.* 6

Ampliatur primò, vt fideicommiſſi bona alienari poſſint, non ſolum pro dote conſtituenda filiabus grauati, ſed etiam pro dotandis omnibus deſcendentibus, ſicuti etiam filia fideicommiſſo grauata poteſt dotem ſibi cōſtituere in bonis fideicommiſſi, *l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb.* & dixit Imperator, *in §. 1. in auth. de reſtitut. & ea quæ par. in vnd. menſe,* pariter idem facere poterit nepos in fideicommiſſo conſtituto ab auo paterno, Bald. *in auth. res quæ nu. 12.* & ibi Angel. *in princ.* & Curt. iun. *nu. 53. in fine, Cod. comm. de legat.* Paul. Caſt. *in d. l. mulier, § cum proponeretur, nu. 2. ff. ad Treb.* Soc. iun. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 155. ff. de leg. 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Rub. Alex. *conſ. 124. nu. 3.* Alciat. *reſp. 640. num. 1.* vbi ſcribit ita Doct. communiter tenere, Chriſtoph. Torniol. *conſil. 75. & conſil. 88. num. 17. & ſeq.* Ludou. Molin. *lib. 4. de Hiſpan. Primog. cap. 6. num. 4.* vbi de magis communi opinione teſtatur Petr. *de fideic. qu. 8. n. 394.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Menoch. *lib. 4. præſump. 189. n. 11.* Intrigl. *d. cent. 3. qu. 73. nu. 172.* & hæc etiam opinio mihi probatur, eamque ſemper vidi in practica ſeruari. 7

Contra-

8 Contrariam ergo ſententiam malè probarunt nonnulli relati à Curt. iun. & Ludou. Molin. *locis ſupra adductis*, ſequitur Peregr. *de fideicom. art. 42. num. 30. vſque ad num. 37.* vbi reſpondet ad fundamenta primæ opinionis, idem tenet Honded. *conſ. 79. lib. 1.* in caſu, quando nepti, vel pronepti non erat debita legitima.

9 Subampliatur concluſio, vt procedat etiam in nepte nata, & concepta poſt mortem teſtatoris, nam & pro ea dotanda fideicommiſſi bona erunt alienanda, Paul. Caſtr. *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* Curt. iun. *in d. auth. res quæ, nu. 15. verſ. retenta tamen*, & ibi Padil. *num. 56. & infra*, Aret. *conſ. 37. nu. 3. verſ. venio ad tertiam*, Ruin. *conſ. 89. col. pen. conſ. 37. num. 17. & 18.* & clarius, *conſ. 199. num. 6. lib. 2.* Menoch. *conſ. 53. num. 38.* Eugen. *conſ. 54.* Gerard. Mazzo. *conſ. 119. nu. 37.* vbi teſtatur ita fuiſſe conſultum per Collegium Florentinum, & poſtea iudicatum, Chriſtoph. Torniol. *conſil. 75. & conſ. 88. num. 18.* Lud. Molin. *de Hiſp. Primog. lib. 2. cap. 15. n. 37.* Petr. *de fideic. q. 8. nu. 400. & ſeqq.* Præt. *de interpr. vlt. volun. fol. 438. n. 29. & ſeqq.* vbi latè comprobat Menoc. *d. præſumpt. 179. num. 15.* vbi latè defendit, & reſpondet argumentis diſſentientium, Peregr. *de fideicomm. art. 42. num. 37.* vbi dicit in praxi hanc opinionem ſæpius fuiſſe ſeruatam, licet contrariam eſſe veriorem aſſerat Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 73. n. 186.* Bero. *quæſt. 110.* Caualcan. *deciſ. 81. num. 104. part. 3.* Theſaur. *deciſ. Pedem. 192. num. 11.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc. 28. n. 95.* Peregr. *deciſ. 62.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, Rota Romana *deciſ. 457. num. 2. verſ. non obſtat. & deciſ. 489. nu. 4. verſ. non obſtat. part. 4. in nouiſſ.* & cum his ego tranſeo, nec vnquam vidi contrarium in praxi attentari, ſed benè hanc opinionem ſeruari.

10 Cæterum hæc ſententia non tranſit ſine multis contradictoribus, & hi ſunt, Bald. *in d. auth. res quæ in antiq. lectura*, quem ibi refert & ſequitur Corn. *num. 4.* vbi dicit eſſe communem opinionem & Iaſ. *col. 9. verſ. ex ſecunda*, Pariſ. *conſ. 52. nu. 3. & conſ. 63. nu. 46. lib. 2.* vbi dicit eſſe communem, & ita in practica ſeruari, Marz. *conſil. 1. n. 41. verſ. & hoc tanto*, Alciat. *reſp. 640.* vbi dicit hãc opinionem non habere contradicentem, Menoc. *conſ. 95. n. 132.* Burſat. *conſ. 179. n. 19. lib. 2.* Honded. *conſ. 76. n. 13. lib. 1.* vbi in ciuitate Eugubij aſſerit ita iudicatũ, rurſus Marzar. *in epit. de fideic. qu. 48. in fine*, vbi dicit in Rota Florentina ita iudicatum, Gregor. Lopez, *in l. 6. tit. 11. par. 5. col. 6. & 7.* vbi latè defendit, Did. *variar. reſol. lib. 3. cap. 6. nu. 10. verſ. illud tamen non eſt.*

11 Et hæc opinio maximè procederet in pronepte nata ex patre nato poſt mortem teſtatoris, & in ſecundo gradu ſubſtitutionis grauato, Hond. *d. conſ. 76. nu. 14. libr. 1.* vbi dicit in his terminis rem eſſe ſine difficultate, & allegat Præt. *d. fol. 438. nu. 33. & in fine.*

12 Declaratur autem hæc ampliatio, vt procedat, quandò pater non habet bona, ex quibus filia poſſit dotari, aliud eſſet quando pater haberet bona, in quibus conſtitui poteſt dos filiæ, nam tunc bona fideicommiſſi ab alio conſtituti non poſſent alienari, & hoc ea præcipuè ratione, quia auus non tenetur neptem dotare, quãdo pater ex proprijs bonis poteſt dotem filiæ conſtituere, ſecundum communem opinionem, licet quando pater non habet propria bona, officium dotandi ſpectet ad auum, & ita in terminis noſtris dixerunt Bald. *in d. auth. res quæ, num. 12.* & ibi Iaſ. *col. vlt. in 2. lim.* & Curt. iun. *num. 16.* Feder. Scot. *in reſpect. 17. num. 6. lib. 4. tom. 1.* Soc. iun. *conſ. 97. num. 41. lib. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. n. 22.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. n. 194. & ſeqq.*

13 Ampliatur ſecundò, etiam pro conſtituenda dote filiæ naturali & ſpuriæ, fideicommiſſa bona alienari poſſe, ſi nihil habet ex quo poſſit dotem ſibi conſtituere, Angel. *in d. auth. res quæ, nu. 3.* & ibi Iaſ. *in 7 limit.* & Padil. *n. 63. & ſeqq.* Pereg. *conſ. 115. nu. 3. lib. 5.* vbi dicit eſſe communem opinionem, & ponit in quanta quantitate dos conſtitui poſſit, *& in tract. de fideic. art. 42. num. 38.* Ludou. Molin. *lib. 4. de Hiſpan. Primog. cap. 16. num. 19.* Petr. *de fideic. qu. 8. num. 63.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 189. num. 25.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. nu. 169.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 51. ante nu. 269.* & ita ego tenui conſulendo in vna de Ponteuicis, vt habetur *in conſil.... in vltimo dubio*.

14 Contra tamen malè tenuit Bald. *dicta auth. res quæ, numer. 7.*

15 Subampliatur etiam in foro Cæſaris, Menoch. & Intrigl. *locis ſupra citatis* vbi alios multos adducunt, & referunt etiam diſſentientes.

Declaratur tamen finita vita filiæ illegitimæ dotem eſſe reſtituendam fideicommiſſario ſecundum Albam *conſ. 44.* & Petr. *d. qu. 8. num. 464.* quod non placet, & eſt contra mentem omnium.

16 Ampliatur ſextò, vt etiam pater moriens poſſit in teſtamento dotem filiæ de bonis fideicommiſſi conſtituere Bart. *in d. authen. res quæ, num. 5.* & ibi Bald. Angel. *num. 4.* Salic. *nu. 4. in fine*, Corn. *numero 6. & 11.* Iaſ. *num. 13.* qui ſcribit eſſe communem opinionem, Curt. iun. *num. 19.* vbi dicit cæteros omnes ita tranſire, & Padill. *nu. 68.* Bart. *in l. à filia in princip. num. 6. ff. ad Trebell.* & ibi Cuman. *num. 4.* & Alexand. *num. 11. & ſeq.* Coraſ. *in l. qui liberos, num. 195. & 196. ff. de rit. nupt.* Ripa *in l. quæſitum, §. ſi ſponſa, num 17. ff. priuil. credit.* Crott. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 56. ff. de legat. 1.* Iaſ. *conſ. 130. col. 4. verſ. ad idem pro confirmatione, lib. 4.* Decius *conſil. 519. num. 5.* Decius *conſ. 10. num. 7. lib. 2.* Menoch. *conſ. 210. n. 14. & lib. 4. præſumpt. 189 numero 44.* Intrigl. *d. centur. 3. quæſt. 73. nu. 221. & ſeq.* Peregrinus *de fideicomm. art. 42. num. 33. & 34.* Soc. ſen. *reg. 12. ampl. 3.* Alciat. *de verb. ſignif. lib. 3. num. 42.*

17 Ampliatur quartò, vt licet filia ſit nupta, quod tamẽ pater poterit eam dotare de bonis fideicommiſſi, Bald. *d. auth. res quæ, num. 10.* & ibi Angel. *num. 4.* Paul. Caſtr. *num. 7.* vbi dicit ita conſuluiſſe, Iaſ. *num. 14.* qui aſſerit eſſe communem opinionem, Curt. iun. *num. 25.* qui pariter de communi teſtatur, & Padill. *num. 72.* Alexand. *in l. huiuſmodi, §. cum pater, col. 7. in princip. ff. de leg. 1. & conſ. 33. num. 56. lib. 4.* Ripa *in l. 1. nu. 5.* & ibi Pariſ. *nu. 121.* & Bald. Nouel. *numer. 152.* Corn. *conſ. 35. nu. 1. lib. 4.* Socin. ſen. *conſ. 23. num. 5. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 63. num. 34. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 85. nu. 2. lib. 1.* Menoch. *conſil. 247. nu. 41.* vbi dicit eſſe veriorem, & receptiorem ſententiam *& lib. 4. præſumpt. 189. num. 52. & ſeqq.* Baldus Nouel. *in tract. de dot. par. 7. priuil. 8. nu. 3.* Did. *de ſponſ. par. 2. cap. 3. n. 8. & 9.* Ludou. Molin. *de primog. Hiſp. libr. 2. cap. 16. n. 7.* vbi de communi, Petra *de fideic. q. 8. n. 454.* vbi de communi teſtatur, Gomeſ. *in l. 40. Taur. num. 87. verſ. ſexto limita*, Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. num. 223.* Peregr. *de fideic. art. 42. n. 39.* Boer. *q. 130. n. 8.*

18 Contrariam ſententiam probarunt alij, ea ratione, quia pater non tenetur dotare filiam nuptam, inter quos Bartolus *d. authen. res quæ, n. 6.* & ibi Salicet. *num. 3.* Fulgoſ. & Corn. *numer. 2.* Fulgoſ. *in l. qui liberis, ff. de rit. nupt.* Bart. *in l. obligationum, §. 1. ff. de act. oblig.* Bald. *in l. qui liberos in lect. antiq.* & ibi Salicet. *ff. de rit. nupt.* Paul. Caſtr. *in l. à filia, numer. 4. ff. ad Trebell.* Panorm. *in cap. 2. extr. de adult. & in cap. penult. extr. de rapt. & in cap. accidens, extr. de procur.* Mach. *not. 106.* ſed à prima opinione communi non erit conſulendo, & iudicando recedendum.

19 Subampliatur primò, & ſi filia nupſiſſet viro indigno inconſulto patre, nulla dote promiſſa poſt vigeſimumquintum annum, ita Menoch. *d. præſumpt. 189. nu. 58.* & Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. n. 227.*

20 Vnde fortius dos deberetur, ſi nupſiſſet viro digno, Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 59. Intrigl. *d. quæſt.* 73. *num.* 227.

21 Subampliatur ſecundò, etiam quando ante vigeſimumquintum annum nupſiſſet viro digno inſcio patre dote promiſſa, Menoch. *dict. præſumpt.* 189. *numero* 60. & Intrigl. *d. quæſt.* 73. *num.* 228. & alij infra ſtatim citati.

22 Subampliatur tertiò, & ſi ante vigeſimum annum nupſit viro digno inſcio patre, nulla dote promiſſa, quia & tunc pater tenetur filiam dotare, Gloſ. *in cap. vlt.* 32. *quæſt.* 2. Abb. *in cap. eccleſia nu.* 20. *extr. de conſtit.* Bald. *in d. authen. res quæ*, & ibi Angel. Paul. Caſtr. Iaſ. *nu.* 14. Curt. iun. *num.* 15. qui duo teſtantur de magis communi opinione, Pariſ. *in l.* 1. *num.* 121. & ibi Baldus Nouell. *num.* 152. & Ripa *nu.* 55. *ff. ſolut. matrim.* rurſus Pariſ. *conſ.* 29. *num.* 62. *lib.* 3. Did. *in epit. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 3. §. 8. *num.* 7. Boer. *q.* 130. *nu.* 8. vbi alios adducit Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 73. *num.* 229. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 189. *num.* 61. *& ſeqq.* vbi latè hanc ſententiam defendit ab obiectis.

23 Contrarium malè tenent Bart. *in d. auth. res quæ, nu.* 6. & ibi Salic. & Fulgoſ. Mar. *not.* 106.

24 Declaratur tamen hæc ampliatio, vt non procedat, quando filia ante annum vigeſimumquintum nupſit indigno inſcio patre nulla dote cõſtituta, quia tunc bona fideicommiſſi alienari non poſſunt, patet enim hoc caſu non tenetur dotare filiam, Gloſ. *in cap. de raptoribus* 33. *qu.* 5. & ibi Archid. Ioan. And. *in cap. accidens*, & ibi Ant. de Bu. 1. *extr. de procur.* Ioan. Lup. *in cap. per veſtras. in not.* §. 7. *extr. de donat. int. vir. & vxor.* Bald. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Fulgoſ. *in auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtam.* Abb. *conſ.* 112. *col.* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 29. *nu.* 40. *&* 64. *lib.* 3. Alciat. *reſp.* 157. *nu.* 6.

25 Et in terminis noſtris ita ſcripſit Menochius *d. præſumpt.* 189. *num.* 76. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 84. *in fine*, dicit poſſe diſtingui, vt hæc opinio locum habeat in terris Imperij, contraria verò procedat in terris Eccleſiæ, & refert Bald. ita diſtinxiſſe.

26 Contrariam ſententiam, quod immò & tunc pater teneatur dotare filiam, probarunt Imol. *in cap. accedens extr. de procur.* Did. *in Epit. de ſponſal. part.* 2. *cap.* 3. §. 8. *num.* 5. qui de communi opinione, teſtatur Alexand. *in l.* 1. *num.* 25. & ibi Ripa *numer.* 59. *ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in authent. ſed ſi poſt in fine, C. de inoff. teſtam.* Dec. *in l. nuptias, num.* 14. *ff. de reg. iur. & in conſ.* 231. *nu.* 4. Socin. ſen. *tract. fallent. reg.* 281.

Et in terminis de quibus agitur, Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 73. *num.* 231.

27 Indigna autem perſona, quæ dicatur in his terminis ſcribunt Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 85. *& ſeqq.* & Intrigl. *d. qu.* 73. *num.* 233.

28 Ampliatur quartò fideicommiſſi bona alienanda eſſe pro conſtituenda dote filiæ, vel nepti, quæ monaſterium vult ingredi, Bart. *in d. authent. res quæ numero* 7. & ibi Bald. *num.* 13. Angel. Iaſ. *num.* 18. Curt. iun. *num.* 26. qui teſtatur de communi opinione, & Padil. *num.* 54. Crott. *in l. filiusfamilias*, §. *Diui, numero* 62. & ibi Ferdinand. Loaz. *numero* 133. *in fine*, Rip. *num.* 71. Socin. iun. *numero* 159. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, & Opiz. *num.* 145. *ff. de leg.* 1. Alexand. *conſ.* 139. *num.* 7. *lib.* 1. Ever. *in topicis cap.* 33. Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri num.* 87. *verſic. ſeptimo intellige*, Petr. *de fideicom. qu.* 8. *num.* 418. vbi de communi teſtatur Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 89. qui ſcribit eſſe receptam ſententiam, Benincaſ. *in tract. de pauper. in* 10. *ſpeciali circa contractus num.* 20. Pereg. *de fideic. art.* 42. *num.* 57. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 79. *nu.* 238. & plures ex his loquuntur in prohibitione alienationis.

29 Ampliatur ſextò, vt locum etiam habeat pro dotanda muliere ſterili, Bald. *in d. auth. res quæ, n.* 15. & ibi Padil. *num.* 117. *& ſeqq.* & Iaſ. *nu.* 32. *verſ. tertiodecimo extende*, Soc. ſen. *reg.* 12. *ampliat.* 14. ſubſtantia enim matrimonij non vitiatur ex defectu liberorum, *l. aſſiduis, C. qui potio. in pign. habeant.*

30 Ampliatur ſeptimò, & ſi ſemel filia ſit dotata, & dotem amiſerit ſine culpa ſua, nam iterum in bonis fideicommiſſi erit dotanda, aliud tamen eſſet, ſi culpa ſua dotem amiſiſſet, Petra *de fideicommiſſ. quæſtione* 8. *num.* 417.

31 Ampliatur octauò, etiam pro conſtituenda dote eccleſiæ, quam quis conſtruxit ſecundum Lambert. quem refert, & ſequitur Padil. *in d. auth. res quæ, nu.* 55. *in fine.*

32 Ampliatur nonò, & ſi pater reliquit dotes filiabus incongruas in teſtamento, & auctæ fuere à fratribus, nam & pro augmento poterunt deduci de fideicommiſſo, vt dicam infra *num.* 117. *verſ. declaratur hæc limitatio.*

33 Ampliatur decimò, & ſi ſit ſubſtitutus alter filius teſtatoris, Padil. *in d. auth. res quæ, n.* 12. Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 56. & in his terminis loquitur textus vnde deſumpta eſt *d. auth. res quæ.*

34 Ampliatur vndecimò, etiam ſubſtituta pia cauſa, nam & tunc filiæ, & aliæ deſcendentes erunt dotandæ in bonis fideicommiſſi, Iaſ. *in dict. auth. res quæ, nu.* 32. *verſ. duodecimo extende.* & ibi Bald. *num.* 5. Socin. ſen. *num.* 4. Corn. *num.* 7. *in fine*, & Padil. *num.* 110. Roman. *conſ.* 267. Decian. *conſ.* 6. *numer.* 10. *lib.* 2. vbi teſtatur de communi, Burſat. *conſ.* 179. *num.* 14. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 39. *in fine lib.* 5. *& in d. tract. de fideicomm. art.* 42. *nu.* 56. Tiraquel. *de priuil. piæ cauſæ priuil.* 102. Petr. *de fideicom. quæſt.* 8. *nu.* 445. Intrigl. *d. quæſt.* 73. *numero* 279. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 120. *& ſeqq.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, cum qua & ego tranſeo.

35 Verum in contraria ſententia fuerunt Curt. iun. *in d. auth. res quæ, nu.* 32. Ferdinand Loaz. *in d. l. filiusfamilias*, §. *Diui, num.* 90. *ff. de legat.* 1. Curt. ſen. ſenſit *conſ.* 46. *ad finem*, Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſp. Primog. cap.* 6. *num.* 23.

36 Et prima opinio communis procedit, & ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta pro anima teſtatoris, Menoch. *dicta præſumpt.* 189. *n.* 135. *verſ. conciliari & nu. ſeqq.*

37 Et quando ſubſtituti prius eſſent agnati, vel alij, & iſtis eſſet ſubſtituta pia cauſa, dicendum eſſet reſultare coniecturam, quod teſtator voluerit dotari filias in bonis fideicommiſſi, pulchrè Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 138.

38 Porrò ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta pro male ablatis, in bonis fideicommiſſi non poſſe dotes dari, ſcribunt Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 139. Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73. *num.* 298.

39 Ampliatur duodecimò, fideicommiſſi bona alienari poſſe, non tantum pro dote, quantum etiam pro impenſis nuptialibus, quæ vltra dotem fieri ſolent, niſi ſubſtituta eſſet eccleſia, Salic. *in d. authent. res quæ, nu.* 5. Bero *conſ.* 113. *num.* 44. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 19. *num.* 8. *lib.* 4. Hier. Gabr. *conſ.* 153. *nu.* 16. *&* 17. *lib.* 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 80. Rot. Roman. hoc ſenſit *deciſ.* 556. *part.* 1. *in nouiſſ.*

40 Contrariam tenent Menoch. *d. præſump.* 189. *nu.* 140. & Intrigl. *d. q.* 73. *num.* 299. & ante nos Bald. *in d. auth. res quæ, n.* 5. & ibi Corn. *n.* 14. & Curt. iun. *n.* 37. Ego ſic dicerem, quod prima opinio procedat in expenſis moderatis & neceſſarijs, ſecundum conſuetudinem patriæ: ſecunda vero locum habeat in expenſis immoderatis, & non neceſſarijs.

Amplia-

41 Ampliatur decimotertiò bona fideicommiſſi alienari poſſe, etiam pro apparatibus mulierum, Rot. Roman. *d. deciſ. 556. part. 1. in nouiſſ. & quæ dicta ſunt in præcedenti ampliatione*, Surd. *dec. 62. num. 28.*

42 Ampliatur decimoquarto, vt ſicuti bona fideicommiſſi alienari poterunt pro dote conſtituenda, quod pariter poterunt alienari pro intereſſe decurſo ſuper dote, Peregr. *de fideic. art. 42. numer. 96.* ſecundum vltimas impreſſiones, & aduertatur quod ſunt duo, *num. 96. eſt in primo*.

43 Ego autem in facto habui hanc quæſtionem ſuper fideicommiſſo D. Ioannis de Portulacis: Dominus enim N. eius deſcendens maritauerat filiam, & poſt longum tempus alienauerat domum ſubiectam fideicommiſſo tam pro ſoluenda dote, quàm intereſſe ſuper ea decurſo, conſului alienationem non ſubſiſtere pro intereſſe debito marito, quia *auth. res quæ* fauet dotibus, non autem maritis, & imputandum eſt marito ſi dotem non exegit tempore debito, & ſimul ſi non curauit de tempore in tempus ſolui intereſſe: cum Peregrino tamen ſentirem ſi negligentia marito non poſſet imputari.

44 Ampliatur decimoquintò, diſpoſitionem *auth. res quæ* procedere etiam in fideicommiſſo conſtituto in contractu, Pereg. *conſ. 23. n. 23. lib. 3.* quod tamē procedit in fideicommiſſo reſtitutorio, ſecus quando facta eſſet prohibitio alienationis, vt dicam infra *in prima limit. verſ. ſi tamen, num.* 80. & ampliationem procedere, ſcribunt etiam Iaſ. *in d. auth. res quæ, & in conſ. 157. col. vlt. lib. 2.* Boer. *dec. 129. num. 5.* Petr. *d. q. 8. num. 442.* rurſus Peregr. *d. art. 42. num. 61.*

45 Ampliatur decimoſextò, vt filia nupta tranſmittat ius petendi dotem non habitam, Bald. *in d. auth. res quæ, num. 4.* & ibi Paul. Caſtr. *num.* 8. Corn. *num. 6.* Iaſ. *nu. 32. verſ. ottauo extende.* Paul. Caſtr. *in l. mulier, §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* Ruin. *conſ. 197. num. 7. & ſeqq. lib. 2.* Ceph. *conſ. 177. num. 18.* Menoch *conſ. 33. nu. 29.* Socin. ſen. *reg. 12. ampl. 8.* Petr. *de fideic. q. 8. num. 447. & ſeqq.* & Peregr. *d. art. 42. num. 77.* & requiſitus vt contrarium conſulerem contra filiam D. Hieronymi Gitelli, quæ poſt mortem patris nupſit, nec aderant niſi bona fideicommiſſi dos autem non fuerat nec data, nec conſtituta ante mortem, & tenui ius conſequendi dotem fuiſſe tranſmiſſum ad eius hæredes & videnda erunt dicta infra *num.* 90. 91.

Diſſentit tamen Curt. iun. *in auth. res quæ, numero 22. & ſeqq.*

46 Quod ſi filia ante nuptum deceſſiſſet, non tranſmitteret ius conſequendi dotem in bonis fideicommiſſi, Corn. *d. authen. res quæ, num. 6. in fine*, & ibi Curt. iun. *num. 22.* & Padill. *num. 70.* Petr. *de fideicom. q. 8. nu. 447.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. num. 154. in fine*, Peregr. *de fideicom. art. 42. num. 41. & ſeqq.* Caualc. *deciſ. 81. numer. 92. & ſeqq. part. 3.*

47 Sed contra, quod & iſto caſu tranſmittatur ius habendi dotem in bonis fideicommiſſi, tenent Bald. *in d. authent. res quæ*, & ibi Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. *n. 32. verſ. octauo extende*, Guliel. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque il 2. num. 115. extr. de teſtam.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 7. num.* 10. Ruin *conſ. 199. nu. 7. & ſeqq. lib. 2.* Ceph. *conſ. 177. nu. 18. & 19. lib. 2.* Præt. ſenſit *de interpr. vlt. volunt. fol. 438. num. 27.* Placet tamen magis prima opinio.

Ampliatur decimoſeptimò (& dependet ex præcedentibus) etiam quando puella non eſt nobilis: & reſtituere debet bona fideicommiſſi, nam poterit retinere dotem, vt cum ea ſuo tempore poſſit nubere, & reliquum reſtituat, Ruin. *conſ. 199. lib. 2.* Bero. *conſ. 116. n. 16. lib. 2.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 438. num. 37.* & eſt de mente Bart. *in d. auth. res quæ*, & aliorum citatorum ſupra ſtatim.

Sed contra tenet Petra *d. q. 8. nu. 495.* & ſentiunt alij citati ſupra *num.* 46.

Ampliatur decimoſeptimò vt etiam hoc priuilegium alienandi bona fideicommiſſi dotis cauſa cedi poſſit, Paul. Caſtr. *conſ. 15. circa ea quæ ſuperius pleniſſimè, colu. vlt. verſ. tertio principaliter, lib. 1.* Iaſ. *de auth. res quæ, nu. 32. in 14. extenſ.* & ibi Paul. Caſtr. *numer. 29. ad finem, & num. 32.* & Curt. iun *num. 38.* Menoch. *d. præſumpt. 189. num. 141.* Intrigl. *d. cent. 3. qu. 73. nu. 339.* Boer. *q. 130. nu. 11.* & ita tenui pro Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Co. Franciſco Martinengo, qui ceſſionem iurium dotalium in paternis bonis habuerat ab Illuſtriſsima D. Co. Leonora eius nepte ex fratre, & facta de hoc petitione non fuit oppoſitum de validitate ceſſionis. Ratio eſt, quia priuilegia dotis cedi poſſunt, Bart. *in l. poſt dotem, num. 34. ff. ſolut. matrim.* 48

Cæterum in contraria ſententia fuerunt Padill. *in d. auth. res quæ, n. 106. & ſeq.* vbi alios adducit, & ibi Curt. iun. *n. 38.* ſequitur Petra *de fideic. q. 8. n. 487.* 49

Declaratur primò hæc ampliatio, vt procedat dummodò ceſſio fiat ad vtilitatem mulieris cedentis, Menoch. *d. præſumpt. 189. n. 153.* 50

Declaratur ſecundò procedere, dummodò ceſſio fiat ex neceſſitate, ſecus ſi ex voluntate, Intrigl. poſt alios relatos *d. cent. 3. q. 73. nu. 339.* de cuius articuli veritate latè agit Menoch. *loco citato*. 51

Ampliatur decimooctauò, vt ſi grauatus poſtea efficiatur diues, quod non teneatur reficere fideicommiſſario, Burſat. *conſil. 179. nu. 15. lib. 2.* 52

Sed melius ſenſerunt alij, qui contrariam ſententiam probarunt, Ruin. *conſ. 137. n. 17. & ſeq. lib. 2.* Petr. *de fideic. q. 8. num. 461.* Peregr. egregiè comprobat *de fideic. art. 42. n. 70.* vbi dicit ita in facto obtinuiſſe, Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol. 145. nu.* 8. 53

Ampliatur decimonono, & ſi pauca bona remanerent in fideicommiſſo, vel etiam neceſſe eſſet pro congrua dote danda omnia bona fideicommiſſi alienare, Bald. *in d. auth. res quæ, num. 4.* & ibi Paul. Caſtr. *num. 5.* Iaſ. *colum. 3.* & Padill. *nu. 109.* Roman. *in d. l. mulier, §. cum proponeretur*, & ibi Paul. Caſtr. & Alexand. *num. 3.* Socin. iun. *conſilio 120. numer. 13. 14. & 28. lib. 1.* Gerard. Mazzo. *conſ. 119. numer. 31. & ſeq.* Fulgoſ. *conſ. colum. vlt. in fine*, Anchar. *conſilio 152. num.* 16. Roland. à Valle *conſ. 85. numero 3. lib. 1. & conſ. 29. colu. vlt. lib. 4.* Peregr. *conſ. 39. in fine, lib. 5. & in tract. de fideicom. in art. 42. num.* 26. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, *& deciſ. 62.* vbi teſtatur ita iudicatum Petr. *de fideicomm. quæſt. numer. 495. verſic. ſecundo qualitatem*, Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 438. num.* 28. Caualcan. *deciſ. 81. nu. 103. circa medium part. 3.* Rota Romana *deciſ. 131. num. 14. par. 4. in nouiſſ.* & videatur tota deciſio, vbi agitur quando dotario cenſeatur facta in fraudem fideicommiſſi: & pro hac ampliatione fuit iudicatum Brixiæ ſuper fideicommiſſo D. Pamphili Bellaſij, & fuerunt omnia bona conſumpta, licet ego ex multis contrarium perſuadere conatus ſim, vt patet *in meo conſ.* .... in hac cauſa edito, & ita tenent Mantic. *deciſ. Rom. 152. nu. 3. & ſeqq. & deciſ. 329. num.* 7. 54

Contrariam opinionem, quod immò fideicommiſſum non ſit reddendum eluſorium, ſed dos conſtitui debeat ſecundum quātitatem patrimonij, voluit Curt. iun. *in d. auth. res quæ, nu.* 40. 55

Ampliatur vigeſimò, vt fideicommiſſarius non admittatur ad vendicandum rem alienatam dotis cauſa oblato pretio poſſeſſori emptori, vel marito, cui res in dotem æſtimata data fuit, Paul. Caſtr. *in d. auth. res quæ, n. 5.* & ibi Iaſ. *col. 11. in extenſ. 16.* Aret. *conſ. 20. n. 47.* Ruin. 56

conſil. 157. *nu.* 19. *lib.* 2. Roger. *conſ.* 38. *n.* 9. 10. 18. *& ſeq.* Marzar. *in epit. de fideic. q.* 48. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu.* 23. *&* 24. vbi teſtatur ita per binas conformes obtentum *& num.* 79.

Contrarium tamen tenet ipſe Peregr. *dec.* 96. vbi refert iudicia diuerſa in hoc articulo ſequuta, concedit tamen non poſſe recuperari, ſi in contractu nuptiali bona fuerunt alienata.

57 Quod procedit, dummodò alienatio facta ſit iuſto pretio, & bona fide, aliàs contrarium eſſet dicendum, Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 24.

58 Ampliatur vigeſimoprimò diſpoſitio dictæ *auth. res quæ*, vt locum habeat tam in fideicommiſſo vniuerſali, quàm in particulari, & tam in puro, quàm in conditionali, Bald. *in d. auth. res quæ num.* 6. & ibi Paul. Caſtr. *col.* 1. Iaſ. *colum.* 10. *in* 9. *extenſ.* Corn. *num.* 1. & Padill. *num.* 108. Ruin. *conſ.* 199. *n.* 6. *&* 7 *lib.* 2. Decian. *conſ.* 18. *n.* 28. *lib.* 2. Soc. ſen. *reg.* 12. *ampl.* 7. Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *nu.* 54 Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 28. *ante n.* 76. vbi agit de particulari fideicommiſſo.

59 Contrariam opinionem tenuit Petra *de fideic. q.* 8. *nu.* 410. *& n.* 403. vbi voluit diſpoſitionem *d. auth. res quæ*, procedere ſolum in fideicommiſſo vniuerſali, & conditionali, & quando prohibita eſt alienari res particularis, vt illa non poſſit alienari, volunt Iaſ. *in d. §. Diui in* 2 *lect. num.* 02. Socin. ſen. *conſ.* 75. *nu.* 1 *lib.* 1. Licet diſſentiat Ruin. *in d. §. Diui, nu.* 55.

Ampliatur vigeſimoſecundò, vt procedat etiam in legatis particularibus, cum legata & fideicommiſſa ſint æquiparata, Paul. Caſtr. *in d. auth. res, quæ, col.* 1. Peregr. *d. art.* 4 *num.* 54.

60 Ampliatur vigeſimotertiò diſpoſitio *d. auth. res*, vt procedat etiam in bonis primogenituræ, in quibus dos conſtituenda erit, ſicut in fideicommiſſi bonis poteſt conſtitui, Alber. *in tract. ſtat. par.* 1. *qu.* 144. Tiraquel. *in tract. de iur. primog. q.* 61. *& q.* 62. Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri, nu.* 86. Gregor. Lopez *in l.* 24. *tit.* 9. *part.* 6. *in Gl. vlt.* Did. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *nu.* 10. Melch. Palaez *Hiſpan. in tract. maior. par.* 4. *q* 1. *limit.* 2. Petra *de fideic. q.* 8 *num.* 500. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 175. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 319. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu* 54. *ad medium*, Old. *conſ.* 95. *num.* 7. Ploc. *conſ.* 87. *in fine*, Suarez *in l. quoniam in prioribus, lim.* 2. *ad leg. Regiam, nu.* 11. *C. de inoff. teſtam.* Opizon. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 140. *ff. de leg.* 1. Padill. *in d. auth. res quæ, n.* 53. *&* 78. Io. Lup. *in rub. extr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 16.

61 Contrariam ſententiam probauit Lud. Molin. *libr.* 4. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. *nu.* 21.

62 Et procedit prima opinio communis, primo & ſi filia conſenſit conſtitutioni primogenituræ, quia nihilominus in illis bonis ei dos conſtituenda erit, Io. Lup. *extr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 16. *n.* 16. Menoc. *d. præſumpt.* 189. *n.* 180. Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73 *nu.* 320.

63 Secundò procedit, & ſi Princeps confirmaſſet primogenituram, Did. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *in fine*, Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 6. *numer.* 17. *in fine*, Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 181. Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73. *num.* 320.

64 Quod in primogenitura conſtituta eſſet in contractu, bona dotis cauſa alienari non poſſent, Tiraquel. *de iur. primogen. q.* 61. *num.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 185. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 322.

65 Idem eſſet in primogenitura conſtituta à tranſuerſali, quia in ea dos nullum habet priuilegium, Ioan. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §.* 16. *num.* 14. *verſ. hoc tamen*, Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 184. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 321.

66 Aduerte tamen, quod quando primogenituræ bona ſunt obligata ad dotationes, quod intelligitur in fructibus conſtituendas eſſe, & non in proprietate, Rodeeric. Suarez *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam. in declar. leg. Regia limit.* 2. *num.* 10. *verſ. vbi autem*, vbi dicit ſæpius in Hiſpania ita fuiſſe iudicatum, Melch. Palaez *in tract. maior. parte* 4 *quæſt.* 27. *numer.* 6. *& q.* 28. *num.* 1. 4. 7. Menoch. *conſ.* 704. *num.* 17. *& ſeqq. & conſil.* 852. *num.* 5.

Ratio eſt, quia ſi in proprietate dos conſtitueretur, facilè & citò deſtrueretur ipſa primogenitura, quam tamen teſtator voluit eſſe perpetuam Guid. Pap. *q.* 476. *& quæſt.* ... Boer. *qu.* 204. *num.* 14. Tiraquel. *de iur. primog. q.* ... *numer.* 2. Lud. Molina *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 11 *num.* 29. & hos refert & ſequitur Menoch. *d. conſil.* 704. *num.* 17. *verſ. tertio*.

Limitatur primò diſpoſitio *d. auth. res quæ*, vt nõ procedat, quando bona ſunt expreſſè prohibita alienari; circa quem tamen articulum duos conſtituo caſus.

Primus caſus eſt, quando teſtator expreſſè prohibuit alienationem bonorum, etiam ex cauſa dotis, & tunc dos in bonis ſic prohibitis alienari non poterit conſtitui, Bald. *in cap.* 1. *§. donare quaſit. vlim feud.* Curt. iun. *in auth. res quæ, n.* 36. poſt Bald. ibi *in lect. antiq. n.* 13. & Io. Petruc. *fol. vlt.* Iaſ. *n.* 24. *verſ. & ibi limita*, & eſſe communem concedit Padill. *nu.* 116. licet diſſentiat Opiz. *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu.* 95. & ibi Crot. *n.* 59. Claud. *n.* 22. & Ferdin. Loarez, *nu.* 211. *&* 360 *ff. de legat.* 1. Suarez *in l. quoniam in prioribus limit.* 2. *ad leg. Regiam, C. de inoff. teſtam.* Cagn. *in l. id quod noſtrum, col.* 2. *ff. de reg. iur.* Pinell. *in l.* 1. *n.* 141. *C. de bon. mater.* Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita par.* 5. *n.* 119. *ff. ad Trebell.* Alexand. *conſ.* 56. *nu.* 3. *libro* 1. *& conſ.* 23. *lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 157. *col.* 2. *verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 75. *num.* 6. *lib.* 2. Curt. ſen. *conſ.* 64. *col. penult. verſic. ſexto dubitari*, Ruin. *conſ.* 123. *n.* 10. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 198. vbi dicit eſſe cõmunem, Alba *conſ.* 354. *nu.* 11. vbi teſtatur de communi, Alciat. *conſ.* 644. Burſ. *conſ.* 179 *n.* 22. *& n.* 28. vbi de magis communi, Fab. Turret. *conſ.* 81. *n.* 29. vbi dicit eſſe cõmunem, Pariſ. *conſ.* 52. *n.* 37. *& conſ.* 63. *nu.* 46. *lib.* 2. Crot. *conſ.* 144. *n.* 18. Roland. à Valle *conſ.* 85. *n.* 23. *lib.* 1. *& conſ.* 27. *n.* 5. *&* 7 *lib.* 4. Boniſ. Roger. *conſ.* 9. *n.* 23. *lib.* 1. Menoc. *conſ.* 95. *in fine. lib.* 1. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiã *conſ.* 736. *n.* 20. *lib.* 8. vbi de communi opinione, *& conſil.* 923. *num.* 4. *& ſeq.* Tiraquel. *de iur. primog. q.* 61. *num.* 7. 8. Didac. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. *nu.* 10. *verſ. tertio*, Vbald. *in verb. prohibitio alienationis, nu.* 79. *& ſeq.* Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. *nu.* 11. vbi de communi opinione teſtatur, Ant. Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri, num.* 87. *circa finem*, Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *verſ. que la non pudieſſe vender, col.* 4. Graſſ. *in §. fideicommiſſum, qu.* 57. *numero* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Vrſ. *commun. opin. cancl.* 666. *numero* 2. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 71. *num.* 22. *part.* 2. Milan. *deciſ.* 7. *nu.* 46. *&* 47 *lib.* 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 526. *num* 1. *part.* 1. Seraph. *deciſ. Roman.* 447.

68 Et hæc opinio maximè procederet, quando certa res eſt prohibita alienari in cauſam dotis fauore familiæ, Socin. ſen. *conſ.* 75. *colum.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 27. *& num.* 46. *lib.* 2. Claud. Aquen. *in d. §. Diui, nu.* 22. & ibi Ripa ſub dubio tamen *num.* 73.

69 Ratio prima huius opinionis eſt, quia *auth. res quæ*, eſt fundata in præſumpta voluntate teſtatoris, *l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* & dixi ſupra *num.* 6. Atqui quando expreſſè conſtat de mente teſtatoris, ab ea recedendum non eſt, *§. diſponat in auth. de nupt. l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtr.* ergo, &c.

70 Secunda ratio adducitur, quia pater legitima portione filijs relicta, in cæteris bonis poteſt omne grauamen imponere, *l. omnimodo, & l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.* ergo

ergo poterit etiam prohibere ne bona dotis cauſa alienentur.

71 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes bona alienari poſſe pro conſtitutione dotis, non obſtante ſpeciali & expreſſa prohibitione, quod ex cauſa dotis non alienentur, Iacob. de Aret. *in l. voluntas, C. de fideicomm.* & ibi Cin. Bald. & Salic. Bart. *in l. filiusfamilias, §. Diui, q.* 2. & ibi Iaſ. *in prima & ſecunda lectura*, Ripa *num.* 33. & Romul. *nu.* 116. *ff. de legat.* 1. Iaſ. *in dict. auth. res quæ, col. vlt. verſ.* 14. *limita.* Curt. iun. *num.* 39. & Padil. *num.* 117. vbi de communi teſtatur, Ioan. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §.* 16. *nu.* 11. Et conſulendo Paul. Caſtr. *conſ.* 80. *quia per ſupraſcriptum eximium, & conſ.* 219. *lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 157. *dubio ſecundo. lib.* 2. Dec. *conſ.* 519. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 81. *n.* 48. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 96. *n.* 9. Petr. Ant. Anguſc. *conſ.* 75. *num.* 19. *lib.* 6. Burſat. *conſ.* 179. *num.* 10. *verſ. & quando, lib.* 2. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionẽ, Alciat. *conſ.* 644. *nu.* 4. Ioan. Botta *conſ.* 10. *n.* 12. 13. Bell. *conſ.* 83. *n.* 6. Curt. iun. *cõſ.* 59. Ceph. *conſ.* 574. *nu.* 16. Tiraq. *de iur. primog. qu.* 61. *num.* 7. & 8. Pand. *in tract. de dot. part.* 3. *quæſt.* 15. *circa medium*, Phanut. *de lucr. dot. concl.* 10. *num.* 77. Marzar. *in epit. de fideicom. quæſt.* 48. *verſ. contrariam tamen*, vbi de communi, Petr. *de fideicom. quæſt.* 8. *nu.* 436. vbi ait eſſe magis communem opinionem, Bald. Nouel. *tract. de dot. part.* 6. *priuil.* 13. Hieron. Cetal. *Spec. commun. contra commun. q.* 743. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & tenendam conſulendo & iudicando, Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 189. *num.* 116. in hac inclinat, licet dicam primam opinionem eſſe magis receptam, Præt. *de interpretat. vltim. volunt. fol.* 136. *num.* 81. Fachin. *lib.* 4. *controu. iur. cap.* 48. Pereg. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 6. *& ſeqq.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *cap.* 4. *nu.* 60. *part.* 3. vbi teſtatur de magis communi, Guid. Pap. *quæſt.* 96. vbi teſtatur ita deciſum per Curiam Delphinatus, Boer. *quæſt.* 129. *num.* 5. Bero. *quæſt.* 110. vbi *num.* 5. teſtatur de magis communi opinione, Viu. *lib.* 1. *deciſ.* 18. *nu.* 26. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Surd. latiſſimè *deciſ.* 62. vbi teſtatur per Senatum Mantuanum ita fuiſſe deciſum, *& deciſio.* 18. *num.* 26. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *num.* 78. *& ſeq.* vbi latiſſimè, & aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem, Peregr. *deciſ.* 96. Milan. *deciſ.* 7. *num.* 41. & cum hac ego tranſeo, nec puto conſulendo & iudicando ab ea eſſe recedendum.

Pro hac ſententia facit primò, quia cum pater ſit debitor dotis, *vt in l. fin. C. de dot. promiſſ.* non debet eſſe in eius poteſtate tollere ſuam obligationem, *l. ſicut C. de act. & obligat.* & ſic non valet prohibitio defectu poteſtatis prohibentis.

Secundò vrget ratio deſumpta ex Nouel. *de reſtit. & ea quæ par. in vnd. menſe, §. quamobrem*, quia ex parte patris fideicommittentis & prohibentis alienationem dotis cauſa deficit poteſtas, vnde ſublata poteſtate patris, non eſt quod attendatur eius voluntas.

Ad contraria reſpondetur, non eſſe in poteſtate patris prohibere alienationem dotis cauſa, vt dictum eſt, vnde licet relinquat legitimam portionem filijs, non tamen ſufficit, quin ſi neceſſitas requirat filias dotari, quod id fieri debeat & ad id pater teneatur, *d. §. quamobrem*, & cum à iure ſit ſtatutũ dotis cauſa alienari poſſe fideicommiſſi bona, nõ poterit pater facere, quin leges in ſuo teſtamento locũ habeãt, *l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1. & ibi Bart. & alij communiter. In omni enim actu duo requiruntur, voluntas & poteſtas, *l. multum intereſt*, & ibi Gloſ. *C. ſi quis alter. vel ſibi, cap. cum ſuper, ext. de off. delegat.* & licet teſtator velit nõ alienari, nõ tamẽ poteſt.

72 Declaratur autem vt prima opinio procedat, quando pater reliquit bona filiæ, in quibus potuit dotem ſibi conſtituere, & poſtea in alijs bonis facit fideicommiſſum, cum expreſſa prohibitione, ne cauſa etiam dotis bona alienari poſſint, & tunc filia hæc non poterit dotari in bonis fideicommiſſi, quia legitimam habuit, in qua potuit dotari, & tunc bene facit ſecunda ratio adducta pro prima opinione; ſi verò filia non habuiſſet à teſtatore bona particularia, in quibus dos ſibi conſtitui potuiſſet, procedet ſecunda opinio, & ſi pater conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam, quia ſi auus viueret, teneretur neptem dotare; nec culpa patris nocere debet filiæ, & ita egregiè declarant Menoch. *d. præſump.* 189. *nu.* 117. *& ſeq.* Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *num.* 276. *& ſeqq.* Pereg. *de fideicom. art.* 42. *nu.* 10. *& ſeqq.*

73 Præterea, ſi teſtator mandaſſet fœminas dotari in fructibus, & alienationem bonorum ex cauſa dotis prohibuiſſet, ſeruanda eſſet illius voluntas, vt comprobat Peregr. *conſil.* 38. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 4.

74 Secundus caſus, eſt quando teſtator verbis generalibus prohibuit alienationem bonorum, nec ſpecialiter prohibuit alienari dotis cauſa; & tunc dos in bonis ſic prohibitis conſtitui poterit, Bald. *in d. auth. res quæ, n.* 15. & ibi Iaſ. *n.* 24. Curt. iun. *n.* 35. qui ſcribit eſſe cõmunem opinionem, & Padil. *nu.* 52. qui pariter teſtatur de communi, Iacob. de Aren. Cin. Odofr. Bald. & Salic. *in l. voluntas, C. de fideicom.* idem Salic. *in l. vlt. C. de reb. alien. non alienan.* Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu.* 70. *verſic. & iſta opinio*, qui dicit eſſe communem opinionem, & ibi Cror. *num.* 44. Ferdin. Loarez, *num.* 341. & Opiz. *nu.* 34. Ruin. *n.* 54. *& ſeq.* Loarez, *n.* 135. *& ſeqq.* vbi de communi, Socin. iun. *n.* 153. vbi de communi, Romul. *n.* 118. Ferret. *n.* 76. & ante hos Bart. *n.* 10. *ff. de legat.* 1. Io. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §.* 16. Bald. *conſ.* 424. *lib.* 4. *& conſil.* 55. *nu.* 4. *lib.* 5. Soc. ſen. *conſ.* 75. *n.* 1. *lib.* 1. Bertrand. *conſ.* 191. *n.* 10. *lib.* 1. *& conſil.* 4. *num.* 22. *lib.* 2. Paul. Caſtr. *conſ.* 80 *quia per ſupraſcriptum eximium, in principio, libro* 1. Alexand. *conſ.* 56. *num.* 3. *libro primo*, & latius *conſ.* 23. *lib.* 2. Iaſon *conſ.* 157. *nu.* 2. *lib.* 2. Curt. ſen. *conſ.* 27. Magnificus D. Vgorius, *dubio ſecundo*, Dec. *conſil.* 519. Ruin. *conſil.* 518. *num.* 6. *libr.* 2. qui de communi opinione teſtatur, Gozad. *conſil.* 97. *numer.* 9. vbi de communi opinione teſtatur Pariſ. *conſil.* 81. *numer.* 48. *lib.* 2. Bellon. *conſ.* 83. *nu.* 6. Burſat. *conſ.* 179. *nu.* 17. vbi de magis communi, *lib.* 2. Eugen. *conſ.* 14. *n.* 15. *&* 16. Riminal. iun. *cõſ.* 514. *nu.* 36. vbi dicit eſſe communem, *lib.* 5. Crauett. *conſ.* 291. *colum.* 2. Roland. à Vallo *conſ.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 27. *nu.* 4. *lib.* 4. Cephal. *conſil.* 261. *num.* 22. *conſil.* 574. *num.* 7. 8. *conſil.* 683. *num.* 8. *& conſil.* 715. *num.* 22. Becc. *conſ.* 100. *n.* 7. *& ſeqq.* Decian. *conſil.* 10. *nu.* 6. *lib.* 2. Chriſtoph. Torniol. *conſil.* 75. Menoch. *conſil.* 95. *& lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 96. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Socin. ſen. *reg.* 12. *ampl.* 10. *& limit.* 1. *in fine*, Alciat. *de verbor. ſignificat. lib.* 3. *num.* 42. Bald. Nouel. *in tract. de dot. part.* 6. *priuil.* 13. *num.* 2. Tiraquel. *de retr. ligna. §.* 1. Gloſſ. 14. *num.* 91. *in fine*, Phanut. *de lucr. dot. concl.* 10. *nu.* 77. Gregor. Lopez, *in l.* 2. *tit.* 11. *part.* 6. *verſic. che la non pod eſſe vender, colum.* 4. Didac. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *numer.* 10. *verſic. ſecundo*, vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, Ludou. Molin. *libr.* 4. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. *num.* 10. vbi dicit eſſe communem, Marzar. *in epitom. de fideicomm. quæſt.* 48. *in princ.* Petr. *de fideicom. qu.* 8. *num.* 423. vbi ait eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideicom. art.* 42 *num.* 6. *verſic. contra*, vbi ſcribit hanc opinionem eſſe communiter receptam, & ab ea iudicando & conſulendo non eſſe recedendum, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 57. *num.* 2. vbi ſcribit eſſe veriorem, & magis communem opinionẽ, Intrigl. *de ſubſtit. cen.* 3. *q.* 73. *n.* 245 Maſcar. *de probat. concl.* 1236. *n.* 53. Viu. *commun. opin. concl.* 664. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *nu.* 57. *& ſeqq. par.* 3. Boer. *deciſ.* 110. *num.* 5. Viu. *lib.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 7. Surd. *deciſ.* 62. *num.* 5. Guid. Pap. *de-*

ciſ 96. Franc. deciſion 18. num. 25 Magon. deciſ. Florent. 32. n. 11. vbi de communi, Mant. deciſ. Rom. 152. nu. 2.

75 Nec curandum eſt, quod diſſentiant Bald. in cap. 1. §. donare qualit. olim. feud. poter. alien. & in l. nulla. C. de iur. dot. Crott. in l. filiusfamilias §. Diui, nu. 50. in fine & nu. 51. & ibi Iaſ. n. 66. & in 2. lect. n. 99. & ſeqq. & Alciat. nu. 27. ff. de legat. 1. Ioan. Petruc. in d. auth. res quæ, colum. ult. & ibi Iaſ. num. 25. Cagnol. in l. id quod noſtrum, ff de reg. iur. Alexand. conſi. 5 . col. 2. lib. 1. & conſ. 23. lib. 2. Iaſ. conſil. 13. in fine, lib. 3. Curt ſen. conſ. 46. ad finem. Soc. ſen. cōſ. 75. n. 5. lib. 1. Crot. conſ. 144. n. 18. Ruin. cōſ. 123. n. 12. lib. 2. Guid. Pap. conſ. 140. num. 9. Feder. Scot. reſp. 11. n. 6. verſ. Præterea nouella, libr. 4. tomo 1. Pariſ. conſ. 63. nu. 46. lib. 2. Menoch. conſ. 736. num. 20. Rimin. iun. conſil. 23. n. 325. lib. 1. Marzar. de fideicom. quæſt. 48.

76 Alij concordant & primo, aut cum expreſſa prohibitione concurrit, & tacita reſultans ex ſubſtitutione, & tunc bona non poſſint alienari dotis cauſa, aut adeſt ſimplex prohibitio alienationis expreſſa, & bona alienari poterunt, Ruin. conſil. 123. num. 12. libr. 2. Decian. conſil. 120. num. 2; lib. 3. Petra de fideicom. quæſt. 8. num. 332 & num 45.

77 Contrariam opinionem poſt alios relatos tenuit, & melius Chriſtoph. Torn. conſil. 75. num. 7.

78 Concordatur aliter, quod aut prohibitio eſt facta verbis multum amplis, & vniuerſalibus, geminatis & multum prægnantibus & procedat ſecunda opinio. Aut prohibitio eſt ſimpliciter facta, & habeat locum prima ſententia, ita Petra de fideicomm. quæſt. 8. num. 430. & prius idem ſenſiſſe videntur, Iaſ. conſil. 230. col. 2. lib. 4. Ruin. conſil. 123. num. 10. lib. 2. Pariſ. conſ. 63. nu. 40. lib. 2. Cephal. conſil. 58. num. 15. & conſil. 121. num. 1. Maſcardus de probat. concl. 1236. num. 93.

79 Sed iſta concitatio falſa eſt, nam vt in præcedenti caſu dictum fuit, non eſt in poteſtate teſtatoris facere huiuſmodi prohibitionem, etiam ſpecialiter ex cauſa dotis, vt ex magis communi ſupra dictum fuit, multò ergo minus verba generalia, prægnantia, & geminata poterunt impedire dotis conſtitutionem: & in fortioribus contra tenent relati ſupra nu. 71. addo Chriſtoph. Torniol. conſil. 75. num. 9.

80 Si tamen in contractu bona fuiſſent prohibita alienari, non poſſet in eis dos conſtitui Glo. in l. nulla, C. de iur. dot. & ibi Cin. & Bald. Alex. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 10. in fine, & ibi Iaſ. num. 69. in 2. lect. num. 105. vbi de communi, Crott. num. 57. Ruin. num. 51. Ferdinan. Loarez, num. 140. ff. de legat. 1. Bald. in l. ea lege, C. de condit. ob cauſ. & ibi Salic. Iaſ. in d. auth. res quæ, num. 25. Alexand. conſ. 103. colum. 8. lib 3. Iaſ. conſ. 157. colum. ult. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 75. num. 9. libro 1. Riminal. ſen. conſ. 75. num. 9. lib. 1. Socin. iun. conſ. 119. num. 8. lib. 2. Crauet. conſil. 19. in fine, Alba. conſ. 522. numero 4. & ibi add. de communi. Rimin. iun. conſ. 514. num. 31. Alciat. conſil. 11. in fine, lib. 5. Cephal. conſ. 574. nu. 19. & ſeqq. Tiraquel. de iur. primogen. quæſt. 61. num. 9. rurſus Alciatus lib 3. de verbor. ſignificat. num. 42. Menoch. libro 4. præſumpt. 189. num. 186. Petr. de Rauen. ſingul. 134. Socin. ſenior regul. 324. limit. 2. Fabian. de Monte tract. de empt. & vendit. par. 4. q. 12. n. 30. Riminald iun. conſ. 514. n. 52. & ſeqq. lib. 5. Pereg. de fideic. art. 42. nu. 58. ſcribit eſſe communem opinionem, Intrigl. d. cent. 3. q. 73. n. 260. Petr. de fideic. q. 8. n. 439. & ſeq. Viu. concl. 663. idem Viu. deciſ. 18. n. 9. Seraph. deciſ. Rom. 447. n. 4 Menoch. conſi. 924. n. 2. Ratio eſt, quia, qui alienat in contractu, tunc non tenetur dotare, & ſicuti liberè alienare poſſet etiam in præiudicium legitimæ filiorum pro qua filijs, ante mortem patris ius non competit, l. vlt. & ibi Bart. ff. de liber. agnoſ. ita non poteſt impediri ne alienentur: quod non contingit in alienatione prohibita ex teſtamento, quia mortis tempore effectum habere incipit, & tunc oritur debitum, quod eſt in ordine prius, & ideo non poteſt illi præiudicare, & ita differentiam conſiderat inter prohibitionem ex teſtamento, & prohibitionem ex contractu, Ceph. conſ. 574. n. 19. & ſeqq.

81 Contrarium tenuit Opiz. d. §. Diui, nu. 141. Curt. iun. in d. auth. res quæ nu. 35. Romul. in d. §. Diui, n. 121. verſ. iſta tamen, Iaſ. d. conſ. 157. n. 21. & ſeqq. Bero. conſil. 38. n. 25. iuncto nu. 36. lib. 2. Baptiſta à Sanc. Blaſ. tract. de dot. cent. 3. priuil. 341. nu. 41. vbi alios ita conſuluiſſe allegat, & videtur ſentire Peregr. licet cogitandum relinquat d. art. 42. nu. 58. & ſeq. Mouetur ex ratione expreſſa in d. auth. res quæ, per quam videtur licita extenſio de caſu ſubſtitutionis, ad contractum: quia, vt ſupra dictum, auth. iſta exorbitans eſt, & in exorbitantibus licite eſt extenſio de caſu ad caſum, Bart. in l. ſi conſtante in 9. q. primæ partis, & ibi Alex. & Iaſ. n. 61. & 62. ff. ſolut. matrim. Immo cùm ratio ſit in lege expreſſa, non poteſt dici extenſio ſed comprehenſio, Bald. in authen. quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. Et tunc ob vim rationis expreſſæ poteſt fieri extenſio, etiam in correctorijs, Bald. in d. auth. duas actiones, & ibi Alex. Iaſ. & Curt. iun. conſil. 54. col. 3. Ruin. conſil. 205. in princip. lib 2. Pariſ. conſ. 16. col. 3. & 4. lib. 3. Natt. conſ. 109. n. 3. Crauet. conſil. 113. n. 3. Rol. à Valle conſ. 27. nu. 6. & ſeq. lib. 1. Surd. deciſ. 62. nu. 25. vbi ampliat etiam in pœnalibus ex ſententia Gemin. Alex. & Crau. & loquitur in ſpecie de hac auth. res quæ, & dicit eſſe fauorabilem, & fortiùs eam poſſe extendi ſtante ratione ſcripta in ea, Hier. Gabr. conſil. 111. num. 6. lib. 2.

82 Declaratur tamen primò, quod ſi prohibitio facta in contractu originem habuit ex præcedenti teſtamento, quod alienatio poterit fieri dotis cauſa, Iaſ. dict. conſil. col. vlt. lib. 2. Peregr. d. art. 42. n. 62.

Declaratur aliter, vt per Peregrin. dict. artic. 42. numer. 69.

83 Limitatur ſecundò concluſio principalis, quando alienatio fuit facta ex cauſa dotis, ſed matrimonium non fuit ſequutum, quia alienata poterunt reuocari, vt comprobat Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. num. 88. & ſeqq. part. 3.

84 Limitatur tertiò, quando dos eſſet recuperata à patre dotante, ob ſolutionem matrimonij, quia tunc dos eſſet reſtituenda fideicommiſſario, Bart. in d. auth. res quæ, n. 8. & ibi Iaſ. n. 30. & Curt. iun. n. 27. verſ. ſecunda eſt, vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoc. conſ. 33. nu. 9. & lib. 4. præſumpt. 189. nu. 187. & ſeqq. Intrigl. d. cent. 3. q. 73. nu. 317. Peregr. de fideic. art. 42. n. 20. vbi dicit hanc opinionem cōmuniter recipi, & conſ. 38. n. 13. lib. 4. vbi loquitur de bonis dati in dotem, & poſtea ad dotantem peruentis ob mortem dotatæ.

85 Maximè procederet in filia naturali & ſpuria. Petr. de fideicomm. q. 8. nu. 464. Intrigl. dicta centur. 3. quæſt. 73. num. 351.

86 Contrarium tamen verius eſſe credit Menoch. dicta præſumpt. 189. nu. 192. in fine, ea ratione, quia dos non eſt data pro tempore ſucceſſiue, ſed pro ſemel tantum, & propterea dos effecta fuit in totum ipſius filiæ, idem tenet Curt. iun. d. auth. res quæ, num. 29. & Rip. d. §. Diui, num. 67.

Ego verò non video, quomodo poſſint procedere opinio Menoch. quia ſecundum eum, melior eſſet conditio ſpuriæ, quàm legitimæ & naturalis, quod eſſet abſurdiſſimum, niſi dicamus Menoc. loqui in caſu, quando filia ipſa viuit, nam tunc dos ſpuriæ ei debet reſeruari, vt iterum poſſit nubere, prout & in filia legitima, & naturali idem faciendum eſſe infra dicetur: verum hæc interpretatio mentis Menoch. ſubſiſtere non poteſt, tum quia ipſe loquutur de filia mortua, tum etiam

quia

quia damnat opinionem Albæ, & Petræ, qui de filia ſpuria mortua loquuntur.

87 Sublimitatur primò, quando matrimonium ſolutum eſſet per mortem viri, quia tunc dos reſeruanda erit filiæ, vt iterum poſſit nubere, ita ſentiunt Gloſ. *in authen. de reſtitut.* & ibi Bart. *num.* 6. & Angel. *num.* 1. Gloſ. *in d. auth. res quæ*, & ibi Cin. *num.* 5. Azo. Odofr. Albert. Bart. *num.* 7. *& ſeq.* Ioan. Faber. Bald. *num.* 10. Angel. *num.* 6. Paul. Caſtr. *num.* 12. Salic. *num.* 4. Corn. *num.* 6. *& nu.* 13. Iaſ. *num* 32. *ad finem*, & Curt. iun. *nu.* 27. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Socin. ſen. *reg.* 12. *ampl.* 5. Menoch. *d. præſumpt.* 189. *nu.* 188. Intrigl. *d. q.* 73. *num.* 325. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 20.

88 Sublimitatur ſecundo, quando ex filia mortua ſuperſunt filij, quibus ex conſuetudine Martini reſeruata eſt dos materna, nec ad patrem reuertitur, Pereg. *d. art.* 41. *num.* 20.

89 Sublimitatur tertiò, quando filia erat inſtituta cum filijs & alij filij lucrati ſunt tantundem ex ſimili cauſa, nam tunc dos non veniret fideicommiſſario reſtituenda, ſecundum Paul. Caſtr. & Fulgoſ. *in d. authen. res quæ.* A quibus diſſentiunt, & benè, Curt. iun. *d. auth. res quæ*, *nu.* 27. *ad finem*, & Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 192. *verſ. diſtinguit.*

90 Sublimitatur quartò, quando filia ipſa ex bonis fideicommiſſi ſibi dotem conſtituiſſet, & poſtea mortuus eſſet maritus, namea poſtea moriente, dos tranſmittitur ad hæredes, non autem veniet in reſtitutione fideicommiſſi, Gl. *in auth. de reſtit.* & ibi Angel. *colum.* 1. *verſ. ſed tunc quæro.* Bart. *ſub num.* 5. *in auth. res quæ*, & ibi Paul. Caſtr. *nu.* 2. Bald. *nu.* 11. Iaſ. *nu.* 32. *verſ. decimoſexto extende*, & Padil. *num* 46. Ioan. Lup. *in cap. per veſtras*, §. 13. *ext. de donat. int. vir. & vxor.* Soc. ſen. *conſ.* 25. *col. vlt. lib.* 3. Dec. *conſ.* 519. *n.* 5. Ruin *conſ.* 260. *n.* 6 *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 83. *n.* 3. Crau ſenſit *conſ.* 186. *n.* 14. Lud. Molin. *lib.* 2. *d. Hiſpan. primog. cap.* 15. *num.* 10. *in fin.* Phanuc. *de luc. dot. gloſ.* 10. *nu.* 61. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 189. *nu.* 193. *vſque ad finem.* Intrig. *dicta quæſt.* 73. *n.* 332. & videantur etiam dicta *ſup. ampl.* 16.

91 Contrariam opinionem, quod immo dos veniat in reſtitutione fideicommiſſi, probarunt Curt. iun. *in dict. auth. res quæ*, *n.* 48. poſt Bald. *conſ.* 77. *filia de reſtituendo. lib.* 3. Corn. *conſil.* 3. *col.* 3. *lib....* Rimin. iun. *conſil.* 23. *num.* 230. Peregr. *de fideic. art.* 42. *n.* 25. 26. 27. 28. & 43.

Declaratur prima opinio, vt procedat, quando extraneo facienda eſt reſtitutio, ſecus ſi deſcendentibus teſtatoris fieri deberet, quia eis & dos reſtituenda eſſet, ſi ſint in gradu æquali cum muliere. Albert. *d. authent. res quæ*, *nu.* 2. *ad finem*, & ibi Paul. Caſt. *n.* 12. Fulg. Corn. *nu.* 13. & Curt. iun. *num.* 27. Niſi ſoror cui eſt facienda reſtitutio, & ipſa habuiſſet dotem ſuam, & hoc ratione æqualitatis ſeruandæ, ita Petr. de Bellap. finem refert, & ſequitur Caſtr. *d. n.* 12.

92 Declaratur ſecunda opinio, vt procedat, quando nullæ reliquiæ extent matrimonij, ſecus ſi extarent, vt quia ex muliere extarent liberi, quia dos apud eos manere debet, vel quia maritus ex diſpoſitione ſtatuti lucratur dotem totam, vel eius partem, vel quia vxor maritum hæredem inſtituiſſet, ita Pereg. *d. art.* 42. *num.* 29. 43. *& ſeq.* & quando maritus eſt hæres inſtitutus, probatur in *l. mulier* § *cum proponeretur, ff. ad Trebell.*

93 Limitatur quartò, quando alienatio rei fideicommiſſo ſuppoſitæ ſit pro dote, cum pacto redimendi rem, & tempore euenientis caſus fideicommiſſi pater grauatus recuperauit rem alienatam, quia tunc res in reſtitutione fideicommiſſi veniret, Crau. *conſ.* 202. *per totum*, Peregr. *d. art.* 42. *n.* 21. *& conſ.* 38. *n.* 13. *lib.* 4. Et ratio eſt, quia ſecuta recuperatione res in priſtinam fideicommiſſi cauſam reintegratur, & recuperans non dicitur habere ex nouo titulo rem, ſed bene ex præcedenti, vt comprobat Peregr. *loco citato.* Contrarium tamen tenuit Ceph. *conſ.* 683.

Limitatur quintò, quando res alienata pro dote filiæ a grauato eſt poſtea ab eodem empta, & tempore mortis ſuæ poſſidet: & hoc caſu res non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia grauatus res poſſidet ex nouo titulo emptionis, Iaſ. *in dicta authentic. res quæ col.* 11. *extenſ.* 6. & ibi Ripa *in d.* §. *Diui*, *num.* 62. & ita fuiſſe iudicatum teſtatur Peregr. *d. art.* 42. *n.* 22. qui tamen diſſentit: ſed ego non recedo à limitatione, quia verè grauatus non poſſidet tempore mortis rem vti habitam à teſtatore, ſed poſſidet vti rem à ſe acquiſitam ex titulo vltimo emptionis. Videantur etiam dicta *ampl.* 18. *num.* 52. *& ſeq.* 94

Limitatur ſextò in fideicommiſſo conſtituto à tranſuerſali, vt à fratre, quia fideicommiſſi bona erunt alienanda pro dote conſtituenda. Bart. *in d. auth. res quæ*, & ibi Ang *col.* 1. Curt. iun. *n.* 18. & Padil. *n.* 62. *& num.* 114. Paul. Caſtr. *in l. filius familias* §. *Diui*, *nu.* 4. & ibi Alexan. *n.* 10. Ferdin. Loazez. *n* 141. *verſic. vnum tamen*, Crott. *n.* 60. & Opiz *num.* 145. *ff. de leg.* 1. Paul. Caſtr. *in l. mulier*, §. *cum proponeretur circa principium*, *ff. ad Trebell.* Socin. iun. *conſ.* 119. *col.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *& conſil.* 89. *col.* 2. *li.* 3. Ruin. *conſ.* 137. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 2 Pariſ. *conſ.* 71. *n.* 40. *li.* 2. Feder. Scot. *conſ.* 17. *in fine lib.* 4. *tom.* 1. vbi alios refert Honded. *conſil.* 76. *n.* 12. *lib.* 1. vbi de communi opinione teſtatur, Burſat. *conſ.* 189. *n.* 58. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 120. *vltimo dubio*, *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 704. *n.* 23. *verſ. ad quod*, *& lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 39. *& ſeqq.* Did. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *n.* 10. *verſ. ad primum.* Villal. *commun. opin. in verb. alienata*, *nu.* 69. Petr. *de fideic. q.* 8. *nu.* 412. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *q.* 57. *n.* 5. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 214. *& ſeqq.* Surd. *tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 17. *n.* 6. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Pereg. *de fideicomm. art.* 42. *n.* 49. Viu *commun. opin. concl.* 666. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *num.* 105. *parte* 3. Caualcan. *deciſ.* 81. *num.* 103. *in fine*, Vinc. Franch. *deciſ.* 241. *circa finem parte* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Ludou. *deciſ. Lucenſ.* 28. *n.* 90. 95

Contrariam opinionem malè probarunt Riminald. iun. *conſ.* 324. *n.* 12. & Menoch. *conſil.* 55. *n.* 41. & ante hos Gloſ. *in* § *quamobrem, in verb. ſufficeret*, *in auth. de reſtit. & ea quæ parit*, & ibi Iacob. de Beluiſ. Soc. iun. *in d.* §. *Diui*, *n.* 156. & ibi Romul. *n.* 126. 96

Sublimitatur primò quando teſtator mandaſſet fœminas dotari, de quo tamen articulo dicam *infra limit. vndecima.* 97

Sublimitatur ſecundò, quando frater conſtituens fideicommiſſum teneatur in proprijs bonis dotare ſororem, ita tenent Bart. *in d. auth. res quæ*, & ibi Bald. *nu.* 14. Iaſ. *nu.* 8. *& ſeqq.* & alij infra ſtatim citandi: quando autem frater teneatur dotare ſororem duo afferri poſſunt caſus. 98

Primus eſt, quando maſculi ex diſpoſitione ſtatuti patri ſucceſſerunt, & habeant onus dotandi ſororem, tunc enim, ſi vnus frater conſtituat fideicommiſſum in alijs bonis alienari bona poterunt pro dotanda ſorore, Curt. iun. *in d. auth. res quæ*, *n.* 13. Soc. ſen. *conſ.* 57. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 42. Pereg. *d. art.* 42. *nu.* 50. addo Bald. *in d. auth. res quæ*, *n.* 17. & ibi Corn. *n.* 3. Mol. *de Hiſp. primog. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 3. *&* 6. 99

Secundus caſus eſt, quando ſoror eſt inops, nam tūc frater tenetur eam dotare, Petra *de fideic. q.* 8. *num.* 412. Menoch. *d. præſump.* 189. *num.* 41. Intrigl. *dicta cent.* 3. *q.* 73. 214. *& ſeqq.* Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 50. & ante hos Bart. *in d. auth. res quæ*, Ripa *in l.* 1. *n.* 83. *ff. ſoluto matrim.* Fulgoſ. *conſil.* 234. 100

Et in iſtis caſibus licèt frater ſuperſtes haberet pro- 101

pria

pria bona, tamen pro portione fratris defuncti poterit alienare bona fideicommiſſi, Menoch. *d. præſumpt.* 189. *n.* 42. *verſic. quam ſanè declarationem*, ſequitur Intrig. *d. q.* 73. *n.* 218.

102 Soror tamen vterina, quia non poteſt pretendere dotem à fratre, non etiam poterit prætendere dotem in bonis fideicommiſſi, Angel. *in l. à filia*, & ibi Alex. *ff. ad Trebell.* Iaſ. *in d. auth. res quæ, num.* 11. & ibi Padill. *nu.* 62. Bald. Nouell. *de dot. par.* 6. *priuil.* 16. Coraſ. *in l. qui liberos, num.* 116. *ff. de rit. nupt.* Boer. *quæſt.* 129. *num.* 8. & 9. Menoch. *d. præſump.* 189. *num.* 43. Intrigl. *d. quæſtione* 73. *num.* 216.

103 Sublimitatur tertiò, quando bona eſſent prohibita alienari extra familiam, nam tunc frater, etiam quando aliàs non teneretur dotare ſororem, poſſet alienare bona pro illius dotatione, Petra poſt alios. *d. q.* 8. *n.* 414. *vſque ad n.* 418. Pariſ. *conſ.* 63. *n.* 4. *lib.* 2. Opiz. *d. §. Diui, nu.* 138. & *ſeqq.*

Non omitto, quod ſi puella extranea ſit hæres inſtituta, & prohibita alienare bona, quod ſi aliter non poſſet condecenter nubere, quod poſſet dotem ſibi conſtituere in bonis fideicommiſſi & in his terminis vidẽtur loqui Gloſs. Iaſ. de Beluiſ. Soc. iun. & Rimin. *citati ſup. num.* 96.

104 Limitatur primò in fideicommiſso conſtituto à matre, nam bona alienari non poterunt pro dotanda filia, Gloſ. *in l. à filia, ff. ad Trebell.* Bart. *in d. auth. res quæ, nu.* 3. *verſ. quandoque conſtituit*, & ibi Bald. *nu.* 9. & ante hos Cin. *n.* 4. Petr. *n.* 2. Iaſ. *n.* 6. Curt. iun. *nu.* 15. qui aſserit eſſe communem opinionem, quod & Padill. ibi dicit *nu.* 15. Petr. *de fideic. q.* 8. *nu.* 385. & *ſeqq.* Peregr. *d. art.* 41. *nu.* 45. & *ſeq.* Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 26. & *ſeqq.* & *de arbitr. iud. caſ.* 460. *n.* 7. Intrig. *de cent.* 3. *q.* 73. *n.* 201. Rota Rom. *in nouiſ. deciſ.* 889. *part.* 4. Ratio eſt, quia onus dotandi filias ſpectat ad patrem, non ad matrem, *l. neque mater. C. de iur. dot.* & *l. vlt. C. de dot. promiſſ.*

105 Idem eſt in bonis fideicommiſso ſuppoſitis ab Auo materno, quæ pariter pro neptis dote alienari non poterunt, Gloſ. *in d. auth. res quæ*, & ibi Cin. *n.* 4. Alber. *n.* 2. Bart. *n.* 3. Bald. *n.* 9. Ang. *n.* 1. Salic. *n.* 2. & Corn. *nu.* 8. Ang. *in l. à filia, n.* 2. *ad finem*, & ibi Paul. Caſtr. *n.* 3. Alex. *nu.* 5. poſt Cuman. & Imol. ibi. *ff. ad Treb.* Paul. Caſtr. *in l. mulier, §. cum proponeretur, nu.* 2. *ff. eod.* Ruin. *conſ.* 199. *nu.* 10. & *ſeq. lib.* 2. Socin. iun. *conſ.* 119. *n.* 11. & *ſeq. li.* 2. Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 36. Intrig. *d. q.* 73. *n.* 213. Petr. *fideicomm. q.* 8. *nu.* 385. & *ſeqq.* Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 45. & *conſil.* 102. *n.* 33. *lib.* 4.

106 Sublimitatur primò, quando mater eſt diues, & pater eſt pauper, tunc enim quia onus dotandi ſpectat ad matrem, bona ſuppoſita ab ea fideicommiſso pro dote filiæ alienari poterunt, Bartol. *in dicta authent. res quæ*, & ibi Bald. Alberic. Curt. iun. *numero* 15. qui ſcribit eſse communem opinionem, Padill. *numer.* 61. & alij communiter, Bartol. *in l. à filia*, & ibi Angel. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. *ff. ad Trebellian.* Ripa *in l.* 1. *numero* 79. *ff. ſoluto matrim.* Gozad. *conſil.* 97. *numero* 11. Hieron. Gabr. *conſil.* 119. *numero* 18. *lib.* 2. Peregrin. *conſil.* 53. *numero* 6. *lib.* 5. & *in tract. de fideicommiſſ. artic.* 42. *num.* 45. vbi dicit ita communiter teneri, Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73. *nu.* 291. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 460. *n.* 7. & *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 28. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 14. *n.* 15.

107 Verum ſunt alij qui tenent, nec tunc dotari poſse filiam in bonis à matre fideicommiſso ſubiectis, ita Angel. *in d. auth. res quæ, n.* 1. *in fin.* & *nu. ſeq.* quem refert, & ſequitur Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 387. & *ſeqq.* Sed à prima opinione communiter recepta conſulendo & iudicando non erit recedendum.

Et in auo materno fideicommittente eius bona alienari non poſse, licet pater puellæ eſset inops, tenent Angel. *in auth. de reſtit. & ea quæ parit num.* 4. & *in dict. auth. res quæ, n.* 2. *in fin.* & ibi Iaſ. *n.* 7. *in fin.* idem Angel. *in d. l. à filia*, & *in l. vlt. C. de dot. promiſ.* & ibi Imol. *num.* 3. Ruin. *conſ.* 123. *nu.* 13. *lib.* 1. Rimin. iun. *conſil.* 23. *nu.* 326. *lib.* 1. Plura argumenta adducit Angel. *in d. authent. res quæ*, ſed in ſpecie mouetur *per d. §. quamobrem, iuncto §. hoc igitur, in auth. de reſtit.*

Sed contra adhuc, dotem hoc caſu conſtitui in bonis fideicommiſſi aui materni, quando neptis non habet aliunde dotem, tenent Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 37. Intrigl. *d. q.* 73. *nu.* 213. & ante hos, Bart. *in d. auth. res quæ n.* 3. & ibi Bald. *n.* 12. Salic. *n.* 4. *verſ. iſta ergo.* Corn. *num.* 8. Iaſ. *n.* 33. *verſ. ſecundo limita*, & latè Curt. iun. *n.* 15. Paul. Caſtrenſ. *in d. l. à filia, nu.* 3. & ibi Alexand. *nu.* 5. & *ſeqq. ff. ad Trebell.* Socin. ſen. *reg.* 12. *ampl.* 1. Ruin. *conſ.* 199. *num.* 10. *lib.* 2. 108

Si tamen mater haberet bona libera, & bona fideicommiſso ſubiecta, erit conſtituenda dos in bonis liberis matris, non in bonis fideicommiſſi aui materni, Salic. *in d. auth. res quæ, n.* 4. & ibi Corn. *nu.* 8. & Curt. iun. *n.* 15. Alex. *in d. l. à filia, n.* 10. Et probatur *in l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſ.* & *in l. alimenta, ff. de neg. geſt.*

Idem eſset, quando puella vellet ingredi monaſterium, Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 392. Menoch. *d. præſumpt.* 189. *nu.* 30. *in fin.* 109

Sublimitatur ſecundò, vt non habeat locum in matre Iudæa, quæ filiæ Chriſtianæ tenetur dotem conſtituere, Iaſ. *d. auth. res quæ, num.* 18. *verſ. fatemur tamen*, & alios refert, & ſequitur Padill. ibi *n.* 61. 110

Sed ſolum in ſubſidium matrem Iudæam teneri dotare filiam, quando pater eſt inops, & ſic nec bona fideicommiſſi eſse alienanda, niſi in ſubſidium, ſcribunt Rip. & Socin. iun. quos refert, & ſequitur Menoc. *d. præſump.* 189. *n.* 33. & *de arbitr. iud. caſu* 460. *nu.* 7. Intrigl. *d. q.* 73. *n.* 207. & *ſeqq.* & *n.* 211. 111

Sed nullo caſu dandam eſse dotem voluit, & malè Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 391. 112

Quod ſi adeſsent bona paterna fideicommiſso ſubiecta, & bona materna pariter fideicommiſso ſuppoſita, prius alienanda erunt bona paterna, quàm materna, Ruin. *conſil.* 199. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu.* 47. vbi damnat, & bene, opinionem Petræ diſsentientis. 113

Limit. octauò in fideicommiſso conſtituto à penitus extraneo, nam pro dotandis filiabus grauatorum non poterunt bona alienari, Bartol. *in d. auth. res quæ*, & ibi Bald. *n.* 19. Salic. *q.* 1. Paul. Caſtr. *n.* 4. Iaſ. *n.* 11. & Padill. *n.* 155. Cuman. *in d. §. Diui ad finem*, Peregr. *art.* 41. *nu.* 52. & 53. Rota Roman. *in nouiſſ. deciſ.* 435. *part.* 4. & alij relati *in præcedentibus limitationibus*, qui in fortioribus terminis loquuntur. 114

Sublimitatur, quando quis eſset grauatus reſtituere, quod ſupererit, nam bona fideicommiſſi etiam ab extraneo conſtituti poterunt alienari pro dotandis filiabus, Paul. Caſtr. *in auth. contra rogatus in vltimis verbis, C. ad Trebell.* & ibi Corn. *num.* 4. & *in conſ.* 242. *num.* 10. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 177. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideicom. art.* 42. *nu.* 53. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 188. *num.* 21. 115

Limitatur nonò, quando dos eſset conſtituta à patre filiæ, nam filia non poterit ſibi augere dotem in bonis fideicommiſſi, Baldus *in d. auth. res quæ, nu.* 10. & 16. & ibi Paul. Caſtr. *n.* 8. Angel. *nu.* 4. Iaſ. *n.* 17. Curt. iun. *nu.* 9. 10. & 45. Curt. iun. *in d. auth. res quæ, nu.* 45. Ruin. *conſil.* 199. *n.* 8. *lib.* 2. Petra *de fideic. q.* 8. *nu.* 456. Menoch. *libro* 4. *præſumpt.* 189. *numer.* 159. Intrigl. *d. quæſt.* 73. *num.* 313. Peregr. *de fideicommiſ. art.* 42. *num.* 39. 40. 77. *in fine*, & *num.* 84. 116

Declaratur hæc limitatio, vt procedat, quando pater reliquit dotem congruam filiæ, ita vt commodè nubere 117

poſset

poſſet, aliud verò eſſet in dote tenui, ſi filia non poſſet nubere ob dotis tenuitatem, hoc enim caſum licitum erit augmentum in bonis fideicommiſſi, Bal. Paul. Caſt. Iaſ. n. 17. & Curtiun. nu. 45. *in d. auth. res quæ*, Bald. Nouell. *in l. 1. num. 153. in fine ff. ſolut. matrim.* Marz. *conſ. 2. nu. 17.* Ruin. *conſ. 19. lib. 2.* Crau. *conſ. 291.* Honded. *conſil. 64. lib. 2.* Menoch. *conſ. 33. n. 22. conſ. 247. n. 4. & li. 4. præſumpt. 189. nu. 156.* Peregr. *conſ. 38. in fine lib. 4. & in tract. de fideic. art. 42. n. 43.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 301. & ſequentibus*, Marz. *in Epit. de fideic. qu. 48. verſ. an verò*, Pert. *de fideic. q. 8. num. 456.* Gall. *de excep. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. n. 70. par. 3.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 28. nu. 45.* Caualc. *deciſ. 81. n. 105. par. 3.* vbi hoc ſenſit, etiam quod dos fuiſſet congrua tempore relicti, ſed poſtea non eſſet ſufficiens tempore dotationis, & in his terminis vidi Conſilium Excellentiſſimi D. Franciſci Portulacæ Eq. illudque probauit hanc etiam declarationem tenuit Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ. 889. parte 4.* Facit, quia ratio *aut hæc eq.* ita procedit in augmento dotis neceſſario ſicuti in dote, ſecundò, quia idem iudicatur de augmento, quod de principali, *l. etiam, C. de iur. dot. l. vlt. C. de donat. ant. nupt.* & ſi ab initio non ſufficiunt bona libera, dos conſtituitur & in bonis fideicommiſſi, *d. auth. res quæ.* Tertiò, quia ſi filia cum dote a patre conſtituta non poſſet nubere, veriſimiliter pater eam augeret. Quod intellige non procedere, ſi ſtatuto caueretur quod filia ſit contenta quacunque dote data, vel promiſſa, Bald. *in d. authent. res quæ, num. 6.* & ibi Paul. Caſt. *nu. 8.*

118 Si tamen filia eſſet nupta cum dote tenui, & maritus in illa conſenſiſſet, filia non poterit ſibi augere dotem, Menoch. *d. præſum. 86. num. 160.* Intrigl. *d. q. 73. nu. 314.* Scot. *reſp. 4. n. 1. tom. 1. lib. 1.*

Sed ſi ſecundo marito nuberet, licitum eſſet augmentum, Crauet. *conſ. 191. num. 2.* [Sed hoc caſu, quando pater reliquit certam ſummam pro dote filiæ, & frater eam dotando auget dotem, quod deduci poſſit dos etiam pro augmento ſcribant Curtiun. *in d. authen. res quæ, n. 45.* Crau. *latè conſ. 291.* Pereg. *deciſ. 91. n. 2.*]

119 Limitatur decimò, quando hæres percepiſſet multos fructus ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, ex quibus dos conſtitui potuiſſet filiæ tunc enim in fructibus conſtituenda eſt dos, nec fideicommiſſi bona erunt alienanda, *l. mulier, §. cum proponeretur*, & ibi Ang. Comen. Imol. *num. 3.* Rom. *nu. 8.* Paul. Caſtr. *n. 6. & 7.* Alexandr. *num. 3. ff. ad Trebell.* Bald. *d. auth. res quæ nu. 4.* & ibi Iaſ. *col. vlt. verſ. duodecimo limita*, Caſtr. *n. 5.* Curtiun. *nu. 59.* & Padill. *nu. 109.* Ioan. Lup. *in rub. extr. de donat. int. vir. & vxor. §. 14.* Paul. Caſtr. *conſ. 15. col. 1. in fine l. 1.* Rom. *conſ. 332. in fine*, Rimin. ſen. *conſ. 115. nu. 7. lib. 1.* Marzar. *conſil. 1. col. 15.* Ludou. Molin. *lib. 4. de Hiſpan. primog. ca. 6. n. 15.* Pert. *de fideic. q. 8. n. 384. 460. & 489.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. n. 161.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. nu. 318.* Peregr. *de fideicomm. art. 42. num. 71.*

120 Intelligo tamen hanc limitationem procedere, quando fructus extant, in quibus filia dotari poſſit, nam ſi eſſent conſumpti, fideicommiſſi bona poterunt alienari. Ang. & Comen. *in dict. l. mulier, § cum proponeretur ff. ad Trebellian.* Ioan. Lup. *in rubrica extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 14.* Decian. *conſ. 10. num. 25. verſic. non obſtat quartum, lib. 1.* Menoch. *conſilio 247. numero 39. conſilio 832. num. 10. & ſeq. & lib. 4. præſumpt. 189. numero 162.* Ludou. Molin. *lib. 4. de Hiſp. primog. cap. 6. nu. 15.* Intrigl. *d. q. 73. num. 315.* Pert. *de fideicom. q. 8. nu. 460. & nu. 489.* & Peregr. *d. art. 42. n. 71.*

Niſi eſſent malitioſè conſumpti animo interuertendi fideicommiſſum, Peregr. *d. art. 42. n. 71.* vbi dicit non ſufficere, quod ſint conſumpti ex liberalitate.

121 Limitatur vndecimò, quando extarent alia bona libera, in quibus dos conſtitui potuiſſet, nam ſolum in ſubſidium fideicommiſſi bona poſſunt alienari *d. authe. res quæ.* & ibi Corn. *nu. 9.* & Curtiun. *nu. 15.* & alij communiter, Corn. *in l. voluntas, nu. 19. C. de fideic.* Ferret. *in d. §. Diui, nu. 77.* Iaſ. *conſil. 231. n. 4. lib. 2.* Soc. ſen. *conſil. 75. n. 2. lib. 1.* Curt. ſen. *conſil. 63. n. 20. verſ. ſexto*, Pariſ. *conſil. 119. n. 5. lib. 1. conſ. 63. n. 49. lib. 2.* Ruin. *conſil. 199. nu. 11. lib. 2.* Crot. *conſil. 285. n. 19. lib. 3.* Bellon. *conſ. 83. nu. 8.* Alba *conſil. 214. nu. 16. & ibi add.* Roland. à Valle *conſil. 85. n. 9. lib. 1. & conſil. 10. num. 12. lib. 4.* Marzar. *conſil. 1. nu. 41.* Cephal. *conſil. 10. n. 19. & 43.* Burſat. *conſil. 180. n. 20. lib. 2.* vbi de communi, Hiero. Gabr. *conſil. 119. n. 19. li. 2.* Bonifac. Roger. *conſil. 38. nu. 9. lib. 1.* Feder. Scot. *reſp. 17. num. 2. lib. 4. tomo 1.* A Pont. *conſil. 45. nu. 1. & 2.* Decian. *conſil. 10. lib. 2. & conſ. 120. in fin. lib. 3.* Honded. *conſil. 76. nu. 15. lib. 1.* Menoch. *conſ. 33. n. 28. conſ. 95. nu. 133. conſil. 247. n. 36. conſ. 318. n. 51. conſ. 378. nu. 31. conſ. 295. nu. 1. & ſeqq. & conſ. 88. n. 48. & ſeqq.* Et in Tractatibus. Tiraquel. *de iur. primog. qu. 6. num. 7.* Roland. à Valle *de lucr. dot. quæſt. 18.* Marzar. *in epit. de fideicomm. quæſt. 58.* Did. *libro 3. variar. reſolut. cap. 6. num. 10. verſic. ſecundo*, Pert. *de fideicommiſſ. q. 8. nu. 459.* vbi de communi opinione teſtatur, *& nu. 460. verſic. nihilominus* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. cap. 6. nu. 2.* vbi ſcribit eſſe communem, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. n. 8.* Pereg. *d. art. 42. n. 1. & num. 66. & ſeqq.* Intrigl. *d. cent. 3. qu. 73. nu. 163. & n. 195.* Pitanu. *de lucr. dot. quæſt. 10. num. 72.* Gallus *de exc. p. ſucceſſ. tit. 2. except. 2. num. 69. & ſeq. par. 3.* Bero. *quæſt. 110. nu. 5.* Ludou. *deciſ. Luc. 28. num. 85. & num. 98.* Vrſ. *lib. 1. deciſ. 13. nu. 27.* Magon. *dec. Florent. 50. num. 26.* Caualc. *deciſ. 81. num. 108. par. 3.* Rota Roman. *in nouiſſ. deciſ. 737. par. 1.* Mantic. *deciſ. Roman. 429.* vbi loquitur de patre, qui dederat in dotem omnia bona fideicommiſſi cum in legitima, & Trebellianica potuiſſet filiæ congruam dotem conſtituere.

Et ſi fiat alienatio bonorum fideicommiſſi pro dotationibus retentis bonis liberis, alienata poterunt vendicari, Paul. Caſtr. *in l. mulier, §. cum proponeretur, col. 2. ff. ad Trebell.* Corn. *conſ. 4. col. 2. lib. 3.* Ruin. *conſ. 157. n. 18. lib. 2.* Roland. à Valle *conſil. 85. num. 9. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 42. n. 69.* 122

Quis autem teneatur probare alia bona extitiſſe in quibus dos potuit conſtitui abſque alienatione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, tres ſunt opiniones. 123

Prima eſt, onus probandi ſpectare ad fideicommiſſarium, inter alios ita tenent Curt. iun. *d. authen. res quæ, num. 50.* Suarez *in l. filius familias, §. Diui, num. 138. circa finem ff. de legat. 1.* Curt. ſen. *conſ. 27. col. 7.* Socin ſen. *conſ. 104. in fin. lib. 3.* Dec. *conſ. 519. circa finem*, Crauet. *conſil. 19. col. vlt.* Roland. à Valle *conſ. 59. col. vltim. lib. 4.* Becc. *conſil. 100. n. 22.* Did. *lib. 3. variar. reſol. cap. 6. n. 2.* Ancharan. *lib. 1. q. 4. n. 12.* Pert. *de fideic. q. 8. nu. 460. in fin. & nu. 490.* Peregr. *de fideic. art. 42. num. 73.* Intrigl. *d. cent. 3. qu. 73. num. 167.* Milan. *deciſ. 5. num. 55. & ſequenti*, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, & in practica ita ſeruari, *& dec. 7. nu. 83. lib. 1.* Raud. *deciſ. Piſan. 29. numero 117. & dec. 31. nu. 271. & ſequentibus*, Rota Romana in collect. per Farinac. *dec. 66. num. 4. parte 1.* Mantic. *dec. Rom. 152. in fin.*

Secunda eſt opinio, quod fideicommiſſarius habeat intentionem fundatam in fideicommiſſo, & ideo onus probandi pertinere ad eum, qui dicit et alia bona non extare, Hier. Gabr. *conſ. 118. col. 3. lib. 1.* Burſat. *conſ. 179. n. 21. lib. 2.* vbi de communi opinione teſtatur Marzar. *epit. de fideic. q. 48.* Vincent. Franc. *dec. 241. n. 1. par. 2.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Caualcan. *dec. 81. n. 108. parte 2.* vbi etiam refert Rotam Luc. 28. *nu. 90. & nu. 98.* Cæſar Barz. *dec. Bonon. 104. nu. 12.* 124

Tertia eſt opinio Raud. *deciſ. Piſan. 29. num. 177.* qui 125

concor.

concordando opiniones dicit, quod aut poſſeſſor poſſidet ex cauſa dotis, & procedat prima opinio, aut poſſeſſor non poſſidet ex cauſa dotis, & locum habeat ſecunda opinio.

126 Si tamen ageretur cum fœminis dotatis, vel dotandis, quæ eſſent etiam hæredes grauati, & illæ dicerent non extare bona libera ſufficientia, non eſſet vlterius quærendum, quia faterentur omnia eſſe fideicommiſſo ſubiecta, nec aliud ipſæ prætenderent quàm dotem. & tunc ſolum erit quærendum de dotis congruitate, vt ego aliquando conſului faciendum occaſione fideicõmiſſi D. Pamphili Bellaſij.

127 Pariter ſi oſtenderetur inuentarium bonorum, in quo eſſent deſcripta bona libera, ei ſtaretur, donec contrarium eſſet probatum, Intrigl. *dicta centur. 3. quaſt. 73. num.* 170.

128 Sed videamus de egregia quæſtione, quæ ſæpiſſimè contingit in practica: teſtator fecit fideicommiſſum ad fauorem maſculorum, & dixit fęminas eſſe dotandas, an intelligatur hoc in ſubſidium non extantibus bonis liberis, an verò dos debeatur de fideicommiſſo ſubiectis bonis, quamuis grauatus poſſit in bonis liberis filiam dotare? Et hanc vltimam ſententiam tam in deſcendentibus, quam in tranſuerſalibus probarunt Ioan. de Mont. Sperel. *conſ.* 212. *dubio ſecundo, nu.* 5. Paul. Caſt. *conſ.* 102. *videndum eſt primo, col.* 2. *verſic. in contrarium, lib.* 1. Corn. *conſil.* 197. *column. vltima. lib.* 1. Crott. *conſil.* 183. *numero* 19. *& ſeqq. lib.* 2. Decian. *conſil.* 10. *n.* 8. 9. 10. *&* 25. *lib.* 2. Cephal. *conſil.* 253. *dubio quarto.* Decian. *conſil.* 10. *lib.* 2. *& conſil.* 57. *num.* 22 *lib.* 1. Pedroc. *conſ.* 31. vbi confirmat Menochius *conſil.* 88. *n.* 50. *conſil.* 151. *dubio primo. conſil.* 183. vbi latè *conſil.* 247. *nu.* 3. *&* 4. *verſic. & rurſus, & num. ſeqq. conſil.* 327. *n.* 127. *& conſil.* 796. *n.* 13. *conſ.* 1037. *dub.* 2. *&* 1039. *n.* 8. Honded. *conſil.* 90. *n.* 21. *lib.* 1. Chriſtoph. Torniol. *conſil.* 22. *nu.* 30. *vſque ad finem*, Caualcan. qui plures adducit *deciſ.* 5. *num.* 91. *& dec.* 81. *numero* 92. *& ſeqq. parte* 3. Rota Romana *deciſ.* 475. *verſic. vltimo parte quarta in nouiſſ.* & ſecundum hanc ego conſului in vna de Martinengis, & in alia de Madijs. Quæ opinio inter alias rationes ponderatas à Doctoribus ſecundum Menoch. *conſil.* 1037. *num.* 21. hoc fundamento comprobatur, quia de iure ſuper legitima non poteſt imponi grauamen, *l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. teſtam.* idem in Trebellianica in liberis primi gradus, *l. iubemus. C. ad Trebellianum*, & ibi Doct. Atqui non præſumitur teſtatorem velle facere, quod lex prohibet, *l. Lucius, §. pro infante ff. ad municip. & l.* 1. *C. de bon. vacan. lib.* 10. Bartol. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſert.* & Dec. *conſ.* 218. *num.* 1. ergo dos relicta fœminis, non debet præſumi relicta ſuper legitima, vel Trebellianica grauati. [Addo pro hac ſententia Odd. *in tract. de fideicommiſſ. ex prohibit. alienat. quaſt.* 39. *num.* 45. vbi dicit Auum contemplatione filij reliquiſſe dotem neptibus, vt eum releuaret ab onere filias dotandi, maxime cum quodammodo fecerit iniuriam filiabus, priuando eas à legitima patris ſucceſſione, non ſubſtituendo eas, ſed agnatos maſculos, & ideò in recuperationem huius iniuriæ dotem reliquiſſe in illis bonis, à quibus fœminas excluſit propter maſculos: alios etiam tenuiſſe hanc opinionem oſtendi *in conſ.* 7. *& idem ſcribit* Ceph. *conſil.* 485. *n.* 60. *lib.* 4.]

129 Contrariam ſententiam probarunt Paul. Caſtr. *conſ.* 64. *col. vlt. verſ. quinto loco lib.* 2. Bero. *conſ.* 116. *nu.* 14. *lib.* 2. Marz. *conſ.* 1. *col.* 17. *& in Epit. de fideicom. qu.* 48. *verſ. an autem*, Rub. Alexand. *conſ.* 124. *dubio primo.* Ceph. *conſil.* 105. *num.* 13. *vſque ad num.* 22. Præt. *conſ.* 137. *nu.* 26. *vſque ad num.* 48. *& de interpr. vltim. vol. fol.* 237. *num.* 14. 16. *vſque ad num.* 27. vbi pulchrè defendit, & declarat, & dicit, ita ipſum iudicaſſe vti arbitrum cum alio Doctore coarbitro, Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. primog. capit.* 7. *numero* 2. vbi alios citat, Menoch. *conſ.* 704. *num.* 16. *conſ.* 736. *num.* 20. *conſil.* 796. vbi in caſu, quando patet dotem eſſe relictam contemplatione filij, non neptis, vel ſecus in dubio *conſilio* 852. vbi ait eſſe receptam ſententiam. & dicit maximè in tranſuerſalibus procedere, Petra *de fideic. q.* 8. *n.* 494. vbi teſtatur de communi opinione, Peregr. *de fideicom. art.* 42. *nu.* 76. vbi teſtatur ita iudicatum, Rota Roma. *in nouiſſ. deciſ.* 76. *parte* 2. & ſecundum hanc opinionem ego ſæpius conſului, in vna de Gauartaris, in alia de Ronatis ſuper teſtamento D. Simonis, in alia de Martinengis ſuper teſtamento Illuſtriſſimi D. Com. Bartholomæi de Villaciara, & ita Venetijs fuit iudicatum ab Illuſtriſſ. Conſeruatoribus Legum, in alia ſuper teſtamento D. Ioannis de Portulacis, ſuper quo etiam conſuluerat Menoch. *conſ.* 327. & obtinui poſt longam diſcuſſionem ex iudicio Excellentiſſ. DD. Iulij Stellę, & Com. Alphonſi Pronalei Arbitrorum, & certè verè ſentio hanc opinionem veriorem, & tutiorem, nec ab ea conſulendo, & iudicando recedendum eſſe. [Et cum hac ſententia tranſeunt etiam Natt. *conſ.* 238. *numero* 5. & Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 104. *num.* 12. *& dec.* 105. *num.* 12. *verſic. hoc tamen.*]

Ratio huius opinionis ea eſt ſolidiſſima, quia ſi teſtator relinquendo prouidere voluerit ſecundum id quod leges diſponunt, & ſicut lex in ſubſidium vult fœminas dotari, idem ſenſerit teſtator, qui cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, Bart. & alij *in l. heredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell.*

Et ſi hoc modo conſtituendæ eſſent dotes ſingulis fœminis deſcendentibus, facilè, & cito fideicõmiſſum deſtrueretur, quia progreſſu temporis bona omnia in dotes conuerterentur, vt aduertit Menoch. *conſil.* 704. *nu.* 17. *verſ.* 3. *poſt alios relatos.*

Iſta ſecunda opinio maximè, & ſine dubio procederet, quando teſtator filiæ natæ conſtituiſſet dotem in fructibus, mandando tot fructus quotannis deponi in aliquo loco pro eius dote, quia poſtea mandando fęminas naſcituras dotari, intelligi debet de bonis liberis, & non de bonis fideicommiſſi, Menoch. *conſ.* 852. *n.* 4. 130

Idem eſſet conſtituta primogenitura, ſi mandaſſet fratres maſculos primogeniti ali, nam præſumitur & dotes reliquiſſe ex fructibus primogenituræ, Menoch. filius *conſil.* 852. *n.* 5. 131

Quod ſi teſtator certam ſummam pro dote fęminarum reliquiſſet, tenenda eſſet prima opinio, quod in fideicommiſſi bonis ſit danda, & ſi extaret legitima, & Trebellianica grauati, Cephalus *conſilio* 485. *numero* 62. Peregrinus *articulo quadrageſimoſecundo*, *num.* 76. *in fine.* 132

Et ſi teſtator nominatim grauaſſet fideicommiſſarios ad dandam dotem, prima opinio procederet, & in hoc facit vim Menochius *conſ.* 796. *num.* 12. 15. 25. *& propè finem.* 133

Sic ſi teſtator dixiſſet, dotandas filias iuxta teſtatoris conditionem, in bonis fideicommiſſi erunt dotandę, Menoch. *conſil.* 151. *num.* 6. Dec. *conſ.* 10. *num.* 15. *verſ. ſexto, libro ſecundo.* 134

Pariter ſi teſtator mandaſſet fęminas eſſe debere tacitas, & contentas pro omni eo & toto, quod petere poſſent in bonis ſuis, dotatio in fideicommiſſi bonis erit facienda, Menoch. *conſ.* 183. *num.* 16. *conſ.* 247. *num.* 24. *verſicul. & rurſus, & conſil.* 1037. *numero* 7. Cephalus *conſil.* 485. Et ſi dixit debere eſſe tacitas pro bonis paternis, & maternis, tunc cenſeretur relictum loco bonorum aduentitiorum filiæ, & in bonis fideicommiſſi erit donanda, Crauet. *conſil.* 84. *num.* 4. *& ſeqq.* Menoch. *d. conſil.* 1037. *num.* 17. 135

Et ſi dos relicta ſit contemplatione fęminarum, non

grauati,

grauati, deducenda erit de fideicommiſſo, & procedet prima opinio, ſi verò eſſet relicta contemplatione grauati, tunc in detractione legitimæ, & Trebellianicæ eſſet imputanda, & ſic non deberetur in bonis fideicommiſſi, niſi in ſubſidium, & tunc locum haberet ſecunda opinio, ita Menoch. *conſ.796. maximè num.12. lib.8.* vbi latè, & ad hoc reducitur tota hæc quæſtio, vt patet ex Doctoribus pro vtraque opinione citatis, & videatur etiam idem Menoch. *conſ.1037. dubio ſecundo*, cuius omnia argumenta ad hoc tendunt.

137 Quando autem dos dicatur relicta contemplatione filij vel nepotis, tradunt Menochius *conſ.81. num.46. & 55. conſ.151. primo dubio, conſ.183. dubio primo, conſ.796. conſ.1037. dubio ſecundo, lib.3. præſump.17.* Dec. *reſp.9. num.15. libro tertio*, Ceph. *conſ.105. & conſ.66.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.66. n.14. & ſequentibus fol.436. n.7. & fol.437. num.23. & ſequentibus*, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro octauo tit.16. nu.12.* Anton. Gabr. *de dot. promiſſ. concl.5.* rurſus Ceph. *conſil.485.* Maſcard. *de prob. concl.150. & concl.573.*

138 Porrò ſi teſtator dixit, fœminas dotari in bonis ſuis, in bonis fideicommiſſi erit conſtituenda dos, quia hoc caſu cenſeretur relicta contemplatione ipſius nepotis, Socin. iun. *conſ.79. num.53. libro tertio*, Alciatus *conſilio 498. num.5. verſ. ſuadet etiam*, Menochius *conſ.151. n.7. conſil.183. n.16. conſ.796. nu.3. conſil.1137. num.16. & li.3. præſumpt.17. num.13.*

139 Vlterius ſi teſtator hæredibus grauatis prohibuit detractiones legitimæ, Trebellianicæ, mandando fœminas dotari, cenſeretur voluiſſe dotari in bonis fideicommiſſi, quia cum ſint prohibitæ detractiones, non poteſt dici ex illis dotes eſſe conſtituendas, quia non entis nullæ ſunt qualitates. *l. cùm qui in prouincia. ff. ſi cert. petat.* & ita ſcribit Menoch. *d. ſto conſ.1037. num.20.*

140 Quod procedit etiam ſi ſumus in caſibus, quod legitima, & Trebellianica non poſſint detrahi, Menoch. *dicto conſil.1037. nu.19.* vbi rationem aſſignat, quia etiam ex actu nullo colligitur qualis fuerit voluntas teſtato-
141 ris *l. vlt. ff. de reb. eorum*, & ibi Bart. idem Bartol. *in l. rei communis. nu.36.* & ibi Iaſon. *n.165.* & Ripa *n.136. ff. de legat. tertio*, Zinch. *in l. hæredes mei, §. cùm ita n.136. ff. ad Trebellian.* Menoch. *conſ.87. nu.74. & libro quarto præſump.15.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.3. tit.20.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.19. n.54.*

142 Vnde ſi extraneus eſſet grauatus fideicommiſſo ſucceſſiuo, ad fauorem maſculorum de familia, & ordinatum fœminas eſſe dotandas, crederem in bonis fideicommiſſi poſſe dotari, quamuis earum parentes haberent bona libera aliunde prouenta, quam à teſtatore, dum enim teſtator vult fœminas dotari, cenſetur velle dotari in bonis ſuis: at cum grauatus non habeat de bonis teſtatoris, niſi bona fideicommiſſo ſubiecta, vtique in illis conſtituenda erit dos, (ſuppono autem Trebellianicam non poſſe deduci, vel quia ſit prohibita, vel quia fructus in eam imputati conſumpſerint hanc detractionem. Doctores enim qui tenent ſecundam opinionem, de qua ſupra *numero 129.* loquuntur in caſu, quando fœmina poteſt conſequi dotem in bonis teſtatoris liberis peruentis ad eius patrem, vt in legitima, & Trebellianica, quaſi tunc prouiſio teſtatoris de dotandis fœminis effectum ſortiatur in bonis ipſius fideicommittentis, ſic Petr. *quæſtione octaua, numero 497.* Cephal. *conſil.105.* Caſtrenſ. *conſil.64. num. quarto, lib. ſecundo*, Præt. *de interpretat. vltimarum volunt. fol.437. numero 1. & ſeqq.* Marzar. *conſ. primo, numero quadrageſimoſecundo, vſque ad numerum*, & Rubeus Alexandrin. *conſil.22. dubio primo*, prout eorum dicta latius declaraui *in conſilio ſeptimo, verſiculo non obſtat dotem non deberi.*

Pro complemento autem huius quæſtionis videndū eſt, ſi teſtator mādauit filias dotari, an & neptes ſint dotandæ: hunc articulum latè diſcuſſit Men. *d. conſ.1037.* 143
vbi in principio, dicit Senatum Mediolani iudicaſſe cōtra neptes, ipſe tamen contrarium defendit per totum, *maximè nu.10. & in conſ.1039.* in eadem cauſa edito, & ego etiam conſului in vna de Gauarraris, quod neptes non ſint dotandæ in bonis fideicommiſſi, quando teſtator mandauit filias dotari & extant bona libera.

Limit. duodecimò, ſi filia habet bona aduentitia, vt 144
dotem maternam, cum qua poteſt commodè nubere, nam tunc bona fideicommiſſi erunt conſeruanda, nec poterunt diſtrahi. Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ.157. p.1.* vbi patet ita in Rota deciſum, & ibi allegatur Cuman. *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb.* Iaſ. *conſ.231. n.12. & 14.* Crauet. *conſ.19. num.18.* & Roland. à Valle *conſil.85. n.9. lib.1.* alios plures ſequendo hanc opinionem allegauit Rota in collect. per Farin. *deciſ.66. p.1.* vbi etiam reſpondet ad aliqua obiecta. [Idem videtur ſentire Hier. Gabr. *conſ.119. n.19. lib.2* & Peregr. *ſequitur d. art. 42. n.76* vbi loquitur de filia, quæ poterat dotari in legitima, vel Trebellianica patris, vel in bonis ſuis liberis]

Ego tamen *in conſ.7. verſ. ſupereſt tamen*, exiſtimaui 145
Rotam malè ſenſiſſe, mouebar primò, quia *authent. res quæ, C. comm. de leg. & in auth. vnde ſumitur*, regula conſtituitur, quod bona fideicommiſſi alienari poterūt pro conſtitutione dotis liberorum, ſi portio legitimæ non ſufficiat ad dotis obligationem, & ſic excipitur caſus, quando ſufficit legitima pro dotis conſtitutione, idem dicitur *in l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* non erit ergo facienda extenſio ad alium caſum, quando mulier ſcilicet non poteſt dotari in legitima, ſed habet bona aduentitia: nam *d. auth. res quæ*, eſt exorbitans à iure communi, vt dictum eſt *ſupra num.4.* in exorbi- 146
tantibus autem non licet facere extenſionem de caſu ad caſum, Gl. *in auth. quas actiones, C. de Sacr. Sanct. Eccl.* Surd. *conſ.163. nu.14.* Menoc. *conſ.557. n.8. & 10.* Intrig. *de ſubſt. cent.3. qu.73. num.256.*

Secundò dicebam *d. auth. res quæ*, eſſe fundatam in 147
præſumpta mente teſtatoris à quadam neceſſitate prouenienti, teſtator enim cenſetur voluiſſe hæredes facere id, quod ipſe facere tenebatur, ſi viuus eſſet *d. §. cū proponeretur*, & ibi Gl. & neceſſitatem dotandi eſſe ve- 148
ram, & fundamentalem rationem huius *auth. res quæ*, ſcribunt communiter Doct. Menoch. *d. præſump.189. num.5. verſ. & hæc, & num.24. & nu.103.* vbi dicit hanc eſſe veram & propriam rationem, Peregr. *de fideicomm. art.42. num.23. & nu.7. & ſeqq.* in quibus locis alij plures referuntur, iſta autem neceſſitas dotandi habet locum etiam quando filia eſt diues *l. vltima, C. de dot. promiſſ.* Doct. *in l. prima ff. ſoluto matrimon.* & Menoc. *dicta præſumpt.189. num.68.* ergo non eſt conſiderandum an 149
filia habeat bona propria aduentitia, ſed ſolum an qui eſt obligatus eam dotare, habeat bona libera, in quibus dos poſſit conſtitui.

Nec Doctor. citati à Rota probant hanc opinionem, 150
nam Iaſ. ab ea allegatus mouetur ratione, quia pater nō tenetur dotare filiam diuitem, quæ ratio falſa eſt, cum ſecundum communem opinionem, & filia diues ſit à patre dotanda, vt paulò ſupra dictum fuit: Crauet. verò loquitur in dotis reſtitutione, & quatenus poſtea dicit ceſſare diſpoſitionem *d. auth. res quæ* ſi mulier habet de ſuo, perfunctoriè loquitur, ideò de eius authoritate curandum non eſt Menoch. *conſ.11. n.23. verſ. non obſtat*, vel debet intelligi, quando mulier habet dotem in bonis patris grauati, & ſumus in caſu, quod pater eam non tenetur dotare, Roland. verò loquitur in filia grauata. Et quod pro dotanda filia quæ habet dotem maternam poſſint & fideicommiſſi bona alienari, ſenſit Decian. *conſ.*

20 Vnde fortius dos deberetur, ſi nupſiſſet viro digno, Menoch. d. præſumpt. 189. num. 59. Intrigl. d. quæſt. 73. num. 227.

21 Subampliatur ſecundò, etiam quando ante vigeſimumquintum annum nupſiſſet viro digno inſcio patre dote promiſſa, Menoch. dict. præſumpt. 189. numero 60. & Intrigl. d. quæſt. 73. num. 228. & alij infra ſtatim citati.

22 Subampliatur tertiò, & ſi ante vigeſimum annum nupſit viro digno inſcio patre, nulla dote promiſſa, quia & tunc pater tenetur filiam dotare, Gloſ. in cap. vlt 32. quæſt. 2. Abb. in cap. eccleſia nu. 20. extr. de conſtit. Bald. in d. authen. res quæ, & ibi Angel. Paul. Caſtr. Iaſ. nu. 14. Curt. iun. num. 25. qui duo teſtantur de magis communi opinione, Pariſ. in l. 1 num. 121. & ibi Baldus Nouell. num. 152. & Ripa nu. 55. ff. ſolut. matrim. rurſus Pariſ conſ. 29. num. 62. lib. 3. Did. in epit. de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 7. Boer. q. 130 nu. 8. vbi alios adducit Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 73. num. 229. Menoch. lib. 4. præſump. 189. num. 61. & ſeqq. vbi late hanc ſententiam defendit ab obiectis.

23 Contrarium malè tenent Bart. in d. auth. res quæ. nu. 6. & ibi Salic. & Fulgoſ. Marc. not. 106.

24 Declaratur tamen hæc ampliatio, vt non procedat, quando filia ante annum vigeſimumquintum nupſit indigno inſcio patre nulla dote cõſtituta, quia tunc bona fideicommiſſi alienari non poſſunt, pater enim hoc caſu non tenetur dotare filiam, Gloſ. in cap. de raptoribus 33. qu. 5 & ibi Archid. Ioan. And. in cap accidens, & ibi Ant. de Butr. extr. de procur. Ioan. Lup. in cap per veſtras, in not. §. 7. extr. de donat. int. vir. & vxor. Bald. in l. 1 ff. ſolut. matrim. Fulgoſ. in auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtam. Abb. conſ. 112. col. 2. lib 2. Pariſ. conſ. 29. nu. 40. & 64. lib. 3. Alciat. reſp. 157. nu. 6.

25 Et in terminis noſtris ita ſcripſit Menochius d. præſumpt. 189. num. 76. & ſeqq. vbi etiam num. 84. in fine, dicit poſſe diſtingui, vt hæc opinio locum habeat in terris Imperij, contraria verò procedat in terris Eccleſiæ, & refert Bald. ita diſtinxiſſe.

26 Contrariam ſententiam, quod immò & tunc pater teneatur dotare filiam, probarunt Imol. in cap. accedens, extr. de procur. Did. in Epit. de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 8. num. 5. qui de communi opinione, teſtatur Alexand. in l. 1. num. 25. & ibi Ripa numer. 59. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in authent. ſed ſi poſt in fine, C. de inoff. teſtam. Dec. in l. nuptias, num. 14. ff de reg. iur. & in conſ. 231. nu. 4. Socin. ſen. tract. fallent. reg. 281.

Et in terminis de quibus agitur, Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. q. 73. num 231.

27 Indigna autem perſona, quæ dicatur in his terminis ſcribunt Menoch. d. præſump. 189. n. 85. & ſeqq & Intrigl. d. qu. 73. num. 233.

28 Ampliatur quinto fideicommiſſi bona alienanda eſſe pro conſtituenda dote filiæ, vel nepti, quæ monaſterium vult ingredi, Bart. in d. authent. res quæ numero 7. & ibi Bald. num. 13. Angel. Iaſ. num. 18. Curt. iun. num. 26. qui teſtatur de communi opinione, & Padil. num. 54. Crott. in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 62. & ibi Ferdinand. Loaſca, numero 133. in fine, Rip. num. 71. Socin. iun. numero 159. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, & Opiz. num. 145. ff de leg. 1. Alexand. conſ. 139. num. 7. lib 2. Euer. in top. cit. cap. 35. Gomeſ. in l. 40. Tauri num. 87. verſic. ſeptimo intellige, Petr. de fideicom. qu. 8. num. 418. vbi de communi teſtatur Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. num. 89. qui ſcribit eſſe receptam ſententiam, Benincaſ. in tract. de pauper. in 10. ſpeciali circa contractus num. 20. Peregr. de fideic. art. 42. num. 57. Intrigl. d. cent. 3 q. 79. nu. 238 & plures ex his loquuntur in prohibitione alienationis.

29 Ampliatur ſextò, vt locum etiam habeat pro dotanda muliere ſterili, Bald. in d. auth. res quæ, n. 15. & ibi Padil. num. 117 & ſeqq. & Iaſ. nu. 32. verſ. tertiodecimo extende, Soc. ſen. reg. 12. ampliat. 14. ſubſtantia enim matrimonij non vitiatur ex defectu liberorum, l. aſſiduis. C. qui potio. in pign. habeant.

30 Ampliatur ſeptimò, & ſi ſemel filia ſit dotata, & dotem amiſerit ſine culpa ſua, nam iterum in bonis fideicommiſſi erit dotanda, aliud tamen eſſet, ſi culpa ſua dotem amiſiſſet, Petra de fideicommiſſ. quæſtione 8. num. 417.

31 Ampliatur octauò, etiam pro conſtituenda dote eccleſiæ, quam quis conſtruxit ſecundum Lambert. quem refert, & ſequitur Padil. in d. auth. res quæ, nu. 55. in fine.

32 Ampliatur nonò, & ſi pater reliquit dotes filiabus incongruas in teſtamento, & auctæ fuere à fratribus, nam & pro augmento poterunt deduci de fideicommiſſo, vt dicam infra num. 117. verſ. declaratur hæc limitatio.

33 Ampliatur decimò, & ſi ſit ſubſtitutus alter filius teſtatoris, Padil. in d. auth. res quæ, n. 11. Peregr. d. art. 42. nu. 56. & in his terminis loquitur textus vnde deſumpta eſt d. auth. res quæ.

34 Ampliatur vndecimò, etiam ſubſtituta pia cauſa, nam & tunc filiæ, & aliæ deſcendentes erunt dotandæ in bonis fideicommiſſi, Iaſ. in d. auth. res quæ. nu. 32. verſ. duodecimo extende, & ibi Bald. num. 5. Socin. ſen. num. 4. Corn. num. 7. in fine, & Padil. num. 110. Roman. conſ. 267. Decian. conſ. 6. numer. 10. lib. 2. vbi teſtatur de communi, Burſat. conſ. 179. num. 14. lib. 2. Peregr. conſ. 39. in fine lib. 5. & in d. tract. de fideicomm. art. 41. nu. 56. Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ priuil. 102. Petr. de fideicom. quæſt. 8. nu. 445. Intrigl. d. quæſt. 73. numero 279. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. num. 120. & ſeqq. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, cum qua & ego tranſeo.

35 Verum in contraria ſententia fuerunt Curt. iun. in d. auth. res quæ. nu. 32. Ferdinand. Loaſca, in d. l. filiusfamilias. §. Diui, num. 98. ff de legat. 1. Curt. ſen. ſenſit conſ. 46. ad finem, Ludou. Molin. lib. 4. de Hiſp. Primog. cap. 6. num. 23.

36 Et prima opinio communis procedit, & ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta pro anima teſtatoris, Menoch. dicta præſumpt. 189 n. 155. verſ. conſolari, & nu. ſeqq.

37 Et quando ſubſtituti prius eſſent agnati, vel alij, & iſtis eſſet ſubſtituta pia cauſa, dicendum eſſet reſultare coniecturam, quod teſtator voluerit dotari filias in bonis fideicommiſſi, pulchrè Menoch. d. præſumpt. 189. num. 138.

38 Porrò ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta pro male ablatis, in bonis fideicommiſſi non poſſe dotes dari, ſcribunt Menoch. d. præſumpt. 189. num. 139. Intrigl. d. cent. 3. q. 73. num. 298.

39 Ampliatur duodecimò, fideicommiſſi bona alienari poſſe, non tantum pro dote, quantum etiam pro impenſis nuptialibus, quæ vltra dotem fieri ſolent, niſi ſubſtituta eſſet eccleſia, Salic. in d. authent. res quæ. nu. 5. Bero conſ. 113. num 44. lib. 2. Roland. a Valle conſ. 19. num 8. lib. 4. Hier. Gabr. conſ. 153. nu. 16. & 17. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 80. Rot. Roman hoc ſenſit deciſ. 556. part. 1. in nouiſſ.

40 Contrarium tenent Menoch. d. præſump. 189. nu. 140. & Intrigl. d. q. 73. num. 299 & ante nos Bald. in d. auth. res quæ, n. 5. & ibi Corn. n. 14. & Curt. iun. n. 37. Ego ſic dicerem, quod prima opinio procedat in expenſis moderatis & neceſſarijs, ſecundum conſuetudinem patriæ: ſecunda vero locum habeat in expenſis immoderatis, & non neceſſarijs.

Amplia-

41 Ampliatur decimotertiò bona fideicommiſſi alienari poſſe etiam pro apparatibus mulierum, Rot. Roman. d. deciſ. 556. part. 1. in nouiſſ. & quæ dicta ſunt in præcedenti ampliatione, Surd. dec. 62. num. 28.

42 Ampliatur decimoquarto, vt ſicuti bona fideicommiſſi alienari poterunt pro dote conſtituenda, quod pariter poterunt alienari pro intereſſe decurſo ſuper dote, Peregr. de fideic. art. 42. numer. 96. ſecundum vltimas impreſſiones, & aduertatur quod ſunt duo, num. 96. eſt in primo.

43 Ego autem in facto habui hanc quæſtionem ſuper fideicommiſſo D. Ioannis de Portulacis: Dominus enim N. eius deſcendens maritauerat filiam, & poſt longum tempus alienauerat domum ſubiectam fideicommiſſo tam pro ſoluenda dote, quàm intereſſe ſuper ea decurſo, conſului alienationem non ſubſiſtere pro intereſſe debito marito, quia auth. res quæ fauet dotibus, non autem maritis, & imputandum eſt marito ſi dotem non exegit tempore debito, & ſimul ſi non curauit de tempore in tempus ſolui intereſſe: cum Peregrino tamen ſentirem ſi negligentia marito non poſſet imputari.

44 Ampliatur decimoquintò, diſpoſitionem auth. res quæ procedere etiam in fideicommiſſo conſtituto in contractu, Pereg. conſ. 23. n. 23. lib. 3. quod tamẽ procedit in fideicommiſſo reſtitutorio, ſecus quando facta eſſet prohibitio alienationis, vt dicam infra in prima limit. verſ. ſi tamen, num. 80. & ampliationem procedere, ſcribunt etiam Iaſ. in d. auth. res quæ, & in conſ. 157. col. vlt. lib. 2. Boer. dec. 129. num. 5. Petr. d. q. 8. num. 442. rurſus Peregr. d. art. 42. num. 61.

45 Ampliatur decimoſextò, vt filia nupta tranſmittat ius petendi dotem non habitam, Bald. in d. auth. res quæ, num. 4. & ibi Paul. Caſtr. num. 8. Corn. num. 6. Iaſ. nu. 32. verſ. octauo extende, Paul. Caſtr. in l. mulier, §. cum proponeretur ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 197. num. 7. & ſeqq. lib. 2. Ceph. conſ. 77. num. 18. Menoch. conſ. 33. nu. 29. Socin. ſen. reg. 12. ampl. 8. Petr. de fideic. q. 8. num. 447. & ſeqq. & Peregr. d. art. 42. num. 77. & requiſitus vt contrarium conſulerem contra filiam D. Hieronymi Girelli, quæ poſt mortem patris nupſit, nec aderant niſi bona fideicommiſſi dos autem non fuerat nec data, nec conſtituta ante mortem, & tenui ius conſequendi dotem fuiſſe tranſmiſſum ad eius hæredes & videnda erunt dicta infra num. 90. 91.

Diſſentit tamen Curt. iun. in auth. res quæ, numero 22. & ſeqq.

46 Quod ſi filia ante nuptum deceſſiſſet, non tranſmitteret ius conſequendi dotem in bonis fideicommiſſi, Corn. d. authen. res quæ, num. 6. in fine, & ibi Curt. iun. num. 22. & Padill. num. 70. Petr. de fideicom. q. 8. nu. 447. Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. num. 154. in fine, Peregr. de fideicom. art. 42. num. 41. & ſeqq. Caualc. deciſ. 81. numer. 92. & ſeqq. part. 3.

47 Sed contra, quod & iſto caſu tranſmittatur ius habendi dotem in bonis fideicommiſſi, tenent Bald. in d. authent. res quæ, & ibi Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. n. 32. verſ. octauo extende, Guliel. Benedict. in cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque il 2. num. 115. extr. de teſtam. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 7. num. 10. Ruin conſ. 199. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. Ceph. conſ. 177. nu. 18. & 19. lib. 2. Præt. ſenſit de interpr. vlt. volunt. fol. 438. num. 27. Placet tamen magis prima opinio.

Ampliatur decimoſeptimò (& dependet ex præcedentibus) etiam quando puella non eſt nobilis: & reſtituere debet bona fideicommiſſi, nam poterit retinere dotem, vt cum ea ſuo tempore poſſit nubere, & reliquum reſtituat, Ruin. conſ. 199. lib. 2. Beto conſ. 116. n. 16. lib. 2. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 438. num. 37. & eſt de mente Bart. in d. auth. res quæ, & aliorum citatorum ſupra ſtatim.

Sed contra tenet Petra d. q. 8. nu. 495. & ſentiunt alij citati ſupra num. 46.

48 Ampliatur decimoſeptimò vt etiam hoc priuilegium alienandi bona fideicommiſſi dotis cauſa cedi poſſit, Paul. Caſtr. conſ. 15. circa ea quæ ſuperius pleniſſimè, colu. vlt. verſ. tertio principaliter, lib. 1. Iaſ. de auth. res quæ, nu. 32. in 14. extenſ. & ibi Paul. Caſtr. numer. 29. ad finem, & num. 32. & Curt. iun num. 38. Menoch. d. præſumpt. 189. num. 141. Intrigl. d. cent. 3. qu. 73. nu. 339. Boer. q. 130. nu. 11. & ita tenui pro Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Co. Franciſco Martinengo, qui ceſſionem iurium dotalium in paternis bonis habuerat ab Illuſtriſſima D. Co. Leonora eius nepte ex fratre, & facta de hoc petitione non fuit oppoſitum de validitate ceſſionis. Ratio eſt, quia priuilegia dotis cedi poſſunt, Bart. in l. poſt dotem, num. 34. ff. ſolut. matrim.

49 Cæterum in contraria ſententia fuerunt Padill. in d. auth. res quæ, n. 106. & ſeq. vbi alios adducit, & ibi Curt. iun. n. 38. ſequitur Petra de fideic. q. 8. n. 487.

50 Declaratur primò hæc ampliatio, vt procedat dummodò ceſſio fiat ad vtilitatem mulieris cedentis, Menoch. d. præſumpt. 189. n. 153.

51 Declaratur ſecundò procedere, dummodò ceſſio fiat ex neceſſitate, ſecus ſi ex voluntate, Intrigl. poſt alios relatos d. cent. 3. q. 73. nu. 339. de cuius articuli veritate latè agit Menoch. loco citato.

52 Ampliatur decimooctauò, vt ſi grauatus poſtea efficiatur diues, quod non teneatur reficere fideicommiſſario, Burſat. conſil. 179. nu. 15. lib. 2.

53 Sed melius ſenſerunt alij, qui contrariam ſententiam probarunt, Ruin. conſ. 137. n. 17. & ſeq. lib. 2. Petr. de fideic. q. 8. num. 461. Peregr. egregiè comprobat de fideic. art. 42. n. 70. vbi dicit ita in facto obtinuiſſe, Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 145. nu. 8.

54 Ampliatur decimonono, & ſi pauca bona remanerent in fideicommiſſo, vel etiam neceſſe eſſet pro congrua dote danda omnia bona fideicommiſſi alienare, Bald. in d. auth. res quæ, num. 4. & ibi Paul. Caſtr. num. 5. Iaſ. colum. 3. & Padill. nu. 109. Roman. in d. l. mulier, §. cum proponeretur, & ibi Paul. Caſtr. & Alexand. num. 3. Socin. iun. conſilio 110. numer. 13. 14. & 18. lib. 1. Gerard. Mazzo. conſ. 119. numer. 31. & ſeq. Fulgoſ. conſ. [illegible] colum. vlt. in fine, Anchar. conſilio 152. num. 16. Roland. à Vallo conſ. 85. numero 3. lib. 1. & conſ. 29. colu. vlt. lib. 4. Peregr. conſ. 39. in fine, lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 42. num. 26. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, & deciſ. 62. vbi teſtatur ita iudicatum. Petr. de fideicomm. quæſt. [illegible] numer. 405. verſic. ſecundo qualitatem, Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 438. num. 28. Caualcan. deciſ. 81. nu. 103. circa medium part. 3. Rota Romana deciſ. 131. num. 14. par. 4. in nouiſſ. & videatur tota deciſio, vbi agitur quando dotatio cenſeatur facta in fraudem fideicommiſſi: & pro hac ampliatione fuit iudicatum Brixiæ ſuper fideicommiſſo D. Pamphili Bellaſij, & fuerunt omnia bona conſumpta, licet ego ex multis contrarium perſuadere conatus ſim, vt patet in meo conſ.... in hac cauſa edito, & ita tenent Mantic. deciſ. Rom. 152. nu. 3. & ſeqq. & deciſ. 329. num. 7.

55 Contrariam opinionem, quod immò fideicommiſſum non ſit reddendum eluſorium, ſed dos conſtitui debeat ſecundum quãtitatem patrimonij, voluit Curt. iun. in d. auth. res quæ, nu. 40.

56 Ampliatur vigeſimò, vt fideicommiſſarius non admittatur ad vendicandum rem alienatam dotis cauſa oblata pretio poſſeſſori emptori, vel marito, cui res in dotem æſtimata data fuit, Paul. Caſtr. in d. auth. res quæ, n. 5. & ibi Iaſ. col. 11. in extenſ. 16. Aret. conſ. 20. n. 47. Ruin.

conſil. 157. *nu.* 19. *lib.* 2. Roger. *conſ.* 38. *n.* 9. 10. 18. *& ſeq.* Marzar. *in epit. de fideic. q.* 48. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu.* 23. *&* 24. vbi teſtatur ita per binas conformes obtentum *& num.* 79.

Contrarium tamen tenet ipſe Peregr. *dec.* 96. vbi refert iudicia diuerſa in hoc articulo ſequuta, concedit tamen non poſſe recuperari, ſi in contractu nuptiali bona fuerunt alienata.

57 Quod procedit, dummodò alienatio facta ſit iuſto pretio, & bona fide, aliàs contrarium eſſet dicendum, Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 24.

58 Ampliatur vigeſimoprimò diſpoſitio dictæ *auth. res qua*, vt locum habeat tam in fideicommiſſo vniuerſali, quàm in particulari, & tam in puro, quam in conditionali, Bald. *in d. auth. res qua num.* 6. & ibi Paul. Caſtr. *col.* 1. Iaſ. *colum.* 10. *in* 9. *extenſ.* Corn. *num.* 1. & Padill. *num.* 108. Ruin. *conſ.* 199. *n.* 6. *&* 7 *lib.* 2. Decian. *conſ.* 18. *n.* 28. *lib.* 2. Soc. ſen. *reg.* 12. *ampl.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *nu.* 54 Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 28. *ante n.* 76. vbi agit de particulari fideicommiſſo.

59 Contrariam opinionem tenuit Petra *de fideic. q.* 8. *nu.* 410. *& n.* 413. vbi voluit diſpoſitionem *d. auth. res qua*, procedere ſolum in fideicommiſſo vniuerſali, & conditionali, & quando prohibita eſt alienari res particularis, vt illa non poſſit alienari, volunt Iaſ. *in d. §. Diui in* 2. *lect. num.* 02. Socin. ſen. *conſ.* 75. *nu.* 1 *lib.* 1. Licet diſſentiat Ruin. *in d. §. Diui, nu.* 55.

Ampliatur vigeſimoſecundò, vt procedat etiam in legatis particularibus, cum legata & fideicommiſſa ſint exæquata, Paul. Caſtr. *in d. auth. res, qua, col.* 1. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 54.

60 Ampliatur vigeſimotertiò diſpoſitio *d. auth. res*, vt procedat etiam in bonis primogenituræ, in quibus dos conſtituenda erit, ſicut in fideicommiſſi bonis poteſt conſtitui, Alber. *in tract. ſtat. par.* 1. *qu.* 144. Tiraquel. *in tract. de iur. primog. q.* 61. *& q.* 62. Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri, nu.* 86. Gregor. Lopez *in l.* 24. *tit.* 9. *part.* 6. *in Gl. vlt.* Did. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *nu.* 10. Melch. Palaez *Hiſpan. in tract. maior. par.* 4. *q.* 1. *limit.* 2. Petra *de fideic. q.* 8. *num.* 500. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 175. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 319. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu* 54. *ad medium*, Old. *conſ.* 95. *num.* 7. Ploc. *conſ.* 87. *in fine*, Suarez *in l. quoniam, in prioribus, lim.* 2. *ad leg. Regiam, nu.* 11. *C. de inoff. teſtam.* Opizon. *in l. filius familias, §. Diui, n.* 140. *ff. de leg.* 1. Padill. *in d. auth. res qua n.* 53. *&* 78. Io. Lup. *in rub. extr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 16.

61 Contrariam ſententiam probauit Lud. Molin. *libr.* 4. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. *nu.* 21.

62 Et procedit prima opinio communis, primo & ſi filia conſenſit conſtitutioni primogenituræ, quia nihilominus in illis bonis ei dos conſtituenda erit, Io. Lup. *extr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 16. *n.* 16. Menoc. *d. præſumpt.* 189. *n.* 180. Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73 *nu.* 320.

63 Secundò procedit, & ſi Princeps confirmaſſet primogenituram, Did. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *in fine*, Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 6. *numer.* 17. *in fine*, Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 181. Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73. *num.* 20.

64 Quod in primogenitura conſtituta eſſet in contractu, bona dotis cauſa alienari non poſſent, Tiraquel. *de iur. primogen. q.* 61. *num.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 185. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 322.

65 Idem eſſet in primogenitura conſtituta à tranſuerſali, quia in ea dos nullum habet priuilegium, Ioan. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §.* 16. *num.* 14. *verſ. hoc tamen*, Menoch. *d. præſumpt.* 189. *num.* 184. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 321.

66 Aduerte tamen, quod quando primogenituræ bona ſunt obligata ad dotationes, quod in eo ſolligitur in ſtructibus conſtituendas eſſe, & non in proprietate, Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam. in declar. leg. Regia limit.* 2. *num.* 10. *verſ. vbi autem*, vbi dicit ſæpius in Hiſpania ita fuiſſe iudicatum, Melch. Palaez *in tract. maior. parte* 4 *quæſt.* 27. *numer.* 6. *& q.* 28. *num.* 1. 4. 7. Menoch. *conſ.* 704. *num.* 17. *& ſeqq. & conſil.* 852. *num.* 5.

Ratio eſt, quia ſi in proprietate dos conſtitueretur, facilè & citò deſtrueretur ipſa primogenitura, quam tamen teſtator voluit eſſe perpetuam Guid. Pap. *q.* 476. *& quæſt.* 570. Boer. *qu.* 204. *num.* 14. Tiraquel. *de iur. primog. q.* 1. *numer.* 2. Lud. Molina *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 11 *num.* 29. & hos refert & ſequitur Menoch. *d. conſil.* 704. *num.* 17. *verſ. tertio*.

Limitatur primò diſpoſitio *d. auth. res qua*, vt nõ procedat, quando bona ſunt expreſsè prohibita alienari; circa quem tamen articulum duos conſtituo caſus.

Primus caſus eſt quando teſtator expreſsè prohibuit alienationem bonorum, etiam ex cauſa dotis, & tunc dos in bonis ſic prohibitis alienari non poterit conſtitui, Bald. *in cap.* 1. *§. donare qualit. olim feud.* Curt. iun. *in auth. res qua, n.* 36. poſt Bald. ibi *in lect. antiq. n.* 13. & Io. Petruc. *fol. vlt.* Iaſ. *n.* 24. *verſ. & ibi limita*, & eſſe communem concedit Padil. *nu.* 116. licet diſſentiat Opiz. *in l. filius familias, §. Diui, nu.* 95. & ibi Crot. *n.* 59. Claud. *n.* 22. & Ferdin. Loarez *nu.* 121. *&* 360 *ff. de legat.* 1. Suarez *in l. quoniam in prioribus limit.* 2. *ad leg. Regiam, C. de inoff. teſtam.* Cagn. *in l. id quod noſtrum, col.* 2. *ff. de reg. iur.* Pinell. *in l.* 1. *n.* 141. *C. de bon. mater.* Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita par.* 5. *n.* 119. *ff. ad Trebell.* Alexand. *conſ.* 56. *nu.* 3. *libro* 1. *& conſ.* 23. *lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 157. *col.* 2. *verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 75. *num.* 6. *lib.* 2. Curt. ſen. *conſ.* 64. *col. penult. verſic. ſexto dubitari*, Ruin. *conſ.* 125. *n.* 10. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 198. vbi dicit eſſe cõmunem, Alba *conſ.* 354. *nu.* 11. vbi teſtatur de communi, Alciat. *conſ.* 644. Burſ. *conſ.* 179 *n.* 22. *& n.* 28. vbi de magis communi, Fab. Turret. *conſ.* 81. *n.* 29. vbi dicit eſſe cõmunem, Pariſ. *conſ.* 52. *n.* 37. *& conſ.* 63. *nu.* 46. *lib.* 2. Crot. *conſ.* 144. *n.* 18. Roland. à Valle *conſ.* 85. *n.* 23. *lib.* 1. *& cõſ.* 27. *n.* 5. *&* 7 *lib.* 4. Boniſ. Roger. *conſ.* 9. *n.* 23. *lib.* 1. Menoc. *conſ.* 95. *in fine, lib.* 1. vbi teſtatur eſſe receptam ſententiã *conſ.* 736. *n.* 20. *lib.* 8. vbi de communi opinione, *& conſil.* 913. *num.* 4. *& ſeq.* Tiraquel. *de iur. primog. q.* 61. *num.* 7. 8. Didac. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. *nu.* 10. *verſ. tertio*, Vbald. *in verb. prohibitio alienationis, nu.* 79. *& ſeq.* Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. *nu.* 11. vbi de communi opinione teſtatur, Ant. Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri, num.* 87. *circa finem*. Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *verſ. qua la non pudieſſe vender, col.* 4. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu.* 57. *numero* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Viu. *communi. opin. concl.* 666. *numero* 2. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 71. *num.* 22. *part.* 2. Milan. *deciſ.* 7. *nu.* 46. *&* 47. *lib.* 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 526. *num.* 1. *part.* 1. Seraph. *deciſ. Roman.* 447.

Et hæc opinio maximè procederet, quando certa res eſt prohibita alienari in cauſam dotis fœmina familiæ, Socin. ſen. *conſ.* 75. *column.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 27. *& num.* 46 *lib.* 2. Claud. Aquenſ. *in d. §. Diui, nu.* 22. & ibi Ripa ſub dubio tamen *num.* 73. 68

Ratio prima huius opinionis eſt, quia *auth. res qua*, eſt fundata in præſumpta voluntate teſtatoris, *l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* & dixi ſupra *num.* 6. Atqui quando expreſsè conſtat de mente teſtatoris, ab ea recedendum non eſt, *§. diſponat in auth. de nupt. l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtr.* ergo, &c. 69

Secunda ratio adducitur, quia pater legitima portione filijs relicta, in cæteris bonis poteſt omne grauamen imponere, *l. omnimodo, & l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.* 70

ergo

ergo poterit etiam prohibere ne bona doris cauſa alienentur.

71 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes bona alienari poſſe pro conſtitutione dotis, non obſtante ſpeciali & expreſſa prohibitione, quod ex cauſa dotis non alienentur, Iacob. de Aret. *in l. voluntas, C. de fideicomm.* & ibi Cin. Bald. & Salic. Bart. *in l. filiusfamilias, §. Diui, q. 2.* & ibi Iaſ. *in prima & ſecunda lectura,* Ripa *num. 33.* & Romul. *nu. 116. ff. de legat. 1.* Iaſ. *in dict. auth. res quæ col. vlt. verſ. 14. limita.* Curt. iun. *num. 39.* & Padil. *num. 117.* vbi de communi teſtatur, Ioan. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 16. nu. 11.* Et conſulendo Paul. Caſtr. *conſ. 80. quia per ſupraſcriptum eximium, & conſ. 219. lib. 1.* Iaſ. *conſ. 157. dubio ſecundo, lib. 2.* Dec. *conſ. 519. num. 4.* Pariſ. *conſ. 81. n. 48. lib. 2.* Gozad. *conſ. 96. n. 9.* Petr. Ant. Anguſc. *conſ. 75. num. 19. lib. 6.* Burſat. *conſ. 179. num. 10. verſ. & quando, lib. 2.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionē, Alciat. *conſ. 644. nu. 4.* Ioan. Botta *conſ. 10. n. 12. 13.* Bell. *conſ. 83. n. 6.* Curt. iun. *cōſ. 59.* Ceph. *conſ. 574. nu. 16.* Tiraq. *de iur. primog. qu. 61. num. 7. & 8.* Pand. *in tract. de dot. part. 3. quæſt. 15. circa medium,* Phanut. *de lucr. dot. concl. 10. num. 77.* Marzar. *in epit. de fideicom. quæſt. 48. verſ. contrariam tamen,* vbi de communi, Petr. *de fideicom. quæſt. 8. nu. 436.* vbi ait eſſe magis communem opinionem, Bald. Nouel. *tract. de dot. part. 6. priuil. 13.* Hieron. Ceual. *Spec. commun. contra commun. q. 713.* vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & tenendam conſulendo & iudicando, Menoch. *lib. 4. præſump. 189. num. 116.* in hac inclinat, licet dicam primam opinionem eſſe magis receptam, Præt. *de interpretat. vltim. volunt. fol. 136. num. 81.* Fachin. *lib. 4. controu. iur. cap. 48.* Pereg. *de fideicomm. art. 42. num. 6. & ſeqq.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 2. cap. 4. nu. 60. part. 3.* vbi teſtatur de magis communi. Guid. Pap. *quæſt. 96.* vbi teſtatur ita deciſum per Curiam Delphinatus, Boer. *quæſt. 129. num. 5.* Bero. *quæſt. 110.* vbi *num. 5.* teſtatur de magis communi opinione, Viu. *lib. 1. deciſ. 18. nu. 26.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Surd. latiſſimè *deciſ. 62.* vbi teſtatur per Senatum Mantuanum ita fuiſſe deciſum, *& deciſio. 18. num. 26.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc. 28. num. 78. & ſeq.* vbi latiſſimè, & aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem, Peregr. *deciſ. 96.* Milan. *deciſ. 7. num. 41.* & cum hac ego tranſeo, nec puto conſulendo & iudicando ab ea eſſe recedendum.

Pro hac ſententia facit primò, quia cum pater ſit debitor dotis, *vt in l. fin. C. de dot. promiſſ.* non debet eſſe in eius poteſtate tollere ſuam obligationem, *l. ſicut C. de act. & obligat.* & ſic non valet prohibitio defectu poteſtatis prohibentis.

Secundò vrget ratio deſumpta ex Nouel. *de reſtit. & ea quæ par. in vnd. menſe, §. quamobrem,* quia ex parte patris fideicommittentis & prohibentis alienationem dotis cauſa deficit poteſtas, vnde ſublata poteſtate patris, non eſt quod attendatur eius voluntas.

Ad contraria reſpondetur, non eſſe in poteſtate patris prohibere alienationem dotis cauſa, vt dictum eſt, vnde licet relinquat legitimam portionem filijs, non tamen ſufficit, quin ſi neceſſitas requirat filias dotari, quod id fieri debeat & ad id pater teneatur, *d. §. quamobrem,* & cum à iure ſit ſtatutū dotis cauſa alienari poſſe fideicommiſſi bona, nō poterit pater facere, quin leges in ſuo teſtamento locū habeāt, *l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* & ibi Bart. & alij communiter. In omni enim actu duo requiruntur, voluntas & poteſtas, *l. multum intereſt,* & ibi Gloſ. *C. ſi quis alter. vel ſibi, cap. cum ſuper. ext. de off. delegat.* & licet teſtator velit nō alienari, nō tamē poteſt.

72 Declaratur autem vt prima opinio procedat, quando pater reliquit bona filiæ, in quibus potuit dotem ſibi conſtituere, & poſtea in alijs bonis facit fideicommiſſum, cum expreſſa prohibitione, ne cauſa etiam dotis bona alienari poſſint. & tunc filia hæc non poterit dotari in bonis fideicommiſſi, quia legitimam habuit, in qua potuit dotari, & tunc bene facit ſecunda ratio adducta pro prima opinione; ſi verò filia non habuiſſet à teſtatore bona particularia, in quibus dos ſibi conſtitui potuiſſet, procedet ſecunda opinio, & ſi pater conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam, quia ſi auus viueret, teneretur neptem dotare; nec culpa patris nocere debet filiæ, & ita egregiè declarant Menoch. *d. præſump. 189. nu. 117. & ſeq.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. num. 276. & ſeqq.* Pereg. *de fideicom. art. 42. nu. 10. & ſeqq.*

Præterea, ſi teſtator mandaſſet fœminas dotari in fructibus, & alienationem bonorum ex cauſa dotis prohibuiſſet, ſeruanda eſſet illius voluntas, vt comprobat Peregr. *conſil. 38. num. 10. & ſeqq. lib. 4.* 73

Secundus caſus, eſt quando teſtator verbis generalibus prohibuit alienationem bonorum, nec ſpecialiter prohibuit alienari dotis cauſa; & tunc dos in bonis ſic prohibitis conſtitui poterit, Bald. *in d. auth. res quæ, n. 15.* & ibi Iaſ. *n. 24.* Curt. iun. *n. 35.* qui ſcribit eſſe cōmunem opinionem, & Padil. *nu. 52.* qui pariter teſtatur de communi, Iacob. de Aren. Cin. Odofr. Bald. & Salic. *in l. voluntas, C. de fideicom.* idem Salic. *in l. vlt. C. de reb. alien. non alienan.* Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 70. verſic. & iſta opinio,* qui dicit eſſe communem opinionem, & ibi Cror. *num. 44.* Ferdin. Loarez, *num. 341.* & Opiz. *nu. 34.* Ruin. *n. 54. & ſeq.* Loarez, *n. 135. & ſeqq.* vbi de communi, Socin. iun. *n. 153.* vbi de communi, Romul. *n. 118.* Ferret. *n. 76.* & ante hos Bart. *n. 10. ff. de legat. 1.* Io. Lup. *in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 16.* Bald. *conſ. 424. lib. 4. & conſil. 55. nu. 4. lib. 5.* Soc. ſen. *conſ. 75. n. 1. lib. 1.* Bertrand. *conſ. 191. n. 1. lib. 1. & conſil. 4. num. 22. lib. 2.* Paul. Caſtr. *conſ. 80. quia per ſupraſcriptum eximium, in principio, libro 1.* Alexand. *conſ. 56. num. 3. libro primo,* & latius *conſ. 23. lib. 2.* Iaſon *conſ. 157. nu. 2. lib. 2.* Curt. ſen. *conſ. 27.* Magnificus D. Vgorius, *dubio ſecundo,* Dec. *conſil. 519.* Ruin. *conſil. 518. num. 6. libr. 2.* qui de communi opinione teſtatur, Gozad. *conſil. 97. numer. 9.* vbi de communi opinione teſtatur Pariſ. *conſil. 81. numer. 48. lib. 2.* Bellon. *conſ. 83. nu. 6.* Burſat. *conſ. 179. nu. 17.* vbi de magis communi, *lib. 2.* Eugen. *conſ. 14. n. 15. & 16.* Riminal. iun. *cōſ. 514. nu. 36.* vbi dicit eſſe communem, *lib. 5.* Crauett. *conſ. 291. colum. 2.* Roland. à Valle *conſ. 7. lib. 1. & conſ. 27. nu. 4. lib. 4.* Cephal. *conſil. 261. num. 22. conſil. 574. num. 7. 8. conſil. 683. num. 8. & conſil. 715. num. 22.* Becc. *conſ. 100. n. 7. & ſeqq.* Decian. *conſil. 10. nu. 6. lib. 2.* Chriſtoph. Torniol. *conſil. 75.* Menoch. *conſil. 95. & lib. 4. præſumpt. 189. n. 96.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Socin. ſen. *reg. 12. ampl. 10. & limit. 1. in fine,* Alciat. *de verbor. ſignificat. lib. 3. num. 42.* Bald. Nouel. *in tract. de dot. part. 6. priuil. 13. num. 2.* Tiraquel. *de retr. ligna. §. 1.* Gloſſ. 14. *num. 91. in fine,* Phanut. *de lucr. dot. concl. 10. nu. 77.* Gregor. Lopez, *in l. 2. tit. 11. part. 6. verſic. che la non podeſſe vender. colum. 4.* Didac. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 6. numer. 10. verſic. ſecundo,* vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, Ludou. Molin. *libr. 4. de Hiſpan. primog. cap. 6. num. 10.* vbi dicit eſſe communem, Marzar. *in epitom. de fideicomm. quæſt. 48. in princ.* Petr. *de fideicom. qu. 8. num. 423.* vbi ait eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideicom. art. 42. num. 6. verſic. contra,* vbi ſcribit hanc opinionem eſſe communiter receptam, & ab ea iudicando & conſulendo non eſſe recedendum, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 57. num. 2.* vbi ſcribit eſſe veriorem, & magis communem opinionē, Intrigl. *de ſubſtit. cen. 3. q. 73. n. 245.* Maſcar. *de probat. concl. 1236. n. 53.* Viu. *commun. opin. concl. 664.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. nu. 57. & ſeqq. par. 3.* Boer. *deciſ. 110. num. 5.* Viu. *lib. 2. deciſ. 18. num. 7.* Surd. *deciſ. 62. num. 5.* Guid. Pap. *de-*

ciſ. 96. Franc. *deciſion.* 18. *num.* 25 Magon. *deciſ. Florent.* 32. *n.* 11. vbi de communi, Mant. *deciſ. Rom.* 152. *nu.* 2.

75 Nec curandum eſt, quod diſſentiant Bald. *in cap.* 1. *§ donare qualit. olim. feud. poter. alien. & in l. nulla. C. de iur. dot.* Crott. *in l. filiusfamilias § Diui. nu.* 50. *in fine &* *nu.* 51. & ibi Iaſ. *n.* 66. *& in 2 lect. n.* 99. *& ſeqq.* & Alciat. *nu.* 27. *ff. de legat.* 1. Ioan. Pertruc. *in d. auth. res quæ, colum. vlt.* & ibi Iaſ. *num.* 25. Cagnol. *in l. id quod noſtrum, ff de reg. iur.* Alexand. *conſi.* 56. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 23. *lib.* 2. Iaſ. *conſil.* 13. *in fine, lib.* 3. Curt. ſen. *conſ.* 46. *ad finem.* Soc. ſen. *cōſ.* 75. *n.* 5. *lib.* 1. Crot. *conſ.* 144. *n.* 18. Ruin. *cōſ.* 123. *n.* 12. *lib.* 2. Guid. Pap. *conſ.* 140. *num.* 9. Feder. Scot. *reſp.* 1. *n.* 6. *verſ. Præterea nouella, libr.* 4. *tomo* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 46. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 736. *num.* 20. Rimin. iun. *conſil.* 23. *n.* 325. *lib.* 1. Marzar. *de fideicom. quæſt.* 48.

76 Alij concordant & primo, aut cum expreſſa prohibitione concurrit, & tacita reſultans ex ſubſtitutione, & tunc bona non poſſint alienari dotis cauſa, aut adeſt ſimplex prohibitio alienationis expreſſa, & bona alienari poterunt, Ruin. *conſil.* 123. *num.* 12. *libr.* 2. Decian. *conſil.* 120. *num.* 25. *lib.* 3. Petra *de fideicom. quæſt.* 8. *num.* 332. *& num.* 43.

77 Contrariam opinionem poſt alios relatos tenuit, & melius Chriſtoph. Torn. *conſil.* 75. *num.* 7.

78 Concordatur aliter, quod aut prohibitio eſt facta verbis multum amplis, & vniuerſalibus, geminatis & multum prægnantibus & procedat ſecunda opinio. Aut prohibitio eſt ſimpliciter facta, & habeat locum prima ſententia, ita Petra *de fideicomm. quæſt.* 8. *num.* 430. & prius idem ſenſiſſe videntur, Iaſ. *conſil.* 230. *col.* 2. *lib.* 4. Ruin. *conſil.* 123. *num.* 10. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 40. *lib.* 2. Cephal. *conſil.* 58. *num.* 15. *& conſil.* 121. *num.* 1. Maſcardus *de probat. concl.* 1136. *num.* 93.

79 Sed iſta conciliatio falſa eſt, nam vt in præcedenti caſu dictum fuit, non eſt in poteſtate teſtatoris facere huiuſmodi prohibitionem, etiam ſpecialiter ex cauſa dotis, vt ex magis communi ſupra dictum fuit, multò ergo minus verba generalia, prægnantia, & geminata poterunt impedire dotis conſtitutionem: & in fortioribus contra tenent relati *ſupra nu.* 71. addo Chriſtoph. Tornio l. *conſil.* 75. *num.* 9.

80 Si tamen in contractu bona fuiſſent prohibita alienari, non poſſet in eis dos conſtitui Glo. *in l. nulla, C. de iur. dot.* & ibi Cin. & Bald. Alex. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num.* 10. *in fine,* & ibi Iaſ. *num.* 69. *in 2 lect. num.* 105. vbi de communi, Crott. *num.* 57. Ruin. *num.* 51. Ferdinan. Loaæz. *num.* 140. *ff. de legat.* 1. Bald. *in l. ea lege, C. de condit. ob cauſ.* & ibi Salic. Iaſ. *in d. auth. res quæ, num.* 25. Alexand. *conſ.* 103. *colum.* 8. *lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 157. *colum. vlt. lib.* 2. Socin. ſen. *conſ.* 75. *num.* 9. *libro* 1. Riminal. ſen. *conſ.* 75. *num.* 9. *lib.* 1. Socin. iun. *conſ.* 119. *num.* 8. *lib.* 2. Crauet. *conſil.* 19. *in fine,* Alba. *conſ.* 522. *numero* 4. & ibi add. de communi. Rimin. iun. *conſ.* 514. *num.* 31. Alciat. *conſil.* 11. *in fine, lib.* 9. Cephal. *conſ.* 574. *nu.* 19. *& ſeqq.* Tiraquel. *de iur. primogen. quæſt.* 61. *num.* 9. rurſus Alciatus *lib.* 3. *de verbor. ſignificat. num.* 42. Menoch. *libro* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 186. Petr. de Rauen. *ſingul.* 134. Socin. ſenior *regul.* 324. *limit.* 2. Fabian. de Monte *tract. de empt. & vendit. par.* 4. *q.* 12. *n.* 30. Riminald. iun. *conſ.* 514. *n.* 32. *& ſeqq. lib.* 5. Pereg. *de fideic. art.* 42. *nu.* 58. ſcribit eſſe communem opinionem, Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 260. Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 439. *& ſeq.* Viu. *concl.* 663. idem Viu. *deciſ.* 18. *n.* 9. Seraph. *deciſ. Rom.* 447. *n.* 4 Menoch. *conſi.* 924. *n.* 2. Ratio eſt, quia, qui alienat in contractu, tunc non tenetur dotare, & ſicuti liberè alienare poſſet etiam in præiudicium legitimæ filiorum pro qua filijs, ante mortem patris ius non competit, *l. vlt.* & ibi Bart. *ff. de liber. agnoſ.* ita non poteſt impediri ne alienentur: quod non contingit in alienatione prohibita ex teſtamento, quia mortis tempore effectum habere incipit, & tunc oritur debitum, quod eſt in ordine prius, & ideo non poteſt illi præiudicare, & ita differentiam conſiderat inter prohibitionem ex teſtamento, & prohibitionem ex contractu, Ceph. *conſ.* 574. *n.* 19. *& ſeqq.*

Contrarium tenuit Opiz. *d. §. Diui, nu.* 141. Curt. iun. *in d. auth. res quæ nu.* 35. Romul. *in d. §. Diui, n.* 121. *verſ. iſta tamen,* Iaſ. *d. conſ.* 157. *n.* 21. *& ſeqq.* Bero. *conſil.* 38. *n.* 25. *iuncto nu.* 36. *lib.* 2. Baptiſta à Sanc. Blaſ. *tract. de dot. cent.* 2. *priuil.* 341. *nu.* 41. vbi alios ita conſuluiſſe allegat, & videtur ſentire Peregr. licet cogitandum relinquat *d. art.* 42. *nu.* 58. *& ſeq.* Mouetur ex ratione expreſſa *in d. auth. res quæ,* per quam videtur licita extenſio de caſu ſubſtitutionis, ad contractum: quia, vt ſupra dictum, auth. iſta exorbitans eſt, & in exorbitantibus licita eſt extenſio de caſu ad caſum, Bart. *in l. ſi conſtante in* 9. *q. prima partis,* & ibi Alex. & Iaſ. *n.* 61. *&* 62. *ff. ſolut. matrim.* Immo cùm ratio ſit in lege expreſſa, non poteſt dici extenſio ſed comprehenſio, Bald. *in authen. quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et tunc ob vim rationis expreſſæ poteſt fieri extenſio, etiam in correctorijs, Bald. *in d. auth. duas actiones,* & ibi Alex. Iaſ. & Curt. iun. *conſil.* 54. *col.* 3. Ruin. *conſil.* 205. *in princip. lib* 2. Pariſ. *conſ.* 16. *col.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Natt. *conſ.* 119. *n.* 3. Crauet. *conſil.* 113. *n.* 3. Rol. à Valle *conſ.* 27. *nu.* 6. *& ſeq. lib.* 1. Surd. *deciſ.* 62. *nu.* 25. vbi ampliat etiam in pœnalibus ex ſententia Gemin. Alex. & Crau. & loquitur in ſpecie de *hac auth. res quæ,* & dicit eſſe fauorabilem, & fortiùs eam poſſe extendi ſtante ratione ſcripta in ea, Hier. Gabr. *conſil.* 111. *num.* 6. *lib.* 2. 81

Declaratur tamen primò, quod ſi prohibitio facta in contractu originem habuit ex præcedenti teſtamento, quod alienatio poterit fieri dotis cauſa, Iaſ. *dict. conſil. col. vlt. lib.* 2. Peregr. *d. art.* 42. *n.* 62. 82

Declaratur aliter, vt per Peregrin. *dict. artic.* 42. *numer.* 69.

Limitatur ſecundò concluſio principalis, quando alienatio fuit facta ex cauſa dotis, ſed matrimonium non fuit ſequutum, quia alienata poterunt reuocari, vt comprobat Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *num.* 88. *& ſeqq. part.* 3. 83

Limitatur tertiò, quando dos eſſet recuperata à patre dotante, ob ſolutionem matrimonij, quia tunc dos eſſet reſtituenda fideicommiſſario, Bart. *in d. auth. res quæ, n.* 8. & ibi Iaſ. *n.* 30. & Curt. iun. *n.* 27. *verſ. ſecunda eſt,* vbi dicit eſſe communem opinionem, Menoc. *conſ.* 33. *nu.* 9. *& lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 187. *& ſeqq.* Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *nu.* 317. Peregr. *de fideic. art.* 42. *n.* 20. vbi dicit hanc opinionem cōmuniter recipi, *& conſ.* 38. *n.* 13. *lib.* 4. vbi loquitur de bonis dati in dotem, & poſtea ad dotantem peruentis ob mortem dotatæ. 84

Maximè procederet in filia naturali & ſpuria, Petr. *de fideicomm. q.* 8. *nu.* 464. Intrigl. *dicta centur.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 351. 85

Contrarium tamen verius eſſe credit Menoch. *dicta præſumpt.* 189. *nu.* 192. *in fine,* ea ratione, quia dos non eſt data pro tempore ſucceſſiue, ſed pro ſemel tantum, & propterea dos effecta fuit in totum ipſius filiæ, idem tenet Curt. iun. *d. auth. res quæ, num.* 29. & Rip. *d. §. Diui, num.* 67. 86

Ego verò non video, quomodo poſſint procedere opinio Menoch. quia ſecundum eum, melior eſſet conditio ſpuriæ, quàm legitimæ & naturalis, quod eſſet abſurdiſſimum, niſi dicamus Menoc. loqui in caſu, quando filia ipſa viuit, nam tunc dos ſpuriæ ei debet reſeruari, vt iterum poſſit nubere, prout & in filia legitima, & naturali idem faciendum eſſe infra dicetur: verum hæc interpretatio mentis Menoch. ſubſiſtere non poteſt, tum quia ipſe loquitur de filia mortua, tum etiam

quia

quia damnat opinionem Albæ, & Petræ, qui de filia ſpuria mortua loquuntur.

87 Sublimitatur primò, quando matrimonium ſolutum eſſet per mortem viri, quia tunc dos reſeruanda erit filiæ, vt iterum poſſit nubere, ita ſentiunt Gloſ. *in auth. de reſtitut.* & ibi Bart. *num.* 6. & Angel. *num.* 1. Gloſ. *in d. auth. res quæ*, & ibi Cin. *num.* 5. Azo. Odofr. Albert. Bart. *num.* 7. *& ſeq.* Ioan. Faber. Bald. *num.* 20. Angel. *num.* 6. Paul. Caſtr. *num.* 12. Salic. *num.* 4. Corn. *num.* 6. *& nu.* 13. Iaſ. *num.* 32. *ad finem*, & Curt. iun. *nu.* 27. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Socin. ſen. *reg.* 12. *ampl.* 5. Menoch. *d. præſumpt.* 189. *nu.* 188. Intrigl. *d. q.* 73. *num.* 318. Peregr. *d. art.* 42. *num.* 20.

88 Sublimitatur ſecundo, quando ex filia mortua ſuperſunt filij, quibus ex conſuetudine Martini reſeruata eſt dos materna, nec ad patrem reuertitur, Pereg. *d. art.* 41. *num.* 20.

89 Sublimitatur tertiò, quando filia erat inſtituta cum filijs & alij filij lucrati ſunt tantundem ex ſimili cauſa, nam tunc dos non veniret fideicommiſſario reſtituenda, ſecundum Paul. Caſtr. & Fulgoſ. *in d. authen. res quæ.* A quibus diſſentiunt, & benè, Curt. iun. *d. auth. res quæ*, *nu.* 27. *ad finem*, & Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 192. *verſ. diſtinguas*.

90 Sublimitatur quartò, quando filia ipſa ex bonis fideicommiſſi ſibi dotem conſtituiſſet, & poſtea mortuus eſſet maritus, nam ea poſtea moriente, dos tranſmittitur ad hæredes, non autem veniet in reſtitutione fideicommiſſi, Gl. *in auth. de reſtit.* & ibi Angel. *colum.* 1. *verſ. ſed tunc quæro.* Bart. *ſub num.* 5. *in auth. res quæ.* & ibi Paul. Caſtr. *nu.* 2. Bald. *nu.* 11. Iaſ. *nu.* 32. *verſ. decimoſexto extende*, & Padil. *num.* 46. Ioan. Lup. *in cap. per veſtras*, §. 13. *ext. de donat. int. vir. & vxor.* Soc. ſen. *conſ.* 25. *col. vlt. lib.* 3. Dec. *conſ.* 519. *n.* 5. Ruin. *conſ.* 260. *n.* 6. *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 83. *n.* 3. Crau ſenſit *conſ.* 186. *n.* 12. Lod. Molin. *lib.* 2. *de Hiſpan. primog. cap.* 15. *num.* 10. *in fin.* Phanut. *de luc. dot. gloſ.* 10. *nu.* 62. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 189. *nu.* 193. *vſque ad finem.* Intrig. *dicta quæſt.* 73. *n.* 332. & videantur etiam dicta *ſup. ampl.* 16.

91 Contrariam opinionem, quod immo dos veniat in reſtitutione fideicommiſſi, probarunt Curt. iun. *in dict. auth. res quæ, n.* 48. poſt Bald. *conſ.* 77. *filia de reſtituendo*, *lib.* 3. Corn. *conſil.* 3. *col.* 3. *lib.* ... Rimin. iun. *conſil.* 23. *num.* 130. Peregr. *de fideic. art.* 42. *n.* 25. 26. 27. 28. & 43.

Declaratur prima opinio, vt procedat, quando extraneo facienda eſt reſtitutio, ſecus ſi deſcendentibus teſtatoris fieri deberet, quia eis & dos reſtituenda eſſet, ſi ſint in gradu æquali cum muliere. Albert. *d. authent. res quæ, nu.* 2. *ad finem*, & ibi Paul. Caſt. *n.* 12. Fulg. Corn. *nu.* 13. & Curt. iun. *num.* 27. Niſi ſoror cui eſt facienda reſtitutio, & ipſa habuiſſet dotem ſuam, & hoc ratione æqualitatis ſeruandæ, ita Petr. de Bellap. ſinem refert, & ſequitur Caſtr. *d. n.* 12.

92 Declaratur ſecunda opinio, vt procedat, quando nullæ reliquiæ extent matrimonij, ſecus ſi extarent, vt quia ex muliere extarent liberi, quia dos apud eos manere debet, vel quia maritus ex diſpoſitione ſtatuti lucratur dotem totam, vel eius partem, vel quia vxor maritum hæredem inſtituiſſet, ita Pereg. *d. art.* 42. *num.* 29. 43. *& ſeq.* & quando maritus eſt hæres inſtitutus, probatur *in l. mulier* § *cum proponeretur, ff. ad Trebell.*

93 Limitatur quartò, quando alienatio rei fideicommiſſo ſuppoſitæ fit pro dote, cum pacto redimendi rem, & tempore euenientis caſus fideicommiſſi pater grauatus recuperauit rem alienatam, quia tunc res in reſtitutione fideicommiſſi veniret, Crau. *conſ.* 202. *per totum*, Peregr. *d. art.* 42. *n.* 21. *& conſ.* 38. *n.* 13. *lib.* 4. Et ratio eſt, quia ſecuta recuperatione res in priſtinam fideicommiſſi cauſam reintegratur, & recuperans non dicitur habere ex nouo titulo rem, ſed bene ex præcedenti, vt comprobat Peregr. *loco citato.* Contrarium tamen tenuit Ceph. *conſ.* 683.

Limitatur quintò, quando res alienata pro dote filiæ a grauato eſt poſtea ab eodem empta, & tempore mortis ſuæ poſſidet: & hoc caſu res non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia grauatus res poſſidet ex nouo titulo emptionis, Iaſ. *in dicta authentic. res quæ col.* 11. *extenſ.* 6. & ibi Ripa *in d.* § *Diui*, *num.* 62. & ita fuiſſe iudicatum teſtatur Peregr. *d. art.* 42. *n.* 22. qui tamen diſſentit: ſed ego non recedo à limitatione, quia verè grauatus non poſſidet tempore mortis rem vti habitam à teſtatore, ſed poſſidet vti rem à ſe acquiſitam ex titulo vltimo emptionis. Videantur etiam dicta *ampl.* 18. *num.* 52. *& ſeq.* 94

Limitatur ſextò in fideicommiſſo conſtituto à tranſuerſali, vt à fratre, quia fideicommiſſi bona erunt alienanda pro dote conſtituenda, Bart. *in d. auth. res quæ*, & ibi Ang. *col.* 1. Curt. iun. *n.* 18. & Padill. *n.* 62. *& num.* 114. Paul. Caſtr. *in l. filius familias* §. *Diui*, *nu.* 4. & ibi Alexan. *n.* 10. Ferdin. Loarez. *n.* 141. *verſic. vnum tamen*, Crott. *n.* 60. & Opiz *num.* 145. *ff. de leg.* 1. Paul. Caſtr. *in l. mulier*, §. *cum proponeretur circa principium*, *ff. ad Trebell.* Socin. iun. *conſ.* 119. *col.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *& conſil.* 89. *col.* 2. *li.* 3. Ruin. *conſ.* 137. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 2. Parl. *conſ.* 72. *n.* 40. *li.* 2. Feder. Scot. *conſ.* 17. *in fine lib.* 4. *tom.* 1. vbi alios refert Honded. *conſil.* 76. *n.* 12. *lib.* 1. vbi de communi opinione teſtatur, Burſar. *conſ.* 189. *n.* 58. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 120. *vltimo dubio*, *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 704. *n.* 23. *verſ. ad quod*, *& lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 39. *& ſeqq.* Did. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *n.* 10. *verſ. ad primum.* Villal. *commun. opin. in verb. alienata*, *nu.* 89. Petr. *de fideic. q.* 8. *nu.* 412. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *q.* 57. *n.* 5. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 214. *& ſeqq.* Surd. *tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 17. *n.* 6. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Pereg. *de fideicomm. art.* 42. *n.* 49. Viu. *commun. opin. concl.* 666. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *num.* 105. *parte* 2. Caualcan. *deciſ.* 81. *num.* 103. *in fine*, Vinc. Franch. *decif.* 241. *circa finem parte* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Ludon. *decif. Lucenſ.* 28. *n.* 90. 95

Contrariam opinionem malè probarunt Riminald. iun. *conſ.* 324. *n.* 12. & Menoch. *conſil.* 35. *n.* 41. & ante hos Gloſ. *in* § *quamobrem, in verb. ſufficeret*, *in auth. de reſtit. & ea quæ parit*, & ibi Iacob. de Beluiſ. Soc. iun. *in d.* §. *Diui*, *n.* 156. & ibi Romul. *n.* 126. 96

Sublimitatur primò quando teſtator mandaſſet fœminas dotari, de quo tamen articulo dicam *infra limit. vndecima.* 97

Sublimitatur ſecundò, quando frater conſtituens fideicommiſſum teneatur in proprijs bonis dotare ſororem, ita tenent Bart. *in d. auth. res quæ*, & ibi Bald. *nu.* 14. Iaſ. *nu.* 8. *& ſeqq.* & alij infra ſtatim citandi: quando autem frater teneatur dotare ſororem duo afferri poſſunt caſus. 98

Primus eſt, quando maſculi ex diſpoſitione ſtatuti patri ſucceſſerunt, & habeant onus dotandi ſororem, tunc enim, ſi vnus frater conſtituat fideicommiſſum in illis bonis alienari bona poterunt pro dotanda ſorore, Curt. iun. *in d. auth. res quæ*, *n.* 13. Soc. ſen. *conſ.* 57. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *d. præſump.* 189. *n.* 42. Pereg. *d. art.* 42. *nu.* 50. addo Bald. *in d. auth. res quæ*, *n.* 17. & ibi Corn. *n.* 3. Mol. *de Hiſp. primog. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 3. *&* 6. 99

Secundus caſus eſt, quando ſoror eſt inops, nam tūc frater tenetur eam dotare, Petra *de fideic. q.* 8. *num.* 412. Menoch. *d. præſump.* 189. *num.* 41. Intrigl. *dicta cent.* 3. *q.* 73. 214. *& ſeqq.* Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 50. & ante hos Bart. *in d. auth. res quæ*, Ripa *in l.* 1. *n.* 83. *ff. ſoluto matrim.* Fulgoſ. *conſil.* 234. 100

Et in iſtis caſibus licèt frater ſuperſtes haberet pro- 101

pria

pria bona, tamen pro portione fratris defuncti poterit alienare bona fideicommiſſi, Menoch. d. præſumpt. 189. n. 42. verſic. quam ſanè declarationem, ſequitur Intrig. d. q. 73. n. 218.

102 Soror tamen vterina, quia non poteſt pretendere dotem à fratre, non etiam poterit prætendere dotem in bonis fideicommiſſi, Angel. in l. à filia, & ibi Alex. ff. ad Trebell. Iaſ. in d. auth. res quæ, num. 11. & ibi Padill. nu. 62. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuil. 16. Coraſ. in l. qui liberos, num. 116. ff. de rit. nupt. Boer. quæſt. 129. num. 8. & 9. Menoch. d. præſump. 189. num. 43. Intrigl. d. quæſtione 73. num. 216.

103 Sublimitatur tertiò, quando bona eſſent prohibita alienari extra familiam, nam tunc frater, etiam quando aliàs non teneretur dotare ſororem, poſſet alienare bona pro illius dotatione, Petra poſt alios, d. q. 8. n. 414. vſque ad n. 418. Pariſ. conſ. 63. n. 4. lib. 2. Opiz. d. §. Dini, nu. 138. & ſeqq.

Non omitto, quod ſi puella extranea ſit hæres inſtituta, & prohibita alienare bona, quod ſi aliter non poſſet condecenter nubere, quod poſſet dotem ſibi conſtituere in bonis fideicommiſſi & in his terminis vidétur loqui Gloſs. Iaſ. de Beluiſ. Soc. iun. & Rimin. citati ſup. num. 96.

104 Limitatur primò in fideicommiſso conſtituto à matre, nam bona alienari non poterunt pro dotanda filia, Gloſ. in l. à filia, ff. ad Trebell. Bart. in d. auth. res quæ, nu. 3. verſ. quandoque conſtituit, & ibi Bald. nu. 9. & ante hos Cin. n. 4. Petr. n. 2. Iaſ. n. 6. Curt. iun. nu. 15. qui aſserit eſſe communem opinionem, quod & Padill. ibi dicit nu. 15. Petr. de fideic. q. 8. nu. 385. & ſeqq. Peregr. d. art. 41. nu. 45. & ſeq. Menoch. d. præſump. 189. n. 26. & ſeqq. & de arbitr. iud. caſ. 460. n. 7. Intrig. de cent. 3. q. 73. n. 201. Rota Rom. in nouiſ. deciſ. 889. part. 4. Ratio eſt, quia onus dotandi filias ſpectat ad patrem, non ad matrem, l. neque mater. C. de iur. dot. & l. vlt. C. de dot. promiſſ.

105 Idem eſt in bonis fideicommiſso ſuppoſitis ab Auo materno, quæ pariter pro neptis dote alienari non poterunt, Gloſ. in d. auth. res quæ, & ibi Cin. n. 4. Alber. n. 2. Bart. n. 3. Bald. n. 9. Ang. n. 1. Salic. n. 2. & Corn. nu. 8. Ang. in l. à filia, n. 2. ad finem, & ibi Paul. Caſtr. n. 3. Alex. nu. 5. poſt Cuman. & Imol. ibi, ff. ad Treb. Paul. Caſtr. in l. mulier, §. cum proponeretur, nu. 2. ff. eod. Ruin. conſ. 199. nu. 10. & ſeq. lib. 2. Socin. iun. conſ. 119. n. 11. & ſeq. li. 2. Menoch. d. præſump. 189. n. 36. Intrig. d. q. 73. n. 213. Petr. fideicomm. q. 8. nu. 385. & ſeqq. Peregr. d. art. 42. nu. 45. & conſil. 102. n. 33. lib. 4.

106 Sublimitatur primò, quando mater eſt diues, & pater eſt pauper, tunc enim quia onus dotandi ſpectat ad matrem, bona ſuppoſita ab ea fideicommiſso pro dote filiæ alienari poterunt, Bartol. in dicta authent. res quæ, & ibi Bald. Alberic. Curt. iun. numero 15. qui ſcribit eſse communem opinionem, Padill. numer. 61. & alij communiter, Bartol. in l. à filia, & ibi Angel. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. ff. ad Trebellian. Ripa in l. 1. numero 79. ff. ſoluto matrim. Gozad. conſil. 97. numero 11. Hieron. Gabr. conſil. 119. numero 18. lib. 2. Peregrin. conſil. 53. numero 6. lib. 5. & in tract. de fideicommiſſ. artic. 42. num. 45. vbi dicit ita communiter teneri, Intrigl. d. cent. 3. qu. 73. nu. 291. Menoch. de arbitr. iud. caſu 460. n. 7. & lib. 4. præſumpt. 189. n. 28. Surd. de alim. tit. 1. q. 14. n. 15.

107 Verum ſunt alij qui tenent, nec tunc dotari poſse filiam in bonis à matre fideicommiſso ſubiectis, ita Angel. in d. auth. res quæ, n. 1. in fin. & nu. ſeq. quem refert, & ſequitur Petr. de fideic. q. 8. n. 387. & ſeqq. Sed à prima opinione communiter recepta conſulendo & iudicando non erit recedendum.

Et in auo materno fideicommittente eius bona alienari non poſse, licet pater puellæ eſset inops, tenent Angel. in auth. de reſtit. & ea quæ parit num. 4. & in dict. auth. res quæ, n. 1. in fin. & ibi Iaſ. n. 7. in fin. idem Angel. in d. l. à filia, & in l. vlt. C. de dot. promiſ. & ibi Imol. num. 3. Ruin. conſ. 123. nu. 13. lib. 2. Rimin. iun. conſil. 23. nu. 326. lib. 1. Plura argumenta adducit Angel. in d. authent. res quæ, ſed in ſpecie mouetur per d. §. quamobrem, iuncto §. hoc igitur, in auth. de reſtit.

108 Sed contra adhuc, dotem hoc caſu conſtitui in bonis fideicommiſſi aui materni, quando neptis non habet aliunde dotem, tenent Menoch. d. præſump. 189. n. 37. Intrigl. d. q. 73. nu. 213. & ante hos, Bart. in d. auth. res quæ n. 3. & ibi Bald. n. 12. Salic. n. 4. verſ. iſta ergo. Corn. num. 8. Iaſ. n. 33. verſ. ſecundo limita, & latè Curt. iun. n. 15. Paul. Caſtrenſ. in d. l. à filia, nu. 3. & ibi Alexand. nu. 5. & ſeqq. ff. ad Trebell. Socin. ſen. reg. 12. ampl. 2. Ruin. conſ. 199. num. 10. lib. 2.

Si tamen mater haberet bona libera, & bona fideicommiſso ſubiecta, erit conſtituenda dos in bonis liberis matris, non in bonis fideicommiſſi aui materni, Salic. in d. auth. res quæ, n. 4. & ibi Corn. nu. 8. & Curt. iun. n. 15. Alex. in d. l. à filia, n. 10. Et probatur in l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſ. & in l. alimenta, ff. de neg. geſt.

109 Idem eſset, quando puella vellet ingredi monaſterium, Petr. de fideic. q. 8. n. 392. Menoch. d. præſumpt. 189. nu. 30. in fin.

110 Sublimitatur ſecundò, vt non habeat locum in matre Iudæa, quæ filiæ Chriſtianæ tenetur dotem conſtituere, Iaſ. d. auth. res quæ, num. 18. verſ. fatemur tamen, & alios refert, & ſequitur Padill. ibi n. 61.

111 Sed ſolum in ſubſidium matrem Iudæam teneri dotare filiam, quando pater eſt inops, & ſic nec bona fideicommiſſi eſse alienanda, niſi in ſubſidium, ſcribunt Rip. & Socin. iun. quos refert, & ſequitur Menoc. d. præſump. 189. n. 33. & de arbitr. iud. caſu 460. nu. 7. Intrigl. d. q. 73. n. 207. & ſeqq. & n. 211.

112 Sed nullo caſu dandam eſse dotem voluit, & malè Petr. de fideic. q. 8. n. 391.

113 Quod ſi adeſsent bona paterna fideicommiſso ſubiecta, & bona materna pariter fideicommiſso ſuppoſita, prius alienanda erunt bona paterna, quàm materna, Ruin. conſil. 199. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 42. nu. 47. vbi damnat, & bene, opinionem Petræ diſsentientis.

114 Limit. octauò in fideicommiſso conſtituto à penitus extraneo, nam pro dotandis filiabus grauatorum non poterunt bona alienari, Bartol. in d. auth. res quæ, & ibi Bald. n. 19. Salic. q. 1. Paul. Caſtr. n. 4. Iaſ. n. 11. & Padill. n. 155. Cuman. in d. §. Dini ad finem, Peregr. art. 41. nu. 52. & 53. Rota Roman. in nouiſſ. deciſ. 435. part. 4. & alij relati in præcedentibus limitationibus, qui in fortioribus terminis loquuntur.

115 Sublimitatur, quando quis eſset grauatus reſtituere, quod ſupererit, nam bona fideicommiſſi etiam ab extraneo conſtituti poterunt alienari pro dotandis filiabus, Paul. Caſtr. in auth. contra rogatus in vltimis verbis, C. ad Trebell. & ibi Corn. num. 4. & in conſ. 142. num. 10. lib. 4. Cephal. conſ. 177. lib. 2. quos refert, & ſequitur Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 53. Menoch. lib. 4. præſumpt. 188. num. 21.

116 Limitatur nonò, quando dos eſset conſtituta à patre filiæ, nam filia non poterit ſibi augere dotem in bonis fideicommiſſi, Baldus in d. auth. res quæ, nu. 10. & 16. & ibi Paul. Caſtr. n. 8. Angel. nu. 4. Iaſ. n. 17. Curt. iun. nu. 9. 10. & 45. Curt. iun. in d. auth. res quæ, nu. 45. Ruin. conſil. 199. n. 8. lib. 2. Petra de fideic. q. 8. nu. 456. Menoch. libro 4. præſumpt. 189. numer. 159. Intrigl. d. quæſt. 73. num. 313. Peregr. de fideicommiſ. art. 42. num. 39. 40. 77. in fine, & num. 84.

117 Declaratur hæc limitatio, vt procedat, quando pater reliquit dotem congruam filiæ, ita vt commodè nubere

poſset

poſſet, aliud verò eſſet in dote tenui, ſi filia non poſſet nubere ob dotis tenuitatem, hoc enim caſum licitum eſſet augmentum in bonis fideicommiſſi, Bal. Paul. Caſt. Iaſ. *n.* 17. & Curt. iun. *nu.* 45. *in d. auth. res quæ*, Brid. Nouell. *in l. 1. num.* 153. *in fine ff. ſolut. matrim.* Marz. *conſ.* 1. *nu.* 17. Ruin. *conſ.* 199. *li.* 2. Crau. *conſ.* 291. Honded. *conſil.* 64. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 33. *n.* 22. *conſ.* 247. *n.* 4. *& li.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 156. Peregr. *conſ.* 38. *in fine lib.* 4. *& in tract. de fideic. art.* 42. *n.* 53. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 301. *& ſequentibus*, Marz. *in Epit. de fideic. q.* 48. *verſ. an verò*; Petr. *de fideic. q.* 8. *num.* 456. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *n.* 70. *par.* 3. Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen.* 28. *nu.* 45. Caualc. *deciſ.* 81. *n.* 105 *par.* 3. vbi hoc ſenſit, etiam quod dos fuiſſet congrua tempore relicti, ſed poſtea non eſſet ſufficiens tempore dotationis, & in his terminis vidi Conſilium Excellentiſſimi D. Franciſci Portulacæ Eq. illudque probauit hanc etiam declarationem tenuit Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ.* 889. *parte* 4. Facit, quia ratio *auth. res quæ*, ita procedit in augmento dotis neceſſario ſicuti in dote, ſecundò, quia idem iudicatur de augmento, quod de principali, *l. etiam, C. de iur. dot. l. vlt. C. de donat. ant. nupt.* & ſi ab initio non ſufficiunt bona libera, dos conſtituitur & in bonis fideicommiſſi, *d. auth. res quæ*. Tertiò, quia ſi filia cum dote a patre conſtituta non poſſet nubere, veriſimiliter pater eam augeret. Quod intellige non procedere ſi ſtatuto caueretur quod filia ſit contenta quacunque dote data, vel promiſſa; Bald. *in d. authen. res quæ, num.* 5. & ibi Paul. Caſt. *nu.* 8.

118 Si tamen filia eſſet nupta cum dote tenui, & maritus in illa conſenſiſſet, filia non poterit ſibi augere dotem, Menoch. *d. præſum.* 86. *num.* 60. Intrigl. *d. q.* 73. *nu.* 314. Scot. *reſp.* 4. *n.* 1. *tom.* 2. *lib.* 1.

Sed ſi ſecundo marito nuberet, licitum eſſet augmentum, Crauet. *conſ.* 291. *num.* 2. [Sed hoc caſu, quando pater reliquit certam ſummam pro dote filiæ, & frater eam dotando auget dotem, quod deduci poſſit dos etiam pro augmento ſcribunt Curt. iun. *in d. authen. res quæ, n.* 45. Crau. *latè conſ.* 291. Pereg. *deciſ.* 91. *n.* 2.]

119 Limitatur decimò, quando hæres percepiſſet multos fructus ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, ex quibus dos conſtitui potuiſſet filiæ tunc enim in fructibus conſtituenda erit dos, nec fideicommiſſi bona erunt alienanda, *l. mulier, §. cum proponeretur*, & ibi Ang. Comen. Imol. *num.* 3. Rom. *nu.* 8. Paul. Caſtr. *n.* 6. *&* 7. Alexandr. *num.* 3. *ff. ad Trebell.* Bald. *d. auth. res quæ nu.* 4. & ibi Iaſ. *col. vlt. verſ. duodecimo limita*, Caſtr. *n.* 5. Curt. iun. *nu.* 29. & Padill. *nu.* 109. Ioan. Lup. *in rub. extr. de donat. int. vir. & uxor.* §. 14. Paul. Caſtr. *conſ.* 15 *col.* 1. *in fine li.* 1. Rom. *conſ.* 332. *in fine*, Rimin. ſen. *conſ.* 115. *nu.* 7. *lib.* 1. Marzar. *conſil.* 1. *col.* 15. Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. primog. ca.* 6. *n.* 15. Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 384. 460. *&* 489 Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 161. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *nu.* 318. Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 71.

120 Intelligo tamen hanc limitationem procedere, quando fructus extant, in quibus filia dotari poſſit, nam ſi eſſent conſumpti, fideicommiſſi bona poterunt alienari. Ang. & Comen. *in dict. l. mulier, § cum proponeretur ff. ad Trebellian.* Ioan. Lup. *in rubrica extr. de donat. inter vir. & uxor.* §. 14. Decian. *conſ.* 10. *num.* 25. *verſic. non obſtat quartum, lib.* 2. Menoch. *conſilio* 247. *numero* 39. *conſilio* 852. *num.* 10. *& ſeq. & lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numero* 162. Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſp. primog cap.* 6. *nu.* 15. Intrigl. *d. q.* 73. *num.* 315. Petr. *de fideicom. q.* 8. *nu.* 460. *& nu.* 489. & Peregr. *d. art.* 42. *n.* 71.

Niſi eſſent malitioſe conſumpti animo interuertendi fideicommiſſum; Peregr. *d. art.* 42. *n.* 71. vbi dicit non ſufficere, quod ſint conſumpti ex liberalitate.

121 Limitatur vndecimò, quando extarent alia bona libera, in quibus dos conſtitui potuiſſet, nam ſolum in ſubſidium fideicommiſſi bona poſſunt alienari *d. authen. res quæ*. & ibi Corn. *nu.* 9. & Curt. iun. *nu.* 15. & alij communiter, Corn. *in l. voluntas, nu.* 19. *C. de fideic.* Ferret. *in d. §. Diui, nu* 77. Iaſ. *conſil.* 231. *n.* 4. *lib.* 2. Soc. ſen. *conſil.* 75. *n.* 2. *lib.* 1. Curt. ſen. *conſil.* 63. *n* 20. *verſ. ſexto*, Pariſ. *conſil.* 119. *n.* 5. *lib.* 1. *conſ.* 63 *n.* 49. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 199. *nu.* 11. *lib.* 2. Crot. *conſil.* 285. *n.* 19. *lib.* 3. Bellon. *conſ.* 83. *nu.* 8. Alba *conſil.* 214. *nu.* 16. *& ibi add.* Roland. à Valle *conſil.* 85. *n.* 9. *lib.* 1. *& conſil.* 20. *num.* 12. *lib* 4. Marzar. *conſil.* 1. *nu.* 41. Cephal. *conſil.* 10. *n.* 19. *&* 43. Burſar. *conſil.* 180. *n.* 20. *lib.* 2. vbi de communi Hiero. Gabr. *conſil.* 119. *n.* 19. *li.* 2. Boniſac. Roger. *conſil.* 38. *nu.* 9. *lib.* 1. Feder. Scot. *reſp.* 17. *num* 2. *lib.* 4. *tomo* 1. A Pont. *conſil.* 45. *nu.* 1. *&* 2. Decian. *conſil.* 10. *lib.* 2. *& conſ.* 120. *in fin. lib.* 3. Honded. *conſil.* 76. *nu.* 15. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 33. *n.* 28 *conſ.* 95. *nu.* 133. *conſil.* 247. *n.* 36. *conſ.* 518. *n.* 51 *conſ.* 378. *nu.* 31. *conſ.* 293. *nu.* 1. *& ſeqq. & conſ.* 88. *n.* 48. *& ſeqq.* Et in Tractatibus. Tiraque. *de iur. primog. q.* 4 *num.* 7. Roland. à Valle *de lucr. dot. quæſt.* 38. Marzar. *in epit. de fideicomm. quæſt.* 48. Did. *libro* 3. *variar. reſolut. cap.* 6. *num.* 10. *verſic. ſecundo*. Petr. *de fideicomm. q.* 8. *nu.* 459. vbi de communi opinione teſtatur, *& nu.* 460. *verſic. nihilominus* Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. cap.* 6. *nu.* 2. vbi ſcribit eſſe communem, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 1. Peregr. *d. art.* 42. *n.* 1. *& num.* 66. *& ſeqq.* Intrigl. *d. cent.* 3. *qu.* 73. *nu.* 263. *& n.* 295. Pinnell. *de lucr. dot. quæſt.* 10 *num.* 72 Galius *de except. ſucceſſ. tit.* 2 *except.* 4 *num.* 69. *& ſeq. par.* 3. Bero. *quæſt.* 110. *nu* 5. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *num* 87. *& num.* 98. Vrſ. *lib.* 1. *deciſ.* 12. *nu.* 27. Magon. *dec. Florent.* 50. *num.* 26. Caualc. *deciſ.* 81. *num.* 108. *par.* 2. Rota Roman. *in nouiſſ deciſ.* 737. *par.* 1. Mantic. *deciſ. Roman.* 329. vbi loquitur de patre, qui dederat in dotem omnia bona fideicommiſſi cum in legitima, & Trebellianica potuiſſet filiæ congruam dotem conſtituere.

Et ſi fiat alienatio bonorum fideicommiſſi pro dotationibus extantis bonis liberis, alienata poterunt vendicari, Paul. Caſtr. *in l. mulier, §. cum proponeretur, col.* 3. *ff. ad Trebell.* Corn. *conſ.* 3. *col.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 137. *n.* 18. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſil.* 85. *num.* 9. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *n.* 69. 122

Quis autem teneatur probare alia bona extitiſſe in quibus dos potuit conſtitui abſque alienatione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, tres ſunt opiniones. 123

Prima eſt, onus probandi ſpectare ad fideicommiſſarium, inter alios ita tenent Curt. iun. *d. authen. res quæ, num.* 50. Suarez *in l. filius familias, §. Diui num.* 138. *circa finem ff. de legat.* 1. Curt. ſen. *conſ.* 27. *col.* 7. Socin ſen. *conſ.* 104. *in fin. lib.* 3. Dec. *conſ.* 519. *circa finem*, Crauet. *conſil.* 19. *col. vlt.* Roland. à Valle *conſ.* 59. *col. vltim. lib.* 4. Becc. *conſil.* 100. *n.* 22. Did. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. *n.* 3. Ancharan. *lib.* 1. *q.* 4. *n.* 12. Petr. *de fideic. q.* 8. *nu.* 460. *in fin. & nu.* 490. Peregr. *de fideic. art.* 42. *num.* 73. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73 *num.* 167. Milan. *deciſ.* 5. *num.* 55. *& ſequenti*, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, & in practica ita ſeruari, *& dec* 7. *nu.* 83. *lib.* 1. Raud. *deciſ. Piſan.* 29. *numero* 117. *& dec.* 31 *nu.* 271. *& ſequentibus*, Rota Romana in collect. per Farinac. *dec.* 66. *num.* 4. *parte* 1. Mantic. *dec. Rom.* 152. *in fin.*

Secunda eſt opinio, quod fideicommiſſarius habeat intentionem fundatam in fideicommiſſo, & ideo onus probandi pertinere ad eum, qui diceret alia bona non extare, Hier. Gabr. *conſ.* 118. *col.* 3 *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 179. *n.* 22. *lib.* 2. vbi de communi opinione teſtatur Marzar. *epit. de fideic. q* 48. Vincent. Franc. *dec* 241. *n.* 2. *par.* 2. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Caualcan. *dec.* 81. *n.* 108. *parte* 2. vbi etiam refert Rotam Luc. 28. *nu.* 90. *& nu.* 98. Cæſar Barz. *dec. Bonon.* 104. *nu.* 12. 124

Tertia eſt opinio Raud. *deciſ. Piſan.* 29 *num.* 177. qui 125

concor.

grauati, deducenda erit de fideicommiſſo, & procedet prima opinio, ſi verò eſſet relicta contemplatione grauati, tunc in detractione legitimæ, & Trebellianicæ eſſet imputanda, & ſic non deberetur in bonis fideicommiſſi, niſi in ſubſidium, & tunc locum haberet ſecunda opinio, ita Menoch. *conſ.796. maximè num. 12. lib. 8.* vbi latè, & ad hoc reducitur tota hæc quæſtio, vt patet ex Doctoribus pro vtraque opinione citatis, & videatur etiam idem Menoch. *conſ. 1037. dubio ſecundo*, cuius omnia argumenta ad hoc tendunt.

137 Quando autem dos dicatur relicta contemplatione filij vel nepotis, tradunt Menochius *conſ. 81. num. 46. & 55. conſ. 151. primo dubio, conſ. 183. dubio primo, conſ. 796. conſ. 1037. dubio ſecundo, lib. 3. præſump. 17.* Dec. *reſp. 9. num. 15. libro tertio.* Ceph. *conſ. 105. & conſ. 667.* Præ. *de interpr. vlt. volunt. fol. 66. n. 14. & ſequentibus fol. 436. n. 7. & fol. 437. num. 23. & ſequentibus*, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro octauo tit. 16. nu. 12.* Anton. Gabr. *de dot. promiſſ. concl. 5.* ruſus Ceph. *conſil. 485.* Maſcard. *de prob. concl. 150. & concl. 573.*

138 Porrò ſi teſtator dixit, fœminas dotari in bonis ſuis, in bonis fideicommiſſi erit conſtituenda dos, quia hoc caſu cenſeretur relicta contemplatione ipſius nepotis, Socin. iun. *conſ. 79. num. 53. libro tertio*, Alciatus *conſilio 498. num. 5. verſ. ſuadet etiam*, Menochius *conſ. 151. n. 7. conſil. 183. n. 16. conſ. 796. nu. 3. conſil. 1037. num. 16. & li. 3. præſumpt. 17. num. 13.*

139 Vlterius ſi teſtator hæredibus grauatis prohibuit detractiones legitimæ, Trebellianicæ, mandando fœminas dotari, cenſeretur voluiſſe dotari in bonis fideicommiſſi, quia cum ſint prohibitæ detractiones non poteſt dici ex illis dotes eſſe conſtituendas, quia non entis nullæ ſunt qualitates *l. cum qui in prouincia ff. ſi cert. petat.* & ita ſcribit Menoch. *d. conſ. 1037. num. 20.*

140 Quod procedit etiam ſi ſumus in caſibus, quod legitima, & Trebellianica non poſſint detrahi, Menoch. *dicta conſil. 1037. nu. 19.* vbi rationem aſſignat, quia etiam ex actu nullo colligitur qualis fuerit voluntas teſtatoris *l. vlt. ff. de reb. eorum*, & ibi Bart. idem Bartol. *in l. re communi. nu. 36.* & ibi Iaſon. *n. 165.* & Ripa *n. 136. ff. de legat. tertio*, Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita n. 136. ff. ad Trebell. an.* Menoch. *conſ. 87. nu. 74. & libro quarto præſump. 15.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 20.* Præ. *de interpr. vlt. volunt. fol. 19. n. 54.*

141 Vnde ſi extraneus eſſet grauatus fideicommiſſo ſucceſſiuo ad fauorem maſculorum de familia, & ordinaret fœminas eſſe dotandas, crederem in bonis fideicommiſſi poſſe dotari, quamuis earum parentes haberent bona libera aliunde prouenta, quam à teſtatore, dum enim teſtator vult fœminas dotari, cenſetur velle dotari in bonis ſuis: at cum grauatus non habeat de bonis teſtatoris, niſi bona fideicommiſſo ſubiecta, vtique in illis conſtituenda erit dos. ſuppono autem Trebellianicam non poſſe deduci, vel quia ſit prohibita, vel quia fructus in eam imputati conſumpſerint hanc detractionem. Doctores enim qui tenent ſecundam opinionem, de qua ſupra *numero 129.* loquuntur in caſu, quando fœmina poteſt conſequi dotem in bonis teſtatoris liberis peruentis ad eius patrem, vt in legitima, & Trebellianica, quaſi tunc prouiſio teſtatoris de dotandis fœminis effectum ſortiatur in bonis ipſius fideicommittentis, ſic Peri. *quæſtione octaua, numero 497.* Cephal. *conſil. 105.* Caſtrenſ. *conſil. 64. num. quarto, lib. ſecundo*, Præ. *de interpretat. vltimarum volunt. fol. 437. numero 1. & ſeqq.* Marzar. *conſ. primo, numero quadrageſimoſecundo, vſque ad numerum....* & Rubeus Alexandrin. *conſil. 22. dubio primo*, prout eorum dicta latius declaraui in *conſilio ſeptimo, verſiculo non obſtat dotem non deberi.*

142 Pro complemento autem huius quæſtionis videndũ eſt, ſi teſtator mãdauit filias dotari, an & neptes ſint dotandæ: hunc articulũ latè diſcuſſit Men. *d. conſ. 1037.* vbi in principio, dicit Senatum Mediolani iudicaſſe cõtra neptes, ipſe tamen contrarium defendit per totum, *maximè nu. 10. & in conſ. 1039.* in eadem cauſa edito, & ego etiam conſului in vna de Gauarraris, quod neptes non ſint dotandæ in bonis fideicommiſſi, quando teſtator mandauit filias dotari & extant bona libera. 143

Limit. duodecimò, ſi filia habet bona aduentitia, vt dotem maternam, cum qua poteſt commodè nubere, nam tunc bona fideicommiſſi erunt conſeruanda, nec poterunt diſtrahi. Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ. 157. p. 1.* vbi patet ita in Rota deciſum, & ibi allegatur Cuman. *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb.* Iaſ. *conſ. 231. n. 12. & 14.* Crauet. *conſ. 19. num. 18.* & Roland. à Valle *conſil. 85. n. 9. lib. 1.* alios plures ſequendo hanc opinionem allegauit Rota in collect. per Farin. *deciſ. 66. p. 1.* vbi etiam reſpondet ad aliqua obiecta. [Idem videtur ſentire Hier. Gabr. *conſ. 119. n. 19. lib. 2.* & Peregr. *ſequitur d. art. 42. n. 76.* vbi loquitur de filia, quæ poterat dotari in legitima, vel Trebellianica patris, vel in bonis ſuis liberis.] 144

Ego tamen *in conſ. 7. verſ. ſupereſt tamen*, exiſtimaui Rotam malè ſenſiſſe, mouebar primò, quia *authent. res quæ, C. comm. de leg. & in auth. vnde ſumitur*, regula conſtituitur, quod bona fideicommiſſi alienari poterũt pro conſtitutione dotis liberorum, ſi portio legitimæ non ſufficiat ad dotis obligationem, & ſic excipitur caſus, quando ſufficit legitima pro dotis conſtitutione, idem dicitur *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* non erit ergo facienda extenſio ad alium caſum, quando mulier ſcilicet non poteſt dotari in legitima, ſed habet bona aduentitia: nam *d. auth. res quæ*, eſt exorbitans à iure communi, vt dictum eſt *ſupra num. 4.* in exorbitantibus autem non licet facere extenſionem de caſu ad caſum, Gl. *in auth. quas actiones, C. de Sacr. Sanct. Eccl.* Surd. *conſ. 163. nu. 24.* Menoc. *conſ. 557. n. 8. & 10.* Intrig. *de ſubſt. cent. 3. qu. 73. num. 156.* 145 146

Secundò dicebam *d. auth. res quæ*, eſſe fundatam in præſumpta mente teſtatoris à quadam neceſſitate prouemente, teſtator enim cenſetur voluiſſe hæredes facere id, quod ipſe facere tenebatur ſi viuus eſſet *d. §. cũ proponeretur*, & ibi Gl. & neceſſitatem dotandi eſſe veram, & fundamentalem rationem huius *auth. res quæ*, ſcribunt communiter Doct. Menoch. *d. præſump. 189. num. 5. verſ. & hæc, & num. 24. & nu. 103.* vbi dicit hanc eſſe veram & propriam rationem, Peregr. *de fideicomm. art. 42. num. 23. & nu. 7. & ſeqq.* in quibus locis alij plures referuntur, iſta autem neceſſitas dotandi habet locum etiam quando filia eſt diues *l. vltima, C. de dot. promiſſ.* Doct. *in l. prima ff. ſoluto matrimon.* & Menoc. *dicta præſumpt. 189. num. 68.* ergo non eſt conſiderandum an filia habeat bona propria aduentitia, ſed ſolum an qui eſt obligatus eam dotare, habeat bona libera, in quibus dos poſſit conſtitui. 147 148 149

Nec Doctor. citati à Rota probant hanc opinionem, nam Iaſ. ab ea allegatus mouetur ratione, quia pater nõ tenetur dotare filiam diuitem, quæ ratio falſa eſt, cum ſecundum communem opinionem, & filia diues ſit à patre dotanda, vt paulo ſupra dictum fuit: Crauet. verò loquitur in dotis reſtitutione, & quatenus poſtea dicit ceſſare diſpoſitionem, *d. auth. res quæ* ſi mulier habet de ſuo, perfunctoriè loquitur, ideò de eius authoritate curandum non eſt Menoch. *conſ. 11. n. 23. verſ. non obſtat*, vel debet intelligi, quando mulier habet dotem in bonis patris grauati, & ſumus in caſu, quod pater eam non tenetur dotare, Roland. verò loquitur in filia grauata. Et quod pro dotanda filia quæ habet dotem maternam poſſint & fideicommiſſi bona alienari, ſenſit Decian. *conſ.* 150

conſ.17.li.2.[Et vltra Decianum hoc apertè tenuerunt Odd. *de fideicomm.prohibit.quaſt.40.nu.136.* & *nu.140.* & *quaſt.46.art.6.num.50.* Caualcan. *dec.5.num.91. verſ. quo verò ad ſecundam part.3.* Et in feudis Menoc. *conſil. 8.n.19.ad medium iunctis n.6. in fine.*

151 Retenta tamen opinione Rotæ, quod ſi filia habet materna bona, in his ſit dotanda, nec ad fideicommiſſi ſubiecta bona recurrendum ſit, intelligo eam non procedere, quando teſtator mandauit fœminas dotari: tunc enim in bonis teſtatoris eſt dotanda. & ſi grauatus habet legitimam & Trebellianicam, in his conſtituenda eſt dos, ſin minus in cæteris bonis fideicommiſſi, & ita ſentiunt omnes, qui volunt in bonis fideicommiſſi non eſſe dotandas fœminas, quas teſtator mandauit dotari, vt procedat dummodò apud patrem grauatum extent bona teſtatoris, in quibus dos conſtitui poſſit, & ita ſentiunt Petr. Ceph. Caſtr. Præt. Marzar. & Rubeus Alex. relati ſupra *num.132.* & ita conſulendo tenui pro D. Flaminia Martinenga vxore D. Octauij Burgundij, & plenè deduxi, vt in *d.conſ.7.* & conferunt etiam dicta ſupra *num.139.*

152 Sed quid ſi mater viuat, quæ habeat amplum patrimonium, an filiæ ſint à matre dotandæ, an verò fideicommiſſi bona alienari debeant, & bona fideicommiſſi pro dote alienanda eſſe, nec matrem teneri ſcribit Ruin. *conſ.199.n.4.6.* & *ſeqq.lib.2.* ſequitur Peregr. *de fideic.art.42.nu.47.* Sed in eodem caſu contra Ruin. conſuluit Bellon. *conſ.8.* quem refert, & ſequitur Petra *de fideic.qu.8.nu.460.verſ.nihilominus.* Sed à prima opinione recedendum non eſt, ſecundum quam per conformes fuit iudicatum Brixiæ ſuper fideicommiſſo D. Petri Vincētij Bellaſij ad fauorem filiarum D. Ioan. Pamphi Bellaſij.

153 Limitatur decimotertiò, vt dos dari non debeat in portione cohæredis peruenta ad grauatum, ſed ſolum in portione grauati: exemplum, ſi teſtator inſtitutis tribus filijs maſculis conſtituat fideicommiſſum reciprocum inter eos, & eorum deſcendētes maſculos, & vnus fratrum moriatur, & illius portio accreſcat alijs fratribus, ſi poſtea vnus ex his moriatur relictis ſolum fœminis, fœminæ iſtæ non erunt dotandæ, niſi in portione patris, non autem in portione quam eorum pater habuit ex fideicommiſſo ob mortem primi fratris, qui deceſſit ſine filijs, Pereg. *de fideic.art.42.n.55.ad finem,* vbi allegat Paul. Caſtr. *in conſ.43.col.vlt.lib.2.* licet ego non inuenerim Caſtr. hac de re loqui, & ita ego tenui *conſil. 38.n.10.* ſub dubio tamen & clariùs *conſ.45.in fine.* [Et hanc limitationem probarunt etiam Rimin. *ſen. conſil. 777.n.18.* & *clarius* Viu. *deciſ.18.n.10.*

154 Contrariam ſententiam probauit Rot. Roman. *deciſ. 457.n.2.verſ.non obſtat, quod hac repetita,* & *dec.889.nu. 7.p.4.in nouiſſ.* & ſenſit Menoc. *conſ.688. dubio primo.* & voluit Petr. *d.qu.8.n.409.*] Et pro hac opinione ſtat & Mareſcot. *var.reſol.lib.2.cap.69.num.6.*

In praxi vidi ſeruari ſecundam opinionem, & in illa de Cattaneis, ſuper qua ego conſului in *conſil.38.* fuit tranſactum, & dos, quæ erat de ducatis nouem mille, fuit tanquam exceſſiua reducta ad ducatos ſex mille, eſt verum, quod in taxatione fuit habita ratio omnium bonorum, quia nimis tenuis fuiſſet dos habito reſpectu ad conditionem perſonarum, ſi ſolum in portione patris fuiſſet taxata.

Ego tamen pro prima opinione iudicaui ſuper teſtamento D. Franciſci Rotæ tanquam Iudex delegatus ab Illuſtriſſim. & Excellentiſſ. D. M. Antonio Corario Eq. Capitaneo Brixiæ ſub die 30. Decembris 1624. in actis D. M. Antonij Ceſareni notarij Cancellariæ Præfectitiæ. Caſus erat talis: Teſtator inſtituerat tres nepotes ex fratre & ſororibus, & altero decedente ſine filijs maſculis ſubſtituit ſuperſtites, vel eorum filios maſculos, & quòd fœminæ dotari deberent. Deceſſit primo D. M. Antonius Rota vnus ex hæredibus nepos ex fratre, relictis maſculis & fœminis, poſtea deceſſerunt alij ſine maſculis, & ſic omnia bona peruenerunt in maſculos ex D. M. Antonio; cum autem filiæ illius eſſent dotandæ ex diſpoſitione teſtatoris, iſtæ prætendebant dotem conſtitui in omnibus portionibus; ego ſenſi fratres non teneri dotare ſorores, niſi in bonis patris, nam fœminæ non habebant ius dotationis, niſi in portione perueuta ad patrem, nec portiones cohæredum fuerūt vnquam patris, ſed bene fratrum, qui ex perſona propria ſucceſſerunt.]

Sed quid ſi teſtator expreſsè dixiſſet, fœminas eſſe dotandas in portione patris, & vnus ex filijs ſit mortuus viuo teſtatore, an filia eius qui per ius accreſcendi ſucceſſit poſſit etiam in portione, quæ accreuit, dotari, Menoch. *conſ.688.* de hac facti ſpecie interrogatur, reſpondit non poſſe, cum verba teſtamenti ſint clara, & in claris non ſit opus coniecturis, *l.ille aut ille, §.cum in verb ff.de leg.3.* & ibi ad contraria reſpondet: ego tamen vix huic ſententiæ aſſentirem. 155

Limitatur decimoquartò, quando filia fideicommiſſo grauata conſumpſiſſet legitimam & Trebellianicā, nam non poſſet poſtea ſe dotare in bonis fideicommiſſi, Bald. *in authent.contra rogatus, num.7.Cod.ad Trebel.* Paul. Caſtrenſ. *in dicta authent.res quæ, nu.11.* & ibi Iaſ. *col. vltima, limit.14.* Idem Caſtrenſ. *in conſ.80 quia per ſuprascriptum, colum.2.lib.1.* Soc. ſen. *conſil.75.col.2.lib.3.* Pariſ. *conſil.63.num.45.lib.2.* Pereg. *de fideicommiſſ.artic. 42.num.72.* 156

Limitatur decimoquintò, quando pater conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam, nam poſtea in alijs bonis dotare filiam non poſſet in præiudicium fideicommiſſarij, Paul. Caſtrenſ. *in dicta auth.res quæ, nu.11.* & ibi Iaſ. *col.vlt.* Soc. ſen. *col.2.* & Padill. *circa finem.* Pariſius *conſil.63.num.45. lib.2.* Grat. *conſil.17. lib.2.* Honded. *conſ.76.num.15.lib.1.* Menoch. *conſ.33. numero 31.* Peregr. *de fideic.art.2.num.72.* 157

Cæterum in contraria ſententia fuerunt Socin. ſen. poſt Imol. relatum *in l.cum auus, num.76.ff.de condit.* & *demonſtr.* Bolognet. *in l.filiusfamilias, §.Diui, nu.185.ff. de leg.1.* Burſat. *conſ.174.n.21.* Ceph. *conſ.105.n.18.* Præt. *de interpr.vlt.volunt.fol.437.num.16.* Menoch. *lib.4.præſump.189.nu.118.* Intrig. *dicta cent.3.qu.73.num.276.* & *ſeqq.* Rota Roman. *deciſ.417.* & *deciſ.889.nu.4. part.4.in nouiſſ.* & hanc opinionem eſſe veriorem ſemper tenui, & pro ea ſæpius conſului, & in practica vidi eſſe opinionem receptam in iudicando. Ratio eſt, quia culpa grauati non debet nocere filiæ, & hanc rationem ponderauit Rota *d.deciſ.889.num.4.* 158

Si tamen teſtator dixiſſet filias grauati eſſe dotandas, ſine ſcrupulo in fideicommiſſi bonis eſſent dotandæ, licet grauatus conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam, Præt. *de interpr.vlt.volunt. fol.437.nu.16.*

Sed quid ſi pendente dilatione data ad ſoluendam dotem alienata ſint omnia bona libera, & etiam fideicommiſſi caſus euenit, & reſtitutio ſit facta bonorum fideicommiſſi, an pro habenda dote poſſit agi contra bona fideicommiſſi, an verò contra tertios poſſeſſores bonorum liberorum agendum ſit, ego in vna de Pallatijs *in conſ.83.* tenui contra bona libera agendum eſſe, cum omnia bona ſint diſtracta, ea ratione, quia *authent. res quæ,* procedat ſolum in ſubſidium, & ſicuti ſi nulla bona eſſent alienata, contra libera agendum eſſet, vt dixi ſupra *nu.121.* pari ratione omnibus diſtractis contra poſſeſſores bonorum liberorum agendum erit, non contra fideicommiſſarium. 159

Limitatur decimoſextò quādo data eſſet dos exceſ- 160
ſiua,

ſua, ita quod appareat factum in fraudem fideicommiſſi, vt volunt omnes relati infra *n.* 163. *& ſeqq.* & latè per Rotam Roman. *deciſ.* 131. *par.* 4. *in nouiſſ.*

161 Sublimitatur ſi fideicommiſſarius præſtitiſſet conſenſum, ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto, ſiue expreſsè, ſiue tacitè, quia dotatio in rota ſumma ſuſtineretur, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *n.* 82. *& ſeqq.*

162 Limitatur decimoſeptimò, quando ageretur de fideicommiſſo conſtituto à deſcendente, nam grauatus aſcendens non poſſet dotis cauſa bona alienare, Angel. *in d. auth. res quæ*, & ibi Iaſ. *num.* 12. & Padil. *numer.* 67. Cuman. *in d. §. Diui*, Paul. Caſt. *in d. §. cum proponeretur*, *col.* 1. Aret. *conſ.* 37. *dubio* 2. Pariſ. *conſil.* 52. *num.* 40. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 137. *numero* 13. 14. 18. *lib.* 2. Socin. iun. *conſ.* 89. *num.* 2. *lib.* 3. Burſat. *conſil.* 189 *num.* 58. *libro* 2. Did. *d. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 41. *num.* 48. Franciſc. *deciſ.* 241.

Limitatur decimooctauò, quando teſtator mandaſſet fœminas dotari in fructibus, nam tunc bona alienari non poſſent, Crott. latè *conſil.* 186. Alba *conſil.* 273. *nu.* 8. Burſat. *conſil.* 179. *num.* 33. *& ſeqq. lib.* 2. Quod tamen debet intelligi, dummodò tempore dotationis extent tot fructus, qui ſufficiant pro dote congrua, aliàs bona ipſa erunt alienanda, Alba *conſil.* 287. *nu.* 45. *& ſeqq.* hoc tamen mihi non placet, niſi caſu quando pater perciperet paucos fructus neceſſarios pro alimentis familiæ, alias non eſſet imputandum teſtatori, ſi grauatus conſumit malè fructus, nec curat dotare filias.

163 Aduertendum autem eſt, quod non poteſt conſtitui dos in bonis fideicõmiſſi ad voluntatem conſtituentis, ſed congrua dos erit danda, quæ quando ſit relinquitur iudicis arbitrio, & ab eo conſideranda erũt qualitas perſonarum, quantitas patrimonij numerus liberorum & regionis conſuetudo, Bart. *in d. auth. res quæ. nu.* 1. & ibi Curt. iun. *num.* 10. Marſil. *in l. quæſtionis modum*, *nu.* 28. *ff. de quæſt.* Tiraq. *in l. ſi vnquam*, *in verbo*, *omnia*, *vel partem*, *n.* 31. *C. de reuocan. donat.* Cuman. *conſil.* 46. *in fine*, Barba. *conſ.* 80. *in fine*, *lib.* 3. *& conſil.* 45. *col. penult. lib.* 4. Corn. *conſi.* 3. *col.* 2. *lib.* 3. Socin. ſen. *conſil.* 258. *col. vltim. verſ. quam viſum ſemper*, *lib.* 2. Ruin. *conſi.* 52. *nu.* 13. *in fi. & conſil.* 137. *n.* 7. *lib.* 2. Pariſ. latiſſimè *conſil.* 63. *col. vlt. lib.* 2. Roland. à Valle *conſil.* 19. *col. pen. lib.* 4. Dec. *conſil.* 10. *num.* 15. *&* 26. & latiſſimè *conſil.* 17. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſil.* 111. *num.* 2. *lib.* 2. Burſat. *conſil.* 248. *num.* 11. *& conſil.* 249. *numer.* 3. *lib.* 3. Ceph. latè *conſil.* 668. Honded. *conſil.* 10. *num.* 31. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 247. *num.* 36. 43. *& ſeqq.* vbi agit quando dos congrua dicatur *conſil.* 293. *num.* 6. *& de arbit. iud. conſil.* 149 *num.* 34. *& lib.* 4. *præſumpt.* 189. *nu.* 10. Bald. Nouel. *tract. de dot. part.* 6. *priuil.* 16. *col.* 2. *verſ. vnde arbitrium*, Petr. *de fideic. qu.* 8. *nu.* 465. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 78. Intrigl. *dicta cent.* 3. *q.* 73. *num.* 71. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *nu.* 72. *vſque ad num.* 81. *præcipuè nu.* 78 *par.* 3. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 192. *num.* 1. Caualc. *deciſ.* 81. *numer.* 97. *part.* 3. Rot. Rom. *dec.* 131. *par.* 4. *in nouiſſ.* Mantic. *dec. Rom.* 329. *n.* 5. *verſ. nam dos*, *vſque ad finem.* [Et iſtud arbitriũ iudicis regulari debet ad quantitatem legitimæ, ſi virum condignum mulier inuenire poteſt, vt poſt Alexandr. in terminis ſcribit Ceph. in *conſ.* 668.]

164 Et ad videndum an dos ſit congrua inſpicitur tempus dotationis, Socin. ſen. *conſil.* 23. *numero* 5. *libr.* 3. Dec. *conſil.* 371. *numero* 1. Menoch. *conſil.* 33. *ante num.* 29. Crauet. *conſil.* 291. Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 40. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 8. *nu.* 456. *in fine*, Caualcan. *deciſ.* 81. *num.* 105. *part.* 3. vbi hoc voluit, etiamquod dos eſſet congrua tempore relicti, nam ſi tempore dotationis eſſet incongrua, poſſet augeri, vt dixi etiam *ſupra num.* 117. *in fine.*

165 Bona autem fideicommiſſi non erunt habenda in conſideratione, quando agitur de taxanda dote, ſed ſolum bona libera patris, Ceph. *conſ.* 668. ego autem teneo inſpicienda eſſe omnia bona, nam poſſet grauatus habere pauca bona libera, & multa fideicommiſſo ſubiecta, nec in bonis liberis ſecundum qualitatem perſonarum filiæ poſſent congruè dotari, & hoc eſt de mente omnium citatorum ſupra *num.* 163. [Et ita etiam ego conſului in vna de Vgeris, *vt in conſil.* 120. & idem tenet Decian. *conſil.* 17. *num.* 22. *& ſeqq. & num.* 49. *verſ. non obſtat tertium lib.* 2.

Sed omnem bonorum fideicommiſſi habendam eſſe rationem tenuit Peregrin. *art.* 36. *nu.* 13. *vbi citat* Corn. *conſ.* 202. *num.* 13 *lib.* 2. Crauet. *conſil.* 236. *col. penult. & vltim.* Afflict. *in cap.* 1. *§. donare*, *nu.* 20. *& ſeqq qualit. ol. feud.* Tiraq. *de iur. primog. quæſt.* 62. *&* Menoch. *conſil.* 243. addo Aſcan. Clem. *in tract. de patr. poteſt. cap.* 6. *eff.* 11. *nu.* 15. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 278. *nu.* 220.]

Inſuper ad cognoſcendum an dos ſit congrua, obſeruandum erit, quid actum fuerit cum alijs fœminis de eadem familia, ita vt dotis quantitas data alijs fœminis cenſeatur congrua pro dante alia filia de bonis fideicommiſſi, Theſaur. *deciſ.* 192. Menoch. *conſil.* 246. *ante nu.* 6. *& ante num.* 43. Decian. *conſil.* 17. *n.* 37. *& nu.* 49. *verſic. non obſtat primum*, *libro* 2. & ita ego conſului aduertendum eſſe in dote taxanda D. Claudiæ Gauattaræ ſtante fideicommiſſo D. Franciſci Gauattari, & in alia cauſa dixi idem ſeruandum in filiabus D. Iacinti Mondillæ ſtante fideicommiſſo auito, & idem tenui in alia de Girellis. 166

Quod ſi teſtator vnam filiam dotauit in certa quantitate, ſi poſtea aliam dotando longè excedat illam dotem primæ filiæ datam, diceretur factum in fraudem fideicommiſſi, Rota Romana *deciſione* 131. *parte* 4. *in nouiſſ.* 167

Sic ſi pater omnia bona aſſignaret filiæ pro eius dote, retento vſufructu in vita, diceretur factum in fraudem fideicommiſſi. Rota Romana *d. deciſ.* 131. *part.* 4. *in nouiſſ.* Mantic. *deciſion. Roman.* 329. 168

Et in dubio bona fideicommiſſi alienata cauſa dotis, alienata præſumuntur cauſa interuertendi fideicommiſſi, etiam quod hæres eſſet grauatus reſtituere quod ſupererit ex hæreditate, Rota Roman. *d. deciſione* 131. *num.* 8. *part.* 4. *in nouiſſ.* Mantic. *deciſion. Roman.* 329. *num.* 4. *& ſeq.* 169

Ex prædictis patet non licere mulieri virum imparem ducere in maritum, & illi conſtituere dotem in bonis fideicommiſſi vltra congruam menſuram, Pariſius *conſil.* 63. *numero* 55. *libro* 2. Decianus *conſil.* 17. *numero* 24. *libro ſecundo*, Peregr. *de fideicommiſ. art.* 42. *nu.* 78. *in fine.* 170

Contrarium tamen malè voluit Decian. *conſ.* 10. *nu.* 30. *lib.* 2. 171

Alienatio autem facta pro longè minori pretio, quã res valeret, eſſet nulla, Dec. *conſil.* 409. Viuius *deciſion.* 185. *num.* 11. *lib.* 1. vbi dicit ita iudicatum per Regiam audientiam, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *num.* 114. *part.* 3. 172

Si autem alienatio facta eſſet vltra id quod erat neceſſe, non annullatur in totum, ſed ſolum pro exceſſu, Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 30. *nu.* 217. *& ſeqq. & deciſ.* 31. *n.* 175. *& ſeqq.* Sed quod alienatio in totum annulletur, dixit Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 171. *nu.* 18. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *excep.* 4. *n.* 97. *& ſeqq. parte* 3. & magis placet hęc opinio, niſi eſſemus in caſu, quod fundus fideicommiſſi commodè alienari non potuiſſet pro parte, quantum ſufficit ad dotis conſtitutionem, quia tunc totus fundus erit alienandus, & pretium quod ſupereſt vltra datum pro dote, erit inueſtiendum in alio minori fundo, qui tanquã fideicommiſſo ſuppoſitus eueniẽte caſu 173

erit fideicommiſſario reſtituendus, Rim.iun. *conſ.* 483. Peregrin. *de fideic art.* 42. *n.* 67. vbi dicit ita vidiſſe ſeruari, Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *n.* 280. & facit etiam *deciſ. Rot. Rom. in nouiſſ.* 771. *par.* 1.

174 Decretum autem in alienatione, an ſit neceſſarium? tradunt Peregr. *de fideic. art.* 42 *in fi. & deciſ.* 66. *num.* 1. *verſic. quarto*, vbi voluit decretum requiri, idem dicit Raud. *deciſ. Piſan.* 31. *n.* 276. *& ſeqq.* verum eſt, quod ibi loquitur de minore alienante.

175 Aſſerenti autem alienationes factas fuiſſe ex cauſa dotis non creditur, niſi etiam oſtendatur pretium verſum in eam cauſam, Pereg. *de fideic. art.* 42. *n.* 79. Gallus *de except. tit.* 2. *except.* 4. *nu.* 93. *par.* 3. vbi dicit grauatum teneri probare tempore venditionis habuiſſe filias nubiles, & nuptui fuiſſe traditas, & pretium alienatorum bonorum in dotem fuiſſe conuerſum. Sufficit tamen apparere de ſolutione facta, licet non eſſet dictum ex cauſa dotis, Rot. Rom. *deciſ.* 478. *& deciſ.* 480. *par.* 4. *in nouiſſ.*

176 Verum Rim.iun. *conſ.* 147. *n.* 20. *lib.* 2. dixit præſumi alienationem factam ex cauſa dotis, ſi facta ſit alienatio, & fœmina ſit dotata.

SVMMARIVM.

1 *Dotis reſtituendæ cauſa fideicommiſſi bona alienari debent, contra n.* 2. *ampl. & decl. per totam q.*

3 *Dotis reſtituendæ cauſa alienari poſſunt fideicommiſſi bona, licet maritus dederit fideiuſſores de reſtituenda dote, decl. num.* 4.

5 *Dotis reſtituendæ cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſunt, licet fideicommiſſum ſit factum ante conſtitutionem dotis, contra nu.* 6.

7 *Dotis reſtituendæ cauſa fideicommiſſi bona alienantur licet tempore dotis datæ adeſſent bona libera, quæ tempore reſtitutionis ſint conſumpta, contra nu.* 8. *ampl. & decl. nu. ſeqq.*

10 *Vxor poteſt retinere bona mariti, donec dos ſibi reſtituatur, decl. nu.* 14.

15 *Dotis reſtituendæ cauſa fideicommiſſi bona alienantur, licet mulier ſciuerit extare fideicommiſſum, & dotem dederit, contra nu.* 16.

18 *Dotis in reſtitutio in bonis fideicommiſſi facienda eſt, etiam ad beneficium hæredum mulieris.*

19 *Dotis reſtituendæ cauſa alienatis bonis fideicommiſſi, non poterit fideicommiſſarius recuperare bona oblato pretio poſſeſſori, vel oblata dote mulieri, cui bona in ſolutum data fuerunt.*

20 *Dotis reſtitutio fieri debet etiã in bonis prohibitis alienari, decl. nu. ſeqq.*

17 *Primogenituræ bona pro reſtitutione dotis alienari poſſunt.*

24 *Dos confeſſata non eſt reſtituenda in bonis fideicommiſſi ſuppoſitis, contra n.* 25. *decl. n. ſeqq.*

27 *Dos confeſſata habet omnia priuilegia dotis, etiam contra creditores mariti, quando lapſa ſunt tempora excipiendæ de dote non numerata.*

30 *Dos reſtitui in bonis fideicommiſſi non debet ſi culpa mulieri imputari poteſt non exigendo dotem à marito, vel illam ſoluendo, ſi in dies maritus vergebat ad inopiam, decl. nu. ſeqq.*

38 *Dos reſtitui non debet in fideicommiſſo conſtituto à matre, & auo materno, n.* 39. *contra decl. n. ſeqq.*

33 *Dos reſtitui non debet in bonis fideicommiſſi ſi extant bona libera, in quibus dos poteſt reſtitui.*

41 *Dos reſtitui non poteſt in fideicommiſſo conſtituto à deſcendente.*

42 *Dos quæ reſtitui poteſt in bonis fideicommiſſi, erit ſolum reſtituenda in portione mariti, non in portione quam ille habuit à cohærede ex fideicommiſſo reciproco.*

35 *Dotis augmentum non habet priuilegium, quod in bonis fideicommiſſi reſtitui debeat, decl. n. ſeqq.*

43 *Vxor pro dotis reſtitutione tenetur recipere in ſolutum bona fideicommiſſi, ſi non inueniantur emptores.*

44 *Dos vxoris ab hærede mariti debet reſtitui in pecunia nec poſſunt dari bona in ſolutum, decl. ibid.*

QVÆSTIO DXXXII.

Pro reſtitutione dotis, fideicommiſſi bona vtrum alienari poſſint?

POSTQVAM vidimus in præcedenti, an pro 1
conſtitutione dotis poſſint fideicommiſſi bona alienari? In præſenti videndum eſt, an reſtitutio dotis habeat priuilegium, vt in eiſdem fideicommiſſi bonis ſit reſtituenda, vel per alienationem bonorum, vel per dationem inſolutum? receptiſſima autem eſt omnium ſententia, dotem in fideicommiſſi bonis eſſe reſtituendam, vt in ſpecie ſcribunt Gloſ. *in auth. res quæ*, & ibi Bart. *q.* 2. Io. Faber. *poſt principium*, Iaſ. *num.* 29. Corn. *nu.* 12. Curt. iun. *nu.* 11. & Padill. *nu.* 47. *C. commun. de legat.* Ripa *in l. filiusfamilias*, *§. Diui*, *nu.* 76. *ff. de legat.* 1. Pariſ. *in l.* 1. *num.* 163. *ff ſolut. matrim.* Cagn. *in l. vlt. n.* 273. *C. de pact.*

Et conſulendo, Anan. *conſil.* 61. Paul. Caſt. *conſ.* 15. *col.* 1. *& conſ.* 356. *nu.* 4. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 67. *nu.* 4. *lib.* 4. Corn. *conſil.* 120 *lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 157. *col.* 1. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 189. *nu.* 1. *& conſil.* 376. *n.* 11. Curt. iun *conſ.* 59. *n.* 2. Gozad. *conſ.* 97. *n.* 10. Ruin. *conſ.* 89. *n.* 41. *& conſ.* 137. *n.* 17. *lib.* 2. Silu. *conſ.* 90. *n.* 11. Rub. Alex. *conſ.* 78. *n.* 1. Burſat. *conſ.* 179. *nu.* 12. *& ſeq. li.* 2. Gerard. Mazol. *conſ.* 119. *n.* 32. *& ſeq.* Mantu. *conſ.* 291. *nu.* 15. P. Ant. Anguſc. *conſil.* 55. *lib.* 6. Crauet. *conſ.* 291. *n.* 5. *in fi. & conſ.* 588. *n.* 12. Ceph. *conſ.* 117. *n.* 10. *conſ.* 261. *n.* 23. *lib.* 2. *conſ.* 344. *num.* 8. *&* 34. *lib.* 3. *conſ.* 474. *& conſ.* 574. *num.* 9. *lib.* 4. Franc. Becc. *conſ.* 54. *per totum*, Rimin. iun. *conſil.* 561. *n.* 35. *lib.* 5. *& conſ.* 812. *n.* 43. *& ſeq. libr.* 7. vbi de communi opinione teſtatur Rol. à Vall. *conſil.* 18. *n.* 11. *& conſil.* 20. *col.* 1. *lib.* 4. Menoch. *conſil.* 7. *n.* 5. *conſil.* 33. latè, vbi articulum diſputat, & teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, quod etiam dixit *conſil.* 318. *n.* 35. *&* 37. Decian. *conſ.* 81. *n.* 26. *lib.* 2. Marcus Ant. Eugen. *conſil.* 54. *nu.* 50.

Et in Tractatibus, Campeg. *in tract. de dot. par.* 1. *qu.* 80. *n.* 5. *verſ. vigeſimo ſecundo*, Didac. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. *num.* 10. Bald. Nouell. *tract. de dote, par.* 6 *priuil.* 13. *nu.* 2. Pap. *in form. libell. quo agitur ex ſubſtitutione*, *in Gloſ. ac fideicommiſſum*, *num.* 8. Marzar. *incipit. de fideicomm. q.* 48. *verſ. contrariam*. Ludou. Molin. *lib.* 4. *de Hiſpan. Primog. cap.* 6. *n.* 7. vbi ſcribit eſſe communem opinionem. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 8. *num.* 349. vbi de communi opinione teſtatur, Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 190. vbi ſcribit eſſe receptam ſententiam, *& de arbitr. iud. caſ.* 182. *num.* 69. vbi pariter dicit eſſe receptam ſententiam, Villal. *com. opin. in verb. alienari*, *num.* 8 *& num.* 87. Sim. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 4. *dubit.* 12. *fol.* 438 *num.* 15. 19. *&* 33. Peregr. *de fideicom. art.* 42. 1. 3. *&* 81. vbi dicit ita communiter in practica ſeruari, Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt.* 57. *n.* 4. vbi aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem, Coſtan. Roger. *in tract. de dote rub. dos conſtit. nu.* 10. 11. *&* 51. *verſic.* 23. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 73. *nu.* 340. Carpan. *ſuper Statutis Mediol. cap.* 434. *num.* 45. *& ſeq.*

Et in deciſionibus, Caualcan. *deciſ.* 81. *nu.* 107. *part.* 3. vbi dicit eſſe veriorem, & magis communẽ opinionem, Milan. *deciſ.* 7. *n.* 43. *par.* 1. Surd. *dec.* 62. *n.* 1. *&* 2. vbi ſcribit,

bit eſſe communem opinionem, Viu. *lib. 1. deciſ.* 18. *n.* 8. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *num.* 76. *& ſeqq.* Theſaur. *deciſ.* 151. De hoc etiam eſt tex. ſatis apertus *in auth. res quæ. & in corpore vnde ſumitur*, dum agitur ibi de donatione propter nuptias, in qua minor viget ratio, quam in dotis reſtitutione, cum in ea mulier agat de lucro, & in dote de damno.

2 Diſſentiunt tamen alij, volentes dotes nullum habere priuilegium in bonis fideicommiſſi, quando agitur de earum reſtitutione, Ang. *in d. auth. res quæ, n.* 29. *C. comm. de legat.* Alciat. *in l.* 1. *nu.* 65. *ff. ſol. matrim.* Iaſ. *conſil.* 231. *nu.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 23. *n.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 123. *nu.* 13. *& conſ.* 137. *n.* 18. *in fine, lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 51. *n.* 34. *& conſil.* 63. *num.* 46. *lib.* 2. Alciat. *conſil.* 555. *numer.* 3. Socin. iun. *conſil.* 119. *num.* 7. *lib.* 2. Feder. Scot. *reſp.* 17. *num.* 8. *lib.* 4. *tom.* 1. *& reſp.* 4. *num.* 19. *lib.* 1. *tom.* 2. Rimin. iun. *conſil.* 23. *num.* 326. *lib.* 1. Ant. Gub. Coſtan. *in tract. de dot. cap.*.... *num.* 15. Fachin. *lib.* 4. *Controu. iur. c.* 47. vbi hanc defendit ſententiam, & reſpondet fundamentis diſſentientium.

Primam teneo opinionem, à qua hodiernis temporibus temerarium eſſet conſulendo, & iudicando recedere, eſt enim receptiſſima, & in practica eam ſemper vidi ſeruari, remota prorſus omni dubitatione; eſt etiam verior, & probatur lege, & rationibus; Primò probatur *in §.* 1. *in verbo, audierunt, & in §. Sancimus, in auth. de reſtit. & ea quæ parit in vndec. menſ.* in quibus iuribus colligitur agi de reſtitutione dotis, vt egregiè deducit Menoch. *d. præſumpt.* 190. *in primo, & ſecundo argumento.* Secundò facit ratio, per quam Iuſtinianus motus fuit ad conſtituendum, quod fideicõmiſſi bona poſſint alienari dotis cauſa, quæ fuit, quia ea, quæ communiter omnibus proſunt, præponi debent his, quæ ſpecialiter aliquos iuuant, at publicè intereſt dotes mulieribus ſaluas eſſe, vt nuptias contrahere poſſint, quibus nihil eſt in hominum vita vtilius, vt quæ ſolæ homines procreare, & producere poſſunt, & hæc ratio habet locum tam in dotis conſtitutione, quam in reſtitutione, ergo &c. & ita vltra alios arguunt Menoch. *d. præſumpt.* 190 *nu.* 8. Eugen. *conſil.* 54. *n.* 23. & Peregr. *d. art* 42. *num* 5. Surdus *d. deciſ.* 62. *n.* 22. *verſ. Quarta ratio, & num. ſeqq.* Tertiò accedit alia ratio, quod præſumi debeat teſtatorem velle hæredem ſuum eſſe facturum, quod ipſe feciſſet, ſi viuus eſſet, *l. cum ſeruus verſi. nam quod, ff. de condit. & demonſtr.* Atqui ſi pater viueret filio nubenti conſenſum præſtaret, & dotem ſuper bonis ſuis aſſecuraret, immò ſi recuſaret, compelli poſſet ad eam aſſecurandum, Bart. *in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, num.* 7. & ibi alij *ff. ſolut. matrim.* præcipuè Alexand. *nu.* 5. *& ſeq.* vbi etiam dicunt, quod pater ſimpliciter conſentiendo matrimonio, cenſetur ſe obligare pro dote reſtituenda, & hanc eſſe communem opinionem, dixit Surd. *deciſ.* 62. *num.* 33. & hanc rationem in ſpecie adducunt, Caſtr. Dec. Bald. Nouell. Curt. iun. Natt. & Roland. à Valle, quos refert & ſequitur Menoch. *d. conſil.* 33. *n.* 23. addo Surd. *loco proximè citato, num.* 12. *vſque ad num.* 20. *& num.* 32. Alia fundamenta deduxit Menoch. *d. conſil.* 33. *& d. præſumpt.* 190. in quibus locis etiam reſpondet ad omnia argumenta diſſentientium, & idem fecit Surd. *deciſ.* 62. & Ceph. *conſil.* 574.

3 Ampliatur primò communis ſententia, & ſi maritus dedit fideiuſſores de dote reſtituenda, nam & tunc in fideicommiſſi bonis erit reſtituenda, nec mulier tenebitur agere contra fideiuſſores, Iaſ. *in d. auth. res quæ num.* 32. *verſ. decimoquinto extende,* & ibi Curt. iun. *num.* 38. Padill. *n.* 49. *&* 50. & Cardin. Alban. *n.* 2. *C. commun. de legat.* Paul. Caſtr. *conſ.* 15. *circa ea quæ ſuperius, nu.* 2. *& conſ.* 80. *quia per ſuprascriptum eximium, in fine, libr.* 1. Ruin. *conſil.* 199. *num.* 11. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſil.* ... *num.* 5. *lib.* 4. Menoch. *conſil.* 318. *num.* 36. *lib.* ... *& d. præſumpt.* 190. *num.* 29. vbi latè defendit, & reſpondet fundamentis, quæ in contrarium adduci poſſent, Petr. *de fideicomm. qu.* 8. *num.* 351. Peregr. *dict. artic.* 42. *num.* 74. *& ſeq.* Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *numer.* 353. Surd. *deciſ.* 62. *num.* 3.

Verum eſt, quod Petr. *d. quæſtione* 8. *num.* 351. declarat hanc ampliationem procedere, quando fideiuſſores non ſunt ſoluendo & exigi poſſunt, ſed tamen loquitur contra mentem omnium, volunt enim eam non teneri agere contra fideiuſſores. 4

Ampliatur ſecundò, & ſi grauamen fideicommiſſi præcedat dotis conſtitutionem, nam adhuc bona poterunt alienari pro reſtitutione dotis, Padill. *in d. auth. res quæ num.* 48. *C. comm. de legat.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi antea Goſ. Odofr. *numero* 3. Cin. *num.* 4. Bart. *quæſt.* 2. Angel. *numero* 1. Albert. *nu.* 2. Caſtr. *num.* 4. Faber. *num.* 1. Salicet. *numero* 4. Corn. *numer.* 5. *ad finem,* & Iaſ. *numero* 19. Crott. *in l. filiofamilias, §. Diui num.* 168 *in fine, & num ſeq.* Iacob. de Beluiſ. *in d. auth. de reſtit. col.* 4. *quæſt.* 5. & ibi Bart. *nu.* 5. Paul. Caſtr. *in l. mulier, §. cum proponeretur, nu.* 3. *ff. ad Trebell.* Ripa, *in d. §. Diui, n.* 7.. Rom. *conſ.* 232. & ibi Mand. ſ. *in addit.* Iaſ. *conſil.* 157. *dub.* 1. *lib.* 2. & ibi plenè in addit. Soc. ſen. *conſ.* 75. *numer.* 1. *lib.* 3. vbi teſtatur de communi, Anan. *conſil.* 61. Rub. Alexand. *conſil.* 78. *num.* 1. *& ſeq.* vbi dicit eſſe communem, Bellon. latè *conſ.* 83. *nu.* 5. vbi de communi, Pariſ. *conſ.* 52. *nu.* 34. *lib.* 2. vbi de communi, Alba. *conſ.* 447. *num.* 34. *& conſ.* 503. *num.* 5. Roland. à Valle *conſ.* 37. *num.* 3. *lib.* 4. Ceph. *conſ.* 271. *num.* 22. *& ſeq.* Burſat. *conſil.* 180. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 2. vbi latè defendit, & dicit eſſe magis communem opinionem, *conſil.* 174. *nu.* 81. *& conſil.* 179. *num.* 82. *ſeqq.* Eugen. *conſil.* 54. *num.* 3. vbi latè, & de communi, Dec. *conſ.* 376. *num.* 1. qui pariter dicit eſſe communem opinionem, Curt. iun. *conſil.* 59. *num.* 2. Cephal. qui alios multos addit, *conſ.* 474 *n* 9. vbi ſcribit eſſe veriorem, & communiorem ſententiam Chriſtoph. Tornol. *conſ.* 22. *num.* 25. Menoch. latè comprobat, *conſ.* 33. *lib.* 1. *& de arbitr. caſ.* 182. *in fine, & dict. præſumpt.* 190. Did. *lib.* 3. *variar reſolut. cap.* 6. *n.* 10. *verſi. quarto non tantum.* Peregr. *de fideicomm art.* 42. *n.* 81. Petr. *d. qu.* 8. *num.* 352. *& n.* 383. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *nu.* 61. *parte* 3. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *n.* 91. vbi dicit hodie hanc opinionem eſſe veriorem & communiorem, Surd. *deciſ.* 62. *num.* 2. & alij omnes *relati ſupra num.* 1. Licet in hoc caſu plures diſſentire 6 referat Petr. *dict. quæſt.* 8. *num.* 382. & hi ſunt, qui tenent contra communem *relati ſupra num.* 2. & plures etiam diſſentire adduxit Marzar. *de fideicomm. q.* 48. *verſic. at verò*, & præcipuè contrarium tenent Angel. *in d. cap. quamobrem, n.* 4. *in auth. de reſtit. &c.* Iaſ. *in d. auth. res quæ, n.* 9. *& conſ.* 231. *num.* 4. *lib.* 2. Alciat. *in l.* 1. *num.* 65. *ff. ſoluto matrim.* Ruin *conſ.* 123. *nu.* 15. *& conſ.* 136. *nu.* 18. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 52. *nu.* 34. *& conſ.* 63. *colum. penult. lib.* 2. Alciat. *conſ.* 555. *in fine*, ſecundum antiquam impreſſionem, Soc. iun. *conſ.* 119. *n.* 3. *lib.* 2. Rim. iun. *conſ.* 23. *n.* 325. *lib.* 1. Feder. Scot. *reſp.* 17. *n.* 8. *lib.* 4. *tom.* 1. *& reſp.* 4. *n.* 29. *lib.* 1. *tom.* 2. Marzar. *in Epit. de fideicom. q.* 48. *verſ. contrarium*, vbi dicit hanc opinionem Florentiæ eſſe canonizatam Villal. *in ſuis commun. opin. in verb. alienatio prohibita.*

Et prima opinio quæ retinenda eſt procederet, & ſi poſt mortem patris fideicommittentis filius dotem recepiſſet, Anan. *conſ.* 6. *n.* 3. Iaſ. *conſ.* 231. *n.* 9. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſ.* 23. *n.* 3. *lib.* 3. vbi latè Rubeus Alex. *conſ.* 78. *in princ.* Curt. iun. *in d. auth. res quæ, n.* 11. *& ſeq.* Did. *d. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 10. *verſ. quar.* Petr. *d. q.* 8. *n.* 383. Pereg *d. art.* 42. *n.* 81.

Quod ſi teſtator, qui fecit fideicommiſſum dotem

 acce-

accepiſſet pro filio, ſine dubio reſtitutioni dotis non noceret, quod bona poſtea eſſent fideicommiſſo ſuppoſita Ludou. Molin *lib. 4. de Hiſpan. Primogen. cap. 6 num.* 14. ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 190. *num.* 28. & eſt de mente omnium.

7 Ampliatur tertiò, & ſi tempore datæ dotis aderant bona libera, quæ tempore reſtitutionis ſint conſumpta, nam & tunc mulier agere poterit cõtra bona fideicommiſſi pro dote ſua conſequenda. Paul. Caſtr. *in d. auth. res quæ nu.* 11. vbi dicit hunc caſum Florentiæ eueniſſe & ita conſultum fuiſſe, & iudicatum, ſequitur ibid. Iaſ. *col. vlt. verſ decimoquarto limita, C. comm. de legat.* Cagn. *in l. vltima nu.* 273. *C. de pact.* Opiz. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num.* 148. *ff. de legat.* 1. Et conſulendo, Paul. Caſtr. *conſ.* 15. *circa ea quæ ſuperius, & conſil.* 80. *quia per ſupraſcriptum extimum. col. 2. & conſil.* 219. *viſis, libr.* 1. Dec. *conſ* 519. *ante nu.* 7 Iaſ. *conſ.* 157. *dub. 3. lib.* 2. & ibi adden. Gozad. *conſ.* 97. *nu.* 10. Curt. iun. *conſ.* 5 . *nu.* 9. vbi communem eſſe opinionem dixit Crauet. *conſil.* 291. *in fine,* Natt. *conſil* 61. *nu.* 4. Roland. a Valle *conſil.* 58 *n.* 44. *lib.* 1. Franc. Becc. *conſil.* 54. *num.* 2. vbi teſtatur de communi opinione; Feder. Scot. *reſp.* 4. *nu.* 30. *lib.* 1. *tom.* 2. Decian. *conſ.* 18. *nu.* 27. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 33 *nu.* 38. *verſ. ſecundus eſt caſus, lib.* . Eugen. *conſil.* 54. *nu* 7. Hieron. Gabr. *conſil.* 11. *n.* 15. & 18 *lib.* 2. Burſat. *conſil.* 174. *n.* 31. *lib.* 2. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Petr. *de fideicomm qu.* 8. *num.* 3 2. & *nu.* 457. *verſ. ſecundo caſu,* Intrig. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 579. & *ſeqq.* Præt. *de interpret. vltim. volun. fol.* 437 *num.* 15. Caualcan. *deciſ.* 81. *num.* 167. *parte* 3.

Ratio, eſt quia vt dicunt Doctores relati, nil poteſt mulieri imputari, ſi bona ſint conſumpta, nec conſiderandum eſt, tempore datæ dotis ad fuiſſe bona libera, cum non tempus dationis dotis, ſed reſtitutionis conſideretur, ad videndum, an ex fideicommiſſo bona ſint reſtituenda? ita poſt Caſtr. & alios dixit Menoch. *dict. conſ.* 33 *nu.* 38. *verſ. ſecundus eſt caſus,* Becc. *d. conſ.* 54. *n.* 2. Maximè ſi mulier ignoraſſet fideicommiſſum, quia non eſt conueniens, quod mulier remaneat dote ſua priuata ob hanc ignorantiam, Decian. *dict. conſ.* 18. *nu.* 27. *lib.* 2. vbi alleg. *d. auth. res quæ. & §. audierunt, in auth. de reſtit. & ea quæ part. in vnd. menſe.* Nec conueniens eſt, quòd culpa mariti in conſumendo bona noceat vxori, cum culpa debeat tenere ſuos authores, *l. non debet ff. de regul. iur. l. ex duobus, ff. de negot geſt. l.* 1. *ff. de alien. iud. mut. cauſ.* Accedat, quod fauore mulierum emanauit prouiſio, quod fideicommiſſi bona poſſint alienari, vt facilius nubere poſſint, non ergo ex facto mariti debet tolli, quod earum fauore inductum fuit. Quæ etiam confirmantur, quia teſtator tenebatur bona ſua obligare pro reſtitutione dotis, vt dictum fuit ſupra *ante num.* 3.

8 Cæterum alij fuerunt in contraria ſententia; quod ſi maritus dilapidauit legitimam, & Trebellianicam, quod mulieri non competat beneficium conſequendi reſtitutionem dotis in bonis fideicommiſſi, ita Corn. *in d. auth. res quæ, nu.* 12. vbi dicit eſſe de mente Baldi *in locis prætactis,* & ibi Iaſ. *ad finem,* Soc. ſen. *d. conſ* 75. *nu.* 7. & 8. Gozad. *conſ.* 95. *nu.* 12. Rimin. ſen. *conſ.* 115. *nu.* 7. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *n.* 46. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſil.* 27. *libro* 4. Alciat. *conſil.* 69. *libr.* 9. & ſecundum antiquam editionem, *conſ.* 555. *in fine,* Peregr. *de fideicom. art.* 41. *n.* 13. & *ſeqq.* & hanc ſequitur etiam Menoch. in caſu, in quo extant bona alienata apud tertios poſſeſſores, ſecus ſi eſſent omnino conſumpta. ita *dict. præſumpt.* 190. *num.* 45. & *ſeq.*

Adducitur pro hac ſententia primo tex. *in d. §. quemadmodum in auth. de reſtit. & ea quæ par.* vbi patet tenetur de fideicommiſſo excipere tantam partem, quæ pro dotis reſtitutione ſufficiat. Et dum ibi Iuſtinianus non abſolutè dicit pro reſtitutione alienari poſſe bona fideicommiſſi, ſed bene limitatiuè, voluit tantam partem excipi, quæ ſufficiat, quæ eſt legitima, & Trebellianica, dicendum eſt non omnia bona remanere obligata ad dotis reſtitutionem, ſed tantum ea pars, quæ fuit relicta libera filio, cum maximè nec pater cogatur pro dote vxoris filij obligare omnia bona, ſed ſatis ſit, quod eam aſſecuret ſuper tanta parte, quæ ſufficiat ad dotis reſtitutionem, vt per Bart. & alios in *dict. l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. de iur. dot.*

Confirmantur prædicta, quia remedium *dict. auth. res quæ,* eſt ſubſidiarium, vt ibi per Doct. & dictum eſt in præcedenti quæſt. & inferius etiam dicetur, dum ergo extant bona libera, fideicommiſſi bona alienari non debent. At hic pro bonis alienatis à marito, & obligatis mulieri, ipſa habet actionem contra eum, quæ actio eſt loco rei *l. qui actionem ff. de reg. iur.* non ergo retineri, vel alienari poterunt bona fideicommiſſi hypothecata ſolum in ſubſidium, quando maritus non habet bona libera, & ita arguit Menoch. *d. præſumpt.* 150. *num.* 45. & *ſeq.* 9

Ego procliuior ſum in primam opinionem, quam etiam habui in practica in vna de Ponteuicis, pro dote vxoris D. Pauli Ponteſici, & conſului clientem meum ne ſuper hoc contenderet, quia autem pars dotis erat adhuc marito ſoluenda, qui dilapidarat bona, cenſui bonum eſſe facere intimationem vxori de fideicommiſſo de dilapidatione bonorum facta à marito, & ne ſoluere, niſi facta ſibi cautione, & ita factum fuit.

Extenditur hæc ampliatio, vt ſit in electione mulieris agere contra bona fideicommiſſi, vel contra tertium 10
poſſeſſorem bonorum, quæ erant libera tempore dotis datæ Anan. *conſ.* 61. Paul. Caſtr. *conſil.* 219. *circa finem libri* 1. Iaſ. *conſ.* 157. *colum.* 1. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 519. *colum. vltim.* Curt. iun. *conſ.* 59. *nu.* 7. 8. Ruin. *conſil.* 137. *colum. vlt. lib* 2. Eugen. *conſil.* 54. *n.* 4. vbi teſtatur de communi opinione. & *per totum,* Peregr. *d. art.* 41. *num.* 18. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *nu.* 583. vbi dicit eſſe receptiorem ſententiam, & ita Brixiæ fuit iudicatum in vna de Luzzagis, idem tenet Menoch. *conſ.* 33. *col vlt.* & *de arbit. iud. caſ.* 182. *ad finem,* poſſet enim eſſe ditior aduerſarius tertius poſſeſſor, nimirum ſi mulier non debet pati hoc detrimentum, vlterius facilius erit vxori inſiſtere in poſſeſſione bonorum à marito poſſeſſorum tempore eius mortis pro ſua hypotheca dotali, quod facere poteſt, Caualcan. *de vſufr. mul. relic. num.* 200. & *ſeqq.* Ludou. *deciſ. Peruſ.* 12. *dubio ſecundo,* & *deciſ.* 61. *num.* 2. & *ſeqq.* Cephal. *conſ.* 98. *num.* 32. Caroc. *deciſ.* 21. *num.* 7. vbi de communi teſtatur. Accedat quod vxor dedit dotem contemplatione omnium bonorum, *l. electio, § vlt. ff. de noxa iunctis not. in l. ſtipulatus, §.* 1. *ff. de fideiuſ.* Et pater tenetur ſe obligare & bona ſua pro dote filij, Bart. *in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur ff. ſol. matrim* & hæc obligatio inhæret bonis patris ſi poſt eius mortem ducat vxorem, arg. *l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum ff. de liber. agnoſ* Cin. *not in l. alimenta, in fine, C. de negot. geſt.* Et ſic vxor habet obligata non ſolum bona libera, ſed etiam bona fideicommiſſi pro dote ſua, licet ſtantibus liberis non alienatis, non poſſit contra fideicommiſſaria agere, & ita arguit Paul. *dict. conſilio* 219. *in fine libr.* 1.

Contra tamen, quod prius ſit conueniendus tertius 11
poſſeſſor bonorum liberorum, & in ſubſidium capienda eſſe bona fideicommiſſi, dixerunt Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 356. *primo videndum vltimo dubio, lib.* 1. Socin. ſen. *d. conſ.* 75. *col.* 2. & 4. *lib.* 1. Menoch. *d. præſumpt.* 190. *nu.* 45. Franc. *deciſ.* 519. vbi dicit ita obtinuiſſe.

Verum

12 Verum tamen eſt, quod fideicommiſſarius, qui reſtituit dotem in bonis fideicommiſſi, agere poterit contra tertium poſſeſſorem bonorum liberorum mariti grauati, Curt.iun.*conſil.59.num.*8.Ruin.*conſil.* 137. *col. vlt. libr.*2.Menoch.*conſ.*33.*col.vlt. & de arbit.iud.caſ.*282.*in fine*,Peregr.*d.art.*42.*n.* 18. vbi dicit ita tutius eſſe, quòd mulier cedat iura ſua, & quod ex iuribus ceſſis agat fideicommiſſarius, Petr. *d.quaſt.*8.*numero* 458.& ita cóſului in vna de Luzzagis condemnatis reſtituere dotem vxori patrui grauati in bonis fideicommiſſi, vt facerent ſibi cedere iura hypothecæ dotalis & ex iuribus ceſſis agerent contra tertios poſſeſſores bonorum liberorum.

13 Declaranda tamen eſt hæc ampliatio, quando mulier expreſsè conſenſiſſet marito dilapidanti bona libera; nam tunc ſibi eſſet imputandum, vt ſenſit Iaſon *in d.auth.res quæ, in fine*, ſequuntur Petr.*de fideicomm.q.* 8. *nu.*458.*verſic.& pro hoc facit*,Menoc. *d. præſumpt.* 190. *n.*46.*in fine, & conſ.*1127.*n.*21.*& ſeqq.lib.*12.

14 Ampliatur quartò, & ſi tempore datæ dotis grauatus conſumpſiſſet omnia bona libera, & remanebant ſolum fideicommiſſum ſubiecta, ita Corn. *d. auth. res quæ,col.*3.*C.commun.de legat.*Curt.iun.*conſ.* 59.*n.*3. *verſ. tota igitur*,Roland.à Valle *conſ.*58.*in fine lib.* 1. Menoc. *conſ.*33.*n.*38.*verſ.tertius eſt caſus, & conſ.*318.*n.*36.Peregr.*de fideicomm.art.*42.*numer.*16.Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol.*437.*num.*15.*&* 16.

15 Ampliatur quintò, ſiue mulier ſciuerit, ſiue ignorauerit bona eſſe fideicommiſſo ſubiecta, nam & tunc pro conſequutione ſuæ dotis poterit agere contra bona fideicommiſſi. Anan. *conſil.*61.*in tertio dubio*, & ibi Bologn.Alex.*conſ.*67.*n.*4.*lib.*4. Menoc.*conſil.*33.*nu.* 35. *lib.*1.Burſat.*conſ.*172.*n.*14.*lib.*2. vbi dicit eſſe communem, Ripa *in l.filius familias,§.Diui,n.*77.*ff de leg.*1.Did. *lib.*3.*variar.reſol.c.*6.*nu.*10. *verſ.quarto non tantum, ad medium*, Peregr.*de fideicom.art.*42.*nu.*17. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, nec vnquam Paduæ de hoc controuerti vidiſſe,Surd. *d. deciſ.*62. *num.*35.*verſic.nec poteſt, & nu.ſeqq.* & hæc opinio in practica Brixiæ ſeruatur, quam etiam probauit Senatus Pedemontanus, teſte Theſauro *loco infra ſtatim citato*; & hæc ſententia mihi etiam probatur, nam ob publicam vtilitatem conſtitutum eſt, vt fideicommiſſi bona alienentur dotium cauſa, vt dictum eſt, nimirum ſi non debet eſſe illatum præiudicium mulieri, ſi ſciens fideicommiſſum extare ſoluit dotem, ſciebat enim ſimul bona eſſe obligata deficientibus bonis liberis mariti: ſunt enim mulieres fragilis conſilij, & imbecillis,*l.ſi mulier,ff.ad Velleian.l.ſi pater, C.de ſponſal.*Tiraquel.*de legib. connub.leg.*1.*gloſ.*1.*part.*1.*num.*70. *& ſeq.* propterea eis ſubueniendum eſt, cum etiam non ſit in poteſtate teſtatoris prohibere, quod dotis cauſa fideicommiſſi bona alienentur vt dicam in vltima ampliatione, & ſi non poteſt teſtator hoc prohibere, non poſſet nec matrimonium impedire, nec obligationem ſuorum bonorum ad dicta ſupra in rationibus pro principali, & communi opinione conſideratis, quæ & habent locum ſuppoſita ſcientia fideicommiſſi in muliere.

16 Cæterum in contraria opinione fuerunt alij, quando mulier ſciuit fideicommiſſi conditionem, vt non poſſit hoc caſu mulier retinere, vel alienari facere bona pro reſtitutione ſuæ dotis, ita in ſpecie Curt. iun.*d. auth. res quæ,num.*11.& ibi Padill.*nu.*6.*& n.*118.vbi refert Alex. Claud Corn.Iaſ.& Opiz.Soc.ſen.*cóſ.*13.*col.*1.*lib.*3.Crauet. *in ſecundo reſp pro genere, numero* 59. *&* 64. Burſat. *conſil.*179.*n.*42.*lib.*2.Menoch.*lib.*4.*præſump.*190.*nu.*47. Intrigl.*d.cent.*3.*q.*73.*n.*384.Oſaſch.*deciſ.*73.vbi teſtatur ita iudicatú, Theſaur. *deciſ.*151. vbi teſtatur de cómuni opinione. Adducitur,§.1.*in auth. de reſtit. & ea quæ pariit in vndecimo menſe*, vbi ratio, cur ibi ſuccurratur mulieri eſt ignorantia fideicommiſſi, per quam ipſa fuit decepta, at cum ſcit extare fideicommiſſum, & dat dotem, non poteſt dici decepta, *l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.& cap. ſcienti.de reg.iur. in ſexto*, & non eſt ſuccurrendum ei, qui in neceſſitate ſua ſponte ſe poſuit, *l.ſi fideiuſſor, §.qui neceſſaria,ff. qui ſatiſdare cogan.* Reſpondetur tamen rationem illius legis non fuiſſe ignorantiam mulieris, ſed fuiſſe publicum intereſſe, & fauorem nuptiarum, vt ibidem dicitur ad literam, & hæc ratio eſt generalis tam quando mulier ignorauit, quam quando ſciuit extare fideicommiſſum, & dum in text. agitur de ignorantia mulieris, illa ſunt verba narratiua vxoris, quæ & ignorantiam fideicommiſſi allegabat pro obtinenda dotis reſtitutione; Iuſtinianus autem declarando præcedentem ſuam legem, ſtatuit illam non habere locum, quando agitur de dotium reſtitutione, & tunc loquitur generaliter, & abſolutè: non autem in caſu ignorantiæ cum & ratio ibi expreſſa ſit generalis.

Ampliatur ſextò, vt etiam bona primogenituræ alienari poſſint pro dotis reſtitutione, vt poſt Ludouic. 17
Molin. Melch. Paleaz. Padill. & Albam, ſcribit Menoch. *conſil.* 1127. *numer.*20.Peregrin.*conſil.* 102.*num.* 33.*libr.*4.

Ampliatur ſeptimò, vt mortua vxore tranſmittatur 18
hoc beneficium ad eius hæredes. Bald. *in d.authen.res quæ numero* 11.& ibi Paul.Caſtr.*num.*8.Iaſ.*col.* 9. *&* 10. & Padill.*nu.*70.Gulielm.Benedict. *in cap.Raynutius, in verb.mortua itaque,nu.* 115.*extr.de teſtam.* Crauet.*conſ.* 291.*in fine*. Roland.à Valle *conſ.*85.*n.*33.*lib.*1. Menoch. *conſ.*33.*in fine*.Caſſan.*in conſuet.Burgund.rub.*7.*nu.* 10. Pereg.*d.art.*42.*nu.*41. *& ſeqq.* Ratio eſt, quia iura nobis competentia regulariter tranſmittuntur ad hæredes, *l.hæredem, ff. regul.iur. l. non ſolum, ff. de in integr. reſtitut.*

Ampliatur octauò, vt fideicommiſſarius non poſſit 19
reuocare bona alienata, oblata dote mulieri, cui bona data ſunt in ſolutum, vel oblato pretio poſſeſſori rerum alienatarum, Peregr.*de fideicomm.art.*42.*nu.*23. *& ſeqq.* vbi allegat Paul.Caſtr.Aret.Iaſ. Ruin.& Matz. qui licet loquantur in dotis conſtitutione, tamen ad rem faciunt cum idem dicendum ſit in reſtitutione, & ceſſante mala fide, & concurrente iuſto pretio ſic per conformes fuiſſe iudicatum, teſtatur Pereg.*loco citato*, addés etiam Roger *conſ.*38. etiá quod decretum iudicis nó interueniſſet in alienatione, vel aſſignatione facta mulieri in cauſam reſtitutionis ſuæ dotis. Ratio eſt, quia ſi lex permittit alienationem pro reſtituenda dote, *vt in d.auth. res, quæ, & in corpore vnde ſumitur, & in auth. contra rogatus, & in corpore, C. ad Trebell.* ergo irreuocabiliter, iniquú enim eſset, quod alienatio ritè facta in emptoris præiudiciú fieret irrita, arg.*l.dudum,C.de contrahen. empt.* ſic enim contractus claudicaret, quia emptor non poſset recedere à cótractu, & fideicómiſsarius poſset eú reuocare, & tamen æquitas patitur, vt æqualis ſit omniú conditio, & ne contractus claudicet, *l.ex empto, §.ſi quis à pupillo ff.de act.empt.* Socin.iun.*conſil.*84.*nu.* 27.*libr.*2. Crauet.*conſ.*239.*n.*6. Menoch.*conſ.* 92.*num.*41.*& conſ.* 289.*n.*41. accedente, quod ſi emptor tutus non eſset, facilè euenire poſset contra publicam vtilitatem, quod emptores non inuenirentur, & præiudicatum hoc modo eſset dotibus, quibus tamen Imperator fauere voluit, vt etiam præualeant morientium diſpoſitionibus, ſtatuendo earum fauore fideicommiſsa non nocere, quin & conſtitui, & reſtitui in eis debeant.

Quod ſi alienatio eſset facta in fraudem, & perniciem fideicommiſſi non ſuſtineretur, vt egregiè comprobat Ceph.*conſ.*344.*nu.*20.*& ſeqq.lib.* 3. vbi loquitur

etiam quod decretum interuenerit; id etiam admittit Peregr. d. art. 42. num. 23. & 24.

Colluſio autem & fraus detegeretur tum ex modicitate precij, tum ex rei alienatæ qualitate, quæ ſcilicet fuiſſet pretioſior cæteris, cum tamen pretioſiores conſeruari debeant, ita in terminis Ceph. d. conſil. 344. num. 24. vbi nu. 27. ſubdit faciliorem reddi inciſionem contractus ſi fideicommiſſarij non fuiſſent citati.

20 Ampliatur nonò, & ſi teſtator expreſsè prohibuiſſet alienationem bonorum, nam non impediretur alienatio ex cauſa reſtitutionis dotis, Corn. conſil. 38. n. 5. verſ. placet etiam, lib. 1. Ceph. conſil. 344. num. 8. & conſil. 574. Menoch conſil. 318. nu. 36. Decian. conſil. 18. num. 27. lib. 2. vbi dicit hoc procedere, ſiue prohibita ſit alienatio omnium bonorum, ſiue rei particularis, Surd. latè poſt multos relatos d. deciſ. 62. vbi patet Senatum Mantuanum ita iudicaſſe, & dixi ſupra in dote conſtituenda, quæſt. præcedenti, limit. prima, & alij infra etiam ſtatim citati.

21 Niſi prohibita ſit expreſsè alienatio ex cauſa dotis, ſecundum Angel. in §. quamobrem, in auth. de reſtitut. &c. Ripa in d. §. Diui, nu. 76. & ſeq Pariſ. conſil. 52. nu. 37. libro 2. Burſat. conſil. 179. num 40. & ſeq. lib. 2. Alba. conſ. 354. nu. 11. Menoch. d. conſ. 318. nu. 36. A quo tamen, & benè diſſentit Surd. dict. deciſ. 62. & ita iudicauit Senatus, idem tenent Chriſtoph. Torniol. conſ. 22. nu. 27. Cephal. latè conſ. 574. lib. 4. Iaſ. conſil. 262. nu. 5. & 6. libro 3. cum multis alijs congeſtis à Gallo de except. ſucceſſ. tit. 2.
22 except. 4. nu. 60. & ſeqq. part. 3. Et videnda etiam erunt dicta in quæſt. præcedenti, limit. prima. Ratio autem quare teſtator ex cauſa dotis reſtituendæ prohibere non poſſit alienationem, ea eſt, quia nemo poteſt facere, vt omnes leges habeant locum in ſuo teſtamento. l. nemo poteſt, & ibi Bart. & alij communiter, ff. de leg. 1. Vaſq. latè de ſucceſſ. creat. §. 3. num. 8. 10. & ſeqq. & latius, §. 7. per totum, Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 134. ſolut. 2. per totum.

Et niſi in contractu facta eſſet prohibitio alienationis, quia in bonis ſic prohibitis alienari non poſſet peti dotis reſtitutio, de quo videnda erunt dicta quæſt. præceden. num. 80.

23 Limitatur primò hæc communis opinio principalis, quod fideicommiſſi bona poſſint alienari pro dotis reſtitutione, quando dos eſſet confeſſata, quia tunc bona fideicommiſſi non poterunt alienari, Angel. in authen. de reſtitut. & ea quæ part. num. 3. Soc ſen. in l. 1. nu. 87. & ibi Angel. Aret. num. 7. Pariſ. num. 163. ff. ſolut. matrimon. Opiz. in l. filiusfamilias. §. Diui, num. 146. & ibi Ripa nu. 77. ego in facto ff. de legat. 1. Iaſ. in auth. res quæ. colum. penult. limit. 9. & ibi Curt. iun. num. 41. Padil. num. 120. C. commun. de legat. & conſulendo. Ruin. conſ. 132. in fine, lib. 4. Pariſ. conſil. 52. numero 40. & conſ. 63. nu. 57. libro 2. Purpur. conſil. 395. col. 2. lib. 1. Bero. conſil. 116. in fin. libro 2. Alba conſ. 522. Rub. Alexand. conſ. 78. nu. 2. & 3. Crauett. conſilio 991. num. 9. verſ. eodem, Rolan. à Valle conſ. 20. numero 13. verſic. ſed præmiſſis. libro 4. & conſilio 85. n. 37. lib. 1 Baptiſ. Matria. inter conſil. diuerſ. conſil. 45. n. 25. lib. 1. Ceph. conſil. 472. Peregr. conſ. 53. num. 7. lib. 1. vbi dicit eſſe communem opinionem, & in tract. de fideicom. art. 42. num. 81. Bald. Nouell. tract. de dot. parte 6. princip. priuil. 13. Petra de fideicom. quæſt. 8. num. 380. vbi de communi opinione teſtatur Menoc. lib. 4. præſumpt. 190. num. 50. & ſeq. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 423. n. 15. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 73. n. 387. Cauaican. deciſ. 81. num. 109. Milan. deciſ. 7. nu. 51. par. 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, & ego ſcripſi in conſil. 23. licet ibi dixerim dotem eſſe reſtituendam, in quantum non poſſet apparere confeſſionem eſſe factam in fraudem fideicommiſſi. In fraudem autem diceretur facta, quando non appareret de dotis promiſſione, & poſt matrimonium eſſet factum inſtrumentum dotis confeſſionatæ, maximè accedente alia coniectura fraudis, Peregr. art. 42. num. 83. in fine.

Ratio huius limitationis eſt, quia priuilegium, quod alienentur fideicommiſſi bona; competit ſolum pro dote vera, & propria, ad tradita per Gloſ. in l. aſſiduis, in verb. dote, & ibi per Bald. nu. 9. C. qui potior. in pign. hab.
Quæ voluit, quod introducta pro dote contra iuris re- 24
gulas habeant locum ſolum in dote vera, non in confeſſata, & ideo prælationem hypothecæ non competere pro dote confeſſata, & Gloſ. ſequuti ſunt multi citati à Padil. in d. auth. res quæ, num. 20. præcipuè Soc. ſen. in l. 1. n. 87. & ibi Ripa num 11. ff. ſol. matrim. Iaſ. in §. fuerat, num. 15. & ibi Iaſ. n. 26. inſtit. de act. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num. 88. C. de reuoc. donat. & de retr. ligna. §. 1. gloſſ. 48. n. 82. Bellon. conſil. 86. nu. 13. vbi de communi: ergo pariter dos confeſſata nō habebit priuilegium, quod fideicommiſſi bona poſſint alienari contra iuris regulas, & ita vltra alios arguunt Padill. & Menoch. locis citatis. Nec debet eſſe in facultate grauati his confeſſionibus euertere fideicommiſſa, & præiudicare ſubſtitutis, vt dicit Peregr. d. art. 42. num. 83.

Contrariam ſententiam quod diſpoſitio d. auth. res 25
quæ, habeat locum in dote confeſſata, tenent Burſat. conſil. 174. num. 31. in fine, libro 2. alios refert Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. nu. 68. parte 3. & Milan. d. deciſion. 7. num. 51.

Sublimitatur primò, quandò eſſemus in caſibus, quod 26
confeſſio dotis receptæ præiudicaret marito, & creditoribus, vt quia lapſum eſſet tempus decennij datum ad opponendum hanc exceptionem, Opiz. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 146. & ibi Ripa nu. 77. ff. de legat. 1. Padill. in d. auth. res quæ, n. 120. in fine, Rub. latè conſil. 78. num. 9. & ſeqq Rolan. à Valle conſil. 85. num. 42. libro 1. vbi de communi, & conſil. 20. n. 13. verſ. ſed præmiſſis, lib. 4. Ceph. latè conſilio 474. Petr. de fideicommiſſ. q. 8. num. 380. verſ. Secundus eſt, Menoch. d. præſumpt. 190. nu. 51. Intrigl. d. centur. 3. q. 73 num. 388. Peregr. de fide commiſſ. art. 42. num. 83. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. numer. 67. part. 3. Milan. d. deciſion. 7. Ratio eſt, quia dos
confeſſata habet omnia priuilegia dotis, etiam aduer- 27
ſus creditores mariti, quando lapſa ſunt tempora exceptionis non numeratæ dotis, Bart. in l. aſſiduis, col. vltima C. qui pot. in pign. hab. Affict. deciſ. 402. Boer. deciſion. 330. colum. 3. vbi teſtatur de communi, Crauet. conſ. 40. column. 2. & conſil. 48. colum. 2. in fine, Roland. à Valle conſil. 85. colum. vlt. lib. 1. conſil. 20. dubio ſecundo, & conſil. 74. lib. 4. Menoch. lib. 3. præſumpt. 12. & 13. in quibus etiam locis agit, quando dos confeſſata præiudicet marito, & quando eius hæredibus, & quando creditoribus.

Contrariam tamen ſententiam, vt confeſſio non no-
ceat ad præiudicium fideicommiſſarij, & ſi lapſa ſint 28
tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, probauit Pariſ. conſil. 52. colum. vlt. lib. 2. & ante eum Aret. in d. l. 1. col. 7. & ibi Socin. ſen. col. 17. verſ. Tertia concluſio ff ſolut. matrim. Iaſ. in d. authen. res quæ nu. 33. limit. 9. ſequitur Alba. conſil. 522. numer. 11. quæ opinio etiam mihi magis probatur, ne ſit in facultate grauati ſubuertere fideicommiſſum in præiudicium ſubſtituti, ad quod plurimum poſſent coniecturæ fraudis, vt ſi conſtante matrimonio ſit facta confeſſio, maximè eo tempore, quo maritus non ſperabat habere filios, vel confeſſio tantæ dotis non ſit veriſimilis attenta conditione vxoris, vel facta ſit confeſſio, dum odium eſſet inter grauatum, & fideicommiſſarium. Et è contra admitterem primam opinionem, ſi extarent coniecturæ

veriſimiles,

veriſimiles, quod dos verè fuerit numerata, vt dixi etiã *d.conſ.*23. & ſtatim ſubijciam.

Sublimitatur ſecundò, quando extarent veriſimiles coniecturæ, quod verè dos fuerit numerata, nam tunc haberet priuilegium, licet eſſet confeſſata tantum, Bald. *in l. vnica, col.*3. *C. de priuil. dot.* Burſat. *conſ.*32. *num.* 31. *lib.*1. Ceph *conſil.*474. *num.* 10 vbi dicit veriſimilem eſſe confeſſionem tantæ dotis inſpecta conditione vxoris, & quando de conſuetudine ſolent tales confeſſiones fieri. Intrigl. *d. quæſt.*73. *nu.*390. Surd. *conſ.*290. *num.* 47. *& deciſ.*105. *nu.*7. & ego ſcripſi *d. conſ.*23.

29 Et quando de promiſſione appareret per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam præcedentem legitimam, quia tunc confeſſio dotis receptæ noceret, vt poſt Angel. Roman. Aret. & Bald. Nouell. dixit & benè Rub. *d. conſil.*78. *col. vlt. verſ. tertio.*

Idem eſſet, quando confeſſio eſſet facta alicui tertio qui dotem promiſiſſet, Rub. *d. conſil.*78. *ad finem.*

30 Limitatur ſecundò, quando imputari poteſt culpa mulieri, quæ potuit exigere dotem à marito vergente ad inopiam, & rebus ſuis malè vtente, quod facere potuit, *vt in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim.* & ibi Doct. *& in l. vbi adhuc, Cod. de iur. dot.* nam ſi non prouideat ſibi in cautanda dote, non poterit agere contra bona fideicommiſſi pro dotis reſtitutione. Iaſ. *in d. auth. res quæ, col. vlt. in fin. limitationis* 14 *verſic. quod intellige*, & ibi Padil. *num.*121. *in fine, C. commun. de leg.*..... Pariſ. *conſil.* 63. *numero* 45. *lib.*2. Burſat. *conſil.*179. *numero* 45 *libro* 2. Cephal. *conſil.*344. *numero* 35. Fedet. Scot. *in reſp.*4. *numero* 31. *libro primo tomo* 2. Pert. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *numero* 379. Menoch. *libro* 4. *præſumpt.*190 *num.* 51. Peregr. *de fideicommiſſ. art.*42. *numero* 16. Intrigl. *d. qu.* 73. *num.*391.

31 Quamuis autem & ego viſus ſim approbare hanc communem opinionem *in d. conſil.* 23. nihilominus dura mihi viſa fuit hæc opinio in practica, propter reuerentiam vxoris erga maritum, & ideo in illa cauſa conſului, vt fideicommiſſarij facerent intimationem, & mulieri, & fratri, qui tenebatur ſoluere dotem, ne ſoluerent niſi facta per maritum inueſtitura, ex eo quia bona ab eo poſſeſſa erant fideicommiſſo ſubiecta, & maritus malè vtebatur re ſua, & ita factum fuit. [Et idem de iure Veneto ſtatutum eſt in parte maioris Conſilij 22. Maij 1623. quæ determinat quomodo mulieribus fieri debeat ſolutio pro dotibus datis maritis, & vult prius bona libera eſſe accipienda, poſtea ſuppoſita fideicommiſſis; & ſic ſupponit in ſubſidium alienari poſſe bona fideicommiſſi pro reſtitutione dotium.]

32 Si tamen mulier allegaret ignorantiam fideicommiſſi paterni, non poſſet ei culpa imputari, & eſſe diceretur in iuſta & probabili ignorantia, cum nec teneretur perquirere conditionem mariti, Rip. *in d. §. Dote, nu.* 73. & ibi Crot. *nu.*170. Menoc. *d. conſil.*33. Eugen. *conſil.* 34. *num.*6. Did. *lib.*3. *var. reſol. c.*6 *num.*10. Peregr. *de fideicomm. art.*42. *nu.*16. *ante fin.* Surd. *d. deciſ.*62. *num.*35. *verſic. nec poteſt. & nu. ſeq.* & conferunt dicta à Menoc. *de arbitr. iud. caſ.*182. *col. vlt.*

33 Limitatur tertiò, quando alia extant bona libera, in quibus dos poteſt reſtitui, nam bona fideicommiſſi non veniunt diminuenda; cum & hoc ſit beneficium in ſubſidium conceſſum, Menoch. poſt alios *conſil.*318. *in fin.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit.*2. *excep.*4. *num.*69. *par.*3. Pert. *de fideicomm. quæſt.*8. *num.*459. Peregrin. *de fideicommiſ. art.*42. *num.*66. *& deciſio.*125. vbi ſcribit ita iudicatum, Caualc. *deciſ.*81. *n.*108. *parte* 3. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *num.*98. Surd. *deciſ.*61. *num.*4. & quæ dixi *quæſt. præced. limitatione decima.*

34 Dicenti autem alia bona libera extare, an incumbat onus probandi, dixi *quæſt. præced. limit.*12. *nu.*23. *& ſeq.*

Limitatur quartò in augmento dotis, niſi verè, & realiter factum eſſet, & hoc appareat, Bald. *in d. authent. res quæ, num.*10. & ibi Paul. Caſtr. *num.*7. & Padil. ſenſit *nu.* 121. Rum. *conſ.*199. *lib.*2. Ceph. *conſil.*122 *colum.*2. *lib.*2. Menoch. *d. conſ.*33. *n.*22. *lib.*1. Peregr. *de fide. commiſ. art.* 42. *num.*82. *& ſeq.* Imò dotis augmentum reale factum vltra neceſſitatem rei familiaris, conditionis, perſonarum, & temporis non haberet aliquod priuilegium ſecundum Menoch. *d. conſ.*33. *num.*21. *in fine.* 35

Hoc autem procedit in augmento dotis facto ab vxore, aliud enim dicendum eſſet in augmento dotis facto à marito, quia pro eo non poſſent alienari bona fideicommiſſi, vt ſcribit & bene Burſat. *conſilio* 179. *num.* 16. *lib.*2. 36

Limitatur quintò, quando maritus in dotis receptione dixiſſet, in hypotheca dotali nolle fideicommiſſi bona contineri, Pert. *de fideicommiſſ. quæſt.*8. *num.*369. *& ſeqq.* 37

Limitatur ſextò, in fideicommiſſo materno, vel aſcendenti per lineam maternam, nam tunc pro dotis reſtitutione bona alienari non poſſunt, Socin. iun. *conſ.* 119. *numero* 12. *lib.*2. Rimin. iun. *conſil.*23. *nu.*318. Pert. *de fideicommiſſ. q.*8. *num.*393. Intrigl. *d. cent.*3. *q.*73. *num.* 392. Peregr. *de fideicomm. art.*42. *num.*45. & hanc ſententiam probaui conſulendo deciſiuè ſuper teſtamento, & fideicommiſſo D. Iacobæ vxoris D. Andreæ Poloni de Gauardo; ratio eſt, quia nullibi reperitur ſcriptum, quod mater teneatur aſſecurare dotem nurus ſuæ, ergo, &c. Licet contrarium tenuerit Marz. *de fideicommiſ. quæſt.*48. *in fine.* 38

In ſubſidium autem poſſunt alienari bona fideicommiſſi materni, vel aſcendentis materni, vt ſcribunt Cephal. *conſilio* 574. *in fin. libro* 4. & ita practicaſſe teſtatur 39
Peregr. *d. art.*42. *num.*46. Contra tamen tenent Socin. iun. *conſil.*119. *num.*12. *lib.*2. Pert. *d. q.*8. *nu.*393. Peregr. *conſil.*102. *num.*33. *& ſeqq. lib.*4. per dictam rationem, quod ex aliquo iure non apparet matrem teneri aſſecurare dotem nurus ſuæ. 40

Limitatur ſeptimò, in fideicommiſſo conſtituto à deſcendente ad beneficium aſcendentis, quia illud non erit obligatum pro reſtitutione dotis nouercæ, ita poſt alios relatos ſcribit Peregr. *d. art.*42. *num.*48. ea ratione, quia filius non tenetur aſſecurare dotem nouercæ, ſicuti nec matrem, vel auiam dotare, *l. tutor ſecundum, §. vlt. ff. de adminiſtr. tut. l.*1. *§. præterea, ff. de tut. & rat. diſtr.* 41

Limitatur octauò, vt non poſſint alienari pro reſtituenda dote, niſi pro portione relicta grauato, & ideo in portione relicta cohæredi, & eidem ex reciproco fideicommiſſo peruenta, non poſſet habere locum diſpoſitio *d. auth. res quæ*, vt ibidem dicit Angel. *in princip.* quem refert, & ſequitur Peregrin. *d. art.*42. *numero* 55. vbi dicit eſſe de mente omnium, & ita ego tenui in vna de Girellis, *vt in conſ.*43. *nu.*4. ratio eſt, quia dos nurus fuit aſſecurata ſuper bonis mariti, non ſuper alijs bonis cohæredis, quæ nunquam habuerunt annexum hoc onus obligationis; non à principio, quia nunc bona non erant mariti: non ex poſt facto quando habuit ex fideicommiſſo ob mortem cohæredis, quia tunc ea habuit cum grauamine fideicommiſſi annexo, nec pater tenetur omnia bona obligare pro aſſecuratione dotis, ſed ſatis ſit quod obliget tantam partem, quæ ſufficiat pro dotis reſtitutione, Bart. & alij *in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. de iur. dot.* 42

Porrò videndum eſt, ſi emptores bonorum fideicommiſſi non inueniantur pro dotis reſtitutione, an vxor poſſit vti retentione omnium bonorum fideicommiſſi, an verò teneatur recipere tot bona in ſolutum æſtimo amicorum communium, in quo puncto vi- 43

di

di conſultum pro hærede per eruditiſſimum Iureconſultum D. Laurentium Aueroldum, & bene mouebatur, quia licet vxor poſſit reſtituere omnia bona mariti, donec ſibi ſoluatur dos, vt dixi ſupra *numero* 10. *in fin.*
44 quando tamen hæres mariti habet beneficium inuentarij, vxor tenetur recipere in ſolutum bona pro iuſta æſtimatione, quando non eſt opulenta hæreditas, *l. vltim.* §. *& ſi præfatam*, & ibi Doctor. *Cod. de iur. deliber.* & in dote ita iudicauit Senatus Mantuæ, teſte Surd. *deciſione* 30. *& deciſione* 318. vbi latè comprobat. Immo, & quando hæreditas eſt opulenta, nec inueniuntur emptores, ſi pecunia non extat in hæreditate, vxor tenetur accipere bona in ſolutum, Surd. ibi ſupra, Caroc. *deciſ.* 21. *numero* 36. *& in tractat. de oblat. part.* 2. *qu.* 10 *num.* 84. *ampl.* 5. & in fortioribus ſenſit Ioſeph. Ludouic. *deciſione Peruſ.* 65. *numero* 17. & ita per conformes obtinui contra D. Lauram Negrobonam, quæ volebat ſubhaſtare bona hæreditatis mariti, quę erat opulenta, & cum non inuenirentur emptores iudicatum fuit teneri in ſolutum recipere bona æſtimo amicorum, ergo dicendum etiam erit, ne deſtruatur fideicommiſſum, quod vxor teneatur recipere in ſolutum bona ſecundum iuſtam æſtimationem: & ita æquitas ſuadet, cum ſalua ſit dos & fideicommiſſum conſeruetur: & fideicommiſſarius ſit tanquam creditor, & ſi tenetur vxor recipere in ſolutum bona ne præiudicetur alijs creditoribus, Caroc. *d. deciſione* 21. *numero* 36. idem erit dicendum, ne fiat præiudicium ſubſtitutis.

SVMMARIVM.

1 *Donationis propter nuptias, vel contra dotis cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſunt, declara per totam quæſt.*

4 *Donatio propter nuptias non poteſt excedere legitimam, vel loci obſeruantiam, vt eius cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſint.*

QVAESTIO DXXXIII.

Vtrum donationis propter nuptias, vel contra dotis cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſint?

1 VIDIMVS, an fideicommiſſi bona poſſint alienari dotis cauſa? Sequitur vt agamus, an alienari poſſint ob donationem propter nuptias, vel ob contra dotem? Et poſſe probatur *in authent. de reſtit. & ea quæ par.* §. *moriente*, §. *rurſus*, *&* §. *ſancimus* & ibi Gloſs. *in* §. *quamobrem*, ad idem *authent. res quæ* & ibi Doctor. *Cod. commun. de leg. & fideicommiſſ.* Lup. *in cap. per veſtras*, §. 13. *extr. de donat. inter vir. & vxor.* Capt. *conſil.* 92. *numero* 12. Socin. ſen. *conſil.* 25. *colum.* 2. *lib.* 3. Bellon. *conſil.* 83. *num.* 3. *&* 8 Becc. *conſil.* 54. *numero* 1. Cephal. *conſilio* 393. *numero* 14. *lib.* 3. Burſat. *conſil.* 120. *numero* 15. Hieron. Gabr. *conſil.* 119. *numero* 27. 32. *&* 47. *& conſil.* 153. *num.* 16. *lib.* 2. Menoc. *conſil.* 378. *num.* 31. Bonif. Roger. *conſ.* 38. *num.* 8. *lib.* 1. Bald. Nouell. *tract. de dote, part.* 6. *priuileg.* 13. *num.* 3. Ludouic. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 7. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 137. *num.* 17. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 40. *num.* 37. *verſ. ſeptimo*, *& artic.* 42. *numero* 96. *& numero* 98. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 73. *numero* 434.

2 Declaratur primò non procedere, in donatione propter nuptias voluntaria; quia pro ea habenda non poſſent alienari bona fideicommiſſi, Hieron. Gabr. *d. conſil.* 119. *lib.* 2. Intrigl. *d. centur.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 434. Contra tamen in contra-dote ſolita fieri ex conſuetudine loci, tenuit Peregr. *deciſ.* 96. *num.* 4. *&* 5.

Declaratur ſecundò, vt procedat, dummodo non ſuperſint bona libera. Bellon. *d. conſ.* 83. *num.* 3. *&* 8 Peregr. 3 *de fideicom. art.* 42. *n.* 96. *in fin.* & eſt de mente omnium, nam alienatio conceſſa pro dote in bonis fideicommiſſi, eſt remedium ſubſidiarium, vt in duabus præcedentibus quæſtionibus dictum fuit, ſicuti ergo pro dote non conceditur alienatio, quando extant bona libera, idem dicendum eſt de donatione propter nuptias, cum æquiparentur in hoc, vt in allegatis iuribus habetur.

Declaratur tertiò, vt iſtæ contra-dotes, vel donationes 4 propter nuptias non poſſint excedere legitimam, aut loci obſeruantiam, vt probat *dicta authent. res quæ*, vbi dicitur poſſe tantum obligari pro modo honeſtati perſonarum congruo, & in ſpecie ita declarant Bellon. *d. conſil.* 83. *numero* 10. quem refert, & ſequitur Peregr. *dicto art.* 42. *nu.* 98. *in fine*.

QVÆSTIO DXXXIV.

QVAERO, an fideicommiſſi bona alienari 1 poſſint pro redimendo grauatum filium, vel nepotem captum ab hoſtibus, vel vxorem, vel ſuos? Et affirmatiua opinio communi omnium conſenſu eſt approbata, & in ſpecie hanc tenent Bart. *in d. auth. res quæ, numer.* 10. & ibi Paul. Caſtr. *numero* 13. Corn. *num.* 13. Iaſ. *num.* 32. *verſ. ſexto extende.* Curt. iun. *conſil.* 31. *in fine*, & Padill. *num.* 94. *C. commun. de legat.* Bart. *in l. quemadmodum, col.* 2. *C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Ang. *in l. Marcellus*, §. *res quæ*. & ibi Socin. ſen. *numero* 6. *ff. ad Trebell.* Lupus *in rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 16. *num.* 6. *&* §. 17. Capt. *conſil.* 92. *col. vltima*. Ceph. *conſil.* 379. *numero* 14. Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.* 8. *numero* 283. Ludouic. Molin. *lib.* 3. *de Hiſpan. Primog. cap.* 6. *num.* 9. vbi aſſerit eſſe communem ſententiam, Marz. *de fideicommiſſ. qu.* 39. Sola *in conſtit. Pedemont. in conſtit. de feud. gloſ.* 1. *parte* 2. *num.* 7. Benint. *in tract. de pauper. in* 10. *ſpecial. circa contractus, n.* 15. Lambert. *de contract. &c. gloſ.* 1. *num.* 59. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.* 485. Menoch. *libro* 4. *præſumpt.* 192. *num.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Surd. *tract. de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 97. vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, Peregr. *de fideic. art.* 42. *num.* 90.

Rationes plures ſunt huius ſententiæ, primò, quia pater tenetur filium captiuum redimere, *authentic. ſi captiui. Codic. de Epiſcop. & Cleric.* Secundò, veriſimilis mens teſtatoris hoc ſuadet, credendum enim eſt, quod ſi teſtator viueret magno etiam pretio filium redimeret. Tertiò publica vtilitas, in qua fundata eſt *dicta authentic. res quæ*: intereſt enim Reip. Chriſtianæ captos ab infidelibus, & Barbaris nationibus redimi. Quartò pietas Chriſtiana: conſtat enim maximum reſultare beneficium captiuo, ſi redimatur, cum ad Sacramenta fidelium reſtituatur. Quintò pudicitiæ, & honori conuenit, cum apud hoſtes non poſſit vir eſſe ſine maximo periculo: & has rationes congeſſit Padill. *in dicta authentic. res quæ*, *numero* 95. & ſequutus fuit Menoch. *d. præſumpt.* 192. vbi præterea addit, hoc probari *in* §. *nobis*, *authentic. de reſtitut.* vbi dodrans, de quo in text. illo poteſt alienari non ſolum ex cauſa dotis, ſed etiam vt captiui redimantur ab hoſtibus.

Ampliatur hæc opinio etiam in capto ab hoſtibus 2 Chriſtianus, licet enim ſic captus non efficiatur ſeruus capientium, vt ſcribunt Bart. Angel. Zaſ. Cepol. Martin.

Digitized by Google

ſin Laud. Ioannes Lopius Iacob. Septimac. And. ab Exca. Ferrar. Boer. & Alciat. relati a Padill. *d. auth. res quæ, num. 97.* nihilominus pro eius redemptione conferunt votum parentis, publica vtilitas, & fauor libertatis, quæ inæſtimabilis eſt, prout rectè conſiderant Padill. *d. auth. res quæ, nu. 96. & ſeq.* & Menoch. *d. præſump. 192. num. 6. & ſeq.* & ante hos idem tenent Angel. & Paul. Caſtr. *in d. auth. res quæ.*

S V M M A R I V M.

1 *Pro neceſſitatibus grauati, vt pro redimendo eum à carceribus fideicommiſſi bona alienari non poſſunt ſi neceſſitas & carceratio cauſata eſt à delicto, contra num. 2.*

Limitatur in deſcendentibus teſtatoris, numero tertio, vbi declara.

8 *Pro grauati neceſſitate cauſata aliter quàm ex eius facto fideicommiſſi bona alienari poſſunt.*

Limitatur, ſi alia bona libera extant, num. 9.

Limitatur, quando grauatus ſua culpa contraxit æs alienum, & bona ſua conſumpſit, nu. 10. contra nu. 11. declaratur n. 12. & ſeqq.

Limitatur, quando animo euertendi fideicommiſſi grauatus poſuit ſe in neceſſitatibus, & contraxit æs alienum, n. 14.

Limitatur, ſi teſtator prohibuit alienari bona etiam cauſa neceſſitatis, n. 7.

Limitatur, quando teſtator prohibuiſſet alienari bona quoquomodo, vel vt continuè manerent in familia, nu. 16. decl. nu. 19.

Limitatur, ſi verbis generalibus bona ſint prohibita alienari, num. 20.

30 *Alienatio fideicommiſſi facta pro neceſſitatibus in dubio præſumitur, contra num. 31.*

21 *Alienatio fideicommiſſi, quando non eſt permiſſa pro neceſſitatibus grauati, erit ſaltem per viam eleemoſinæ ei ſubueniendum.*

22 *Alienatio fideicommiſſi permiſſa pro neceſſitatibus grauati, cenſetur permiſſa ſolum vſque ad neceſſitatem, & non vltra.*

23 *Alienatio bonorum fideicommiſſi pro neceſſitatibus grauati ſi eſt facta, eo poſtea acquirente bona, reficiendus erit fideicommiſſarius.*

24 *Pleno iure inſtitutus, & grauatus reſtituere poſt mortem poteſt pro neceſſitatibus alienare, ac ſi eſſet grauatus reſtituere quod ſupererit.*

QVÆSTIO DXXXV.

Pro neceſſitatibus grauati, vt pro eum redimendo à carceribus, an fideicommiſſi bona alienari poſſint?

1 VIDEAMVS de alijs neceſſitatibus grauati, an pro eis ſubueniendo poſſint fideicommiſſi bona alienari, & in ſpecie quando grauatus fuit carceratus? Diſtinguo duo capita.

Primus eſt, quando grauatus fuit carceratus, vel poſitus in neceſſitate ob delictum, & quæritur an pro eius liberatione alienari poſſint bona? Et non poſſe ſcribunt Angel. *in auth. res quæ*, & ibi Salicet. *numero 4.* Paul. Caſtr. *numero 13.* Iaſ. *numero 19.* vbi teſtatur de communi opinione, Curt. iun. *numero 32.* & Padill. *numero 98. & ſeqq. C. commun. de legat. & fideicomm.* Bald. *in auth. contra rogatus, numero 5. Cod. ad Trebellian.* Angel. *in l. Marcellus, §. res quæ, numero 2.* & ibi Imol. *num. 9.* Roman. *num. 7.* Soc. ſen. *nu. 4.* qui dicit eſſe communem opinionem, Curt. iun. *num. 32.* Ruin. *num. 4.* & Claud. Aquenſ. *num. 2. ff. ad Trebell.* Crott. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 71.* & ibi Loarez, *num. 142.* dicit eſſe communem, *ff. de legat. 1.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Secur. *in l. cohæredi § cum filia, num. 275. ff. de vulg. & pupill.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 63. extr. de conſt. 1.* Bald. *conſ. 2. lib. 1.* Ma'uat. *conſil. 826.* Alex. *conſil. 13. num. 14. lib. 1.* Cephal. *conſil. 624. num. 60.* Did. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 16. num. 9. verſic. tertio*, vbi plures adducit, & de communi teſtatur Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt. 40.* Lambert. *de contract. &c. gloſ. 1. numero 60. & ſeqq.* vbi alios allegat, & de communi opinione teſtatur Craſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 58. num. 2.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Petr. *de fideicomm. quæſt. 8. numero 483. & ſeqq.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt. 12. numero 17.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Menoch. *libro 4. præſumpt. 192. num. 8. & ſeqq.* Boer. *deciſ. 118. num. 2.*

Contrariam tamen ſententiam probarunt alij, volentes ſuccurrendum eſſe carcerato, ita Gloſſ. *in cap. ſacrorum, in Gloſ. mag. ad finem 12. qu. 2.* Fulg. *in d. auth. res quæ nu. 3. C. commun. de leg.* & ibi Alexand. idem Alexa. *in l. Marcellus, §. res quæ, nu. 3. ff. ad Trebel. & in l. quamuis*, poſt Bald. & Imol. ibi, *ff. ſolut. matr.* Socin. ſen. *in d. auth. res quæ, n. 4.* Crott. *in d. §. Diui, num. 66.* & ibi Ferd. Loarez *nu. 142.* Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 30. extr. de conſtit.* Rimin. iun. *in conſ. 81. num. 83. lib. 4.* vbi dicit eſſe æquiorem opinionem, Nicol. Boer. *in conſuetud. Bitur. tit. Des couſtumes concern. les luges, & leur iuriſd. circa finem.* Caſſan. *in conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 1. in Gloſ. in verb. contenticles, col. 4.* & alij relati à Lambert. *loco ſupra citato.* 2

Argumenta vtriuſque opinionis videnda erunt apud Menoch. *de arbitr. iud. caſu 182. nu. 45. & ſeqq.* vbi probat primam opinionem.

Declaratur primo communis opinio, vt non procedat in deſcendentibus teſtatoris, his enim ſubueniendum eſſe, cum alienatione bonorum fideicommiſſi ſcripſerunt Fulgoſ. *d. auth. res quæ*, Alexand. *in l. quamuis, col. 2. ff. ſolut. matrim. & in l. Marcellus § res quæ col. 1.* & ibi Socin. ſen. *num. 4. in fine*, poſt Mar. ſen. *ff. ad Trebell.* Ferdin. Loarez *in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 363.* & ibi Crott. *num. 66. ff. de leg. 1.* Lugdun. *conſil. 13.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 182. nu. 64.* vbi loquitur in caſu quando delictum eſt caſum perpetratum, vel quando imminet graue periculum, puta mortis, vel mutilationis membrorum. Petr. etiam *de fideicom. q. 8. nu. 484. in fin.* hanc tenet, quando delictum eſt caſu commiſſum: ego autem in hanc concurro non ſolum in caſu delicti puri: ſed etiam in grauiore delicto: hoc enim multum eſt ſecundum commune votum parentum: qui ſi caſum hunc conſideraſſent verifimiliter alienationem conceſſiſſent: cauendum erit de contraria opinione, Did. *in d. cap. 16. num. 9. verſ. tertio*, nimis rigoroſa: non enim vti Epiſcopus cognouit in effectu quantus ſit amor parentum in filios, licet apud Iureconſ. ſæpe legerit hunc prædicari, de quo etiam amore ad ſaturitatem plura congeſſit Ruſtic. *in Proœmio l. cum auus, cap. 1.* nimirum ſi in ſumma iuſtitia, & rigoroſa inclinauit. 3 4

Declaratur ſecundò vt per viam ſaltem eleemoſinæ ſit carcerato ſuccurrendum per ea, quæ dicam *infra numero 21.* 5

Declaratur tertiò, vt ſaltem ad vitam grauati ſit permittenda alienatio. Loarez *d. §. Diui, n. 149.*

Secundum caput eſt, quando agitur de carcerato ob æs alienum, vel alia cauſa poſito in neceſſitate, & tunc diſtinguendi ſunt duo caſus. 6

Primus eſt, quando æs alienum fuit contractum à teſtatore & poterunt alienari bona fideicommiſſi, Did. 7

va-

variar.reſolut.lib.1.c.16.verſic.fateor tamen. Menoch. de arbitr.iud.caſu 182.n.2.& lib.4 præſump.192. Intrigl. d.centur.5 q.73.n.416. & hic caſus dubium non habet, quia alienari poſſunt bona fideicommiſſi pro ſoluendo ære alieno contracto à teſtatore, vt dicam infra quæſt. 541.

8 Secundus caſus eſt, quando agitur de ære alieno contracto ab ipſomet carcerato, vel de neceſſitate cauſata aliter, quam ex facto teſtatoris, & tunc pariter dicendum eſt, quod fideicommiſſi bona poſſunt alienari, vt ſentiunt omnes infra citati, & in ſpecie Socin.ſen.in l. Marcellus,§.res quæ, num.6.ff.ad Trebell. Bald.conſ.20. quid importent iſta verba, lib.2. Ceph.conſ.315.num.31. Marz.de fideicomm.q.40. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch.de arbitr.iud.caſu 182.num.23.& ſeq. vbi alios addit Petr.de fideicommiſſ.q.8.num.319.verſic. tertio declar. Peregr.de fideicomm.art.40.num.20.& ſeq. & dicam qu.542.addo Tiraq.de vtroque retr.par.1.§.1. gloſ.14.num.11.Gerad de Petr.Sanct.ſing.100.num.25. Ruin.iun.conſ.131.num.3. lib.1.Port.Imol.conſilio 38. num.20.Dec.conſil.22.nu.26.lib.3. Hier.Gabr. conſ.125. num.13.& ſeq.lib.1.& conſ.73.n.5.lib.2.Roland.à Valle conſ.21.n.14.lib.1.Burſat.conſ.151.n.13.lib.2. Becc.conſ. 100.num.5.Cioff.conſ.37.nu.6.& 7.Maluaſ.conſ.8.num. 27.& ſeq. Surd.conſ.30.num.2. lib.1. & conſ.382.num. 57.lib.3.Fab.Turret.conſ.35.num.18.& conſ.48.nu.17. lib.1.Viu.deciſ.18.nu.5. & ſeqq. Coraſ.deciſ.76 num.6. Magon.deciſ.Florent.91.num.14. Probatur autem hæc ſententia in l.peto,§.prædium, ff.de leg.2.in l.alienationes, ff.famil.herciſ.& in cap.1.in princip.tit.qual. olim feud.amitt. Secundò facit, quia alienatio ex cauſa neceſſitatis non eſt propria alienatio, Bero.conſil.41.n.45.lib.1. Tertiò, quia in fraudem non facit, qui ex neceſſitate facit, d.l.alienationes. Quartò, quia faciens quid ex neceſſitate non dicitur contemnere præceptum teſtatoris, Iaſ.in l. Senatus,in princip.ff.de legat.1.

9 Ampliatur hic caſus, etiam ſi teſtator dedit licentiam alienandi in certis caſibus, nam per hoc caſus neceſſitatis non erit excluſus, Ruin.in §. Diui, & ibi Alciat.nu. 24. Niſi data eſſet licentia alienandi in certis caſibus neceſſarijs, nam in alijs caſibus cenſerentur prohibita, Alba conſ.522.n.12.lib.2.

Declaratur primò procedere, quando alia non extant bona, ſecus enim eſſet ſi extarent bona libera, quia cum his non cum fideicommiſſarijs eſſet ſuccurrendum grauato, Iaſ.in l.commodis.num.4.ff.de re iudic. Hieron.Gabr.conſ.118.nu.6.lib.1.vbi dicit præſumi alia bona libera extitiſſe, Maluaſ.conſ.8.num.26. Peregrin.de fideicomm.art.40.num.21.vbi alios addit, & dicit præſumi, quod adeſſent alia bona libera, & quod onus probandi alia bona non extitiſſe ſpectet ad emptorem.

10 Declaratur ſecundò procedere hunc caſum, quando carceratus ſine ſua culpa contraxit æs alienum, & bona ſua conſumpſit, ſecus enim eſſet, ſi ſua culpa conſumpſiſſet bona, licet etiam culpa non eſſet ordinata ad caſum, vt quia luxu, & alea iuuenili calore ductus conſumpſiſſet bona multa, credens alia ſupereſſe; & tandem vixerit multos annos, magnaque prole ſuſcepta coactus fuit contrahere grande æs alienum, & ſic per hoc poſitus fuit in neceſſitate, vel carceratus, nam hoc caſu non eſſent alienanda fideicommiſſi bona pro eo liberando à carceribus, vel pro aliter ſubueniendo eius neceſſitatibus, Iaſ.in auth.res quæ,n.20.& ibi Curt. iun.num.33.& Padill.num.102.C.commun.de leg. Socin. ſen.in l. Marcellus,§.res quæ, num.4.ff.ad Trebell. Crot. in l.filiusfamilias,§. Diui,num.64.ff.de leg.1.Felin.in cap. quę in Eccleſiarum, num.67.& ibi Mantica numero 64. extr.de conſtit. Bald. conſil.20. verſic. aut contraxit debitum, lib.2. Curt.iun conſil.88 numero 6. Crauett. in reſp. pro genero, numero 87. Tiraquel. de legib.connub.gloſ.6. in fin. Did.d.capit.16.numero 9.verſic.tertio, Præt. de interpret.vltim.voluntat.fol.73.numero 25. Menoch.de arbit.iud.caſu 182.numero 45.& libro quarto præſumpt. 192.numero 10.vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Peregr.de fideicommiſſ.art.42.num.191. vbi ait eſſe communem opinionem, Intrigl.comprobat d.q.73.numero 423.

11 Cæterum alij ſe habent in contrariam ſententiam, Fulgoſ.in d.auth.res quæ, Alex.in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria,ff.qui ſatiſd.cogan.& in l.quamuis, col.2.ff.ſolut. matrim. Arius Pinellus in auth.niſi triennalis, nu.46. in fin.C.de bon.matern. Felin.in cap.ſi qui teſtium, in fin.extr.de teſtib.& in cap.cum inter.nu.20.extr.de except. Dec. in cap.quæ in Eccleſiarum, numero 30.in fine, extr.de conſtitut.

12 Si verò culpa non eſt ordinata ad caſum, nec cogitare potuiſſet, quod neceſſitas de facili poterat euenire, non noceret: ita poſt Bart.Paul.Caſtr.Alexand.& Pariſ. ſcribit Præt.de interpret. vltim. voluntat, folio 73.numero 25.

13 Sublimitatur in filio teſtatoris grauato, quia ei ſubueniendum erit, Menoch. de arbitr.iud.caſu 182. n.64. & d.præſumpt.192.numero 10.in fine, & alij relati ſupra numero 3.

14 Declaratur tertiò, vt non ſit ſubueniendum neceſſitatibus, vel grauatus non ſit liberandus à carceribus, quando data opera animo ſubuertendi fideicommiſſum contraxiſſet æs alienum, Paul.Caſtr.in l.etiam, §. vlt.ff.ſolut.matrim. Iaſ.in l.non tantum,in fine,& in l.ſicut autem,num.4.ff.de re iud. Dec.in cap.quæ in Eccleſiarum,n.30.verſ.ſecundus caſus, & ibi Mant.n.64.extr.de conſt. Did.d.cap.16.n.9.verſic.ſecundo. Menoch.de arbitr.iud.caſu 182.nu.39.& d.præſumpt.192.n.9. Intrigl.de ſubſtit.centur.3.q.73.nu.422. Præt. de interp.vltim.vol. folio 73.n.25.& relati ſupra n.10.qui in fortioribus terminis loquuntur. 15

16 Declaratur quartò non procedere in prohibitione reali, ſecundum Cardin. Alban.conſ.1.n.16.

17 Declaratur quintò non procedere, quando teſtator prohibuiſſet alienari bona, etiam ex cauſa neceſſitatis, nam tunc non erit recedendum à voluntate teſtatoris, Cephal.conſ.330.n.36.Petr.d.q.8.num.313.& quæ in ſequentibus declarationibus dicentur, & in qq.ſeqq.numero 5.

18 Declaratur ſextò non procedere, quando teſtator prohibuiſſet bona quoquomodo alienari, vel dixiſſet, quod bona perpetuò, vel continuò manerent in familia, quia pro neceſſitatibus prohibiti non eſſet facienda alienatio, Alex.conſil.23.col.pen.& vlt.lib.1. Bertrand. conſil.127.n.11.libro 3. Crat.conſil.68.n.10.lib.2. Ruin. conſ.168. n.8.lib.3.& conſil.163.n.27.libro 5. Maſcard. de Probat.concl.1236.n.86.& ſeqq. Peregr. de fideicomm. art.40.n.20.ad medium.

19 Subdeclara tamen, vt hoc caſu licita ſit alienatio ad vitam prohibiti, vt dicetur q.708.& voluit Ruin.in d.§. Diui,n.66.verſ.ſed contra.

20 Declaratur ſeptimò non procedere, quando alijs verbis generalibus facta eſſet prohibitio, quia tunc non poterunt bona alienari, niſi in caſibus aliàs permiſſis, vt latiſſimè plures deciſiones cumulando, ſcribit Maſcard.de Probat.concluſ.1236.numero 80.cum multis ſequentibus, & hanc ſententiam etiam in ſpecie probarunt, Corn.conſ.59.num.4.& 16.lib.2. Ruin conſ.20.nu. 4.lib.1.conſil.98.num.11.& conſil.133.num.7.li.2. Bero. conſ.84.nu.29.libro 2.Pariſ.conſil.25.nu.18.lib.1.conſ.22. num.52.lib.3.Roland.à Valle conſ.80.num.37.lib.3.conſil.2.num.4.& conſ.99.nu.31.lib.4. Ceph.conſ.153.nu.3.

iuncto

iuncto num.36.104. & 105. conſ.330.num.1. & ſeqq. & conſil.608.num.31. Menoch.conſil.95. num.124. Burſat. conſil.37.num.3. Fab. Turret.conſ.35.nu.19. vbi de communi, & conſ.48. numero 20. lib.1. Pedroc.conſ.20. num. 42. & ſeq. Honded.conſilio 58.num.46.lib.1. Sed contra quod nec tunc dicatur prohibita alienatio ex cauſa neceſſitatis, tenent Curt.ſen.conſil.63. num.20. Bertrand. conſ.127.num.11.lib.3. Ruin.conſil.109. num.21 libro 2. Crau.conſ.6.num.91. Cephal.conſ.261. num.34.libro 2. Cioff.37. num 6.

Porrò in caſibus, in quibus ſupra dictum eſt, alienari non poſſe fideicommiſſi bona, ſaltem erit grauato ſubueniendum per viam eleemoſynæ, vt ſcribunt Dec.in c. quæ in Eccleſiarum num.3.verſic.tertius caſus extr.de conſtit. Did d.cap.16.nu.9.verſ.contrarium, Menoch.de arbitr.iud.caſu 182.numero 42. & d.præſumpt.192. num. 10.verſ.primum. Peregr.de fideicom.art.42.n 91. Intrigl. d.cent.3.q.73.n.431.

22 Aduertendum etiam eſt quod quando licita eſt alienatio, quod ſolum permittenda erit vſque ad neceſſitatem, & non vltra, Iaſ.in l.creditor, numero 3.ff.ſi cert. pet. & in l.qui Romæ, § duo fratres, nu.37.ff. de verb.obligat. Dec.in l.ſi donatione, num.17.C.de collat. Bald.conſ.20.in fin.lib.2. & conſ.332.præmittendum eſt ad euidentiam, lib. 3. Natt.conſ.162. Crau.conſ.241.col.11. & in reſponſo pro genero, n.194. Hieron.Gabr.conſ.118.n.5.lib.1. Menoch. de arbitr.caſu 182.numero 32. Petr.de fideicommiſ.quæſt. 8.num.311. Præt. de interpret.vltim.volunt. folio 73.numero 23.

23 Vlterius notandum eſt, quod ſi ex permiſſione res aliqua fuit alienata, ſi poſtea grauatus alia acquirat, tenebitur ex acquiſitis ſatisfacere fideicommiſſario, Rui. conſ.137. ad finem lib.2. Præt.de interpret. vltim. volunt. fol.345.nu.8.

24 Sed ſi quis ſit pleno iure inſtitutus, & grauatus poſt mortem alteri reſtituere, poterit alienare pro neceſſitatibus, & pro libito voluntatis, ac ſi grauatus eſſet reſtituere quod ſupererit, Mantic.de coniect.vltim.vol.lib.4. tit.4.in fine, vbi citat Corn.conſil.242.num.7.in fine, & numero 8. libro 4. quæ opinio an ſit vera, cogitandum erit.

25 Sic etiam alienatio permiſſa, ſolum cenſebitur permiſſa quatenus, & donec durat neceſſitas, & non vltra, Bart.in l.1.§.nunciatio, ff.de oper.nou.nunciat. Dec. in l.ſi donatione, num.17.C.de collat. Et ceſſante neceſſitate ceſſat facultas alienandi, Rimin.ſen.conſ.109. num.15. libro 1.

26 Nota tamen cautelam ad tollendas lites, & pericula ne alienans cadat à iure ſuo, vt prohibitus adeat Iudicem, & ſummariè oſtendat ſuam neceſſitatem, & licentiam alienandi obtineat, ita Florian.de S.Petro in d.l.alienationes, n.3.ff.famil.herciſc.

In contractu tamen vallato iuramento, ſi eſt prohi-
27 bita alienatio, nec ex cauſa neceſſitatis erit permiſſa, ſecundum Fab. Turr. conſ.48.num.22.lib.1. qui mouetur ex eo, quod iuramentum præciſè obligat ad factum, Gloſ. in l. ſi pecuniam, ff.de condict. ob cauſ. Sed obſtat huic opinioni, quod iuramentum non ſupplet cauſam, & defectum neceſſitatis, Gloſ. in cap breui, & ibi Bald. Anton.de Butr. & Abb.extr. de iur iuran. Sed adhuc teneo opinionem, quod non poſſit alienari, etiam quod non adſit iuramentum, niſi adeſſet veriſimilitudo, quod contrahentes permiſiſſent in caſum neceſſitatis alienationem, vt ſi pater inter filios feciſſet diuiſionem, & appoſuiſſet præceptum de non alienando, & filij ita etiam inter ſe pacti eſſent, qua in re Iudicis arbitrium verſabitur ad tradita per Menoch. de arbitr.iud. caſ.182.

28 Neceſſitas autem præſumitur ſecundum Alexand. conſil.168 n.5.lib 6. Socin.iun. conſ.162.num.32.libro 2. Bero.conſ.50.dubio primo lib.1. Rimin.iun conſ.147.nu. 20.lib.1. Honded.conſ.61.n 22.lib.1. & conſ.77.num.23. lib.2. Dec.in cap.cum M.Ferrarienſis, num.125.extr.de conſtit. Petr.de fideicomm.q.8.n.312.

Alij tamen ſunt in opinione contraria, quod immo 29
præſumatur non adfuiſſe neceſſitatem, ſed potius culpam, & animum interuertendi fideicommiſſum, Paul. Caſtr.in l.Titius, num 1.in fin.ff.ad Trebell. Corn.conſil. 187.num.10.lib.2. Dec.conſil.403. Natta conſil.115.nu 8. lib.1. Crauet.in reſp.pro genero in condimento. nu.53. Menoch.de arbitr.iud.caſ.183.nu.40. Viu. deciſ 18.in fine, Mouentur ex eo, quia, qui dicit, probare debet, l.cum qui ff.de probat. & hæc magis placet, niſi qualitas prohibiti, qui alienauit aliud ſuaderet ob eius bonas qualitates, in quo verſari debet Iudicis arbitrium, qui præcipuè attendet an alienans veriſimiliter habuerit iuſtam cauſam alienandi, vel eſſet diſſipator ſuorum bonorum, vel negligens & parum curans res ſuas, circa quod videndus erit Menoch.d.caſ.182.

S V M M A R I V M.

1 *Alimentorum cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſunt, contra n.2. ampl. & limit. per totam q.*

Ampliatur, & pro alimentis familiæ bona alienari poſſe, n.3.

Ampliatur etiam pro ſpurijs filijs alendis, n.4.

Limitatur ſi expreſſe alimentorum cauſa bona ſint prohibita alienari n.5.

Limitatur, quando grauatus conſumpſit legitimam, & Trebellianicam malè vtendo.

QVÆSTIO DXXXVI.

Alimentorum cauſa fideicommiſſi bona, an alienari poſſint?

ALIMENTORVM cauſa alienari bona fidei- 1
commiſſi poſſe communiter concludunt Doctores, vt in ſpecie ita ſcribunt Bartol.in authen.res quæ, num.9. & ibi Bald.num 23. Fulgoſ.num.7. Angel.num.6. Paul.Caſtrenſ. num.3. Comen.col.vlt. Iaſ. num.32. Curt.iun. num.30. vbi dicit eſſe communem opinionem, & Anton.Padil. num.78.C.comm.de legat. Bar.in l.quemadmodum, col.2. C.de agric. & cenſ.lib.10. Ang.in l. Marcellus, §.res quæ, & ibi Roman. Imol. Alex. Iaſ. & Socin.ſen.num.3. ff. ad Trebell. Ripa in l.filiusfamilias, §. Diui, n.78 & ibi Opiz. n.57 ff.de leg.1. Cordub.in l.ſi quis à liberis, §.verum, nu. 21.ff.de liber.agnoſcend.

Et conſulendo, Bald.conſil.50.num.7.lib.5. Roman. conſ.267 Alexand conſ.3.col.vltim.lib.3. Feder.Scot. reſponſ.4.n.32.lib.1 tom.4 Rimin.iun.conſ.777.num 4. lib. 7. Cephal.conſ.393.n.14.lib.3. Hieron.Gabr.conſ.153.nu. 17.lib.2. Menoch.conſ.247.num.9. conſ.191.nu.1. & ſeq. Honded.conſ.72.n.7.lib.1.

Et in Tractatibus, Io.Bapt.Ponran.tract. de aliment. q.17.num.32. Lambert.de contract. & c. gloſ.1. num.54. vbi plures citat, & de communi opinione teſtatur Benincaſ.tract.de paupert.quæſt.8.ſpec.10. in contract.num. 14 Craſſ.in §.fideicommiſſum.q.57.n.6. vbi ſcribit hanc eſſe magis communem opinionem, Surd.de alim tit.4. qu.9.num.38. & tit.7.quæſt.37.num.19 & tit.8.priu.19. num.1. in quibus locis aſſerit eſſe communem opinionem, Petr.de fideicommiſſ.quæſt.8.num.480. vbi dicit eſſe communem ſententiam, Menoch.lib.5.præſump.191. num.1. vbi aſſerit eſſe communem omnium opinionem, Peregr.de fideicommiſſ.art.42.num.86. vbi de communi opi-

Digitized by Google

opinione teſtatur Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. nu. 393.* Alex. Raud. *deciſ. Piſan. 29. num. 177. verſ. valuiſſe.* Seraph. *deciſ. Roman. 925. n. 2.*

2 Contrariam ſententiam malè probarunt Gloſſ. *in d. auth. res quæ*, & ibi Odof. *in Præfat. nu. 5.* Bald. *in lect. antiq.* Salic. *col. vlt. n. 3. C. comm. de leg.* & Iacob. de Beluiſ. *in corp. d. auth. ben. q. 9.* Cuman. *in l. mulier*, §. *cum proponeretur. ff. ad Trebell.* Pro qua opinione, Gloſ. adducit text. *in auth. contra rogatus, in fine. ff. ad Trebell.* inducendo, vt per Padill. *ibid. num. 78.* vbi tamen damnat illam inductionem, & dicit illam auth. probare communem opinionem.

3 Ampliatur primò communis opinio, vt bona alienari poſſint etiam pro alimentis familiæ. Padill. *in d. authent. res quæ, num. 86.* Lambert. *d. gloſ. 1. n. 57.* Surd. *de alim. tit. 8. privileg. 19. n. 5.* Menoch. *d. præſumpt. 191. n. 7.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. n. 394.*

4 Ampliatur ſecundò etiam pro filijs ſpurijs alendis, Rod. Suarez *in l. fori, lib. 1. tit. de Tot. Home. folio 645.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 19. n. 9.* Alex. Raud. *deciſ. Piſan. 31. n. 270.*

5 Ampliatur tertiò, vt etiam procedat in bonis maioratus, in quibus procedit, *d. authent. res quæ*, ſecundum Padill. ibi *numero 79.* & Peregrin. *d. artic. 24. n. 89. in fine.*

6 Limitatur primò, quando teſtator expreſsè dixiſſet, bona non poſſe alienari cauſa alimentorum, quia ab eius diſpoſitione non erit recedendum, Cort. *in memor. in verb. dos habet, verſic. ſecundo nota*, Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 19. n. 8.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. num. 398.* & quæ dicta ſunt *q. præced. n. 17.*

7 Limitatur ſecundò, quando filius grauatus conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam malè vtendo, quia tunc non erit ſubueniendum cum alienatione bonorum fideicommiſſi, ſecundum Bald. *in authen. contra rogatus, nu. 7. C. ad Trebellian.* Paul. Caſtr. *in authent. res quæ*, & ibi Curt. iun. *n. 31* Ruin. *n. 2.* & Padill. *n. 80. Cod. commun. de leg.* Socin. ſen. *in l. Marcellus, §. res quæ, n. 3.* & ibi Ruin. *n. 2.* & Socin. iun. *ff. ad Trebell.* Opiz. *in l. filius familias, §. Diui, n. 57. ff. de leg. 1.* Burſat. *conſ. 83. n. 18. verſic. nec Dominus, libro 1.* Caualcan. *de vſufr. mulier. relict. num. 97. in fine*, Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 182. nu. 54. & lib. 2. præſumpt. 191. numero 8.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. n. 395.* Surd. *de aliment. tit. 8. priu. 19. n. 7.* Peregr. *d. artic. 42. n. 89 in fine.*

8 Limitatur quando fideicommiſſum non eſſet conſtitutum ab aſcendente, Seraphin. *deciſio. Roman. 923. numero 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Alienandi facultas pro ſuis neceſſitatibus, ſi ſit conceſſa grauato, ille poterit alienare.*

2 *Alienandi facultate pro ſuis neceſſitatibus conceſſa, vt teneat alienatio, probandum eſt alia bona libera non extitiſſe, deci. n. 5.*

3 *Alienandi facultas ſi ſit conceſſa pro ſuis neceſſitatibus grauato, quarta non erit reſeruanda fideicommiſſario, contra ibid. remiſſiuè.*

4 *Alienatio bonorum fideicommiſſi facta ſi fuit, & data facultas alienandi pro ſuis neceſſitatibus tenet, & idem ſi dictum ſit in ſuis neceſſitatibus.*

6 *Alienandi facultate data grauato pro ſuis neceſſitatibus fieri non poteſt, niſi ſubſiſtente neceſſitate, & nu. 1. decl. n. 5. 6.*

QVÆSTIO DXXXVII.

Alienare pro ſuis neceſſitatibus an poſſit grauatus, cui data eſt facultas alienandi?

IN præcedentibus quæſtionibus dictum fuit, an pro neceſſitatibus grauati poſſint bona fideicommiſſi alienari? Nunc agendum eſt, quando teſtator dedit expreſsè facultatem alienandi pro ſuis neceſſitatibus, quomodò hæc facultas intelligenda ſit, in quo articulo ſine dubio conſtitutus in neceſſitate poterit alienare, dummodò id non fiat data opera animo euertendi fideicõmiſſum. Bald. *conſ. 10. quid importent verba, lib. 1. alias conſ. 372. lib. 1.* Petr. *de fideic. q. 8. n. 321. & ſeqq.* Ioſep. Ludou. *concl. 14. illat. 4.* vbi alia requiſita ponit, Pereg. *de fideicom. art. 40. nu. 47 & ſeqq.* vbi recenſet alia requiſita, vt valida ſit alienatio, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 72. n. 7.* vbi dicit quinque requiri ad hoc, vt ſit valida alienatio, quod ſ. neceſſitas ſit euidens, quod fiat alienatio eo modo, prout permiſſa eſt, quod non ſit ſuperflua in quantitate, quod reſpectu loci, & temporis adſit opportunitas, & quod ceſſet omnis ſuſpicio fraudis. Senat. Pedem. *dec. 171. nu. 14.* Alex. Raud. *dec. Piſan. 29. n. 84.* vbi dicit alienationem faciendam eſſe ſecundũ formam traditam à teſtatore, & *n. 197.* dicit factã vltra neceſſitatẽ in totum corruere, & alij citati *infra q. 546.* 1

Et probandum eſſet, alia bona libera nõ ſubeſſe, quæ alienari poſſint, Hier. Gabr. *conſ. 118. col. 3. lib. 1.* Pereg. *de fideicom. art. 40. n. 22.* Alex. Raud. *d. dec. Piſan. 29. n. 79.* 2

Ampliatur primò, vt ſi ſubſit neceſſitas, nec quarta ſit reſeruanda fideicommiſſario, vt dicetur *qu. 546.* vbi etiam retuli diſſentientes. 3

Ampliatur ſecundò procedere, ſiue dictum ſit, quod poſſit alienare pro ſuis neceſſitatibus, ſiue quod poſſit alienare in ſuis neceſſitatibus, ita ſentiũt Bald. *conſ. 332. n. 3. li. 1.* Dec. *conſ. 35. n. 22. li. 3.* Peregr. *d. art. 40. nu. 48.* 4

Contrariam opinionem tenent alij, qui volunt, faciendam eſſe diſtinctionem, an ſit conceſſa facultas alienandi in ſuis neceſſitatibus, & tunc non poſſit fieri alienatio niſi ſubſiſtente neceſſitate, aut facultas alienandi conceſſa ſit pro ſuis neceſſitatibus, & tunc dicatur permiſſa alienatio, etiam non ſubſiſtente neceſſitate, Corn. *conſ. 187. n. 8. lib. 2.* Marzar. *in Epit. de fideicommiſ. q. 41.* ſed prima opinio mihi magis placet. 5

Declaratur, quando facultas alienandi eſt conceſſa his verbis, *Che poſſi alienare per ſuo biſogno, & à ſuo beneplacito*, quia tunc alienatio erit permiſſa etiam quod non adſit neceſſitas, & hoc propter verba illa, *& à ſuo beneplacito*, ita Peregr. qui comprobat *fideicommiſſ. artic. 40. n. 46. vſque ad nu. 52.* vbi dicit ita conſuluiſſe, & ita etiam fuiſſe iudicatum. 6

Subdecl ſecundum ea quæ dicta ſunt *q. 546.*

De hac etiam quæſtione videndus erit Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt. 41.* vbi alia ad materiam dicit.

QVÆSTIO DXXXVIII.

QVAERO, an bona fideicommiſſi prohibita alienari, poſſit remunerationis gratia alienari? Et poſſe ſcribunt Iaſ. *in auth. res quæ, col. 1. limit. 5.* & ibi Barbat. *C. commun. de legat.* Bero *conſ. 65. n. 14. lib. 1.* Natt. *conſ. 317. n. 14.* Socin. iun. *conſ. 91. n. 17. lib. 2.* Cephal. *conſ. 523. nu. 138. lib. 4.* Burſat. *conſ. 160. n. 75. lib. 2.* Dec. *conſ. 27. nu. 23. & ſeqq. lib. 3. & conſ. 2. n. 70. lib. 5.* Petr. *de fideicom. q. 8. n. 542.* Fab. de Mont. *trac. de emp. & vend. par. 6. q. 14. n. 40.*

Diſſentit tamen Curt. iun. *in dicta authent. res quæ, numero 55.*

QVAE-

QVÆSTIO DXXXIX.

QVAERO, an fideicommiſſi bona poſſint alienari militiæ cauſa, vel pro emenda alia dignitate filio? Et non poſſe volunt Angel. *in auth.res quæ, num.*5. & ibi Paul. Caſtrenſ. *numero* 13. Iaſ. *col. vltim. verſic. vndecimo limitat.* & Padill. *numero* 88. *C. commun. de legat.* Petr. *de fideicomm. quæſt.*8.*num.*486 Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*191.*num.*22. Peregrin.*de fideicomm.art.* 42. *num.* 93. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de ſubſtitut.centur.*3.*quæſt.* 73.*num.*144.

SVMMARIVM.

1 *Studij cauſa fideicommiſſi bona alienari non poſſunt, contra nu.2.amplia n.3.& ſeqq.*

4 *Studij cauſa alienari poſſunt bona ſubiecta fideicommiſſo à fratre.& auo paterno.*

5 *Studij cauſa filij naturalis alienari poſſunt bona fideicommiſſi.*

QVÆSTIO DXL.

Vtrum ſtudij cauſa fideicommiſſi bona alienari poſſint?

1 STVDII cauſa, an fideicommiſſi bona poſſint alienari? Contendunt Doctores, alij enim volunt non poſſe alienari, ita Angel. *in auth. res quæ*, & ibi Iaſ. *numero* 32. & Padill. *numero* 89. *C.commun. de legat.* Ioan.Boſchen. *tract.de legit.nupt. libro* 6. *numer.* 44. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 57.*in fine*, vbi dicit eſſe communem opinionem Petr. *de fideicomm. quæſt.* 8. *numero* 488. Peregrin. *de fideicomm.art.*42.*numero* 93. vbi teſtatur de communi opinione.

2 Alij verò tenent poſſe alienari, & hanc probarunt Curt. iun. *in d.auth.res quæ,n.*13. Horat. Lucat.*in tract. de priuil.*16.*verſ.decimo octauo amplia, & priuil.* 17. Intrigl.*de ſubſtit.centur.*3.*quæſt.*73.*num.*402. *vſque ad nu.* 408.Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*191.*nu.* 12. Paleot. in fortioribus *tract.de noth.& ſpur.cap.*47.

3 Retenta hac ſecunda opinione, multipliciter ampliatur, & primò, ſiue teſtator deſtinauerit grauatum ſtudijs, & eo viuente ſtudia eſſent cœpta, ſiue non deſtinauerit, Menoch.& Intrigl *locis citatis*.

4 Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator fuerit auus paternus, vel fratrer, quibus ratione ſanguinis iure naturali ſunt præſtanda alimenta, Menoch. *dicta præſumption.* 191.*n.*19 Intrigl.*d.centur.*3.*q.*73.*n.*408.

Ampliatur tertiò, etiam poſſe alienari pro ſtudijs filij naturalis tantum Paleot.*d.tract de noth.& ſpur.cap.*47. Horat.Luc.*d.priuil.*16.*verſ.quinto* Menoch.*d.præſumpt.* 191.*nu.*20.Intrigl.*d.cent.*3.*q.*73.*n.*409.

SVMMARIVM.

1 *Pro ære alieno contracto à teſtatore alienari poſſunt fideicommiſſi bona, amplia & declara per totam quæſtionem.*

2 *Alienatio, ſi eſt facta bonorum fideicommiſſi pro ære alieno teſtatoris, probari debet æs alienum extitiſſe.*

3 *Decretum iudicis non requiritur in alienatione bonorum fideicommiſſi pro ſoluendo ære alieno teſtatoris.*

4 *Datio in ſolutum facta creditoribus teſtatoris vt teneat attenditur tempus valoris bonorum tempore dationis in ſolutum.*

5 *Alienatio bonorum fideicommiſſi permittitur pro debitis teſtatoris. & ſi hæres ipſe grauatus ſit creditor, contra nu.6.ampl ibid.*

7 *Aes alienum teſtatoris non eſt à grauato in fructibus ſoluendum.contra nu.8.*

9 *Prohiberi alienatio bonorum pro ſoluendis debitis teſtatoris ab eo prohiberi non poteſt*

10 *Alienata bona pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, reuocare non poteſt fideicommiſſarius.*

11 *Alienatio facta de bonis fideicommiſſi pro ſoluendis debitis teſtatoris non tenet, niſi creditores inſtent.*

12 *Alienatio fideicommiſſi pro ſoluendo ære alieno teſtatoris vltra ſummam æris alieni non valet pro ſumma excedente.decl num.ſeqq.*

15 *Datio in ſolutum facta creditoribus teſtatoris, vt teneat citandus eſt fideicommiſſarius.*

16 *Alienatio bonorum fideicommiſſi de rebus pretioſioribus pro ſoluendo ære alieno teſtatoris non tenet, ſed viliora ſunt alienanda.*

17 *Alienatio bonorum fideicommiſſi pro ſoluendis debitis teſtatoris non tenet.quando pro valde vili pretiores fuit alienata,decl.nu.18.*

19 *Prohibita ſi fuit res particularis alienari, illa non erit alienanda pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, declara num.ſeqq.*

22 *Alienatio bonorum fideicommiſſi, ſi fiat pro ſoluendis debitis teſtatoris non tenebit ſi grauatus non fecit inuentarium,& fideicommiſſarius poterit alienata reuocare, decl. nu.*23.

QVÆSTIO DXLI.

Pro ære alieno à teſtatore contracto ſoluendo fideicommiſſi bona vtrum alienari poſſint?

PROSEQVENDO materiam quando fideicommiſſi bona alienari poſſint, inſurgit inſpectio, an poſſint alienari pro ſoluendis debitis teſtatoris? & poſſe tenendum eſt, *l. filiusfamilias, §. Diui,ff. de legat.*1. *& l.peto,§.prædium, ff. de legat.* 2. *& l.pater filium,ff.de legat.*3.*& l. alienationes, ff. famil. erciſ.* & eſt receptiſſima omnium ſententia, quam inter alios probauit Bart. *in d.l.pater filium*, & ibi Alber.rurſus Bartol.*in l.Marcellus, §.res quæ, in prima oppoſit.* & ibi Roman.*nu* 11.*in fin.* Iaſ. *verſic.intellige*, & Soc.ſen. *n.*10.*ff.ad Trebell.*Cuman.*in d l.peto,§.prædium, ff.de legat.*2.Paul.Caſtr. *in l. vltimo, §.ſed quia,n* 4.*C.commun. de legat.* Iaſ. *in l. commodis,n.*4.*ff. de re indic. & in auth. res quæ limit.*6.*C.commun.de legat.*Peral.*in l.*3. *§. qui fideicommiſſum,n.*118.*ff. de hæred. inſtit.* Padil.*in l.vnum ex familia,§. ſi de falcidia,num* 7.*ff.de legat.*2.Socin.iun. *conſ.*28.*n.*3 *lib.*2.Natta *conſ.*110.*n.*13.*& conſ.*145.*n.*22. Neuiz. *conſ.*62.*n.*79.Ceph.*conſ.*344.*n.*7.*conſ.*393.*n.*14. *& conſil.*676.Pancir.*conſil.*60.*n.*5 Hieron. Gab.*conſ.*118. *n.*6.*lib.*1.Surd.*conſil.*7.*n.*23 *lib.*1.Honded.*conſ.* 58.*n.*25. *lib.*1.Menoch.*conſil.*245.*nu.*21.*& lib.*4. *præſum.* 192.*in fin.*Ludou.Molin *lib.*1.*de Hiſp.primog.c.* 10.*n.*4. Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.*9.*tit.*8.*n.*11.Andr.Gail.*lib.*2.*Obſeruat. Pract.obſeru.*137.*n.*7.Craſſ. *in §.fideicommiſſum, q.* 58.*n.*1.Petr.*de fideic.q.*8.*n.*315.*& q.*15.*n.*2.*& ſeq.*Pereg. *de fideic.art.*40.*n.*18.*& nu.*22.Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.* 73.*n.*417.Surd *deciſ.*62.*n.*21.*& ſeq.*

Et qui dicit æs alienum extitiſſe probare debet, Natt. *in auth.quod ſine,q.*10.*C.de teſta.* Felin.*in rub. de probat.* *n.*3.Crott.*conſ.*129.*n.*2.Bellon. *conſ.*16.*n.*2. *verſic.& in prohibitis*, Natt.*conſil.*352.*nu.*3.*& ſeq.*Ceph.*conſil.*344. *nu.*19.Hieron.Gabr.*conſil.*118.*n.*4.*& ſeq.lib.*1.Menoch. 2

conſil 207.*num*.1.*& ſeqq*.Ioſeph.Ludou.*concl*. 14.*illat*. 24.Peregr.*de fideicomm.art*.40.*n*.22.Senat. Pedemont. *deciſion*.172.*numero* 7. & ita ſemper vidi ſeruari in practica.

3 Ampliatur primò, vt nec ſententia, vel iudicis decretum ſit neceſſarium in alienatione, Peregrin.*de fideicom. art*.40.*n*.23.Socin.ſen.*in d.§. Dini,nu*.32.*verſic. & nota*, Hieron.Gabr.*conſ*.118.*n*.8.*lib*.1.

4 Ampliatur ſecundò, vt datis bonis in ſolutum, attendatur tempus dationis in ſolutum, Menoch.*conſil*. 245.*numero* 21.*vſque ad finem*.

5 Ampliatur tertiò, & ſi creditor eſſet ipſemet hæres grauatus Fulgoſ.*conſ*.82.Ruin.*conſil*.11.*nu*. 19. *libro* 2. Pariſ.*conſ*.51.*lib*.2.Natta *conſ*.255.*n*.6.*& ſeqq*. Roland. à Valle *conſ* 65.*num*.10.*lib*.2.Crauet.*conſil*.144.*n*.5.Menoch.*conſil*.183.*n*.35.*& ſeqq* Honded.*conſ*.58 *n*.2 . *lib*. 1. vbi alios allegat, & videndum erit totum conſilium. vbi latè oſtendit, alienationem rei prohibitæ alienari ſubſiſtere, ſi prohibitus erat creditor teſtatoris, Peregr. *de fideicom.art*.40.*num*.18. Intrigl. *d.cent*.3.*q*.73.*n*. 417. *in fine*, Surd.*d.deciſ*.62.*num*. 22. & videnda erunt dicta *infra quaſt* 665.

Contrarium tamen tenuit Natt.*conſil*. 110. *num*. 13. *& ſequentes*.

6 Quod procedit etiam non facto inuentario, Ruin. *conſil* 112.*nu*.19.*lib*.2.Pariſ.*conſil*.31.*nu* 53.*libro* 2.Natta *conſil*.155.*numero* 6.*& ſeq lib*.2.Roland. à Valle *conſil*.65.*num*.12.*& ſeq lib*.2.Crauet.*conſil*.144.*nu*.5.Honded.*conſil*.58.*num*.26.*libro* 1.Menoch. *conſil*. 183.*num*. 33.*lib* 2.Phanu.*de inuent.par*.7.*n*.41.& alij infiniti relati *infra quaſt*.665.*nu*. 2. vbi patet hanc eſſe receptam ſententiam.

7 Ampliatur quartò, vt nec de fructibus bonorum fideicommiſſi teneatur grauatus ſoluere debita, Paul. Caſtrenſ.*conſil*. 19. *column*.2.*libr*. 2. Marzar. *conſil*. 24. *& conſil* 25. Hieron.Gabr.*conſil*. 124. *libr*.1. Menoch. *conſil*. 183. *dubio vltimo*, Peregrin.*de fideicomm.art*. 35. *numer*.10.*& artic*.40.*num*.22. *in fine*, Intrigl.*dict.cent*. 3.*quaſt*.73.*num*. 419.& quæ dicta ſunt *infra quaſt*.665. *num*. 7. vbi alij infiniti recenſentur, & ita vidi ſemper practicari.

8 Contrariam ſententiam probauit Ludou. Molin. *lib*.1.*de Hiſpan.primog. cap*. 10.*num*. 4. & videnda erit *dicta quaſt*. 665 *num* 8.

9 Ampliatur quintò, vt nec teſtator poſſit prohibere alienationem bonorum pro ære alieno ſoluendo, Aret. *conſil*. 19.*dubio ſecundo*. Natta *conſil*. 145.*n*.22.vbi loquitur in fortioribus Bertaz.*conſ.ciuil*.76.*n*.3. *lib*. 1. Opiz. *in l.filiusfamilias*.§. *Dini*,*num*.29. *ff de legat*. 1. Menoc. *conſ*.245. *nu*. 12. Et in fortioribus procederet facta ſimpliciter prohibitione alienationis, non ſpecificè licet verbis amplis & generalibus facta eſſet. Honded.*d conſil*.58.*numero* 25.45.*& ſeqq*. Doct. *in l filiusfamilias*, §. *Dini*, vbi Iaſ.*num*.18.*in prima lectura* & Ripa *num*.14. *& ſeqq ff.de legat*.1.Socin.ſen.*conſil*.16.*num*.13.*lib*.3.& eſſe communem opinionem dixit Pariſ. *conſil*. 45. *numero* 19.*libro* 3.

Idem eſſet ſi teſtator iuſſiſſet vendi certa bona pro ſoluendo ære alieno, nam ſi vendi non poſſint, quia emptores non adſint, vel non eſſent ſufficientia ad extinguendum debitum, alia bona alienari poterunt, Bero. *conſil*.93.*n*.19.*&* 26 *lib*. 2.

10 Ampliatur ſextò, vt nec alienata bona poſſit fideicommiſſarius reuocare oblato pretio emptori, Paul. Caſtr.*in auth.res quæ*,*nu*.5.& ibi Iaſ.*colu*.11. *in extenſione* 16.*C.commun.legat*. Aret.*conſil*.20.*n*.43.Iaſ.*conſil*.161. *lib* 4.Ruin.*conſ*.137.*n*.19.*lib*.2. Bonif.Roger *conſ*.5.*nu*. 19.*libro* 1.Marzar.*in Epit. de fideicomm. quaſt*. 48. Intrigl.*d.cent*.3.*q*.73.*num*.420.Peregr.*de fideicommiſ.art*. 40. *num*.27.*& art*.42.*num*.24.vbi dicit ita vidiſſe iudicari, ego autem ſic vidi ſemper practicari ſine vlla prorſus hæſitatione.

Ampliatur ſeptimò, vt ſi prohibitus de ſuo ſoluit æs alienum poſſit alienare bona, vt ſibi ſatisfiat, Fulgoſ. *conſ*.82.Bart.*conſil*.123.*num*.15.*lib*.1.

11 Limitatur hæc communis opinio multipliciter, & primo quando creditores non inſtarent, Hieron. Gabr. *conſil* 118.*numero* 5.*lib*.1.Peregr.*de fideic.art*.40. *nu*.25. Simonic.*tract.de decret.lib*.1.*n*.33 Gallus *de excep. ſucceſ. tit*.21.*except*.4.*n*.113.*part*.3.Vin.*deciſ. Neapol*. 185. *nu*. 11.*lib*.1. mouentur ex text.*in l.pater filium,in principio,in ſecunda reſp ff. de legat*. 3. Ego autem non poſſum adhærere huic opinioni, dummodò bona fide facta ſit alienatio, cum prudentis ſit debitoris tempore opportuno prouidere alienationi bonorum, vt maiore pretio ſuſtineantur, & non expectare ſubhaſtationem bonorum cum magno damno hæreditatis & fideicommiſſi, vltra expenſas litis, non enim eſt in libertate grauati firmare debitores, ne petant ad libitum, nec inuenire pecunias, ſi paratas non habet; vlterius creditoribus poſſet ſolui magnum intereſſe, puta cenſus, quod extingui, nec teſtator ipſe negaſſet, accedente, quod grauatus pendente conditione eſt dominus, & iniquum eſſet ipſum teneri ad ſoluendum intereſſe pendente conditione, cum & poſſit eſſe conditionem non exiſtere, vnde plurimum erit iudicis tribuendum arbitrio, ac ſine legitima cauſa, vel cum legitima ſit facta alienatio, quia ceſſante ſuſpicione fraudis, & mali animi in grauato, non video cur non debeat ſuſtineri hæc alienatio, facta apud me ex cauſa neceſſaria cum ſit pro debitis ſoluendis, ſicuti neceſſariam alienationem eſſe ſupponant omnes, præcipuè Honded.*d. conſil*.58.*n*. 25. *lib*.1.& ſi creditores non vrgeant, nec petant, & ſæpius etiam ſine conditione practicaui, in alienationibus factis pro debitis ſoluendis nil aliud quæri, niſi an extaret debitum verè, & iuſto pretio facta ſit alienatio.

12 Limitatur ſecundò, quando alienatio excederet ſummam æris alieni, quia pro ſumma excedente poterit fideicommiſſarius alienata reuocare, non autem alienatio in totum erit nulla, Bart.*in l*.1.§ *nunciatio col*. 3 *ff.de oper.nou.nunc*.Dec.*conſ* 403.*n*.18. Hieron. Gabr. *conſil*.118.*n*.5.*lib* 1.Peregr.*de fideicom.art*.40.*nu*. 26.vbi dicit, non retractari alienationem vnius prædij vel domus facilè, niſi adeſſet magnus exceſſus, Intrigl. *d.cent*. 3.*q*.73 *nu*.421.Magon *deciſ. Florent*.109.*num*.5. *& ſeqq*. Vin.*deciſ*.185.*nu*.11.*in fine*.

13 Sublimitatur primò, quando prædium vel domus magni valoris eſſet alienata pro modico ære alieno, nam tunc in totum reuocaretur, Hieron. Gabr. *conſil*. 118.*num*.5.*& ſeq lib* 1. Peregrinus *de fideicomm. art*.40. *numero* 26.

14 Sublimitatur ſecundò, quando alienaretur domus antiqua de familia, vel locus dignus affectione fideicommiſſarij, cum alia bona extarent, tunc enim reſtituto pretio emptori, res tota vendicari poſſet per fideicommiſſarium, Hieron. Gabr. & Peregr. *locis ſupra ſtatim citatis*.

15 Limitatur tertiò, quando fideicommiſſarius non fuiſſet citatus, quando res fideicommiſſi dabantur creditoribus in ſolutum, quia tunc illis nō præiudicaret alienatio, Gloſ. *in l de vnoquoque*.& ibi Alexand.& alij, *ff. de rei vindic*. Bart. *in l.filiusfamilias*, §. *Dini*, & ibi Iaſ. *col*. 13.*verſic.potes ſaluare*, *in lectura ſecunda*, *ff de legat*.1. Bald.*in l.ab eo col vlt.C.quomodo, & quando iud*. Fab. *in §.minorem,inſtit.de adopt*. Alexand. *in l. decem*, *num*. 10. & ibi Iaſ. *num*. 48. vbi teſtatur de communi opinione, *ff. de verbor. obligat*. rurſus Alexand. *conſil*. 86. *viſis dubitationibus*,

*bitationibus.column.1.in fine lib.2.*Socin. ſen. *conſil.* 282. *n.4.lib.2.*Ceph.*conſ.344.nu.27.& conſ 676. num.* 16. & ſentit Hieron.Gabr.*conſil.*118.*num.8.lib.*1.

Ego tamen valde ſubſiſto, nam cum alienatio poſſit fieri inuito fideicommiſſario pro ære alieno ſoluendo, vt ſentiunt omnes, non video quomodo, & eo non citato non poſſit creditoribus dari in ſolutum, *l. qui poteſt inuitis ff.de reg.iur.* & in ſimili dicit Peregrin. *de fideicom.art.40.nu.35.*& debet ſufficere, quod in effectu omnia ſint geſta bona fide, & non in fraudem fideicommiſſi, & ita vidi practicari, immo in terminis noſtris,ita etiam tenet Peregr. *d.art.40.nu.28. verſic. adde quod ſi legatarius*, vbi in fortioribus terminis loquitur. Crederem tamen, quod ſi ipſe fideicommiſſarius vellet ſoluere debitum,quod hic præferendus eſſet, ita Hier. Gabr. *d.conſil.*118.*nu.*8.

16 Limitatur quarto,quando pretioſiores res eſſent alienatæ, nam viliores ſemper ſunt alienandæ, Glos. *in l. Marcellus,§. res quæ*, & ibi Roman. *nu.7.ff. ad Trebell.* Ceph.*conſ.344.nu.25.*

17 Limitatur quintò, quando alienatio, vel datio in ſolutum contineret læſionem valde exceſſiuam, quia non teneret tanquam colluſoria, & in perniciem fideicommiſſi facta,Cephal.*conſil.344.num.23.*vbi loquitur, & ſi iudicis decretum interueniſſet, *conſil. 976. numero 17.& ſeqq.*

18 Vel hoc caſu tenebitur alienans de iuſto pretio Old. *conſil.* 107.*dubio tertio*, Ripa *in l. quartam,numer.*102.*ff. ad leg. Falcid.* Honded.*conſil.64.nu.65.lib.1.*Præt. *de interpret. vltim.vol.fol.365.nu.14.ad medium*, Peregr.*de fideicom.art.10.num.30.in fine.*

19 Limitatur ſextò, quando prohibita fuiſſet alienari res particularis,nam hæres eam non poſſet alienare in præiudicium fideicommiſſarij, ſed bona non prohibita alienari eſſent diſtrahenda pro ſoluendis debitis, Hieron.Gabr. *conſil.*118.*num.* 8. *libr.* 1. & antea, ita tenent Bald.*in l.vltima,§. & ſi præfatam, in quarta quæſt. C. de iur.delib.* Bart. *in l. pater filium, in fine princip. ff. de legat.* 3. Alber. *in l.peto,§.fratre, num.25. ff. de legat.* 2. Iaſ. *in dict.§. Diui,numer.* 25. & ibi Loarez *numer.71. verſ.ſexto,& num.83*.Socin.iun.*nu.32.* Romul.*nu.*139. & Ferret.*num.*88. Paul.Caſtr.*conſil.247.nu.4.lib.1.* Soc. ſen.*conſil.75.num.11 lib.1.*Iaſ.*in l. Marcellus,§. res quæ, in fine, ff.ad Trebell.*Cephal. *conſil.320.num.27. & conſil.634.num.4.*Peregr.*d.art.40.nu.28.*Burſat.*conſil. 5.nu. 30. libr.*1. Et probatur *in l.pater filium ,in princip. verſic. idem quæ ſi ijs ff.de legat. 3.*

20 Sublimitatur primò, quando ad inſtantiam creditorum authoritate iudicis res eſſet capta, & ſubhaſtata, nam tunc teneret alienatio, licet facta non citatis fideicommiſſarijs, & illis ſaluum erit ius ad pretium contra hæredem grauatum, vel in alia re conſimili, Bald. *in l. vltima,§.& ſi præfatam,quæſt.4.C.de iur.delib.* & *in l. 1.C.de debit.vend.pign.& in l. 2. C. ſi aduer. vend.pignor.* Hieron.Gabr.*conſ.118.nu.8.libr.1.* Peregr.*de fideic.art. 40.nu.* 28. Et ratio eſt, quia debitor non poterat fideicommiſſo impedire, quin creditores ſubhaſtarent bona illa particulariter alteri relicta, & alienari prohibita, *l. qui ſolidum, §.vltim.ff. de legat.2. l. 1. & 2. C. de debit, vend. pign. impoſ. non poſſeſ.*

21 Sublimitatur ſecundo in caſu, quando teſtator obligaſſet certum fundum, & illud in teſtamento particulariter alienari prohibuiſſet, quia hæres pro ſolutione, & liberatione creditoris poterit fundum illum obligare alteri creditori, vel alienare, ponendo eum in locum antiquiori creditoris,*l.pater filium, in principio, ff. de legat.3.*Ludou.Molin.*de Hiſpan. Primog.lib.1.cap.10. numero 25.*Pereg.*de fideicom.art.40.numero 31.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.3.quæſt.73.numero* 418.

Sublimitatur tertio, quando bona libera non poſſent vendi, quia emptor non inueniretur ad tradita per Bero. *conſil.93.num.19.iuncto num.26.lib.2.* 22

Limitatur ſeptimo non facto inuentario per hæredem, quia fideicommiſſarius poterit reuocare alienata, Bart. *in l.pater filium,in principio.ff.de legat.3.* Peregr. *de fideicom.art.40.num.29.* vbi dicit hoc verum in relictis particularibus, & quando non agitur de perſona creditoris, ſecus eſſet, ſi de perſona creditoris ageretur, vel fideicommiſſum eſſet vniuerſale, & ſic vult declarandum eſſe: Bart. *in d. l.pater filium*, & cum Peregrino & ego tranſeo.

Quid autem dicendum ſit, quando pro ſolutione æris alieni fundum hæres alienauit, ponendo ſuper eo annuum cenſum, vel abſolutè alienauit, & poſtea de eo fuit per contractum libellarium inueſtitus, & tandem eum francauit, an fideicommiſſario ſit reſtituendus? & reſtitui debere pretio ſoluto per fideicommiſſarium, vel cum onere cenſus, ſcribunt Crauet. *conſil.* 207.*n.7.& ſeqq.*Peregr.*de fideicommiſſ.art* 40.*num.* 30. vbi teſtatur ita bis fuiſſe deciſum, quod procedit ea ratione, quia alienatio non fuit libera, ſed dominium vtile, & directum in caſu cenſus erat penes grauatum, vel in caſu libelli erat retentum dominium vtile: vnde aliud dicendum eſſet, quando alienatio erat facta liberè de dominio vtili, & directo, & poſtea hæres grauatus ex alio contractu eundem fundum acquiſiuit, nam tunc non eſſet fideicommiſſario reſtituendum, vt ſentiunt præcitati, & videatur *quæſt.619.num.* 3. & Peregrin.*conſil.38.num.*10. *& ſeqq. lib.4.* & etiam quæ dixi *qu.531.num.93.* 23

Sed an fideicommiſſarius hæres alienantis poſſit vendicare alienata dixi *q.557.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibita bona alienari, vel aliter fideicommiſſo ſuppoſita poterunt alienari pro ſoluendo ære alieno grauati, & prohibiti, ampl. & decl. per totam quæſt.*

Ampliatur, & ſi teſtator prohibuit rem quoquomodo alienari nu.3.contra num.4.

Ampliatur,& ſi bona ſint prohibita alienari ex cauſa neceſſitatis,nu.5. contra nu.6.

Limitatur, quando prohibitio alienationis eſt facta, vt bona perpetuò in familia conſeruentur, numer.7. contra ibid.

Limitatur quando mortuus eſt grauatus, & prohibitus,quia reuocari poterunt alienata, nu. 9. ampl. & decl. num. ſeqq.

Limitatur, quando extant bona libera, quia tunc prohibita alienari non poterunt,num.14.

Limitatur,quando alienatio eſt facta vltra ſummam æris alieni,num.18.

2 *Neceſſitas excuſat à pœna.*

10 *Subſtitutus ſi ſit vnus in caſum mortis,& alter in caſum alienationis,ſi alienata ſunt bona pro ære alieno hæredis, eo mortuo ſuccedit ſubſtitutus in caſum prohibitionis.*

8 *Dictiones, continuò ſemper, importaut perpetuitatem reſpectu temporis,& caſuum.*

11 *Prohibita bona ſi ſint alienata pro ære alieno prohibiti, ſi ſubſtitutus moriatur ante prohibitum non tranſmittit ius reuocandi alienata.*

12 *Prohibita bona ſi ſint alienata pro ære alieno prohibiti, ſi ſubſtitutus fuit hæres prohibiti, non poterit alienata reuocare.*

16 *Alienatio bonorum prohibitorum alienari pro ære alieno prohibitis, vt valeat, requiritur quod creditores vrgeant,decl.num.ſeq.*

19 *Fideiubere hæredem ſi teſtator prohibeat, pro illius fideiuſſione an bona alienari poſſint? remiſſiuè.*

QVÆSTIO DXLII.

Vtrum bona prohibita alienari, vel fideicommiſſo ſubiecta pro ære alieno prohibiti poſſint alienari?

VISO, an pro ſoluendis debitis teſtatoris fideicommiſſi bona alienari poſſint? conſequens eſt, vt inſpiciamus, quid dicendum ſit de ære alieno contracto per grauatum? & licet de hoc aliqua etiam dicta ſint *ſupra q.* 535. quæ videnda erunt, alia ad materiam pertinentia addenda ſunt.

1 Concluſio igitur ſit quod bona fideicommiſſi, & prohibita alienari potuerunt alienari pro ſoluendo ære alieno grauati, & prohibiti alienare, *l. filiusfam. §. Diui, ff. de legat.* 1. *l. peto, §. prædium*, & ibi Doctores, *ff. de legat.* 2. Bar. *in l.* 2. *§. vltimo ff. de reb. eor.* Doct. *in l. filiusfamilias § Diui*, vbi Rip. *nu.* 9. *&* 57. Opiz. *nu.* 46. & Ferdin. Loarez *nu.* 82. *& ſeq. ff. de legat.* 1. Ruin. *conſil.* 93. *num.* 3. *lib.* 1. Ceph. *conſil.* 161. *nu.* 21. *lib.* 2. Peregr. *conſil.* 47. *lib.* 3. *conſil.* 10. *num.* 5. *& ſeq. libr.* 4. *& in tract. de fideicom. art.* 40. *nu.* 20. Craſſ. *in § fideicommiſſum, q.* 8. Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 316. *& n.* 319. *verſ. veruntamen*, Maſcard. *de probat. concl.* 1236 *n.* 3. *& ſeq.* Probatur hæc ſententia *in l. peto § prædium ff. de leg.* 2. *in l. cum fideic. ff. de fideic. liber. & in l. rogo, & ibi Gloſ. ff. eod.* Et ratio etiam adducitur, quia prohibitio alienationis intelligitur de voluntaria, non neceſſaria, quæ fit pro ſoluendo ære alieno, *dict. §.*

2 *Diui, & d. § prædium.* & in vtroque loco Doctores adducunt hanc rationem, alienatio enim neceſſaria extra pœnam eſt, *l. alienationis, ff famil. erc. ſc. cap. quæ propter neceſſitatem, de regul. iur. in* 6. Tiraquel. latiſſimè *de retract. §... n.* 26. *gloſ.* 1. *n.* 12. Pereg. *d. art.* 40. *nu.* 20. *in princip.* Et caſus neceſſitatis ſemper intelligitur exceptus, Ferdin Loarez *d. § Diui, nu.* 83. *& ſeqq. ff de legat.* 1. vbi pluribus exemplis comprobauit, Petr. *dicta qu.* 8. *n.* 317. Cephal. *conſil.* 451. *dubio octauo*, Præt. *de interpretat. vlt. volunt. fol.* 72. *ſolut.* 12.

Non deſunt tamen qui conſtituerint regulam negatiuam, quod alienari non poſſunt bona hæc pro debitis prohibiti alienare, ita poſt Alexand. Iaſ. & alios citatos dixit Grat. *conſil.* 106. *num.* 40. *libr.* 2. Decian. *conſil.* 120. *nu.* 6. *libro* 3. Et ratio eſt, quia ſic voluntas teſtatoris deſtitueretur, ſi permiſſa eſſet alienatio pro ære alieno prohibiti alienare.

3 Ampliatur primò, & ſi teſtator prohibuiſſet rem quoquomodo alienari, Ruin. *d. l. filiusfamilias § Diui n.* 51. *& conſ.* 93. *lib.* 1. Maſcard. *d. concluſ.* 1236 *nu.* 5.

4 Contra tenet Peregr. *d. art.* 40. *n.* 20. qui hac clauſula, quoquomodo, impedit alienationem per modum ſubueniendi neceſſitatibus grauati, allegat Ruin. *conſil.* 163. *nu.* 27. *lib.* 5. & dixi *q.* 535. *num.* 18.

5 Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator prohibuiſſet bona alienari ex cauſa neceſſitatis, ſecundum Coman. *in l. prædium, in prima lect. in fine, n.* 7. *ff. de legat.* 2.

6 Sed diſſentit Petr. *d. q.* 8. *nu.* 17. *verſic. declaratur*, & in fortioribus relati *ſupra nu.* 4. *& q.* 535 *nu.* 18. & Peregr. *conſ.* 49. *nu.* 8. *in fine lib.* 3.

7 Declaratur primò non procedere, quando teſtator prohibuiſſe alienationem bonorum, & iuſſiſſet in familia perpetuò manere, vel continuò, vel ſimilibus verbis vſus fuiſſet, ex quibus conſeruatio bonorum in familia ſit conſiderata, nam tunc non poſſent bona alienari pro ſatisfaciendo creditoribus prohibiti, nec in eius vita, Bald. *in auth. & qui iurat. nu.* 60. *C. de bon. auth. iud. poſſid. per tex. in l.* 2. *C. de vſuc. pro empt.* Al. x. *conſ.* 23. *col. pen. & vlt. lib.* 1. Curt. iun. *conſ.* 161. *n.* 14. Ruin. *conſ.* 89. *n.* 25. *conſ.* 101. *n.* 16. *conſ.* 109. *n.* 14. *&* 27. *conſ.* 134. *n.* 9. *conſ.* 147. *nu.* 13. *lib.* 2. *& conſ.* 168. *n.* 12. *lib.* 3. Peregr. *conſ.* 47. *conſ.* 49 *n.* 8. *& ſeqq. lib.* 3. *conſ.* 50. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 4. vbi dicit ſufficere teſtatorem conſideraſſe conſeruationem bonorum, & permanentiam in familia, licet nõ ſit vſus verbis denotantibus perpetuitatem, *& in tract. de fideic. art.* 40. *n.* 20. *ad medium.* Ratio eſt, quia non ſemper bona 8
remanerẽt in familia, ſi licita eſſet alienatio in vita prohibita pro ſoluendis debitis, hæ enim dictiones continuò, ſemper, important ſempiternitatem reſpectu temporis, & caſuum, *cap. cum veniſſent, de inſtitut.* vbi de dictione continuò *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* vbi de dictione ſemper, & ibi Doct. Boer. *deciſ.* 15. Peregr. *d. conſ.* 49. *nu.* 8. *verſic. ſed contra.* Ad quod accedat, quod grauatus fideicommiſſo, ſi ſine liberis, ſi monaſterium ingrediatur, bona remaneant penes monaſterium in vita monachi, vt dixi *ſupra q.* 430. ſi tamen dictum ſit, quod teſtator voluit bona perpetuò manere in familia, ſubſtitutus ſtatim admittitur, Decian. *conſ.* 61 *lib.* 5. Didac. *var. reſolut. c.* 19. *n.* 11. Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 91. Peregr. *de fideic. art.* 22. *nu.* 92. dixi *d. q.* 430. *n.* 21.

Contrariam opinionem malè probauit Hieron. Gabriel. *conſil* 123. *nu.* 10. *lib* 1.

Declaratur ſecundo, vt procedat durante vita grauati, & prohibiti alienare, nã poſt eius mortem, is cuius 9
fauore prohibita eſt alienatio, vel etſi ſubſtitutus in caſum mortis admitteretur ad reuocandum bona alienata, Ruin. *d. § Diui, n.* 37. *&* 57. & ibi Crot. *n.* 36. Loarez, *n.* 125. Ripa *n.* 53. *&* 57. Paul. Caſtr. *in l. pen. § ſed quia nu.* 4. *C. comm. de legat.* Soc. ſen. *conſ.* 40. *n.* 12. *libr.* 3. Maluaſ. *conſ.* 8. *n.* 26. Fab. Turret. *cõſ.* 8. *n.* 26. vbi dicit eſſe opinionem communem, Ruin. *conſ.* 109. *n.* 20. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſ.* 118. *n.* 4. *lib.* 1. Didac. *libro* 2. *variar. reſolut. c.* 16. *n.* 6. *verſ. tertio in fine*, Craſſ. *in § fideicommiſſum, q.* 8. *n.* 1. Petr. *de fideic. q.* 8. *nu.* 319. *verſ. tertio declaratur*, Maſcard *de probat. concl.* 1236. *nu.* 54. Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 21. & plenius dixi *qu.* 554.

Ampliatur hæc declaratio, vt procedat licet vnus eſſet ſubſtitutus in caſum alienationis, alter verò in caſum mortis, & hi concurrant, nam præfertur vocatus in caſum alienationis, ſecundum Ruin. *conſ.* 109. *n.* 19. *&* 20. *lib.* 2. mouetur, quia alienatio præcedit caſum mortis hæredis grauati, vnde ſubſtitutus in caſum alienationis præferri debet ſubſtituto in caſum mortis, quia generi per ſpeciem derogatur, *l. vxorem, § fœliciſſimo, & l. ſi ſeruus vrbanus, § vlt. ff. de legat.* 3. Contrarium tamen tenendum eſt, ex his quæ latè ſcripſi *qu.* 727. vbi tenuit ſubſtitutum in caſum mortis, excludere ſubſtitutum in caſum alienationis iam admiſſum pluribus rationibus, & authoritatibus ibi congeſtis, & ibi ſumus in fortioribus, quia commiſſa erat pœna propter alienationem factam contra prohibitionem teſtatoris, hic verò pœna commiſſa non eſt, quia alienatio ſecuta fuit ex neceſſitate, vt dixi *ſupra nu* 2. 10

Et mortuo ſubſtituto ante prohibitum, qui alienauit, non fiet tranſmiſſio ad eius hæredes, Peregrin. *de fideicom art.* 40. *num.* 21. 11

Subdeclaratur primò, quod ſi prohibitio alienanti ob æs alienum ſuccedat hæres is, qui erat ſubſtitutus, vel in caſum alienationis, vel in caſum mortis, quod ille, nec alter de familia poterit reuocare alienata ab emptore, Gl. *in d. § prædium, in verb. externus*, & ibi Bart. *in tertia ſolut.* Imol. Paul. Caſtr. & alij Ripa *in l. filiusfamilias, § Diui, n.* 58. & ibi Soc. iun. *nu.* 130 *ff. de legat.* 1. Ruin. *d. conſ.* 109. *n.* 20. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *d. conſil.* 123. *n.* 11 *lib.* 1. Pereg. *de fideicom. art.* 40. *nu.* 21. *verſic. tertio*, & 12

videnda

videnda erunt dicta latius *quaeſtione* 557.

13 Subdeclaratur ſecundò non procedere, quando data eſſet licentia alienandi pro ſuis neceſſitatibus, tunc enim poterit alienari res irreuocabiliter, dummodò debitum non ſit contractum data opera animo interuertendi fideicommiſſum, Bald. *conſil.* 20. *quid importent iſta verba, libro* 2. Petr. *de fideicomm. quaeſt.* 8. *numer.* 321. *vſque ad num.* 324.

14 Declaratur tertiò, vt procedat, dummodò non extent bona libera, ſi enim bona libera extitiſſent, non potuiſſent alienari bona fideicommiſſi pro ære alieno prohibiti, Bartol. *in lege pater filium, in princip.* & ibi Alber. *ff. de legat.* 3. Cuman. *in leg. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. Iaſ. *in leg. commodis, num.* 4. *de iſtdic.* Hieron. Gabr. *conſil.* 118. *numero* 5. *&* 6. *lib.* 1. Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 4. Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 22. & eſt de mente omnium.

15 Et ei qui dicit alia bona extitiſſe, quam alienari prohibita, incumbit onus probandi fundamentum ſuę propoſitionis, fideicommiſſarius enim habet fundatam intentionem in fideicommiſſo, & prohibitione alienationis, Hieron. Gabr. *conſil.* 118. *col.* 3. *lib.* 11. Pereg. *d. artic.* 40. *n.* 22. Raud. *deciſ. Piſan.* 29. *nu.* 179. & videnda erunt dicta *ſupra q.* 531. *n.* 125. *& ſeqq.*

16 Declaratur quartò, quod ad hoc vt valeat alienatio, nec dicatur contrauentum prohibitioni, requiritur, quod creditores vrgeant, & hoc ſufficit, quo caſu prohibitus poterit ſponte procedere ad bonorum alienationem nec expectare tenetur, quod creditores bona capiant, & ſubhaſtari faciant, *leg. pater filium, in princip. in* 2. *reſp. ff. de legat.* 3. Hieron. Gabr. *conſil.* 118. *n.* 5. *lib.* 1. vbi dicit neceſſe eſſe, quod creditores vrgeant, Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *num.* 36. vbi pariter requirit, quod creditores inſtent ſibi ſolui, Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *numero* 25.

17 Cæterum alij ſunt in opinione, quod prohibitus non poſſit ſponte alienare, ſed requiri, vt alienatio fiat iubente iudice, inuito ipſo grauato, Bar. *in l. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. dum loquitur de primo, & ſecundo decreto iudicis, Bald. *in cap.* 1. *num.* 11. *de prohibit. feud. alienat. per* Feder. Opiz. *in l. filius familias § Diui, numer.* 58. *verſic. quod tamen intelligo verum, ff de legat.* 1. quos refert & ſequitur Petr. *de fideicomm. q.* 8. *nu.* 320. addo Caualcan. latè *deciſ.* 6. *par.* 3. Et hæc opinio erit tutior in practica tam pro prohibito, ne aliàs incidat in pœnam priuationis, quàm & pro creditore, ne aliàs reuocentur alienata contra prohibitionem teſtatoris.

18 Declaratur quintò, vt alienatio facta vltra ſummam æris alieni ſit nulla, Corn. *in l. cum non ſolum, §. ſin autem hoc, C. de bon. matern.* & dictum fuit *ſupra quaeſt. præcedenti, n.* 12. *& ſeqq.* Aliæ etiam declarationes poterunt intelligi ex dictis *in præcedenti quaeſt.*

19 Fideiubere autem ſi teſtator prohibuit grauatum, ſi ille fideiuſſit, creditores non poterunt agere contra bona teſtatoris prohibentis fideiuſſionem, Peregrin. *conſ.* 47 *lib.* 3. vbi etiam agit, an commiſſa ſit pœna ex fideiuſſione? & quid ſi prohibitio non fuit veſtita, vel non appareat expreſsè factam obligationem in omnibus bonis, & prohibitis ſubiacere obligationi fideiuſſionis.

De hac quæſt. vide etiam *qu.* 690.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio pro quantitate legitimæ, & Trebellianicæ, & alijs detractionibus fieri poteſt bonorum fideicommiſſi, ampl. & decl. per totam quaeſt.*

2 *Alienatio, ſi pro quantitate Trebellianicæ facta eſt, & poſtea viuat grauatus, & tot fructus percipiat, qui conſumunt Trebellianicam, emptor tutus erit, contra num.* 3.

4 *Pro legitima & Trebellianica an filius poteſt alienare rem quam vult, contra n* 5. *decl. num. ſeqq.*

9 *Legitima non poſſet deduci in re alteri legata, vel fideicommiſſo ſuppoſita ſi extent alia bona libera, declar. num. ſeqq.*

13 *Legitimam non poſſe deduci in bonis liberis an teneatur probare filius, an verò legatarij teneantur probare vltra legata extare bona ſufficientia pro legitima, remiſſiuè.*

14 *Alienatio facta pro legitima in fraudem fideicommiſſi non valet, & num* 20.

15 *Alienatio facta pro legitima non præſumitur facta in fraudem fideicommiſſi, decl. nu.* 16.

17 *Pro legitima filius non poteſt in vltima voluntate alienare rem quam vult.*

18 *Legitima debetur in rebus, vel melioribus, nec deterioribus arbitrio iudicis.*

19 *Alienata bona tenetur grauatus in legitimam, & Trebellianicam, & alias detractiones imputare volente fideicommiſſario, amplior. & declar. numer. ſeqq.*

21 *Alienationes primæ vti pro detractionibus factæ à grauato tenent, aliæ poſſunt reuocari.*

25 *Permutata res erit in detractionibus imputanda volente fideicommiſſario, contra nu.* 27.

30 *Alienatio facta, quæ in detractionibus fideicommiſſi imputatur, erit imputanda pro pretio recepto, nec erit attendendum quanti res valeat tempore reſtitutionis fideicommiſſi, decl. num. ſeqq.*

35 *Fructus ſufficientes pro quantitate Trebellianicæ, grauatum percepiſſe probare debet fideicommiſſarius.*

QVÆSTIO DXLIII.

Vtrum pro legitima, Trebellianica, & alijs detractionibus fideicommiſſi bona alienari poſſint?

1 RECEPTISSIMA eſt omnium concluſio, & quotidie practicata, quod fideicommiſſo grauatus bona fideicommiſſi alienare poteſt pro quantitate legitimæ, Trebellianicæ, & aliarum detractionum irreuocabiliter, vt ſcribunt Oldr. *conſil.* 107. *num.* 7. Aret. *conſil.* 18. *numero* 3. *&* 10. Paul. Caſtr. *conſil.* 94. *col.* 2. *lib.* 2. Corn. *conſil.* 234. *in fine, lib.* 2. *& conſ.* 133. *nu.* 6. *lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 146. *n.* 3. *lib.* 4. *& in l. vlt. §. ſed quia, limit.* 7. *C commun. de legat. & in l. filium quem habentem, colum.* 4. *C. famil. ercisc.* Purpur. *in l. in fine, C. de pact.* Ripa *in l. in quartam, num.* 46. *& num.* 120. & ibi Pic. *num.* 44. *ff. ad leg. Falcid.* Cagnol. *in l. Papinianus §. meminiſſe, nu.* 4. *ff. de inoff. teſtam.* Dec. *conſ.* 55. *col.* 5. *& conſil.* 257. *colum.* 2. Gigas *conſil.* 66. *nu.* 3. Ceph. *conſil.* 344. *n.* 10. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 49. *n.* 7. *& conſ.* 93. *num.* 12. *lib.* 2. Chriſtoph. Torniol. *conſil.* 15. *num.* 44. *vſque ad nu.* 51. Peregr. *de fideicom. art.* 39. *numer.* 2. *&* 3. Surd. *deciſion.* 316. & omnes infra relati ſine dubio admittunt.

2 Ampliatur primò, vt ſi factæ ſint alienationes pro quantitate Trebellianicæ, & poſtea tantum vixit grauatus, quod perceperit fructus ſufficientes pro Trebellianica, quod adhuc tutus erit emptor, ne poſſit vexari à fideicommiſſario, licet hæres, qui alienauit, teneatur ſupplere in alijs bonis, Crot. *in l. filius familias, §. Diui, n.* 15. *&* 20. *ff. de legat.* 1. & videtur ſentire hanc opinionem Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 28. *nu.* 152. & hanc probauit Rota Romana, *in collect. per Farinac. deciſ.*

152. n. 5. & ſeqq. part. 1. Ratio eſt, quia talis alienatio valuerit a principio, vt per Rot. d. deciſ. 152. non poteſt ex aliquo euentu impugnari ad tex. in l. ſancimus, C. de admin. tut. & fuit ratio Rotæ, quæ pro hac opinione allectat etiam Ripam in l. quartam nu. 103. ff. ad leg. Falcid. Cephal conſ. 392. in fine, libro 3. & Surd. conſil. 576. n. 41. hanc etiam ampliationem tenuit comprobando eam Rota in d. collect. per Farinac. deciſ. 215. part. 2.

3 Contrariam ſententiam, & melius probant Peregr. de fideicom. artic. 39. n. 5. & conſ. 49. lib. 2. in quibus locis plenè comprobat, & videantur etiam rationes adductæ pro hac ſententia à Rota, dicta deciſ. 152. quibus etiã ipſa Rota reſpondet.

4 Ampliatur ſecundò, vt etiam filius poſſit alienare rem, quam vult pro ſua legitima, & Trebellianica, ſecundum Iacob. de Aret. in auth. res quæ, & ibi Cin. & Imol. in fine, C. commun. de legat. Bald. in l. 2. C. eod. Paul. Caſtr. in l. Marcellus, §. res quæ, in fine, & ibi Imol. ff. ad Trebell. Fernan. Bereng. in l. quartam par. 3. num. 57. ad leg. Falcid. Barbat. in cap. Rainaldus extr. de teſtamen. & conſulendo Bald. conſ. 217. libro 1. conſ. 367. & conſ. 392. col. 1. lib. 4. Fulgoſ. conſ. 1. col. vlt. Aret. conſ. 18. colum. penult. in fine, vbi teſtatur de communi opinione, Alex. conſ. 184. col. vlt. libro 2. & conſil. 3. col. 2. lib. 3. Capr. conſ. 49. colum. vlt. & conſil. 92. col. 3. verſic. ſecundo videndum, Corn. conſil. 282. nu. 13. lib. 1. & conſ. 146. colu. vlt. libro 2. Bertrand. conſil. 59. col. 2. lib. 3. in nouiſſ. Soc. ſen. conſil. 36. in princ. libro 3. Dec. conſil. 202. num. 8. & conſil. 236. num. 10. Pariſ. conſil. 17. col. vlt. libro 2. & conſil. 43. nu. 13. libr. 3. Rimin. conſil. 100. num. 8. Ceph. conſ. 460. nu. 9. & ſeqq. Menoch. conſil. 476. numer. 2. & conſil. 1210. numer. 29. Chriſtoph. Torniol. conſilio 13. numer. 44. vſque ad numer. 51. Anton. Gabr. de legit. concluſ. 4. numer. 5. Guid. Pap. quaeſt. 606. Afflict. deciſ. 161. num. 3. & hæc in practica ſeruatur.

5 Verum alij tenuerunt, filium non poſſe alienare rem, quam vult pro ſua legitima, vel Trebellianica, & ſi expreſsè elegerit illam rem pro his detractionibus, Bald. in l. 1. col. 1. C. ad Trebell. Salicet. in l. filium quem habentem, C. famil. erciſ. Fabian. in auth. nouiſſima, n. 140. C. de inoff. teſtam. Alexand. conſ. 117. lib. 6. Dec. conſil. 86. dubio ſeptimo, & conſil. 236. n. 9. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 163. n. 19. Craſ. in l. legitima, quaeſtione 15. 16. 17. Peer. de fideicommiſſ. q. 25. nu. 90. Ioſeph. Ludou. deciſ. Luc. 64. num. 21. Alexandr. Raud. deciſ. Piſan. 28. num. 160. Surd. deciſ. 316. num. 18.

6 Si tamen alienatio facta eſſet ex neceſſitate cum iudicis decreto teneret, vt ſcribunt Doctores pro prima opinione adducti.

7 Et ſi facta ſit alienatio in re electa, & poſtea recuperata, non poſſet grauatus dicere non velle rem illam, ſed aliam velle, Angel. in l. in quartam, columna 3. verſ. ad dicta, & ibi Socin. iun. num. 90. dicit eſſe communem opinionem, licet videatur diſſentire, ff. ad leg. Falcid. Ceph. conſ. 460. num. 9. cum multis ſeqq. Anton. Gabr. de legit. concl. 4. numero 15. Magon. deciſion. Florent. 15. numero 22.

8 Contrariam ſententiam probarunt Imol. in dict. l. in quartam, col. 5. verſ. tu potes addere, & ibi Soc. iun. n. 109. Alciat. num. 23. qui dicit eſſe receptiorem opinionem, & Ripa, qui dicit hanc opinionem continere æquitatem, Craſſ. in § Trebellianica, quaeſt. 9. n. 7. & in §. legitima, q. 7. numero 5. vbi affirmat eſſe æquiorem opinionem.

9 Declaratur primò principalis communis opinio, vt nullo modo poſſit deduci in re legata alteri, vel fideicommiſſo ſuppoſita, ſi extent alia bona libera, Bald. in rub. C. de rer. diuiſ. col. 1. verſ. ſed pone, Alex. in l. Marcellus, §. res quæ, colum. penult. & ibi Iaſ. colum. vlt. ff. ad Trebell. Alexand. in l. non amplius, §. vlt. in fine, ff. de legat. 1. & in ratione, la 2. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. in l. filium quem habentem, nu. 17. C. famil. erciſ. & in l. filiusfamilias, §. Diui, in 2. lect. numero 30. & ibi Ripa numero 29. & Ruin. num. 65. ff. de legat. 1. Picus in l. quartam, n. 5. ff. ad legem Falcid. Fabian. in authen. nouiſſima, nu. 120. C. de inoffic. teſtam. Didac. in cap. Rainaldus, §. 2. numero 5. extr. de teſtament.

Et conſulendo, Alexand. conſil. 12. nu. 2. lib. 5. & conſ. 117. col. vlt. lib. 6. Corn. conſ. 106. col. penult. lib. 2. & conſil. 180. dubio quarto, libro 4. Soc. ſen. conſ. 75. colum. 4. lib. 1. Dec. conſil. 81. nu. 7. Grat. conſil. 7. nu. 17. lib. 1. & conſ. 65. nu. 36. lib. 2. Ruin. conſ. 27. in fine lib. 1. & conſil. 157. n. 23. lib. 2. Pariſ. conſil. 64. num. 27. lib. 2. Rub. Alexand. conſil. 156. n. 11. Natta conſil. 199. n. 6. & conſ. 238. n. 5. Crauet. conſil. 19. nu. 14. & conſ. 119. nu. 6. Roland. à Valle conſil. 12. n. 4. conſil. 65. in fine, conſ. 78. lib. 1. & conſ. 23. nu. 41. lib. 4. Ceph. conſil. 320. num. 28. & conſil. 634. num. 1. Burſat. conſil. 13. num. 46. lib. 1. Chriſtoph. Torniol. conſil. 13. n. 53. Menoch. conſ. 401. nu. 138.

Et in Tractatibus, idem Menoch. de arbitr. iud. caſ. 163. n. 20. Cotta in memor. in verbo Trebellianica non detrahitur, M. Ant. Cucchus tract. de legit. tit. vtrum contra legat. ad legit. agi poſſit, num. 1. Ant. Gabr. de legit. concluſ. 6. Craſſ. in § legitima q. 18. & in §. Trebellianica, qu. 9. in fin. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 365. nu. 14. circa finem.

Et in deciſionibus Grammat. deciſ. 93. n. 7. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 28. nu. 34. & ſeqq. & num. 67. Magon. deciſ. Lucen. 85. num. 12. & 13. & deciſ. Florent. 35. num. 12. Alexand. Raud. deciſ. Piſan. 22. nu. 14. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 103. num. 12. & deciſ. 104. nu. 2. & ſeqq. Surd. deciſ. 316. num. 3. & 10. & dixi etiam quaeſt. 686. numer. 21. & infra.

Maximè quando filius nullum fecit inuentarium, vt 10
latè comprobat Surd. deciſ. 316. vbi etiam dicit ita iudicatum, & alios multos diſſentientes adducit, & videnda erunt dicta ſupra q. 296. nu. 20.

Limitatur hæc declaratio, quando pater omnes res 11
meliores legaſſet, quia tunc etiam in bonis legatis poterit filius legitimam eligere, Alex. in l. Marcellus, §. res quæ, col. vlt. & ibi Iaſ. in fine, ff. ad Trebell. Alexand. in l. in quartam, col. 9. verſ. intellige tamen, & ibi Ripa n. 128. ff. ad leg. Falcid. Corn. conſil. 106. colum. vltim. libro 2. & conſ. 180. col. 4. in fine lib. 4. Dec. conſil. 81. col. 1. Rub. Alexand. conſ. 156. nu. 13. Crauet. conſ. 88. nu. 4. & conſ. 109. nu. 6. Decianus conſ. 35. nu. 64. lib. 1. Chriſtoph. Torniol. conſ. 13. n. 51. Cucchus tract. de legit. tit. vtrum contra legata, nu. 29. Ant. Gabr. de legat. concl. 6. num. 3. Craſſ. in §. legitima, quaeſt. 18. n. 5. Surd. deciſ. 316. n. 3. & ſentiunt alij relati, num. 9. & dixi dicta q. 686. nu. 24.

Et hoc caſu non ab vno tantum legatario, ſed ab 12
omnibus tenetur filius legitimam petere, Ruin. conſil. 17. colum. 3. lib. 5. Ant. Gabr. d. concl. 6. in fine, Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 365. n. 14. circa finem.

Sed cui incumbat onus probandi alia bona ſufficien- 13
tia non extare, in quibus legitima poſſit detrahi, an ſcilicet filio, vel legatarijs, latè tradit Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 103. & deciſion. 104. & videndus erit etiam Surd. deciſ. 316. num. 6. & nu. 14. [Hæc tamen limitatio declaranda erit ſecundum dicta infra quaeſt. 693. nu. 21. & ſeqq.]

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando filius 14
in fraudem alienaſſet, quia tunc alienatio ſic facta non ſuſtineretur ex eo, quod res illa fuerit electa pro legitima, vel pro Trebellianica, Bald. in l. filium quem habentem, col. 10. C. fam. erciſc. & in l. iubemus, col. 1. C. ad Trebell. Angel. in l. quartam col. 3. verſ. ſi autem grauatus, ff. ad leg. Falcid. Aret. conſ. 18. col. penult. in fine, Dec. conſil.

236.

236.*num*.10.Peregr.*conſil*.49.*num*.10.*lib*.2.*& de fideicommiſſ.art*.39.*num*.4.*in fine*, *& nu*.11.& clarius Præt. *de interpret.vltim.volunt.fol*.365.*num*.14. Ant.Gabr. *de legit.concl*.4.*n*.10.Ioſeph.Ludou.*deciſ. Lucenſ*.64.*n*.21. Alexan.Raud.*deciſ.Piſan*.28.*num*.160.& alij citati *infra num*.20.

15 Fraus autem in dubio non præſumitur, Imol.*in d.l.in quartam*, *col*.5.*ff.ad leg.Falcid*.Anton. Gabr.*de legit.concl*.4.*n*.12.Ioſeph Ludou.*d.dec*.64.*n*.21.

16 Coniectura tamen fraudis eſſet, ſi alienata ſit res valens longè plus quàm legitima,Bald.*in l.magis puto*, §.*ne paſſim ff.de reb.cor*.Dec.*conſ*.236.*num*.10 Anton.Gabr.*d concl*.4.*nu*.11.Præt.*de interpret.vltim volunt.folio* 365.*nu*.14.*ante finem*, Peregr.*de fideicommiſſ.art*.39.*nu*.4.*in fine*. Et quando alienatio ſit fraudulenta agit etiam Surd.*dec*.316.*n*.19.*&* 20.

17 Declaratur tertiò, non procedere in alienatione facta per vltimam voluntatem, Guid.Pap.*q*.606. Anton. Gabr.*de legit.concl*.4.*n*.13.

18 Eligenda igitur erit legitima arbitrio Iudicis de rebus nec melioribus,nec deterioribus, Oldrad.*conſ*.113. Aret.*conſil*.155.*num*.9.Soc.ſen.*conſ*.57.*n*.55.*lib*.4. Dec. *conſ*.236.*nu*.9.Bologn.*conſ*.59.*col*.1. Ruin. *conſ*.131.*nu*.15.*lib*.1.*& conſ*.57.*n*.25.*lib*.5.Curt.iun.*conſ*.21, *num*.10. Pariſ.*conſ*.45 *n*.5.*lib*.2.Rub.Alexand.*conſ*.156.*num*.10. Roland.a Valle *conſ*.78.*numero* 15.*lib*.1. Ceph.*conſ*.719. *num*.32.*& ſeqq*.Alciat.*in l.in quartam*, *numero* 24.& ibi Socin.iun.*n*.103.*ff.ad leg.Falcid*. Cotaſ.*in l.filium quem habentem*,*n*.197.*C.famil.erciſc*. Didac.*in cap.Raynaldus*, §.1.*num* 5.*extr.de teſtam*. Anton. Gabr.*de legit. concl*.4. *numero* 6.Menoch.*de arbitr.iud.conſ*.163.*n*.21.vbi etiam dicit, quid ſeruare debeat Iudex in hoc arbitrio, Petr. *de fideicommiſſ.q*.15.*n*.90.*& ſeq*. Peregr. *de fideicommiſſ.art*.36.*n*.28.*& art*.39.*n*.11.

19 Aduertendum tamen eſt, quod fideicommiſſario volente, alienata bona erunt imputanda in legitimam, & Trebellianicam,& in alias detractiones, quia grauatus alienando videtur ea elegiſſe pro ſuis detractionibus.*l.Marcellus*,§.*res quæ*,& ibi Bart.*num*.2.Paul.Caſtr. *in fin*.& alij ſequuntur.*ff.ad Trebell*. Bald.*in l.iubemus*, *colum*.1.*Cod.ad Trebell.& conſilio* 367 *& conſi*. 393.*column*.1.*lib* 4.Fulgoſ.*conſi*.41.*colum.vltim*. Aretin.*conſi*.18.*colum*.15. vbi teſtatur de communi opinione, Alexand.*conſi*.3.*col*.2.*in fine*, *& conſi*.184.*col.vltim.libro* 2. Corn.*conſ*.281.*num*.13.*lib*.1.*& conſi*.146.*col.vlt.libro* 2. Iaſ.*conſ*.89.*col*.3.*lib*.1. Capr.*conſil*.99. *verſic.ſecundo videndum*,Socin.ſen.*conſ*.36.*col*.1. *lib*.3. Bertraud.*conſ*.54. *col*.2.*libro* 3.Grat.*conſil*.21. *numero* 8.*libro* 2. Dec.*conſil*.201.*num* 8.Pariſ.*conſ*.17.*numero* 32.*conſi*.18. *in fine*, *conſil*.44.*num* 46.*conſi* 60.*num*.45.*lib*.2 *conſ*.27. *num*.4. *& conſ*.53.*numero* 53.*libro* 3.Rub.Alexand. *conſ*.57. *col*.1.Crott.*conſil*.28 *in fine*,Crauett.*conſil*.316.*num*.1. Cephal *conſil*.189 *num*.19.& latè *conſ*.346.Menoch.*conſil*.232.*nu* 45.*& ſeq.conſil*.291.*num*.6. *& conſi*.1210.*num*.30.Præt.*conſ*.18 *num*.24.*& ſeq.lib*. 1.Honded. *conſ*.56. *nu*.14.*& ſeqq.& conſil*.64.*n*.62.*lib*.1.Peregr.*conſ*.52.*num*.36.*lib*.1.*& in tract. de fideicommiſſ.art*.10.*nu*.30. & latè *art*.39.Craſſ.*in* §.*Trebellianica*, *quæſt*.9.*num*.7. *& in* §.*legitima*,*quæſt*.4.*& ſeqq*.vbi dicit idem eſſe, quando alienatur res alienari prohibita,Petr.*de fideicomm.quæſt*.15.*nu*.148.*verſ.& prædicta*, *de interpret.vltim.volunt*, *folio* 365.*num*.14.Guid.Pap.*quæſt* 606. Grammat.*deciſ*.93.*num*.5.*&* 6.Ioſeph.Ludou.*deciſ.Lucen*.28.*nu*.112.*& deciſ*.64.*numero* 10.*& ſeqq*. Magon. *deciſ. Florentin*. 35. *num*. 1.*& ſeqq.& deciſ* 92.*num*.21. Alexand. Raud. *deciſ.Piſan*.2 *num* 54.Surd.*dec*.316.*n*.19. Rota Romana *deciſ*.747.*n*.2.*part*.1.

20 Quod ſi fideicommiſſarius vellet reuocare, poſſet, quatenus mala fide, & dolo eſſent factæ alienationes, alias Iudex eas admittet, vt volunt ſupra relati Doct. præcipuè Surd.*d.deciſ*.316.*num*.19.*&* 20. & agit etiam quando alienatio dicatur fraudulenta, Craſſ.*in* §.*legitima*, *quæſt*.17.*num*.4.Petr.*d.quæſt*.15.*num*.90.*verſ.ſi tamen*,Bologn.*in d.l.in quartam*, *nu*.256.Peregr. *de fideicomm.art*.36.*nu*.2.*&* 12.Cephal.*conſ*.344.Rota Romana relata per Honded.*conſ*.56.*n*.94.*lib*.1. Caualc.*dec*.27. *nu*.2.*part*.4.Burſat.*conſ*.25.*nu*.48. *lib*.1. & alij citati *ſupra n* 14.*& ſeqq*.

Et ideo primæ alienationes valebunt, quatenus capit quantitas detractionum, aliæ verò poſſunt retractari, Crott.*in l.filius familias*, §.*Diui num*.15.*&* 20.*ff.de leg*.1. Aret.*conſ*.18 *colum.vlt. & conſ*.19.*col.penult*. Alexand.*conſil*.178.*col*.3.*lib*.5. Ruin *conſil*.135.*num* 11. *lib*.3.Soc.iun.*conſil*.137.*num*. *lib*.1. *& conſil*.28. *column*.2. *lib* 2.Cephal.*conſ*.189.*& conſ*.624.*num*.6. *&* 7.Bertaz. *conſil*.27.Hieron.Gabr.*conſ* 46. *nu*.46. *lib*.1. Chriſtoph. Torniol.*conſil*.13 *nu*.50.Peregr.*conſ*.52.*num*.36.*lib*.1.*& in tract. de fideicommiſſ.artic*.39 *numero* 4.vbi dicit ita in praxi ſeruari,Præt.*de interpret.vltim.volunt.fol*.365.*nu*.16.& ita ego conſului ſuper fideicommiſſo D.Laurentij Bornati. 21

Ampliatur primò etiam inuito hærede fieri imputationem alienatorum in detractiones, Cephal.*conſ*.189. *num*.20.*lib*.1.Honded.*conſil*.64.*num* 63.*lib*.1.Menoch. *conſil*.1210.*n*.30.vbi alios allegat,& volunt etiam citati *ſupra num*.19. 22

Ampliatur ſecundò, & ſi nullum pretium ſit verſum in vtilitatem alienantis, vt quia titulo lucratiuo, puta donationis,ſint bona alienata, Rip.*in d.l.in quartam*, *nu*.108.*ff ad leg.Falcid*.Ceph *conſ*.346.*nu*.8 Pereg.*d.art*.39.*n*.10.Ioſeph.Lud.*d.deciſ.Lucen*.208.*in fine*. 23

Contrariam opinionem, & malè probauit Socin.ſen. *in d.l.Marcellus* §.*res quæ*,*n*.14.*ff.ad Trebell.& in conſil*.114.*lib*.3.Sed aduerte, quod Soc.loquitur in terminis, quando conceſſa eſt alienatio in certum genus perſonarum,de quo dixi *q*.346.*n*.10 *& ſeqq*. 24

Ampliatur tertiò,& ſi ſumus in re permutata,nam illam cenſetur grauatus elegiſſe pro ſuis detractionibus, & in eis imputabitur,non autem poterit mutare,Pereg. *de fideicommiſ.art*.39.*num*.32.& ita tenui in vna de Callinis.Licet contrariam ſententiam tenuerint Iaſ.& Crauet.relati à Peregrino. 25

Ampliatur quartò, vt etiam diſſipata imputentur in detractiones,Bald *conſil*.427.*in quæſtione,quæ vertitur*, *n*.5.*lib*.1.Præt.*de interpret.vlt.volunt.fol*.365.*num*.14.& ita Praxis ſeruat. 26

Ampliatur quintò etiam in re alienata, & poſtea à grauato recuperata,nam inuitus retinebit eam pro ſuis detractionibus,vt dixi *ſupra n*.7.*& num.ſeq*.retuli alios diſſentire. 27

Ampliatur ſextò, etiam in grauato reſtituere quicquid ſupererit, nam alienata erunt imputanda in detractiones, vt dicam *quæſt.ſequent.ab hac ſecunda*, *num*.41. 28

Ampliatur ſeptimò etiam in eo, qui habet expreſſam facultatem alienandi,nam & is alienata imputabit, vt dicam *q*.546.*in fine*. 29

Intellige tamen, vt ſi alienatio ſit bona fide facta, quod imputatio fiet pretij recepti ex alienatione, non autem erit attendendum, quanti res valeat tempore reſtitutionis fideicommiſſi, Oldr.*conſ*.107.*dubio tertio*, Iaſ.*conſil*.161.*lib*.4.Bertaz.*conſ*.75.*nu*.29. Didact.*de art.teſtam.tit* 8.*caut*.9.Petr.*de fideicom.qu*.15.*ante num*.149. *verſ.& in hoc*, Præt.*de interp.vltim.volunt.fol*.365.*num*.14.Peregr.*d.art*.39.*n*.6. 30

Quod tamen procedit quando agitur de imputatione in legitimam, quia attenditur tempus mortis teſtatoris, vel agitur de alienatione facta ex cauſa neceſſaria, 31

ria,

ria, vt propter æs alienum teſtatoris, vel ob dotationem filiæ, vel quia res non potuit ſeruari, ſecus autem eſſet, quando ageretur de imputatione in quartam Trebellianicam, quia ex quo debetur ſolum tempore reſtitutionis, ideo æſtimatio erit eo tempore facienda, & ſi minus erit pretium habitum, damnum erit alienantis, Peregr. *d. art. 39. n. 6.*

32 Contrarium tamen, vt nulla ſit differentia inter legitimam & Trebellianicam, tenent Petr. & alij relati *ſupra num.* 30. [Porrò in deducenda legitima dubitatio contingit, an ſit facienda æſtimatio ſecundùm tempus mortis teſtatoris, an reſtitutionis? in qua re duæ ſunt contrariæ opiniones.

Prima eſt, quòd attendatur tempus mortis teſtatoris, ita vt augmentum intrinſecum, quod poſtea cadit in rebus, non ſit habendum in conſideratione, ita tenent Curt. ſen. *conſ. vlt.* Curt. iun. *conſil.* 21. *ad finem*, Alciat. *conſil.* 116. *libro* 5. *& conſilio* 214. *lib.* 2. Port. Imol. *conſilio* 93. *numero* 97. Rimin. iun. *conſilio* 148. *& conſilio* 227. *numero* 31. Pancir. *conſilio* 124. *numero* 31. Berrett. latè *conſil.* 101. Caualc. *de vſufruct. ante numero* 96. cum pluribus alijs citatis à Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 15. *nu.* 138. *verſic. contrariam, & num. ſeqq.* vbi videtur in hanc ſententiam inclinare.

Alij contra volunt, augmentum intrinſecum cedere ad beneficium filij grauati, & quòd licet æſtimatio fiat tempore mortis patris, hoc fiat, vt videatur quantum ex corporibus hæreditarijs filio aſſignari poſſit, non vt æſtimatio detur, Corn. *conſil.* 265. *dubio ſecundo, libro* 1. Grat. *conſil.* 79. *nu.* 24. *lib.* 2. Curt. iun. *conſil.* 327. *num.* 7. *lib.* 3. Bertrand. *conſi.* 7. *col.* 2. *lib.* 8. Bertaz. *conſi.* 109. *n.* 34. Surd *conſil.* 126. *& conſil.* 128. Crauett. *in tract. de antiqu. lib.* 2. *cap.* 20. *ad finem.* Petr. *de fideicom. quæſt.* 15. *nu.* 136. vbi dicit, quod ita ſemper vidit iudicari, & ita in praxi ſeruari dixit Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 36. *num.* 26. Bertrand. *conſil.* 142. *nu.* 15. *lib.* 2. Bald. *conſil.* 23. *ſi pecunia, lib.* 4. Bereng. *in l. in quartam, num.* 123. vbi pluribus rationibus comprobat, *ff. ad leg. Falcid.* Pariſ. *conſil.* 45. *nu.* 35. *lib.* 2. & cum hac opinione ego tranſeo, & ita ſemper practicaui.

Difficultas eſt, quando filius alienauit aliqua bona, quæ poſtea non receperunt augmentum temporaneū, & reliqua bona non alienata receperunt tale augmentum; quomodo tunc ſit facienda æſtimatio, ego ſic dicerem.

Aut alienauit filius bona ſine neceſſitate, vt quia erant ſtabilia, & tunc quia videtur ea elegiſſe pro ſua legitima, & tenetur ea imputari etiam inuitus in detractiones, & tunc augmentum intrinſecum aliorum bonorum non attendetur, ſed ſolum bona æſtimabuntur quanti valebant tempore mortis, vel ad plus tempore alienationis.

Quod tamen in Trebellianica non erit obſeruandum, quia Trebellianica debetur tempore reſtitutionis in terminis, Petr. *d. quæſt.* 15. *num.* 139. *&* Peregr. *artic.* 39. *num.* 6. *in fine.*

Aut verò ſumus in pecunia, vel in mercibus alienatis, vel fructibus, & tunc ſi æſtimatio mobilium ſit aucta poſt mortem teſtatoris, crederem, augmentum cedere & beneficio grauati, & eius hæredum, ita vt tertia pars immobilium ſit danda pro legitima, & fideicommiſſario ſint reſtituendæ duæ partes pecuniarum, vel mobilium & mercium, quæ erant in hæreditate, & ita conſultus reſpondi in vna Romana ex doctrina Peregr. *art.* 36. *nu.* 27. *& ſeq.* non ex ratione à Peregr. allegata, ſed quia alienando merces, & mobilia vt fructus, ea alienauit ex neceſſitate, quia ſeruari non poterant, & ſic non poteſt dici, quod ea elegerit pro ſua legitima, ſicuti cenſetur elegiſſe, quando alienauit immobilia, vt dixi *ſuprà numero decimonono.*]

Intellige etiam, vt imputatio fiat pro vero valore rei, non pro pretio recepto, ſi minus ſit vendita, Rip. *d. l. in quartam, num.* 107. *ff. ad leg. Falcid.* poſt Oldr. *conſil.* 107. *num.* 7. ſequitur Honded. *conſ.* 64. *nu.* 65. *libro* 1. & Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 10. *n.* 30. 33

Intellige etiam non procedere, quando alienatio eſt permiſſa in certum genus perſonarum, nam ſequuta alienatione in eos, non fiet imputatio in legitimam, vel alias detractiones, de quo dixi *d. q.* 546. *nu.* 10. *& ſeq.* vbi retuli alios diſſentire. 34

Aduerte etiam, quod ſi de detractione Trebellianicę ageretur, in caſu quando fructus in eam imputantur, quòd fideicommiſſario incumbit onus probandi, grauatum percepiſſe tot fructus ex tribus quartis, quot ſufficiant pro Trebellianica, Rota Romana *in nouiſſ. dec.* 747. *part.* 1. 35

Et quamuis pretium non eſſet adhuc exactum tempore purificati fideicommiſſi, erit tamen in detractiones imputandum, Gloſs. Bart. Roman. & Paul. Caſtr. *in d. §. res quę*, refert, & ſequitur Honded. *conſil.* 59. *num.* 14. *lib.* 1. 36

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio de bonis fideicommiſſi perituris, vel deterioribus facturis, vel ſterilibus facturis, & ſumptuoſis, fieri poteſt, ampl. & declar. per totam quæſt.*

2 *Perituras res, ſi grauatus non alienauit, ſibi imputatur.*

3 *Inculta bona non poſſunt alienari, quando reduci poſſunt ad culturam, ſed ſupra vires grauati.*

7 *Alienari poteſt res fideicommiſſi pro vtilitate, & reparatione aliarum pretioſiorum, decl. n.* 8.

QVAESTIO DLXIV.

Alienari vtrum poſſint res fideicommiſſi perituræ, deteriores factura, vel ſteriles, & ſumptuoſa: Et an vna res poſſit alienari pro vtilitate, & conſeruatione aliarum?

QVAERO an res fideicommiſſi perituræ, deteriores, vel ſteriles facturæ, & ſumptuoſæ poſſint alienari? reſp. poſſe, *arg. l. & ſi ſine, §. diſtricte. l. verum, §. ſi locuplet. ff. de minor. l. Diuus. l. non ſolum, ff. de petit. hæred. l. Ariſto. l. ait prætor, ff. de iur. deliber. l. mulier, § ſed etenim, l. vbi purè, §. qui in detrahendis, ff. ad Trebell. Authent. ſi quas actiones, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. l. lex, quæ tutores, Cod. de adminiſtr. tut.* & in ſpecie hanc ſententiam probarunt Gloſ. *in l. Marcellus, §. res quæ*, & ibi Doct. *ff. ad Trebell.* Rip. *in l. cum res, ff. de damn. infect.* Ari. Pinel. *in ſimili, in l.* 1. *part.* 3. *numero* 26. *& ſeq. Cod. de bon. matern.* Felin. *in capit. cum acceſſiſſent, num.* 20. *extr. de conſtit.* Cephal. *conſil.* 311. *numero* 79. *& ſeqq. libro* 3. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 22. Andr. Gaill. *libro* 2. *obſeru.* 137. *num.* 12. Craſs. *in §. fideicommiſſum, qu.* 58. *numero* 3. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Petr. *de fideicom. quæſtione* 8. *numero* 538. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 40. *numero* 37. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 73. *numero* 433. 1

Ampliatur, vt non alienando tempore perituras, imputetur hæredi damnum reſultans ex iactura, Gloſ. *in l. Marcellus, §. res quæ*, & ibi Doct. *ff. ad Trebell.* Cephal. ſenſit *conſil.* 311. *num.* 84. *libro* 3. Pereg. *de fideicom. art.* 40. *num.* 37. 2

Declaratur primò, quod ad hoc vt poſſint alienari, 3
debent

debent eſse adeò ſteriles, vt neceſse ſit eas alienari. Bart. in l. ſi poſſeſſor, § quod ſi poſt. vltra medium, ff. de petit. hared. Ceph. conſil. 311. n. 83. lib. 3.

4 Declaratur ſecundo, quod ad hoc vt valeat alienatio, bona debent eſse talia, vt ſi non alienentur culpa ſit non alienantis. Gloſ. d. l. Marcellus, § res quæ ff. ad Trebell. Ceph. conſil. 311. n. 84. lib. 3.

5 Declaratur tertiò, vt ſi bona ſint inculta, ſed poſſint reduci ad culturam, cum magnis tamen impenſis grauati, quæ eius vires ſuperent: quod non poterunt alienari, ſed grauatus debet eis vti frui prout ſunt, & ſecundum ſuam naturam, Ceph. conſil. 311. n. 87. lib. 3.

6 Declaratur quartò, vt ſi ſint alienatæ res ex iuſta cauſa, quod pretium erit fideicommiſsario reſtituendum, Gloſ. in l. Marcellus, §. res quæ, & ibi Doct. ff. ad Trebell. Rom. in l. pro harede, n. 11. ff. de acquir. hared. Ceph. conſil. 311. num. 85. lib. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. nu. 22. Intrigl. d. cent. 3. q. 73. n. 433. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 37 in fine.

7 Porrò vna res poterit alienari pro reparatione aliarum pretioſiorum, Burſat. conſ. 151. num. 11. & ſeqq. lib. 2. Pert. de fideicomm. q. 8. n. 549. Magon. deciſ. Lucen. 33. nu. 8. & ſeqq. vbi declarat hoc procedere ſi reparatio fuit neceſsaria, & vtilis, & hoc probetur.

8 Hoc tamen non procederet, quando adeſt duplex prohibitio, alia tacita legalis ex ſubſtitutione, & alia expreſſa inducta à teſtatore per alienationis prohibitionem. Magon. d. deciſ. 33. n. 18.

S V M M A R I V M.

1 *Grauatus reſtituere quod ſupererit, poteſt liberè alienare, & abutendo, reſeruata quarta fideicommiſſario, contra num. 2. concord. nu. 3. ampl. & decl. per totam quæſt.*

4 *Alienatio non præſumitur facta dolosè animo interuertendi fideicommiſſi ab eo, qui grauatus eſt reſtituere, quod ſuperest, contra num. 5.*

6 *Alienationem factam eſſe animo interuertendi fideicommiſſi dolosè coniecturis probari poteſt.*

7 *Grauatus reſtituere quod ſuperest in fraudem fideicommiſſi, præſumitur alienaſſe ſi totum alienauit.*

8 *Alienatio in fraudem fideicommiſſi præſumitur facta à grauato reſtituere, quod ſuperest, ſi ſine ſua vtilitate alienauit.*

9 *Alienatio in fraudem fideicommiſſi præſumitur facta à grauato reſtituere quod ſuperest ſi facta ſit ſine cauſa, & ſine vrgente neceſſitate.*

10 *Alienatio facta coniunctæ perſonæ de fideicommiſſi bonis à grauato reſtituere quod ſuperest, præſumitur in fraudem facta.*

11 *Alienatio in fraudem fideicommiſſi præſumitur facta à grauato reſtituere quod ſuperest, ſi pretium reliquit perſonæ, cui bona relinquere non poterat.*

12 *Alienatio in fraudem fideicommiſſi præſumitur facta à grauato reſtituere quod ſuperest, ſi in contractu inſolita fuerunt obſeruata.*

14 *Alienatio in fraudem fideicommiſſi præſumitur facta à grauato reſtituere quod ſuperest, ſi in articulo mortis fiat donatio, vel confeſſio de pretio recepto.*

15 *Grauatus reſtituere, quod ſuperest poteſt donare vſq. ad dodrantem decl. num. 16.*

17 *Grauatus reſtituere quod ſuperest ex teſtamento extraneis poteſt alienare vſque ad dodrantem.*

20 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poteſt totum alienare dotis cauſa ampl. n. ſeqq. decl. n. 34.*

27 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit totum alienare ob ſponſalitiam largitatem. decl. n. 34.*

28 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit totum alienare pro redemptione captiuorum, ampl. nu. ſeqq. decl. n. 34.*

31 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit totum alienare ex cauſa alimentorum. decl. n. 34.*

32 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit totum donare Eccleſiæ, contra n. 33. decl. n. 34.*

35 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit totum alienare, quando prius data eſt licentia alienandi, & poſtea dicitur quod id quod ſuperest reſtituatur.*

39 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, ſi nihil alienauit, totum ab hærede eius erit fideicommiſſario reſtituendum contra n. 40. limit. n. 41.*

42 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit per viam teſtamenti alienare vſque ad dodrantem, contra ibid. limit. ibid.*

43 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, ſi alienauit, ſed pretium non eſt ſolutum, illud ſpectabit ad fideicommiſſarium.*

44 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, ſi alienauit, & ex pretio alia bona comparauit, ſic comparata venient in reſtitutione fideicommiſſi.*

45 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, ſi alienauit, alienata in Trebellianicam erunt imputanda.*

47 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, ſi vltra dodrantem alienauit de ſuo tenebitur reſtituere & in ſubſidium agi poterit contra tertios poſſeſſores.*

48 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, tenetur fructus reſtituere, decl. ibid. remiſſiue.*

49 *Grauatus reſtituere quod ſuperest, ſi alienat, & poſtea requirat, tenebitur requiſita reſtituere fideicommiſſario.*

50 *Grauatus bona non diſtributa reſtituere, an poſſit totum diſtribuere, & alienare? remiſſiuè.*

QVÆSTIO DXLV.

Grauatus reſtituere quod ſuperest, vtrum poſſit totum alienare, vel quartam reſeruare fideicommiſſario?

TESTATOR grauauit hæredem reſtituere quod ſuperest poſt eius mortem, vel tempore eius mortis, dubium oritur, an is poſſit totum alienare, an verò aliqua pars ſit ſubſtituenda? In hoc articulo faciendæ erunt plures concluſiones, ex quibus tota hæc materia remanebit declarata. 1

Prima eſt concluſio, quod grauatus reſtituere quod ſuperest, poterit alienare bona fideicommiſſi liberè pro ſuo arbitrio, etiam abutendo vſque ad dodrantem, & quarta pars bonorum erit fideicommiſsario reſeruanda, textus eſt apertus in auth. hoc. contra rogatus, & ibi Gloſ. Cin. Odofr. Bald. num. 7. Paul. Caſtr. & Salicet. Cod. ad Trebell. Gloſ. in l. Imperator, §. vltim. & ibi Barto. ff. de leg. 2. Iacob. de Beluiſ. in § nobis ergo, & ibi Angel. in authent. de reſtit. Bart. in l. penult. & ibi Angel. & Alb. ff. ad Trebell. Alexand. in l. Titius, verſic. tamen hodie puto, ff. ad Trebell. Iacob. Cuiac. in expoſit. nouell. cond. Iuſtin. nouell. 39. verſic. quamobrem Iuſtinianus, Guid. Pap. quæſt. 520. & conſil. 122. numero 12. Alexand. conſil. 16. lib. 7 Socin. ſen. conſil. 31. ad finem libro 4. Corn. conſ. 242. in fine, lib. 4. Pariſ. conſil. 72. in fine lib. 2. Burſat. conſil. 48. num. 3. lib. 1. Hieron. Gabr. conſ. 99. num. 20. libro 2. vbi teſtatur hanc eſse communem opinionem, Dec. conſ. 10. numero 73. lib. 4. Surd. conſil. 294. nu. 13. lib. 2. Menoch. conſ. 1091. nu. 1. & lib. 2. præſump. 188. n. 11. & ſeqq. Ant. Gomeſ. variar. reſol. tom. 1. cap. 5. num. 16. Anch. iun. libro 1. quæſt. 12. numero 2. & numero 12. Anton. Gab. tit.

ad

Digitized by Google

ad Trebell. concl. 13. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 4. *in fine*, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 54. *in fine*, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 344. *fol.* 1. *num.* 2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 40. *num.* 42. & 44. vbi dicit ita iudicatum, & *n.* 51. aſſerit eſſe magis communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. art.* 3. *q.* 71. *n.* 45. & *q.* 73. *n.* 21. & 27. Fachin. *lib.* 5. *controu. iur. cap.* 53. & ſecundum hanc ego iudicaui vti arbiter ſuper teſtamento, & fideicommiſſo Iacobi Fachini de Pezatijs.

Probatur etiam hæc ſententia vltra, *d. authentic. contra rogatus in d.* §. *nobis ergo*, *in authent. de reſtit. in illis verbis*, *alijs omnibus in eius poteſtate poſitis*, & *licentiam habere eum his ſicut voluerit vti*, *quemadmodum perfectis Dominis competit*, ex quibus verbis colligitur, grauatum pro ſuo arbitrio poſſe vſque ad dodrantem alienare, vt oſtendunt verba, ſicut voluerit vti, & verbum volo, ſignificat liberum, & abſolutum arbitrium, *l. cum quidam*, *ff. de leg.* 2. *l. ſi fideicommiſſaria libertas*, *ff. de fideicommiſſ. libert.* Alexand. *in l.* 1. *numero* 28. *ff. ſoluto matrimon.* Dec. *in l. captatorias*, *numero* 6.7. *Cod. de teſtam. milit.* Pariſ. *conſil.* 111. *num.* 13. *lib.* 1. Afflict. *dec.* 371. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 3. *num.* 2. Præterea Imperator dat facultatem alienandi, quam habet perfectus rei Dominus. At qui eſt abſolutus Dominus, poteſt rebus ſuis abuti, *l. ſed & ſi lege*, §. *conſuluit*, *ff. de petit. heredit.*

Accedit quod Iuſtinianus concedit facultatem alienandi etiam quartam reſeruatam fideicommiſſario, ſi adeſt iuſta cauſa, ergo dicendum eſt, quod vſque ad quartam poſſit fieri alienatio etiam ſine cauſa, quia alias nulla eſſet differentia inter hanc quartam, & reliquum bonorum. Præterea Iuſtinianus edidit illam conſtitutionem ad tollendas ambiguitates, quæ reſultabant ex reſponſo Papiniani, *in l. Titius*, *ff. ad Trebell.* qui volebat ſuſtineri alienationem factam arbitrio boni viri, vnde ſtatuit Iuſtinianus alienationem vſque ad dodrantem eſſe in libera hominis poteſtate, & niſi ita intelligeretur conſtitutio illa, non eſſet res clarè deciſa, ſed adhuc remaneret in dubietate. Vlterius Iuſtinianus concedit facultatem donandi vſque ad dodrantem: ergo colligitur voluiſſe, quod grauatus poſſit abuti re fideicommiſſo ſuppoſita vſque ad illam quantitatem.

2 Contrariam ſententiam probarunt alij, qui dixerunt, non eſſe licitam alienationem ſine iuſta cauſa, animo interuertendi fideicommiſſum, ſed quod poſſit grauatus ſolum bona fide alienare. Comen. *in l. Titius*, *num.* 2. & ibi Paul. Caſtr. *ff. ad Trebell.* Aemil. Ferrer. *in rubr. ff. ad leg. Falcid. nu.* 56. Simon de Petr. *conſ.* 47. *nu.* 28. Dec. *conſ.* 10. *nu.* 73. *lib.* 4. Hieron. Gabr. *conſ.* 81. *n.* 79. & *ſeqq. lib.* 2. Corn. *conſil.* 140. *numero* 8. *libro* 2. Ruin. *conſil.* 109. *n.* 11. *lib.* 2. *conſ.* 112. *n.* 9. *conſil.* 116. *n.* 13. & *conſ.* 121. *n.* 1. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 5. *numero* 25. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 226. *num.* 26. & *ſeqq.* & *conſil.* 334. *num.* 60. Surd. *conſ.* 10. *nu.* 10. *lib.* 1. & *deciſ.* 93. *n.* 23. Ant. Gabr. *ad Trebell. concl.* 13. *n.* 4. Viu. *deciſ.* 18. *nu.* 19. Probatur hæc opinio *in d. l. Titius*, *ff. ad Trebel.* ſed facilis eſt reſolutio, verum enim eſt, quod de iure antiquo ſic erat diſpoſitum, Iuſtinianus autem *in d. auth. contra rogatus*, & in corpore vnde ſumitur contrarium ſtatuit, ponderando ea iura, vt ſupra dictum fuit.

3 Alij autem diſtinguunt, conciliando prædictas contrarias opiniones hoc modo. Aut alienatio fit principaliter animo interuertendi fideicommiſſum, & procedat ſecunda opinio. Aut non fit principaliter animo interuertendi fideicommiſſum, & tunc habeat locum prima opinio, ita ſcribunt Ang. *in l. penult.* & ibi Imol. *verſ. ſed aduerte*, *ff. ad Treb.* Alex. *in d. l. Titius*, *n.* 9. *ff. eod.* Ruin. *conſil.* 109. *num.* 9. & *ſeqq. lib.* 2. *conſil.* 121. *numero* 11. & *conſ.* 163. *num.* 3. *lib.* 3. Alciat. *reſp.* 521. *num.* 13. Menoch. *conſ.* 334. *numero* 61. & eſſe æquam opinionem dixit, *d. præſumpt.* 188. *num.* 15. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 4. *in fine*, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *q.* 54. *num.* 3. *circa finem*. Sed à prima opinione recedendum non erit, quæ magis recepta eſt, & etiam verior apparet ex iuribus pro ea allegatis.

Recepta autem tertia opinione quæ diſtinguit, aduertendum erit, quod dolus non præſumitur, *l. meritò*, *ff. pro ſoc. l. quoties*, § *qui dolo*, *ff. de probat.* & in ſpecie ita ſcribunt Imol. *in d. l. pen. n.* 1. *in fine ff. ad Treb.* Alex. *in d. l. Titius*, *nu.* 9. *verſic. dicit etiam Paulus*, *ff. eod.* Ruin. *conſ.* 163. *n.* 1. *verſ.* & *dato lib.* 3. Menoch. *conſ.* 334. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 19. *tit.* 4. *in fine*, Peregrin. *d. art.* 40. *n.* 43. *in fin.* & *n.* 51. 4

Contrariam autem opinionem, quod immo præſumatur alienationem factam fuiſſe animo interuertendi fideicommiſſum, niſi aliter appareat factam ob vtilitatem vel neceſſitatem, probarunt Paul. Caſt. *in d. l. Titius*, *n.* 1. *ff. ad Trebell.* Natt. *conſil.* 115. *nu.* 8. Crauett. *in reſp. pro genero*, *n.* 53. Ant. Gabr. *ad Trebell. concl.* 13. Intrigl. *d. q.* 71. *n.* 47. 5

Ex coniecturis autem poteſt colligi animus fraudandi fideicommiſſarium, & dolus commiſſus in alienatione, Menoch. *conſ.* 334. *n.* 63. Peregr. *d. art.* 40. *n.* 61. Intrigl. *d. q.* 71. *n.* 47. *in fine*. 6

Coniectura prima eſt, quando grauatus alienauit omnia bona, & ſimul quartam illam reſtituendam fideicommiſſario, ſecundum diſpoſitionem *d. auth. contra rogatus*, ſicuti enim malus animus detegitur quo ad quartam reſtituendam, pariter detegetur quo ad alia bona, Corn. *conſ.* 140. *n.* 10. & *ſeq. lib.* 2. Alciat. *reſp.* 521. *n.* 13. Menoch. *conſ.* 334. *n.* 53. & 64. 7

Secunda coniectura, quod alienatio ſit facta animo interuertendi fideicommiſſum, eſt, quando ſine aliqua ſua vtilitate grauatus alienat, vt ſi nihil ex pretio rei venditæ emit, vel quid ſimile fecit, Bart. *in l. Imperator*, §. *vlt. ff. de leg.* 2. Socin. ſen. *conſ.* 31. *num.* 14. *libro* .. Ruin. *conſ.* 163. *n.* 3. *lib.* 3. Alex. *in d. l. Titius*, *nu.* 9. *ff. ad Trebell.* Corn. *conſil.* 140. *nu.* 14. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 163. *nu.* 3. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 226. *n.* 19. & *conſil.* 334. *num.* 65. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 71. *n.* 47. 8

Tertia eſt coniectura, quando alienatio eſt facta non vrgente neceſſitate, vel iuſta cauſa, Imol. *in l. penult. ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *in l. Titius*, *ff. eod.* Gozad. *conſ.* 90. *numero* 15. Ruin. *conſil.* 163. *n.* 1. *lib.* 3. Natt. *conſ.* 115. *n.* 8. Alc. *reſp.* 521. *n.* 13. *verſic.* & *iſtud videtur clarius*, Crauet. *in reſp. pro genero*, *num.* 53. Menoch. *conſ.* 266. *n.* 166. & *ſeqq conſ.* 334. *n.* 44. & 55. vbi etiam agit, quæ dicatur iuſta cauſa, & *de arb. iud. caſ.* 181. *nu.* 40. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 71. *n.* 43. Oſaſch. *dec. Pedem.* 168. *n.* 13. 9

Quarta coniectura eſt, quando alienatio eſt facta coniunctæ perſonæ, tunc enim præſumitur in fraudem facta, Menoch. *conſ.* 334. *num.* 47. 10

Quinta eſt coniectura, quando grauatus pretium alienatæ rei reliquit perſonæ, cui bona ipſa relinquere non poterat, vt puta vxori, Menoch. *conſilio* 334. *numero* 48. 11

Sexta coniectura eſt, quando in contractu fuerunt inſolita obſeruata, vt in terminis ſcribit Menoch. *conſil.* 334. *num.* 50. 12

Septima eſt coniectura, quando alienans, & poſtea eius hæres ſemper ſtetiſſent in poſſeſſione bonorum alienatorum, tunc enim præſumitur in fraudem facta alienatio, Menoch. *conſil.* 334. *num.* 51. 13

Octaua coniectura eſt, quando in articulo mortis facta eſſet donatio, vel alienatio eſſet facta cum confeſſione de pretio recepto, Corn. *conſil.* 64. *num.* 3. *lib.* 4. 14

Ruin.

Ruin.conſ.161.num.4.lib.3.Menoch.conſ.226.num.28. Ioſeph.Ludou.concl.14.illat.4.Peregr.de fideicomm.art. 40.num.50.

Non deſunt tamen coniecturæ, ex quibus colligi poterit alienantem citra fraudem alienaſſe, de quibus videndi erunt, Simon.de Pret.conſ.47.n.28. Rimin.iun. conſ.38.n.75.lib.4.Honded.conſ.58.n.98.

15 Ampliatur prima opinio,& communis,vt etiam donando quis poſſit alienare vſque ad dodrantem,d.§.nobis ergo,Menoch.d.præſumpt.188.n.15.& n.18.Peregr. de fideicomm.art.40.n.44.

16 Contra quod ex donatione colligatur fraus. Corn. conſil.140.n.8.lib.2. Ruin.conſil.163.n.3.lib.3.& Rim. iun.conſil.381.n.75.lib.4.

17 Ampliatur ſecundò procedere, & ſi agatur de teſtamento,& fideicommiſſo extranei, Paul.Caſtr.d.auth. contra rogatus in vltimis verbis, & ibi Corn.n.4.Cod.ad Trebell.idem Corn.conſ.242.nu.10.lib.4.Cephal.conſil. 177.n.12.verſ.tertio, & n.14.verſic.ſeptimo, Peregr.d. art.40.n.40.& art.42.n.53.Gallus de except.ſucceſſ.tit.4. except.23.n.59.part.2.

18 Declaratur primò communis opinio, vt procedat, dummodò alienatio fiat inter viuos, non enim ſufficit, quòd moriendo de his bonis teſtatoris ſit diſpoſitum, vt infra dicetur n.38.

19 Declaratur ſecundò,vt etiam vltra dodrantem poſſit alienare ex cauſis iuſtis, d.auth contra rogatus, & in corpore vnde ſumitur: cauſæ autem iuſtæ ſunt infraſcriptæ.

20 Prima eſt cauſa dotis §.nobis ergo,& ibi Bart.in auth. de reſtit.Cephal.latè conſ.177.lib.2.Bapt.de Sanct.Blaſ. tract.de dot.cent.2.n.2.& cent.3.n.19 & n.26.Campeg. tract.de dot.p.1.q.8.num.1.verſ.duodecimo.Vin.Paleot. tract.de dot.n.11.Conſt.Rog.tract.de dot.rub.dot.conſt. n.12.Menoch.lib.4.præſump.188.num.21.Peregr.de fideicomm.art.40.n.40.Intrigl.d.cent.3.quæſt.73.num.21. Gallus de except.ſucceſſ.tit.4.excep.23.n.58.part.2.& alij infra relati in extenſionibus.

21 Extenditur primò locum habere, ſiue agatur de dote conſtituenda,ſiue reſtituenda,Gloſ.in d.§ nobis ergo, & ibi Bart.n.6.Cephal.d.conſ.177.lib.2.Menoc.d.præſump. 188.n.21.Peregr.d.art.40.n.40.

22 Extenditur ſecundò etiam pro conſtituenda dote extraneæ,Paul.Caſtr.in d.auth.contra rogatus, in fin. & ibi Corn.n.4.C.ad Trebell.idem Corn.conſ.242.num.10. lib.4.Menoch.d.præſumpt.188.num.21.Peregr.de fideicommiſſ.art.42.n.53.

23 Idem pro reſtituenda dote extraneæ, Cephal.conſil. 177 lib.2.Peregr.d.art.42.n.53.

24 Extenditur tertiò procedere,etiam in augmento dotis,Cephal.d.conſ.177.n.24.& ſeqq.

25 Extenditur quartò, vt etiam ſoluto matrimonio reuerſa dote ad dotantem grauatum, quod dos non ſit reſtituenda fideicommiſſario, Ang.in d.auth. de reſtit. col 1.& videnda erunt quæ dixi q.531.n.84.

26 Intellige dotis cauſa poſſe alienari, & quartam reſeruandam fideicommiſſario, dummodò pauper fuerit mulier, cui dos fuit data, Corn.conſ.242.num.11.lib. 4.Menoch.d.præſump.188.num.21.Intrigl.d.cent.3.qu. 73.n.25.

27 Secunda cauſa eſt, per quam poteſt fieri alienatio vltra dodrantem, quando alienatio fieret ob ſponſalitiam largitatem, nam conſtitui poterit ex hac quarta alias fideicommiſſario reſtituenda, Baptiſt.de Sanct. Blaſ.in tract.de dot.cent.3.num.16.Menoch.lib.4.præſumpt.188.n.22.Intrigl.d.cent.3.q.73.n.24.Gallus d.except.23.n.58.

28 Tertia cauſa eſt, pro redemptione captiuorum, d.§. nobis ergo,verſ.ſi vero,Ceph.conſil.177.nu.12.Menoc.d. præſump.188.n.23.Peregr.d.art.40.n.40.Intrigl.d.cent. 3.q.73.n.25.Gallus d.excep.23.n.58.

29 Extenditur,vt pro omnibus captiuis, etiam non ſanguine iunctis poſſit fieri hæc alienatio quartæ, dummodo ſint miſeratione digni,ſecundum Bald.in authen. contra rogatus, n.4.in fin.& ibi Fulg.& Salic.C.ad Trebellian.Corn.conſ.242.nu.10.lib.4.Ceph.conſ.177.nu.12. verſ.quarto.Intrigl.d.cent.3.q.73.n.25.

30 Sed contra melius tenent alij volentes, quod ſolum ſit conceſſa alienatio pro ſanguine iunctis, ita Iac.de Bellaper.in d.§.nobis ergo.& ibi Iac.de Beluiſ.& Bart.

31 Quarta cauſa eſt, pro præſtandis alimentis tam grauato, quàm eius familiæ. d.§.nobis ergo.& ibi Doctor. Alexand.in l.Imperator, numero 8.ff.ad Trebell.Barbat. conſil.63.col.3.libro 2.Peregr.de fideicommiſ.art.40.n.40. Surd.tract.de alimen.tit.4.q.9.nu.25.Præt.de interpr.vlt. volunt.lib.4.dubit.11.num.73.Menoch.d.præſump.188. num.14.Intrigl.d cent.3.q.73.nu.26.Gallus d.except.23. n.58.par.2.

32 Quinta cauſa eſt, quando fit donatio Eccleſiæ amore Dei, Ang.in d.auth.de reſtit.ver.ſubſequenter quæro. Sed contrariam opinionem melius probauit Menoc.d.præſump.188.n.23.in fine.

33 Aduertendum tamen eſt, quod etiam ex prædictis cauſis non erit permiſſa alienatio quartæ, quando grauatus malè conſumpſit cætera bona. Bald.in d.authent. contra rogatus,n.7.& ibi Salic.verſ.quæro quid ſi.

34 Declaratur tertiò, vt etiam vltra dodrantem poſſit alienare, quando prius data eſt licentia alienandi, & poſtea dicitur, quod id quod ſupererit reſtituatur, Iaſ. conſ.131.col vlt.lib.2.Soc.ſen.conſil.123.lib.3.Ruin.conſ. 120.in fin.iuncto princ.lib.1.& conſ.76.n.13.lib.2.Surd. conſ.10.n.33.& conſ.96.nu.26.lib.1.Menoch.conſ.1091. n.10 & ſeqq.

35 Pro hac declaratione facit primò, quia ſi prius data eſt licentia alienandi, dum poſtea dicitur, quod ſupereſt reſtituendum eſſe, non cenſetur destructa licentia expreſſa alienandi, quia ſequentia regulari debent à præcedentibus,non è contra, iuxta doctrinam Bart.in l. quiſquis,ff.de legat.3.& ita arguunt Socin.ſen.Menoch. & Surd.locis citatis.

36 Secundò, quia ſuperflua eſſent verba, per quæ data eſt poteſtas alienandi, ſi reſtringerentur ad ſequentia verba per quæ quod ſupererit reſtitui debet, contra l.ſi quando ff de legat.1.& c.ſi Papa, de priuil.in 6.& ita arguunt Soc.ſen.ibi ſupra ante num.4.& Menoch.d.conſ. 1091.n.12.

37 Tertiò, ſi concurrunt duæ permiſſiones alienandi, altera tacita,altera expreſſa, vt hic, vtraque debet operari ſecundum propriam ſignificationem, prout ſi duæ prohibitiones alienandi extarent, alia tacita, alia expreſſa:nam ſi adeſt prohibitio expreſſa,alienatio ſtatim eſt nulla,l.cum pater,§.libertis,& l peto,§ fratre, ff.de legat.2.nec eius natura alteratur per ſubſtitutionem, ex qua ſola tacita prohibitio alienandi reſultat,ergo idem erit in permiſſione alienationis expreſſa, & tacita, vt ſi in totum ſit facta alienatio, in totum ſuſtineatur ob expreſſam licentiam,ſi verò aliquid ſupereſt, illud ſit reſtituendum,ita Soc.ſen.d.conſ.123.n.3.in fin.& n.4.lib.3. ſequitur Menoch.d.conſ.1091.nu.13.

Contra tamen hanc declarationem facit authoritas multorum in fortioribus relatorum,q.ſeq.nu.21.

38 SECVNDA eſt concluſio, quod nulla facta alienatione in vita, hæres ab inteſtato ſuccedens grauato, non poterit retinere quicquam, ſed totum erit reſtituendum,Cin.in d.auth.contra rogatus, & ibi Bald.n.6. Salic.verſ.quæro quid ſi nihil,& alij communiter, Cod.ad Trebell.Cuman.in d.l.Titius, & ibi Alexand.nu.9.dicit eſſe communem opinionem, ff.eod.Anchar.conſ.365. num.

*num.*9. Corn. *conſ.* 242. *num.* 12. *lib.* 4. Alciat. *reſp.* 521. *nu.* 10. & ſecundum aliam impreſſionem, *conſilio* 66. *num.* 11. *lib.* 9. Menoch. *conſ.* 334. *n.* 57. vbi alios addit, *& li.* 4. *præſumpt.* 188. *num.* 19. *verſic. non poteſt.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 54. *nu.* 2. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 73. *n.* 30. Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 40. Præt. *de interp. vltim. volunt. folio* 344. *ſolut.* 1. *n.* 2. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *excep.* 23. *n.* 56. *par.* 2.

39 Contrarium videtur tenere Gloſ. *in d. auth. contra rogatus*, vbi dicit ſolam quartam eſſe reſtituendam. Sed prima opinio retinenda eſt, quæ probatur *in d. authen. contra rogatus*, & in corpore vnde ſumitur.

40 Limitatur hæc ſecunda concluſio, quando hæres ſic grauatus in vita conuenisset cum fideicommiſſario de illi reſtituendo quartam partem retento ſibi dodrante, quia tunc, moriente grauato, eius hæres retinebit dodrantem, ita Salicet. *in d. authen. contra rogatus, in fine*, quem refert, & ſequitur Menoch. *d. præſump.* 188. *n.* 19. *in fine*.

41 Tertia eſt concluſio, quod grauatus reſtituere quod ſuperetit, poterit alienare vſque ad quartam per viam teſtamenti, Iacob. de Beluiſ. *in §. nobis ergo. in auth. de reſtit. fideicommiſſ.* & ibi Bart. & Ang. Bald. *in auth. contra rogatus num.* 9. *&* 10. & ibi Barbat. *in addit. C. ad Trebel.* Alex. *in l. à filia in fine ff. eod. & conſ.* 14. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 1. Socin. ſen. *conſ.* 123. *lib.* 3. Iaſ. *conſil.* 130. *num.* 4. *verſic. circa primum lib.* 4. Crott. *conſ.* 340. *num.* 15. *lib.* 3. vbi ſcribit eſſe communem & veriorem opinionem, quod etiã teſtatur Marcob ab Anguil. *conſ.* 39. *numero* 49. Pariſ. *conſil.* 25. *numero* 22. *&* 23. *libro* 2. Io. Antonius Binius, *conſ.* 25. *numera* 10. *vſque ad finem*. Surd. *conſil.* 10. *num.* 20. *conſil.* 71. *num.* 11. *& ſeq. conſilia* 294. *num.* 10. *& conſilio* 352. *nu.* 27. Præt. *de interp. vltim. volunt. fol.* 345. *ante num.* 3. Cæſ. Barz *deciſ. Bonon.* 121. *num.* 1. 2. 42. *& ſeqq.* vbi alios adducit, & eſſe crebrius receptam opinionem teſtatur.

42 Contrariam opinionem probarunt Alexand. *in d. l. Titius, nu.* 9. poſt Cuman. & Paul. Caſtr. ibi. *ff. ad Trebell.* Corn. *in auth. contra rogatus in fine, C. eod.* Alciat. *in l. pater, § fundum, num.* 2. *ff. de legat.* 2. rurſus Corn. *conſ.* 242. *n.* 12. *lib.* 4. Soc. ſen. *conſil.* 31. *nu.* 13. *& conſ.* 99. *n.* 21. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 18. *n.* 16. *verſ. & primo, lib.* 1. *& conſ.* 76. *n.* 11. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſ.* 99. *num.* 21. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 27. *ante nu.* 4. *lib.* 3. Peregr. *conſil.* 45. *lib.* 4. *& in tract. de fideicomm. art.* 40. *n.* 43. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *nu.* 29. Menoch. *d. præſump.* 188. *num.* 17. Gallus *d. excep.* 23. *nu.* 56. [Hanc eandem opinionem probarunt Ruin. *conſil.* 115. *num.* 3. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 78. *num.* 47. *lib.* 3. & idem ego tenui ſuper teſtamento D. Cornelij Paratici, *vt in conſ.* 132. Et quando dictum fuit, quod reſtituat quod ſuperetit tempore eius mortis, ſenſit hanc opinionem Cæſar Barz. *d. deciſ.* 121. *num.* 45. *verſic. & his ſtantibus*; licet primam teneat, quando ſimpliciter dictum fuit, quod reſtituat, quod ſuperetit, vel quod ſuperetit poſt mortem.]

Et cum hac opinione ego tranſeo, illa enim probatur ex text. *in l. Titius, ff. ad Trebell.* vbi expreſsè denegantur alienationes factæ in teſtamento, inducendo textum, vt per Peregr. *in conſil.* 45. *num.* 6. *lib.* 4. vbi etiam comprobat in hoc caſu non fuiſſe contrarium diſpoſitum a Iuſtiniano, *in §. nobis ergo, in auth. de reſtit.*

Confirmatur, quia tempore mortis grauati dicuntur extare bona non alienata in vita; ergo in fideicommiſſo venient, & ita arguunt Cuman. & Alex. *in d. l. Titius*, & eſſe indiſſolubilem rationem dixit Peregr. *d. conſil.* 45. *num.* 3. *verſ. quare, lib.* 4. Per teſtamentum enim bona non alienantur in vita, ſed poſt mortem, & ideo facultas alienandi in vita non tribuit facultatem alienandi per teſtamentum, Bart. *conſil.* 72. *ex facto*, Romanus *conſ.* 476. Socin. ſen. *conſil.* 216. *nu.* 8. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 20. *num.* 3. Ruin. *conſil.* 194. *numero* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 33. *num.* 53. *lib.* 2. Theſaur. *deciſ.* 209. cum alijs citatis *quæſt.* 549. *num.* 10. Cum ergo teſtator ſe retulerit ad bona exiſtentia tempore mortis, & hæc venire in fideicommiſſo diſpoſuerit, non erit derogatum reſtitutioni per teſtamentum, quia tunc poſt mortem fit diſpoſitio, & alienatio, non in vita, *l.* 1. *ff. de teſtam.* ibi *de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluerit*. Et cum verba ſe referant ad exiſtentia bona tempore mortis, ab eis non erit recedendum, *§. nos igitur, in auth. de reſtit. fideicomm. l. ſi mihi, & tibi, §. vlt. ff. de leg.* 1. *l. cum quidam, C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.*

Prima opinio poſſet ſuſtineri, quando eſt data facultas alienandi, & diſponendi per ea quæ ſcribit Peregr. *d. conſilio* 45. *libro* 4. & videnda erunt dicta *infra quæſt.* 549.

Pro declaratione tamen huius concluſionis, vide dicta *infra q.* 549.

Quarta eſt concluſio, quod ſi facta eſt alienatio, ſed pretium non fuit ſolutum, quod illud ſpectabit ad fideicommiſſarium, Bart. *in d. l. Titius, in fine*, & ibi Paul. Caſtr. *ff. ad Trebell.* Alciat. *reſp.* 521. *n.* 14. Menoch. *conſ.* 334. *num.* 54. 43

Quinta eſt concluſio, quod ſi ex pretio rerum alienatarum aliæ ſint comparatæ, quod hæ venient in reſtitutione fideicommiſſi, *l. Imperator, §. vlt. & l. ſeq.* & ibi Doct. *ff. de leg.* 2. Alciat. *conſ.* 76. *num.* 20. *lib.* 3. quem refert, & ſequitur Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 44. *in fin. & art.* 44. *n.* 29. *in fine*, & erunt videnda quæ dixi *in conſil.* 8. vbi de hoc articulo. 44

Sexta eſt concluſio, quod ſi grauatus alienauit bona, & deinde ea reacquirat, quod bona ſic deinde reacquiſita venient in reſtitutione fideicommiſſi, Bart. *in d. l. Titius, col.* 5. *ff. ad Trebell.* Pereg. *de fideic. art.* 42. *num.* 21. *ad medium*. 45

Septima eſt concluſio, quod alienata ſunt imputanda in Trebellianicam, & alias detractiones, Paul. Caſtr. *in d. l. Titius ff. ad Trebell.* Guid. Pap. *conſ.* 122. *in fine*, Pariſ. *conſ.* 46. *num.* 27. *& ſeq. lib.* 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Anton. Gabr. *ad Trebell. concl.* 13. vbi dicit ita in Rota Romana fuiſſe iudicatum, Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 24. Craſs. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 54. *num.* 4. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſtione* 71. *numero* 46. *& in fortioribus relati, q. ſeq. num.* 10. *& ſeq.* 46

Octaua eſt concluſio, quod hæc quarta intelligitur eſſe omnium bonorum, quæ fuerunt teſtatoris tempore eius mortis, Alex. *in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſil.* 46. *num.* 27. *lib.* 1. *& conſil.* 25. *n.* 29. *lib.* 2. Craſs. *in §. fideicommiſſum, q.* 54. *in fine*. 47

Nona eſt concluſio, quod ſi facta ſit alienatio etiam de quarta extra caſus permiſſos, quod ex ſubſtantia hæredis eſt ſupplenda, ſi adſunt bona, aliàs in ſubſidium agetur contra tertios poſſeſſores, *d. authen. contra rogatus*, & in corpore vnde ſumitur, Curt. iun. *in authent. res quæ, num.* 8. *C. commun. de leg.* Peregr. *de fideicom. art.* 40. *num.* 41. 48

Decima eſt concluſio, quod grauatus inſtituere quod ſuperetit, tenetur etiam fructus reſtituere, iuxta tamen diſtinctionem, de qua dixi *q.* 626. *n.* 39. 49

Sed quid ſi teſtator grauauit hæredem reſtituere bona non diſtributa, an hæres poſſit omnia bona alienare, & diſtribuere, an verò teneatur quartam fideicommiſſario reſeruare, videndus erit Cæſ. Barz. *dec. Bonon.* 122. vbi latè. 50

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Alienandi facultas, ſi eſt conceſſa grauato, operatur vt is poſſit totum alienare, nec teneatur quartam reſeruare fideicommiſſario, contra numer. 2. amplia & declara per totam quæſt.*

7 *Alienandi facultas conceſſa grauato de bonis fideicommiſſi intelligitur ſubſiſtente iuſta cauſa, non autem, vt in fraudem fideicommiſſi alienatio fieri poſſit, contra num. 8.*

10 *Alienandi facultate data grauato de bonis fideicommiſſi, ſi bona aliqua ſint alienata, in Trebellianicam, & detractiones erunt imputanda, contra n. 11. declara nu. ſeq.*

14 *Alienandi facultate conceſſa grauato, ſi is aliqua alienauit, & ex pretio alia emit, an empta veniant in reſtitutione fideicommiſſi? remiſsiuè.*

QVÆSTIO DXLVI.

Facultas alienandi ſi eſt conceſſa grauato, an is omnia bona fideicommiſſi alienare poſſit, an verò quartam bonorum teneatur reſeruare fideicommiſſario?

VIDIMVS in præcedenti, an grauatus reſtituere quod ſupererit tempore eius mortis teneatur quartam reſeruare fideicommiſſario? Nunc videamus, quid dicendum ſit, quando ſimpliciter grauato eſt data facultas alienandi, an hoc caſu quartam fideicommiſſario teneatur reſeruare, iuxta *d. auth. contra rogatus, C. ad Trebell.* In quo
1 articulo duæ ſunt contrariæ opiniones. Prima eſt, quod poterit totum alienari, & hanc probarunt Iaſ. *conſ.* 232. *dubio tertio, lib.* 2. Soc. ſen. *conſil.* 123. *lib.* 3. Licet in fine dicat de bono, & æquo quartam poſſe reſeruari fideicommiſſario, Ruin. *conſil.* 6. *nu.* 13. *conſil.* 112. *n.* 10. *conſil.* 120. *& conſil.* 153. *col. vltim. lib.* 2. Alc. *conſil.* 112. *lib.* 9. Dec. *conſ.* 27. *n.* 10. *conſ.* 35. *n.* 33. *& conſ.* 78. *nu.* 48. *libr.* 3. Hier. Gab *conſil.* 99. *n.* 21. 23. 25. *& lib.* 2. vbi teſtatur eſſe veram & communem opinionem, Surd. *conſil.* 10. *n.* 18. 23. 29. *& ſeqq. lib.* 1. Menoc. *conſ.* 947. *n.* 5. *conſ.* 1091. *n.* 5. *& ſeq. conſ.* 1130. *n.* 7. *& lib.* 4. *præſump.* 188. *n.* 5. 6. Anch. iun. *lib.* 1. *q.* 12. *n.* 4. Pereg. *de fideic. art.* 40. *n.* 46. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 73. *num.* 14. vbi dicit hanc opinionem eſſe receptiorem, Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 121. *nu.* 3. & in fortioribus alij relati *q. præced. n.* 34. & ita ego conſului ſuper teſtamento Ser. Ioan. Baptiſtæ Trottæ de Virola, & in alio caſu ſuper teſtamento Ser. Io. Mariæ Scopini, idem tenui in alia de Bartolis, *in conſ.* 8. Argumenta huius opinionis videnda erunt apud Socin. *d. conſil.* 123. Menoch. & alios *locis citatis*. [Et eſſe veriorem, & communiorem opinionem dixit Theſaur. iun. *libr.* 3. *quæſt. forenſ. quæſt.* 25. *num.* 3.]

2 Secunda opinio præcedenti contraria eſt, quod immo grauatus non poſſit omnia alienare, ſed teneatur reſeruare quartam partem fideicommiſſario, iuxta *d. auth. contra rogatus*, & hanc probarunt, Anch. *conſ.* 365. *n.* 9. Alex *conſ.* 157. *col.* 4. *verſ. non obſtat, lib.* 2. *& conſ.* 16. *lib.* 7. Socin. ſen. *conſ.* 114. *nu.* 2. *conſil.* 123. *col. penult. lib.* 3. in hanc inclinat, dum dicit quartam ex bono, & æquo eſſe fideicommiſſario reſeruandam, *& conſ.* 31. *num.* 11. *verſ. iterum, & quarto loco, & n. ſeqq. lib.* 4. Pariſ. *conſil.* 25. *nu.* 25. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 86. *n.* 26. *& conſ.* 101. *n.* 26. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 130. *col.* 1. *lib.* 1. Bertaz *conſ.* 68. *nu.* 9. Alciat. *conſ.* 136. *nu* 5. *lib.* 9. Dec. *conſil.* 75. *libr.* 2. & hanc ſequutus ſum in vna de Roris, *vt in conſilio nono*: vbi etiam oſtendi non facere pro prima opinione plures ex citatis pro ea, & ſecundum illud conſilium fuit iudicatum.

Prima opinio maximè procederet, ſi fuiſſet conceſſa 3
facultas alienandi libera, & abſoluta, Corn. *conſil.* 40. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Hier. Gab. *conſil.* 99. *nu.* 33. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1006. *n.* 34. *& ſeq. & lib.* 4. *præſumpt.* 188. *n.* 8. Intrig. *d. cent.* 3. *q.* 73. *nu.* 15. Hæc enim verba ſignificant abſolutam poteſtatem, vt latè oſtendit Menoch. *de arbitr. iud. qu.* 7. *num.* 32. *& ſeq.*

Secundò maximè procederet, facta alienatione in aliquem ex ſubſtitutis, Dec. *conſil.* 78. *n.* 50. *lib.* 3. 4

Tertiò maximè procederet, quando data fuit facultas alienandi omnia bona, quia qui totum dicit nihil excludit, *l. Iulianus ff. de leg.* 3. ita in ſpecie Ruin. *conſil.* 120. *in fine, lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1006. *n.* 35. in cuius caſu erat dictum, vt poſſit alienare omnia, & ſingula bona, &c. & ponderat tam verbum, omnia, quàm verbum, ſingula, vt apud eum. 5

Ampliatur prima opinio, & ſi poſt conceſſionem alienationis dictum ſit, quod reſtituatur id quod ſupererit, vt dixi *q. præced. n.* 34. 6

Intellige tamen prędictam facultatem alienãdi cenſeri conceſſam ſolum, quando adeſt iuſta cauſa alienandi, non autem, vt poſſit in fraudem fideicommiſſi illud euertendo grauatus bona alienare, Alex. *conſil.* 58. *colum. vlt. lib.* 3. Corn. *conſil.* 140. *colum.* 2. *verſic. quæ igitur, lib.* 2. Ruin. *conſil.* 109. *num.* 11. *conſil.* 112. *num.* 9. *libr.* 2. *& conſil.* 163. *num.* 4. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 25. *num.* 25. *libr.* 2. Alciat. *conſil.* 52. *nu.* 13. Bero. *conſ.* 8. *n.* 26. *& conſil.* 101. *nu.* 9. *libr.* 1. Bertaz. *conſil.* 68. *nu.* 9. Menoch. *conſil.* 226. *nu.* 27. *& ſeqq.* Petr. *de fideic. q.* 8. *nu.* 221. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *concl.* 14. *illat.* 4. Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 50. *&* 51. 7

Contrariam tamen ſententiam probarunt alij, volentes licitam eſſe alienationem ad libitum grauati, etiam ſine alia cauſa, Bart. *in l. Imperator, §. vltimo ff. de legat.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 31. *num.* 14. *in fin. lib.* 4. Decian. *conſil.* 27. *n.* 43. *& conſ.* 35. *lib.* 3. Surd. *conſil.* 10. *n.* 33. *& ſeqq. vſq; ad finem lib.* 1. vbi latè comprobat: & in fortioribus alij relati *quæſt. præcedenti nu.* 1. & hæc ſententia verior 8
eſt, vt ibi dixi, & etiam rationes adduxi, quæ non re- 9
pero, ſed ibi videndæ erunt: & ibi ſimul adduxi, quæ ſint coniecturæ fraudis commiſſæ in alienatione, quod iuuat ſcire, quando prima opinio magis placeret.

In detractiones tamen erunt imputanda alienata, quando etiam in certum genus perſonarum permiſſa eſt alienatio, veluti deſcendentes, vel agnatos Guid. Pap. *conſil.* 122. Crott. *in l. filiusfamilias §. Diui, nu.* 18. *ff. de legat.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 39. *nu.* 10. vbi addit Paul. Caſtr. Pariſ. & Anton. Gabr. teſtantem in Rota ita fuiſſe deciſum: & hæc opinio probatur *in l. penultima, ff. ad Trebellianum*, vbi alienata ex tacita permiſſione teſtatoris imputãtur in creditum hæredis, ergo & in alias detractiones, & dixi etiam *quæſt. præcedenti, numero* 46. 10

Contrariam tamen opinionem probarunt alij volentes alienata in certum genus perſonarum ex permiſſione teſtatoris non imputari in detractiones, Socin. ſen. *in l. Marcellus, §. res quæ, col. vltima, ff. ad Trebellianum, & conſil.* 114. *libr.* 3. Surd. *conſil.* 71. *libr.* 1. vbi alios adducit Præt. *de interpretat. vltimarum volunt. folio* 365. *numero* 15. 11

Hæc quæ ſecunda opinio maximè procederet, quando alienatio eſſe facta titulo lucratiuo donando, Soc. ſen. *dicto §. res quæ*, Ferdin. Loarez. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num.* 41. *ff. de legat.* 1. vbi latè defendit Pic. *in l. in quartam, nu.* 118. *ff. ad leg. Falcid.* rurſus Soc. ſen. *conſil.* 12

114. *per tatum lib* 3. vbi loquitur quando fit alienatio in eum, in quem tranſire debent bona ex fideicommiſſo, Crott. *conſil.* 61 *num.* 17. Bero. *conſil.* 93. *num.* 27. *lib.* 2. quos refert & ſequitur Surd. *dicto conſil.* 71. *libro* 1. vbi tenet verum eſſe, tam in donatione inter viuos, quam in donatione cauſa mortis. Licet contrariam opinionem probauerit Crott. *in l. filiusfamilias*, § *Diui*, *num.* 17.

13 Sed quid ſi ex pretio rei alienatæ alia res ſit comparata, an hæc veniat in reſtitutione fideicommiſſi, dixi *qu. præcedenti, nu.* 44.

14 Alia etiam de materia huius quæſtionis dicta ſunt *in præcedenti quæſtione*, & ibi videndum erit.

QVÆSTIO DXLVII.

TESTATOR fecit plures gradus ſubſtitutionum, & poſt omnes ſubſtitutiones dixit, quod concedebat filijs licentiam alienandi, dubitatum fuit, an licentia alienandi referatur ſolum ad vltimum gradum ſubſtitutionum, an verò ad omnes? Hunc caſum habui in facto ſuper teſtamento Domini Ioan. Mariæ Stopini, qui inſtituerat hæredes Camillum, & Andream filios, & ſi alter ſine filijs decederet ſubſtituit alium, & ſi ambo ſine filijs maſculis decederent ſubſtituit filias fœminas, non prohibendo dictis filijs alienationem bonorum. Mortuus eſt Camillus ſine filijs inſtituta ſorore hærede, diſputatum fuit inter alia, an licentia alienandi referatur ad omnes ſubſtitutiones, an vero ſolum ad vltimam? ego reſpondi hanc alienandi licentiam ſolum ad vltimum gradum ſubſtitutionis referri, adduxi in terminis Alexand. *conſil.* 226. *lib.* 6. quem ſequitur Grat. *conſ.* 126. *nu.* 38. *lib.* 3. Et quia objiciebatur in numero plurali datam licentiam filijs, dicebam & conſilium Alexand. eſſe in his terminis, vt patet ibi *nu.* 1. & alia adducebam, quæ omitto, cum apud Alexand. videri poſſint; & ſecundum meam opinionem fuit iudicatum per Excellentiſſ. D. Paulum Sauoldum virum non minus doctrina, quam eloquentia ornatiſſimum, in quem factum fuerat compromiſſum.

QVÆSTIO DXLVIII.

1 TESTATOR in ſuo teſtamento grauauit hæredem fideicommiſſo; illi tamen conceſſit licentiam teſtandi, orta eſt diſputatio, an hæc facultas intelligatur de inſtitutione etiam extraneorum? Et quod ita intelligatur reſponderunt Alexand. *in conſilio* 207. *in fine*, & Menochius *conſilio* 497. *dubio ſecundo*.

2 Niſi teſtator fecerit fideicommiſſum pro perpetua conſeruatione bonorum in agnatione, & familia, quia tunc licentia teſtandi intelligitur, quo ad illos de agnatione, Socin. ſen. *conſil.* 251. *col.* 3. *verſic. ex quibus vltimo loco infero, libro* 3. Pariſ. *conſ.* 44. *in fin. & conſi.* 72. *numero* 58. *& num.* 64. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 497. *dubio ſecundo & conſ.* 1006. *nu.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Licentia alienandi bona fideicommiſſi cenſetur data de alienando tam inter viuos quam in vltima voluntate, & num.* 2. *limit. per totam qu.*

3 *Licentia alienandi, vel vendendi bona fideicommiſſi non operatur quo ad alienationem in vltima voluntate.*

4 *Licentia alienandi, & vendendi extenditur etiam ad alienationem in vltima voluntate.*

5 *Licentia vendendi, alienandi, & diſtrahendi intelligitur ſolum de alienatione inter viuos.*

6 *Licentia alienandi de bonis fideicommiſſi cum licentia, vel conſenſu alterius perſonæ, nō comprehendit alienationem per vltimam voluntatem.*

7 *Prohibitus alienare vſque ad certum tempus, poſt illud tempus poterit alienare inter viuos non per vltimam voluntatem, contra num.* 7.

8 *Facultas alienandi data grauato, & quod id ſuperierit reſtituatur, comprehendit licentiam alienandi inter viuos non in vltima voluntate, contra num.* 9.

10 *Licentia alienandi, vel diſponendi in vita de bonis fideicommiſſi, non includit facultatem diſponendi per vltimam voluntatem, contra num.* 11.

12 *Licentia diſponendi de bonis fideicommiſſi operatur, vt diſponi poſſit tam inter viuos, quam in vltima voluntate.*

13 *Verbum diſponere comprehendit diſpoſitionem tam inter viuos, quam in vltima voluntate.*

14 *Verbum erogare importat alienationem inter viuos.*

QVÆSTIO DXLIX.

Licentia alienandi bona fideicommiſſi conceſſa grauato, an intelligatur tam de alienatione inter viuos, quam in vltima voluntate?

DISPVTATIO ſatis egregia eſt, ſi teſtator dedit facultatem grauato alienandi bona fideicommiſſi, an cenſeatur dediſſe, tam de alienando inter viuos, quam in vltima voluntate? & quod poſſit & inter viuos, & in vltima voluntate alienare ſentiunt communiter Doctores. 1

Et de alienatione inter viuos, tam titulo oneroſo, quam lucratiuo, ita ſcribunt poſt alios, Hieron. Gabr. *conſ.* 9. *nu.* 35 *lib.* 2. Decianus *conſil.* 27. *num.* 20. *verſ. tertia eſt concluſio, & conſ.* 30. *libr.* 3. Surd. *conſil.* 21. *libro* 1. Menoc. *lib.* 4 *præſumpt.* 188. *n.* 10. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 73 *num.* 16. 2

De alienatione in vltima voluntate facta, vt teneat, volunt Bart. *in l. ſi ita quis.* § *ea lege*, *ff. de verb. oblig. & in l. peto* § *fratre*, & ibi alij communiter, *ff. de legat.* 2. Bald. *in l. ſi quis prioris* § *certum*, *C. de ſecund. nup.* Alciat. *in l. vlt. colum. vlt. C. de pact.* Alexand. *conſil.* 89. *n.* 8. *lib.* 2. *& conſ.* 226. *numero* 4. *lib.* 6. Socin. ſen. *conſil.* 123. *libro* 3. *conſil.* 31. *num.* 11. *& conſ.* 45. *nu.* 2. *lib.* 4. Rum. *conſil.* 15. *numero* 3 *conſil.* 76 *numero* 11. *&* 12. *conſil.* 110. *n.* 12. *&* 13. *conſ.* 133. *num.* 6. *conſ.* 153. *nu.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 121. *nu.* 12. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 22. *&* 25. *& conſ.* 7. *in fine lib.* 2. *& conſ.* 46. *num.* 10. *lib.* 4 Brun. *conſil.* 39. *num.* 8. Crott. *conſil.* 340. *nu.* 15. *libro* 5. vbi dicit eſſe communem opinionem. Marcobr. ab Anguil. *conſil.* 59. *num.* 49. Alciat. *conſ.* 57. *& conſ.* 206 *lib* 9. Rumin iun. *conſ.* 80. *col. penult. lib.* 1. *& conſ.* 313. *nu.* 9 *lib.* 4. Hier. Gabr. *conſ.* 121. *nu.* 15. *&* 16. vbi dicit maxime procedere data poteſtate diſponendi, *conſ.* 91. *col. penult. lib.* 1. *& conſ.* 99. *numero* 25. *lib.* 3. Decianus *conſ.* 58. *n.* 33. *&* 38 *lib.* 2 *conſil.* 78. *num.* 59. *lib.* 3 *& conſ.* 10. *n.* 42. *&* 43. *lib.* 4. Alba *conſ.* 185. *n.* 7. Aldobrand. *conſ.* 19. *n.* 26. *&* 56. *& conſ.* 53 Ioan. Anton. Binius *conſ.* 25. *nu.* 12 *vſque ad finem*, Raudenſ. *conſ.* 15. *num.* 37 *& ſeqq. lib.* 2. Surdus late *conſ.* 10. *conſ.* 71. *nu.* 11. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 430. *num.* 5 *libro* 3. vbi dicit ita obtinuiſſe in Senatu Pedemontium, Menoch. *conſil.* 87. *num.* 60. *conſ.* 591 *num.* 6. *verſ. quæ alienandi*, *conſil.* 947.

conſil.

Digitized by Google

*conſil.*1091.*nu.*7.*& libro* 4.*præſumpt.*188.*nu.*8.Honded. *conſil.* 33.*nu.*48.*lib.*1. Peregr. *conſil.* 53.*n.*13.*&* 14 *lib.*1. *conſil.*36.*n.*3.*conſ.*66.*nu.*8. *libro* 5. *& in tract.de fideicom. art.* 40. *num.* 57. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Io. Dilect. *de art.teſtant.tit.*5.*caut.*38.Anchar.iun.*quæſt.*12. Surd.*de alimen.tit.*8.*priuil.*58.*num.*11.Præt.*de interpret. vlt.volunt.fol.*344.*n.*2.Intrigl.*de ſubſtit.centur.*3. *quæſt.* 73.*num.*17.Boer.*deciſ.*204.Oſaſch.*deciſ.Pedem.*85.*num.* 5. Cæſ.Barz.*deciſ.Bonon.*121.*num.* 42. *& ſeqq.* vbi alios addit & alij relati infra *quæſt.*614.*nu.*34. *& multis ſeqq.* Quæ opinio probatur *in l.ſi quis prioris,§.certum,C.de ſecund. nupt.* vbi coniux cui permiſſa eſt facultas alienandi de certis bonis, poteſt in illis bonis hæredem inſtituere.

Maximè ſi data fuiſſet licentia libera alienandi, vt poſt Socin.ſen.Ruin. & Hieron. Gabr. ſcribit Menoch. *d.præſumpt.*188.*num.* 8.

3 Limitatur primò, quando data eſt poteſtas vendendi, vel alienandi, quia non dicitur data poteſtas diſponendi in vltima voluntate, Cuman. *in l. Titius*, & ibi Alex.*ff.ad Trebell.* Decianus *reſp.*35.*num.* 13 *libro* 3. Peregr.*conſil.*45.*n.*5.*verſ.tertio*, *lib.*4.& videnda erunt dicta *qu.*775.*n.*3.*& ſeq.*

4 Aliud eſſet conceſſa facultate vendendi,& alienandi, quia tunc & per vltimam voluntatem poſſet fieri diſpoſitio, ſic multi ex relatis *ſupra num.* 2.& comprobat Menoch.*conſil.*947.vbi dicit verba,& alienandi, poſita eſſe in augmentum, & ob id comprehendere alienationem vel vltimam voluntatem, & vide Surd. *deciſion.*124.

5 Limitatur ſecundò quando data eſſet poteſtas vendendi, alienandi, & diſtrahendi, quia intelligeretur ſolum de alienatione inter viuos, nam verbum, vendere, importat alienationem inter viuos,*l.*1.*ff. de contrah. empt.*& verbum, diſtrahere, importat ſimiliter tantum alienationem inter viuos, *l.ſi vni,ff.de tranſact.l. verba contraxerunt,ff.de verb.ſignif.tot.tit.ff. & C.de diſtr. pign.* ergo verbum, alienare, in medio poſitum intelligetur de alienatione inter viuos, & recipiet declarationem à præcedentibus,& ſequentibus, iuxta *l.cum de lanionis,§.aſinam, ff. de fund.inſtr.& l.ſi ſeruus plurium,§. vlt.ff.de leg.* 1. *cum concord.* & ita in ſpecie voluit Peregr.*conſil.*45.*num.*6.*verſ. tertio principaliter, ad medium*, *libro* 4. vbi adduxit Soc.iun.*conſ.*112.*num.* 15.*lib.*1.*conſilio*97. *column.* 3. *& conſilio* 163. *ſub numer.* 17. *&* 21. *lib.*2.

Si verò permiſſio ſit reſtricta ad aliquam ſpeciem alienationis inter viuos, vt quia dictum ſit, quod poſſit vendere, donare, & permutare, non liceret ex teſtamento alienare, Marz.poſt alios *conſ.*39.*nu.*8. Hieron. Gabr.*conſ.*83.*n.*59.*& ſeq.lib.*1.Surd.in fortioribus,*deciſ.* 124. Et probatur *in l.pater filium, §. fundum, ff.de legat.* 3. Licet malè contra teneat Honded.*conſil.*39.*nu.*29.*& ſeqq. libr.*2.

6 Limitatur tertiò,quando conceſſa eſſet alienatio cum licentia, vel conſenſu alterius perſonæ, quia tunc præſumitur teſtatorem ſenſiſſe de alienatione inter viuos, non per vltimam voluntatem,Socin. ſen.*conſil.* 163.*nu.* 33.*libr.*2.Zilett.*conſil.*57.*num.*14.*& ſeq.in* 2. *volun.conſil.vlt.volunt.*

7 Limitatur quartò, quando teſtator prohibuit alienationem vſque ad certam ætatem, nam licet poſt illam ætatem cenſeatur tacitè conceſſa licentia alienandi, attamen inter viuos tantum, non in vltima voluntate diceretur conceſſa,Socin.iun.*conſ.*163.*nu.*30. *& ſequenti*, *libro* 2.

Contrariam ſententiam in his terminis, probarunt Ruin.*conſil.*76.*num.*12.*& conſ.*112.*nu.* 10. *& ſeq.libr.*2. Pariſ.*conſ.*25.*n.*8.*& ſeqq.lib.*2.Menoch.*conſ.*947.*num.* 5.

Limitatur quintò, quando poſt expreſſam licentiam alienandi,teſtator ſubdit, quod id quod ſuperfuerit reſtituetur Titio, quia tunc non poterit fieri alienatio per vltimam voluntatem, vt comprobat latè Peregrin.*conſil.* 45. *libr.* 4. 8

Contrarium tenuit Socin.ſen.*conſ.*123.*lib.*3.& ſequitur Barz.*deciſ.Bonon.*121. De hac tamen limitatione videantur dicta ſupra *quæſt.*546.*num.*41.*& ſeq.* 9

Limitatur ſextò, quando conceſſa eſt facultas alienandi, vel diſponendi in vita, quia tunc non poſſet hæres teſtari de bonis fideicommiſſi, quia alienando per teſtamentum effectus alienationis non confertur, niſi poſt mortem grauati, & ſic in tempus prohibitum, *l.*1. *ff. de teſtam.* Secundò, quia incluſio vnius temporis eſt excluſio alterius,*l.cum prætor.ff.de iud.* Tertiò, quia in prohibitis certo tempore permiſſis, ſeruari debet tempus permiſſum,*l.matrem*, *C. de probat.* Bart. *in l non ſolum,§.ſed vt probari, ff. de oper.nou. nunciat.* Quartò de hoc videtur tex expreſſus,*in l.pater filium §.fundum ff. de legat.* 3. Et in ſpecie hanc limitationem probarunt, Bart. *conſil.* 72. *ex facto*, Roman. *conſil.* 476. Socin. ſen. *conſ.*126.*num.*8.*libro* 3.Ioan.de Monte Sperel.*conſ.*119. Dec.*conſ.*20.*num.*3.Ruin.*conſ.*194.*nu.*2.*lib.*2.Pariſ.*conſ.* 33.*num.*58.*& ſeqq.lib.*2.Bertaz.*conſ.*68.*num.* 11.*& conſil.*113.*num.*5.Peregr.*conſ.*45.*num.*5.*lib.*4.*& in tract.de fideicommiſſ.art.*40.*nu.*43.*& num.*45. *ad medium,& nu.* 62. dicit eſſe communem opinionem, Clar. *in §. donatio,quæſtione* 19. Gallus *de excep.ſucceſſ tit.* 4. *except.* 23. *num.*55.*& except.*27.*nu.*270.*part.*2.Alex.*in l. ſtipulatio hoc modo concepta,num.*15.*ff.de verb. oblig.* Ripa *in rubr. ff.ſolut. matrimon.numer.*18.Cagnol. *in l. vltima*, *num.* 232.*C. de pact.* vbi teſtatur de communi opinione, Theſaur. *deciſ.* 209. Cæſar Barz. *deciſion. Bonon.* 121. *num.* 45. 10

Contrariam ſententiam malè probarunt, Alciat. *in l. vltim.col.vlt.C.de pact.* Iaſ.*conſil.* 130.*col.*3.*&* 4.*lib.*4. & Boer.*deciſ.*204.*num.* 45. 11

Limitatur ſeptimò, quando conceſſa eſſet alienatio donec vixerit,Io.de Monte Sperel.*conſ.*119.*nu.* 7. *&* 8. Alex.*conſil.*14.*lib.*3.Socin.ſen.*conſ.*53.*lib.*1.& ibi *add.in lit. A.* Alba *latè conſil.*559.*nu.*2.

Diſponendi autem facultas conceſſa, intelligitur tam inter viuos, quam in vltima voluntate, Ripa *in rub.ff. ſolut.matrim.num.*16.Iaſ.*conſ.*130.*col.*3.*verſ.item pro iſta,lib.*4.Socin.ſen.*conſ.*13.*nu.*32.*lib.*1. *& conſ.*49.*n.* 3.*lib.*4.Pariſ.*conſil.*21.*nu.*48.*lib.* 2. Menoch. *conſil.* 210. *nu.*4.*&* 5.*& conſ.*1006.*nu.*32.*& conſil.*1130.*n.*5. Hier. Gabr.*conſil.*125.*n.*15.16.*lib.*1.Decian.*reſp.*78.*n.*48.*lib.*3. Surd.*conſil.*10.*num.*18.*&* 23.*lib.*1.Pereg.*conſil.*19. *n.*48. *lib.*4.Rebuff.*in comment.ad concordata ſummi Pontificis & Regis Franciæ,in rub. de collat.§.ſi quis verò* , *in Gloſ. diſpoſuerit*, Præt.*de interpret.vlt.volunt.fol.*92.*nu.*1.*&* 2. Cauale.*deciſ.*15.*n.*48.*part.*3.Cæſ.Barz.*deciſ.* Bonon. 121. *num.*3. vbi aſſerit eſſe receptam ſententiam, & ita ego tenui *in conſ.*50.*in fi.* Ratio eſt, quia verbum diſponere, comprehendit alienationem tam inter viuos, quam in vltima voluntate, *§.vlt.inſtit.quib.alien lic vel non*, *§ diſponat. in auth.de nupt.l. vlt.C.de curat.furio.l.de creationibus,circa medium.C.de Epiſc.aud.* Alex. & alij,*in rub. ff.ſolut. matrimon.*Alciat.*reſp.*778.*ſupra notata*, *num.* 2. Menoch.*conſil.*1130.*nu.*6. 12

Erogandi verò verbum importat alienationem inter viuos.*l. Titius, ad Trebell.* inducendo, vt per Peregr.*dict.conſ.*46.*num.*6.*lib.*4. 13

Alia circa hanc quæſtionem videnda erunt ſupra, *quæſt.*546. *numero* 38.& infra *quæſt.* 593.*num.*34.*vſque ad num.* 39. 14

SVMMARIVM.

1 *Facultate conceſſa grauato diſponendi de certis bonis, vel certa ſumma, ſi ille inteſtatus moriatur, eius hæredes conſequentur bona, de quibus poterat fieri diſpoſitio, contra num. 5. ampl. & declar. per totam quæſt.*

2 *Inteſtatus moriens dicitur de bonis ſuis diſponere, declar. nu. 6.7.8.9.*

3 *Legitimatus vt poſſit ſuccedere patri ex teſtamento, et ab inteſtato dummodo de patris voluntate proceſſerit, nullo facto teſtamento à patre, ſuccedere poteſt tanquam ex patris voluntate.*

4 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & quibus dederit tranſit ab hæredes etiam extraneos ab inteſtato.*

10 *Facultate diſponendi de certis bonis, vel certa ſumma conceſſa, & is dicatur vti, qui facit teſtamentum, licet ſpecialiter non diſponat de illis bonis, vel ſumma, decl. num. ſeqq. vſque ad finem.*

11 *Teſtator cenſetur voluiſſe prouidere in caſu magis neceſſario.*

12 *Alienationis appellatione venit hæredis inſtitutio.*

14 *Vniuerſalis ſermo tantum operatur quo ad omnium comprehenſa ſub genere, quantum ſpecialis, quo ad omnia comprehenſa ſub ſpecie.*

16 *Iuris appellatione venit facultas aliquid agendi, vel diſponendi.*

QVÆSTIO DL.

Facultate conceſſa grauato alienandi, vel diſponendi de certa ſumma, ſi habens facultatem moriatur, non facta ſpeciali diſpoſitione: an hæredes eius poſſint illa bona habere?

1 CONTROVERSA admodum eſt diſputatio, ſi teſtator conceſſit facultatem hæredi diſponendi de mille de bonis ſuis, ſi ille moriatur ab inteſtato nulla facta diſpoſitione, an hæredes illius poſſint habere hæc mille, an verò requiratur ſpecialis diſpoſitio? Et quod hæredes poſſint illa mille conſequi licet ſpecialis diſpoſitio facta non ſit, ſcripſerunt Bald. Nouell. *in l. cum filiofamilias, num. 4 ff. de legat. 1.* Curt. iun. *in auth. res qua, numer. 24. C. commun. de legat.* Iaſon. *in rubr. ff. de liber. & poſthum. numero 15.* Alciat. *num. 3.* & Bologn. *num. 58.* Cagnol. *in l. hæredem, num. 9. ff. de regul. iur.* Zanch. *in §. cum ita, part. 7. num. 4. ff. ad Trebell.* Socin. ſen. *in conſilio 252. colum. vltim. libro 2.* Curt. iun. *conſilio 4. num. 4.* Soc. iun. *conſil. 83. num. 7. libr. 4.* Grat. *conſil. 9 nu. 160. & ſeq. lib. 1.* Celſ. Vgo *conſil. 97. num. 4.* Iaſ. *conſil. 202. colum. 7. lib. 2.* Natta *conſil. 216. nu. 6. & num. 10.* Crauet. *conſil. 70. nu. 13. & conſil. 176. in fine,* Decian. *conſil. 38. num. 23. lib. 3.* Bertaz. *conſil. 136. n. 27.* Marcob. ab Anguil. *conſ. 81. nu. 10.* Surd. *conſil. 572. numero 29. & ſeq. lib. 4.* Menoch. *conſil. 87. nu. 61. conſil. 250. nu. 10. conſ. 950. nu. 8. & ſeqq. conſil. 1130. nu. 13. & lib. 4. præſump. 27. nu. 10.* Ioſeph. Ludou. *concl. 16. verſ. infertur tertio,* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 7. nu. 4.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 40. num. 59* vbi teſtatur ita iudicatum, Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 96. num. 30.* Surd. latè *deciſ. 272.* Franc. *deciſ. 45. num. 2.* vbi dicit Senatum Neapolitanum ita iudicaſſe.

2 Probatur primò iſta opinio, quia moriens inteſtatus dicitur de bonis ſuis diſponere, *l. conficiuntur, ff. de iur. codicill. l. ſi quis omnem teſtamentum nullum ff. eod.*

3 Secundo facit quod voluit Iaſ. *in rub. de liber. & poſthum. n. 15.* vbi dicit, quod ſi ſpuria ſit a patre legitimata, adiecta clauſula, quod patri poſſet ſuccedere ex teſtamento, & ab inteſtato, dummodo de eius proceſſerit voluntate mortuo patre nullo condito teſtamento, & nulla facta declaratione, quod ſpuria ſuccedere poſſet, dicit Iaſ. ſpuriam admittendam, quia ſatis pater dicitur declaraſſe voluntatem ſuam, quod filia haberet nullo facto teſtamento, idem tenuit ipſe Iaſ. *conſil. 202. col. 6. & 7. lib. 2.* ſequuti ſunt Alciat. *in rubr. ff. de liber. & poſthum. num. 32* & ibi Bologn. *nu. 58.* Natta *conſil. 216. nu. 10.* Menoch. *conſ. 210. n. 48. & ſeq. & conſ. 950. nu. 7. 8. & lib. 4. præſumpt. 27. nu. 10.* Zanch. *in § cum ita, part. 7. num. 4.* Vincent. Franc. *deciſ. 45. in fin.* vbi patet ita iudicatum.

Tertiò accedit, quod ſcribit Curt. iun. *in conſ. 4. nu. 15.* 4
vbi voluit conceſſa emphyteuſi alicui pro ſe, & quibus dederit, illam tranſire in hæredes etiam extraneos ab inteſtato, cum in eos dicatur decedendo ab inteſtato alienationem feciſſe per *dict. l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.*

Cæterum contrariam ſententiam probarunt alij, vo- 5
lentes requiri, quod teſtator facit ſpecialem expreſſionem quod diſponit etiam de illis mille ex facultate ſibi conceſſa aliàs hæredes illius nil poſſe conſequi, ita Socin. ſen. *conſ. 92. nu. 23. libro 3.* Celſ. Vgo *conſil. 120. n. 10.* Pariſ. *conſ. 44. numero 18. libro 3.* Alciat. *reſp. 647.* Siluan. *conſil. 14.* Crauet. *conſ. 171. n. 13. & conſ. 236. n. 14.* Ceph. *conſil. 371. n. 27.* Rimin. iun. *conſil. 204. n. 11.* Decian. *conſil. 83. libro 2.* Bertaz. *conſil. 7. n. 7.* Hier. Gabr. *conſil. 91. n. 11. & ſeqq. lib. 1.* Zilett. *conſil. 88. nu. 3. inter conſil. vlti. volunt.* Rota Romana *in nouiſſ. deciſ. 748. numero 1.* & videantur dicta *quæſt. 593. n. 34. & ſeqq.* [Et his addendi erunt Celſ. Vgo *conſil. 37. nu. 13. & 15.* Ceph. *conſil. 436. in fine,* & alij relati à Surd. *d. deciſ. 278. nu. 8.* & etiam ibi *num. 1. & ſeqq.* afferuntur plures rationes pro hac ſententia.

Verum tamen eſt, quod plures relati pro hac ſecunda opinione vel nihil, vel parum faciunt ad rem.]

Pro hac opinione facit, nam quod inteſtatus mo- 6
riens dicatur in venientes ab inteſtato diſpoſuiſſe, eſt per fictionem, & impropriè *d. l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.* & ibi Gloſſ. quoniam creditur patremfamilias ſponte ſua his relinquere ſuam hæreditatem, & ver-
bum, creditur, ſignificat quandam fictionem. Bart. *in l.* 7
ſi is qui pro emptore, n. 34. ff. de vſucap. cum aliis allegatis a Menoch. *lib. 4. præſumpt. 27. in principio,* non ergo di-
citur ille diſpoſuiſſe, nam is diſponere dicitur, qui facit 8
aliquid in teſtamento, vel vltima voluntate, *§. penult. inſtit. tit. quib. ex cauſ. manum. lic. & §. diſponat, in auth. de nupt.* & diſpoſitio hæc cum ſit conditionalis debet verè, & propriè impleri, *l. Mænius, & l. qui hæredi, ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quis fundum, ff. de contrahen. empt.*

Reſpondetur verum non eſſe aſſumptum, quod diſ- 9
poſitio *d. l. conficiuntur,* ſit ficta, nam eſt præſumpta, vt latè probauit Menoch. *lib. 4. præſumpt. 27.* & idem dicit *in conſil. 950. nu. 18. & ſeqq* vbi præciſè reſpondendo huic argumento dicit, illam ſufficere pro implemento conditionalis diſpoſitionis. Ego non recederem à poſteriori ſententia, nam aliàs ſequeretur licentiam alienandi ad nil ſeruire, nam ſemper diceretur alienatum, quia facto teſtamento eſſet alienatum, licet de illis bonis non eſſet facta mentio, vt infra ſtatim dicam, & ſi non ſit teſtamentum pariter diceretur alienatum, & tamen mens teſtatoris fuit ex licentia data, quod poſſet alienare ſi vellet, & ſi non alienaret remaneret ſub eius diſpoſitione.

Sed quid dicendum ſit, ſi is qui habet facultatem 10
diſponendi de mille faciat teſtamentum, an ſi nihil expreſſerit cenſeatur diſpoſuiſſe in ſuos hæredes ex facultate

facultate ſibi conceſſa: & affirmatiuam ſententiam probarunt, Bartol. *in l peto.§.fratre.ff de legat.2.& in l.ſi ita quis,§.ea lege,*& ibi alij,*ff.de verb. oblig.* Bald. Nouell. *in l.cum filiofam.num.4.ff.de legat.*1.Alex.*conſil* 1*9.*nu* .8. *lib.2.& conſ.226.num.4.lib.6.* Soc ſen.*conſ.31.nu.11.& conſil.43.nu.2.lib.4.*Ruin.*conſ.76.nu.10.conſ.112.n.* 10. *conſil.113.n.6.& conſil.153.n.2.lib.2.*Pariſ.*conſ.74.in fine.libro 2.& conſilio 46.n.20.lib.4.*Curt.iun *conſ.4.nu.4.* Soc.iun.*conſil.83.nu.7.lib.4* Natta *conſ.226.nu 9.&* 10. Crauet.*conſ.70.nu.13.& conſil.176 in fine,* Rimin. iun. *conſil.80.col penult.lib.1.*Decian.*conſ.70.n.19 lib.3.* Hieron.Gabr.*conſ 91.col. penult. conſil* 125.*nu.* 6.*& conſil.* 183.*num.* 5.*lib.1.*vbi alios addit,Menoch.*conſ.* 87.*num.* 60.*& conſil* 210. latiſſimè, vbi diſtinguit quatuor caſus *conſil.1130.nu.8.& ſeqq.& conſ.1150.n.15.& ſeq.*Honded.*conſ.33.n.48.lib.1.*Peregr.*conſ.53.nu.14.lib. 1.& in tract.de fideic.art.40.nu.52. vſque ad nu.63.* vbi de communi opinione teſtatur.Pedem.*deciſ.85.n.3.* & quæ dixi *q.593.nu.34.& ſeqq.*

Probatur iſta opinio primò, quia in teſtamentis larga ſumitur interpretatio, *l. in teſtamentis*, & ibi Dec. & alij,*ff.de reg. iur.* ergo fiet interpretatio, quod in hæredis inſtitutione veniat quicquid erat in facultate teſtatoris.

Secundò, præſumitur teſtatorem voluiſſe quod eſt veriſimile,*l.Titius,§.Lucius,*& ibi Alex.& alij, *ff.de liber.& poſthum.*Alex.*conſ.46.col.1.lib. 2.& conſ.29.lib.6.* ergo præſumetur teſtatorem voluiſſe hæredem à ſe inſtitutum, & dilectum habere hæc bona, de quibus poterat diſponere,quam alium extraneum. Ad quod etiã facit, quia teſtator cenſetur diſpoſuiſſe de eo, de quo ſi fuiſſet interrogatus diſponere dixiſſet, *l. tale pactum,§. qui prouocauit,ff.de pact.*Socin.iun. *conſ.83. nu.* 10. *verſ. demum accedat, libr.4.* Et ſi hæres eſt filius, præſumitur patrem pro filio ſumere bonum conſilium,*l. nec ea,§. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.* Et præſumitur patrem filio velle acquirere.Gloſſ.*in l.ſi tibi,§. ſi pactus,ff de pact.*Alciatus *de præſump.reg.1.præſumption.31.*

11 Tertiò, præſumptio eſt, quod teſtator voluerit prouidere in caſu magis neceſſario,*l.quod Labeo.ff.de Carbon.edict.& l. 1. §. quid ergo, ff.de ventr. inſpic.* Crauet. *conſ.304.num.6.*Menoch.*de arbitr.iud.conſil.199.nu.2.* Prat.*de interpret.vltim.volun.folio mihi 72. ſolut.12.* Atqui erat magis neceſſarium diſponere de illis bonis, de quibus facultas diſponendi erat data, quam de proprijs cum proprium patrimonium tranſeat in hæredes, maximè filios, ergo,&c.

12 Quartò hoc videtur probari,*in l.ſi quis prioris, §. certum, C. de ſecund.nupt.* vbi nomine alienationis venit hæredis inſtitutio,etiam generalibus verbis facta,ſicuti illam legem ſic interpretati fuerunt,Peregr.poſt multos citatos,*tract.de fideicom.art.40.n. 57. & 58.*Menoc. *conſ.1130.num.19.verſic.& verè prææallegati & nu.ſeqq.*

13 Quintò fortius hoc dicendum eſſet, ſi inſtitutio facta eſſet,vt fieri ſolet, verbis multum vniuerſalibus: de omnibus bonis, iuribus, & actionibus, &c. nam ſermo
14 vniuerſalis tantum operatur quoad omnia comprehenſa ſub genere,quantum ſpecialis quoad comprehenſa ſub ſpecie,*l.ſi duo,in fine.ff.de adminiſt. tut.* & ibi Bart *l.ſi chorus ff.de legat.3.*Gloſ.*in l.ſi quis mihi bona,§. iuſſum,ff.de acq.hered.*Bart.*in l ſed & ſi quis,§. quæſitum, ff.ſi quis caut.*Ripa *in l.1.n.51.& ſeq.ff.de vulg.& pupill. ſubſtitut.* ergo omnia dicentur comprehenſa in hæredis inſtitutione, ita in ſpecie Pariſ. *conſil. 72. numero 60. & 63. libro 3.* Menoch. *conſ.*210. *numero 33.& conſilio 1130. numero* 10.

Sextò facit opinio eorum,qui dixerunt, morientem ab inteſtato cenſeri diſpoſuiſſe de bonis, de quibus poterat diſponere, vt multos retuli *ſupra numero* 1. ergo fortiùs faciens teſtamentum dicetur, de eiſdem bonis diſpoſuiſſe, & ita argumentati ſunt Marcon. & Peregr quos ſequitur Menoch. *d.conſil* 113. *nu.*14.

Et iſta opinio maximè procederet, ſi inſtitutio facta eſſet verbis multum vniuerſalibus, vt ex Pariſ. & Menoch.dictum eſt *ſupra num.*13. 15

Et fortius ſi inſtituto eſſet facta de iuribus, teſtatoris: quia iuris appellatione venit facultas aliquid agendi, vel diſponendi, *l.qui in poteſtate ſunt.& l. ſi ſui familias, ff de teſtam. l.apud Iulianum, §. ſi quis alicui, ff de leg.1* Decian. *in l. ſi emancipata,in 2.lect num.11.C. qui admitti*, & plura ſcribit Gomeſ. *inſtitut. tit. de ult §* 1. *n.29.*per quæ iura, & authoritates, ita in ſpecie ſcribit Menoch. *conſilio* 210. *num.* 32. [Sed alij contrarium tenent in hoc articulo,de quo ſupra *num.* 10 & volunt, quòd qui habet facultatem teſtandi, & diſponendi de certis bonis, non dicatur diſpoſuiſſe per hæredis inſtitutionem, niſi facta ſit expreſſa & ſpecialis diſpoſitio de illis bonis,ita Decian.*conſil.*83 *lib.2.* Pariſ.*conſil. 44. num.18.libr.3.*Siluan.latè *conſ.*14.Ceph. *conſ.*371. *num.* 27. Riminald.iun.*conſilio* 204 *number.*111. Bertaz. *conſil. 7.number.7.* Socin.ſen.*conſil. 292. number. 23. libro 2.* Corn. *conſil. 133. columna vltim. libr. 2.* Burſat. *conſil. 266.number.17.* & alij citati à Surd *deciſion.*272. *numero* 6. Alciat.*reſp.* 647.Crauet.*conſil.17.nu. 13 conſil. 236. nu.14.*Celſ Vgo *conſ.* 120.*num.* 10. alios congeſſi ſupra *quæſt.441.numero 7.*

Probatur iſta ſententia, primò per *text. in auth.nunc autem,C.de ſecund.nupt.* vbi nouo iure coniux tranſeundo ad ſecundas nuptias non videtur diſpoſuiſſe per hæredis inſtitutionem de lucris nuptialibus, niſi ſpecialis ſi facta diſpoſitio; & tamen *ex l. ſi quis prioris, §.illud C. eod.* poterat coniux ea lucra alienare, & non facta alienatione reſeruata erant filijs illius matrimonij, & ſic colligitur conceſſa facultate diſponendi, & teſtandi,vel alienandi, non dicitur diſpoſitum per hæredis inſtitutionem ſimplicem.

Secundò facit in arg.*text. in l.inteſtato, ff. de ſuis. & legitim.& §.quod autem,inſtit.de legit.agn.tut.inducendo, vt per* Socin.ſen.*d. conſil.92.num.23.lib.3. &* Pariſ. *dict. conſil.44.nu.18.lib.3.*

Tertiò verba,quod quis poſſit teſtari, diſponere, vel alienare certa bona, reſoluuntur in ſenſum, ſi voluerit, *ad not. per* Bart.*in l. centeſimis, §.vltim.ff. de verbor. oblig. & per gloſ.* Bart.*& alios in l. poſt dotem, in quinta lect. ff. ſolut. matrimon.* Celſ. Vgo *conſil.37.numero 15.* vbi alios allegat Decian. *conſilio 83. numero 4. libro 2.* Cùm igitur non ſit expreſsè declaratum, quod de illis bonis diſponebat, & quod ita vellet, conceſſio videtur extincta per eius mortem, quaſi defecta conditione, *l. ſi ita legatum,§ illi ſi volet,& ibi not. ff. de legat.* 1.Bart. *in d.l.centeſimis, §.vlt.*

Si tamen tibi placet prima opinio, ad hæc argumenta reſpondeas, vt facit Peregr. *d.art.40.num.59.verſic. non obſtant contraria,& num.ſeqq.*]

Declaratur autem primò non procedere, quando fideicommiſſum redderetur inutile, vel nimium reſtringeretur, quia poſſet colligi teſtatorem intellexiſſe de diſpoſitione expreſſa, & ſpeciali: vt ſi teſtator dediſſet facultatem grauato fideicommiſſo diſponendi in vita, & in morte, quia tunc faciendo teſtamentum ſimpliciter, non diceretur diſpoſuiſſe de bonis fideicommiſſi, niſi expreſsè de eis teſtari dixiſſet. Iaſon. *conſ.* 130. *lib.* 4. vbi loquitur de mortuo ſine teſtamento, Siluan. *conſ.* 14.Mantic. *de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit. 7.nu.* 14. dixi *qu.444.num.7.* 17

Contrarium tamen ſentiunt multi ex relatis ſupra *nu.10.* & in ſpecie Menoch. latè *conſ.* 210. vbi confutat opinionem Siluani, reſpondendo ad omnia eius ar- 18

gumenta, & Siluani opinionem pariter improbat Peregr. loco ſupra citato, & eam ego etiam non tenui d. q. 444. num. 8.

Et in Tractatibus, Pract. Pap *in forma libelli, in act. real. in Gloſſ. veris, num.* 34. Dur. *de art. teſtan. tit.* 11. *caut.* 8. *num.* 9. Tiraq. *de retract. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 40. Marzar. *in Epit. de fideicommiſſ. quaſt.* 46. Anton. Gabr. *de regul. iur. concluſ.* 11. *numero* 6. Ioſeph. Ludou. *concluſ.* 16. *illat.* 81. *ampliat.* 11. *& verſ. & hoc dictum*, Præt. *de interpret. vltimarum volunt. folio* 513. *num.* 58. *& ſequentibus*, vbi agit etiam, quando res fuit prohibita alienari, & teſtatur de communi opinione, Petr. *de fideicommiſſ. qu.* 4. *num.* 315. *& ſequentibus, & num.* 323. *& ſequentibus*, vbi loquitur de re

Google

de re prohibita alienari, Peregrinus de fideicommiſſ. artic. 33. vbi hanc opinionem defendit a contrarijs, Fachin. libro quinto, controu. iur. cap. 19. vbi latè diſputat, & defendit Gallus de excep. ſucceſſ. tit. 2 except. 4. nu. 141. & ſequentibus, parte 3.

Et in Deciſionibus, Ioſeph. Ludou deciſ. Lucen. 63. n. 25. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 42. & deciſ. 64. vbi plures adducit rationes ad fundandam hanc veram, & communem opinionem, & reſpondet contrarijs fundamentis, Rot. Roman. in nouiſſ. deciſ. 110. parte 2. præcipuè num. 32. verſ. nam Bart.

2 Nec curandum eſt, quod ab his diſſenſerint Saluſt. inter conſil. Paul. Caſtr. conſilio 196. viſis dubijs, libro 1. cui Abb. ſubſcripſit Cuman. conſil. 33. Alexand. conſilio 94. num. 7. in fine lib.... Iaſ conſil. 56 libro 3. Grat. conſilio 91. lib. 1. Natt. conſ. 470. num. 12 verſ nec dicatur, Grammat. deciſ. 93. Alciat. in l. filius familias, §. Diui, circa finem ff. de legat. 1. Pinell. in l. 1. parte 3. numer. 81. verſ. infertur vndecimo, C. de bon. matern. Peregrin. conſil. 29. numero 13. libro 4.

3 Idem eſt in bonis primogenituræ, nam filius hæres alienantis, qui ſuccedit in primogenitura non poterit alienata reuocare, Ludou. Molin. libro 4. de Hiſpan. primogen. cap. 1. numero 21. & ſequenti Melch. Palaez tract. de maior. parte 4. quæſt. 16. colum. 2. verſ. quibus tamen non obſtantibus refert, & ſequitur Menoch. conſilio 1196. numero vndecimo, libro 12. & conſilio 1204. ante numero 14. libro 13.

4 Idem eſt in feudo ex pacto, prouidentia quod alienari, nec renunciari poteſt in præiudicium filiorum, & tamen, ſi ſint hæredes patris, non poterunt contrauenire, Baldus in l. qui ſe patris, numero 9. C. vnde liber. Alexand. conſil. 13. numero 7 & conſilio 19. numero 14. libro 5. Ruin. conſilio 25. numer. 11 libro 2. Dec. conſil. 185. num. 5. cum alijs citatis à Menoch. conſ. 1204. numer. 10. & ſequenti.

5 Ampliatur communis opinio, etiam in hærede hæredis, qui contrauenire non poterit reuocando bona fideicommiſſi alienata, Pinel. in l. 1. parte 3. num. 81. verſic. ampliatur quarto, C. de bon. matern. Alexand. conſilio 120. colum. vltima, lib. 5. Curr. ſen. conſil. 82. numero 15. Curt. iun. conſil. 171. n. 8. Pariſ. conſil. 16. nu. 38. libr. 1. Soc. iun. conſilio 108. numero 41. libro 2. Roland. à Valle conſilio 30. col. penultima, & conſilio 71. nu. 14. lib 4. Cephal. conſ. 392. nu. 37. & ſequentibus, & num. 135. & ſequenti, & conſilio 393. num. 78. Decian. conſ. 55. libro 3. Menoch. conſil. 89. num. 126. & conſ. 443. n. 86. Anton. Gabr. de regul. iur. concluſ. 11. num. 7. Ioſeph. Ludou. dicta concluſ. 16. illat. 82. ampliat. 2. in fine, & ampliat. 11. Præt. de interpretat. vltimarum voluntatum, fol. 513. nu. 59. Peregr. de fideicommiſſ. art. 33. num. 15. Boer. deciſ. 231. num. 20. Cæſar. Barz deciſ. Bonon. 64. nu. 50. vbi teſtatur de communi opinione.

6 Contrariam ſententiam malè probarunt Saluſt. inter conſ. Caſtr. conſ. 197. viſis, lib. 2. & ibi Abb. in ſuſcriptione, Dec. in l. hæredem, numero 7. in fine, D. de reg. iur. Tiraq. tract. Le mort ſaiſit, part. 2. decl. 5. num. 5. Riminald. iun. conſ. 23. nu. 278. lib. 1.

7 Ampliatur ſecundò, vt ſit in libertate conuenti, vel à principio repellere agentem, vel poſtea contra eum de euictione agere, Roman. conſ. 18. in fine, Alexandr. conſil. 3. & conſ. 32. in fine, libr. 3. Dec. conſil. 38. colum. 5. verſic. ſecundo vlterius, & conſil. 547. n. 3. ſequenti, Alciat. conſ. 600. in fine, Rub. Alexandrin. conſ. 42. in fine, & conſilio 163. in fine, Cephal. conſilio 392. in primo fundamento, & conſil. 393. num. 57. Marzar. in Epit. de fideicommiſſ. quæſt. 46. Ioſeph. Ludou. dicta concluſ. 16. illat. 82. verſic. & eſt in poteſtate.

8 Limitatur primò, quando res alienata erat prohibita alienari, nam tunc hæres poſſet contrauenire alienationi, Paul. Caſtr. in l. filius familias, §. Diui, ff de legat. 1. Cuman. conſilio 33. Grat. conſilio 91. libr. 1. Ruin. conſil. 220. lib. 1. Dec. conſ. 185. num. 7. Natta conſ. 470. nu. 13. 16. 17. Bero. conſ. 129. n. 17. lib. 2. Crauet. conſil. vlt. parte prima Riminald. iun. conſilio 23. numero 264. Cephal. conſilio 282. & conſil. 393. numero 25. 128. & ſeqq. 165. 184. & 191. Alexandrin. Rauden. qui plures adducit conſilio 38. numero 39. & ſequentibus, libro ſecundo, Tiquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. numero 58. Ioſeph. Ludouic. dicta concluſ. 16. illat. 82. verſicul. quando tamen defunctus, & verſicul. ſed hæc limitatio, extr. in tract. de pact. numero 128 verſ. iſta ſublimitatio, Marzar. in Epit. de fideicommiſſ. quæſt. 46. verſic. poſtremò, Grammat. deciſ. 93. Pedem deciſione 67. Cæſar. Barz. deciſion. Bonon. 64. numero 18. & numero 57. Rota Romana in nouiſſ. deciſion. 110. parte 2. vbi copioſè hæc opinio defenditur, & communis iudicatur, & ita ego conſului pro Reuerendiſſimo D. Iulio Lana viro omnium virtutum ornatiſſimo, & Epiſcopo Volterræ in cauſa, quam ipſe & fratres habebant contra diuerſos in Vallecamonica occaſione fideicommiſſi D. Saluini de Federicis aui materni, & pro meo conſilio fuit iudicatum ab Excellentiſs. D. Capitaneo Valliſcamonicæ, & in appellatione fuit ſententia laudata ab Excellentiſſimo D. Bartolomæo Stella vt in actis D. Ioan. Baptiſtæ Peſenti Cancellarij Clariſſimi Collegij DD. Iudicum Brixiæ.

Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes, & rem prohibitam expreſsè alienari non poſſe vendicari ab hærede alienantis, ita in ſpecie Crot. Pariſ. Socin. iun. Præt. relati ſupra numero 1. Cuman. & Imol. poſt Bartol. in l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. addo Peregrin. de fideicommiſſ. art. 33. num. 1. & ſeqq. vbi teſtatur de magis communi opinione, Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 4. num. 5. & ſeqq. Ferdin. Loarez, in d. §. Diui, num. 191. circa finem, & ibi Ripa num. 58. & Socin. iun. num. 130. verſic. hac ſecundæ Auguſc. conſil. 63. n. 7. & ſeqq. lib. 6. Surd. conſ. 284. num. 20. lib. 2. Et de hoc videtur text. in l. filius familias, §. cum pater, ff. de legat. 2. & ibi Gloſſ. in verb. exhæredatos, Bartol. Bald. Angel. Paul. Caſt. Imol. & Cuman. Paul. Caſtrenſ. conſ. 13. col. 3. in antiquis, & nouis, conſil. 247. num. 1. in fine lib. 1. Curt. ſen. conſil. 63. colum. penult. lib. 1. Dec. conſil. 38. nu. 5. Suarez in l quoniam in prioribus, ampl. 7. nu. 2. C. de inoff. teſtam. Pinell. in l. 1. parte 3. num. 81. C. de bon. matern. Bologn. conſil. 43. vbi de communi, Alciat. conſil. 600. verſ alterum eſt caput, Ludou. Molin. lib. 4. de Hiſpan. primogen. cap. 1. num. 16. & ſeq. Franc. deciſ. 83. numerò 2. deciſion. 153. numero 17. & deciſione 755. numero 7. Rimin. iun. conſ. 64. numero 16. & 17. iuncto principio, Dec. conſil. 55. dubio vltimo libro 3. vbi latè Menochius conſilio 1196. numero 8. & ſeqq. vbi dubitat de veritate opinionis Rotæ Romanæ diſſentientis.

Sublimitatur quando alienatio eſſet facta per viam legati, quia tunc non poſſet contrauenire hæres, ſecundum Ruin. conſ. 112. num. 13. & 14. lib. 4. quem refert, & iudicando ſequitur Rot. Roman. in nouiſſ. deciſ. 110. nu. 24. & ſequentibus, parte ſecunda, & numero 34. verſicul. quantum verò, refert, Alber. & Menoch. idem tenuiſſe. 10

Et ſi alienatio eſſet facta ex cauſa debiti contracti ex delicto poſſet contrauenire hæres ſecundum Alexandr. conſilio 23. columna vltima, libro primo, & Ripa in dict. §. Diui, num. 58.

Limitatur ſecundò, quando in alienatione dictum fuit, quod alienatio facta intelligatur ſine alio- 11

rum præiudicio. Barto. conſil. 110 nu. 12 lib. 2. Ludouic. d. concl. 16. illat. 82. verſ. 3. limitatur, & quæ dicam limitatione ſeptima.

12 Limitatur tertiò in hærede cũ beneficio legis, & inuentarij, quia ſolum tenetur ſtare alienationi pro ea tantum quantitate, quæ ad eius manus peruenit. Baldus in l. cum a matre num. 10. & ibi Fulgoſ. in fine, & alij communiter, C. de rei vendicat. Bald. in l. vlt. § in computatione nu. 12. & ibi Alberic. colum. 1. in fine. Corneus num. 23. & Iaſ. nu. 10. C. de iur. delib. Dec. in l. debitori, nu. 20. C. de pact. & in l. ex qua perſona & ibi Cagn. in fine ff. de reg. iur. Nic. Aret. in l. generaliter, nu. 124. C. de ſecund. nupt. Pinel. in l. prima parte tertia, num. 8. C. de bon. matern. Roman. conſilio 18. Fulgoſ. conſilio 73. Paul. Caſtr. conſilio 263 circa primum, nu. 3. conſilio 370. quia in ſupraſcripto, columna ſecunda, libro ſecundo, Alexandrin. conſilio 60. columna ſecunda, libro tertio, Gozad. conſil. 53. num. 21. Grat. conſilio 91 nu. 4. & ſequent. libro primo, Pariſ. conſilio 33. nu. 98. & ſequentibus libro tertio, Socin. iun. conſilio 187. in fine libri tertij, Natta conſil. 214. numer. tertio, Crauet. conſil. 225. numer. 12. Gribald. inter conſil. a Port. conſil. 40. in fine, Cepol. conſil. 292. num. 36. libr. 2. Hieron. Gabr. conſil. 125. num. 10. & ſequentibus, libro primo. Burſat. conſ. 4. num. 31. libro primo, Menoch. conſ. 89. numero 25. & conſil. 125. numero 6. & ſequenti, Honded. conſ. 3. numer. 53. libr. 1. Marzar. in epit. de fideicommiſ. quæſt. 46. Anton. Gabr. de reg. iur. concluſ. 1. numero 9. Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 14. numer. 302. 315. & ſequentibus, & num. 321. verſic. quartus caſus & verſic. ſequ. Ioſeph. Ludouic. dicta concluſ. 16. illat. 82. verſic. & prædicta procedunt, & infra Præt. de interpretat. vltim. volunt. folio 513. num. 18. & ſeqq. Peregr. de fideicommiſ. artic. 33. num. 13. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 26. numero 16. & ſequent. parte ſecunda, Boer. quæſt. 23. numero 19. Pedem. deciſ. 178. columna tertia, Ioſeph. Ludouic. deciſion. Luc. 64. numero 28. & ſeqq. Put. deciſion. 264. Caualcan. deciſ. 36. numero 29. parte prima, vbi de communi opinione teſtatur Cæſar. Barzel. deciſion. Bonon. 42.

13 Declaratur primò hæc limitatio, vt quatenus vires hæreditatis ſuppetant, hæredem teneri ſeruare factum defuncti, nec poſſit vendicare rem, & ſoluere æſtimationem illius cum intereſſe, Gloſ. in l. vlt. § in computatione & ibi Bart. & alij, C. de iur. deliber. Gloſ. in l. cum à matre, & ibi Bald. & Paul. Caſtr. C. de rei vendicat. Dec. in l. debitori, numero 20. C. de pact. & in l. ex qua perſona, & ibi Cagnol. in fine ff. de iur. Pinell. in l. 1. part. 3. numero 81. verſic. ampl. 7. C. de bon. matern. Roman. conſil. 18. Fulgoſ. conſil. 73. Paul. Caſtr. conſil. 163. circa primum, num. 3. & conſ. 370. quia ex ſupraſcripto, column. ſecunda, lib. 2. Alexan. conſil. 60. col. 2. lib. 2. Barbat. conſil. 66. column. 4. lib. 4. Gozad. conſil. 25. n. 21. Pariſ. conſ. 33. nu. 98. lib. 3. Soc. iun. conſil. 157. in fine, lib. 2. Natt. conſ. 214. n. 3. Crauet. conſ. 225 n. 12. Hieron. Gabr. conſ. 125. n. 11. & ſeqq. libr. 1. vbi de communi opinione teſtatur Honded. conſ. 3. n. 53. lib. 1. Rol. a Valle tract. de inuent. part. vlt. quæſt.... Marz. in epit. de fideicomm. qu. 46. verſ. aduertendum. Petr. de fideicommiſ. q. 14. n. 321. verſ. ſextus caſus, Put. deciſ. 264. Ioſeph. Ludou. deciſ. Luc. 64. num. 31. Caualc. deciſ. 36. numero 29. parte prima, & pro hac opinione conſului contra filios D. Dauid Mattioli vocatos ex fideicommiſſo facto a Domino Franciſco Mattiolo, in eius teſtamento, ad fauorem D. Camilli Monciæ.

14 Contrariam ſententiam probarunt alij, volentes, quod immo hæres poſſit vendicare rem, & ſoluere æſtimationem emptori cum intereſſe, ita ſanè ſcribunt Alexandr. conſil. 19 num. 5. lib. 5. Decius conſ. 185. nu. 6. & conſ. 445. n. 56. Pariſ. conſ. 10. n. 6 lib. 1. conſ. 15 column. penult. & conſil. 63. numero 62. lib. 3 Brun. conſ. 17. nu. 76. Socin. iun. conſil. 112. in fine. lib. 2 Menoch. conſ. 89. n. 89. libr. 4. & conſ. 199. numero 7. libr. 6. Curt. de feud. per ius ex quibus cauſis feud. amitt. q. 3. in fine, vbi dicit Feudiſtas, ita communiter tenere Grammat. deciſ. 93. Pedem. deciſ. 178. col. 3. Sed à prima opinione magis communi, & veriori conſulendo, & iudicando recedendum non erit.

Porrò communis opinio intelligenda erit cum diſcretione, vt ſcilicet procedat ſi hæres nullum damnum patitur, nec aliquod intereſſe, ob affectionem retinendo rem hæreditariam, loco rei alienatæ: Secus ſi aliquod damnum, vel intereſſe ſentiret, vt quia res fuerit maiorum ſuorum, vel quia res habeat iuriſdictionem, vel dignitatem annexam, vel quia bona hæreditaria non æquiualeant valori totius rei alienatæ, vel quia res pro parte alienata non afferret tantam vtilitatem pro parte non alienata, prout ex tota perciperetur, vel quia aliud ſimile damnum pateretur fideicommiſſarius, quia tunc procederet ſecunda opinio, Alberic. in dicta l. vltima, in computatione, columna penultima, C. de iur. deliber. Hieron. Gabr. conſil. 125. numero 12. libr. 1. 15

Cui autem incumbat onus probandi extare alia æquipollentia bona in hæreditate, tres ſunt opiniones. 16

Prima eſt, quod hæres teneatur probare valorem, & æſtimationem bonorum, ita Paul. Caſtr. conſilio 211. ſupraſcripta omnia, in tertio dubio, lib. 2.

Secunda eſt opinio, quod fideicommiſſarius teneatur per æſtimationem liquidare valorem bonorum in inuentario deſcriptorum, & hanc tenent Corn. conſilio 221. circa finem, libr. 1. Hercul. in tract. de negatiua, numero 26. verſic. nono. Et faciunt quæ dixerunt Alexandr. in l. ſæpe, numero 27. de re iudic. Aret. in tit. de act. § ſi quis, num. 12. Anchar. conſil. 172. num. 8. Natta conſil. 214. num. 4. verſ. vtrum autem, & conſil. 238. nu. 6. & ſequentibus. 17

Tertia eſt opinio, quæ concordat præcedentes, vt actor ſiue ſit hæres, ſiue ſit fideicommiſſarius, teneatur liquidare valorem bonorum, & hanc tenuerunt Natt. conſilio 238. columna vltima, verſ. præterea dato, Marzar. in Epit. de fideicommiſſ. quæſtione 46. verſic. cum verò. 18

Declaratur ſecundò hæc limitatio; vt procedat legitimè confecto inuentario: aliud dicendum eſſet, 19 quando pateretur aliquem defectum, nam tunc emptor moleſtari non poſſet, Capr. conſil. 64. n. 3. Ioſeph. Ludou. d. deciſ. Luc. 64. nu. 28. & ſeqq. Cæſ. Barz. d. deciſ. Bonon. 64. nu. 31.

Limitatur quartò principalis concluſio, quando quis non eſſet vniuerſalis hæres, ſed tantum pro quota, 20 quia tunc pro quota, pro qua eſt hæres, non poterit reuocare alienata, ſi fecit inuentarium, & ſi illa quota ſit minoris valoris, pro reliqua verò parte poterit, etiam non confecto inuentario, contrauenire, licet quota relicta excedat valorem alienatorum bonorum, l. cum a matre, & ibi Gloſ. magna circa finem, & in verb. pro portione, Bart. in Summario, Bald. Angel. Salicet. & alij communiter, C. de rei vendic. Bald. in l. vlt. §. in cõputatione, n. 14. & ibi Corn. n. 22. C. de iur. deliber. Iaſ. in l. ſi ita quis, §. ea lege. nu 6 ff. de verb. oblig. Soc. ſen. in l. frater a fratre, n. 19. ff. de condict. indeb. & in l. 4. §. vlt. ff. de verb. oblig. Ruinus in dicta l. 4. §. Cato, nu. 69. ff eod. & ibi Soc. iun. nu. 112. Marc. Aquil. n. 122. Ripa num. 77. & Bologner. num. 291. Ioan. Nicol. in l. generaliter, par. 2. num. 27. & ſequenti, C. de ſecund. nupt. Cagnol. in l. à fratre, n. 119. de ff. condict. indeb. Pincl. in l. 1. parte tertia, num. 79.

Digitized by Google

nu.79.prope finem. C.de bon.matern. Ioan.Anan *conſil.3.* Corn.*conſ.301.column. tertia,lib.1.* Grat. *conſ.86. column- na 4 lib.2.*Crauet.*conſilio 131.num.7.* Menoch. *conſilio 105.in ſecundo caſu, & conſilio 1204. num. 12.* Rauden. *conſil.38.num.57.& ſequentibus.lib.2.*Pereg. *conſilio 19. num.15.lib.4.* Anton.Gabr. *de reg.iur.concluſ.11.num.8.* Boer. *qu.25.num.11.*

21 Ratio eſt, quia hæres repræſentat perſonam defuncti ſolum pro ea parte, pro qua eſt hæres, quod verò ad alias partes dicitur extraneus, Gloſ.& Bart. *in l.2.in fine.ff.de prætor.ſtipul.* Tiraquel.*de retract.conſang.* §.32. *gloſ.1.numero* 50.vbi alios cogerit, Menoch.*dicto conſilio 1204.num.14.*

22 Verum contrariam opinionem, quod inſolidum teneatur hæres non confecto inuentario, tenent Burſat. *conſil.3.n.34.lib.1.*vbi Bald.& Paul.Caſtr. allegat.ſequitur Ioſeph.Ludou.*d.concluſ.16.illat.* 82.*verſ. & in tantum, & verſic.primo limitatur.*

23 Ampliatur iſta limitatio, vt etiam hæres non teneatur, niſi pro parte, pro qua eſt hæres. licet defunctus promiſerit, de euictione, & ſic defendere, & manutenere alienationem, ita Socin.ſen.Ruin. & alij ſupra pro limitatione relati, pręcipuè Menoch.*dicto conſilio* 1204. *numero* 14.

24 Cautela tamen egregia in hoc traditur à Roder. Suarez.*in l quoniam in prioribus,in ampliat.7.nu.* 8.*C.de inoffic.teſtam.* vbi dicit emptorem ad euitandam oppoſitionem, quod hæres ſit tantum pro parte hæres, & quod ideo non teneatur vltra portionem hæreditariam, quod excipere debet non tantum *d. l. vendicantem, ff. de euict.* quæ vult, quod quem de euictione tenet actio eundem agentem repellat exceptio, *& de l. cum à matre.ff. de rei vendicat.* quæ vult hæredem non poſſe contrauenire facto defuncti, ſed quod debet contra eum intentare hypothecariam, petendo ſibi reſtitui omnia bona teſtatoris ab agente poſſeſſa hypothecata pro euictione, vt illa habeat iure pignoris pro omni eo, ad quod pater erat obligatus iure euictionis, vel quod actor ſoluat omne id, ad quod defunctus erat obligatus, nam iſto caſu hæres erit ad totum obligatus, non inſpecta quota, pro qua eſt hæres, *l. 1.& l. 2. C. ſi vnus ex plurib. hæred.& l. prima, C. de hæred. actio*, & ſubdit Roder. quod tunc iſte hæres conuentus non poterit opponere de excuſſione facienda contra alios cohæredes, *l. mulier, ff. qui pot. in pign. habeat.* ſecundum vnam lecturam, Gloſ. ibi, quam Bartol. ſequitur, & extollit.

25 Verum eſt, quod Menoch.*dicto conſilio* 1204. *numero* 14. *vſque ad finem*, tenet contra Roder. & mouetur, quia hypotheca eſt acceſſoria ad contractum, ſecundum illum regulari debet, & ideo ſicut hæres non tenetur ſeruare contractum, niſi pro parte pro qua eſt hæres, ſimiliter non teneatur ratione hypothecæ vltra portionem hæreditariam, ſed prima opinio magis placet, & eſt æquior, ne emptor remaneat deceptus, & litibus fatigetur culpa defuncti grauati.

26 Limitatur quintò, quando alienatio præſumeretur facta in fraudem fideicommiſſarij, nam tunc ille ex propria perſona poſſet contrauenire, ita poſt alios relatos ſcribit Alexand.Raud.*dicto conſilio* 38.*numero* 43. *libro* 2.

27 Fraus autem colligeretur, vbi factus eſſet magnus exceſſus in alienando, vel eſſet facta donatio, vel legatum ſine cauſa, ita Alexand. Rauden. *dict. conſ.* 38. *nu.44.lib.2.*vbi alios adducit.

Limitatur ſextò, quando grauatus non alienauit, ſed ſolum conſenſit alienationi, quia hæres ex perſona propria poterit contrauenire, ita Alexand. Raud. *dicto conſilio* 38. *numero* 45 *poſt principium, libro ſecundo*.

Limitatur ſeptimò, quando grauatus alienaſſet ius 29
ſuum tantum, quia fideicommiſſarius poterit ex propria perſona contrauenire, Rauden. *dicto conſilio* 38.*n.* 45.*ad medium, libro* 2.& quæ dixi ſupra *limit.*2. quæ eadem eſt cum iſta.

Illud tamen non omitto, quod ſi teſtator iuſſit non 30
moleſtari emptores, quod valebit tale præceptum, & erit ſeruandum Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *numero* 142.*& ſeqq.par.*3.

Limitationes aliæ colligi poterunt ex traditis per 31
Doctor.*in l.cum à matre, C. de rei vendicat.* Ioſeph. Ludou.*dicta concluſ.* 16.*illat.*82.*vſque ad illat.*83.*& ibid.in verſic. iſta regula*, ponit limitationes, Peregr. *de fideicommiſſ.art.*52.*num.*90.*vſque ad num.*98. Hieron. Gabr. Cephal.Menoc.Decian.Anton. Gabr. Præt. & Petr. *locis ſupra relatis*, vbi ponunt plures caſus, in quibus hæres non poteſt contrauenire facto defuncti, licet ex perſona propria veniat, & videndus etiam erit Cæſar. Barz. *deciſione Bonon.* 64. & Rauden. *dicto conſilio* 38 *numero* 31.*vſque ad finem*, vbi diſtinguit ſeptem caſus.

Alia videnda erunt *q.*560. *numero* 10.*& ſeqq.*

QVÆSTIO DLVIII.

QVÆRO, an fideicommiſſarius pro rebus 1
fideicommiſſi alienatis agere poſſit tam contra tertios poſſeſſores, quàm etiam contra hæredem, qui alienauit? Et affirmatiuam ſententiam tenent Cagnol. *in l.qui dolo,n.1.ff.de reg.iur.*Pariſ.*conſilio* 5.*n.* *numero* 26.*libr.*2.Cephal.*conſil.*761.*numer.*15. Præt.*de interpret.vltim.volunt. folio* 531. *numero* 77. Menoch. *in tract.de adipiſc.poſſeſſ.remed.*1.*nu.*65.Peregr.*de fideicom. art.* 45.*num.*15.*&* 16.vbi dicit ita ſæpius ita obtinuiſſe, *& deciſ.*120.*num.*4. & faciunt quæ dixi *qu.* 627.*nu.* 54. vbi dicit eſſe in electione fideicommiſſarij agere vel ad rem, vel ad pretium.

Declaratur, vt ita demum contra alienantem detur 2
actio, ſi ſcienter alienauit rem fideicommiſſi, Peregr. *d.art.*45.*num.*15. Præt. *de interpr. vlt. vol.fol.*531.*num.* 77. vbi tamen dicit in ſubſidium, & contra eum dari actionem, licet ignoranter alienauerit: de quo etiam dixi *quæſt. præcedenti ab hac ſecunda*.

QVÆSTIO DLIX.

Vtrum neceſſaria ſit excuſſio bonorum grauati, qui alienauit bona fideicommiſſi, vt fideicommiſſarius agere poſſit contra tertios poſſeſſores emptores bonorum?

QVÆRO, an contra tertios poſſeſſores bono-
norum fideicommiſſi emptores agi poſſit per 1
fideicommiſſarium nulla facta excuſſione in bonis alienantis? Et poſſe communiter tenetur, Paul.Caſtr.*conſil.*318.*ad finem, lib.*2.Alexand.*conſil.*184.*circa finem,lib.*2.Corn.*conſ.*194. *lib.*3 *& cōſ.*133. *column.* 2.*libr.*4.Socin. ſen. *conſil.*75.*libr.*1. Dec.*conſilio* 236.*dubio ſeptimo*, Curt.iun.*conſilio* 88.*colu.*2.Soc. iun. *conſilio* 129.*lib.*1. Roland.à Valle *conſilio* 9. *numero* 24. *lib.*1.Burſar.*conſil.*48.*numero* 9.*lib.*1.Corſ.*indag. iur.lib.* 3.*cap.*7.Craſſ.*in* §.*fideicommiſſum.q.*59.*numero* 3.*iunctis dictis, num.*5. Maſcard.*de probat.concl.*779. *n.* 5. Ioſeph.

Ludou. Molin. *concl.* 13. *illat.* 91. *decl.* 4. *&* 5. Cacher. *deciſ. Pedem.* 2. *in fine*.

2 Ampliatur procedere etiam in grauato reſtituere quicquid ſupererit, quia ſi alienat quartam reſeruandam fideicommiſſario, iuxta *authent. contra rogatus, C. ad Trebellian.* fideicommiſſarius agit contra tertios poſſeſſores, Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſtione* 56. *numero* 5.

3 Declaratur hoc procedere, quando ſcienter tertius poſſeſſor emit fideicommiſſi bona, ſecus ſi venditio facta eſſet ab ignorante ignoranti, quia tunc emptor non teneretur, niſi in ſubſidium, vt dictum fuit *ſupra qu.* 554. vbi videndum erit.

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens alienationi fideicommiſſi ſibi præiudicat, ampl. & decl. per totam quæſt.*

Ampliatur ſiue conſenſus præcedat, ſiue ſequatur, numero 3.

Ampliatur, ſiue ſciuerit conſentiens, ſiue ignorauerit fideicommiſſum, nu. 4. *contra n.* 5.

Ampliatur etiam in fideicommiſſo conditionali, nu. 6. *contra n.* 7. *concord. nu.* 8.

Ampliatur etiam, quando duo fratres inuicem grauati ſimpliciter alienant, quia vnus cenſetur alteri conſentire, nu. 2.

Ampliatur etiam in herede conſentientis, qui non poterit contrauenire, nu. 8. *ampl. & decl. n. ſeqq.*

31 *Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſuppoſitæ, licet ſibi præiudicet in re, non tamen in pretio erit præiudicatum, contra nu.* 32. *concord. nu.* 33. *limit. num. ſeqq.*

38 *Alienationi rei prohibitæ alienari conſentiens, ſibi præiudicat in re, & pretio.*

45 *Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſuppoſitæ, quando pretium conſequi poteſt, intelligitur de pretio ſoluto, non autem æſtimatione quanti res de præſenti valet.*

21 *Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ, vt ſibi præiudicet requiritur quod conſenſus ſit expreſſus, nec ſufficeret patientia, & taciturnitas, contra nu.* 22. *acci. num. ſeqq.*

29 *Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ ſibi non præiudicat, ſi ſaluo iure ſuo conſenſit, contra num.* 30.

26 *Conſentiens ratione officij alienationi rei fideicommiſſo ſuppoſitæ ſibi non præiudicat, contra num.* 23. *diſtin. ibidem.*

28 *Conſenſus præſtitus in alienatione bonorum fideicommiſſi à proximiore in gradu non præiudicat ſequentibus in gradu.*

QVÆSTIO DLX.

Conſentiens alienationi bonorum fideicommiſſo ſubiectorum vtrum ſibi præiudicet in re, vel pretio?

1 DE alienatione bonorum fideicommiſſi plura iã dicta ſunt, ſequitur vt videamus quid dicendum ſit quando fideicommiſſarius conſenſit alienationi factæ a grauato de re fideicommiſſo ſubiecta, an ſibi præiudicet: Affirmatiua autem opinio probatur *in l. nihil §. omnibus, ff. de legat.* 1 *in l. ſi fundum per fideicommiſſum ff. eod. in l. cum pater §. libertis, ff. de legat.* 2. *& in l. quoties ab omnibus, ff. eod.* & ita etiam tenuerunt Bart. *in dict. l. ſi fundum per fideicommiſſum*, & ibi Paul. Caſtr. Iaſ. *nu.* 32. & alij communiter *ff. de legat.* 1. Bart. *in d. l. cum pater §. libertis*, & ibi Doct. *ff. de legat.* 2. Bald *in l. codicillis, §. inſulam, ff. de legat.* 2. *& in l. quoties, C. de fideicom. & in conſil.* 102. *lib.* 2. Cuman. *conſil.* 33. Fulgoſ. *conſ.* 32. *colum. vlt.* Roman. *conſil.* 457. *colum.* 2. Alex. *conſ.* 184. *colum.* 1. *lib* 2. Socin. ſen. *conſil.* 43. *numero* 18. *& ſeq. lib.* 4. Dec. *conſil.* 323. *numero* 12. Ruin. *conſil.* 13. *numero* 8 *libr.* 1. Crauet. *conſil.* 24. *numero* 8. Ceph. *conſil.* 282. *num.* 20. *& ſeqq conſil.* 318. *num.* 29. *& ſeqq conſil.* 392. *num.* 20. *& ſeqq. & conſ.* 393. *num.* 41. Menoch. *conſil.* 58. *num.* 20. *libr.* 1. *conſil.* 1051. *numer.* 18. *libr.* 11. Peregrin. *conſil.* 35. *num.* 9. *libr.* 4. *& in tract. de fideicomm art.* 40. *num.* 67. vbi teſtatur de communi opinione. Tiraquel. *de retract. ligu. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 137. *& in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus, num.* 348. *C. de reuocand. donat.* Anchar. *in libr.* 2. *quæſt.* 17. Andr. Gail *lib.* 2. *obſeruat.* 139. *num.* 10. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 40. *numero* 67. vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *de ſubſtitut cent.* 3. *quæſt.* 73. *nu.* 131. Viu. *libr.* 1. *deciſ.* 18. *numero* 13. Rota Romana *in nouiſ. deciſ.* 152. *numero* 1. *par.* 1.

Probatur autem hæc ſententia vltra iura ſupra allegata *in l. mater tua, C. de rei vendicat. & in l. non videtur, ff. ſi quid in fraud. patron. & in l.* 2. *C. eod. cap. paſtoralis, ext. de notat l. ſi debitor, §.* 1. *& l. ſi conſenſit, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* Accedit, quod quid conſentit actu videtur remittere iura contra illum actum, *quæritur ff. de ædil. edict. & l. cum quædam, C. adminiſtr. tut.* Et qui conſentit ſeruare actum, cui conſenſit, Angel. *in l. res, §.* 1. *ff. quib mod. pign. vel hypot. ſoluit.* Doctor. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum ff. de acquir. hered.* Ceph. *conſil.* 318 *nu.* 30. Qui enim conſentit, habetur ac ſi alienaſſet, Bal. *in cap* 1 *§. illud de prohibit. feud. alienat. per Feder. & in l. ſi vt proponis, C de ſeru. fugit. dat manum.* Doct. *in l. exceptione. C. de euict.* Cephal. *conſilio* 392. *numero* 22. Et ex ſimplici conſenſu tollitur ius competens, Doct. *in l.* 1. *Codic. pact. & in l.* 1. *§. quod ait prætor, ff. quor. legat.*

Et fideicommiſſarius dicitur etiam conſentire, quando ſimul cum grauato vendidit, vt ſi duo fratres inuicem grauati ſimpliciter alienent, quia vnus alteri tacite cenſetur conſentire, vt latè probat Surd. *conſilio* 70. *libro primo*. 2

Ampliatur primò procedere, ſiue conſenſus præcedat, ſiue ſequatur, Angel. *in l. res §.* 1. *ff. quib. mod pign. vel hypot ſoluit.* Doctor. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum ff. de acquir. hered.* & in ſpecie Ceph. *conſil.* 318. *num.* 30. *conſ.* 392. *n* 24. *& conſ.* 393. *n.* 41 Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 67. *& art.* 51. *nu.* 45. *poſt principium*, Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73 *num.* 138. 3

Ampliatur ſecundò, vt procedat ſiue conſentiens ſciuerit, ſiue ignorauerit fideicommiſſum, Alexandr. *conſil.* 128. *colum.* 4. *lib.* 2. *& conſil.* 8. *lib.* 5. Corn. *conſ.* 144. *colum. vlt. lib.* 3. Dec. *conſil.* 11. *colum.* 2. Soc. ſen. *conſil.* 43. *lib.* 4. Gozad. *conſil.* 17 *colum. vlt.* Ruin. *conſil.* 172. *libr.* 1. Crauet. *conſil.* 24. *numero* 8. Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 88. *& art.* 51. *numero* 45. vbi etiam allegat Bart. *in l. qui Roma. §. duo fratres, in* 12. *qu.* & ibidem alios *ff. de verbor. obligat.* 4

Contrariam opinionem, quod immò neceſſaria fuerit mentio fideicommiſſi, ita vt ignorans ſibi non præiudicauerit, tenuit Menoch. *conſ.* 1051. *nu.* 20. *libr.* 11. vbi allegat, Bart. Bald. Alciat. & alios. Sed prima opinio magis placet. 5

Ampliatur tertiò, etiam in fideicommiſſo conditionali, nam purificata conditione conſentiens non poterit vendicare alienata ab emptore, Bart. *in l. qui Roma, § duo fratres, q.* 8. & ibi alij communiter, *ff. de verbor. obligat.* Alexand. *conſil.* 188. *colum.* 4. *lib.* 2. *& conſil.* 8. *lib.* 5. 6

Digitized by Google

lib.5.Corn.conſ.144.colum.vlt.lib 3 Socin.ſen.conſil.43. lib.4.Dec.conſil.11.columna 2 circa finem, Gozadin.conſilio 37 columna vltima Ruin. conſil.172. libr.1. Crauet. conſil.24.num.8. Peregrin.de fideicomm.art.40.num.85. & ſeqq.

7 Contrariam opinionem probarunt Bald.conſil. 202. libr.2.Paul. Caſtr.in l.cum pater, §.libertis,colum.2.ff.de legat.2.Soc.ſen.conſ.230.colum.2.lib.2.Tiraquel.loco citato,nu. 134. Pro qua opinione adducitur text. in l.ſi à ſubſtituto cum Glo.ff.de legat. 1. Præterea conſenſus licentiatiuus non præiudicat in iure ſuperuenienti l.1.§. quod ait prætor, ff. quor. legat. Accedit quod ius de futuro competens non tollitur ſimplici repudiatione, vel renunciatione, quæ pacto vallata non ſit, Bart. in l. 1. in oppoſit.1.C.de pact.& ibi alij Pariſ.conſ.127.lib.1. Socin.iun.conſ. 109.libr.3. Hanc etiam opinionem probarunt alij relati quaſt....num. 31. vbi etiam probaui hanc eſſe veriorem opinionem.

8 Vnde pro concordia ſic dicendum puto,quod ſi adeſt ſimplex conſenſus licentiatiuus, qui non tranſiuerit in pactum, procedat ſecunda opinio; Si verò conſenſus tranſiuit in pactum procedat prima opinio, & ita intelligendi ſunt; Paul.Caſtr. Pereg.& alij citati,& præcipuè, ita declarat Pereg. d.art.40.num.86. & ſeq.vbi dixit quod ſatis dicitur deductus conſenſus in pactum, quando fit à præſente præſenti, idem voluit Surd.conſil.70.n.4 & ſeqq.lib.1.

9 Ampliatur quartò etiam, quando præſtitus eſt conſenſus alienationi rei prohibitæ alienari, quia conſentiens non poterit reuocare alienata, ſed aperitur via ſequentibus in gradu, Peregr.conſil.58.nu.18.lib.1.& dicam infra nu.28.& n.38.

10 Ampliatur quintò, etiam in hærede conſentientis, qui non poterit contrauenire ad text. in l. cum à matre, in fine, C.de rei vendic. ita Menoch.conſil.58. in fine libr. 1.Ceph.conſ.393.n.168.vbi etiam allegat Fulgoſ.Pereg. art.52.num.92.in fine.

11 Niſi hæres veniret ex perſona, & iure proprio, illi enim non noceret conſenſus præſtitus à defuncto, qui conſenſit,l.1.§.quod ait, & ibi Bart. not. ff. quor. legat. idem Bart. in l.1. & ibi Bald. & alij. C. de pact.Bald.in l. qui ſe patris,num.11.& 12.C.vnd. liber.Fulgoſ. in l.quoties & ibi Corn.& Iaſ.C. de fideicommiſ. Ripa in l.filiusfamilias,§. Diui.n.116.ff de legat.1. Soc. ſen.conſil.230. col.11.lib.2.Soc.iun.conſ.52.col.3.lib. 4. Roland. à Valle conſ.70.nu.35.lib.3.Ceph.conſ.393.nu.168.169.& 189. lib.3.Hier.Gabr.conſ.125.n.1.lib.... Tiraquel. de retract. lign.§.1.gloſ.9.n.134.Petr.de fideicom.q.14.n.320. verſic. primus eſt,& num. 301 in fine,Peregrin. de fideicom.art. 52.numero 91.& ſeqq.Gallus de excep.ſucceſſ.tit.4.excep. 26.numero 67.part. 2.

12 Ratio eſt quia conſentiens, & renuncians cenſetur renunciare iuri in eius fauorem introducto, non autem iuri ſpectanti ſuo hæredi ex perſona propria, Gloſ. in l.iubemus.§ ſcientes,in verb. renunciant. Cod.de ſacr. ſanct.eccl. Ruin.conſ.38.numero 10.libro 1. & conſ. 138. numero 10.lib.2. Natta conſil.470.num.12.& ſeqq Alba conſ.74.nu.1.Hieron.Gabr.conſ.125.numero 1. Decian. conſ.33.numero 109.lib.1.

13 Quod tamen intelligendum eſt, quando adeſt ſimplex conſenſus approbatorius, ſiue confirmatorius contractus ab alio geſti de re fideicommiſſo ſubiecta; nam tunc, vt dictum eſt, hæres ex perſona,& iure proprio poteſt contrauenire, aliud eſſet dicendum, quando defunctus præſtitiſſet conſenſum obligatorium, promittendo non contrauenire pro ſe, & ſuis filijs, & hæredibus, quia hæres tunc non poſſet contrauenire ex perſona etiam propria, Bald. loco citato, Ruin. conſ.7.num.38.libr.1.Pereg.conſilio 101. numero 2.& 3. libr.1. & dict. artic. 52. nu. 97. Petra loco infra ſtatim citato.

Etiam quod conſenſus obligatorius fuiſſet ſimplici- 14
ter præſtitus nulla hæredum facta mentione, Bart. in l. ſi ſic.ff.de verbor.obligat.Bald.in l.qui ſe patris,nu.11.12. C.vnd.liber. Alexandr. in l.ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verbor.obligat.Soc.iun.conſil.52.colum.3.libr. 4.Hieron. Gabr.conſ.125.n.2.& 13.lib 1.Pereg.conſ.101.nu.2.& 3.lib.1.& in tract.de fideicom.art. 52. nu. 97. Petra de fideic.q.14.n.320. verſ.ſecundus caſus eſt, & quæ dixi q. 597.n.2.Ratio,eſt quia promittens non contrauenire cenſetur etiam pro hæredibus promittere, Doct.in d. l. ſi ſic,ff.de verbor.obligat.

Hæc autem procedunt, quando hæres non fecit in- 15
uentarium,facto autem inuentario, quid ſit dicendum plenius ſcripſi qu. 555.

Sed quid, ſi defunctus, qui conſenſit promiſit de non 16
veniendo contra pro ſe tantum, aut pro ſuo facto tantum,an hæres poſſit contrauenire, diſtinguo tres caſus: Primus eſt, quando hæres non venit ex perſona propria,& tunc non poterit contrauenire, Bald. in l.vlt. & ibi Salic.C.de act.empt.Alexand.conſ.18.colum. vlt. libr. 5.Dec. conſil.213.nu.8.& conſ.181.colum penult. Ruin. conſil.94.columna 4.verſ.nec obſtat,lib. 1. Tiraquell. qui alios addit de retract.conuent.§.1.gloſ.6.n.5.Pereg.d. art. 52.nu.96.Probatur autem hæc opinio,in l.ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verbor. obligat. & in l.ſi neceſſarias, §.ſi de vendendo, ff. de pignor. act. & hæc opinio tanquam verior, & magis recepta retinenda erit. Quicquid in 17
contrarium dixerint Bart. in d. l. ſi ſic, ff. de verb. oblig. Angel.in l.qui in futurum,ff.de pact. Aret.in d.l.ſtipulatio iſta,Bertrand.conſ.184.& dubio 2.lib. 1. Secundus caſus 18
eſt,quando hæres venit ex perſona propria,& tunc non erit præiudicatum hæredi, Bart. in l. qui in futurum, ff. de pact.Bald.in l.qui ſe patris,num.11.& ſeq.C.vnd.liber. Aret.in d.l.ſtipulatio,& ibi Alex.ff.de verb.obligat.Ruin. conſ.42.n.17.lib.1.& conſ.138 n.10.lib.2. Peregr.d.art. 52. num. 95. Quæ ſententia probatur in l. cum pater, §. hæreditatem,ff.de legat.2.& in l.Paulo Callimacho,§.1.ff. de leg. 3. Tertius caſus eſt, quando conſentiens promi- 19
ſit non venire contra per ſe, nec per alios, quia non cenſetur promiſiſſe pro filijs, licèt hæredibus, Ruin. conſ.138.nu.10.in fine, lib.2. Peregr. de fideicomm. artic. 52 numero 95.ad finem.

Non omitto etiam, quod ſi conſentiens promittat 20
pro ſe & hæredibus, quod filius hæres conſentientis poterit ex perſona propria contrauenire, quia is contrauenit vt filius vocatus, & patris promiſſio eſt facta ſolum pro ſe, & hæredibus, non pro filijs, ſecundum Ruin.conſ.120.lib.1. quem refert, & ſequitur Ant.Gabr. de reg. iur. concl. 11. numero 30. Ab his tamen & benè diſſentit,Petr.de fideicom,concl.14.numero 320. verſ. declaratur tamen.

Alia etiam circa materiam huius ampliationis videnda erunt apud Hieron.Gabr.conſ.215. nu.6. & ſeqq. & videnda erunt etiam quæ dixi q.557.

Declaratur primò principalis concluſio, vt procedat, 21
dummodò conſenſus fuerit expreſſus, non enim ſufficeret præſentia,& taciturnitas, Doct. in l.cum proponas, vbi Franc.de Piſis, Iacob. de Aren. Rainer.Old.Guliel. de Cun.Cin. Bald. Angel.Paul.Caſtrenſ.Romanus, Fulgoſ.Socin.Alexand. Curt. ſen. numero 2. Curt. iun. numero 2.Iacob.de Sanct. Georg. num.2.Bart.Iaſon. nu.6. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Dec. num. 3.& Alciat.num 9.C.de pact. Alexand. conſil.8. colum. 1. lib.4.vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. conſil.58.n.29.lib.1.Craſ.in §. fideicõmiſſum, q.62. in fin. qui pariter ſcribit eſſe communem ſententiam, Petr. de fideic.q.14. n. 9. & ſeqq. vbi dicit ita communiter teneri

Doctores, Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *nu.* 67. *in fine*, & quæ dixit *art.* 4.. *n.* 3.. *& art.* 51. *num.* 45. *circa medium*, addo Bald *in l. quoties num.* 3. *C. de fideicom.* Bero. *conſil.* 64. *n.* 12. *& ſeq. lib.* 1. Alba *conſil.* 105. *n.* 2. & plures ex ſupra dictis teſtantur eſſe communem opinionem.

22 Contra tamen tenent alij, ita Gloſſ. *in l. cum propenas C. de pact.* & ibi Bald. idem Bald *in l. quoties*, *C. de fideicommiſ.* Roman. *conſil.* 457. *in fine*, Abbas *conſ.* 1.. *dubio primo, libro* 2. Alexan. *conſil.* 8. *num.* 4. *lib.* 2. Alciat. *reſpon.* 132. *n.* 11. Alba *conſ.* 105. *n.* 2. vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communem, Crauet. *conſ.* 237. *colum.* 2. Cephal. *conſ.* 318. *n.* 31. *conſ.* 316. *num.* 38. *conſ.* 392. *n.* 23. *& conſil.* 393. *nu.* 44. *& conſil.* 651. *numero* 29. Petr *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *nu.* 53.. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 116. Pro qua ſententia facit *l. cum pater*, *§. libertis*, *ff. de legat.* 2. *& l. quoties ab omnibus*, *C. de fideicommiſſ.* Et ratio etiam adducitur, quia tacens præſumitur conſentire, ſi potuit contradicere, & non contradixit, Doctor. *in l. quæ dotis*, *ff. ſolut. matrimon.* Menoch. *libro* 6. *præſumpt.* 38.

23 Quæ ſecunda opinio retinenda erit, quando vltra non contradictionem, accederet aliquis actus, ex quo conſenſus tacitus reſultaret, quia hic ſufficeret, cum tacitus actus ita arguat conſenſum ſicuti expreſſus, *l. cum quid*, *ff. ſi cert. pet.* & in ſpecie ita tenent Alciat. *conſil.* 132. *num.* 11. ſecundum primam impreſſionem, Alban. *conſil.* 105. Ceph. *locis ſupra relatis*, & Pereg. *d. art.* 52. *nu.* 45. *ad medium*, vbi etiam citat Angel. Alber. Alexand. Dec. & Iaſ.

24 Si autem præſens, & tacens non potuiſſet alienationem impedire, non ſufficeret non contradixiſſe, nec ex hoc diceretur conſenſiſſe, ita tenent relati omnes pro ſecunda opinione, & in ſpecie Menoch. *d. libro* 3. *præſumpt.* 166. *in fine*.

25 Præterea tacitus conſenſus ſufficeret, quando fideicommiſſum eſt inductum per prohibitionem alienationis, ſi verò vltra prohibitionem alienationis extaret fideicommiſſum reſultans ex ſubſtitutione, non eſſet illatum præiudicium conſentienti ex tacito conſenſu, vt Paul. Caſtr. dixit, & Petr. *d. q.* 8. *nu.* 534. *verſic. pro ſolutione*.

Circa tamen hanc declarationem vide quæ dixi *quæſt*.... an conſentientes alienationi rei prohibitæ alienari ſibi præiudicet, *nu.* 2. *& infra*.

26 Declaratur ſecundò non procedere, quando quis conſenſiſſet ratione officij, vt in tutore, vel curatore, vel agnato, qui ex forma ſtatuti pro ſolemnitate contractus interuenit, quia eueniente caſu fideicommiſſi, is rem vendicare poſſet, Bald. *d. conſil.* 102. *punctus ſuper quo, lib.* 2. Anch. iun. *q.* 17. *lib.* 2. Petr. *d. q.* 8. *n.* 534. Pereg. *d. art.* 40. *num.* 89. quorum ſententia probatur ex *l. cum quædam, C. de adminiſtr. tut.* non enim officium ſuum cuique debet afferre damnum, *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemadm. teſtam. aper.*

27 Contrariam ſententiam probarunt Socin. ſen. *conſil.* 43. *colum. vlt. lib.* 3. Cephal. *conſil.* 392. *nu.* 21. qui loquitur de coniunctis, qui pro ſolennitate contractus interuenerunt. Vnde Menoch. *conſ.* 58. *lib.* 1. diſtinguebat, vt ſi officium eſt neceſſarium procedat prima opinio, ſi verò eſt voluntarium procedat ſecunda, neceſſarium autem officium eſt tutela, voluntarium, quando agnatus præſtat conſenſum requiſitum à ſtatuto, vel vti teſtis interuenit in inſtrumento, vel vti notarius.

28 Declaratur tertiò, vt licet conſenſus noceat conſentienti, quod tamen non præiudicabit ſequentibus in gradu, qui non conſenſerunt, quibus ſaluum erit ius vendicandi alienata, Gloſ. *in l. quoties* & ibi Fulgoſ. *n.* 1. Corn. *num.* 2. & Iaſ. *num.* 2. *C. de fideicommiſ.* Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, numero* 116. *ff. de legat.* 1. Dec. *conſil.* 395. *num.* 9. *circa finem, & conſil.* 398. *n.* 20. Pariſ. *conſ.* 23. *num.* 103. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 52. *col.* 3. *lib.* 4. Roland. à Valle *conſil.* 70. *numero* 35. *lib.* 3. Anguſc. *conſil.* 86. *nu.* 5. *lib.* 6. Cephal. *conſil.* 282. *num.* 26. *& ſeqq. & conſ.* 318. *nu.* 36. Bonif. Roger. *conſ.* 8. *num.* 103. *lib.* 1. Hier. Gabr. *conſ.* 125. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 2. Surd. *conſ.* 125. *nu.* 2. *in fine*, *& nu. ſeq.* Tiraquel. *de retract. lign. §.* 1. *gloſ.* 9. *numer.* 86. Ludou. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 8. *n.* 27. *& libro* 4. *cap.* 9. *num.* 31. *in fine*, Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *numero* 59.. Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 94. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *n.* 131. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 16. *num.* 68. *part.* 2. & alij relati *quæſt.* 318. *caſu tertio, ampliat.* 2.

Niſi eſſent hæredes conſentientis, vt dictum eſt ſupra *nu.* 10. *& ſeqq.* vbi declaraui.

Declaratur quartò non procedere, quando fideicommiſſarius conſenſiſſet alienationi ſaluo iure ſuo, hoc enim caſu poſſet rem vendicare, Bart. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, colum.* 1. & ibi Bald. idem ſenſit *ff. de legat.* 1. Peregr. *d. art.* 40. *nu.* 70. vbi dicit locum habere ſiue fideicommiſſum ſit purum, ſiue ſit conditionale. 29

Contrariam opinionem tenuit Iaſ. *in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum*, vbi voluit reſeruationem prodeſſe tantum ad pretium, cuius opinio mihi placet, quando fideicommiſſum erat purum, vel purificatum, in fideicommiſſo autem conditionali non recederem à prima opinione. 30

Declaratur quintò, vt licet conſentiens non poſſit vendicare rem, quod tamen ex conſenſu non erit ſibi præiudicatum in pretio, quia illud conſequi poterit à grauato alienante, nec per conſenſum poteſt opponi, quod fideicommiſſo ſit renunciatum Bart. *in l. mater tua*, & ibi Bald. Fulgoſ. & Caſtr. *C. de rei vendicat.* Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres*, & ibi Alexand. *num.* 58. Iaſ. *num.* 113. Claud. Aquenſ. *num.* 38. Ripa *nu.* 84. *limit.* 2. & Alciat. latè *n.* 3.. *ff. de verbor. oblig.* Bart. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum*, & ibi Bald. Angel. *ff. de legat.* 1. Bart. *in l. quæ dotis, ff. ſolut. matrim.* Bald. *in l. cum ſeruum*, & ibi Dec. *ſi cert. pet.* Salic. *in l. ſi ſine, C. ad Vellean.* Et conſulendo, Corn. *conſil.* 34. *colum.* 2. *conſil.* 329. *col. penult. in princ. & num.* 12. *lib.* 1. *& conſ.* 144. *col. penult. libro* 3. Curt. iun. *conſil.* 24. *num.* 7. Alba *lib*.... *conſ.* 74. *in fine*, Beret *conſil.* 94. *nu.* 1. Hieron. Gabr. *conſil.* 125. *nu.* 18. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 70. *per totum lib.* 1. Menoch. *conſil.* 58. *nu.* 20. *libro* 1. *& conſ.* 105. *n.* 19. *lib.* 11. vbi teſtatur de communi opinione Anchar iun. *libr.* 2. *q.* 17. *nu.* 6. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 345. *nu.* 7. *in fine*, vbi teſtatur de communi opinione, *& fol.* 566 *nu.* 163. Peregr. *d. art.* 40. *nu.* 76. *& ſeqq.* vbi dicit ita obtinuiſſe, & horum ſententiæ & ego adhæreo. 31

Contrariam ſententiam malè probarunt Gloſ. *in d. l. ſi fundum per fideicommiſſum*, & ibi Din. Ruin. Petr. Imol. Cuman. Paul. Caſtr. & Iaſ. *numero* 18. vbi dixit eſſe communem opinionem Alexand. *in l. quæ dotis. n.* 24. *ff. ſolut. matrim.* Curt. iun. *conſ.* 4. *num.* 22. Menoch. *conſ.* 87. *num.* 53. *& lib.* 3. *præſumpt.* 116. *num.* 2. *& præſumpt.* 117. *n.* 2. Intrigl. *d. cent.* 3. *n.* 174. 32

Prima opinio probatur *in d. l. ſi fundum, in d. l. quæ dotis, ff. ſolut. matrimon. & in l. mater, C. de rei vendicat.* & facit ratio, nam ſatis eſt, quod ex conſenſu validus reddatur contractus irreuocabiliter nec id debet trahi ad remiſſionem pretij, quia in dubio donatio non præſumitur, *l. cum de indebito ff. de probat.* Et quia in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei, *l. ſi rem*, *& pretiũ ff. de petit. hæred. cum concord.* de quibus per Peregrin. *d. art.* 40. *numero* 79. *in fine*. Secunda verò ſententia probatur *in l. nihil*, *§.* 1. *D. de legat.* 2. *in l. codicillis*, *§. inſulam*,

lum, D. de legat. 2. in l. quoties ab omnibus, Cod. de fideicommiſſ.

33 Aduerte tamen, quod ſi grauatus vendidit rem, vel rem fideicommiſſarij, eo conſentiente, quod ſine dubio daretur actio mandati, vel negotiorum ad pretium contra venditorem fideicommiſſario, *ad l. ab vno, C. de negot. geſt. & in l. familia, C. de famil. erciſc.* & ita voluit Peregr. *d. art. 40. num. 76.* vbi allegat Bart. Paul. Caſtr. Alexand. & Socin. ſen.

34 Similiter ſi fideicommiſſarius poſſediſſet & conſenſiſſet grauatum vendere rem, actio ad pretium daretur, ita Peregr. *d. art. 40. nu. 80.* vbi citat Iacob. de Arer. Bart. Bald. Cuman. & Caſtrenſ. Licet contrarium tentauerit Iaſ. & alij ab eo citati.

35 Præterea in pretio non eſſet præiudicatum, quando alienatio eſſet facta ex cauſa neceſſaria ab hærede, vel ex neceſſitate fideicommiſſarius alienationi conſenſiſſet, *d. l. fundum per fideicommiſſum*, & ibi Petr. Bald. Angel. Imol. Caſtr. Cuman. Iaſ. *nu. 18.* & alij communiter, *ff. de legat. 1.* Menoch. *conſil. 87. nu. 54. libro 1. & lib. 3. præſumpt. 117. n. 23.*

36 Retenta autem prima opinione, eam limitabis multipliciter, & primò quando eſſemus in fideicommiſſo particulari, Peregr. *d. art. 40. num. 79. in fine*, vbi dicit in his terminis loqui *d. §. inſulam, & d. l. mater.*

37 Limitatur ſecundò, quando alienatio eſſet facta ex cauſa lucratiua, veluti ex cauſa donationis, vel legati, quia tunc fideicommiſſarius nec pretium conſequi poſſet, Bart. *in l. quæ dotis, n. 15.* & ibi Roman. & Iaſ. *n. 56. D. ſolut. matr.* Bart. *in l. fundum per fideicommiſſum, quæſt. penul. ff. de legat. 1.* Iaſ. *conſil. 13. lib. 3.* Ruin. *conſ. 144. circa finem, & conſilio 152. colum. penult. lib. 2.* Marzar. *conſilio 18.* Hieron. Gabr. *conſilio 125. numero 8. libro 1.* Menoch. *conſil. 87. num. 53. libro 1.* Prax. *de interpret. vltim. volunt. fol. 566. num. 163.* Peregr. *d. art. 40. nu. 71.* Intrig. *d. cent. 3. q. 73. n. 133.*

38 Limitatur tertiò, in fideicommiſſo inducto per prohibitionem alienationis, quia fideicommiſſarius conſentiendo ſibi in re, & pretio præiudicaret, fideicommiſſi enim caſus ad eius fauorem impediretur, Bart. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, col. 2. D. de legat. 1. & in l. cum pater, §. liberis.* & ibi Bald. & alij, *ff. de legat. 2.* Bald. *in l. codicillis, §. inſulam, D. eod. & in conſil. 102. lib. 2.* Anchar. iun. *quæſt. 17. num. 5.* Peregr. *d. art. 40. n. 82.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. nu. 140.* dixi latius in materia prohibitionis alienationis, *quæſt.* .... an conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari ſibi præiudicet, *n. 13.*

39 Limitatur quartò quando fideicommiſſarius præſtatione annua ex hæreditaria re eſſet beneficiatus, nam conſentiendo quod illa res alienetur, ſibi præiudicat in re, & pretio, *l. codicillis, § inſulam, D. de legat. 2.* ſecundum vnum intellectum, Bart. *in d. l. ſi fundum*, Peregr. *d. art. 40. nu. 74.*

40 Limitatur quintò, quando fideicommiſſarius fuiſſet munificè, & liberaliter honoratus ab alienante, quia præſumitur hoc factum in remunerationem conſenſus præſtiti à fideicommiſſario alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ, & ideo ad pretium ceſſaret actio, niſi aliter appareret de mente conſentientis, *d. l. codicillis, §. inſulam, D. de legat. 2.* ſecundum alium intellectum, Bar. *in l. ſi fundum*, quem tenent ibi Imol. & Paul. Caſtr. *n. 5.* Bart. *in l. quæ dotis, nu. 14. D. ſolut. matrim.* Peregr. *de fideicomm. art. 40. n. 75.*

41 Contrariam opinionem probarunt Imol. *in d. l. quæ dotis*, & ibi Roman. & Alexand. *num. 24.* & Iaſ. *num. 53. D. ſolut. matrimon.* Idem Iaſ. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, D. de legat. 1.*

42 Limitatur ſextò, quando fideicommiſſo eſſet renunciatum, quia & in pretio eſſet præiudicatum, Angel. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 5. oppoſ. ff. de verb. obligat.* Zuccar. *in l. 1. nu. 61. C. de pact.* Curt. iun. *conſil. 4. nu. 22.* Ruin. *conſil. 152. colum. penult. verſ. & magis hoc procedit, lib. 2.* Crauet. *conſi. 227. in fine.* Menoch. *conſil. 87. nu. 52. lib. 1.* & dicam in materia renunciationis.

Limitatur ſeptimò, quando ſponte quis conſenſiſſet alienationi, Iaſ. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, num. 18. ff. de legat. 1.* Menoch. *conſil. 8*.. *nu. 54. lib.* .., vbi teſtatur de communi opinione. 43

Limitatur octauò, quando conſenſus eſſet reciprocus, vt quia fideicommiſſum eſſet reciprocum, & ſubſtituti mutuum conſenſum præſtitiſſent in alienatione, Hieron. Gabr. *conſ. 125. nu. 18. libro 1.* 44

Pretium autem quando poteſt repeti, intelligitur de pretio ſoluto, non autem de æſtimatione quanti res de præſenti valet. Socin. ſen. *conſ. 16. col. vlt. libro 3.* Beret. *conſ. 94. num. 2.* Peregr. *d. art. 40. num. 83. in fine*, Intrigl. *d. cent. 3. q. 73. num. 141.* pro qua ſententia adducitur *l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de legat. 1.* & videnda erunt dicta *q. 598. in fine.* 45

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius agens ad reuocationem alienatorum contra tertium poſſeſſorem tenetur probare detractationes eſſe conſumptas in alijs alienationibus.*

Amplia, vt teneatur probare detractiones eſſe conſumptas in primis alienationibus, num. 3.

Declara, vt ſufficiat fideicommiſſario probare alia bona fuiſſe in hæreditate, quæ nunc non appareant, numero 2.

QVÆSTIO DLXI.

Fideicommiſſarius agens ad reuocationem alienatorum, an teneatur probare conſumptionem detractionum?

QVAERO, fideicommiſſarius agit contra tertium poſſeſſorem bonorum fideicommiſſi, iſte dicit rem ſibi alienatam imputandam eſſe in detractiones, fideicommiſſarius verò dicit detractiones eſſe conſumptas in alijs alienationibus, an fideicommiſſarius teneatur probare hanc conſumptionem? Et quod teneatur probare voluit Peregr. *de fideicomm. art. 39. num. 13. & ſeq.* idem voluit Rota Romana *in nouiſſ. deciſ. 747. parte 1.* & ita ſæpius ego conſului, præcipuè ſuper teſtamento, & fideicommiſſo D. Damiani de Pedratijs de Salodio ad fauorem D. Scipionis de Ambroſiis poſſeſſoris bonorum prædicto fideicommiſſo ſubiectorum, & etiam ſuper teſtamento D. Franciſci Mattioli ad fauorem D. Camilli Montiæ, ac tandem ſuper teſtamento D. Ioan. Georgij de Fedricis. 1

Declaratur non procedere, quando fideicommiſſarius doceret alia bona fuiſſe in hæreditate, quæ nunc non appareant, & reus neget illa fuiſſe ſufficientia ad legitimas detractiones, nam tunc reo incumbit onus probandi, non fuiſſe illa bona ſufficientia, Ferrant. Gargiar *patroc. 60. lib. 2.* Peregr. *d. art. 39. numero 14.* qui tamen dicit, reo negante conſtare de alijs alienationibus, fideicommiſſarium teneri eas probare. 2

Declaratur etiam, vt ſi contentio ſit, an in primis alienationibus ſit conſumpta legitima, vel quælibet alia detractio? quod fideicommiſſarius probare debebit eſſe conſumptam, Peregr. *d. art. 39. in fine.* 3

SVM-

ed by Google

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta ab hærede ſuper rebus fideicommiſſo ſuppoſitis valet in præiudicium fideicommiſſarij, contra num. decl. per totam quæſt.*

Limitatur ſi læſio interuenit, nu. 14.

Limitatur quando res non erat dubia, quia tranſactio non valeret num. 5.

Limitatur quando tranſactio facta ſit reſpectu litis motæ, quæ tamen mota non erat, n. 10.

3 *Fideicommiſſarius hæres tranſigentis non poteſt contrauenire tranſactioni factæ de re fideicommiſſo ſuppoſita.*

6 *Tranſactio de re fideicommiſſi tenet quando poſſidebat is, cum quo tranſactum eſt, contra nu. 7. decl. nu. 8.*

11 *Tranſactio de re fideicommiſſi vt noceat fideicommiſſario, vt valeat, debet aliquid dari, vel remitti, alias non valet.*

13 *Reſtitutio datur fideicommiſſario aduerſus tranſactionem à grauato factam dolo aduerſarij.*

14 *Super Primogenituræ bonis non valet tranſactio in præiudicium ſucceſſorum.*

15 *Tranſigere non poteſt prohibitus alienare, & tranſigens efficitur incapax, decl. ibid.*

16 *Tranſactio facta ſuper fideicommiſſi bonis non nocet, nec prodeſt cohæredibus, nec fideicommiſſarijs.*

QVÆSTIO DLXII.

Vtrum tranſactio facta ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis valeat in præiudicium fideicommiſſarij?

1 QVAERO, an tranſactio facta ſuper rebus fideicõmiſſo ſuppoſitis valeat in præiudicium fideicommiſſarij? Duæ in hoc articulo ſunt opiniones, altera quod non valeat, quam probarunt, Bart. *in l. diem, ff. de acq. plu. arcend. & in l. controuerſia,* & ibi cæteri Doctores, *ff. de tranſact.* Menoch. late *conſil. 599. tertio dubio,* vbi loquitur de filio non hærede patris, & dicit illi non præiudicare tranſactionem factam à patre remittendo fideicommiſſum debitum, & filio, pauco recepto, Molin. *lib. 4. de Hiſpan. Primogen. cap. 9. num. 8. & ſeq.* Petr. *de fideicom. quæſt. 8. n. 64.* vbi loquitur de prohibitione alienationis, *& nu. 251. verſ. ſed certè,* Peregr. *de fideicom art. 40. num. 12. & art. 52. nu. 81. & ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 73. n. 118.* & videnda erit *quæſt. 597.* probatur hęc opinio *in l. Imperatores, ff. de tranſact. in l. ſi ſuſpecta, §. vltim ff. de inoff. teſt. in l. à Sententia, §. ſi hæres, ff. de appellat. in cap. veniens, extr. de tranſact.* Et ratio, quod ius noſtrum etiam in ſpe ſola quæſitum ſine facto noſtro non poteſt à nobis tolli, *l. 1. §. quod noſtrum, D. de reg. iur. & l. penult.* & ibi Doct. *D. de pact.* Et eſt regula generalis, quod res inter alios acta tertio non præiudicat, *tot. tit. C. res inter alios acta.*

2 Altera verò, quod valeat tranſactio, quæ bona fide facta fuit in caſibus neceſſarijs, & cum ea tranſeunt *l. cum hæreditas,* & ibi Doct. *ff. ad Trebell.* Imol. *in l. ante reſtitutam, D. de ſolut.* Ber. *conſ. 176. n. 28. lib. 1.* vbi voluit in dubio præſumi bonam fidem, Cephal. *conſ. 346. numero 16. & conſil. 375. num. 36. & ſeq.* vbi loquitur, & ſi res ſit expreſsè prohibita alienari, Menoch. *conſ. 322. nu. 66. & conſil. 777 num. 4.* Peregr. *conſ. 60. num. 3. lib. 4. & in tract. de fideicommiſſ. artic. 52. num. 88.* Marzar. *in Epit. de fideicomm. quæſtione vlt. verſ. de tranſact.* Petr. *de fideicom. quæſt. 8. nu. 67. & ſeqq.* vbi etiam dicit hoc verum, licet expreſſè ſint prohibita bona alienari, *& num. 77.* dicit in dubio pręſumi bonam fidem, Coraſ. *Miſcel. iur. lib. 2. cap. 19. nu. 10.* Mantic. *de tac. & ambig. contract. lib. 26. tit. 4. n. 20.*

Et hæc opinio mihi etiam placet, quando tranſactio eſſet facta ſuper re dubia, & bona fide, valet etiam tranſactio facta ſuper lite in re dubia, & bona fide, licet alias prohibita eſſet alienatio. *l. Præſes, C. de tranſact. cap. 1. §. ſi Vaſallus de beneficio, in tit. ſi de feud. fuer. controu.*

Declaratur primò hæc quæſtio, vt ſi ſecundò vocatus ſit tranſigentis hæres, quod teneatur ſtare tranſactioni, de quo dicam *infra q. 597.* 3

Declaratur ſecundò, vt ſi læſio interuenit, non præſumatur bona fides nec tranſactio noceat, Ceph. *conſil. 346. n. 19.* & volunt Petr. Pereg. & alij pro ſecunda opinione citati. 4

Declaratur tertiò, ſi res non fuit dubia, quod non valeat quod dictum eſt, & ſic quod tranſactio non noceat, ceſſante bona fide. Bero. *conſ. 176. nu. 28. lib. 1.* Natta *conſ. 304. n. 8.* Petr. *d. q. 8. n. 71. & 74.* Peregr. *d. art. 52. nu. 81. & ſeqq.* 5

Declaratur quartò, vt ſi lis iam ſit mota, & aduerſarius poſſideat, quod valeat tranſactio. Bero. *conſ. 68. nu. 55. & conſil. 176. n. 32. lib. 1.* Natta *conſ. 145. n. 10. & conſ. 441.* Roland. à Valle *conſil. 15. num. 43. lib. 1.* Ceph. *conſ. 375. nu. 30. & ſeqq lib. 3.* Petr. *d. quæſt. 8. nu. 72.* vbi alios addit. 6

Contrarium tamen malè ſenſit ipſe Petr. *d. q. 8. num. 251. verſ. ſed certè,* vbi loquitur de re prohibita alienari, & mouetur, quia ſi non licet alienare, non etiam licet tranſigerè. Sed hoc argumentum eſſe falſum probant Doct. relati *ſupra num. 2.* qui volunt licere tranſigere, quando eſt prohibita alienatio, ſi fiat bona fide, præterea contrarium probatur *in d. cap. 1. §. ſi vaſallus, & in dicta l. Præſes,* vbi habetur, quod qui non poteſt alienare, poteſt tamen bona fide tranſigere, quod dixit & Peregr. *d. artic. 52. numero 88. poſt principium.* 7

Declaratur quintò, vt ſi fiat tranſactio ſuper lite mota, vel quæ moueri dubitabatur, valeat, aliud eſſet quando nulla extaret lis, Petr. *d. quæſt. 8. num. 75.* 8

9 Quod ſi facta eſſet tranſactio ſub prætextu litis motæ, quæ mota non erat, non valeret. Dec. *conſ. 480. nu. 13.* Roland. à Valle *conſil. 28. num. 2. lib. 4.* Petr. *dicta quæſt. 8. numero 76.*

Declaratur ſextò, vt ad validitatem tranſactionis neceſſe ſit, quod aliquid detur, vel remittatur, alias non valeret, Roland. à Valle *conſil. 28. nu. 3. lib. 4.* Petr. *d. q. 8. num. 78.* 10

Declaratur ſeptimò, vt multò magis valeat tranſactio, quando facta eſſet iuſſu Principis, ita poſt Ludou. Molin. ſcribit Peregr. *d. art. 52. num. 89.* vbi tamen ſubdit, quod ſi mala fides interueniſſet non confirmaretur tranſactio, quamuis Principis authoritas interueniſſet, quia Principis reſcriptum non validat malè acta, *l. authoritate, C. vnd. vi.* Aret. *conſ. 14. col. 9.* Beret. *conſil. 144. n. 11. & 12.* Bellam. *deciſ. 502.* Grammat. *deciſ. 66. nu. 50.* quos vnà cum Molina refert, & ſequitur Peregr. loco citato. 11 12

Declaratur octauò, quando facta eſſet tranſactio dolo aduerſarij, quia daretur reſtitutio, Ceph. *conſil. 375. in fine.* 13

Super bonis autem maioratus non poterit tranſigi per poſseſſorem in præiudicium ſucceſſorum, vt comprobat, atteſtando ita iudicatum, Gama *deciſ. Luſit. 48.* 14

Non

ed by Google

15 Non omitto quod voluit Surd. *conſ.* 5 6. *nu.* 1 1. *lib.* 4. dum dixit, quod tranſigens ſuper re prohibita alienari efficitur incapax, & inhabilis ad ſuccedendum. Quod autem ego intelligo verum, in caſibus in quibus non poteſt tranſigi, de quibus ſupra dictum eſt: nam tranſactionem bona fide factam valere, & ſuper re prohibita alienari, dixerunt Cephal. *conſil.* 375. *numero* 30. *& ſeqq* & Menoch. *conſil.* 777. *num.* 4. *cum alijs citatis ſupra numero* 2.

16 Sed an tranſactio facta ab vno noceat, vel proſit hæredibus, & confideicommiſſarijs dicas nocere non poſſe, Ripa *de iur. emph. reſp.* 10. *nu.* 6. Caual. *deciſ.* 13 *n.* 37. *par.* 1. Prodeſſe autem poterit ipſis volentibus, & per Caualcanum *ſupra*.

Alia vide q. 702.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum fieri non poteſt de rebus fideicommiſſi in praiudicium fideicommiſſarij, & aliorum ſubſequentium in gradu, contra numero* 2. *limit. per totam quaſt.*

Limitatur quando conſenſus eſt praſtitus à fideicommiſſario, num. 3.

Limitatur ſi Princeps, vel Iudex per ſententiam coegiſſent partes ad compromittendum, numero 4. 5.

Limitatur in compromiſſo neceſſario facto vigore ſtatuti n. 6. *contra n.* 7.

Limitatur, quando aduerſarius poſſidet, & lis eſt mota, num. 8.

9 *Compromiſſum de re fideicommiſſi nocet fideicommiſſario hæredi compromittentis.*

10 *Compromiſſum de re fideicommiſſi non nocet fideicommiſſario ſi res non erat dubia, vel ſponte fideicommiſſum remitteretur.*

QVÆSTIO DLXIII.

Compromiſſum factum ſuper re fideicommiſſo ſubiecta, vtrum noceat fideicommiſſario, & alijs ſubſequentibus in gradu?

1 IN præcedenti quæſtione diſcuſſum fuit, an tranſactio facta per hæredem fideicommiſſo grauatum, noceat fideicommiſſarijs? Nunc congruè videndum eſt quid de compromiſſo, an ſi factum ſit, & deinde ſequutum laudum fideicommiſſarijs ſequentibus in gradu noceat? Quod enim non noceat, voluerunt Paul. Caſtr. *in l. facta §. ſi hæres, ff. ad Trebell.* Pinell. *in l.* 1. *parte* 3. *numero* 46. *& num.* 50. *verſ. octaua limitatio, C. de bon. matern.* Menoch. *conſilio* 688. *dubio tertio. num.* 28. *& ſeqq. lib.* 7. Ludou. Molin. *lib.* 4 *de Hiſpan. Primog. cap.* 9. *num.* 7. vbi dicit communem opinionem, Gregor. Lopez *in l.* 10. *tit.* 26. *art.* 4. *in gloſſ magna, col.* 5. Ant. Gomeſ. *in l.* 40. *Tauri, num.* 80. Carpan. *ſuper Stat. Mediol. cap.* 115. *nu.* 52. *& ſeqq.* Petra *de fideicomm. q.* 8. *nu.* 63. *& ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 1239. *numero* 106. vbi loquitur in caſu, quando adeſt expreſſa prohibitio alienationis, Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *numero* 81. *& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quaſt.* 73. *nu.* 43. & videnda erunt dicta *infra quaſt.* 597. Pro qua ſententia facit *l. ſi dictum, § ſi compromiſero, ff. de euict.* & alia iura, & rationes adduxi in quæſt. præced. quæ faciunt, & ad præſentem. Præterea facit *cap. cum tempore, extr. de arbitr.* & ibi Canon. notant de re prohibita alienari non poſſe fieri compromiſſum, quod voluerunt, & Socin. ſen. *conſ.* 87. *num.* 9. *libro* 3. Decianus

2 *conſ.* 39 *num.* 4. *& conſil.* 44. *num.* 7. Pariſ. *conſil.* 85. *lib.* 3. Vlterius confirmatur, quia de re feudali, & emphyteutica non poteſt fieri compromiſſum, Canon *in d. cap. cum tempore.* Iaſ. *in l. vltim. num.* 120. *de iur. emphyt.* Socin. iun. *conſ.* 77. *num.* 76. *libro* 1. Curt. iun. *de feud. num.* 98. Clar. *in §. feudum, q.* 38. Peregr. *de fideicom. artic.* 40. *num.* 120.

Contrariam ſententiam, quod valeat compromiſſum etiam in præiudicium fideicommiſſarij, tenuerunt Bartol. *in l. cum hæreditas. la prima,* & ibi Angel. Imol. & Paul. Caſtr. & Alexand. *nu* 4. *ff. ad Trebell.* Angel. *conſil.* 31 *circa finem,* Bertrand. *conſil.* 138. *n.* 19. *lib.* 3. Cephal. *conſil.* 261 *num.* 35. *lib.* 2. Boer. *deciſ.* 174. *nu.* 6. *& ſeq* Io Baptiſt. *de arbit. lib.* 1. *cap.* 16. *nu* 6 Anton. Gomeſ. *variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 5. *nu.* 2. Marzar. *in epit. de fideicom. quæſt.* 72. *verſ. de tranſact.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum q.* 6. vbi teſtatur de communi opinione, Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 119. Primò adducitur *d. l. cum hæreditas,* vbi Iureconſ. præſupponit de re fideicommiſſi poſſe compromitti, licet non poſſit tranſigi, ſecundò adducitur ratio, quia fideicommiſſo grauatus conditione pendente habet plenam proprietatem, & poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & illius fideicommiſſum eſt ne ... orum hæreditatis, Ruin. *conſ.* 137. *nu.* 8 *& conſil.* 138. *num.* 7. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 3 *num.* 90. 3

Hac autem opinione retenta, quæ verior mihi videtur, non obſtant contraria: *ad d. § ſi compromiſero,* reſpondent Bart. & alij *d. l. cum hæreditas,* & Pereg. *d. art.* 40. *num* 120. *verſ. ad illum textum, & nu* 121. *Ad c. cum tempore,* cum ibi not. per Doct. reſpondetur, illud procedere in adminiſtrantibus res alienas, qui non poſſunt compromittere, aliud eſt in fideicommiſſo grauantis, qui, vt dictum eſt, habet poſſeſſionem, & plenum dominium. Ad vltimum argumentum de vaſſallo, & emphyteuta, qui non poſſunt compromittere, reſpondetur diuerſos eſſe terminos, nam illi non habent plenum dominium, & alterum recognoſcunt, non idem in fideicommiſſo grauato.

Retenta tamen prima opinione, illa multipliciter erit reſtringenda. Et primò quando compromiſſum eſſet factum de conſenſu omnium, quorum fauore fideicommiſſum eſt factum, Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primogen. capite* 9. *numero* 31. Intrigl. *d. centur.* 3. *quaſt.* 73. *nu.* 117. 4

Limitatur ſecundò, quando Iudex coegiſſet partes per ſententiam ad compromittendum, quia valeret compromiſſum in præiudicium fideicommiſſarij, Ludou. Molin. *d. cap.* 9 *nu.* 29. Intrigl. *d. q.* 73. *nu.* 114. Et fortius ſi Princeps coegiſſet, Peregr. *de fideicomm. art.* 2. *num.* 89. 5

Limitatur tertiò non procedere, quando compromiſſum eſſet factum vigore ſtatuti, & ſic eſſet compromiſſum neceſſarium, quia omnia ſuſtinerentur, Bald. *in l. de re, ff. de tranſact.* Iaſ. *in l. iuriſgentium §. vlt. num.* 14. *ff. de pact.* Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *nu.* 44. *circa finem, C. de bon. matern.* Menoch. *conſil.* 688. *n.* 28. *libro* 3. Bianch. *de comprom. quæſt.* 4 *numero* 28. *& nu.* 31. Maran. *de ordin. iud. parte* 6 *tit. de comprom. num.* 8. Carpan. *ſuper ſtat. Mediol. cap.* 115. *num.* 55. Peregr. *d. art.* 40. *nu.* 127. vbi aſſerit eſſe receptam opinionem, Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 73. *num.* 117. 6

Contrariam opinionem malè probauit Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. d. lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 28. 7

Limitatur quarto, quando mota eſſet lis, & aduerſarius poſſideret, quia tunc licet compromittere, Bero. *conſilio* 176. *numero* 32 *libro* 1. Roland. a Valle *conſilio* 15. *numero* 43. *libro* 1. Cephal. *conſilio* 375. *numero* 20. *& ſeqq.* 8

& ſeqq. libro 3. Petr. *de fideicom. quaeſt.* 8. *num.* 72.

9 Limitatur quintò, quando ſubſtituti eſſent hæredes compromittentis, de quo tamen puncto videnda erunt dicta *infra q.* 597.

10 Porrò ſi res non fuiſset dubia, vel ſponte fideicommiſsum remitteretur, per compromiſsum, & laudum non eſset fideicommiſſario præiudicatum, Petr. *dicta quaeſt.* 8 *n.* 74. Peregr. *d. art.* 52. *num.* 87.

Sed quid dicendum eſset in compromiſso facto more Veneto, & inappellabiliter, an ſi grauatus ſic compromiſit, præiudicium poſſit dici illatum fideicommiſsario: ergo tenui negatiuam in vna de Crataneis pro filijs q. D. Ioan. Antonij, contra D. Barbaram Bonatam: mouebat autem principaliter, quia ſatis euidenter conſtabat de errore laudi, cauſa adhuc pendet indeciſa.

Alia vide q. 702.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa relicta in non ſolenni voluntate non debentur, amplia & decl. per totam quaeſt.*

Ampliatur, & ſi haeres vni fideicommiſſum praeſtaſſet, quia poteſt alteri denegare reſtitutionem, num. 2.

Ampliatur nec deberi in foro conſcientia, num. 3. *contra ibidem.*

Ampliatur, & ſi haeres fateatur fideicommiſſum relictum, ſed non in ſolenni voluntate n. 4. *contra n.* 5.

Limitatur ſi actor allegat fideicommiſſum ſibi relictũ, & reus neget, quia poteſt ei praeſtari iuramentum, & recuſante iurare fideicommiſſum erit praeſtandum, n. 6. *contra nu.* 7. *decl. nu. ſeqq. & n.* 14.

Limitatur, quãdo teſtator cõfiſus de fide haeredis noluit ſolenniter teſtari, num. 11. *contra nu.* 12. *dec. n.* 14.

Limitatur, ſi haeres promiſit teſtatori fideicommiſſum praeſtare, poteſt enim iuramentum deferri haeredi, & eo recuſante iurare fideicommiſſum erit praeſtandum, n. 10 *decl. num.* 14.

Limitatur, ſi haeres promiſit teſtatori fideicommiſſum praeſtare, & hoc probetur per duos teſtes, nam fideicommiſſum debebitur, num. 17.

Limitatur in grauato, qui poſſidet haereditatem ex teſtamento non ſolenni, quia non poterit recuſare praeſtationem fideicommiſſi in illo teſtamento relicti, numero 18.

Limitatur in fideicommiſſo relicto perſona coniuncta, & valdè dilecta, dummodò diſpoſitio ſuſtineri poſſit in vim codicillorum, n. 19.

6 *Intellectus, l. fi. C. de fideicom. & n. ſeqq. per totam q.*

20 *Pactum, quod fideicommiſſum relictum in teſtamento nullo praeſtetur erit ſeruandum, contra ibid.*

QVÆSTIO DXLIV.

Fideicommiſſa in non ſolenni teſtamento relicta, an ſint praeſtanda?

QVAERO, an fideicommiſsa non ſolenni teſtamento relicta ſint præſtãda? Et negatiuam partem probat text. *in l. ſi veritas, & in l. ſi teſtamento, C. de fideicomm.* & ſcribunt Thom. Doctius *conſil.* 134. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 23. *nu.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 43. *n.* 2. *in fi.*

2 Ampliatur primò, & ſi hæres vni fideicommiſsum præſtaſſet, quia cogi non poterit ad reſtituendum alteri, Clar. *in* §. *teſtamentum, quaeſt.* 90 *in fin.*

3 Ampliatur ſecundò nec deberi in foro conſcientiæ, de quo tamen articulo, qui controuerſus eſt, videndi erunt Padill. *in l. cum quis, nu.* 7. *& ſeqq. C. de iur. & fact. ignor.* Clar. *in* § *teſtamentum, quaeſt.* 90. *verſic. praeterea* Menoch. *lib.* 1. *Praeſumpt. q.* 8. Mantica *de coniect. vltim. volun. lib.* 2. *tit.* 14. Ego in facto proprio viam tutiorem elegi, & ſolui legata à matre relicta ore tenus, nullis teſtibus præſentibus.

4 Ampliatur tertiò non deberi, & ſi hæres fateatur fideicommiſſum eſſe relictum, ſed non in ſolenni voluntate, Doct. *in l. ſi veritas, in l. ex teſtamento, & in l. vlt. C. de fideicomm.* Peregr *de fideic. art.* 43. *nu.* 4. & eſſe communem opinionem, dicit Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 23. *nu.* 1. *& ſeqq. & nu.* 13. *in fine.*

5 Contrarium tenuit Vaſq. *dicto* §. 23. *nu.* 10. *& ſeqq. & praecipuè ante n.* 14. *& n.* 16 *& ſeqq.* vbi multa de confeſſione extra iudiciali abſente parte facta, vel coram iudice incompetenti.

6 Limitatur primo, quando actor allegat fideicommiſſum ſibi relictum fuiſſe, & reus negat, nam hoc caſu poterit actor probare fideicommiſſum per teſtes, ſi voluerit, poteſt etiam deferre iuramentũ hæredi, qui ſi recuſauerit iurare, erit condemnandus ad præſtandum fideicommiſſum, nec poterit amplius excipere, quod fuerit relictum in non ſolenni voluntate. *l. fin. C. de fideicom.* ſecundum vnum intellectum, quem probarunt ibi Gloſ. & Doctor. communiter, Gloſ. *in l ſi veritas, C. eodem. & in* §. *fin. inſtit. de fideic. hered.* Thom. Doctius *conſil.* 134. Peregr. *de fideic. art.* 43. *nu.* 4.

7 Contrarium, quod ſcilicet etiam abſque præcedenti negatione, poſſit iuramentum deferri, tenet Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 23. *n.* 5. licet dicat primam opinionem eſſe communem, & idem antea voluit Iaſ. *in dicta l. fin. numero* 12. *& ſequentibus*, & teſtatur de communi opinione.

8 Intellige tamen, quod ſi actor in oblatione iuramenti, vel aliter dixiſſet fideicommiſsum eſſe relictum in non ſolenni voluntate, quod tunc reus poterit excipere de defectu ſolennitatis, Peregrinus *dicto art.* 43. *numero* 4.

10 Limitatur ſecundò, quando hæres promiſit teſtatori fideicommiſſum præſtare, nam tunc in vim contractus diſpoſitio ſuſtinetur, quando de hoc fideicommiſſarius iuramentum detulit hæredi, & ille recuſat iurare, Bar. *in l. nemo poteſt, col.* 3. & ibi communem eſſe opinionem, dicunt Iaſ. *in prima lect. num.* 8. *& in* 2 *lect. numero* 27. Imol. *col.* 2. Alexan. d. *col.* 3. Crott. *num.* 12. & Annib. *num.* 187 *ff de legat.* 1. Iaſ. *in l. vltima, n.* 17. *C. de fideic.* Guliel. Benedict. *in d. cap. Rainutius*. *in verbo ſi abſque liberis, n.* 172. *extr. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 23 *nu.* 2. 3. *&* 5. dicit hunc eſſe verum intellectum *dicta l. fin. C. de fideicom.* licet diuinet.

11 Limitatur tertiò, quando apparet teſtatorem noluiſſe ſolenniter teſtari, ſed fidei hæredis commiſiſſe eius voluntatem, tunc enim delato iuramento hæredi, & recuſante eo iurare fideicommiſſum debebitur, ſecundum alium intellectum, *dicta l. fin. C. de fideicom.* quem probarunt ibi Gloſ. Martin. Sillan. Cin. Bart. Paul. Caſtrenſ. Corn. *num.* 4. qui aſſerit eſſe communem opinionem, quod dixit & Iaſ. *nu.* 12. Bart. *in l. ſi veritas*, & ibi Ang. & Salicet. *C. de fideic.* Fab. & alij, *in* §. *fin. inſtit. de fideic. hered.* Peregr. *de fideic. art.* 43. *nu.* 4 Ripa *in d. l. nemo poteſt, nu.* 30. *ff. de leg.* 1. Guliel. Benedict. *in d. cap. Rainutius, in verbo ſi abſque liberis, n.* 169. *ext. de teſtam.* Thom. Doct. *conſil.* 134.

12 Contrarium tamen tenet Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 23. *num.* 7. 10. *& ſeqq.* vbi vult deberi fideicommiſſum, licet teſtator non ſit confiſus de hærede, & hoc fauore ſpeciali fideicommiſſorum, & ibi *numero* 13. *in fine*, citat Corn. *dicta l. fin. col.* 2. *&* 3. Bald. Salicet. & Fulgoſ.

Et ad-

Et aduerte ne erres cum Vaſq. nam ille ponit ſolum vnum requiſitum, quod ſcilicet teſtator noluerit ſolenniter teſtari: ſed Doctores ab eo citati mouentur etiam ex alio requiſito iuncto cum iſto, quod ſcilicet noluit ſolenniter teſtari, quia de fide hæredis fuit confiſus.

13 Limitatur quartò, ſecundum alium intellectum *dict. l. finalis*, quod ſcilicet, ſi hæres neget relictum eſſe, tunc fideicommiſſarius nil habiturus ſit, niſi probauerit relictum eſſe ſolenniter, ſi vero agnoſcat relictum, ſed dicat minus ſolenniter, tunc tutus erit, Cin. Bart. Bald. Salic. Fulgoſ. & Corn. relati a Vaſq. *d. §.23. n.8.* qui tamen ab eis diſſentit.

14 Aduertendum autem eſt primò circa limitationes prædictas reſultantes ex intellectu *d. l. fin. C. de fideicomm.* quod illa lex procedit, quando à principio actor elegit fidem hæredis, ſecus enim eſſet, ſi à principio aſſumpſit onus probandi, quia tunc per legitimum numerum teſtium eſſet probanda voluntas. Gloſ. poſt Ioan. & Vgo. *in d. l. fin. in verb. oſtenditur.* & ibi Caſtr. *num.1. C. de fideicomm.* Io. Faber. *in d. §. fin.* & ibi Minſing. *inſtitut. de fideic. hæred.* Guliel. Benedict. *in d. cap. Rainutius, in verb. ſi abſque liberis n.*16.. *extr. de teſtam.* & ita ego conſului *in conſil.* 14. *n.*... *verſ. accedat tertia reſponſio.*

15 Aduertendum ſecundò erit *d. l. fin. & d. §. fin.* ſolum procedere in fideicommiſſis, non autem idem eſſe in legatis, & alijs diſpoſitionibus, vt late, & eleganter comprobat Vaſq. *de ſucceſſ. creat. § 23. nu.10. & ſeqq.* & idem ego conſului in vna de Caſtiglione, *vt in conſil. 32. in fine.*

16 Sed an confeſſio hæredis extraiudicialis abſente parte facta aliquid operetur, videatur Vaſq. *d. § 23. nu. 26. & ſeqq.* & ibi etiam agit de confeſſione facta coram Iudice incompetenti.

17 Limitatur quintò, quando hæres promiſit teſtatori reſtituere per fideicommiſſum hæreditatem Titio, & hoc probetur per duos teſtes, nam præſtandum tunc erit fideicommiſſum, Bart. *in l. nemo poteſt, in 3. appoſit.* & ibi Aretin. Alexand. Iaſ. *in prima & ſecunda lectura*, Crott. & Rip. *n.31. D. de legat. 1.* Peregr. *de fideic. art. 43. num.5.*

18 Limitatur ſextò quando quis eſt inſtitutus hæres in teſtamento non ſolenni, qui ab inteſtato non erat ſucceſſurus, & is poſſideat hæreditatem, nam non poterit recuſare præſtationem fideicommiſſi ex illo teſtamento debiti, Cephal. *conſilio 294. numero 18. & ſeqq.*

19 Limitatur ſeptimò, quando in teſtamento non ſolenni eſſet relictum fideicommiſſum perſonæ coniunctæ, & valdè dilectæ, dummodò talis ſit voluntas, quod ſuſtineri poſſit in vim codicillorum, *l. in teſtamento, ff. de fideicomm. libert.* & ibi Gloſ. Doctores poſt Gloſ. *in l. eam quam. C. de fideicommiſ.* Natta *in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto, quæſtione 27. limitatione quarta, C. de teſtam.* Matth. *ſingul.* 41. quos refert & ſequitur Ceph. *conſ. 294. nu.15.* vbi aſſerit eſſe communem opinionem.

Sed quid ſi pacto conuentum fuit, vt fideicommiſſum relictum in teſtamento nullo præſtaretur: pactum ſuſtinebitur, & fideicommiſſum erit debitum, non ex teſtamento, ſed ex pacto. Ruin. *conſilio 7. numero 15. & 16. libro 3.* Odd. *conſil. 39. numero 16. verſic. qua concluſione & numeris ſequentibus*, Peregr. *de fideicommiſ. artic. 51. num.40.* licet contrarium teneat Dec. *conſ. 488. colum. vlt.*

20 De hac materia etiam videnda erunt, quæ ſcripſi *conſ. 14. & conſ. 32.* vbi plenè.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo fideicommiſſario ante grauatum fideicommiſſum extinguitur. Amplia & limita per totam quæſtionem.*

2 *Mortuo ſimul grauato, & fideicommiſſario non debetur fideicommiſſum, licet non appareat quis prius deceſſerit.*

5 *Caducum fideicommiſſum pro qua portione remaneat penes grauatos remiſſiuè.*

6 *Onera relicta à fideicommiſſario debentur ab hærede, quando fideicommiſſum, vt caducum illi remanet, declara ibidem.*

QVÆSTIO DLXV.

Mortuo fideicommiſſario ante grauatum, vtrum fideicommiſſum extinguatur?

SI moritur fideicommiſſarius ante grauatum, receptum apud omnes eſt, quod fideicommiſſum extinguitur *l. ſi ab eo ff. de vſufr. legat. l. 1. § pro ſecundo, C. de caduc. tollen.* & in ſpecie ita ſcribunt Gloſ. *in l. 1.* & ibi Doct. *C. de his qui ante apert. tab.* Gloſ. *in l. ſi in perſonam, C. de fideicommiſ.* Paul. Caſtr. *in l. precibus colum. penultim. in fine, C. de impub. & alijs ſubſtit.* Franc. *in cap. ſi pater col. 51. ad finem, de teſtam. in 6.* Iaſ. *conſ. 72. col. 2. lib. 3.* Soc. *ſen. conſil. 3. n. 2. lib. 2.* Crott. *conſ. 365. nu. 14.* Pariſ. *conſil. 63. num. 4. lib. 3.* Alciat. *conſil.* ... *nu. 9.* Natta *conſ. 551. nu. 32.* Cephal. *conſ. 152. nu. 2. conſ. 39.. nu. 61. & ſeq. & conſil. 430. numero 24.* Burſat. *conſ. 1. num. 3. lib. 1.* Prat. *de interpret. vlt. volunt. fol. 270. nu. 1.* Cracſ. *in § fideicommiſſum, quæſt. 67.* vbi explicat materiam tranſmiſſionis fideicommiſſi. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* .. *except. 24. num. 30. & ſeqq. part. 2.* Idem præſuppoſuerunt infiniti relati *ſupra quæſt. 491.* 1

Ampliatur & ſi ſimul decedant, nec appareat quis prius deceſſerit, *l. idem eſt, & l. ſeq. ff. de reb. dub.* Peregr. *de fideic. art. 22. num. 1.* Gallus *de except. 24. nu. 31.* 2

Declaratur quando fideicommiſſum eſſet purum, nam illud tranſmittitur, vt dixi *ſupra q. 487.* 3

Declaratur etiam in fideicommiſſo relicto in diem, vel ſub conditione, quando extarent coniecturæ tranſmiſſionis circa quod recurrendum erit ad ea, quæ diximus *d. q. 491.* 4

Caducum autem fideicommiſſum pro qua portione remaneat penes grauatos, ſcribit Ripa *in l. re coniunctis, n. 198. D. de legat. 3.* 5

Sed an is, apud quem remanet fideicommiſſum caducum, teneatur ad onera relicta a fideicommiſſario, Peregr. *de fideicom. art. 16. num. 89.* dicit teneri, ſequitur alios adducendo, Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 24. num. 5. par. 2.* vbi declarat. 6

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non debetur non adita hæreditate, amplia & decl. per totam q.*

Ampliatur etiam, quod perſona hæredis habeatur pro non ſcripta, nu. 4. decl. nu. 5.

Ampliatur & ſi teſtamentum deficeret ex eo quia nullus reperitur hæres ſcriptus, n. 6. decl. n. 7.

Ampliatur etiam mortuo hærede viuo teſtatore, nu. 8. decl. n. 9.

Ampliatur etiam, quando hæres eſt inſtitutus ſub conditione, qui moriatur ante conditionem impletam, numero 10.

Amplia-

Digitized by Google

Ampliatur etiam mortuo hærede poſt delatam hæreditatem ſed non aditam, quando tranſmiſſio locum non habet, num. 11.

Ampliatur & ſi fideicommiſſum in codicillis poſt teſtamentum fratris ſit relictum, nu. 12.

Ampliatur, & ſi fideicommiſſum ſit relictum caſu, quo hæres impugnaret eius voluntatem, & hæres non vult adire, & repudiat hæreditatem, num. 14.

Limitatur, ſi per ſtatuta ſit prouiſum fideicommiſſa deberi non adita hæreditate, nu. 15.

Limitatur ſi in teſtamento ſit appoſita clauſula codicillaris, n. 16. ampl. & decl. nu. ſeqq. & n. 20. & 21.

Limitatur in fideicommiſſo relicto perſonæ, in qua concurrat pietas, & licita affectio, num. 22.

Limitatur in fideicommiſſo ad pias cauſas relicto, n. 23. contra nu. 24.

Limitatur, ſi ob falſam cauſam vitiata fuit inſtitutio, nu. 25. contra nu. 26.

Limitatur, quando hæres ſcriptus eſt etiam hæres ab inteſtato, & is repudiat ex teſtamento, & ſuccedit ab inteſtato, n. 27.

Limitatur, quando hæres non adiuit, eo quia hæreditas ei vti ab indigno aufertur, n. 28. contra n. 29.

Limitatur, quando inſtitutio hæredis fuit à teſtatore cancellata, quia hæres eſſet indignus, quia venientes ab inteſtato præſtant fideicommiſſum, n. 30.

Limitatur, ſi teſtator iurauit diſpoſita in teſtamento, num. 31.

Limitatur, quando teſtator in defectum inſtitutorum fideicommiſit, n. 32.

Limitatur, ſi teſtator diſpoſuit deberi fideicommiſſum etiam non adita hæreditate, n. 33.

Limitatur, ſi teſtator grauaſſet quemcumque ſibi futurum hæredem, n. 34. decl. n. 35.

Limitatur in fideicommiſſo relicto poſt mortem filij impuberis, n. 36.

Limitatur in teſtamento militis, nu. 37.

Limitatur ſi hæreditas ſit tranſmiſſa potentia ſanguinis, num. 39.

Limitatur, quando hæres à iudice fuit iuſſus adire, & is moriatur ante aditionem, nu. 40. contra n. 42.

Limitatur in ſuo hærede, quia ſuitatis exiſtentia confirmat fideicommiſſum, n. 43.

2 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio habet in ſe tacitam conditionem, ſi hæreditas adeatur.*

13 *Fideicommiſſarius ſecundus non admittitur, niſi appareat primum agnouiſſe fideicommiſſum.*

44 *Hæreditate non adita in caſibus, in quibus fideicommiſſum debetur intelligitur, dummodò venientes ab inteſtato illam adeant, amplia n. ſeqq.*

45 *Hæreditatem eſſe aditam probare debet fideicommiſſarius.*

50 *Fideicommiſſum nominatim relictum ab hæredibus ſcriptis, non cenſetur repetitum à venientibus ab inteſtato.*

51 *Hæreditate non adita, vt fideicommiſſum debeatur requiritur implementum conditionis appoſitæ in perſona grauati hæredis.*

QVÆSTIO DLXVI.

Hæreditate non adita, an fideicommiſſa debeantur?

1 QVAERO, ſi hæreditas non ſit adita, an fideicommiſſum debeatur? Et non deberi probatur *in l. quia poterat, in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento ff. ad Trebell. in l. ſi nemo ff. de teſtam. tut. in l. ſi nemo ff. de reg. iur. in l. eam quam, C. de fideic.* & ibi Bald. *nu.* 14. Menoch. *conſi.* 1105. *nu.* 9. *lib.* 12. Decian. *conſ.* 37. *n.* 8. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 274. *nu.* 4. & 5. *lib.* 2. Gomeſ. *Variar. Reſolut. tomo* 2. *cap.* 5. *nu.* 8. Marzar. *in Epit. de fideicommiſ. par.* 3. *q.* 57. Craſ. *in §. fideicommiſſum quæſt.* 66. Præt. *de interpret. vlt. volun. fol.* 368. *nu.* 7. & *nu.* 11. *in fin. fol.* 369. *ſolut.* 2. *n.* 1. & *fol.* 492. *dub.* 3. *nu.* 5. & *nu.* 21. Pereg. *de fideic. art.* 2. *nu.* 6. *cum multis ſeqq.* & *num.* 90. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 32. *nu.* 6. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 24. *n.* 61. & *ſeqq. par.* 2. Rot. Roman. apud Farin. *deciſ.* 459. *n.* 15. *par.* 4.

Habet enim ſubſtitutio fideicommiſſaria in ſe tacitam conditionem, ſi hæres adierit hæreditatem *l. ſi ſic, §. vlt. ff. de legat.* 3. Hier. Gabr. *conſil.* 117. *n.* 15. & *nu.* 19. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 1105. *nu.* 9. 2

Ampliatur primò, etiam quod hæres ſuccederet non ex teſtamento, ſed authoritate, & beneficio legis, quia nec tunc fideicommiſſum deberetur, *l. ſi ſic, §.* 1. & ibi Bart. *ff. de legat.* 5. idem Bart. *in l. eam quam, col.* 2. *verſ. ratio igitur* & ibi Bald. *num.* 1. & Iaſ. *num.* 10. *C. de fideic.* Peregr. *dicto art.* 2. *nu.* 7. 3

Ampliatur ſecundò, etiam quod perſona hæredis haberetur pro non ſcripta, vt quia eſſet inſtitutus aliquis, qui non ſit in rerum natura, vel quia aliter incapax ſucceſſionis, vt deportatus, ſpurius, frater ordinis Minoritarum, & ſimiles, *l. qui in metallum, ff. de his qui pro non ſcript. l. quidam referunt, C. de iur. codicill. l.* 3. *C. de hæred. inſtit.* & *l.* 1. *§. in primo, C. de caduc. tollen.* Bart. *in l. eam quam numero* 5. & ibi Bald. *num.* 18. *C. de fideic.* Peregr. *d. art.* 2. *n.* 9. & *nu.* 79. 4

Declaratur hæc ampliatio vt procedat, quando inſtitutio à principio pro non ſcripta fuit, aliud eſt, quando inſtitutio à principio fuit valida, & viuente teſtatore poſtea fit caduca, vt tradit Pereg. *dicto art.* 2. *n.* 79. 5

Ampliatur tertiò etiam, quod deficeret teſtamentum, in quo fideicommiſſum eſt inſtitutum, ex eo, quia nullus reperitur hæres ſcriptus, *l. proximè ff. de his, quæ in teſtam. delen. §. in primis, inſtitut. tit. de fideicom. hæred.* & ibi Doctores, Peregr. *dicto art.* 2. *numero* 8. Declaratur 6
ista ampliatio, vt non procedat, quando in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris, Peregr. *d. artic.* 2. *num.* 8. & dicetur infra. 7

Ampliatur quartò, etiam quando caducata fuit hæredis inſtitutio, quia mortuus ſit hæres viuo teſtatore, Peregr. *d. art.* 2. *nu.* 10. Odd. *de compend. par.* 6. *art.* 1. *n.* 8. 8
Seraph. *deciſ. Roman.* 943. *numero* 1. Declaratur hæc ampliatio, vt non habeat locum, quando caducata fuit inſtitutio, & teſtator prouidere non potuit, quia tunc ex præſumpta mente teſtatoris ſubſtitutus ſuccedet ex vulgari, ſecundum Odd. *conſ.* 10. *n.* 56. 9

Ampliatur quintò, etiam quando mortuus eſt inſtitutus ſub conditione, ante purificatam conditionem, *l.* 1. *§. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollen. l. ſed & ſi alio. §. vltim.* & ibi Bart. & alij, *D. ad Trebell.* Peregr. *d. art.* 2. *num.* 11. 10

Ampliatur ſextò, etiam mortuo hærede poſt delatam hæreditatem, ſeu non aditam, in caſu, in quo non ſit facta tranſmiſſio ad hæredes, *§. ſed quia, inſtitut. de fideicommiſ. hæredit. l. ſi nemo ff. de teſtam. tut. l. ſi nemo, ff. de reg. iur. §. ille à quo, §. ſi de teſtamento.* & ibi Gloſ. Bart. *nu.* 2. Roman. *nu.* 6. Imol. *nu.* 5. Alex. *numero* 7. & alij ſequuntur, *ff. ad Trebell. eam quam* & ibi Bald. *nu.* 3. & Iaſ. *n.* 10. *C. de fideicom.* Gomeſ. *Variar. Reſolut. tomo* 2. *cap.* 5. *n.* 8. Craſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 66. vbi teſtatur de communi opinione, Peregr. *d. art.* 2. *nu.* 12. Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 369. *ſolut.* 2. *n.* 1. 11

Ampliatur ſeptimò, & ſi fideicommiſſum eſſet relictum in codicillis poſt teſtamentum factis, quia non 12

adita

Digitized by Google

adita hæreditate ex teſtamento, fideicommiſſum non deberetur, Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 308. n. 9.

13 Ampliatur octauò, vt idem ſit in ſecundo fideicommiſſario, qui tenetur probare, primum agnouiſſe fideicommiſſum, Alexand. conſ. 24. nu. 11. verſ. præterea, lib. 3. Marzar. in epit. de fideic. qu. 57. in fine.

14 Ampliatur nonò in caſu, quando teſtator fideicommiſit, ſi hæres impugnaret eius voluntatem, & hæres noluit adire, & repudiet hæreditatem, nam ſubſtitutus per fideicommiſſum non admittetur, Surd. latè conſ. 274. libr. 2.

15 Limitatur primò concluſio principalis, ſi per ſtatuta eſſet prouiſum fideicommiſſa deberi, etiam non adita hæreditate, Marzar. de fideic. q. 57.

16 Limitatur ſecundò, quando in teſtamento eſſet appoſita clauſula codicillaris, tunc enim fideicommiſſa debentur, & cenſentur repetita à venientibus ab inteſtato, l. ex teſtamento, & ibi Doctor. C. de fideicomm. Bart. in d. l. eam quam, & ibi Doctor. communiter, præcipuè Iaſ. nu. 11. C. de fideicomm. idem Bart. in l. 1. qu. 1. ff. de iur. codicill. & in auth. ex cauſa, nu. 17. C. de liber. præter. Socin. ſen. conſ. 140. nu. 6. lib. 1. Dec. conſ. 241. column. 2 conſ. 320. col. 1. & conſ. 478. col. 2. Ruin. conſ. 47 num. 9. libr. 2. Rip. de probat. & de irrit. rupt. teſtamen. reſp. 21. num. 34. Hier. Gabr. conſ. 111. n. 6. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 106. nu. 395. vbi plures alios allegat, & conſ. 526. nu. 40 hoc idem ſentit Guid. Pap. deciſ. 322. Pereg. d. art. 2. num. 16. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 102. nu 79. & fol. 308. nu. 10. Seraph. deciſ. Rom. 943. nu. 2. & ſeqq. vbi etiam agitur an requiratur, quod clauſula codicillaris ſit concepta per verba futuri temporis.

17 Ampliatur hæc limitatio, vt procedat non ſolum quando hæreditas tranſit ad venientes ab inteſtato, ſed etiam quando præceſſit aliud ſolemne teſtamentum, ex quo hæredes ſcripti ſuccederent, nam virtute clauſulæ codicillaris poſitæ in ſecundo teſtamento, hæredes, qui ſucceſſerunt ex primo, tenentur hæreditatem reſtituere, Bart. in l. 1. q. 1. ff. de iur. codicill. Alex. in auth. ex cauſa ad finem, C. de liber. præter. Guid. Pap. deciſ. 513. nu. 3. Socin. iun. conſ. 106. nu. 37. lib. 1. Peregr. d. art. 2. nu. 17. vbi teſtatur de communi opinione.

18 Contrariam ſententiam malè probarunt, Bald. in l. ſi filius qui in poteſtate, ff. de liber. præter. & Imol. in c. cum eſſet, extr. de teſtam.

19 Declaratur iſta limitatio, vt procedat, dummodo teſtator non fecerit ſecundum teſtamentum, quia tunc facto ſecundo teſtamento primum cum clauſula codicillari eſt ſublatum, nec pro hoc cenſentur grauati inſtituti in ſecundo, ad præſtandum fideicommiſſum in primo relictum, Bart. in l. 1. q. 15. C. de iur. codicill. Bald. in l. eam quam, nu. 20. C. de fideic. Guid. Pap. deciſ. 323. nu. 3. Peregr. d. art. 2. nu. 18.

20 Limitatur tertiò, quando eſſemus in caſu, quod clauſula codicillaris in teſtamento ſubintelligitur, vt in te-
21 ſtaméto inter liberos, ſecundum Pancir. conſ. 54. A quo tamen & bene diſſentit Peregr. d. art. 2. nu. 30. & idem voluit Grammat. deciſ. 62. n. 23.

22 Limitatur quartò, quando fideicommiſſum vniuerſale eſſet relictum perſonæ, in qua concurreret ſimul ratio pietatis, & licitæ affectionis, quia deberetur etiam non adita hæreditate; Glo. in l. eam quam, & ibi Bart. C. de fideic. Bald. in l. ſi iure, C. de teſtam. manum. Iaſ. in l. non dubium, nu. 6. C. de teſtam. Tiraq. de priuil. pia cauſa, priuil. 92. Peregr. d. art. 2. nu. 38.

23 Limitatur quintò, in fideicommiſſo relicto ad pias cauſas, quia etiam ſine inſtitutione hæredis, diſpoſita in teſtamento ad pias cauſas ſuſtinentur, & ſunt præſtanda à venientibus ab inteſtato, Bald. in l. eam quam, qu. 7. in lect. antiq. C. de fideic. Soc. iun. conſ. 116. nu. 25. lib. 1. Tiraq. de priuil. pia cauſa priuil. 76. & quæ dixit priuil. 33. vbi relatiuè loquitur, & ponit diſtinctionem, Peregr. d.
art. 2 nu. 33. Contrarium ſentiunt alij relati à Craſſ. in 24
§. legatum, q. 68. n. 4. verſ. contrarium.

Limitatur ſextò quando inſtitutio vitiaretur ob falſam cauſam, nam tunc venientes ab inteſtato præſtarent fideicommiſſum, Bart. in l. ſi iure ff. de legat. 3. Surd. deciſ. 144. num. 9. Licet contra videatur tenere Peregr. d. art. 2. num. 22. 25

[Limitatur ſeptimò, quando teſtator inſtituendo hæredem in coniunctione ſanguinis errauit, ſiue error ſit in coniunctione ſanguinis naturalis, ſiue ciuilis, vt ſi inſtituit aliquem vti filium, vel agnatum, qui non erat talis, nam fideicommiſſum ab eo relictum cenſetur repetitum à venientibus ab inteſtato, licèt vitiata ſit inſtitutio, l. eam quam C. de fideicom. ſecundum vnam lecturam gloſæ ibi, quam probarunt ibi Bartol. Bald. Salicet. Paul. Caſtrenſ. Fulgoſ. Iaſ. & alij communiter, Odd. conſ. 10. n. 63. & ſeqq. Peregr. d. art. 2. nu. 19. 26

Infertur, quod ſi teſtator legitimauit filium, & eum hæredem inſtituat, & fideicommiſſo grauat, ſi inſtitutio ſit nulla defectu legitimationis, fideicommiſſum debebitur à venientibus ab inteſtato, Paul. Caſtr. in d. l. eam quam, num. 4. & ibi Iaſ. num. 2. Dec conſ. 176 per totum, conſil. 688. col. 2. & conſ. 320. col 1. Pariſ. conſ. 3. n. 18. lib. 2. quos refert & ſequitur Pereg. d. art. 2. nu. 20. & ego ſcripſi in vna de Cimettis in conſ. 121. vbi caſus eſt teſtator habens filium ſpurium dum eſſet vxoratus, mortua vxore contraxit matrimonium cum matre ſpurij; & filium inſtituit hęredem vti legitimatum per ſubſequens matrimonium, cumque fideicommiſſo grauauit; annullata inſtitutione, quia filius non fuit legitimatus per ſubſequens matrimonium, cum tempore natiuitatis filij non poſſet eſſe matrimonium inter coniuges l. nuper, C. de natur. liber. cum concord. Menoch. conſil. 16. num. 12. Did. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 2. nu. 15. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 315. n. 6. Peregr. de fideicom. art. 24. num. 49. Ruſtic. in l. cum annus, lib. 2. cap. 18. ff. de condit. & demonſtrat. & ego latè dixi quæſt. 408. num. 105. dubitabitur, an fideicommiſſum deberetur à venientibus ab inteſtato, & tenui deberi.]

Limitatur ſeptimò, quando hæres ſcriptus ſucceſſor etiam eſt ab inteſtato, & is repudiat ex teſtamento, & ſuccedit ab inteſtato, Peregr. d. art. 2. nu. 23. 27

Limitatur octauò, quando hæres non ſuccedit, quia hæreditas ei vti ab indigno aufertur, ſiue fiſco, ſiue alijs deferatur, quia hi tenentur præſtare fideicommiſſa, ſecus ſi fiſcus ſuccederet ex eo, quia bona eſſent vacantia, nec aliquis eſſet hæres, quia tunc fiſcus non teneretur præſtare fideicommiſſa, Bart. ſenſit in l. eam quam, & ibi Iaſ. num. 13. C. fideicom. Raph. Cuman. in l. recuſare, §. ſi fiſco, & ibi Alexand. & Claud. Aquenſ. ff. ad Trebellianum, Rip. in l. ex facto, §. ex facto, numero 6. ff. eod. vbi dicit eſſe communem opinionem, Peregr. dict. art. 2. n. 25. & n. 40. & nu. 77. 28

Contrariam opinionem, quando bona ſunt vacantia, vt fiſcus teneatur fideicommiſſa præſtare, poſt alios relatos tenet Fachin. lib. 6. controu. iur. cap. 22. 29

Limitatur nonò, quando teſtator cancellauit inſtitutionem hæredis, dicendo hoc facere, quia hæredem indignum exiſtimauit, nam tunc hæreditas vadit ad hęredes legitimos cum onere fideicommiſſi præſtandi, l. proximè ff. de his quæ in teſtam. delen. l. noſtram, C. de teſtam. l. hæreditas, C. de his quibus vt indig. & Doctor. in dictis locis, Peregr. d. art. 2. n. 26. 30

Limitatur decimò, quando teſtator iurauit diſpoſita in teſtamento, quia iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris, & clauſulæ omni meliori modo, ita in ſpecie Gloſ. in d. l. eam quam, & ibi Bart. & Iaſ. num. 17. C. 31

de fideic. Alexand. conſ. 42. n. 20. lib. 1. & conſ. 37. n. 22. lib. 2. Peregr. d. art. 2. nu. 27.

32 Limitatur vndecimò, quando teſtator in defectum inſtitutorum fideicommiſit, tunc enim ab inteſtato venientes cenſentur grauati, l. huius. § filiam, & ibi Bart. & alij ff. de leg. 2. Bald. in l. ſi iure, C. de manum. teſtam. & in d. l. eam quam, nu. 4. & ibi Iaſ. nu. 12. C. de fideic. Pereg. d. art. 2. num. 28.

33 Limitatur duodecimò, quando teſtator diſpoſuiſſet ſolui fideicommiſſa, etiam non adita hæreditate, quia eius voluntas ſeruanda eſſet, Iaſ. in d. l. eam quam, col. 11. verſ. decimus, C. de fideic. vbi teſtatur de communi opinione. Peregr. d. art. 2. nu. 35.

34 Limitatur decimotertiò, quando teſtator grauaſſet quemcunque ſibi futurum hæredem. nam fideicommiſſa à venientibus ab inteſtato eſſent præſtanda, Gloſ. in l. ex duobus, §. 1. & ibi Bart. & alij communiter, ff. de vulg. Iaſ. in l. eam quam, n. 12. C. de fideic. Peregr. dicto art. 2. nu. 29.
35 Quod tamen erit ſublimitandum, quando teſtator poſtea feciſſet aliud teſtamentum, licet eſſet iure ſingulari validum, nam à primo eſſet receſſum cum omnibus in eo contentis. Peregr. loco ſupra citato.

36 Limitatur decimoquartò, quando fideicommiſſum eſſet relictum poſt mortem filij impuberis, quia tunc diceretur repetitum à legitimis hæredibus moriente pupillo ante aditam hæreditatem Fulgoſ. in l. eam quam & ibi Ioan. de Mon. Sperel & Iaſ. col. 5. C. de fideic. Socin. iun. conſ. 116. nu. 26. lib. 2. Peregr. d. art. 2. nu. 34.

37 Limitatur decimoquintò, non procedere in fideicõmiſſo relicto teſtamento militis quia illud erit præſtandum à legitimis hæredibus, etiam non adita hæreditate ab hærede ſcripto. Peregr. d. art. 2. nu. 36.

38 Limitatur decimoſextò, in teſtamento cauſa præteritionis, vel exhæredationis infirmato, nam licet non ſit adita hæreditas, fideicommiſſa tamen ſuſtinentur, de quo laté dixi qu. 571.

39 Limitatur decimoſeptimò, quando hæreditas eſſet tranſmiſſa potentia ſanguinis, Bart. in d. §. ſi de teſtamento, & ibi alij communiter, Craſſ. in § fideic. qu. 66. in fine, & alij relati ſupra nu. 10.

40 Limitatur decimooctauo, quando hæres deceſſiſſet poſt iuſſum & decretum iudicis de adeundo, licet enim adiuiſſet, fideicommiſſum tunc deberetur, l. non inſtam, & ibi Bart. & alij communiter, C. ad Treb. Gloſ. in d. §. ſi de teſtamento, & ibi Bart. nu. 2. & cæteri ſequuntur, idem Bart. in l. eam quam, verſ. ſeptimus eſt caſus, & ibi Bald. nu. 15. C. de fideic. Gomez variar. reſolut. tomo 2 cap 5. nu. 8. Craſſ. in § fideicommiſſum q. 66. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Pereg. dicto art. 2. n. 76. vbi pariter teſtatur de communi. Rota Romana apud Farinac. deciſione 459. n. 2. in nouiſſ. part. 4.

41 Idem eſt, quando hæres recuſaſſet adire, ex eo quia prohibita ſit ei Trebellianica, quia tunc fideicommiſſario aperitur via, Bart. in dicta l. eam quam, nu. 5. & ibi Iaſ. col. 9. C. de fideic.

42 Contra tamen hanc limitationem tenent alij, volentes perire fideicommiſſa ceſſante tranſmiſſione, niſi fideicommiſſarius cogat hæredem adire, ita Iacob. de Beluiſ. in § hinc nobis in auth. de hered. & Falcid. Bald. in l. filium quem habentem, nu. 4. C. famil. hercisc. Rom. in auth. ſimiliter in ſpeciali 21. Rip. in l. nemo poteſt, num. 46. & ibi Crott. nu. 33. ff. de leg. 1. Peregr. d. art. 2. n. 91. & ſeq. vbi ſubdit, quod ad euitandos circuitus hærede declarante nolle adire, concedi poterit fideicommiſſario, vt ipſe adeat.

43 Limitatur decimononò, quando hæres ſuus eſſet grauatus, exiſtentia enim ſui hæredis confirmat fideicommiſſum vniuerſale. Bart. in l. ita tamen, §. ſi pater & ibi Ang. Imol. Paul. Caſtren. & Alexand. ff. ad Trebell. Præt. de interpr. vlt. volun. fol. 274. nu. 4. & fol. 308. nu. 7. & quæ dicta ſunt qu. 600.

44 Declarantur autem prædictæ limitationes primò, vt locum habeant, dummodò hæreditas adeatur per venientes ab inteſtato, nam illis non adeuntibus, vel propter repudiationem, vel alia de cauſa fideicommiſſum euaneſceret. Gloſ. in l. qui filio, §. ſeruo, & ibi Bartol. & Imol. nu. 7. ff. de hered. inſtit. Bart. in l. ſi in teſtamento, in princ. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Bald. in l. eam quam, nu. 4. & ibi Alber. Paul. Caſtr. & Iaſ. nu. 12. C. de fideic. Bald. in auth. ex cauſa, C. de liber. præter. Paul. Caſtr. in l. omnia, qua nu. 1. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 5. col. vlt. lib. 2. Corn. conſ. 324. lib. 4. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 308. n. 10. ad medium, vbi dicit neminem de hoc dubitare, & nu. ſeq. & fol. 492. n. 6. & ſeq. Peregr. d. art. 2. nu. 37.

45 Et quod hæreditatem adierint venientes ab inteſtato probare debet fideicommiſſarius, qui petit fideicommiſſum, alias ſuccumberet, ita Præt. d. fol. 308. n. 11. & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Ludouici Zambelli.

46 Ampliatur primò hæc declaratio, vt procedat etiam in caſu, quando adita eſſet hæreditas per venientes ab inteſtato, tenentes ſecundum, vel vlteriorem gradum ſucceſſionis, in caſu quando qui tenebant primum gradum non ſucceſſerunt, vel repudiatione, vel alia de cauſa, Gloſ. in l. non inſtam, & ibi Bald. & Angel. C. ad Trebell. Bart. in l. licet Imperator, & ibi Iaſ. n. 38. ff. de leg. 1. Paul. Caſtr. in l. 1. §. vlt. ff. de leg. 3. Angel. Aret. inſtit. de codicil. in principio, Corn. in auth. ex cauſa, & ibi Iaſ. in fine, C. de liber. præter.

47 Contra tamen tenuit Pereg. dicto art. 2. num. 38. cum quo & ego tranſeo, cum eius opinio mihi verior videatur.

48 Ampliatur ſecundò, vt procedat, etiam quod fiſcus caperet hæc bona tanquam vacantia, ex eo quod nec ſcripti hæredes, nec venientes ab inteſtato ſuccederent, tunc enim fiſcus non teneretur præſtare fideicommiſſa Bart. ſenſit in l. eam quam, & ibi Iaſ. num. 13. C. de fideic. Cuman. in l. recuſare. §. ſi fiſco, & ibi Alexandr. & Claud. Aquenſ. ff. ad Trebellianum, Rip. in l. ex facto, §. ex facto, n. 6. ff. eod. vbi teſtatur eſſe communem, Pereg. dicto art. 2. num. 40.

49 Declarantur ſecundò prædictæ limitationes, vt non procedant, quando fideicommiſſa eſſent nominatim ab hæredibus ſcriptis relicta, quia tunc à venientibus ab inteſtato non cenſerentur repetita Gloſ. in l. 1. §. penult. & ibi Bart. ff. de legat. 3. idem Bart. in l. ſi quis cum teſtamentum §. 1. ff. de iur. codicill. & in l. cum pater, §. cum æſtimaret, ff. de legat. 2. Salicet. in l. non inſtam, & ibi Fulgoſ. & Caſtrenſ. C. ad Trebellianum, Bart. conſil. 204. factum tale eſt, Præt. de interpretat. vltim. volunt. fol. 102. num. 79.

50 Declaratur tertiò, vt procedant dictæ limitationes, dummodò conditiones appoſitæ in perſona inſtituti, & grauati ſint purificatæ, vt ſi inſtitutus ſit Titius, & ſi ſine liberis decederet, ſit grauatus reſtituere Mæuio, nam ſi Titius ſit mortuus cum liberis non adita hæreditate, fideicommiſſum non erit præſtandum à venientibus ab inteſtato, quoniam non euenit caſus fideicommiſſi, quod Titius ſine filijs ſit mortuus, Odd. conſil. 10. nu. 63. & ſeqq. & videndi erunt Hieron. Gabr. conſil. 111. nu. 5. & ſeqq. lib. 1. & Præt. de interpr. vlt. vol. fol. 105. nu. 26. 27. 28. [Et hanc declarationem ego probaui in d. conſ. 121. in fine, & erunt videnda quæ dixi infra q. 571. in fine.]

51 Declaratur quartò non habere locum prædictas limitationes, quando venientes ab inteſtato admitterentur ad hæreditatem contra teſtatoris mentem, ita volente lege, nam tunc non tenerentur reſtituere fideicommiſſa.

commiſſa, vt in caſu, ſuper quo conſuluit Odd. *conſ.* 10. *dubio ſecundo.*

SVMMARIVM.

1 *Incapax ſi fiat fideicommiſſarius fideicommiſſum expirat, decl. ibidem.*

1 *Bannitus, ſi fiat fideicommiſſarius, fideicommiſſum expirat, decl. ibidem.*

1 *Frater minor, ſi fiat fideicommiſſarius, fideicommiſſum expirat, decl. ibid.*

QVÆSTIO DLXVII.

Bannitus, Frater Minor, vel aliter incapax ſi fiat fideicommiſſarius, an fideicommiſſum debeatur?

1 QVAERO, ſi fideicommiſſarius fiat incapax ſucceſſionis, vt quia bannitus, vel frater minor, an expiret fideicommiſſum? Et quod expiret, ſcribunt Pariſ. *conſ.* 63. *num.* 17. *lib.* 3. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 370. *nu.* 2. *verſ. ad idem*, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 24. *nu.* 15. *& ſeqq. parte* 2. & ita conſului pro Illuſtribus DD. Paulo, & fratribus de Portulacis, dicendo D. Herculem Portulacam nil poſſe prætendere in fideicommiſſis purificatis per mortem Illuſtriſſimi D. Vincentij Portulacæ ſtante eius banno de omnibus terris, & locis cum publicatione bonorum. [Et in bannito idem tenent Decian. *conſ.* 86. *nu.* 31. *lib.* 3. Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 3. *cap.* 7. *tit. de Bannitis nu.* 30. *in fin.* Menochius *conſ.* 91. *num.* 2. *& ſeqq.* Et in feudis idem dicit *conſ.* 101. *dubio primo lib.* 1. Hæc tamen difficultas pendet ab illa graui quæſtione; an bannitus poſſit capere ex teſtamento, de qua per Peregrinum *in d. tract. de iur. fiſc. lib.* 3. *cap.* 7. Menoc. *lib.* 5. *præſumpt.* 45. *& conſil.* 271. Decian. *d. conſ.* 86. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 123. *n.* 10. *& ſeqq.* & Carp. *ſuper ſtat. Mediol. cap.* 18. *& paſſim per alios.*]

2 Ampliatur nec fideicommiſſum tranſmitti ad hæredes, Gallus *d. except.* 24. *nu.* 22.

Declaratur tamen ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupra *qu.* 469.

QVÆSTIO DLXVIII.

QVAERO; teſtator ſubſtituit per fideicommiſſum Eccleſiam in tali loco ædificandam, ſi Eccleſia non poteſt in illo ædificari, fideicommiſſum expirat, Soc. iun. *conſil.* 162. *libr.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 370. *nu.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris operatur rupto teſtamento præteritione filij iam nati, quod fideicommiſſum debeatur hæredi ſcripto, contra n.* 2. *limita n.* 4. *& ſeqq.*

3 *Clauſula codicillaris idem operatur ac ſi teſtator rogaſſet venientes ab inteſtato reſtitui hæreditatem hæredi ſcripto.*

8 *Clauſula codicillaris concepta per verba præſentis temporis rupto teſtamento natiuitate poſthumi præteriti tam ſcienter, quam ignoranter non operatur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto, contra numero* 9.

10 *Clauſula codicillaris concepta per verba præteriti imperfecti ſubiunctiui rupto teſtamento natiuitate poſthumi præteriti operatur fideicommiſſum ad fauorem ſcripti hæredis, decl. n. ſeqq.*

13 *Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis rupto teſtamento præteritione, poſthumi ſcienter facta operatur fideicommiſſum ad fauorem hæredis ſcripti.*

14 *Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis rupto teſtamento præteritione poſthumi, ſi de eo teſtator cogitauit, operatur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto.*

15 *De poſthumo cogitaſſe teſtatorem, quando dicatur.*

16 *Clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto rupto teſtamento præteritione poſthumi ignoranter facta, licet clauſula concepta ſit per verba futuri temporis, contra nu.* 18. *decl. n.* 20. *& ſeqq.*

17 *Teſtamentum militis iure communi factum tacitè cõtinet clauſulam, ſi non valet iure communi, valeat iure militari.*

23 *Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis rupto teſtamento præteritione poſthumi ignoranter facta, ſi teſtator diu vixit, & non mutauit teſtamentum, operatur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto, contra nu.* 26. *alij iudicis arbitrio relinquunt, num.* 27.

24 *Actus nullus non conualeſcit, niſi nouo adhibito conſenſu.*

25 *Donatio non reuocatur ſuperuenientia filiorum ſi donans diu vixit, nec reuocauit donationem.*

43 *Clauſula codicillaris concepta per verbum poteſt iuncto infinitiuo idem operatur, ac ſi eſſet concepta per verba futuri temporis circa effectũ, quod fideicommiſſum debeatur hæredi ſcripto rupto teſtamento præteritione poſthumi.*

45 *Clauſula codicillaris ſubintellecta in teſtamento non operatur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto rupto teſtamento præteritione poſthumi, contra numero* 46.

47 *Fideicommiſſum, quod debetur hæredi ſcripto rupto teſtamento præteritione poſthumi ob clauſulam codicillarem tranſmittitur per hæredem, ſi in eius vita ceſſit dies fideicommiſſi, contra nu.* 48.

49 *Trebellianica non deducitur de fideicommiſſo, quod præſtatur à filio præterito rupto teſtamento, ob vim clauſulæ codicillaris.*

50 *Fideicommiſſum purum dicitur quod præſtatur à filio præterito ob vim clauſulæ codicillaris, quando præteritione ruptum eſt teſtamentum, decl. numero* 51.

QVÆSTIO DLXIX.

Vtrum præteritione filij rupto teſtamento clauſula codicillaris operetur, vt bona per fideicommiſſum ſint reſtituenda hæredi ſcripto?

CLAVSVLAE codicillaris effectus ſunt multi, inter quos maximus eſt, quod rupto teſtamento ex cauſa præteritionis filij, bona reſtituenda ſunt illius clauſulæ vigore hæredi ſcripto in teſtamento, vt tamen iſte articulus clarius expediatur, diſtinguo duo capita.

Primum caput eſt, quando præteritus eſt filius iam natus, & tunc per clauſulam ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum, filius præteritus cenſetur grauatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hære- 1

Digitized by Google

hæredi ſcripto Gloſ. in l. codicillis. §. vltimo ff. de legat. ſecundo Gloſ. in l. 2 ff. de legat. 3. & ibi Bartol. idem Bartol. in authent. ex cauſa. colum vlt. verſic. quæro virum illa clauſula, & ibi Bald. in 7. quæſt. & in fine, & in 4. col. in prima oppoſit. in fine, Angel. colum. vlt. Paul Caſtrenſ. colum. penultim. Salic. col. penult. & ſequenti, Alexandr. colum. 6. verſic. & item ſi hæc verba. Iaſ. colum. antepenultima. verſic. tertio quæro, Io. Fabr. in fine, Curt. iun. col. 20. & ſeq. & Cogn. num. 38. C. de liber. præter. Bart. in l. .q. 5. ff. de iur. codicil. Bald. in l. ex ea, §. 1. ff. de teſtam. & ibi Angel. & Imol. Angel. in §. ſine igitur, in fin. in Auth. vt cum. de appell. cognoſc. & in l. ſi præteritioni. §. vltim. col. pen. ff. ad Trebell. Imol. in l. filio præterito, col. 7. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtament. Aret. inſtit. de codicill. in princ. col. 1. in fine, & ibi Chriſtoph. Port. col. 1. in fine. Alexand. in l. 1. C. de codicill. Iaſ. in auth. nouiſſima, col. 7. limit. 8. C. de inoffic. teſtam. Zucard. in l. poſthumo. nu. 102. C. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. Tiraquel. in l. ſi in verb. donatione, num. 2. C. de reuoc. donat. Guliel. Bened in cap. Raynutius. in verb. in eodem teſtamento, il primo, nu. 242. extr. de teſtam.

Et conſulendo Bart. conſil. 6. viſo teſtamento, columna 1. circa finem. conſil. 20. factum ſic habet, col. penul. & conſ. 49. Nicolutius Bald. conſil. 195. lib. 1. conſ. 393 in fine, lib. . conſil 36. colu. 2 conſil. 391. in fine conſ. 431. libro tertio, conſ. 170 colum. vlt. & conſi. 319. col. 2. in fine, lib. 5. Angel. conſ. 99. columna prima. conſil. 108. columna prima, & conſilio 136. columna vltima, Paul. Caſtr. conſil. 220 circa primum quæſitum columna 1. conſil. 375. ne ſub æquinoco, columna ſecunda & conſil. 411. viſo facto, & dubijs, columna prima. libro primo. Comenſ. conſil. 126. Alexand. conſil. 9. columna vltima, conſil. 126. columna ſecunda, in fine, & conſ. ſequenti, conſil. 37. columna ſecunda, conſilio 41. columna vltima. libro primo, conſilio 142. columna ſecunda, & ſequenti conſ. 161. columna prima, libro ſecundo. conſ. 86 columna prima, in princ. conſil. 102. col. 2. lib. 3. conſil. 19. col penult. & ſeq & conſil. 50. col. 1. in fine, lib. 6. Corn. conſil. 29 col. 1. in ſubſcriptione, conſil. 96. col. 1. conſi. 118. col. penul. in fine conſil. 126. col. 1 lib. 2. conſil. 245. in fine lib. . conſi. 232. col 3. & conſil. 320. col. vlt. lib. 4. Barbat. conſil. 5 . col. antepenult. & ſeq. lib. 3. Socin. ſen. conſil. 93. num 31. in fine, lib. 4. Decianus conſ. 228 col. 1. in fine. & col ſeq. & eſſe communem opinionem ſcribit conſ. 490. col penult. & conſil. 620. Caſſan. conſ. 67. col. 14. Pariſ. conſ. 30. num. 11. lib. 3. Rimin. ſen. conſil. 21. num. 20. lib 1. Socin. conſil. 107. nu 24 lib. 1. & conſil. 29. n. 7. lib. 3. Purpur. conſil. 518. nu. 7. Hieron. Gabr. conſil. 113 n. 7. lib. 1. Rip in ff. infort. reſp. 1 nu. 18. Alben. conſ. 646. Surd. conſil. 55. nu. 13. & conſil. 232. nu. 20. Honded. conſ. 74. num. 21. lib. 1. Franc. de Pont conſ. 42. nu. 12, 13.

Et in Tractatibus, Turret. de clauſ. codicill. q. 53. Dur. de art. teſtan. tit. de liber. hæred. inſtit. vel exhæred. caut. Caſſan in conſuet. folio 249. columna 2. Hieron. Gabr. de clauſul. concluſion. ſeptima, vbi dicit eſſe magis communem opinionem Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 46. verſic tenenda eſt ergo, Crall. in §. teſtamentum, qu. 50. Ripa obſeruat. 188. Menochius libro 4. præſumpt. 32. num.... vbi dicit eſſe receptiſſimam ſententiam. Mantica de coniect. vlt. volunt lib. 1. tit. 1. num. 10. lib. 7. tit. 12. nu. 27. Ruſtic in l. cum auus, lib. 1. cap. 1. num. 21. ff. de condit. & demonſtr.

Et in Deciſionibus, Toloſ. deciſ. 455. & ibi apoſtil Farin, deciſ. Roman. 505 aliàs impreſſa in nouiſſ. deciſione Rot. Rom. par. 4. & ego hanc probaui ſuper teſtamento D... vxoris D. Verzerij de Lucciagis, quæ inſtituerat maritum, & filios præterijt.

2 Cæterum à prædictis diſſentiunt alij tenentes nullum fideicommiſſum deberi, nec vigore clauſulæ codicillaris, Gloſ. in auth. ex cauſa. in Gloſ. vlt. in fine, & ibi Iacob. Butrig. in fine. verſic. circa ſecundum, Iac. de Aren. Guliel. de Cun. & Raim. C. de liber. præter. Gloſ. in l. ex ea, §. 1. Gloſ. 1. in fine, dum allegat l. Titiam ff. de inoff. teſtam. Guliel. de Cun. in lib. vlt. verſic. ſed ſi teneas, C. de codicill. & ibi Oldrad. idem Old. in l. Titia, ff. de inoff. teſtam. & ibi Bald. columna 1. Aret. in l. ex hac ſcriptura, §. 1. ff. de teſtam. Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſè, colum. 11. verſ. item vide, rurſus Old. conſ. 141. col. 2. Bald. conſil. 387. lib. 5. Paul. Caſtr. conſil. 264. col. vlt. libr 1. Cum. conſil. 103. in ſubſcriptione, Signor. de Homod. conſ. 171. vbi de communi opinione teſtatur Caſſan. in conſuet. fol 251. colum. 2. Fachin. lib. 4. controu. iur. cap. 11. vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communem, Burſat. conſ. 15. nu. 8. lib. 1. Bardell. conſ. 3. nu. 21. & ſeqq. & conſ. 21. nu. 67 & ſeqq.

Primæ opinionis fundamenta ſunt, primò text. in l. ex ea §. 1. ff. de teſtam. vbi Paulus ita ſcribit, ex his verbis quæ ſcripturæ pater familias addidit, hoc teſtamentum ratum eſſe volo quacunque ratione poterit videri eum voluiſ-
ſe omnimodo valere ea quæ reliquit, etiam ſi inteſtatus de- 1
ceſſiſſet, & ſic clauſula codicillaris habet effectum, vt cum hæredis inſtitutio, quæ eſt caput teſtamenti, non valet directè, valeat per obliquum, & ſic iure fideicommiſſi, quod filius præteritus ab inteſtato ſuccedens cenſetur grauatus reſtituere hæredi ſcripto, iuxta l. cohæredi. § cum filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. cum concord. allegatis a Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. num. 2. verſic. & hæc quidem.

Secundò pro hac ſententia facit, quia clauſula codi- 3
cillaris idem operatur ac ſi teſtator expreſsè venientes ab inteſtato rogaſſet de reſtituendo hæreditatem ſcripto hæredi, l. vltima C. de codicill. ibi, Illud quoque pari ratione ſeruandum eſt, &c. Atqui ſi teſtator expreſsè rogaſſet filium ab inteſtato ſucceſſurum, vt reſtitueret hæreditatem hæredibus ſcriptis in teſtamento, fideicommiſſum ſine dubio præſtandum eſſet l. ſi quis cum teſtamentum ff. de iur. codicill. ergo idem effectus reſultabit ex clauſula codicillari adiecta in teſtamento.

Pro ſecunda verò ſententia allegatur primò, l. Titia, ff. de inoff. teſtam. cuius verba ſunt, Titia filium hæredem inſtituit, filio legatum dedit, eodem teſtamento ita cauit, Ea omnia quæ ſupra dari fieri iuſſi, ea dari fieri volo ab omni hærede bonorumve poſſeſſore, qui mihi erit etiam iure inteſtato. Item quæ dari iuſſero, ea vti dentur fiantque fidei eius committo. Quæſitum eſt ſi ſoror contrum virali iudicio obtinuerit, an fideicommiſſa ex capite ſuprascripto debeantur. Reſpondi, ſi hoc quæratur, an iure eorum, quos quis ſibi ab inteſtato hæredes, bonorumve poſſeſſores credat, fideicommittere poſſit; reſpondi poſſe. Paulus notat. probat autem nec fideicommiſſa ab inteſtato data deberi, quaſi à demente: ex quibus vltimis verbis patet fideicommiſſa non deberi, quaſi relicta à demente, ergo non erit bona cautela clauſulæ codicillaris; quia hoc modo eluderentur leges, quæ voluerunt proſpicere filijs ne à parentibus prætereamtur.

Secundò hoc probatur in l. ſi patronus, § vlt. ff. de leg. 3. ibi, Claudius notat, nec fideicommiſſa ab inteſtato data deberentur ab eo, cuius de inofficioſo teſtamento conſtitiſſet, quia crederetur quaſi furioſus teſtamentum facere non potuiſſe, ideoque nec aliud quid pertinens ad ſuprema eius iudicia valet. Si ergo teſtamentum cenſetur quaſi à demente factum, quando præteritus eſt filius, clauſula cenſetur appoſita à teſtatore contra officium pietatis ideo nihil operatur d. l. Titia, iuncta l. 2. eod. & d. l. ſi patronus. §. vlt. vel ſaltem præſumi debet quod nullum effectum producat, Burſat. d. conſ. 15. nu. 8. vbi allegat Ign. Curt. & Gabr.

Tertio accedit, quod præterito filio teſtamentum eſt

ipſo

ipſo iure nullum abſque filij præteriti declaratione, & ex teſtamento nullo ſcriptus hæres nil conſequitur, ſed hæreditas vadit ad venientes ab inteſtato, *auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* §. *ſin autem hæc omnia in auth. vt cũ de appell. cognoſc.* Et fideicommiſſum relictum in teſtamento nullo debetur ex codicillis. Ign. *dicta auth. ex cauſa, num.* 100. & hoc extraneo hærede relicto, idem non adita hæreditate, & ſi non debetur extraneo hærede relicto, minus debebitur à filio præterito cuius fauore annullatur teſtamentum & ita arguit Burſat. *dicto conſil.* 15. *num.* 6.

Et forſan hæc opinio verior eſt de ſtricto iure, & ea retenta reſpondendum erit ad contraria, quod illa procederent, quando diſpoſitio eſſet legitimè facta, nec abſurdum contineret, vt hic continetur propter præteritionẽ filij factam contra iuris diſpoſitionẽ, nimirum ſi lex eam præſumit quaſi à demente factam, eàmque annullat. Conſulendo tamen, & iudicando non erit à prima ſententia, quæ receptiſſima eſt, recedendum.

4 Limitatur primò communis opinio, quando teſtator feciſſet aliud teſtamentum validum, nam tunc fideicommiſſum non deberetur ex ſecundo nullo præteritione filij ob clauſulam codicillarem in eo appoſitam, ſecundum Bardel. *conſ.* 21. *nu.* 71. vbi allegat Bald. Alex. Non. Rimin. & Caualcan.

5 Limitatur ſecundò, quando teſtator expreſsè prouidit de alijs fideicommiſſarijs hæredi ſcripto, nam tunc fideicommiſſum hoc conſeruatur, non autem debebitur aliquid hæredi ſcripto vigore clauſulæ codicillaris, Bardel. *conſil.* 3. *numero* 27. & dicam *in ſequenti quæſtione*.

6 Limitatur tertiò in teſtamento condito à muliere, vel alio iuris ignaro, quia clauſula tunc nihil operatur, quaſi præſumatur appoſita ex ſtilo notarij, Bardel. *conſ.* 2. *num.* 29. & *conſ.* 21. *nu.* 76.

7 Limitatur quartò, quando aliàs filij omnes æquales redderentur, quia ex æquitate clauſula codicillaris nil operaretur, Bardel. *conſ.* 5. *nu.* 30. vbi citat Rot. Roman. & Polid. de Rip.

Secundum caput eſt, quando poſthumus eſt præteritus, & tunc quatuor caſus ſunt diſtinguendi.

8 Primus caſus eſt, quando clauſula codicillaris eſt concepta per verba præſentis temporis, hoc modo, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, & tunc ſiue ignoranter, ſiue ſcienter poſthumus ſit præteritus, rumpatur teſtamentum, nec in vim fideicommiſſi ſuſtinetur, Bart. *in l.* 1. *n.* 10. *ff. de iur. codicill. in l. ſi ita ſcripſiſſet, ff. de leg.* 2. & *in l. cũ ſtipulamur*, & ibi Alexand. *ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. ex ea*, §. 1. & ibi Imol. *ff. de teſtam.* Paul. Caſtr. *in l.* 1. *C. de poſthum. hæred. inſtitu.* Salicet. *in authen. ex cauſa, col. penult.* & ibi Iaſ. *col. penult.* & Cagnol. *n.* 141. *C. de liber. præter.* Salic. *in l. vltima*, §. *vlt. col.* 1. *C. de codicil.* Angel. Aret. *inſt. de codicil.* & ibi Port. *col.* 2. Paul. Caſtr. *conſ.* 200. *clarum eſt, lib.* 1. & *conſ.* 15. *incipiendo a ſecundo quæſito lib.* 2. Crauet. *conſ.* 69. *numer.* 1. Ant. Gabr. *de clauſ. concl.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 32. *n.* 3. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Præt. *de interp. vlt. volunt. fol.* 103. *n.* 6. Fachin. *lib.* 4. *Controu. iur. cap.* 12.

Rationes multæ ſunt, quæ in fortioribus deducentur in tertio caſu, quando clauſula eſt concepta per verba futuri temporis, præcipua autem ad hunc caſum ea eſt, quia verba clauſulæ, cum ſint præſentis temporis, non important conditionem, ideo ad futurum non trahuntur, & ſolum operantur circa vitium præſens, Menoch. *de præſumpt.* 32. *n.* 5.

9 Contrariam autem ſententiam malè probarunt Cor. *conſil.* 118. *column. penult. in fine libr.* 2. Pariſ. *conſil.* 60. *col.* 4. *num.* 24. & *conſ.* 64. *num.* 18. *libro* 2. Theſaur. *deciſ.* 141. *num.* 4.

Secundus caſus eſt, quando verba clauſulæ codicillaris ſunt poſita in tempus præteriti imperfecti ſubiunctiui, vt ſi dictum eſſet, ſi non valeret iure teſtamenti, &c. & tunc perinde eſt, ac ſi clauſula eſſet concepta per verba futuri temporis, & ideo poſthumus præteritus dicetur rogatus reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, Bart. *in l.* 1. *quæſt.* 7. *ff. de codicill.* Bal. *in l. vlt. nu.* 21. *C. de codicill.* vbi dicit ita ſenſiſſe Iac. de Aren. & Nic. Matt. & ſequitur ibi Salic. *num.* 19. Corn. *conſ.* 118. *numer.* 17. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 242. *num.* 5. *verſ. Sed reſpondetur*, Bellon. *conſil.* 75. *nu.* 6. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *num.* 6. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 102. *num.* 82. *vſque ad finem ſolut.* Ruſtic. *in d. l. cum anus, lib.* 1. *cap.* 1. *numero* 23. *ff. de condit. & demonſtr.* 10

Declaratur primò hic caſus, vt procedat, dummodò verba præteriti imperfecti ſubiunctiui non poſſint verificari in tempore præſenti, nam ſi operarentur in tempore præſenti, poſtea non traherentur ad futurum, vt eſſet, quando filius iam natus eſſet præteritus, nam tunc quia verificantur in tẽpore præſenti, & eam operantur, ſi poſtea iſte filius iã natus & præteritus decederet viuo teſtatore, & ei naſceretur alius poſthumus, tunc clauſula his verbis concepta non operaretur, vt & poſthumus diceretur rogatus per fideicommiſſum reſtituere hæredi ſcripto, Angel. *in l. cum ſtipulamur, ff. de verbor. oblig.* & ibi Imol. Caſtr. apertius. *nu.* 1. Alexand. *num.* 2. & Iaſ. *num.* 2. Capr. *conſ.* 106. *in fine*, Corn. *conſ.* 320. *in fine lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 60. *n.* 24. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 69. *num.* 2. Hier. Gabr. *conſ.* 113. *n.* 8. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *n.* 6. vbi dicit hanc opinionem tanquã humaniorem eſſe tenendam, licet contraria opinio ſit verior, Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 103. *num.* 1. *verſic. verum*. 11

Contrariam ſententiam, quod immò in vtroque caſu clauſula dictis verba concepta operetur, vt præteritus poſthumus grauatus dicatur per fideicommiſſum, tenent Aret. *in d. l. cum ſtipulamur*, & ibi Alciat. *nu.* 5. *ff. de verb. oblig.* & Dec. *conſ.* 242. *nu.* 3. 12

Declaratur etiam multipliciter hic caſus, ex his quæ dicentur plenè pro declaratione caſus ſequentis.

Tertius caſus eſt, quando clauſula codicillaris eſt concepta per verba futuri temporis, & hic caſus ſubdiſtinguitur in tres alios caſus.

Primus caſus eſt, quando teſtator ſcienter præterijt poſthumum, & tunc præſumitur teſtatorem voluiſſe hæreditatem per fideicommiſſum eſſe reſtituendam hæredi ſcripto, Bart. *in l.* 1. *nu.* 10. *in quæſt.* 6. *ff. de iur. codicill.* Socin. ſen. *conſ.* 93. *nu.* 32. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 490. *nu.* 4. Ruin. *conſ.* 2. *in fine, lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 60. *n.* 24. & *n.* 26. *cõſ.* 61. *nu.* 24. & *conſ.* 64. *col.* 1. *lib.* 2. in quibus locis dicit eſſe communẽ opinionem, Ripa *in inforr. ff. de liber. & poſthum. reſp.* 1. *n.* 18. Clar. *in* §. *teſtamentum, q.* 46. *verſ. item*, Ant. Gabr. *de clauſ. concl.* 8. *numer.* 5. vbi dicit omnes in hoc concordare, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *num.* 7. vbi ſcribit neminem ab hac ſententia diſſentire, Petr. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 104. *ante num.* 8. vbi dicit de hoc non eſſe dubium. 13

Secundus caſus eſt, quando teſtator cogitauit de poſthumo, ſed eum præterijt, & tunc etiam clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis operatur grauamen fideicommiſſi, ad fauorem hæredis ſcripti, Angel. *conſ.* 107. Dec. *conſ.* 490. *n.* 6. *in fine*, Bertrand. *conſ.* 190. *column.* 7. *lib.* 3. Ripa *de probat. & de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. reſp.* 21. *num.* 34. *in fine*, Socin. iun. *conſil.* 118. *num.* 72. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 138. *nu.* 32. *ad medium, lib.* 1. Honded. *conſil.* 74. *num.* 23. & *ſeqq. lib.* 1. Clar. *in* §. *teſtamentum quæſt.* 46. *in fine*, Ant. Gabr. *de clauſ. concl.* 8. *num.* 22. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *nu.* 8. Licet contrariam opinionem tenuerit Aret. *conſ. vlt. col. penult. verſ. ad tertium dico*. 14

15 Et dicitur cogitatum de poſthumo, quando de eo in alia teſtamenti parte facta eſt mentio, Corn. conſil. 195. num. 6 lib. 1. Dec. conſil. 290. num 6. Menoch. libr. 4. præſumpt. 32. num. 8. in fine. Aliter etiam dici cogitatum de poſthumo colligitur ex ſcriptis per Honded. conſil. 75. num. 24. & ſeqq. lib. 1.

16 Tertius caſus eſt, quando teſtator ignoranter præterijt poſthumum, & tunc tenendum eſſe cenſeo poſthumum non cenſeri grauatum, licet clauſula ſit concepta per verba futuri temporis, & in hac ſententia fuerunt Bart. in l. 1. quæſt. 6 ff. de iur. codicill. Bald. in auth. ex cauſa in fine, & ibi Iaſ. colum. penult. & nu. 13. dicit ita duos Senatores Mediolanenſes iudicaſſe, Curt. iun colum 20. vbi aſſerit eſſe communem opinionem Martin. Laud. col.... Gozad. num. 64. verſ tamen mihi. Cagnol numer. 14. 141. & ſeqq. vbi teſtatur de communi opinione Bologn. num. 79. & Iacob. num. 27. in fine. C. de liber. præter, Bald. in l qui filiabus, ff. de leg. 1. & in l. ſi totas, C. de inoff. donat. Angel. in l qui iure militari, ff. de teſtam. milit. Alexand. in l. ſi vt certo, columm. 1. C. de teſtam. milit. Iaſ. in addit. ad Port. inſtit. de codicill. col. 1. in fine, Ripa in l. Centurio num. 83. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & in l. ſi vnquam, num. 44. C. de reuoc. donat. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius, in verb. in teſtamento relinquens il primo, nu. 247. extr. de teſtam.

Et conſulendo, Bart. conſil 210. & conſil. 235. Bald. in conſil. 77. & conſil. 156. lib. 2. Angel. conſ. 108 col. 1 in fine, & conſil. 211. col. 2. dubio quarto. Paul. Caſtr. conſil. 200. clarum eſt teſtamentum dubio tertio libr. 1. Aret. conſilio 24. col. 11. conſil 92. col. pen. & conſil. vlt. in fine, vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Bertrand. conſ. 233. col. 1. lib. 2. & conſil. 150. col. 2. lib. 3. Alexan. conſil 41. colum. vltim. libr. 1. Soc. ſen conſil. 93. col. 3. & ſeq. lib. 4. vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, & ita ſæpius fuiſſe iudicatum, Barbat. conſil. 60. lib. 2. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem veriorem, & æquiorem Cardin. in conſil. 20. Rip. de probat. & de inuſt. rupt. irr. teſtam. conſ. 21. num. 33. & ſeqq. Rub. Alexand. conſil. 112. & in conſ. 125. col. 1. Corn. conſ. 244. col. vlt. libro 4. Siluan. latè conſil. 81. num. 29. Purpur. conſil. 451. num. 2. Ruin. conſil. 1. conſil. 6. per totum, conſil. 17. col. vlt. & conſ. 50. col. vlt. lib. 3. Mantic conſ. 164. in fine, Baron. conſil. 115. n. 30. lib. 1. Bonif. Elephan. inter conſil. vlt. volunt. diuerſ. conſil. 660. num. 47. lib. 2. Socin iun. conſil. 155. col. 1. lib. 2. Burſat. plene conſil. 15. & conſ. 89. nu. 40. vbi dicit eſſe communem, & pro hac opinione allegat deciſ. Rotæ, Decian. conſ. 37. n. 10. lib. 1. vbi dicit eſſe communiorem, & veriorem opinionem, Ceph. conſ. 585. num. 23. libr. 4. Franc. Becc conſ. 127. n. 25. Hier. Gabr. conſ. 113. nu. 9. lib. 1. Simon. de Pret. conſ. 67. lib. 1. vbi dicit ita vidiſſe iudicari, Pancir. conſ. 115. n. 6. & ſeq. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriſſimam & quod tuta conſcientia aliter iudicari non poſſet, & teſtatur de magis communi, Menoch. conſ. 489. Fab. Turret. conſ. 12. n. 6. lib... vbi dicit eſſe magis communem, & in iudicando, & cõſulendo ſequendam eſſe Paul. de Monte Pico conſ. 1. num. 39. vbi dicit eſſe veriorem, & æquiorem.

Et in Tractatibus, Affl. ct. ſuper conſtit. fol. 322. tit. de condent. falſ. monet. in conſtit. incipit teſtamentorum, nu. 6. Clar. in §. teſtamentum, qu. 46. in fine, vbi teſtatur Senatũ Mediolani ita obtinuiſſe, Menoch. libr. 4. præſumpt. 32. num. 9. Fachin lib. 4. contrŏu. iur. cap. 12. Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 104. num. 8. vbi dicit ita vidiſſe iudicari per duos celeberrimos Doctores Bononienſes. Andr. Gaill. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 114. num. 8. Mantic. de coniect. vltim. volunt. libro 1. tit. 10. Craſſ in §. codicillus. numero 22. verſic. contrariam partem, vbi ſcribit hanc opinionem veriorem, & hodie eſſe communiorem, & in iudicando ſequendam, Hieron. Ceual. Spec. commun. controu. commun. qu. 180. vbi dicit eſſe opinionem veriorem, & communiorem, Pur. deciſ. 234. n. 1. lib. 2. vbi dicit hanc opinionem magis æquam, & ſecundum hanc ego conſului ſuper teſtamento Dominici de Tiris de Alphianello, & hanc intrepidè tenendam eſſe cenſeo.

Probatur autem primò hæc ſententia ex l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. vbi natiuitate filiorum donatio reuocatur. Atqui donatio inter viuos eſt validior fideicommiſſo, cùm illa conſenſu duorum confirmetur, hoc verum ex ſola teſtatoris voluntate, l. 1. C. de fideicomm. ergo multò magis non debebitur fideicommiſſum, & ſic clauſula codicillaris in totum ſine effectu remanebit, quia fideicommiſſum continetur in clauſula codicillari, & hoc argumento vſi ſunt Bart. & ferè omnes, qui eum ſequuntur.

Secundò facit l. 3. ff. de milit. teſtam. vbi in teſtamento militis iure communi facto tacitè ineſt clauſula, ſi nõ valet iure communi, valeat iure militari. Sed ſi miles de poſthumo non cogitauit, teſtamentum eius nec iure militari ſuſtinetur, & tamen ſuſtineretur, ſi de poſthumo cogitaſſet arg. l. qui iure militari ff. eod. & l. ſi cum vel in vtero, C. eod ergo nec clauſula codicillaris appoſita in teſtamento operari poterit, vt poſthumus ignoranter præteritus dicatur fideicommiſſo grauatus, & hoc argumento vltra Bart. & alios vſus eſt Soc. ſen. in d. conſil. 93. num. 21. vbi reſpondet ad oppoſitiones factas à Bald. circa intell. d. l. ſi cum in vtero. 17

Tertiò accedit, quod legata non debentur à poſthumo ignoranter præterito, vbi alius hæres ſcriptus eſt, & ipſe cohæres efficitur, & hoc quia teſtator de eo non cogitauit, l. qui graui, l. pen. ff. de iur. codicill. ergo multò minus debebitur fideicommiſſum, cum veriſimile non ſit, patrem voluiſſe eo poſthumum, de quo non cogitauit, grauare.

Quartò confert l. ex teſtamento, in princ. ff. de vulgar. pupill. vbi dicitur, veriſimile non eſſe patrem teſtatorem cogitaſſe caſum, vt filij priuentur ſucceſſione paterna, ſibi quodammodo debita. Ad idem l. cum aunt, de condit. & demonſtr. cum concord. Atqui ſi clauſula codicillaris operaretur effectum fideicommiſſi ad fauorem hæredis ſcripti, ſequeretur quod hoc fieret contra veriſimilem mentem teſtatoris, ergo clauſula codicillaris non inducet grauamen fideicommiſſi: & hũc tex. ad hoc ponderarunt Bart. Dec. Decian. Ruin. & alij præcipuè Socin. ſen. d. conſil. 93. vbi num. 37. tollit oppoſitiones Bald. & aliorum, qui contrariam ſententiam ſequuti ſunt.

Quinto adducitur, l. qui graui, & l. penult. ff. de iur. codicill. vbi dicitur, non eſſe veriſimile teſtatorem ſubſtituentem muto, vel Principem tale priuilegium concedentem, voluiſſe ſuperuenientibus filijs locum habere: ergo pariter non erit veriſimile, teſtatorem voluiſſe nato poſthumo fideicommiſſum deberi hæredibus ſcriptis vigore clauſulæ codicillaris, & hoc argumento vſi ſunt Bart. Gozad. Ared. & Soc. ſen. qui duo vltimi ſatisfaciunt obiectis diſſentientium.

Sextò facit l. qui iure militari. ff. de milit. teſtam. vbi ſi miles, qui ignorabat ſe filium habere, eius fuit animi, vt quiſquis ſibi naſceretur, fideicommiſſum præſtaret, diſpoſitio valebit, aliàs non. Atqui ex verbis clauſulæ codicillaris non conſtat teſtatorem voluiſſe poſthumũ ignoranter præteritum grauare fideicommiſſo, ergo &c. & hoc arg. vſi ſunt Gozad. & Menoch. d. conſ. 499. num. 5. verſ. quinto huc facit.

Vltimò adducitur l. ſi qui ducenta, §. pater, ff. de reb. dub. inducendo eam, vt per Ruin. conſ. 6. n. 1. li. 3. quẽ refert, & ſequitur Menoc. d. conſ. 499. n. 5. verſ. 6. & vltimo.

Cæterum contrariam ſententiam ſequuti ſunt alij 18

etiam

etiam grauiſſimi authores tenentes clauſulam codicillarem per verba futuri temporis conceptam inducere onus fideicommiſſi poſthumo ignoranter præterito ad fauorem hæredis ſcripti, in qua opinione fuerunt Bart. ſibi contrarius, in l. qui filiabus, in fine, & ibi Imol. Alexand. Iaſ. colum. vlt. qui teſtatur de communi opinione, ff. de legat. 1. Bald. in auth. ex cauſa, colum. vlt. & ibi Fulgoſ. Alexand. column. 9. Iaſ. numer. .. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, C. de liber. præter. Bald. in l. vlt. col. penult. & ibi Salic. colum. vlt. C. de iur. codicill. Bald. in l. 1. & ibi Raph. Cuman. ff. de iur. codicil. Imol. in l. ſi filio præterito, colum. vlt. & ſeq. ff. de iniuſt. rupt. irrit. teſt. Cuman. in l. ſi quis cum nullum. ff. de iur. codicil. Salicet. in l. 1. in fine, C. de poſthum. hæred. inſt. Angel. Aret. inſtit. de codicil. in princip. colum. 1. Natta in cap. quamuis, nu. 98. de pact. in 6. vbi ſcribit eſſe communem opinionem.

Et conſulendo Old. conſ. 149. dubio tertio. Paul. Caſtr. in conſ. 15. incipiendo à ſecundo quæſito lib. 2. Roman conſ. 122. Corn. conſ. 158. col. 8. conſ. 195. lib. 1. conſ. 118. col. vlt. lib. 2. & conſ. 150. li. 3. in quibus locis dicit hanc opinionem eſſe communem, & veriorem. Alex. conſ. 57. col. 2. conſ. 123. col. pen. & ſeq. lib. 1. vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionem, conſ. 30. col. 1. conſ. 31. col. 1. in fine, vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem conſ. 102. colum. 4. & ſeq. lib. 3. & conſ. 50. col. 3. lib. 6. vbi pariter de magis communi opinione teſtatur Ripa in ff. inſert. de liber. & poſthum. reſp. 2. nu. 18. Bertrand. conſ. 130. conſ. 195. lib. 1. vbi ait eſſe communem opinionem, conſ. 225. colum. 2. lib. 1. & conſ. 168. colum. vlt. lib. 3. Curt. ſen. conſ. 66. Ruin. conſ. 50. col. 2. lib. 2. & conſ. 19. col. 3. li. 3. Pariſ. conſ. 60. col. 2. & ſeq. conſ. 61. colum. 2. & conſ. 64. colu. 2. lib. 2. Bellon. conſ. 85. nu. 3. & 5. Rol. à Valle conſ. 7. lib. 4. vbi de magis communi opinione teſtatur, Oſaſch. conſ. 70. Rimin. ſen. conſ. 41. num. 10. libro 1. & conſ. 237. numero 9. libro 2. Burſat. conſ. 88. conſil. 89. numero 41. & conſ. 91. numero 4. libro 1. Franc. Zoanet. conſ. vltim. per totum, vbi latiſſimè Honded. conſ. 74. lib. 1. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, & in fine teſtatur ita iudicatum.

Et in Tractatibus, Bertachin. in §. clauſula codicillaris, num. 44. Manſuet. in addit. ad Ferrar. in form. libelli pro legat. rei ſingul. in §. valere debeat in Gloſ. ſuper verb. futuri temporis, Nicol. in concord. Bar. Rob. Polit. de ſubſtitut. fideicommiſſ. column. 2. Apoſt. ad deciſ. Toloſ. 455. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 1. cap. 1. numero 22. vbi teſtatur eſſe magis communem, nec in iudicijs ab ea recedendum eſſe, Theſaur. deciſ. 141. vbi dicit hanc ſententiam eſſe magis communiter receptam, & ipſum ita iudicaſſe.

Fundamenta huius ſententiæ ſunt, primò l. ab inteſtato, & l. ſi quis cum teſtamentum nullum ff. de iur. codicil. vbi ſi teſtator fecit codicillos, nulla adhibetur differentia inter filium iam natum, & naſciturum, ſed in vno & altero caſu præſumitur teſtatorem velle præſtari legata, vnde quemadmodum teſtator dicitur grauare poſthumum reſtituere fideicommiſſum faciendo codicillos, ita pariter præſumitur grauare per clauſulam codicillarem, quæ operatur vt teſtamentum nullum ratione præteritionis poſthumi ſuſtineatur in vim codicilli.

Reſpondetur primò dicta iura procedere in legatis, & fideicommiſſis particularibus, nos vero quæſtionem proponimus de vniuerſalibus ita has leges intellexerunt vltra Aret. relatum. Socin. ſen. dict. conſil. 93. numero 34. lib. 4. Cagnol. in dict. auth. ex cauſa, num. 34. C. de liber. præter. & Menoch. dict. conſil. 499. num. 6. vbi etiam oſtendit, in his terminis eſſe differentiam inter
19 fideicommiſſa particularia & vniuerſalia, nam in particularibus deducit poſthumus præteritus legitimam & falcidiam, ſed in vniuerſalibus non deducit Trebellianicam, quia filius eſſet purè grauatus, ſed ſolum legitimam, ita Caſtr. in d. auth. ex cauſa, colum. vltim. & ibi Salic. colum. 7. Curt. iun. num. 73. in fine, & Cagnol. nu. 140. C. de liber. præter. Dec. conſil. 320. nu. 4. vbi alios citat, Crot. conſil. 66. nu. 29. lib. 1. Crauet. conſil. 295. nu. 2. verſ. tertium dubium, Menoch. conſil. 499. nu. 7. Honded. conſil. 74. n. 68. & ſeqq.

Reſpondetur ſecundo in d. l. ſi quis cum teſtamentum nullum, teſtatorem cogitaſſe de poſthumo, ita Aret. conſil. vlt. num. 3. in fine. Cagnol. d. auth. ex cauſa. numero 144. Menoch. dict. conſil. 499. num. 7. verſ. rurſus & ſecundo.

Secundò allegatur pro hac ſententia l. generaliter, §. ex teſtamento, ff. de fideicom. libert. vbi teſtamento rupto natiuitate poſthumi, libertates deberi probatur, cum à legitimis quoque hæredibus relictæ ſunt, & ibi nulla fit differentia, an teſtamentum rumpatur præteritione iam nati, vel poſthumi, & an teſtator ſciuerit, vel ignorauerit.

Reſpondetur primò illum text. loqui in relictis particularibus, ita Soc. ſen. d. conſil. 93. n. 34. lib. 4. Menoch. d. conſil. 499. n. 8. & ſupra in reſolutione primi dixi differentiam inter fideicommiſſa vniuerſalia, & particularia.

Reſpondetur ſecundò hanc leg. loqui de poſthumo ſcienter præterito, nam teſtator ſciebat vxorem eſſe prægnantem, ita intellexit illam legem Gloſ. in l. alia, §. primo ff. de fideicom. liber. idem aſſerunt Ruin. conſ. 2. in fine & conſil. 6. n. 10. lib. 3. & Menoch. d. conſil. 499. n. 8. verſ. præterea reſponderi.

Reſpondetur tertiò tex. obiectum procedere fauore libertatis, ſicuti etiam conſeruatur legatum libertatus factum in codicillis, ſi alius poſthumus naſcatur l. cum pater, §. cum exiſtimaret, ff. de legat. 2. & ibi Doct. & ita reſpondent Ruin. & Menoch. iam citati.

Tertiò adducitur ratio, quando legata ſimpliciter debentur à venientibus ab inteſtato, præſtantur etiam à filio ſuccedente præter ſpem l. qui graui. & l. penult. ff. de iur. codicil. iuncta l. ſi quis cum teſtamentum, & d. l. ab inteſtato eod.

Reſpondet Menoch. poſt Socin. ſen. relatum, quòd immò hæc iura probant contrariam opinionem, prout ſupra dictum ab eis fuit.

Quarto affertur argumentum, quod teſtator dum appoſuit clauſulam codicillarem eam concipiendo per verba futuri temporis, dicitur ſaltem in genere cogitaſſe de poſthumo. Atqui cogitatio, & ſcientia in genere idem operatur quod cogitatio, & ſcientia in ſpecie, reſpectu conſeruationis, diſpoſitionis, & teſtamenti l. placet. l. ideoque. ff. de liber. & poſthum. & l. qui iure militari ff. de milit. teſtamen. & latè per Tiraquel. in l. ſi vnquam in præfatione, numero 60. C. de reuoc. donat. Atqui ſi teſtator ſcienter præterijt poſthumum, clauſula codicillaris operatur, vt fideicommiſſum debeatur hæredibus ſcriptis, vt dixi ſupra nu. 13. & 14. ergo dicendum idem erit, quando teſtator in genere de poſthumo cogitauit.

Reſpondetur tamen, quod per hanc clauſulam non reſultat præſumpta cogitatio teſtatoris de poſthumo, nec in ſpecie, nec in genere, vt plenè comprobarunt Socin. ſen. d. conſil. 93. num. 34. verſ. non obſtat ſeptima. & Menoch. d. conſil. 499. nu. 8. verſ. quartò ſic argumentor. & nu. 7.

Retenta autem prima opinione, quam vti veriorem, 20
benigniorem, & receptiorem tenendam cenſemus, illa pluribus modis declaranda erit. Et

Primò vt non habeat locum, quando teſtator filium

iam

iam natum ſcienter præterijt, & in teſtamento appoſuit clauſulam codicillarem in fauorem inſtitutorum, per verba futuri temporis, quia pariter natis alijs poſthumis clauſula operabitur fideicommiſſi grauamen, quia ſi teſtator voluit natum grauare, multò magis naſcituros, quos minus diligebat, Bald. in l. Titius, ff. de liber. & poſthum. & ibi Aret. col. 3. verſ. reſtat igitur videre, Bartol. in conſ. 204. factum tale eſt, Chechus lib. 1. Alex. conſ. 142. nu. 7. lib. 2. & conſil. 50. lib. 6. Corn. conſ. 158. nu. 36. lib. 2. Bertrand. conſ. 150. & conſ. 190. lib. 3. Ruin. conſ. 6. num. 10. verſ. vnum etiam lib. 3. Purpur. conſil. 518. numero 8. Rub. Alexand. conſil. 123. num. 3. Anton. Gabr. de clauſ. concl. 8. num. 19. Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. numero 10.

21 Contrariam opinionem probarunt Bald. in l. ſi Titius, C. de inoff. teſtam. & in conſil. 136. col. 2. lib. 2. Angel. conſ. 211. dubio quarto. Card. conſi. 2. in fine, quorum opinio optimè procederet, quandò filius iam natus malo animo fuiſſet præteritus ob odium, quo eum pater proſequebatur, quia tunc non rectè arguitur à iam nato odioſo ad poſthumum, qui nihil commiſit contra patrem.

22 Secundò, non procederet, quando poſthumus eſſet talis, quem pater veriſimiliter fuiſſet grauaturus ad modum inſtitutorum, vt ſi inſtituti eſſent agnati pro conſeruatione bonorum in agnatione & familia, & naſcatur fœmina, nam tunc fœmina per codicillarem clauſulam cenſebitur grauata reſtituere agnatis hæredib. ſcriptis Paul. Caſtrenſ. conſ. 15. incipiendo a ſecundo, col. penult. lib. 2. Panc. conſ. 95. n. 40. Hier. Gab. conſ. 113. n. 20. & ſeqq. & n. 32. lib. Ant. Gabr. de clauſ. concl. 8. n. 20. Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. n. 11.

Contrarium tamen etiam nata fœmina poſthuma tenet Honded. conſ. 74. n. 64. & ſeqq. lib. 1.

23 Tertiò declaratur non procedere receptam ſententiam, quando teſtator poſt natiuitatem poſthumi diu vixit, & non mutauit teſtamentum, cum illud mutare potuiſſet, nam tunc præſumitur quod voluerit cum eo teſtamento decedere, & ſic poſthumum eſſe fideicommiſſo grauatum, Beluiſ. in l. 3. Cod. de liber. præter. Paul. Caſtr. in l. 1. C. de poſthum. hæred. inſt. Iaſ. in auth. ex cauſa, num. 25. & ibi Curt. iun. num. 74. & Gozad. in fine, C. de liber. præter. Iaſ. in l. 3. col. 2. C. de inoff. teſtam. Guhel. Benedict. in cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtam. il 1. nu. 247. extr. de teſtam.

Et conſulendo, Angel. conſ. 108. col. penult. Paul. Caſt. conſ. 200. datum circa finem lib. 1. & conſ. 15. incipiendo à ſecundo, col. penul. lib. 2. Roman. conſ. 122. col. 1. Alex. conſ. 103. lib. 1. conſ. 31. n. 10. 2. lib. 3. & conſ. 50. lib. 6. Corn. conſ. 195. col. penult. lib. 1. conſil. 118. in fine conſ. 194. col penult. lib. 2. & conſi. 150. nu. 4. lib. 3. Bertrand. conſi. 150. colum. 3. lib. 3. Dec. conſ. 490. nu. 7. Pariſ. conſ. 60. n. 15. conſ. 61. n. 15. & conſ. 64. col. 2. lib. 2. Crott. conſ. 66. n. 12. Ruin. cõſi. 11. nu. 5. lib. 3. Bero. conſ. 12. nu. 7. lib. 2. Ripa reſp. 128. nu. 19. & reſp. 129. Crauet. conſ. 67. & conſ. 407. n. 14. Ceph. conſ. 138. n. 32. lib. 1. & conſ. 585. n. 38. & ſeqq. lib. 4. Purpur. 518. n. 8. Panc. conſ. 54. n. 31. & 95. n. 32. Rolan. à Valle conſ. 7. n. 30. verſ. & eo magis, li. 4. ruſus Ripa in ff. infor. reſp. 1. n. 18. & reſp. 2. n. 14. Oſach. conſ. 70. Menoch. conſ. 130. nu. 17. Burſat. conſ. 88. nu. 21. & ſeqq. & conſ. 89. nu. 49. lib. 1. Rolan. à Valle conſ. 7. n. 30. verſ. & eo magis, lib. 4. Honded. latè conſ. 74. lib. 1. maximè nu. 31. & ſeqq. & num. 60. & ſeqq. reſpondet ad fundamenta diſſentientium, & in fine teſtatur ita iudicatum Anton. Gabr. de clauſ. concl. 8. nu. 15. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 14.

Hæc ſententia probatur primò, quia cùm poſt natiuitatem poſthumi teſtator diu ſuperuixerit, & non mutauerit teſtamentum, quod mutare poterat, cenſetur cum prima voluntate decedere, & conſequenter velle hæreditatem ad ſcriptos hęredes peruenire, arg. l. Athleta, §. dat remiſſionem, ff. de excuſat. tut. l. quærebatur in fine, ff. de milit. teſtam. l. 3. C. de inoff. teſtamen. l. 3. & l. cum qui, ff. de probat. & l. ſancimus, C. de teſtam. Et facit Gloſ. in l. tractabatur, in verbo, nihil. ff. de teſtament. milit. quæ probat teſtamentum illud dici confirmatum, quando teſtator potuit mutare, & non mutauit; & ad hoc plura adducuntur à Doct. hanc primam opinionem probantibus.

Reſpondetur tamen, quod natiuitate poſthumi teſtamentum ſtatim, & ipſo iure fuit ruptum, & factum irritum, vnde ſi teſtator aliud teſtamentum non fecit, cenſetur perdurare in eadem voluntate inteſtati, iuxta l. ſi mater filijs primo reſp. C. de inoff. teſtam. & l. tractabatur in princ. ff. de milit. teſtam. vnde teſtatori non eſt quicquam imputandum, ſi non reuocauit, cum ſcierit ab initio teſtamentum eſſe reuocatum natiuitate poſthumi, arg. tex. in l. Titia, §. Seia, vbi Bart. ff. de alimen. & cib. legat. Immò cùm teſtamentum poſthumi natiuitate fuerit ruptum, non potuit confirmari, niſi cum noua, & expreſſa, & ſolenni voluntate, l. qui iure ff. de milit. teſtam. & ibi Ang. notat nu. 10. Burſat. d. conſi. 15. nu.
20. Vnde dicimus, actum nullũ non firmari nec conua- 24
leſcere, niſi nouo adhibito conſenſu, Dec. conſil. 661. in fine, Vaſq. de ſucceſſ. part. 1. libro 4. §. 6. numer. 10. Sebaſt. Vant. tract. de nullit. proceſſ. quib. mod. ſenten. nul. reput. n. 88. Burſat. d. conſ. 15. nu. 20. circa finem & facit reg. quod quæ ab initio non valent, tractu temporis non conualeſcunt, l. quod ab initio ff. de reg. iur. cap. non firmatur, ff. de reg. iur. in 6. & in vtroque loco Doct.

Et ad text. in d. l. Athleta, § dat remiſſionem, & ad alia iura ſupra in contrarium allegata reſpondet Menoch. d. conſ. 499. num. 25. verſ. non itaque obſtat, vſque ad finem.

Secundò pro hac opinione accedat, quod donatio, 25
quæ reuocatur ſuperuenientia filiorum, ſi filij naſcantur, nec pater eam reuocet, iudicatur valida quaſi ab initio de filijs cogitauerit pater, Bald. in l. 1. nu. 18. C. de reuoc. donat. cum alijs multis congeſtis à Tiraquel. in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus, nu. 257. & in verb. ſuſceperit liberos, n. 211. & ſeq. C. de reuoc. donat. vnde ſi valida iudicatur donatio in hoc caſu, à fortiori iudicabitur validum teſtamentum, & ita in ſpecie noſtra arguunt Iaſ. in l. ſi mater, nu. 4. C. de reuocat. donat. Roland. à Valle conſ. 7. nu. 30. verſ. & eo magis in fine, lib. 4.

Reſpondetur tamen diuerſam eſſe rationem in donatione, & teſtamento, nam donatio ſolo conſenſu perficitur, teſtamentum autem requirit ſolennitatem, vnde vt reconualeſcat, noua voluntas expreſſa & ſolemnis eſt neceſſaria, vt ſupra dictum eſt, & hæc reſponſio colligitur à Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos, num. 223. Præterea teſtamentum rumpitur non tantum ex præſumpta voluntate teſtatoris, quantum etiam ex diſpoſitione iuris communis, vnde nato poſthumo teſtator potuit confirmare teſtamentum iam ruptum, & non confirmando cenſetur voluiſſe decedere inteſtatum, vnde imputandum eſt teſtatori, ſi non proſpexit ſibi, cum vellet illud valere; ſed donatio non reſcinditur de iure communi, ſed de iure ſpeciali, & ex ſola voluntate donantis, & non ſolum, quia donationem reuocauit, ſed etiam quia paſſus eſt pater nato filio donatarium vti frui re donata, quod veriſimiliter non permiſiſſet pater, ſi voluiſſet donationem eſſe reuocatam, & ita dicit, Tiraquel. loco ſtatim ſupra citato, nu. 222. ex cuius dictis colligitur non rectè argui a donatione ad teſtamentum.

Alia igitur eſt opinio, quod teſtamentum cum clau- 26
ſula codicillari remaneat nullum, quamuis teſtator diu vixe-

vixerit, & mutare potuerit teſtamentum, quod tamen non mutauit, & hanc probarunt Gloſ. in l. 1. C. de codicill. & ibi Angel. vbi dicit Collegium Peruſinum ita iudicaſſe, idem Angel. in l. qui iure militari. ff. de teſtam. Bart. ſenſit in l. 1. nu. 10 ff de iur codic ll. Aret. in l. Titius. in princ. col penult. ff. de liber. & poſthum. Ripa in l. ſi vnquam q. 42. in fine. C. de reuoc donat. & ibi Tiraq. in verbo ſuſceperit liberos. n. 20. Cagnol in auth. ex cauſa, num. 149. C. de liber. preter. vbi dicit hanc opinionem eſſe rationabiliorem, & æquiorem, licet dicat primam eſſe communem, & quod difficile eſſet ab ea in practica obtinere, & ibi Bellon. de Nobilitat. n. 79.

Et conſulendo Bart. in conſ. 210. omne illud, & conſ. 235. Lapus fecit teſtamentum, num. 2. Bald. conſ. 156. lib. 2. & conſ. 239 verſ. non obſtat lib. 3. Angel. conſ. 364. & conſ. 408. nu. 3. in verſ Secundo caſu. Aret. conſ. 93. num 5. verſ. nec poteſt releuare, & conſil. vlt. col. pen. Barbat. conſil. 60. col. 3 verſ. & ex iſtis præſuppoſitis lib. 2. Soc. ſen. ſtè conſ. 93. lib. 4. Bertrand. conſi. 10. & conſil. 170. num. 3. & 4 coniuncto nu. 12. lib. 1. & conſil. 233. col. 1. lib. 2. & in d. conſil. 170. dicit Iaſ. dicere, quod ita per duos Senatores fuit iudicatum, & quod ipſe vidit ita ſenſiſſe iudicando Senatum Delphinalem. Rip. de probat. reſp. 21 num. 37. & multis ſeqq. Corn. conſ. 195. col. 1. lib. 1. Rub. Alex in. conſil. 125. col. 2. vbi teſtatur de communi opinione Socin iun. conſil. 153. lib. 2. vbi ſcribit eſſe communem opinionem Bonifac. Elephant. inter conſi vlt. volunt. conſi. 65. nu. 39 & 43. lib 2. Hier Gabr. conſ. [illegible]. nu. 13. lib. 1. Decian. conſ. 37. nu. 10. & 36. lib. 1. Siluan. conſ. 81. Burſar. conſ. [illegible]5. n. 7. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 499 num. 9. & ſeqq & lib. 4 præſumpt. 132. num. 12. Andr. Gail. d. obſeruat. 113. n. 4 & obſeruat. 114. in fine, Craſſ. in § codicillus num. 23. Clar. in § teſtamentum. q. 46. in fine, Fachin lib. 4 contrmicur. cap. 13. Apoſtil. ad Alexand. conſi. 30. in lit. D. in verſ. ſuperuixiſſet. lib. 3.

Hæc quæſtio cum penderet in Rota Romana nihil fuit deciſum ob contrarias Doct. opiniones, vt patet in deciſ. 1004. & deciſ. 1007. part. 3. in nouiſſ.

Mihi tamen hæc ſecunda opinio magis placet, nec quoquomodo mihi perſuadere poſſum, quod pater aliquis tam impius ac crudelis eſſe poſſit erga ſuum ſanguinem vt velit eum extraneis anteponere, iuxta l. cum auus. ff. de condit. & demonſt. cum alijs quæ ad ſatietatem, & nauſeam de amore patris ſcripſit Ruſtic. in d. l. cum auus in Proœm. cap. 1. fingat autem quiſque ſe patrem ſi non eſt, fingat caſum teſtamenti a ſe facti, & poſthumi poſtea nati, dicat quæſo an eſſe poſſit, quod voluerit poſthumum reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto ſub præ extu clauſulæ codicillaris? hæc velle, mihi videtur ſignum manifeſtæ dementiæ, vt dicit I. C. in l. Titia ff. de inoff. teſtam. nec veriſimilitudo apud prudentes viros habere locum poterit pro fideicommiſſo præſtando à poſthumo, & tamen maxima eſt vis veriſimilitudinis in dubijs quæſtionibus, vt ad plenum diſcutit Ruſtic. loco citato. Maximè autem id in propoſito dicendum eſt, nam pro prima opinione ſtat præſumptio, quod ex quo teſtator diu vixit, & non mutauit teſtamentum, cenſetur voluiſſe primum effectum ſortiri: pro ſecunda autem ſententia ſtat coniectura amoris paterni, & quod non ſit credendum patrem voluiſſe filijs remotiores, vel extraneos præponere, ne videatur in furore & dementia diſpoſuiſſe. Inter has autem coniecturas quis non videt, hanc poſteriorem inhærere naturæ, eſſe vehementiorem atque veriſimiliorem? vnde omnino hæc vincere aliam debet, cum multæ ſint rationes, quibus teſtator motus fuerit ad non teſtandum, vel credulitas, quod ruptum eſſet teſtamentū nato poſthumo, vel ignorantia virtutis clauſulæ codicillaris, vel irreſolutio ad teſtandum plus vna die quam alia, vel alia potuerunt accidere quæ diſtulerunt noui teſtamenti factionem, quæ quiſque prudens cogitare poteſt è contra vero amor paternus ſemper eſt firmus à natura ipſa, non tantum in homines quantum & in beſtias ipſas, vt experientia ipſa docet, & comprobat. Ruſtic d cap. 1. nu. 7. & ſeqq. Præterea hæc ſecunda opinio multis comprobatur argumentis.

Primò deciſio tex. in l. ſi' o §. Seia ff. de adim. legat. vbi legatum in teſtamento factum quod præſumitur reuocatum ob ſuperuenientes inimicitias non debetur, licet teſtator poſtea codicillos fecerit, & legatum non reuocauerit ergo & teſtator licet non fecerit aliud teſtamentum, reuocando primum, illud remanebit reuocatum, quia nulla adfuit reuocandi neceſſitas, & ita hoc textu argumentum poſt alios deduxit Menoch. d. conſil. 499. num. 20. verſ. & hac quidem opinio, illudque defendit à Decij impugnationibus vt per eum.

Secundo adducitur §. Prouinciarum in auth. vt fact. nou. conſtit. vbi habetur, quod teſtamentum factum ſecundum ſolemnitates legis, remanet firmum ſi noua lege aliæ ſolemnitates introducantur, & ſta tuit non valere teſtamenta ſine ſolemni are a lege noua introducta, nec teſtatori imputatur, quod poſt legem nouam ſuperuixerit, & potuerit aliud facere teſtamentum, ergo &c. & ita arguit Menoch. loco citato, num. 20. & ſeq. vbi etiam defendit argumentum ab impugnationibus aliorum.

Tertio adducitur argum. l ſicut §. non videtur ff quibus mod. pign. vel hypot. ſolu. vbi ſi creditor præſente debitore alienat pignus, non dicitur debitor ſibi præiudicaſſe in iure pignoris, ex præſentia enim debitoris non inducitur conſenſus alienationis, quia ille ſciebat ius ſuum ſibi ſaluum fore; ergo & ſi teſtator non mutauit teſtamentum, nil refert, quia ſciebat primum eſſe nullum natiuitate poſthumi.

Quarto teſtamentum præteritione poſthumi iam nati rumpitur, ex eoque nihil debetur l. 1. C. de poſthum. hæred. inſt. l. [illegible]. C. de ord. iud. ergo non potuit conualeſcere, niſi noua voluntate expreſſa, & ſolemni, & ſi teſtator non mutauit, præſumitur durare in prima voluntate, quod teſtamentum eſſet nullum, ſecundum Bar. in conſil. 210. n. 1. in fine & conſil. 235. nu. 1. Angel. conſil 208. columna. 2. verſ. venio. Barbat. conſil. 60. nu. 5. in fine libro 1. Hieron. Gabr. conſil 113. n. 14. verſic. verum lib. 1. Socin. ſen. conſil. 93. num. 36. lib. 4. Burſat. conſil. [illegible]5. numero 10. lib. 1. Bellon. de Nobil. in d. auth ex cauſa num. 79. C. de liber. preter.

Quinto ex non mutatione teſtamenti non debet reſultare præſumptio confirmationis iam facti, quia reuocatio neceſſaria non erat, nam teſtator ſciebat à lege eſſe reuocatum, immò ex non confirmatione cenſetur voluntatem teſtatoris fuiſſe decedendi ſine teſtamento, & hæredes ſcriptos in teſtamento nolle quicquam conſequi: ita hoc argumento vſi ſunt Aret. conſil. 64. numero 5. in fine verſ. Præterea, Iaſ. in dict. auth. ex cauſa, nu. 5. C. de liber. præter. Rub. Alexandr. conſil. 125. num. 5. Soc. iun. conſil. 153. num. 7. lib. 2. Hiero. Gabr. Burſat. & alij.

In hoc opinionum conflictu alij fuerunt in opi 27
nione, totum hoc negotium in iudicis arbitrio relinquendum eſſe. ita Hieron. Gabr. conſil. 113. nu. 13. & 16. lib. 1. quem refert, & ſequitur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 12. & Theſaur. deciſ. Pedem. 141. num. 12.

Declaratur quartò non habere locum quando teſta- 28
tor nato poſthumo declarauit voce vel ſcriptis, velle diſpoſita in teſtamento locum habere, nam tunc ſine dubio hæres ſcriptus ex fideicommiſſo conſequeretur hæreditatem. Angel. conſil. 104. column. vlt. verſ. ſecundo caſu.

Digitized by Google

caſu principali. Pancir. *conſ*. 95. *num*. 33. Burſat. in his terminis conſuluit *in conſ*. 88. *lib*. 1. Menoch. *lib*. 4 *præſump*. 32. *nu*. 17. *ad medium*.

29 Declaratur quintò non procedere, quando teſtator nato poſthumo voluit aliud facere teſtamentum, & hæredem inſtituere iam ſcriptum in primo, ſed ſecundum non potuit perficere, Pancir. *conſ*. 95. *num*. 36. Menoch. *lib*. 4. *præſump*. 32. *nu*. 17.

30 Declaratur ſextò non habere locum, quando teſtator nato poſthumo, in acquiſitionibus dicebat facere nomine ſuo, & inſtituti, ita Pancir. *conſ*. 95. *n*. 38. Menoc. *d. præſumpt*. 32. *nu*. 17. *in fine*.

31 Declaratur ſeptimo non habere locum mortuo poſthumo ante patrem ſecundum Theſaur. *deciſione* 141. *nu*. 16.

32 Declaratur octauò, non procedere mortuo poſthumo in pupillari ætate, ita ſcribit Theſaur. *deciſ*. 141. *n*. 17. Cuius opinio periculoſa eſt, & cogitandum erit.

Tenendo autem ſecundam opinionem, de qua ſupra *num*. 18. quod ſcilicet clauſula codicillaris operetur grauamen fideicommiſſi ad fauorem hæredis ſcripti ſi illa per verba futuri temporis eſt concepta.

33 Limitatur primò non procedere, ſi teſtator nato poſthumo repentina morte præuentus non potuit mutare teſtamentum, nam præſumptio eſt, quod teſtamentum fuiſſet mutatum, niſi repentina mors ſuperueniſſet, & ideo poſthumus non tenebitur reſtituere bona per fideicommiſſum hæredi ſcripto, Corn. *conſ*. 234. *poſt princ*. *lib*. 2. Crott. *conſ*. 66. *n*. 17. Dec. *conſ*. 37. *n*. 36. *lib*. 1. Cagnol. *in auth ex cauſa nu*. 149. *verſic. retenta tamen, C. de liber præter*. Menoch. *d præſumpt*. 32. *num*. 36. vbi loquitur quando in loco erat ſolitum non fieri teſtamenta, niſi a morbo grauatis, Put. *deciſ*. 232. *n*. 8. *lib*. 2. & videnda erit Rota Romana *in nouiſſ. deciſ*. 1004. *&* 1007 *part*. 3.

34 Limitatur ſecundo, quando teſtator nullo modo cogitauit de poſthumo, vt quia non habebat vxorem, vel ſi habebat, erat ſenio confecta, vel ſterilis, nam tunc clauſula codicillaris non operabitur fideicommiſſi onus in fauorem ſcripti hæredis. Alexand. *conſ*. 123. *col. penult*. *lib*. 1. Corn. *conſ*. 158. *col*. 4. *in limit*. 4. *lib*. 2. *conſ*. 150. *nu*. 34. *conſ*. 194. *col. penult*. *& conſ*. 225. *col. penult*. *lib*. 3. Purpur. *conſ*. 451. *n*. 2. *verſ. tamen*. Crauet. *conſ*. 718. *n*. 8. Ruin. *conſ*. 6. *n*. 11. *lib*. 3. Dec. *conſ*. 37. *nu*. 18. *lib*. 1 Menoch. *conſ*. 499. *n*. 16. *verſ tertio principaliter & lib*. 4. *præſumpt*. 32. *n*. 14. Ant. Gabr. *de clauſ. concl*. 9. *n*. 23.

35 Limitatur tertiò, quando inter teſtamenti conditionem, & poſthumi natiuitatem inter medium fuiſſet longum tempus, ita vt præſumi poſſet teſtatorem oblitum fuiſſe de teſtamento iam facto, nam clauſula codicillaris tunc nihil operabitur, Cagn. *in d. auth. ex cauſa*, *n*. 149. *verſ ſecundo poſſet C. de liber. præter*. Menoch. *lib*. 4. *præſumpt*. 32. *n*. 16.

36 Limitatur quartò, quando teſtator nato poſthumo, declarauit velle quod poſthumus eſſet ſuus hæres, nam tunc clauſula codicillaris non operabitur onus fideicommiſſi, Decian. *conſ*. 37. *n*. 23. *&* 24 *lib*. 1. vbi loquitur quando pater legitimauit poſtea filium, & in ſupplicatione dixit velle, quod filius eſſet ſuus hæres, & quando reperta fuit ſchedula, in qua filium ſcripſit hæredem, idem ſcribit Burſat. *conſ*. 15. *nu*. 21. Honded. *conſ*. 74. *ante nu*. 57. *lib*. 1. Menoch. *conſ* 499. *nu*. 17. *verſ. quarto, & vltimo & lib*. 4. *præſumpt*. 32. *nu*. 17.

37 Idem ſi coram teſtibus dixiſſet teſtator, velle filium habere omnia bona ſua, licet verba dicta non fuiſſent animo tunc faciendi teſtamentum, Decian. *d. conſ*. 37. *nu*. 33. *lib*. 1.

38 Limitatur quintò, quando teſtator valde diligebat poſthumum, nam tunc præſumptio eſt, quod noluerit eum grauare fideicommiſſo propter clauſulam codicillarem, Dec. *conſ*. 37. *nu*. 35. *& ſeq*. *lib*. 1 quem refert & ſequitur Menoch *d. conſ*. 499. *n*. 17. *ad medium*.

39 Limitatur ſextò, quando poſthumus natus mortuus eſt non adita hæreditate, & ſic factus eſt locus venientibus ab inteſtato, tunc enim clauſula codicillaris non operaretur, vt & illi dicerentur grauati reſtituere hæredi ſcripto. Ang. Aret. *inſtit. de codicil. in princ*. vbi dicit ita ſæpius practicaſſe Iaſ. *in auth ex cauſa in fine, C. de liber. præter. & in lib*. 1. *§. hoc autem, col*. 1. *ff. ad Trebell*. Socin. ſen. *conſ*. 152. *col*. 4. *lib*. 2. Menoch. *lib*. 4. *præſumpt*. 32. *n*. 18. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol*. 105. *nu*. 26. *& ſeqq*. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. l*. 8. *tit*. 9. *n*. 9. *in fine*.

40 Contrariam opinionem probarunt Curt. iun. *in d. auth. ex cauſa numero* 73. & ibi Cagnol. *in fine, C. de liber. præter*. Did. *in cap. Raynutius*, §. 3. *numero* 8. *extr. de teſtament*.

De hac tamen limitatione videnda erunt dicta à Præt. *d. fol*. 105. *num*. 26. *& ſeqq*. & quæ ego ſcripſi *q*. 566. *num*. 42. *& ſeqq*.

41 Limitatur ſeptimò, quando inſtitutus fuiſſet extraneus, nam tunc pauci tenent poſthumum filium eſſe fideicommiſſo grauatum. Decianus *conſ*. 37. *n*. 16. *lib*. 1. & plures refert Theſaur. *dicta deciſ*. 141. *n*. 15.

42 Sublimitatur tamen ſecundum Theſaur. *loco citato*, *num*. 16. *&* 17. quando poſthumus eſt mortuus viuo teſtatore, vel poſt, ſed in pupillari ætate, de quo dictum etiam eſt ſupra.

43 Quartus principalis caſus eſt, quando clauſula eſt concepta per verbum, poteſt, iunctum infinitiuo, vt ſi dictum ſit, ſi teſtamentum valere non poſſet, &c. & tunc idem eſt, ac ſi clauſula per verba futuri temporis eſſet concepta. Ripa *de probat & de iniuſt. rup. irrit. teſtament*. *reſp*. 21. *nu*. 30. *& in infort. de liber. & poſthum. reſp*. 1. *nu*. 18. *& reſp*. 2. *nu*. 13. Præt. *de interpret. vltim. vol. fol*. 100. *nu*. 47. *& nu*. 80. *& ſeqq*. vbi declar. *& num*. 92. *verſ. item hanc opinionem tenet*. Vnde in hoc caſu videnda erunt quæ ſcripſimus in tertio caſu principali, *nu*. 12. *verſ. tertius caſus*. *& nu. ſeqq*.

44 Poteſt etiam alijs verbis concipi clauſula codicillaris, & an ſit concepta verbis præſentis, vel futuri temporis, late declarat Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol*. 102. *n*. 78. *vſque ad finem ſolutionis*.

45 Illud vero aduertendum eſt, quod ſi ſumus in caſu, quod clauſula codicillaris in teſtamento ſubintelligitur, vt in teſtamento inter liberos clauſula ſic ſubintellecta non operabitur fideicommiſſi grauamen ad commodum hæredis ſcripti, Crauet, *conſ*. 34. *col*. 2. *verſ. ſed præmiſſis*. Menoch. *lib*. 4. *præſumpt*. 32. *n*. 19. & faciunt *d. q*. 566. *nu*. 19.

46 Contrariam ſententiam probarunt, & malè Purpur. *conſ*. 5. *nu*. 13. Pancir. *conſ*. 95. *dubio primo*. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol*. 100. *n*. 41. *verſ. prædicta*.

47 Porrò in caſibus, quod fideicommiſſum induceretur per hanc clauſulam codicillarem, ſi ceſſit dies fideicommiſſi reſtituendi ex dicta clauſula in vita hæredis ſcripti tranſmitteretur. Decianus *conſi*. 478. *col*. 3. *& conſ*. 490. *col. vlt*. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol*. 104. *num*. 10. *in fine*. vbi poſt Dec. teſtatur eſſe communem opinionem Capic. *dec*. 80. vbi conſtat in Conſ. Neapolitano ita iudicatum.

48 Contrarium tamen tenuit Bart. *in lib*. 1. *quæſt*. 1. *ff. de iur. codic*.

49 Sed an grauatus poſſit detrahere duas quartas legitimam, & Trebellianicam, videndi erunt Rip. & Menoc. *locis ſupra relatis*. Præt *de interpr. vlt. volun fol*. 105 *num*. 29. 30 *& fol*. 226. *num*. 9. *in fi*. *& fol*. 367. *nu*. 35. Caualc. *de vſuf. mul. relic. n*. 80. Ceph. *conſ*. 138. *n* 31. Hond. *conſi*. 34. *num*. 71. *& ſeq. lib*. 1. Theſaur. *deciſ*. *Pedem*. 141. *nu*. 18.

hi enim

hi enim ex magis communi dicunt Trebellianicam non poſſe deduci: & dixi etiam *ſupra n.* 19.

50 Et filij ſic grauati per hanc clauſulam dicuntur purè grauati, Rip. *de ſubſt. reſp.* 10. *nu.* 13 *in ff. infort. de liber. & poſthum. reſp* 1. *n.* 20. *reſp.* 1. *n.* 15. *&* 16. vbi dicit hoc procedere in præteritione filij iam nati, ſecus ſi præteritus eſſet poſthumus quod ſenſit etiam Præt. *d. fol.* 226. *n.* 19. *in fi.* & ſequitur Honded. *conſ.* 74. *n.* 70. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Præteritionis fratris inſtituta turpi perſona rumpitur teſtamentum à fratre conditum.*

2 *Clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſum rupto teſtamento præteritione fratris inſtituta turpi perſona, contra n.* 3. *decl. n.* 4.

QVÆSTIO DLXX.

Vtrum fratre præterito, & turpi perſona inſtituta, clauſula codicillaris operetur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto retenta quarta?

1 SI frater inſtituta turpi perſona in ſuo teſtamento præterijt fratrem, teſtamentum rumpi dubium non eſt, vt poſt alios ſcribunt Clar. *in* § *teſtamentum. q.* 50. Hieron. Gabr. *conſ.* 126. *lib.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 36. *nu.* 46. Præt. *de fideic. q.* 15. *n.* 13. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 105. *nu.* 22. *& fol.* 48. *n.* 69. *& ſeq.* vbi ponit quæ ſit turpis perſona, & alij infra citandi.

2 Difficultas eſt, quando in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, an frater præteritus teneatur reſtituere hæreditatem ſcripto hæredi retenta ſibi quarta? In quo articulo ſunt contrariæ opiniones. Quod enim clauſula non operetur fideicommiſſum, tenent Paul. de Caſt. *in l. ſi patroni, §. actiones, ff. ad Trebel.* Angel. *in auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* Iaſ. *in l. fratres, column.* 1. *verſ. quarto nota Cod. de inoff. teſtam.* Fabian. *in auth. nouiſſima. n.* 224. *C. eod.* Fulgoſ. *conſ.* 71. Cuman. & Fulgoſ. *inter conſil. Paul. Caſtr. conſil.* 168. *ad primum videtur, col. pen. & vlt. lib.* 1. Ludou. Bolog. *conſ.* 15. *in fi.* Gozad. *conſ.* 85. *col.* 1. *verſ. præterea.* Dec. *conſil.* 277. *col. ... conſil.* 530. *dubio* 7. *& vltimo, & conſil.* 561. vbi dicit nefas eſſe in Praxi ab hac opinione recedere Bero. *conſ.* 20. *col. vlt. lib.* 2. Ruin. *conſ.* 5. *col. vlt. lib* 3. Rol. à Valle *conſ.* 87. *nu.* 12. *lib.* 3. vbi de communi opinione teſtatur Decian. *conſil.* 31. *nu.* 44. *lib.* 4. Hieron. Gabr. *conſil.* 126. *n.* 3. *lib.* 1. Burſar. qui dicit eſſe communem opinionem *conſ.* 92. *n.* 6. *lib.* 1. P. Iacob. *in ſua Praxi tit. de auth. ex cauſa præter. num.* 14. *verſ. item ſi frater.* Bertach. *in ſuo Repert. in verbo clauſula codicillaris. nu.* 40. Anton Gabr. *de clauſ. concluſ.* 7. *nu.* 3. Cremen. *ſing.* 90. *incip. tu ſcis, quod fideicommiſſum.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 104. *n.* 19. *& ſeqq. & fol.* 126. *n.* 19. Peregr. *de fideic. art.* 36. *nu* 48. Craſſ. *in* §. *codicillus, nu.* 23. vbi de communi Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* § 10. Fachin. *lib.* 4. *contron. iur. c.* 91. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 128.

3 Contrariam ſententiam probarunt Din. *in d. l. ſi patroni, §. ſi actiones, ff. ad Trebellian.* & ibi Bart. Imol. & Alexand. Iacob. de Aret. *in auth. ex cauſa in fi. C. de liber. præter.* & ibi Curt. iun. *nu.* 75. & Igneus *nu.* 212. *& ſeqq.* & Cagnol. *nu...* Angel. *in l.* 1. *ff. de inoff. teſtam.* & ibi Curt. iun. & Cagnol. *n.* 3. Iacob. *nu* 2. Barbatia *in c. Raynutius. extr. de teſtam.* Angel. *conſil.* 171. Socin. iun. *conſil.* 87. *n.* 16. *lib.* 4. Crauet. *conſ.* 616. *nu.* 22. *conſ.* 728. *n.* 15. *& ſeqq. conſ.* 768. *n.* 5 6. *conſ.* 898. *n.* 12. *& conſ.* 921. *n.* 9. Dilect. *de art. teſtam. tit.* 3. *caut.* 16. Aneh. Regien. *lib.* 1. *q.* 11. ita deciſum fuit in Regio Conſ. Neapolitano teſte Affl. *d. deciſ.* 125. *& deciſ.* 704. Menoch. *conſ.* 1137. *num.* 40. Clar. *in* §. *teſtamentum. q.* 52. *verſ. ſed quaro.*

Declaratur prima opinio communis, vt non procedat, ſi per fideicommiſſum ſubſtitutus eſſet aliquis, qui non eſſet turpis perſona, Paul. Caſtr. *in d. l. ſi patroni. §. vlt. ff. ad Trebell.* Iaſ. *in l. fratres, num.* 8. *C. de inoff. teſtam.* refert & ſequitur Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 48. *in fi.* & vide *q. ſeq. n.* 8. 4

Sed an fideicommiſſa ſuſtineantur per *auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* dicam *q. ſeq. nu.* 8. 5

SVMMARIVM.

1 *Præteritionis, vel exhæredationis cauſa rupto teſtamento fideicommiſſa firma manent ampliæ & decl. per totam quæſt.*

8 *Præteritione fratris turpi perſona inſtituta non ſuſtinentur fideicommiſſa in teſtamento rupto relicta, contra num.* 9.

QVÆSTIO DLXXI.

Præteritionis, vel exhæredationis cauſa rupto teſtamento, vtrum fideicommiſſa firma maneant?

QVAERO, an rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis fideicommiſſa firma maneant? Et quod remaneant firma deciſum fuit *in auth. ex cauſa, C. de liber. præt.* & ibi tradunt Bart. *nu.* 6. *&* 8. Iaſ. *nu.* 6. *&* 11. Curt. iun. *num.* 54. *verſ. tertiam concluſionem,* & Alc. *nu.* 8. Bart. *in l. filio præterito.* & ibi Imol. *nu.* 36. vbi dicit ita teneri communiter, *ff. de iniuſt. teſtam.* Guliel. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. in eo iam teſtamento relinquens, il primo, num.* 237. *extr. de teſtam.* & conſulendo Io. de Anan. *conſ.* 28. Ant. de Bu r. *conſ.* 15. Decian. *conſil.* 8.. *n.* 3. Pariſ. *conſ.* 6. *col.* 2. *&* 5 *& conſ.* 64. *lib.* 2. vbi ſcribit eſſe communem opinionem Roland. à Valle *conſ.* 71. *num.* 56. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 11. *nu.* 5. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Odd. *conſ.* 45. *num.* 19. Valaſch. *conſul.* 54. *num* 7. *tomo* . Guid. Pap. *quæſt.* 529. Et in Tractatibus. Clar. *in* § *teſtamentum, q.* 53. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 223. *nu.* 15. Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 32. *nu.* 7. *ad medium.* Peregr. *de fideicom. art.* 2. *n.* 24. Intrig. *de ſubſt. centur.* 1. *q.* 80. *nu.* 46. Viu. *commun. opin. concl.* 8, 7. 1

Ampliatur, vt auth. ex cauſa procedat etiam in præteritione poſthumi ſcienter facta, vt tradunt Bart. ibi *n.* 6. Alex. *n.* 17. Iaſ. *n.* 2. & Curt. iun. *n.* 2. Imol. *in cap. cum eſſes, n.* 26. vbi dicit eſſe communem opinionem, *extr. de teſtam.* Corn. *conſ.* 158. *col.* 4. *& conſ.* 251. *lib.* 2. Bertrand. *conſ.* 150. *n.* 1. *lib.* 6. Pariſ. *conſ.* 60. *n.* 10. *& conſ.* 64. *n.* 10. *lib.* 2. Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 51. *verſ. quod autem,* Craſſ. *in* § *legatum, q.* 63. *nu.* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem Intrigl. *d. cent.* 1. *q.* 80. *n.* 40. 2

Declaratur primò, vt procedat quo ad fideicommiſſa relicta ab alijs hæredibus, vt hæc ſuſtineantur, ſecus eſſet in relictis à filio præterito, quia non ſuſtinerentur *l.* 2. & ibi Bart. *nu.* 2. poſt Din. ſequitur Alber. *in princ. ff. de legat.* 2. idem probatur *in l. quidam,* & ibi Bart. *num.* 1. & Salic. *in fi. C. de fideicom.* Imol. *in l. filio præterito, nu.* 72. *verſ. & attende etiam ff. de iniuſt. rupt. teſt. iament.* Iaſ. *in d. auth. ex cauſa, num.* 6. *verſ. quarto notabiliter limita,* & ibi Io. Ign. *num.* 228. vbi eſſe communem teſtatur Odd. *conſ.* 45. *num.* 20. 3

Decla-

Digitized by Google

4 Declaratur ſecundò non procedere in præteritione ignoranter facta, ſiue poſthumi, ſiue iam nati, quia tunc non ſuſtinerentur fideicommiſſa. ex quo in illo caſu non haberet locum *d. auth. ex cauſa*, vt ibidem ſcribunt Bart. *nu.* 4. Iaſ. *n.* 3. & Curt. iun. *n.* 17. Ripa *in l. ſi vnquam, qu.* 19. *nu.* 41. *C. de reuocan. don.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi Tiraq. *in verb. donatione largitus nu* 263. Socin. iun. *in l.* 1. *n.* 273. *ff. de legat.* 1. Guliel. Bened. *in cap. Rainutius, par.* 2. *in verb.* & *in eodem teſtamento, il primo, n.* 233. *ext. de teſtam.* Aret. *conſ.* 63. Bertran. *conſ.* 150. *nu.* 2. *lib.* 5. Cephal. *conſ.* 583. *dubio tertio*, Capra. *reg.* 60. *nu.* 19. & *ſeq.* Clar. *in* §. *teſtamentum, q.* 51. *verſ. ſed quia.* vbi teſtatur eſſe veriorem opinionem, æquiorem, & magis communem, Mantica *de coniect. vlt. volun. lib.* 11. *tit.* 2. *nu.* 32. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 147. & *lib.* 4. *præſump.* 172. *n.* 3. Craſſ. *in* §. *legatum, q.* 67. *nu.* 3. *in fi.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1280. *nu.* 151. & *ſeqq.* vbi alios addit, Intrig *d. cent.* 1. *q.* 80. *n.* 41. & ego hanc probaui conſulendo ſuper teſtamento Dom. Paul. Caſtelli.

5 Contrariam opinionem malè probarunt Bologn. *in d. auth. ex cauſa. num.* 31. vbi teſtatur de magis communi opinione, & ibi ante eum Bald. Fulgoſ. Salic. Franc. Ramp. & Com. qui dicit eſſe veriorem opinionem de rigore iuris, & Ign. *car.* 19. *verſ. tertio.* Bald. *in d. l. filio præterito.* & ibi Franc. Ramp. Imol. *col.* 12. Bald. *in l. ſi cum in vtero. C. de teſtamen. milit.* Corn. *conſil.* 195. *per totum lib.* 1. *conſi.* 168. *num.* 9. *lib.* 2. *conſi.* 150. *col.* 2. & *conſil.* 194. *col.* 3. *lib.* 3. Bertrand *conſi.* 225. *col.* 2. *lib.* 2. Pariſ. *conſi.* 61. *n.* 13. *conſil.* 61. *nu.* 14. & *conſi.* 63. *num.* 8. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 585. *n.* 39. & 66. vbi plures congerit, & latè hanc opinionem comprobat D. Pedr. *conſi.* 8. *n.* 54. *lib.* 1. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & magis communem, Anton. Gabr. *de clauſ. concl.* 8. *nu.* 11.

6 Hæc tamen declaratio erit amplianda, & limitanda, ex his quæ ſcribunt Doct. *in d. auth. ex cauſa præcipuè*, Cagn. *n.* 33. & *ſeqq.* Clar. Tiraq. Craſſ. Menoc. Maſcar. & Intrigl. *locis citatis*, & latiſſimè Ant. Gabr. *de clauſ. concluſ.* 7. & 8. D. Pedroc. *d. conſi.* 8. *lib.* 1. Theſaur. *deciſ.* 228. & *deciſ.* 234. *lib.* 2.

7 Declaratur tertiò non procedere in fideicommiſſis relictis extraneis. Decian. *conſ.* 37. *n.* 17. *lib.* 1.

8 Declaratur quartò non habere locum, quando turpis perſona ſit inſtituta, nam tunc rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, non ſuſtinerentur fideicommiſſa per *d. auth. ex cauſa.* Angel. *in* §. *ſiue igitur, in auth. vt cum de appell. cognoſc.* Salic. *in l. fratres, qu.* 4. *C. de inoff. teſtam.* licet dicat contrariam opinionem æquiorem, & id eo ab hac tanquam communi non audet recedere, & ibi Iaſ. *num.* 3. & 4. qui de communi opinione teſtatur, Alexand. *in l. ſi patroni* §. *vlt. numer.* 6. *ff. ad Trebell.* vbi allegat Imol. & Franc. de Ramp & *in d. auth. ex cauſa, nu.* 19. Decian. *in l. liberi, num.* 13. *ff. de bonor. poſſ. contab.* Ruin. *conſil.* 5. *lib.* 3. Rol. à Valle *conſ.* 87. *nu.* 10. *lib.* 3. Vaſq. *de ſucceſ. progr. lib.* 1. §. 10. *nu.* 45. *verſ. quarto pulchrè facit.*

9 Contrariam ſententiam, quod immò fideicommiſſa ſuſtineantur probarunt Bald. *in l. fratres, quaſt.* 3. & ibi Curt. iun *n.* 75. Cagnol. *n.* 87. *in fi.* & *nu.* 88. Io. Fab. *n.* 5. *C. de inoff. teſtam.* Iacob. de Aren. *in d. auth. ex cauſa*, & ibi Io. Ign *nu.* 39. *verſ. ego autem dico*, Cagn. *in l.* 1. *C. de inoff. teſtam.* Crauet. *conſ.* 898. & *conſ.* 921. Clar. *in* §. *teſtamentum. q.* 52. Craſſ. *in* §. *codicilli, qu.* 23. Fachin. *lib.* 4. *contrau. iur. c.* 91. *in fi.* Pere *de fideic. art.* 36. *nu.* 48. *in fi.* Afflict. *deciſ.* 125. vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communem, Theſaur. *deciſ. Pedem.* 128. *nu* 6. & *ſeqq.* qui tamen afferit aliam opinionem communiter teneri, ſed dicit hanc in iudicijs eſſe ſequendam cum ſit æquior, & humanior.

QVÆSTIO DLXXII.

QVAERO, ſi teſtamentum ſuſtinetur fauore piæ cauſæ, an ſuſtineatur & quo ad fideicommiſſa laicis relicta? Et ſuſtineri quo ad omnia ſcribunt Salic. *in auth. cauſa. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* Curt. iun. *in l. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, num.* 18. & *ſeq. C. de teſtam.* poſt Iaſ. ibi *num.* 10. qui teſtatur de communi opinione, Cror. *in l. re coniuncti. num.* 16c. *ff. de legat.* 3. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Zanch. *in l. heredes mei*, §. *cum ita, n.* 972. *ff. ad Trebell.* Butr. *in cap. quod clericus, col.* 6. *verſ. ideo puto, ext. de for. compet.* Guliel. Bened. *in cap. Rainutius, in verb. teſtamentum, il primo n.* 69. *ext. de teſtam.* vbi teſtatur de communi opinione, Did. *in cap. relatum, col.* 1. *ext. de teſtam.* Dec. *conſ.* 504. *num.* 5. Ruin. *conſ.* 1. *nu.* 12. *lib.* 2. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 245. *num.* 9. 1

Contrariam opinionem tenuit Clar. *in* §. *teſtamentum, q.* 6. *in fi.* 2

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia ſuperueniens reuocationis fideicommiſſi præſumptionem inducit, ampl. & decl. per totam q.*

2 *Inimicitia probatur duobus teſtibus.*

QVÆSTIO DLXXIII.

Inimicitia ſuperueniens, an inducat præſumptionem, quod fideicommiſſum ſit reuocatum?

VIDIMVS in præcedentibus quæſt. .... an inimicus, cenſeatur vocatus ad fideicommiſſum? Nunc agendum eſt, an fideicommiſſa tacite cenſeantur reuocata ob ſuperuenientes inimicitias. Et affirmatiua opinio probatur *in l.* 3. §. *vltimo*, & *in l. ex parte, ff. de adim. legat.* & in vtroque loco Doct. ſcribunt & Iaſ. *in l. fideicommiſſum, C. de fideicom.* & *in l. ſi filiam, C. de inoff. teſtam.* Petr. Ricciard. *inſtit. de adim. leg. num.* 36. & *ſeqq.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 5. Ioſeph. Lud. *concl.* 24. Peregr. *de iur. fiſc. tit. de inimic.* & *tract. de fideic. art.* 33. *num.* 34. Anton. Gama *deciſ. Luſit.* 206. *num.* 17. 1

Ampliatur, & ſi teſtator poſt inimicitias fecit codicillos, nec in illis reuocauit fideicommiſſum, quia tacita reuocatio remanet in ſuo robore, *l. vltima*, §. *Seia, ff. de adim. leg.* Petr. Gerard. *ſing.* 5. Palat. *in rubr. de don. int. vir.* & *vxor.* §. 78. *n.* 17. Rip. *in l. generaliter, nu.* 151. *C. de reuocan. donat.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 5. *nu.* 2. Pereg. *tract. de fideic. art.* 33. *nu.* 34. *adnotandum*, eſſe ſingulare dictum ait, Anton. Gama *dicta deciſione* 206. *nu.* 17. 2

De hac tamen quæſtione pro eius ampliatione & declaratione videndi erunt Mantica & Lud. *locis citatis.* Præt. *de interp. vlt. volunt. fol. mihi* 59. *n.* 14. & *ſequentibus.* Peregr. *de fideic. art.* 18. *in fine.* Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 170. & Maſcard. *de probat. concl.* 1280. *à n.* 137. *vſque ad num.* 161. 3

Et inimicitia probabitur per duos teſtes, Mantic. *dicto tit.* 5. *nu.* 13. vbi de communi opinione teſtatur Maſcard. *de probat. concl.* 900. & *concl.* 1280. *n.* 81. Did. *in rub. ext. de teſtam. par.* 2. *num.* 21. *verſ. quod ſi codicill.* Ioſeph. Lud. *dicta concl.* 24. *ampliat.* 4. 4

SVM-

ed by Google

SVMMARIVM.

1 *Incapaci tacitè promittens reſtituere in fraudem legis priuatur hæreditate, amplia & declara per totam quæſt.*

Limitatur in filiofamilias, & ſeruo qui excuſantur ſi tacitam fidem accommodauerunt, num. 2.

Limitatur ſi interuenit ſimplex pollicitatio, non autem promiſſio obligatoria, num 3. contra num. 4.

Limitatur, vt ſolum portio promiſſa reſtituere auferatur non totum, num. 5. contra nu. 6. declara num. ſequentibus.

Limitatur, quando non ad fuiſſet incapacitas tempore mortis teſtatoris, num. 9.

Limita, ſi is cui reſtituendum erat, obijt ante teſtatorem. num. 10.

Limitatur, quando palàm, & bona fide facta eſſet promiſſio, quia non fiſco, ſed hæredi remanet hæreditas num. 11.

8 *Incapaci promittens reſtituere ſi fiſco negat eum, cui reſtituere debet, punitur pœna deportationis, & publicationis bonorum.*

12 *Incapaci reſtituere promiſſionem eſſe factam, quomodo probetur.*

QVÆSTIO DLXXIV.

Incapaci promittens hæreditatem reſtituere, an priuetur hæreditate, & puniatur?

1 QVAERO, an promittens tacitè reſtituere incapaci in fraudem legis hæreditatem, ea priuetur? Et quod priuetur, & hæreditas fiſco applicetur, habetur *in l. non intelligitur, §. cum ex cauſa in l. in fraudem in l. cum tacitum, ff. de his quib. vt indig. in l. 1. in fraudem in l. cum tacitum, ff. de his quib. vt indig. in l. 1. in principio, & in l. edicta ff. de iur. fiſc.* & in dictis locis, Gloſ. Bart. & alij Bart. *in l. 1. C. de delat. lib. 10, & in l. Lucius, §. in teſtamento,* & ibi alij Doctor. *ff. de leg. 1.* rurſus Bart. *in l. hæreditas, &* & ibi Bald. Salicet. Paul. Caſtr. *C. de indig.* Bald. *in l. cum quam, nu. 31. Cod. de fideic.* Barbat. *conſil. 46. libr. 1.* Corn. *conſil. 236. colum. 3. lib. 2.* Dec. *conſil. 311. column. vltima,* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 31.* Did. *de ſponſ. cap. 8. parte 2. §. 5. numero 3.* Mantic. *de coniectur. vltimarum volunt. libr. 10. tit. 4. num. 6. & ſeq.* Peregr. *de iur fiſc. libr. 3. tit. 1. num. 5. & tit. 19.*

2 Declaratur primò, filiumfamilias, & ſeruum excuſari, ſi tacitam fidem accommodauerint, *l. in fraudem, §. rectè, ff. de his quib. vt indign. l. ſi tacitum, ff. ad leg. Falcid.* Gloſ. *in dicta l. non intelligitur, ff. de his quib. vt indign.* Bald. *in dicta l. etiam Cod. ad leg. Falcid.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 7.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 3. tit. 9. num.* 8.

3 Declaratur ſecundò, vt procedat, dummodò interuenerit promiſſio obligatoria, non enim ſufficeret ſimplex pollicitatio, ſecundũ Bald. *in l. in tacitis, ff. de leg. 1.* Barbat. *conſil. 46. num. 16 libr.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. num.* 8. Contra tamen & melius tenent Paul. Caſtr. *in dicta l. in tacitis,* Corn. *conſil. 310. col. 2. lib. 1.* & Pereg. *dicto de iur. fiſc. lib. 3. tit. 19. nu. 14.*

4 Declaratur tertiò, vt fiſcus non auferat niſi portionem, quam hæres promiſit clam reſtituere, non autem totum ſit auferendum, & fiſco præſtandum, *l. cum qui, §. pro parte ff. de his quib. vt indign. & l. ex facto, §. Iulianus, ff. de vulgar.* & ibi not. Alexand. & Iaſ. Bald. *in l. cum virum, C. de fideicommiſſ.* Alexand. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, nu. 2. ff. ad Trebellianum,* Boſſ. *tit de his quib. vt indig. num.* 13. Mantic. *de coniectur. vlt volunt. libr. 10. tit. 4. num. 7.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 3. tit. 19. num.* 20. & quod dixit *lib. 2. tit. 1. num.* 19.

Contrariam ſententiam malè probauit, Bald. *in l. etiam in q. penult. C. ad leg. Falcid.* ſequitur Petr. *de fideicom. q. 10. nu. 58.* 5

Intellige tamen, vt teneatur reſtituere fructus perceptos partis auferendæ, & ſi fuerint percepti ante litem motam, licet ad eorum vſuras ex benignitate non teneatur, *l. cum quidam, §. in tacito ff. de vſur. l. cum qui, in principio, ff. de his quib. vt indign.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 3. tit. 19. nu. 20. ante finem.* 6

Intellige ſecundò, quod ſi hæres ſtudioſè celat fiſco, & illi cui rogatus fuerit dare, erit puniendus pœna deportationis, & publicationis bonorum, *l. vnica, Cod. de his qui ſe defer. lib. 10.* & ibi Bart. Peregr. *d. lib. 3. tit. 19. num. 10. in fine.* 7

Declaratur quartò, quod ad hoc vt fiſcus auferat bona propter interpoſitam fidem, requiritur incapacitas teſtamenti tempore, & etiam mortis teſtatoris, ſi enim is, cui facienda erat reſtitutio, capax fuiſſet tempore mortis, vel tempore teſtamenti, ceſſaret pœna priuationis, *l. non intelligitur, § quando autem,* & ibi Gloſ. & Bart. *ff. de iur. fiſc.* Peregrinus *dicto tit. 19. nu.* 18. Niſi promiſiſſet reſtituere capaci tempore teſtamenti in caſu incapacitatis ſuperuenientis; *l. in fraudem, §. 1. ff. de his quib. vt indig.* Mantic. *de coniectr. vltimar. volunt. lib. 10. tit. 4. nu. 7. in fine,* Peregrinus *dict. lib. 3. tit. 19. num.* 18. 8

Declaratur quintò non procedere, quando incapax, cui reſtituendum erat, obijt ante teſtatorem, nam tunc tacita fides non prodeſſet fiſco ad auferendam hæreditatem, *l. vlt. §. 1. ff de his quib. vt indig.* Peregr. *de lib. 3. tit. 19. num. 18. in fine.* 9

Declaratur ſextò procedere, dummodò clam facta ſit promiſſio reſtituendi, ſi enim bona fide, & palàm facta eſſet, fiſcus non auferret, ſed remaneret hæredi *d. l. non intelligitur, in principio, & in §. ſi quis palam, ff. de iur. fiſc* Roman. *conſil. 478 num. 2. & 3.* Rimin. iun. *conſ. 237. nu 7. vſque ad finem,* vbi etiam declarat, quando palàm fuerit grauatus hæres reſtituere incapaci, Mantic. *d. lib. 10. tit. 4 num.* 8. Peregr. *d. tit.* 19. & vbique omnes concedunt. 10

Quomodo autem probetur, clam fuiſſe datam fidem de reſtituendo incapaci, & ex quibus coniecturis hoc colligatur, ſcribunt Riminald. ſen. *loco citato,* Mantic. *dict. libr. 10. titul. 4.* & Pereg. *de iur. fiſc. libr. 3. tit. 19.* 11

SVMMARIVM.

1 *Pater & filij ſi ſint ad fideicommiſſum vocati, contrauentio vnius non nocet alijs, & pariter priuatio vnius, & ademptio non nocet alijs. Amplia & declara per totam quæſtionem.*

1 *Patris factum non nocet filijs poſt eum ſubſtitutis, contra, num. 2.*

Amplia non nocere filijs nec reſpectu vſusfructus, numero 3.

Limitatur in filijs contemplatione patris ſubſtitutis, num. 4.

5 *Priuatio patris iuris ſuccedendi ex ſubſtitutione ob eius contrauentionem, quando pater ius habebat in ſpe non nocet filijs poſtea vocatis, contra num. 6. declara, num. 7.*

8 *Ademptio fideicommiſſi facta à patre non cenſetur facta & a filijs poſt patrem vocatis, contra num. 9. declara num. 8. 9.*

10 *Contrauentio vnius non nocet alijs, quando plures ſunt coniunctim vocati contra num. 11. declara nu. ſequentibus.*
Limitatur, ſi teſtator aliter diſpoſuit, num. 12.
Limitatur, ſi omni meliori modo ſeruari ſuam diſpoſitionem teſtator dixit, num. 13.
15 *Preceptum teſtatoris ſine ratione poteſt non ſeruari ſine pœna.*
16 *Ademptio facta à patre nocet filijs in conditione poſitis, & num. ſeq.*
17 *Contrauentio patris nocet filijs in conditione poſitis.*
18 *Occidens grauatum ſibi reſtituere fideicommiſſum & filijs ſuis, præiudicat & filijs, qui ex facto patris erunt priuati.*

QVÆSTIO DLXXV.

Quando pater, & filij ſunt ad fideicommiſſum vocati, vtrum ademptio, vel contrauentio patris noceat & filijs?

QVAERITVR, quando pater & filij ſunt vocati, ſi teſtator adimit a patre, an dicatur etiam à filijs ademiſſe, vel ſi pater contrauenit voluntati teſtatoris, ita vt priuari debeat, an eius factum noceat & filijs? In hoc articulo conſtituo quinque caſus.

1 Primus eſt caſus, quando filij ſunt diſpoſitiuè vocati, ſed pater & filij ſunt ordine ſucceſſiuo vocati, & pater bona habet, & tunc patris factum & delictum non debet nocere filijs poſtea vocatis, ita ſcribunt Ruin. *conſil. 132. nu. 7. lib. 2.* Port. Imol. *conſil. 55. nu. 107.* Natta *conſil. 470. nu. 25. vſque ad finem.* Ceph. *conſil. 282. nu. 29. & 35.* Burſat. *conſil. 13. num. 67. & ſeq. lib. 1.* vbi alios addit Honded. *conſil. 72. nu. 32. vſque ad finem lib. 1.* Peregr. *de fideic. art. 18. num. 28. & ſeq.* Franc. *deciſ. 159.* & quæ dicam *in quarto caſu.*

2 Cæterum in contraria ſententia fuerunt Pariſ. *conſil. 91. num. 67. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 126. num. 7. & ſeqq. lib. 2.* Alba *conſil. 57.* Menoch. *conſil. 954. num. 30. & ſeqq.* Theſaur. *deciſ. 270. num. 27.* & videnda erunt pro confirmatione dicta infra *num....*

3 Ampliatur, vt nec reſpectu vſusfructus contrauentione patris noceat filijs, Honded. *conſil. 72. num. 45. & ſeqq. lib. 1.*

4 Declaratur non procedere, quando filij contemplatione patris eſſent vocati, Socin. iun. *conſil. 129. num. 11. libr. 2.* Peregrinus *de fideicommiſſ. artic. 18. num. 32. in fine.*

5 Secundus caſus eſt, quando filij diſpoſitiuè ſunt vocati ſucceſſiuè poſt patrem, & pater non habet adhuc bona, ſed tantum habet ius in ſpe, vt quia inſtituto hæredi pater & filij ſint ſubſtituti, & pater ſit priuatus ſub aliqua conditione, veluti ſi quid fecerit, & contrauenerit voluntati teſtatori, & ſic ſit priuatus iure ſuccedendi ex ſubſtitutione, & tunc filij non erunt excluſi, Ruin. *conſil. 122. lib. 2.* Gaſp. Fab *conſil. 54. num. 44.* Port. Imol. *conſil. 55. nu. 107.* Ceph. *conſil. 282.* Honded. *conſil. 72. dubio ſecundo, lib. 2.* Pereg. *de fideic. art. 18 num. 30. verſ. contra & num. ſeq.* Franc. *deciſ. 169.*

6 Contrariam ſententiam probarunt Pariſ. *conſil. 91. libr. 2.* Socin. iun. *conſil. 129. per totum lib. 2.* Alba *conſil. 57. num. 18.*

7 Declaratur hi caſus; vt ſi filij ſint vocati contemplatione patris, quod patris contrauentio eis noceat, Soc. iun. *conſil. 129. num. 11. lib. 2.* Peregr. *d. art. 18. num. 38. in fine.*

8 Tertius eſt caſus, quando pater, & filij ſunt ſucceſſiuè vocati, & filij etiam ſunt in diſpoſitione poſiti, ſed ius quæſitum non eſt in ſpe, quæ pariat iuris effectum, vt quia teſtator in teſtamento inſtituat aliquem, & ei ſubſtituat Titium, & Titio ſubſtituit eius filios: & poſtea in codicillis adimat ſubſtitutionem Titij, nulla facta mentione de filijs, & tunc pariter non nocebit ademptio filijs, ſi cauſa reuocationis reſpicit perſonam patris non filiorum, nec pertineat ad offenſam teſtatoris, vt per plures rationes probauit Peregr. *de fideic. art. 18 num. 33. & ſeq.*

Cæterum Menoch *in conſilio 724. dubio ſecundo*, tenet reuocata ſubſtitutione facta de patre, cenſeri etiam reuocatam ſubſtitutionem de filijs, & loquitur, quando pater & filij coniunctim ſunt vocati, & ſuccedunt ordine ſucceſſiuo. 9

Mouetur pluribus fundamentis, & præcipuè primò, quia ſi pater & filij ſunt copulatiuè vocati, & ſic vnica oratione ob vim copulæ, *l. ſi hæred. plures, ff. de condit. inſtit. l. huiuſmodi, §. ſi Titio, ff. de legat. 1.* & vnica oratio operatur, vt vnica dicatur ſubſtitutio, ergo reuocatio poſtea facta comprehendit totam ſubſtitutionem.

Secundò, quia ſubſtitutio filiorum dependet ab illa patris, ergo reuocata ſubſtitutione de patre erit, reuocata & illa filij ab ea dependens, ita Socin. iun. *dict. conſilio 129. num. 28. lib. 3.* & Menoch. *dicto conſil. 724. num. 12. verſ. 4.*

Tertiò, ſi excluſa eſt aliqua perſona à beneficio aliquo, & eius deſcendentes cenſentur excluſi, tanquam à radice infecta prouenientes, Bart. *in l. 2. §. videndum, numero 2. ff. ad Tertull.* Pariſ. *conſ. 23. num. 24. libr. 2.* Socin. iun. *conſil. 5. num. 13. lib. 2.* ergo reuocata ſubſtitutione de perſona patris, erit reuocata & illa filiorum, ita arguunt Socin. iun. *d. conſilio 129. numer. 28. libr. 2.* Menoch. *conſil. 724. num. 15.* in quo loco alia adducit pro comprobatione ſuæ opinionis, & reſpondet ad argumenta contraria.

Ego non recederem ab opinione Peregrin. quæ melioribus rationibus mihi videtur fundata, ex quibus reſponderi poteſt ad argumenta Menochij: & præcipuè ad tertium reſpondit Peregr. *d. art. 18. n. 30 31. 32.*

Ad primum dico, verum non eſſe, quod ob vim copulæ vnica ſit ſubſtitutio, quia ſunt plures ſubſtitutiones ſucceſſiuæ.

Ad ſecundum dico, ſubſtitutionem de filijs non dependere ab illa patris, ſed ſtare per ſe ſucceſſiuè poſt ſubſtitutionem factam de perſona patris, vnde caducata ſubſtitutione de perſona patris, ſuccedunt filij per vulgarem, vt dixi q.... & ſic ſicuti caducato gradu paterno, non eſt caducus gradus filiorum, ſimiliter priuatio & reuocatio gradus paterni nō operatur & gradum filiorum eſſe reuocatum. Et pro prima opinione in fortiori faciunt dicta *in ſeq. caſu in prima opinione.*

Quartus eſt caſus, quando pater & filij, vel plures alij ſunt coniunctim vocati, & ſimul admitti debent, & teſtator eos priuat contraueniendo eius voluntati, vel aliam conditionem ponat, & tunc contrauentio vnius alijs non nocet, Cap. Rainaldus *extr. de teſtam.* Cephal. *conſil. 243. num. 11. & ſeqq.* alios citat, licet ipſe diſſentiat, Præt. *de interpr. vltim. volun. fol. 451. num. 14.* Peregr. *de fideic. art. 18. nu. 29. in fine*, & alij citati *q. 454. num. 56. & ſeqq.* 10

Contra, quod immo vno contrauenient, omnes priuari debeant, quando conditio eſt impoſita omnibus, tenent Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 43. ff. ad Trebell.* Soc. ſen. *conſil. 21. num. 3. 4. lib. 3.* Ceph. *conſ. 243. dubio ſecundo*, vbi alios allegat, & comprobat Durand. *de art. teſtam. tit. 3. caut. 4.* alios adduxi *dict. quæſt. 454. num. 57.* 11

Decla-

12 Declaratur prima opinio, vt non procedat ſi teſtator voluit omnes priuari, *l. paterfamilias teſtamento, ff. de hæred. inſtit.* & ibi Doct. Dec. *conſil.* 1 o. *col. vlt.* Cephal. *conſil.* 243. *nu.* 11. *&* *nu.* 29. Surd. ſenſit *deciſ.* 101.

13 In hæreditatibus autem, an contrauentio vnius noceat alijs, ſunt opiniones, & patet ex Doct. ſupra citatis: & quod nocere poſſit ſi teſtator ita diſpoſuit, tenent Cuman. *in d. l. paterfamilias, num.* 3. *ff. de hæred. h. inſtit.* Ruin. *conſil* 150. *num.* 9. *lib* 3. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 451. *num.* 14. *& ſeq.* vbi alios congeſſit.

14 Declaratur ſecundò, vt locum non habeat prima opinio, quando teſtator voluit omni meliori modo ſeruari ſuam diſpoſitionem, quia tunc vno contrauenienteomnes priuantur, Ruin. *conſil.* 150. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 3. Ceph. *conſ.* 243. *nu.* 28. *& n.* 42. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 451. *num.* 14.

Declaratur aliter ex dictis *d. q.* 454. *nu.* 13. *& ſeqq & num.* 56. *& ſeqq.*

15 Si tamen conditio, & præceptum eſſet ſine ratione, poteſt non ſeruari abſque pœna, Bart. *in d. l. paterfamilias,* & ibi Imol. *ff de hæred. inſt.* Soc. ſen. *conſil.* 21 *nu.* 20. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 99. *num.* 117. *& ſeqq.* Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 451. *num.* 14.

16 Quintus caſus eſt, quando filij non ſunt diſpoſitiuè vocati, ſed ſolum in conditione fuerunt poſiti, & tunc priuatio, vel remotio patris nocebit filijs, Paul. Caſtr. *conſil.* 209. *omnis difficultas col. pen. & vltim. lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 19. *n.* 83. *conſil.* 91. *col. pen. & vlt.* latè *lib.* 2. *& conſ.* 20. *numer.* 47. *& numer.* 58. *libro* 3. Honded. *conſil.* 71. *numer.* 47. *libr. primo,* Peregr. *de fideicommiſſ. articul.* 18. *numero* 27.

17 Et fortius ſi filij tantum eſſent tacitè poſiti in conditione ex diſpoſitione, *l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrat.* nam contrauentio, & priuatio patris nocebit filijs, Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 84. *lib.* 2. Alben. *conſil.* 57. *nu.* 18. quos & alios refert, & ſequitur Ruſtic. *in d. l. cum auus, lib.* . *cap.* 5. reprobata contraria opinione, Marzar. *conſil.* 36. *num.* 25.

18 Sed quid ſi pater occidit grauatum, & ad fideicommiſſum ſint ſubſtituti pater, & filij, an filij ſint admittendi ad fideicommiſſum, videatur Honded. *conſil.* 55. *lib.* 2. vbi tamen loquitur in caſu, quando teſtator plures filios inſtituerat, & altero moriente ſine filijs ſubſtituerat ſuperſtites, & præmortuorum filios ſi vnus filius occidat fratrem, dicit Honded. quod & filij homicidæ non poterunt ſuccedere, quia eorum pater viuit.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio fideicommiſſi facta in perſona vnius filiorum cenſetur facta in perſonis aliorum ratione ſeruandæ æqualitatis.*

2 *Aequalitatem ſeruare inter filios, præſumitur pater.*

3 *Aequalitatis ſeruandæ ratione inter filios, receditur à regulis iuris.*

4 *Legatum ademptum ab vno filiorum, cenſetur ademptum & ab alio.*

5 *Legata & fideicommiſſa ſunt in omnibus exæquata.*

QVÆSTIO DLXXVI.

Reuocatio fideicommiſſi in perſona vnius filiorum ſi eſt facta, præſumitur & in perſonis aliorum facta.

1 PATER inter plures filios conſtituit fideicommiſſum reciprocum ſucceſſiuum, reſpectu ſuorum deſcendentium, poſtea reuocat fideicommiſſum in portione vnius expreſsè, vel tacitè ei donando, cenſetur etiam reuocatum fideicõmiſſum in portionibus aliorum, Dec. *conſil.* 361. *nu.* 8. Menoch. *conſil.* 567. *num.* 3. *& ſeqq lib.* 6. vbi plura adducit fundamenta. Præcipua autem ſunt: primò, quia præſumitur teſtatorem velle ſeruare æqualitatē inter filios, Zanch. 2 *in l. hæredes mei § cum ita, num.* 11. *& ſeqq. ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6 *tit.* 1. *num.* . *& ſequentibus,* Ceph. *conſil.* 735. *nu.* 16. *& ſequentibus,* Præt. *de interpretat. vltim. volunt. fol.* 202. *num.* 12. *& ſequentibus,* ergo fideicommiſſum reuocatum in perſona vnius, erit reuocatum & in perſonis aliorum: cum 3 & ratione ſeruandæ æqualitatis recedatur à regulis communibus, Menoch. *conſil.* 87. *num.* 86. Secundò facit *l. alteri, ff. de adim. legat.* vbi ratione ſeruandæ æqualitatis, ſi legatum eſt ademptum ab vno, cenſetur 4 ademptum & ab alio; idem voluit Roman. *conſil.* 320. & ibi Apoſtil. Mantic. *de coniectur. vltim. volun. libr.* 12. *tit.* 2. *num.* 13. Ioſeph. Ludou. *concluſ.* 14. *ampl.* 14 Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 172. ergo idem in fideicommiſſis, 5 cum legata, & fideicommiſſa in omnibus ſint exæquata, *l.* 1. & ibi Doctor. *ff. de legat.* 1.

QVÆSTIO DLXXVII.

TESTATOR in teſtamento fecit fideicommiſſum, poſtea grauato donauit illa bona, an per hoc dicatur voluiſſe reuocare fideicommiſſum? Et quod fideicommiſſum dicatur reuocatum, voluit Menoch. *conſ.* 567. *lib.* 6. & videndus etiam erit Cephal. *conſil.* 379. *num.* 36. *& ſeqq. libr.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatum præſumitur fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit grauatus, ſi teſtator ademit conditionem, contra num.* 2.

Limitatur, quando filij ſunt inæqualiter inſtituti, quia adempta conditione, non erit reuocatum fideicommiſſum, num. 3. *contra num.* 4.

Limitatur in extraneis ſubſtitutis ſub conditione, ſi ſine liberis, quia non erit reuocatum fideicommiſſum, licet adempta ſit conditio, numero 7. *declara, num.* 5. 6.

QVÆSTIO DLXXVIII.

Reuocatum an præſumatur fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi ſine filijs, grauatus deceſſerit, ſi conditio ſit adempta?

TESTATOR reliquit fideicommiſſum ſub 1 conditione, ſi hæres ſine liberis deceſſerit, poſtea ademit conditionem, an & fideicommiſſum præſumatur reuocatum? Diſtingue quatuor caſus.

Primus caſus eſt, quando filij ſunt æqualiter in- 2 ſtituti, & grauati ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, & tunc adempta conditione, & fideicommiſſum præſumetur ademptum, Bartol. *in l. ſi quis ſeruum, numero* 2. & ibi Imol. & Caſtrenſ. *ff. de condit. & demonſtrat.* idem Bartol. *in l.* 1. *num.* 2. & ibi Doctor. communiter, *Cod. de pact.* Socin. iun. *conſil.* 126. *num.* 12 *libr.* 1. *& conſil.* 100. *nu.* 46. *& ſeq lib.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 169. *num.* 6. Contrariam tamen opinionem malè probarunt, Fulgoſ. *in dicta l.* 1. & ibi Raph. Comenſ. & Dec. *C. de pact.*

Digitized by Google

3 Secundus caſus eſt. quando filij ſunt inæqualiter in-
ſtituti, & tunc adempta conditione, ſi ſine liberis de-
ceſſerint. non præſumitur ademptum fideicommiſ-
ſum, Fulgoſ. *in d. l. 1.* & ibi Paul. Caſtr. *C. de pact.* Menoc.
lib. 4. præſumpt 169. *nu.* 25.

4 Contrariam ſententiam probarunt, & melius Ale-
xand. *in dicta l. 1. num. 2.* & ibi Iaſ *nu. 1. in fine*, Soc. ſen.
in primo not. Dec *num. 3.* Curt. iun. *num. 4.* Rip *num* 2. &
Alciat. *num. 7. C. de pact.*

5 Tertius caſus, eſt quando hæredes extranei ſunt
æqualiter inſtituti, & grauati ſub conditione, ſi ſine li-
beris deceſſerint, & tunc adempta conditione dicitur
& fideicommiſſum ademptum, Rip. *in l. 1. num.* 2. & ibi
Alciat. *num. 4. Cod. de pact.* Menoch. *dicta præſumpt.* 169.
num. 28.

6 Contra, quod immo fideicommiſſum non dicatur
ademptum, Paul. Caſtrenſ. *in d. l. ſi quis ſeruum*, & ibi
Raph. Comenſ *ff. de condit. & demonſtr.* Iaſ. *in d. l.* 1. &
ibi Rimin. ſen. *C. de pact.*

7 Quartus caſus eſt, quando inſtituti ſunt hæredes
extranei inæqualiter, & grauati, ſi ſine liberis deceſſe-
rint, & tunc adempta conditione fideicommiſſum fir-
mum remanet, Alex. *in d. l. 1. num. 2.* & ibi Iaſ *num. 1. in
fine* Curt. iun. *num. 1.* & Rip. *num. 2. C. de pact.* Menoch.
lib. 4. præſumpt. 169. *in fine*.

SVMMARIVM.

1 *Reuocans prohibitionem alienationis adiectam ſubſti-
tutioni in codicillis poſtea factis, non dicitur reuo-
caſſe ſubſtitutionem, amplia num.* 8.
2 *Voluntas teſtatoris non præſumitur mutata.*
3 *Reuocatio contentorum in teſtamento, non præſumi-
tur facta in codicillis.*
4 *Impedimenta duo ſi adſunt; uno ſublato, aliud firmum
remanet.*
6 *Prohibitio alienationis uſque ad certum tempus adie-
cta ſubſtitutioni, poſt illud tempus non tollit ſubſti-
tutionem præcedentem.*
7 *Reuocatio fideicommiſſorum non præſumitur.*
8 *Reuocatio prohibitionis alienationis data expreſſa li-
centia alienandi non tollit ſubſtitutionem, cui pro-
hibitio alienationis adiecta fuit.*

QVÆSTIO DLXXIX.

*Reuocatio prohibitionis alienationis facta in teſta-
mento, ſi fiat in codicillis, an dicatur reuo-
cata ſubſtitutio in eodem teſta-
mento facta?*

1 QVAERO, teſtator in teſtamento fecit ſubſtitu-
tionem, & adiunxit etiam prohibitionem
alienationis, poſtea in codicillis reuocauit pro-
hibitionem alienationis, an dicatur reuocaſſe
& ſubſtitutionem? Et quod dicatur reuocata, tenuit
Menochius *conſilio* 602. *libro* 7. idem ego conſului in
vna de Aricitijs, *vt in conſilio* 34.

2 Pro qua opinione primò facit, quia non præſumi-
tur mutatio voluntatis, *l. 3. ff. de probat. l. Lucius Titius,
in fine, ff. de legat.* 2. Menoch. *lib. 4 præſumpt.* 165. Maſ-
card. *de Probat. concluſ.* 1416. Mantic. *de coniectur. vlti-
marum voluntat. lib.* 12. *tit.* 1. Et diſpoſita in teſtamen-
3 to non præſumi reuocata in codicillis, volunt Abb.
Decian. & Crauett. quos refert, & ſequitur Meno-
chius *dicto conſilio* 602. *numero* 2. Ergo ſubſtitutio fa-
cta in teſtamento non præſumetur reuocata in codi-
cillis.

4 Addo ſecundò, quod in teſtamento duo adſunt
impedimenta, quæ impediunt ne inſtitutus poſſit alie-
nare, primum ex ſubſtitutione, per quam tacitè prohi-
bita eſt alienatio. ſecundum ex prohibitione expreſſa,
ſed quando duo adſunt impedimenta, vno ſublato,
aliud non ceſſat, *l. vim paſſum. §. præſcriptione. ff. de* 5
*adult. l. ſi non lex Aelia Sentia, ff. de hæred. inſtit. §. affi-
nitatis inſtit. de nupt.* Alexand. *conſil.* 62. *lib* 2. ergo licet
impedimentum reſultans ex expreſſa prohibitione ſit
in codicillis ſublatum, non erit ſublatum aliud proce-
dens ex ſubſtitutione.

Tertiò accedit doctrina eorum, qui voluerunt, 6
quod facta ſubſtitutione filio, & addita prohibitione
de non alienando ad certum tempus, puta ad trigin-
ta annos, ſi elapſum ſit illud tempus, quamuis ceſſet
expreſſa prohibitio alienationis, non tamen cenſe-
tur ſublata ſubſtitutio præcedens, Odd. *conſil.* 48. *nu.*
5. Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 40. *nu.* 63. *& ſequen-
tibus, & conſil.* 40. *lib.* 2. vbi teſtatur ita iudicatum, Ce-
phal. *conſilio* 153. *numero* 42. *libr.* 2. Præt. *de interpretat.
vltimarum voluntat. folio* 284. *num.* 15. *deciſione Pedem.*
85. *numer.* 3. Magon. *deciſione Florent.* 149. vbi latè, &
teſtatur eſſe magis communem opinionem, & ſecun-
dum eam fuiſſe iudicatum, Surd. *deciſione* 271. *nu-
mero decimonono.* Alexand. Raud. *deciſione Piſan.* 28.
numero 16. *vſque ad numerum* 23. ergo ſimiliter reuo-
catio prohibitionis alienationis non tollet fideicom-
miſſum præcedens.

Vltimò, ademptio fideicommiſſorum non præſumi- 7
tur, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 2. *num.*
1. *& tit.* 1. *nu* 10. Ioſeph. Ludou. *concluſ.* 24. *verſ. in du-
bio*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 280. Menoch. *conſil.* 203.
dubio ſecundo, & conſil. 453. *nu.* 17. Præt. *de interpr. vlt.
volunt. fol.* 471. *num.* 1. Atqui dicere reuocatam eſſe &
ſubſtitutionem, nil aliud eſſet, quam reuocare ſubſti-
tutionem iam in teſtamento firmatam, ergo, &c.

Ampliatur, etiam ſi teſtator reuocaſſet prohibitio- 8
nem alienationis, & ſimul dediſſet licentiam alienan-
di, licet enim poſſit fieri alienatio non obſtante tacita
prohibitione reſultante ex ſubſtitutione, reſpectu ta-
men non alienatorum firma manebit ſubſtitutio, ita
Menoch. *dict. conſ.* 602. *num.* 19. & videndum erit to-
tum conſilium.

Sed an, reuocata ſubſtitutione, cenſeatur reuocata 9
& prohibitio alienationis, hæc quæſtio pendet ab his
quæ dicam quæſt.... an prohibitio alienationis adie-
cta ſubſtitutioni reguletur ab ipſa ſubſtitutione, & ibi
diſtinxi plures caſus.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio fideicommiſſi non præſumitur.*
Limitatur ſi aliud appareat ex coniecturis, num. 2.
3 *Per fideicommiſſum particulare non cenſetur receſſum
ab vniuerſali.*

QVÆSTIO DLXXX.

Reuocatio fideicommiſſi, an præſumatur?

QVAERO, an in dubio fideicommiſſa præſu- 1
mantur reuocata? negatiua opinio tenen-
da eſt, quam probarunt Alexandr. *conſil.*
169. *num.* 5. *lib.* 5. Ceph. *conſil.* 67. *num.* 4.
& conſil. 267. Hier. Gabr. *conſil.* 105. *nu.*
4 *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 254. *num.* 5. *&*
conſil. 453. *num.* 17. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12.
tit. 1. *num.* 10 *& tit.* 2. *num.* 2. Maſcard. *de probat. concl.*
1280. Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 470. *num.* 1. Ioſeph.
Ludou. *concluſ.* 14. *verſ. in dubio.*

Ex con-

2 Ex coniecturis tamen inducitur reuocatio, & plures coniecturas tradunt Mantic. *dict. lib.* 12. *tit.* 2. & Maſcard. *d. concluſ.* 1280. & nos in praecedentibus quæſt. aliqua diximus.

3 Illud tamen non omitto, quod ſi factum ſit vniuerſale fideicommiſſum, & poſtea fiat ſuper re particulari aliud fideicommiſſum, per hoc particulare non erit receſſum ab vniuerſali fideicommiſſo, Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 167. *in fine*.

QVÆSTIO DLXXXI.

Dvbitatio eſt, quando auffertur hæreditas ab vno, & alius ſuccedit, an pereant fideicommiſſa? in quo articulo videnda erunt tradita à Peregrin. *de fideicom. art.* 4. *num.* 50. *& ſeqq.* vbi diſtinguit: & de hoc etiam agit Cephal. *conſil.* 67. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Priuationis pœna imponi poteſt fideicommiſſario contrauenienti voluntati teſtatoris, vel eam non implenti, ampl. & decl. per totam quæſt.*

2 *Contrauenens voluntati defuncti ipſo iure priuatur fideicommiſſo, licet priuationis pœna à teſtatore non ſit appoſita, contra num. 4. & ſeqq.*

3 *Voluntatem defuncti non implens priuatur ipſo iure fideicommiſſo, licet priuationis pœna ſit à teſtatore impoſita, contra num. 4.*

6 *Eccleſia ob contrauentionem prælati voluntati teſtatoris priuatur.*

8 *Priuationis pœna non habet locum contra non implentem, & contrauenientem voluntati defuncti, ſi teſtator aliam pœnam impoſuit, contra nu. 9.*

10 *Interpellatio requiritur, vt priuationis pœna infligatur contra conuenientem, vel non implentem voluntatem defuncti, contra num. 12. declar. num. ſequentib.*

Limitatur, ſi appoſitæ eſt dies, nec locus eſt purgationi moræ num. 14.

Limitatur in modo qui impleri debet facta acceptatione abſque interpellatione, num. 13.

Limitatur ſi teſtator expreſsè diſpoſuit contrauenientem, vel non implentem ipſo iure eſſe priuatum numero 15.

Limitatur in facto negatiuo, num. 16.

13 *Modus facta acceptatione impleri debet abſque interpellatione, ſub pœna priuationis.*

17 *Priuatio fideicommiſſi ob factum tertij imponi non poteſt.*

Limitatur in eccleſia quæ ob factum adminiſtratoris priuatur, num. 18.

Limitatur ſi filius priuatur facto patris, vel coniunctus facto coniuncti, num. 19. cont ra nu. 20.

Limitatur quando aliquid datum fuit ſub conditione, quia facto tertij adimi poteſt, num. 2.

Limitatur quando ille tertius non contraueniendo poterat ſentire beneficium, nu. 22.

23 *Contrauentio voluntati teſtatoris non præſumitur, & qui aliquem contrauenisse dicit, probare debet.*

24 *Priuatus fideicommiſſo ſi quis eſt ob contrauentionem vel non impletam voluntatem defuncti, cui applicentur bona, remiſſiuè.*

QVÆSTIO DLXXXII.

Priuationis pœna imponi fideicommiſſario contrauenienti voluntati teſtatoris, vel eam non implenti, an poſſit?

Volvntas teſtatoris omnino impleri debet: ſed dubium oritur, an imponi priuationis pœna fideicommiſſario contrauenienti eius voluntati poſſit? Receptiſſima eſt omnium ſententia, pœnam imponi poſſe, & & contra inobedientem exequendam eſſe, *l.* 1. *Cod. de his quæ pen. nom. l.* 1. *§ ſi ita, ff. ad leg. Falcid. § vltim. inſtit. de legat.* & ſcribunt in ſpecie, Bart. *in l. vxorem, §. hæres, ff. de legat.* 3. *& in l. paterfamilias, ff. de hæred. inſtit.* Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 134. *lib.* 2. Cephal. *conſilio* 356. *num.* 10. *lib.* 3. Decian. *conſil.* 1. *numero* 9. *& conſil.* 2. *numero* 93. *lib.* 3. Honded. *conſil.* 68. *lib.* 2. Ioſeph. Ludou. *concluſ.* 16. *illat.* 82. *verſ. fallit ſecundo*, Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 450. *dubit.* 4. Surd. *deciſ.* 7. *&* 101. & ſupponunt omnes infra *hac quæſtione, & in ſeqq.* citati. 1

2 Ampliatur primò, vt quamuis teſtator priuationis pœnam contrauenienti non appoſuerit, quod tamen contraueniens ipſo iure priuabitur, *auth. hoc amplius*, & ibi Bald. *colum.* 1. & Iaſ. *in* 2. *not. Cod. de fideicom.* Paul. Caſtr. *conſil.* 259. *colum.* 1. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 123. *nu.* 19. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 19. *in fine, lib.* 2. *& conſil.* 20. *num.* 61. *lib.* 3. Roland à Val. *conſil.* 70. *num.* 70. *lib.* 3. Decianus *conſil.* 1. *nu.* 9. *lib.* 3. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 451. *nu.* 18. *& ſeqq. & fol.* 480. *num.* 38.

3 Idem eſt in non implente voluntatem teſtatoris, quia & is priuabitur ipſo iure, Bald. *conſil.* 356. *colum.* 1. *lib.* 4. Corn. *conſil.* 99. *in principio, lib.* Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 178. *& ſequent. lib.* 2. Natta *conſil.* 675. *numero* 16. Crau. *conſil.* 1. *nu.* 3. *& conſil.* 80. *nu.* 18. Roland. à Valle *conſil.* 97. *num.* 45. *&* 61. *lib.* 1. *& conſil.* 30. *num.* 31. *lib.* 4. Rimin. iun. *conſil.* 23. *num.* 33. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 13. *n.* 32. *lib.* 1. Ioſeph. Ludou. *concluſ.* 16. *illat.* 74. Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 26. *num.* 65. *& ſeqq.*

4 Contrariam ſententiam, quod ipſo iure priuationis pœna non incurratur, poſt alios relatos tenuit Hieron. Ceph. *ſpec. commun. contr. commun. quæſt.* 706. idem voluit Magon. *deciſ. Florent.* 16. *in fine*, vbi dicit ita fuiſſe iudicatum.

5 Et requiritur iuſſus iudicis, & datur tempus anni ad implendum, & anno elapſo priuatur *auth. hoc amplius*, & ibi Doct. *Cod. de fideic.*

6 Ampliatur ſecundò etiam in Eccleſia, quæ ob contrauentionem prælati erit priuanda, Ruin. *conſil.* 27. *lib* 2. Peregrin. *conſil.* 31. *nu.* 16. *lib.* 3. *& in tract. de fideic. artic.* 11. *num.* 89. *&* 90. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 451. *num.* 22. Surd *deciſ.* 101. *num.* 6. & volunt alij relati *quæſt.* 585. *nu.* 2. 3. Ratio eſt, quia factum horum adminiſtratorum dicitur factum Eccleſiæ, Hieron. Gabr. *conſilio* 105. *ad finem libr.* 1. Peregrinus *locis ſupra citatis*. 7

8 Declaratur primò concluſio principalis, vt ſi teſtator aliquam pœnam appoſuit contrauenienti, vel non implenti, quod illa erit imponenda, non autem pœna priuationis legalis, de qua *in dict. authen. hoc amplius*, quia pœna hominis facit ceſſare pœnam legis, Didac. *in cap. ſi hæredes, numer.* 7. *verſic. hanc etiam pœnam, extr. de teſtamen.* poſt Durand. *de artic. teſtan. tit.* 6. *caut.* 41.

9 Contrariam ſententiam probauit Alexand. Raud. *deciſ. Piſan* 26. *num.* 75. *& ſeqq.*

10 Declaratur ſecundò, vt ſit neceſſaria interpellatio, ad hoc vt quis priuetur ob non impletam voluntatem defuncti, Corn. *conſil.* 208. *colum. penult. ad finem libr.* 1. Pariſ. *conſ.* 19. *numer.* 15 *& ſequent. libr.* 2. Tob. Non. *conſil.* 28. *num.* 3. Rimin. iun. *conſil.* 67. *num.* 25. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 497. *num.* 5. *& ſequent.* Burſat. *conſil.* 1. *num.* 11. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 68. *nu.* 25. *lib.* 2. Menoch. *conſilio* 131. *num.* 6. *conſil.* 265. *nu.* 4. *conſil.* 533. *nu.* 1. *&*

 ſequent.

ſequent. vbi comprobat & dicit ſcientiam non ſufficere, *& in tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 2. num. 76* Ioſeph. Lud. *concluſ. 16 allat. 74.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 452. num. 31. & ſeqq.*

11 Maximè quando teſtator voluit fieri denunciationem à ſubſtituto latè Menoch. *conſ. 133. dubio primo.*

12 Contrariam opinionem tenent alij relati à Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 45 . numero 21.* Bartol. *conſil. 137. num. 1.* Corn. *conſil. 108. nu. 4. lib. 1.* Grat. *conſil. 108. num. 8. lib. 2.* Non. *conſil. 28. num. 3.* Ruſtic. *in l. cum annus, lib. 6. cap. 5. num. 18. & ſeqq. de condit. & demonſtrat.* vbi diſtinguit.

13 Subdeclaratur primò in modo, qui impleri debet facta acceptatione abſque alia interpellatione, ſub pœna priuationis, vt volunt Socin ſen. *conſilio 174. colum. penult. lib. 2.* Ruin. *conſil. 43. num. 9. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 19. num. 197. & ſeqq lib. 2.* Præt. *de interpret. vltim. volun. fol. 498. num. 114.*

14 Subdeclaratur ſecundò, vt ſi in conditione adimplenda ſit appoſita dies, nec locus ſit purgationi moræ, quod pœna priuationis incurretur abſque alia monitione, Pariſ. *conſil. 19 num. 199. & ſequentib. libr. 2.* Ioſeph. Lud. *d. concluſ. 16. allat. 81 fol. 2. verſic. & in vltimis voluntatib.* Paul. Caſtrenſ. *conſil. 292. circa primum dubium, num. 8. lib. 1. & conſil 371. viſo puncto, colum. 2. eod. libr.* Crau. *conſil. 193. num. 4.* Gozad. *conſil. 34. num. 7.* Alben. *conſil. 48. num. 14.* Ruſtic. *in dict. l. cum annus lib. 6. cap. 5. num. 20.*

15 Subdeclaratur tertiò, quando teſtator expreſsè diſpoſuit, quod inobediens ipſo facto & iure ſit priuatus, & ex nunc priuatus eſſe intelligatur, quia non erit neceſſaria interpellatio, Alexand. *conſil. 138. num. 24. libr. 1.* Pariſ. *conſil. 91. nu. 59. lib. 2.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 451. num. 21.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 16. num. 66.*

16 Subdeclaratur quartò in facto negatiuo, quia tunc non requiritur interpellatio, Crauet. *conſil. 193. num. 4.* Marzard. *conſ. 36. num. 20.* Ruſtic. *in d. l. cum annus, libr. 6. cap. 5. num. 19.*

Declar. aliter ex dictis per Præt. *de interpr. vlt. volun. fol. 450. dubit. 4.* & Surd. *deciſ. 7.*

17 Sed an pœna priuationis, quæ imponitur ob factum tertij, valeat: Dico, quod non, *l. paterfamilias*, & ibi Bartol. & alij, *ff. de hered. inſtit.* alios refert & ſequitur Surd. *deciſ. 101.* vbi latè Peregr. *conſil. 31. n. 16. lib. 5.* Ratio eſt, quia nemo debet alterius odio prægrauari, *l. ſi quis in ſuo, §. fin. C. de inoff. teſtam. l. quidam ita, § ſi quis filiam ff. ad Trebell.* In contrarium tamen faciunt dicta *ſupr. qu. 575.* an contrauentio patris noceat filijs, quando pater & filij ſunt ſimul vocati.

18 Fallit primò in Eccleſia, quæ priuari poteſt ob factum adminiſtratoris, vt dictum eſt *ſup. nu. 5.*

19 Fallit ſecundò, quando filius priuatur facto patris, vel coniunctus facto coniuncti, cum veriſimile ſit eos obtemperaturos voluntati teſtatoris, ne filius, vel coniunctus perdat beneficium *l. 1. ff. de his, quæ pœn. nomin.* latè comprat Surd. *deciſ. 101.* & videnda erunt quæ dicta ſunt *in dict. quæſt. 575.* an contrauentio patris noceat filijs?

20 Contrarium poſt alios relatos voluit Pereg. *conſil. 31. num. 16. & ſequent. lib. 5. & in tract. de fideicomm. art. 11. nu. 89. & 90.*

21 Fallit tertiò, quando aliquid datum fuit ſub conditione, quia adimi poteſt facto tertij, ita poſt Bart. Menoch. Paſett. & Rimin. ſcribit Surd. *deciſ. 101. nu. 7.*

22 Fallit quartò, quando ille tertius poterat non contrauenìendo nocere honorato *d. l. 1. ff. de his, quæ pœn. nomin.* Surd. *deciſ. 101. num. 10.*

23 Scias tamen, quod dicens aliquem contraueniſſe voluntati teſtatoris, probare debebit fundamentum ſuæ intentionis, Honded. *conſil. 68 nu. 7. lib. 2.*

Quando autem fideicommiſſarius priuatur ob contrauentionem, vel non impletam voluntatem defuncti, quibus bona ſint applicanda, ſcribunt Honded. *d. conſil. 68 num. 34. & ſeq. lib. 1.* & Peregr. *d. art. 11. num. 133. & ſeq.* & dicam *qu. 586.* 24

SVMMARIVM.

1 *Priuatio fideicommiſſi ob contrauentionem voluntatis teſtatoris inducitur, licet non ſequatur ſententia priuationis, contra numero 2. declar. per totam quæſtion.*

5 *Contrauenìens voluntati teſtatoris, ſi moriatur ante ſententiam contra eum ſuper indignitate non poteſt priuari, num. 6.*

7 *Contrauenìens voluntati teſtatoris, ſi reuocat factum per quod contrauenit ante ius quæſitum alteri, non priuabitur.*

QVÆSTIO DLXXXIII.

Contrauenìens voluntati teſtatoris, ad hoc vt priuetur fideicommiſſo, an requiratur ſententia ſuper contrauentione?

PROSEQVENDO materiam contrauentionis voluntati teſtatoris, videndum eſt, ſi teſtator pœnam priuationis appoſuit contrauenienti eius voluntati, an requiratur ſententia, ad hoc vt ille dicatur priuatus. Et non requiri, ſed ipſo iure induci priuationem, volunt Dec. *conſilio 146. columna 4. in principio*, vbi teſtatur eſſe communem opinionem Deciani qui plura adducit *conſil. 1. numero 10. & ſequent. lib. 3.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 452. num. 25. in fine.* 1

Contrariam ſententiam tenent alij, dicentes requiri petitionem, & ſententiam declaratoriam facti, vel non facti, ob quod quis veniat priuandus, Bart. *in l. eum qui delatorem de iur. fiſc.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam in verb. reuocatur, num. 400. & ſeqq. Cod. de reuocand. donat.* Abb. *in cap. verum, colum. 1. extr. de for. compet.* Felin. latè *in cap. Rodolphus, extr. de reſcript. & in cap. cum non ab homine colum. 4. & ſeqq. extr. de iud.* vbi etiam tradit quaſdam limitationes, Curt. ſen. *conſil. 60. num. 18.* Crauet. *conſil. 239. numero 2.* Rimin. iun. *conſilio 72. numero 136. libr. 1.* Dec. *conſil. 1. num. 95. lib. 3.* Hier. Gabr. *conſilio 51. numero 34 libr. 1.* Menoch. *conſil. 99. num. 171 & conſil. 162. num. 5.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 563. num. 88.* Magon. *deciſ. Florent. 16.* vbi teſtatur ita iudicatum, *& num. 47.* ſcribit eſſe magis communem opinionem. 2

Hæc autem ſecunda opinio, ſi magis placeret, declaratur multipliciter. Et primò, vt pendente lite poſſit peti, vt Iudex faciat talem declarationem, Alexand. *in l. exitus, ff. de acquir. poſſeſſ. & conſil. 52. colum. vlt. lib. 1.* poſt Roman. *conſi. 388. in fine,* ſequuntur Decian. *conſi. 2. num. 93 lib. 3.* & Præt. *de interpret. vltimar. voluntat. fol. 452. num. 25.* 3

Declaratur ſecundò, vt ſufficiat iudicem feciſſe ſententiam declaratoriam facti, vel non facti, licet non dicat eum condemnare in pœnam priuationis, Corn. *conſil. 302. col. 3 lib. 3.* Crauet. *conſil. 79. nu. 4.* Rota Vall. *conſil. 56 num. 10. lib. 2.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 63. num. 92.* Magon. *dict. deciſ. 16. num. 46.* vbi poſt alios dicit, non eſſe neceſſariam ſententiam diffinitiuam, & priuatiuam. 4

Decla-

5 Declaratur tertiò, vt moriente indigno ante declarationem in eius vita factam quod omnis indignitas cenſetur remiſſa, Tob Non. *conſi.* 28. *num.* 10. Ioſeph. Ludouic. *concl.* 16 *alias*. 24. *verſi. ſubdit.* Magon. *deciſ. Florent.* 16. *per totum*.

6 Si tamen teneremus pœnam ipſo iure eſse incurſam, iuxta dicta in præcedenti quæſtione, videtur dicendum, quod immo priuationis pœna poſſit intentari contra hæredem, per ea, quæ dicunt Bald *in rubr. C. ſi pend. appell. mors interu.* Gloſ. communiter recepta *in l.* 3. §. *hoc autem ff. quod quiſque iur.* Bartol. *in l.* 2. & ibi Bald. Angel. Caſtr. Dec. Claud. Roncheg. *nu.* 42. & alij communiter, *ff. de duob. reis*, Bald. *in cap. Imperialem*, §. *inſuper, de prohib. feud. alien. per Feder.* Io. Ign. *in l. neceſſarias*. §. *non alias*, *n.* 51. *ff. ad Sillan.* Tiraquel. *in l. vltim in verb. reuertatur*, *nu.* 196. & *ſeqq. C. de reuocand. donat.* Sebaſt. Medic. *tract. mors omnia ſoluit*, *parte* 2. *concluſ.* 8 . *num.* 88.

Et in ſpecie Magon *d. deciſ.* 16. approbaſſet, ſi tenuiſſet, ipſo iure pœnam priuationis eſſe inductam, vt apparet ex vltimis verbis illius deciſionis, & ita tenet Præt. *de interpret. vltimar. volunt. fol.* 453. *num.* 40. & *ſeqq.* vbi diſtinguit.

7 Declaratur quartò, vt ſi hæres reuocaſſet factum in cõtraueniendo, antequam alicui ſit ius quæſitum, quod pęna priuationis non incurritur, Angel. *conſil.* 169. *col.* 2. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 452. *n.* 33.

De hac etiam quæſtione videnda quæ ſunt dicta *ſup. q.* 447.

SVMMARIVM.

Fideicommiſſarius contraueniens voluntati teſtatoris tenetur reſtituere fructus etiam vna cum hæreditate.

Ampliatur, vt etiam filius amittat legitimam, num. 2. *contra, n.* 3.

Ampliatur, bona poſſe vendicari à quocunque poſſeſſore, num. 4.

Fideicommiſſarius non implens voluntatem teſtatoris non reſtituit fructus perceptos ante denunciationem de implendo.

QVÆSTIO DLXXXIV.

Fideicommiſſarius qui contrauenit voluntati teſtatoris, vel eam non impleuit, fructus cum re tenetur reſtituere.

1 SED, an teneatur rem cum fructibus reſtituere qui contrauenit voluntati teſtatoris, videndum eſt? Dicendum autem eſt, eum priuari omni commodo, ſiue diſpoſitio, cui fuit contrauentum, ſit conditionalis, ſiue modalis, *l. Liberto.* §. *Lucius, ff. de ann. legat. l. ſi hæres. ff de cond. ob cauſ.* Grat. *conſ.* 6. *n* 75. & *ſeqq. lib.* 2. Pariſ. *conſi.* 15 *col. vlt.* & *conſi.* 19 *n.* 52. & *ſeqq. lib.* 2. Ceph. *conſi.* 497. *n.* 47. Peregr. *de fideic. art.* 11 *nu.* 121. & *ſeqq.* vbi declarat Theſaurus *deciſ. vlt.*

2 Ampliatur primò, vt etiam filius amittat legitimam

3 Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 452. *n.* 27. Contra tamen in filio non implente defuncti voluntatem intra annum, tenent Padill. *in l.* 1. *n.* 30. *ff. de iur.* & *fact.* & *ignor.* & *in l. emancipata, nu.* 30. *C. eod.* Perr. *de fideicom. quæſt.* 15. *num.* 127. Præt. ſenſit *de interpr. vlt. vol. fol.* 479. *nu.* 36. vbi loquitur in filio grauato non petere legitimam ſub pœna priuationis.

4 Ampliatur ſecundò, vt bona poſſint vendicari à quocunque poſſeſſore, Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 453. *num.* 41 *circa finem.*

Si autem non implet, quando teſtator iuſſit ab eo impleri, nec fuit denunciatum vt impleret, maximè quando teſtator voluit denunciari, fructus percepti ante denunciationem non erunt reſtituendi, Menoc. *conſi.* 535. *dubio tertio.* 5

Declara tamen ſecundum ea, quæ dicta ſunt *q. præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non datur minori, qui ob contrauentionem voluntati teſtatoris priuandus eſt fideicommiſſo. contra n.* 3. *decl. per totam q.*

Declaratur non procedere, quando delictum conſiſtit in non faciendo, quia reſtitutio datur, ſecus ſi in faciendo n. 4. *contra n.* 2.

Declaratur quando contrauentio eſt cauſata ex errore probabilis cauſato ex ignorantia, quia minor reſtituitur contra nu. 10.

Declaratur non procedere, quando factum impleri poteſt, quia minor reſtituitur, ſecus ſi impleri non poſſit, nu. 11. *contra* 12.

2 *Eccleſia non reſtituitur ob contrauentionem prælati, per totam q.*

6 *Minor qui alienauit contra prohibitionem teſtatoris, ſi alius ſit ſubſtitutus non reſtituitur, contra numer.* 7.

8 *Minor qui dolo omiſit parere voluntati teſtatoris non reſtituitur.*

QVÆSTIO DLXXXV.

Reſtitutio an detur minori, & Eccleſiæ, ſi priuari debent fideicommiſſo ob contrauentionem voluntati teſtatoris, vel eius non implementum?

MINOR ſi contrauenit voluntati defuncti, propter quod venit priuandus hæreditate, an illi reſtitutio concedenda ſit, & non eſſe reſtituendam ſcribunt Felic. de Peruſ *inter conſ. Corn. conſ.* 239. *num.* 8 *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 83. & *num.* 248. *lib.* 2. Crauet. *conſil.* 193. *colum.* 1. Hieron. Gabr. *conſi.* 112 *col.* 2. *lib.* 1. Cephal. late *conſi.* 356. *lib.* 3. Surd. *conſil.* 284. *in fi.* vbi loquitur de minore alienante bona contra teſtatoris præceptum. Pręt. *de interp. vlt. volun. fol* 442. *n.* 3. & *ſeqq.* & *fol.* 479. *n.* 21 Peregr. *de fideic. art.* 21 *nu.* 132. 1

Idem in Eccleſia dicendum eſt ſecundum Cephal. *conſil.* 355. *num.* 24. & Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 442. *num.* 4. 2

Contrariam tamen ſententiam, tam in minore, quam in Eccleſia, probarunt Bald. *in l. pupillorum ad finem. C. de repud. hæred.* Roman. *in l. ſi inſulam, num.* 45. *in fine, ff. de verbor. obligat* Fulgoſ. *in l. vltim. num.* 7. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* Aret. *conſ.* 67. *dubio quarto, num.* 9. Paul Caſt. *conſ.* 47 *lib.* 2. Corn. *conſ.* 184. *lib* 3. Ruin. *conſ.* 99. *nu.* 5 *lib.* 1. & *conſi.* 53. *nu.* 8. *lib.* 3. Rimin. ſen. *conſi.* 261. *num.* 19. & 30. Crauet. *conſi.* 20 . *num.* 23. vbi alios allegat, Menoch. *conſi.* 425. *numer.* 13. qui conſuluit in cauſa Brixiana valde inſigni pro Illuſtriſſ. D. Iulia Ganaſſona, quæ nupſit in Illuſtriſſ. D. Antonium Martinengum contra diſpoſitionem patris, qui iuſſit illam nubi in familia Ganaſſona ſub pęna priuationis bonorum, & dicebat Menoch. eam eſſe reſtituendam, cum eſſet mi- 3

nor:

nor: & ita etiam fuit reſtituta à Sereniſs. Principe noſtro, iam facta vidua lite pendente, cum conditione vt nuberet denuo in familia Gnatſona, prout etiam nupſit. Hanc etiam opinionem probarunt Odd. *de reſtit. quæſt.82. artic 6.* Ioſeph. Ludou. *concl.16. illat.74. verſ. facit.*

4 Declaratur primò, vt reſtitutio non conceditur quando delictum conſiſtit in faciendo, ſicuti concedi debet, quando contrauentio conſiſtit in non faciendo, Bald. *in l. pupillorum in fine, C. de repud. hæred.* Paul. Caſtrenſ. *conſil.27. vltra ea lib.2.* Aret. *conſil.67. col.6.* Non. *conſi.28. num.6. & ſeq.* Ioſeph. Ludou. *concluſ.16. illat.74. verſ. ſcribit.* Præt. *d. fol.442. nu.3.* Peregr. *de fideicom. art. 11. num.332.*

5 Contrariam ſententiam, quod reſtituantur, ſiue contrauentio conſiſtat in non faciendo, ſiue in faciendo, tenent Dec. *conſi.349. col.1. & 2.* Ruin. *conſil.199. n.4. lib.1.* Odd. *d. q.82. art.6.*

6 Infertur, retenta prima opinione, quod alienans contra voluntatem teſtatoris ſi alius ſit ſubſtitutus, non ſit reſtituendus, Crau. *conſi.193.* Ceph. *conſ.356. n.22.* in quo puncto Odd. qui tenuit ſecundam opinionem in ſpecie voluit reſtitutionem concedi, ita *in d. quæſt.82. artic 6.*

7 Si tamen minor dolo omiſit parere voluntati defuncti non erit reſtituendus, Bald. Aret. Ceph. & Odd. *locis ſup. relatis.*

8 Declaratur ſecundò, vt ſi interuenit error probabilis cauſatus ex ignorantia, danda erit reſtitutio, & ita ſunt intelligendi relati pro ſecunda opinione, & in ſpecie ita ſcripſerunt Ceph. *conſi.356. num.46. & num.51. verſ. neque vltimum.* Menoch. *conſil.425. in fine.* Odd. *d. q.82. art.6. nu.60.* Ioſeph. Ludou. *d. concl.16. illat.74. verſ. ſcri-*
9 *bit.* Licet contra malè tenuerit Petr. Auguſ. *conſil.5. nu.5. lib.5.*

10 Declaratur tertiò, vt ſi factum impleri poteſt, reſtitutio concedatur, ſecus ſi non poteſt amplius impleri, nam tunc deneganda erit reſtitutio: exemplum afferri poteſt in filia, quæ nupſit contra voluntatem teſtatoris,
11 Fulgoſ. *conſi.61. col. pen.* Contrariam opinionem tamen & melius probarunt alij, volentes in vtroque caſu dandam eſſe reſtitutionem, Aret. *conſil. 67. num.8. & ſeq.* Ruin. *conſi.33. n.10. lib.3.* Menoc. *conſi.425. n.18. verſ. nec obſtat.*

Videantur etiam circa hanc quæſtionem dicta *ſup. q.447. ampliat.2. n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Priuatus fideicommiſſo ſi ſit qui ſpreuit præceptum teſtatoris & conditionem bona remanent confideicommiſſario, vel ſubſtitutis, & eis deficientibus ei à quo fideicommiſſum fuit relictum decl. vt ibid.*

QVÆSTIO DLXXXVI.

Fideicommiſſarius ſi fuit priuatus ob non ſeruatum præceptum teſtatoris, vel ſpretam conditionem, cui bona deferantur?

1 QVAERO, ſi fideicommiſſarius ſit priuatus fideicommiſſo ob non ſeruatum præceptum teſtatoris, & eius voluntatem non impletam, vel ſpretam conditionem, cui bona applicanda ſint? Et dicendum eſt bona remanere apud eum, à quo fideicommiſſum fuit relictum, niſi ille habeat ſubſtitutum, vel coniunctum *l. vnica § pro ſecundo C. de caduc. tollend.* Bald. *in auth. cui relictum, num.11. C. de indict. vid. tollend. & in l. vnica, num.43. Cod. de his quæ pœn. nom.* Clar. *in § teſtamentum, q.19. in fi.* Menoch. *conſ.125. num. 5. & 8* Honded. *conſ.68. num.15. & ſequent. lib.2.* Pereg. *de fideic. art.11. in fi.* & videatur Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.480. n.39.*

Quod ſi datus fuit ſubſtitutus, vel poſt mortem inſtituti, vel in caſu non impletę conditionis, vel contrauentionis, & is moriatur ante inſtitutum, vel contrauentionem, bona erunt libera grauati, nec ſucceſſio pertinebit ad venientes ab inteſtato, faciunt *l. hæres meus in principio. l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtr. l. extraneum, C. de hæred. inſt.* Salicet. *in l. vlt. col. 2. verſ. quæro an prædicta C. de indic. vid. tollend.* Ruin. *conſi.54. nu.7. lib.2.* Ceph. *conſil.59. num.16. lib.1.* Menoc. *conſil.273. numer.13. lib.3. & conſil.525. num.5. & ſequentibus lib. 6.* & videnda erunt quæ dixi *quæſtion. 728.* vbi agitur de alienante bona contra prohibitionem teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio fideicommiſſi puri valet.*
Ampliatur, & ſi teſtator prohibuiſſet renunciationem, ibidem.
2 *Renunciatio fideicommiſſi conditionalis, vel in diem, non excludit renunciantem.*
Limitatur in renunciatione facta in iudicio vel cum decreto iudicis n.3.
Limitatur, ſi notarius vel alius pro grauato abſente acceptaſſet renunciationem, & grauatus ratificet ante reuocationem, nu.4.
Limitatur ſi in præſentia grauati ſit facta renunciatio, nu.5. ampl. ibid.
Limitatur in renunciatione facta in epiſtola, vel alia ſcriptura, quæ ad grauatum peruenerit, & illam acceptauit, n.6. decl. n.7.
Limitatur in renunciatione facta de fideicommiſſo ſibi in futurum d. bendo, n.8. contra n.9.
Limitatur in renunciatione geminata, num.10. contra num.11.
Limitatur, ſi iuramentum interuenit ſuper renunciatione n.12. contra n.13. decl. n.14.
15 *Renunciatio fideicommiſſi conditionalis, vel in diem per pactum fieri poſſet. ampl. & decl n. ſeqq.*
Ampliatur ſiue fideicommiſſum ſit reciprocum ſiue non, num.16.
Ampliatur & ſi teſtator prohibuiſſet renunciationem, n.17. contra n.18.
Ampliatur fieri poſſe modico accepto, & etiam gratuite, num.19.
Limitatur ſi prohibitio ſit facta confideicommiſſario, vel alteri quam grauato, quia non tenet, num.20. contra num.21.
Limitatur ſi prohibitio alienandi eſt geminata, quia pactum non valeret, n.24. contra n.25.
27 *Renunciatio fideicommiſſi intelligitur de fideicommiſſo puro non conditionali, decl. n.29. remiſſiuè.*

QVÆSTIO DLXXXVII.

Renunciari fideicommiſſo puro, in diem, vel conditionali, an poſſit?

PRO habenda cognitione huius vtiliſſimæ diſputationis duo caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt quando fideicommiſſum eſt purum, & hoc caſu renunciari, & remitti poteſt *l. ſeruum filij, §.1. ff. de leg.1.* Anch. *conſil.21. n.9.* Paul. Caſtr. *conſi.427. nu.1. verſ.* 1

*verſic.nec obſtat lib.*1.Crott.*conſi.*228.*num.*8.*lib.*2.Pariſ. *conſil.*81.*num.*45.*lib.*2.Becc.*conſil.*111.*num.*13. Cephal. *conſil.*282.*nu.*21.*lib.*2.Pancir.*conſil.*56.*num.*14. Peregr. *conſil.*52.*num.*16.*& ſeqq.lib.*5.*& in tract.de fideicom.art.* 52.*nu.*9.Petr.Gregor.*par.*3.*ſyntag.iur.lib.*4.*cap.*30.*nu.* 6.Craſſ.*in* §.*fideicommiſſum q.*62. Surd.*tract.de alimen. tit.*9.*quaſt.*16.*num.*5.*& quaſt.*22.33. Menoch.*lib.*3.*præ-ſumpt.*115.*num.*1.Intrig.*de ſubſtit.cent.*3.*quaſt.*91 Odd. *de reſtitut. in integr. quaſt.* 85.*num.*29. Gallus *de except. ſucceſſ. titul.* 4. *except.* 26. *numer.*1. *& ſequentib. part.* 2. Oſaſch.*deciſ.*100.*num.*3.Viu.*deciſ.*185.*num.*1.*lib.*2.
1\. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.*19.*num.*6. Surd. *deciſion.*108. *num.*9.

Quid in minore,& eccleſia dicam infra *quaſt.*589.*& quaſt.*590.

Ampliatur, & ſi teſtator prohibuiſſet renunciationem,Dec.*conſil.*324.*num.*2. Gallus *d except.*26.*num.*8. & quæ dixi *num.*17.

2 Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum eſt conditionale, vel in diem relictum, & tunc per renunciationem, vel repudiationem non excluditur fideicommiſſarius, *l.*1.§.*quod ait,ff.quor legat. l. is qui hæres. ff.de acquir.hæred.l.ſi quando,*§.*illud, C.de inoff.teſtam.l.ſi ita ſcriptum* §.*ſi ſub conditione,* & ibi Gloſ.Bart.Cuman. & Caſtr.*ff.de leg.*2. Gloſſa *in l.*1.*col.*2.& ibi Bart.Bald.Salicet. *colum.*2. Caſtrenſ. *num.*6. Aret.Curt.iun.*num.*19. Ripa *num.*13. Purpur.*num.*50. vbi teſtatur de communi opinione, & cæteri ſequuntur, *Cod. de pact.* Ripa *in l. qui Romæ,* §. *ſi duo fratres, numer.* 92. *verſ. ſecundo allegatur, ff. de verbor. obligat.* Bald. *in cap. ſi quis miles, colum. vltim.* & ibi Aluar. & Afflict. *de conſtit.feud.* Abb. *in cap.ex multiplici,extr.de decim.*Guliel.Benedic.*in cap. Rainutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur, il* 2. *num.* 116.*& ſequent.extr.de teſtam.*Tiraquel.*in l.ſi vnquam in præfat.num.*138. *Cod.de reuoc.don.* Boer.*in ſuis ſingul. in verbor.renunciatio in fine num.*26.Corn.*conſil.*45.*num.*1. *lib.*1.*& conſil.*51.*num.*3.*lib.*2. Purpur.*conſil.*402.*nu.*109. *lib.*2. Soc.ſen.*conſil.*230.*num.*3.*lib.*2. vbi de communi, Alex.de Neuo *conſil.*51.*num.*8. Ruin.*conſil.*12.*nu.*3.*lib.* 3.Rimin.ſen.*conſil.*674.*num.*18.*lib.*4. Rimin.iun.*conſil.* 343.*num.*42.*lib.*3.Ceph.*conſi.*84.*num.*18.*lib.*1.Dec.*conſ.* 39.*nu.*24.*lib.*2.Surd.*conſil.*76.*nu.*4.*& ſeqq lib.*1. Peregr. *conſi.*52.*nu.*16.*& ſeqq.lib.*5. *& in tract. de fideic. art.*52. *n.*10. Duen.*reg.*358. Craſſ.*in* §. *fideicommiſſum quaſt.*61. Menoch. *lib.*3.*præſumpt.*117.*num.*14. Intrig.*d.cent.*3.*q.* 91.*num.*2.Odd.*d.quaſt.*85.*num.*29.Gallus *de except. ſucceſſ.tit.*4.*except.*26.*num.*14.*& ſeqq. part.*2. Ratio autem eſt, quia iuri quod non eſt, renunciari non poteſt *d.*§. *ſi ſub conditione,* Zaſ.*conſ.*1.*num.*66. *lib.*2. Et renunciatio ſapit donationem *l.ſi quis delegauerit,ff.de don.*Bald. *in l. illud, numer.*6. *Cod. de ſacroſ. ſanct. eccleſ.* Alexand. *conſil.*115.*num.*1.*lib.*5. Rol.à Valle *in ſpetie conſil.*51.*nu.* 15. *&* 16.*lib.*4. donari autem non poteſt quod non habetur,ergo,&c.

3 Limitatur primò hic caſus, quando remiſſio eſſet facta in iudicio, & iudex nomine grauati abſentis eam remiſſionem recepiſſet, vel quando cum decreto Iudicis eſſet facta renunciatio, Gloſ. *in l.*1.*Cod.de curat.bon. dand.* Iacob.de Aret.*in l.*1.& ibi Bart.Bald.*num.*6. Alex. Iaſ.*colum.*5.Ripa *nu.*16.vbi declarat, Purpur.*nu.*57. vbi de communi opinione teſtatur, & alij communiter, *C. de pact.* Barr. *in l. poſtquam liti, col. vlt. C. de pact.* Ang. *in l.qui Romæ,* & ibi Alexan. *num.*18.*ff.de verbor. obligat.* Henric. *in cap.ex multiplici, extr. de decimis,* Guliel. Benedic.*in cap.Rainutius,in verbo ſi abſque liberis,il* 2.*num.* 116.*extr. de teſtam.*Boet.*deciſ.*147.*num.*8.Peregr.*conſ.*52. *num.*16.*& ſeqq lib.*5.*& de fideic.art.*52.*num.*11. Intrig. *d.cent.*3.*q.*91.*num.*3.Gallus *d.except.*26.*num.*36.*& ſeqq. part.*2. vbi dicit requiri acceptationem iudicis nomine abſentis, nec ſufficere præſentiam, quod voluerunt Iaſ.*in d.l.*1.&ibi Cagn.*num.*7. Alciat.*num.*18. *verſ.in iudicio* & Zuccard.*nu.*148.

Limitatur ſecundò, ſi notarius, vel alius pro abſente grauato acceptaret renunciationem, dummodò grauatus ipſe poſtea ratificet ante reuocationem renunciationis,Purpur. *in d.l.*1.*num.*61.*Cod.de pact.* Gulielm. Benedic. vbi ſupra *num.*116. *verſ.tertio fallit.* Soc.iun. *conſil.*109.*num.*2.*lib.*3.Petegr.*d.art.*52. *num.*11. Intrigl. *d.cent.*3.*q.*91.*nu.*3. Gallus *d.except.*26.*nu.*30. Cagnol. *in d.l.*1.*num.*71. & ibi Alciat.*nu.*18. Diſſentit tamen Ripa *in d.l.*1.*n.*15.*circa finem.* 4

Limitatur tertiò, quando renunciatio eſſet facta in præſentia grauati,Bart.*in d.l.*1.*num.*4.& ibi Bald.*num.*6. Fulgoſ.*num.*5. Paul. Caſtr. *numer.*6. Iacob. *numer.* 23. Cagnol.*num* 69.Curt.ſen.*num.*24. Curt.iun. *numer.*35. Alciat. *numer.*18. Zuccard. *numer.* 134. *& ſeq.* Bologn. *num.*72. vbi de communi Alexand.Iaſ.Purpur. *num.*60. *& ſeqq.*& Ripa *numer.*13. vbi declarat, *C.de pact.* Iaſ.*in l. cum proponas, la prima, colum.* 2. *Cod. eod.* Iacob. *in l. cum proponas num.*1. *C de pact.* Abb. *in cap. ex multiplici, num.*7.*de decim.* Tiraquel. *qui alios adducit de retract. munic.*§.1.*gloſ.*9.*num.*124. Corn. *conſil.*51.*num.*1. *lib.*2. Socin.ſen.*conſil.*230.*num.*3.*lib.*2.Crott. *conſil.*236.*num.* 43.*lib.*2. Guliel.Benedic.*loco citato num.*116. Decianus *conſil.*39.*num.*64.*lib.*2.Craſſ.*in* §. *fideicommiſſum, quaſt.* 61.*num.*2.Peteg.*d.conſi.*52.*num.*16.*& ſequentib.lib.*5. *& de fideicomm. art.*52. *num.*11.Intrigl.*dicta cent.*3. *q.*91. *ante n.*4.Gallus *d.except.*26.*n.*31. 5

Et ſufficit etiam quod præſens nihil dixiſſet de acceptatione,quia cenſetur aſſenſiſſe& acceptaſſe,*l.tale pactum in princ.ff. de pact. & l.qui patitur ff. mand.* Gallus *dict.except.*26.*n.*15. Cagnol.plenè *in dict.l.*1.*n.*71.contra tamen tenet Curt.iun.*in dict.l.*1.*n.*40.*& ſequent.*

Limitatur quartò, quando renunciatio facta eſſet in Epiſtola directa ad grauatum, vel in alia ſcriptura ſubſcripta per renunciantem,quæ ad manus grauati perueniſſet, & eam acceptaſſet, Cin. *in auth.ſacramenta puberum,q.*1.*C.ſi adu.vendit.*Claud.Aquen.*in l.*1.& ibi Purp. *n.*66.*Cod.de pact.*Guli.Bened.*vbi ſup.n.*116.Dec.*conſ.*39. *n.*89.*lib.*1.Petr.Greg.*d.cap.*30.*n.*7. Intrig. *d.cent.*3.*q.*91. *n.*4. Gallus *d except.*26.*nu.*31. Niſi ante acceptationem renuncians reuocaſſet epiſtolam, Purp. *in d.l.*1.*n.*67.Gallus *d.except.*16.*n.*30.*& ſeq.* 6 7

Limitatur quintò, quando renunciatio eſſet facta de fideicommiſſo ſibi in futurum debendo ſecūdum Rip. *in l.*1.*n.*17.*C.de pact.*& Dec.*d.conſi.*39.*n.*158 *verſ non obſtat quintum li.*2.Contrariam tamen opinionem,& melius tenuit Pereg.*d.art.*52.*n.*11 *in fine,*& videatur Surd. *conſi.*70.*n* 4 *& ſeq.lib.*1. 8 9

Limitatur ſextò,quando renunciatio fuiſſet geminata, Iaſ.*in d.l.*1.*num.*16.Ceph.*conſil.*47.*num.*31.*lib.*1.Guliel. Benedic. *loco citato num.*118. *& ſeq.* Dec. *conſil.*39. *nu.*93.*lib.*1. Petr.Greg. *d.cap.*30.*num.*7. Intrigl. *d.cent.*3. *q.*91.*num* 5. Contrariam tamen ſententiam, & melius probarunt Claud. Aquenſ. *in d.l.*1. & ibi Purpur. & Ripa *num.*18.Curt.*num.*45.Cagnol.*num.*75. Alciat.*nu.*19. Gozad.*num.*13.Dec.*num.*30. Zuccard. *num.*141. & de communi teſtatur Bologn. *num.*74. 10 11

Limitatur ſeptimò, quando iuramentum interuenit ſuper renunciatione, quia renunciatio ſuſtinetur, Cuman.*in l. is qui hæres, in princip.*& ibi Iaſ.*num.*31.*ff.de acquir. hæred.* Alexand. *in l. ſed & ſi rei capitalis,* §. *quaſitum ff.ſi quis caut.* Iaſ. *in dict. l. num.*17. & ibi Curt.iun. *numer.*44. qui de communi opinione teſtatur. Purpur. *num.*67.Cagnol. *num.*74. Alciat. *num.*16. Gozad. *num.* 12.Zuccard. *num.*139.*& ſequentib.* Curt.ſen. *num.*24. Bologn.*nu.*73. & Ripa *num.* 7. qui ſcribit eſſe communem ſententiam, *C.de pact.* Guliel. Benedic. *d. cap. Rai-* 12

nutius

nutius in verb. ſi abſque liberis, il 2. num. 117. verſ. quinto extr. de teſtamen. Rom. *conſ.* 22. Decianus latiſſime *conſ.* 39. *num.* [illegible]. *& ſeqq. lib.* 2. Petr. Gregor. *d cap.* 30. *num.* 7. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 11. *& conſi.* 52. *num.* [illegible]8. *lib.* 5. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 91. *numer.* 5. Gallus *d. except.* 26 *num.* [illegible]3. *& ſeqq. part.* 2. vbi comprobat, Tiraquel. *in l. ſi vnquam in præfat. num.* 138. Crott. *conſil.* 275. *num.* 43. *lib.* 2. Pariſ. *conſi.* 94. *num.* 22. *&* 30. *lib.* 3. *& conſi.* 5. *num.* 144. *&* 160. *lib.* 4. Mazzo *conſi* 2. *nu.* 28. Afflict. *deciſione*
13 381. *n.* 5. Licet contrariam opinionem tenuerit Dec. relatus a Ripa vbi ſupra.

14 Intellige limitationem procedere, ſi iuramentum ſit interpoſitum ſuper iure de futuro, aliud enim eſſet, ſi fuiſſet appoſitum ſuper iure de præſenti, Curt. iun. *in d. l.* 1. *nu.* 44. *C. de pact.* Alexand. *conſ.* 169. *col.* 4. *lib.* 2. Peregr. *d. art.* 52. *n.* 11. Gallus *d. except.* 26. *nu.* 28. & ratio eſt quia iuramentum operatur ſolum circa voluntatem diſponentis, nec defectum voluntatis ſupplet *l. fin. C. de non numer. pecun.* Bart. *in l.* 4. *§ quæſitum ff. ſi quis caut.* & alibi ſæpiſſimè.

15 Limitatur octauo, ſi renunciatio tranſiret in pactum *l. de fideicommiſſo, Cod. de tranſact. l. cum proponas, C. de pact. & d. l.* 1. vbi Gloſ. Bart. *col.* 2. *num.* 4. Angel. *num.* 3. Fulgoſ. *num.* 5. Caſtr. *numer.* 6. Iaſ. *num.* 14. Purpur. *num.* 9 *& numer.* 51. Socin. ſen. *num.* 3. Iacob. de Sanct. Georg. *numer.* 13. Cagnol. *numer.* 69. & alij communiter, *C eod.* Gloſ. *in l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione ff de legat.* 2. Alexand. *in l. qui Romæ*, & ibi alij ſentiunt *ff de verbor. obligat.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 360. *ff. ad Trebell.* Guliel. Benedic. *loco citato num.* 106. *& ſeqq.* rurſus Alexand. *conſi.* 13 *num.* 9. *lib.* 5. Bero. *conſil.* 130. *num.* 35. *& conſi.* 131. *num* 9. *lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 51. *num.* 3. *lib.* [illegible]. Crott. *conſil.* 275. *num.* 42. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 46. *num.* 22. *lib.* 2. *conſi.* 9[illegible]. *num.* 29 *lib.* 3. vbi de communi *& conſ.* 5. *num.* 1[illegible]. *lib.* 4. vbi pariter de communi Cephal. *conſil.* 196. *num.* 26. *& conſil.* 620. *num.* 4. *& ſeqq.* Decianus latiſſimè *conſil* 39. *maximè num.* 64. *lib.* 2. Peregr. *conſil.* 52. *numer.* 16. *& ſeqq. lib.* 5. *& in tract. de fideicomm. artic.* 52. *num.* 11. *&* 14. Duen. *reg.* 339. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 139. *num.* 8. Craſs. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 61. *num.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 372. *nu* 4. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 91. *num.* 6. Odd. *de reſtit. quæſt.* 85. *n.* 29. Gallus *d. except.* 26. *n* 32. *& ſeqq.* Boer. *deciſ.* 147. *nu.* 7. 8. Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 112. *nu.* 16. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 19. *n.* 6. Magon. *deciſ. Florent.* 102. *n.* 9. Caualcan. *deciſ.* 36. *n.* 2 *part.* 1. Afflict. *deciſ.* 38. *n.* 5.

16 Ampliatur primò hæc limitatio, ſiue fideicommiſſum ſit reciprocum, ſiue non, *d l.* 1. & ibi Purpur. *num.* 9. *C. de pact.* & in his terminis loquitur Peregr. *d. conſ.* 52. *n.* 16. *& ſeqq. lib.* 5. & vide infra *q.* 593. *n.* 145.

17 Ampliatur ſecundò procedere, & ſi teſtator prohibuiſſet talem remiſſionem fieri poſſe, Bart. *in d. l.* 1. *col. vlt.* & ibi Purpur. *ante num.* 10. *& ſeqq.* vbi ſcribit alios cum Bartolo communiter tenere, Decianus ſenſit *d. conſi.* 39 *n.* 145. *lib.* 2. Ioſeph. Ludou. *d. deciſ.* 19. *n.* 7. & quæ
18 dixi. *ſup. n.* 1. *verſ. ampliatur.* Licet contra tenuerit Gloſ. *in d. l.* 1. *C. de pact.*

19 Ampliatur tertiò, vt talis remiſſio poſſit fieri etiam modico accepto, vel gratis, Bald. *in d l.* 1. & ibi Purpur. *nu.* 14. qui dicunt vno nummo renunciationem factam valere, & data ſexta parte fideicommiſſi eſſe renunciationem validam probat textus *in d l.* 1. *C de pact.* & in fideicommiſſis conditionalibus non cadere læſionem dixit Peregr. *d. conſi.* 52. *in fine lib.* 5. & pactum gratuitum ſoſſicere dixit Gallus *d. except.* 26. *num.* 41. & ita contra fiſcum obtinui ex ſententia Illuſtriſs. Rectorum anno 1603. occaſione confiſcationis bonorum Biſolotti, qui cuidam fideicommiſſo renunciauerat pauco recepto, & idem tenui conſulendo ſuper fideicommiſſo D. Hieronymi Portulacæ, & lis adhuc pendet, eſt *in conſ. n.* 22. *& infra.*

Maximè autem teneret talis renunciatio, ſi eſſet facta in vim donationis, nec poteſt in ea conſiderari aliqua læſio, Decian. *conſi.* 39. *n.* 138. *& ſeqq. & nu.* 150. *verſ. tertio, lib.* 2.

Declaratur primò hæc limitatio, vt ita demum re- 20
nunciatio valeat, ſi ſit facta grauato, ſecus ſi eſſet facta
alteri, puta confideicommiſſario ſecundum Purpur. *in d.*
l. 1. *n.* 34. *& ſeq. C. de pact.* vbi tenet nec iuramento firmari.
Contrariam tamen opinionem tenet Fulg. *conſil.* 101. 21
quem refert & ſequitur Zanch. *in dicta l. hæredes mei, §.*
cum ita, n. 364. *ff. ad Trebell.*

Declaratur ſecundò, vt ſi poſtea eueniat conditio fi- 22
deicommiſſi, debeatur fideicómiſsum, quamuis obſtet
exceptio pacti, Bald. *in d. l.* 2. & ibi Lancel. Dec. & Ripa
n. 3. *C. de pact.* Cuman. *conſ.* 114. Contra tamen tenent
Claud. Aquen. *in d. l.* 1. & ibi Purpur. *n.* 39. *& ſeqq.* 23

Declaratur tertiò, quando prohibitio alienandi eſſet 24
geminata, quia tunc non valeret pactum, Purpur. *in d. l.*
1. *n.* 12. Ceph. *conſi.* 269. *n.* 26. *lib.* 2. Contra tamen, niſi fi- 25
deicommiſſum ſit relictum ad pias cauſas, tenuit Bald.
in d. l. 1. *in* 7. *oppoſ. C. de pact.*

Declaratur quartò, vt procedat dummodò renuncia- 26
tio ſit facta viſis & cognitis verbis teſtamenti, vt dicam
q. 594. vbi latius articulum diſcuſſi.

Renunciatio autem ſimpliciter facta intelligitur de 27
fideicommiſſo puro, non autem comprehendet iura de
futuro, Peregr *conſ.* 52. *& ſeqq. lib.* 5. vbi declarat, & dicetur etiam *inf. q.* 594.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus primus non poteſt repudiare fideicommiſſum, & adire ab inteſtato hæreditatem, in præiudicium fideicommiſſarij contra n.* 2.

2 *Subſtitutus primus non poteſt præiudicare ſecundo fideicommiſſario faciendo aliquid, propter quod ille non poſſit ſuccedere ex fideicommiſſo.*

QVÆSTIO DLXXXVIII.

Subſtitutus primus repudiare fideicommiſſum an poſſit, & adire ab inteſtato hæreditatem in præiudicium ſecundi fideicommiſſarij?

QVAERO, an primus ſubſtitutus poſſit repu- 1
diare fideicommiſſum, & adire ab inteſtato
hæreditatem grauati in præiudicium ſecundi
fideicommiſſarij? Et non poſſe voluit Zanch. *in l. hære-*
des mei, §. cum ita, nu. 154. *ff. ad Treb.* Contra tenuit Tor- 2
niel. *in d. §. cum ita, n.* 153.

Ampliatur, vt primus ſubſtitutus non poſſit præiu- 3
dicare ſecundo fideicommiſſario faciendo aliquid, propter quod ipſe non poſſit ſuccedere ex fideicommiſſo. Pariſ. *conſi.* 19. *num.* 147. *& ſeqq. lib.* 2. Zanch. *loco citato, num.* 455.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia poteſt renunciare fideicommiſſo, declara per totam quæſtionem.*

2 *Hoſpitale renunciare fideicommiſſo poteſt, dummodo aliquid detur reſpectu dubij euentus.*

3 *Reſtitutio datur Eccleſiæ, vel Hoſpitali ob renunciationem fideicommiſſi, contra n.* 4. *decl. ibid.*

QVÆ-

QVÆSTIO DLXXXIX.

Eccleſia, vel Hoſpitale renunciare fideicommiſſo an poſſit; & an reſtitutio ſit danda?

DIXIMVS quæſtione præcedenti ab hac ſecunda, fideicommiſſo renunciari poſſe, cum declarationibus tamen vt ibi: videamus nũc, an ſi ſubſtituta ſit Eccleſia, poſſit ab ea fideicommiſſo
1 renunciari? Sic autem dicendum eſt, quod ſi Eccleſia ſit collegiata, renunciatio poſſit fieri per ſolum Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi, ſi verò non eſt collegiata, ſolus prælatus poterit renunciare. Bald. *in l. contra iuris, §. 1. ff. de pact. & in l. magis puto, §. fundum ff. de reb. eor. & in l. pupillorum, in principio, C. de repud. hæred.* Aret. *in l. is qui hæres, §. vlt. col. 2. ff. de acquir. hæred.* Alex. *in l. legatum circa finem, ff. de legat. 2.* Anchar. *in cap. ſuper col. 2. extr. de reb. Eccleſ. non alienan.* Imol. *in cap. tua nuper circa finem, extr. de his quæ fi. à præl.* Felin. *in cap. contingit, col. vltim. extr. de ſent. excom.* Ruin. *conſ. 123. col. 1. lib. 3.* Anton. Gab. *de legat. concl. 3. n. 4.* Rodo. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap. 12. n. 4. & ſeqq.*

2 Hoſpitale pariter poteſt fideicommiſſo conditionali renunciare, dummodò pro renunciatione aliquid detur ratione dubij euentus, Rip. *in l. 1. n. 28.* & ibi Purpur. *n. 16. & ſeqq. C. de pact.* vbi hoc declarat.

Declaratur primò, dummodo ſimus in caſibus, quod renunciatio teneat, de quibus dictum fuit ſupra *quæſtione 587.*

3 Declaratur ſecundò, vt ſi Eccleſia ſit læſa, eo quod modicum recepit, cum fecit renunciationem, erit reſtituenda, conſiderando læſionem ſecundum tempus renunciationis, non autem poſtquam euenit caſus fideicommiſſi, Purpur. *in d. l. 1. num. 16. C. de pact. & num. 21.* dicit, Eccleſiam probare debere, quod dubius euentus, tempore renunciationis erat maioris æſtimationis eo tempore inſpecto, quàm pecunia pro renunciatione data, & alia ponit conſideranda ad probandam læſionem.

4 Contra tamen tenuit Bald. *in d. l. 1. in 7. oppoſ.* vbi dicit Eccleſiam poſſe facere hanc renunciationem modico accepto.

SVMMARIVM.

1 *Minor, vel tutor poteſt fideicommiſſo renunciare cum iudicis decreto.*
2 *Minori qui renunciauit fideicommiſſo, reſtitutio concedenda eſt.*
Ampliatur, & ſi datum ſit aliquid quod eſſet modicum habito reſpectu ad dubium euentum, n. 3.
Limitatur in mutua renunciatione fideicommiſſi reciproci, n. 4. declara n. 5.

QVÆSTIO DCX.

Minor, vel tutor vtrum poſſit renunciare fideicommiſſo, & an reſtitutio ſit danda?

1 QVAERO, an minor, vel tutor poſſit fideicommiſſo renunciare, in caſibus, in quibus alias renunciatio teneret. Et recepta eſt opinio, quod interueniente iudicis decreto teneat renunciatio, alias non, Bart. *in l. tutor. ff. de bonor. poſſeſſ.* Bald. *in l. bonorum, quæſt. 3. C. qui admit.* Paul. Caſtr. *conſ. 188. quia dubia, col. 2. lib. 2. in nouiſſ.* Corn. *conſ. 11. lib. 3.* Soc. ſen. *conſ. 49. n. 14. lib. 1.* Dec. *conſ. 386. num. 4. & conſil. 403. in fine.* Ceph. *conſ. 731. nu. 20.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. n. 83.* Simonc. *de decret. tit. 6. inſp. 5. n. 57.* Peregr. *de fideic. art. 52. n. 50. circa medium.* Intrig. *de ſubſtit. cent. 3. q. 91. in fine.*

Reſtitutio tamen eſt danda minori ob hanc renunciationem, ſi ſit læſus *l. denique. §. ſi quid minori,* & ibi Bart. & alij *ff. de minor.* Purpur. *in l. 1. num. 22. C. de pact.* Odd. *de reſtit. in integr. q. 85.* Magon. *dec. Florent. 92. num. 8.* 2

Ampliatur, reſtitutionem concedi, & ſi datum eſſet aliquid modicum habito reſpectu ad dubium euentum, & hoc caſu probandum eſſet, quod pecunia data pro renunciatione obtinenda erit modicæ æſtimationis, inſpecto tempore quo data fuit, habito reſpectu ad dubium euentum, qui erat illo tempore, Purpur. *in l. 1. n. 21. C. de pact.* & vide Odd. *loco citato,* & faciunt dicta *infra nu. 5.* 3

Limitatur autem concluſio de danda reſtitutione minoribus, quando fideicommiſſum fuiſſet reciprocum, & interueniſſet mutua renunciatio, nam reſtitutio tali caſu deneganda eſſet, *l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* & ibi Bart. & Bald. Salic. Dec. Claud. Seiſel. *nu. 8.* & alij communiter, *l. 1. C. de pact.* & ibi Salicet. *in not.* Alexandr. *colum. 2. verſ. nota quod pactum.* Socin. ſen. & alij communiter, Bald. *in l. cum Archimedoram, colum. 1. verſ. vnum ſciat. C. vt in poſſeſſ. leg. in l. cum proponas, la prima, C. de pact.* Socin. ſen. *in l. ſi ante, colum. 1. ff. ſolut. matrimon.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo donatione largitus, numer. 128. C. de reuocan. donat.* 4

Et conſulendo Bald. *conſil. 404. factum proponitur eſſe tale col. 1. verſ. ſecundus caſus, lib. 3.* Angel. *conſil. 287. col. 4.* Anchar. *conſ. 159. rationes, col. vlt.* Raph. Cuman. *conſil. 72. col. vlt. verſi. nec porro.* Paul. Caſtr. *conſil. 379. primo videndum eſt, vtrum remiſſio dubio 2. lib. 1. & conſil. 191. viſis ac diligenter examinatis, colum. vltim. lib. 2.* Roman. *conſ. 26. col. 1.* Iaſ. *conſ. 237. col. 7. lib. 2. & conſil. 63. col. vlt. lib. 3.* Curt. ſen. *conſ. 80. col. 3.* Dec. *conſil. 287. col. vltim. & conſ. 531. n. 12.* Albert. Brun. *conſ. 17. col. vlt.* Ceph. *conſ. 13. n. 36. & conſ. 369. nu. 41. & ſeq.* Præt. *de interpr. vltim. volun. fol. 372. n. 4.* Peregr. *de fideic. art. 52. nu. 50.* Odd. *de reſtit. in integr. q. 85. nu. 25. & ſeqq.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 112. n. 16.* Magon. *deciſ. Florent. 91. n. 7. & ſeq.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 96. n. 45. & ſeq.*

Quod tamen non procederet, ſi adeſſet aliqua conſiderabilis imparitas ex parte minoris, quia nunc non teneret fideicommiſſi reciproci renunciatio, Cuman. *conſ. 115. n. 5. verſi. ad tertium.* Curt. iun. *in l. 1. n. 10. C. de tranſact.* Fulgoſ. *in l. de fideicommiſſo in fi.* & ibi Claud. *nu. 8. C. de tranſact.* rurſus Curt. iun. *conſil. 23. col. pen.* Marzar. *conſil. 21. dubia tertio verſi. ſecundum autem.* Ceph. *conſil. 731. n. 20.* Peregr. *de fideic. art. 52. n. 50.* Odd. *d. quæſt. 85. num. 28.* 5

QVÆSTIO DXCI.

QVæro, an in generali renunciatione, ſiue liberatione veniat ius fideicommiſſi, dicam *quæſt. ſeq. ab hac ſecunda, n. 121. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio fideicommiſſi debiti præſumitur, ſi ſæpius calculatæ ſint rationes, nec de fideicommiſſo fuit aliquid dictum, contra n. 2. decl. per totam q.*
2 *Renunciatio fideicommiſſi debiti præſumitur, ſi facta fuit diuiſio bonorum.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO DXCII.

Renunciatio fideicommiſſi debiti, vtrum præſumatur ex calculatione ſæpius facta rationum, ſi fideicommiſſo nil vnquam fuit dictum?

1 FIDEICOMMISSVM debitum verum cenſeatur renunciatum, ſi calculatis rationibus ſæpius, nihil de fideicommiſſo dictum fuit, videndum eſt? Tribus autem concurrentibus ſecundum aliquos inducitur renunciatio, & ſecundum alios quatuor ſunt neceſſaria. Primum, quod fideicommiſſum eſſet debitum: ſecundum, quod rationes ſæpius ſint calculatæ: tertium, quod tacuerint calculantes ſemper: quartum, quod hæc facta ſint inter ſanguine coniunctos, *l. Procula*, & ibi Salicet. & alij, *ff. de probat.* & quatuor in illa lege requiri ſcribunt, Gloſ. *in l. libertis*, §. 1. & ibi Bartol. *ff. de alim. & cibar. legat.* Alexand. *in l. qua dotis, columna 4. ff. ſolut. matrim.* Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 40 ff. de verborum obligat.* rurſus Alexan. *conſ. 46. in fine lib. 1. conſil. 59. in fine lib. 4. & conſil. 48. lib. 6.* Calcan. *conſil. 3. column. 14. & conſi. 23. column. vltim.* Iaſ. *conſi. 195. column. 2 lib. 2.* Socin. ſen. *conſi. 25. num. 10. lib. 4.* Dec. *conſil. 79. column. vltima & conſi. 267. column. 2.* Ruinus *conſ. 62. n. 10. lib 2.* Soc. iun. *conſ. 128 n. 126. lib. 1. & conſ. 14. prope finem lib. 3.* Bero. *conſ. 52. nu. 33. lib. 2.* Rol. à Valle *conſ. 65. n. 18. lib.* ..... Dec. *conſi 85. n. 19. lib. 2. & conſil. 33. n. 6. lib. 5.* Alphan. *in collect. ſuis, nu. 226.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 88. nu. 10. & ſequentibus*, vbi alios addit Maſcard. *de Probat. concluſ. 554. nu. 41.* vbi plures citat, Ioſeph. Ludou. *concluſ. 9. verſ. fallit tertio.* vbi ſcribit hanc eſſe magis communem opinionem, Peregr. *de fideicom. art. 51. num. 12.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 26. num. 57. parte 2.* Afflict. *deciſ. 13.* Grammat. *deciſ. 103. num. 39.*

2 Contrariam ſententiam, quod ſufficiat coniunctio ſanguinis, & taciturnitas longi temporis: licet non eſſent calculatæ rationes, tenent Alex. Calc. Dec. & Soc. iun. quos refert, & ſequitur Crau. *conſil. 159. n. 4.* & Alc. *tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt.*

3 Porrò, ſi aliquod ex quatuor requiſitis neceſſarijs, ſecundum primam opinionem ceſſaret, ſi aliud eius loco adeſſet, vt ſi loco calculationis rationum facta eſſet diuiſio, renunciatio induceretur, Dec. *conſil. 79. col. vlt. & conſil. 267. col. 3. & 4.* Ruin. *conſil. 139. num. 8. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 88. num. 19. & lib 3. præſumpt. 115. nu. 8.* Peregr. *d. art. 52 nu. 12.* Gallus *d. except. 26. nu. 58.* Grammat. *d. deciſ. 103. nu. 30. cum alijs adductis in ſeq. quæſt. in primo capite.*

4 Declarantur autem prædicta primò, ſi quis probabiliter ius ſuum ignorauit, ita Gl. *in l. ſi ſeruus communis, ff. de donat. int. vir. & vxor.* Soc. iun. *conſi. 128. nu. 126. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 88. num.* [illegible] & eſt veriſſima opinio, pro qua faciunt quæ dixit Odd. *de reſtitut. in integr. q. 51. num. 23*, & quæ nos diximus *quæſt. ſequenti ab hac ſecunda, n. 20.*

5 Declaratur ſecundò non procedere, quando quis in iure erraſſet Imol. *in l. recuſari. ff. de acq. hered.* Afflict. *deciſ. 13. n. 13.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 88. n. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio fideicommiſſi puri, vel purificati inducitur per diuiſionem ſuppoſita ſcientia fideicommiſſi, & n. 3. 4. contra num. 2.*

6 *Per diuiſionem bonorum fideicommiſſo conditionali non cenſetur renunciatum, declara per totam q.*

Ampliatur etiam in fideicommiſſo reciproco, n. 8.

Ampliatur etiam in diuiſione facta ex certa ſcientia, num. 9.

Ampliatur, & ſi iuramentum interuenit, n. 10.

7 *Per tranſactionem renunciatum fideicommiſſo conditionali non præſumitur, amplia nu. ſeqq.*

11 *Clauſula ad habendum, tenendum, & quicquid voluerit faciendum, inducit renunciationem fideicommiſſi, contra n. 12. amplia & declara n. ſeqq.*

Ampliatur, & ſi dictum fuit, ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum, n. 13. contra nu. 14. declara n. ſeqq.

Limitatur, ſi inæqualitas eſſet inter diuidentes, vel diuiſio facta eſſet ſolum vſusfructus, vel ius fideicommiſſi eſſet reſeruatum, n. 18.

Limitatur, quando clauſula hæc non eſt appoſita in corpore inſtrumenti, ſed eſt appoſita in clauſulis generalibus.

19 *Clauſula ad habendum, &c. non venit facultas alienandi, niſi ſpecialiter exprimatur.*

20 *Per diuiſionem dicitur fideicommiſſo renunciatum; ſi dictum ſit, quod diuidentes facere poſſint de rebus diuiſis prout voluerint, contra num. 21. declara ibid.*

22 *Per diuiſionem renunciatum fideicommiſſo cenſetur, ſi data ſit facultas alienandi. contra n. 23.*

Declaratur procedere alienatione ſequuta, nam non facta alienatione fideicommiſſum firmum remanet, nu. 24. contra n. 25. decl. n. ſeqq.

Ampliatur nec pretium poſſe recuperari ab alienante, n. 30. contra n. 31. declar. n. ſeqq.

Limitatur facta alienatione per vltimam voluntatem titulo vniuerſali, quia hæc non præiudicaret fideicommiſſo, numer. 34. contra numer. 35. ampl. & decl. n. ſeqq.

Declaratur, quando data eſſet facultas alienandi, pro ſe, & heredibus, nam etiam alienatione non ſequuta fideicommiſſo dicitur renunciatum, numer. 38. 39.

Declaratur, quando additum eſſet, & quicquid perpetuò placuerit faciendum, quia tunc etiam non ſequuta alienatione cenſetur fideicommiſſo renunciatum, num. 40.

Declaratur, quando addita eſſet renunciatio generalis iurium, vel promiſſio de non contraueniendo verbis amplis quia & non ſequuta alienatione erit fideicommiſſo renunciatum, n. 41.

Declaratur, vt renunciatio inducatur fideicommiſſi, ſi data ſit facultas alienandi in futurum, ſecus ſi alienatio iam facta approbaretur, n. 42.

Declaratur non procedere in diuiſione vſusfructus tantum, n. 43.

Declaratur non procedere ſi data ſit facultas alienandi cum iuribus ſuis, quia fideicommiſſo non dicitur renunciatum, n. 44.

Declaratur procedere quoad ipſos diuidentes, nam reſpectu aliorum licentia alienandi non præiudicat fideicommiſſo, n. 46. ſub decl. ibid.

Declaratur non procedere, quando vltra ſubſtitutionem adeſſet etiam prohibitio alienationis, numero 47.

Declaratur non procedere, quando vltra bona fideicommiſſi diuidentes habuiſſent bona libera, quia licentia alienandi ad ea reſtringitur, ſub decl. ibid.

49 *Euictionis promiſſio appoſita in inſtrumento diuiſionum non operatur, quod diuidentes voluerint renunciare fideicommiſſo, contra num. 48. limit. num. ſeqq.*

Limitatur, ſi promiſſio euictionis ſit concepta verbis

multum vniuerſalibus, num. 50. contra num. 51.

Limitatur ſi expreſsè ex cauſa fideicommiſſi ſit promiſſum de euictione.

Limitatur, quando vni fratrum obueniſſent bona libera, & alteri fideicommiſſo ſubiecta, quia præſumitur renunciatum fideicommiſſo per promiſſionem euictionis. contra num. 54. decl. num ſeqq.

57 Renunciatio fideicommiſſi per diuiſionem inducitur, ſi diuidētes promiſerunt bona ſic diuiſa defendere, diſbrigare, libera tradere, manutenere, & conſeruare ab omnibus perſonis ſemper, & omni tempore.

58 Renunciatio fideicommiſſi per diuiſionem non inducitur, ſi diuidentes ſimpliciter promiſerunt non contrauenire diuiſioni, contra num. 59. amplia, & declara numeris ſequentib.

Ampliatur, & ſi promiſſum ſit cum iuramento non venire contra diuiſionem, & contenta in ea, & non facere, dicere, nec venire contra aliquid eorum nu. 62. contra num. 63.

Ampliatur, & ſi dictum fuit non venire contra diuiſionem vllo vnquam tempore, vel perpetuò, numero ſexageſimoquarto.

Ampliatur, & ſi dictum fuit de non contraueniendo occaſione fideicommiſſi, & extet fideicommiſſum purificatum & purificandum, quia promiſſio intelligitur de purificato, non purificando, num. 65.

Ampliatur etiam in fideicommiſſo reciproco, & coæquali, nu. 66. contra num. 67.

Ampliatur, & ſi dictum ſit, nullo modo venire poſſe contra diuiſionem, num. 68.

Ampliatur, & ſi nulla alia ſubeſſet cauſa contraueniendi, quam ratione fideicommiſſi. num. 69.

Limitatur ſi promiſſum fuit non contrauenire fideicōmiſſo debendo num. 70. & 71. contra num. 72.

Limitatur ſi promiſſio de non contraueniendo ſit concepta verbis multum vniuerſalibus. num. 73. contra num. 74. decl. num. ſeqq.

77 Renunciatio fideicommiſſi inducitur per clauſulam in diuiſione: quod promiſerunt partes ſic diuiſas ratas, & gratas habere, & perpetuò attendere, & obſeruare, contra num. 78.

79 Renunciatio fideicommiſſo non inducitur ſi diuidentes remiſerunt omne ius competens, & competiturum vel ius quod habent, & habere ſperant, contra num. 80. ampl. & decl. num. ſeqq.

Ampliatur, & ſi dictū ſit, quod remittebat vnus alteri indefinitè omnia ſibi ex teſtamento relicta nu. 81.

Ampliatur, & ſi remiſſum ſit omne ius præsēs vel futurum, ex teſtamento vel ab inteſtato iure fideicommiſſi vel ſubſtitutionis cuiuſcunque, niſi in ſpecie exprimatur teſtamentum in quo fideicommiſſum eſt relictum, contra nu. 83. decl. nu. ſeqq.

Limitatur non procedere, quando remiſſio non poſſet referri ad alia iura, quam ad fideicommiſſum, num. 86. decl. nu. ſeqq.

Limitatur, quando remiſſio facta eſt verbis multum vniuerſalibus, num. 89. & ſequent. decl. num. 95. & ſequentib.

Limitatur, quando dictum fuit, quod vnus remittebat alteri iura quæ habet, vel habere poterat quouis modo, num. 90 decl. num. 95. & ſequent.

Limitatur ſi dictum fuit, transferri omnimodo omne ius, num. 91.

Limitatur, ſi dictum fuit quod renunciabant omnibus iuribus ſibi quomodolibet ſpectantibus, num. 92. declara num. 95. & ſeqq.

Limitatur ſi inuicem dederunt, & conceſſerunt omnia iura, & actiones reales, & perſonales ſibi ſpectantia, & pertinentia, & quæ ſpectare poſſent in futurum, num. 93. decl. num. ſequent.

Limitatur in fideicommiſſo reciproco, data ſcientia fideicommiſſi, & teſtamenti in ſpecie, & renunciatione iurium de futuro. num. 99 contra n. 100.

82 Renunciatio fideicommiſſi vt operetur, requiritur, quod ſpecialiter exprimatur teſtamentum, in quo fideicommiſſum continetur. contra n. 83.

101 Clauſula ceſſionis iurium competentium, & competiturorum, ſi alia non ſint iura quam fideicommiſſi conditionalis, data ſcientia fideicommiſſi inducit renunciationem fideicommiſſi, contra num. 103. declar. num. ſeqq.

Limitatur, quando verba ceſſionis relata ſunt ad iura de præſenti, num. 104.

Limitatur, quando verba ceſſionis concepta ſunt non contra ſeipſos diuidentes ſed contra alios nu. 105.

106 Clauſula ponentes ſe in omnem eorum ſtatum, & ius in prædictis bonis vt in rem propriam, inducit remiſſionem fideicommiſſi. contra n. 107.

108 Clauſula quod diuidentes haberent, tenerent, & poſſiderent portiones ſibi obuentas pleno iure, non inducit fideicommiſſi renunciationem contra nu. 109.

111 Renunciatio fideicommiſſi non inducitur per aſſignationem portionum liberè factam in diuiſione.

112 Clauſula, renunciantes omni iuri, & legum auxilio inducit fideicommiſſi renunciationem, contra num. 113. limit. n. ſeqq.

Limitatur data ignorantia fideicommiſſi, n. 114. contra num. 115.

Limitatur ſi renunciatum fuit omni iuri competenti, nec dictum fuit & competituro, n. 116.

Limitatur ſi hæc clauſula reſtringeret ſe ad præcedentia, num. 117.

Limitatur, quando renuncianti competebat aliquod ius, præter ius fideicommiſſi, n. 118.

119 Clauſula renunciationis exceptioni nō ſic facti præsētis inſtrumenti, & cuicunq; probationi, & defenſioni, operatur fideicommiſſi remiſſionem, cōtra n. 120.

121 Liberatio facta de omnibus, quæ ſibi deberentur occaſione hæreditatis, & quacunque alia cauſa, ita vt liberatio trahatur ad cogitata, & incogitata, vel aliter liberatio eſſet geminata, operatur fideicommiſſi renunciationem.

Limitatur, ſi liberatio refertur ad iura præſentia, numer. 122.

123 Renunciatio fideicommiſſi inducitur per diuiſionem ſi partes fuerunt aſſignatæ æſtimatæ contra n. 124.

125 Renunciatio fideicommiſſi inducitur per diuiſiones, ſi annullatum fuit teſtamentum, in quo continetur fideicommiſſum.

126 Renunciatio fideicommiſſi debiti facta in diuiſionibus non extenditur ad fideicommiſſum conditionale, declar. num. ſeqq.

130 Renunciatio fideicommiſſi debiti, vel debendi ex teſtamento paterno operatur, quod omne fideicommiſſum in illo teſtamento contentum dicatur remiſſum.

131 Reſeruatio alicuius fideicommiſsi facta in diuiſione operatur renunciationem, quo ad non reſeruata.

132 Renunciatio præſumpta ex diuiſionibus ob clauſulas in eis appoſitas, non nocet minoribus, ruſticis, & literarum imperitis, contra nu. 133.

Limitatur, ſi ageretur contra tertios poſſeſſores, numer. 134.

135 Diuiſio iudicialis, vel arbitramentalis non importat fideicommiſsi renunciationem, licet clauſula ad importantes apponantur, niſi à partibus data ſit authoritas.

Ampliatur, & ſi diuiſiones ſint acceptatæ, n. 136.

Ampliatur, & ſi compromiſſum factum ſit de litibus

verſis & quæ in futurum verti poſſent, nu, 137.

138 *Per diuiſiones non cenſetur renunciatum fideicommiſſo ſi adſit in teſtamento prohibitio alienationis bonorum.*

140 *Aſſertio diuidentium facta poſt inſtrumentum, quod fideicommiſſo ſit renunciatum vel non renunciatum, attenditur non obſtantibus clauſulis in inſtrumento appoſitis.*

141 *Acceptatio fideicommiſſi facta in diuiſionibus operatur ne fideicommiſſo dicatur renunciatum per clauſulas quantumcunque ſufficientes.*

142 *Reſeruatio fideicommiſſi facta in præcedẽtibus inſtrumentis operatur, quod & in poſteriori inſtrumento diuiſionum ſit facta reſeruatio non obſtantibus aliquibus clauſulis. contra num. 143.*

144 *Renunciatio fideicommiſſi prodeſt ſolum his, quorum cauſa renunciatio facta eſt.*

145 *Renunciatio fideicommiſſi per clauſulas appoſitas in diuiſione operatur, tam in fideicommiſſo reciproco, quàm non reciproco, contra nu. 146.*

147 *Clauſula appoſita in executiuis inſtrumenti diuiſionum, non importan fideicommiſſi renunciationem, licet aliàs eſſent ſufficientes, ſi fuiſſent appoſita in diſpoſitiuis.*

151 *Clauſulæ plures in diuiſionis inſtrumento appoſita, quæ ſingula non important fideicommiſſi renunciationem, ſimul iuncta id operabuntur, contra n. 152.*

153 *Fideicommiſſum reciprocum coæquatum non dicitur appoſita conditione ſi ſine liberis, ſi vnus eſt clericus, alter non.*

154 *Reciprocum fideicommiſſum coæquatum, non dicitur appoſita conditione, ſi ſine liberis, ſi alter fratrum habet filios, alter non.*

155 *Renunciatum non eſſe fideicommiſſo in dubio pronunciandum eſt, contra nu. 156.*

157 *Clauſula in diuiſionis inſtrumẽto, vt renunciationem fideicommiſſi operentur, neceſſariò requiritur quod renunciatio in alio verificari non poſſit.*

158 *Obſeruantia ſubſequuta circa renunciationem fideicommiſſi factam in diuiſionum inſtrumento attenditur etiam in cæteris caſibus contra eum, qui obtinuit. & eius ſucceſſores.*

159 *Renunciatio fideicommiſſi quæ inducitur per clauſulas in diuiſionis inſtrumẽto appoſitas prodeſt ſolum contra fideicõmiſſarium et eius filios, nõ autẽ noceret filijs renunciantis ſubſtitutis in portione patris.*

QVÆSTIO DXCIII.

Per diuiſionem, vel tranſactionem, an & quando dicatur fideicommiſſo renunciatum?

AMPLISSIMA eſt iſta quæſtio, egeretque laborioſa diſputatione; ego autem ſi non omnia attingam, quæ tamen ſunt principaliora non omittam, vt autem iuxta inſtitutum meum procedam clariùs, quàm fieri poſſit, conſtruo duo capita.

1 Primum eſt, quando fideicommiſſum eſt purum, vel purificatum tempore diuiſionis, vel tranſactionis, & tunc præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi dicetur illi renunciatum, Bart. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, & ibi Cuman. Paul. de Caſtr. *col.* 3. Alex. *col.* 9. *& ſequent.* Rip. *nu.* 17. & alij communiter *ff. de verbor. obligat.* Dec. *in l. cum proponas, la prima in fine de pact.*

Et conſulendo Bald *conſil.* 46. *verba inſtitutionis, col.* 3. *lib.* 1. Ioan. de Anan. *cõſil.* 29. *dubio vltimo*, Alex. *conſil.* 100. *n.* 7. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 79. *n.* 3. *conſ.* 267. *n.* 3. *in fin. & cõſ.* 345. Ruin. *conſ.* 139. *nu.* 6. *& ſeq. lib.* 2. Bero. *conſil.* 130. *n.* 9. *&* 11. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 24. *n.* 2. *& conſ.* 237. *nu.* 2. *circa finem*. Becc. *conſil.* 111. *nu.* 25. Burſat. *conſ.* 12. *n.* 44. *& ſeq. lib.* 1. Simon. de Pret. *conſ.* 157. *n.* 124. Dec. *cõſ.* 116. *n.* 11. *& ſeq. lib.* 3. Honded. *conſ.* 3. *n.* 1. *lib.* 1. Fab. Turret. *conſil.* 77. *num.* 28. Marzar. *de fideic. q.* 59. *in fine*, Anton. Gabr. *de fideic. concl.* 1. *n.* 28. Port. Imol. *lib.* 2. *Commun. opin. concl.* 39. Perr. *de fideic. q.* 14. *n.* 126. Maſcar. *de Prob. concl.* 446. *num.* 12. Menoch *lib.* 3. *præſump.* 115. *nu.* 3. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Peregr. *de fideicom. art.* 52. *nu.* 19. vbi teſtatur de communi opinione, Caualc. *deciſion.* 36. *parte prima, maximè num.* 26. Rot. Rom. *deciſ.* 1005. *in nouiſ. parte* 3.

2 Contrariam opinionem malè tenent Rip. *in* §. *duo fratres, num.* 40. & ibi Bologn. *nu.* 105. *in fine*, & Soc. iun. *num.* 56. *& ſeq.* vbi plenè, Ruin. *conſ.* 139. *col.* 1. *&* 3. *lib.* 2. & Dec. *conſ.* 79. *dubio ſecundo*.

3 Maximè procederet prima opinio concurrente longa taciturnitate, & calculatione rationum, vt dixi *qu. præced. num.* 3.

4 Et multò magis procederet, quando diuiſio eſſet facta verbis prægnantibus, & adhibitio iuramento, Dec. *dict. conſ.* 345. *colum.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 115. *n.* 7. Caualc. *deciſ.* 36. *par.* 1.

Limitatur autem hoc caput, quando fideicommiſſum non erat reciprocum, vel non reciprocè purificatum, quia tunc non cenſeretur renunciatum. Alexand. *in d.* §. *duo fratres*, & ibi Crot. *nu.* 53. Dec. *conſ.* 287. Præt. *conſ.* 137. *num.* 127.

Secundum caput eſt, quando fideicommiſſum erat conditionale & tunc plures caſus ſunt diſtinguendi.

5 PRIMVS caſus eſt, quando facta fuit ſimplex diuiſio bonorum fideicommiſſi, & tunc omnes vno ore concludunt non cenſeri renunciatum fideicommiſſo, Bartol. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, quæſt.* 1. & ibi Bald. Imol. Paul. Caſtr. *nu.* 5. Aret. *nu.* 26. qui ſcribit eſſe communem opinionem, Alexand. *num.* 33. qui pariter teſtatur de communi, Iaſ. *num.* 31. Crot. *num.* 36. *&* 37. Rip. *num.* 38. *&* 41. Socin. iun. *nu.* 52. *&* 80. Crott. *nu.* 79. vbi aſſerit eſſe indubitatam concluſionem Bologn. *nu.* 105. vbi quod omnes ita tenent, & Paul. Leon. *nu.* 306. *ff. de verbor. obligat.* Bartol. *in l. cum pater*, §. *hæreditatem*, & ibi Bald. Imol & Paul. Caſtrenſ. *nu.* 4. *ff. de legat.* 2. Bald. *in l. qui cum tutoribus, colum.* 2. *ff de tranſact.* Cagnol. *in l.* 1. *num.* 55. *C. de pact.*

Et conſulendo Bald. *conſ.* 191. *nu.* 1. *lib.* 1. *conſil.* 69. *lib.* 3. *conſil.* 364. *& conſ.* 440. *lib.* 4. Fulgoſ. *conſil.* 42. Roman. *conſil.* 403. *colum.* 1. & ibi Mandoſ. *in addit.* plures congeſſit, Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 188. *lib.* 1. *& conſil.* 36. *in fine*, *& conſil.* 118. *lib.* 2. Ioan. de Anan. *conſil.* 29. *colum. vltim.* Alexand. *conſil.* 40. *num.* 3. *lib.* 4. *& conſil.* 208. *num.* 4. *lib.* 6. vbi dicit eſſe communem, *conſil.* 8. *column. vltima, & conſil.* 21. *colum.* 1. *lib.* 5. Corn. *conſil.* 50. *colum. vltim. lib.* 3. *& conſil.* 42. *num.* 9. *lib.* 4. Bertrand *conſil.* 218. *nu.* 1. *lib.* 2. *& conſil.* 339. *num.* 2. *lib.* 3. Grat. *conſil.* 17. *nu.* 44. *& cõſ.* 60. *colu.* 1. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſil.* 41. *lib.* 4. Gozad *conſil.* 26. *column. vltima*, Ruin. *conſ.* 172. *nu.* 4. *lib.* 1. *conſil.* 137. *nu.* 6. *lib.* 2. *conſ.* 92. *num.* 20. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 86. *numer.* 4. vbi de magis communi, & quod ab ea conſulendo, & iudicando non ſit recedendum *conſil.* 243. *num.* 2. *& conſ.* 287. *num.* 16. Celſ. Vgo *conſil.* 2. *num.* 1. *& conſil.* 24. *nu.* 14. Pariſ. *conſil.* 46. *num.* 9. *& conſil.* 55. *n.* 13. *lib.* 2. Feder. Scot. *tomo* 2. *lib.* 1. *reſp.* 1. *nu.* 11. March. Brun. *conſil.* 112. *num.* 5. Tob. Non. *conſil.* 42. *numer.* 20. Franc. Becc. *conſil.* 28. *num.* 15. *& conſil.* 111. Pancir. *conſil.* 59. *nu.* 75. *& conſil.* 93. *num.* 22. Marcobr. ab Anguil. *conſil.* 66. *nu.* 19. Alben. *conſil.* 74. *numer.* 10. Bero. *conſ.* 130. *nu.* 1. *lib.* 2. Port. Imol. *conſil.* 135. *nu.* 13. *& ſeqq.* vbi late Roland. à Valle *conſ.* 34. *numer.* 73. *& conſil.* 51. *nu.* 15. *libr.* 4. vbi teſtatur de communi, Bellon. *conſ.* 19. *nu.* 7. Cephal. *conſ.* 253. *num.* 15.

Google

*num.*15.*lib.*2.*conſ.*372.*nu.*14.*lib.*3.*& conſ.*731.*nu.*6.*lib.* 5.Decian.*conſ.*41.*nu.*159.*conſ.*52.*dubio primo lib.*1.*conſ.* 3.*nu.*112.*lib.*3.*& conſ.*33.*nu.*29.*lib.*5. in quibus locis dicit eſſe cõmunem, Rimin.iun.*conſil.*80.*nu.*39.*lib.*1.Burſar.*conſ.*64.*num.*28.*lib.*1.Bonif.Roger.*conſ.*13. *num.*91. *lib.*1. Paſer.*conſil.*92.*numero* 23.Fab.Turret.*conſ.*7[illegible]. *numer.*15.*lib.*1.Honded.*conſ.*33.*colum.prima,lib.primo*,vbi de communi, Simon de Præt.*conſil.*137.*nu.*98.*&* 10[illegible]. & ibi in ſubſcrip. Hip. Fed.*num.* 148. vbi de communi, Peregr.*conſil.*92.*libr.*1.

Et in Tractatibus, Anton. Gab. *de fideicommiſſ. concl. prima*, Craſſ.*in § fideicommiſſum.quaſt.*[illegible]3.*num.*1.vbi de communi, Menoch.*lib.*3.*præſumpt.*115.*nu.*[illegible]. vbi ſcribit eſſe receptam ſententiam, And.Gail.*lib.*1.*obſeruat.* 139. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 776. Petr. *de fideicommiſſ. quaſt.*14 *num.*15. vbi de communi, Peregr. *de fideicommiſſ.artic.*52.*numer.*1c. *& ſeq.* Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3.*quaſt.* 92.

Et in Deciſionibus Boer.*deciſ.*147.*numer.*10. Ioſeph. Ludou.*deciſ. Peruſ.*1c.*n.*11.*part.*1. Magon. *deciſ. Lucen.* 5.*n.*42.*& ſeqq.deciſ.Floren.*93.Caſ.Barz.*deciſ.Bonon.*96. *n.*1.vbi de communi, Rot. Roman. in collect. per Farinac.*deciſione* 614 *parte ſecunda*, & re vera temerarium eſſet ab hac opinione recedere.

Probatur primò hæc ſententia per tex. *in l. cum pater*, §. *hæreditatem. ff. de legat.*2. Secundò facit *l. ſi à ſubſtituto, in principio. ff. de legat.* 1. Tertiò ratione confirmatur, quia ſcilicet diuiſio non debet operari vltra intentionem diuidentium: at diuiſio fit vt vnuſquiſque poſſideat partem ſuam ſine contradictione alterius: ergo non debet operari, quod renunciatum ſit fideicommiſſo.

Idem in tranſactione dicendum eſt, vt per eam non dicatur fideicommiſſo renunciatum, Doctores communiter *in dicto §.duo fratres*, Cephal.*conſ.*622.*n.* 22. *& ſequenti*, Menoc.*conſil.* 289. Anton. Gabr. *de fideic.concl.* 1.*nu.*17.Intrigl.*de ſubſt.ius.cent.*3.*quaſt.*92.*n.*12.Boer. *deciſ.* 147.

7 Ampliatur primò hic caſus, & ſi fideicommiſſum erat reciprocum, & coæquale, quia adhuc non cenſebitur illi renunciatum, prout in fortioribus terminis ſcribunt Ruin.*conſil.*138.*colum.*2.*lib.*2.Burſat.*conſ.*237. *numer.*19.*libr.* 3. Anton.Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ.*1. *num.* 4. Peregrin.*de fidei.art.*52.*n.*27.Intrigl.*dicta quaſt.* 92.*numer.*6.

8 Ampliatur ſecundò, & ſi diuiſio, vel tranſactio ſit facta ex certa ſcientia, Ant.Gabr.*d concl.*1.*n.*18.Maſcard. *de Probat.concl.* 776.*nu.*8.Intrigl.*d.q.*92.*nu.* 23. Boer.*d. deciſ.*147.*num.*4.

9 Ampliatur tertiò, & ſi in diuiſione dictum ſit, quod pleno iure quilibet habeat portionem ſuam, quia hæc verba important tranſlationem pleni iuris, id eſt, dominij, & vſusfructus *auth.hac vſus præſtatio, C. de ſacroſanct. Eccleſ.l. vlt. § ſimilique modo, C. de bon, quæ liber.* & in terminis Crott. *dict.§.duo fratres, numer.*35. & dicetur infra.

10 Ampliatur quartò, & ſi iuramentum interuenit, Rip. *d.§.duo fratres, num.*38.Bald.*conſil.*349.*in fine lib.*3.Menoch.*d.præſumpt.*115.*n.*11.

11 SECVNDVS caſus eſt, quando in inſtrumento fuit appoſita clauſula ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum, & tunc dicitur fideicommiſſo renunciatum, Angel.*in d.§. duo fratres, nu.* 12. & ibi Crot.*n.*133.& Rip.*n.*83.vbi teſtatur de communi, Zuccard.*in l.*1.*n.*61.*C.de pact.*Alex.*conſ.*62.*n.*4.*lib.* 2. Ruin. *conſ.*172.*nu.*6.*&* 11.*lib.*1.Bero.*conſ.*172.*n.*7.*lib.* 1. Pariſ. *conſ.*46.*n.*23.*& ſeq.lib.*2.*& conſ.*74.*n.*8.*&* 15.*lib.*3.Nat. *conſ.*505.*n.*33.Soc.iun.*conſ.*116.*n.*54.*lib.*1. Rol. à Valle *conſil.*34.*n.*78.*& ſeqq.*vbi de communi, *& conſ.*64.*n.*12. *& ſeqq.lib.*4.Crau.*conſil.*638.*& conſil.*674.Alciat.*conſ.* 138.*n.*3. Rim.iun.*conſil.*80.*n.* 38.*& conſi.*44[illegible].*n.* 1.Tob. Non.*conſi.*40.*n.*19.Ceph.*conſi.*253.*n.*[illegible].*& ſeqq.& conſi.* 430.*n.*59.Dec.*conſi.*5.*n.*243.*lib.*4. Marcobr.*conſil.* 76.*n.* 144. Pancir.*conſi.*79.*in fine*, Burſat.*conſil.*8[illegible].*n.*14.*lib.*1. *& conſi.*523.*n.*19.vbi de communi, Menoc. *conſi.*87.*n.* 18.*conſ.*157.*in fine*,vbi plures citat *conſ.*523.*n.*[illegible]0.vbi dicit eſſe veriorem opinionem, *conſi.* 543.*n.*3.*conſi.*724.*n.* 5.*& lib.* 3.*præſump.*115.*n.*65.Petr.*de fideic q* 14 *n.*7. Pereg.*de fideic.art.*52.*nu.*41.Curt.iun. *tract.feud.par.*4.*nu.* 141.Anton.Gabr.*d.concl.*1.*n.*45.Craſ.*in d.§ fideicommiſſum,q.*61.*n.*7. Præt.*de interpret.vltimarum volunt. fol.* 342.*n.*[illegible].vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Intrig. *dicta centuria tertia quæſtione* 92.*nu.* 65. Rot.in collect. per Farinac. *deciſione* 624. *nu.*4. *parte* 2. Caſ.Barz. *deciſione Bonon.*96 *num.*4.vbi dicit eſſe Magis communem poſt multos relatos idem atteſtantes, & in fine teſtatur ita iudicatum, Caualc.*deciſ.*36.*n* 11.*verſ.ſecundo colligitur*, vbi latè.

Contra tamen tenent alij volentes fideicommiſſo non eſſe renunciatum, ita Alciat.*in dicto §. duo fratres*, *num.*32.Signor.*conſi.*20.*colum.*2.Ruin.*conſi.* 137.*nu.*7. *& conſil.*144.*num.*45.*lib.*2.*& conſil.*99.*numer.*11.*lib.*3. Grat.*conſilio* 17.*num.* 49.*conſilio* 22. *num.*28.*libro* 1. *& conſilio* 29.*num.*35.*libr.* 2. Riminal.iun.*conſil.*204 *num.* 93.*lib.*4. Decian. *conſi.*52. *num.*2.*lib.*1. Alba *conſilio* 74. *numer.*7. 12

Non omitto dicere plures Doctores diſtinguere, an appoſita ſint verba importantia liberam voluntatem alienandi, an verba importantia arbitrium boni viri? Nam primo caſu procedat opinio prima, aliàs locum habeat ſecunda ſententia: videndi igitur erunt ſupra citati Doctor. apud quos etiam habebitur, quæ verba importent liberam voluntatem, & quæ arbitrium boni viri. 13

Maximè autem procedere communis opinio, quando facultas alienandi data eſſet etiam hæredibus diuidentium, quia fideicommiſſo cenſeretur renunciatum, Crot.*in d.§.duo fratres, n.* 113.*verſ.præterea cum in caſu*, Menoc.*conſ.*323.*n.*15.*& d.præſump.*115.*n.* 66. Præt. *de interp.vlt.vol.fol.* 372. Diſſentit tamen Grat. *conſ.*29. *num.*41.*& ſeq.lib.* 2. 14

Ampliatur hic caſus, quando ſimpliciter dictum eſſet ad habendum, tenendum, & poſſidendum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & ſic omiſſum eſſet verbum, ad alienandum, quia & tunc dicitur fideicommiſſum factum alienabile, vt poſt plures ſcribit Pereg.*dicto art.*52.*n.*42.& vide *infra, n.*17. 15

Declaratur primò hic caſus, vt non procedat, quando adeſſet inæqualitas inter diuidentes, vel diuiſio facta eſſet ſolum vſusfructus, vel eſſet reſeruatum ius fideicommiſſi, nam tunc ex hac clauſula non poſſet induci remiſſio fideicommiſſi, Grat.*dicto conſi.*29.*nu.*35. *lib.*2.Ant.Gab.*d concl.*1.*n.*32.Menoch.*d.præſumpt.* 115. *n* 60.Intrigl.*d.q.*92.*nu.*69. 16

Declaratur ſecundò, vt clauſula ad habendum non importet fideicommiſſi renunciationem, niſi ſpecialiter ſit dictum, apponendo verbum, ad alienandum, Aret.*in d.§.duo fratres*, *q.*8.& ibi Socin.iun. *nu.*27. Gozad.*conſil.*36.*n.*13.*verſ.tertio*.Ruin.*conſi.*137.*col.*4.*lib.* 2.Grat.*conſ.*22.*col.*3.*lib.*1.Ceph.*cõſ.*371.*n.*61. Chriſtop. Torniol.*conſ.*26.*nu.*66. *verſ. ſecundò reſpondetur*, & ibi clauſula erat concepta verbis vniuerſalibus, Ant.Gabr. *d.concl.*1.*n.*31.Intrigl.*d.q.*92.*n.*68. 17

Declaratur tertiò vt procedat, quando clauſula eſt appoſita in corpore inſtrumenti, ſecus ſi in clauſulis generalibus, & acceſſorijs apponeretur, ita poſt plures relatos Torniol.*dicto conſi.*26.*num.*66. addo Decianum *conſi.*3.*num.*151.*& conſil.*52.*numer.*19. *& ſeqq.libro primo*, 18

mo. Menoch. conſil. 84 n. 46. Vincent. Franc. deciſ. 6. n. 7. & quæ dicam infra nu. 165 verſ. decimo erit aduertendũ.

Decl. aliter vt in quarto caſu.

19 TERTIVS caſus eſt, quando dictum fuiſſet, quod diuidentes facere poſſent de rebus ſic diuiſis, prout voluerint, & tunc cenſetur remiſſum fideicommiſſum, ſecundum crebriorem ſententiam, quam tenuerunt Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, & ibi Angel. & Crott. ff. de verbor. obligat. Alexand. conſil. 62. col. 1 lib. 7. Ruin. conſil. 123. colum. 1. lib. 2. Pariſ. conſil. 46. colum. 5. libr. 2. & conſil. 71. columna 2. lib. 3. Soc. iun. conſil. 16. numer. 68. & ſeq. lib. 1. Ant. Gabr. d. concluſione 1. n. 29. Peregr. qui plures citat d. art. 52. num. 43. Maſcard. de probat. concl. 716. n. 13. Intrigl. d. cent. 3. q. 92. n. 40. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 96. num. 3.

20 Contrariam ſententiam probarunt, & malè Capra conſil. 89. Ruin. conſil. 137. columna quarta, & conſ. 247. colum. penult. lib. 2.

Declaratur tamen hic caſus prout declaratur ſecundus, & quartus.

21 QVARTVS caſus eſt, quando in inſtrumento diuiſionis ſpecialiter eſt data facultas alienandi, & tunc fideicommiſſo dicitur renunciatum, Bart. in d. §. duo fratres. & ibi Angel. Crott. quæſt. 8. & Ripa num. 45. Bart. conſil. 62. col. penult. Curt. ſen. conſil. 68. colum. penul. Bertrand conſil. 166. colu. vlt. lib. 2. Dec. conſil. 11. col. 6. Curt. iun. conſil. 1. n. 21. Ruin. conſ. 173. colum. 2. lib. 1. conſ. 119. col. penult. conſil. 133. col. 1. & conſ. 157 nu. 7. libr. 2. Pariſ. conſil. 72 colu. 2. lib. 3. Grat. conſ. 17 col. 1. & conſ. 60. col. 1. libr. 1. Socin. iun. conſilio 116. columna 11. libro primo, Franc. Becc. conſil. 38. numero tertio, Roland. à Valle conſil. 20. n. 19. lib. 2. conſ. 55. n. 44. lib. 3. & conſil. 34. n. 80. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 751. n. 45. lib. 7. Ceph. conſ. 253. n. 8. & conſ. 296. n. 2. Iacob. Berett. conſ. 69. n. 5. Burſat. conſ. 173. n. 45. lib. 1. Menoch. conſ. 87. n. 60. conſ. 133. num. 10. vbi ſcribit eſſe receptam ſententiam & conſ. 476. num. 14. Odd. conſ. 49. num. 2. Honded. conſ. 33. num. 16. conſ. 36. num. 32. lib. 1. Pereg. conſ. 49. numer. 10. lib. 4. & de fideicommiſſ. artic. 52. numer. 38. & ſeqq. vbi ponit multas clauſulas per quas dicatur data facultas alienandi, Soc. ſen. regul. 38 fallent. 5. Curt. iun. tract. feud. parte 4. col. 6. verſic. quarto quæro, Ant. Gabr. de fideicommiſſ. concluſione 1. num. 30. Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 14. num. 71. in fine, Craſſ. in § fideicommiſſum, quæſt. 63. num. 6. vbi dicit eſſe communem opinionem, ruſus Menoch. lib. 3. præſumpt. 115. num. 42 & 47. vbi teſtatur eſſe veriorem ſententiam, Prat. de interpretat. vltimar. volunt. fol. 332. nu. 7. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. q. 92. n. 41. Oſaſch. deciſ. Pedem. 164. Caualc. deciſ. 36. n. 7. parte 1. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Magon. deciſ. Florent. 92. num. 4. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 96. vbi in fine teſtatur ita iudicatum.

22 Pro hac opinione facit primò, quia incompatibilia ſunt, quod fideicommiſſum ſit reſeruatum, & quod data ſit licentia alienandi, Soc. ſen. conſ. 43. col. 1. & 2. lib. 4. Ceph. conſil. 253. n. 8. lib. 2. Honded. conſ. 33. nu. 18 & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 87. num. 29. & d. præſumpt. 115. num. 47. bona enim fideicommiſſi alienari non poſſunt, authen. res quæ, C. commun. de legat. & ibi Doct. Menoch. conſil. 115. nu. 88. & ſeqq. dum ergo datur facultas alienandi, neceſſe eſt, vt dicatur fideicommiſſo renunciatum.

23 Secundò, qui vult conſequens, cenſetur velle & neceſſarium antecedens, l. ad rem nobilem, C. de procur. cap. cum quid de reg. iur. libr. 6. & ibi Canon. Honded. d. conſ. 33. num. 21. ſi ergo diuidentes volunt bona poſſe alienari, volunt etiam quod fideicommiſſo ſit renunciatum.

24 Tertiò qui conſentit alienationi rei ſuæ ſibi præiudicat, ita vt poſſeſſor non poſſit in illa re moleſtari, l. nihil §. omnibus, ff. de legat. 1. Paul. Caſtr. in l. ſi fundum per fideicommiſſum n. 4. & ibi Iaſ. nu. 37. ff. de legat. 1. Crauet. conſil. 24. num. 9.

Curandum igitur non erit, quod in hoc caſu contra- 25
rium voluerunt Aret. in d. §. duo fratres, qu. 8. & ibi Soc. iun. nu. 127. & Gozad. conſ. 6. n. 12. & ſeq.

Ampliatur communis opinio, vt fideicommiſſo di- 26
catur renunciatum ſiue diuidentes ſciuerint, ſiue ignorauerint fideicommiſſum extare, Bart. in d. §. duo fratres q. 8. & ibi Angel. col. vlt. Alexand. nu. 28. & 31. Soc. iun. nu. 127. & Ripa qui dicit eſſe communem opinionem, num. 84. Zuccard. in l. 1. nu. 60. C. de pact. Alexand. conſ. 189. col. 4. lib. 2. & conſ. 8. nu. 7. lib. 5. Corn. conſ. 144. num. 12. lib. 4. Grat. conſil. 60. nu. 8. lib. 1. Ruin. conſ. 152. nu. 10. verſ. ſecundò lib. 2. & conſi. 99. num. 11. lib. 4. Pariſ. conſil. 46. nu. 26. lib. 2. Roland. à Valle conſ. 55. numer. 14. lib. 3. Crauet. conſil. 328. nu. 37. Honded. conſ. 33. nu. 35. libr. 1. Rimin. iun. conſ. 80. nu. 38. & ſeq. lib. 1. Socin. ſen. conſil. 43. num. 1. libr. 4. Curt. ſen. conſil 64. numer. 66. Curt. iun. conſ. 23. num. 7. & conſil. 40. Soc. iun. conſ. 116. numer. 60. lib. 1. Crauet. conſil. 24. num. 8. Becc. conſil. 38. Ceph. conſil. 371. nu. 15. Chriſtoph. Torniol. conſil. 26. nu. 16. verſic. quarto reſpondetur. Craſſ. in § fideicomm. q. 63. Menoch. d. præſumpt. 115. n. 51. Petr. d. q. 14. nu. 69. Petr. de interpr. vlt. volun. fol. 372. n. 7. Intrigl. d. q. 92. n. 46. Peregr. d. art. 51. n. 4. Caualc. deciſ. 36. nu. 43. part. 1. Magon. deciſ. Florent. 62. nu. 5. Barz. deciſ. Bonon. 96. n. 20. & n. ſeq. & plures ex citatis teſtantur hanc eſſe communem ſententiam. Pro qua videtur ſatis clarus tex. in l. vlt. §. vlt. ff. de legat. 2.

Alij tamen ſe habent in contraria ſententia quod 27
omnino requiratur ſcientia fideicommiſſi, aliàs non inducatur fideicommiſſum, Aret. in d. § duo fratres, col. penul. & ibi Crott. num. 133. & Soc. iun. num. 127. ad finem, Gozad. conſ. 45. n. 19. Roland. à Valle conſ. 64. n. 31. lib. 4. Ceph. conſil. 731. n. 19. & 20. Moti, quia iuri, quod ignoratur, non poteſt dici eſſe renunciatum, l. mater, ff. de inoffic. teſtam. & dictum eſt quæſt. 594. & quæſt. 595.

Alia eſt etiam tertia opinio, quod tertius poſſeſſor 28
non poſſit moleſtari, ſed actio competat pro recuperatione pretij, de quo tamen infra dicetur.

Declaratur primò vt communis opinio in hoc quarto caſu procedat alienatione ſequuta, aliàs alienatione 29
non facta fideicommiſſum non diceretur remiſſum, Bart. in d. §. duo fratres, quæſt. 8. & ibi Angel. Aret. in 5. quæſt. Alexand. num. 58. Iaſ. num. 113. Ripa nu. 83. Alciat. num. 38. & Soc. iun. num. 130. Curt. iun. in auth. res quæ, num. 23. C. commun. de legat. Et conſulendo Bald. conſil. 89. res prohibita, lib. 1. Roman. conſ. 143. in princip. Paul. Caſtr. conſil. 188. col. 1. lib. 2. Aret. conſ. 3. colu. 1. Alexand. conſ. 189. n. 10. lib. 2. & conſil. 8. n. 7. lib. 5. Corn. conſ. 340. col. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 144. in fine lib. 3. Socin. ſen. conſil. 43. n. 1. & 14. lib. 4. Curt. iun. conſil. 23. nu. 7. & conſ. 274. n. 43. Dec. conſ. 86. n. 5. & conſ. 379. n. 5. Gozad. conſil. 36. col. vlt. Ruin. conſ. 13. nu. 7. conſil. 127. n. 15. in fine lib. 2. conſil. 91. n. 27. lib. 3. & conſ. 99. col. 5. lib. 4. Pariſ. conſil. 71. num. 24. lib. 3. Bero. conſ. 108. nu. 19. libr. 1. Alciat. conſil. 8. col. penult. lib. 9. Crauet. conſ. 24. nu. 8. Alba conſil. 25. n. 15. & conſ. 74. in fine, qui teſtatur de communi opinione, Franc. Becc. conſ. 38. n. 3. & conſ. 111. n. 25. Rimin. iun. conſ. 80. numero 38. lib. 1. & conſ. 204 numero 46. lib. 2. & cõſ. 748. num. 20. lib. 7. Ceph. conſ. 296. num. 12. conſ. 371. nu. 23. vbi de communi opinione teſtatur conſ. 436. numero 114. & conſ. 523. nu. 101. & ſeqq. Hieron. Gabr. conſil. 91. num. 11. & conſilio 125. numero 15. libro 1. vbi aſſerit eſſe communem omnium opinionem, Decianus conſ. 3. numero 147. & conſ. 33. n. 107. lib. 1. Honded. conſil. 33. n. 12. lib. 1. Peregr. conſ. 93. nu. 10. lib. 1. conſ. 19. num. 23. conſil. 49. nu.

49. numer. 10. lib. 1. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, & in tract. de fideicomm. art. 52. num. 44. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Anton. Gabr. de fideicom. concluſ. 1. n. 33. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quaſt. 63. circa finem. vbi dicit nullam habere dubitationem, Andr. Gail. d. obſeruat. 139. n. 14. Petr. de fideicommiſſ. quaſt. 14. nu. 70. Pret. de interpret. vlt. volunt. fol. 372. nu. 7. Intrigl. d. quaſt. 92. num. 42. Magon. deciſ. Florent. 92. num. 5. Rota Romana deciſ. 492. part. 4. in nouiſſ. Mouetur Bart. ex tex. in l. ſicuti, §. ſuperuacuam ff. quib. mod. pign. vel hip. ſoluit. Et etiã adducitur ratio, quia ſicuti fideicommiſſum per prohibitionem alienationis non inducitur, niſi ſecuta alienatione, Doct. in l. filiusfamilias, §. Diui ff. de legat. 1. pariter non dicetur remiſſum, niſi ſecuta ſit alienatio leuis tamen eſt hæc ratio.

30 Cæterum aliter ſentiunt alij, volentes renunciationem fideicommiſſi induci, etiam quod bona non ſint alienata, ita Ang. in d. §. duo fratres, quaſt. 3. & ibi Imol. & Crott. num. 33. Alexand. conſ. 62. num. 4. lib. 7. Curtius ſen. conſ. 64. num. 65. Crott. conſ. 273. nu. 7. & ſeqq. Dec. conſ. 11. numer. 7. Grat. conſ. 17. nu. 44. & conſil. 60. nu. 8. lib. 1. Ruin. conſ. 119. nu. 21. lib. 2. Pariſ. conſ. 7. nu. 25. libr. 3. Socin. iun. conſ. 116. num. 56. lib. 1. Crauet. conſ. 24. nu. 8. Roland. à Valle conſ. 55. num. 44. libr. 3. & conſ. 34. nu. 80. lib. 4. Tob. Non. conſ. 40. numer. 19. & conſ. 41. numer. 11. vbi loquitur quando verba ſunt vniuerſalia Ceph. conſ. 253. num. 8. Menoch. conſ. 87. num. 29. conſ. 323. nu. 32. & eſſe veriorem ſententiam dicit d. præſumpt. 15. numer. 46. & ſequent. Caualcan. deciſ. 36. num. 16. hanc ſequitur, ſi verba ſunt vniuerſalia, Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 96. num. 36. pariter hanc tenet quando verba ſunt vniuerſalia, & in fine deciſionis apparet ita fuiſſe iudicatum. Mouentur, quia ratio incompatibilitatis, quod bona poſſint alienari, & quod fideicommiſſum vigeat, de qua ſupra num. 22. habet locum etiam quando non fuit ſecuta alienatio.

31 Et hæc ſecunda opinio retinenda eſſet, quando & hæredibus diuidentium data eſſet licentia alienandi, nam cum hæredes poſſint & ipſi alienare, non poteſt dici fideicommiſſum firmum remanere, cum adhuc non ſit ſecuta alienatio, ſecundum Crott. in d. §. duo fratres & in d. conſil. 273. Curt. ſen. conſ. 64. num. 66. Roland. à Valle conſ. 3. num. 60. & ſeq. libr. 1. Caualcan. dict. deciſ. 36. num. 15.

32 Quando autem ſecuta eſt alienatio, bona non poſſent reuocari ab emptoribus licet diuidentes iuramento confirmaſſent fideicommiſſum, Socin. ſen. conſ. 43. libr. 4. Alciat. in d. §. duo fratres. num. 32. verſ. ſed quid ſi fideicommiſſum, Menoch. dicta præſumpt. 115. num. 54. Peregr. d. art. 52. nu. 48. cum quibus & ipſe tranſeo non curata opinione diſſentientium, qui fuerunt Iaſ. conſil. 173. libr. 4. Ceph. conſ. 296. dubio primo, & Decian. conſ. 3. num. 147. vſque ad finem lib. 1.

33 Alienatio autem vt extinguat fideicommiſſum, debet fieri inter viuos, vel in vltima voluntate titulo particulari, aliud enim eſſet, ſi facta eſſet per hæredis inſtitutionem, vel ab inteſtato, quia tunc fideicommiſſum firmum remaneret, nec eſſet præiudicatum iuribus fideicommiſſarij, Alciat. in d. §. duo fratres, num. 31. verſ. Sed & ſi, & conſ. 577. n. 1. Soc. ſen. conſ. 92. n. 23. lib. 3. Dec. conſ. 171. col. 2. Ruin. conſ. 92. n. 27. & ſeq. cõſ. 147. n. 15. lib. 2. & conſ. 99. n. 11. lib. 4. Siluan. latè cõſ. 14. Ioan. de Monte Sperel. conſ. 119. n. 3. & ſeqq. Pariſ. conſ. 44. n. 18. & conſ. 71. n. 34. lib. 3. Decian. conſ. 3. n. 147. lib. 1. vbi dicit eſſe communem, & conſ. 83. lib. 2. Hieron. Gab. cõſ. 143. col. 2. Curt. iun. conſ. 13. n. 7. in fine, & nu. 22. Crauet. conſ. 638. n. 15. Rim. iun. conſ. 22. n. 253. lib. 1. & conſ. 204. n. 111. lib. 2. Bertaz. inter conſ. ciuil. 7. n. 7. Ceph. cõſ. 321. nu. 25. vbi dicit eſſe crebriorem opinionem, Chriſtoph. Torn. conſ. 26. n. 74. verſ. tertio principaliter, & num. ſeq. Menoc. d. præſumpt. 115. n. 57. Intrigl. d. cent. 3. q. 92. n. 43. Addo prędictis alios, qui in ſpecie de ſucceſſione ab inteſtato loquuntur, Hieron. Gab. conſ. 91. num. 12. libro 1. Rimin. iun. conſ. 23. n. 251. & conſ. 80. nu. 41. lib. 1. Pret. de interpr. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. vlt. num. 6. fol. 373. Et quod ſucceſſio ab inteſtato non ſufficiat, ego etiam conſulendo tenui, ea præcipuè ratione, quia hoc modo varia redderetur communis opinio, de qua ſupra num. 29. quod fideicommiſſum non dicatur ſublatum, niſi ſecuta alienatione, nam ſemper eſſemus in caſu ſecutæ alienationis, quia homines decedunt, vel cum teſtamento, vel ab inteſtato.

Verum alij plures tenuerunt ſententiam, quod ſuf- 34
ſufficiat alienatio etiam per vltimam voluntatem titulo vniuerſali. Prout de inſtitutione hæredis loquuntur Curt. iun. in auth. res quæ, num. 24. C. de commun. de legat. vbi de ſucceſſione ab inteſtato, Zuccard. in l. 1. nu. 161. C. de pact. Alex. conſ. 182. n. 10. & 11. lib. 2. & conſ. 189. n. 2. lib. 2. Socin ſen. conſ. 31. n. 1. & conſ. 43. n. 1. lib. 4. Curt. ſen. conſ. 66. nu. 66. Curt. iun. conſ. 4. nu. 5. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Ruin. conſ. 133. nu. 6. conſ. 144. & conſ. 152. n. 10. verſ. ſecundo lib. 2. Grat. conſ. 60. n. 9. lib. 1. Pariſ. conſ. 46. n. 27. & ſeq. lib. 2. & conſ. 71. n. 22. & ſeqq. & n. 27. lib. 3. Bero. conſ. 93. n. 34. lib. 1. Rolan. à Vall. conſ. 34. n. 56. lib. 4. Ceph. conſ. 230. n. 51. lib. 3. vbi de hæredibus ab inteſtato Pancir. conſ. 59. n. 80. Rimin. iun. cõſ. 80. nu. 40. libro 1. & conſil. 87. numer. 60. eod. Hieron. Gabr. conſil. 121. nu. 15. & conſil. 95. vbi latè & dicit eſſe communem lib. 1. Decianus conſil. 78. num. 19. lib. 3. Menoch. conſil. 87. num. 60. vbi de communi, & quod eſt verior ſententia, conſil. 313. nu. 33. vbi poſt alios tenet idem in ſucceſſione ab inteſtato ſi verba ſunt prægnantia, & dicit eſſe magis communem, & conſil. 1130. nu. 18. vbi dicit non requiri ſpecialem diſpoſitionem; quod affirmat, & conſ. 1150. n. 16. Surd. conſ. 10. nu. 12. & ſeqq. lib. 1. Crauet. conſ. 24. nu. 8. vbi de ſucceſſione ab inteſtato, Socin. iun. d. conſ. 116. num. 60. lib. 1. de ſucceſſione ab inteſtato, Honded. conſ. 33. n. 48. vbi de magis communi, & nu. 51. de ſucceſſione ab inteſtato, lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 57. & art. 52. n. 46. & infra, vbi etiam de ſucceſſione ab inteſtato, Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 63. vbi dicit eſſe communem ſententiam, Andr. Gail. d. obſeruat. 139. nu. 11. & ſeq. Caualc. deciſ. 36. ante nu. 12. part. 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem & deciſ. 16. n. 48. part. 3. vbi loquitur de diſpoſitione in venientes ab inteſtato. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 96. nu. 27. & ſeq. vbi ex communi dicit, quod habet locum tam in diſpoſitione ex teſtamento, quam in veniẽtes ab inteſtato, & in fine dicit ita Dominos de Rota iudicaſſe.

Probatur autem iſta opinio ratione: primò, quia inſtitutio hæredis omnia comprehendit, nec fit de certa re tantũ l. quoties, & ibi Doct. Cod. de hæred. inſtit. & quia inſtitutio non poteſt fieri pro vna parte, & pro alia parte non, l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæred. inſtit. l. ius noſtrum, ff. de reg. iur. & in ſpecie, hac ratione vſi ſunt Ruinus conſ. 112. n. 10. lib. 2. & conſ. 122. nu. 13. lib. 2. Menoc. conſ. 1130. n. 19. & conſ. 1150. n. 16. circa finem lib. 12. Ex quo enim data eſt licentia alienandi & diſponendi de rebus, illæ dicũtur factæ propriæ, vt poſt Ruin. Pariſ. & Anguill. ſcribit Menoch. d. conſ. 1150. num. 22. vnde naſcitur conſequentia, quod iſtæ veniant in diſpoſitione, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, d. l. ius noſtrum.

Secundò facit l. ſi quis prioris, §. certum, C. de ſecund. nupt. vbi alienationis nomine venit inſtitutio hæredis, etiam verbis generalibus facta, ſicuti ita intellexerunt, Bart. in l. ſi ita quis, §. ea lege, nu. 7. ff. de verb. oblig. Iaſ. cõſ. 173. colum. 2. verſic. ſed præmiſſis, libro 2. Ruinus conſil.

112.*num.*10.*lib.*2.*conſil.* 122.*nu.*11.*lib.*3. Anguill.*conſil.* 81.*num.*15. Menoch *conſil.* 1130.*num.* 19. *verſ. & verè præallegato, & nu. ſeq lib.*2. Pereg. *de fideicomm. art.*40. *in tertia difficultate num.*57. *&* 59. *verſ. non obſtante contraria*, vbi annos addit.

35 Tertiò accedit communis opinio Doctorum, qui dicunt alienatione permiſſa à teſtatore grauato fideicommiſſo, poſſe ab illo alienari per hæredis inſtitutionem Bart. & alij *in d.l. ſi ita quis*, §. *ea lege ff de verbor. obligat.* Bald. & alij *in d* § *certum*, Decianus *conſ.*78.*nu.* 68. Franc. à Ponte *conſ.*2.*num.*17. *& ſeqq.* Honded. *conſ.* 39.*nu.*29. *& ſeqq. lib.*2. Surd. *conſil.* 10.*nu.*11. *& ſeqq. lib.* 1. *conſ.*352.*num.*10. *& conſil.*430.*num.*1. *lib.*3. cum alijs congeſtis *ſupra quæſt.*549.

36 Hæc tamen ſecunda opinio procedat, dummodò ſpecialiter, & expreſsè de illis bonis fuerit diſpoſitū, ſecundum Rimin. iun. *conſ.*204.*nu.*111. *libr.* 1. & Cephal. *conſ.*371 *nu.*27. *& ſeq.* & vide *ſupra quæſt* 552.

37 Diſſentio tamen cum Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 96.*nu.* 31. Menoch. *conſ.*1130.*num.*18. *& conſ.* 1150. *num.* 19. idque ſupponunt citati ſupra pro ſecunda opinione, & fortius illi, qui volunt ſufficere alienationem per ſucceſſionem ab inteſtato.

38 Secunda etiam opinio non procederet, quando inſtitutus eſſet nepos ab inteſtato, Rum. *conſ.* 147.*num.*16. *lib.*2. Vitr. *de interpret. vlt. volunt. fol.* 373.*nu.*6.

39 Tuta tamen non eſt ſententia, nam contrarium ſenſit ipſemet Ruinus *conſ.*144 *nu.*21. *lib.* 2. & in terminis iſtis loquuntur etiam plures ex citatis *num.* 34. & omnino deſtruitur ex opinione eorum qui tenent, ſufficere alienationem per ſucceſſionem ab inteſtato.

40 Quod ſi data eſſet facultas alienandi verbis multum amplis & prægnantibus, facilius retinenda eſſet ſecunda opinio, & in his terminis limitatur prima opinio, de qua *ſupra num.* 33. quia ſatis dicitur facta alienatio per inſtitutionem hæredis, vel ſucceſſionem ab inteſtato, ita Cephal. *conſil.*430.*num.*51. Franc. Becc. *conſ.*38.*nu.*3. *circa finem*, Hieron. Gabr. *conſ.* 125. *num.* 15. *& ſeq. lib.*1. Menoch. *conſ.*87 *nu.*60. *& ſeq. lib.* 1. vbi teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, Caualc. *deciſ.* 36.*num.*15. *&* 16. *parte* 1.

41 Limitatur prima opinio, de qua *ſupra nu.* 29. quando dictum fuiſſet, pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui, vel quibus dederint, Curt. iun. *conſ.*64. *num.*66. Roland. à Valle *conſ.*3.*num.* 60. *& ſeq. lib.*1. Caualcan. *deciſ.*36.*num.*15. *parte* 1. & tunc quando in vltima voluntate eſſet conceſſa alienatio, æſtimatio bonorum eſſet reſtituenda, ſecundum Chriſtoph. Torniol. *conſil.*26.*num.*76. *verſ. quinto reſpondetur*, quod tamen pendet ex dictis *infra num.*52. vbi agetur quando precium ſit reſtituendum ſecuta alienatione.

42 Idem ſi data ſit facultas alienandi his verbis, pro ſe, & hæredibus ſuis perpetuò, quia cenſeretur præiudicatum fideicommiſſario in iure fideicommiſſi, Ruin. *conſ.* 131.*num.* 10. *& ſeq lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 71.*num.* 84. *& ſeq. lib* 3. Peregr. *d. art.*52.*nu.*44. *circa finem*, vbi dicit eſſe indubitanter verum, ſi dictum eſſet, pro ſe & hæredibus omnibus, vel quibuſcunque.

43 Idem quando addita eſſent verba, & quicquid perpetuò placuerit faciendum, quia tunc abſolutè dicitur remiſſum fideicommiſſum, Crot. *in d.* § *duo fratres, q* 8. Ceph. *conſ.*430.*nu.*51. & vide *infra nu.*58.

44 Idem quando adeſt renunciatio generalis iurium, vel promiſſio de non contraueniendo concepta verbis amplis, quia tunc cenſetur fideicommiſſo renunciatum, etiam non ſequuta alienatione, Ruin. *conſ.* 119.*nu.* 20. *&* 21. *lib.*2. Ceph. *conſ.*430.*num.* 51.

45 Declaratur ſecundò principaliter hic caſus, vt procedat in conceſſione alienationis futuræ, ſecus ſi eſſet approbata alienatio iam facta, quia tunc fideicommiſſo non diceretur renunciatum, Socin ſen. *conſ.*43. *colu. vlt. lib.*4. Ant. Gabr. *d. concl.* 1.*num.*34. Intrigl. *d. cent.*3. *qu.*92.*num.*45.

Declaratur tertiò non procedere, quando diuiſio facta fuit quo ad vſumfructum tantum, quia fideicommiſſo non eſſet renunciatum, Grat. *conſil.*26.*nu.*35 *libr.* 2. Anton. Gabr. *d. concluſ.* 1 *nu.*32. Menoch. *d. præſumpt.* 115.*num.*60. Intrigl. *d. quæſt.*92.*nu* 49. 46

Declaratur quartò non habere locum, quando dictum fuit, quod diuidentes poſſint alienare cum iuribus ſuis, quia tunc non dicitur remiſſum fideicommiſſum, Ang. *in d* § *duo fratres, quæſt.* 5. & ibi Alciat. *num.* 30. *verſ. alius caſus*, Menoch. *d. præſumpt.* 115.*n.*61. Peregrin. *de fideicomm. art.*52.*nu.*38. 47

Declaratur quintò non procedere, quando ex actu ſubſecuto conſtare poſſet diuidentes noluiſſe renunciare fideicommiſſo, etiam ſecuta alienatione, quia ſalua erunt fideicommiſſi iura, Menoch. *d. præſumpt.* 115.*num.*62. Intrigl. *d. quæſt.*92.*nu.* 50. 48

Declaratur ſextò, vt hæc alienandi facultas habeat locum reſpectu ipſorum diuidentium, ſecus quoad alios, quia illis non præiudicaret, Bald *in l. qui ſe patris*, *C. vnd. liber.* Ruin. *conſil.*138.*num.*10. *lib.*2. vbi dicit hoc etiam procedere in filio, licet ſit patris hæres, diſtinguendo tamen vt per eum, Alciat. *reſp.* 561. *in fine & reſp.*577. *num.*3. Alba *conſil.*74. *num.*1. *&* 2. vbi pariter dicit non nocere filio hæredi patris, ſecundum tamen diſtinctionem ibi relatam, Rimin. iun. *conſil.*599.*num.* 137. *& conſ.* 751. *num.*48. Cephal. *conſ.*371.*num.*32. *& ſeq.* vbi dicit filio non nocere, Menoch *d præſumpt.* 115. *num.* 59. qui tamen dicit filio nocere, ſi ſit patris hæres, Peregrin. *de fideicom. art.* 2.*n.*73. Intrigl *d. cent.*3. *quæſt.* 92. *num.*48. Subdeclaratur tamen ſecundum ea, quæ dicunt Ruinus, Alba, & Menoch. locis ſupra relatis, & plenius dicetur *quæſt.* 597. & aliqua etiam dicta ſunt infra *hac quæſt. num.*164. *& ſeq.* 49

Declaratur ſeptimò non procedere, quando teſtator vltra ſubſtitutionem, etiam prohibitionem alienandi addidiſſet, quia & tunc fideicommiſſi iura eſſent ſalua, nec renunciatum diceretur, Ruin. *conſ.*636. *nu.* 9. *& ſeq.* Ceph. *conſ.*296.*num.*24. *& ſeqq.* Odd. *conſ.* 49. *num.* 19. 50

Declaratur octauò, vt ſi vltra bona fideicommiſſi diuidentes haberent bona libera, quod licentia alienandi ad ea reſtringeretur, ſecundum Chriſtoph. Torniol. *conſ.*26 *num.*76. *verſ. Sextò reſpondetur*. Sed quando licentia eſt generalis pro omnibus bonis diuiſis, non crederem veram opinionem Torniolæ per ea, quæ ipſe adducit, & ſemper in diuiſionibus adſunt bona libera, ſi non alio reſpectu, ſaltem propter detractiones, quæ ſolent fieri de fideicommiſſis, vnde verius eſt, quod facultas alienandi ad omnia extendatur, & facit regula, quod vna determinatio reſpiciens plura, debet omnia vniformiter determinare, & alia ſimilis regula eſt quod vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. 51

Reſtat vt videamus pro complemento huius quarti caſus, præcipuè declarationis primæ, de qua *ſupra n.*33. An ſequuta alienatione ex facultate conceſſa inter diuidentes, ſi vnus alienauit, purificata conditione fideicommiſſi precium ſit reſtituendum? alij tenent preciū non poſſe peti ab altero in cuius perſonam purificata eſt conditio, in qua ſententia fuerunt Socin. ſen. *conſil.* 43.*nu.*15. *verſ quantum lib.* 4. vbi loquitur in reciproco fideicommiſſo, Curt. ſen. *conſil.* 64. *colum. penul.* Ruin. *conſ.* 144. *col. vltim. & conſ.* 132. *col. pen. verſ. nam etiam, lib.*2. Grat. *conſ.*60.*n.*11. *& nu.*21. *lib.*1. Craue. *conſ.*237. *in fine*, Pancir. *conſ.*54.*nu.* 57. *& ſeq.* Hier. Gabr. *conſ.* 125. *num.* 18. *lib.* 1. vbi loquitur in reciproco fideicommiſſo, 52

Menoch.

Menoch.*conſ.87.nu.53.lib.1. & d.præſumpt.115.nu.55.* Honded.*conſ.33.n.87.lib.1.*qui pariter loquitur de fideicommiſſo reciproco. Intrigl.*d.q.91.n.47.* Cæſ.Bart.*d.deciſ.96. num.27.* Adducuntur *l.codicillis.§.1 ff. de lega.2.l.nihil,§.primo, ff.de legat.1. & l.cum pater, §.libertis, ff.de legat.2.*

53 Alij autem ſunt in contraria opinione, quod ſcilicet precium ſit reſtituendum, ita Bart. *in d.§. duo fratres, quæſtio.8.*& ibi Alexand.*num.58.*Iaſ.*num.113.*Claud.A quenſ.*num.38.*Ripa *num.48.*Alciat *num.31.* & Soc.iun. qui communem dicit *num.127.*Bart. *in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum* & ibi Angel.Paul.Iaſ.& alij *ff.de legat.1.* Bald.*in l.cum proponas la prima,nu.1.C.de pact.*Zuccard. *in l.1.num.60.C.eod.*

Et conſulendo Alexand.*conſ.189 numero 10 lib.2.& conſ.8.numer.6. &* 8.*lib.5.* Socin.ſen. *conſilio 43.colum.1. lib.4.*Corn.*conſ.340.num.2.lib.1.& conſ.144.numero 13. lib.3.* Grat. *conſil.60.num.10. & ſeq.libro 1.* Ruin. *conſ.99.num.11.libro 4.*Pariſ.*conſil.46.num.26.& ſeqq.lib.2.* Curt.iun.*conſ.4.num.22. & conſ.23.num.7.* Bero.*conſil.130.num.15.lib.1.& conſilio 85.num.4.lib.2.* Alciat.*reſp.577.num.1.*Crauet.*conſil.24.num.8.& ſeq* A ba.*conſ.74. in fine.*Tob.Non.*conſ.41.*Cephalus *conſ.296 numero 25. & conſ.371 num.25.& 31.* Iacob.Berett.*conſil.94.nu.1.* Chriſtoph.Torniol.*conſ.26.num 76 verſ.quarto reſpondetur, & verſic. quinto reſpondetur,* vbi tenet hoc procedere ſiue alienatio ſit inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem facta, Roland.à Valle *conſ.54.num.14.lib.3. & conſ.33.num.86.lib.4.*Petra *de fideicom.quæſt.14.num.68.* vbi teſtatur de communi opinione, Peregr. *de fideicom.art.52 num.47.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem,Caualc. *deciſ.36.nu.13.& num.33.part.1.* vbi dicit ita iudicatum,

Probatur autem hæc ſententia per tex.ſatis apertum *in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum ff.de legat.1.*

54 Maximè hæc ſecunda opinio procederet, quando diuidentes ignoraſſent fideicommiſſum, quia licet emptor ſit tutus ex licentia alienandi data, tamen precium erit reſtituendum,Ruin.*conſi.152.n.10.lib.2.*Ceph.*conſ.731.num.14.& ſeqq.lib.1.* Roland.à Valle *conſ.34.nu.81. lib.4.*Menoch.*conſ.323.nu.28.lib.4.* Et probatur ex *l.vlt. § vlt.de legat.2.*

55 Limitatur autem ſecunda opinio multipliciter, & primò quando eſt facta alienatio titulo lucratiuo & ſic ſine interuentu precij, quia ſi nullum precium interuenit,non poteſt etiam illud peti,ita ſcribunt Socin.ſenior *d.conſ.43 colum.vlt.lib.4.* Grat. *conſ.60.nu.23.lib.1.* Hieron.Gabr.*conſ.125.nu.18.lib.1.*Menoch.*d.conſ.87.nu.52.* Honded.*conſ.33.n.57.lib.1.*Hęc tamen limitatio non eſt tuta, quia multi ex relatis pro ſecunda opinione volunt æſtimationem deberi fideicommiſſario ſequuta alienatione per hæredis inſtitutionem, nec ratio limitationis eſt bona,quia loco precij ſuccedit reſtitutio.

126 Declaratur primò hic caſus, vt non procedat, quando verba ceſſionis eſſent relata ad iura de præſenti, vt quia addita ſint verba, vſque in præſentem diem, quia ex hoc reſultaret argumentum, diuidentes noluiſſe renunciare fideicommiſſo conditionali, Angel. *conſilio* 286. Corn. *conſil.* 340. *columna vltim. lib.* 1. Ruin. *conſil.* 137. *n.* 15. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 52. *nu.* 26. *lib.* 1. Petr. *de fideicommiſſ q.* 14. *nu.* 117. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 52. *nu.* 34. cum alijs relatis *ſupra n.* 75. *&* 95.

127 Declaratur ſecundò non procedere quando verba ceſſionis concepta eſſent, non contra ſeipſos diuidentes, ſed contra alios, nam & tunc remiſſum fideicommiſſum non cenſeretur, Curt. iun. *conſilio* 274. *num.* 34. Ruin. *conſil.* 97. *nu.* 21. *lib.* 3. Cephal. *conſil.* 731. *n.* 9. *libr.* 5. Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 52. *n.* 34. *in fine.*

128 Declaratur aliter ex dictis in præcedenti caſu, & vide Torn. Cremenſem *conſ.* 26. *n.* 93. *& ſeq.*

129 VNDECIMVS caſus eſt, quando in diuiſione appoſita fuit clauſula, ponentes ſe in omnem eorum ſtatum, & ius in prædictis bonis, vt in rem propriam, & tunc præſumitur remiſſum fideicommiſſum, Crott. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres nu.* 133. *ff. de verborum obligat.* Alexand. *conſil.* 8. *num.* 6. *verſic. denique lib.* 5. Ruin. *conſilio* 137. *nu.* 7. *conſilio* 144. *nu.* 19. *verſic. & dato, & conſilio* 152. *colum. penultima, lib.* 2. Grat. *conſilio* 60. *numer.* 19. *libr.* 1. Socin. iun. *conſilio* 116. *numer.* 60. *libr.* 1. Bero. *conſilio* 130. *numer.* 22. *lib.* 1. Tob. Non. *conſilio* 41. *num.* 8. Roland. à Valle *conſilio* 34. *nu.* 82. *libr.* 4. Pancir. *conſilio* 50. *num.* 79. Honded. *conſilio* 33. *numero* 26. *lib.* 1.

Menoch.

Menoch.*conſ.*87.*n.*29.*in fine lib.*1.*& lib.*3.*præſumpt.* 115. *nu.*67.Anton.Gabr.*de fideicom.concl.*1.*nu.*43. Petr.*de fideicommiſſ quæſt.*14.*n.*28. *&* 31. & vbi teſtatur de communi opinione,*& nu.* 132. Præt. *de interpretat. vltimarum volunt.fol.*372.*nu.*6.Peregr.*de fideicommiſſ. art.*52. *num.*43.Intrigl.*de ſubſtitut.centuria tertia,qu.*92.*nu.*64.
130 Caualc.*deciſ.*36.*n.*18.*parte prima*.

Alij tamen ſunt in ſententia, quod ex hac clauſula non inducatur fideicommiſſi renunciatio, Abb.*conſil.* 29.*nu.*15.*& ſequenti* Gozad.*conſ.*36.*n.*14. *& conſ.*45.*n.* 19.Ruin.*conſ.* 137.*num.*7.*lib.*2.Socin.iun.*conſ.*66.*colu.*3. *lib.*3.*& conſ.*2.*n.*4 *lib.*4.Ruin.*conſ.*137.*n.*7.*lib.*2. Socin. iun.*conſ.*116.*nu* 60 *verſ.præterea,lib.*1.Chriſtoph. Torniol.*conſ.*26.*n.*91.*& ſeq.*Præt.*conſ.*137.*nu.*87. *& ſeq. & n.*96.*& de interp.vlt.volunt.fol.*373.*n.*14.*& ſequenti*.

131 DVODECIMVS caſus eſt, quando in inſtrumento appoſita eſſet clauſula, quod ipſi diuidentes haberent, tenerent, & poſſiderent portiones ſibi obuentas pleno iure: & hanc clauſulam non importare remiſſionem fideicommiſſi ſcribunt Crott. *in l.qui Romæ* §. *duo fratres*, & ibi Paul. Leon. *num.*310.*ff.de verborum obligat.* Socin.ſen.*conſilio* 66.*column.*3. *lib.* 3. *& conſilio* 2. *num.* 4.Ruin.*conſil.*137.*num.*8.*& conſil.*138.*num.*8.*lib.*2.*& conſilio* 99.*num.*12.*lib.*4.Menoch.*conſilio* 327.*nu.*17. *vſque ad numerum* 23.*& lib.*3 *præſumpt.*115.*nu.*72.Intrig. *dicta centur.*3.*quæſt.*92.*nu.*83.*& ſequenti*, vbi dicit hanc eſſe receptiorem opinionem, Rot. in collect per Fariнac.*deciſ.*524.*num.*5.*parte* 2.

132 Sed contra tenent, & malè Alexand.*conſilio* 39.*colu.* 2.*in fine lib.*4.Socin.ſen.*conſil.*43 *num.*11. *&* 12.*libr.* 4. Berer.*conſ.*69.*column.*1.*&* 2.Anton.Gabr.*de fideicommiſſ. concluſ.* 1.*num.*37. Petr.*de fideicommiſſ.quæſt.*17.*nu.*72. vbi loquitur quando iuncta eſſet clauſula ad habendum, &c.

133 Limitatur prima opinio, ſi facta eſſet mentio & hæredum, quia tunc diuidentes cenſentur voluiſſe renunciare fideicommiſſo, Menochius *conſil.*323.*num.* 22. *libr.*4.

134 DECIMVSTERTIVS caſus eſt, quando portiones fuerunt aſſignatæ liberæ, & tunc etiam non dicitur renunciatum fideicommiſſo, Ruin. *conſil.* 99. *num.* 10.*lib.*4.Peregr.*in fortioribus,conſ.*93.*nu.*7.*lib* 1. Anton. Gabr.*de fideicommiſſ.concluſ.*1.*num.*15. Maſcard.*de Probat.concluſ.* 776.*nu.*7.Intrigl.*de ſubſtitut.centur.*3.*quæſt.* 92.*num.*10.

135 DECIMVSQVARTVS caſus eſt, quando in inſtrumento diuiſionum adeſt clauſula, renunciantes omni iuri, & legum auxilio, & hoc caſu fideicommiſſum præſumitur remiſſum, Alexand. *conſil.* 11.*num.*12. *lib.*2.Curt.iun.*conſil.*49.*num.*12.Ruin.*conſil.* 52.*nu.* 10. *verſ.& etiam,lib.*2.*& conſ.*92.*num.*24 *lib.*3.Burſat.*conſ.* 49.*nu.*33.*lib.*1.Riminald.iun.*conſil.*72.*n.*105.*lib.*1.Petr. *de fideicommiſſ.qu.*14.*nu.*25.*&* 57.*& ſequenti*,Menoch. *lib.*3 *præſump.* 115.*n.*76.Pereg.*de fideicommiſſ.art.*52.*n.* 49. vbi teſtatur de magis communi opinione, Intrigl. *de ſubſtitut.centur.*3.*q.*92.*num.*25. Oſaſch.*deciſ. Pedem.* 112.*in fine*,Caualc.*deciſ.*36.*num.* 24. *verſic. quia reſpondetur, parte prima*.

136 Sed melius mihi videntur ſentire, qui contrariam ſententiam probarunt, Gozad. *conſil.*5, *num.*19.Ruin. *conſil.*72.*num.*4.*verſ.non obſtat,libr.*5.Pariſ.*conſil.*12.*nu.* 87.*lib.*2. Poteſt enim hæc clauſula cenſeri appoſita, vt non poſſit contrauenire, vel ratione læſionis ex diſpoſitione *l.*2.*Cod. de reſcind. vendit.* vel alia de cauſa, pro qua lex daret auxilium petenti reſciſſionem, vel ex remedio reſtitutionis, vel nullitatis contractus, vel aliter, & vide dicta *infra num.* 141. Et formata eſt concluſio ab omnibus, quod non dicatur per clauſulas generales fideicommiſſo renunciatum, quando verba poſſunt operari præter remiſſionem fideicommiſſi, vt dixi *infra num.* 171.

Et hæc ſecunda opinio retinenda erit in multis caſibus, qui ſeruiunt pro tot limitationibus primæ opinionis.

Et primò, quando adeſſet ignorantia fideicommiſſi. 137
Ruin.*conſ.*2.*nu.*24.*lib.*3.Rimin.iun.*conſ.*104.*nu.* 83.86. *lib.*4.Curt.iun.*conſ.*101.*nu.*7.Menoch *d.præſumpt.*115. *n.*76.*verſ.declaratur*,Petr.*d.quæſt.*14.*n.*17.*& ſeq.*Intrig. *d.quæſt.*92.*nu.*27.Pedem.*deciſ.*112 *in fine*.

Contra tamen, quando fuit renunciatum omni iuri, 138
& legum auxilio, & alij cuicunque iuri ſuo, & legum & ſtatutorum cum iuramento tenuerunt Ruin. *conſil.* 152.*nu.*10.*lib.*2.Petr.*d.quæſt.*14.*nu.* 121.

Secundo, ex hac clauſula non reſultaret fideicom- 139
miſſi remiſſio, quando fuit renunciatum omni iuri competenti, nec fuit dictum, & competituro, quia fideicommiſſum futurum non præſumeretur remiſſum, Riminald.iun.*dicto conſ.*204.*num.*74.*lib.*2. Surd. *conſil.* 67.*num.*51.*lib.*1. Petr.*d.quæſt.*14.*nu.*17.*& ſeq.* Menoch. *d.præſumpt.*115.*num.*7.*verſic declaratur ſecundo*, Intrig. *d.quæſt.* 92.*num.*28.

Tertiò, fideicommiſſum conditionale non dicere- 140
tur remiſſum, quando hæc clauſula ſe reſtringeret ad præcedentia, Ruin. *conſil.*157.*num.* 6.*lib.*2.Riminald. iun.*conſ.* 104 *nu.*86.*lib.*2.Menoch. *dicta præſumpt.* 115. *in fine*, Intrigl.*d.q.*95.*num.*29.

Quartò, ſi renuncianti legum auxilio competebat 141
aliud ius, præter ius fideicommiſſi, illi non cenſeretur renunciatum, Curt.iun.*conſil.*23. Roland à Valle *conſil.* 34.*num.*92.*lib.*4.Petr.*d.quæſt.* 14.*num.* 63. & quæ dixi *infra num.* 276.

Alia pro declaratione huius caſus, videnda erunt *num.*91.*& ſeqq.* vbi actum fuit de clauſula, quando partes remittunt omnia iura &c.

DECIMVSQVINTVS caſus eſt, quando in in- 142
ſtrumẽto appoſita fuit clauſula, renunciantes exceptioni, non ſit facti præſentis inſtrumenti, & cuicunque probationi, & defenſioni, & tunc dicitur remiſſum fideicommiſſum, Bero.*conſil.*130.*num.*35.*lib.*2.Burſat.*conſil.* 64.*num.*32.*verſic.quia quinto,lib.*1. Caualc. *deciſ.*36. *nu.* 22. *part.* 2.

Diſſentio tamen cum Petra *de fideicommiſſ.quæſt.* 14. 143
numer. 122.

DECIMVSSEXTVS caſus eſt quando vna pars li- 144
berauit aliam de omnibus, quæ ſibi deberentur occaſione hæreditatis, & quacunque alia cauſa, ita vt liberatio trahatur de cogitata, & incogitata, vel aliter liberatio eſſet geminata, & tunc fideicommiſſum dicitur remiſſum, Gozad.*conſil.*45.*num.*19.Ruin. *conſ.*137. *num.*15.*lib.*2.Cephal.*conſ.*622.*num.*35.Menoch. *conſil.* 289.*num.*12 *& ſeqq.multis,& conſil.*496.*dubio quinto*, Anton.Gabr.*de fideicommiſſ.concluſ.*1 *nu.*14. Petr. *de fideicommiſſ qu.*14.*nu.*102.Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3. *quæſt.* 92.*n.*19.Caualcan.*deciſ.*36.*nu.*23.*par.*1.

Et quando diuidentes adinuicem promiſerunt nil 145
amplius petere verbis multum prægnantibus, quod fideicommiſſo dicitur renunciatum, volunt Burſat. *conſ.* 97.*num.*13.*lib.*1.& Petr.*d.q.*14.*nu.* 20. *& ſeqq.* vbi aliud vult, quando verba non ſunt prægnantia.

Limitatur hic caſus, quando liberatio refertur ad 146
iura præſentia, quia tunc conditionale fideicommiſſum non diceretur remiſſum. Ruin.*conſ.*137.*nu.* 15.*lib.* 2.Petr.*d.q.*14.*nu.*34.Peregr.*de fideicommiſſ art.* 52. *nu.* 31. cum alijs citatis ſupra in alijs caſibus in propoſito ſimilis limitationis.

DECIMVSSEPTIMVS caſus eſt, quando partes 147
fuerunt aſſignatæ æſtimatæ, & tunc cenſetur fideicommiſſo renunciatum, ſecundum Caualcan. *deciſ.*36. *num.*3.

& ſeq.par. 1. cuius opinio nullo modo retinenda eſt, & præciſe contrarium voluit Petr. *dicta qu.* 14. *num.* 73. *& ſequenti*.

148 Decimvsoctavvs caſus eſt, quando indiui-
ſione appoſita fuit clauſula annullatiua teſtamenti, in
quo continetur fideicommiſſum, & tunc cenſetur fi-
deicommiſſo renunciatum. Capr. *conſil.* 89. *numer.* 27.
Dec. *conſ.* 116. *n.* 21. *& ſeq. lib.* 3. Monoch. *lib.* 3. *præſumpt.*
115. *num.* 75. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *qu.* 92. *num.* 70.
Boer. *deciſ.* 147. *num.* 11.

149 Decimvsnonvs caſus eſt, quando diuidentes
res ſeruauerunt aliquod fideicommiſſum, & tunc non
reſeruata fideicommiſſa dicuntur remiſſa, de quo di-
cam *infr. num.* 180.

Porrò plena intelligentia huius notabilis quæſtionis,
quando præſumatur remiſſum, vel non remiſſum fi-
deicommiſſum, ad plura aduertendum erit.

150 Et primò, quod hæc præſumpta fideicommiſſi re-
nunciatio non noceret minoribus, ruſticis, & litera-
rum imperitis, nam hi non preſumuntur fideicommiſ-
ſum remiſiſſe, Aret. *in l. qui Roma, §. duo fratres, colu.* 11.
verſic. debes etiam ſcire, & ibi Alexand. *num.* 54. *ff. de ver-
bor. obligat.* Bald. *conſil.* 44. *colum. vltim. lib....* Paul. Ca-
ſtrenſ. *conſil.* 188. *dubio primo lib.* 2. Becc. *conſil.* 111. *num.*
14. Bardel *conſil.* 11. *num.* 28. Peregr. *conſil.* 19. *num.* 20.
& ſequent. lib. 4. vbi ampliat, & ſi minor iuraſſet, & com-
probat, *& in tract. de fideicomm. art.* 52. *num.* 51, & hęc
placet.

151 Contrariam ſententiam probarunt Honded. *conſil.*
33. *num.* 38. *lib.* 1. qui loquitur quando interuenit iura-
mentum, Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 96 *nu* 45. *& ſeq.*

152 Limitatur prima opinio communis, quando agere-
tur contra tertios poſſeſſores, ita Peregr. *ſub dubio ta-
men d. artic.* 52. *num.* 51. *in fine*, Cæſ. Barz. *deciſ.* 96. *num.*
49. dubito tamen de veritate per rationes adductas pro
prima opinione, quæ militant etiam contra tertium
poſſeſſorem.

153 Secundò aduertendum eſt, quod in caſibus, in qui-
bus ex diuiſione reſultat præſumpta renunciatio fidei-
commiſſi, quod ita demum reſultabit, ſi diuiſio facta
ſit in contractu inter partes, aliud eſt in diuiſione iudi-
ciali, vel arbitramentali, quia tunc inſpicienda eſt au-
thoritas data, & ſi non eſt conceſſa libertas remittendi
fideicommiſſum, non poterit dici remiſſum, Cuman.
in d. §. duo fratres, Bald. ſenſit *in cap.* 1. *col.* 2. *tit. Imper.
Lotar. & conſil.* 84. *nu.* 1. *lib.* 1. *conſil.* 191. *num.* 3. *lib.* 2. *&
conſil.* 18. *n.* 1. *lib.* 3. Roman. *conſil.* 403. *in primo & ſecun-
do dubio*, Fulgoſ. *conſil.* 41. *n.* 41. Alexand. *conſi.* 40. *n.* 4. *&*
5. *lib.* 4. *conſil.* 208. *n.* 5. *lib.* 6. Socin. ſen. *conſil.* 251. *n.* 14. *&
ſeq. lib.* 2. *& conſ.* 31. *n.* 21. *lib.* 3. Signor. *cõſ.* 189. *n.* 4. Curt.
iun. *conſi.* 89. *n.* 8. Paul. Caſtr. *conſ.* 36. *in fine lib.* 2. Gozad.
conſ. 36. *n.* 13. Neuiz. *conſil* 32. *n.* 13. Ceſ. Vgo *conſ.* 22. *n.*
1. *& conſ.* 24. *n.* 17. Bero. *conſil.* 130. *n.* 14. *lib.* 2. Ruin. *conſ.*
130. *n.* 14. *lib.* 2. Port. Imol. *conſil.* 135. *nu.* 16. Alba *conſil.*
29. *n.* 16. Roland. à Valle *conſil.* 34. *nu.* 76. *lib.* 4. Paſet. *con-
ſil.* 92. *nu.* 23. Decian. latè *conſ.* 3. *n.* 115. *lib.* 1. Fab. Turret.
conſ. 77. *nu.* 25. Præt. *conſil.* 169. *nu.* 12. Old. *conſil.* 49. *nu.*
8. vbi intrepidè dicit eſſe veriſſimam, & communem
opinionem, & non habere contradicentem, Peregr. *de
fideicommiſſ. art.* 52. *n* 43. *verſic. hac autem*, Rota in col-
lect. per Farinac. *deciſ.* 124. *num.* 14. *par.* 2.

Ampliatur primò, & ſi laudum fuit acceptatum,
154 quia acceptatio non extenderet authoritatem datam,
Soc. ſen. *conſil.* 251. *num.* 21. *lib.* 2. Odd. *conſ.* 49. *nu.* 10.

Ampliatur ſecundò, & ſi in compromiſſo ſint ap-
155 poſitæ clauſulæ importantes remiſſionem fideicom-
miſſi, nam laudum ſequutum ſe non extenderet vltra
terminos diuiſionis, niſi clauſulæ eſſent repetitæ, & in
laudo, & illud eſſet à patribus acceptatum, Bald. *conſ.*
191. *nu.* 3. *lib* 2. Roman. *conſil.* 403. *dubio ſecundo*, Ruin.
conſil. 130. *num.* 14.

Ampliatur tertiò, & ſi compromiſſum eſſet de liti- 156
bus vertentibus, & quæ in futurum verti poſſent, quia
ex his verbis non fit extenſio ad renunciationem fidei-
commiſſi, Gozad. *conſil.* 36. *num.* 13. Odd. *conſil.* 49. *num.*
11. *& ſeqq.*

Tertiò aduertendum eſt, quod ſi fideicommiſſo 157
partes renunciare non potuiſſent, vt quia in teſtamen-
to adeſſet prohibitio tacita reſultans ex ſubſtitutione,
& etiam expreſſa à teſtatore appoſita, quod clauſulæ
importantes renunciationem nil operarentur, Odd.
conſil 49. *numer.* 19. Cephal. *conſil.* 296. *num.* 24. *& ſeqq.
libr.* 2.

Quartò aduertendum eſt, quod ad hoc vt fideicom- 158
miſſo dicatur renunciatum, requiritur ſcientia fidei-
commiſſi, de qua re ſæpius plura dicta ſunt, & dicetur
etiam *in quæſt. ſeq.*

Quintò aduertendum erit, quod ſi ex inſtrumentis 159
poſtea confectis diuidentes non habuiſſent fideicom-
miſſum pro renunciato, quod per clauſulas ſupraſcri-
ptas non poſſet dici fideicommiſſum remiſſum, Præt. *de
interpret. vlt. volunt. fol.* 373. *num.* 10. *circa finem*.

Idem eſt, quando diuidentes poſt inſtrumentum ali- 160
ter declaraſſent mentem ſuam, aſſerendo eſſe renun-
ciatum fideicommiſſo, vel non eſſe renunciatum, ma-
ximè ſi aſſertiones adducerentur contra aſſerentem,
Chriſtoph. Torn. *conſil.* 26. *num.* 107. *vſque ad finem*, &
ita ego conſului in vna de Salis.

Sextò aduertendum eſt, quod ſi in inſtrumento diui- 161
ſionum eſſet exceptuatum fideicommiſſum, quod di-
ceretur illi renunciatum per clauſulas quantuncunque
ſufficientes, Crott. *in l. qui Roma §. duo fratres*, *nu.* 54.
ff. de verborum obligat. Odd. *dicto conſil.* 49. *nu.* 16. Ioan.
de Mont. Sper. *conſil.* 21. Bertrand. *conſil.* 359. *num.* 2.
lib. 3. Pariſ. *conſil.* 26. *num.* 53. *lib.* 2. Grat. *conſil.* 29. *nu.* 20.
& ſeqq. libr. 1. Ceph. *conſil.* 296. *num.* 10. *lib.* 2. Roland. à
Valle *conſil.* 51. *num.* 16. *lib.* 4. Decian. *conſil.* 3. *nu.* 118. *&
ſeqq. lib.* 1. qui loquuntur etiam in fortioribus, quando
ſcilicet diuidentes reſeruaſſent iura ſua, nulla particu-
lari expreſſione facta de reſeruatione fideicommiſſi, &
etiam videndi erunt Bart. Bald. & Iaſ. *in l. ſi fundum per
fideicommiſſum, ff. de leg.* 1.

Septimò erit aduertendum, quod ſi in præcedenti- 162
bus reſeruatum eſſet fideicommiſſum, quod cenſebi-
tur etiam reſeruatum in poſteriori inſtrumento diui-
ſionis, licet aliàs ex clauſulis, de quibus ſupra diceretur
illi renunciatum, Crot. *in d. §. duo fratres, num.* 54. Odd.
conſil. 49. *num.* 16.

Contrariam tamen opinionem probauit Cephal. *con-* 163
ſil. 522. *nu.* 55. *vſque ad finem*.

Octauò aduertendum eſt, quod renunciatio fidei- 164
commiſſi ſolum proderit his, quorum cauſa facta eſt,
non autem alijs, exemplum ſi fideicommiſſum ſit con-
ſtitutum in linea duorum fratrum, ita vt vna linea fi-
nita ſuccedat alia, & ambabus lineis extinctis ſucce-
dant agnati, ſi renunciatio ſit facta inter fratres, prode-
rit ſolum eis, ita vt finita vna linea, alia admitti debeat,
non obſtante renunciatione, non autem agnati erunt
admittendi, Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *num.* 71.
& ſeq. vbi declarat, *& conſil.* 19. *nu.* 16. *lib.* 4. & videan-
tur dicta *quæſtione* 597.

Sic quando ſumus in caſibus renunciationis, renun- 165
ciatio prodeſſet ſolum confideicommiſſario, & filijs
confideicommiſſarij, non autem fideicommiſſum poſ-
ſet dici ſublatum in præiudicium filiorum renuncian-
tis vocatorum ex fideicommiſſo poſt partem, Peregr.
d. conſil. 19. *nu.* 6. *lib.* 4.

Et quod renunciatio fideicommiſſi non noceat filijs

Google

renunciantium vocatis poſt parentes ordine ſucceſſiuo tenent communiter Doctores, ita poſt alios Decian *conſil.33.num.18.& conſil.52.num.20.lib.1*.Becc. *conſil.24.nu.2*.Alba *conſil.29.num.17.& conſil.74.numer.1.lib.1.* Odd.*conſil.49.num.9*.Rimin.iun.*conſil.343.num.45.lib.3*.Ceph.*conſil.77.n.31.& conſil.371.n.5*.Alc.*reſp.577.nu.3*.Fab.Turret.*conſ.31.nu.9*.Beret.*conſ.134.n.11*.Menoch.*lib.3 præſumpt.115.nu.19*.Caualc.*deciſ.36.nu.28.parte 1*.& latius dixi *q.597*. vbi etiam actum fuit,quando filij ſunt hæredes parentum, & vide etiam ſupra *hac quæſt.num.49*.

166 Nono aduertendum eſt, quod quando clauſulæ important renunciationem fideicommiſſi, non refert an fideicommiſſum ſit reciprocum, quia licet reciprocum facilius remittatur, attamen & non reciprocum ex clauſulis & coniecturis poteſt dici remiſſum, Bald. *in l.qui cum tutoribus.colum.2.ff.de tranſact.* Alexand.*in l.qui Romæ §.duo fratres.num.29*. vbi latè *ff. de verbor. obligat.& conſ.208.num.1.lib.6*.Curt.iun.*conſil.49.num.14*.Alciat.*reſp.561*.Ceph.*conſil.622.n.53.lib.5*. Menoc.*conſ.87.nu.39.& conſ.289.nu.33.& nu.35*.reſpondet ad authoritates in contrarium adductas, & dicit hanc eſſe receptam ſententiam,& vide *ſupra nu.77*.

167 Contra tamen ſe habent,Ang.*conſ.287.col.3*.Bologn.*conſ.32.in fine*.Dec.*conſ.86.nu.4.verſ præterea, & conſil.287.n.16*.Soc.iun.*conſ.116.nu.50 lib.1*.Becc.*conſ.111.nu.30*.vbi alios adducit,Ceph.*conſ.253.n.10.conſ 296.n.15.& 16.lib.2.& conſ.620.nu.63.& ſeqq.lib.5*.& vide *ſupra num 77*.vbi alij adducuntur.

168 Decimò aduertendum eſt, quod clauſulæ, quæ habiles ſunt ad inducendam remiſſionem fideicommiſſi, ita demum operentur, ſi in principali diſpoſitione ſint poſitæ,ſecus in executiuis, Rip.*in d.§.duo fratres, num.45*.Dec.*conſ.390*.Curt.iun.*conſ.4*.Grat.*conſ.9.nu.4.lib.1*.Pariſ.*conſ.3.n.15.& 29.lib.1*.Brun.*conſ.38.n.1*.Crauetta *conſ.256.n.4*.Decianus *conſ.3.n.151.& conſ.51.n.20.lib.1*.Chriſtoph.Torniol.*conſ.16.nu.45*.Becc.*conſ.111.nu.24.& 25*.Menoch.*conſ 84.nu.46*.Petr.*de fideicommiſſ.qu.14.n.97*.Præt.*de interpretat.vlt.vol.fol.372.num.11*.Peregr.*de fideicommiſſ.art.52.nu.43.verſ.item aduertendum*,Franch.*deciſ.6*.Pedem *deciſ.264*.Rot.in collect.per Farinac.*deciſ.624.nu.8.parte 2*.

169 Ratio eſt, quia hæ clauſulæ cenſentur potius appoſitæ ex ſtylo notariorum, quam de voluntate partium, ideo parum deferendum ſit Dec.*conſ.509.num.20.& conſil.521.n.14*.Curt.iun *conſil.131.in fine, & conſ.274.in fine*, Ruin.*conſil.137.num.10.lib.2.& conſil.97.lib.3*.Grat.*conſil.17.col.penult.lib.1*. Alba *conſ.74.nu.10*. Marzar.*conſ 39.num.15*.Dec.*conſ.51.nu.27.lib.1*.Odd.*conſ.49.num.17.& ſeqq*.Bardel.*conſil.11.nu.33*. Torniol.*conſ.26.nu 38 & ſeqq*.Ludou.*deciſ Peruſ.19.nu.9*.Præt.*d.fol.373.num.11. & ſeq.*

170 Verior tamen mihi videtur contraria ſententia,quod clauſulæ debeant operari ſuum effectum in quacunque parte inſtrumenti ſint poſitę,quam probarunt Rip.*in dict.§.duo fratres,nu.83.& ſeq*.Roland.à Valle *conſil.34.nu.34.nu.55.& ſeqq.lib.4* Rimin.iun.*conſ.80.nu.43.lib.1.& conſil.204.nu.41.& ſeq.lib.2*.Menoch.*conſil.57.num.172.& ſeqq conſ 87.num.41.& ſeqq. & conſ.323.n.23.& ſeq*.Honded.*conſ.33.n.39.& ſeqq.lib.1*.Cæſ.Barz.*deciſ.Bonon.96.num.9*. Mouentur iſti ratione,quia omnes iſtæ clauſulæ cenſentur appoſitæ à notario de voluntate partium,vt plenè declarant, & defendunt Menoch.Honded.& alij ſupra citati.

171 Vndecimò aduertendum eſt, quod quando ſingulæ clauſulæ prædictæ non ſufficerent ad fideicommiſſi renunciationem, quod tamen ſi plures eſſent appoſitæ, operarentur vt fideicommiſſum dicatur remiſſum, Ruin.*conſil.152.col.penult.& ſeqq.lib.2*.Soc.iun.*conſil.116.nu.63.lib.1*.Bero.*conſ.130.nu.35.verſ.præterea,lib.2*.Pancir.*conſ 59.num.99.& ſeq*.Beretr.*conſ.69*. Burſat.*conſil.64.num.14 & ſeqq.multis*,Caualc.*deciſ.36.parte 1*.

Verum contrariam ſententiam & melius probarunt 172 Rip.*in d.§.duo fratres, num.46.in 2.3.& 4. ampl.* Bald.*conſ.441.in princ. & in fine, lib.3*. Ruin.*conſ.137.libr.2*.Gozad.*conſ.26.& conſ.45*.Alba *conſ.29.nu.14.& conſil.74*.Roland.à Valle *conſil.51.num.16.lib.4*.& haberi poteſt apud plures Doctores ſupra citatos in conſilijs, in quibus plures aderant clauſulæ, & nihilominus affirmarunt in illis caſibus fideicommiſſa non eſſe remiſſa.

Duodecimò aduertendum eſt, quod fideicommiſſum licet reciprocum poteſt eſſe non coæquatum, vt 173 ſi vnus habet filios,alter non, nec habere poſſit, vt quia clericus, vel quia vnus iuuenis in ſtatu habendi filios, alter ſenex, vel vnus ſanus, vel infirmus tali infirmitate,quod diu viuere non poſſit,Odd.*conſ.49.nu.4*. Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.301.num.29.in fine*,& patet ad ſenſum,& vide etiam *ſupra num.78*.

Decimotertiò aduertendum eſt, quod in dubio pronunciandum eſt fideicommiſſo non eſſe renunciatum, 174 Bart.*in d.§.duo fratres qu.6*. Grat.*conſil.17.num.47.& conſil.22.num.17.lib.1*.Roland.à Valle *conſi.51.nu.15.lib.4*.Ceph.*conſ.296.num.8.& 9.& conſ.371.num.57*. Alba *conſ.74.num.7*.Decian.*conſ.51.nu.23.lib.1*. Turret.*conſ.65.nu.5.& 15.& conſ.77.nu.25*.Menoch.*conſ.1111.nu.7.& ſeq*.Rimin.iun.*conſ.204 n.32.lib.2*. Bardel.*conſ.11.n.32*.Surd.*conſ.67.num.44*.Odd.*conſ.49.nu.23*. Peregr.*conſ.92.num.2.lib.1*.Becc.*conſ.111.nu.25*.Petra *de fideic.quæſt.14.num.136*.Præt.*de interpr.vltim.volun.fol.373.n.18.& ſeq*.Intrigl.*de ſubſtit.cent.3.q.92.num.*[illegible]*.in fine*, Pereg.*de fideicommiſſ.art.52.nu.24.in fine, & nu.ſeq.& conſil.55.num.8.lib.4*. Ratio eſt quia remiſſio eſt quid facti,quod non præſumitur, *l.in bello §.facta, ff.de capt.& poſtlim.reuer.* & nõ præſumi remiſſionem fideicommiſſi ex aliquo actu probatur *in l.à ſubſtituto, in principio.ff.de legat.1*. vbi emens rem ſibi aliquando reſtituendam non cenſetur remiſiſſe fideicommiſſum, de quo etiam dixi *qu.598*.

Verum contrariam ſententiam probarunt, ſed malè Socin.iun.*conſilio 116 numer.58.lib.1*. Rimin. ſenior 175 *conſilio 459.num.27.& ſeq lib.4*.Menoch.*conſil.323.nu.49* Cæſ.Barz.*deciſione Bononienſ.96.in fin*. vbi alios addit.

Decimoquartò aduertendum eſt,quod ad hoc vt dictæ clauſulæ importent remiſſionem fideicommiſſi, 176 requiritur neceſſariò, quod renunciatio in alio verificari non poſſit, nec effectum ſortiri, Bart. & alij ſæpe *in d.§.duo fratres*,Rimin.iun *conſil.343.numer.12*. Fab.Turret.*conſil.65.num.14*.Ceph.*conſil.731.num.12*.Crauet.*conſil.638.n.9*.Surd.*conſil.365.nu.24*.Bardell.*conſil.11.nu.35*.Menoch.*lib.3.præſumpt.115.nu.34*. Peregr.*de fideicomm.art.52 n.32*.Intrigl.*de ſubſtit.cent.3 q.62.n.9*.

Decimoquintò aduertendum eſt quod ſi aliquando eueniſſet caſus fideicommiſſi in perſona vnius poſt 177 diuiſiones, & fuiſſet ſeruatum, non eſt fideicommiſſo renunciatum, quod poſtea eueniente caſu in alterius perſona, is qui obtinuit fideicommiſſum, non poſſet poſtea excipere de remiſſione, & idem in eius hæredibus, per regulam, quod quiſque iuris in alium ſtatuerit,is eodem iure vtatur,& quia non auditur, qui petit, cuius contrarium non eſſet petiturus, ita per has & alias rationes determinat Peregr.*conſ.19.nu.8.& 17.lib.4*.& conferunt dicta *ſupra q.500.& q.501*.

Decimoſextò aduerte,quod ſi teſtamentum, in quo 178 continetur fideicommiſſum eſſet iuramento confirmatum à cohæredibus, cum promiſſione de non contrauueniendo, quod ſi poſtea deueniant ad diuiſionem, clauſulæ

clauſulæ in inſtrumento appoſitæ non inducerent fideicommiſſi renunciationem, ſecundum Iaſ *conſ.* 173. *lib.* 3. ſed Alciat. §. *duo fratres, nu.* 31. contrariam ſententiam putat veriorem.

179 Decimoſeptimò, ſi teſtator vſque ad certum tempus inter cohæredes prohibuiſſet diuiſionem, ſi intra tempus facta ſit diuiſio cum clauſulis importantibus remiſſionem fideicommiſſi, nihil actum eſſet ſicuti nec expreſsè potuiſſet renunciari: Ruin. *conſil.* 172. *n.* 9. *lib.* 1.

180 Decimooctauò aduertendum, quod ſi plura adeſſent fideicommiſſa, & diuidentes vnum reſeruaſſent, quod alia cenſerentur remiſſa licet clauſulæ in inſtrumento diuiſionem appoſitæ id de per ſe non importarent, Crott. *in d.* § *duo fratres. nu.* 94. & ibi Leon. *nu.* 357. idem Crott. *conſil.* 288. *n.* 4. *verſic. pro fundamenta, lib.* 3. Surd. *conſ.* 294. *n.* 18. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 379. *n.* 79. *lib.* 3. Menoc. *conſ.* 87 *n.* 34. *conſ.* 356. *n.* 11. *& lib.* 3. *præſumpt.* 115. *n.* 74. Ant. Gabr. *de fideicom. concl.* 1. *nu.* 40. Pract. *de interpr. vlt. vol. fol.* 373. *n.* 9. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 92 *nu.* 60. Sed melius mihi viſus fuit ſentire Franc. Becc. *d. conſ.* 111. *n.* 76. *& ſeqq.* qui contrarium tenuit, & comprobat, reſpondendo rationibus diſſentientium. Si tamen clauſulæ eſſent aptæ ad remiſſionem fideicommiſſi, facilius præſumerem remiſſa eſſe fideicommiſſa non reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio fideicommiſſi non valet, niſi facta ſit inſpectis & cognitis verbis teſtamenti, decl. per totam quæſt.*

3 *Renunciatio fideicommiſſi tenet, licet non ſint appoſita verba, inſpectis & cognitis verbis teſtamenti, dummodò contrahentes habuerint plenam ſcientiam de fideicommiſſo contento in teſtamento, contra num. 4.*

5 *Legi prohibitiuæ renunciari non poteſt.*

6 *Renunciatio fideicommiſſi vt teneat, non ſufficit renunciantem audiuiſſe legi teſtamentum, niſi etiam intellexerit vim verborum.*

7 *Renunciatio fideicommiſſi non ſuſtinetur per clauſulam, ex animo deliberato, ex certa ſcientia, & non per errorem.*

8 *Renuncians non eſt certiorandus de fideicommiſſo, quando dixit habere plenam ſcientiã fideicommiſſi.*

9 *Renunciatio fideicommiſſi non ſuſtinetur per iuramentum, ſi ſaltem ſpecifica ſcientia non eſt habita de fideicommiſſo renunciante, contra num. 12. decl. num. ſeqq.*

10 *Iuramentum non facit valere actum vltra conſenſum nec illum trahi ad incognita.*

11 *Iuramentum ſuper ignoratis interpoſitum non nocet.*

14 *Iuramentum facit præſumi ſcientiam, & impedit allegationem erroris, & num. ſeq.*

18 *Renunciatio facta l. de his, ff. de tranſact. non valet, & num ſeq.*

Limitatur ſi cum iuramento facta ſit, num. 15. contra num. 16.

18 *Renunciatio fideicommiſſi facta abſque verbis, inſpectis & cognitis verbis teſtamenti non tenet, licet renunciatum ſit omni iuri, & legum auxilio.*

Limitatur, ſi cum iuramento renunciatum ſit omni iuri & legum auxilio n. 15. contra n. 16.

20 *Renunciatio fideicommiſſi facta ab ignorãte fideicommiſſum non tenet.*

20 *Diuiſio, vel tranſactio nunquam inducit renunciationem fideicommiſſi ſi diuidentes, vel tranſigentes ignorabant fideicommiſſum.*

21 *Renunciatio fideicommiſſi non inducitur per diuiſionem, vel tranſactionem, quamuis contrahentes præſumantur habuiſſe ſcientiam fideicommiſſi.*

22 *Renunciatio fideicommiſſi vt inducatur per diuiſionem vel tranſactionem, non ſufficit ſcientia generalis, ſed requiritur ſpecialis ſcientia teſtamenti, & contentorum in eo.*

23 *Renunciatio fideicommiſſi vt inducatur per diuiſionem vel tranſactionem, requiritur ſpecialis expreſſio teſtamenti in quo fideicommiſſum continetur, contra n. 24. diſtingue n. 25.*

26 *Renuncians fideicommiſſi ſcientiam non præſumitur habere.*

27 *Renunciatio facta in fideicommiſſo oſtendit alteri non eſſe renunciatum.*

28 *Renuncians vni iuri ex pluribus ſibi competentibus, non cenſetur alteri renunciaſſe.*

29 *Compromiſſum & laudum non refertur ad contenta in teſtamento, niſi ſpecialiter de his facta ſit mentio, & n. ſequente.*

QVÆSTIO DXCIV.

Renunciatio fideicommiſſi expreſſa, vel tacita, quæ reſultat ex tranſactione, vel diuiſione, vtrum valeat, ſi non ſit dictum, viſa & cognita fuiſſe verba teſtamenti?

QVAERITVR, an ad hoc vt valeat renunciatio fideicommiſſi expreſſa, vel tacita, 1 quæ reſultat ex diuiſionibus, vel tranſactione facta ſuper fideicommiſſo, requiratur quod ſit facta viſis, & cognitis verbis teſtamenti, iuxta *l. de his. ff. de tranſact.* & dicendum eſt requiri, aliàs non valeret, Gloſ. *in d. l. de his*, & ibi Bart. Bald. Angel. Iaſ. & cæteri omnes, *ff. de tranſact.* Corn. *conſi.* 131. *colum.* 1. *lib.* 2. qui de communi opinione, Siluan. *conſil.* 40. *nu.* 59. Pariſ. *conſil.* 24. *nu.* 121. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 120. *nu.* 50. *lib.* 1. Ceph. *conſil.* 620. *n.* 54. *& ſeqq. lib.* 5. Decian. *conſ.* 3. *nu.* 120. *lib.* 1. *conſi.* 39. *n.* 132. *lib.* 2. *& conſi.* 91. *n.* 27. *& ſeqq. lib.* 5. Pereg. *conſ.* 52. *n.* 20. *et ſeqq. lib.* 5. *in tract. de fideicom. art.* 52. *n.* 15. 20. *& ſeqq.* Crati. *in* §. *fideicommiſſum, q.* 62. *num.* 4. Hieron. Ceual. *ſpect. commun. contr. commun. q.* 706.

In renunciatione tamen & pacto gratuito non habere locum diſpoſitionem *dict. l. de his, ff. de tranſact.* 2 tenent ibi malè Guliel. de Cun. Iacob. de Rauen. Rainer. Alber. Paul. Caſtr. & Fulgoſ. Socin. iun. *conſil.* 116. *num.* 65. *lib.* 1.

Porrò non eſt neceſſe quod in inſtrumento dictum ſit, inſpectis cognitiſque verbis teſtamẽti, nam pro forma hoc non eſt traditum, ſed ſufficit effectu id conſequi, 3 & ſic quod renunciantes, diuidentes, vel tranſigentes habuerint plenam ſcientiam fideicommiſſi contenti in teſtamẽto, ita vt verba, viſis & cognitis verbis teſtamenti intelligantur de viſione per oculos intellectus, Bart *in d. l. de his*, & ibi Bald. Angel. Paul. Caſtr. & Iaſ. *ff. de tranſact.* idem Bart. *in l. qui Roma.* §. *duo fratres, q.* 4. *n.* 17. & ibi Aret. Alexand. *num.* 54 Iaſ. *nu.* 94. Crott. & Ripa *n.* 64. *ff. de verbor. obligat.* Imol. *in l. in repudianda n.* 3. *ff. de acquir. hered.* Corn. *in l. ſub prætextu, colum.* 2. *verſic. etiam fallit. C de tranſact.* Rimin. ſen. *in l. de fideicommiſſo, numer.* 1. *C. eod.* Alexand *conſil.* 11. *col.* 3. *lib.* 2. *conſil.* 76. *nu.* 14. *lib.* 3. *& conſ.* 118. *n.* 4. *lib.* 7. Corn. *conſi.* 46. *num* 20. *lib.* 2. Bero. *conſi.* 130. *nu.* 35. *& ſeq. lib.* 2. Nat. *conſil.* 145. *nu.* 3. *lib.* 1. Becc. *conſil.* 108. *nu.* 28. vbi de communi, rurſus Bero. *conſil.* 85. *n.* 5. *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 76. *n.* 14. *lib.* 3. Paul. Caſtr. *conſil* 86. *colum.* 1. *lib* 1. Curt. iun. *conſil.* 23. *n.* 3. *ante finem.* Pariſ. *conſi.* 46. *nu.* 10. *lib.* 2. Crot.

conſ.335.n.14.& ſeqq.lib.3. Dec.cõſ 630.n.10.lib 9. Pariſ.conſil. 5.colum penult.& conſi 40.nu 20.lib. 2. Ripa reſp.23.n.35.de iur.emphit.vbi de communi teſtatur.Socin.iun.conſi.116.n.63.lib 1.Ceph.conſi.326 n.3.& conſ. 620.n 54.& ſeqq & conſil.772.nu.36 & ſeqq. Decianus conſi.33.n. 03.conſi.52.n.14 lib.1.& conſi.91 nu. 27. & ſeqq lib.5.Menoch.conſi.323 n.29.Pereg.conſil. 52.n. 0. & ſeqq.lib 5.& tract.de fideicom. art.52.nu.22.vbi teſtatur de communi opinione. Gallus de except.ſucceſ.tit. 4.except.26.n.50.part.2.Octau.deciſ. Pedemon. 112. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 96. hanc tenet niſi ſimus in tranſactione.

Probatur iſta opinio per tex. in l.1. C. de pact. in l. de fideicommiſſo.C de tranſact.& in l.& vno, §.1. cum Gloſ. in verb.perſecutio, ff de accepil.

4 In contrarium tamen, quod neceſſariò dicatur viſa & cognita eſſe verba teſtamenti vt valeat diſpoſitio facit d.l.de his, vbi de his, quæ ex teſtamento pendent, non aliter tranſigi poteſt, niſi prius cognitis & in ſpectis verbis teſtamenti, ponderando ibi verbum, non aliter, quod importat formam: & verbum, niſi prius, ad l.1.ff. de verbor.obligat. forma autem ſpecificè impleri debet, non per æquipollens l. Mauius, & l.qui heredi. ff. de condit & demonſtrat. Doct.in l.1.ff de liber.& poſthum. & in l. qui per ſalutem. ff. de tranſact. accedente quod nemo poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant, l.nemo poteſt, & ibi Bart. & alij. ff. de legat.1. & cum ſit de ſolemnitate, immutari non debet. l.
5 Diuus, ff.de in integ. reſtit. Et fortius quia d.l.de his, eſt prohibitiua, cui, quia prohibet, renunciari non poteſt, l.1.§. .ff.quemad. teſtam. aper. & not. Doct.in l.prima, C.de fideiuſſ dot. Gloſ. in l. à Diuo, ff de rit. nupt. Bald. conſil.30 iuxta caſum lib.1.Becc.conſi.111.n.34.in fine. Nec conuenit quod in teſtamentis honorati ſub inuolucro verborum decipiantur, l.cum Aquiliana, ff. de fideiuſſ.dot. tantò magis cum diſpoſitio d. l. de his, poſſit etiam cenſeri inducta fauore teſtatorum, vt eorum vltimæ voluntates ſuum ſortiantur effectum, l & quia ff. de inter. act.

Et in ſpecie quod neceſſaria ſit clauſula, viſis & inſpectis verbis teſtamenti, vt renunciatio fideicommiſſi teneat, ſcribunt Bart.in l.1.§.homines, ff. vi bon.rap. Iaſ. in d.§.duo fratres n 61 & num.65.Gulielm. Benedic. in cap.Raynutius, in materia fideicommiſſaria, n.121.extra de teſtam. Mat.Salom.§ quod ſi in patris, 74. de liber.& poſthum Leone plenè in d.§.duo fratres, nu. 416. & ſequentibus Bologn.conſil.51.nu.3.in fine, Cur. iun. conſil. 17.n.10. Decian.conſ.52.n 1 .lib.1.vbi de communi, Cuman.conſil.133.vbi dicit, quod ad hoc, vt fideicommiſſum dicatur remiſsũ, requiritur, vt diuidentes habeant ſcientiam fideicommiſſi, & verba teſtamenti inſpexerint. Roman.conſil.403.nu.7.& 21. vbi ait non cenſeri per diuiſionem fideicommiſſo renunciatum, niſi appareat fuiſſe inſpecta, & cognita verba teſtamenti, quia aliàs ſequeretur renunciari poſſe l.de his, ff. de tranſact. quod tamen non permittitur. Corn.conſi.339.n.9 verſ. quarto quia lib.1.& comperat conſ.135.colu. lib. 2. Barbat.conſ.55.n.12.& 13 lib.2.& conſ 48.col.penul. & vlt. lib.1.Capra conſ.89.n.17.& 18.Parit.conſ.24.n.120. lib.2. vbi dicit tranſactionem ſuper teſtamento eſſe nullã, niſi appoſita ſint verba, inſpectis cognitiſq; verbis teſtamẽti, & conſil.12.n.81.& ſeqq.eod.Bero.conſi.177.n.5.lib 1. Socin.iun.conſi.128.n.117.& ſeqq.lib.1.& conſ.129.n.62. & ſeqq.eod.Ruin.conſi.72.n 4.lib.5.Port.conſi.135.n.19. & ſeq.rurſus Pariſ.conſi.11 colum.4.lib. 2. vbi de magis communi opinione teſtatur Roland. à Valle conſil. 13. n 27.lib.1 Becc.conſ.111.n 32.& ſeq Decian.cõſ.3.n.10. lib.1 & conſil.39.nu.132.lib.2. Turrec. conſil.77.n.31.& conſil.81.numer.6.vbi dicit eſſe communem. Sur.d. conſil.67. numer.47.in fine, & conſil.391.numer.2.Bardell. conſil.11.numer.31.Menoch.conſ.1099.num.21.Craſ. in § fideicommiſſum,q.62.numer 4. Cæſ. Barz. hanc tenet in tranſactione deciſ.Bonon.96.licet diſſentiat in diuiſione Prætus conſ.162.n.1.& 2.

Quinimo non ſufficit, renunciantem audiuiſſe legi 6
verba teſtamenti, niſi etiam intellexerit vim verborum & ipſum fuiſſe vocatum ex illo fideicommiſſo, Angel. d.l.de his. Barbat.conſ.55.n.13.lib.2. Siluan.conſ.49.n. 52. quos refert Peregr.d.conſ.52.n.27.lib.5.

Nec ad ſuſtinendam renunciationem ſufficit clau- 7
ſula, quod renunciat deliberatè, & ex certa ſcientia, & non per errorem. Pariſ poſt alios.conſil.12.n.81. & ſeq. lib.2.Ceph.conſil 620.n.55.lib.4.Menoch.conſ.436.n.33. lib. 5.& conſ.707.n.20 libr. 8. vbi addit Ruin.conſ. 107. n 6.lib.2.& Port.conſ.135 nu.20. Et ratio eſt, quia vt teneat renunciatio, requiritur vera & certa ſcientia, vt etiam infra dicetur.

Si tamen renuncians dixiſſet habuiſſe plenam, & ex- 8
quiſitam ſcientiam teſtamenti, in quo fideicommiſſum renunciatum continetur, ſufficeret abſque alia certiorațione facienda à notario, ſecundum Peregr. d. conſil. 52.nu.21. & ſeq.lib. 5.

Sed quid ſi iuramentum interuenit in inſtrumento, 9
an ſuſtineatur renunciatio? & quod non ſuſtineatur volunt poſt alios, Angel. conſ. 84. Alciat. in cap.cum contingat, extr.de iur.iurand. plures allegat Rol. d conſ. 13. n.27.Pariſ.conſi.11.in fine, & conſ.12.lib.2.vbi dicit eſſe communem opinionem, Caener.deciſ. Pedemont. 112. n.8. vbi de communi, Neuiz.conſi.32.n.16.Socin. ſen. conſ.203.lib.3.& conſ.214 n.6.lib.2.Præt.conſ.137.n.14. lib.1.vbi de magis communi, Becc.conſ.111.n.34.Ruin. iun.conſ.670.n.12.Menoch.conſ.439.num.33.Tiraquel. d.l.ſi vnquam numer.101.Roland.à Valle conſ. 13.lib.1. vbi de communi, Ceph.conſ.326.num.6.lib.3.Menoch. conſil.439.num.33 lib.5. & conſilio 707.numero 21 libro
8.Peregr.de fideicom.art. 52.numero 49. Iuramentum 10
enim non alterat diſpoſitionem, & ſolum addit robur actu. & ſupplet defectus in forma, non autem ſupplet conſenſum, nec extendit diſpoſitionem ad non cogitata. l.vlt.C.de non numer. pecun. Bart.in l.4.§ quæſitum,
ff.ſi quis caut. & ſæpe apud Doctores. Vnde iuramen- 11
tum ſuper ignoratis interpoſitum non nocet ex defectu conſenſus, Socin.ſen.conſ.25.numero 13. lib. 4. Dec. conſ.345.colum vlt.Crauet conſ.144. nu.16. 17. Rimin. iun.conſ.204.num.87.lib 2.Menoch.lib.5.præſumpt.115. numer.25.& in terminis noſtris deciſione Pedemon. 112. n.decimo, & Peregrinus dicto articulo 52.num.49.

Sed contra tenuit Dec.conſ.91.n.38. lib. 5. vbi voluit 12
renunciationem ſuſtineri per iuramentum, allegat Alexand.Iaſ.Socin.ſen.Albam, Bertrand.& Bauer. addo Dec.conſ.345.Alexand.conſ.11.numer.14.lib.2 Iaſ d. l.de his.nu.11.Abbas in cap.cum contingat, num.30.& ibi Imol.num.96. ext. de iureiuran. Ripa in d.§.duo fratres n.73.Soc.iun.conſ.116.lib.1. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Gulielm. Benedic. in capit. Raynutius num.133.extr.de teſtam.Io. Gutieres de iuram. confirm.parte 3.cap.2.num.20.Padill.in l ſub prætextu,n.10. C. de iur. & fact. ignorant. Hieron. Ceual. Specul.commun.contra commun.q.706.Ant. de Butr. in c.cum contingat. de iureiur. Corn. in authent. ſacramenta puberum n.8.C.ſi aduer.vend.& conſ.6.n 12.lib.1.Ioan.Dilect.de arte teſtant.tit.11.caut.18.num.4.Cardin. Alban. in d.l.de his, num. 2. vbi alios congeſſit. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in Præfat. num. 145. C. de reuoc. donat. vbi alios adducit Bertrand.conſ.161.n.1. lib.3. vbi de communi. Soc.iun.conſ.116.n.76.lib. . Pariſ.conſ.12.nu. 20. lib.2.Bero.conſ. 30.n.25.lib. 2. Ruin. conſi.167.n.22.lib. 2. Tob.Non.conſil.41.nu.29.

Iura-

13 Iuramentum tamen operaretur, quod ſi renuncians aſſeruiſſet habere plenam ſcientiam contentorum in teſtamento, quod non poſſet poſtea allegare ignorantiam, & per errorem feciſſe iam confeſſionem, nam iu-
14 ramentum operatur quod error allegari non poſſit, ob deliberatum iurantis propoſitum. Bart. in l. ex hac ſcriptura, nu. 12. ff. de donat. Alex. conſ. 17. colu. 1. lib. 3. Ruin. conſ. 134. in princip. lib. 1. vbi de communi, Seraph. de iu-
15 ram. priuil. 90. Et in terminis ita conſuluit, Peregr. conſ. 52. num. 28. lib. 5. vbi ſubdit, ſaltem iuramentum operari præſumptionem ſcientiæ in iurante, idem etiam voluit Honded. conſ. 33. nu. 35. lib. 1. vbi loquitur de minore iurante ſuper diuiſione, & vult induci ex iuramento præſumptionem ſcientiæ fideicommiſſi, ita vt minor renuncians non poſſit allegare ignorantiam, cum habeat vim certiorationis, & inducat præſumptionem ſcientiæ eorum, quæ ius diſponit. Et quod iuramentum habeat vim certiorationis, & inducat ſcientiæ præſumptionem ſcribunt Bart. & alij in auth. ſacramenta puberum, Cod. ſi aduer. vendit. Anton. Gabr. de iureiurand. concluſ. 3. Hieron. Gabr. conſ. 127. nu. 12. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 976. nu. 21. Lambert. de contract. &c. in fin. nu. 23. & ſeqq.

16 Porro ſi cum iuramento eſſet renunciatum l. de his, ff. de tranſact. vel omni iuri & legum auxilio, ſufficeret ad validitatem tranſactionis, & renunciationis, Alex. in l. qui Roma §. duo fratres n. 55. & ibi Ripa n. 72. & Alciat. nu. 25. & Crott. n. 110. vbi de communi, ff. de verbor. oblig. & Iaſ. in l. de his colum. 4. ff. de tranſact. & ibi Card. Alban n. 1. & 2. Alex. conſ. 11. n. 16. lib. 2. Corn. conſ. 6. lib. 1. Soc. iun. conſ. 103. colum. penul. lib. 2. conſ. 103. col. vlt. lib. 3. Dec. conſ. 345. Bertrand. conſil. 15. dubia ſecunda in fine, lib. 2. Curt. iu. conſ. 49. colu. vlt. Ruin. conſ. 15. n. 10. lib. 1. & conſ. 156. num. 7. lib. [illegible] Crott. conſ. 84. n. 9. Soc. iun. conſ. 116. n. 76. lib. 1. Natta conſ. 145. n. 4. Menoc. conſ. 707. n. 22. Peregr. conſ. 52. num. 28. lib. 5. & in tract. de fideicommiſſ. artic. 52. num. 49. in fine. Vital. in tract. clauſ. verſic. an autem l. de his, Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. n. 145. Cod. de reuocand. donat. Maſcard. de probat. concluſ. 1152. num. 4. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 26. nu. 54. par. 2. vbi num. 55. intelligit hoc procedere in fideicommiſſo puro, ſecus in conditionali, quando ageretur de tranſactione, quia ſuper eo lis eſſe non poteſt ante conditionis euentum, Octau. deciſ. Pedem. 112. nu. 21. vbi teſtatur de communi opinione.

17 Contrariam ſententiam probarunt, & malè alij, qui tenent, nec cum iuramento poſſe renunciari l. de his, ff. de tranſact. ita Bald. in cap. cum inter colum. 1. de renunt. Fulgoſ. in d. l. de his. Angel. conſ. 192. Feder. de Sen. conſil. 115. Corn. cõſ. 255. col. 2. & 3. lib. 2. vbi ſcribit eſſe communem opinionem, Socin. ſen. conſ. 214. col. 7. lib. 2. conſ. 102. n. 5. & 6. lib. 3. & conſ. 25. n. 3. lib. 4. Pariſ. conſ. 12. n. 88. & ſeqq. lib. 2. & conſ. 65. n. 26. lib. 3. vbi aſſerit eſſe cõmunem opinionem, Soc. iun. conſ. 129. nu. 64. lib. 1. Bero. conſ. 177. nu. 17. lib. 1. Roland. a Valle conſ. 13. n. 27. lib. 1. Menoch. conſ. 439. n. 33. lib. 5. Becc. conſ. 411. n. 34. vbi de communi, Seraph. tract. iuram. priuil. 100. ſub nu. 3. vbi teſtatur de magis communi.

18 Sine iuramento autem renunciatio facta d. l. de his, non tenet nec obligat. Gloſ. in d. l. de his. & ibi Bald. Angel. Paul. Caſtr. Alexand. & alij communiter, Tiraquel. in l. ſi vnquã in præfat. n. 261. & ſequent. Cod. de reuocan. donat. Socin. ſen. conſ. 214. colu. penult. lib. 2. Signor. conſ. 553. circa finem, Maſcard. de probat. concluſ. 1252. num. 4. Peregr. de fideicommiſſ. art. 52. n. 78. vbi teſtatur de communi opinione, Bero. conſ. 177. num. 7. lib. 1. & conſ. 130. numer. 34. lib. 1. vbi de communi. Pariſ. conſil. 95. nu. 24. lib. 3. vbi de communi tenent, Ruin. conſil. 168. num. 14. lib. 2. Socin. iun. conſil. 98. nu. 12. libr. 2. vbi de communi & conſil. 128. num. 18. & ſeqq. lib. 1. Decian. conſi. 52. nu. 12. & ſeqq. lib. 1.

Et fortius non noceret renunciatio generalis tacita 19
omni iuri, & legum auxilio, Pariſ. conſ. 12. n. 85. lib. 2. Siluan. conſ. 49. nu. 38. & ſeq. Roland. à Valle conſ. 13. nu. 37. lib. [illegible] Menoch. conſ. 439. n. 33. lib. 5. Pereg. de fideicom. art. 52. nu. 78. vbi ſcribit eſſe communem, Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 26. nu. 53. par. 2.

Non omitto etiam alios tenere in diuiſione locũ non habere diſpoſitionem d. l. de his, ſi ex ea reſultet fideicõmiſſi renunciatio, licet aliud ſit in tranſactione, in qua ſententia fuerunt Soc. iun. conſ. 116. n. 65. ſeqq. lib. 2. Tob. Non conſ. 41. nu. 17. & ſeqq. quos refert & ſequitur Honded. conſ. 33. nu. 37. lib. 1. Caualcan. deciſ. 35. num. 14. Sed contra conſ. 156. num. 7. lib. [illegible] vbi dicit eſſe communem, Menoch. conſ. 439. nu. 33. lib. 5.

Colligitur ergo tam ex prædictis, quàm ex allega- 20
tis in præcedenti quæſtione, vt renunciatio valeat, requiri ſcientiam fideicommiſſi, ita vt inter ignorantes non inducatur renunciatio per diuiſionem, vel tranſactionem, & in ſpecie ita ſcripſerunt poſt alios Soc. iun. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 121. ff. de verbor. obligat. & in conſi. 128. n. 116. Dec. conſil. 465. n. 21. Bologn. conſ. 52. n. 3. in fine & conſ. 32. n. [illegible]o. Bero. conſ. 131. n. 9. lib. 2. Tob. Non. conſ. 42. nu. 21. Roland. à Valle conſ. 56. nu. 6. & num. 23. lib. 2. Honded. conſil. 33. nu. 3. Pariſ. conſil. 65. nu. 10. & 17. lib. 3. Becc. conſi. 111. nu. 13. Ceph. conſ. 253. num. 112. & conſi. 371. num. 32. & conſil. 455. nu. 8[illegible] Decianus conſil. 52. dubio primo, lib. 1. Surd. conſil. 67. nu. 46. & ſeq. lib. 1. Burſat. conſil. 64. nu. 29. lib. 1. Bardell. conſ. 11. num. 30. & ſeq. Menoch. conſil. 87. num. 9. & 56. conſi. 323. nu. 28. & ſeqq. & nu. 57. conſil. 476. num. 10. & conſi. 1214. nu. 7. & ſeqq. Peregr. conſil. 52. num. 2[illegible] & ſequent. & conſ. 56. nu. 5. libro quinto. Anton. Gabr. de fideicomm. concluſ. 1. nu. 1. Marzar. in epit. de fideicommiſſ. quæſt. 59. Petr. de fideicommiſſ. q. 14. num. 121. Craſ. in § fideicommiſſum, quæſt. 62. num. 6. in fine. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 19. nu. 13. Caualcan. deciſ. 36. num. 24. & ſeqq. part. 1. Rota Romana deciſ. 493. part. 4. in nouiſ. Magon. deciſ. Florent. 27. num. 21.

Nec ſufficeret præſumpta ſcientia teſtamenti, & fi- 21
deicommiſſi, ad inducendum renunciationem fideicommiſſi, Doct. communiter in l. qui Roma, §. duo fratres ſuper 3. quæſt. Bart. ff. de verbor. obligat. Iaſ. in l. de his, nu. 15. ff. de tranſact. Ripa reſp. 23. num. 36. C. de iur. emphit. vbi ſcribit hanc eſſe receptam opinionem, Ceph. conſil. 253. num. 10. Menoch. conſil. 87. num. 56. & ſeqq. conſ. 323. nu. 28. & ſeq. & conſil. 476. n. 10. & ſeqq. Peregr. de fideic. art. 52. n. 22. in fine Octau. deciſ. Pedem. 112. num. 20. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 96. nu. 14. & ſeqq.

Quinimo nec generalis ſcientia ſufficeret, requiri- 22
tur enim ſpecialis ſcientia teſtamenti, & contentorum in eo, Imol. in l. qui Roma, §. duo fratres, & ibi Aret. col. 10. Alexand. n. 55. Iaſ. nu. 105. & Ripa num. 57. ff. de verbor. obligat. Pariſ. conſil. 95. nu. 17. lib. 3. Bero. conſil. 177. num. 6. & ſequent. lib. 1. Marzar. conſil. 39. nu. 6. Crauet. conſi. 93. nu. 8. Menoch. conſil. 439. num. 33. lib. 5. Bardell. conſ. 11. nu. 31. ad medium, Peregr. conſil. 52. nu. 21. & ſeq. & conſil. 56. nu. 5. & ſeqq. lib. 5. & in tract. de fideicomm. art. 52. num. 21. Præt. de interpret. vltim. volunt. fol. 333. n. 11. Coſt. de iur. & fact. ignor. diſtinct. 64. numer. 8. & ita conſului per teſtamento D. Iacobi de Soncinis, & diuiſione facta a nepotibus, vt in conſil. 203. & etiam obtinui.

Et ideo facienda eſt ſpecialis expreſſio teſtamenti, 23
nec ſufficeret generalis, Soc. ſen. conſil. 283. num. 1. & in antecedenti conſil. idem dixit Franc. de Pepis lib. 2. Pariſ. conſ. 12. num. 83. lib. 2. Soc. iun. conſ. 129. nu. 32. lib. 1. vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, & conſ. 98. co-

98.*colum.*2 *lib.*2. Franc.Becc.*conſ.*111.*n.*19. Ceph. *conſ.* 610.*nu.* 8.*& ſeq.lib* 5. Menoch.*conſ.*1214.*nu.*4 *& ſeqq.* Crall.*in §.fideicommiſſum, quæſtione* 61.*nu.*4.*poſt princip.* Gallus *de except.ſucceſſ.tit.*4.*except.*26.*num.*53.*par.*2. & alij relati *quæſt.præced.num.*82.

24 Contrariam opinionem, quod ſpecialis mentio teſtamenti non ſit neceſſaria, ſed ſufficiat ſpecialis ſcientia tenuit, Peregr.*de fideicom.art.*52.*num.*31 *ad medium,* *& nu.*32. Non.*conſ.*21.*nu.*15.18.42. Burſat *conſ.*178.*nu.* 14.Honded.*conſ.*33.*nu.*35.*lib* 1. Peregr.*conſi.*19.*ante n.* 4.*lib.*4. vbi alios addit. Caualcan. *deciſ.* 36. *num.*24. *& ſeqq. part.*1. vbi ſcribit ita practicari, Cæſ.Barz. *deciſ.Bonon.*96 *nu.*15. *& ſeq.* & alij relati *quæſt.præcedenti nu.*83.

25 Sed alij volunt, quod in diuiſione ſufficiat ſpecialis ſcientia fideicommiſſi ordinati à patre, licet in tranſactione requiratur ſpecialis mentio de eo, ita Socin.iun. *conſ.*116.*num.*65.*lib.*1.Non.*conſil.*41.*num.*17. Menoch. *conſ.*333.*num.*57.*lib.*4. vbi alios citat, præcipuè Iaſ. teſtantem de communi opinione, addo Honded. *conſil.* 33.*nu.*35. *& ſeqq.lib.*1. & videtur ſequi Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.*93.*nu.*18.*& ſeq.* idem vult Caualcan. *deciſ.*36.*nu.* 24.*part.*1. Horum tamen diſtinctionem reijcit Peregr. *de fideicom.art.*52.*nu.*21.*in fine.*

26 Illud autem non omitto, quod non præſumitur ſcientia fideicommiſſi, ſed eam allegans probare debet, Curt. *conſil.*92.*num.*4. Rimin.iun. *conſil.*204.*num.* 68. *in fine.* Surd. *conſ.*67.*num.*49.*lib.*1. *& conſil.*591.*nu.* 23.*lib.*4. Bardell. *conſ.*11.*nu.*30. Peregr *conſil.*56.*nu.*6. *lib.*5. Niſi interueniſſet iuramentum, quia tunc ceſſaret allegatio ignorantiæ, Peregr *d.conſil.*52.*num.*28.*lib.*5.& dixi *ſupra num.* 13. de hoc tamen articulo latius dicam *in ſeq. quæſt.*

27 Illud etiam ſciendum eſt, quod renunciatio facta de vno fideicommiſſo verbis generaliſſimis, etiam oſtendit alteri fideicommiſſo non eſſe renunciatum, Menoch. *conſ.*1099.*num.*21.*& ſeqq.lib.*11. Et ratio eſt, quia ſi competunt duo iura in re, per renunciationem vnius non dicitur renunciatum alteri, Bart. *in l.ſi mihi, la prima ff.ſeruit.ruſtic præd. & in l.ſi domus ff.de ſeruit. vrban.præd.* Decian.*in l.quoties duplici.ff.de reg.iur & in conſ.*208.*num.*12.Crauet.*conſil.*259.*n.*8 *& conſ.*190.*col.* 1. Afflict. *deciſ.*305.*num.*5.

28 Sed quid dicendum ſit de compromiſſo, & laudo, anteferatur ad contenta in teſtamento, & dicendum eſt non referri, niſi ſpecialis mentio de illo facta ſit, Socin. ſen. *conſ.*282.*dubio primo. & conſ.ſeq.lib.*2.Dec.*conſ.*475. *num.*79.*& conſ.*630. *num.*1. Pariſ. *conſ.*24.*nu.*104.*lib.*2. Peregr. *conſ.*52.*nu.*20.*in fine lib* 5. *& de fideicomm.artic.* 52.*num.*23. *in fine, & nu.*79. Gallus *de except. ſucceſſ.tit.* 4.*except.*26.*num.*51.*part.* Ioſeph.Ludou. *deciſion.Peruſ. num.*21.

29 Maximè quando fideicommiſſum eſſet conditionale, quia ante conditionis euentum ſuper illo fideicommiſſo lis eſſe non poteſt, & propterea compromiſsum quátumuis generale ad illud non poteſt dici relatum, Bald. *conſ.*54.*lib.*1.Socin.ſen.*conſ.*282.*lib.*2. Ruin. *conſ.* 16.*num.*23.*lib.*2.

30 Porrò animaduertendum eſt, quod licet adhibita ſit clauſula viſis, & cognitis. &c. quod ſi expreſsè appareret de errore capto in tranſactione, ita vt ſaluari non poſset, quod tranſactio non ſuſtinebitur, Soc. ſen. *conſ.* 14.*num.*4.*lib.*2. Alexand.*conſ.*188.*num.*8.*lib.*2.*& in d.§. duo fratres, nu.*54 & ibi Crot. *num.*117. Curt.iun. *in d. l. ſub prætextu, nu.*11. *Cod.de tranſact.* Crauet. *conſ.*144. *num.*27. Simon de Pręt. *conſil.*162.*nu.*3.*lib.*1. Decianus *conſil.*33.*num.*105.*lib.*1. Tob.Non.*conſ.*41.*nu.*22. Ripa *in d.§ duo fratres, num.*66.

14 Reſpondetur, quod iura allegata & Bart. ipſe dicunt, quod conditio in legatis & fideicommiſſis non retrotrahitur quo ad acquiſitionem, & dominium; ſecus autem eſt quo ad alios effectus, nam retrotrahitur, quod conſtat primò, quia retrotrahitur quo ad alienationem medio tempore factam de re fideicommiſſo ſubiecta, vel legata *l.fin.§ ſin autem ſub conditione, C.com. de legat.* & ibi Bart. Iaſ. *in d.l ſi is qui pro emptore, n.*315.*ff.de vſucap.*& ibi Crot.*num.*133. Anchar. iun. *d. q.* 3. *num.*2. Secundò, quia trahetur retro quo ad ſubſtantiam legati, vt per Bald. *in l.fin. §. ſed quia noſtra, C. comm.de legat.* Tertiò, quia retrotrahitur quo ad rei vendicationem, *vt in d.l.fin.§. ſin autem ſub conditione in fine*, ergo ſicut quo ad rei vendicationis actionem retrotrahitur, pariter mirum eſſe nõ debet, ſi trahatur retrò etiam quo ad hypothecariam, cum, vt etiam ſupra dictum fuit, nulla aſſignari poſſit differentia, cur trahatur retrò quo ad actionem rei vendicationis, & non quo ad hypothecariam.

15 Reſpondetur ſecundò, quod ad cognoſcendum, an in legatis, & fideicommiſſis conditio retrotrahatur, duo ſunt conſiderandi caſus, ſecundum Ludou. Roman. *in d.l.ſi is qui pro emptore ad fi.* Bened. de Plumb. *in l. Neratius, ff. de manum. teſtam.* Primus caſus eſt, quando agitur de conditione negatiua, & tunc omnino retrotrahatur conditio, & hic eſt caſus noſter, nam fideicommiſſum eſt impoſitum ſub conditione, ſi alter filiorum ſine filijs deceſſerit.

16 Secundus caſus eſt, quando agitur de conditione affirmatiua, & tunc conditio non trahatur retro quo ad effectum dominij, ſecus quo ad hypothecam. Et hæc opinio quæ diſtinguit eſt ſequenda, per ea, quæ ſcribunt Menoch.*conſ.*157.*n.*82. Dec.*reſp.*9.*n.*2.*lib.*3. Ceph. *conſil.*16.*n.*35.& alibi ſæpe.

Secundò mouentur ſequaces huius opinionis, & præcipuè Anchar. iun. *d. qu.* 3. poſt Caſtr. & Socin. ſen. *locis ab eo allegatis* ea ratione, nam pendente conditione res alienata non erat fideicommiſſarij, cum adhuc fideicommiſſum non deberetur, quando autem conditio extitit, non potuit eſſe obligata, quia iam propter alienationem dominium erat in alios translatum, & deſierat res eſſe hæreditaria, ergo hypotheca non poteſt competere.

17 Reſpondetur primò, vt etiam ſupradictum fuit, & iuuat repetere, quod hoc fundamentũ non eſt bonum: etenim ſi ſubſiſteret hoc fundamentum, omnia fideicommiſſa facilè deſtruerentur, nam alienata re fideicommiſſo ſubiecta pendente conditione transfertur dominium in emptorem *d.l.fin.§.ſin autem ſub conditione*, & tamen purificata conditione poſſunt alienata reuocari, vt in eodem textu dicitur, quod ſi fundamentum procederet, reuocari non poſſent, etenim pendente conditione res non erat fideicommiſſarij, & purificata conditione dominium reperitur eſſe apud alium non apud hæredem, & tamen ad illam rem tanquam debitam competunt actiones fideicommiſſario, ſi igitur competunt, ex eo procedit, quia licet res ſit apud alium, attamen eueniente conditione fideicommiſſario omnimodò debetur, & propterea actio quæ non poterat intentari conditione pendente, ea purificata incipit competere, & datur etiam contra tertios poſſeſſores, quia omnibus modis legatarij, & fideicommiſſarij debent conſequi ſua legata & fideicommiſſa. & propter hoc fuit inuentum etiam à lege remedium tacitæ hypothecæ vt *in d.l.*1.*C.commun.de legat.*

18 Reſpondetur ſecundò, quod à principio vſque ad tempus mortis teſtatoris dicitur conſtituta hæc tacita hypotheca à lege, vt optimè dicit Neguſ. *de pign. par.*5. *princ. membr.* 1. *num.*19. & latius comprobat Torniol. *d.l.*1.*nu.*119.*de legat.*1. ergo malè dicit Anchar. *d.queſt.* 3. dum dicit pendente conditione rem nõ fuiſſe obligatam, quia imò erat obligata, & ſic totum fundamentum deſtruitur. Et in proprietate hypothecæ attẽditur tempus conſtitutionis, non autem tempus, quo exerceri potuit, *vt in l. qui balneum ff.qui pot.in pign.hab.* Et per hoc non eſt agendum, an hypotheca retrotrahatur, quia hac fictione opus non eſt, ſed veritas ipſa temporis conſtitutionis hypothecæ attendenda erit.

19 Adducitur tertiò, quod quando agitur de amiſſione hypothecæ, non agitur de magno intereſſe *l fin.C. quæ res pign.* & propterea non debet retrotrahi.

20 Reſpondetur, quod imò hic agitur de magno præiudicio, cum agatur de remedio introducto à Iuſtiniano, vt omnibus modis voluntatis teſtantium impleantur *d.l.*1.*C.commun. de legat.* & propterea omnes doctores pro noſtra opinione relati dicunt neſcire quid dicere voluerit Bald. Nouell. quia verius eſt, quod agitur de magno præiudicio, & quia intereſt reip. vt voluntates teſtantium impleantur ex regulis notiſſimis.

21 Pręterea etiam aduertendum eſt, quod Doctores aliqui relati pro hac opinione non probant iſtam opinionem. Nam Bart. allegatus *in d.l. ſi is qui pro emptore*, non loquitur in terminis iſtis, vt ſupra dictum fuit, Caualc. etiam *deciſ.*5.*n.*110.*par.*3. per tranſennam duo verba dicit, ideo de eius opinione non eſt curandum cum cautè non diſputet, Menoch.*conſ.*51.*nu.*54.

Socin. verò ſen. *in conſ.*41.*n.*29.*& ſeqq.lib.*4. non obeſt nobis. Primò quia loquitur in conditione poteſtatiua, & nos ſumus in conditione cauſali, vel mixta, vt optimè declarat Excellentiſs. D. Ferrus. Secundò, quia mouetur principaliter authoritate Bald. *l.* 1. *colu.* 3. *C. commun.de legat.* qui Baldi vtitur argumento, quod nobis omninò ſeruit, dicit enim Bald. quod ſicut non eſt orta, nec competit rei vendicatio ante conditionis euentum, quod pariter nec hypothecaria eſt orta, nec

Ffff 3 poteſt

poteſt competere. At nos hoc argumentum retorquendo dicimus, quod ſicuti competit rei vendicatio pro rebus fideicommiſſi alienatis pendente conditione *l.ſi. §. ſin autem ſub conditione in fin. C. com. de legat.* quod pariter etiam competere debet hypothecaria, vt etiam ſupra latius fuit dictum. Tertiò, mouetur Soc. ſen. quia tempore quo fuit introducta hypotheca, res non erat in bonis hæredis grauati, & per hoc tertius poſſeſſor debet præterri tanquam prior, Reſp. contra Socin. ſen. extare claram deciſionem Neguſ. loco ſupra relato, vbi dicit & comprobat quod hypotheca ſit conſtituta vſq; ad tempus mortis teſtatoris, cuius opinionem ſequitur Torniol. *d. l. 1. n. 119. de leg. 1.* Alia fundamenta Soc. ſunt ex ſupradictis etiam reſoluta.

Authoritates autem aliorum facilè tolluntur, ex quo eorum opiniones ſunt fundatæ in rationibus vel malis, vel quæ terminis noſtris non accommodantur.

Præterea opinio Imol. Cuman. & aliorum eſt potius tenenda.

22 Primò, quia æquior ideo ſequenda, vt in fortioribus ſcribunt Decian. *conſ. 52. n. 1. lib. 2.* Caualc. *dec. 35. n. 2. & dec. 44. n. 34. par. 1.* & Menoc. *lib. 2. præſu. 71. n. 25.* Quod autem ſit æquior, ſatis ſuperq; demonſtratur, ex eo, quia per eam adimpletur volūtas teſtatoris, cuius fauore inducta fuit hæc tacita hypotheca *d. l. 1. C. comm. de legat.*

23 Secundò, quia eſt fundata melioribus rationibus, vt ſupra probatum fuit, Menoc. *de arbit. iud. conſ. 329. n. 21.*

24 Tertiò, quia hæc fauet voluntati teſtatoris, & ſic teſtamento, Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 212. n. 54.* Maſcard. *de probat. concl. 1138. nu. 13.*

25 Quartò, quia contraria opinio videtur ferè eſſe contra caſum *d. l. 1. & d. l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* ideo non eſt tenenda per ea, quæ ſcribit Caualc. *deciſ. 41. nu. 28. parte 1.*

26 Limitatur tamen prima opinio, vt non procedat quādo dixit teſtator eueniente tali conditione, ex nunc ſubſtituo Titium, quia hypotheca retrotraheretur, Iaſ. *in d. l. ſi is qui pro emptore, nu. 55. ff. de vſucap.* Ceph. *conſ. 153. nu. 47.* Caualc. *deciſ. 5. n. 110. parte 3.* qui tamen dicit hoc procedere, ſi tertio non ſit ius quæſitum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius, qui non poſſidet, non eſt legitimus contradictor, ne hæres mittatur in poſſeſſionem, ampl. & decl. per totam quæſt.*

Ampliatur, & ſi incontinenti ſit paratus docere de iure ſuo n. 2. contra n. 3. decl. num. ſeqq.

Limitatur, quando iura tranſeunt in fideicommiſſarium ſine reſtitutione nu. 4.

Limitatur ſi data eſt licentia ingrediendi propria authoritate poſſeſſionem nu. 5.

Limitatur ſi hæres ſit inſtitutus in bonis, de quibus teſtator diſponere poterat. nu. 7.

Limitatur ſi hæres admiſit fideicommiſſarium in contradictorem. nu. 8.

Limitatur ſi cauſa ageretur coram arbitro. nu. 9.

10 *Fideicommiſſarius qui poſſidet, non eſt legitimus contradictor ne hæres mittatur in poſſeſſionem, contra nu. 11. decl. nu. ſeqq.*

Ampliatur ſufficere poſſeſſionem habitam ex clauſula conſtituti nu. 12.

Limitatur ſi incontinenti eſt paratus docere de iure ſuo & ſine vitio poſſidet, decl. num. ſeqq.

15 *Poſſeſſio ſine vitio quando dicatur eſſe? remiſſiuè.*

16 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor ne hæres mittatur in poſſeſſionem, licet ipſe poſſideat ſine vitio, & paratus ſit docere de iure ſuo incontinenti, ſi petit reſtitutionem pro detractionibus faciendis, ampl. & decl. num. ſeqq.*

24 *Fideicommiſſarius qui eſt executor teſtamentarius, eſt legitimus contradictor ne hæres mittatur in poſſeſſionem, etiam pro faciendis detractionibus.*

25 *Fideicommiſſarius qui poſſidet & incontinenti eſt paratus docere de iure ſuo in terris Eccleſiæ eſt legitimus contradictor ne hæres mittatur in poſſeſſionem.*

26 *Fideicommiſſarius qui poſſidet eſt legitimus contradictor facta oblatione de reſtituendo quicquid fuerit iudicatum pro detractionibus, contra decl. ibidem.*

27 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor ne hæres mittatur in poſſeſſionem, ſi poteſt eſſe aliqua difficultas quod fideicommiſſarius ſit de vocatis.*

QVÆSTIO DCXIII.

Fideicommiſſarius vtrum ſit legitimus contradictor, quando hæres petit mitti in poſſeſſionem ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Adr. Tollendo?

QVAERO, ſi hæres petit mitti in poſſeſſionem ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Tollend.* an fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor? Pro clariori diſcuſſione huius diſputationis diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt, quādo fideicommiſſarius non poſſidet, & hoc caſu non erit ipſe fideicommiſſarius legitimus contradictor *l. filiam fratribus,* & ibi Bart. & Alex. *ff. ad Trebell.* Bald. *in d. l. fin. num. 32.* & ibi Paul. Caſtr. *num. 15.* Alber. *nu. 15.* Alexand. *num....* vbi teſtatur de communi opinione, Corn. *num. 43.* Dec. *n. 48.* Zuccard. *n. 417.* & Manc. *in prima lect. n. 182. C. de edict. Diui Adr. Tollend.* Gozad *conſ. 93. n. 9.* Caſſan. *conſ. 19. nu. 63.* Grat. *conſ. 149. n. 5. lib. 2.* Pereg. *conſ. 24. n. 2. lib. 4.* Menoch. *conſ. 621. n. 2. & de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. n. 630. & ſeqq.* Craſ. *in § fideicommiſſum. q. 42. n. 3.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 504. n. 88. & ſeqq.* Boer. *q. 156. nu. 1.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ. 47.* Maſtril. *deciſ. Sicil. 72. n. 52.* Surd. *dec. 333.* Rota Romana *in nouiſ. deciſ. 83. deciſ. 103. par. 1. dec. 386. in fine, & deciſ. 472. n. 2. part. 4.* vbi dicitur ita in Rota pluries deciſum, & idem tenet Rota in collect. per Farinac. *deciſ. 115. n. 2. par. 1.* Seraph. *deciſ. Roman. 850. n. 1.* 1

Ampliatur, & ſi fideicommiſſarius ſit paratus incontinenti docere de iure ſuo, quia nec tunc eſſet legitimus contradictor. Zuccard. *in d. l. vlt. nu. 47. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* Menoch *in adipiſc. poſſeſ. remed. 4. n. 632.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ. 47. n. 15.* Rota Romana *d. deciſ. 475. nu. 1. par. 4.* 2

Contrarium tamen videtur ſentire Rota Romana *deciſ. 472. nu. 2. par. 4. in nouiſſ.* 3

Declaratur primò hæc ampliatio, vt non procedat quando iura ſine reſtitutione tranſeunt, & fideicommiſſarius poteſt propria authoritate capere, quia tunc audiendus erit fideicommiſſarius, vt diſcutiat de iuribus ſuis cum hærede, prout Brixiæ extat ſtatutum *cap. 191. in ciuilibus,* & ita ſcribunt poſt alios Zuccard. *in d. l. fin. n. 418. C. de edict. Diui Adr. Tollend.* Achill. Perſonal. *de adipiſc. poſſeſ. num. 411. verſ. ſi autem fideicommiſſarius,* Menoch. *de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. nu. 633.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 43. in fine.* 4

Declaratur ſecundò hæc ampliatio, vt non procedat, quando teſtator dediſſet libertatem fideicommiſſario, propria authoritate apprehendendi bona, quia tunc erit legitimus contradictor, Grat. *conſ. 140. nu. 12. lib. 2.* Zuccard. *in d. l. vlt. n. 519. C. de edict. Diu. Adr. Tollend.* 5

Eugen.

Digitized by Google

Eugen.*cõſ.*55.*n.*12.Boer.poſt alios *d.q.* 156.*n.*15.Menoc. *de adipiſc.poſſeſſ.remed.*4.*n.*633.*in fine.* & *conſ.*742.*n.*5.& 6.& quæ dixi *infra nu.*22. *verſic.fallit quarto,* vbi retuli, Hier. Gabr. Zuccard. diſſentire.

6 Subdeclarantur hæ declarationes vt locum non habeant quãdo Trebellianicæ detractioni locus eſſet,quia tunc fideicommiſſarius non poſſet impedire hæredem mitti in poſſeſſionem, Achil.Perſonal.*de adipiſc.poſſ.nu.*412 & *n.*426.*verſ.ſi autem hæres,* quem refert,& ſequitur Craſ. *in §.fideicommiſſum,q.*41.*in fine.*

7 Limitatur primò hic caſus,quãdo teſtator inſtituiſſet hæredem in bonis, de quibus diſponere potuerat, quia ille non erit mittendus in poſſeſſionem ante factam liquidationem, de quibus bonis teſtator diſponere potuerat, Rota Romana *in nouiſ.deciſ.*383.*part.*4.

8 Limitatur ſecundò, quando iam hæres admiſiſſet fideicommiſſarium in contradictorem, Menoch. *conſil.* 722.*nu.*7.*verſic.quarto,* & *n.*12.

9 Limitatur tertiò, quando cauſa ageretur coram arbitro, & arbitratore, qui poteſt procedere de iure,& de facto,omiſſo iuris ſolennitate ſine ſtrepitu,& figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, nam tunc arbiter poterit iudicare ſuper petitorio omiſſa cauſa poſſeſſorij, Menoch. poſt alios *de recup.poſſeſſ remed.* 15.*nu.*479. *conſ.*180.*n.*7.& 12.& *conſ.*722.*nu.*5.& *ſeqq.*

10 Secundus caſus eſt,quando fideicommiſſarius poſſidet,& tunc etiam non erit legitimus contradictor *l. ſi liam fratribus, ff.ad Trebell.* Bar.*in d l.fin.num.*12.& ibi Paul.de Caſtr.*nu.*13. Dec.*nu.*48. Mantu.*n.*182.& alij, *C.de edict. Diu. Adr.Tollend.* Peregr. *de fideicom.art.*48. *nu.*33.& alij relati ab Anton.Gabr. *concl.*5 *num.*1.*verſ. contrarium de fideicom.*

11 Contrariam ſententiam probarunt Bald. *in d.l fin nu.* 42.& ibi Salicet.*col.*6.& Zuccard.*nu.*334.*C.de edict. Diu. Adr.Tollend.*Præt.*de inter.pr.vlt.vol.fol.*504.*n.*88.& alij relati ab Anton.Gabr. *de fideicom.concl.*5.*nu.*1.

12 Sed an ſufficiat poſſeſſio, habita ex clauſula conſtituti, vt quando fratres in diuiſionibus pactum apponunt, quod altero moriente ſine filijs alter ſuccedat, & ſumus in caſibus quod tale pactum valeret, de quo dictum fuit ſupra *qu.*528. nam tunc ſi in teſtamento adſit clauſula conſtituti,ſufficiet talis poſſeſſio, Odd. *conſil.* 139.*dubio ſeptimo.* Alexand.*conſ.*93.*nu.*6.*verſic.ſed ſubdit,lib.*2. Odd. *conſ.*22.*nu.*5.*vſque ad finem,* Menoch. *de adipiſc.poſſeſ.remed.*4.*n.*587.

13 Declaratur hic caſus vt non procedat, quando fideicommiſſarius ſtatim & incontinenti eſt paratus docere de iure ſuo, quia tunc erit legitimus contradictor, Bart. *in d.l.vlt. num.*22.& ibi Alber.*num.*15. Corn.*nu.* 43. Dec.*num.*48. qui teſtatur de communi opinione, & Mantu.*lect.*1.*nu.*182.*C.de edict. D.u. Adr.Tollend.* Dec. *in cap.conſtituturis,col.vlt.extr.de appell.* Socin.iun.*cõſ.*75. *nu.*18.*lib.*1. Bero.*conſ.*89.*in fine,lib.*2. Crauet. *conſ.*69.*ad finem,* Roland.a Valle *conſ.*1.*nu.*71 *lib.*1.& *conſ.*67.*n.*3. *lib* 3. Honded.*conſ.*28.*nu.*9.*lib.*2. Menoch.*conſ.*722.*n.*8. & *de adipiſc.poſſ.remed.*4.*num.*634.vbi teſtatur de communi opinione, Pract.Papien. *in form.libel. quo petit hæred.ex teſtam.in verbo iuſtè in fine,* Anton.Gabr.*de fideicom.concl.*5.*num.*1. Ioſeph.Ludou. *deciſ.Peruſ.*47.*nu.*12. Rota Romana *in nouiſſ.deciſ.*93 *deciſ.*103.*dec.*520.*par.*1. vbi agitur quando dicatur incontinenti poſſe probari, & *deciſ.*475.*nu.*1 *part.*4.Surd.*deciſ.*333.vbi in fine dicit ita iudicatum, licet non eſſent liquidæ detractiones, rurſus Rota in collect. per Farinac. *deciſ.*115.*n.*3.*par.*1.

14 Intelligo primò, hanc declarationem procedere, dummodo fideicommiſſarius ſine vitio poſſideat:aliud enim eſſet ſi cum vitio poſſideret,quia non eſſet legitimus contradictor, licet incontinenti vellet docere de iure ſuo,Corn.*in d.l.vlt.nu.*43. & ibi Dec.*n.*48. & Zuccard *n* 423.*C.de edict. Diui Adr.Tollẽd.* Gozad.*conſ.*35. *n.*10.Dec.*conſ.*82.*n.*7.& *conſ.*424.*n.*10 Alciat.*reſp* 35.*n.* 4.Bellon.*conſ.*10.*n.*14. Honded.*conſ.*28.*n.*1.*lib* 2. Pereg. *conſ.*24.*nu.*8.*lib.*4. Menoch. *conſ.*722.*nu.*8.& *de adipiſc.poſſ.remed.*4.*num.*635. Tiraquel.*tract.le mort ſaiſit le vif. par.*2.*decl.*11.*num.*4.Ant.Gabr.*de fideicom.concl.*5.Præt. *de interpr.vltim.volunt.fol.*504 *num* 94. Rota Romana *in nouiſs.deciſ.*93.*deciſ.*103. vbi idẽ tenet in qualibet vitioſa ſpoliatione etiam non ſpoliatiua *deciſ.*520.*num.*1. & 11 *deciſ.*565.*par.*1.& *deciſ.*485.*par.*4.Surd *deciſ.*333. rurſus Rota in collect.per Farinac.*deciſ.*115.*nu.*3.*part.*1. vbi requirit copulatiuè quod fideicommiſſarius poſſideat & quod ſine vitio poſſideat,& quod incontinenti ſit paratus docere de iure ſuo.

Poſſeſſio autem quando dicatur eſſe ſine vitio tradunt poſt alios Menoch. & Anton. Gabr. *locis citatis,* Rota Romana *deciſ.*520.*nu.*12.& *ſeqq.deciſ.*565 *part.*1. & *deciſ.*475.*part.*4.*in non ſſ.* Honded. *conſil.* 28.*lib.*2. Surd.*deciſ.*333. Peregr.*conſ.*24.*num.*4. & *ſeqq.lib.*4. Rota in collect.per Farinac. *deciſ.*115.*nu.*3.*part....* dicit vitioſam eſſe poſſeſſionem, quam fideicommiſſarius non habuit ab hærede. 15

Intelligo ſecundò, vt non procedat quando hæres peteret ſibi fieri reſtitutionem, ad hoc vt poſſet detrahere Trebellianicam, & alia de iure detrahenda, quia tunc reſtitutio erit facienda hæredi, non obſtante quod fideicommiſſarius vellet in continenti docere de iure ſuo Bald. *in d l finali,* & ibi Paul.Caſtr.*nu.*13. Alexand, *nu.*14 Imol.*n.*70. Lap. *nu.*106. Zuccard. *num.*426. *C.de edict Diui Adr.Tollend.* Alex. *in l.filiam fratribus ff.ad Trebell.* Socin ſen. *in l.hæredes mei,§.cum ita col.*4 *ff.eod.* Paul.Caſtr.*conſ.*387.*col.*1.*lib.*1. Alexand.*cõſ.*163.*in hac, lib.*6 Corn.*conſ.*37.*n.*20.*lib.*3. Ruin.*cõſ.*67.*n* 12.*lib* 2.& *conſ.*140.*n.*6.*lib.*5. Pariſ.*cõſ.*53.*n.*113.*lib.*3.Bero.*conſ.*56. *col.*2.*lib.*2. Natta *conſ.*305.*in fine.* Roland.a Valle *conſil.* 78.*n.*21.*lib.*3.Hieron.Gabr.*conſ.*39.*nu.*3.*lib.*2 Honded. *conſ.*28.*num* 4.*lib.*2. Menoch. *conſil.*722.*nu.*4.*conſ.*742. *n.*2.& *ſeqq.* & *de adipiſc.poſſeſſ.remed.* 4 *nu.*638. Anton. Gabr. *de fideicom. concl.*5.*in fine,* Intrigl. *de ſubſtit.cent.*3.*q.*74.*n.*104 Boer.*deciſ.*156.*col.*1.& 2. Ioſeph.Ludou. *deciſ.Peruſ.*47.*n.*17.Surd.*dec.*333.vbi loquitur & ſi poſſeſſio ſit ſine vitio, Rota Romana *deciſ.*83 & *deciſ.*565. *n.*3.*p.*1. & in collect.per Farinac. *deciſ.*115.*nu.*11.& *ſeq. par.*1. & vide totam deciſ. vbi plura ad rem. 16

Ampliatur & ſi fideicommiſſarius ſit adeptus poſſeſſionem authoritate iudicis ſed parte non citata, quia reſtituere debebit, ad hoc vt hæres faciat detractiones, Honded.*d.conſil.*28.*num.*7.*lib* 2. vbi citat Ludou. *deciſ. Peruſ.*47.*num.*22. idem tenent Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.*520.*n.*16.& *ſeqq. par.*1. & Surd. *d. deciſ.*333. 17

Ampliatur alıter ex his quæ latè dixit Rota in collect. per Farinac *deciſione* 115.*par.*1.

Fallit primò, quando fideicommiſſarius poſſidet ex voluntate hæredis, qui prætendit Trebellianicam, nam tunc quia Trebellianica cenſetur remiſſa, ſubſtitutio non erit facienda,Dec *d.l.fin.n.*48.& ibi Zuccard. *num.* 428 *C.de edict. Diu. Adr.Tollend.* Paul.Caſtr. *conſil.*137. *primum teſtamentum dubio primo,lib.*1. Menoch.*in adipiſc.poſſeſſ.remed.*4. *nu.*640. 18

Fallit ſecundò, quando Trebellianica, vel alia detractiones eſſent certæ, quia tunc hæres non debet admitti ad poſſeſſionem omnium bonorum, ſed tantum pro quantitate detractionum, Zuccard. *in l.fin.n.*428.*C. de edict. Diu. Adr.Tollend.* Corn. *conſ.*232.*n.*4.*l.*4 Ruin. *conſ.*140.*n* 7.*lib.*5.Pariſ.*conſ.*13.*n.*113.& *ſeqq.lib.*3.Hõded *conſ.*28.*nu* 38.*lib.*2. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatũ, Menoch. *de adipiſc.poſſeſ.remed.*4.*num.*641. 19

Fallit tertiò,quando clarè patet nullas competere detractiones, quia tunc fideicommiſſarius erit in poſſeſ- 20

ſione

ſione manutenendus, Menoch. *conſi.*722.*nu.*6. *& conſ.* 742.*n.*6.*&* 7.

22 Fallit quartò, quando fideicommiſſario eſset data licentia à teſtatore ingrediendi propria authoritate in poſseſſionem bonorum, Menoch. qui alios allegat *conſ.* 742.*n.*6. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.*47.*nu.*19.& alij citati *ſupra nu.* 5. Rota Romana ſenſit in collect. per Farinac. *deciſ.*115 *n.*17.*par.*1.

23 Contrariam ſententiam probarunt Hier. Gabr. *conſ.* 39.*n.*3.*lib.*2. Zuccard. *in d.l.vlt.nu.*382. *C.de edict. Adr. tollend.* hi enim volunt, nec tunc fideicommiſsarium eſſe legitimum contradictorem.

Hæc tamen fallentia, ſi magis placeret, dummodò fideicommiſsarius incontinenti poſſit dicere de iure ſuo, nec vllæ competant detractiones, Rota *d. deciſ.*115. *in fine*, vbi allegat Zuccard. *vbi ſupra nu.*428.*verſic. ſi verò*, & Surd. *deciſ.*333.*n.*8.*in fine.*

24 Fallit quintò, quando fideicommiſsarius fuit à teſtatore conſtitutus executor, nam tunc poterit excludere hæredem etiam petentem mitti in poſseſſionem, vt fiant detractiones, Menoch. qui alios allegat *d.conſ.*742. *n.*5.*& ſeq.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.*47.*n.*19.

25 Fallit ſextò, in terris Eccleſiæ in quibus ſeruatur æquitas, & ideo ad euitandos circuitus, fideicommiſsarius qui poſſidet, non eſt condemnandus reſtituere poſſeſſionem hæredi, ſed totum negotium erit ditimendum, Pariſ. *conſ.*12.*n.*115.*lib.*2.*& conſ.*53.*in fine,lib.*3. refert & ſequitur Menoch. *conſ.*742.*in fine.*

26 Sed an ſufficiat oblatio de reſtituendo quicquid fuerit iudicatum pro detractionibus, & fideiuſsoris præſtatio, videndus erit Surd. *deciſ.*333. vbi refert Corn. *in conſ.*232.*colum.penult lib.*4. Hieron. Gabr. *conſi.*45.*num.* 27.*lib.*2. tenentes hoc ſufficere ad Surd. *loco citato,nu.*19. *verſic. oblatio*, diſsentit, & alios refert pro ſua opinione, ſentit tamen primam opinionem quando fideicommiſsarius habet pro ſe ſententiam, & poteſt excludi ſola remiſſione, nam tunc præſtita fideiuſſione erit legitimus contradictor.

27 Sciendum autem eſt quod vbicunque poteſt eſſe aliqua difficultas, an petens fideicommiſsum ſit de vocatis, quod impedienda non erit miſſio hæredis in poſseſſionem *ex d.l.fi.C.de edict.Diu.Adr.tollend.* ita poſt Dec. Socin. iun. Roland. à Valle & Rimin. iun. ſcribit Peregr. *conſ.*24.*n.*9.*lib.*4.

QVÆSTIO DCXIV.

Fideicommiſſarius actor quæ probare debeat vt obtineat?

1 FIDEICOMMISSARIVS, qui agit ad fideicommiſsum, vt obtineat plura probare debet, inter alia primò probare debet diei & conditionis implementum, *l.qui hæredi,§.Plautius,ff. de condit. & demonſtr. l.ſi quidem,C.de except. l.hoc iure,& l.ita ſtipulatus*, & ibi Socin. ſen. *ff.de condit. & demonſtr.* Dec. *conſ.* 177. *col.*1. *& conſ.*405.*col.*2. *conſ.*585. *nu.*1. *& conſ.*619. *num.*2. Socin. iun. *conſ.*122.*num.*17.*lib.*2. Ceph. *conſ.*361. *num.*26. Menoch. *conſ.*262.*nu.*1.*lib.* 3. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol.*547.*num.*192.*& ſeqq.* Pereg. *de fideicommiſ. art.*43.*num.*10.*& ſeqq.*

2 Quid de conditione, ſi ſine liberis deceſseri t grauatus, an actor teneatur probare grauatum ſine liberis deceſſiſse, an verò hæres grauati teneatur docere extare liberos? dixi *q.*436.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad fideicommiſſum tenetur probare ſe eſſe comprehenſum in ſubſtitutione.*
2 *Subſtitutus tenetur probare ſe eſſe comprehenſum in ſubſtitutione, & n.*1.
3 *Subſtitutio non prodeſt perſonæ de qua teſtator non diſpoſuit licet de ea cogitauerit.*
4 *Coniecturis probatur quem eſſe comprehenſum in ſubſtitutione.*
5 *Probatio dubia non prodeſt dicenti ſe eſſe comprehenſum in ſubſtitutione.*
6 *Subſtitutus vt admittatur probare debet ſe eſſe talem, qualem ſe facit.*

QVÆSTIO DCXV.

Qui ſe comprehenſum eſſe in ſubſtitutione dicit, probare an debeat?

CONCLVSIO eſt receptiſſima, quod dicens ſe eſse comprehenſum in ſubſtitutione, probare hoc debeat, ita poſt alios ſcripſerunt Socin. ſen. *conſil.*62.*num.*6.*lib.*3.*& conſil.*7.*num.*2.*lib.*4. Dec. *conſil.* 63. Pariſ. *conſil.*4.*num.*24.*lib.*3. Socin. iun. *conſi.*102.*num.* 23.*lib.*1. Alciat. *conſil.*159. Rimin. ſen. *conſ.*213.*num.*56. *& ſeq.* Crauet. *conſ.*161. Roland. à Valle *conſ.*56.*num.*4. *conſ.*58.*num.*73.*libro tertio,& conſ.*18.*num.*6.*& ſeq.lib.* 4. Cephal. *conſ.*113.*num.*5.*lib.*1. Pancir. *conſ.*94.*num.*27. Decian. *reſp.*12. *num.*1. *libro* 1. *& reſp.* 55. *num.*9. *lib.*3. Burſat. *conſ.*1.*nu.*12.*& conſ.*51. *nu.*33.*lib.*1. Eugen. *conſ.* 99.*n.*5. Menoch. *conſ.*85.*n.*59.*& n.*50.*& conſ.*117.*n.*8. Peregr. *conſ.*36.*n.*2.*& ſeq.lib.*1. *conſ.*57.*n.*10. *& conſ.*149.*n.* 11.*lib.*5.*& in tract. de fideicom. art.*11.*n.*37. Honded. *conſ.* 60.*n.*12. *conſ.*78.*n.*8. *& ſeqq.lib.*1. *& conſ.*51.*nu.*88.*lib.*2. Marz. *in epit. de fideic. q.*1. Ioſeph. Ludou. *concl.*14.*illat.*76. vbi alios addit, & loquitur tam de directa, quàm de fideicommiſſaria ſubſtitutione, & dicit eſſe communem opinionem, Maſcard. *de probat. concl.*1342. vbi latè Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3. *q.*75.*nu.*58. Magon. *deciſ. Lucen.*82. *num.*11.*& ſeqq.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.*26.*num.*63. Caualc. *deciſ.*17.*n.*52.*par.*3. 1

Ampliatur procedere tam in vulgari quam pupillari reciproca, & fideicommiſsaria, Ioſeph. Ludou. *d.concl.* 14.*illat.*76. Maſcard. *de concl.*1242.*n.*11. Honded. etiam loquitur de directa, *d.conſil.*1.*nu.*58.*lib.*2. 2

Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator cogitauit de ea perſona, quia niſi de ea diſpoſuerit, non admittitur, ita poſt multos alios ſcribit Maſcard. *d.concl.* 1342. 3

Declaratur tamen hæc concluſio, vt ſi quis velit coniecturis probare ſe eſſe comprehenſum, teneatur plenè & legitimè eas probare, Port. Imol. *conſil.*43.*num.*13. *& ſeqq.* Burſat. *conſi.*1.*nu.*12. *& conſi.*64.*nu.*1.*& ſeq. lib.*1. Peregr. *conſi.*138.*n.*8.*& conſi.*149.*n.*11.*lib.*5.*& in tract. de fideicom. art.*12.*nu.*38.*& ſeqq.* Maſcard. *d.concl.*1342.*in fine*, vbi teſtatur de communi opinione. 4

Et ſi probatio eſſet dubia, fit interpretatio ad excluſionem ſubſtitutionis, Hieron. Grat. *conſi.*68.*num.*8 *lib.*1. Natta *conſil.*200.*num.*8.*lib.*1. Rimin. iun. *conſi.*50.*nu.*55. *lib.*1. Ceph. *conſil.*430.*num.*17.*& ſeqq.& conſi.*447.*num.* 13.*& ſeqq.* quos refert, & ſequitur Honded. *conſil.*78.*n.*8. *& ſeqq.lib.*1.*& conſi.*51.*num.*59.*lib.*2. Menoc. *conſi.*522. *num.*3. Peregr. *conſil.*149.*nu.*11.*lib.*5. vbi dicit probationem debere eſſe neceſſariam, *& conſil.*67.*num.*10.*eod.* dicit probationem debere eſse certam in iure, & in facto, & dixi ſupra *q.*276.*& q.*277. 5

Præterea actor tenetur probare ſe eſse talem, qualem ſe facit, plenè Menoch. *conſ.*732.*num.*7.*& ſeqq.* [Peregr. 6

etiam

etiam ita tenet *in tract. de fideicom. art. 43. n. 60. & ſeqq.*]

7 Et ſufficit probare, quod ſit certo gradu coniunctus, quia præſumitur proximior, & qui vult dicere contrarium, tenetur probare, Cuman. *in l. is poteſt*, & ibi Alex. *ff. de acqu. hæred.* Dec *conſ.* 321 *col. vlt.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 28. n. 9.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. 11. *Gloſſ.* 1. *n. 9.* Surd. *conſ.* 241. *n.* 26. & *deciſ.* 106. *n.* 8. Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſ.* 693. *nu.* 2. Seraph. *deciſ. Roman.* 1219. *n.* 1. [Et idem ſcribunt Peregr. *de fideicom. art.* 43. *n.* 60. & *ſeqq.* vbi declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 869. *nu.* 11.]

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis teſtatoris probare debet fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum, decl. per totam quæſt.*

2 *Dominium teſtatoris tempore eius mortis probandum eſt ab agente ad fideicommiſſum, contra alij quod ſufficiat probare poſſeſſionem, nu. 3. diſtinguitur nu. 4. & decl. nu. ſeqq. per totam quæſt.*

6 *Poſſeſſio teſtatoris, quæ eſt probanda ab agente ad fideicommiſſum, ſufficit ſi probetur teſtator rem poſſediſſe, licet non probetur de poſſeſſione tempore eius mortis.*

7 *Poſſeſſio teſtatoris & eius filiorum ſi ſit probata, ſatis dicitur probatum de poſſeſſione teſtatoris tempore eius mortis.*

9 *Dominium teſtatoris eſt probandum ab eo, qui agit ad fideicommiſſum particulare, contra n. 10.*

11 *Bona poſſeſſa à grauato, qui non fecit inuentarium, præſumitur fuiſſe teſtatoris.*

12 *Bona poſſeſſa à filio grauato præſumitur fuiſſe patris fideicommittentis, contra nu. 13.*

19 *Dominium teſtatoris quomodo probetur à fideicommiſſario agente ad fideicommiſſum.*

20 *Identitas bonorum eſt probanda ab eo, qui agit ad fideicommiſſum.*

QVAESTIO DCXIIII.

Bona fuiſſe in bonis teſtatoris an fideicommiſſarius teneatur probare, & vtrum dominium, & poſſeſſio probari debeant?

1 INTER alias probationes, quas facere tenetur qui agit ad fideicommiſſum, tenetur etiam probare bona fuiſſe in bonis teſtatoris, qui fideicommiſſum reliquit, vt vno ore ſcribunt omnes Bald. *conſ.* 84. *res prohibita circa finem conſ.* 89. *Dominus Thomas libro* 1. & *conſ.* 4. Paul. Caſtr. *conſ.* 94. *clarum eſt in iure dubio vltimo* & *conſ.* 102. *videndum eſt primo, col. 2. ante medium, libr. 2.* Aret. *conſ.* 110. *col. penult. verſic. ſed dato quod probaretur,* Alexand. *conſ.* 82. *n.* 14. *lib.* 1. & *conſ.* 139. *n.* 8. *lib.* 6. Natta *conſ.* 400. *ad finem.* Crauet. *conſ.* 61. *n.* 6. & *conſ.* 315. *nu.* 5. Roland. à Valle *conſ.* 28. *lib.* 1. *conſ.* 81. *nu.* 15. *lib.* 2. & *conſ.* 40. *nu.* 10. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 386. *nu.* 35. Burſat. *conſ.* 48. *n.* 2. *lib.* Rimin. iun. *conſ.* 22. *n.* 44. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 76. *n.* 1. *lib.* 1. & *conſ.* 55. *nu.* 52. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 207. *dubio primo, lib.* 3. & *conſ.* 1111. *n.* 16. *lib.* 12. Peregr. *conſ.* 48. *lib.* 1. & *in tract. de fideic. art.* 44. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 6. *nu.* 5. Maſcard. *de probat. concl.* 777. Alexander Raud. *deciſ. Piſan.* 22. *n.* 1. Magon. *dec. Florent.* 10. *n. ſexto,* & *dec.* 37. *nu.* 1.

Difficultas eſt, an fideicommiſſarius teneatur probare dominium teſtatoris, an vero ſufficiat ſolam illius poſſeſſionem probare? In quo articulo tres ſunt opiniones.

Prima eſt opinio, quod dominium ſit probandum, 2
& hanc tenuerunt Bald. *in conſil.* 3 *lib.* 4. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 94. *clarum eſt in iure dubio vltimo, lib.* 2. Crauet. *conſi.* 61. *nu.* 6. Decian. *conſil.* 3. *n.* 51. *lib.* 2.

Secunda eſt opinio, quod ſatis ſit probare poſſeſſionẽ 3
teſtatoris, quia præſumitur dominium ex ipſa poſſeſſione, & hanc probarũt Bald. *in conſi.* 352 *in fine lib.* 1. Guid. Pap. *dec.* 442.

Tertia eſt opinio, quæ duas præcedentes conciliat 4
diſtinguendo tres caſus. Primus eſt, quando agitur contra hæredem grauatum fideicommiſſo, vel hæredem hæredis, & tunc ſufficiat probare, rem fuiſſe in hæreditate repertam, & ſic à teſtatore poſſeſſam. Secundus caſus eſt, quando agitur contra extraneum poſſidentem rem hæreditariam pro hærede, vel pro poſſeſſore, & tunc pariter ſufficiat probare rem fuiſſe in hæreditate repertam, & à defuncto poſſeſſam. Tertius caſus eſt, quando agitur contra extraneum poſſidentem cum titulo, & tunc probandum ſit dominium teſtatoris. Hanc diſtinctionem probarunt Natt. *conſ.* 400. Crauet. *conſ.* 319. *dubio* 3. Bertraz. *conſil.* 96. *nu.* 25. Rimin. iun. *cõſ.* 23. *nu.* 43. *conſil* 64. *nu.* 14. & *conſ* 616. *nu.* 43. Alba *conſil.* 6. Ceph. *conſ.* 386. Burſat. *conſ.* 268. *n.* 2. & *ſeqq. lib.* 3. Surd. *conſil.* 73. *nu.* 23. *libro* 1. Menoch *conſil.* 207. *nu.* 31. & *ſeq. conſi.* 704. *nu.* 1. & *ſeqq. conſi.* 732. *nu.* 28. & *ſeq conſi.* 740. *nu.* 13. *conſi.* 782 *num.* 6. & *ſeq. conſi.* 1111. *nu.* . & *conſil.* 1119. *nu.* 22 & *ſeq.* Marzat. *in Epit. de fideicom. quæſt.* 60. Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 7. *titul.* 6. *nu.* 5. Maſcard. *de probat. concl.* 777. *nu.* 5. Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 6. *in fine,* dicit, dominium teſtatoris eſſe probandum, quando cauſa agitur contra tertium poſſeſſorem, & *nu.* 14. dicit ſufficere, quod probetur rem fuiſſe in bonis teſtatoris, dummodo non agatur rei vẽdicatione, & ſic non requiri prohibitionem dominij, & *nu.* 26. clarius ponit dictam diſtinctionem, Petr. latiſſimè *de fideicomm. quæſtion.* 12. *nu.* 22. *vſque ad numer.* 24. vbi plures diſſentientes adducit, Præt. *de interpretat. vltim. volũt. fol.* 352. *n.* 299. & *ſeqq.* Fachin. *lib.* 5. *controu. iur. cap.* 19. *in fine.* Ioſeph. Ludou. *concl.* 14. *illat.* 32. & *deciſ. Luc* 64. *n.* 32. Magon. *deciſ. Florent.* 10. & *deciſ.* 37 *nu.* 2. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 2. *nu.* 10. Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſ.* 131. *part.* 1. admittit ſolam probationem poſſeſſionis ex remedio *l. fin. Cod. de ed. D. Adr. tollend.*

Declaratur tamen primò hæc materia, vt non procedat, quando poſſeſſor ſiue ſit hæres ſiue extraneus, 5
confiteretur bona libellata fuiſſe in bonis teſtatoris, nam tunc non eſſet neceſſaria probatio de dominio, nec de poſſeſſione, Rimin. iun. *conſ.* 23. *numero* 4. *verſic. niſi tertius, lib.* 1. Maſcardus *de probat. concluſione* 777. *in fine.* Ioſeph. Ludou. *dict. concluſ.* 14. *illat.* 92. *verſ. iſta tamen.*

Declaratur ſecundò, vt ſi ſufficiat probatio poſſeſ- 6
ſionis, non ſit neceſſe probare de poſſeſſione teſtatoris tempore eius mortis, ſed ſufficiat probare teſtatorem poſſediſſe, quia præſumitur continuata poſſeſſio vſque ad mortem, Aret. *conſi.* 104. *colum.* 4. *verſic. venio ad tertium.* Natta *conſi.* 400. *nu.* 6. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 12. *num.* 7. & *multis ſeqq.* vbi refert diſſentientes, Maſcard. *de probat. concl.* 778. *num.* 33. vbi alios adducit, Peregr. *de fideicomm. artic.* 44. *numer.* 26. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 2. *num.* 13.

Maximè ſi probaretur teſtatorem poſſediſſe, & eius 7
filios, quia probatis extremis, probata erunt & media, & ſic teſtatorem tempore eius mortis poſſediſſe, Soc. ſen. *conſi.* 89. *n.* 18. *lib.* 1. Natta *conſi.* 135. *nu.* 18. & *ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 778. *nu.* 36.

Contrariam opinionem, etiam quando probatum 8
eſt deſcendentes poſſediſſe, quia ex præſenti poſſeſſione

ne non præſumitur in præteritum, tenent Menoch. *conſi.395.nu.30.* quem refert Surd. *conſ.505.in fine, lib.4.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, & idem tenuit *in conſ.151. num.58.*

9 Declaratur tertiò, vt ſi agatur de fideicommiſſo particulari, neceſſe ſit probare de dominio teſtatoris, ſecundum Angel. *conſ.229.num.2.* Paul.Caſtr. *d.conſ.94.in fine lib.2.* Alexand. *conſ.98.nu.6.conſi.137.col.pen.lib.2.& cõſ.171.n.6.lib.6.* Roland. à Valle *conſ.81.nu.15.lib.2.* Pancir. *conſil.126.n.11.*

10 Contrariam ſententiam, ſi fideicommiſsarius intentet hypothecariam legalem, vt ſufficiat probare poſseſſionem teſtatoris, tenuit Peregr. *d.art.44.n.27.*

11 Declaratur quartò non procedere, quando hæres non confecit inuentarium, nam tunc omnia bona præſumuntur fuiſſe teſtatoris, Menoch. *conſil.207.n.17.vſque ad n.23.* & videnda erunt dicta infra *q.618.n.2.& 3.*

12 Declaratur quintò, vt locum habeat, quando agitur contra hæredem extraneum, ſecus ſi agatur contra filium teſtatoris hæredem grauatum, nam tunc præſumptio eſt, quod omnia bona ab eo poſſeſſa fuerint patris fideicommittentis, Alciat. *conſil.778.* Burſat. *conſ.268.nu.6.* Berter. *conſ.39.col.7.& ſeq* Menoch. latè *conſ.207.primo dubio maximè n.33.in fine.* Petr. *de fideicom.q.12.num.1368.* qui tamen loquitur in caſu, quando paruum tempus interceſſit, Magon. *deciſ.Florent.27.n.19* de veritate tamen huius opinionis videnda erunt dicta infra *qu.618.nu.12.& 13.*

13 Cõtrariam opinionem probauit Chriſtoph. Tomiol. *conſ.20.n.106.ad mediũ,* & latiſſimè cõprobat Surd. *conſil.505.lib.4.* vbi alios adducit & plenè *deciſ.339.part.2.* & teſtatur ita ſæpius à Senatu Mantuano fuiſſe iudicatum, & alios adduxi *d.q.618.n.13.*

Declaratur ſextò non procedere, quando extraneus poſſeſſor haberet cauſam ab hærede grauato, quia non poſſet reſuſcitare quæſtionem dominij, & ſufficeret probare de poſſeſſione teſtatoris, Peregr. poſt multos relatos *d.art.44.nu.6.& 16.* vbi etiam ſubdeclarat, vt apud eum Menoch. *conſi.704.n.2.& conſ.282.in fine.*

14 Declaratur ſeptimo, vt ſi actor propoſuit rei vendicationem, teneatur probare dominium, Menoch. *conſ.704. num.4.*

15 Declaratur octauò non procedere, quando propoſita fuit hypothecaria, quia dominium vel quaſi probandũ eſt, Menoch. *conſ.704.n.4.*

16 Declaratur nonò, quando propoſita eſt Publiciana, quia tunc non ſufficit probare poſſeſſionem, ſed quaſi dominium probandum eſt, Alex. Corn. & Nat. relati à Menoch. *d.conſil.704.num.5.* vbi dicit eſſe receptiorem opinionem.

17 Contrariam ſententiam tenuerunt Ruin. *conſi.54.nu.6.in fine lib.4.* Marzar. *in epit.de fideicomm.q.60.verſ. & ſi ageret publiciana.*

18 Declaratur decimò, quando fideicommiſſarius petit immiſſionem *ex l.vltim.C.de edict. Diui Adr.tollend.* nã ſufficit probare poſſeſſionem abſque alia probatione dominij, vel quaſi, Bald. *conſ.352 nu.4.lib.1.* Guid.Pap. *deciſ.442.* Crauet. *conſi.61.nu.6.in fine, & conſi.30.num.5. poſt medium,* Marzar. *in Epit.de fideic.q.60.* Hier. Gabr. *conſ 44.n.30.lib.2.* Peregr. *de fideic.art.44.n.3.& 26.* Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſ.131.part.1.*

19 Dominium autem, vel quaſi ſi eſset probandum, quomodo probetur, latè ſcribunt Petr. *de fideicomm.q.13.* & Menoch. *conſ.780.n.6. & ſeqq. & conſi.1119.nu.15. & ſeq. multis.*

20 Identitas etiam bonorum erit probanda, vt latè declarando materiam ſcribunt Præt. *de interpret. vltim. volunt.fol.553.n.319.& multis ſeqq.* Mascard. *de probat. concl.778.num.39.vſque ad finem.* Petr. *de fideicom.q.12. nu.1369.vſque ad finem.* Decian. *conſil.3.num.52.lib.2.& conſil.55.nu.32.& ſeq.lib.4.* Menoch. *conſ.704.nu.7. & ſeqq. & conſi.740.nu.10. & ſeqq.* Cæſ.Barz. *deciſ.Bonon. 2. num.28.*

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis ſi non ſit probatum, an Iudex poſſit in ſententia declarare caſum fideicommiſſi eueniſſe, reſeruato iure, quæ ſint bona fideicommiſſo ſubiecta? remiſſiuè.*

2 *Detractiones ſi non ſint liquidatæ, Iudex poteſt declarare bona fideicommiſſi eſſe reſtituenda detractis detrahendis, in executione liquidandis.*

QVÆSTIO DCXVII.

Bona in bonis teſtatoris fuiſſe, ſi non ſit probatum an ſententia ſuper fideicommiſſo ferri poſſit reſeruato iure probandi, quæ bona ſint fideicommiſſo ſubiecta?

QVAERO, ſi non ſit probatum bona fuiſſe in bonis teſtatoris, an Iudex ſua ſententia poſſit declarare caſum fideicommiſſi euenisſe reſeruato iure probandi, quæ ſint bona fideicommiſso ſubiecta? De hoc articulo videndi erunt Barbat. *conſ.3. col.5.& 7.lib.4.* Curt.iun. *conſi.179.nu.6 verſ.accedit,* Ruin. *conſ.12.nu.35 & 39.lib.3.& conſ.38.lib.5.* Præt. *de interpret.vlt.volunt.fol.555. n.348.& ſequentibus,* Guid.Pap. *deciſ.77.Franc Marcb.deciſ.410.part.1.* 1

Brixiæ tamen vidi iudicari plures caſum fideicommiſſi euenisſe, & reſeruare probationem, quod bona fuerint in bonis, & præcipuè in grauiſſima cauſa, quæ nunc tractatur inter Illuſtriſſimum Dominum Com. Bartholomæum Martinengum reum, & Mag. D. Vgonios actores, ita fuit iudicatum per Excellentiſs. D. Vicarium, & ita paſſim ſeruatur coram Illuſtriſ. Magiſtratibus ſuperioribus.

Sed ſi ageretur de detractionibus non liquidandis, Iudex poſset in ſententia declarare reſtituendum eſse fideicommiſsum detractis detrahendis, in executione liquidandis, Marzar. *in Epit.de fideicom.par.3.q.71.* 2

Exequi autem an poſſit talis ſententia reſeruatoria? videatur Marzar. vbi ſupra q.72. 3

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis teſtatoris, quomodo probetur per totam q.*

2 *Inuentarium factum à grauato de bonis teſtatoris probat bona in eo deſcripta fuiſſe illius.*

2 *Iuramentum in litem non datur contra hæredem grauatum qui non fecit inuentarium, contra n.3.*

4 *Inſtrumenta acquiſitionum defuncti probant bona in eo deſcripta fuiſſe illius.*

5 *Locationes factæ à teſtatore probant bona locata illius fuiſſe, contra nu.6. declara n.ſeqq.*

9 *Liber rationum introituum teſtatoris probat bona in eo deſcripta fuiſſe illius, & n.ſeq.*

11 *Inſtrumenta diuiſionum inter cohæredes teſtatoris tanquam de bonis hæreditarijs probant bona diuiſa fuiſſe teſtatoris.*

12 *Diuiſio facta inter filios fideicommittentis probat bona diuiſa fuiſſe teſtatoris, contra num.13. limita nu.ſeqq.*

16 *Si in diuiſionis inſtrumento aliqua bona ſunt enunciata libe-*

igitized by Google

libera, reliqua præſumuntur fideicommiſſo ſubiecta.
17 *Diuiſionis inſtrumentum inter teſtatorem, & aliũ probat bona illi obuenta fuiſſe ſua.*
18 *Aeſtimum teſtatoris probat bona in eo deſcripta fuiſſe illius, & num. ſeq.*
19 *Teſtes probant bona fuiſſe in bonis teſtatoris, amplia num. 20.*
21 *Fama probatur bona fuiſſe in bonis teſtatoris, contra nu. 22. declara n. ſeq.*
25 *Tempus antiquum quale dicatur.*
26 *Inſtrumenta inter alios confecta in quibus pro confine datur fundus teſtatoris, probant bona fuiſſe in illius bonis, contra nu. 27. declara n. 28.*
29 *Literæ poſſeſſoriæ hæredis in quibus bona hæreditaria ſunt deſcripta probãt bona fuiſſe in bonis teſtatoris.*
30 *Aſſertio teſtatoris, vel deſcriptio bonorum facta in teſtamento probat bona fuiſſe teſtatoris, limita n. 31.*
32 *Acquiſita bona ab hærede præſumuntur acquiſita ex mercatura relicta à teſtatore.*
33 *Si hæres à communiter contingentibus non potuit tota bona acquirere, præſumuntur fuiſſe teſtatoris.*
34 *Confeſſio & recognitio patris, quod bona fuerint teſtatoris, probat bona illius fuiſſe, amplia & declara ibidem. & n. ſeqq.*
40 *Si grauatus in alienatione, vel alia diſpoſitione interuenit vt hæres fideicommittentis, præſumitur bona in illa diſpoſitione facta fuiſſe teſtatoris.*
41 *Deſcendentes teſtatoris poſſediſſe continuatis temporibus bona ſi appareat, præſumitur illa fuiſſe teſtatoris, contra num. 42.*
43 *Arma, & inſignia teſtatoris, probant bona illius fuiſſe.*
44 *Probatio facta in vno iudicio, quod bona eſſent teſtatoris probat & in alio.*
45 *Poſſediſſe teſtatorem in aliqua villa bona, ſi appareat præſumitur bona poſſeſſa ab hærede in illa villa fuiſſe teſtatoris contra nu. 4 . declara nu. ſeq.*
48 *Bona non fuiſſe in bonis teſtatoris ex quibus oſtẽdatur.*
49 *Confuſa bona fideicommiſſi cum bonis proprijs ſi ſint à poſſeſſore, quomodo fideicommiſſario ſuccurratur.*
50 *Probationes quæ contra grauatum ſufficiunt ad probãdum bona fuiſſe in bonis teſtatoris, & contra tertium poſſeſſorem ſufficiunt, declara ibid & n. ſeq.*
52 *Edere ſcripturas hæres grauati non tenetur fideicommiſſario ad fundandam intentionem ſuam, contra ibid. declara nu. ſeq.*
53 *Teſtes ad æternam rei memoriam ſuper probatione, quod bona fuerint in bonis teſtatoris, poteſt fideicõmiſſarius examinari facere.*

QVÆSTIO DCXVIII.

Bona fuiſſe in bonis teſtatoris, ex quibus dicatur probatum?

VIDEAMVS modò quomodo probetur bona fuiſſe in bonis teſtatoris fideicommittentis, ſiue agatur contra grauatos, vel eorum hæredes, ſiue contra tertios poſſeſſores? In hoc articulo diſtinguo tres caſus.

Primus caſus eſt, quando lis eſt cum grauatis, vel eorum hæredibus, & tunc huiuſmodi probatio ex pluribus fieri poterit.

1 Primò, inuentarium factum à grauato de bonis teſtatoris probabit, bona in eo deſcripta fuiſſe teſtatoris, Bald. *conſ.* 89. *D. Thomas n.* 3. *& conſ.* 352. *materia ad finẽ lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 45. *n.* 20. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 61. Decian. *cõſ.* 76. *n.* 8. *lib.* 3. Pereg. *conſ.* 48. *n.* 5. *lib.* 1. vbi loquitur de inuentario facto in teſtamẽto, *& in tract. de fideic. art.* 44. *n.* 2, *&* 3. Marzar. *in epit. de fideic. qu.* 54. Maſcard. *de probat. concl.* 778. *n.* 20. Præt. *de interpr. vlt. volunt fol.* 555. *n.* 357. Rota Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 407. *par.* 2.

Quod ſi hæres non fecit inuentarium, an contra eum, vel eius hæredes poterit iurari in litem? & non poſſe volunt Alexand *in l. in ratione, §. quod vulgò, n.* 14. *ff ad leg. Falcid. & in conſ* 82. *colum. vlt. libro* 2. *& conſil.* 41. *libro* 3. Alciat. *conſil.* 116. *num.* 7. *lib.* 5. vbi dicit leuiores probationes tunc ſufficere, refert & ſequitur Peregr. *de fideic. art.* 44. *num.* 25. & videnda erunt quæ dicta ſunt *qu.* 512. 2

Contra tamen, quod poſſit iurari in litem, niſi teſtator remiſerit confectionem inuentarij, tenent Plot. *in l. ſi quando, §.* 26. *n.* 2. *C. vnde vi.* Ruin. *conſil.* 29. *n.* 11. *lib.* 5. Marzar. *conſ.* 19. *& in epit. de fideic. quæſt.* 54. Maſcard. *de probat. concl.* 778. *num.* 27. Menoch. *conſil.* 207. *n.* 22. & alij relati *dicta quæſt.* 512. 3

Secundò, ex inſtrumentis acquiſitionum defuncti probaretur bona fuiſſe in bonis fideicommittentis, Bal. *conſil.* 89. *nu.* 3. 4. *lib.* 1. Peregr. *conſil.* 48. *n.* 6. *& ſeq. lib.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 44. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 778. *n.* 9. *vſque ad n.* 14. Petr. *de fideic. q.* 12. *n.* 31. *vſque ad nu.* 45. vbi loquitur etiam in facto recenti. 4

Euacuatur tamen hæc probatio ex traditis à Surd. latè *conſil.* 505. *lib.* 4.

Tertio, ex locationibus factis à teſtatore de illis bonis, probatur ea fuiſſe in eius bonis, Menoch. *conſ.* 704. *n.* 7. *& n.* 14. *& conſil.* 1111. *n.* 24. Præt. *de fideic. q.* 12. *n.* 29. Peregr. *de fideic. art.* 44. *n.* 4. Magon. *dec. Floren.* 37. *n.* 5. 5

Contrariam ſententiam probarunt Socin. ſen. *conſil.* 89. *nu.* 11. *lib.* 1. quem refert & ſequitur Maſcard. *de probat. concl.* 778. *n.* 28. *vbi nu.* 29. limitat hanc opinionem, quando conductor ſoluit penſionem, vel concurrunt alia adminicula. Verum Socin. loco ſtatim citato dicit ex locationis inſtrumento non probari dominium, quia rei vendicatio erat intentata, & ſic loquitur in terminis tertij caſus. 6

Sed an contra tertium poſſeſſorem ſufficiat probatio poſſeſſionis, quæ fit ex inſtrumentis locationum, & ſufficere etiam quod non ſimus in antiquis, tenuerunt multi relati à Menoch. *in tract. de retinend poſſeſſ. remed. tertio, n.* 572. Ruin. *conſil.* 14. *nu.* 5. *lib.* 4. Natta *conſ.* 683. *nu.* 90. vbi dicit communem, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1180. *n.* 6. *& concl.* 1181. *n.* 3. rurſus Menoch. *conſ.* 704. *nu.* 15. vbi loquitur in terminis probandi bona in bonis teſtatoris fideicommittentis. 7

Contrariam opinionem, niſi ſimus in antiquis, quod ſcilicet ex inſtrumentis locationum non probetur poſſeſſio contra tertium, probauit ipſe Menoch. *d. remed.* 3. *nu.* 573. *& num. ſeq.* vbi refert ita tenuiſſe Old. Socin. ſen. Albam, & Crauet. 8

Quarto, libri rationum introituum teſtatoris probabunt bona in illis deſcripta fuiſſe in bonis illius, Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 44. *nu. quarto, & deciſione* 2. *num.* 6. 9

Et in antiquis libros rationum probare voluit Natt. *conſil.* 235. *num.* 7. quem refert & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.* 778. *nu.* 8. 10

Quintò inſtrumentum diuiſionis inter hæredes teſtatoris fideicommittentis, tanquam de bonis hæreditarijs, probant bona illa fuiſſe fideicommittentis, Barbat. *conſil.* 14. *col.* 6. *lib.* 3. Socin. ſen. *conſil.* 46. *in princ. libr.* 3. Nat. *conſ.* 235. Rim. iun. *conſil* 23. *n.* 281. Dec. *conſ.* 76. *n.* 9 *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 1111. *nu.* 23. Marzar. *in epit. de fideic. q.* 58. Pereg. *de fideic. art.* 44. *n.* 5. Maſcard. *de probat. concl.* 778. *n.* 22. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 555. *num.* 357. Cæl. Barz. *deciſ. Bonon.* 2. *nu.* 15. 11

Ampliatur, & ſi ſimpliciter inter filios facta ſit diuiſio, nam præſumitur bona diuiſa fuiſſe teſtatoris, 12

Marz.

Marz.conſ.19.& in epit.de fideic.quaeſt.58.Maſcard.de probat.concl.778.num.23. Menoch. qui alios adducit conſil. 207.nu.12. Magon.deciſ.Florent.27.nu.19. Caeſ.Barz.deciſ.Bonon.2.n.15.& dixi quaeſt.praecedenti ab hac ſecunda, n.12.& hac quaeſt.infra nu.41.

13 Contrariam opinionem & melius probauit Peregr. de fideicom.art.44.nu.21. vbi dicit indubitanter hoc eſſe verum, niſi in contrarium extent coniecturae, quod bona eſſent paterna, & aliquas coniecturas ponit ipſe Peregr. & aliae colligi poſſunt è Menoch. d. conſil.207. numero 13. & ſeqq. & non praeſumi bona paterna voluit etiam Torniol. Cremenſis conſ. 20. nu.106. ad medium, Surd. latè deciſ.339.& conſ.505.per totum, vbi pulchrè, & conſil.568. nu.4. lib.4. & dicit Senatum Mantuanum ita ſaepius iudicaſſe.

14 Limitatur primò, quando ageretur contra eum, qui non eſſet haeres diuidentium, nam ei inſtrumentum diuiſionis non noceret, Surd.conſ.505.lib.4.in contrarium tamen faciunt dicta infra verſ. Vndecimo inſtrumenta, vbi in fortioribus.

15 Limitatur ſecundò, quando in inſtrumento diuiſionis eſsent bona fideicommittentis, & alterius, & incertum eſſet, quae bona fuerint fideicommittentis, & quae alterius, Surd.conſ.505.nu.6.lib.4.

Limitatur aliter, vt pulchrè & ſubtiliter per Surd.d. conſ.505.per totum lib.4.

16 Sextò, ſi haeredes teſtatoris fideicommittentis in diuiſionis inſtrumento enunciauerunt aliqua bona libera, alia praeſumentur fideicommiſſo ſubiecta, Dec. conſ.76. n.12.lib.3. Peregr.de fideic.art.44.nu.5.in fine.

17 Septimò, ex inſtrumento diuiſionis factae inter teſtatorem & alium, probatur bona in diuiſione obuenta teſtatori ad eum ſpectare, Ruin. conſ 40.num.3.lib.4. Dec. conſ.76.n.9.lib.3.Peregr.conſ.48.n.6.lib.1.Maſcard.de probat.concl.778.n.21.

18 Octauò, aeſtimum teſtatoris probat bona in eo deſcripta fuiſse in bonis illius, Roman. conſ.165. Alexand. conſ.92.n.5.lib.2.Corn.conſ.282.col.1. Soc.ſen. conſil.89. nu.12.lib.1.& conſ.205.col.3.& 4.lib.2.Alba conſ.6.nu.8. Peregr. de fideic.art.44.num.7. Praet. de interpret.vlt.vol. fol.551.n.359. & ſeqq. Magon. deciſ. Florent.10.nu.6.& ſeq.& deciſ.37.n.3.

19 Maximè quando bona non ſunt deſcripta ad aeſtimum alterius Paul.Caſtr.in l.ſi pater,C.de act.empt.Socin.ſen. d.conſi.89.n.12.lib.1.& conſ.205.lib.2. Roland.à Valle conſ.4.n.17.lib.2. Bertaz. conſ.52.nu.35. Peregr.de fideic.art.44.n.7.in fine,& deciſ.2.n.1.Maſcard.de probat. concl.778.n.30.& ſeqq.

20 Nonò, rem fuiſse in bonis teſtatoris probatur per teſtes, Petra de fideic.quaeſt.12.nu.45.cum multis ſeqq. vbi ad ſaturitatem introducit materiam teſtium, Praet. de interpret.vlt.vol.fol.553.nu.310. & nu.354. Peregr.de fideic.art.44.nu.13.& ſeqq. vbi declarat quo modo per teſtes probetur poſſeſſio.

21 Amplia vt etiam teſtes de auditu in antiquis probent, Aret.conſ.102.col.2. Cephal.conſ.98.n.35.& conſ.137. nu.14.Maſcar.de probat.concl.778.n.5. vbi intelligit verum, dummodò concurrant requiſita, ad hoc vt teſtis de auditu probet Peregr.de fideic.art.44.n.17.Praet.de interpret.vlt.vol fol.554.n.341.Magon. deciſ.Florent.27.n.18. Caeſ.Barz.deciſ.Bonon.2.n.39.

22 Decimò per famam probatur bona fuiſse in bonis teſtatoris, dummodò ſimus in antiquis, Angel. in l.atqui natura,§ cum me abſente,ff.de negot.geſt. Bald. conſ.84.res prohibita alienari,& conſi.89.lib.1. Roman. conſi.109.& conſ.424.col.2.Aret.conſ.37.in princ.& in col.vlt. vbi admittit hanc probationem etiam contra tertium poſſeſſorem conſ.15.col.2.verſ.vnum ego,& conſ.102.col.2.dubio primo, Imol. conſ.116.dubio primo, Alexandr. conſ.4. n.28.& ſeq.conſ.94.n.8.lib.2.conſ.1.ad finem li.4.conſ.89. col.2.conſ.116.col.vlt.lib.5.conſ.159 col. pen.lib.6.conſ.24. n.12.& conſ.161.nu.15.lib.7.Dec.conſ.428.per totum, vbi teſtatur de communi opinione. Calcan. conſ.11.col.5.Iaſ. conſi.128.col.2.lib.1.Socin.ſen.conſ.187.n.6.lib.2.Rimin. iun.conſ.23.n.288.& ſeqq.lib.1.Pereg.conſ.48.n.15.lib.1. & in tract.de fideic.art.44.n.17. vbi ſcribit hanc opinionem communiter recipi, Marz. in Epit.de fideicom.q.60. Petra de fideic.q.12.n.30 Maſcard.de probat.concluſ.778. nu.3.Ioſeph.Ludou.concl.14.illat.92.in fine, Praet. de interpr.vlt.vol.fol.553.n.311.& ſequentibus, vbi etiam ponit practicam capitulandi, & probandi hanc famam, & teſtatur eſſe communem opinionem, Magon. deciſione Florent.27.nu.16.& ſeqq. Caeſ.Barz.deciſ.Bonon.2.nu.39. Peregr.deciſ.2.num.1.

Malè ergo contrariam opinionem probauit Corneus conſ.304.n.7.lib.3.conſi.24.col.2.& conſ.130.column. 2. libro quarto, qui voluit nec in antiquis famam plenè probare. 23

Declaratur tamen hoc, vt ſi fama non ſit generalis in loco, ſed tantum particularis inter aliquas perſonas, quod non probet, niſi adſint alia adminicula, Ripa in l.rem quae nobis, numero 56. & ſequentibus, ff. de acquir.poſſeſſ. Peregr. de fideicommiſſ. artic.44. numero 17. in fine, vbi dicit, tunc probare famam etiam in facto recenti. 24

Tempus autem antiquum quale dicatur, tradunt Menoch. de arbitr.iudic. caſu tertio. Peregrinus de fideicommiſſ. articulo 44. numero 18. Menoch.rurſus conſilio 207.nu.10.Ceph.conſ 98.nu.36.Caeſ.Barz.deciſ.Bonon.2. n.32.& ſeqq. 25

Vndecimò, inſtrumenta etiam inter alios confecta, in quibus enunciatiuè dictum eſset teſtatorem fuiſſe dominum, & poſſeſſorem fundi, vt quia deſignatus eſſet fundus aliquis cohaerens cum fundo, de quo in eo inſtrumento ageretur, probarent bona fuiſſe in bonis teſtatoris Bald. in l.cum aliquis, & ibi Salicet. Paul. Caſtr. Alexand. & Iaſ. C. de iur.deliber. Aret. conſ.42. col.1. Iaſ. conſ.114.nu.3.lib.1.Socin. ſen.conſ.187.col.2.& conſ.266. n.12.lib.2.Menoc.conſ.207.n.10.& conſ.1111.n.25.Crau. de antiquit.empt.§.4.ampliatur,nu.12.& ſeq. Peregr. de fideic.art.44.n.19. 26

In contrarium faciunt dicta à Surd.conſ.505.lib.4.vbi per totum multa adducit ad excludendum probationem, quod bona fuerint in bonis, & in terminis num.8. dicit primam opinionem procedere in antiquis, aliàs talis probatio non releuaret. 27

Et in antiquis ſolum procedere primam opinionem non in facto recenti, dicunt Alexand. conſ.89.col.2 lib.5. Menoch.d.conſ.207.n.10.Peregr.de fideic.art.44.nu.19.

Quod ſi plura extarent inſtrumenta, huiuſmodi probatio releuaret etiam in facto recenti, Iaſ. conſi. 114.col. penult. lib.1. Peregr.d.art.44. n.19. in fine. Licet contrariam ſententiam teneat Iaſ.conſi.65.col.2.lib.3.quem refert & ſequitur Crauet.vbi ſupra n.15. 28

Duodecimò, ex literis poſseſsorijs impetratis per haeredem ad obtinendam poſſeſſionem bonorum teſtatoris tanquam haereditariorum, probaretur bona illa fuiſſe in bonis teſtatoris, Barbat. plenè conſ.14.col.3.& 4.lib.3. Peregr.de fideic.art.44.n.20. 29

Idem eſset, quando fideicommiſsarius vnus petijſſet & impetraſset literas poſseſsorias vigore fideicommiſſi, & obtinuiſset, nam eueniente alio caſu fideicommiſſi circa illa bona ex illis literis poſſeſſorijs probatum eſſet bona fuiſſe in bonis teſtatoris, & ita non ſemel practicaui, praecipuè ſuper fideicommiſso D. Hieronymi Gauardi in cauſa vertente inter Illuſtriſſimos DD. Com. Martinengos de Barcho, & Illuſtriſſimos DD. Cohaeredes Illuſtriſs. D. Vincentij Portulacae,

lacæ, nec quicquam fuit oppoſitum circa bonorum probationem ſtantibus literis poſſeſſorijs aliàs impetratis, per D. Vincentium Portulacam.

30 Decimotertiò, ſi teſtator in teſtamento rem, quàm fideicõmiſſo ſubiecit, aſſeruit eſſe ſuam, vel deſcriptio ſuorum bonorum facta eſſet in teſtamento, probaretur rem illam ex teſtatoris aſſertione fuiſſe in bonis teſtatoris, quia hæres non poteſt contrauenire aſſertioni defuncti, Bal. cõſ. 89. D. Thomas, n. 3. lib. 1. Nat. cõſ. 235. n. 11. in fine, & n. ſeq. vbi loquitur etiã, quod verba aſſertionis eſſent incidẽter, & propter aliud prolata, & conſ. 400. n. 5. Ceph. conſ. 386. n. 29. Dec. conſ. 76. n. 16. verſ. ſecũdo. lib. 3. Pereg. conſ. 48. nu. 5. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 44. n. 20. verſ. item aſſertio, Præt. de interp. vlt. vol. fol. 555. nu. 356. vbi dicit probare & contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam ab hærede, Maſcard. de probat. concl. 778. n. 14. & ſeqq. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 2. n. 11.

31 Limitatur, quando hæres feciſſet inuentarium, & in eo bona illa, quæ eſſe ſua teſtator aſſeruit non eſſent poſita, nam tunc aſſertio teſtatoris, ſi fortè bona erant hæredis, ei non noceret, Bald. d. conſ. 89. D. Thomas, nu. 3. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 778. num. 19.

32 Decimoquartò, ſi teſtator reliquiſſet mercaturam, & hæres non eſſet talis, quod ex ſua induſtria veriſimiliter aliquid lucrari potuerit, tunc bona acquiſita ab hærede præſumerentur acquiſita ex illa mercatura, Peregr. d. art. 44. n. 21. ad medium, & quæ ſtatim dicam.

33 Decimoquintò, ſi grauatus non potuit tot bona acquirere à communiter contingentibus præſumuntur bona fuiſſe fideicommittentis, Menoch. conſ. 207. nu. 7. & 15. & quæ ſupra ſtatim dicta ſunt.

34 Decimoſextò, bona fuiſſe in bonis probatur ex confeſſione, vel recognitione patris, vel eius anteceſſoris, niſi de errore doceatur, Aret. conſ. 103. dubio tertio, in fine. Ruin. conſ. 103. num. 26. lib. 2. Pariſ. conſ. 55. n. 76. lib. 2. Dec. conſ. 2. num. 141. & ſeqq. lib. 2. conſ. 10. dubio ſecundo, num. 77. & ſeqq. conſ. 44. nu. 74. & conſ. 76. n. 6. lib. 3. Menoch. conſ. 91. n. 36. & 39. & conſ. 265. nu. 17. Ceph. conſ. 624. n. 29. & ſeqq. lib. 5. Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 24. Maſcard. de probat. concl. 778. num. 26. Petr. de fideicomm. quæſt. 12. n. 1367. Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 2. n. 6. & ſequentibus, & videnda erunt dicta quæſt. 531.

35 Ampliatur primò, vt noceat etiam ſingulari ſucceſſori qui cauſam habuit à confitente, Aret. conſ. 36. nu. 3. quem refert & ſequitur Maſcard. de probat. concluſ. 778. num. 26. in fine.

36 Ampliatur ſecundò, vt confeſſio extraiudicialis grauati probata per teſtes ſufficiat, Aret. cõſ. 36. col. 2. quem refert & ſequitur Præt. de interpret. vlt. volunt. folio 555. num. 355.

37 Contra tamen tenuit Chriſtoph. Torniol. conſil. 20. num. 93. & ſeqq. & ſecundum eius dicta declaranda erit hæc ampliatio.

38 Ampliatur tertiò, vt etiam confeſſio enunciatiuis verbis facta noceat, Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 2. num. 21. & ſequenti.

39 Ampliatur quartò, & ſi confeſſio eſſet tanquam erronea reuocata, niſi de errore conſtaret, Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 2. num. 23. & ſeqq.

40 Decimoſeptimò, ſi grauatus in alienatione, vel alia diſpoſitione rei interuenit vti hæres fideicommittentis, præſumitur bona, ſuper quibus facta fuit diſpoſitio, fuiſſe teſtatoris, Menoch. conſil. 207. num. 7. ad medium, ſequitur Petr. de fideicomm. quæſt. 22. n. 1368. verſ. quod ſi etiam.

41 Decimooctauò, ſi appareat deſcendentes fideicommittentis continuatis temporibus poſſediſſe illa bona, præſumptio oritur, quod fuerint fideicommittentis, ſecundum, Natt. conſil. 235. num. 27. & Menoch. lib. 6. præſumpt. 15. num. 18. & vide dicta ſupra num. 12.

42 Contrariam ſententiam probauit Surd. conſ. 151. n. 58. & conſ. 505. n. 11. vbi etiam teſtatur ita fuiſſe iudicatum.

43 Decimononò ex armis, & inſignijs teſtatoris exiſtẽtibus in re probatur rem fuiſſe teſtatoris, Menoch. conſil. 1111. num. 26.

44 Vigeſimò, ſi vno iudicio probatum ſit bona fuiſſe in bonis, & obtentum, probationes factæ in illo iudicio probabunt & in alio, Cephal. conſ. 215. num. 55. & ſeq. libr. 2.

45 Vigeſimoprimò, ſi aliquo modo legitimè appareat teſtatorem fideicommittentem poſſediſſe bona in aliqua Villa, & nunc granatos in ea Villa ſbona poſſidere appareat, illa bona præſumuntur fuiſſe teſtatoris, nec requiritur alia ſpecialis probatio, ſed poſſeſſores tenentur oſtendere ſe aliter habuiſſe,, quàm à fideicommittente, Bald. conſ. 89. D. Thomas, n. 4. in prin. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 145. Aret. conſ. 19. nu. 5. Barbat. conſ. 14. col. 6. in fine. lib. 3. Zaſ. conſ. 5. Natt. conſ. 235. n. 17. Bertaz. conſ. 52. n. 31. & conſ. 73. n. 10. Burſ. conſ. 268. n. 6. lib. 3. D. Pedroc. conſ. 39. n. 171. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 704. n. 7. ante finem, & ſeq. & lib. 6. præſumpt. 15. n. 34. Peregr. conſ. 48. n. 10. & ſeqq. lib. 1. conſ. 35. in fin. lib. 3. vbi dicit ita in facto obtinuiſſe, & conſ. 19. n. 3. lib. 4. vbi ad contraria reſpondet, & ſæpius obtentum aſſerit, & in tract. de fideicomm. art. 44. n. 22. & ſequenti, vbi dicit ſæpius ita practicatum & obtinuiſſe, & quod ſolitus fuit capitulare bona antiquitus de familia fideicommittentis fuiſſe, & quod fama eſt fuiſſe in illius bonis, Crauett. in rub. ff. de legat. 1. num. 63. Marz. in epit. de fideicommiſſ. quæſt. 58. Maſcard. de probat. concluſ. 778. num. 43. ad medium, Caualc. deciſ. 41. num. 10. part. 3. Peregr. deciſ. 2. nu. 1. vbi dicit ita ſæpius iudicatum, & deciſ. 120. vbi dixit hunc modum probandi in axioma tranſijſſe iudiciorum, & cum hac ſententia tranſiuit etiam Rota Roman. in collect. per Farinac. deciſ. 131. nu. 5. in fine, par. 1. vbi patet & aliàs Rotam idem tenuiſſe, & in deciſ. 407. in fine, par. 2. & ego ſemper ita Brixiæ vidi practicari, & ſæpius conſului, præcipuè pro DD. Grauattatis, vt in conſ.... & per conformes etiam obtinui.

46 Contrariam opinionem probauit Surd. deciſion. 379. per totam par. 1. vbi teſtatur ita ſæpe à Senatu Mantuano fuiſſe iudicatum.

47 Declaratur tamen communis opinio, vt non procedat, quando ex ſcripturis antiquis patet de certis confinibus bonorum à teſtatore poſſeſſorum, & bona poſſeſſa ab hærede ſint clarè extra illa confinia, quia tunc non erit præſumendum illa bona fuiſſe teſtatoris, Peregr. d. art. 44. num. 22. cuius opinionem reputo veriſſimam, vt etiam eam conſulendo tenui in conſil. 305.

48 Ad excludendum autem prædictas probationes, quod bona fuerint in bonis teſtatoris, videndi erunt Surd. conſ. 505. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 459. lib. 4. Rolan. à Valle conſ. 46. lib. 3.

49 Quia autem ſæpe euenit, quod bona propria, & fideicommiſſo ſubiecta confunduntur, ampliando, minuendoque fundos, & confinia, & mutando eorum qualitatem, ideo ſi conſtat aliqua bona fuiſſe fideicommiſſo ſubiecta, & obſcuritatem eſſe cauſatam facto poſſeſſoris, ipſe tenebitur probare, quæ eſſent bona propria, aliàs omnia adiudicanda erunt fideicommiſſario, Affiict. deciſ. 23. num. 5. verſ. prædictis, Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 554. nu. 336. ita ego conſului in grauiſſima cauſa pro Illuſtr. DD. Vgonibus contra Illuſtriſſ. Com. Martinengos.

50 Secundus caſus eſt, quando agitur contra tertium poſſeſſorem, qui habuit cauſam ab hærede grauato, & tunc cum dominij quæſtionem non poſſit referre, pro-

bationes quæ admittuntur contra hæredem grauatum, admittentur etiam contra tertium poſſeſſorem, tam vniuerſalem, quam particularem, etiam mediatum, Paul.Caſtr.*conſ.94.clarum eſt.in fine lib.2.* Barbat.latiſſimè *ocnſ.37.lib.3.* Socin.ſen.*conſ.89.n.16.in fine lib.1.& conſ.46.nu.1.lib.3.* Ruin.*conſ.118.nu.19.lib.2.& conſ.40.nu.4.lib.4.* Alciat *conſ.39.nu.1.lib.8.* Crauet.*conſ.29.n.1.& conſ.316 col vlt* Marzar. *in epit. de fideic. qu.60.* Maſcard *de probat.concl.778.n.38.* Peregr.*de fideic. art.44.n.6.* & in præcedentibus non ſemel retuli Doct. afferentes probationes, de quibus ſupra nocere etiam tertijs poſſeſſoribus habentibus cauſam à grauato. Licet contra ſenſerit Corn.*conſil.17 num.21.lib.4.*

51 Tertius caſus eſt, quando lis eſt contra tertium poſſeſſorem, qui cauſam non habuit à grauato, vel non apparet vnde cauſam habuerit, & tunc probandum erit teſtatorem tempore eius mortis poſſediſſe. & pariter de dominio teſtatoris neceſſaria erit probatio, Maſcard. *de probat. concluſ. 778. nu. 9. vſque ad nu. 14. & n. 18.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 44. nu. 6. verſ. aut verò & deciſ. 2 num. 1. in fine.* & plenius dictum fuit *quaeſt. præcedente ab hac ſecunda*, vbi etiam dixi, quomodo probetur dominium.

52 Sed an hæres grauati teneatur edere ſcripturas fideicommiſſario ad fundandam eius intentionem, Peregr. *deciſione 66.* refert in duabus diuerſis cauſis obtinuiſſe diuerſa iudicia, & ponit rationes pro vtraque opinione.

53 Si tamen fideicommiſſarius poſſet prætendere communionem in ſcripturis, ego ſentirem pro editione, ratione communionis, prout vidi per hanc rationem iudicatum in vna de Rouatis me patrocinante pro Illuſtriſs. D. Scipione fideicommiſſario, alias ceſſante hac ratione exiſtimarem tutius eſſe denegare editionem, cum nimis graue ſit quem cogere ad edendum ſcripturas contra ſe ipſum. *l. nimis graue, C de teſtib.*

54 Porrò videamus, an conditione pendente fideicommiſſarius poſſit teſtes examinari facere ad æternam rei memoriam, ſuper exiſtentia bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ad hoc vt eueniente caſu fideicommiſſi bona remaneant probata? Et poſſe, habetur ex Gloſ. *in cap. ſignificauit, ext. de teſtam.* & ibi Anton. de Butr. & reliqui, Bald. *in authent. ſed & ſi quis ab aliquo, numero 9. C. de teſtam.* Corn. *conſilio 119 columna 7. in principio, verſic. & propterea dicunt, libro 2.* Rebuff. *3. tomo, pag. 293. num. 2.* quos refert. & ſequitur Pr*æ*t. *de interpr. vlt. volunt. folio 503. num 56. & ſequentibus*, & ita fieri poſſe conſului *in conſil. 213.* & facta contradictione obtinui.

QVÆSTIO DCXIX.

Q*VAERO*, quomodo ſit formanda ſententia fideicommiſſario, circa hoc remitto lectorem ad Marzar. *in epit. de fideicomm. quaeſt. 67.*

Sed an ſententia lata ſuper fideicommiſſo, quod extet, probet fideicommiſſum extare tam contra ſuccumbentem, quàm contra alios, & ad fauorem aliorum, dixi *ſupra numer. 503.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia capta cum hærede tranſit in fideicommiſſarium, amplia & declara per totam quaeſt.*

2 *Inſtantia tranſit in fiſcum, licet lis non ſit conteſtata, contra num. 3.*

QVÆSTIO DCXX.

Inſtantia capta cum hærede grauato, tranſitne in fideicommiſſarium?

Q*VAERO*, an inſtantia cæpta cum hærede grauato tranſeat in fideicommiſſarium, ita vt teneatur ſubire iudicium in ſtatu, in quo reperitur, abſque eo, quod de nouo lis conteſtari debeat? Et inſtantiam tranſire, ſcribunt Bartol *in l ſic cum hominem, numer. quarto, verſic. reſpondeo*, & ibi Angel. & Paul. Caſtr. *ff de fideiuſſ.* Bartol. *in l. prima, numer. quarto*, & ibi Angel. *num. 10. ff. ad Trebellianum.* Bart. *in l Lucius. §. rogatus*, & ibi Angel. *ff. eodem*, Bartol. *in l. iudicio, ff famil. hercisc.* Angel. *in l. tam ex contractibus, num. 4.* & ibi Paul. Caſtr. *num. 5. ff. de iud.* Bald. *in cap. quia, num. 3. ext. de iud.* & ibi Butr, *num. 11.* & Anchar. *num. 5.* Socin. iun. *conſil. 34. numer. 13. libro 3.* vbi teſtatur de communi opinione, Natt. *conſ. 383. num. 2.* Suarez *allegat 27. in primo*, Marant. *de ordin. iud. parte 5. folio 272. colum. 2.* Rebuff. *3 par. conſtit. rub. de appell. Gloſ. vnica, num. 8.* Ludou. Molin. *libro 4. de Hiſpan. primog. cap. 8. numer. 6.* Marzar *in epit. de fideicomm. quaeſt. 72. verſic. & de inſtantia*, Peregr. *de fideicomm. artic. 53. numero 19.* vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl *de ſubſtitut. centuria 3. quaeſtione 73. numero 129.* 1

Amplia, vt inſtantia tranſeat in fiſcum, licet lis non eſſet conteſtata, ſed ſolum affuerit libelli oblígatio, vel citatio, Bald. *in l. 1. num. 2. C. ſi penden. appell mors interu.* Angel *in l. ſeruus, verſic. in alijs autem, ff. de his qui not. infam. & in l. defunctus, col. 1. verſic. ſequitur ff. de procur.* Intrigl. *d. cent. 3. quaeſt. 73. n. 130.* 2

Contrariam opinionem tenuit Angel. *in l. tam ex contractibus, num. 4. ff. de iud.* & in fiſco ſucceſſore etiam hæreditario non tranſire inſtantiam dixit, Peregr. *dicto art. 53. num. 23.* 3

Declaratur primò non procedere, quando colluſio interueniſſet, per ea quæ dicam *quaeſt. ſequenti ab ſecunda, num. 9. & ſeqq.* 4

Declaratur ſecundò, vt concluſio procedat in iudicio reali facta reſtitutione, ſecus in iudicio perſonali, Bart. *in l. Lucius, §. rogatus*, & ibi Angel. Imol. & Paul. Caſtr. *ff. ad Trebell.* Contrarium tamen videtur ſentire, Peregr. *d. artic. 53. num. 19.* 5

Declaratur tertiò non procedere in inſtantia actiua, quæ non tranſit ſine ceſſione, Peregr. *dict. artic. 53. numer. 19. in fine.* 6

QVÆSTIO DCXXI.

Proceſſus formatus cum grauato, an noceat ſubſtituto non citato?

Q*VAERO*, an proceſſus formatus cum grauato noceat ſubſtituto non citato? Et nocere ſcribunt Afflict. *deciſ. 395. numer. 3. & num. 7.* Ludou. Molin. *lib. 4 de Hiſpan. primog. cap. 8. numer. 3.* Peregr. quam multos citat *de fideicommiſſ. articul 53. numer. 31.* Intrigl. *de ſubſtitut. cent. 3. qu. 73. num. 127.* 1

Limitatur primò, ſi proceſſus fuit formatus ſuper inhabilitate teſtatoris, quia non nocebit ſubſtituto non citato, maximè reſpectu examinis teſtium, Menoch. latè *conſ. 311. num. 12. & multis ſeqq.* 2

Limitatur ſecundò, ſi appareat de colluſione, Menoch. *d. conſ. 311. nu. 25.* & alij relati *quaeſt. ſeq. limit. 2.* vbi etiam agitur, ex quibus colluſio præſumatur. 3

Limita-

4 Limitatur tertiò, ſi proceſſus fuit formatus contra pupillum, qui cauſam defendere non potuit, vt dicam quæſt. ſeq. limit. 4.

Limitationes aliæ colligi poterunt ex ſcriptis *in ſequenti quæſtione*.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra hæredem nocet fideicommiſſario non citato, contra num. 2. amplia, & decl. per totam quæſtionem.*

1 *Sententia lata contra ſubſtitutum primum, nocet & ſequentibus, contra num. 2. ampl. & decl. per totam quæſt.*

5 *Sententia lata contra poſſeſſorem maioratus nocet ſucceſſori non citato, contra nu. 6. ampl. & decl. per totam quæſt.*

7 *Sententia lata contra hæredem eius magna culpa, vel negligentia nocet fideicommiſſario non citato, contra num. 8. decl. num. 10.*

9 *Sententia vt tertio præiudicet, requiritur quod victus adhibuerit omnem diligentiam.*

11 *Sententia contumaciter lata contra hæredem grauatum non nocet fideicommiſſario, declar. numer. ſeq.*

13 *Sententia colluſoriè lata contra hæredem non nocet fideicommiſſario.*

14 *Sententia colluſoriè præſumitur lata ſi victus non curauit iura ſua deducere.*

15 *Sententia colluſoriè lata præſumitur, ſi victus non appellauit.*

16 *Sententia colluſoriè præſumitur lata ſi lis eſt inter grauatum, & eum, qui ei ab inteſtato ſucceſſurus erat.*

17 *Sententia ſuper inhabilitate teſtatoris lata non nocet ſubſtitutis non citatis.*

18 *Sententia lata contra pupillum fideicommiſſo grauatum non nocet fideicommiſſarijs non citatis.*

19 *Sententia non nocet ſubſtituto, niſi ſciat litem agi, vel fuerit citatus, contra n. 20.*

21 *Sententia ſi fuit lata contra grauatum fideicommiſſarius poterit appellare pro ſuo intereſſe contra, nu. 22. ampl. & decl. nu. ſeq.*

26 *Sententia lata contra primum fideicommiſſarium ob aliquod eius particulare factum non nocet ſequenti in gradu.*

27 *Sententia lata contra grauatum ob eius confeſſionem non nocet fideicommiſſario.*

28 *Sententia lata contra grauatum ob non factas probationes non nocet fideicommiſſario.*

29 *Sententia ſi ſit finita per iuramentum non nocet fideicommiſſario non citato.*

30 *Sententia lata contra grauatum, ſi apparet iniqua non nocet fideicommiſſario.*

31 *Sententia incidenter lata contra hæredem cum principaliter de alio puncto ageretur, non nocet fideicommiſſario.*

32 *Sententia incidenter lata non nocet alteri ſuper illo incidenti.*

33 *Sententia lata contra grauatum nocet fideicommiſſario per proclama generale citato.*

34 *Sententia lata contra vnum fideicommiſſarium, non nocet fideicommiſſario pari in gradu, & ſi ſciat litem agi. limit. num. ſeq.*

36 *Sententiam non nocere tertio, in dubio iudicandum eſt.*

QVÆSTIO DCXXII.

Sententia lata contra grauatum, an noceat fideicommiſſario, vel lata contra primum ſubſtitutum, an noceat ſequentibus in gradu?

QVAERO, an ſententia lata contra hæredem noceat fideicommiſſario non citato, vel lata contra primum ſubſtitutum noceat ſecundo? Et nocere communiter tenent Doctores, Bart. *in l. in diem, n. 1.* & ibi Angel. *ff. de aqua plu. arcend.* idem Ang. *in l. filiusfamil. §. Diui, col vlt.* & ibi Comen. *col. 2. verſ. nota, n. 3.* Imol. *n. 18.* Alex. *n. 9.* Florian. de S. Petro, *num. 17.* Alciat. *nu. 25.* Opiz. *nu. 55. 56. & 170.* Iaſ. *in prima lectura, n. 47. & in 2. lect. nu. 91.* Ripa *n. 61.* vbi teſtatur de communi opinione Crot. *nu. 39.* Ferdin. Loarez *n. 126. verſ. ſed in contrarium*, vbi de communi, & Soc. iun. *nu. 132. & ſeq ff. de legat. 1.* Alber. *in l penult. col. 4. C. de donat. int. vir. & vxor.* Rom. *in l. in cõcedendo, n. 6.* & ibi Caſtr. *n. 2 ff. de aq plu. arcen* Imol. *in l. decem, n. 6.* & ibi Iaſ. *nu. 38. & 42. ff. de verbor. obligat.* Alex. *in l. ſæpe, nu. 110. verſ. ſed Angelus ff. de re iudic.* Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam, n. 7. ff. ſi cert. pet. in l. nec quicquã. §. vbi decretũ, n. 34 ff. de off. Proconſ. & Legat. & in l. Gallus, §. et quid ſi tantũ, n. 139.* & ibi Soc. ſen. *n. 30. ff. de liber. & poſthum.* Pinel. *in l. 1. par. 3. n. 48. verſ ſed contraria, C. de bon. mater.* vbi de magis communi opinione teſtatur, Padil. *in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, n. 14. verſ. verũ contraria. ff. de legat. 2.* Anchar. *in cap. licet, n. 17. extr. de vot. & vot. redempt.* Felin. *in cap. exhibita, num. 1. extr. de iud.* Et conſulendo Old. *conſ. 94. num. 18. verſ ex omnibus igitur* Alex. *conſ. 123. n. 5 lib. 1. conſ. 86. col. 2. verſ. pro hoc facit, conſ. 136. n. 1. & 2. lib. 2. & conſ. 65. n. 23. lib. 6.* Soc. ſen. *cõſ. 251. n. 13.* Ruin. *conſ. 19. col. vlt. lib. 2.* Alc. *reſp. 492. nu. 33.* Soc. iun. *conſ. 181. n. 96. lib. 2.* Suarez *alleg. 27. n. 3. verſ. ſed quod in bonis*, Bero. *cõſ. 102. n. 46. & ſeq. lib. 2.* Rol. à Val. *conſ. 92. n. 34. lib. 4* Ceph. *conſ. 128. n. 22. & conſ. 677. n. 14.* Decian. *conſ. 18. nu. 32. & ſeqq. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione. Berett. *conſ. 134. n. 35.* Menoch. *conſ. 319. n. 6. conſ. 500.* vbi latè de materia *conſ. 630 n. 26. verſ. quæ quidem, & conſ. 914. n. 64.* Honded. *conſ. 28. nu. 24. lib. 1.*

Et in Tractatibus, Gomeſ. *in l. 40. Tauri, nu. 73. verſ. ſed his non obſtantibus*, Ferdinand. Menchiac. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 6. n. 28.* Georg. Lopez *in l. 20. tit. 22. p. 3. verſ. Pero caſas, colum. 2.* Ludou. Molin. *de Hiſp. primog. libr. 4. cap. 8. n. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, Did. *Practic. quæſt. cap. 13. n. 6.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Simanc. *de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 23.* Tiraq. *tract. res inter alios acta col. 2. & de iur. primog. cap. 37. n. 17.* Marzar. *in epit. de fideicom. qu. 72. verſ. ſed aduertendum erit*, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 6. circa medium*, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 572. nu. 12. & ſeqq.* Pereg. *de iure fiſci, lib. 1. tit. 3. n. 7. & in tract. de fideicom. art. 53. n. 49. verſ. & idem* Hier. Ceual. *Spec. commun. contr. comm quæſt. 637.*

Et in Deciſionibus, Boer. *deciſ. 255. col. penult. verſ. & ideo ſententia prædicta*, Oſaſch. *deciſ. Pedem. 157. nu. 1. & ſeqq.* Theſaur. *deciſ. Pedem. 194. nu. 5.*

Pro hac ſententia adducuntur multa iura, *l. ſi ſuſpecta, & l. Papinianum, §. vlt. ff de inoff. teſtam. l. ex contractu, ff. de re iud. l. ingenium, ff. de ſtat. homin. & l. 1. §. vltimo. ff de liber. agnoſcen.*

Secundò, quia aduerſarius futurus non eſt citandus ad iudicium, *l. 1. § penult ff. de vent. inſpic.* Bald. *in l. nec quicquã, §. vbi decretũ, ff de off. Proconſ.* Tertiò, quia non ſunt citandi hi qui principaliter non læduntur, licet in conſequentiam poſſint ſentire damnum, *l. quod hæreditas, & l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtam.* arguendo à ſpeciali.

 Vlti-

Vltimò, quia ſententia lata cõtra hæredẽ nocet fideicommiſſario. l. ex contract. ff. de iud. l. aut facta, in princ. & l. ſi patroni ff. ad Trebell. & l. 1. §. penult. ff. de ventr. inſpic.

2 Contrariam ſententiam malè probarunt Bart. in l. ſi filiusfamilias, §. Diui, n. 9. & ibi Iaſ. in 2. lect. n. 67. & Ruin. n. ... vbi latè defendit, ff. de legat. 1. Fabian. in §. licet, n. 3. inſtit. de act. Alex. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & in l. decem ff. de verbor. oblig. idem ad Bar. in l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inſpic. idem Alexan. conſ. 86. col. 2. conſ. 156. lib. 2. & conſ. 84. n. 7. lib. 4. Iaſ. conſ. 111. col. vlt. lib. 1. Curt. iun. conſ. 23. col. penult. Oſaſch. conſ. 15. nu. 8. Rebuff. conſ. 176. n. 23 & ſeqq. Ceph. conſ. 133. n. 83. lib. 1. Hier. Gabr. conſ. 82. n. 4. 5. & 12. lib. 2. vbi teſtatur hãc eſſe æquiorem opinionem, & magis communem, Boniſ. Roger. conſ. 8. n. 71. & ſeq. lib. 1. vbi ſcribit eſſe communem opinionem Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. quæſt. 73. n. 120. qui tamen fatetur primam opinionem eſſe receptiorem, Achil. deciſ. 4.. & deciſ. 339. Put. deciſ. 9.. lib. 1.

3 Pro hac ſecunda opinione faciunt l. in concedendo, ff. de acq. plur. arcen. l. ſæpe ff. de re iud. & tot. tit. C. res inter alios acta, vbi dicitur ſententiam non nocere tertio non citato.

Secundo accedit, quod ſubſtitutus non citatus non prætendit ius ex perſona victi, ergo non nocet, arg. l. Pomponius, §. ſed & his, ff de procur.

Tertiò arguitur, quod victus non potuiſſet alienare fideicommiſſum in præiudicium ſubſtituti, qui a teſtatore fuit vocatus ad illius ſucceſſionem, ergo nec potuit deducere in illius præiudicium ius ſuccedendi, argum. l. aut prætor ibi abſurdum eſt, ff. de iur. deliber. Dec. conſ. 445. n. 245. & 29. Socin. iun. conſ. 181. n. 93. libro 2.

Quartò confirmatur, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali, ff. de pignor. ergo ius victi eius morte finitum, non præiudicat ſubſtituto venienti ex perſona propria, ita poſt alios vſus fuit hoc argumento Menoch. conſ. 500. nu. 5.

4 Alij concordant, quod prima opinio procedat, quando ſententia lata eſt cõtra hæredem grauatum, quo caſu volunt nocere fideicõmiſſario, ſecunda verò opinio habeat locum, quando ſententia lata eſt contra fideicommiſſarium, nam tunc dicunt non nocere ſecundo fideicommiſſario, ita poſt Bald. allegatum dicit Socin. iun. conſ. 181. nu. 89. & ſeq. lib. 2. addo Menoch. conſ. 501. n. 18. verſ. reſpondetur ſecundo, & conſ. 6 8. n. 33. vbi loquitur de laudo arbitri, Marzar. in epit. de fideicom. q. 72. verſ. ſed aduertendum, vbi dicit ipſum ita Florentiæ iudicaſſe, Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 512. n. 16. & ſeq. Sed à prima opinione, quæ receptiſſima eſt, non erit a conſulendo & iudicando recedendum.

5 Ampliatur primò communis opinio, vt habeat locum etiam, quando agitur de primogenitura, quia ſententia lata contra poſſeſſorem maioratus nocet ſucceſſori non citato. Simanc. de primog. lib. 4. cap. 23. Ludou. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4 cap. 8. nu. 3. Tiraq. de iur. primog. q. 33. nu. 12. Mierez de maior. quarta parte, q. 14. & hanc eſſe magis communem, & in practica ſeruari, dixit Hieron. Ceual. Spec. commun. contra commun. q. 637. vbi alios multos addit Menoch. conſ. 501. n. 1. conſ. 904. nu. 64. & conſ. 935. nu. 35. & ſeqq. multis, vbi diſtinguit multos caſus. Ratio eſt quia hæres eſt eadem perſona cũ defuncto cui ſucceſſit, vt in auth. de iur. iurand. à morien. præſt. quæſt. in princ. Secũdo accedit, quia ſicuti hæres non poteſt contrauenire contractui defuncti, l. cum à matre, C. de bon. mater. ſic non poterit contrauenire ſententiæ quia in iudicijs quaſi contrahitur, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.

6 Contrarium, quod immo ſententia non noceat, voluerunt alij multi relati à Hieron. Ceual. loco citato. In hoc tamen articulo Menoch. conſ. 500. diſtinguit quatuor caſus, vt apud eum videri poteſt, & non nocere ſcribit conſ. 1118. num. 1. & ſeqq.

Limitatur iſta ampliatio, quando ſententia eſſet lata per confeſſionem poſſeſſoris, Mierez d. q. 14. nu. 31. Menoch. conſ. 501. nu. 9. & dicam infra n. 21.

Ampliatur ſecundò, & ſi ſententia lata ſit per magnam negligentiam, vel culpam hæredis, quæ conſiſtit in tribus, primò, ſi defenſiones iuſtas omiſit, ſecundò, ſi non appellauit, cum appellare debuiſſet, tertiò, ſi iudicem contra ſe prouocauit: his enim tribus caſibus ſententia erit valida, ſed actio dabitur fideicommiſſario aduerſus grauatum ob culpam ſuam. Bart. in d. l. ſi ſeruus §. 1. & ibi Iaſ. ff. de legat. 1. Peregr. de fideicommiſ. art. 53. num. 59. 7

Contrariam opinionem, quod immo actio fideicommiſſariæ competat etiam aduerſus victorem, probarunt & melius Imol. in d. l. ſi ſeruus, §. 1. & ibi Cuman. Paul. Caſtr. Aret. & Alexand. ff. de legat. 1. Menoch. conſ. 904. n. 65. & faciunt dicta infra limit. 2. nu. 10. & 11. vbi dicitur ex his præſumi colluſionẽ. Ratio eſt, quia ad hoc vt ſententia tertio præiudicet, requiritur, quod ille contra quem eſt lata, adhibuerit diligentiam ne vinceretur, & ſic conſtare debet de eius bona fide in litem pertractando, l. ſi duo patroni, ff. de iur. iurand. l. ſi ſeruus plurium, §. ſi hereditatis iudex ff. de legat. 1. & l. ex contractu ibi, niſi ex culpa, ff. de reg. iur. Alexand. in l. ſæpe, n. 83. ff. de iudic. Ari. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 50. verſ. limitatur quartò, C. de bon. mater. Tiraq. tract. de nobilit. quæſt. 37. n. 3. Alciat. reſp. 492. n. 34. Menoch. conſ. 500. nu. 8. 8 9

Declaratur hæc ampliatio, vt non procedat, quando ſubſtitutus ſucceſſiſſet grauato, & contra eum ageretur de executione ſententiæ, nam ille poterit excipere de culpa grauati, l. ex contractu in fine, ff. de re iud. Peregr. d. art. 53. num. 59. 10

Limitatur primò communis opinio principalis, quãdo ſententia eſſet contumaciter aduerſus grauatum lata, quia fideicommiſſarijs non noceret, etiam in cauſa inofficioſi & nullitatis d. l. ſi ſeruus, §. 1. ff. de legat. 1. l. qui repudiantes, §. vlt. ff. de inoff. teſtam. l. ſi perluſorio, §. quoties ff. de appell. l. Præſes, C. de tranſact. & l. ſi ideo, ff. de euict. Bart. in d. l. ſi ſeruus plurium, §. 1. & ibi Cuman. & Iaſ. Peregr. d. art. 53. nu. 47. 11

Et ſententia dicitur contumaciter lata, vbi omnino cauſa non eſt defenſa, ſecus ſi cauſa fuiſſet defenſa, & poſtea grauatus affuiſſet tempore ſententiæ, Bart. in l. ſi ſuperatus ff. de pignor. Alex. in l. ſæpe, n. 78 ff. de re iudic. Peregr. d. art. 53. nu. 57. in fine. 12

Limitatur ſecundò, quando ſententia eſſet colluſoriè, & ſic cum fraude lata, quia detecta fraude, & colluſione non noceret fideicommiſſario, Bart. in d. l. ſi ſeruus plurium, § 1. & ibi Cum. Imol. & Iaſ. Bart. in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 9. & ibi Soc. iun. n. 131. Alc. n. 23. Ruin. nu. 84. & Romul. n. 219 ff. de leg. 1. Bal. in l. 2. nu. 5. C. quib. res iudic. non noc. Marſil. in l. infans, n. 27. C. ad leg. Cornel. de ſicar. Soc. ſen. in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ n. 30. ff. de liber. & poſthum. Pinel. in l. 1. p. 3 n. 50. C. de bon. mater. Padil. in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia n. 15. verſ. ſed cõtrarium ff. de leg. 2. Æmil. Ferret. in Rub. ff. ad leg. Falcid. n. 16 Afflict. in c. 1. §. ſi vaſallus, il. 3. n. 8. & ſeq. ſi de feud. fuerit controu. Felin. in cap. cum Bertoldus, n. 20. extr. de re iudic. & in cap. lator. n. 17. eod. Dec. conſ. 306. n. 6. verſ. verum quia, Alciat. reſp. 492. nu. 34. & reſp. 617. n. 4. Ceſ. Vgo. conſ. 20. n. 71. Hier. Gabr. conſ. 4. nu. 41. lib. 2. Menoch. conſ. 311. n. 25. conſ. 501. n. 9. conſ. 688. n. 35. & conſ. 904. n. 65. Otalor. de nobilit. 2. par. 3. par. princip. cap. 8. n. 8. Gomeſ. in l. 40. Tauri, nu. 73. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 10. nu. 3. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8. n. 2. & n. 7. vbi teſtatur de communi opinione. Didac. pract. quæſt. cap. 13. circa finem, Marz. in epit. de fideicom. quæſt. 72. in princi- 13

principio, Peregr. *de fideic. art.* 53. *nu.* 58. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 73. *nu.* 125. Surd. *de alimen. tit.* 9. *q.* 42. *nu.* 38. Et eſt text. expreſſus *in d. l. ſi ſeruus plurium* §. 1. *ff. de legat.*

14 Præſumitur autem colluſio, & probatur primò, eo ipſo quod grauatus hæres, & victus non curauit iura ſua deducere, Dec *conſi.* 306. *nu.* 6. *verſic. & cum de facili*, Alciat. *reſp.* 492. *n.* 34. *verſ. & dicitur colluſiſſe*, Menoc. *conſ.* 311. *n.* 25. Molin. *d. cap.* 9. *n.* 9. Intrig. *d. q.* 73. *n.* 126. *in fine*, & videnda erunt dicta *ſupra nu.* 4. *&* 5.

15 Secundò probatur colluſio, eo ipſo quod grauatus non appellauit, vel reductionem nõ petijt ad arbitrium boni viri, quando ſumus in laudo, Menoch. *conſil.* 311. *nu.* 25. *conſ.* 500. *nu.* 10. *& ſeq. conſil.* 688 *num.* 35. *& ſeqq. & conſil.* 904. *n.* 67. & videantur dicta *ſupra nu.* 4.

16 Tertiò probatur colluſio, ſi lis erat inter grauatum & eum, qui ei ab inteſtato ſucceſſurus erat, nam id feciſſe præſumitur in præiudicium ſubſtituti extranei, Menoch. *d. conſil.* 311 *num.* 25. *in fine.*

17 Limitatur tertiò, quando agebatur de inhabilitate teſtatoris, quia tunc citandus etiam ſubſtitutus eſt, ad hoc vt ſententia noceat, Socin. iun. *conſil.* 181 *nu.* 90. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 311. *nu.* 22. *& ſeqq.*

18 Limitatur quartò, quando grauatus erat pupillus, qui cauſam defendere non poterat, quia tunc erit & fideicommiſſarius citandus, Soc. ſen. *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tãtũ*, *n.* 30. *ff. de liber. & poſthum.* Curt. iun *conſ.* 83. *n.* 10. *verſ. aliter & ſecundo reſpondeo*, Ceph. *conſil.* 676. *n.* 15.

19 Limitatur quintò non procedere, quando fideicommiſſarius ignorat litem pendere, ad hoc enim vt ſententia noceat ſubſtituto non citato, requiritur quod ipſe ſciuerit litem agi, vel præceſſerit citatio ſaltem generalis, Alex. *in l. de vno quoque in fin. ff. de re iudicat.* Iaſ. *in l. decem*, *n.* 42. *ff. de verb. oblig.* vbi teſtatur de communi opinione, rurſus Alexand. *in conſ.* 86. *col.* 1. *& conſ.* 156. *lib.* 2. Crot. *in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *n.* 40. *& nu.* 45. *ff. de legat.* 1. Purpur. *conſil.* 367. *nu.* 15. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 181. *n.* 97. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 102. *n.* 41. *&* 43. *lib.* 2. Hier. Gabr. latè *conſ.* 52. *nu.* 4. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 23. *colum. penult.* Menoch. *conſ.* 311. *nu.* 24. *conſil.* 500. *n.* 18. *verſ. reſpondetur tertio*, vbi dicit eſſe receptam ſententiam *conſil.* 488. *num.* 34. *& conſil.* 935. *nu.* 40. Put. *deciſ.* 91. *& deciſ.* 336. *part.* 3. Oſaſch. *deciſ.* 157. *num.* 5.

20 Contrarium tamen ſentiunt ferè omnes citati *ſupra n.* 1. & in ſpecie Alexand. *in d. l. ſepe*, *nu.* 82. *ff. de re indic.* Alciat. *reſp.* 492. *n.* 4. Peregr. *d. art.* 53 *n.* 49. *ad medium.*

21 Limitatur ſextò, vt fideicommiſſarius poſſit appellare ab hac ſententia pro ſuo intereſſe, vel reductionem petere ad arbitrium boni viri, vel preces Principi offerre, Imol. *in l. ſi perluſorio*, §. *vltim. ff. de inoff. teſtam.* Alexand. *in l. ſape*, *nu.* 82. *ff. de re iudic. & in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *num.* 9. *ff. de legat.* 1. *& in conſ.* 156. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 501 *num.* 12. *conſil.* 688. *nu.* 39. *& conſ.* 904. *num.* 71. Marzar. *in epit. de fideicom. quæſt.* 72. *verſic. & poſtremò*, Peregr. *de fideicom. art.* 53. *nu.* 54. vbi etiam dicit, quando incipiat currere tempus ad appellandum, *& numer. ſeqq* agit, an ſententia lata in cauſa appellationis dicatur prima reſpectu fideicommiſſarij, vel ſecunda.

22 Contrariam opinionem, quod appellatio non competat fideicommiſſario, tenuit Alciat. *conſil.* 492 *circa finem*, *verſ. quarto non obſtat.*

23 Extenditur hæc limitatio, vt etiã aduerſus tres conformes, vel duas, quando duæ ſufficiunt ex diſpoſitione ſtatuti, detur appellatio, ſi fideicommiſſarius ignorauit cauſam agi, ſecus ſi ſciuit, Crott. *in l. filiusfam.* §. *Diui*, *n.* 45. & ibi Ferdin. Loarez, *n.* 128. *ff. de legat.* 1. Roland. à Valle *conſil.* 92. *col. vlt. lib.* 4. Rebuff. *d. conſil.* 176. *num.* 36. vbi dicit, quod ſi à ſupremo prætorio appellare non poſſet, quod cauſa deferri deberet ad ſupremum Principem, Oſaſch. *deciſ. Pedemont.* 157. *num.* 13.

24 Contrariam ſententiam probauit Peregr. *d. art.* 53. *n.* 56. maximè ſi lata foret ſententia à ſupremis magiſtratibus, dummodo grauatus nil omiſerit pro defenſione cauſæ, & refert Ari. Pinel. *loco ſupra citato*, *nu.* 49. & Didac. *dict. cap.* 15. *num.* 2.

26 Et hæc ſecunda opinio fortius procederet, ſi ſententia eſſet lata à ſupremo Principe, Alexand. *in dict. l. ſape*, *n.* 185. *ff. de reiud.* Menoch. *conſil.* 500. *n.* 13.

Limitatur ſeptimò, quando ſententia fuiſſet lata aduerſus primum fideicommiſſarium, agentem ex cauſa fideicommiſſi ob aliquod eius particulare factum, vt quia conſenſiſſet alienationi, vel præſcripta fuiſſet eius actio, quia tunc non noceret ſecundo fideicommiſſario, Ari. Pinel. *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 49. *limit.* 2. *C. de bon. matern.* Pariſ. *conſ* 5. *nu.* 37. *lib.* 1. Pereg. *dicto art.* 53. *nu.* 60.

27 Limitatur octauò, quod ſententia lata eſſet aduerſus grauatum propter eius propriam confeſſionem, quia hæc confeſſio, ſicuti non nocet tertio, pariter nec ſententia exinde nata nocere poteſt, Ari. Pinel. *d. l.* 1. *par.* 3. *lim.* 9. Menoc. *conſ.* 500. *n.* 9. *& conſ.* 688. *n.* 35. *in fine*, Peregr. *de fideic. art.* 53. *n.* 61. Mierez *de maior. q.* 14. *nu.* 31.

28 Limitatur nonò, quando ſententia eſſet lata ob non factas probationes, quia tunc non noceret ſubſtituto, Rebuff. *d. conſ.* 176. *nu.* 31. Peregr. *d. art.* 53. *in fine.*

29 Limitatur decimò, quando lis fuiſſet deciſa per iuramentum, quia talis deciſio non afferret præiudicium ſubſtituto, Ari. Pinell. poſt multos relatos *in d. l.* 1. *par.* 3. *limit.* 7. *C. de bon. matern.* Felin. *in cap. penult. nu.* 15. *extr. de re iudic.* Caroc. *tract. de locat. tit. de iuram. deciſ. qu.* 13. *in princ. nu* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 53. *num.* 62. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 73. *nu.* 148.

30 Limitatur vndecimò, quando ſententia appareret iniqua, quia non noceret, Dec. *conſ.* 445. *n.* 41. *verſ. quinto reſpondetur*, Socin. iun. *conſ.* 181. *num.* 10. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 621. *n.* 5. quos refert & ſequitur Menoch. *conſi.* 500. *n.* 7 *conſil.* 688. *n.* 38. *& conſ.* 904. *n.* 68. quæ opinio æquiſſima mihi videtur.

31 Limitatur duodecimò, in ſententia incidenter lata, cum principaliter de alio puncto ageretur, Menoch. *d. conſil.* 904. *n.* 69.

32 Ratio eſt, quia ſententia incidenter lata non nocet alteri ſuper illo incidenti, Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *verſ. ſextum eſt. C. quib. res iud. non nocet*, Alexan. *in l. ſape n.* 76. *verſ. ſextum ſecundum eos. ff. de iudic.* Menoch. *conſ.* 390. *num.* 41 *lib.* 4. *& conſ.* 904. *num.* 69 *libro decimo.*

33 Limitatur decimotertio, in ſententia lata poſt fideicommiſſum purificatum, Corn. *d. conſ.* 303. *n.* 19. Alciat. *in d.* § *Diui*, *num.* 26.

34 Porrò ſciendum eſt, quod ſi per proclama generale fuiſſet citatus fideicommiſſarius, ſentẽtia noceret, Roman. *in l. peragrè ff. de acquir. poſſeſſ.* Hippol. *in l. de vno quoque*, *num.* 57. & ibi Alex. *num.* 17. *ff. de re iudic.* Iaſ *in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *in* 2. *lect. nu* 67. & ibi Crott. *nu.* 44. *ff de legat.* 1. idem Iaſ. *in l. decem*, *nu.* 47. *ff. de verbor. obligat. & conſ.* 111 *col. penult. lib.* 1. rurſus Alexand. *conſ.* 86. *num.* 1 *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 23. *col. vlt.* Marzar. *d. quæſt.* 72. *verſic. & poſtremò*, Peregr. qui alios addit *d. art.* 53. *n.* 52. Oſaſch *deciſ. Pedem.* 157. *num.* 6. *in fine*, *& num.* 14. & volunt plures *ex citatis ſupra num.* 19.

35 Notandum eſt etiam, quod ſententia lata contra vnum fideicommiſſarium, non nocet fideicommiſſario pari in gradu, & ſi ſciuerit litem agi, Peregr. *de fideicom. art.* 53. *num.* 40. & videatur Menoch. *conſ.* 935. *nu.* 35. *& ſeqq.* vbi diſtinguit aliquos caſus.

36 Niſi fideicommiſſarij eſſent re coniuncti, ſecundum Alexand. *in d. l. ſape*, *n.* 15. & Peregr. *d. art.* 53. *n.* 42. *in fine.*

37 In dubio autem iudicandum erit, ſententiam non nocere alteri, quam illi contra quem eſt lata, Dec. *conſ.* 445. *n.* 41. Soc. iun. *conſ.* 181 *n.* 85. *lib.* 2. *& conſil.* 75. *n.* 20. *lib.* 4.

lib. 4. quos refert Menoch. *conſil.* 500. *num.* 14. *conſ.* 688. *num.* 40. *& conſil.* 904. *num.* 72.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vniuerſali lege poteſt tollere fideicommiſſa, contra num. 2.*
3 *Princeps fideicommiſſa à particularibus facta tollere non poteſt, contra num. 4. ampl. num. 5. & decl. num. ſeqq.*
6 *Prohibitio alienationis non comprehendit Principem.*
11 *Princeps mutare voluntatem teſtatoris an poſſit in aliud opus.*

QVÆSTIO DCXXIII.

Vtrum Princeps poſſit tollere fideicommiſſa vel mutare voluntatem teſtatoris in aliud opus?

1 IN præſenti quæſtione duos caſus diſtinguo. Primus eſt quando ageretur, an Princeps vniuerſali lege tolleret fideicommiſſa? Et hoc caſu Principem hoc facere poſſe tenendum eſt, cum Dec. *conſil.* 519. *num* 6. Menoch. ſenſit *conſil.* 350. *numer.* 28. *verſ. ſecundus*, & apertius hoc voluit Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 113. *& ſeq.*

2 Contrariam opinionem quod ſubſtitutiones tolli nõ poſſint, ſed tãtum eorum forma immutari, tenent Dec. *conſil.* 557. *nu.* 5. *& conſil.* 357. *nu.* 5. Cagnol. *in l. precibus, num.* 5 *C. de impub. & al. ſubſtit.* Odd. *in prælud. de compend. par.* 1. *quæſt.* 3. *in fine*, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 1. *quæſt.* 4. *in fine*.

3 Secundus caſus eſt, quando de fideicommiſſo particulari ab aliquo in ſuo teſtamento facto ageretur, & hoc caſu tolli non poteſt, Dec. *conſil.* 468. *n.* 18. Menoch. *conſ.* 10. *n.* 5 *lib.* 1. *& conſ.* 350. *n.* 28. *lib.* 4 Pereg. *cõſ.* 30. *in fine, lib.* 5. *& in tract. de fideic. art.* 52. *n.* 116. Clar *in §. teſtamentum, qu.* 2 *in fine*, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 15. *ſolut.* 13. vbi latè de hoc Intrig. *d. cent.* 1 *q.* 4. *n.* 8. *& cen.* 3. *q.* 93. Mant. *de tacit. & ambig. contract. lib.* 14. *tit.* 4. *in fin.* Theſaur. *deciſ. Pedem.* 120. *n.* 6. & alij relati infra *nu.* 5. quibus adde Archid *in cap. Epiſcop.* 88 *diſt. n.* 14. *ad finem*, Dec. *conſ.* 403. *n.* 14. *& conſ.* 557. *n.* 5. *& conſ.* 468. *n.* 8 Romul. *in l. filiusfam. §. Diui, n.* 230. *ff. de legat.* vbi latè.

4 Contrariam ſententiam, quando ius adhuc non eſt quæſitum, tenent Alexand. *conſil.* 2 *n.* 19. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 1. *num.* 61. 64. *& ſeq. lib.* 2. Becc. *conſil.* 5. *num.* 38. Barcell. *conſil.* 17 *n.* 25. *& ſeqq.*

5 Ampliatur prima opinio, quæ retinenda eſt, etiam de plenitudine poteſtatis non poſſe principem tollere fideicommiſſa etiam quod ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis reſcripſerit Fulgoſ. *in l. ſi teſtamentum in fine*, & ibi Roman. & Corn. *C. de teſtam.* Ari. Pinel. *in rub. C. de reſcind. p.* 2. Dec. *conſ.* 357 *n.* 3. *&* 5. *& conſ.* 519. *col. pen.* Crau. *conſ.* 296. Did. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 6 *n.* 67. Peregr. *de fideic. art.* 52. *n.* 117. Intrigl. *de cent.* 3. *q.* 93. *n.* 2.

6 Illud tamen ſciendum eſt, quod prohibitio alienationis non comprehendit principem, ſecundum Bardell. *dict. conſil.* 17.

7 Declaratur hic ſecundus caſus vt non procedat, quãdo cum cauſa Princeps tolleret fideicommiſſum, vel concederet facultatem alienandi, etiam contra expreſſam teſtatoris diſpoſitionem, Bald. *in d. l. ſi teſtamentum* & ibi Angel. Paul. Caſt. & alij, Ign. *in l. non dies, n.* 1101. *ff. ad Sillan.* vbi dicit cauſam eſſe exprimendam, Bald. *conſil.* 82 *n.* 1. *lib.* 1. Crot *conſ.* 275. *n.* 39. Alba *conſ.* 143. *n.* 2. & ibi adden. *& conſ.* 226. *num.* 23. & ibi adden. Did. *d. cap.* 6. *in fine*, vbi dicit cauſam debere eſſe magnam, Reſtaur. Caſtald. *in tract. de Imper. quæſt.* 98. *num.* 4.

Cauſa autem iuſta eſſet, finis litium ſecundum Al- 8
bam *d. conſil.* 229 *nu.* 29.

Si iuſta cauſa, eſſet omnis cauſa, quæ concernit pu- 9
blicam vtilitatem *l. legatum, ff. de adminiſtrat. rer. ad ciu. pertin.* & in ſpecie volunt Bald. Romul. & Didac. *locis citatis*.

Si etiam ageretur de libertate matrimonij, iuſta eſſet 10
cauſa derogandi fideicommiſſo, Ruin. *conſil.* 189. *num.* 13. *&* 16 *lib.* 2.

Sed an Princeps poſſit mutare voluntatem teſtatoris 11
in aliud opus cum cauſa, vel ſine cauſa? videndi erunt Doct. *in d. l. legatum, ff. de vſufr. legat.* Canon. *in clem. quid contingit de relig. domib.* & Crauet. *conſil.* 296. vbi latè, Roman. *ſing.* 480. Bero. *conſil.* 22. *nu.* 23. *lib.* ... Bald. *conſil.* 82. *lib* 1. Peregr. *d. art.* 52. *n.* 160.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, ampl. & decl. per totam quæſt.*
2 *Pretium immobilium alienatorũ venit in reſtitutione fideicommiſſi, vel in detractiones eſt imputandum.*
6 *Mobilia deperdita vel conſumpta, ſine culpa grauati non veniunt in reſtitutione fideicõmiſſi, contra n. 7.*
9 *Mobilia fuiſſe conſumpta culpa vel dolo hæredis non præſumuntur, & qui hoc dicit probare debet.*
10 *Mobilia conſumpta, vel deperdita ſine culpa hæredis non ſunt in detractiones imputanda, & num. ſeqq.*
12 *Mobilia non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi reſtricti ad ſtabilia.*
13 *Pecunia reperta in hæreditate venit in reſtitutione fideicommiſſi, decl. num. ſeqq.*
14 *Pecunia deſtinata in emptionem immobilium venit in reſtitutione fideicommiſſi tanquam res immobilis, contra alij ibid.*
16 *Pecunia expenſa ſine fraude fideicommiſſi non venit in reſtitutione fideicommiſſi, contra n.* 17.
18 *Pecunia recepta ex affrancationibus an ſit reſtituenda à grauato reſtituere ſtabilia.*
19 *Merces veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
Limitatur in mercibus conſumptis ſine culpa hæredis, num. 20.
Limitatur quando fuiſſent alienata, quia pretium erit reſtituendum vel in detractiones imputãdum. n. 21.
22 *Animalia relicta per teſtatorem veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
Et ſi fuerunt vendita, pretium reſtitui, vel in detractiones imputari debet. num. 23.
Limitatur ſi ſine culpa hæredis eſſent mortua, num. 24. *& ſeqq.*

QVÆSTIO DCXXIV.

Mobilia, merces, animalia, pecunia, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi?

AGREDIOR materiam ſatis amplam, & 1
quotidie practicatam, quæ ſcilicet bona veniant in fideicommiſſi reſtitutione, & de detractionibus grauato competentibus in bonis fideicommiſſi: incipio autem à quæſtione, an mobilia, ſicuti & immobilia veniant in fideicommiſſi reſtitutione? & venire ſtatuit Iuſtin. *tit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* & ita ſcripſerunt poſt alios Pariſ. *conſil.* 25. *numer.* 69. *libr. ſecundo*, Socin. iun. *conſil.* 130. *numer.* 14. *libr.* 1. Alciat. *reſp.* 401. *num.* 1. *& reſp.* 497. *num.* 5. Crauet. *conſ.* 295. *in fine, & conſ.* 316. *n.* 5. *verſic. quarto dubitatur*, Honded. *conſil.*

conſil.59.nu.12. & ſeqq.lib.1. Marzar. *in epit.de fideicom. par.2.qu.5.* vbi alios adducit, Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.7.tit.6.n.1.* Præt. *de interp.vlt.vol.fol.351.n.12. & fol. 346.n.10.* Menoch.*lib.4.præſupt.197.nu.1.& ſeq.*Intrigl. *de ſubſtit.cent.3.q.74.n.109.* Pereg.*de fideic.art.10.n.35. vſque ad finem, & deciſ.64.& deciſ.99.nu.15.* Alex.Raud. *deciſ.Piſan.29.nu.379.ad medium.*

2 Et ſi mobilia eſſent alienata, pretium reſtitui debet, vel in legitimam, & alias detractiones imputari, & idem eſt, quando res eſſet permutata, quia quæ habita ſunt in permutatione reſtituenda erit, *l. Imperator §.vltim.ff. de legat.2.l.ſi rem, & pretium ff.de petit.hæred.l. Marcellus, §.res quæ,* & ibi Bart.Angel.*nu.2.*Roman.*nu.6.*Imol.*n.9.* Paul.Caſtr.*nu.1.*Iaſ.*nu.6.*& Claud.Aquen.*in princ.ff.ad Trebell.* Bertrand.*conſ.92.n.3.lib.1.*Hōded.*conſ.59.n.15. & ſeq.lib.1.* Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.8.num.22.* Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.351.nu.12.ante finem,* Peregr. *de fideic.art.10.n.30.& deciſ.64.* & ita ego etiam conſului in cauſa detractionum ſuper fideicommiſſo Illuſtriſſimi D.Co.Camilli Martinengi.

3 Et quando minori pretio, quàm valeant mobilia, eſſent alienata, grauatus, vel eius hæredes tenerentur de iuſto pretio, Od.*conſ.107 dubio tertio,*Ripa *in l.in quartam.n.102 ff.ad leg.Falcid.*Honded.*conſ.64.nu.65.lib.1.* Peregr. *de fideicom.art.10.nu.30.*

4 Et tenerentur de pretio recepto ex alienatione, nec attendi deberet quod res plus valeret tempore reſtitutionis fideicommiſſi, Bertaz.*conſ.75.n.19.*Peregr.*de fideic.art.39.nu.6.* Petr.*de fideic.qu.15.ante nu.149 verſic. & in hoc.*Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.365.n.14.* Rota Romana in collect.per Farinac.idem ſenſit *deciſ.220 part.2.*

5 Quod ſi pretium non eſſet exactum tempore reſtitutionis, erit tamen in detractiones imputandū Gloſ.Bart. Roman.Caſtr.& alij *in d.l. Marcellus,§.res quæ,ff.ad Trebell.* Honded. *conſ.59.num.14.lib.1.*

3 Bona acquiſita ex fructibus hæreditatis perceptis poſt aditam, non ſunt fideicommiſſario reſtituenda.

Limitatur, ſi teſtator aliud nominatim diſpoſuit, nu.5.

3 In fideicommiſſi reſtitutione veniunt ſolum ea, quæ erãt in hæreditate tempore mortis teſtatoris, non quæ poſtea acceſſerunt.

4 Bona acquiſita ab hærede ex ſua diligentia non ſunt

fideicommiſſario reſtituenda, & num. 10.

6 *Quod lucratus eſt hæres ex bonis hæreditarijs, vel eorum occaſione non venit in fideicommiſſi reſtitutione. decl. num. 7.*

8 *Bona comparata ex pecunia hæreditaria, vel ex pecunijs exactis à debitoribus hæreditarijs, vel ex pretio habito ex alienatione bonorum hæreditariorum, non venit in reſtitutione fideicommiſſi, dummodo hæres offerat reſtituere quod erat in hæreditate, contra nu. 18. decl. num. 21. & ſeqq.*

13 *Empta res per ſocium de communi pecunia nomine proprio, non efficitur communis.*

14 *Pretium rei hæreditariæ ſuccedit loco rei, & nu. 55.*

16 *Empta res pecunia dotali non efficitur dotalis, ſed mariti.*

14 *Res non ſuccedit loco pretij.*
Limitatur in vniuerſalibus, nu. 19. contra nu. 20.

21 *Res empta pecunia hæreditaria nomine hæreditatis venit in reſtitutione fideicommiſſi & nu. ſeqq.*

23 *Res empta pecunia hæreditaria præſumitur nomine proprio non hæreditatis empta, contra nu. 25.*

24 *Actus factus præſumitur nomine proprio non alieno.*

26 *Res empta pro ſe, & hæredibus præſumitur acquiſita pro ſe, non vti magiſter hæreditatis, contra nu. 27.*

28 *Res præſumitur à grauato empta nomine proprio non hæreditatis quando in inſtrumento adeſt clauſula ad habendum, &c. contra nu. 29.*

30 *Res empta ab executoribus hæreditatis venit in reſtitutionis fideicommiſſi.*

31 *Res empta à curatore dato hæreditati, venit in fideicommiſſi reſtitutione.*

32 *Res empta pecunia hæreditaria, quando teſtator mandauit pecunias inueſtiri, venit in reſtitutione fideicommiſſi, & nu. 33. contra nu. 34.*

35 *Res acquiſita ab hærede grauato fideicommiſſo præſumitur de propria pecunia acquiſita, decl. nu. ſeqq.*

36 *Res empta præſumitur pecunia propria empta.*

42 *Actus qui ex duplici cauſa fieri poteſt præſumitur ex cauſa neceſſaria factus.*

43 *Res empta à grauato, quando veniret in reſtitutione fideicommiſſi, ſi poſtea ab eodem ſit alienata poterit vẽdicari à tertijs poſſeſſoribus contra nu. 44.*

45 *Res comparata ex pretio, et alienatione rei fideicommiſſariæ poteſt à fideicommiſſario peti, ſi non vult pretium, & hoc eſt in eius electione, decl. nu. ſeqq.*

46 *Res acquiſita ex pretio rei alienatæ, cenſetur ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi alienatorum.*

53 *Alienata bona à grauato ſunt imputãda in ſuas detractiones, nec cogi poteſt fideicommiſſarius recipere pretium, vel rem acquiſitam ex pretio rei alienatæ.*

54 *Alienata re fideicommiſſo ſubiecta eſt in electione fideicommiſſarij petere pretium, vel agere contra rem alienatam.*

56 *Res inſolutum data hæredi grauato pro credito hæreditario, venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

QVÆSTIO DCXXVII.

Acquiſita per hæredem poſt aditam hæreditatem, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi?

1 IN practica etiam ſæpe contingit diſputatio, an acquiſita per hæreditatem veniant in fideicommiſſi reſtitutione? Sed quia acquiſitiones poſſunt ex diuerſis bonis contingere: ideo vt diſtincta de omnibus habeatur reſolutio, diſtinguendi erunt aliquot caſus.

Primus eſt caſus, quando hæres grauatus fideicommiſſo acquiſiuit bona aliqua aliunde, quàm ex bonis hæreditarijs, & tunc res eſt clariſſima, quòd hæc bona non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg.* Caſtr. *conſ.* 162. *viſa narratione, lib.* 1. Alex. *conſ.* 20. *n.* 10 *lib.* 3. Dec. *conſ.* 82. *in fi. conſ.* 243. *n.* 1. *& conſ.* 437. *n.* 3. *in fi.* Pariſ. *conſ.* 64. *nu.* 24. *lib.* 1. Socin. ſen. *conſ.* 72. *nu.* 62. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 482. *n.* 29. *lib.* 5. *& libr.* 4 *præſumpt.* 197. *in fine,* vbi alios citat.

Niſi teſtator aliud nominatim diſpoſuerit, nam quod erit diſpoſitum à teſtatore exequendum erit, *l. ſequens quæſtio in fi. ff. de legat.* 3. & in ſpecie ſcribunt Alex. *conſ.* 20. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 3. Corn. *conſ.* 87. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 47. *& ſeqq. lib.* 3. Menoc. *cõſ.* 481. *n.* 30. *lib.* 5. Sur. *dec.* 15. *n.* 23. 2

Secundus caſus eſt quando hæres acquiſiuit bona ex fructibus hæreditatis perceptis poſt aditam hæreditatem, & hæc etiam non erunt reſtituenda, vt ſcribunt Caſtr. *conſ.* 162. *viſa narratione, lib.* 2. Alex. *conſ.* 20. *n.* 10. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 81. *in fi. conſ.* 203. *n.* 3. *cõſ.* 217. *n.* 1. *cõſ.* 243. *n.* 2. *& conſ.* 477. *in fin.* Pariſ. *conſ.* 64. *nu.* 24 *lib.* 2. *& conſ.* 33. *n.* 73. *lib.* 3. Gozad. *conſ.* 92. *n.* 2. Crau. *conſ.* 792. *nu.* 13. Mantic. *de coniect. vl. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 19. Pereg. *de fideic. art.* 6. *n.* 39. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 74. *n.* 58.

Pro qua veriſſima ſententia facit, quia ſi fructus ipſi percepti pendente conditione fideicommiſſi non ſunt fideicommiſſario reſtituendi *l. in fideicommiſſariam, §. primo, & §. ſecundo, l. ita tamen, ſupra quoties, & l. ex aſſe, ff. ad Treb.* & ſcripſi *q. præcedenti,* multòminus erunt reſtituenda bona ex ipſis fructibus acquiſita, & eſt regula generalis, quod in fideicommiſſi reſtitutione veniunt ſolum ea, quæ erunt in hæreditate tempore mortis teſtatoris, non quæ poſtea acceſſerunt, quam regulam facit, Pereg. *de fideic. art.* 6. *nu.* 39. pro ea adducendo *l.* 3. *ff. ad leg. Falcid.* & alia iura, vt apud eum, vnde etiam facit alia concluſio, quod id quod acquiſiuit hæres ex ſua diligentia non computatur in hæreditate *l. ſi hæres inſtitutus, ff. ad leg. Falcid.* & ibi Bart. Ruin. *conſ.* 97. *n.* 13. *lib.* 5. refert, & ſequitur Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 8 *nu.* 19. *ad medium,* Peregr. *de fideic. art.* 44. *nu.* 29. 3 4

Et hic ſecundus caſus pariter procedit, niſi teſtator aliud nominatim diſpoſuerit, vt dixi ſupra *num.* 2. 5

Tertius caſus eſt, quando hæres lucratus eſt aliquid ex bonis hæreditarijs, vel earum occaſione, & pariter nec id venit in fideicommiſſi reſtitutione, Ruin. *conſil.* 95. *col. vlt. lib.* 5. Crau. *conſ.* 115. *n.* 4. *verſ. ſeptimum dubiũ,* refert & ſequitur Præt. *de interp. vlt. volun. fol.* 352. *n.* 13. Adducunt *l.* 3. *ff. ad leg. Falcid. & l. poſtulante, §. ſed. & in eiuſmodi, verſ. ſed tum hæreditarios nummos, ff. ad Treb.* Et confert quia vt ſupra *nu.* 2. dictum eſt, in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt, quæ hæreditati poſtea acceſſerunt, cum etiam acquiſita ab hærede cum ſua diligentia non computarentur in hæreditate. 6

Si tamen teſtator aliud diſpoſuiſſet, id exequendum eſſet, ad dicta ſupra *num.* 2. 7

Quartus caſus eſt, quando ex pecunia hæreditaria, vel ex pecunijs exactis à debitoribus, hæreditarijs bona ſunt comparata, vel ex argenteis vaſis, maſſaritijs, vel ſimilibus hæres emit bona: & tunc hæres non tenetur bona reſtituere, dummodò offerat reſtituere id quod erat in hæreditate, vt ſcribunt Gloſ. *in l. imperator, §. fin. ff. de legat. ſecundo,* & ibi Rainer. Alber. Cuman. & Imol. Bartol. *in l. item veniunt, ff. de petit. hæredit.* & ibi Bald. Angel. & Fulgoſ. Caſtr. *conſil.* 289. *in caſu ſupraſcripto, verſic. & poſito quod fuiſſet, libr.* 2. *& conſil.* 488. *ad primum quo quæritur lib.* 1. Alex. *conſil.* 21. *n.* 3. *& conſil.* 51. *nu.* 12 *lib.* 6. Iaſ. *conſil.* 231. *ad finem lib.* 2. Ruin. *conſ.* 97. *col. pen. libr.* 5. ita tenet in pecunia exacta à debitoribus hæreditarijs aliàs contra, Capr. *conſ.* 88. *in fine,* Ceph. latè *conſi.* 645. *num.* 28. 49. *& ſequentibus lib.* 5. vbi de communi opinione teſtatur Menoch. etiam latiſſimè *conſil.* 213. vbi dicit hanc eſſe receptam ſententiam, & ampliat 8

multi-

Digitized by Google

multipliciter *conſ.* 1177. *nu.* 16. *& infra vſque ad finem*. Peregr. *conſ.* 31. *n.* 11. *vſque ad finem lib.* 4. vbi comprobat. *& in tract. de fideic. art.* 44. *nu.* 28. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 345. *n.* 5. & *fol.* 352. *nu.* 13. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 19. Tiraquell. *de retract. conſang.* §. 32. *gloſ. prima, num.* 11. Peregrin. *deciſ.* 2. *num.* 6. 7. hanc tenet, quando pecunia eſt exacta à debitoribus hæreditarijs, ſecus in pecunia reperta in hæreditate, & hanc opinionem ego etiam dixi veriorem conſulendo in vna de Calinis, *conſ.* ...

9 Adducitur primò pro hac opinione, quod res acquiſita non fuit hæreditaria, ergo nec in fideicommiſſi reſtitutione veniet, *l. qui hæredi*, §. *cum hæreditas, ff. de condit. & demonſtr.* Corn. qui concordantes allegat *conſil.* 196. *nu.* 15. *lib.* 2. *& conſ.* 17. *num.* 21. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 97. *n.* 13. *lib.* 5. Crau. *conſ.* 144. *n.* 4. *in fine, conſ.* 295. *n.* 4. *& conſil.* 316. *n.* 3. Vnde Pereg. *de fideicommiſſ. artic.* 6. *n.* 39. facit regulam, quod in fideicommiſſis non veniunt reſtituenda, niſi quæ erant in hæreditate tempore mortis teſtatoris, non quæ poſtea acceſſerunt *per l.* 3. *ff. ad leg. Falcid. cum concord.* vt per eum.

10 Secundò, Peregr. & Mantic. allegati *ſupra nu.* 4. confirmabant ratione, nam in fideicommiſſi reſtitutione non veniunt quæ hæres ex ſua induſtria acquiſiuit per text. *in dicta l. ſi hæres inſtitutus, ff. ad leg. Falcid.*

11 Tertiò, Peregr. *d. artic.* 44. *num.* 29. aliud fundamentum conſiderabat, ſufficere fideicommiſſario, ſi pecunia, quæ in genere ſuo functionem recipit, reſtituatur cum eius conditio non lædatur, nec potuerit cogi hæres vt pro eo negotiator extaret, *l. poſtulante*, §. *ſed & in huiuſmodi. ff. ad Trebell.*

12 Quartò valde vrget conſideratio eiuſdem Peregrin. loco citato, dum dicit, quod ſi mala fuiſſet inueſtitura facta cum pecunia hæreditaria, fideicommiſſarius non rem, ſed pecuniam peteret, ergo audiendus non eſt cõtrarium poſtulans, ſi inueſtitura eſt vtilis per *l. ſcribit Celſus, ff. ad Trebel. & l. penultima, C. de ſolut.* idem etiam dixit ipſe Peregr. *conſ.* 31. *nu.* 16. *ad medium, lib.* 4.

13 Sextò facit, quia res empta per ſocium nomine proprio de communi pecunia non efficitur communis, *l. ſi Titium, & Mæuium. ff. de adminiſtr. tutor.* cũ alijs adductis à Ceph. *conſ.* 645. *n.* 29. *&* 30. Menoch. *cõſ.* 213. *n.* 26.

14 Septimò facit text. *in l. ſed & ſi lege.* §. 1. *ff. de petit. hæred.* vbi quamuis pretium rei hæreditariæ ſuccedat loco rei, tamen res empta ex illo pretio non ſuccedit loco rei, vnde ex illo textu colligitur, quod res non ſuccedit loco pretij, ſic ibi Bart. Bald. Angel. & alij. Bald. *in l. mater, nu.* 15. *C. de rei vendicat.* Menoch. *conſ.* 213. *nu.* 2. *& ſeqq & num.* 16. *& ſeqq.*

15 Octauò facit, quia ſi pecunia eſt in hæreditate, hæres grauatus poteſt frui pecunia, ſicuti cæteris rebus hæreditarijs, *l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.* Vnde nil intereſt fideicommiſſarij, ſi hæres expendat pecunias, quia cum recipiant functionem in genere ſuo, *l.* 2. *l. mutui datio, ff. ſi certum petatur*, ſi reſtituit pecunias grauatus, fideicommiſſarius habet, quod de iure conſequi poteſt, arg. text. *in* §. *itaque ſi pecunia. ff. de vſufr.* vbi vſusfructuarius pecuniæ poteſt eam expendere ad libitum, & ſatis eſt, quod finito vſufructu reſtituat tantundem, & hoc argumento vſus eſt Ceph. *dict. conſ.* 245. *num.* 60. *& ſeq.*

16 Nonò accedit, quod res empta pecunia dotali non dicitur dotalis ſed mariti *l. ex pecunia, C. de iur. dot. l. vltima, C. de ſeru. pignor. dat. manumiſſ.* & ibi Doctor. Atqui dos eſt quid vniuerſale ſicuti hæreditas, Doctor. *in rub. ff. ſoluto matrim.* ergo &c. & hoc argumento vſus eſt Menoch. *conſ.* 213. *num.* 24.

17 Decimò, quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* ergo dum hæres ſtipulatur ſibi, & ſuis hæredibus ſibi acquirit, & impoſſibile eſt, quod hæreditati, cui noluit acquirere, dicatur acquiſitum, & ſic in ſpecie argumentati ſunt Ceph. *conſ.* 645. *n.* 58. & Peregr. *deciſ.* 2. *nu.* 9.

18 Altera eſt opinio præcedenti cõtraria, quod imò res ipſa empta veniat in reſtitutione fideicommiſſi, quam probarunt Bart. *in l. Imperator*, §. *cum autem. ff. de legat.* 2. *in ſummario*, & ibi Bald. Caſtr. Imol. *in ſummario*, & alij, Paul. de Caſtr. *in conſ.* 326. *ſuper primo, num.* 2. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 49. *nu.* 4. *& ſeq lib.* 3. *conſ.* 40. *ante nu* 11. *eod. & conſi.* 186. *col.* 2. *lib.* 5. Natta *conſ.* 211. *in quarto*, Ruin. *conſ.* 97. *n.* 10. 11. *lib.* 5. hanc tenet in pecunia hęreditaria nõ exacta à debitoribus hæreditarijs, Crauet. *conſ.* 295. *dubio ſeptimo*, Alciat. *conſ.* 110. *lib.* 9. Iaſ. *conſ.* 43. *col. vlt. lib.* 3. vbi dicit Collegium Ferrarienſe ita iudicaſſe, Surd. *deciſ. Mant.* 15. Peregr. *deciſ.* 2. *nu.* 6. vbi teſtatur de communi opinione, quando ſumus in pecunia hæreditaria, ſecus ſi in pecunia exacta à debitoribus.

19 Pro hac opinione facit, quia in vniuerſalibus res ſuccedit loco pretij, *l. Imperator*, §. *fin. ff. de legat.* 2. *l. ſi rem, & pretium, ff. de petit. hæred.*

20 Reſpondetur, quod immo contrarium eſt verius, ſcilicet quod res non ſuccedit loco pretij, vt ex Bartol. & alijs dixi in ſeptimo argumento contrariæ opinionis, & plura de hoc ſcribit Menoch. *conſ.* 213. *num.* 1. *& ſeqq. multis*; vbi plenè ſatisfacit.

21 Prima autem opinio, quę & verior, & magis communis videtur per ſupradicta, non haberet locum, quando hæres acquiſiuit nomine hæreditatis, quia tunc res empta venit in reſtitutione fideicommiſſi, *l. Imperato*, §. *fi. ff. de legat.* 2. & ibi Gloſ. *in verb. non videtur*, Din. Rain. Andr. de Piſis, Bald. Alber. & Imol. Gloſ. *in l. ſi hæres pecuniã.* §. 1. *ff. ad Treb.* Alex. *conſ.* 82. *n.* 10. *lib.* 2. Natta *conſ.* 11. *n.* 4. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 645. *n.* 49. *& ſeqq.* vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam, Menoch. latè *conſ.* 213. *n.* 9. *& n.* 21. Pereg. *conſ.* 31. *n.* 11. *lib.* 4. *& in tract. de fideic. art.* 44. *nu.* 28. Surd. *deciſ.* 15. & concedunt omnes.

22 Nec ſufficeret, quod ab hęrede tanquam hærede bona fuiſſent acquiſita, niſi & nomine hæreditario facta eſſet acquiſitio, Corn. *conſ.* 304. *nu.* 11. *ad fin. lib.* 3. refert & ſequitur Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 19. *in fine*, addo Pereg. *conſ.* 31. *n.* 12. in vltimis verbis loquitur in his terminis, *& nu. ſeqq.* contrarium concludit.

23 Difficultas eſt, quando res eſt empta, ſed non apparet an nomine hæreditatis, vel proprio ſit empta, & in hoc articulo duæ ſunt pugnantes opiniones. Prima eſt, quod cenſeatur emiſſe nomine proprio, ita Bart. ſenſit *in d. l. Imperator*, §. *vlt. in* 2. *oppoſ. ff. de legat.* 2. Caſtr. *conſ.* 289. *in caſu ſuprascripto, & conſ.* 326. *ſuper primo quæſito, in fine lib.* 2. Roman. *conſil.* 274. *num.* 1. Ruin. *conſil.* 152. *in fine lib.* 5. quos ad hoc refert, & ſequitur Menoch. *conſ.* 213. *nu.* 38. addo eundem Menoch. *conſ.* 1177. *nu.* 16. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *num.* 28. *& ſequenti.*

24 Ratio huius ſententiæ ea eſt, quia eius iuris præſumptione qui facit actum, præſumitur facere nomine proprio, non altero, *l. & magis, ff. de ſolut.* & ibi Bart. & ita arguit Caſtr. *d. conſ.* 326. Menoch. *d. conſ.* 213. *num.* 37. *& ſeq.* Peregr. *d. conſ.* 31. *nu.* 16. *lib.* 4.

Secundò probatur ex text. *in l. ſi hæres pecuniam, ff. ad Trebell.*

25 Secunda eſt opinio præcedenti contraria, quod in dubio hæres præſumatur nomine hæreditario acquiſiuiſſe: non nomine proprio, Bart. *in l. Imperator*, §. *fi. ff. de legat.* 2. & ibi Comen. Iaſ. *conſ.* 43. *in fi. lib.* 3. Peregr. *deciſ.* 2. *nu.* 9. addo Alex. *conſ.* 40. *num.* 11. *lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 231. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 97. *n.* 12. *lib.* 5. Curt. iun. *cõſ.* 192. *n.* 98. Alciat. *conſ.* 110. *col.* 1. *lib.* 9. Crauet. *conſ.* 295. *dubio ſeptimo*, & Decian. *conſ.* 51. *lib.* 3.

26 Illud verò aduertendum eſt quod acquirens pro ſe,

& hæredibus, nomine proprio, non vti miniſter hæreditatis dicitur acquirere, Peregr. *de fideic. art.* 44. *nu.* 19. *circa medium, & conſ.* 31. *nu.* 11. *lib.* 4.

27 Contrarium tenuit Pereg. *deciſ.* 1. *num.* 9. *verſ. ſed tamen*, vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, & dicit requiri expreſſam proteſtationem, quod vult emere nomine proprio, quia hæres qui negotia hæreditatis fidei ſuæ commiſſæ gerit, præſumitur nomine hæreditario gerere, & teſtatur ita fuiſſe iudicatum.

28 Quod ſi acquiſitio ſit facta cum clauſula, ad habendum, vendendum &c. colligitur præſumptio, quod nomine proprio ſit acquiſita, quia facultas alienandi eſt contraria fideicommiſſo, ita Peregr. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 28. *circa fin. & conſ.* 31. *num.* 16 *in fin. lib.* 4.

29 Sed in melius mutauit ſententiam Peregrin. *deciſ.* 2. *num.* 9. *poſt medium*, vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, non obſtante clauſula,

30 Si tamen res fuiſſet empta ab executoribus teſtamẽti, acquiſitio cenſeretur facta nomine hæreditatis, & veniret in reſtitutione fideicommiſſi, Natt. *conſil.* 211. *num.* 4. Menoch. *d. conſ.* 213. *nu.* 44. *& 60.* declarat procedere, quando nomine hæreditatis facta eſt acquiſitio, ſecus ſi nomine hæredum.

31 Idem eſſet, quando res fuiſſet acquiſita à curatore dato hæreditati, vt tradit Menoch. *d. conſ.* 213. *num.* 53. *& ſeqq.*

32 Et fortius prædicta procederent, quando teſtator aliter nominatim ordinaſſet, ad dicta ſupra *num.* 2. & in ſpecie ſcribit Surd. *deciſ.* 15. *num.* 24 quia vt ipſe dicit, hoc caſu ſtandum eſt præcepto teſtatoris, §. *diſponat in auth. de nupt.*

33 Vnde ſi teſtator mandauit pecunias inueſtiri, vel vendi mobilia, & exigi nomina debitorum, & in emptionem prædiorum pecunias conuerti, proculdubio res acquiſitæ venient in fideicommiſſi reſtitutione, Alciat. *conſ.* 110. *num.* 7 *lib.* 9. vbi loquitur de tacita mente teſtatoris, quod fiat inueſtitura, & in expreſſa diſpoſitione hoc voluerunt Socin. ſen. *conſ.* 149. *num.* 27. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 28. *circa fin.* vbi dicit eſſe indubitatam opinionem, & ſecundum hanc iudicauit Senatus Mantuæ, apud Surd. *deciſ.* 15.

34 Licet contrarium malè tenuerit Riminal. ſen. *conſil.* 25. *num.* 31. quem ſequitur Menoch. *d. conſ* 213. *nu.* 52. *verſic. nec obſtat*, qui tamen loquitur quando teſtator mandauit pecunias inueſtiri ad vtilitatem filiorum, non hæreditatis.

Sed adhuc circa materiam huius quarti caſus duæ remanent dubitationes reſoluendæ.

35 Prima eſt, an acquiſita per hæredem præſumantur acquiſita de propria pecunia, an verò de pecunia hæreditatis, & regula facienda eſt, quod bona præſumuntur acquiſita de propria pecunia hæredis, & fideicommiſſario aſſerenti pecuniam fuiſſe hæreditariam incumbit onus probandi per reg. *l. ei qui dicit, ff. de probat.*

36 Secundò etiam facit, quia res empta præſumitur empta ex pecunia propria, *l.* 2 *C. pro ſoc.* & ibi Bartol. Bald. Angel. Fulgoſ. Paul de Caſtr. Salicet. & alij communiter, qui propterea inferunt acquiſita à ſocio de propria pecunia præſumi acquiſita, Bart. *in l. ſi patronus, C. commun. vtriuſque iud.* Bald. *in l. penultima, C. ſi quis alt. vel ſib.* Curt. iun. *in l.* 1. *C. de furt.* Alexan. *conſ.* 78 *in fine, libr.* 2. Decian. *conſ.* 99. *num.* 2. Natta *conſ.* 358. *nu.* 2. Crauet. *conſ.* 129. *num.* 2. *& conſ.* 131. *num.* 12. ergo &c.

37 Tertiò in ſpecie, quod acquiſita per grauatum cenſentur de proprijs pecunijs acquiſita voluerunt Paul. de Caſtr. *conſil.* 289. *in caſu ſupraſcripto libro ſecundo*, Alex. *conſil.* 82. *columna vltima libro ſecundo & conſ.* 40. *libro* 3. vbi vult pecunias repertas penes grauatum non præſumi hæreditarias, Decian. *conſ.* 238. *nu.* 5. vbi dicit rem redemptam per grauatum vigore pacti de retrouendendo præſumi recuperatam de proprijs pecunijs hæredis non hæreditatis, quod etiam approbarunt Cagnol *in l.* 2. *quæſtione* 94. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Marzar. *in epit. de fideicom. quæſt.* 6. & Tiraquell. *de retract. conuention. ad finem tituli, n.* 96. Similiter etiam ſolutum creditoribus hæreditarijs præſumitur de pecunijs hæredis ſolutum, niſi appareat in hæreditate fuiſſe pecunias, vel diſtracta eſſe bona, & ex pretio ſolutũ creditoribus, ſic Roman. *conſ.* 276. *viſis, nu.* 7. Soc. ſen. *conſ.* 16. *dubio primo, lib.* 3. & Peregr. *de fideic. art.* 35. *nu.* 34. *& ſeqq.* Et in terminis terminantibus, quod acquiſita bona præſumantur de pecunijs hæredis acquiſita, ſcripſerunt Peregr. *conſ.* 31. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 4. vbi ex prædictis authoritatibus mouetur & Surd. *deciſ.* 15. *n.* 1. 25. *& ſeq.* & videnda erunt dicta *qu. ſeq. ab hac ſecunda, nu.* 2.

Quod procedit niſi in contrarium extent coniecturæ, quod pecuniæ eſſent hæreditariæ, vt concedunt Peregr. *d. conſ.* 31. *n.* 10. *in fine*, & Surd. *dicta deciſ.* 15. *n.* 26. 38

Coniectura eſſet, quando ex facti circunſtantijs reſpectu temporis & perſonarum non potuit hæres ære proprio facere illas acquiſitiones, Pereg. *d. conſ.* 31. *n.* 10. Surd. *d. deciſ.* 15. *n.* 10. *& ſeqq. & n.* 26. 39

Secunda eſſet coniectura, quando ex inuentario hæreditatis appareret in hæreditate fuiſſe multos fructus, & mobilia magni valoris, & credita, ſic Surd. *d. deciſ.* 15. *num.* 10. 40

Tertia eſſet coniectura, quando teſtator mandaſſet fructus extantes tempore eius mortis, vel mobilia prætioſa vẽdi, & nomina debitorum exigi, & ex pretio fieri acquiſitiones, nam ſi poſtea appareant bona empta, præſumuntur empta ex pecunijs ſic exactis. Surd. *d. deciſ.* 15. *n.* 11. Quod ſecundum Surd. *n.* 12. *& ſeqq.* locum haberet etiam ſi appareret hæredes habuiſſe proprias pecunias, nam præſumi debet quod ex pecunijs hæreditarijs factæ ſint acquiſitiones, quoniam vbi actus ex duplici cauſa fieri poteſt, præſumitur ex cauſa neceſſaria factus, *l. vlt. C. de alim. pupill. præſt.* & ibi Bar. Signor. *conſil.* 103. *n.* 6. Surd. *conſ.* 164. *n.* 26. *& deciſ.* 15. *nu.* 12. *& ſeqq.* vbi etiam aliter comprobat. 41 24

Et fortius prædicta procederent, quando in hæreditate extitiſſet pecunia, vel adeſſent nomina debitorum, Rota Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 180. *n.* 4. *par.* 1. 43

Secunda dubitatio reſoluenda eſt, quod ſi ſumus in caſibus, quod bona acquiſita eſſent reſtituenda: ſi grauatus poſtea illa alienauit, an poſſint vendicari à tertio poſſeſſore, tanquam de fideicommiſſo ſuppoſitis, & Alciat. *conſil.* 110. *num.* 7. *vſque ad finem, lib.* 9. voluit vendicari poſſe: mouetur, quia ſtatim quod res fuit empta pecunia hæreditaria, ſuper illa tranſit hypotheca quæ pro fideicommiſſo competijt, ſecundum Bart. *conſ.* 124. & ſenſit Iaſ. *conſil.* 231. *in principio, libr.* 2. Cum enim res illa empta pecunia hæreditaria ſit effecta fideicommiſſaria, perinde eſt, ac ſi à principio fuiſſet in bonis teſtatoris, quo caſu ex legis diſpoſitione dicitur hypothecata, *l.* 2. *C. commun. de legat.* & ſufficit quod hypotheca orta ſit tempore quo res fuit apud hæredem, nec releuat quod poſtea tranſierit in tertium poſſeſſorem, *l. Paulus*, §. 1 *ff. de pignor.* Accedat, quod teſtator dum fecit fideicommiſſum in bonis ſuis, cenſetur & illud feciſſe in pecunia, Fulgoſ. *conſil.* 41. *dub.* 6. Decianus *conſil.* 44. *num.* 84. *lib.* 3. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 6. *n.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 197. *num.* 1. & dixi *quæſtione* 624. *num.* 13. & ſi fideicommiſſum factum eſt in pecunia, conſequenter cenſetur factum in re, quæ ex pecunia, peruenit in hæreditate; & ſicuti ſi res non fuiſſet alienata tempore euenientis conditionis fideicommiſſi, illa eſſet reſtituenda fideicommiſſario per ſupra dicta, ſequuta ergo alienatione res tranſit

ſit cum ſuo onere, *l. diſtractis*, *& l. pignoris*, *C. de pign.* Hanc eandem opinionem quod agi poſſit contra tertium poſſeſſorem pro recuperatione rei alienatæ vltra, Alciat. tenent Socin. iun. *conſ.* 90 *lib.* 3. Burſat. *conſil.* 289. *num.* 18. *lib.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 44. *n.* 29. *in fine*, dum ſe remittit ad dicta *nu.* 31. vbi ſic reſoluit, & cum hac opinione, & ego tranſeo.

44 Contrariam opinionem malè probauit Paul. de Caſt. *conſ.* 468. *ad primum, col. vlt. lib.* 1. Peregr. *dec.* 2. *n.* 9. *in fin.* licet non omnino affirmet, ſed tamen hanc omnino probat *conſ.* 31. *n.* 17. *in fine lib.* 4. & quod de re permutata poſtea alienata, vt non poſſit à tertio poſſeſſore vendicari in fortioribus, ſcribit Alex. *conſ.* 186. *lib.* 5. vbi conatur oſtendere nullam poſſe competere actionem: non rei vendicatio, quia non fuit in dominio teſtatoris, non hypothecaria, quæ non competit, niſi pro rebus teſtatoris, *l.* 1. *C. commun. de leg.* non perſonalis ex teſtamẽto, quia hæc non datur aduerſus ſingularem ſucceſſorem, *l.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebell.* non ſubſidiaria aliqua, quia hæc competit contra poſſidentem cum titulo lucratiuo, non oneroſo, *l. ſi eum ſeruum, ff. ſi cert. pet. l. vxor marito, ff. de don. int. vir. & vxor. l. vltim. in pr. ff. de eo per quem fact. er.*

Reſpondetur tamen hypothecariam competere, vt ſupra probatum fuit, & cum ſemel per acquiſitionem cum pecunia hæreditaria res facta ſit hæreditaria, neceſſe eſt, vt in cauſam fideicommiſſi inciderit.

Quintus caſus eſt, quando hæres grauatus fideicommiſſo alienauit rem fideicommiſſi, & ex pretio aliam rem emit, an pretium, vel res empta veniat in reſtitutione, & tunc dicendum eſt.

45 Aut hæres ſciebat extare fideicommiſſum ſuper re alienata, & tunc erit in electione fideicõmiſſarij petere, vel rem emptam, vel pretium Bart. *in d. l. Imper. §. fin. nu.* 2. *verſ. aut ſciebat ſe grauatũ ff. de leg.* 2. & ibi Imol. Ang. *inter conſ.* Cror. *conſ.* 418. *nu.* 7. *verſ. ſextò valde*, Iaſ. *conſil.* 231. *n.* 1. *lib.* 2. *& conſ.* 43. *in fine lib.* 3. Ruin. *conſ.* 59. *n.* 22. *lib.* 4. *& conſ.* 97. *in fi. lib.* 5. Curt. iun. *conſ.* 192. *n.* 98. Marcob. ab Anguil. *conſ.* 29. *n.* 211. Crau. *conſ.* 295. *n.* 4. Bonif. Roger. *conſ.* 26. *n.* 8. *lib.* 2. Menoc *conſ.* 213. *n.* 30. *&* 71. *& ſeqq. vſque ad fin.* & quæ dixit *conſ.* 334. *n.* 32. Mantic. *de coniect. vlt. vol. fol.* 7. *tit.* 8 *n.* 22. Præt. *de interp. vl. vol. fol.* 345. *n.* 6. Pereg. *de fideic. art.* 39. *n.* 12. *& art.* 44. *n.* 29. *ante finem, & deciſ.* 2. *n.* 10. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 158. ita eſt intelligendus, licet abſolutè dixerit rem eſſe reſtituẽdam, quod etiam dixit Surd. *deciſ.* 15. *n.* 5. *ad medium*, Alciat. *conſ.* 66. *n.* 19. *in fine, &* 20. *lib.* 9.

Probatur hæc opinio per *l. ſi hæres inſtitutus, §.* 1. *ff. ad Treb. l. mulier, §. ſi enim, ff. eod. & l.* 1 *ff. de fideic. hæredit.*

46 Et facit, quia bona acquiſita ex pretio rei alienatæ, cenſentur ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi alienatorum, *l. Imperator, §. vltimo, ff. de leg.* 2. *& l. Imperator, ff. ad Trebell.* ita Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 22. Peregr. *de fideic. art.* 39. *num.* 12.

47 Accedat, quod in vniuerſalibus vna res ſuccedit loco alterius, ita poſt Curt. iun. arguit Peregr. *d. artic.* 44. *num.* 29. *ante finem.*

48 Aut verò grauatus, quando alienauit, ignorabat fideicommiſſum, & tunc pretium erit reſtituendum. *l. ſed & ſi, §.* 1. *ff. de petit. hæred. l. fin. §. fin. ff. de leg.* 2. & in ſpecie ſic ſcribunt Bart. *in d. l. Imperator, §. fin. n.* 2. *verſ. primo caſu*, Soc. ſen. *conſ.* 16. *col. penult. & fin. lib.* 3. Ruin. *conſ.* 114. *col. penult. verſ. & ſimiliter, lib.* 2. Burſat. *conſ.* 13. *nu.* 75 *lib.* 1. Menoch. *d. conſ.* 213. *nu.* 71. *& ſeqq. vſque ad finem*, & ſenſit *conſ.* 334. *num.* 32.

49 Ignorantia autem in dubio præſumitur, ſecundum Menoch. *d. conſ.* 213. *n.* 78. *& ſeqq* vbi dicit hoc maximè procedere in minore, vel ſuo hærede, ſed circa hunc articulum videnda erunt quę dixi *q.* 595. an grauatus fideicommiſſo præſumatur, ſciuiſſe vel ignoraſſe teſtamentum, & fideicommiſſum.

50 Si tamen prædium fuiſſet alienatum ad effectum vt aliud emeretur, tunc prædium emptum veniret in reſtitutione fideicommiſſi volente fideicommiſſario, Peregr. *deciſ.* 2. *n.* 10. vbi allegat Gloſ. & Doct. *in d. l. Imperator.* Benedic. de Benedic. *in cap. Rainutius, in verbo Adelaſiam, num.* 791. *verſ. idem videtur extra de teſtam.* Caſſan. & Tiraq.

51 Quod ſi quis eſſet grauatus reſtituere quod ſupererit, res acquiſita ex pretio rei alienatæ erit reſtituenda, vt dixi *qu.* 545. *num.* 44.

52 Sed quod ſi data eſſet licentia grauato alienandi bona fideicommiſſi, & is alienauit rem, & ex pretio aliam comparauit, an res acquiſita ſit fideicommiſſario reſtituenda? dixi *qu.* 546. *num.* 14.

53 Aduertendum autem erit, quod bona alienata eſſent imputanda grauato in ſuas detractiones, nec cogi poſſet fideicommiſſarius accipere bona empta, ex pretio alienatorum, nec pretium, ita Peregr. *de fideic. art.* 39. *num.* 12. *in fine.*

54 Sextus caſus, eſt quando res fuit alienata, ex pretio autem alia res empta non fuit, & tunc an pretium ſit reſtituendum vel res, Pereg. *deciſ.* 2. *nu.* 5. dicit eſſe in facultate fideicommiſſarij habere pretium, vel rem, ne ſit in facultate grauati alienare bona ſtabilia, & quæ poſſit habere pretium, facit quia pretium ſuccedit loco rei *l. item veniunt, & l. ſi poſſeſſor, §. ait Senatus, & l. ſed ſi lege,* 55 *§.* 1. *ff. de petit. hæred.* Bart. *in l. quia à debitore, ff. de his quæ in fraud. cred.* & copioſè Tiraq *loco citato, nu.* 10. *& ſeqq.* Ceph. *conſ.* 10. *nu.* 2. *&* 19. *lib.* 3. Menoch. *d. conſ.* 213. *n.* 1. *& ſeqq.* Et de hoc articulo dixi latius *qu.* 555. *q.* 556. *clarius qu.* 558. *&* 559.

56 Septimus eſt caſus, quando res fuit inſolutum data hæredi grauato pro credito hæreditario, & tunc res ipſa venit reſtituenda *l. Imperator, §. vlt. & l. ſeq. ff. de leg.* 2. Caſtr. *cõſ.* 276. *ſuper primo quæſito, n.* 2. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 49. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 97. *col. penult. verſ. item non obſtat. lib.* 5. Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 246. *n.* 11. Pereg. *de fideic. art.* 44. *n.* 28. *in fine, & deciſ.* 2. *n.* 8. Surd. *deciſ.* 15. *n.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Bona vltra deſcripta in teſtamento ſi extent veniunt in fideicommiſſi reſtitutione.*

2 *Bona acquiſita poſt teſtamentum à teſtatore veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

QVÆSTIO DCXXVIII.

Vltra deſcripta bona in teſtamento ſi alia extent, an hæc etiam veniant in fideicommiſſi reſtitutione: & an acquiſita à teſtatore poſt teſtamentum, ſint fideicommiſſario reſtituenda?

1 SI teſtator in teſtamento continente fideicommiſſum deſcripſit bona, & alia non deſcripta reperiantur, hæc venient in fideicommiſſi reſtitutione, quando ſubſtitutio eſt facta in hæreditate quod eſt nomen vniuerſale, continens vniuerſa quæ teſtatur habebat *l. hæreditas, ff. de reg. iur.* & ita ſentit Ripa *de ſubſtit. reſp.* 9. *numero* 10. vbi declarat non procedere quando inſtitutio nominatim eſſet facta incertis bonis in teſtamento deſcriptis, & facta eſset ſubſtitutio in dictis bonis, & hoc propter verbum, dicta, quod reſtringit verbum hæreditas, ad prius deſcripta, *l.* 1. *§. cum qui, ff. de poſtul.* & allegat in ſimili, Bart. *in l. talis ſcriptura, §. vltimo ad finem, ff. de leg.* 1. *& in l. ſeruum, §. vlt. ff. eod.* Aret. *in l. pen. ff. de teſtam.* Socin. ſen. *conſil.* 62. *col.* 1.

lib.4.& Corn.conſ.146.col.4.lib.2.& ſic ſi ſubſtitutio ex verbis poteſt videri reſtricta ad bona deſcripta, non venient non deſcripta, alias ſi ſubſtitutio eſſet ſimpliciter facta de hæreditate, omnia venirent, quia in hæreditate continentur non deſcripta.

2 Et ſi teſtator acquiſiuit aliqua bona poſt factum fideicommiſſum, & hæc venient in fideicommiſſi reſtitutione, vt in fortioribus terminis conſuluit Decianus conſ.41.nu.125.& ſeqq.multis, lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Bona pignorata redempta ab hærede, vel recuperata vigore pacti redimendi veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

2 *Bona recuperata ab hærede grauato, præſumuntur ex propria pecunia recuperata.*

3 *Bona alienata ex cauſa à grauato, & ab eo recuperata reincidunt in cauſam fideicommiſſi.*

4 *Bona recuperata beneficio ſtatuti de retractu veniunt in fideicommiſſi reſtitutione.*

5 *Bona libellaria affrancata per grauatum veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

6 *Dominium vtile conſolidatum cum directo poſt mortem teſtatoris eſt reſtituendum, limit. numer. ſeptimo.*

QVÆSTIO DCXXIX.

Pignorata bona redempta ab hærede, vel recuperata vigore pacti redimendi, vel alienata per grauatum ex cauſa, & poſtea recuperata, vel redempta virtute ſtatuti de retractu, vel libellaria bona affrancata, vel vtile dominium conſolidatum cum directo poſt mortem teſtatoris, an venient in fideicommiſſi reſtitutione?

1 PIGNORATA bona redempta ab hærede, vel redempta virtute pacti redimendi, vel alia cauſa veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, & hæredi reſtituendum erit pretium, niſi cum pecunia hæreditaria recuperauit, prout de re pignorata, & redépta eſt text. in l. Lucius, §. Titia ex aſſe ff. ad Trebell. & de recuperata virtute pacti redimendi, ita ſcribunt Cagnol in l.2.nu.171.C.de pact.int.empt.& vendit. Dec.conſ.88.n.3.& conſ.238.nu.5.verſ.quinto, Grat.conſil.52.& conſ.160.nu.5.in fin.lib.2. Dec.conſ.18.n.18.lib.2. Ferron.in conſuet.Burgund.§.27.verſ.indici etiam poſſent, Caſſan.rub.4.§.25.nu.27. Tiraq.de retract.conuent.in fin.n.86.& ſeq. Marz.in epit.de fideic part.2.q.6. Mantic.de coniect.vlt.volun lib.7.tit.8.n.21. Præt.de interpr.vlt.vol.fol.346.n.10. Pereg.de fideic.art.10.n.2. Intrigl.de ſubſt.cent.3.q.74.n.156. Alex.Raud.deciſ.Piſan.22.n.1.& ſeqq. Rot.Rom.in collect.per Farinac.deciſ.180.part.1. Ratio eſt, quia poſt factam recuperationem dicunt eſſe penes hæredem ex cauſa prima, Bart.in l.in diem, ff de acq.plu.arcend. Ampliatur autem hæc communis ſententia, & ſi facta ſit recuperatio poſt lapſum temporis ad redimendum, Rota d.deciſ.180. vbi adducit rationem & bene, quod emptor recipiendo pretium cenſetur admiſiſſe hæredes ad moræ purgationem, Crauet.conſil.106.n.2.& ſeq. Ruin conſ.155.nu.5 lib.5.

2 Præſumitur autem facta recuperatio ex propria pecunia, Decianus poſt multos relatos d.conſ.18.num.18.lib.2. Pereg.conſ.31.n.9.10.lib.4. Marz.d.q.6.& videnda erunt dicta q.præced.ab hac ſecunda, num.35.& ſeqq. vbi colligi poterunt coniecturæ, quod pecunia eſſet hæreditaria. Et videatur etiam Rota d.deciſ.180.num.4.& deciſ.219.nu.4.& ſeqq.parte 1.

Res autem alienata à grauato ex cauſa neceſſaria, puta debiti hæreditarij, & poſtea ab eodem recuperata reincidit in cauſam fideicommiſſi, Crau.conſ.202. Pereg.de fideic.art.42.nu.21.& conſ.38.nu.10.& ſeqq.libr.4.& videnda erunt dicta q.541.in fine, vbi declaraui. 3

Recuperata etiam res beneficio ſtatuti de retractu veniet fideicõmiſſario reſtituenda, Tiraquel. de ret ract. lign.§.10 gloſ.vnica, n.18. Peregr.de fideic.art.10.n.10. 4

Sic res libellaria affrancata per hęredem veniet in fideicommiſſi reſtitutione, Dec.conſ.18.n.18.lib.2. Pereg.de fideic.art.40.nu.30.& videatur Marz.in epit.de fideic.parte 2.qu.9. Dominium tamen directum eſſe liberum voluit Menoch.conſ.44.nu.21.lib.4. 5

Dominium vtile conſolidatum cum directo poſt mortem teſtatoris, erit pariter reſtituendum, vt quando res emphiteutica, libellaria, vel feudalis aliquo caſu reuertitur ad dominum. Pereg.conſ.44.n.21.lib.4.& in tract.de fideic.art.10.nu.8.& ſeqq. Præt.ſenſit de interpr.vlt.volunt.fol.390.nu 65.& videatur Bertrand.citatus à Marzar.in epit.de fideic.part.2.qu.8. 6

Limitatur ſi reuerteretur ob iniuriam illatam in hęredem, ita Peregr.d.art.10.num.10. 7

SVMMARIVM.

1 *Emphiteutica res recepta ab Eccleſia non venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

Ampliatur, & ſi conceſſa ſit pro ſe, ſuiſque liberis, nu.2.contra num.3.

Limitatur, ſi ſit conceſſa pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, num.4.

Limitatur, quando emphyteuſis eſſet hæreditaria n.5.

Limitatur, quando ex communi vſu talis emphiteuſis eſt hæreditaria, num.7.

Limitat. ſi adeſſet Bulla Apoſtolica de bonis illis alienandis inter viuos, vel in vltima voluntate, nu.8.

Limitatur, quando in conceſſione fuit adhibita ſolemnitas ſeruari ſolita in alienatione bonorum Eccleſiæ, num.9.

Limitatur, quando teſtator expreſſè in re emphyteutica grauaſſet hæredem, & ſit adita hæreditas ſimpliciter ſine proteſtatione aliqua. num.10.

Limitatur, ſi ſubſtitutus eſt de comprehenſis in inueſtitura, nu.11.decl.nu.12.remiſſiuè.

Limitatur, quando fideicommiſſum eſt conſtitutum à primo acquirente, maximè ſi acquiſitio eſt ex titulo oneroſo, num.13.

15 *Emphiteuſis à Republica conceſſa, venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

16 *Emphiteuſis conceſſa à priuato, vel Principe venit in reſtitutione fideicommiſſi, contra num.17. concord. num.18.decl.num.19.*

QVÆSTIO DCXXX.

Vtrum emphiteuſis veniat in reſtitutione fideicommiſſi?

VIDEAMVS de emphiteuſi, an hæc veniat in fideicommiſſi reſtitutione. Cum autem poſſit eſſe conceſſa, vel ab Eccleſia, vel è Republica, vel à priuato etiam quod eſſet Princeps, ideo diſtinguo tres caſus.

Primus caſus eſt, quando emphiteuſis eſt conceſſa ab Eccleſia, & receptiſſima eſt omnium ſententia, 1
quod non ſit fideicommiſſario reſtituenda, Bart.& alij communiter in l ſi patroni, ff. ad Trebell. Bald.in l. cum virum, & ibi Padil.col.pen.verſ.ex hac igitur, C. de fideicom. Paul.Caſtr.in l.precibus, num.19.verſic.idem eſt

C. de

*C.de impub.& al.ſubſtit.*Guliel.Bened.*in cap.Rainutius, in verb.ſi abſque liberis,il 2.n.19.ext.de teſtam.* Aret *conſ.* 53.*nu.*2.Alex.*conſ.*91.*n.*10.*lib.*1.vbi teſtatur de cõmuni opinione.*& conſ.*11.*li.*3.Rimin.ſen.*conſ.*257.*n.*26.*li.*2. Ruin.*conſ.*161.*li.*1.*& conſ.*28.*l.b.*5.Soc.iun.*conſ.*72.*n.*61. *lib.*1.Hier.Gab.*conſ.*85.*n.*1.*lib.*1.Pereg.latè *conſ.*37.*li.*1. Menoch.*conſ.*361.*n.*25.*lib.*4.*conſ* 631.*in fin.li.*7.*& lib.*4. *præſump.*197.*n.*13.Anch.iun.*q.*19.*lib.*1. Mant. *de coniect. vlt.vol.lib.*7.*tit.*9.*num.*5. vbi plures refert teſtantes de communi opinione, Præt.*de interp.vlt.vol.fol.*351.*nu.*6. *& ſeqq.*Petr.*de fideicommiſſ.quæſt.*8.*n.*281. Alex. Trent. *de ſubſtit.par.*4.*cap.*8.*nu.*24. Intrigl.*de ſubſtit. cent.*3.*qu.* 74.*num.*123.Surd.*deciſ.*93.*num.*15.

2 Ampliatur & ſi ſit conceſſa pro ſe liberiſque ſuis, ſecundum Socin.iun.*conſ.*72.*n.*24. *lib.*1.

3 Contra, quod immo veniat in fideicommiſſi reſtitutione, ac ſi conceſſa eſſet pro ſe, filijs & hæredibus probarunt Moder.Pariſ.*in addit.ad Alexand.conſ.*129.*nu.*1, *lib.*5.Anchar.iun.*d.qu.*19.

4 Limitatur primò hic caſus, quando emphiteuſis fuit conceſſa pro ſe,& hæredibus quibuſcunque, quia tunc erit ſubiecta fideicommiſſo, Bald.*in d.l.cum virum,n.*22. & ibi Padill *col.pen.verſ.ex hac igitur, C.de fideicommiſ.* Alex.*in d.l.ſi patroni.ff.ad Trebell.* Menoch.*conſ.*704.*nu.* 28.*lib.* 8.*& lib.*4.*præſump.*197.*n.*13 *verſ.cæterum.*Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.*7.*tit.*9.*nu.*6. Craſſ.*in* § *fideicommiſſum.q.*51 *n.*5.Alex.Trent.*de ſubſtit.par.*4.*c.*8.*nu.*26. Intrigl.*de ſubſt.cent.*2.*q.*94.*n.*28.*& cent.*3.*q.*74.*nu.*120.

5 Limitatur ſecundò non habere locum, quando emphiteuſis fuit conceſſa pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, & ſic emphiteuſis eſt hæreditaria, vel in alijs caſibus, in quibus emphiteuſis eſt hæreditaria, nam tunc fideicommiſſario erit reſtituenda, Ruin.*conſ.*161.*n.*1.*lib.* 1.Soc.iun.*conſ.*79.*nu.*23.*lib.*4.Pereg.*conſ.*44.*num.*13.*&*
6 *ſeqq.lib.*4.Anchar.iun.*lib.*1.*quæſt.*19. Mantic. *de coniect. vlt.volunt.lib.*7.*tit.*9.*nu.*6.Alex. Trent.*de ſubſtit. part.*4. *c.*8.*n.*26.Craſſ.*in* § *fideicommiſſum,q.*51 *n.*3. Menoc.*lib.* 4.*præſump.*197.*nu.*13.Magon.*deciſ.Lucen.*5.*nu.*38.

7 Limitatur tertiò, quando emphiteuſis eccleſiaſtica ex communi vſu eſt hęreditaria, nam & tunc fideicommiſſario eſſet reſtituenda, Corn.*conſ.*131.*nu.*13.*lib.*2.Socin. iun *conſ.*79.*nu.*21.*lib.*1.Menoc.*conſ.*704.*nu.*28.*lib.*8.*& lib.*4.*præſump.*197.*n.*13.*verſ.declarantur tertio.* Mantica *de coniect.vlt.volunt.lib.*7.*tit.*9.*num.*7. Præt. *de interpr. vlt.volunt.fol.*351.*num.*8.Intrig.*de ſubſtit.cent.*3.*quæſt.* 74.*num.*122.

8 Limitatur quartò, quando adeſſet Bulla Apoſtolica de bonis illis alienandis, vel inter viuos, vel in vltima voluntate, quia tunc emphiteuſis continebitur in fideicommiſſa, Alexand.*conſ.*91.*col.penult.lib.*1.Corn.*conſil.* 165.*col.*2.*in fine,& col.ſeq.lib.*2. Hippol.Rimin. *conſ.*44. *num.*59. Ioan. Mar.Riminald.*conſ.*422. Præt. *de interpr. vlt.volunt.folio* 351.*num.*9.

9 Limitatur quintò, quando emphiteuſis conceſſa eſt ab eccleſia obſeruata ſolemnitate, quæ ſolet adhiberi in alienatione bonorum eccleſiæ, quia in reſtitutione fideicommiſſi continebitur. Abb.*in cap.in præſentia,num.*29. & ibi Imol.*num.*14 & Bero.*nu.*386.*extr.de probat.*Padil. *in l.cum virum,column.vlt.C.de fideicommiſ.*Pariſ *conſil.* 85.*num.*17.*lib.*4.Didac.*lib.*3.*variar.reſolut.cap.*17.*num.* 5.Mantica *de coniect.vlt.volunt.lib.*7.*tit.*9. *num.*7. Craſſ. *in* §.*fideicommiſſum, qu.*51.*num.*5.vbi teſtatur de communi opinione.Menoch.*lib.*4.*præſump.*197.*nu.*13.*verſ. declaratur ſecundo.*Intrig.*de ſubſtit. cent.*3.*q.*74.*nu.*121. Afflict.*deciſ.*100.*& deciſ.*386.

10 Limitatur ſextò, quando teſtator expreſsè grauauit filium, vel alium hæredem in re illa emphiteutica, & hæres adiuit hæreditatem nulla facta proteſtatione, quia cenſetur approbaſſe factum patris, & ſibi præiudicaſſe, Ioan. Andr.*in addit.ad Specul.tit.de locato,*§ *nunc aliqua* Alex.Trent.*de ſubſtit.par.*4.*cap.*8.*num.*15. Peregr.latè *conſ.*37.*lib.*1.

11 Limitatur ſeptimò, quando ſubſtitutus eſt de comprehenſis in inueſtitura, nam ad eius beneficium fideicommiſſum in re emphyteutica ſubſtinebitur, Rimin. ſen.*conſ.*139.Mant.*de coniect.vlt.volunt.lib.*7.*tit.*9.*nu.*5. Alex.Trent.*de ſubſtit.par.*4.*cap.*8.*nu.*26.Præt.*de interpr. vlt.volunt.fol.*351.*n.*4.Intrigl.*de ſubſtit. cent.*2. *q.*94 *nu.* 28.Magon.*deciſ.Lucen.*5 *num.*38.

12 Sublimitatur ſecundum ea, quæ dicentur *quæſt.ſeq in* 2.*caſu*, pro declaratione primæ limitationis.

13 Limitatur octauò, quando fideicommiſſum eſt conſtitutum à primo acquirente, maximè ſi acquiſitio emphiteuſis eſset titulo oneroſo, vt poſt alios ſcribit Anchar.iun.*d.lib.*1.*q.*19.*n.*8.

14 Declarantur tamen prædictæ limitationes, vt procedant dummodò expreſsè ſit impoſitum grauamen, aliàs ſecus, Eugen.*conſ.*38.*n.*30. & videatur infra *in tertio caſu.num.*17.

15 Secundus caſus eſt, quando emphiteuſis à Republica conceſsa eſt & tunc venit in reſtitutione fideicommiſſi Bart.*in l.ſi patroni*, & ibi Alex.*n.*4.*ff. ad Trebell.*Padil. *in d.l.cum verum nu.*56.*verſ.res emphiteutica. C.de fideicom.*Mantic.*de coniect.vlt.volunt lib.*7.*tit.*9. *nu.*6. Craſs. *in* § *fideicommiſſum qu.*51.*nu.*1.Menoch.*lib.*4.*præſumpt.* 197.*n.*11.*verſ.quarum prima.*

16 Tertius caſus eſt, quando emphiteuſis eſt conceſsa à priuato etiam quod hic eſset Princeps, & pariter tranſit in fideicommiſſarium. Imol.*in l.ſi patroni in princip. nu.*3.& ibi Alex.*n.*4.*ff.ad Trebell.*Padil.*in l.cum virum, num.*56.*C.de fideic.*Alex.Trent. alios refert teſtando de communi opinione *in tract.de ſubſtit.part.*4.*cap.*8. *num.* 27. Ioſeph. Lud. *deciſ.Lucen.*39.*num.*50. Magon.*deciſ. Luc.*5.*num.*23.

17 Contrariam ſententiam malè probarunt Bart.*in d.l. ſi patroni in princ.n.*4.*ff.ad Trebell.*Bald.*in d.l.cum virum. n.*22. *C.de fideicomm.*

18 Concordantur opiniones ſecundum Soc. iun. *in conſ.* 79.*num.*16.*iuncto num.*26.*lib.*4.quem refert, & ſequitur Menoch.*lib.*4 *præſump.*197.*num.*12.*in fine.* Aut emphiteuſis eſt conceſsa pro ſe, filijs & deſcendentibus, & ſic eſt ex pacto & prouidentia, & procedit ſecunda opinio. Aut conceſsa eſt pro ſe & hæredibus, & ſic eſt hæreditaria, & habet locum prima opinio.

19 Sed an requiratur, quod in conſtitutione fideicommiſſi expreſsè fiat mentio etiam de bonis emphiteuticis, maximè quando in inueſtitura data eſt poteſtas alienandi, legandi, & fideicommittendi, videndi erunt, Eugen.*conſ.*38.*num.*30.Pereg *de fideic.art.*6.*num.*30.*& ſeqq.*Ioſeph.Lud.*d.deciſ.Luc.*29.*nu.*50. *& ſeqq.* Magon. *deciſ.Luc.*5.*num.*23.

Reliqua circa hanc quæſtionem videri poterunt in ſeq.quæſt.vbi de feudo agetur, & Doctor. in hoc paríficant feudum, & emphyteuſim.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum merè hæreditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

2 *Feudum ex pacto, & prouidentia, vel mixtum non venit fideicommiſſario reſtituendum.*

*Limitatur ſi fideicommiſſarius eſt de comprehenſis in inueſtitura, nu.*3.*contra nu.*4.*decl.num.ſeqq.*

*Limitatur, quando ex conſuetudine loci feudalia bona tranſeunt ad quoſcunque, num.*9.

7 *Feudalia bona vt veniant ſub fideicommiſſo, an debeat hoc eſſe expreſſum à teſtatore.*

QVÆSTIO DCXXXI.

Feuda vtrum veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

PRAECEDENTI ſimilis eſt quæſtio, an feuda veniant ſub fideicommiſso, ita vt illa ſint fideicommiſsaria reſtituenda? In quo articulo diſtinguo duos caſus.

1 Primus eſt, quando feudum eſt merè hæreditarium, & ſic ad extraneos hæredes tranſitorium, & tunc venit ſub fideicommiſso, & erit reſtituendum, Bald. *in l. 1. q. 34. ff. de rerum diuiſ. & in l. cum virum, nu. 21. C. de fideicommiſſ.* & ibi Padill. *num. 55. verſic. ſecundo limitabis.* Alexand. *in l. ſi patroni, num. 15. ff. ad Trebel. & conſ. 29. nu. 9. lib. 5.* Gozad. *conſ. 26. num. 1.* Ruin. *conſ. 161. num. 31. lib. 1.* Socin. iun. *conſ. 72. num. 22. & ſeq. lib. 1.* vbi de communi opinione teſtatur, *& conſ. 79. num. 17. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 2. num. 42. & ſeqq. conſ. 3. nu. 34. & conſ. 30. nu. 68. & ſeqq. lib. 2.* vbi aſserit eſse communem opinionem, Roland. à Valle *conſ. 1. nu. 4. lib. 3.* vbi dicit eſse communem opinionem, Becc. *conſil. 28. n. 3.* Bert. *conſil. 5. nu. 14. & ſeq.* Menoc. *conſil. 704. nu. 29. conſil. 1155. dubio tertio, & lib. 4. præſumpt. 197. num. 5.* Iaſ. *in prælud. feud. nu. 49.* Iacob. à Sanct. Georg. *tract. de feud. in verb. & cum pacto quod de ipſo, num. 11.* Clar. *in §. feudum, quæſtione 85.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 4.* Craſs. *in §. fideicommiſſum, quæſtione 50. numero 2.* vbi teſtatur de communi opinione, Alexand. Trent. *de ſubſtitut. part. 4. cap. 8. nu. 20.* Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol. 351. nu. 7.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 6. num. 18.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. quæſt. 94. num. 27. & ſeq. & cent. 3. quæſt. 74. numero 118.* Caualcan. *decis. 32. numero 35. & ſequentibus, parte 3.*

2 Secundus caſus eſt, quando feudum eſt ex pacto, & prouidentia, vel eſt mixtum, & tunc non erit reſtituendum fideicommiſsario, Bart. *in d. l. ſi patroni, in princip. num. 3.* & ibi Alexand. *nu. 12. ff. ad Trebell.* Bald. *in l. cum virum, num. 21.* & ibi Padil. *nu. 55. C. de fideicom.* Gozad. *conſ. 28. num. 1.* Ruin. *conſil. 38. nu. 13. & conſil. 161. nu. 7. & ſeq. lib. 1.* Brun. *conſil. 39. in fine.* Socin. iun. *conſil. 71. col. 2. lib. 1. & conſil. 79. n. 26. lib. 4.* Iaſ. *conſ. 87. col. 1. lib. 1. & in tract. in prælud. feud. num. 46.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 9. nu. 1. & ſeqq.* Alex. Trent. *de ſubſt. part. 4. cap. 8. num. 18. & ſeq.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 50. num. 1.* Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol. 351. nu. 3. & ſeqq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 197. num. 8.* Peregr. *de fideicom. art. 6. num. 18.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. qu. 94. nu. 27.* Caualcan. *decis. 32. num. 35. & ſeqq. par. 3.* & ita conſului ſuper teſtamento, & fideicommiſso D. Andreæ de Doctis Mantuani de feudo honorabili & antiquo conceſſo ab Epiſcopatu Brixiæ, *vt in conſ. 74.*

3 Limitatur primò, ſi fideicommiſſarius ſit etiam comprehenſus in inueſtitura, quia ad eius fauorem poterit imponi fideicommiſſum etiam de feudo ex pacto, & prouidentia, Paul. Caſtr. *in l. ſi patroni, num. 2.* & ibi Alex. qui alios refert, *num. 12. ff. ad Trebell.* Padill. *in l. cum virum, num. 55. verſ. limitabis, C. de fideicom.* Alexand. *conſ. 19. nu. 9. & conſ. 29. n. 7. lib. 5.* Curt. iun. *conſil. 3. num. 13.* Ruin. *conſ. 38. n. 19. lib. 1. & conſ. 72. n. 8. lib. 5.* Bertaz. *conſ. 5. n. 3.* Ceph. *conſ. 207. n. 35. & conſ. 272. n. 133.* Iaſ. *in prælud. feud. n. 46.* Curt. iun. *tract. de feud. par. 1. qu. 8.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 9. nu. 2.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 351. n. 4.* Alex. Trent. *de ſubſt. par. 4. c. 8. n. 22.* Craſ. *in § fideicommiſſum, q. 50. n. 1.* Menoc. *lib. 4. præſump. 197. n. 10.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 2. qu. 94. n. 28.* & horum multi teſtantur hanc eſse receptam ſententiam.

4 Contrariam opinionem tenuerunt Curt. iun. *conſ. 72. nu. 68. & ſeq. lib. 1.* Pereg. *de fideic. art. 6. nu. 18. & ſeq.*

5 Declaratur prima opinio communis primò, vt procedat quando teſtator habet facultatem relinquendi tale feudum vni, alijs excluſis, vt in feudo nouo, aliud eſſet in feudo antiquo, cum gradatim in eo ſuccedatur, nec ſit in facultate poſſeſſoris præiudicare comprehenſis in inueſtitura, Alex. Trent. *de ſubſtit. par. 4. c. 8. n. 22. in fine.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 197. nu. 11.* & plures allegat Peregr. *d. art. 6. num. 19.*

6 Sed contra, quod nec feudum nouum contineatur in fideicommiſſo, facit primò, quia tale feudum non tranſit ad extraneum hæredem, ergo non continebitur in fideicommiſſo per reg. *l. ſi patronus, ff. ad Trebell.* Secundò, quia filij erant habituri feudum, etiam ſi alius fuiſſet hæres patris, ergo non continebitur in fideicommiſſo, per reg. *l. ſequens quæſtio. ff. de legat. 2.* Tertiò, quia filij non habent feudum ex iudicio teſtatoris, ſed ex alia cauſa, ergo in fideicommiſſo non continebitur, per reg. *l. cum aliquis. § hoc amplius ff. de dot. prælég.* Vltimò, quia in generali diſpoſitione regulariter feuda non cõtinentur, *cap. 1. §. in generali tit. ſi de feud. fuerit controu.* & ita per has rationes determinat Pereg. *d. art. 6. nu. 22. & ſeq.* vbi reſpondet ad argumentum diſſentientium, quod erat, patrem in præiudicium filiorum alienare poſſe feudum nouum accedente maximè conſenſu domini: ergo poſſe etiam in feudo nouo fideicommiſſum imponere, nam dicit Peregr. tutam non eſſe hanc propoſitionem, cum alij teneant feudum nouum alienari non poſſe in filiorum præiudicium, quando acceptum fuit pro filijs & deſcendentibus, & ſine dubio hoc verum, ſi domini conſenſus non interuenit, adducit Bald. Afflict. Menoc. & Bertaz. Et quod in fideicommiſſo feudum nouum non contineatur, tenent etiam Socin. iun. *conſil. 72. lib. 1.* & Clar. *in §. feudum, q. 85.*

7 Verum in fideicommiſſo feudum nouum veniret, ſi ſubſtitutus eſt de comprehenſis in inueſtitura, & in fideicommiſso de eo facta fuit ſpecialis expreſſio, maximè domini conſenſu interueniente, vt admittit Peregr. *d. art. 6. nu. 25.* Et videndus erit Caualc. *decis. 32. n. 42. & ſeq. par. 3.* qui dicit feuda non venire in fideicommiſso, niſi ſpecialiter de eis ſit facta mentio, aut ita concepta ſint verba, quod aliud non poſſint importare. Porrò Menoch. in vna Brixiana de Emilijs ſuper feudo Epiſcopatus conſuluit præſumi teſtatorem voluiſse in fideicommiſso feudum contineri, licet de feudo ſpecialis mentio facta non ſit, ita *in conſil. 1155. dubio quarto,* vbi latè comprobat.

8 Declaratur ſecundò vt procedat, quando feudum eſt receptum pro heredibus, & in caſu quando grauatus eſt hæres vniuerſalis, ſecus ſi feudum eſt tale, quod pertineat ad filios, licet non ſint hæredes vniuerſales, Ruin. *conſ. 9. n. 13. & ſeq. lib. 1. & conſ. 143. n. 6. li. 3.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 9. n. 2. verſ. ſed aduerte, & verſ. ſeq.*

9 Declaratur tertiò vt procedat, quando feudum eſt nouum, vel antiquum, ſed non fuit factum inuentarium, ſecus eſt in feudo antiquo facto inuentario, Ruin. *conſil. 38. num. 18. & 20. lib. 1.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 3. verſ. item aduerte.*

10 Limitatur ſecundò principaliter, quando ex conſuetudine loci feudalia bona tranſeunt ad quoſcunque, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 351. nu. 8.*

S V M M A R I V M.

1 *Donatio inter viuos valida non venit in reſtitutione fideicommiſſi, decl. ibid.*

2 *Donatio inter viuos quæ morte confirmatur, vt facta à marito vxori, vel à patre filio non venit in reſtitutione fideicommiſſi. & nu. ſeqq.*

Ampliatur nec vxorem, nec filium teneri reſtituere pro ta parte

ea parte pro qua ſunt hæredes instituti, num.5.contra num.6.

Ampliatur & ſi teſtator in teſtamento dixit confirmare donationem, num.7.

Limitatur, ſi teſtator expreſsè ſuper bonis donatis conſtituit fideicommiſſum, num.8.ampl.num.9.

Limitatur ſi teſtatorem pœnituit donationis iam factæ, num.10.

Limitatur, ſi teſtator prælegauit bona donata, poſtea fideicommiſſum impoſuit, quia in eo & donata bona venient, num.10.

Limitatur, ſi teſtator in inſtitutione expreſſit bona etiam donata, & poſtea fecit ſimpliciter fideicommiſſum etiam nulla mentione facta bonorum donatorum, num.11.contra num.12.

4 *Donatio à patre filio facta quæ morte confirmatur, ſi non fuit inſinuata, quando neceſſaria eſt inſinuatio morte non confirmatur: & expreſsè confirmata fungitur vices fideicommiſſi.*

13 *Donatio facta à teſtatore hæredi grauato fideicommiſſo poſt factum fideicommiſſum venit in reſtitutione fideicommiſſi. contra num.17. decl.num.18.*

14 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

Ampliatur, & ſi ſimus in diuerſis diſpoſitionibus, n.15.

16 *Fideicommiſſum non præſumitur reuocatum.*

17 *In reſtitutione fideicommiſſi non veniunt ea, quæ non ſunt in patrimonio teſtatoris.*

19 *Donatio cauſa mortis non venit in reſtitutione fideicommiſſi, decl.num.20.*

QVÆSTIO DCXXXII.

Donata bona in fideicommiſſi reſtitutione virum veniant?

DISPVTATIO eſt non minus egregia, quàm vtilis, an bona donata hæredi veniant in fideicommiſſi reſtitutione? In qua diſtinguo aliquot caſus, ex quibus facilè colligi poterit reſolutio cuiuſcumque controuerſiæ, quæ in facto cadere poſset.

1 Primus caſus eſt, quando donatio eſt inter viuos, & à principio fuit valida, vt quia facta hæredi extraneo, vel filio emancipato, vel in poteſtate in caſibus quando ſuſtinetur donatio à principio, & vno ore ſcribunt Doctores omnes hanc donationem non venire in fideicommiſſi reſtitutione, ita relati *in ſeq caſu*, & in ſpecie volunt Craſs. *in §.teſtamentum, q.71 in fine.* Pariſ. *conſ.33. num. 35. in ult. n.76. lib.3.* Menoch. *lib 4. præſumpt.197. nu.7.* Peregr. *de fideicomm. art.6. nu.1. & ſequentibus.* Intrigl. *de ſubſtit. centur.3. quæſt.74.* Gallus *de except. ſucceſſ. tit.4. excep.1. par.2.* vbi latè tractat quando donatio fuit nulla, & *in except. ſeqq.* tractat etiam de validitate donationum. Ratio eſt, quia in fideicommiſſi reſtitutione non veniunt ea, quæ hæres grauatus habiturus erat alio exiſtente hærede, *l.ſequens quæſtio, ff. de leg.2.* hæres enim in bonis donatis habet alium titulum, ideo titulus inſtitutionis ex neceſſitate donata iam bona non comprehendit, cum inducta ad augmentum non debeant operari diminutionem. *l.legata inutiliter, ff. de legat.1.*

Declaratur autem hic caſus ſecundum ea, quæ dicentur *in ſeq. quæſt.*

Secundus caſus eſt, quando donatio erit inter viuos, ſed à principio non valuit, morte tamen fuit confirmata, & tunc etiam non venit in reſtitutione fideicommiſſi.

2 Exemplum primum huius ſecundi caſus eſt in donatione facta inter virum & vxorem, nam hæc donatio, quæ à principio non valuit, ſed fuit morte confirmata, non erit fideicommiſſario reſtituenda, text. eſt expreſſus *l.ſequens quæſtio. ff. de legat.2.* quem Bart. ibi dicit eſse ſingularem, & cæteri ſequuntur, idem Bart. *in l. Marcellus § quidam liberis, n 4.* & ibi Soc. ſen. *nu.7. ff. ad Trebel.* Fulg. *in l.cum virum, C. de fideic.* & ibi Iaſ. *nu.5.* Coraſ. *n.56.* & Padil. *n.17.* Alex. *in l.hæredes mei, §.cum ita, n.3.* & ibi Zanch. *par.5. n 41. ff. ad Treb.* idem Alex. *conſ.2. n.10. in fin. li.3.* Corn. *conſ.81. n.9. li.1.* Ruin. *conſ.130. n.8. lib.3.* Pariſ *conſ.33. n.78 lib.3.* Soc. iun. *conſ.72 n.64. lib.1.* Hier. Gabr. *conſil.92. nu.18 lib.2.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit 8. num.24. & ſeqq.* Menoc. *lib.4. præſump.196. n.4. & ſeqq.* Pereg. *de fideic. art.6. n.1.* Intrigl. *de ſubſt. cent.3. q.74. n.4.* Franc. March *deciſ.331 p.1.*

Secundum exemplum eſt in donatione facta à patre filio in poteſtate, quæ licet eſset morte confirmata, filius tamen bona donata non teneretur reſtituere fideicommiſsario, Coraſ. *in l.cum virum, n.56. C. de fideicom.* Pariſ. *conſil.33. n.76. lib.3.* Decian. *conſil.3. dubio 1 lib.1.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.8. num.24.* Menoc. *lib.4. præſump.196. n.6* Pereg. *de fideic. art.6. nu.1.* Intrigl. *de ſubſt. cent.3. qu.74. num.5.* & ita in Senatu Delphinali fuiſse deciſum teſtatur Franc. March. *deciſ.331. parte 1.* Honded. *conſil.59. num.6. lib.1.* 3

Aduerte tamen, quod ſi donatio iſta non fuiſset inſinuata, & eſsemus in caſu inſinuationis, quod per mortem patris non conſeretur confirmata: & ſi eſset expreſsè confirmata non retrotraheretur, ſed valuiſset tantum, vt ex nunc à tempore mortis, & donatio ita confirmata ita fungeretur vices fideicommiſſi, & per conſequens fideicommiſſum eam comprehenderet, ita Honded. *d. conſ.59. num.30. & ſeqq. lib.1.* & ſenſit poſt alios Peregr. *d. art.6. num.3.* vbi declarat & videndus erit Dec. *conſil. 3. num.61 2. lib.1.* 4

Ampliatur primò hic caſus, vxorem vel filium non teneri bona donata reſtituere nec pro ea parte, pro qua fuerunt hæredes inſtituti, Coraſ. *d.l.cum virum, n.57.* & ibi Padil. *n.18. verſic. Salicetus, C. de fideic.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.196. num.7.* Intrigl. *d. cent.3. q 74. num.6.* & eſt de mente omnium. 5

Contrariam ſententiam malè probauit Salicet. *in l. filium quem habentem, n.16. C. fam. hercisc.* 6

Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator in teſtamento dixit confirmare donationem, nam nec tunc contineretur in fideicommiſso: ſi verò dictum eſset in teſtamento, lego, aut fideicommitto res donatas, receſsum eſset à donatione, & ſub fideicommiſso venirent donata, ita poſt Bart. Bald. Angel. Paul. Caſtr. Salic. Ruin. & Hier. Gabr. declarat Peregr. *d. art.6. num.3.* & videnda etiam erunt dicta ſupra *num.4.* quæ ſeruiunt ad declarationem huius ampliationis. 7

Declaratur primò hic caſus, vt non procedat quando teſtator nominatim in bonis donatis conſtituiſset fideicommiſsum, ita per expreſsum deciditur *in d.l ſequens quæſtio* & ibidem affirmant, Bart. Paul. Caſtr. Florian & alij ſequuntur, Angel. *conſil.331. n.3.* Alex. *conſil. 20. n.9. & ſeq. li.2.* Curt. iun. *conſi.54. col.1.* Par. *conſ 2. nu. 47. & 59. & conſ.33. n.78. li.3.* Rui. *conſ.130. n.9. l.3.* Dec. *reſp.3. dub.1. li.1.* Intrigl. *de ſubſt. cent.3. q.74. n.7.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.7 tit.8. n.24.* Menoch. *lib.4. præſumpt.196 n.8.* Pereg. *de fideic. art.6. n.1. ad medium.* 8

Ampliatur hæc declaratio, vt ſatis dicatur fideicommiſsum nominatim impoſitum ſuper bonis donatis, ſi extant verba generalia, Bald. *in l. filium quem habentem, nu.28. C. fam. herciſc.* Angel. *conſ.331. nu.3.* Pariſ. *conſil.2. nu.47. & ſeq. conſ.33. nu.78. lib.3.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.8. num.24.* Menoch. *lib.4. præſumpt.196. nu.8.* Intrigl. *d. qu.74. num.8.* 9

Declaratur ſecundò non procedere, quãdo teſtatorẽ pœnituit donationis iam factæ, ſiue hoc expreſsè appareat, 10

reat, ſiue tacitè ex indicijs & coniecturis, vt quando pater, vel maritus donauit inter viuos, deinde in teſtamẽto filio, vel vxori hæredibus inſtitutis bona donata pręlegauit, & poſtea conſtituit fideicõmiſſum, tunc enim bona ſic donata erunt reſtituẽda, dum enim legat teſtator res donatas, videtur recedere à donatione *l. illud, ff. de acq. hared.* & tale relictum debetur non iure donationis, ſed iure legati *l. ſi quando, in princ.* & ibi Bart. not. *ff. de legat.* 1. Bald. *in l. filium quem habentem, nu.* 28. *C fam. herciſ.* vbi de expreſſa pœnitentia, Curt. iun. *conſ.* 54. *col.* 1. Ruin. *conſ.* 130. *n.* 9. *lib.* 3. Decian. *reſp.* 3. *n.* 10. *li.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 24. & *n.* 25. *verſ. quod autem*, Menoch. *lib* 4 *præſump.* 196. *n.* 10. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 11. Pereg. *de fideic. art.* 6. *nu.* 1.

11 Idem eſt, quãdo teſtator in inſtitutione expreſſit bona donata, & poſtea facit fideicommiſſum ſimpliciter, nulla mentione de bonis donatis facta, quia & tunc donata comprehenderentur ſub fideicommiſſo generali. Dec. *conſil.* 254. *col. pen. & ſeq.* Curt. iun. *conſil.* 54. *col.* 1. Pariſ. *conſil.* 1 *lib.* 3. & in eodem caſu Dec. *conſ.* 3. *n.* 29 & *ſeqq. lib.* 1. vbi pater inſtitutis æqualiter quatuor filijs, cum hoc quod vnus ex eis conferret quandam donationem antea ſibi factam, fideicommiſſum poſtea fecit vniuerſale inter eos, & decidunt Pariſ. & Decian. in fideicommiſſo verbis generalibus facto venire bona donata, & ſequitur Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 6 *nu.* 5. & 6. Dum enim factum eſt fideicommiſſum ſuper omnibus bonis, & donata cenſentur comprehenſa, nam qui totum dicit nihil excludit, *l. ſi chorus, in princip. ff de legat.* 3. Accedat quod donatio a principio non valuit, ſed morte præſupponitur confirmari, at dicitur confirmari vti facta tempore mortis, non autem retrotrahitur ad tempus donationis, quia eo tempore valere non poterat, non enim actus retrotrahi poteſt ad tempus à quo incipere non potuit, *l. obſeruare, § vltimo, ff. de off proconſ. l. quoties, in fine ff. de nouat.* ergo valebit in vim relicti, nam tempore mortis patris reperitur in eius bonis pręambula hora eius mortis, quia donatio non erat confirmata, & ſic ſortietur donatio naturam pręlegatorum, quæ veniunt in fideicommiſſo, Doctor. *in l. Marcellus, § quidam liberis ff. ad Trebell.* & infra latè dicetur, ergo & donatio erit fideicommiſſo ſubiecta, & ita arguit Decian. *d conſ.* 3. *nu.* 32. *lib.* 1. dicit ita arguere Salic. *in l. filium quem habentem, num.* 16. *C. de reuocand. donat.* Hoc tamen dictum Deciani non eſt verum, & ſi procederet, ſequeretur, quod etiam nulla facta mentione bonorum donatorum, in fideicommiſſo contineretur donatio, cuius tamen contrarium probatum fuit ſupra ex communi, *num.* 2. & 3. & eſt contra text. expreſſum *in d. l. ſequens quaſtio, ff. de legat.* 2. & doctrina Salic. loco citato eſt communiter reprobata, vera tamen eſt concluſio, licet argumentum Decian. ſit falſum, ex præcedentibus enim declarantur ſequentia, & præcedentia influunt in ſequentia, vt dicit Peregr. *d. art.* 6. *nu.* 6. *ad finem.*

12 Cõtrariam opinionem, quod ad hoc vt in fideicommiſſo veniant bona donata, ſit facienda nominatim mentio de his & in fideicommiſſo, tenent & malè Alex. *conſ.* 20. *lib.* 3. *repetitum, conſ* 217. *li.* 3. Corn. *conſ.* 228. *li.* 4. & Aret. in ſimili *conſ.* 83. *col.* 3. & 4. pro qua opinione facit *d. l. ſequens quaſtio. ff. de leg.* 2. vbi expreſsè dicitur donationem factam vxori non venire in reſtitutione fideicommiſſi, poſſe tamen maritum nominatim vxoris fideicommittere, vt & ea reſtituat; poteſt tamen reſponderi, I. C. hic concedere, quod nominatim poſſit grauari vxor, non autem requirere, quod nominatim imponatur grauamen, & conferunt dicta ſupra *num.* 9.

13 Quartus caſus eſt, quando præceſſit teſtamentum paternum continens fideicommiſſum, & poſtea ſequitur donatio, & tunc fideicommiſſum factum in teſtamento cenſetur repetitum in donatione ſequenti; vt conſuluit Menoch. *conſil.* 945. *dubio ſecundo.*

Ratio eſt, quia non præſumitur teſtatorem mutaſse iam à ſe diſpoſita, *l.* 3. *ff de probat l. Lucius Titius in fine. ff. de leg.* 2. Mantic. *de coniect. vlt. volunt lib.* 12. *tit.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1416. Præt. *de interp. vlt. volunt. fol.* 32. *ſolut.* 8. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 165. & *lib.* 6. *præſump.* 37. Quod locum habet etiam quo ad diuerſas diſpoſitiones, vt apud præcitatos Doct. præcipuè Menoch. *d. præſumpt.* 165. *n.* 9. Et ideo etiam dicimus, fideicõmiſsa non præſumi reuocata, Hier. Gab. *conſil.* 105 *nu.* 4. *lib.* 1. Menoc. *conſil.* 254. *n.* 5. Ceph. *conſil.* 67. *n.* 2. & *ſeqq. lib.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1280. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 470. *n.* 1. cum alijs citatis ſupra *qu.* 580. 15 16

Ego tamen contrarium verius eſse exiſtimo, nam teſtator donando bona, ea poſuit extra ſuum patrimonium, quæ autem non ſunt in patrimonio teſtatoris non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, *l. ex facto in princ.* & ibi Gloſ. *ff. ad Treb.* Pereg. *de fideic. art.* 6. *nu.* 13. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 7. cum alijs citatis *q.* 648. Et quia in fideicommiſſi reſtitutione non veniũt ea, quæ quis erat habiturus alio hærede exiſtente *d. l. ſequens quaſtio, ff. de leg.* 2. Peregr. *d. art.* 6. *n.* 1. Et ſi teſtator mutaſset teſtamentum, & alium inſtituiſset hæredem, donatio non eſset reuocata, & bona apud donatarium remanerent. Accedat, quod ſi teſtator in donatione voluiſset repetere fideicommiſsum, facilè erat exprimere, vnde cum non expreſserit, cenſetur noluiſse, arg. *l. vnica, § ſin autem ad deficientis, C de cad. tollend.* Et in omni caſu conſiderandæ erunt clauſulæ ordinariæ inſtrumentorum per quæ eſset data facultas alienandi, circa quod non inſiſto, cum circa caſus contingentiam vnuſquiſque poſſit alia ad rem elicere argumenta. 17

Opinio tamen Menoch. erit admittenda, quando teſtator feciſset donationem inhærendo teſtamento, & contentis in eo, vt comprobat ipſe Menoc. *d. conſil.* 945. *n.* 13. & *ſeqq.* vbi in caſu ſuo præcipuè mouetur ratione, quia relatum dicitur eſse in referẽte cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. eſſe toto, ff. de hared. inſtit.* ergo inerit etiam cum qualitate & conditione fideicommiſſi. 18

Quartus caſus eſt, quando ſumus in donatione cauſa mortis: & hæc pariter non venit in fideicommiſso, licet morte donatoris confirmetur per *d. l. ſequens quaſtio, ff. de legat.* 2. & ita ſcribunt Imol. *in l. Marcellus, § quidam liberis, circa medium ff. ad Trebellianũ.* Corn. *conſil.* 228. *n.* 9. *lib.* 4. Soc. iun. *conſil.* 72. *n.* 64. *lib.* 1. Dec. *reſp.* 3. *nu.* 10. *lib.* 1. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 26. Pereg. *de fideic. art.* 6. *num.* 1. *ad medium*, vbi addit Pariſ Ruin. Iaſ. Padill. & Coraſ. accedat prædictis, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3 *qu.* 74 *nu.* 4. & Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fideic. ſubſt. num.* 58. 19

Declaratur tamen hic caſus, prout & præcedens fuit declaratus. 20

Alia videnda erunt *in ſeq. quaſt.*

S V M M A R I V M.

1 *Bona aſſignata à patre filijs non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

Limitatur, ſi filij conſenſerunt, vt pater de his bonis teſtaretur num. 2.

Limitatur, quando in teſtamento eſt facta aſſignatio, & poſtea in eodem factum eſt fideicommiſſum, nu. 3. *amplia num. ſeqq.*

Limitatur, quando aſſignatio non poteſt dici donatio, & erat reuocabilis ad patris voluntatem, num. 6.

Limitatur, ſi expreſsè impoſitum eſt fideicommiſſum ſuper illis bonis, & filij adierunt hæreditatem abſque beneficio inuentarij, num. 10. & *ſeqq.*

7 *Aſſigna-*

7 *Aſſignatio facta filijs ſimpliciter nulla mentione donationis facta, cenſetur facta in peculium.*
8 *Peculium eſt in poteſtate patris, & de eo ad libitum teſtari poteſt.*
9 *Peculium conceſſum filio poſt mortem patris inter omnes filios æqualiter diuidi debet.*

QVÆSTIO DCXXXIII.

Aſſignata bona filijs, vel inter eos diuiſa, vtrum veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

1 LICET ex dictis in præcedenti quæſtione colligi poſſit, an bona aſſignata vel diuiſa à patre inter filios veniant in reſtitutione fideicommiſſi? Attamen vt magis in terminis omnia habeantur ſpecialiter de hoc agendum erit: facienda igitur eſt concluſio negatiua quod non veniant, vt ſcribunt Corn. *conſil.* 228. *num.* 9. *lib.* 4. Pariſ. *conſil.* 2. *nu.* 12. & *nu.* 75. *lib.* 3. Socin. iun. *conſil.* 72. *nu.* 67. *lib.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 29. Præt. *de interp. volunt. fol.* 204. *nu.* 11. *in fin. fol.* 303. *nu.* 3. & *fol.* 351. *num.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 196. *nu.* 11. Peregr. *de fideicomm. art.* 6. *n.* 43. & *ſeqq.* Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 74. *num.* 13. Ratio eſt, quia ex diuiſione, & aſſignatione, filij facti ſunt bonorum Domini, & ſic iure hæreditario non habent, nec propterea veniunt bona ſub fideicommiſſo, *l. ſeqq. ff. de legat.* 2. Pereg. *d. art.* 6. *in princ.* Hæc autem concluſio procedit, quando bona ſunt irreuocabiliter aſſignata cum clauſulis tranſlatiuis dominij, ſi enim non ita eſſent aſſignata venirent in fideicommiſſi reſtitutione, vt infra dicetur.

2 Declaratur primò non procedere, quando filij conſenſerunt, quod pater de illis bonis teſtaretur, quia tunc veniont in reſtitutione fideicommiſſi, probatur *in l. ſi verò non renunciando, §. idem Papinianus, ff. mand.* & in ſpecie ita ſcripſerunt conſulendo in eodem caſu, Curt. iun. *conſil.* 54. *col.* 1. Pariſ. *conſil.* 2. *nu.* 15. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 29. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 196. *num.* 13. Pereg. *de fideic. art.* 6. *nu.* 47. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 74. *num.* 14.

3 Declaratur ſecundò non habere locum, quando in teſtamento eſt facta aſſignatio, vel diuiſio, & poſtea in eodem teſtamento factum eſt fideicommiſſum, quia tunc illa bona erunt fideicommiſſo ſubiecta cum ſuccedant in loco portionis hæreditariæ, *l. quid ergo, ff. de leget.* 1. Din. *in l. filio pater.* & ibi Bart. Iaſ. & alij communiter *ff. de leg.* 1. Corn. *conſil.* 228. *n.* 5. & *conſil.* 273. *n.* 9. *lib.* 4. Ruin. *conſil.* 114. *col. pen. lib.* 2. Pereg. *de fideic. art.* 6. *nu.* 43. & *art.* 7. *nu.* 61. & *n.* 68. vbi alios multos adducit.

4 Ampliatur hæc declaratio, & ſi aſſignatio, vel diuiſio eſt facta cum clauſulis tranſlatiuis dominij, vt egregiè comprobat Peregr. *de fideic. art.* 6. *num.* 50.

5 Contrariam ſententiam malè probarunt Corn. *conſ.* 228. *lib.* 4. & Pariſ. *conſ.* 33. *dubio primo. lib.* 3.

6 Declaratur tertiò non habere locum, quando ſumus in caſu quod illa aſſignatio non poteſt dici donatio, & eſt reuocabilis ad patris voluntatem, vt quando facta eſt filijs in poteſtate abſq; clauſulis operantibus tranſlationem dominij, quia tunc bona ſic aſſignata, vel diuiſa venient in fideicommiſſi reſtitutione, talis enim aſſignatio vim ſupremi iudicij obtinet, & eſt reuocabilis ad patris voluntatem, & de eis poterit teſtari, & fideicommittere, *l. ſi filia, § ſi pater, ff. famil. erciſc.* vbi Floria. & alij, eſt text. etiam *in l. ſi ancillam, §. ſi pater, ff. pro ſuo,* per quem ita dixit Bald. *in l.* 3. *Cod. de vſucap. pro donat.* Corn. *conſil.* 273. *n.* 8. *lib.* 4. Soc. ſen. *conſil.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 86. *col. penult.* & *conſil.* 254. *col.* 2. & 3. Et in ſpecie, quod hæc bona veniant ſub fideicommiſſo, Pariſ. *conſil.* 33. *col.* 1. & 2. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 3. *dubio primo. lib.* 1. Honded. *conſil.* 59 *lib.* 1. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 303.
num. 3. Pereg. *de fideicom. art.* 6. *num.* 44. Caualc. *dec.* 14. 7
num. 17. & *ſeqq. par.* 9. Et ratio poteſt etiam eſſe, quia quando pater filijs aſſignat bona ſimpliciter, nulla facta mentione donationis, non cenſetur illa donaſſe, ſed in peculium conſenſiſſe, & ad vſum, regimen, & adminiſtrationem filiorum, *l. vlt. ff. de pecul. leg.* & ibi Bartol. idem Bart. *in l. ſi donatione, in fine, verſ. ſi verò pater,* & ibi Iaſ. *col.* 1. & 2. Dec. *nu.* 28 *verſ. tertius caſus, C. de collat.* Bald. *in l. filium quem habentem nu* 39. *C. famil. erciſc.* & *l. pater, C. de inoff. donat.* Dec. *conſ.* 3. *n.* 21. *lib.* 1. Hond. *conſil.* 59. *nu.* 24. & 27. *lib.* 1. Pereg. *art.* 6. *nu.* 44. *in fine.* Et dominium penes ſe pater cenſetur retinuiſſe, & ideo de
eis potuit teſtari, & diſponere ad libitum, *l. id autem ff.* 8
ad leg. Falcid. l. certum, C. famil. erciſc. l. filium quem habentem ſecundum communem intellectum, *C. eod.* & ibi Doct. Bart. *in l. poſt dotem, qu.* 4. *in fine ff. ſolut. matrim.* & *in l. in quartam,* vbi Soc. iun. *nu.* 96. *ff. ad l. Falcid.* Doct. *in d. l. ſi donatione, C. de collat.* Dec. *conſil.* 86. Ceph. *conſ.* 494.
num. 26. Honded. *d. conſil.* 59. *num.* 26. Et conceſſa in pe- 9
culium vni filiorum poſt mortem patris inter fratres æqualiter diuidi debent, prout & cætera patris bona, *l. certum, C. famil. erciſc. d. l. ſi donatione,* vbi Gloſ. & Doct. *C. de collat.* Dec. *conſil.* 86. *num.* 8. *verſ. nec obſtat,* quod talis diuiſio, Dec. *conſil.* 3. *nu.* 22. *lib.* 1.

Declaratur quartò non procedere, quando teſtator 10
expreſſe fideicommiſſum impoſuit ſuper illis bonis & filij adiuerunt hæreditatem patris abſque beneficio inuentarij, & tunc bona ſic aſſignata, vel diuiſa erunt reſtituenda, ſicuti etiam facto inuentario erunt reſtituenda pro tanta parte, pro quanta lucroſa eſt hæreditas. Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 38. & *ſeqq. lib.* 2. *conſil.* 2. *num.* 19. & *ſequentibus,* & *conſ.* 33. *n.* 81. & *ſeqq lib.* 3. Dec. *conſ.* 3. *num.* 39. *lib.* 1. Mantica *de coniect. vlt. vol. fol.* 7. *tit.* 8. *num.* 29. Præt. *de interp. vlt. volunt. fol.* 303. *nu.* 3. & *fol.* 351. *nu.* 2. Pereg. *art.* 6. *nu.* 48. Caualc. *deciſ.* 14. *nu.* 20. & *ſeqq. par.* 3. licet dicat in caſu ſuo per conformes contrarium fuiſſe iudicatum. Ratio eſt, quia hęres adeundo, vel ſe immiſcendo in hæreditate obligatur ſeruare voluntatem defuncti, nec illi contrauenire poteſt, *l. cum à matre, C. de rei vendicat.* Bart. & alij *in l. more, ff. de acquir. hæred.* Et hæres adeundo videtur contraxiſſe, *l. apud Iulianum in fine ff. ex quib. cau. in poſſeſ. eat. ex maleficijs, §. hæres, ff. de act. & oblig.* Soc. ſen. *conſil.* 4. *quantum ad primum, nu.* 3. *lib.* 4. Accedat quod teſtator de re hæredis diſponere poteſt, prout de ſua, *ad l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg.* 2. cum ſua materia, Ceph. *conſ.* 326. *num.* 12. Menoc. *conſil.* 482 *dubio tertio,* & *conſil.* 581. *nu.* 32. vbi de communi, Peregr. *conſ.* 37. *nu.* 3. *lib.* 1. & *in tract. de fideicom. art.* 33. *num.* 5. Surd. *deciſ.* 11. *nu.* 5. & plenè *dixi q.* 628. an aliena bona veniant in reſtitutione fideicommiſſi, *num.* 4. & *ſeqq.*

Expreſsè autem, & nominatim dicitur ſuper illis bo- 11
nis fideicommiſſum conſtitutum, quando fideicommiſſum de alijs bonis non poteſt intelligi, arg. *l.* 2. *ff. de liber. & poſth.* & *l. fundus qui locatus, ff. de fund. inſtruct.* per quos tex. ita determinat, & bene Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 30.

Expreſsè etiam, quando dicitur fideicommiſſum 12
conſtitutum, & an ſufficiant verba vniuerſalia, videndi erunt Dec. *conſ.* 3. *nu.* 29. & *ſeqq lib.* 1. Mant. *d. lib.* 7. *tit.* 8. *in fin.* Menoch. *d. præſump.* 196. *n.* 8. & quæ dixi *q. præcedenti, nu.* 9. 11. & 12.

Alia circa hanc materiam videnda erunt *quæſtione* 13
præcedenti. Sed quid ſi pater reſeruauit ſibi certam partem bonorum, de qua poſſet teſtari, tunc an circa alia poſſit imponi fideicommiſſum? Oſaſch. *deciſ. Pedem.*

125. te-

125. tenet, ex hoc argui animum patris fuiſſe, ne poſſet teſtari de reliquo, & ita paucis iam diebus conſului in vna de Vallecamonica, & videatur etiam *conſil. Excellentiſs. Ferri inter mea conſ. in conſil. 52. num. 27.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius patronatus libertorum tranſit in fideicommiſſarium.*

2 *Ius patronatus Eccleſiaſticum non tranſit in fideicommiſſarium, contra num. 3.*

QVÆSTIO DCXXXIV.

Vtrum ius patronatus tam Eccleſiaſticum, quam libertorum tranſeat in fideicommiſſarium?

1 DVPLEX eſt ius patronatus, aliud Eccleſiaſticum, aliud libertorum, de vtroque videamus, an tranſeat in fideicōmiſſarium? In primis dico, ius patronatus libertorum tranſire in fideicommiſſarium, ita ſcribunt Paul. Caſtr. *in l. precibus, num.* 19. & ibi Dec. *num.* 21. & Cagn. *num.* 259. *C. de impub. & al. ſubſt.* Ripa *in l. Centurio, num.* 57. & ibi Galliau. *num.* 125. & Bolog. *num.* 107. *ff. de vulgar.* Polit. *de compend. ſubſt. nu.* 17. Odd. *in tract. de compend. par.* 5. *q.* 3 *præmiſſ.* 6. *n.* 7. Pereg. *de fideic. art.* 6. *num.* 36. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 94. *n.* 20. *& cent.* 3. *q.* 74. *n.* 55.

2 Ius autem eccleſiaſticum non tranſit in fideicommiſſarium, ſecundum receptiſſimā ſententiam, quam probarunt Bart. *in l. quia perinde*, & ibi Alber. Paul. Caſtr. & Alex. *ff. ad Treb.* Paul. Caſtr. *in d. l. precibus*, & ibi Alex. *n.* 16. Iaſ. *n.* 179. Cur. iun *conſ.* 173. Dec. *n.* 21. & Cagn. *nu.* 253. *C. de impub. & al. ſubſt.* Imol. *in l. ſi patroni.* & ibi Alex. *ff. ad Treb.* idem Alex *in l. quamuis, §. vlt. ff. eodem, & in l. Centurio, n.* 46. & ibi Ripa *nu.* 54. Galliau. *nu.* 122. & Bolog. *n.* 105. *ff. de vulg.* Crau. *in rubr. ff. de leg.* 1. *num.* 62. Abb. *in c.* 1. *n.* 2. *ext. de iur. patr.* Eman. Coſta *in c. ſi pater, in verb. Trebell. nu.* 4. *de teſtam. in* 6. Guliel. Benedict. *in cap. Rainutius, in verb. ſi abſque liberis, il ſecondo, in materia compend. nu.* 24. *extra de teſtam.* Alex. *conſ.* 73. *lib.* 7. Gemin. *conſ.* 22. Curt. ſen. *conſ.* 76. *col.* 7. Fert. *conſ.* 134. *nu.* 8. Deci. *reſp.* 107. *n.* 9 *lib.* 3. vbi teſtatur de communi opinione, Roch. Curt. *tract. de iur. patr. §. ipſe velis, num.* 17. Lambert. *tract. de iur. patr. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 10. *art.* 3. *nu.* 2. Gomeſ. *var. reſolut. tomo* 1. *cap.* 5. *n.* 29. vbi ait eſſe communem opinionem, Guid. Pap. *qu.* 507. Polit. *de comp. n.* 16. Did. *lib.* 2. *variar. reſolut. ca.* 18. *n.* 8. Odd. *de comp. ſubſtit. par.* 9. *q.* 3. *præmiſ.* 6. *n.* 8. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Alex. Trent. *de ſubſt. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 17. vbi dicit ita communiter teneri, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 351. *n.* 11. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu.* 52. Peregr. *de fideic. art.* 6. *num.* 37. vbi dicit hanc opinionem veram, & communem, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 2. *q.* 94. *nu.* 21. *& cent.* 3. *qu.* 74. *num.* 54.

3 Contrariam opinionem eſse veriorem dixit Rainer. *in d. l. ſi patroni, ff. ad Trebell.* & ſequitur eam poſt Roman. Ludou. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 10. Sed conſulendo & iudicando à prima non erit recedendum.

QVÆSTIO DCXXXV.

QVAERITVR, an iura ſepulcrorum tranſeant in fideicommiſsarium? Et non tranſire dixit Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 74. *num.* 55. & dixi ſupra *quæſt.* 219. *num.* 2.

S V M M A R I V M.

1 *Permutata res cum alia fideicommiſſo ſubiecta venit in reſtitutione fideicommiſſi, amplia & decl. per totam quæſt.*

2 *Permutata res cum re fideicommiſſo ſubiecta, ſi ſit per grauatum alienata poterit agi contra tertium poſſeſſorem ad illius vendicationem, contra nu.* 3.

5 *Permutatio præſumitur, quando aliqua bona fideicommiſſi ſunt alienata, & alia ſunt empta.*

QVÆSTIO DCXXXVI.

Permutata bona cum rebus fideicommiſſo ſubiectis, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi?

FACILIS eſt reſolutio quæſtionis, vtrum res permutata cum re fideicommiſso ſubiecta veniat in fideicommiſſi reſtitutione? receptiſſima eſt enim omnium ſententia, quod ſit reſtituenda, quia res permutata ſuccedit loco alterius, *l. Imperator, & l. ſeq. ff. de leg.* 2. *l. ſi rem & pretium, ff. de petit. hæred.* & ſcribunt Bar. & alij communiter *in d. l. Imperator.* Corn. *conſil.* 250. *col. vlt. lib.* 3. Iaſ. *conſil.* 231. *num.* 1 *lib.* 2. Curt. iun. *conſil.* 1[illegible]2. *col.* 1. Soc. ſen. *conſil.* 42. *num.* 4. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 97. *num.* 10. *lib.* 5. Pariſ. *conſil.* 55. *num.* 65. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 27. *num.* 8. *& conſ.* 52. *num.* 28. *& ſeqq. lib.* 1. Soc. iun. *conſil.* 36. *& conſil.* 90. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 569. *nu.* 3. Crau. *conſ.* 295. *nu.* 4. *& conſ.* 973. *verſ. tertio.* Non. *conſ.* 28. *num.* 23. Alba *conſil.* 97. *num.* 51. Marzar. *conſil.* 22. *dubio primo.* Ceph. *conſil.* 188. *num.* 37. *lib.* 2. Pancir. *conſ.* 62. *num.* 5. Paſer. *conſ.* 151. *num.* 9. Boni. Roger. *conſ.* 29. *num.* 9. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 70. *& conſ.* 202. *num.* 110. Pereg. *conſ.* 35. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 3. *conſ.* 35. *num.* 10. *lib.* 4. *in tract. de fideic. art.* 44. *num.* 30. vbi dicit ita obtinuiſse, Tiraq. *de retract. lign. §.* 32. *gloſ.* 1. *num.* 27. *in fine.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 23. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 345. *num.* 4. *verſ. quinto de his.* Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 74. *num.* 157. Milan. *deciſ.* 5. *num.* 57. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 15. *num.* 21. *& deciſ.* 208. *num.* 3. Peregr. *dec.* 2. *nu.* 4. & ita ego conſului in vna de Calinis. 1

Ampliatur, & ſi talis res recepta in permutationem per grauatum ſit alienata, quia contra tertium poſseſsorem poterit agi ad vendicationem illius rei, tanquam de re fideicommiſso ſubiecta, Socin. iun. *conſ.* 90. *lib.* 3. Alciat. *conſ.* 110. *lib.* 9. Burſat. *conſ.* 298. *nu.* 18. *li.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 31. ita tenet, quando facta eſt permutatio ab hærede vel adminiſtratore hæreditatis, & poſse vendicari dicit *conſ.* 35. *num.* 10. *lib.* 4. & contra tertium poſseſsorem fuiſse iudicatum teſtatur *d. art.* 44. *num.* 31. *in fine*, per permutationem enim effecta eſt res quaſi hæreditaria, arg. *l. ita conſtante iuncta l. ſequenti, ff. de iur. dot.* & cum ſucceſsa ſit loco hæreditariæ, ſicuti ad rem hæreditariam alienatam datur actio contra tertium poſseſsorem, vt in præcedentibus dictum fuit, eadem ratione debet dari contra rem in permutationem acceptam, & in locum alienatæ ſubrogatam, hæc enim fideicommiſſi cauſam incidit, & illa alienata efficitur libera: aliàs fideicommiſſarius eſset deluſus, nam contra rem alienatam non poſset agere, quia cum licita ſit permutatio potuit alienari, & ſic effecta eſt libera, contra permutatam & poſtea alienatam ſi non poſset agere, nec illam, nec iſtam haberet, quod eſt contra omnes. 2

Contrariam opinionem probarunt & malè Alex. *conſil.* 186. *lib.* 5. & Peregr. *deciſ.* 2. *nu.* 4. *verſ. notandum.* 3

Quid autem dicendum ſit, quādo res recepta in permutationem denuo cum alijs, ſecundò permutatur, an hæc vltimò recepta in permutationem ſint fideicommiſſo 4

miſſo ſubiecta, & pro negatiua conſuluit Iaſ. *conſil.* 36. *col. vlt. libr.* 3. vbi dicit hoc verum, & ſi teſtator dediſſet licentiam grauato permutandi bona fideicommiſſo ſuppoſita. & Iaſ. refert & ſequitur Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 345. *n.* 4. *in fin.* Dura tamen eſt hæc deciſio, ideo maturius cogitandum erit.

5 Illud autem non eſt omittendum, quod ſi grauatus alienauit bona fideicommiſſi, & alia acquiſiuit, quod bona acquiſita præſumi debent quæſita loco alienatorum, vel ſaltem fideicommiſſarius poterit ea retinere pro reintegratione bonorum alienatorum, vt egregiè comprobat Peregr. *conſ.* 55. *n.* 8. *& ſeqq. lib.* 3.

QVÆSTIO DCXXXVII.

QVAERO, an id quod per augmentum & alluuionem accreuit fundis fideicommiſſo ſubiectis, veniat in reſtitutione fideicommiſſi? Et venire probatur *in l. quod ſi rerum.* §. *ſi quis poſt, ff. de legat.* 1. *& in l. ſæpe, ff. de legat.* 3. & in ſpecie ita tenent Decian. *conſil.* 52. *dubio tertio, libr.* 1. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libr.* 7. *tit.* 8. *numer.* 23. *in fin.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 10. *numer.* 17. *& ſeqq.*

QVÆSTIO DCXXXVIII.

QVAERITVR, ſi grauatus aliquid adiecit rebus fideicommiſſarijs, vt quia fundum adiecit fundo, vel domum domui, vel acquiſiuit iuriſdictionem, an & res adita veniat in fideicommiſſi reſtitutione? Peregrin. *de fideicomm. artic.* 52. *numer.* 53. determinat non venire, veràque eſt opinio, & ita practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes acquiſitæ prædijs hæreditarijs, cedunt beneficio fideicommiſſarij, decl. nu.* 2.

3 *Seruitutes extinctæ ab hærede grauato ſpectant ad grauatum ſi eius contemplatione vel pretio fuerunt extinctæ.*

QVÆSTIO DCXXXIX.

Seruitutes acquiſitæ, vel extinctæ, vtrum cedant beneficio fideicommiſſarij.

1 QVAERO, an ſeruitutes acquiſitæ prædijs hæreditarijs cedant beneficio fideicommiſſarij? Et cedere dicendum eſt cum Peregrin. *de fideic. art.* 10 *nu.* 14.

2 Intellige tamen, quod ſi conceſſa ſit ſeruitus à domino prædij ſeruientis contemplatione perſonæ hæredis vel pretio, quod hoc deducendum erit tanquam melioramenta, Peregr. *de fideic. art.* 10. *nu.* 14. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *q.* 74. *nu.* 99.

3 Idem quod dictum eſt de acquiſitis ſeruitutibus, dicendum erit etiam de extincta ab hærede, vt cedant beneficio hæredis, quando vel eius contemplatione, vel pretio fuerunt extincta, Peregr. *de fideicom. art.* 10. *num.* 14. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptione acquiſita bona ab hærede grauato veniunt in fideicommiſſi reſtitutione.*

Limitatur, quando hæres non habebat titulum, vel erat in mala fide, nu. 2. contra nu. 3.

QVÆSTIO DCXL.

Præſcripta bona ab hærede grauato fideicommiſſo, vtrum veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

1 QVAERITVR, an præſcriptione acquiſita res ab hærede grauato fideicommiſſo veniat in fideicommiſſi reſtitutione, quando teſtator incepit præſcribere, & hæres compleuit præſcriptionem? Et eſſe reſtituendam tenent Bald. *in l. Paulus, ff. de pignor.* Neguſ. *de pignor. part.* 2. *princip. numer.* 54. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 10. *numer.* 11. *& ſequentibus*, vbi dicit ita per conformes obtinuiſſe.

2 Declaratur vt procedat, quando hæres habebat titulum, ſecus ſi titulum non habebat, vel erat in vera, vel præſumpta mala fide, quia tunc res acquiſita eſſet hæredis, ſecundum Corn. *conſ.* 304. *n.* 4. *& n.* 12. *lib.* 3.

3 Contrariam opinionem, vt etiam hærede carente titulo, vel in mala fide exiſtente res fideicommiſſario reſtituenda ſit, voluit Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 10. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Actiones quæſitæ per hæredem grauatum poſt aditam hæreditatem, non ſunt reſtituenda fideicommiſſario.*

Limitatur, ſi ſunt quæſita ex cauſa rerum hæreditariarum, vel ex pretio redacto ex rebus hæreditarijs, nu. 2. & decl. ibid.

3 *Pignora, & fideiuſſiones data hæredi cedant beneficio fideicommiſſarij.*

QVÆSTIO DCXLI.

Actiones quæſitæ per hæredem grauatum poſt aditam hæreditatem, an ſint fideicommiſſario reſtituenda?

1 QVAERO, an actiones quæſitæ per hæredem ſint reſtituendæ fideicommiſſario? Et dicendum eſt, quod ſi ſunt quæſitæ poſt aditam hæreditatem, non venient in fideicommiſſi reſtitutione, *l. qui ita,* § *ſi damnum, ff. ad Trebell. l. at vbi, ff. de petit. hæred.* Peregr. *de fideic. art.* 6. *nu.* 39.

2 Limitatur, quando actiones eſſent quæſitæ ex cauſa rerum hæreditariarum, vt quia pecunias hæreditarias, vel pretium redactum ex rebus hæreditarijs inueſtiuit hæres ſub annuo cenſu, quo caſu neceſſaria erit ceſſio, *l. ſi hæres pecuniam, & l. cum hæreditas,* & ibi Angel. Paul. Caſtren. Alexand. & alij, *ff. ad Trebell.* Pereg. *de fideicom. art.* 6. *n.* 42. *& art.* 10. *num.* 13. Videnda tamen erunt de hoc ſcripta *ſupr. quæſt.* 627. *caſu quarto*, vbi patet articulum non tranſire ſine magna difficultate, & ad ibi dicta me remitto.

3 Porrò pignora, & fideiuſſiones datæ hæredi cedent beneficio fideicommiſſarij, Doctor. *in d. l. ſi hæres pecuniam, & in d. l. cum hæreditas, ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicom. art.* 10. *num.* 13.

QÆVSTIO DCXLII.

Tranſactionis cauſa quæſita per hæredem, vtrum veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

Liiii Dvbi-

DVBITATIO oritur, an ſi hæres per tranſactionem acquiſiuit aliqua bona, hæc veniant in fideicommiſſi reſtitutione? Negatiua opinio probatur *in l. 3. ff. ad leg. Falcid. & in l. debitor, in fine. ff. ad Trebell.* & ita tenuerunt Corn. *conſ.* 196. *nu.* 14. *lib.* 2. Bertaz. *conſil.* 107. *num.* 58.

Contrariam autem ſententiam probauit Peregrin, *de fideicom. art. 6. num.* 40. maximè quando lis erat cæpta cum teſtatore, Crott. *inter conſil. Grat. conſil.* 9. *nu.* 18. *lib.* 2. & hanc opinionem etiam probauit Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 22. *nu.* 5.

Hanc quæſtionem de facto habui in cauſa fideicommiſſaria pro Excellentiſſimo D. Ioanne Maſperono contra D. Petrum Lolium hæredem, quem Excellentiſs. D. Hieronymus Ferrus defendebat: tandem lis fuit compoſitione finita: & amoobus placebat hæc diſtinctio, quod ſi appareat non omnino diligentia hæredis rem acquiſitam fuiſſe quia tranſactum fuerit ſuper re dubia, res ſit acquiſita fideicommiſſario, ſi verò res ſit omninò induſtria hæredis, & ignorantia aduerſarij acquiſita, cedat beneficio hæredis: & videantur dicta *quæſt. ſeq.*

QVÆSTIO DCXLIII.

SIMILIS præcedenti eſt alia diſputatio, an acquiſita per hæredem ex ſententia per errorem lata cedunt beneficio fideicommiſſarij, ita vt ei ſint reſtituenda, an verò remaneant hæredi? Et quod remaneant hæredi, quia non erant in hæreditate, probatur ex text. *in l. debitor, §. vltimo*, & ibi Bart. & Alexand. *ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libr. 7. tit. 8. numer. 17.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 6. numer.* 41. Intrigl. *de ſubſtitut. centur. 3. quæſt.* 74. *num.* 90.

Limitatur, ſi hæres egiſſet vt hæres, ſecundum Peregrin. *d. art. 6. nu.* 41.

QVÆSTIO DCXLIV.

QVAERO, an confiſcationes bonorum, pœnæ, mulctæ, & alia emolumenta prouenientia ex iuriſdictionis exercitio veniant in reſtitutione fideicommiſſi? Et negatiuam opinionem probauit Peregrin. *de fideic. art.* 10. *nu.* 7.

QVÆSTIO DCXLV.

QVAERO, an inſignia, arma, dignitates, honores, & prærogatiuæ tranſeant in fideicommiſſariam? Et negatiuam opinionem Io. Anan. *conſil.* 86. *in fin.* Curt. iun. *in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit.* Guliel. Bened. *in cap. Raynutius in verb. ſi abſque liberis il* 2. *tract. de compend. ſubſtit. num.* 2. *extr. de teſtam.* & ante hos Bart. *tract. de inſig. & arma columna 3. verſ. quæro qualiter*, ſequuti ſunt, Odd. *tract. de ſubſtit. compend. p. 4. præmiſ. 6. num.* 14. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, qu.* 53. vbi teſtatur eſſe communem opinionem. Peregr. *de fideic. art. 6. nu.* 38. Intrigl. *de ſubſtit. cent. 2. qu. 94. & nu. 29. & cent. 3. q. 74. nu.* 57.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alteri particulariter relictum non venit in reſtitutione fideicommiſſi, decl. nu.* 2.

2 *Proprietas fundi, cuius vſusfructus eſt alteri legatus, venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

QVÆSTIO DCXLVI.

Legatum alteri particulariter, an veniat in reſtitutione?

QVAERITVR, an in reſtitutione fideicom- 1
miſſi veniat quod fuit alteri particulariter relictum? Quod non veniat probatur *in l. vxorem, §. fideicommiſſo ff. de legat. 3. in l. alimenta §. Baſilica, ff. de alim. & cib. legat, & in l. quoties, 2. reſp. C fam. erciſc.* Iaſ. *conſil.* 170. *nu.* 2. *& in fin. lib....* Ceph. *conſil.* 251. *nu.* 5.

Proprietas tamen fundi, cuius vſusfructus eſt alteri legatus erit fideicommiſſario reſtituenda, Soc. ſen. *conſil.* 102. *nu.* 14. & 15. *lib.* 3. Præc. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 346. *num.* 12. *in fin.*

QVÆSTIO DCXLVII.

Habita aliunde quàm ex ſubſtantia teſtatoris an veniant in reſtitutione fideicommiſſi?

QVAERO, an aliunde habita, quàm ex ſubſtantia, & iudicio teſtatoris veniant in reſtitutione fideicommiſſi? Et non venire vno ore ſcribunt omnes, Bart. *in l. 3. n. 2. ff. de dot. prælegat.* Bald. *conſil.* 291. *n.* 1. *lib.* 5. Angel. *conſi.* 307. *in fin.* Corn. *conſil.* 228. *n.* 9. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 81. *in fi. conſil.* 203. *n.* 3. *& conſil.* 218. *n.* 5. Gozadin. *conſil.* 92. *n.* 2. Soc. iun. *conſil.* 72. *num.* 62. *lib.* 1. Becc. *conſ.* 24. *nu.* 6. *& nu.* 27. Rebuff. *conſil.* 175. *n.* 24. Ceph. *conſ.* 272. *num.* 42. *lib.* 2. Honded. *conſil.* 3. *n.* 69. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 250. *n.* 31. *conſil.* 253. *n.* 10. *& conſil.* 292. *nu.* 57. *lib.* 2. Peregr. latè *conſ.* 37 *lib.* 1. *& in tract. de fideicommiſſ. art. 6. num. 7. & ſeqq.* Mant. *de coniect. vltim. voluntat. libro 7. tit. 8. num.* 1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 47. numero* 1. Præt. *de interpr. vltimar. volunt. fol. 296. ſolut. prima*, Menoch. *libr. 4. præſumpt.* 193. Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 74. numer.* 17. Surd. *deciſ.* 271. *num.* 8.

Declaranda tamen erit hæc concluſio ex his, quæ dicentur *in duabus ſequentibus quæſt.*

SVMMARIVM.

1 *Aliena bona non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi ampl. & decl. per totam quæſt.*

2 *Hæredis res non venit in reſtitutione fideicommiſſi.*

Limitatur, ſi teſtator impoſuit fideicommiſſum ſuper re hæredis, n. 3. decl. n. ſeqq.

Limitatur, ſi hæres conſenſit teſtatorem de re ſua diſponere, nu. 9. & 10.

5 *Hæres cenſetur in re propria grauatus, ſi expreſſim hoc dicatur, vel per relationem ad aliud hoc colligatur, vel veniat ex mente, & ratione, vel per verba vniuerſalia ſit impoſitum grauamen. Contra quod vniuerſalia verba non ſufficiant, numero 6. & ſeqq.*

7 *In vſufructus legato generali non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta hæredi debita.*

9 *Fideicommiſſum ſuper re hæredis impoſitum tenet, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit rem eſſe hæredis.*

10 *Fideicommiſſo alterius ex conſenſu ſua propria bona quis ſubijcere poteſt.*

13 *Fideicommiſſa antiqua alteri debita, quam hæredi grauato non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO DCXLVIII.

Aliena bona, vel hæredis, an veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

1 EX dictis in præcedenti quæſtione reſultat etiam reſolutio diſputationis, an ſcilicet aliena bona veniant in fideicommiſſi reſtitutione? Non ergo venire dicendum eſt: quia præſumitur teſtatorem diſpoſuiſſe de rebus ſuis, non alienis, *l. ex facto in princ.* & ibi Gloſſ. *ff. ad Trebel. l. cogi, in princ. & §. 1. & l. Lucius §. idem quæſiit ff. eod. l. cohæredi, §. cum filia ff. de vulg. & l. precibus in fine. C. de impub. & al. ſubſtit.* Aret. *conſil.* 154. *num.* 15. *& conſil.* 155. *num.* 2. Cephal. *conſil.* 377. *n.* 12. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 111. 1. *nu.* 7. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 132. *nu.* 35. *& ſeqq. fol.* 183. *nu.* 55 *& ſeqq. fol.* 342. *nu.* 1. *& ſeqq.* Peregr. *de fideic. art.* 6. *n.* 13. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 52. Surd. laté *deciſ.* 93. Rot. Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 84. *in fin. parte ſecunda.*

2 Maximè non cenſetur teſtatorem diſpoſuiſſe de rebus alienis, quando in præfatione dixit, quod volebat teſtari de bonis ſuis, vel de bonis mei. *l. cum pater, §. Titio. ff. de leg. ſecundo.* Bart. *in l. ſerui electione §. vltimo, n.* 3. & ibi alij communiter *ff. de leg. primo,* Bald. *in l. cum rem alienam, n.* 10. *C. de leg.* Alex. *conſ.* 171. *n.* 3. *lib.* 3. Cor. *conſil.* 114. *col. vlt. lib.* 3. Bertran. *conſ.* 1. *parte prima lib.* 2. Marzar. *in Epit. de fideic. par.* 2. *qu.* 4. Caualc. *de vſufruct. mul. relic. n.* 99. *&* 108. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 344. *n.* 1. *& fol.* 183. *n.* 56. Peregr. *de fideic. art.* 6. *num.* 6. *&* 12. *conſil.* 37. *nu.* 19. *&* 26. *lib.* 1.

3 Ampliatur etiam in re hæredis quæ non venit in reſtitutione fideicommiſſi, *l. cohæredi, §. cū filia, ff. de vulg. l. ſequens quæſtio ff. de leg. ſecūdo l. cum pater §. fidei,* & ibi Bald. notat *ff. eodem.* idem Bald. *conſ.* 300. *tamen legitimam, numero quarto libro quarto, & conſi.* 421. *quod Domina Comitiſſa circa medium lib.* 5. Alc. *conſ.* 214. *n.* 5. *libr.* 9. Ceph. *conſ.* 326. *n.* 7. *& ſeqq.* Hier. Gabr. *conſil.* 101. *nu.* 3. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 482. *n.* 29. *& conſ.* 688. *nu.* 15. Surd. *conſ.* 7. *nu.* 25. Peregr. *conſ.* 57. *nu.* 7. *lib.* 1. *& in tract. de fideicom. art.* 6. *n.* 1. *& art.* 33. *nu.* 5. Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 132. *n.* 35. *& ſeqq. & fol.* 344. *n.* 1. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *num.* 50.

4 Declaratur primò, vt teſtator poſſit hæredem grauare in re propria, *l. vnum ex familia, § ſi rem, & l. cum filius, §. Dominus, ff. de legat.* 2. & vtrobique Doctor. Iaſ. *in l. ſi domus, § ſi fundus, ampliat.* 6. *ff. de leg.* 1. *& in l. ſi hæredem,* & ibi cæteri Doctor. *C. de fideic.* Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita, n.* 353. *ff. ad Trebellianum,* Didac. *in cap. filius, ext. de teſtam.* Paul. Caſt. *conſ.* 513. *præmittendum eſt, lib.* 1. Alex. *conſ.* 10. *nu.* 9. *& ſeq. lib.* 3. Corn. *conſ.* 84. *col.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 103. *lib.* 4. Curt. iun. *conſ.* 54. Pariſ. *conſil.* 2. *n.* 47. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 25. *col. vlt. libr.* 2. Socin. iun. *conſ.* 107. *columna vlt. lib.* 3. *& conſ.* 68. *n.* 23. *lib.* 4. Alc. *conſ.* 135. *lib.* 9. Capr. *conſil.* 146. *columna* 2. Crauet. *conſil.* 133. *num.* 3. *conſ.* 144. *n.* 8. *& conſ.* 174. *n.* 10. *in fine,* Anguſ. *conſ.* 48. *nu.* 3. *lib.* 6. Rim. iun. *conſ.* 23. *n.* 34. *lib.* 1. *cōſ.* 295. *n.* 62. *lib.* 3. *& conſ.* 736. *n.* 107. *lib.* 7. Hier. Gab. *conſ.* 85. *n.* 6. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 326. *n.* 12. *& ſeq. & conſ.* 416. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 89. *num.* 49. *conſ.* 482. *dubio tertio, & conſ.* 631. *nu.* 32. vbi dicit eſſe receptam ſententiam Peregr. *conſi.* 37. *n.* 7. *libr.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 33. *nu.* 5. Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 351. *n.* 11. Intrigl. *de ſubſtit. cen.* 3. *q.* 74. *n.* 1. Surd. *deciſ.* 11. *num.* 51.

5 In dubio autem non cenſetur teſtatorem voluiſſe grauare hæredem in re propria, quia diſpoſitio quamuis generalis debet intelligi de his, quæ ſunt in poteſtate diſponentis, ſi ſic commodè intelligi poteſt, *l. Lucius § penultimo ff. ad municip. cap. à nobis,* & ibi Abb. *de ſent. excom.* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de cond. inſt.* Teſtamenta enim inuenta fuerunt, vt quis de rebus ſuis, non de alienis diſponat *l. verb. legis. ff. de verbor. ſignificat.* vnde vt de alienis diſpoſitio ſit facta, non de facili intelligere debemus. Bald. *in l. precibus, num.* 4. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Aret. *in l. qui duos, ff. de vulgar.* Ruin. *conſil* 52. *nu.* 4 *lib.* 2.

Et quamuis diſpoſitio eſſet vniuerſalis, non tamen includit bona hæredis, vel quæ ei ſpectarent, & per teſtatorem eſſent debita, Bald. 259. *lib.* 2. Cuman. *conſ.* 109. Alexand. *conſil.* 91. *col.* 9. *ſub n.* 14. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 165. *nu.* 21. *lib.* 2. Crot. *conſ.* 22. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 9. *nu.* 32. *lib.* 2. Gozad. *conſil* 99. Soc. iun. *conſil.* 72. *nu.* 45. *lib.* *& conſil.* 58. *col.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 25. *nu.* 11. *&* 12. *lib.* 1. *& conſil.* 114. *col. vlt. conſ. ſeq. & conſil. vltim. dubio tertio, libro* 2. Pariſ. *conſ.* 98. *nu.* 14. *lib.* 2. Alciat. *conſil.* 31. *num.* 6. *libr.* 9. Crau. *cōſil.* 25. *n.* 19. *& conſ.* 144. *per totum,* Bero. *conſ.* 58. *lib.* 3. *& q.* 95. Port. Imol. *conſil.* 6. *num.* 39. Rolan. à Valle *conſil.* 71. *num.* 26. *lib.* 2. Natt. *conſil.* 292. *nu.* 4. *&* 5. Ceph. *conſil.* 3. *num.* 93. 6

Et facit etiam, quod in vſufructu omnium bonorum non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta, quamuis verbis generalibus, & multum vniuerſalibus ſit relictum legatum, vt tenent multi ex relatis ſupra ſtatim, quibus addo Cephal. *conſil.* 516. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 9. *num.* 8. Pereg. *de fideicom. art.* 6. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi dicit ita per duos fuiſſe iudicatum, *& conſil.* 37. *num.* 29. *libro* 2. Caualcan. *de vſufr. mul. relict. nu.* 99. *& deciſ.*.... *lib.* 4. Caſtill. *de vſufr. cap.* 39. *nu.* 13. Rot. Roman. in vltimis collectis per Farinac. *deciſion.* 376. *par.* 1. Surd. *deciſ.* 93. 7

Porrò, & bona hæredis venirent in diſpoſitione, ſi hoc ſit expreſſum ſpecialiter, & nominatim, vel veniat ex mente & ratione, Pariſ. *conſ.* 2. *nu.* 19. *& ſeqq. libro* 3. Menoch. *conſil.* 482. *n.* 39. Peregr. *de fideicom. art.* 6. *num.* 16. vbi etiam & benè dicit non requiri indiuidualem expreſſionem, quod ſub fideicommiſſo comprehendantur bona hæredis, ſed ſufficere alia verba vniuerſalia, dummodò ex eis colligatur euidens voluntas teſtatoris, quod & de bonis hæredis ſenſerit, allegat Pariſ. *loco citato,* Caualc. *de vſufr. n.* 104. & Bertaz. *conſil.* 5. *n.* 4. *& ſeqq.* & videnda erunt dicta *in ſeq. qu.* & etiam dicta *ſup. q.* 632. *nu.* 9. *& q. ſeq. nu.* 11. *&* 12. & ita etiam ego tenui in vna de Coradellis, *vt in conſ.*.... Verba autem vniuerſalia non trahi ad bona hæredis ſcribunt multi relati *q. ſeq. nu.* 4. *&* 5. 8

Hæc autem facilius procedunt, quando teſtator dixit diſponere de bonis ſuis, vt dictum eſt *ſupra numero* 2.

Si tamen teſtator appoſuiſſet fideicommiſſum ſpecialiter in aliqua re, quæ eſſet hæredis, fideicommiſſum teneret in illa re, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit eſſe hæredis, Didac. *in cap. cum filius, ext. de teſtam.* Hier. Gab. *conſ.* 132. *q.* 8. *n.* 6. *lib.* 1. Anguſc. *conſ.* 48. *num.* 3. *lib.* 6. Menoch. *conſ.* 89. *nu.* 123. *& lib.* 4. *præſumpt.* 117. Pereg. *de fideic. art.* 33. *nu.* 5. 9

Sed quid ſi teſtator apponat conditionem, quod hæres ſupponat fideicommiſſo à ſe facto bona propria, & ille conſentiat: nulli dubium ex dictis ſupra, & quod & res hæredis veniet in fideicommiſſo, & pactum erit validum ſi ſit conceptum ſub nomine bonorum, ſecus ſi eſſet conceptum ſub nomine hæreditatis? & pactum conceptum in bonis habebit locum ſolum in bonis, quę erant hæreditatis tempore obligationis, laté Peregrin. comprobat *conſil.* 63. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 4. 10

Quæ etiam dicta ſunt de re hæredis: quando venit in fideicommiſſo declaranda erunt ſecundum ea quæ laté ſcripſerunt Didac. *in d. cap. cum filijs, extr. de teſtam.*

Hieron. Gabr. *conſ.* 132. *q.* 8. *lib.* 1. Pereg. *conſ.* 63. *lib.* 4. *&* *in tract. de fideic. art.* 33. *per totum*. Menoc. *lib.* 4. *præſump.* 117. Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib.* 9. *tit.* 1. & videantur etiam *a qu. ſeqq.* Ampliatur ſeptimo, & ſi teſtator iuſſit hæredem approbare, & exequi teſtamentum in omnibus & per omnia, ita Pereg. *in tract. de fideic. art.* 6. *nu.* 8.

12 Declaratur ſecundo principalis concluſio, vt res aliena veniat in fideicommiſſi reſtitutione, ſi dominus conſentiat, vt teſtator de re ſua diſponat. Didac. *in rubr. de teſtam. par.* 2. *n.* 8. *in fi.* Pereg. *conſ.* 63. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 4. *&* *de fideic. art.* 44. *a n.* 32. *vſque ad n.* 44. Caualc. *de-ciſ.* 33. *part.* 1. quod declarabis ſecundum Peregr. *de conſ.* 63. & dictum eſt *ſub nu.* 10.

13 Scias etiam, quod ſi in hæreditate adſint fideicommiſſa alteri quam hæredi debita, quod in fideicommiſſo relicto ab hærede non erunt comprehenſa huiuſmodi fideicommiſſa per ea quæ ſcribunt Menoch. *libr.* 4. *præſumpt.* 142. *n.* 12. *verſ. ſi verò* Rot. Rom. apud Farin. in vltimis collect. *deciſ.* 376. *ante finem par.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa & legata debita hæredi grauato ex alterius teſtamento non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, contra n.* 3.

Ampliatur, & ſi ſubſtitutio facta ſit verbis multum vniuerſalibus, n. 4 *decl. n* 7.

Ampliatur, & ſi teſtator quietauerit hæredem de eo, quod petere poſſet vſque in tempus eius mortis, n. 8.

Ampliatur, & ſi hæres grauatus approbaſſet teſtamẽtum in omnibus, & per omnia, n. 9.

Ampliatur, & ſi hæres grauatus non fecit inuentariũ, num. 10.

Ampliatur, & ſi teſtator prohibuiſſet omnem, & quãcunque detractionem, nu. 11.

Limitatur, quando bona nunquam fuerunt diuiſa, & ſic ſunt confuſa n. 12. *contra n.* 13 *& ſeqq.*

Limitatur, quando teſtator ſciebat in ſuis bonis extare fideicommiſſum hæredi debitum, num. 17. *contra ibidem.*

Limitatur, quando teſtator legauit vſumfructum vxori in bonis etiam fideicommiſſi antiqui, quia in tota diſpoſitione continebatur fideicommiſſum antiquum, num. 18.

Limitatur, quando teſtator fecit tot legata quot præſtari non poſſent niſi etiam cum fideicommiſſo antiquo, numer. 19.

Limitatur, ſi teſtator potuit diſponere de fideicommiſſo antiquo ex licentia ſibi conceſſa in illo teſtamento, num. 20.

Limitatur, ſi alicui ex fideicommiſſarijs teſtator fecit legatum pro omni eo & toto quod petere poterat vigore fideicommiſſi antiqui, nu. 22.

Limitatur ſi expreſsè appareat teſtatorem voluiſſe grauare hæredem in fideicommiſſo antiquo, n. 23 *ampl. & decl. nu. ſeqq. vſque ad finem.*

Limitatur, ſi ex coniecturis appareret teſtatorem voluiſſe grauare & in fidecommiſſo antiquo, num. 32. *decl. num.* 33.

2 *Diſpoſitio quamuis generalis debet intelligi de his quæ ſunt in poteſtate diſponentis.*

3 *Diſpoſitio quamuis vniuerſalis non includit bona hæredis, vel ei ſpectantia & per teſtatorem debita.*

14 *Coniectura inducentes fideicommiſſum debent eſſe certa, & neceſſaria, & n.* 33.

15 *A regula ſi recedendum eſt fallentia debet eſſe certa & neceſſaria.*

21 *Alienandi licentia cõceſſa quis cenſeatur vti inſtituendo aliquem hæredem.*

27 *Hæres ſi ſit in re propria grauatus, non tenet onus niſi pro quantitate beneficij ex illo teſtamento recepti, decl. nu. ſeqq. vſque ad nu.* 32.

QVÆSTIO DCXLIX.

Fideicommiſſa vel legata debita hæredi grauato ex alterius teſtamento, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi?

RECEPTA eſt ſententia quod fideicommiſſa, vel legata debita hæredi fideicommiſſo grauato ex alterius teſtamento, poſſunt ab eo deduci, tanquam non ſubiecta fideicommiſſo, ita ſcribunt Bald. per illum text. ſatis clarum *in l. irritum*, & ibi al. *j C. ad leg. Falcid.* Cor. *conſ.* 165. *n.* 21. *lib.* 2. Crott. *conſ.* 9. *& conſ.* 52. *num.* 5. Socin. ſen. *conſ.* 44. *num.* 2. *lib.* 3. Grat. *conſ.* 22. *nu.* 8. *lib.* 1. & apertius *conſ.* 9. *n.* 33. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 99. *n.* 9. Bero. *conſ.* 116. *nu.* 10. *lib.* 2. *conſ.* 58. *lib.* 3. *& quæſt.* 95. *in fine*, Ruin. *conſ.* 22. *num.* 11. *lib.* 1. *conſil.* 124. *nu.* 15. *conſ.* 115. *nu.* 14. *& ſeq. & conſ. vlt. lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 31. *col. vltim. & conſ.* 99. *n.* 14. *lib.* 2. Bellon. *conſil.* 9. *& conſ.* 10. Crauet. *conſilio* 144. *n.* 5. Decianus *conſ.* 57. *n.* 18. *lib.* 1. Alciat. *reſp.* 412. *num.* 12. *& reſp.* 646. *n.* 2. *verſ. nec obſtat*, & ſecundum aliam impreſſionem, *conſ.* 31. *n.* 6. *lib.* 9. Soc. iun. *conſil.* 72. *n.* 45. *lib.* 1. *& conſ.* 58. *lib.* 3. Port. Imol. *cõſ.* 6. *n.* 39. *& ſeq.* Rolan. à Valle *conſ.* 71. *nu.* 26. *&* 27. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 3. *num.* 93. *conſil.* 326. *nu.* 11. *& conſ.* 51. *nu.* 13. Bertaz. *conſ.* 58. *n.* 33. Natt. *conſ.* 292. Alba *conſ.* 73. *n.* 5. 6. *& conſ.* 412. *n.* 22. Surd. *conſ.* 7. *n.* 26. *lib.* 1. *& conſ.* 253. *n.* 11. Hier. Gab. *conſ.* 124. *libr.* 1. Pereg. *conſ.* 37. *nu.* 9. *&* 22. *lib.* 1. *conſ.* 53. *nu.* 1. *conſ.* 29 *& ſeqq. conſ.* 55. *n.* 13. *lib.* 4. *& in tract. de fideicom. art.* 6. *n.* 8. *& nu.* 13. *verſ. denique*, Menoch. *conſil.* 1214. *nu.* 13. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam *& lib.* 4. *præſumpt.* 197. *num.* 14. Mantica *de coniect. vlt. volun. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 16. *& lib.* 9. *tit.* 6. *nu.* 8. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 354. *nu.* 15. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Caualcan. *de vſufr. mulier. relict. n.* 105. Caſtil. *de vſufr. cap.* 39. *nu.* 13. vbi ampliat, Tolom. *deciſ.* Rotæ Rom. *deciſ.* 120. Mohedan. *deciſ.* 127. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 22. *nu.* 17. *& ſeqq.* Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſion.* 375. *part. prima*, *& deciſ.* 84 *in fine*, *par.* 2. Seraph. *deciſ. Roman.* 848. *nu.* 4. & ita ego etiam ſæpius conſului præcipuè *in conſ.* 18. *& conſ.* 95. *dub. vltimo.*

Probatur primo hæc ſententia vltra *d. l. irritum, C. ad leg. Falcid. in l. cum pater §. Titio, ff. de legat.* 2. vbi ſi teſtator grauat hæredem reſtituere ſuam hæreditatem, non videtur grauaſſe in hæreditate, quam teſtator tenebatur reſtituere hæredi ſuo.

Secundo de hoc caſus eſt *in l. Lucius, §. vlt. ff. de legat.* 2. *& in l. irritum, C. ad leg. Falcid.*

Tertiò, quia in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt bona propria grauati, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill.* & dixi *quæſt. præced. nu.* 3. Immò nec venit quod ipſi grauato debetur à teſtatore *l. ab omnibus, §. vlt. ff. de legat.* 1. *& l. irritum C. ad leg. Falcid.* Surd. *conſil.* 7. *nu.* 25. *lib.* 1. & dixi *quæſt.* 665. & voluit Peregrin. *conſ.* 37. *num* 7. *lib.* 1.

Quarto, quia teſtamenta & vltimæ voluntates ſunt inuenta vt quis diſponat de rebus ſuis non de alienis *l. verbis legis ff. de verbor. ſignific.* ideo præſumendum eſt teſtatorem de ſuis non alienis teſtari voluiſſe ita poſt Bald. Aret. & Ruin. argumentatur Peregrin. *dict. art.* 6 *num.* 14.

Quinto diſpoſitio debet ſemper intelligi de his, quæ ſunt in poteſtate diſponentis, quamuis diſpoſitio ſit generalis, 2

Google

neralis, ſi tamen commodè ſic accipi poteſt *l. Lucius. §. pen. ff. ad Municip cap. à nobis*, & ibi Abb. *extr. de ſenten. excommun.* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione. ff. ad condit. inſtis.* Peregr. *d. art. 6. nu. 11. & conſ. 37. n. 12. libr. 1.* Rota *d. deciſ. 375. num. 2.*

Sexto hęres non tenetur reſtituere quod ad eum peruenit ex alia cauſa, quàm ex iudicio teſtatoris, *l. cum quis, §. hoc amplius*, & ibi Bart. not. *ff. de dot. præleg.* Peregr. *d. art. 6. n. 7.* vbi facit hanc regulam, & per eam infert ad fideicommiſſa debita grauato ex antiquorum teſtamentis idem *conſ. 37. n. 14. & 17. lib. 1.*

Septimò facit alia regula generalis conſtituta ab ipſo Peregr. *d. art. 6. nu. 1. & conſ. 37. n. 6. libr. 1.* quæ eſt, quod in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis non continentur ea, quæ grauatus hæres habiturus erat alio exiſtente hærede, niſi teſtator nominatim ſuper his fideicommiſſum impoſuerit, *l. ſequens quæſtio ff. de legat. 2.* & ratio eſt, quia hæres habet in his alium titulum, ideo in inſtitutione non includuntur, & ſi non includuntur in inſtitutione, pariter nec in ſubſtitutione.

Octauò, quia in inſtitutione non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta ad alterius beneficium, Crauet. *conſil. 19. nu. 13.* Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſ. 84. in fi. par. 2.* At ſubſtitutio nõ continet, niſi bona comprehenſa in ſubſtitutione, vt alibi plenè dixi, ergo &c.

Et hæc opinio retinenda omnino erit, quando diſpoſitio eſt facta de bonis ſuis, quia reſtitutioni ſubiecta non dicuntur bona ſua, vt latè habetur apud multos ex præcitatis, præcipuè Peregr. *de fideic. art. 6. nu. 9. & ſeqq. & d. conſ. 37.* Caualc. *loco citato*, Rotam apud Farinac. *deciſ. 375. in fin. par. 1.* Seraph. *deciſ. Roman. 963. nu. 5.* Pedem. *deciſ. 85. in fin.*

3 Cæterum contrariam opinionem tenent alij, volentes & talia fideicommiſſa antiqua eſſe reſtituenda, & ita .. habent Ioan. Bapt. Ferret. *conſ. 119 n. 12.* Corn. *conſil. 84. n. 8. verſ. vnde ad propoſitum. lib. 2.* Ruin. *conſ. 16. lib. 2. & conſ. 150. n. 11. verſ. & quod etiam ſenſerit lib. 3.* Alciat. *reſp. 135. lib. 9. & ſecundũ antiquã impreſſionem reſp. 602.* Alba *conſ. 73. n. 5. 6* Soc. iun. *conſ. 68. libr. 4.* Bellon. *conſil. 9. n. 14.* Paul. Leon. *conſ. 13.* Berret. *conſ. 144.* & Marzar. *in epit. de fideicom. par. 2. q. 4. verſ. ſed in contrarium.*

Horum tamen opinio nec conſulendo, nec iudicando tenenda erit, eſt enim communiter reprobata, vt patet ex citatis pro prima opinione, & argumenta pro ea adducta oſtendunt communem opinionem eſſe veriorem, quod etiam cognouit praxis, vidi enim ſemper practicari, fideicommiſſa antiqua deduci quando fit reſtitutio vigore noui fideicommiſſi, & ita etiam obtinui ſuper teſtamento D. Ioannis Fiſonei, qui inſtituerat hæredem D. Lactantium nepotem ex fratre, eique ſubſtituerat decedenti ſine filijs proprias filias prohibendo omnem detractionem, electus arbiter pro D. Lidia Coradella ſorore, & hærede grauati iudicaui fideicommiſſum antiquum debitum D. Lactantio ex fideicommiſſo alterius patrui poſſe deduci, diſſentiente Excellentiſſimo D. Laurentio Aueroldo arbitro fideicommiſſarium, & ſtante diſcordia, electo Clariſſimo D. Franciſco Portulaca Eq. pro tertio, ſententia mea remanſit approbata, pro qua etiam ſcripſit Excellentiſſimus D. Bartolomeus Stella, reſoluendo motiua data à Clariſs. Eq. Portulaca tertio. Verum eſt quod ex capite compenſationis fuit in reuiſione ſententiæ dictum prælegatum factum D. Lactantio fuiſſe relictum in compenſationem fideicommiſſi antiqui ei debiti, & adhuc articulus in hoc remanet indeciſus.

4 Ampliatur primò communis opinio, & ſi ſubſtitutio facta ſit verbis multum vniuerſalibus, vt ſi dictum ſit, in tota hæreditate, vel in omnibus, & quibuſcumque bonis ſuis, quomodocunque ad ſe ſpectantibus, vel alijs verbis vniuerſalibus, nam & tunc fideicommiſſa antiqua non venient in fideicommiſſo, Crauet. *conſ. 144. ante num. 6.* Menoch. *conſil. 1214. nu. 15. ad medium* Pereg. *de fideicommiſſ. artic. 6. nu. 9. & nu. 13. & conſil. 37. per totum maximè n. 23. & ſeq. lib. 1.* Caualc. *de vſufruct. nu. 104. in fin. & nu. 105.* Et ſi percurrantur citati pro regula *ſup. num. 1.* apparebit loqui etiam in caſu quando verba ſunt vniuerſalia, turſus Caualcan. *deciſ.... par. 4.* vbi agit an in legato vſufructus veniant bona fideicommiſſi, Rota Romana in vltimis collectis per Farinac. *deciſ. 375. par. 1.*

Contra tamen tenent alij poſt alios, Pert. *de fideic. q. 8 n. 278.* Surd. *conſ. 73. n. 62.* Soc. iun. in cauſa Brixiana *conſ. 68. lib. 4.* & in eadem Alciat. *conſ. 135. lib. 9.* Marzar. *de fideicom. q. 4. nu. 14. verſ. ſed in contrarium*, Pariſ. *conſil. 2. n. 49. & ſeq. lib 3.* Surd *deciſ. 93. nu. 2.* Pedroc. *conſ. 7. num. 77. & ſeq.* Decianus *conſ. 57. lib. 1.* Crauet. *conſil. 714.* Eugen. *conſil. 160. nu. 6.* Rim. *in. inſtit. quib. alien. non licet, nu. 179.* Natta *conſ. 159. nu. 24.* Ceph. *conſ. 207. n. 34.* Roland. à Valle *conſil. 27. n. 27. lib. 4.* Berrett. latè *conſil. 144.* Raud. *deciſ. 20 n. 28 & ſeq.* Laderch. Imol. *conſ. 53. & conſil. 111. num. 4.* Albenſ. *conſ. 73. n. 6.* Placet tamen prima opinio.

Ratio primæ opinionis, quia vniuerſalis diſpoſitio teſtatoris non includit bona hæredis, vel ei ſpectantia, & per teſtatorem debita, Bald. *conſ. 230. Laurentius. lib. 2.* Cuman. *conſ. 109.* Alexand. *conſil. 91. colum. 2. verſ. fortificatur. & verſ. non obſtat, ſub nu. 12. lib. 1.* Crauet. *conſil. 25. n. 19. & conſ. 144 per totum.* & hos refert, & ſequitur Peregr. *d. art. 6. num. 13.* addo Corn. *conſ. 165. nu. 21. lib. 2.* Grat. *conſil. 22 colum. 2. lib. 1. & conſil. 9. n. 32. lib. 2.* Gozad. *conſilio 99.* Socin. iun. *conſil. 58. colum. 2. lib. 3. & conſil. 72. nu. 45. lib. 2.* Ruin. *conſ. 25. n. 11. 12. lib. 1. & conſil. 114. colum. vlt. conſil. ſeq. & conſ. vlt. dubio tertio, lib. 2.* Pariſ. *conſil. 98. nu. 14. lib. 2.* Beto. *conſil. 8. lib. 3. & quæſt. 95.* Port. Imol. *conſil. 6. num. 39.* Roland. à Valle *conſ. 71. num. 16. lib. 2.* Natt. *conſil. 292. n. 4. & ..* Cephal. *conſilio 3. num. 93. & conſil. 516.* Bertaz. *conſil. 58 dubio tertio nu. 33.* Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 9. tit. 6.* Pereg. *conſil. 37. n. 23. lib. 1. & in tractat. de fideicom. art. 6. n. 14.* Quæ opinio probatur *in d. l. ſequens quæſtio ff. de legat. 2.* Et aduerte, quod licet in hac lege non ſint verba vniuerſalia, quod tamen adſunt *in § vlt. legis præcedentis & l. ſequens quæſtio venit continuatiuè ad illum §. vlt.* vt dicunt Alber. & Imol. *in d. l. ſequens quæſt.* & ſic ex his procedit retento themate, de quo in illo *§. præcedenti*. 5

Maximè ſi diſpoſitio ſit relata ad bona ſua, vt ſcribunt multi relati in *præced. quæſt. num. 2.* Et vltra eos ita tenent Peregr. *d. art. 6. n. 8. & d. conſ. 37. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 98. n. 14. lib. 2.* Alciat. *conſ. 646. n. 2. verſ. & quia illa verba*, Alba *conſ. 422. n. 20. 22. lib. 3.* Rolan. à Valle *conſ. 71. n. 28. lib. 2.* Ceph. *conſ. 516 n. 13 libr. 4.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 85. nu. 18.* Grat. *conſ. 9. n. 32. lib. 2.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 344. n. 1. verſ. & eo magis.* Non deſunt tamen qui volunt pronomen, ſua, reſtringere fideicommiſſum, Menoch. *d. præſumpt. 197. nu. 19. in addit.* Surd. *conſ. 73 n. 72.* Peregr. *de fideic. art. 33. n. 29.* Laderch. Imol. *conſ. 53. nu. 4. & conſ. 111. nu. 1. & ſeq.* 6

Verum, ſi verba vniuerſalia ita eſſent concepta, vt verificari non poſſent, niſi & fideicommiſſum antiquũ continerent, de facili concederem, quod perinde eſſet, ac ſi de eo ſpecialiter, & nominatim facta eſſent mentio ad tradita per Pereg. *d. art. 6. n. 16. in fi.* vbi allegat Pariſ. *conſ. 2. lib. 3.* Caualcan. *de vſuf. n. 104.* & Bertaz. *conſ. 5. nu. 4. & ſeq.* & videatur *inf. deci. vlt.* 7

Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator quietauerit hæredem de omni eo, quod vſque in tempus mortis ipſius teſtatoris petere poſſet, quia & fideicommiſſum antiquum non veniet in fideicommiſſo, quia cum eſſet de- 8

bitum ſolum poſt mortem teſtatoris in eius vita peti non poterat, *l. ſed ſi ante ff. ad Trebell. l. poſt mortem, C. de fideicom.* & ibi Cuman. Peregr. *d. art. 6. n. 5. in fin.*

9 Ampliatur tertiò, & ſi hæres grauatus approbaſſet teſtamentum in omnibus, & per omnia, quia approbatio teſtamenti intelligeretur ſecundum ſuam naturam, & quatenus diſpoſitio teſtamentaria pro ſui natura côtinet, nec approbatio teſtamenti pro ſui natura extendit diſpoſitionem *l. Aurelio. §. idem quæſit. ff. de liberat. legat.* not. Iaſ. *in l. more, num. 19 ff. de iuriſd. omn. iud.* & in ſpecie hanc ampliationem probauit Peregr. *dict. conſil. 37. n. 9. 10. 11. lib. 1.* vbi citat Cuman. *conſ. 109.* & Rol. à Valle *conſ. 71. nu. 26. & ſeq. lib. 2.* addo Ceph. *conſ. 326. nu. 7. lib. 3.* vbi comprobat.

10 Ampliatur quartò, & ſi hæres grauatus non fecit inuentarium, Peg. *vbi ſupra*, Calcan. *conſ. 37. col. 4.* Crauet. *conſ. 144. n. 5.* Hieron. Gabr. *conſ. 124. nu. 1. & 3.* ad quod etiam facit, quia hæres poteſt deducere id, quod ſibi erat debitum a teſtatore, etiam nullo facto inuentario, Bal. & alij *in l. ſi debitor ff. ad Trebell.* Honded. *conſ. 58. n. 26. 54. & ſeq. lib. 1.* Roland. à Valle *conſ. 65. nu. 13. & ſeq. lib. 1.* vbi de communi teſtatur, Pereg. *de fideic. artic. 34. deciſ. 6. n. 5. & dec. 96. nu. 8.* & plenè dixi *q. 665. n. 2.*

11 Ampliatur quintò, & ſi teſtator prohibuiſſet omnem, & quamcunque detractionem, nam intelligitur de detractione, quæ fieri poteſt de bonis fideicommiſſi reſtituendis, non autem de his, quæ retinere poteſt grauatus tanquam non ſubiecta fideicommiſſo: aliud enim eſt detrahere de fideicommiſſo reſtituendo, aliud retinere, quæ non cadunt ſub fideicommiſſo, & ita dicebam in illa de Fiſoneis ſuper teſtamento D. Ioannis *in conſil. 18.* comprobabam ex Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 353. ſolut. 4.* vbi in principio conſtituit differentiam inter vnum & aliud, dum dicit, in præcedêtibus ſolutionibus tractaſſe de rebus, quæ non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi (in quo non veniunt hæc fideicômiſſa antiqua) & nunc tractare de detractionibus, quæ licet videantur eædem cum prænarratis, attamen dicit, quod differunt, ideo ſeparatim de eis tractat: ad idem adducebam Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 6.* in quo titulo primò tractat quæ fideicommiſſa ſint reſtituenda: *& tit. 8.* agit de his, quæ non ſunt reſtituenda, & *ibi n. 16.* ponit ea, quæ hæres habet ex illo fideicommiſſo, & vult non eſſe reſtituenda. De detractione autem facienda de hæreditate, vt de Trebellianica, agit *tit. ſeq.* Et ratio differentiæ eſt, nam aliud eſt ſcire quæ non ſunt reſtituenda cum non veniant ſub titulo hæreditatis, aliud quæ veniant reſtituenda tanquam hæreditaria, & ſuper quibus cadunt detractiones: Et fideicommiſſum antiquum retinetur, quia nunquam fuit hæreditarium, vt dictum eſt ſupra, & propterea non poteſt cadere in detractionibus quæ fiunt de hæreditate. Adducebam etiam in terminis, nam grauatus reſtituere totam, vel integram hæreditatem, nô poteſt quicquam detrahere ad tradita per Ant. Gabr. *ad Trebell. concl. 4. & 6.* Menoc. *lib. 4. præſumpt. 198. n. 12. & n. 15.* Pereg. *de fideicom. art. 3. nu. 90. & nu. 94.* & nihilominus quando quis eſt grauatus reſtituere totam, vel integram hæreditatem poteſt retinere fideicommiſſum antiquum, ita Crau. *conſ. 144.* & Alciat. *conſ. 648. n. 1.* & ex his ſententia mea vti arbiter lata fuit approbata ab Excellentiſſimo tertio, vt antea dicebam, & videnda erunt dicta in ſimili *qu. 667. nu. 4.*

Ampliatur ſextò, & ſi primum fideicommiſſum non eſſet factum in hærede grauato, nam adhuc nouum fideicommiſſum imponi non poteſt, Seraphin. *deciſion. Roman. 855.*

12 Declaratur primò communis opinio, quando bona fideicommiſſi antiqui, & noui nunquam fuerunt diuiſa, & ſemper remanſerunt confuſa, nam præſumitur tunc voluiſſe teſtatorem & fideicommiſſum antiquum venire ſub fideicommiſſo nouo, Alba *conſ. 73. n. 6. verſ. quartum*, Landerch. *conſ. 53. nu 4.* Menoch. *conſ. 1006. nu. 57. & lib. 4. præſumpt. 197. n. 29.*

Hanc tamen declarationem, ſuper qua D. Arbiter fi- 13
deicommiſſariorum faciebat fundamentum, impugnabam in illa de Fiſoneis, non enim conſequentia hæc valet, bona ſunt confuſa, ergo teſtator voluit & ea reſtitui, non enim vllibi probatur, ſed fuit ſomniata ab Alba primo authore huius falſæ opinionis, qui coactus veritate fatetur ſuam opinionem eſſe valde dubiam, quod ſi eſt dubia, non poteſt inducere grauamen, ad in-
ducendum enim fideicommiſſum requiritur probatio 14
certa & neceſſaria, Honded. *conſ. 78. n. 12. lib. 1. & côſ. 51. nu. 59. lib. 2* Menoc. *conſ. 522. n. 3.* Pereg. *conſ. 57. n. 10.* vbi dicit probationem debere eſſe certam in iure & in facto. *& conſ. 149 n. 11 lib 5* vbi requirit probationem neceſſariam, Rota Romana *deciſ. 490. n. 11. & deciſ. ſeqq. in fin. part. 4.* Regula enim quod fideicommiſſa ex alterius teſtamento debita grauato non veniant in reſtitutione
fideicommiſſi eſt certa, & clara, ſi ergo datur limitatio 15
contra regulam, & hæc debet eſſe certa, & neceſſaria, aliàs ſtandum erit regulæ, Didac. *lib. 2. variar. reſolut. c. 12. n. 4.* vbi de communi Maſcard. *de probat. concl. 1261.* Et qui dicit eſſe in caſu fallentiæ, debet clarioribus probationibus demonſtrare, Cephal. *conſ. 469. n. 5.*

Quinimò probatur falſitas propoſitionis, & declarationis iſtius, nam hæres adeundo confundit credita ſua cum hæreditate adita, & tamen ea deducit *l. in imponenda, Cod. ad leg. Falcid.* vbi expreſsè dicitur, quòd licet actiones ſint côfuſæ, creditur deducitur, *l. irritum, Cod. eod.* Mantica *de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 8 nu. 15.* & dicam *quæſt. 665.* idem eſt de dotibus maternis quæ deducuntur vt infra ſuo loco dicetur. Et ſi confuſio impediret detractionem, non poſſent deduci.

Vnde iure merito côtra hanc declarationem tenen- 16
dum eſt, quam præciſè reprobauit Menoc. *conſil. 1214. n. 15. in fi.* vbi dicit hanc declarationem Alb. nô probari nec lege, nec ratione, & hoc conſ. eſt repetitum *conſ. 1274.* Et ferè omnes allegati ſupra pro regula *num. 1* loquuntur in his terminis, præcipuè de fideicommiſſo auito confuſo cum paterno, inter quos præcipuè Crau. *conſ. 144. n. 1.* Hier. Gab. *conſ. 124. n. 2. & ſeq.* Pariſ. *conſ. 31. n. 50 lib. 2.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 351. n. 11. verſ. nô veniunt*, Pereg. *de fideic. art. 6. n. 8.* Mant. *d. lib. 7. tit. 8. nu. 16.* Et in filijs in conditione poſitis ab auo, & poſtea à patre grauatis ſæpe vidi practicari deduci fideicommiſſû auitû, ſuper quo pater nô cenſetur filios grauaſſe. Hæcque ſententia probatur ex textu aperto *in d. l. irritum, C. ad leg. Falcid.* vbi agitur de fideicômiſſo facto à filio, qui erat grauatus à patre & hic inſtituerat hæredem fratrê qui erat eidê ſubſtitutus in teſtamento patris, & Imperator dicit fideicômiſſum paternû deduci tanquâ æs alienum, & hic eſt caſus, quod bona fideicommiſſi antiqui erant confuſa cum bonis vltimi teſtatoris, & ſic ex hoc ſolo textu probatur falſa opinio Albæ & ſequaciû.

Declaratur ſecundò non procedere, quando teſta- 17
tor ſciebat in ſuis bonis extare & fideicommiſſum hæredi debitum, cenſetur enim tunc eum voluiſſe grauare & in fideicommiſſo antiquo, Menoch. *d. præſumpt. 197. in 2. coniect.* & videtur admittere *conſ. 1214. nu. 15. verſ. non reſpondetur.*

Sed contra hanc declarationem faciunt omnia argumenta adducta pro regula, & principali concluſione, quæ non tolluntur ex ſcientia teſtatoris fideicommiſſi antiqui, & faciunt dicta *ſup. n. 14. & 15.*

Non omitto quod alij tenent fideicommiſſum antiquum venire in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator

ſtat et ignorauit fideicommiſſum antiquum extare, Bellon. *conſ.9.nu.*14. Soc.iun *conſ.*68.*n.*20. *&* 21 *lib.*4. Alba. *conſ.*73.*n.*7.*verſ.*5. Menoc.*conſ.*1274.*nu.*12. *& lib.*4.*præſump.*197.*n.*18.*in addit.* Petr.*de fideicom.q.*8.*n.*278. *verſ.* 3. Pereg.*de fideicom.art.*33.*nu.*24. Et ratio eſt, quia hoc caſu voluntas teſtatoris comprehendit omnia bona, credens nulla extitiſſe, quæ non eſſent ſua.

18 Declaratur tertiò non habere locum, quando teſtator expreſsè vxori reliquiſſet vſumfructum de bonis fideicommiſſo antiquo ſuppoſitis, nam in tota diſpoſitione venirent bona fideicommiſſi, Menoc.*conſil.*688.*n.*12.*verſic.de voluntate, conſ.*1150.*num.*12 *verſic. tertia coniectura eſt. & lib.*4.*præſump.*197. *nu.*21.

19 Declaratur quartò, quando teſtator fecit legata quæ non potuiſſent præſtari niſi etiam capiantur bona fideicommiſſi, quia tunc & de his præſumitur teſtatorem voluiſſe diſponere, vt eſſet in legato annuo vltra valorem fructuum bonorum liberorum teſtatoris, ita ſcribit Menoch.*conſ.*955.*n.*15.*verſ.quarto accedit, & conſil.* 1150.*n.*13. idem tenet Alba.*d.conſ.*73.*n.*8 *lib.*1.

20 Declaratur quintò non habere locum, quando teſtator potuit diſponere de fideicommiſſo antiquo ex licentia ſibi data in illo teſtamento, quia inſtituendo hæredem, & ibidem ſubſtituendo per fideicommiſſum, cenſetur in diſpoſitione ſua voluiſſe & antiquum fideicommiſſum comprehendi, Menoch.*conſ.*1150.*nu.*13. *verſ.quinta eſt coniectura.* Ratio eſt, quia facultate diſponendi conceſſa quis dicitur vti inſtituendo hæredẽ, vt ibidem poſt multos relatos dixit Menoch.& dictum
21 fuit ſupra *q.*550.*n.*10. Præterea ſtante dicta licentia alienandi, & diſponendi bona ſunt facta propria. Ruin.*conſ.* 112.*n.*10.*lib.*2. Pariſ.*conſ.*52.*nu.*57.58. *&* 61.*lib.*3. Marcob.ab Anguil.*conſ.*81.*nu.*10.12.16. *& ſeq.* quos refert & ſequitur Menoch.*conſ.*1150.*n.*22. At quis non poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, *l.ius noſtrum, ff.de reg.iur.l.*1.*§ ſi ex fundo, ff.de hæred.inſtit.* ergo teſtator cenſetur & de fideicommiſſo antiquo diſpoſuiſse. Declaratio vera eſt, ſed hæc vltima ratio eſt falſa, nam hæres qui habet licentiam diſponendi, ita demum tollit fideicommiſsum antiquum, ſi diſponit, aliàs firmum remanet, & ideo eo inteſtato decedente ſubſtitutio locum haberet, & venientes ab inteſtato ſuccederent in bonis ſuis, ſubſtitutus in bonis fideicõmiſſi: circa hoc tamen videnda erunt dicta *ſup.qu.*550. vbi patet extare contrarias opiniones.

22 Declaratur ſextò, non procedere quando teſtator fecit legatum alicui ex fideicommiſsarijs de aliqua quantitate pro omni eo & toto, quod poterat habere ex cauſa talis fideicommiſſi, nam in tota diſpoſitione cenſerentur comprehenſa bona illius fideicommiſſi, Menoc. *conſil* 688.*nu.*12.*verſic.de voluntate.*

23 Declaratur ſeptimò non procedere, quando apparet expreſsè teſtatorem voluiſse grauare hæredem etiam in fideicommiſso antiquo, hoc enim illi eſse permiſſum, nemo eſt qui dubitet, & probatur *in l.filiusfamilias.§.cum pater.ff.de leg.*1.*in l.ſequens quæſtio, in fine, ff. de legat.*2.*& in l. Lucius, ff.ad Trebell.* & dixi *quæſt.præced.num.*4. Accedunt in terminis, Socin.iun.*conſ.* 107. *num.*37.*lib.*3. Pariſ.*conſ.*34.*in fin.lib.*2. Bellon.*conſ.*9.*n.*9. Alba.*conſ.*73.*n.*1. Decian.*conſ.*57.*n.*9.*lib.*1. Menoc.*conſil.* 688.*num.*11.*& ſeq.conſ.*704.*nu.*24.*conſil.*1150. vbi alios adducit *& lib.*4.*præſumpt.*117.*nu.*7. Seraph.*deciſ. Rom.* 348. *nu.*5. Quod ea ratione probatur, quia hæres non poteſt contrauenire diſpoſitioni teſtatoris, *l.cum à matre, C.de rei vendic.*

24 Quinimò ſi in inſtitutione facta eſset ſpecialis mentiò de bonis fideicommiſſi antiqui, & poſtea ſequatur ſimplex ſubſtitutio, in ea & bona fideicommiſſi antiqui eſsent comprehenſa, Eugen.*conſ.*88.*nu.*18. Bello.*conſ.*9. *n.*1..*verſ.præterea dici poteſt,* Menoc.*conſ.*688.*n.*12.*verſic.primum quarum conſil.*1150.*nu.*11.*& lib.*4 *præſump.* 197 *n.*17 Petra *de fideic.q.*8.*n.*278. *verſ.ſecundo quando,* Pereg *de fideic.art.*6.*n.*6. *& art.*34.*n.*46.

25 Et fortius ſi in ſubſtitutione facta eſset mentio de bonis fideicommiſſi, vt ſubſtituo in tali poſseſſione (quæ erat alteri fideicommiſso debita) ita Peregr.*conſ.*41.*dubio tertio lib.*3. Niſi diſpoſitio ſit reſtricta ad ius teſtatoris, vt ſi dictum ſit, ſubſtituo in tali poſseſſione iuris ipſius teſtatoris, vt dicit *ibid.* Pereg.*nu.*16. per text.*in l.ſi domus,§ vlt.ff de leg.*1. Bar.*in l.ſerui electione.§.vlt.* & ibi Imol. Alex. Iaſ.& alij *ff.de legat.*1. Corn.*conſ.*212.*li.*1.*& conſil.*165.*li.*3. Anguſ..*conſil.*4.*n.*16.*lib.*7. Bertazz.*conſil.* 58 *nu.*39.& in terminis, Ruin.*conſil.*74.*dub.*1.*lib.*1.

26 Nec facienda eſset reſtrictio ad bona libera teſtatoris, quando in inſtitutione facta erat ſpecialis mentio bonorum fideicommiſſi antiqui, ſi poſtea dixiſset ſubſtituere in bonis ſuis, vel ipſius, quia teſtator legis diſpoſitione erat Dominus bonorum fideicommiſſi conditione pendente, *l.*2.*§.ſin autem ſub conditione, C.de caduc.tollend.* ita in terminis, Menoc.*conſ.*688.*num.*18.*& ſeq* & faciunt dicta per Decia.*conſil.*57.*n.*16.17.21.*lib.*1. Alba *conſ.*73. Laderch.Imol.*conſil.*53.*nu.*4.*&* 5. Peregr. *de fideicom.art.*33.*num.*29. Menoc.*conſil.*1006. *num.*57. *verſic.ſecunda coniectura.*

27 Quando autem expreſsè impoſitum eſt grauamen in bonis fideicommiſſi antiqui, teneret ſolum pro quantitate beneficij, quam capit hæres a teſtatore, Hieron. Gabr.*conſ.*132.*q.*8.*lib.*1. Menoch.*conſil.*707.

28 Et in beneficio habebitur etiam ratio fructuum medio tempore ab hærede perceptorum, *l.Imperator, §. cum quidam. ff.de legat.*2 *l.filiusfamilias, § apud Marcellum.ff.de legat.*1.*& l.cum pater, §. Titio, ff.de leg.*2. & volunt Corn.*conſil.*87.*num.*12.*lib.*2. & Peregr.*de fideic. art.*33.*num.*40.

29 Contra tamen tenuit Menoch.*conſ.*707.*nu.*3. Mouetur, quia ſpectatur tempus conditi teſtamenti, quo tempore hæres nullos fructus perceperat ex illa hæreditate, & ideo inſpecto initio onus reſtitutionis fideicommiſſi alieni fuit nullum. Hæc tamen conſideratio D. Menoch. alioqui præſtantiſſimi I.C. falſa eſt, nam non attenditur, vt ipſe dicit, tempus teſtamenti, & mortis teſtatoris, ſed attenditur tempus, quo euenit conditio fideicommiſſi, vt habetur *in d.§.cum quidam, & in d.§. apud Marcellum, & in d.§. Titio,* ex quibus iuribus patet grauamẽ, & beneficium attendi tempore reſtitutionis.

30 Si tamen hæres fuiſſet hæres ſine beneficio inuẽtarij nihil deduceret, vt dicit Hier.Gab.*d.conſ.* 132.*q.*8.*lib* 1.

31 Vlterius ſi maius eſset fideicõmiſsum debitum hęredi, quam beneficiũ, quod ille habet à teſtatore, ſi hæres approbauit teſtamentũ ſibi preiudicat in omnibus, dũmodò, quando approbauit habuerit plenam ſcientiam omnium, alias nec tacita approbatio per aditionem hæreditatis, nec expreſsa noceret, vt in terminis latè comprobat Menoc.*conſ.*707.& agit ibi etiã an præſumatur ſcientia, vel ignorantia, *& n* 19.*verſ.reſpondetur ſecũdo,* vult quod vt noceat approbatio teſtamenti, viſum fuerit teſtamentum in quo continebatur fideicommiſsum, quod dicitur fuiſse remiſsum, iuxta *l.de his, ff.de tranſact.* circa quod videnda erunt dicta *qu.*594.

Circa quod aduertendum eſt, quod ſi res eſset prohibita alienari ex fideicommiſso antiquo, & ſuper ea ſit impoſitum grauamen nouum ad fauorem non vocati ex illa prohibitione, quod nouum fideicommiſsum non operatur etiam quod addita eſset hæreditas à grauato hærede, ita Rota apud Seraph. *dec* 848.*in fin.*

32 Declaratur vltimò nõ procedere, vbicumq; alijs cõiecturis, & præſumptionibus poteſt apparere, quod teſtator voluit hęredem grauare in fideicõmiſso antiquo,

ita

ita vt non ſit neceſse nominatim eum grauare, Menoc. *conſ.* 1150.*nu*.7.*& ſeqq.* vbi comprobat & allegat Pariſ. *conſ.*2.*n*.49.*li*.3.Bellon.*conſ*.9.*n*.13.Alban.*conſil*.73.*n*.3. Dec.*conſil*.57.*nu*.58.*verſ.non obſtat quartum*, *lib*.1.*&* Pereg.*de fideicom.art*.6.*nu*.16.*in fin.*addo Laderc.*conſil*. 53.*n*.4.& Menoc.*li*.4.*præſumpt*.197.*nu*.16. *in vlt.impreſ.* Hæ tamen coniecturæ debent eſse concludentes, & neceſsariæ: nam ſi tales requirũtur ad inducendum fideicommiſsum in proprijs bonis teſtatoris, Maſcard. *de probat.concl*.774.*nu*.4.Burſat.*conſil*.64.*nu*.2.*li*.1. Craſ.*in* §.*fideicommiſſum q*.14.*nu*.7. Præt. *de interpr.vlt.vol fol.* 149.*n*.131.Pereg.*de fideic.art*.11.*nu*.33.*& nu*.44.*in fin. verſ.attamen*, Rota Romana *dec*.490.*n*.11. *verſic.addebat*, *& dec.ſeq.*Honder.*conſ*.78.*nu*.12.*lib*.2. & dixi *ſupra qu*.276. multò magis requirentur coniecturæ validiſſimæ, quando agitur de inducendo fideicommiſso in re hæredis, & debent eſſe ita concludentes, vt dubitandi locus non relinquatur.

S V M M A R I V M.

1 *Prælegata relicta ante fideicommiſſum veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. ampl. & limit. per tot. quæſt.*

Maximè ſi fideicommiſſum eſt relictum per verba vniuerſalia, num.2.

Maximè ſi vnus tantum eſt inſtitutus & grauatus, nu.3 *contra num*.5.

Ampliatur ſiue ſubſtitutio ſit merè fideicommiſſaria ſiue compendioſa, n.10.*contra n*.11.

Ampliatur etiam in filijs teſtatoris grauatis, num.12. *contra n*.13.*concord. n*.14.

Ampliatur etiam in grauato reſtituere portionẽ ſuam, n.15.*contra n*.16.

Ampliatur & ſi inter prælegatum & hæredis inſtitutionem nulla eſſent interpoſita, n.17.

Ampliatur & ſi in inſtitutione ſit dictum, in alijs bonis, vel in cæteris bonis, vel in reſiduo bonorum, contra n.24.*decl.n*.29.31.32.33.

Limitatur in prælegato dotis, nu.34. *maximè ſi ſit relictum pro æqualanda filia cum alia iam dotata, nu*. 35.*decl.nu*.36.37.

Limitatur in prælegato alimentorum, n.38.

Limitatur, ſi ſuper prælegato ſit factum particulare fideicommiſſum, vel res ſit prohibita alienari alia cauſa, & contemplatione, quam fideicommiſſi vniuerſalis, n.30.*ampl. & decl.n.ſeqq.*

Limitatur, ſi in prælegato adeſſent verba, quæ reſtitutioni repugnarent, quia dictum ſit, quod legatarius poſſit liberè diſponere de re prælegata, numero 45. *vel quod pleno iure haberet prælegatum, num*.46. *vel quod ſine diminutione, liberè & expeditè, num*.46. *vel quod prælegatum haberet præcipuum, num*.47. *ampl.nu*.4.

Limitatur, ſi in ſubſtitutione dictum ſit, ſaluis ſemper prædictis legatis, vel reſiduum à legatis, n.48.

Limitatur in prælegato facto ob maximam dilectionem, num.50.

Limitatur in prælegato ob benemerita, num.51.*contra nu*.52.*decl.n*.53.

Limitatur in prælegato facto ob debitum teſtatoris erga hæredem, vel in compenſationem alicuius oneris, n.56.*ampl. & decl.n.ſeqq.*

Limitatur, quando hæres grauatus eſt reſtituere hæreditatem, n.62.*contra n*.64.*ampl.& decl.n.ſeqq.*

Limitatur ſi ſubſtitutio facta ſit his verbis, hæredem ſubſtituo, vel talis ſit hæres, n.91.*decl.ibid.*

Limitatur, ſi onus fideicommiſſi expreſſè eſt iniunctum inſtitutioni, num.2.

Limitatur, quando teſtator ſubſtituit in bonis, vel iuſſit reſtitui bona, n.93.*contra ibid.decl.n*.94.*&* 95.

Limitatur in grauato reſtituere deductis perceptis, aut retentis certis rebus, n.96.

Limitatur, ſi duo prædia ſint prælegata, & teſtator vnum ex illis in fideicommiſſo contineri voluit, nam aliud retineri poterit, n.97.

Limitatur in prælegato æqualitatis ſeruandæ gratia relicto, n.98.

Limitatur, ſi prælegatum eſt relictum ſub conditione, & fideicommiſſum vniuerſale eſt purum, n.99.

Limitatur in prælegato in diem, vel conditionali, cuius dies, vel conditio euenit poſt factam reſtitutionem, n.100.*ampl.& decl.nu.ſeqq.*

Limitatur, ſi prælegatum fuit omnino ſeparatum ab alijs bonis hæreditarijs, n.104.

Limitatur, ſi res prælegata non erat in patrimonio teſtatoris, num.105.

Limitatur, ſi teſtator iuſſit patrimonium, vel ſubſtantiam reſtitui, n.106.*contra n*.107.*decl.ibid.*

Limitatur, quando prælegatum eſt factum vni filio, & ſequitur inſtitutio de pluribus filijs cum reciproco fideicommiſſo. n.108.

4 *Legatum ab hærede ſibi relinqui non poteſt, decl.n*.9.

6 *Verba debent intelligi cum effectu operandi.*

7 *Interpretatio pro validitate actus ſumi debet etiam impropriando verba.*

8 *Prælegata non veniunt in vulgari ſubſtitutione.*

19 *Clauſula ex ſtilo notariorum appoſita nil operantur.*

19 *Clauſula codicillaris cenſetur appoſita de ſtilo notariorum, & nil operatur, contra num*.21.

20 *Iuramentum nil operatur tanquam ex ſtilo notariorum appoſitum.*

21 *Verba, & clauſula appoſita in teſtamẽtis cenſentur appoſita de voluntate teſtatoris, non de ſtilo notariorũ.*

22 *Prælegata continentur in vniuerſali inſtitutione ſiue ſint facta ſimpliciter, ſiue in alijs bonis, contra in inſtitutione facta in alijs bonis, n*.23.

25 *Subſtitutio cenſetur facta in his bonis, in quibus facta eſt præcedens inſtitutio, maximè additis dictionibus relatiuis, n*.29.

26 *Prælegata non contineri in fideicommiſſo in dubio iudicandum eſt, num*.132.

27 *Interpretatio ſumitur per quam hæres eſt minus grauatus.*

28 *Aduerſatiua aduerſari ſolet ſui natura in iure, & in facto.*

28 *Dictio, autem, aduerſatiua eſt.*

29 *Subſtitutio cum dictionibus relatiuis dictis, prædictis, & ſimilibus, continet omnia bona ſupra expreſſa.*

40 *Subſtitutio generalis non refertur ad ea, ſuper quibus facta eſt ſpecialis promiſſio.*

55 *Prælegata an veniant in reſtitutione fideicommiſſi necne, pendet à voluntate teſtatoris.*

61 *Legatum pro debito relictum, ſi non conſtat de debito, debetur iure legati, non crediti.*

62 *Prælegata non veniunt in reſtitutione, quando quis eſt grauatus reſtituere hæreditatem, contra n*.64.

Ampliatur, & ſi grauatus ſit reſtituere partem ſuam hæreditatis, vel portionem, n.65.

Declaratur vt procedat reſpectu portionis prælegati habiti à cohæredibus, non habiti à ſeipſo, num.66.*limit.num.ſeqq.*

Declaratur non procedere quando per verba vniuerſalia grauamen eſt impoſitum, n.71.*ſub decl.n*.73.

Declaratur non procedere quando tota hæreditas eſt diuiſa per prælegata, n.74.*ſub decl.n*.76. *& ſeq.*

Declaratur quando extraneus eſt grauatus reſtituere filio teſtatoris, quia & prælegata reſtituet, num.78. *contra num*.79.

Decla-

Declaratur non procedere quando teſtator iuſſit reſtitui ea quæ in hæreditate remanerent, n.80.

Declaratur non procedere in rogato reſtituere bona, & hæreditatem, n.82. contra n.83.

Declaratur non procedere quando primus fideicõmiſſarius eſt grauatus reſtituere illa bona prælegata, numero 86.

Declaratur non procedere, quando mentio hæreditatis facta fuit ad extendendam ſubſtitutionem ſimpliciter factam, n.87.

Declaratur non procedere in prælegato relicto titulo, & iure inſtitutionis, n.88.

Declaratur non habere locum, quando hæres, cui prælegatum factum eſt, fuiſſet grauatus reſtituere propriam ipſius hæredis hæreditatem n.89.

Declaratur, quando prælegatum eſt factum de portione hæreditatis, in qua hæres prius fuerat inſtitutus, n.90

63 *Hæreditatis appellatione non veniunt legata.*

72 *Vniuerſalia verba latè accipiuntur, quatenus vniuerſalis verborum conceptio complectitur.*

75 *Diuiſa bona à patre inter filios veniunt ſub fideicommiſſo poſtea à patre conſtituto.*

82 *Copulæ natura eſt, vt ſtet ampliatiuè.*

109 *Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando præcedit ſubſtitutio, & ſequitur prælegatum. Contra n.110.*

Maximè ſi verba reſtrictiua ſint addita ſubſtitutioni, vt dicta bona reſtituat, n.111.

Idem ſi hæreditatem, vel portionem hæreditatis quis eſſet grauatus reſtituere, n.112.

Ampliatur etiam quando hæres eſt grauatus reſtituere bona, n.113.

Ampliatur, & ſi ſimpliciter ſit dictum, ſubſtituo Titium, n.113.

Ampliatur etiam in fideicommiſſo facto pro conſeruatione bonorum in agnatione, n.114. Contra ibid.

Ampliatur, vt nec veniat portio quam hæres iure hæreditario habuit, n.115.

Limitatur quando verba ſunt vniuerſalia, n.116. amp. & decl n.ſeqq.

Limitatur quando hæres fuit grauatus per fideicõmiſſum conditionale poſt eius mortem, & poſtea ei factũ fuit legatum in vita. n.120. Contra ibid.

Limitatur quando ſubſtitutio eſt concepta per verba futuri temporis, & ſic reſpicit futurum n.121.

Limitatur, ſi hæres fuit grauatus reſtituere portionem ſuam & prælegatum, vel fideicommiſſum n.122.

Limitatur in extraneo grauato reſtituere filio teſtatoris, num.123.

Limitatur, ſi legatum continet maiorem partem bonorum, n.124. decl. n.ſeqq.

Limitatur, ſi ſubſtitutus grauato fuiſſet grauatus de reſtituendo rem prælegatam alteri, n.150.

QVÆSTIO DCL.

Prælegata vtrum veniant in reſtitutione fideicommiſſi?

CONTROVERSA valde eſt inter Doctores diſputatio, an prælegata veniant in fideicommiſſi reſtitutione? Cum autem ſit in iudicijs frequentiſſima, ac valde vtilis, licèt plenè a recentioribus ſit pertractata, ego etiam non grauabor plenius omnia reaſſumere, controuerſaſque opiniones diſcutere, vt pro veritate quid conſulendo, & iudicando tenendum ſit facilius cognoſci poſſit. Diſtinguo autem pro clariori intelligentia duos caſus.

Primus caſus eſt, quando teſtator prius fecit prælegatum, & poſtea deuenit ad hæredis inſtitutionem, & fideicommiſſum, & tunc in fideicommiſſi reſtitutione veniunt etiam prælegata Gloſ. *in l. Marcellus § quidam liberis*, & ibi Bart. Angel. Cuman. Paul. Caſtr. Alexand. Claud. Seiſel. & alij. *ff. ad Trebell.* Bald *in l. cum virum*, & ibi Salic. Paul. Caſtr. Corn. & Coraſ. *C. de fideicommiſ.* Imol. *in l. ita tamen §. qui ſuſpectam ff. ad Trebell.* Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 36.* & ibi Zanch. *part. 5. n. 12. 20. & 21 ff. eod.* 1

Et conſulendo Anchar. *conſ. 27.* Ant. de But. *conſ. 100.* Roman. *conſ. 18. n. 2.* Paul. Caſtr. *conſ. 410. permittendum, col. 1. lib. 1.* Alex. *conſ. 25. conſ. 67. ad finem lib. 1. conſil. 66. colum. vlt. lib. 2. & conſil. 33. lib. 4.* Iaſ. *conſ. 89. dub. ſecundo, lib. 1.* Dec. *conſ. 86. conſ. 254. n. 5. & conſ. 507. col. 2.* Cur. iun. *conſ. 13.* Ruin. *conſ. 116. n. 5. li. 2. & conſ. 152. n. 12 l. 3.* Pariſ. *conſ. 79 nu. 20. lib. 2. & conſ. 18. lib. 3.* Soc. iun. *conſil. 16. num. 27. lib. 4.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Marcob. ab Anguiſ. *conſ. 4. num. 30.* Natt. *conſ. 320. col. 2.* Anguſc. *conſ. 48. n. 8. lib. 6.* Port. Imol. *conſ. 6. n. 26.* Rimin. iun. *conſ. 590. n. 10. lib. 5.* Ceph. *conſ. 379 nu. 10. & n. 71. conſ. 471. n. 12. & n. 24. & conſ. 624. n. 33.* Surd. *conſ. 224. n. 24.* Hier. Gabr. *conſ. 102. n. 2. lib. 2.* Menoch. *conſ. 884. n. 11. lib. 9* Honded. *conſ. 71. n. 12. & per totum li. 1.* Dec. *conſ. 34. n. 114. lib. 3. & conſ. 92. lib. 2.* Chriſtoph. Torniol. *conſil. 95. nu. 1. & ſeqq.* Pereg. *conſil. 127. n. 5.* vbi dicit eſſe communem opinionem, *lib. 5. & conſ. 44. lib. 3.*

Et in Tractatibus. Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 74. n. 130.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 7.* Craſs. *in §. fideicommiſſum q. 47 nu. 4* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol. 345. nu. 4.* Menoch. *lib. 4. præſump. 194 n. 1.* Peregr. *de fideicommiſ. art. 7. n. 34.* vbi dicit eſſe communem opinionem.

Et in Deciſionibus, Boer. *q. 280. n. 2.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 22. n. 6.* Caualc. *deciſ. 14. n. 11. par. 3.*

Probatur autem hæc ſententia, *in d. l. Marcellus, §. quidam liberis ff. ad Trebell. in l. in fideicommiſſarium, §. vlt. & in l. ſi Titius à contrario ſenſu. ff. eod.*

Hic autem primus caſus fortius procederet, ſi ſubſtitutio eſſet facta per verba vniuerſalia. Zanch. *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, par. 5. num. 80. ff. ad Trebell.* Rimin. iun. *conſil. 590. num. 11. 12.* Peregr. *conſil. 44. n. 3. lib. 5. & de fideicomm. art. 7. num. 23* Menoch. *lib. 4. præſump. 194. nu. 31.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. n. 80.* Alex. Raud. *deciſione Piſan. 22. n. 7.* 2

Maximè ſi vnus ſolus fuiſſet inſtitutus & grauatus, Bald. *conſ. 328. lib. 5.* vbi hanc tenet ſententiam, niſi ſimus in filio teſtatoris ob dilectionem patris in filium, ſequuntur Zanc. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 172. ſecundum veterem impreſſionem ff. ad Trebell.* Rimin. iun. *conſ. 590. n. 28* Pereg. *conſ. 47. n. 22 li. 1.* vbi dicit eſſe cõmunem traditionem, Menoch. *conſ. 884 num. 15. verſ. 5.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 74. n. 151.* Ratio eſt, quia ab hærede ſibi ipſi legari non poteſt, *l. legatum eſt §. hæredi, l. planè, §. ſi duobus & l. quidam tutum ff. de leg. 1. l. à Titio, §. 1. ff. de legat. 2.* vnde neceſſaria ratione dicendum eſt, prælegata contineri in inſtitutione, quia prælegata capiuntur iure inſtitutionis, vnde conſequenter in fideicommiſſo contineri videntur: eſt enim regula, quod in eadem perſona non cadit debitum, & creditum, & actio, & paſſio. *l. Vranius ff. de fideiuſſ.* 3 4

Cæterum in contraria ſententia fuerunt alij, volentes & vno ſolo dato hærede & grauato, prælegata ei relicta non venire in fideicommiſſo reſtituendo, & in his terminis conſuluerunt, Bald. Fulgoſ. & Pariſ. quos refert, & ſequitur Peregr. *de fideic. art. 7. nu. 11. 16. & ſeqq.* vbi dicit hanc ſententiam eſſe voluntatibus teſtatorum conſonam, addo Boer. *dec. 280 n. 7.* Surd. *deciſ. 205. nu. 9. verſ. ad doctrinam & num. ſeq.* Socin. iun. *conſ. 8. n. 26. &* 5

27. lib.

27.lib.2.Honded.conſ.61.nu.23.lib.2.Odd.conſ.3.nu.16. quam tenet & Zanch.d.§.cum ita,n.425. in caſu quando ſubſtitutio eſt facta in hæreditate.

6 Primò mouentur tenentes hanc partem. quæ & mihi ſemper verior viſa fuit, quod verba debent intelligi cum effectu operandi,l.ſi quando,& ibi Bart.& alij, ff.de leg.1.Crau.conſil.135.n.24.& vbique omnes. ſed ſi prælegatum eſſet reſtituendum, nihil operarentur verba prælegati, ergo &c & hoc argumento videtur Peregr. d.art.7.num.17.

7 Secundò, interpretatio ſemper eſt ſumenda pro actus validitate,l.quoties,de reb.dub.l.quoties in ſtipulationibus ff.de verb.obl. Et vt prælegatum valeat, ſumitur interpretatio verborum ſecundum impropriam ſignificationem l.Titius,§.1.ff.de leg.2. At ſi prælegatum veniret in reſtitutione,actus eſſet nullus,ergo &c.& hoc argumẽto vtitur Peregr.d.art.7.nu.18.vbi nu.ſeq. ſubdit quod pro ſuſtinenda voluntate teſtatoris, vt ſit valida, verba impropriè intelligi debeant,adducit l.liberorum,§.quod tamen Caſſius,& l.non aliter, & ibi Bart.& Caſtr.ff.de legat.3.cum alijs authoribus,vt apud eum.

8 Tertiò accedit, quod quando teſtator facit prælegatum,& poſtea vulgariter ſubſtituit, quod in ſubſtitutione non venit prælegatum, ſed illud cenſetur relictum ſub tacita conditione, ſi hæres repudiauerit hæreditatem,& videatur factus actus nullus,quia à ſeipſo ſibi legari non poteſt,l.Sextiliam, ff.de leg.3. Bart.in l.miles ad ſororem,§.1.ff.de leg.2.Peregr.de fideicomm.art.7.num.5. Menoc.lib.4.præſump.195.n.1.cum alijs à me ſupra adductis qu.69.ergo eadem ratione, quando teſtator facit fideicommiſſum,vt actus valeat, facienda erit interpretatio, vt grauatus illud detrahat in caſu reſtitutionis bonorum, & in eum caſum voluerit ſeparare prælegatum ab alijs bonis reſtituendis ita Pereg.d.art.7.n.16.

9 Ad rationem contrariam reſpondetur,quod à ſeipſo ſibi legari non poteſt, quando hæres non eſt grauatus fideicommiſſo,& tunc legatum eſt nullum,ſed quando hęres eſt grauatus eueniente caſu reſtitutionis deducet prælegatum vti perceptiones l.acceptis, ff ad leg. Falcid. l.deducta.ff.ad Trebel.l.in fideicommiſſi, §.cum Pollidius, ff.de vſufr.& ita declarant Pereg.d.art.7.n.20.& Hond. conſ.63 nu.24.lib.2.Et per prædictas rationes, cum hæc quæſtio verteretur ſuper fideicommiſſo D. Ioannis de Phiſoneis qui D. Lactantium nepotem ex fratre inſtituerat, & fideicommiſſo grauauerat, ſi ſine liberis decederet,purificata conditione fideicommiſſi,dixi in reſtitutione non venire certam poſſeſſionem ei prælegatam, & ita etiam obtinui ex iudicio Clariſſimi D. Eq. Frãciſci Portulacæ Arbitri,& Iureconſulti eruditiſſimi.

Et prædicta procederent etiam in grauato reſtituere cum verbis vniuerſalibus,vt dicit Peregr.d.art.7.nu.20.verſ.amplianda etiam, vbi allegat Pariſ.dict.conſ.79. num.34.lib.2.

Prætetea ad primam opinionem, de qua ſup.num.3. Pereg.loco citato,n.12. & ſeqq. dat nonnullas limitationes, ſed quia de his infra agitur pro limitatione concluſionis principalis,ideo hic omitto.

10 Ampliatur primò hic caſus, vt procedat ſiue ſubſtitutio ſit merè fideicommiſſaria,ſiue compendioſa continens vulgarem & fideicommiſſariam, & euenerit caſus fideicommiſſarię,ita multi ex relatis pro primo hoc caſu, qui loquuntur in terminis compendioſæ ſubſtitutionis,& præcipuè Salic.in d.l.cum virum.Alex.conſil. 25.n.8.lib.1.& conſ.252.n.3.lib.6.Natta conſ.221.n.1.li. 2.Pereg.de fideic.conſ.127.n.2.li.5.Hond.conſ.71.nu.45. li.1.vbi alios addit. Certum.n. eſt, quod quando compendioſa plures continet ſubſtitutiones, ſi eueniat caſus vnius, puta fideicommiſſariæ, ita de ea iudicatur, prout de ſimplici fideicommiſſaria, vt plenè dixi ſup.q. 251.Immo à fortiori dicendum eſt, quod fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa continente vulgarem contineat & prælegata, quia ſicuti moriente inſtituto in vita teſtatoris, vel poſt ante aditam vulgariter ſubſtitutus haberet & prælegata, ita pariter dicendũ ſit, ſi ſubſtitutus ex fideicommiſſaria ſuccedat, vt pariformis ſit determinatio vtriuſque ſubſtitutionis, per reg.l. iam hoc iure ff.de vulg & l.enim qui ades,ff.de vſucap. & ita arguit Peregr.d.conſil 127.n.2.lib.5.

Cæterum in contraria ſententia fuerunt Old. conſil. 11
107.circa ius in ſecunda quæſtione.Pariſ.conſ.79.col.4.lib. 2.Soc. iun.conſ.107.n.40.li.3.& conſ.89. lib.4. Rim.iun. conſ.147.n.49.Pereg.conſ.44.n.10.li.3. in tract. de fideic. art.7.n.47.& idem ego tenui in conſ. 3. Ratio eſt quia in vulgari non veniunt prælegata, l.Sextiliam,ff.de leg. 3.& dixi ſup.q.75.& ratio etiã eſt,quia vulgaris nõ cenſetur facta, niſi in bonis, in quibus facta fuit inſtitutio, l.1.ff.de vulg.l.1.C.de impub.& alijs ſubſt. ergo ſicuti nõ continentur prælegata in vulgari repudiante inſtituto, vt eadem ſit vtriuſque ſubſtitutionis determinatio d.l. iam hoc iure, pariter non continebuntur in fideicommiſſaria,ſi illius caſus eueniat. Et ita retorquetur argumentum Peregr. ſupra pro contraria opinione citati, non enim conſiderandus eſt caſus mortis hæredis ante teſtatorem, vel ante aditam, vt dicit Pereg.d.conſ.127. quia tunc ſine dubio & legata ſunt caduca, l.ſi nemo, ff. de teſta.tut.l.ſi nemo,ff.de reg.iur.l.inteſtatus. ff. de verb. ſign.l.eam quam, Cod.de fideic.Præt.de interpr.vlt.vol.fol. 492.n.3. ſed conſiderandus eſt caſus repudiationis hæredis,quo caſu hæres habet prælegata,vt dictum eſt, & hunc caſum ponderat & Peregr.d.art.7.nu.47.& materia iſta applicanda eſt caſui repudiationis, quia in iſta non ſunt legata caduca, ſicuti nec in vulgari, quando repudiata eſt hæreditas, quod non contingit mortuo hærede ante teſtatorem, vel ante aditam, quia tunc nec legata debentur vt dictum eſt.

Ampliatur ſecundò vt procedat, non tantum ſi age- 12
retur de grauamine iniuncto extraneis, quam etiam ſi quæſtio eſſet, an filij teſtatoris grauati poſſint deducere,& retinere prælegata,& in his terminis videtur text. in d.l. Marcellus,§.quidam liberis, ff.ad Trebel.& ſcribũt Gloſ.& Bart.n.2.in l.in fideicommiſſarium,ff.eod.Zanch. in l.hæredes mei,§.cum ita,part.5.nu.15.ff.eod. Curt.iun. conſ.13.n.1.& n.9.& ſeq.Laderch.Imol.conſ.120.colum. vlt.verſ.ſecundo.Theſ.q.forenſ.lib.1.q.15.hanc tenet,niſi in contrarium adſint coniecturæ,Menoc.lib.4.præſump. 194.nu.2.verſ.& hoc,& nu.24.diſtinguit inter ordinariam & extraordinariam dilectionem ſui hæredis. Peregr.de fideicomm.art.7.n.35.in fin.

Verum pro contraria ſententia plurimum vrget pa- 13
ternus affectus, in filijs enim ſufficere debent iudicia voluntatis, cum eorum fauore voluntas magis, quam iuris ſubtilitas attendatur, l.vlt.C.fam.erciſc.immo etiam quando verba repugnant, ab eis receditur propter naturalem charitatem patris in filios,arg.l cum auus,ff. de cond.& demonſtr.l.cum acutiſſimi, Cod.de fideic.& l. generaliter,in princ.C.de inſt.& ſubſt. Et in ſpecie contra hanc ampliationem tenent Bald. conſil.442. proponitur quod ſolus,& conſil.452.determinatio huius quæſtionis, lib.4.in antiq.& in nouis conſ.318.& conſ.328.li.5.Fulg. conſ.99.in fin.Pariſ.conſ.79.nu.14.lib.2. Socin.iun.conſil. 107.nu.14.lib.3.vbi extendit ad filium fratris,quem teſtator loco filij diligebat, Riminald.iun.conſ.147.n.43. vbi dicit in praxi ab hac opinione non eſſe recedendum,Aemil.conſil.39.nu.28.Odd.conſ.3.num.22.& ſeq. Honded.conſ.71.n.5.lib.1.Boer.dec.280.nu.7.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.7.nu.1. Pereg.d.art.7.num.11.& conſ.44.num.4.lib.3.hanc probat in filio dilecto, & ita ego conſului ſuper fideicommiſſo D.Ioſeph. Chinelli,

vt in

vt in conſ.82 limitatione prima, & ibi dixi hanc opinionem ſentire & Surd *deciſ.205.n.9.verſ.ad doctrinam*.

Pro concordia ſic dici poſſe exiſtimarem, quod aut vnicus filius eſt inſtitutus, & grauatus, & procedat hæc ſecunda opinio, & in his terminis loquitur & Peregr.*d.art.7 num.15*.poſt Bald.& alios citatos, Mantic.*loco citato, num.11.verſ.ſecundò conſidero*, & in his terminis etiam ego conſului *in d.conſ.82* Aut verò plures ſunt filij inſtituti, & reciprocè ſubſtituti, & tunc prælegata etiam in fideicommiſſi reſtitutione veniant, & ita loquitur in hoc caſu *dicta l.Marcellus.§ quidam liberis*, vt aduertit Mantic.vbi ſupra, & in his terminis loquitur & Curt.iun.pro prima opinione citatus, & ita etiam tenet Honded.*d.conſ.71.num.5.iuncto num 44.verſic.tollitur tertium*, vbi dicit veriſimilius eſſe teſtatorem voluiſſe prælegatum deuenire ad proprium filium ſuperſtitem, quam ad extraneos hæredes filij mortui.

Ampliatur tertiò, & ſi teſtator pluribus inſtitutis, quando iniungit grauamen fideicommiſſi, dixit, quod reſtituat portionem ſuam, vt eſt caſus *in d.l.Marcellus,§ quidam liberis*, & ibi Bart.Imol.Cuman.Alex.*nu.1.* & Claud.Seiſel *columna 2.in fine*. *ff.ad Trebell.* Salicet. *in l.cum virum*, & ibi Padill.*numero 21.Cod.de fideicom.* Zanch.qui alios multos allegat *in l. hæredes mei*, *§.cum ita par.5.num.29.ff.ad Trebell.* Alexand.*in l.ſta tamen*, *§.qui ſuſpectam ff.eod.& conſ.25.num.8.lib.1.& conſ.57.num.21.lib.4.*Gozad.*conſ.81.num 18. Capra conſil.45.nu.6.*Socin.iun.*conſil.16.num.29.lib.4.*Natt. *conſil.321.col.2.*Ceph.*conſil.634.num.28.* Menoch.*lib.4.præſump.194.n.5.*Intrigl.*de ſubſtitut.cent.3.q.74 nu.132.*Peregr. *d.art.7. num.14.*

16 Contra tamen tenent & malè Torniel.*in d.l. hæredes mei.§.cum ita.numero 53.verſicul.ſi verò*, *ff.ad Trebell.* Balthaſ.Quint. *inter conſil.vltimar.volunt.conſil.177.numero 157.*

17 Ampliatur quartò, & ſi inter prælegatum, & hæredis inſtitutionem multa alia interpoſita eſſent, etiam quod grauamen ſit factum per verba, reſtituat portionem ſuam, Menoch.*lib.4.præſump.194.nu.5.*Intrigl.*d.cent.3.q.74.n.133.*Pereg.*d.art.7.nu.34.in fine.* Licet contra teneat Ruin.*in d.l.Marcellus,§.quidam liberis*, *nu.2.*& videnda erunt dicta *infra nu.104.*

18 Ampliatur quintò etiam, quando in inſtitutione ſit dictum fuit, *in alijs autem bonis inſtituo, &c.vel in cæteris bonis inſtituo, &c.* nam licet prælegata ſint prius facta, verba. in alijs. vel in cæteris, vel in reſiduo bonorũ, non excludunt, quod in reſtitutione fideicommiſſi venire debeant prælegata, Corn.*in l.ambiguitatem*, *n.6.C.de teſtam.*Zanch.*in l.hæredes mei, §.cum ita par.5.nu.16.ff.ad Trebell.* & ante ita conſulendo tenuerunt Oldr. *conſil.158.circa finem*, Anton.Butr.*conſil.69.* Paul.Caſtr. *conſ.367.viſo ſupraſcripto*, *col.2.verſ.& ſi dicatur lib.1.* Alex.*conſ.25.lib.1.repetito conſ 252.lib.6.*Curt.ſen.*conſil.3 nu.4.*Bertrand.*conſil.181.in fi lib.2 in antiq.*Curt.iun. *conſil.13.in fi.*Gozad.*conſ.30.nu.8* Ruin.*conſil.32.nu.8.lib.2 conſ.130.n.9.conſ.352.col.5 & ſeq.li.3.& conſ.38.n.17.lib.5.*Pariſ.*conſil.79.nu.23.lib 2.conſ.18.conſil.45.n.5.& ſeq.& conſ 54.num.49.lib.3.* Capra *conſ.113. nu.1.& ſeq.*Crau.*conſ.348.nu.11.*Alciat.*conſ.128.li.9.* Et ſecundum aliam impreſſionem, *conſ.604.n.5.*Natt.*conſ.321.n.1.*Macrob. ab Anguiſ.*conſ.4.num.36.* Menoch. *conſil.884 num 16.*Port.Imol.*conſil.6.num.18.verſ.ex quibus*, Odd.*conſil.20.num.99.*Honded.*conſil.71.num.44.lib.1.* vbi etiam tollit plures authoritates, quæ ſolent in contrarium adduci, & dicit eſſe veram opinionem, communem, & iudicando ſequendam, Decian.*conſil 92.nu.14.lib.5.*Liderch.Imol. *conſil.120. num.11.* Chriſtoph. Torniol.*conſil.95.num.1.*Pereg.*conſ.127.num.1.lib.5.& in fine*, vbi dicit maximè verum, quando ſubſtitutio habet orationem perfectam & ſeparatam de per ſe, quamuis copulata ſit inſtitutioni præcedenti, & plures ad hoc allegat. In Tractatibus etiam hanc ſententiam probarunt Marzar. *in Epit. de fideicomm.ſ. parte 2. quæſtione 3.*Mantica *d: coniectur.vltimar.volunt.lib.7.tit.7.num.7.& ſequenti.* Præt.*de interpr. vltimar. volunt. fol.345.num 4.* Menoch.*lib.4.præſump.194.num 6.* vbi aſſerit hanc eſſe receptam ſententiam, Intrigl.*de ſubſtitut.centur.3.quæſtione 74 numer.134.*Caualc.*deciſione 14.numero 22.parte 3.*Surdus *deciſione 269.numero 11.& ſeqq.*

Pro hac autem opinione adducitur primò, quod hæc verba, *In omnibus alijs locis*, &c.ſunt poſita ex ſtilo notariorum, non quod ſint verba formalia teſtatoris, ergo nil operari debent, Bart.*in l.1 quæſtione ſexta.num.10.ff.de iure codicil.*Socin.ſen.*conſil.250.colum.vltima.lib.2.& conſil.95.num.27.lib.4.* Decius *conſil.394.numero 8.*Socin.iun.*conſil.153 num.4.lib.2.*Curt.iun. *conſil.101.num.10.*Rub.*conſ.112.in fine.*Gramma*t.deciſione 62.numero 21.* qui loquuntur de clauſula codicillari, vt non operetur tanquam appoſita de ſtilo notariorum. Idem in iuramento, vt non operetur tanquam appoſitam ex ſtilo notariorum. Barbat.*conſil.43.columna ſeptima.verſ.capio modo tertiam. libro ſecundo*, & plures adducit Tiraquell.*in Præfat.ad l. ſi vnquam*, *numero 172. C. de reuocand.donatio.* quibus addo Hippol. Riminald. *conſil.670.numero 67.& 68.*Decius *conſil.3[illegible]5. num.[illegible]4.* Ludouic. Molina *de iuſt. & iur.tomo primo. de contract.diſputat.287.num.16.*Menoc.*conſil.84.nu.52.*Carpan.*ad Stat.Mediol.cap.453.num.86.*Et de varijs alijs clauſulis quod non operentur, quaſi cenſeantur appoſitæ de ſtilo notariorum, non voluntate diſponentium pluribus Doctoribus relatis, loquitur Menoch. *conſil.37.nu.136.& ſeqq.* 19

Sed ad hoc argumentum facilis eſt reſponſio, nam verba hæc, ſicuti omnia alia appoſita in teſtamẽtis, cenſentur appoſita de voluntate teſtatoris, non ex ſtilo notariorum, Bald *in l.errorem*, *nu.2.C.de teſtam.*Alexand. *conſil.primo numero 22.lib.5.*Ripa *in l Centurio. n.8. ff.de vulgar.*Neuizan.*conſ.28.num.14.* vbi multos allegat Ruin.*conſ.159.num.16.libro tertio.*Dec.*conſ.490.nu 10.* Menoc.*conſ.37.n.130.& n.176.& de arb.iud. caſu 144.nu 4.& ſeqq & lib.2.præſumpt.79.& lib.4 præſump.21.* Hieron.Gabr.*conſil.109.n.6.& ſeqq.lib.1.*Mantic.*de coniect.vlt.volunt. lib.1.tit.10. & lib.3.tit.14.* Ant.Gabr.*de conſuet.concl.4.*Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol.101.n.54.& ſeqq.*Mascard.*de probat.concl.300.*Alex. Trent.*de ſubſtit par.4.c.9.n.8 & ſeq.*Intrigl. *de ſubſtit.cent.2.q.79.nu.17.& ſeqq.*Did.*in rubr.de teſtam.par.2.nu.14.*in quibus locis patet hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, quæ etiam comprobatur argumentationibus adductis à præcitatis Doctoribus, maximè à Menoch.*de arbitr.iud.caſu 144.nu.4.& ſeqq.* 20

Secundo facit ratio, expreſſio de alijs bonis tacitè inerat, quia & ſi generaliter fuiſſet dictum, in omnibus bonis inſtituo, &c.prælegata nõ dicerentur relicta titulo inſtitutionis, ideo expreſſio, de alijs bonis, nihil operatur, ſicuti enim veniunt prælegata in reſtitutione fideicõmiſſi, vbi inſtitutio eſt generalis de omnibus bonis, pariter venire debent, quando inſtitutio eſt facta in alijs bonis, ita arguit Alex.*conſ.25.dub.2.lib.1.* quem ſequuti ſunt Menoch *lib.4.præſumpt.194.nu.7. verſ. præterea*, & Surd.*deciſ.69.n.11.* 21

Reſpondetur, quod licet expreſſum ſit quod tacitè inerat, & expreſſio illa nil operetur, operaretur tamen quo ad ſubſtitutionem, vt videatur facta in bonis, de quibus in inſtitutione, ita Peregr.*de art.7.nu.46.in fine.* 22

Tertio accedit, quod ex iuris neceſſitate prælegata continentur in vniuerſali inſtitutione, ſiue facta ſit ſimpliciter,

plicitér, ſiue in alijs bonis, *l. ſi ita quis hæres inſtituatur*, & ibi Bart. Angel. & Imol. *ff. de hæred. inſtituend.* Bart. *in l. ſi certarum ff. de teſtam. milit.* Paul. Caſt. *in l. nam quod, §. non omnis* & ibi Alex. *ff. ad Trebellian.* Old. *conſil.* 158. *in fine*, Ang. *conſil.* 394. *columna ſecunda, verſic. nunc reſpondeo, & conſilio ſequenti, col.* 1. Paul. Caſtr. *conſil.* 178. *viſo ſuprascripto puncto columna ſecunda, verſic. & ſi dicatur, lib.* 1. Butr. *conſil.* 58. *in fin.* Corn. *conſil.* 167. *libro* 4., Alex. *conſil.* 202. *colum.* 3. *libro* 6., Rimin. ſen. *conſil.* 248. *numero* 12. Bertrand. *conſil.* 191. *columna vltima, libro* 2., Ruinus *conſil.* 32. *numero* 8. *conſil.* 4. *columna tertia, lib.* 2. *& conſil.* 130. *numero vndecimo lib.* 3. Bero. *conſil.* 81. *nu.* 30. *lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 43. *columna ſecunda, & conſil.* 89. *columna quarta, libro quarto*, Natta *conſil.* 321. *col.* 2. *verſ. non obſtant illa*, Marcob. ab Angul. *conſil.* 4. *num.* 36. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 5. *num.* 19. *verſic. tertiam prorſus.* Menoch. *de præſumpt.* 194. *num.* 7. *verſ. verum huic obiectioni*, Boer. *quæſt.* 280. *num.* 4. Surd. *dec.* 269. *nu.* 11. ergo & ſi ſubſtitutio ſit relata ad inſtitutionem, continebit & prælegata, licet in alijs bonis ſit facta inſtitutio.

23 Reſpondetur primò, quod quando teſtator inſtituit in alijs bonis, non cenſetur in inſtitutione comprehendiſſe prælegata, Bart. *in l. ſi quis ſeruum, §. vlt. ff. de legat.* 1. Paul. Caſtr. *conſil.* 356. *& circa dubio tertio lib.* 2. Iaſ. *in l. huiuſmodi, § ſi Titio, num.* 15. *ff. de legat. primo & conſil. vltimo, in tertio argumento libro quarto*, Ruinus *conſil.* 90. *num.* 10. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 653. *columna* 1. Pariſ. *conſil.* 79. *num.* 21. *lib.* 2. *conſil.* 35. *num.* 5. *& conſil.* 63. *num.* 22. *lib.* 3. Socin. iun. *conſil.* 107. *numero* 45. *lib.* 3. *& conſil.* 89. *num.* 9. *lib.* 4. Aemil. *conſil.* 35. *num.* 2. *& conſil.* 39. *num.* 28. ergo, &c.

Reſpondetur ſecundò, quod licet inſtitutio hæredis contineat res legatas habitu ex iuris neceſſitate, *vt d. l. ſi quis ita hæres inſtituatur*, tamen ex voluntate teſtatoris, & actu prælegata ſeparantur ab inſtitutione, patet enim teſtatorem voluiſſe ea ſeparare ab inſtitutione, & res legatas voluiſſe titulo legati, non inſtitutionis aſſignare, nimirum ſi omiſſa ſubtilitate iuris voluntas teſtatoris, & effectus attenditur, ita in ſpecie reſpondet Corn. *conſ.* 91. *col.* 3. *lib.* 1. quem refert & ſequitur Pereg. *d. art.* 7. *num.* 46. qui ſubdit, conſiderato euentu, ſecuta poſtea agnitionem legatorum hæredes non habere titulum in rebus legatis, idem repetit *conſ.* 44. *numero* 8. *& ſequens libro* 3.

24 Contrariam ergo ſententiam tenent alij, volentes prælegata non comprehendi in ſubſtitutione, quando ante inſtitutionem ſunt facta, & ſequitur inſtitutio in alijs bonis Cuman. *conſil.* 37. Fulg. *conſ.* 100. *quidam A dubio ſecundo*. Paul. Caſtr. *conſ.* 398. *& conſ.* 399. *libro* 2. Corn. *conſ.* 91. *col.* 3. *verſ. & inſuper, lib.* 1. Barbat. *conſ.* 59. *n.* 8. *lib.* 3. Zabarell. *conſil.* 68. *nu.* 1. Iaſ. *conſ. vlt. col. penult. verſ. tertio, lib.* 4. Dec. *conſ.* 653. *n.* 6. Pariſ. *conſ.* 79. *n.* 21. *li.* 2. *& conſ.* 63. *n.* 22. *lib.* 3. Socin. iun. *conſ.* 107. *nu.* 45. *lib.* 3. vbi latiſſimè, *& conſ.* 89. *li.* 4. Siluan. *conſ.* 49. *n.* 23. Alciat. *conſil.* 480. *n.* 16. *& ſecundum aliam impreſſionem conſ.* 32. *nu.* 14. *lib.* 9. Rimin. ſen. *conſ.* 248. *nu.* 14. Aemilian. *conſil.* 35. *conſ.* 39. *nu.* 26. *verſ. poſſet, & conſ.* 44. *nu.* 6. *verſ. de expreſſa.* Odd. *conſ.* 3. *n.* 21. Mantic. *conſ.* 216. Ceph. *conſ.* 331. *n.* 7. Rimin. iun. *conſ.* 147. *n.* 56. *& conſ.* 590. *n.* 4. vbi plures adducit Eugen. *conſ.* 88. *n.* 16. Dec. *conſ.* 122. *nu.* 11. *lib.* 3. Peregr. *conſ.* 47. *in fin. lib.* 1. vbi dicit magis communiter ita ſentire Doctores, & pariter hanc dicit veriorem, & magis communem *conſ.* 44. *lib.* 3. *& in tract. de fideicom. art.* 7. *n.* 44. *& ſeqq.* Dur. *de art. teſt. tit.* 4. *c.* 3. *nu.* 2. Fachin. *lib.* 5. *contr. iur. c.* 16. *verſ. ſed contra.* Theſaur. *q. For. li.* 1. *q.* 17. *nu.* 14. vbi dicit ab hac tanquam magis communi non eſſe recedendum, & in Senatu Pedem. ita iudicatum, & hanc opinionem conſulendo & ego tenui ſuper fideicommiſſo D. Ioannis Phiſonei, & obtinui ex ſententia Clariſſ. Equ. Portulacæ, & ſuper fideicommiſſo D. Ioſeph. Chinelli, vt habetur *in conſil.* 82. & in hac nunc reſideo vti veriori, & magis conſona voluntati teſtatoris.

Adducitur primò pro hac ſententia, quod ſubſtitutio cenſetur facta in his bonis, in quibus facta eſt præcedens inſtitutio, ad tex. *in l.* 3. *ff. de fund. inſtru. & l.* 1. *C. de impub. & alijs ſubſtit.* & ibi Doctor. Peregr. *de fideic. art.* 7. *n.* 48. *& art.* 34. *nu.* 46. At inſtitutio facta in alijs bonis non comprehendit prælegata, vt dictum eſt *ſupra n.* 23. ſi ergo non continentur in inſtitutione, pariter non cõtinebuntur, nec in ſubſtitutione. Immo ex dictis verbis, in alijs bonis, videntur excepta, cum per verbum, alijs, teſtator excludat ea, de quibus ſupra diſpoſuerat, Bart. *in l. ſi quis, §. vlt. in fine, ff. de leg.* 2. Et ſi in alijs, ergo non in illis, de quibus ſupra particulariter diſpoſuerat, Dec. *conſ.* 653. *col.* 1. *circa finem.* Socin. iun. *conſil.* 107. *nu.* 45. *lib.* 3. Peregr. *dict. art.* 7. *n.* 44. *in principio.* Hoc tamen argumentum facilè diluitur, ſi attendimus authoritates congeſtas *ſupr. nu.* 22. vbi dictum fuit prælegata contineri in inſtitutione facta tam ſimpliciter de omnibus bonis, quàm ſub formula iſta, in alijs bonis. 25

Secundò accedit, quod ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt onus, *l. cohæredi, §. cum filia ff. de vulgar.* ergo debet quantum poteſt reſtringi, ita in ſpecie arguunt Socin. iun. *d. conſil.* 107. *num.* 50. *lib.* 3. Peregr. *d. art.* 7. *num.* 44. 26
Fundata enim eſt hæredis intentio in negatiua, & propterea in dubio etiam iudicandum eſt prælegata non contineri in fideicommiſſo, Socin. iun. *dicto conſil.* 107. *n.* 39. *&* 51. Coraſ. *in l. cum virum, n.* 40. *C. de fideicomm.* Eugen. *conſil.* 88. *num.* 23. refert & ſequitur Pereg. *conſil.* 44. *num.* 5. *lib.* 3. vbi ſubdit, quod ex quo fideicommiſſum eſt onus, dicendum eſt, quod ſicuti non inducitur niſi ex vi verborum, *l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell. & l. Epiſtolam. ff. eod.* eodem modo prælegata non includantur, niſi verba importent, quod illa comprehendantur.

Tertiò facit, quia ſumenda eſt interpretatio, per quã hæres minus grauatur, *l. Titia cum teſtamento §. qui inuita. ff. de legat.* 2. Menoch. *conſ.* 140. *nu.* 3. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 5. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 306. *n.* 22. & in ſpecie hoc argumento vſus eſt Pereg. *d. art.* 7. *num.* 44. *ad medium, & conſ.* 44. *nu.* 6. *verſic. item quia lib.* 3. 27

Quartò, (ſi ijs verbis addita eſſet aduerſatiua, autem hoc modo, in alijs autem bonis, &c.) confirmaretur, quia aduerſatiua aduerſari ſolet pro ſui natura in iure, & in facto, *l. hoc amplius, §. de his autem,* & ibi not. Bar. *ff. de damn. infect.* Rip. *in l.* 2. *§. quod ſi in patris, n.* 2. *ff. ſolut. matrim.* & ita arguit Pereg. *d. art.* 7. *n.* 44. *in principio, & dicto conſ.* 44. *n.* 6. *li.* 3. Et illa verba, in alijs bonis, arguũt inſtitutionem factã in alijs bonis diuerſis à prælegatis *ad l. pater filium, §. quindecim, ff. de legat.* 3. Et ſi dictum fuiſſet in cęteris bonis, per dictionem, cæteris, cenſerentur excluſa anteriora, *l. item quod Sabinus, §. ſed ſi aſſe, ff. de hæred. inſtit. & l. cæterorum. ff. de verb. ſignific.* 28

Hæc autem ſecunda opinio facilius tenenda eſſet, ſi ſubſtitutio facta eſſet in dictis bonis, vel vſus fuiſſet alijs verbis relatiuis, nam ſubſtitutio reſtringerentur ad bona contenta in inſtitutione, & ſic prælegata in ea non continerentur, Socin. iun. *conſil.* 107. *nu.* 45. *lib.* 3. Siluan. *conſil.* 49. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 86. *num.* 42. *&* 71. quos refert, & ſequitur Peregr. *d. art.* 7. *nu.* 44. *ante finem, verſic. minus autem.* Et generale eſt, quod dictiones iſtæ, in dictis bonis, in prædictis bonis, & ſimiles operantur in ſubſtitutione repetitionem bonorum ſupra expreſſorum. Bald. *conſ.* 44. *num.* 18. *lib.* 2. *& conſ.* 404. *nobilis vir, lib.* 5. Alexand. *in l. qui liberis, §. hac verba, ff. de vulgar.* 29

Soc.

Soc.ſen.*conſ.77.columna ſecunda,lib.1.cui ſubſcripſerunt* Alexand.*conſ.*79.& Seuer.*conſ.*80.Ripa *in l. filius familias,§. Diui.n.*111 *ff. de legat* 1. Soc.iun.*conſ.* 94.*n* 29.30. *libr.*1.*conſ.*151.*lib.*2.*& conſ.*110.*nu.* 32.*lib.*3.Menoch. *conſil.*376.*n* 28.*& lib.*4 *præſump.*62.*num.* 14. Pereg.*de fideicom art.*34.*num.*46.

31 Similiter ſi hæc verba, in alijs bonis, eſſent adiecta ſubſtitutioni, non venirent prælegata in ſubſtitutione, Bart.ſenſit *in l. Marcellus* , *§.quidam liberis.nu.*11 *ff. ad Trebellianum.*Fulgoſ.*conſ.*100.Natt.*conſ.*31.Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.*7.*tit.*7 *num.*7.Zanch. *in dicto §. cum ita,n.*374.*in fine ſecundum antiquam impreſſionem*. Iaſ.*dicto conſ.*175. *libro* 4. in his terminis loquitur , vt colligitur ex facti narratione, Alciat.*conſ.*480. *num.* 16. Honded.*conſ.*71.*nu.*44.*lib.*1. dum reſpondendo ad authoritates, quod prælegata non contineantur , adducit plures loquentes in terminis quando verba , in alijs, ſunt appoſita in ſubſtitutione non in inſtitutione, Pereg.*d.art.*7.*num.*45.*in fine*. Surd.*deciſ* 269. *nu.* 15. *verſ. tertio locū habere*, vbi addit Butr.*conſ.*68. *verſic. niſi fortè* . Burſat *conſ.*67.*numero* 29. Ruin.*conſil.*130.*nu.*10. *libro* 3.*& conſil.*152 *numero* 8.*eod.lib.*Alexand *conſil.*25. *numero* 11.*verſ.ſecundo reſpondeo.lib* 1. *& conſ.*252 *nu.* 4.*in fine lib.*6.Curt.iun. *conſil.* 13.*in fine*. Rimin.*conſil.* 590.*num.*30.

32 Porrò , ſi ſubſtitutio ſit facta in pænitus diuerſa , & ſeparata oratione ab inſtitutione, ita vt ei non poſſit videri copulata , nec adiuncta , nec continuatiuè ad eam veniret , ſentirem prælegata venire in reſtitutione fideicommiſſi , quia tunc ſubſtitutio eſt capitulum diuerſum , & ſeparatum ab inſtitutione , *l. tertia*, *§. filius* , & ibi Bartol. *ff. de liber.& poſthum.* Sunt enim tria , prælegatum , inſtitutus, & ſubſtitutio , & conceſſo etiam quod prælegatum non contineatur in inſtitutione , ſed ſit omninò ſeparatum , vt volunt tenentes ſecundam opinionem , equidem ſubſtitutio vltimo loco facta in ſeparata oratione , non copulata inſtitutioni , non poteſt dici magis ſeparata a prælegato , quam ab inſtitutione , cum autem dubium ſit, an referri debeat ad prælegatum tantum , vel ad inſtitutionem tantum , vel ad vtrumque, interpretatio fieri debet, quod dicatur facta tam reſpectu prælegati , quam inſtitutionis, quia facta eſt perſonæ hæredis honorati, & titulo particulari prælegati , & titulo vniuerſali inſtitutionis, non autem eſt facta vel prælegato, vel inſtitutioni, & ideo cum ſit facta perſonæ hæredis, grauamen ei iniunctum continebit & prælegatum , & inſtitutionem ; & ita hanc conſiderationem fecit Menoc. *dicta præſumpt.*194.*numer.*8.*verſic.reſpondeo quarto*, cuius dictum approbo in quantum vt dixi , ſubſtitutio ſit poſita in penitus ſeparata oratione , non in copulata inſtitutioni : & hoc fuit etiam de mente Peregr. *dicto articulo* 7.*nu.*46. *in vltimis verbis*, *& num.*48. Zanch. *dicto § cum ita num.*374.*ad medium* , & Mantic.*dicto libro* 7. *tit.* 7.*nu.*8.dum dicit ſubſtitutionem intelligi capitulum diuerſum, & ſeparatum ab inſtitutione, & hoc erit quando non erit copulata inſtitutioni , nec ad eam relata .

33 Non ignoro tamen pleroſque tenuiſſe , & in copulata ſubſtitutione inſtitutioni , habente orationem perfectam, prælegata venire , inter quos Butr. Alex. Curt. iun. Ruin. Alciat. Crauet. Natt. Zanch. & Menoch. relati à Peregr. *dicto articulo* 7. *numero* 45. *verſic. tertio conſiderat.* Sed tamen horum opinio confutatur à Peregrin. *ibidem numer.* 47. *& ſequenti* , vbi duas dat reſponſiones : & in his terminis de copulata ſubſtitutione loquuntur ferè omnes *citati ſupr. num.*24.& hoc nil aliud eſt , quam repetere principaliter articulum , an prælegata veniant , quando inſtitutio eſt facta in alijs bonis, &c.

Limitatur primò hic caſus in prælegato dotis , hoc enim non venire in reſtitutione fideicommiſſi vno ore ſcribunt omnes, Bart. *in l. à filia, in principio, & in l. Lucius* *§. maritus. ff. ad Trebell* Bald. *in l. cum virum num.* 10.& ibi Coraſ.*n.*54.& Padill.*nu.*20.*C. de fideic.* Socin. ſen.*in l. Marcellus* *§. quidam liberis col.* 1. *verſ. tertio limita.ff. ad Trebellian.* Zanch.*in l. hæredes mei*, *§. cum ita, part.*5.*nu.*45.*ff. eod.* Et conſulendo Aret.*conſ.*152.*nu.* 1. Alex.*conſ.*20.*n.*10.*lib.*4.*& conſ.*33.*n.*1.*&* 2.*lib.*4.Corn. *conſ.*35.*n.*1.*lib.*4.Socin.ſen.*conſ.*102.*colu.* 3.*lib.*3.Ruin. *conſ.*52.*nu.*11.*lib.*2.Aemilian.*conſ.*39.*numer.* 30. Natt. *conſ.*225 *nu.*8.*lib.* 2. Bald.Nouell.*tract. de dot.par.* 61. *priuil.*62.*n.*1.Mant. *de coniect. vlt. volunt.lib.*7.*tit.* 8.*nu.* 27.Craſſ.*in § fideicommiſſum,q.*47.*nu.*2.Præt. *de interp. vlt.volunt.fol.*45.*n.*4 Menoch.*lib.* 4. *præſumpt.* 194.*nu.* 9.Pereg.*de fideic.art.*7.*num.* 38.Intrigl.*de ſubſtit.cent.* 3. *q.*74.*num.* 138. 34

Probatur hæc limitatio *in d.l. à filia, & in d.l. Lucius, § maritus, ff. ad Treb.* qui vltimus textus loquitur de dote relicta vxori , & primus de prælegato facto filiæ: eſt enim dos tanquam æs alienum, nimirum ſi non venit in reſtitutione fideicommiſſi . Præterea dos ſuccedit loco legitimæ , *l. Titio fundus*, *§. Titio genero* , & ibi Bart. *ff. de cond. & demonſtr.* & legitima non poteſt grauari fideicommiſſo, *l. quoniā in prioribus* , *C. de inoff. teſt.* & plenè dictum eſt ſupra *quæſtione* 296. ergo eadem ratione in dote nō teneret grauamen: quinimò filia pro dote ſibi non conſtituta poteſt præiudicare fideicommiſſo , *authent. res quæ*, *C. de leg. cum ſua materia*, de qua dictum plenè *quæſtione* 531. ergo fortius doti conſtitutæ filiæ in prælegato non erit per fideicommiſſum ſubſequens præiudicium illarum . Accedat quod dos filiæ eſt proprium eius patrimonium, *l. Pomponius. ff. famil. erciſcund* & in fideicommiſſi reſtitutione non venit res hæredis, *l. cohæredi*, *§. cum filia ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.*

Maximè, ſi prælegata ſit dos à patre adiecta ratione, vt ſeruaret æqualitatem inter eam filiam , & aliam iam dotatam: nam ſicuti hæc dotata habet dotem liberam vti ſuum patrimonium , pariter habere debet & hæc , cui ſit prælegatum , aliàs inter filias non eſſet ſeruata æqualitas, ſicuti voluit teſtator eſſe ſeruandam, & ita ſcribunt Aret.*conſ.*52.*diligenter diſcuſſo,nu.* 2 *& conſilio* 152.*breuitate col.*2.*ver.confirmatur* . Corn. *conſ.*35. *lib.* 4.Præt.*de interpr.vlt.volunt fol.*345. *num.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ.art.*7.*numer.*37. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194 *num.*12. 35

Declaratur primò hæc limitatio, vt procedat in ipſa dote, non in prælegato facto in augmentum dotis, nam tunc veniret in reſtitutione , Ruin. *in l. Marcellus.* *§. quidam liberis,n.*9.*in fine ff. ad Trebell.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3.*q.*74.*n.*130. Menoch.*lib.*4 *præſumpt.* 194.*nu.*12. *in fin.* Licet contra videatur ſentire Præt. *de interpr. vlt. vol.fol.*345.*n.*4.*verſ.non venit* . 36

Declaratur ſecundò , vt procedat dummodò legatū dotis non excedat legitimam, nam ſi legitimam excederet, nullum haberet priuilegium, Bald. *in l. cum virū* , *numero* 11.*C. de fideicomm.* Alexand.*in l. à filia, nu.* 2 *ff. ad Trebellianum*, Dec.*in l. cum proponas la prima num.*2. *Cod. de pact.* Natt.*in cap. quamuis* , *quæſt.*3. *princip. num.* 100.*de pact.in* 6. Oldrad *conſ.* 132.Bal. *conſ.*282.*quidam ſer.Cola,colum.vltima,libro* 3.Aret.*conſ.*53.*nu.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt.lib.*7. *tit.* 8. *numero* 27.*circa medium*. Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*194.*num.* 13. Intrigl. *de cent.*3.*quæſt.*74.*num.*40. Poteſt enim pater ſuper dote imponere onus fideicommiſſi , quatenus excedit legitimam 37

timam *l. vltima, § filia* & ibi Bart. *ff de legat. 2.* Roman. *conſ. 134. nu. 3* Paul Caſtr. *in auth. res quæ, nu. 6. C. commun. de legat.* & dictum eſt *ſupra quæſt. 297. num.* 8. Sed aduerte, quia prædicti Doctores loquuntur quando expreſsè dictum fuit, & dotis prælegatum reſtitui: ac ſi nil dictum ſit, ſentirem prælegatum non venire in reſtitutione, nec pro quantitate excedente legitimam, ne dicamus vnum & idem prælegatum diuerſo iure cenſeri, contra reg. *l. eum qui ædes, ff de vſucap.* vt ſcilicet pro parte non veniat in reſtitutione fideicommiſſi, pro parte veniat.

38 Limitatur ſecundò hic caſus, vt non procedat in prælegato alimentorum, quod non venit reſtituendum fideicommiſſario. Ruin. *in l. Marcellus, § quidam liberis, n. 8. ff. ad Trebellianum.* Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 194. *n.* 14. Intrigl. *d. cent. 3. q. 74. n.* 141.

39 Limitatur tertiò quando teſtator in prælegato feciſſet aliam particularem ſubſtitutionem, vel prohibuiſſet rem legatam alienari contemplatione, & cauſa alia quam fideicommiſſi vniuerſalis, nam tunc prælegatum non veniret in reſtitutione fideicommiſſi, Glo. *in l. Lucius, § pluribus,* & ibi Bart. *ff. ad Trebellianũ.* Paul. Caſtr. *in l. Marcellus, § quidam liberis,* & ibi Alexand. *num. 2. limit. 2.* Socin. ſen. *col. 1. verſ. ſecundo limitatur,* & Ruin. *n. 6. ff. eod.* Paul. Caſtr. *in l. cum virum,* & ibi Corn. *num.* 7. & Padill. *numero 19. Cod. de fideicomm.* Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita parte 5 numer. 89. ff. ad Trebellian.* Ruin. *conſil. 109. num. 20 lib.* .. Siluan. *conſ. 46. nu. 24. &* Ceph. *conſil. 259. num. 2.* Roman. *ſing. 174.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 12.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 194. nu. 15.* Peregr. *conſ. 47. numer. 24. lib. 1. & in tract. de fideic. art. 7. num. 31. circa finem,* vbi dicit eſſe communem opinionem. Intrig. *d. cent. 3. q. 74. n.* 142. Beto. *quæſt. 280. n. 10.* Caualcan. *deciſ. 14. n. 24. & ſeq. par. 3.*

40 Probatur ex tex. *in l. Lucius, § pluribus, ff. ad Trebellianum,* & facit ratio, nam ſi teſtator noluit bona alienari ad commodum alterius, quam fideicommiſſarij, noluit ipſi fideicommiſſario reſtitui, alioquin ſequeretur actus inuicem contrarius & repugnans, & fuit ratio Paul. Caſtr. & Ruin. quam etiam probauit prædictos referendo, Menoch. *de præſumpt. 194. n. 15. in fin.* Et generalis ſubſtitutio non refertur ad ea, in quibus facta eſt ſpecialis prouiſio, *l. cohæredi, § qui patrem. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Bartol. *conſil. 54. Angelus Matthia,* Pariſ. *conſil. 71. col. vlt. lib. 3.* Ruin. *conſ. 142. ad finẽ lib. 3.* Alex. *conſil. 95. ad finem lib. 4.* rurſus Ruin. *conſ. 116. colum. 8. libro 2. & conſil. 90. eod.* Zanch. *in dict. § cum ita, nu. 674. & ſeqq. multis,* vbi latè comprobat inferendo ad multas deciſiones vſque ad *n. 686.* Et ideo generi per ſpeciem in omni materia derogatur, *cap. generi de reg. iur. in 6. l. doli clauſula ff. de verb. obligat. l. ſanctio legum ff. de pœn. l. vxorem § fœliciſſimo. ff. de leg. 3.* & quia in prælegatis non præſumitur teſtator duplici onere hæredem afficere voluiſſe, *ad l. Titio cum teſtamento, § qui inuecta, ff de leg. 2.* Crau. *conſ. 201. n. 23.*

41 Extenditur hæc declaratio, vt procedat quãdo prohibitio facta eſſet fauore alterius perſonæ, quam ſubſtituti pariter, & cohæredis, Zanch. *in d. § cum ita parte 5. n. 90 ff. ad Trebell.* Menoc. *d. præſumpt. 194. n. 16.* Intrigl. *d. q. 74. nu.* 143. A quibus tamen diſſentiunt Soc. iun. *conſ. 107. n. 53. lib. 3.* & Ceph. *conſ. 259. n. 8. lib. 2.*

42 Declaratur primò hæc limitatio, vt non procedat quando grauatus inſtituiſſet hæredem venientem ab inteſtato, quia tunc fideicommiſſario vniuerſali reſtitui debet prælegatum alienari prohibitum fauore alterius ſpecialiter vocati, ſecundum Socin. ſen. *in dicta l. Marcellus, § quidam liberis columna ſecunda, verſ. ſecundo cõſidera ff. ad Trebel.* Cuius tamen opinionem reprehendunt Zanch. *in d. § cũ ita, part. 5. n. 9 . & n. 95.* Menoc. *dict. præſumpt. 194. n. 17.* Intrigl. *d. q. 74. num.* 144.

43 Declaratur ſecundò vt procedat, dummodo alius ſit ſpecialiter vocatus in re prohibita alienari poſt mortẽ prohibiti, ſecus ſi ſimpliciter facta eſſet alienationis prohibitio, & operaretur fideicommiſſum, in caſum contrauentionis tantum, nam tunc, non ſequuta alienatione, nil obſtaret quod prælegatum venire deberet in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, Iacob. de Aret. *in d. l. Lucius, § pluribus,* & ibi Imol. *ff. ad Trebellian.* Soc. ſen. *in dict. l. Marcellus § quidam liberis columna ſecunda, verſ. ſi verò vltra ff. eodem* Ripa *in dict. l. hæredes mei § cum ita, n. 40.* & ibi Zanch. *part. 5. num. 96.* Ruin. *conſil. 130. col. antepenult. lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 107. n. 53. lib. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 194. n. 18.* Intrig. *d. quæſt. 74. n.* 145. Mouentur ex verbis *tex. d. § pluribus,* ibi, *quorũ qui ex eis ſupereſſet ſolidos fundos poſſideret.*

44 Contra tamen tenent Gloſ. & Bart. *in d. l. Lucius, § pluribus,* Alex. *in dicta l. Marcellus, § quidam liberis in prima fallentia* Paul. Caſtrenſ. *in dict. l. cum virum,* & ibi Corn. *C. de fideic.* quos refert, & ſequitur Pereg. *de fideic. art. 7. n. 30. in fine,* addo Torniol. *in d. § cum ita, n.* 38. Ratio eſt; quia in prælegato eſt conſtituta ſpecies fideicõmiſſi committendi in caſum alienationis fauore alterius quam fideicommiſſarij vniuerſalis, vnde hæc prouiſio ſpecialis fideicommiſſi operari debet, vt prælegatum non cõtineatur in fideicommiſſo vniuerſali, quia regula eſt generalis, quod generi per ſpeciem derogatur *l. vxori, § fœliciſſimo. ff. de leg. 3. l. doli clauſula. ff. de verborum oblig.* cum alijs adductis ſupra pro confirmatione huius limitationis; & hæc opinio mihi etiam magis probatur.

45 Limitatur quartò, quando in prælegato adeſſent aliqua verba, quæ reſtitutioni repugnarent, vt quia dictum ſit, grauatum poſſe liberè diſponere de re prælegata, ex his enim & ſimilibus verbis colligitur voluntas teſtatoris, quod à fideicõmiſſo vniuerſali voluit excipere prælegata, Ioan. de Monte Sperel. *conſ. 88. num. 1.* Pariſ. *conſ. 79. num. 15. libro ſecundo.* Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita parte quinta, nu. 49. ff. ad Trebell.* Menoc. *conſ. 730. num. 2. & libro quarto, præſumpt. 194. num. 19.* Pereg. *de fideicommiſſ. artic. 7. numero 14.* vbi loquitur vno dato hærede, Intrig. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſtion. 74. num.* 146. In hoc tamen contrarium, & malè tenen. Dec. *conſ. 254. col. 2. verſ. non obſtat,* Pariſ. *conſil. 18 col. 3. lib. 3.* Decian. *conſil. 92. numer. 24. verſ. non obſtat quartum lib. 5.*

Vel dictum fuiſſet, quod pleno iure haberet prælegatum, quia nec tunc veniret cum fideicommiſſo reſtituendum, Zanch. *in dict. § cum ita parte quinta, num.* 51. Socin ſen. *conſ. 43. num. 10 lib. 4.* Curt. iun. *conſ. 13. in fin.* Rim. iun. *conſ. 147. num. 47. 62. & 64.* Honded. *conſ. 71. n. 44. verſic. & quamuis lib. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 7. num. 12. circa finem,* Intrig. *d. qu. 74. num.* 147. Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol. 345. numer. 4.* Menoc. *d. præſumpt. 194. num. 20.* Pereg. *d. art. 7. num.* 14. Si enim prælegatum veniret in reſtitutione fideicommiſſi, vtique pleno iure non potuiſſet ſpectare ad legatarium: ex his conſtat hanc eſſe receptam ſententiam, nec curandum de Gozad. *conſ. 30. colum. 4.* qui à prædictis diſſentit.

46 Vel dictum eſſet, quod ſine diminutione, vel liberè, & expeditè prælegatum haberet, Zanch. *in d. § cum ita, parte 5 num.* 51. Rimin. iun. *conſ. 147. n. 62. & 64.* Hond. *conſ. 71. n. 44. verſ. & quamuis, lib. 1. & conſ. 62. n. 22. lib. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7. nu. 12.* Præt. *de interpr. vlt. volun. fol. 345. nu. 4.* Menoch. *d. præſumpt. 194. n. 21.* Intrig. *d. cent. 3. q. 74. n.* 148. Pereg. *de fideic. ar. 7. num.* 14. Licet contra tenuerit Gozadin. *dicto conſ. 30. colum. 4.*

Vel

47 Vel dictum fuiſſet, quod prælegatum haberet ſibi præcipuum, Zanch. *in d.§. cum ita, parte quinta, num.* 53. Menoch. *lib.4. præſumpt.* 19. *n.* 22. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 74. *num.* 149. Magis tamen mihi placet contraria opinio, quam etiam tenent Curt. iun. *conſ.* 13. *n.* 10. & Pariſ. *conſ.* 18. *num.* 15. *lib.* 1.

48 Vel fuiſſet dictum in ſubſtitutione, ſaluis ſemper prædictis prælegatis, vel reſiduum à legatis in fideicōmiſſo ſubiaceat, Bart. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, nu.* 11. *ad Trebell.* Anchar. *conſ.* : :. *dubio tertio.* Fulgoſ. *conſ.* 4. Ruin. *conſ.* 152. *colum.* 6. *lib.* 3. Socin. iun. *conſ.* 89. *n.* 10. *lib.* 4. Eugen. *conſ.* 88. *numer.* 28. Surd. *conſ.* 253. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. libro* 7. *tit.* 7. *nu.* 7. *&* 8. Menoch. *dict. præſumpt.* 194. *numero* 23. Pereg. *de fideicommiſſ. artic.* 7. *numero* 1. vbi hoc tenet vno exiſtente hærede, *& num.* 30. *&* 36. loquitur pluribus exiſtentibus hæredibus, & dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *dict. centur.* 3. *quæſt.* 74. *numero* 150. Contra tamen tenent Grat. *conſ.* 28. *libro ſecundo,* Ruin. *conſ.* 116. *numero* 11. *libro ſecundo,* Zanch. *in dicto §. cum ita, numero* 377. ſecundum antiquam impreſſionem, qui dicit, quod nunquam regula locum haberet, cum ſoleat ſemper dici in capitulo teſtamenti, ſaluis præmiſſis, &c. ſed credo Zanch. malè intellexiſſe Doctores, primam opinionem tenentes, hic enim loquuntur quando verba iſta ſaluis prædictis legatis, vel reſiduum à legatis, ſunt poſita in ſubſtitutione, quo caſu, verum non eſt quod communiter ſoleant apponi in capitulo ſubſtitutionis: ſicuti poſſet cōcedi quod verba, ſaluis præmiſſis, ſoleant apponi in capitulo inſtitutionis: quo caſu procederet obiectum Zanch. & circa prædicta faciunt dicta ſupra *numero trigeſimo primo, & ita* etiam inuenio intellexiſſe, & diſtinxiſſe Manticam *dicto libro ſeptimo, capitulo ſeptimo, numero ſeptimo,* & Peregrinum *dicto articulo* 7. *num.* 36.

49 Ampliatur hæc limitatio etiam in caſu, quando teſtator fecit plura prælegata, & ſolum vltimo adiecta ſunt illa verba pleno iure, vel liberè, vel ſimilia, vt ſupra dictum fuit, nam huiuſmodi verba referri debent ad omnia prælegata præcedentia ſub eadem oratione contenta & quæ ab vno verbo reguntur, & cōſequenter omnia erunt excepta ab vniuerſali fideicommiſſo, Honded. *conſ.* 62. *numer.* 26. *& ſeqq. lib.* 1. ſic qualitas, & conditio adiecta refertur ad omnia contenta in eadem oratione, & quæ reguntur ab eodem verbo, Barto. *in l. Prætor, la ſeconda, §. eritque in principio, ff. de vi bon. rapt.* Socin. ſen. *conſ.* 27. *num.* 13. *lib.* 4. Subampliatur, & ſi verba ſonarent in ſingulari, vt ſi dixit, lego fundum liberum, & expeditum, nam & tunc fit relatio ad omnia legata præcedentia, quæ vnica oratione, & ab eodem verbo reguntur, ita Honded. *vbi ſupra nu.* 27. *& ſeq.* vbi egregiè comprobat.

50 Limitatur quintò, in prælegato facto ob maximam dilectionem, quæ tamen ſit extraordinaria, quia tunc poſſet retineri à grauato, nec venirent in fideicommiſſi reſtitutione, Fulgoſ. *conſ.* 99. Pariſ. *conſ.* 79. *nu.* 11. *lib.* 2. *& conſ.* 63. *n.* 23. *lib.* 3. Socin. iun. *conſ.* 107. *n.* 33. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 780. *n.* 2. *conſil.* 884. *n.* 9. *&* 18. *& lib.* 4. *præſumpt.* 104. *nu.* 24. Peregr. *conſil.* 44. *n.* 4. *lib.* 3. *& in tract. de fideic. art.* 7. *nu.* 50. Intrigl. *d. centur.* 3. *q.* 74. *n.* 151. & ita ego etiam tenui conſulendo ſuper teſtamento D. Ioannis de Phiſoneis, de quo & ſupra dictum fuit iudicium obtentum pro retentione prælegati: & requiritur vt ſit expreſſa ratio legandi ex maxima dilectione erga legatarium, nec ſufficeret tacita, quæ reſultat ex eo, quod factum fuit legatum, quod ſemper cēſetur factum ob dilectionem, iuxta *l. nec adiecit, ff. pro ſoc.* per quam rationem, quod ſcilicet legata cenſentur facta ſemper ob dilectionem erga legatarium Zanch. *in dict. §. cum ita, par.* 5. *n.* 58. diſſentit ab hac limitatione, quaſi quod per eam deſtrueretur regula, ſed Zanch. non penetrauit vim expreſſæ cauſæ dilectionis in legando, in qua Doctores ſe fundant, & ideo limitatio retinenda erit.

Limitatur ſexto, in prælegato ob benemerita facto, 51
hoc enim in reſtitutione fideicommiſſi nō venire, ſcribunt Fulgoſ. *conſ.* 99. Pariſ. *conſ.* 63. *colum. vltima, libr.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *numero* 25. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 7. *num.* 50. Intrigl. *d. centur.* 3. *quæſtione* 74. *numer.* 172.

Contra tamen tenent Zanch. *in d. § cum ita, par.* 5. *nu.* 52
59. Decian. *conſil.* 92. *nu.* 24. *verſ. non obſtat tertium lib.* 5. moti quia legata dicuntur relinqui pro benemeritis *d. l. nec adiecit. ff. pro ſoc.* Sed aduertendum eſt, quod limitatio ita demum retinenda eſt, quando in legato expreſſa eſt ratio meritorum, ita declarat & bene Peregr. *d. nu.* 50. *in fine.*

Sed quid ſi legatum excedat benemerita an pro parte 53
te excedente remunerationem debitam poſſit retineri, Menoc. *d. præſumpt.* 194. *num.* 26. videtur ſentire, quod pro ea parte ſit reſtituendum, quia legatum pro ſpecialibus benemeritis factum non dicitur, quatenus exce- 54
dit quantitatem debitæ remunerationis, & adducit Io. de Ripa *in l. fœmina, nu.* 51. *C. de ſecund. nupt.* & ſeipſum etiā allegat *conſ.* 112. *n.* 3. vbi alios congeſſit. Ego tamē ſentio non poſſe fieri hanc ſeparationem, ſed totū prælegatum poſſe retineri, per reg. quod vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri *dicta l. cum qui ædes, ff. de vſucap.* & aliā ſimilem reg. quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter omnia determinat, *l. iam hoc iure ff. de vulgar.* Et licet legatum in parte excedente benemerita non poſſit dici ob remunerationem benemeritorum: attamen ex meritorum expreſſione colligitur ſufficiens voluntas teſtatoris, quod illud non veniat in reſtitutione fideicommiſſi: & nota hæc materia, an prælegata veniant reſtitutione fideicommiſſi, pendet ex voluntate teſtatoris ſumpta 55
ex perſonis, & rebus, vt ſcribunt Socin. iun. *conſ.* 107. *n.* 41. *lib.* 3. Riminald. iun. *conſ.* 147. *num.* 14. *lib.* 2. Eugen. *conſ.* 88. *num.* 24. Honded. *conſ.* 71. *nu.* 31. Zanch. *in dicto §. cum ita numero* 366. *ſecundum primam impreſſionem.* Pereg. *de fideicomm. art.* 7. *num.* 21. & volunt omnes, addo Manticam *dicto titul.* 7. *numer.* 7. Dec. *conſil.* 41. *num.* 126. *lib.* 1.

Limitatur ſeptimò, quando prælegatum eſſet factum 56
ob debitum, quo tenebatur teſtator erga hæredem grauatum, vel factum eſſet in compenſationem alicuius oneris: hoc enim caſu nō venirent fideicommiſſario reſtituendum *l. cum hæres deductis ff. ad Trebellianum, l. Lucius, § maritus ff. eod. l. cū pater, § fidei tuæ ff. de legat.* 2. *& l. qui vxori ff. de aur. & arg. legat.* & in ſpecie ita ſcribunt Paul. Caſtr. *in l. cum virū,* & ibi Corn. *colum.* 3. *verſ. ſecundo fallit, C. de fideicom.* Alexan. *in l. Marcellus, § quidam liberis,* & ibi Socin. ſen. *in tertia in limitatione, ff. ad Trebellianum.* Zanch. *in dicto § cum ita, part.* 5. *num.* 60. *ff. eod.* rurſus Paul. Caſtr. *conſ.* 299. *libro* 2. Socin. iun. *conſ.* 107. *nu.* 42. *lib.* 3. Natt. *conſ.* 255. Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 13. Præt. *de interpr. vlt. volunt. folio* 345. *numero* 4. Menoch. *lib.* 4. *præſumption.* 194. *num.* 17. Pereg. *de fideicomm. art.* 7. *num.* 39. Intrigl. *dicta centuria* 3. *quæſt.* 74. *num.* 153. Bero. *quæſtione* 280. *num.* 60.

Idque procedit, & ſi fideicommiſſum fuiſſet per ver- 57
ba vniuerſalia factum *d. l. Lucius, § maritus, ff. ad Trebellianum, l. cum pater, §. fidei tua, ff. de legat.* 2. *& l. qui vxori, ff. de aur. & arg. leg.* quæ iura citat & Pereg. *d. art.* 7. *nu.* 39. *in fine.*

Et etiam procedit, licet teſtator iuſſit reſtitui prælegata, dummodo adſint alia prælegata, in quibus verifi- 58

cari poſſit diſpoſitio, etiam quod verbis vniuerſalibus teſtator iuſſiſſet reſtitui prælegata, caſus eſt *in l. Lucius, §. maritus ff. ad Trebell.* Quod tamen ego intelligerem, dummodo adſint plura prælegata, vltra relictum pro debito, in quibus poſſit verificari diſpoſitio facta in numero plurali, aliud ſentirem, ſi vnum tantum extaret prælegatum, quia vt numerus pluralis verificari poſſet, & relictum pro debito eſſet reſtituendum, argum *l. vlt ff ad Trebellianum,* & ita ſenſit Peregr. *dict. artic 7. num.* 40.

59 Nec obſtat, quod de debito teſtatoris conſtaret ſolum per eius confeſſionem, nam hoc ſufficeret, ne prælegatum pro debito eſſet fideicommiſſario reſtituendum, Paul. Caſtren. *in d. l. Marcellus, §. quidam liberis, & in l. cum hæres deductis ff. ad Trebell.* Zanch. *in dict. §. cũ ita, nu.* 392 ſecundum primam impreſſionem, Pereg. *d. art. 7. num.* 41. *& ſeq.* Intrigl. *d. cent.* 3 *quæſt.* 74. *n.* 54. Ex eo etiam quod teſtator prælegat vti debitum, colligitur mens teſtatoris, quod non veniat in reſtitutione fideicommiſſi, etiam ſi debitum non eſſet, & caperetur iure legati, & in hoc ſufficit voluntas teſtatoris ad dicta *ſupra num.* 55.

60 Diſſentiunt tamen Bart. *in d. l. Lucius, §. maritus, ff. ad Treb.* & Mant. *lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 13. *in fine*, ea ratione, quia quando aliter non conſtat de debito, legatum debetur iure legati non iure crediti, *l. cum quis decedens, §. codicillis. ff. ad leg.* 2. *§. Lucius, §. quiſquis, ff. de leg.* 2. Bart. *in d. §. codicillis* Alex. *conſ.* 152. *col. vlt. lib.* 2. Aret. *conſil.* 14. *col. penult. verſ. venio nunc.* Corn. *cõſ.* 132. *ad finem lib.* 1. Dec. *conſ.* 184. *n.* 11. Soc. iun. *conſ.* 7. *lib.* 4. Peregr. *d. art.* 7. *nu.* 42. ergo nõ eſt mirum, ſi tale legatum debet reſtitui fideicommiſſario, ſicuti & alia prælegata reſtituuntur. Et dicit Mantic. hoc euidenter colligi *ex l. qui vxori. §. idẽ teſtator, ff. de aur. & arg. legat.*

61 Non recedo à prima opinione, nam vt dixi licet legatum caperetur vti legatum, non vti debitum, ex quo tamen relictum eſt pro debito, colligitur voluntas teſtatoris, quod noluerit venire in reſtitutione fideicommiſſi. Nec obſtat tex. *in dicta l. qui vxori §. idem teſtator, ff. de aur. & arg. legat.* quia ille textus procedit in alijs terminis, nam fideicommiſſum ſpecialiter erat factum in legato relicto vxori, per verba, quod quicquid ad eam ex teſtamento perueniſſet, alumno communi reſtitueret, & I.C. dicit quod licet legatum eſſet relictum vti res vxoris, id ſit reſtituendum, ſi vxoris non fuit; & quę vxoris erant non venire in reſtitutione. At in caſu noſtro ſpecialiter in prælegato relicto pro debito, non eſt impoſitum grauamen reſtitutionis, nimirum ſi non debet venire. & ſi ſpecialiter hæres fuiſſet rogatus reſtituere & prælegata, vel dictum fuiſſet, quod reſtitueret quicquid ad eum ex teſtamento perueniſſet, facile conſentirem prælegatum pro debito relictum, quando non conſtat de debito venire in reſtitutione per text. *in d. §. idem teſtator*, quod vult & Bart. in ſummario *d. l. qui vxori*.

62 Limitatur octauò, quando dictum fuiſſet, & ſi hæres grauatus ſine liberis deceſſerit, reſtituat hæreditatem meam, quia tunc prælegata non eſſent reſtituenda, Bar. *in l. Marcellus § quidam liberis, n.* 9. & ibi Socin. ſen. *column.* 2 *verſ. ſecundo principaliter* & Ruin. *n.* 9. *ff. ad Treb* Bart. *in l. Scæuola, n.* 5 *ff. eod.* Paul. Caſtr. *in l. cum virum* & ibi Coraſ. *n.* 11. & Padil. *nu.* 5 *C. de fideic.* Ripa *in l. in fideicommiſſariam, §. vlt. n.* 2. *ff. ad Treb.* Zanch. *in d. § cum ita part.* 5. *nu.* 132.

Et conſulendo Old. *conſ.* 107. *dubio ſecundo*, Roman. *conſil.* 18. Alex. *conſ.* 25. *n.* 11 *lib.* 1. *& conſ.* 55. *nu.* 3. *lib.* 6. Corn. *conſ.* 114. *n. lib.* 3. *& conſ.* 105. *lib.* 4. Socin. ſen. *cõſ.* 102. *n.* 9. *lib.* 3. *& cõſ.* 31. *n.* 4. *lib.* 4. Dec. *cõſ.* 59. *n.* 7. Ruin. *cõſ.* 120. *n.* 12. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 89. *n.* 11 *lib.* 4. Alciat. *cõſ.* 612. Bero. *conſ.* 81. *n.* 14. *lib.* 2. Natta *conſ.* 310. Port. Imol. *conſ.* 6. *n.* 16. Ceph. *conſ.* 116. *nu.* 34. *& conſ.* 259. *nu.* 15. *& ſeqq.* Menoc. *conſ.* 86. *nu.* 19. Honded. *conſ.* 62. *n.* 20. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 17. *n.* 3. *lib.* 5.

Et in tractatibus, Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *nu.* 1. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Præt. *de interpr. vlt. volun. fol.* 345 *n.* 4. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *nu.* 17. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Pereg. *de fideic. art.* 7. *n.* 53. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Intrig. *de ſubſtit. cent.* 1. *q.* 74. *nu.* 71. Magon. *deciſ. Florent.* 15. *n.* 3. Seraph. *deciſ. Roman.* 482. *n.* 6.

Ratio eſt, quia hæreditatis appellatione nõ veniunt legata *l. ſi Titius ex parte, ff. de legat.* 3 *l. Titia, ff. ad leg. Falcid.* Rolan. à Valle *conſ.* 34. *n.* 38. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 120. *n.* 8. *lib.* 3. Et cum hæc ſit propria ſignificatio huius verbi hæreditatis non eſt ab ea recedendum, niſi clarè cõſtet de contraria voluntate teſtatoris, *l. non aliter in prin. ff de legat.* 3. Accedit, quod teſtator dum facit legatum hæredi, cenſetur voluiſſe, vt illud habeat quamuis non haberet hæreditatem *l. qui filiabus, §. vlt. cum leg. ſeq. ff. de legat.* 1. ergo & quando hæres eſt rogatus reſtituere hæreditatem, videtur voluiſſe quod retineat legata, & fuit argumentatio Mant. *d. tit.* 7. *nu.* 2 *in fine.* Hæc etiã opinio probatur *in l. Marcellus, §. quidam liberis, & in l. in fideicommiſſariam, §. vlt ff. ad Treb.* in quo tamen §. *vlt.* dicitur quod non reſtituitur, quod habitum fuit proportione cohæredum, ſed bene veniat reſtituendum quod à ſemetipſo relictum eſt, quod dixit & Pereg. *loco citato & infra dicetur.* 63

Verum alij fuerunt in contraria opinione, quod & tunc prælegata ſint fideicommiſſario reſtituenda, Ang. *in l. cum virum. verſ. ſed reſtat, C. de fideicom.* Comenſ. *in l. Marcellus. § quidam liberis ff. ad Trebell.* Imol. *in l. hæredes mei § cũ ita, in vlt. not.* & ibi Alci. *n.* 7. & Torniel. *n.* 39. *ff. ad Treb.* rurſus Comen. *conſ.* 3 cui etiam ſubſcripſit Fulgoſ. Alexand. Raud. *deciſ. Piſan.* 32. *n.* 10. hãc tenet in fideicommiſſo conditionali, & primam in fideicommiſſo puro. Horum argumenta ſunt multa, eaque breuiter reaſſumpſit Zanch. *in d. § cum ita, nu.* 416. *verſ. contra tamen, & n. ſeqq.* ſecũdum antiquam impreſſionem, & ibi reſpondet ad omnia, vt apud eum videri poterit. 64

Nec facienda erit differentia, an quis ſit grauatus reſtituere hæreditatem, vel portionem, vel partem ſuam, hæreditatis, nam & grauatus in portione, vel parte ſua hæreditatis deducet prælegata, *d. l. Marcellus, § quidã liberis, & d. l. in fideicommiſſariam §. vlt ff. ad Trebell.* & ſcribunt poſt alios Ripa *in d. § cum ita, num.* 42. *verſ. eadem.* & ibi Zanch. *part.* 5. *nu.* 149. *& ſecundum aliam impreſſionem veterem, nu.* 421. Honded. *conſ.* 62 *n.* 20. *lib.* 2. Menoc. *d. præſumpt.* 194. *n.* 41. Intrig. *d. q.* 74. *n.* 76. Mantica *d. tit.* 7. *n.* 1. Peregr. *d. art.* 7. *n.* 53. 65

Declaratur primò hæc limitatio, vt procedat reſpectu portionis prælegati habitæ à cohæredibus, nam hæc non venit in reſtitutione fideicommiſſi, aliud eſt dicendum in portione relicta à ſeipſo, quia hæc erit reſtituẽda, ita ſcribunt Alexand. *in l. Marcellus, §. quidam liberis col.* 1 *ff. ad Treb* Ripa *in l. in fideicommiſſariam, §.* 1 *n.* 5. *ff. eod.* Coraſ. *in l. cum virum n.* 44. & ibi Padil. *n.* 22. *C. de fideicom.* Zanch. *in d. § cũ ita par.* 5. *num.* 16. & ſecundum aliam impreſſionem, *n.* 429. Corn. *conſ.* 35. *in fine & conſ.* 105. *nu.* 4. *lib.* 4. Ripa *reſp.* 1. *tit. ad leg. Falcid.* Ruin. *cõſ.* 130. *n.* 19. *lib.* 3. Rimin. ſen. *conſ.* 248. *in fin. lib.* 2 Ceph. *conſ.* 259. *nu.* 19. *& conſ.* 471. *nu.* 11. *verſ. tertio.* Chriſtop. Torniol *conſ.* 95 *n.* 2. Honded. *cõſ.* 71. *n.* 15. *lib.* 1. Menoc. *conſ.* 86. *n.* 3. 62. 63 *&* 84 *conſ.* 884 *nu.* 15. *verſ. quarto, & lib.* 4 *præſumpt.* 194. *num.* 43. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *nu.* 10. Peregr. *d. art.* 7. *nu.* 53. Intrigl. *d. cent.* 1. *quæſt.* 74. *num.* 79. 66

Pro

Probatur iſta opinio recepta ab omnibus, *in dicta l. in fideicommiſſariam,§ vltimo,ff. ad Trebell.* Et ratio eſt, quia portio ſibi relicta capitur iure hæreditario, *l. legatum,§ primo ff. de legat. primo,* cum alijs allegatis à Gloſ. *in dicta l. in fideicommiſſariam,§. vltimo, in verb. in fideicommiſſum*. Ergo veniet in reſtitutione hæreditatis, ſic etiam dicitur, quod hæres non imputat in falcidiam portionem prælegati, quam capit à ſemetipſo, quia hæreditario iure eam capit *l. in quartam, ff. ad leg. Falcid.* Verum Ruin. *conſil. 65. colum. 5. lib. 2.* opponebat, quod ſic prælegatum partim eſſet reſtituendum, partim non, contra reg. quod vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri *l. eum qui ædes, ff. de vſucap.* Sed poteſt cum Zanch. loco relato reſponderi, quod hæc regula non habet locũ quando adeſt diuerſa ratio inter vnam, & aliam rem, vt pleuè ſcribit Tiraquel. *de retract. lign. §. 1 gloſ 18. num. 23.* & hic eſt diuerſa ratio, quia portio, quam capit à ſeipſo eſt hæreditaria, & ideo cum ſit pars hæreditatis, venit reſtituenda cum reliqua hereditate. At pars habita à cohæredibus, habita fuit iure legati, nimirum ſi, cum ſit legatum, nõ debet reſtitui à grauato reſtituere hæreditatem, cuius appellatione non veniunt legata, vt dictum eſt ſupra *num. 67.*

67 Sunt tamen aliqui caſus, in quibus grauatus hæreditatem reſtituere, retinebit totum prælegatum etiam pro portione, quam capit à ſeipſo. Primus eſt quando prælegatum eſſet de bonis cohæredis, tunc enim nihil eſſet reſtituendum, Corn. *conſ. 114 lib. 3.* Ripa *in l. in fideicommiſſariam,§ 1. num. 5. ff. ad Trebell.* Zanch. *in d. §. cum ita, part. 5. nu. 64.* Peregr. *d. art. 7. nu. 59.* Licet diſſentiat Corn. *conſ. 91. col. 4. lib. 1.*

68 Secundus eſt caſus, quando totum prælegatum capitur à cohærede, tunc enim ceſſat ratio declarationis, quod ſcilicet portio relicta à ſeipſo ſit hæreditaria, quia à ſeipſo ſibi legari non poſſit, Ruin. *conſilio 65. num. 16. lib. 2.* Ripa *in d. l. in fideicommiſſariam,§. vlt. n. 5.* Zanch. *in d. §. cum ita, part. 5. num. 164.* Peregr. *de fideicom. art. 7. numero 59.*

69 Tertius eſt, quando tota reſtitutio facienda eſt cohæredibus, nam hoc caſu nulla portio prælegati eſt reſtituenda. Paul. Caſtr. *in l. filium quem habentem, col. 6. C. famil. erciſ.* Zanch. *in d. §. cum ita, par. 5. nu. 164.*

70 Quartus eſt in hærede fiduciario, qui tacitam fidem interpoſuit de reſtituendo incapaci, quia tunc totum prælegatum retinendum erit *l. cum qui, §. pro parte, ff. de his quibus vt indig.* & ibi Bart. Peregr. *d. art. 7 num. 58.* & ibi adducit rationem, quam conſiderauit Bart. *loco citato.*

71 Declaratur ſecundò hæc limitatio, vt non procedat, quando grauamen eſt factum per verba vniuerſalia, & prægnantia, vt quia omnem hæreditatem ſit grauatus reſtituere, vel quicquid ad eum peruenit ex teſtamento, hoc enim caſu, & prælegata venirent in reſtitutione fideicommiſſi, Alexand. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, num. 2. in ſecunda limit.* & ibi Soc. in ſen. *pariter, n. 2. in 2. limit. ff. ad Trebell.* Ripa *in l. fideicommiſſariam, §. 1. num. 5. ff. eod.* Coraſ. *in l. cum virum, nu. 31.* & ibi Padill. *num. 5. 6. 8. 10. C. de fideicommiſſ.* Zanch. *in d. §. cum ita, parte 5. num. 168. 172. & ſeqq.* Dec. *conſ. 57. n. 7.* Bero. *conſ. 81. nu. 22. lib. 2.* Socin. Iun. *conſ. 16. n. 27. lib. 4.* Ceph. *conſ. 379. n. 12. & n. 61. verſic. ad quintum,* Menoch. *conſ. 86. nu. 14. & d. præſumpt. 194. nu. 45.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 3.* Præt. *de interpret. vlt. volunt. fol. 345. num. 4.* Peregr. *de fideicom. art. 7. num. 26.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. quæſt. 45. num. 10. & cent. 3. qu. 74. numero* 80.

Probantur hæc *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi videtur caſus, *& in l. Iulianus, ff. de legat. 3.* vbi pars fundi, quæ non veniret in legato, ob vim verborum vniuerſalium venit. Verba enim vniuerſalia latè 72
accipiuntur, quatenus vniuerſalis verborum conceptio complectitur, Gloſ. Bald. Florian. & Bologn. *in l. cum pœna, ff. de arbit.* Iaſ. *in l. 1. § nunciatio, n. 6. ff. de oper. nou. nunc.* Natta *conſ. 63. num. 13.* Ceph. *conſ. 150. col. 2.* Roland. à Valle *conſ. 2. lib. 4.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 7. nu. 25.* Prælegata enim ſunt de bonis, & de corpore hæreditatis teſtatoris *l. legatum eſt ff. de legat. 1.* Nec obſtat, quod hæreditatis appellatione non veniant legata *l. ſi Titius ex parte, ff. de legat. 3.* & dictum eſt ſupra *nu. 63.* nam reſpondetur hoc verum ex propria ſignificatione, ſed impropriè & largo modo legata ſunt de hæreditate *d. l. legatum eſt. ff. de legat. 1.* erant enim ſaltem ante aditam in hæreditate & dicuntur proueniſſe ex bonis & hæreditate, & ita dicunt Ruin. *conſ. 116. colum. 3. lib. 3.* Mant. *d. tit. 7. nu. 3. ad medium,* & Peregr. *d. art. 7. num. 26. in fine,* nimirũ ergo ſi vis vniuerſalis ſermonis operatur, vt ea contineantur quæ aliàs non continerentur, ad dicta ſupra proximè.

Sed aduerte, quod verba vniuerſalia vt operentur, debent eſſe appoſita in ſubſtitutione nec ſufficeret ſi in 73
inſtitutione eſſent poſita, Angel. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebell.* Iaſ. *conſil. vlt. col. penult. lib. 4.* Peregr. *d. art. 6. nu. 79.*

Subdeclaratur tamen ex dictis ſupra *num. 57.* & ſecundum dicta infra *in ſecundo caſu limit. prima.*

Declaratur tertiò non habere locum, quando tota 74
hæreditas eſſet diuiſa per prælegata, vel prælegatum ita eſſet magnũ, vt maiorem partem hæreditatis comprehenderet, nam hoc caſu eſſet reſtituendum, Bart. *in l. Marcellus, §. quidam liberis* & ibi Alexand. *nu. 2. verſ. quarto limit.* Socin. ſen. *nu. 3.* Ruin. *num. 13.* & alij communiter, *ff. ad Trebell* Bald. *in l. cum virum,* & ibi Caſtr. Coraſ. *num. 69 & 71.* & alij communiter, *C. de fideicom.* Zanch *in d. §. cum ita, parte 5 num. 174.* Iaſ. *conſ. 89. dubio ſecundo, lib. 1. & conſil. vltim. colum. 2. lib. 4.* Dec. *conſil. 154 columna 2.* vbi ampliat quibuſcunque verbis ſit relictum prælegatum, Curt. iun. *conſil. 13.* Capr. *conſ. 64. colum. penult.* Ruin *conſil. 114. colum. penult. & conſil. 116. nu. 8 lib. 3.* Pariſ. *conſil. 94. nu. 51. lib. 2. conſil. 18. num. 16. & conſil. 63. num. 23. lib. 3.* Port. Imol. *conſ. 6. numero 26.* Decianus *conſil. 3. num. 32. & conſil. 16 nu. 22. lib. 3.* Honded. *conſil. 71. n. 17. 18. 24. 25 lib. 1. & conſ. 62. num. 7. & 31. lib. 2.* Menoch. *conſ. 884. num. 15. & lib. 4. præſumpt. 194. nu. 46.* Peregr. *conſil. 52. nu. 1. & ſeq. lib. 4.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7. nu. 9.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 345. num. 4.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 1. q. 45. num* 16. & clarius *cent. 3. qu. 74. num.* 8. Peregr. *de fideicomm. art. 7. nu. 61.* Boer. *qu. 280. nu. 9.* Magon. *deciſ. Florent. 15. n. 12.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 22. num. 8. & ſeqq.* Seraph. *deciſ. Roman. 382. num. 6.*

Hæc ſententia probatur per tex. *in l. quid ergo in fine cum Gloſ. ff. de legat. 2.* ex qua colligitur, quod prælegatum amplum eſt tanquam pars hęreditatis, & in eius locum ſuccedit, illiuſque naturam retinet, & conſequenter de eo iudicatur, ſicut de alijs bonis hæreditarijs. Accedit ratio Soc. relata à Menochio *d. præſumpt. 194. num. 46. in fine,* quod qua ratione teſtator voluit inſtitutum non habere prælegatum ſine inſtitutione, ita preſumitur voluiſſe in fideicommiſſarium vtrunque tranſire. Et quando hæreditas eſt diuiſa per prælegata, tunc prælegata ſuccedunt loco portionis hæreditatis. *d. l. quid ergo.* & ibi Bart. not. & Iaſ. *in l. filio pater, nu. 22. ff. de legat. 2.*

Et idem eſſet quando teſtator feciſſet in teſtamento 75
vniuerſalem diuiſionem bonorum non ſine dubio huiuſmodi bona venirent in fideicommiſſi reſtitutione, Bald. *in l. cum virum, nu. 9. C. de fideicom.* Ruin. *conſ. 114.*

col. penult. lib. 2 Honded. *conſi.* 62. *n.* 31. Pereg. *d. art.* 7. *n.* 61. *in fine.* Menoch. *conſ.* 884. *n.* 13. Et ratio eſt, quia titulus diuiſionis eſt idem quod titulus inſtitutionis *l. quid ergo. §. plenè ff. de legat.* 1. & quia diuiſio facta à patre inter filios eſt inſtitutio, *l. quoties & l. vlt. C. famil. erciſcun.* & ſcripſit Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 7. *in fine.*

76 Subdeclaratur tamen ſecundum Honded. *d. conſ.* 62. *nu.* 31. *in fine. lib.* 2. quando vnus ſolus fuiſſet inſtitutus heres cui ampla fuerunt relicta prælegata, nam ea retinebit, & videndum erit totum cõſilium, *præcipuè n.* 23. & videnda etiam erunt dicta ſupra *num.* 5.

77 Et fideicommiſſario incumbet onus probandi, quod in prælegato contineatur maior pars bonorum, quia hoc eſt fundamentum ſuæ intentionis. Menoch. *conſil.* 884. *in fine.*

78 Declaratur quartò non procedere, quãdo extraneus eſſet grauatus, & ſubſtitutus filius teſtatoris, nam tunc & prælegata veniunt in fideicommiſſi reſtitutione, Din. *in l. Liberto. §. filium*, & ibi Bart. & Albet. *ff. de ann. legat.* Paul. Caſtr. *in l. cum virum*, & ibi Corn. & Iaſ. *nu.* 7. *C. de fideicom.* Paul. Caſtr. *in l. Marcellus §. quidam liberis*, & ibi Alexand. *num.* 2. dicit eſſe caſum perpetuò notandum. & Ruin. *nu.* 11. qui teſtatur de communi opinione *ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita num.* 44. vbi ait eſſe communem, & ibi Zanch. *part.* 5. *nu.* 175. & Alciat. *nu.* 7. *ff. eod.* Iaſ. *conſ.* 17. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 166. *nu.* 34. *conſ.* 209. *n.* 15. *& conſ.* 513. Roman *ſing.* 172. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *nu.* 4. vbi dicit eſſe communem, Craſſ. *in §. fideicommiſſum. qu.* 47. *in fine*, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *nu.* 47. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *nu.* 83. Mouentur illi per text. *in d. l. Liberto. § filium, ff. de ann. legat.* inducẽdo illum text. vt per Ruin loco citato, vbi etiam defendit ab impugnationibus Soc. diſſentientis, inductio autem eſt quæ deducitur ex præſumpta mente defuncti, collecta ex filiali dilectione, quod voluerit filio prælegata reſtitui, quæ ipſe extraneus habuit ex teſtamento. Accedat, quòd fauore filiorum multa ſpecialia in iure ſunt inducta, *l. cum auus, ff. de condit. & demon. l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.*

79 Cæterum in contrarium ſe habent alij, volentes nec tunc prælegatum reſtitui, ita Soc. ſen. *in l. Marcellus, §. quidam liberis n.* ... *ff. ad Trebell.* Ripa *in l. in fideicommiſſariam, §.* 1. *n.* 4. *ff. eod.* Coraſ. *in l. cum virum, num.* 46. & ibi Pad. il. *nu.* ... *C. de fideicom.* Tornicl. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num.* 4... *ff. ad Trebell.* Peregr. *d. art.* 7. *num.* 62. vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communem, Boer. *quæſt.* 280. *num.* 9.

Pro hac ſententia facit primo *l. cum pater, §. fidei tuæ, ff. de legat.* 2. à contrario ſenſu, ibi enim Iureconſul. ſentit, quod ſi verba non eſſent vniuerſalia, & de futuro, apta comprehendere futura prælegata, vxor reſtituere filiæ non teneretur; & ſi filialis amor non operatur, quod fideicommiſſum cõtra ordinem ſcripturæ ad poſtea relicta extendatur, minus operabitur, quod ad prælegata extendatur, quæ ex propria ſignificatione non comprehenduntur in fideicommiſſo ſub nomine hæreditatis relicto.

Secundo adducitur *l. Lucius, §. maritus in rationes decidendi, ff. ad Trebell.*

Et tenentes hanc opinionem dicunt nõ obſtare *l. liberto. § filium. ff. de annu. legat.* dicunt enim illius textus deciſionem habere ſuas particulares rationes, quod ſcilicet mater fuerit vocata in portionem filij ob eius imbecillitatem, & quod fauore filij dilata ſit reſtitutio hæreditatis, & ideo fructus medio tempore perceptos reſtituat; & ibi hæres erat fiduciarius quæ omnia operantur, vt ſicuti particulariter contra iuris regulas fructus ſunt reſtituendi, quod pariter & prælegata veniant in reſtitutione, quia aliàs malè conſultum fuiſſet filio, niſi & iſta cum reliquo hæreditatis reſtituerentur. Ad paternam charitatem reſpondent, per eam non eſſe alterandam vim verborum, & quod teſtator videatur dixiſſe, quod non dixit, appellatione enim hæreditatis, non venire legata ſupra dictum fuit, *num.* 63.

Ego quidem, cum tenentibus ſecundam opinionem, exiſtimo *d. §. filium*, non rectè probare primam ſententiam, non poſſum tamen ab ea diſſentire, & iudicando, & conſulendo ab ea non erit recedendum, cum ſit magis communis, & pro ea eſſet veriſimilis, & præſumpta mens teſtatoris, fundata in paterna charitate, præſumptio enim voluntatis teſtatoris, quæ colligitur ex affectione perſonarum potentior eſt cæteris, Soc. ſen. *conſ.* 23. *n.* 12. *lib.* 1. *& conſ.* 26. *n.* 4. *lib.* 4. & probatur maximè quando agitur de amore patris in filios *d. l. cum auus, & d. l. cum acutiſſimi.* Nec obſtat quod paterna charitas non mutet vim verborum, quia immò mutat *d. l. cum auus, l. generaliter, in princ. de inſtit. & ſubſtit. & l. is qui ducenta. §. item ſi pater, ff. de reb. dub.* Ad quod videnda erunt etiam plura quę congeſſit Ruſtic. *in d. l. cum auus, in proœm. cap.* 2. Quinimò dico, non mutari vim verborum, quamuis enim legata propriè non veniant appellatione hæreditatis, veniunt tamen impropriè, & largo modo dicuntur de hæreditate vt ſupra dictum eſt *nu.* 72. *verſic. nec obſtat.* Et ſi verba vniuerſalia operantur, quod in reſtitutione fideicommiſſi ſub nomine hęreditatis relicti veniant & prælegata, contra propriam ſignificationem verborum, vt dictum eſt ſupra *n.* 71. *& ſeq.* quãtò magis id debebit operari charitas patris in filiũ, quæ tantæ & fortioris eſt efficaciæ, nam ob charitatem paternam, quod non eſt ſcriptum habetur pro ſcripto, *d. l. cum auus cũ concord.* & ſic ex non dicto, & non ſcripto reſultat diſpoſitio, quanto ergo magis quando verba ſunt prolata, impropriãda erunt ſecundum veriſimilem mentem teſtatoris: ſed verba vniuerſalia nunquam trahentur ad effectũ, qui nõ colligatur ex verbis diſpoſitionis propriè, vel impropriè, vel lato ſumpto vocabulo, & ſic quando omninò verba deficiunt, quæ comprobare poſſem ex pluribus authoritatibus in fortioribus pro reſtrictione verborum vniuerſalium; ſed cum res pateat ad ſenſum non inſiſto.

Ad *l. cum pater, §. fidei tuæ ff. de leg.* 2. *& ad l. Lucius Titius, §. maritus, ff. ad Trebell.* pro ſecunda opinione adducta reſpondet Mantica *d. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 5. *verſic. multò minus. & num. ſeq.*

Declaratur quintò vt non procedat, quando teſtator iuſſit reſtitui ea, quæ in hæreditate remanerent, hoc enim caſu & prælegatum erit reſtituendum, cum remanere in hæreditate dicatur, Ruin. *conſ.* 116. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Rimin. ſen. *conſ.* 248. *n.* 16. Zanch. *in d. §. cum ita, parte* 5. *num.* 179. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *nu.* 48. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 74. *num.* 8. 80

Declaratur ſextò non habere locum, quãdo teſtator iuſſit reſtitui bona, & hæreditatem, tunc enim venirent prælegata in fideicomiſſi reſtitutione, Dec. *conſ.* 80. *& conſ.* 597. *col. pen. verſ. tertiò conſiderandũ.* Ruin. *conſ.* 116. *nu.* 1. *lib.* 2. Zanch. *in d. § cum ita, par.* 5. *nu.* 183. Pereg. *de fideicom. art.* 7. *n.* 35. cũ quibus & ego tranſeo, nam dum teſtator copulat bona, & hæreditatem, voluit diſpoſitionem ſtare augmentatiuè, & ampliatiuè, quia natura copulæ eſt vt ſtet ampliatiuè, *l. ea tamen adiectio, ff. de legat.* 3. & ibi Bart. Bald. *in l.* 1. *C. de verbo ſignif.* Socin. iun. *conſ.* 44. *n.* 4. *lib.* 4. Decian. *reſp.* 84. *num.* 12. *lib.* 3. 81 82

Contra tamen tenent alij, aſſerentes nec tunc prælegata includi in fideicommiſſo relicto in bonis, & hæreditate, ita Ceph. *conſ.* 379. *n.* 48. Decian. *cõſ.* 121. *n.* 1. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 86. *nu.* 66. *& ſeqq. & lib.* 4. *præſumpt.* 194. *num.* 40. 83

*num.*40.*& num.*49 Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.*74 *n.*75.

84 Exiſtimo tamen hanc controuerſiam pendere ab articulo, an iuſſus reſtituere bona, cenſeatur etiam iuſſus reſtituere prælegata: nam ſi tenemus negatiuam, quod non teneatur ad reſtitutionem prælegatorum, equidem verior eſſet ſecunda opinio, nam cum grauatus nec per bonorum reſtitutionem, nec per hæreditatis reſtitutionem teneatur prælegata reſtituere, vtriq; ſi iungatur ſimul vtrunque verbum, quod reſtituat bona, & hæreditatem, nõ erit facienda illatio, quod tunc plus contineatur in fideicommiſſo, quam ſi vnum tantum verbum eſſet appoſitum, ita Menoch. *d.conſ.*86.*n* 66.*& ſeqq.*

85 Sed quod grauatus reſtituere bona, non cenſeatur grauatus reſtituere prælegata, tenet ipſe Menoch. *d. conſ.*86.*n.*20.*& d præſumpt.*194 *n.*19. vbi allegat Corn. Ruin. Socin. ſen. & Zanch. addo Intrigl. *d.quæſt.*74.*n.*75. & dicam *limit.*11. Si verò tenere volumus opinionem quod grauatus reſtituere bona, cenſeatur grauatus reſtituere & prælegata, quam præſupponit pro abſoluta Peregr. *d.art.*7. *num.*35. equidem pariter tenenda erit opinio, quod grauatus reſtituere bona, & hæreditatem teneatur & prælegata reſtituere.

86 Declaratur ſeptimò non procedere, quando primus fideicõmiſſarius eſſet grauatus de reſtituendo alteri illa bona primo grauato prælegata, Menoch. *conſ.*232.*n.*40.

87 Declaratur octauò non procedere, quando mentio hæreditatis facta fuit ad extendendam ſubſtitutionem ſimpliciter factam, Zanch. *in d.§ cum ita part.*5.*n.*183. Menoch. *lib* 4. *præſumpt.*194.*num.*49. Intrigl. *d.cent.*3. *quæſt.*74.*num.*85.

88 Declaratur nonò non procedere, quando prælegatũ fuit relictum titulo, & iure inſtitutionis, quia tunc veniret in reſtitutione fideicommiſſi, Soc. iun. *in l.hæredes mei,§ cum ita n.*46. & ibi Zanch. *n.*447. *ſecundum veterẽ impreſſionem, ff ad Trebell.* Iaſ. *conſ.*89.*n.*2.*lib.*1. Curt. iun. *conſ.*13.*n.*5. Pariſ. *conſ.*94.*n.*53 *lib.*2. Ceph. *cõſ.*634.*n.*34. Dec. *conſ.*41.*n.*127 *lib.*1. Honded. *conſ.*71. *n.*27.*&* 28. *lib.*1. Menoch. *conſ* 86.*n.*8. vbi etiã *n.*74. tradit, an verbum, lego, pro verbo, inſtituo ſumi poſſit *conſ.*232.*n.*39. *conſ.*884.*n.*12.*& lib.*4.*præſumpt.*194.*n.*50. Peregr. *de fideicom.art.*7.*n.*50 Intrigl. *d.cent.*3.*q.*74 *nu.*86. Et ratio eſt, quia hæreditarius titulus conuenit & huic prælegato iure inſtitutionis relicto, nimirum ſi in reſtitutione hæreditatis continetur.

89 Declaratur decimò non procedere, quando heres, cui factum eſt prelegatum, fuiſſet etiam grauatus reſtituere propriam ipſius hæreditatem, nam tunc & prælegata continerentur, quia poſt aditionem hæreditatis teſtatoris facta ſunt proprium patrimonium heredis, & ſunt de eius hæreditate, ita Alciat. *reſp.*612. Zanch. *d.§.cum ita part.*5.*n.*187 Menoch. *d.præſumpt.*194.*n.*51. Intrigl. *d.quæſt.*74.*num.*87.

90 Declaratur vndecimò vt locum non habeat, quando teſtator prælegauit cohæredi portionem hereditatis, in qua ipſe cohæres fuerat prius inſtitutus, & grauatus, quia tunc prelegatum veniret in reſtitutione fideicommiſſi ſub nomine hæreditatis reſtituendi, Paul Caſtr. *conſ.*121. *viſa quadam petitione, col.*2.*lib.*1. Menoch. *conſ.*86.*n.*4. Zanch. *in d.§ cum ita part.*5.*n.*188. Intrigl. *d.cent.*3.74.*n.*88. Ratio eſt, quia portio prælegata capitur de dota portione hæreditatis, in qua grauatus fuit hæres inſtitutus, nimirum ſi dicitur quod portio hæreditaria reſtitui debeat a grauato reſtituere hæreditatẽ, diſſentit tamen Menoch. *lib.*4 *præſumpt.*194.*n.*52. Ea ratione, quia portio relicta iure prelegati extracta ex portione relicta in inſtitutione hæredis, non eſt amplius hæreditaria, ſed mutauit naturam, & grauatus dicitur eam habere iure legati, non inſtitutionis, nimirum ſi in fideicommiſſi reſtitutione non venit.

Limitatur nonò principaliter hic caſus, quando teſtator fecit fideicommiſſum his verbis, hæredem ſubſtituo, vel talis ſit hæres, quia tunc ſubſtitutio non comprehendit prelegata. ſubſtitutio enim cenſetur facta in hæreditate, in qua fuit heres ſubſtitutus, igitur ad legata particularia trahi non debet, cum vt dictum eſt, hæreditatis appellatione legata non contineantur, & cum ſint diuerſis nominibus appellata, & diuerſa cenſeri debent arg. *l.ſi idem,C.de codicil.* & ita in ſpecie ſcribunt Corn. *in l.cum virum.n.*14. *verſ. & prædicta procedunt, C.de fideicom.& in conſ* 91.*colum.*3 *in fine,lib.*1. Zanch. *in d.§ cum ita,n* 423.*ſecundum veterem impreſſionem,& ſecundum aliam.parte quinta,num.*150. Ceph. *conſ.*259. *num.*52.*lib.*2. Honded. *conſ.*62.*num.*21 *lib.*2. Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*194 *num* 42. Peregr. *de fideicom. art.*7. *num.*54. vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit.cent.*3.*q* 74.*num.*77. Declaratur tamen hæc limitatio multipliciter ex dictis pro declaratione præcedentis limitationis, quando ſubſtitutio eſt facta in hæreditate. Doctores enim parificant caſum, quando quis eſt ſubſtitutus hæres, & quando eſt ſubſtitutus in hæreditate. 91

Limitatur decimò, quando onus expreſsè adiungitur inſtitutioni, vt ſi dictum ſit, inſtituo Titium & Seium cum pacto ſubſtitutionis ſequentis, quod eis deficientibus ſine filijs, pars deficientis accreſcat cohæredi, nam cum ex his verbis onus ſit adiunctum portioni hæreditariæ, fideicommiſſum non contineret prælegata, Aret *conſ.*152.*col.vlt* Ruin. *conſ.*65.*nu.*16.*lib* 2. Zanch. *in d.§ cũ ita parte* 5.*n* 151.*&* 156 *ff.ad Trebell.* Menoc. *lib.*4.*præſumpt.*194.*num.*43. Intrigl. *d.cent.*3. *quæſt.*74. *num.*78. Peregr. *d.art.*7.*num.*43. 92

Limitatur vndecimò, quando teſtator iuſſit reſtitui bona, vel ſubſtituit in bonis, quia tunc prælegata non venirent, Corn. *in l.cum virum num.*13.*C.de fideicomm.* Bart. *in l. Marcellus,§ quidam liberis in fine*, & ibi Socinus ſen. & Claud. *colum.vlt.ff.ad Trebell.* Zanch. *in d.§. cum ita, num.*398.*verſic.quarta declaratio ſecundum veterem impreſſionem*, vbi teſtator de communi Ruin. *conſ.*120.*num.*13 *lib* 3. Menoch. *conſ.*86.*n.*20. *conſ.*884. *num.*10.*& lib.*4.*præſumpt.*194.*nu* 39. Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3.*quæſt.*74 *num.*74 & ſenſit Peregr. *d.art.num.*28. *in fine.* 93

Contrarium tamen tenent pro abſoluto Peregrin. & alij citati ſupra *n.*81. dum dicunt, quod ſi quis eſt rogatus reſtituere bona, & hæreditatem, quod & prælegata veniunt per adiectionem, bona, nam pro abſoluto eſt, quod grauatus reſtituere hæreditatem, non eſt grauatus reſtituere prælegata: & ſic grauamen in prælegatis reſultat, quia dictum erat quod bona reſtituerentur, & contra hanc limitationem tenent Barr. *in l. Scæuola, ff. ad Trebell* & Cuman. *in d.§.quidam liberis.*

Hæc tamen limitatio declaratur non procedere, quãdo verba vniuerſalia ſunt adiecta, quia tunc & prelegata venirent, vt ſi omnia bona ſit grauatus reſtituere, Bart. *in d.§.quidam liberis in fine*, & ibi Socin. ſen. *in fine*, Ruin. *d conſ.*120.*num.*13.*lib.*3. Menoch. *conſ.*884. *num.*19.*cum alijs adductis ſupra, num.*71. 94

Similiter non procederet in fideicommiſſo relicto pro conſeruatione agnationis, Menoch. *conſ.*232.*n.*43. Et in fortioribus, *conſ.*884.*num.*15. *in fine*. vbi allegat etiam Decian. *conſ.*41.*n.*134.*verſ tertio conſidero. lib.*1. & vide *infra num.*114. 95

Declarationes etiam plures colligi poterunt ex traditis ſupra ad declarationem limitationis octauæ.

Limitatur duodecimò, ſi deductis perceptis, aut retẽtis certis rebus quis grauatus eſt reſtituere, quia talia percipienda non veniunt in fideicõmiſſo, *l.in fideicommiſſi,§.cum Pollidius,ff.de vſur, l.acceptis. ff. ad leg.Falcid.§.* 96

*cid.§ ſi quis vna inſtit.tit.de fideic. hæredit. l.deducta,in princip.& in § nummis, & l. ſi patroni, §.quid ergo, ff.ad Trebell.*Peregr.*de fideicom.art.7.num.*12. vbi dicit eſſe veriſſimam, & infallibilem limitationem.

97 Limitatur decimotertiò, quando teſtator duo prędia prælegauit, & in fideicommiſſo vniuerſali vnum ex illis contineri voluit, nam tunc aliud excepiſſe cenſetur Menoch *conſ.86.n.25.& ſeq.*Peregr.*d.art.7.n.32* & hoc per regulam *l.cum prætor.ff.de iud.*

98 Limitatur decimoquarto, in prælegato facto ratione æqualitatis ſeruandæ. Peregr.*d.art.7.num.37.*cum alijs adductis ſupra *num.35.*

99 Limitatur decimoquintò, quando prælegatum relictum fuit ſub conditione,& fideicommiſſum vniuerſale relictum fuit purè, quia tunc pręlegatum non erit reſtituendum per ea quæ dicam *limit.ſeq.& quæſt.657. num.10.& ſeqq.*

100 Limitatur decimoſextò(& erit ferè eadem cum præcedenti) in prælegato in diem, vel conditionali, cuius dies vel conditio euenit poſt factam reſtitutionē, quia hoc remanet hæredi, Ripa *in d § cum ita,num.49.* & ibi Torniel,*n.43.*& Zanch. *n.343.ſecūdum veterem impreſſionem,* Dec.*conſ.80 col.1.* Peregr.*d.art.7.num.49.*

101 Ampliatur, vt nec ſufficiat ſecundum poſſibilitatem quod conditio prælegati potuerit verificari ante conditionem fideicommiſſi, quicquid euenerit, Torniel.*in d.§.cum ita num* 50. Peregr.*de fideicom art.8 n.18.in fine.* Sed quod ſufficiat ſecundum poſſibilitatem poſſe verificari quicquid euenerit, ſcribit Ruin.*d.conſ* 120. *n.14. lib.3.*& Zanch *in d.§.cum ita,nu.397.ſecundum primam impreſſionem.*

102 Sublimitatur primò, quando ratio à teſtatore expreſſa cōprehendit etiam futura. Ruin.*conſ.120.col.3.verſ. quo ad tertium lib.3.*Peregr. *dicto art.7. num.49.*

103 Sublimitatur ſecundò, quando verba eſſent vniuerſalia. Peregr.*d.art.7.num.49.* ſub dubio tamen, cum dicat contra tenere, Ripa *in d.§ cum,ita nu.49.* & Zanch. *num.384.*

104 Limitatur decimoſeptimò, quando prælegatum omnino fuit ſeparatum ab alijs ſuis bonis hæreditariis, Ruin.*conſ.65 num.16 lib.2.* Præt.*de interpr. vlt.volunt. fol.345 n.4 in fine.* & vide dicta ſupra *num.17.*

105 Limitatur decimooctauò in prælegato de eo quod non eſt in patrimonio teſtatoris, Corn.*conſ.114.ad finē. lib.3.*Præt.*de interpr.vlt. volunt.fol.345.n.4.in fine.*

106 Limitatur decimononò, quando teſtator iuſſit patrimonium, vel ſubſtantiam reſtitui, hęc enim verba idem operantur, ac ſi dictum eſſet, quod hæreditas reſtitueretur. Dec. *conſ 80.colum.1.* Ripa *in l. in fideicommiſſa-*

107 *riam, § vlt.colum.1. ff.ad Trebell.* Contra tamen tenent Corn. *in l.cum virum colum.2.C.de fideicomm.* & Ruin. *conſ.120.num.9.& ſeq.lib.3.*Peregr autem *d art.7.n.28.* approbat primam opinionem Dec ſed poſtea *num.57.* dicit eſſe veriorem ſecundam opinionem Cornei, de hac tamen limitatione videnda erunt dicta *ſupra limitatione vndecima*, & quæ ibi dicta ſunt pro declaratione:nam a pari procedunt in hac materia, quando quis eſt grauatus reſtituere bona; vel patrimonium, & ſubſtantiam *l nam quod §.vlt.ff.ad Trebell.*& dicit Peregr. *d.num.*18.

108 Limitatur vigeſimò, quando prælegatum eſt factum vni filio, & ſequitur inſtitutio de pluribus filijs, cum reciproco fideicommiſſo inter eos, quia ad hoc vt ſit æqualis amborum conditio, non venit prælegatum, quia ſic vnus plus conſequeretur ab alio, quam alter ab illo, ita ſcribit Peregr.*conſ.44.num.11. verſ.ſeptimo, libro 3.*

109 SECVNDVS caſus eſt, quando præcedit inſtitutio, & fideicommiſſum, & poſtea ſequitur legatum grauato factum, & hoc caſu Doctores communiter ſe habent; quod legatum huiuſmodi non veniat in reſtitutione fideicommiſſi Gloſ.*in l. Marcellus, §. quidam liberis,* & ibi Bart.Angel.Imol Roman.Alexand.Socin ſen.*col.2. in 4.limit.*& Claud.Seiſel.*colum.1.*vbi teſtator de communi opinione, *ff.ad Trebell.* Gloſ. *in l.cum virum*, & ibi Bald.Paul.Caſtr.Corn.*col.2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, & Padill.*num.21. C.de fideicom.* Bart. *in l.Titia,*& ibi Paul.Caſtr. & Alexand.*in primo not.ff. ad leg.Falcid.*Ripa *in l.hæredes mei,§.cum ita,num.48.*& ibi Zanch.*part.5.num.76.ff.ad Trebell.* Ripa *in d.l fideicommiſſarium, §. vlt.num.7.* Et conſulendo Anchar. *conſ.27. num.5.*Iaſ. *conſ. vlt.lib.4.* Socin. ſen.*conſil.31. num.8.libro 4.*Dec.*conſ.80.col.1 conſ.81.dubio tertio,& conſ.254.col.1.*Ruin.*conſ.113 num.11.& conſ.117.n.13. lib.2.*Pariſ.*conſ.118.num.15 lib.3.* Capr. *conſ.119.*Bero. *conſ.81.num.22. lib.2.* Crauet. *conſ.195. dubio quarto*, Natta *conſ.320.& conſ.321.* Tob. Non.*conſ.19.num.7.* Port.Imol.*conſil.6.num.27.* Roland.à Valle *conſil.34. num.7.lib.4.* vbi dicit ab hac conſulendo & iudicando non eſſe recedendum, eamque teſtatur eſſe communem, & plures refert idem affirmantes Ceph.*conſ.379. num.46.& conſ.634.num.32.*Decian.*conſ.3.nu.31.lib.1.* vbi dicit eſſe communem, Eugen. *conſ.88.nu.32.& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, Honded. *conſil.71. num.15 lib.1.* vbi teſtatur de communi, Menoch. *conſilio 86.num.21.& num.57.*vbi dicit eſſe receptam ſententiam.

Et in Tractatibus, Gomeſ.*variar.reſolut.tom.1 .cap.5. num.18* & ibi Suarez *in addit.n.14.* Craſſ.*in §.fideicommiſſum,q.47.n.4.* vbi aſſerit eſſe communem opinionē, Præt.*de interpr.vlt.volunt.fol. 345.nu.4.* Menoch. *lib.4. præſumpt.194.n.28.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Peregr *de fideic.art.7.n.63.* vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Intrigl *de ſubſtit.cent.3.quæſt 74.num.61.* Seraph.*deciſ.Rom.382.*

Probatur *in l.Titia, ff.ad leg. Falcid.* in qua patet ex ordine ſcripturæ primo iniunctum fideicommiſſum,& poſtea factum legatum,& ibi dicitur grauatum non teneri ad reſtitutionem legati, nec alia potuit eſſe ratio, niſi quia legatum eſt relictum poſt factam ſubſtitutionem, quamuis enim ibi fiat mentio hæreditatis, debuiſſet ſaltem reſtitui portio grauati, quam iure hæreditatio habebat vt ibi Bart.dicit & plenè dictum eſt ſupra *num.66.*& tamen nil reſtituitur,& propterea dicendum eſt id euenire, quia legatum relictum eſt poſt iniunctum grauamen fideicommiſſi, & ita conciliando *d.l.Titia,cum d l.in fideicommiſſariam,*dixit Peregr.*d. art.7.num.67.*

Secundo facit ratio, quod teſtator non videtur grauaſſe in eo quod non dedit, argum, *l lege, ff. de contrah. empt.*

Tertiò, Alexand.*in d.§.quidam liberis,* inducit text.*in d.l.Marcell.§ quidam liberis,à contrario ſenſu.*

Quartò, idem Alexand. adducit text.*in d § fidei tuæ,à contrario ſenſu,* ibi enim dicitur ordinem ſcripturæ non impedire cauſam voluntatis, quia verbis generalibus de ea apparebat, ergo ſi voluntas fuiſſet dubia, contrarium fuiſſet deciſum.

Quintò cum legata ſint relicta poſt fideicommiſſum, videntur ab eo excepta, & propterea in eo non includantur *d l.Lucius, §.pluribus, ff.ad Trebell.*

Sextò, quia iure ordo ſcripturæ plerunq; attenditur *l.2 §.prius,ff de vulg.l.cum ita,§.in fideicommiſſo.& l. cū pater,§ peto ff de legat.2. & l.quoties.ff.de vſufruc.*

Vltimò, quia fideicommiſſum eſt onus *l. cohæredi, §. cum filia, ff.de vulg.* ideo interpretatur vt minus contineat quam fieri poſſit *cap. odia,de reg iur.in 6.*

Cæterum alij tenent contrariam ſententiam, quod 110
legata

by Google

legata ſint reſtituenda etiam ſi legatum ſit factum poſt ſubſtitutionem. Imol. *in d. l. fideicommiſſariam. § fin. ff. ad Trebell.* ambo Rapha. & Sen. *in d. § quidam liberis.* Salic. *in l. cum virum col. 1.* & ibi Fulgoſ. & Coraſ. *nu. 39 C. de fideicom.* Cuman. *in d. l. Titia ff. ad Trebell.* Rip. *in d. l. hæredes mei § cum ita. n. 48* dicit hanc opinionem in ſtricta diſputatione defendi poſſe, & ibi Alciat. *nu. 7.* & Socin. iun. *n. 44.* Corn. ſentit *conſ. 228 n. 5. in fine lib. 4* Dec. *conſ. 80. n. 21. verſ. nō obſtat ergo,* Socin. iun. *conſ. 10 n. 36. conſil. 16. col. penul. conſ. 89 n. 5. & conſ. 107. nu. 36. lib. 4.* vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communē, Ceph. *conſ. 259 n. 39 & n. 69 lib. 2.* Dec. *conſ. 4. n. 137. lib. 1.* Mātica *de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 7. n. 1.* Fachin. *lib. 4. controu. iur. cap. 16.* vbi reprobat cum prædictis opinionem, & diſtinctionem, an legatum præcedat, vel ſequatur.

Adducitur primò text. *in l. talis ſcriptura in fine cum l. ſeq. ff. de legat. 1.* vbi clauſula, *quas pecunia legaui, &c.* trahitur etiam ad legata ſequentia.

Secundo allegatur *l. ſi Titius ex parte, ff. de leg. 3. iuncta d. l. Marcellus, § quidam liberis ff. ad Trebell.* in quibus iuribus ſtatuitur prælegata venire, & tamen *in d. l. ſi Titius* ſequebantur fideicommiſſum, & *in d. § quidam liberis* præcedebant, & ſic patet non eſſe facienda in differentiam, an legata præcedant, vel ſequantur, ſed fundamentum ſumitur ex ſola verborum proprietate; idque etiam colligitur ex *l. in fideicommiſſariam, § vlt. ff. ad Trebell.* Ego; quicquid ſit in ſtricta diſputatione, exiſtimarem, non eſſe conſulendo & iudicando recedendum è prima opinione, quæ receptior eſt, & pro ea ſtant Gloſ. Bartol. & alij Doctores maioris authoritatis, ita vt illis potius credendum ſit, quam de proprio ingenio confidere.

111 Prima opinio communis maximè procederet, ſi aliqua verba reſtrictiua addita eſſent, vt ſi dictum fuit, quòd cohæres reſtitueret dicta bona, vel dictam ſuam partem, Siluan. *conſ. 49. n. 21.* Soc. iun. *conſ. 107. num. 45. lib. 3.* Bero. *conſ. 11. n. 11. lib. 2.* Menoch. *conſ. 86. nu. 42 & lib. 4. præſumpt. 194. nu. 29.* Intrig. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. num. 63.*

Et idem ſi portionem hæreditatis, vel hæreditatem, quia eſſet grauatus reſtituere, nam prælegata poſtea facta reſtitueret, Alexand. *in l. Titia in primo not. ff. ad leg. Falcid.* Ripa *in l. hæredes mei. § cum ita. n. 37. & nu. 43.* & ibi Zanch. *part. 5. n. 153 ff. ad Trebell.* Anchar. *cōſ. 27. n. 5.* Soc. ſen. *cōſ. 31 n. 8. lib. 4.* Iaſ. *conſ. vlt. lib. 4.* Ruin. *con. 113. n. 11. & cōſ. 117. n. 13. lib. 2.* Pariſ. *cōſ. 18 n. 15. lib. 3.* Capr. *conſ. 115.* Rimin. ſen. *conſil. 248. col. vltim. lib. 1.* Soc. iun. *conſ. 16. col. vlt. & conſ. 89. col. 2. lib. 4.* Natta *conſ. 320. & conſ. 321.* Rolan. à Val. *conſ. 34. n. 7. lib. 4.* Port. Imol. *cōſ. 6. n. 27.* Cephal. *conſ. 634. n. 32.* Decian. *conſil. 3. nu. 31. lib. 1.* Eugen. *conſ. 88. n. 32.* Honded. *conſ. 71. n. 15. lib. 1.* Menoc. *conſil. 86. n. 21. & lib. 4. præſump. 194. in fine,* vbi teſtatur eſſe receptam, Peregr. *de fideicom. art. 7. n. 63. in fine,* vbi dicit eſſe communem opinionem, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 345. n. 4.* Intrigl. *d. cent. 3. q. 74. n. 59.* Rationem à fortiori adducit Menoch. nam ſi prælegata facta ante inſtitutionem, quæ veniunt in reſtitutione regulariter, vt in princ. dictum fuit, non tamen veniunt ſi relictum eſt fideicommiſſum ſub nomine hæreditatis vt in octaua limit. primi caſus, multò magis non venient prælegata relicta poſt fideicommiſſum ſub nomine hæreditatis, cum & ſimpliciter ſic relicta non ſint fideicommiſſario reſtituenda, vt *ſupr. n. 109.*

112 Ampliatur primò, & ſi hæres à teſtatore eſſet grauatus reſtituere bona ſua, nam tunc etiam prælegatū factum poſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam nō venit in reſtitutione fideicommiſſi, Bart. *in l. Marcellus, § quidam liberis,* & ibi Alexand. Soc. ſen. & Claud. Aquenſ. qui communem opinionem eſſe dicunt, *ff. ad Trebell.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cū ita part. 5. n. 84. ff. eod.* Ruin. *conſ. 20. col. 5. lib. 3.* Menoch. *conſil. 86. n. 20. & lib. 4. præſump. 194. n. 30.* Peregr. *de fideicom. art. 7. n. 64.* vbi teſtatur de communi opinione, Intrigl. *d. cent. 3. q. 74. nu. 64.* Ratio eſt, quia ſicuti ſub nomine hæred. tatis facto fideicommiſſo non veniunt prælegata *dict. l. Titia ff. ad leg. Falc. d.* & dictum eſt *in 8. limit.* ſic idem dicendum ſit facta ſubſtitutione ſub nomine bonorum, ad dicta *ſupra num. 93.* Contra tamen hanc ampliationem tenet Caualcan. *deciſ. 14. n. 2. verſ. 3. part. 3.*

Ampliatur ſecūdò, & ſi teſtator vſus fuit verbo, ſubſtituo ſimpliciter, Rip. *d. § cum ita, n. 36.* Menoc. *d. conſil. 86. n. 87.* Peregr. *d. art. 7. n. 64.* Sed contra tenet Caualcan *d. deciſ. 14. n. 13. part. 3.* 113

Ampliatur tertiò, etiam in fideicommiſſo facto pro conſeruatione bonorum in agnatione, quia nec in eo legata poſtea facta venient. Menoch. *conſil. 86. n. 15. & n. 93* Peregr. *d. art. 7. n. 65.* Contra tamē tenent Decian. *conſil. 41. n. 134. verſ. tertio conſidero, lib. 1.* quem refert, & ſequitur Menoch. *conſil. 884. n. 15 in fine,* & videantur dicta *ſupra n. 95. & infra num. 125.* 114

Ampliatur quarto, vt nec veniat portio, quam hæres grauatus iure hæreditario habuit, ex eo quia à ſe ipſo ſibi legari non potuerit, per text. *in dict. l. Titia. ff. ad leg. Falcid.* & ibi not. Paul. Caſtr. *in d. l. Marcellus, § quidam liberis in princip. ff. ad Treb.* Corn. *in l. cum virum, col. 2. C. de fideicomm.* Alex. *in l. in fideicommiſſariam, § vlt. ff. ad Trebell.* Zanch. *in d. § cum ita, n. 432.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 7. n. 66 & ſequenti.* 115

Limitatur primò hic caſus, quando verba ſunt vniuerſalia, vt ſi dictum ſit, reſtituat quicquid ad eum peruenerit, vel omnia bona, vel vniuerſum, aut totam hæreditatem, vel vſus ſit teſtator ſimilibus verbis vniuerſalibus, nam tunc & prælegata venient in fideicommiſſi reſtitutione, Gloſ. *in l. Marcellus, § quidam liberis,* & ibi Bart. & alij *ff. ad Trebel.* Gloſ. *in l. cum virum.* & ibi Bald. Salicet. Paul. Caſtr. Alexand. Iaſ. & alij, *C. de fideicomm.* Zanch. *in d. § cum ita part. 5. nu. 80.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Corn. *conſ. vlt. in princ. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 79. n. 4 lib. 2. & conſil. 18. n. 15. lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 17. n. 27. lib. 3.* Rimin. iun. *conſil. 59. n. 11. & n. 14.* Cephal. *conſ. 379. n. 2. & conſ. 734. n. 29.* Eugen. *conſ. 88. n. 15.* Menoch. *conſil. 482. nu. 41. & lib. 4. præſumpt. 194. num. 31.* vbi dicit eſſe receptam ſententiam. Gomeſ. *to. 1. variar. reſolut. cap. 5. n. 18* Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 47 n. 5.* vbi de communi opinione teſtatur, Peregr. *de fideicom. art. 7. nu. 23.* teſtatur eſſe communem opinionem *& n. 67 in fine,* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74 n. 65.* Surd. *deciſ. 269. nu. 8* Seraph. *deciſ. Rom. 382 n. 4* vbi teſtator dixerat reſtitui totam hæreditatem abſque aliqua retentione. 116

Probatur hæc opinio *in l. cum pater. §. fidei tuæ ff. de leg. 2. in l. Lucius. § tres hæredes ff. ad Trebell. & in l. cum virum, C. de fideicomm.* in quibus iuribus vis horum verborum vniuerſalium conſideretur, & rationes etiam adduxi *ſupra num. 72.*

Idque procedit ſiue in eiſdem, ſiue in diuerſis ſcripturis ſit factum fideicommiſſum, & legatum, vt ſi fideicommiſſum in teſtamento eſſet conſtitutū, & poſtea in codicillis factum legatum, text. eſt *in l. cum pater §. fidei tuæ ff. de legat. 2.* Peregr. *d. art. 7. n. 23. verſ. item fine,* vbi allegat Gloſ. Bartol. Salic. Caſtr. Corn. Iaſ. Pariſ. Zanch. Rimin. & Menoch. 117

Id autem intelligi primò debet, dummodo verba vniuerſalia ſint poſita in fideicommiſſo, non enim ſufficeret quod hæredis inſtitutio eſſet verbis vniuerſalibus facta, Angel. Iaſ. & Peregr. allegati *ſupra num. 73.* 118

Secundo hæc limitatio non procederet, quando in legato 119

legato facta eſſet particularis ſubſtitutio, nam hoc non contineretur in fideicommiſſo generali, licet verbis vniuerſalibus facto, ad dicta *ſupra n.* 39.

120 Limitatur ſecundò hic caſus, quando hæres fuit grauatus per fideicommiſſum conditionale poſt eius mortem, & poſtea factum ei fuit legatum in vita, quia tunc prælegatum erit reſtituẽdum, quaſi quod ex ordine intellectus præcedat legatum, & ſequatur fideicommiſſum, Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 49. *ff. ad Trebell.* Ruin. *conſil.* 120. *col.* 3. *verſ. venio nunc, lib.* 3. Menoch. *conſil.* 86. *n.* 7. 72. *& ſeq.* Contrarium tamen verum eſſe dixit Peregr. *de fideicomm. art.* 8. *n.* 18. vbi comprobat, & vide dicta *infra, q.* 657. *n.* 21. vbi dixi ordinem intellectus non ſcripturæ attendi iuribus ibi allegatis.

121 Limitatur tertiò ſi ſubſtitutio reſpiceret etiam futurum, vt quia ſit concepta per verba futuri temporis, nam poſtea relicta contineret, Alexand. *in d. §. quidam liberis, col.* 1. Capr. *conſ.* 109. Zanch. *in d. l. cum ita, part.* 5. *num.* 83. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *num.* 33. Peregr. *d. artic.* 7. *numero* 68. *in fine*, Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 74. *numero* 67.

122 Limitatur quartò quando hæres fuiſſet grauatus reſtituere portionem ſuam, & legatum, vel fideicommiſſum, hoc enim caſu legata ſequentia erunt reſtituenda, Ripa *d. §. cum ita. num.* 48. & ibi Zanch. *part.* 5. *num.* 86. Menoch. *d. præſumpt.* 194. *num.* 35. Intrigl. *d. quæſt.* 74. *numero* 69.

123 Limitatur quintò, quando hęres extraneus eſſet grauatus de reſtituendo filio teſtatoris, hoc enim caſu veniret legatum in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, Bart. *in d. §. quidam liberis*, Corn. *in l. cum virum, col.* 3. *ver. quod forte, Cod. de fideicom.* Zanch. *d. §. cum ita, par.* 5. *n.* 87. Iaſ. *conſ.* 175. *lib.* 4. vbi aſſerit communem eſſe opinionem. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 4. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 47. *in fin.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *n.* 38. Peteg. *de fideicom. art.* 7. *n.* 67. *in fi.* Intrig. *d. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 70. de hac tamen limitatione videnda erunt dicta *ſupra num.* 78. *& ſequentib.* vbi de veritate diſcutitur.

124 Limitatur ſextò, quando legatum continet maiorẽ partem bonorum, vt quando teſtator poſt inſtitutionẽ, & fideicommiſſum diuiſiſſet omnia bona, vel maiorem partem eorum inter inſtitutos per viam legatorũ, quia tunc ſuccederent legata in locum portionum hæreditariarum *l. quid ergo*, & ibi Caſtr. notat *ff. de legat.* Bald. *in l. cum virum. n.* 9. *C. de fideicom.* Zanch. *in d. §. cum ita, num.* 398. *ſecundum veterem impreſſionem, & ſecundum nouam, par.* 5. *num.* 81. Corn. *conſ.* 228. *num.* 4. *lib.* 4. Pariſ. *conſil.* 18. *nu.* 17. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 114. *col. penult. lib.* 2. *& conſ.* 152. *n.* 6. *lib.* 2. Ceph. *conſi.* 259. *n.* 59. *& conſ.* 379. *n.* 10. Eugen. *conſil.* 88. *n.* 19. 20. Honded. *conſ.* 71. *n.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. Chriſtoph. Torniol. *conſ.* 95. *n.* 3. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 47. *n.* 6. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, And. Gail. *lib.* 2. *obſeruat. Pract. obſeruat.* 135. *n.* 2. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 345. *n.* 4. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 194. *n.* 32. Peregr. *d. art.* 7. *nu.* 68. Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 74. *nu.* 66. Ruſtic. *in l. cum auus. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 9. *ff. de condit. & demonſt.* Caualcan. *deciſ.* 14. *n.* 12. *part.* 3. & quæ dixi *ſupra n.* 74. *& ſeqq.*

Idem & fortius, quando non reſtituto pręlegato inutilis eſſet diſpoſitio, Seraph. *d. deciſ.* 382. *n.* 4. *&* 5.

125 Maximè, ſi fideicommiſſum eſſet ordinatum fauore agnationis, Dec. *conſ.* 41. *nu.* 134. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 71. *n.* 37. *lib.* 1. Peregr. *d. art.* 7. *n.* 38. Menoch. *conſil.* 884. *n.* 15. *in fine.*

126 Maximè, ſi teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum legatorum, Dec. Honded. & Peregr. *locis ſupra ſtatim relatis.*

127 Maximè, ſi pro portionibus filiorum iure hæreditario bona aſſignata eſſent, Honded. *conſi.* 71. *n.* 28. *&* 32. *lib.* 1.

Hæc tamen limitatio procedit, ſi prælegata ſunt facta æqualiter cohæredibus, vel paruus ſit exceſſus, ſecus ſi magnus eſſet exceſſus, quia tunc non cenſetur pars hæreditatis, nec in fideicommiſſi reſtitutione venirent, Bartol. *d. l. Marcellus, §. quidam liberis*, & ibi alij communiter, *ff. ad Trebell.* Bart. *in l. quid ergo la piccola, ff. de petit. hæredit.* Capr. *conſil.* 64. *num.* 23. Pariſ. *conſil.* 94. *num.* 51. *lib.* 2. Eugen. *conſil.* 88. *num.* 139. *& ſequent.* vbi dicit, onus probandi paritatem legatorum incumbere dicenti. 128

Et idem eſt, ſi in contrarium appareret de voluntate teſtatoris, vt quia præſeruaſſet à fideicommiſſo legata, Eugen. *d. conſil.* 88. *num.* 141. 129

Limitatur ſeptimò, ſi ſubſtitutus grauato fuiſſet grauatus de reſtituendo illam rem legatam alteri, nam in neceſſarium antecedens eſſet illi reſtituenda, Menoch. *conſil.* 232. *num.* 40. 130

Sed quid ſi dubium eſſet, an prælegatum contineatur in fideicommiſſo? hoc caſu erit iudicandum non contineri, Pariſ. *conſil.* 79. *num.* 25. *lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 107. *num.* 50. *lib.* 3. Honded. *conſi.* 92. *n.* 30. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 44. *num.* 5. *lib.* 3. *& in tract. de fideic. art.* 7. *nu.* 22. & dixi *ſupra num.* 26. 131

Non omitto, quod ſi teſtator extra teſtamentum declaraſſet voluntatem ſuam, quod reſtitueretur prælegatum, quod illa attendi deberet, & ſi ſolis duobus teſtibus voluntas eſſet probata, Seraph. *deciſ. Rom.* 382. *num.* 6. 132

QVÆSTIO DCLI.

Datum hæredi cauſa conditionis implendæ, an veniat in reſtitutione?

QVÆRO, an datum hæredi cauſa implendę conditionis veniat in reſtitutione fideicõmiſſi? Et non venire probatur *in l. qui hæredi, §. hæreditas, ff. de condit. & demonſtrat.* Bart. *in l. Marcellus. §. quidam liberis, n.* 5. & ibi Imol. *n.* 3. Soc. ſen. *num.* 7. & Ruin. *n.* 3. *ff. ad Trebell.* Coraſ. *in l. cum virum, n.* 81. & ibi Padil. *n.* 30. *C. de fideic.* Odd. *de compend. par.* 5. *q.* 3. *præmiſſ. num.* 10. Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro* 7. *titul.* 7. *nu.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 196. *n.* 2. *& ſeq.* Peregr. *de fideicom. art.* 6. *n.* 39. Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *q.* 74. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Legata, vel fideicommiſſa particularia renunciata, vel caduca facta, vel aliter inutilia non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, ſed remanent hæredi. contra num.* 3.

Maximè, ſi ſubſtitutio facta eſt in alijs bonis, vel in reſiduo bonorum vel exceptis legatis, num. 7. *contra num.* 8.

2 *In fideicommiſſo vniuerſali non veniunt legata aliàs particulariter relicta.*

4 *Legata effecta caduca peruenire dicuntur ad grauatum titulo hæreditario.*

5 *In reſtitutione fideicommiſſi venit quicquid ad grauatum peruenit iure hæreditario.*

6 *Augmentum ſapit naturam principalis.*

9 *Reſidui appellatione, vel reliqui venit totum id, quod alius capere non poteſt.*

10 *Legatorum vbi ſit mentio, intelligitur de legatis validis, nonnullis.*

11 *Actus qui non habuit effectum dicitur nullus.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO DCLII.

Legata, vel fideicommiſſa effecta caduca repudiata, & inualida, vtrum remaneant hæredi vel ſint fideicommiſſario reſtituenda?

1 QVAERIMVS: teſtator fecit legatum, vel fideicommiſſum reliquit in parte bonorum ſubſtituendo vnum: poſtea fecit fideicommiſſum vniuerſale ad fauorem alterius: ſi legatum, vel fideicommiſſum particulare fuit repudiatum, vel factum caducum, vel inualidum, an iſtud ſit reſtituendum fideicommiſſario vniuerſali, an verò remaneat pænes hæredes grauati? Quod non ſit reſtituendum, tenent Gilfred. de Caball. *inter conſil. Martian. Forli. conſil. 61. num. 24.* refert, & ſequitur Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 354. num.* 2. & Cephal. *conſil. 231. lib.* . qui conſuluit in caſu quo filio erat facta ſubſtitutio de vno de certa poſſeſſione, ſi intra trigeſimum ætatis ſuæ annum deceſſiſſet, & quandocunque ſine filijs deceſſiſſet, ſubſtituit alios in quibuſcunque alijs ſuis bonis: euenit caſus, quod filius deceſſit poſt trigeſimum annum ſine filijs, ſubſtituti vniuerſales petebant omnia bona, etiam poſſeſſionem illam relictam particulari ſubſtituto in caſum mortis illius intra trigeſimum annum, & tenuit hanc poſſeſſionem non venire in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.

2 Pro hac opinione facit primò, quia in vniuerſali fideicommiſſo non venit id, quod fuit alteri particulariter relictum, *l. alimenta, §. baſilica, ff. de alim. & cib. legat. l. vxorem, §. fideicommiſſo ff. de legat. 3. l. quoties in ſecundo reſp. C. famil. erciſc.* Iaſ. *conſil. 170. num. 2. & in fine*, ergo legata, vel fideicommiſſa alteri particulariter relicta non erunt fideicommiſſario vniuerſali reſtituenda, & ita arguit Cephalus *dicto conſilio 231. num. 5.*

Secundò accedit, quod teſtator cenſetur minus grauare hæredem, quam fieri poſſit, *l. vnum ex familia, §. ſi rem ff. de legat. 2.* Crauet. *conſil. 25. num. 24. & conſil. 26. num. 7.* & alibi ſæpe. Et fideicommiſſum dicitur odioſum, & contra fideicommiſſarium in dubio eſt iudicandum, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg.* Iaſ. *in l. ex tribus, Cod. de inoffic. teſtam.* Alciat. *conſil. 529. numero 15. & ſequent.* Crauet. *conſil. 181. num. 1. & in fine.* At hæres minus erit grauatus ſi legatum, vel fideicommiſſum caducum, & inualidum non reſtituetur fideicommiſſario, ergo &c.

3 Contrariam ſententiam probarunt Corn. & alij relati à Peregr. *deciſ. 99. numer. 19.* & in fortioribus, Surd. *deciſ. 269. & alij infra relati, num. 8.* Pro qua opinione Corn. adducit *l. Papinianus cum ſua materia ff. ad Trebell.* & quæ tradidit Bart. *in l. cum hæres deductis ff. eod.* & Bald. *in l. cum virum, in lectura Paduana, Cod. de fideicomm.* Et rationem ibidem ſubdit Peregr. quia legata pro non ſcripta, & caducata, quia facta ſunt inualida & inutilia, non minuunt, nec minuere poſſunt hære-
4 ditatem. Accedat, quod legata vel fideicommiſſa ſic vt ſupra relicta peruenerunt ad grauatum titulo hæreditario, *l. ſi ita quis hæres, ff. de hæred. inſtit.* & ibi Bald. Angel. & Imol. Alexand. *conſil. 102. n. 7. lib. 6.* Zauch. *in l. hæredes mei, § cum ita, par. 5. n. 19. verſ. tertiam prorſus,* Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interp. 1. dub. 2. ſolut. 1.*
5 *num. 3.* Surd. *conſ. 265. n. 8. & dict. deciſ. 269. n. 4.* Atqui grauatus fideicommiſſo vniuerſali tenetur reſtituere quicquid ad eum peruenit titulo hæreditario, *l. in fideicommiſſariam ff. ad Trebell.* Angel. *conſil. 287. num. 3.* Cuman. *conſil. 70. n. 5.* Peregr. *de fideic. art. 6.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8.* Becc. *conſil. 4. n. 9.* Ceph. *conſil. 271. nu. 42.* Craſſ. *in § fideicommiſſum q. 47.* ergo huiuſmodi prælegata, vel fideicommiſſa venient in reſtitutione fideicommiſſi. Vlterius, legata inutilia, caduca facta, vel repudiata augent hæreditatem *d. l. ſi ita quis hæres.* At augmentũ ſapit naturam ſui principalis *l. vtram,* 6
& ibi Bart. Bald. & alij, *C. de iur. dot.* Burſat. *conſil. 120. n. 4.* Surd. *conſ. 177. n. 35.* & hæc opinio retinenda eſt.

Maior difficultas pro fideicommiſſario eſt quando 7
à fideicommiſſo vniuerſali legata, vel fideicommiſſa particularia ſunt excepta, vt ſi poſt facta legata, vel fideicommiſſa particularia dixit, in alijs bonis ſubſtituere, vel ſubſtituere in alijs bonis, exceptis legatis, &c. vel dixit, ſubſtituo in tali poſſeſſione Petrum, & in cæteris bonis, vel reſiduo bonorum Antonium: nam & in huiuſmodi formulis ſubſtitutionum pro hærede grauato, vt retineat legata & fideicommiſſa caduca, vel repudiata, vel inutilia, tenet Ceph. *d. conſ. 231.* in caſu relato *ſupra n. 1.* Mouetur, quia ſubſtitutio erat facta in alijs bonis, per quæ verba cẽſentur excluſa prius diſpoſita, allegat Son ſen. *conſ. 300. col. 3. verſ. tertio principaliter,* idque confirmat: nam legata, & fideicommiſſa prius relicta non continentur ſub ſubſtitutione facta de omnibus, & quibuſcunque alijs bonis, Alex. *conſ. 25. col. vlt. verſ. ſed quando teſtator, lib. 1.* Pariſ. *conſ. 79. nu. 21. lib. 2. & conſil. 41. num. 5. lib. 3.* & pro hac opinione faciunt adducta *ſup. q. 650. n. 24. & ſeqq.*

Verum probabilior eſt ſententia in vtraque formula 8
ſubſtitutionum, de quibus ſupra, vt ſcilicet fideicommiſſario ſint reſtituenda legata, & fideicommiſſa caducata vel repudiata, & quando ſubſtitutio eſt facta in reſiduo, vel in reliquo ita tenet Raph. Cuman. *conſ. 115. Antonius dub. 0. primo,* Paul. Caſtr. *cõſ. 4. 6. ſuper primo, lib. 2.* Peregr. *de fideic. art. 9. n. 6.* vbi hoc tenet & ſi certum corpus ſit exceptum à reſiduo contra Cuman. qui ſic videbatur ſentire in hoc caſu, quando certum corpus eſt exceptum. Adducit Peregr. pro hac opinione, quod 9
hæc verba, reſiduum, reliquum, continent illud quod alius non capit, aut capere non poteſt: & hoc ex propria ſignificatione vocabuli, *l. cæterorum.* & ibi Alciat. *ff. de verb. ſignif.* & ante Roman. *ſing. 15.*

Et quando teſtator ſubſtituit in alijs bonis, vel ſaluis prædictis legatis, vel exceptis legatis, &c. quod legata caduca, inualida, & repudiata ſint fideicommiſſario vniuerſali reſtituenda, latè per Surd. *deciſ. 269.*

Pro hac ſententia plura vrgent, primò text. *in l. cum* 10
hæres deductis legatis. ff. ad Trebell. vbi hæres grauatus reſtituere hæreditatem legatis deductis non retinet ea legata, quæ peti non poterant, & ibi Gloſ. in his noſtris terminis dicit, legata huiuſmodi eſſe ea, quæ ſunt facta caduca, & Bart. ibi in Summario dicit, quod legatorum deductio intelligi debet de legatis validis, non de inualidis, ſequuntur Angel. Paul. Caſtr. & Imol. ibi, ex quibus colligitur, quod dum teſtator mentionem facit de legatis intelligi debet de validis, non de inualidis, Paul. Caſtr. *conſil. 50. lib. 2.* vbi dixit, quod iuſſus ſoluere omnia legata, intelligitur de validis non de inualidis, idem ſcribit Natt. *conſ. 402. nu. 55.* Verba enim diſpoſitionum ſunt cum effectu intelligenda, *l. 1. § hæc verba ff. quod quiſq. iur.* & paria ſunt, aliquid non eſſe factum, vel effectum non habuiſſe, *l. 1. § nihil. ff. de inoffic. teſtam.* & actus qui non poteſt habere effectum, dicitur nullus, Iaſ. *in l. vlt. ff. de off. aſſeſſ.* Surd. *conſ. 3. num. 15. & ſequent.*

Secundò facit *l. ſi ita quis hæres ff. de hæred. inſtit.* vbi 11
inſtitutus in omnibus fundo excepto, iure hæreditario capit etiam fundum, & ibi Bald. vult quod legata continentur in inſtitutione, licet ſint excepta, ſequuntur Angel. & Imol. At grauatus fideicommiſſo tenetur reſtituere quicquid hæreditario titulo ad eum peruenit,

l. in

l.in fideicommiſſariam, ff.ad Trebell. & dixi *ſup.num.*5.

Tertiò, facit ratio, quia teſtator, quando à ſubſtitutione excepit legata, credidit quod legatarius haberet legatum, & ideo excepit ne videretur ea includi voluiſſe in fideicommiſſo *ad l.vxorem.§.de fideicommiſſo, ff.de legat.*3 cum allegatis à Ceph. *conſil.*231.*nu.*5. non autem excepit vt ea remanerent hæredis, quia ſi cogitaſſet legatū non habiturum effectum, aliud diſpoſuiſſet, & propterea debet haberi pro expreſſo, Gloſ.*in l. tale pactum in fin ff de pact.* Tiraq.latè *in l.ſi vnquam, in Præfat.n.*56.*C.de reuoc.donat.* Pariſ.*conſ.*16.*nu.*43.*lib.*3. Rolād.à Valle *conſ.*97.*n.*18.*lib.*2.Menoch.*conſ.*14.*n.*12. Pedem.*deciſ.*64.*in fine*. Quod maximè procedere debet,quando eadem viget ratio, Bald. *conſil.*95.*lib.*4. Tiraq.*de retract. conſang.§.*2.*gloſ.*1.*n.*19. Pariſ. *conſil.* 10. *n.*24. *& conſil.*66.*n.*63.*lib.*3. Soc.iun. *conſil.*228.*n.*190. *lib.*1.Crauet.*conſ.*62.*nu.*14.Menoc *de arbit.ind.caſu* 63. *n.*10. At hic non poteſt conſiderari ratio cur teſtator voluiſſet grauare hæredem reſtituere fideicōmiſſario omnia bona, & non legata effecta caduca, inualida, vel repudiata, maximè quando fideicommiſſum vniuerſale eſſet maioris valoris quam legatum, vt hęc omnia ponderat & Surd. *d.deciſ.*269.*n.*18.*verſ. quinto dicitur.*

Non obſtat quæ dicta ſunt de dictione, alijs: nam vltra ea quæ dicta ſunt *d.q.*650.*nu.*18. *& ſeqq.* reſpondetur etiam, quod ſi contraria procederent, non per hoc inferri poſſet ad caſum, de quo agitur, nam aliud eſt quando agitur de prælegato facto hæredi, aliud quando de legato facto tertio: nam quando fit prælegatum hæredi, colligitur mens teſtatoris, quod voluit hæredem illud prælegatum præcipuum habere, & quod eſſet ab hæreditate ſeiunctum, nec illud venire in reſtitutione fideicommiſſi, quia alias fruſtra illud ſeparaſſet à cæteris bonis. Sed quando fit legatum tertio, illud ex teſtatoris mente ſeparatur ab hæreditate, non vt hæres habeat,ſed vt habeat tertius legatarius,& non aliter, cum autem legatarius non habet, legatum non auget hæreditatem, & tanquam augmentum aſſumit naturam ſui principalis, *d.ct.l.etiam*, & ita reſpondet etiam egregiè, Surd. *dict.deciſ.*169.*n.*15.*verſ.reſpondeo ſecundo.*

Alia videantur *q.*495.*in quarto, & quinto caſu.*

SVMMARIVM.

1 *Ex vulgari ſubſtitutione obuenta hæreditas reſtitui debet fideicommiſſario.*

Maximè, quando quis eſt coactus adire hæreditatem, num 2.

*Ampliatur etiam in grauato reſtituere portionem ſuam, num.*3.

*Limitatur in grauato purè reſtituere, quia portionem cohæredis poſtea repudiantis non reſtituet, n.*4.

4 *Cohæredis repudiantis tertio non venit reſtituenda fideicommiſſario,cui purè facienda eſt reſtitutio.*

5 *Legitima & Trebellianica, an detrahatur de portione cohæredis repudiantis?*

QVAESTIO DCLIII.

Ex vulgari ſubſtitutione obuenta hæreditas, an veniat in fideicommiſſi reſtitutione?

1 VIDIMVS in præcedentibus, an prælegata relicta hæredi, vel tertio repudiata, vel facta caduca veniant fideicommiſſario reſtituenda, nunc agendum eſt, quid ſit dicendum de hæreditate obuenta grauato ex vulgari ſubſtitutione? Et Doctor.communiter tenent, quod ſit fideicommiſſario reſtituenda, ita Bart. *in l. Marcellus,§. quidam liberis,num* 8.& ibi Imol.Comenſ.Soc.ſen.*n.*8. & Claud. *num.*6.*ff.ad Trebell.* Bald. *in l.cum virum*, & ibi Coraſ.*n.*96.& Padill. *n.*55.*C.de fideic.* Iaſ.*conſil.*175. *lib.*2.Curt.iun.*conſil.*13.Ruin.*conſil.*94.*n.*9.*&* 13.*lib.*2. *& cōſil.*128.*n.*17.*lib.*3 vbi dicit ita omnes tenere. Capra *conſil.*7.*ad fin.& conſil.*49.*colum.n.*2. Ceph.*conſil.*256. *n.*50. Surd. *conſil.*58.*n.*9.*& ſeqq.lib.*4. Peregr.*conſil.*46. *n.*1.*lib.*1.*cōſil.*109.*n.*2.*lib.*3.*& in tract. de fideicom.art.*8. *num.*1.vbi teſtatur de communi opinione, Dilect.*de arte teſtan.tit.*5.*cap* 28.*num.*2.Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.*17.*tit.*6.*num.*7. Craſ. *in §.fideicommiſſum, q.*48.*n.*1. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Præt. *de interpr. vlt. volunt.fol.*345.*n.*3. Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3. *q.*74.*num.*159.

Maximè autem procederet hæc ſententia in eo, qui coactè adiuit, quia nullum commodum apud eum remanere debet,*l.apud Iulianum*, *§.*1.*& l.ita tamen,§.qui ſuſpectam.ff.ad Trebell.& §.ſed quia ſtipulationes, in fine, inſtitut.de fideicom. hæred.* & ita tenent Bart. *in dict. l. Marcellus § quidam liberis,num.*8. vbi dicit tunc non habere dubitationem, Mantica *d. lib.*7.*tit*......*num.*7. Menoc.*de præſumpt.*193.*n.*3.Peregr.*d.art.*8.*n.*1. Intrig. *d.q.*74.*n.*159. 2

Ampliatur procedere, etiam quando quis eſt grauatus reſtituere portionem ſuam, quia totum intelligitur ſua portio, per text. *in l.*1 *§.id quod ex ſubſtitutione, & in l.in ratione.§.quæſitum.ff.ad leg.Falcid. & in l. ſi tu ex parte.ff.de acq.hæred.* & ita ſcribunt Bart. *in d §.quidam liberis,n.*8.Mantica *d.lib.*7.*tit.*6.*num.*7. Menoch. *d.præſump.*193 *n.*3 .*in fin.* Peregr.*d art.*8.*n.*1. 3

Limitatur non procedere,quando hæres purè, & ſtatim reſtituere fuit grauatus, quia quod poſtea ad eum ex cohæredis repudiatione peruenerit, non eſſet fideicommiſſario reſtituendum, Imol. *in l.Marcellus, §.quidam liberis*,& ibi Comen.& Claud.Seiſel.*n.*6 *ff.ad Trebell.* Rip.*in l. hæredes mei, §.cum ita, num.*49.& ibi Zanch.*n.*394.*ff.eod.* vbi dicunt id procedere & ſi verba ſint geminata, & prægnantia, Padill. *in l.cum virum, n.*36.*C.de fideicom.*Menoch.*d.præſumpt.*193.*n.*4.Pereg. *d.art.*8 *num.*8. Intrigl.*d q.*74.*n.*160. & videatur *quæſt. ſeq.num.*14. 4

Legitima autem & Trebellianica, an & pro portione cohæredis detrahantur? videndi erunt Peregr.*dict. art.*8.*num.*3.*vſque ad n* 8. Surd. *conſil.*458.*n.*20.*&* 27. *& conſil.*541.*n.*28.*& ſeqq. & n.*35.*lib.*4. 5

SVMMARIVM.

1 *Quod ex iure accreſcendi obuenit grauato hæredi venit in fideicommiſſi reſtitutione.*

*Ampliatur,& ſi portio accreſcens non fuiſſet grauata, num.*3.

*Ampliatur,& ſi inſtitutus in re certa ſit fideicommiſſo grauatus, & illi accreſcat tota hæreditas,n.*41. *contra n.*7.*limit.n.*10.11.12.

*Limitatur, quando inſtitutio in re certa datus eſt ſubſtitutus in illa re, quia ſi fiat vniuerſalis hæres, non reſtituet niſi rem,in qua fuit datus ſubſtitutus, num.*12.

*Limitatur, quando ius accreſcendi habuit locum poſt factam reſtitutionem,n.*14.

2 *Ius accreſcendi eſt tacita quadam ſubſtitutio.*

5 *Subſtitutio ita ſe habet ad ſubſtitutum ſicuti inſtitutio ad inſtitutum.*

6 *Ius accreſcendi eiuſdem eſt rationis,cuius eſt principale, declara n.*9.

8 *Verbum obliquum adiectum certæ rei non trahitur ad vniuerſitatem.*

8 *Subſti-*

8 *Subſtitutio in re certa facta verbis obliquis non trahitur ad vniuerſitatem.*

10 *Subſtitutio verbis communibus facta in re certa non trahitur ad vniuerſitatem.*

15 *Legitimam in portione accreſcente, an detrahat filius grauatus fideicommiſſo?*

QVÆSTIO DCLIV.

Quod ex iure accreſcendi conſequutus eſt hæres, an veniat in fideicommiſſi reſtitutione?

1 PRAECEDENTI proxima eſt inſpectio, an in fideicommiſſi reſtitutione veniat portio, quam ex iure accreſcendi conſequutus fuit hæres grauatus? Et quod veniat probatur *in l. Papinianus. ff. ad Trebell.* & ibi Scribentes ſic determinant Bart. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, num.* 7. & ibi alij communiter, *ff. eodem*, Bald. *in l. cum virum, col. 2. C. de fideicomm.* Rub. Alexand. *conſ.* 156. *nu.* 3. Bardell. *conſ.* 16. *nu.* 44. Surd. *conſ.* 458. *num.* 18. *lib.* 4. Peregr. *conſ.* 109. *n.* 3. *lib.* 3. *& in tract. de fideicom. art.* 8. *nu.* 4. Gomeſ. *variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 5. *nu.* 19. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 8. Craſſ. *in § fideicommiſſum, q.* 48. *n.* 4. vbi dicit eſſe communem opinionem. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 161. Pręt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 345. *n.* 3. *in fine*, & in fortioribus relati *infra nu.* 4. *&* 13.
2 Et facit ratio, quia ius accreſcendi eſt tacita quędã ſubſtitutio, *l. ſi Titio, §. Iul. ff. de legat.* 2 Bald. *conſ.* 379. *n.* 1. *in fine, lib.* 4. At in præcedenti quæſtione dictum fuit in reſtitutione fideicommiſſi venire obuenta ex vulgari, ergo &c. Vlterius portio accreſcit portioni, non perſonæ *l. ſi totam ff. de acq. hæred. & l. ſi Titio §.* 1. *ff. de vſufr. accreſc.* Et in portione accreſcentes, is cui accreſcit perinde habetur, ac ſi hæres ſcriptus fuiſſet, *l. ſi in teſtamento, iuncta l. cum filio, ff. de vulg.*

3 Ampliatur hæc ſententia, quamuis portio accreſcens non fuiſſet grauata, quia aſſequitur naturam portionis, cui accreſcit *d. l. Papinianus.* Bart. *in dict. §. quidã liberis, verſ. quæro an id*, Peregr. *de fideic. art.* 8. *nu.* 4.

4 Difficilior autem eſt quæſtio, quando quis eſt inſtitutus in re certa, & fideicommiſſo grauatus, an ſi ei obueniat tota hæreditas, vel quia non habeat cohæredem, vel quia cohæres noluit, vel non potuit adire, quo caſu pro vniuerſali hærede habetur *ad l.* 1. *§. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtitut.* & in fideicommiſſi reſtitutione tota hæreditas veniat, an ſolum res illa certa, in qua fuit inſtitutus? In quo articulo diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta inſtituto in re certa, & ſic non eſt reſtricta ad rem, de qua in inſtitutione, & hoc caſu ſunt opiniones, nam Bart. *in l. cogi, §. ſed & ſimiles, ff. ad Trebellianum*, per illum textum tenet, quod fideicommiſſum ſit vniuerſale, & quod totum ſit reſtituendum fideicommiſſario, ſequuntur Bald. *conſ.* 296. *præmittendum eſt, lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 72. *col. penultima, lib.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 5. *num.* 33. *& ſequentibus*, & vult procedere etiam, quod ſubſtitutio ſit facta per verba merè obliqua. Et ratio eſt, quia ſicuti inſtitutio detracta mentione rei certæ eſt vniuerſalis, pariter, & fideicommiſſum debeat eſſe vniuerſale, fideicommiſſaria enim ſubſtitutio eſt ſequela inſtitutionis, & vti ab ea informata erit vniuerſalis. vnde incrementa latentia, quæ ex legibus accreſcunt rebus fideicommiſſarijs, ad fideicommiſſarium
5 pertinent, Peregr. *dicto art.* 5. *n.* 36. Vlterius, ſicuti ſe habet inſtitutio ad inſtitutum, ſic ſe habet ſubſtitutio ad ſubſtitutum, *l. in ratione, §. ſi filio, ff. ad leg. Falcid.* & ita arguit poſt Bald. & Iaſ. Peregr. *dicto art.* 5. *num.* 35. Ac- 6
cedat, quod ius accreſcendi eiuſdem eſt rationis cuius eſt & principale, *l. inter ſocerum, §. cum inter ff. de pact. dotal.* Mantica *lib.* 7. *tit.* 6. *nu.* 10.

Contra autem in ſubſtitutione obliquis verbis fa- 7
cta, tenent Imol. Cuman. Paul. Caſtr. & Alexand. *nu.* 2.
in dicto §. ſed & ſimiles. Ratio eſt, quia verbum obli- 8
quum adiectum certæ rei non trahitur ad vniuerſitatem, *l. cogi, §. & generaliter, ff. ad Trebellianum*, Bart. per illum text. *in l. his verbis, ff. de hæred. inſtitut.* & ibi alij, Bart. & alij *in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill.* Alexan. *conſ.* 177. *num.* 8. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 1. *lib.* 3. Mantica *dicto lib.* 7. *tit.* 6. *nu.* 12. *verſ. at in caſu*, & plenè alibi dictum fuit in materia compendioſæ. Et cum hac opinione ego tranſeo: nam alia eſt ratio, quod inſtitutioni in re certa facta debeat eſſe vniuerſalis iuxta *dict. §. ſi ex fundo*, alia quod fideicommiſſum cenſeri debeat vniuerſale, nam inſtitutio trahitur ad vniuerſum, quia ius noſtrum non patitur, quod quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *l. ius noſtrum, ff. de regul. iur.* quæ ratio ceſſat in fideicommiſſo, quod poteſt fieri tam in tota hæreditate, quam in parte & in ſingulis rebus, *l. ſi totam, ff. de acquir. hæred. §. primo, verſ. poteſt, inſtitut. de fideicom. hæred. & tot. tit. de ſing. reb. per fideicom. relict.* & ſæpe apud Peregr. *de fideicom. art.* 5. vbi tractat materiam, quando fideicommiſſum ſit vniuerſale, & quando particulare, de qua & ego
dixi ſupra *quæſt.* 268. Nec obſtat, quod ius accreſcendi 9
eiuſdem ſit rationis, cuius eſt principale, quia id procedit, niſi diuerſa ſit ratio, *l. qui fundum, §.* 1. *ff. pro empt.* Corn. *conſ.* 240. *nu.* 4. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *in gloſ.* 18. *num.* 59. Mant. in terminis noſtris *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 6. *nu.* 10. *in fine*: qui etiam *n.* 21. ſubdit quod inſtitutio in re certa, quando trahitur ad totum detracta mentione rei certæ non procedit ex iure accreſcendi, ſed iure conuerſionis.

Prima Bart. opinio facilius procederet, ſecundum 10
Peregr. *dicto art.* 5. *num.* 36. *verſ. & Bart. traditio*, quando ſubſtitutio eſſet facta per verba directa, vel communia, quia hæc augent vim ſubſtitutionis, & allegat Bald. & Iaſ. *locis pro prima opinione relatis.* Sed contra in verbo communi, tenet Mantica *dict. tit.* 6. *nu.* 12. *verſ. at in caſu propoſito*, vbi allegat *dicta l. cogi, §. & generaliter*, & Din. & Imol. in quibus locis habetur, quod verbum commune non trahitur ad vniuerſam hæreditatem.

Admitterem tamen opinionem primam, quando 11
hæres inſtitutus in re certa, fuit non in re certa, ſed in vniuerſa hæreditate, quæ ei obueniebat grauatus & ita Alexan. *in dicto §. ſed & ſimiles, num.* 2. *verſ. poſſet tamen ſaluari.*

Secundus caſus eſt, quando inſtitutio eſt facta in re 12
certa, & inſtitutus eſt grauatus illam rem certam reſtituere, nam licet non habeat cohæredem, & ſuccedat in totum, & hoc caſu non teneretur, niſi illam rem reſtituere, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 6. *nu.* 9. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art.* 5. *num.* 36. rationes autem ſunt, quas deduxi ſupra *num.* 8. 9.

Ex prædictis autem colligitur, quid dicendum ſit, 13
quando datus fuit hæres in re certa, nec illis facta eſt ſubſtitutio, & alius hæres vniuerſalis, cui impoſitum ſit fideicommiſſi grauamen, an is teneatur reſtituere portionem inſtituti in re certa ad eum iure accreſcendi peruentam, & pro ſubſtituto tenent Corn. *conſ.* 35. *num.* 23. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 94. *num.* 43. *lib.* 1. quos refert & ſequitur Menoch. *conſ.* 528. *nu.* 13. *verſ quartò, & nu. ſeqq.* & eſt vera opinio, quæ comprobatur ex dictis ſupra in diſcurſo huius quæſtionis.

Declarantur autem prædicta, quando ius accreſcen- 14

di habuit locum poſt factam reſtitutionem grauato, Did. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fideicom. ſubſt. num.* 7., vbi refert diſſentientes & pro declaratione faciunt dicta *quæſt. præced. nu.* 4 *& quæſt. ſeq. nu.* 16.

Legitimam autem an detrahat hæres in portione accreſcente, dixi *quæſt. præced. in fine*.

SVMMARIVM.

1 *Ex pupillari ſubſtitutione obuenta tenetur reſtituere grauatus, quando teſtator hoc expreſsè diſponit.*

2 *Ex pupillari ſubſtitutione obuenta reſtituit grauatus, quando per verba vniuerſalia eſt grauatus.*

3 *Ex pupillari ſubſtitutione habita non reſtituit grauatus reſtituere bona teſtatoris, & non bona pupilli.*

4 *Ex pupillari ſubſtitutione obuenta non reſtituit grauatus reſtituere bona ſua contra nu. . & nu. 6.*

7 *Hæres præſumitur minus grauatus, quam fieri poſſit.*

8 *Ex pupillari ſubſtitutione habita quando ſubſtituto pupillariter decedente ſine filijs teſtator alium ſibi per fideicommiſſum ſubſtituit, non veniunt in fideicommiſſi reſtitutione.*

9 *Ex pupillari ſubſtitutione habita ſunt fideicommiſſario reſtituenda, quando prius facta eſt pupillaris, & poſtea ſequitur fideicommiſſaria contra alij ibid. ampl. & limit. num. ſeqq.*

13 *Ex pupillari ſubſtitutione obuenta non ſunt fideicommiſſario reſtituenda, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria ex interuallo facta eſt vltimo decedenti.*

14 *Subſtitutio facta poſt mortem pueritium vltimo morientis cenſetur facta ſolum in eius portione.*

15 *Ex pupillari ſubſtitutione habita ſunt fideicommiſſario reſtituenda, quando pupillariter ſubſtitutus non habet portionem in inſtitutione.*

16 *Ex pupillari ſubſtitutione habita non ſunt fideicommiſſario reſtituenda, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt pura, ampliatur n. 17. & 18.*

19 *Ex pupillari ſubſtitutione habita reſtituit grauatus per fideicommiſſum, quando coactè adiuit hæreditatem.*

20 *Pupillariter ſubſtitutus fideicommiſſo grauatus, vtrum detrahat legitimam, & Trebellianicam.*

QVÆSTIO DCLV.

Ex pupillari ſubſtitutione obuenta an veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

SEQVITVR vt videamus, an obuenta hæreditas ex pupillari ſubſtitutione ſit à grauato reſtituenda fideicommiſſario? In quo articulo diſtinguo plures caſus vna cum Menoch. *lib. 4. præſumpt. 74.* eiuſque dictis plura addam pro completa cognitione huius difficilis diſputationis.

1 Primus caſus eſt, quando teſtator expreſsè impoſuit ſubſtituto grauamen reſtitutionis in bonis etiam pupilli, & omnes vno ore concludunt reſtituenda eſſe omnia obuenta ex pupillari ſubſtitutione *l. quod Iulianum, §. idem Iulianus, ff. ad Trebell. l. ſi fundum per fideicommiſſum § vlt.* alias eſt *l. ſi Titio*, & ibi Bart. Alexand. Iaſ. *n.* 14. & alij communiter *ff. de legat.* 1. Coraſ. *in l. cum virum, nu.* 89. *C. de fideic.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 74. n. 2.* Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 74 nu.* 165. Peregr. *de fideic. art.* 8 *n.* 37. & in fortiori alij relati *in ſequenti caſu*. Et ratio eſt, quia in teſtamentis voluntas teſtatoris totum facit, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat.* & de hoc etiam plura dicta ſunt ſupra *quæſt.* 300.

2 Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutus pupillaris non eſt per expreſſum grauatus reſtituere bona pupilli, ſed tamen teſtator eum grauauit per verba vniuerſalia, vt quando dixit, quod reſtituat omnia, & integra bona, vel alijs verbis ſimilibus ſit vſus teſtator, & hoc caſu etiam bona pupilli erunt fideicommiſſario reſtituenda, Bald. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* & ibi Fulgoſ. & Paul. Caſtr. Rip. *in l. Centurio, numer.* 120 *ff. de vulgar. & pupill.* Coraſ. *in l. cum virum nu.* 89. *verſ. idem C. de fideicom.* Ruin. *conſ.* 52. *num.* 7. *& conſ.* 58. *nu.* 18. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 7. *n.* 28 *lib.* 2. Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 7. *tit.* 6 *num.* 15 *in fine* Craſſ. *in § fideicommiſſum quæſt.* 8. *nu.* 2. Menoch. *de præſumpt.* 74. *nu.* 3 Intrigl. *d. quæſt.* 74. *nu.* 164. Peregr. *dict. art.* 8 *n.* 37. Fundamentum huius opinionis eſt, vis vniuerſalium verborum, quæ important vt nil videatur excluſum, & per quæ cenſentur etiam incluſa ea, quæ aliàs non includerentur.

Tertius caſus eſt, quando ſubſtitutus pupillo expreſſim eſt grauatus reſtituere teſtatoris bona, non autem pupilli, & tunc dubium non eſt, quod pupilli bona non erunt reſtituenda, *l. ita tamen. §. qui ſuſpectam*, & ibi Angel. Imol. *num.* 7. Alexand. *num.* 6. *ff. ad Trebell.* Menoch. *d. præſumpt.* 74. *n.* 4. Peregr. *d. art.* 8. *n.* 37. *verſ. aut vſus fuit verbis particularibus*, per reg. *l. ſi vnus, §. ante omnia ff. de pact.* 3

Quartus caſus eſt, quando ſubſtitutio non eſt particulariter facta in bonis pupilli, nec particulariter pupilli bona ſunt excepta, ſed teſtator dixit, grauatum reſtituere bona mea, vel hæreditatem meam, vel dixit, ſubſtitutio in bonis meis, vel in hæreditate mea, & hoc caſu ſunt opiniones, alij enim tenent bona pupilli non eſſe reſtituenda fideicommiſſario. Angel. *in l. ita tamen, § qui ſuſpectam*, & ibi Imol. & Claud. Aquenſ. *num.* 5. *verſic. & pro hoc dico ff. ad Trebellianum*. Aret. *in l. qui duos, ff. de vulg. & pupill.* Coraſ. *in l. cum virum, numer.* 89. *C. de fideicomm.* Linan. Coſt. *in cap. ſi pater, parte 3. in verbo & de illis n.* 10. *de teſtam. in 6.* Bald. *conſ.* 279. *caſus talis eſt*. Zeno. *col. vlt. lib.* 1. Ruin. *conſ.* 52. *nu.* 7. vbi loquitur etiam, quando verba vniuerſalia ſunt addita, vt ſi dixit, reſtituat omnia bona ſua, *conſ.* 58. *nu.* 18. *lib.* 2. *& conſ.* 120. *n.* 12. *lib.* 3. Menoch. *cō.* 681. *dub. o tertio & dicta præſumpt.* 74 *num.* 5. Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 7. *tit.* 6 *num.* 15. *in fine*. Peregr. *de fideicom. art.* 12. *n.* 52 Prat. *de interpretat. vltimarum volunt. folio* 366 *num.* 10. Ratio eſt, quia pupilli bona non ſunt nec de bonis, nec de hæreditate teſtatoris, quemadmodum etiam bona paterna quoad legitimam, & Trebellianicam non poſſunt dici teſtatoris, ſed bona ſunt pupilli, quia facta ſua per aditionem hæreditatis, iuxta *l.* . *§. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ.* vnde ſicuti hoc caſu bona propria pupilli puta materna non ſunt reſtituenda, pariter non erit reſtituenda legitima in bonis patris, effecta per aditionem hæreditatis propria filij. 4

Alij autem ſe habent in contraria ſententia, quod adhuc veniant bona pupilli, licet teſtator dixerit ſubſtituere in bonis ſuis, vel in hæreditate ſua, ita Cuman. *in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam*, & ibi Paul. Caſtr. *in lect. Paduana*, & Alexan. *colum. penult. ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *conſ.* 239. *pro declaratione col. vlt. lib.* 2. Corn. *conſ.* 182. *col. vlt. lib.* 2 *& conſ.* 142. *col.* 2 *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 116. *nu.* 7. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 36. *n.* 39. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 471. *nu.* 41. repetito *in conſ.* 515. *nu.* 46. Peregr. *de fideicom. art.* 8. *nu.* 38. vbi dicit eſſe receptiorem opinionem, Intrig. *de ſubſtitut. centuria* 3. *quæſtione* 74. *nu.* 165. Ratione mouentur, quia hæreditas pupilli dicitur hæreditas patris mediante perſona pupilli, *l. ſi ita, §. qui filio, ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. l.* 1. *in principio*, *iuncta l. pater familias, ff. de vulgar.* Et licet bona paterna cæperint eſſe bona pupilli per aditionem hæreditatis, & propterea 5

non

non veniant appellatione ſuorum, attamen à principio fuerunt paterna, & attento primordio veritatis rectè dicuntur ſua, *d.l.cum filius,§.hæres ff. de legat.* 2. & ita reſpectu bonorum paternorum, quod veniant ſuorum appellatione augumentantur, Alexand. Caſtr. Ruin.& Peregr. qui etiam *verſic.quo autem ad propria* dicit, quod & hæc comprehenduntur ſub titulo hæreditatis paternæ *per dict.§.qui filio*, vbi reprobat Paul.Caſtrenſ.qui circa hæc aliter ſenſit.

6 Ego ſentio veriorem eſſe primam opinionem, quia verè bona pupilli non poſſunt dici bona teſtatoris: nec quicquam mouet *dictus §. qui filio*, in quo Peregr. poſt alios facit fundamentum: nam ibi dicitur quod ſubſtitutio eſt pupillaris, licet teſtator dixerit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius ſit mihi hæres, ac ſi addita non eſſet dictio, mihi, hoc autem fit, quia illa dictio, mihi, reputatur vitioſa, & tanquam talis tollitur de medio, & ratio rationis eſt, quia ex coniecturis reſultantibus ex verbis teſtatoris apparebat teſtatorem voluiſſe facere potius pupillarem, quam vulgarem, vt ſcribunt Doctor. *in l.2.ff. de vulgar.* Intrigl. *de ſubſtitut.centuria prima,q.* 86.*n.*70. *& ſequentibus*, at in caſu iſto dictio, ſua vel mea, non poteſt iudicari vitioſè appoſita, ſed bene ad affectum, quod ſubſtitutio fideicommiſſaria non includat bona pupilli. Immo *in dicto §. qui filio*, habetur quod bona pupilli non dicuntur bona teſtatoris, ibi *ita bonorum eius*.

7 Ad quod facit etiam, quia in dubio capienda eſt interpretatio, vt hæres cenſeatur minus grauatus quam fieri poſſit. Menochius *conſil.*329.*numero nono*. Mantica *de coniectur. vltimarum voluntatum, libro nono tit. primo, n.* 5.Præt.*de interpretat. vltimarum voluntatum, fol.*306.*numero vigeſimoſecundo, & ſequentibus, & ſol.* 33.*ſolut. vndecima. & duodecima*, rurſus Menochius *libro quarto, præſumpt.* 106.Sic etiam diximus ſupra *q.*650.*in fine*, prælegata non contineri in fideicommiſſo in dubio iudicandum eſſe. Et confirmatur ex dictis in ſequenti caſu, quando ſubſtitutus vltimus eſt ſubſtitutus ſibi teſtatori ſcilicet.

8 Quintus caſus eſt, quando teſtator pupillo ſubſtituit extraneum, & illo decedente ſine filijs ſibi ſubſtituit alium extraneum: ex quo enim ſubſtitutio eſt facta ſibi, cenſetur facta ſolum in bonis teſtatoris, nec propterea bona pupilli erunt reſtituenda, Eman. Coſt. *in cap.ſi pater, in verbo de illis, num.* 20. *de teſtam. in ſexto* Menochius *dicta præſumpt.*74.*num* 6.

9 Sextus caſus eſt, quando præceſſit ſubſtitutio pupillaris, & poſtea ſequitur ſubſtitutio fideicommiſſaria, & hoc caſu bona pupilli erũt reſtituenda fideicommiſſario Bart.*in l.ita tamen, §.qui ſuſpectam, n.* :. & ibi Alex. *colum. antepen.* & alij communiter *ff.ad Trebell.* Eman. Coſt. *in cap. ſi pater, in verb. de illis, nu.*29. *de teſtamen. in* 6. Anchar. *conſ.*27.*nu.*5.Comen. *conſ.*123. *colum.*2. *verſ. ſed in propoſito*, Ruin.*conſ.*21.*n.*12. *& conſ.*120.*n.* 14.*lib.*3.Pariſ.*conſ.*16.*n.*54.*&* 57.*& conſ.*86.*n.*39.*lib.*2. Ceph.*conſ.*471.*n.*41.*& ſeqq.repetito,conſil.*513.*n.*46.*& ſeq.*Sur.*conſ.*458.*nu.*2.*& conſ.*541.*nu.*26.*lib.*4.vbi teſtatur de communi opinione, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*4.*tit.*6.*n.*14.*& ſeq.* vbi ſcribit eſſe receptam ſententiam, Craſſ. *in § fideicommiſſum, q.*48.*nu.*2.Præt. *de interpret.vltim.volunt.fol.*345.*num.*3. Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*74.*nu.*7.vbi de communi teſtatur, Intrigl.*d.cent.* 3.*qu.*74.*n.*1·5.Peregr.*d.art.*8 *n.*57.

Probatur hæc opinio *l. qui fundum, §. qui filios, ff. ad leg.Falcid. & arg l. Scæuola in fine*, & ibi Bart.*nu.*5.*ff.ad Trebell.* Præterea ſi prælegata quæ ante fideicommiſſum ſunt facta veniunt in fideicommiſſo, vt dictum eſt *q.*650.& tamen ſunt ſeparata ab hæreditate, fortius veniet pupillaris ſubſtitutio, quæ eſt portio paternæ hæreditatis *l.ſi ita, § qui filio ff. de bonor. poſſ.ſecun. tab.* & ita arguit Peregr.*d.art.*8.*n.*57.*in fine*.

Verum alij aliud voluerunt, quod ſcilicet pupilli bona non veniant in reſtitutione fideicommiſſi, Bald. *in l.ex tribus ex mente Ruinerij, numero quinto C. de in offic.teſtamen. & conſ.*103.*paulò poſt principium lib.*4. Coraſ.*in l.cum virum, n.*85.& ibi Padill.*nu.*33. *C.de fideicom.* Ruin.*conſil.*118.*nu.*19.*libro ſecundo*, Mouentur *per l coharedi § cum filio ff. de vulgar.& pupill.* vbi in fideicommiſſo filio iniuncto non veniunt bona propria filij. Vlterius quod capitur ex ſubſtitutione pupillari, capitur tanquam ex teſtamento pupilli, ergo &c.ita Bald.*art.d.conſ.*103.

Exiſtimo temerarium eſſe conſulendo, & iudicando recedere à prima opinione, quæ receptiſſima eſt, & verior. Non obſtat *dicta l.coharedi.§.cum filio*, nam illa loquitur de fideicommiſſo iniuncto filio, nos verò de fideicommiſſo impoſito ſubſtituto, & certum eſt, quod ſubſtitutus poteſt plus grauari, quam filius, *l. ſi fundum per fideicommiſſum, § vltimo ff.de legat.primo, iuncta l.quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtamen.* & conſtat plenè ex dictis *ſupra quæſt.*298.*& ſequentibus*.

Non obſtat ratio, quod bona pupilli capiantur ex teſtamento pupilli, reſpondetur enim, quod pater poteſt nihilominus ſubſtitutum grauare, vt dixi *dicta quæſtione* 298.& dum prius fecit pupillarem, & poſtea ſubſtituto pupillari dat alium ſubſtitutum per fideicõmiſſum ex ordine ſcripturæ, & intellectus, cenſetur patrem voluiſſe grauare ſubſtitutum in bonis filij.

Ampliatur communis opinio, ſiue ſubſtitutio ſit facta verbis vniuerſalibus ad dicta ſupra *numero ſecundo*, ſiuè indefinitè, & ſimpliciter, vt ſi dixit, ſubſtituo in bonis, ita poſt Bart. Imol. Cuman. Caſtr. Alexand.Claud.Anchar.Corn.Ruin. Bertaz. & Boer.ſcribit Peregrinus *dicto articulo octauo, nu.*37.*& articulo duodecimo nu.*49. ſubſtitutus enim capit bona pupilli ex iudicio teſtatoris, vnde & in ſequenti ſubſtitutione copulata facilè dicendum eſt, vt & pupilli bona contineantur *ad l.cum de lanionis, §. aſinam, & l.tertia, §. vltimo, ff. de fund. inſtruct.* & ita arguit Peregr. *d.artic.* 12.*nu.*49.*in fine*. 10

Limitatur primò, quando ſubſtitutio eſt facta particulariter in bonis teſtatoris. Peregr. *d.art.* 8.*n.*57.& dictum eſt ſupra *in tertio, & quarto caſu*. 11

Limitatur ſecundò, quando quis eſt grauatus in ſua hæreditatis portione, nam ab eo quæſita ex pupillari non venirent in reſtitutione fideicommiſſi, cum non includatur niſi id, in quo fuerat grauatus inſtitutus *l. Marcellus. §.quidam liberis. ff.ad Trebell. l. ſi. Titio, ff. de legat. tertio*, Bero.*conſ.*79.*n.*15. *& ſequenti, lib.*4. Cephal *conſ* 471.*in fine*, & in fortioribus relati *in ſequenti limitatione*, & videnda erunt quæ in his terminis dixi de prælegatis, *quæſtione* 650. an veniant in fideicõmiſſi reſtitutione, ab eis enim arguitur ad quæſita ex pupillari ſubſtitutione, ita Ceph. *loco citato*, & Peregr. *dict.art.*8.*num.*37.*in fine*. 12

Limitatur tertiò, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt facta vltimo morienti, & ſubſtitutus non eſt de deſcendentibus teſtatoris, ſed extraneus, nam hoc caſu pupilli bona non venirent in reſtitutione, ſed remanerent apud grauatum, nam ſubſtitutio vltimo morienti ſimpliciter facta, in eius tantum portione facta intelligitur, Bero.*conſ.*79.*num.*11.*vſque ad nu.*34.*lib. ſecundo*, Ceph.472.*num.*44.Mantica *de coniect. lib.*7.*tit.* 6 *n.*15.*verſ.ſed tamen*. Ratio eſt, vt dixi, quia ſubſtitutio facta poſt mortem plurium vltimo morienti in portione ſua cenſetur facta, Bart. & alij *in l. vel ſingulis, ff de vulgar.* Socin.ſen.*in l.hæredes mei, §. cum ita, columna ſecunda, in quarto caſu.ff. ad Trebell.* Bero.Ce- 13 14

phal. & Mantica *ſupra citati*. Sed tamen Peregrinus *dict. art. 8. num. 37.* videtur abſolutè diſtinguere, & hoc caſu, quod ſi ſubſtitutio ſit facta verbis vniuerſalibus, vel indefinitè, & ſimpliciter pupilli bona contineantur, ſi verò ſubſtitutio ſit particulariter facta in bonis teſtatoris non comprehendantur.

15 Septimus caſus vltra Menoch. eſt, quando hæres fideicommiſſo grauatus non fuit in aliqua parte inſtitutus, ſed ſolum fuit pupillariter ſubſtitutus, & hoc caſu commodum pupillaris ſubſtitutionis pertinebit ad ſubſtitutum per fideicommiſſum, ne fruſtra videatur facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, Bald. *in l. cum virum C de fideicom.* Bero. *conſil. 79. num. 28. verſic. in caſu vero Bald. in lib* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 6. num. 15 ante finem, verſic. & hoc ſanè intelligitur*, Pereg. *de fideicommiſſ. artic. 8. num. 24.* vbi dicit rationem eſſe, quia omnia bona pupilli vndecunque quæſita pertinent ad ſubſtitutum pupillarem. *l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff de vulgar. & pupill.* & cum pupillaris ſubſtitutio dicatur teſtamentum filij, *l. patris, & filij. ff de vulgar.* omnia continentur in fideicommiſſo vniuerſali, perinde ac ſi pupillus inſtituiſſet pupillariter ſubſtitutum, & eum per fideicommiſſum grauaſſet, hic tamen caſus declarandus erit ſecundum dicta ſupra, & etiam ſecundum *dictam quæſtionem* 300.

16 Octauus caſus vltra Menoch. eſt, quod fideicommiſſum eſt purè relictum, & hoc caſu non poteſt in eo contineri commodum pupillaris, quod pendet à futuro euentu, ſcilicet ſi pupillus moriatur in pupillari ætate, ſecundum enim ordinem intellectus præcedit fideicommiſſum, quod ſtatim mortuo teſtatore reſtitui debet, & ſequitur ſubſtitutio pupillaris, quæ vt dixi non habet locum, niſi purificata conditione, quod pupillus moriatur in pupillari, nec refert, quod ex ordine ſcripturæ præcederet pupillaris. & ſequeretur fideicommiſſaria, quia præualet ordo intellectus, de quo apparet, *l. cum pater, §. fidei tuæ; ff. de legat. ſecundo*, ita tenent per illum textum Bartol. *in dicto §. qui ſuſpectam*, & ibi Angel. Imol. Cuman. Paul. Caſtrenſ. Alexand. & Claud. Seiſell. Peregrinus *dict. artic. 8. num 35.* Mantic. *dict. lib. 7. tit. 6. numer. 14. verſic. proinde Bart.*

17 Ampliatur primò, & ſi caſus pupillaris ante fideicommiſſi reſtitutione veniſſet, Peregrin. *dict. artic. 8. num. 31.* vbi Zanch. poſt alios *in l. hæredes mei, § cum ita, num. 384. ff ad Trebell.* qui tamen loquuntur de ſubſtitutione fideicommiſſaria, de qua & ego dicam *quæſt. ſequent. ab hac 2. num. 13* & videnda etiam erunt dicta *in quæſtione præcedenti, num. 14. & quæſtione illi antecedenti num. 4.*

18 Ampliatur ſecundò, & ſi fideicommiſſum eſset relictum per verba vniuerſalia, Peregr. *d. artic. 8. num. 35. in fine*, & quæ dicam *quæſt. ſeq. num....*

19 Nonus caſus eſt cum Menoch. quando ſubſtitutus pupillariter, & per fideicommiſsum grauatus fuit coactus adire hæreditatem, hoc enim caſu pupilli bona tenebitur reſtituere, Bart. *in d. l. ita tamen, § qui ſuſpectam, num. 1* & ibi Angel. Alexand. *col. antep* & alij communiter. *ff ad Trebell.* Coraſ. *in l. cum virum, num. 88. C. de fideicommiſſ.* Bald. *conſil. 316 lib 5.* Ruin *conſ. 118. nu. 19. lib. 3.* Gomeſ. *var. reſolut tom. 1. cap. 5. num. 17.* Mantica *de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 6. nu. 14.* Craſs. *in §. fideicommiſſum, qu. 48. num. 2.* vbi dicit eſse communem opinionem Menoch. *lib. 4. præſumpt. 74. in fine.* Intrig. *d. cent. 3. qu. 74 num. 162.* Peregr. *de fideicomm. art. 8. num. 32.* Prædicti tamen intelligunt diſtinguendum, prout diſtinguit I. C. *d. § qui ſuſpectam*.

20 Legitimam autem, & Trebellianicam poſſitne detrahere grauatus, videndi erunt Craſs. *in § fideicommiſſum, quæſt. 9. in fine*, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 193. nu. 5.* Peregr. *dict. artic. 8 num. 24. vſque ad nu. 42. & art. 12. num. 42. & ſeqq. & conſil. 46. lib. 1.* Caualc. *deciſ. 3. par. 3.* Surd. *conſil. 458. & conſil. 541. num. 27. verſic. 3. lib. 4.* & quæ dixi *quæſt. 148 & qu. 300.*

QVÆSTIO DCLVI.

Ex directa militari ſubſtitutione obuenta, an in fideicommiſſi reſtitutione veniant?

SVCCEDIT quæſtio, quid dicendum ſit de directa militari ſubſtitutione, an ſcilicet ex ea habita ſint fideicommiſsario reſtituenda? Receptiſſima eſt opinio, quod ſint fideicommiſſario reſtituenda, quam probarunt Bartol. *in l. Marcellus, §. quidam liberis*, & ibi Alexand. *colum. penult.* Socin. ſen. *num. 9* qui de communi teſtatur, & Claud. Seiſell. *num. 2. ff. ad Trebell.* Padil. *in l. virum, numer. 29. C. de fideicomm.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 6. num. 16.* Pereg. *de fideicommiſſ. artic. 8. numer. 46.* vbi pariter aſserit eſse communem opinionem, Menoch. *lib. 4 præſumpt. 193. num. 6. verſic. primus, eſt & præſumpt. 195. nu. 11. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi portio habita à cohærede venit in reſtitione fideicommiſſi. quando præcedit fideicommiſſum in perſona cohæredis, & ſequitur grauamen vniuerſale, & num. 2.*

Limitatur in grauato reſtituere portionem ſuam, n. 3.

Limitatur in grauato reſtituere hæreditatem, vel portionem hæreditatis, num. 4. ampl. & declara num. ſeqq.

Limitatur in grauato purè reſtituere, quia portio cohæredis ſub conditione relicta non venit, num. 10. contra nu. 11. Ampl. nu. 12. 13.

Limitatur ſi tempore reſtitutionis non eueniſſet conditio fideicommiſſi in perſona cohæredis, num. 14. contra nu. 15.

16 *Fideicommiſſum ex perſona cohæredis habitū non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando illud prius fuit relictū, & ſequitur ſubſtitutio cohæredi facta.*

Limitatur in grauato verbis vniuerſalibus, quia & portiones cohæredum reſtituit, nu. 17.

Limitatur in grauato reſtituere patrimonium, num. 18. contra ibid.

Limitatur in grauato reſtituere portiones ab alijs obuentas, nu. 19.

Limitatur, quādo ſecundum ordinem intellectus præcedit ſubſtitutio, & ſequitur grauamen, num. 20. contra num. 21.

Limitatur in grauato reſtituere filio teſtatoris, numer. 21.

23 *Fideicommiſſi portio ex reciproca habita à cohærede venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando vltimo moriens eſt grauatus reſtituere hæreditatem, contra num. 21.*

Maximè quando verba ſunt directa ad honeratum per verbum ſubſtituo, nu. 27.

Maximè ſi dictum ſit, quod pars præmorientis pertineret ad ſuperſtitem, & vltimo ſit facta ſubſtitutio in hæreditate indefinitè nu. 28.

Maximè, ſi filio teſtatoris ab extraneo eſſet facienda reſtitutio, num. 31.

Maximè, ſi terminus hæreditatis eſſet relatus ad hæreditatem teſtatoris, num. 32.

Maximè, ſi eſſet facta ſubſtitutio vltimo de tota, & integra hæreditate, num. 33.

Amplia-

Ampliatur ſiue verba ſint relata ad honoratum, ſiue ad grauatum, num. 29. contra ſi verba ſint relata ad grauatum, num. 30.

24 *Verba directa ad honoratum plenius accipiuntur.*

26 *L. ſi Titius, ff. de legat. 3. procedit etiam in fideicommiſſis.*

34 *Fideicommiſſi portio ex reciproca habita à cohærede venit fideicommiſſario reſtituenda, licet vltimo moriens ſit grauatus reſtituere portionem ſuam, contra nu. 35. decl. nu. ſeqq.*

38 *Fideicommiſſum conditionale dicitur, vbi dies mortis apponitur.*

39 *Fideicommiſſum ab alio habitum venit reſtituendum, ſi teſtator inſtitutus Mæuio & Seio, rogauit Mæuium vt reſtitueret portionem ſuam Titio, & poſtea grauauit Seium vt reſtitueret portionem ſuam Mæuio cohæredi quia Mæuius præſumitur grauatus, & in hac portione à cohærede habita.*

40 *Fideicommiſſi portio habita à cohærede venit in reſtitutione fideicommiſſi, ſi teſtator tribus inſtitutis dixit, & qui deceſſerit ſine liberis reſtituat portionem ſuam ſuperſtitibus. contra nu. 41.*

42 *Fideicommiſſi portio ex reciproca habita à cohærede venit in reſtitutione fideicommiſſi, ſi teſtator dixit, & ſi omnes ſine liberis deceſſerint ſubſtituo Caium.*

43 *Fideicommiſſi portio habita ex reciproca à cohærede venit in reſtitutione, ſi ſubſtitutio reſpicit & portiones cohæredum.*

44 *Fideicommiſſi portio habita ex reciproca à cohærede venit in reſtitutione, quando prohibita eſt Trebellianica.*

45 *Trebellianica dicitur prohibita quando tota, & integra hæreditas eſt reſtituenda.*

QVÆSTIO DCLVII.

Ex fideicommiſſaria ſubſtitutione obuenta, an veniant in fideicommiſſi reſtitutione?

VIDIMVS in præcedentibus, an fideicommiſſario ſint reſtituenda bona, quæ grauatus conſequutus fuit ex vulgari ſubſtitutione, vel ex pupillari, vel ex directa militari, pro complemento diſcutiendum eſt, quid dicendum ſit, quando ex fideicommiſſo quis habuit portionem cohæredis, vtrum & hæc ſit fideicommiſſario ſecundò reſtituenda? Diſputatio eſt egregia; vt autem plenè & diſtinctè omnia habeantur, diſtinguo tria capita.

1 Primum caput eſt, quando agitur de ſimplici fideicommiſſaria vel de compendioſa ſubſtitutione, & venerit caſus fideicommiſſariæ, & in hoc ſunt duæ principales opiniones. Prima eſt opinio, quæ indiſtinctè vult huiuſmodi bona ex fideicommiſſo peruenta in grauatum, eſſe fideicommiſſario reſtituenda, quã probarunt Bartol. *in l. pater, §. quindecim ff. de legat. 3. & in l. Scæuola in fine ff. ad Trebell.* Angel. *in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam, ff. eod. & in l. cum virum, nu. 2.* & ibi Alexan. *in addit. ad Bart. C. de fideicom.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita num. 43. ff. ad Trebel.* vbi de communi opinione teſtatur. Socin. iun. *conſil. 107. num. 40. lib. 3.* Hieron. Gab. *conſil. 121. nu. 50. lib. 1.*

Verum alij ſe habent in diuerſam ſententiam, & diſtinguunt plures caſus.

2 Primus eſt quando teſtator primò ſubſtituit cohæredi, & poſtea eundem ſubſtitutum grauat reſtituere, & tunc cohæres, qui ſucceſſit cohæredi per fideicommiſſum, tenetur reſtituere etiam portionem cohæredis ex fideicommiſſo ſibi obuentam, Bart. *in l. Marcellus, § quidam liberis, n. 9.* & ibi Comen. & Alex. *nu. 18. ff. ad Trebel.* Imol. *in l. ita tamen § qui ſuſpectam*, & ibi Comen. Paul. Caſtr. & Alexand *ff. eod.* Salicet *in l. cum virum.* & ibi Padil. *n. 39. C. de fideicom* Alexan. *conſ. 66. n. 13. lib. 2. & conſ. 252. dubio ſecundo lib. 6.* Dec. *conſ. 81. n. 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem. Ruin. *conſil. 94. n. 9. lib. 2.* vbi veriorẽ, & magis cõmunẽ dicit, Crau. *cõſ. 295. 4. dub.* Surd. *conſ. 458. n. 1. lib. 1.* Pereg. *conſ. 55. n. 13. lib. 4. & in tract. de fideicom. art. 8. n. 10. & ſeqq* vbi teſtatur eſſe communem opinionem Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 6. n. 16.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol. 45. nu. 3.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 193. nu. 7.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. n. 167.* Caualcan *decíſ. 7. nu. 45 par. 5.* Probatur autem hic caſus *in l. in fideicommiſſariam §. vlt. & in d. l. Marcellus, §. quidam liberis. ff. ad Trebel.* putatur enim ſubſtitutio hoc caſu facta tanquam hæredi, & tanquam ſubſtituto, vt dicit Ruin. *conſ. 94. n. 9. lib 2.* quem refert & ſequitur Pereg. *d. conſ. 55. n. 13 ad medium, lib. 4.* Accedat, quod ſi prælegata hoc caſu debent reſtitui, vt dictum eſt *ſupra q. 650.* de quibus magis dubitari poteſt, cum non ſint portiones hæreditariæ, multò magis acquiſita ex fideicommiſſo reſtituenda erunt, quia hoc magis accedit ad naturam portionis hæreditatis *l. nam quod, §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad Trebell. & l. ſi filius, §. 1. quodcum eo* & ita arguunt Alexand. *in d. § quidam, nu. 4.* & Mantica *d. tit. 6. nu. 17. circa finem*, & cum hac opinione ego tranſeo.

Limitatur primò iſte caſus, quando quis eſt grauatus reſtituere portionem ſuam, quia fideicommiſſum à cohærede habitum non tenetur reſtituere, Bartol. *in l. Marcellus, § quidam liberis, n. 9.* & ibi alij communiter, *ff. ad Trebel.* Pereg. *conſ. 56. nu. 18. in fine, lib. 1.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 6. n. 16.* Menoc. *lib. 4. præſum. 193. n. 8.* vbi dicit neminem diſſentire, Intrigl. *d. cent. 3. q. 74. nu. 168.* 3

Limitatur ſecundò non procedere, quando quis eſt grauatus reſtituere hæreditatem, vel portionem hæreditatis, quia tunc fideicommiſſa non tenetur reſtituere Bart. *in l. Marcellus §. quidam liberis. n. 9.* & ibi Imol. & Socin. iun. ſen. *ad finem ff. ad Treb* Bart. *in l. ſi Titius, &* ibi Imol. *ff. de legat. 3.* Rip. *in l. hæredes mei. § cum ita, nu. 36. 42. & ſeq.* & ibi Zanch. *num. 415. & ſeq ff. ad Trebel.* Dec. *conſ. 80. n. 3.* Ruin. *conſ. 120. n. 42 lib 2.* Gozad. *conſ. 81. n. 9.* Ceph. *conſ. 259. n. 15. & multis ſeqq & conſ. 471. repetito conſ. 513.* Menoc. *conſ. 780 n. 3. & lib. 4. præſump. 193. n. 9.* Pereg. *conſ. 55. n. 13 lib 4. & in tract. de fideicom. art. 8. 12.* vbi teſtatur de communi opinione, Intrig. *d. q. 74. nu. 169.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib 7. tit 6. nu. 17.* Pro qua opinione eſt tex. *in d. l. Marcellus, § quidam liberis, & in l. in fideicommiſſariam, §. vlt. ff. ad Trebell. & in l. ſi Titius ff. de legat. 3.* vbi I. C. dicit ſub nomine hæreditatis non contineri fideicommiſſa. 4

Maximè autem hæc opinio procederet extantibus coniecturis, quibus appareret teſtatorem voluiſſe grauare hæredem, niſi in portione ſua de quibus per Dec. *conſ. 80. n. 3. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur Menoc. *d. præſumpt. 16. nu. 10.* 5

Extenditur autem primò hæc limitatio, & ſi teſtator grauauit filium de reſtituendo alteri filio: nam cum vtriuſque ſit par fauor, portio cohæredis non venit in fideicommiſſo ſub nomine hæreditatis relicto, Din. Bar. & Alber. *in l. Liberto, § filium, ff. de ann. legat.* Paul. Caſt. *in l. cum virum C. de fideicom.* Dec. *conſ 80* Ceph. *conſil. 259. n. 25. & ſeqq* Alexan. *in l. Marcellus § quidã liberis*, & ibi alij communiter *ff. ad Trebell.* Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 44. ff. eod.* Pereg. *de fideicom. art. 8. n. 15.* mouentur per tex. *in d. l. ſi Titius*, vbi apertè dici- 6

tur appellatione hæreditatis nō venire fideicommiſſa.

7 Extenditur ſecūdo, & ſi verbis vniuerſalibus ſit grauamen impoſitum, vt ſi omnem hæreditatem eſſet grauatus reſtituere, Ripa *in l. fideicommiſſariam, §. vltimo, num. 3. verſic. ex quo inferri videtur ff. ad Trebel.* Ceph. *conſ. 259. nu. 24.* mouentur, quia ex natura verbi, fideicommiſſa non veniunt appellatione hæreditatis.

8 Verum alij ſunt in contraria ſententia, quod tunc ex vi verborum vniuerſalium grauamē in hæreditate cōtineat, & fideicommiſſa, ita Bart *in l. Lucius, §. tres hæredes ff. ad Trebel.* Socin. iun. *conſ. 16. num. 21. lib. 3.* Pereg. *d. art. 8. num. 9.* vbi ad hoc citat *d. l. Lucius, §. tres heredes, & d. § cum ita,* ibi omnem hæreditatem, *& l. cum pater, § ſi tei ff. de legat. 2. & l. Iulianus ff. de legat. 3. & l. cum virum C. de fideicomm.* Accedat, quod in hac materia Doct. arguunt a prælegatis ad fideicommiſſa, immò maior eſt ratio in fideicommiſſo, quam in prælegatis, quia fideicommiſſum ſapit naturam portionis hæreditariæ, quod non ſapit prælegatum, vt dixi *ſupra n. ... verſ. accedat.* Ad prælegata veniunt in reſtitutione, quando grauamen eſt impoſitum ſub nomine hæreditatis verbis vniuerſalibus, vt dixi *ſupra q. 650. nu. 11.* & hæc opinio verior mihi videtur.

9 Sublimitatur, quādo extraneus eſt grauatus reſtituere filio teſtatoris, quia tunc & fideicommiſſum erit reſtituendum, licet ſit grauatus reſtituere hæreditatem, vel portionem hæreditatis, Din. per illum textum *in l. liberto §. filium,* ... Bar. & Alber. *ff. de ann. legat.* Paul. Caſtr. *in l. Marcellus §. quidam liberis,* & ibi alij Doct. communiter *ff. ad Trebell.* rurſus Caſtr. *in l. cum virum circa finem, C. de fideicom.* Ceph. *conſ. 259. n. 25. & conſil. 471. n. 23.* Roman. *ſing. 175.* Pereg. *de fideicom. art. 8. nu. 35.* Circa quam ſublimitationem videnda erunt, quæ dixi *q. 650. nu. 78. & ſeqq.* vbi plura dixi pro confirmatione huius ſententiæ, & videndus etiam erit Ripa *in d. § cum ita, n. 44.* vbi contrarium tenet.

Sublimitatur etiam aliter ex dictis *in ſequenti capite in primo caſu.*

10 Limitatur tertiò non procedere, quando quis eſt grauatus purè reſtituere, nam non tenetur reſtituere portionem cohæredis, in qua fuit ipſe ſubſtitutus per fideicommiſſum ſub conditione, Claud. Aquenſ. *in l. Marcellus § quidam liberis ff. ad Trebell.* Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita nu. 384. ſecundum primam impreſſionem, ff. eod.* Pereg. *d. art. 8. n. 18.* & conferunt dicta *q. 610. n. ... q. 653. nu. 4. q. 654. n. 14. q. 655. nu. 15. 16.* & quæ dicam *hac quæſt. infra num....*

11 Contrarium tenuit & Soc. ſen. *in dict. l. Marcellus, §. quidam liberis colum. vlt.*

12 Prima tamē opinio verior eſt, quę procedit, & ſi verba eſſent prægnantia, & vniuerſalia, Ripa, *in d. l. cū ita, num. 49* & ibi Zanch. *n. 384.* Peregr. *d. art. 8. nu. 18.* Menoch. *d. præſumpt. 193. n. 17.*

13 Ampliatur ſecundo, & ſi ante verbalem, & realem reſtitutionem ceſſerit dies fideicommiſſi conditionalis, quia nec tunc conditionalia continentur in fideicommiſſo puro, Claud. Aquenſ. *in d. l. Marcellus, § quidam liberis.* Ripa *in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 49.* & ibi Zanch. *n. 384.* Padil. *in l. cum virum n. 36. C. de fideicom.* Peregr. *d. art. 8. n. 18.* Menoc. *de præſum. 193. n. 17.* adducitur tex. *in l. Paulo Challimaco, ff. de legat. 3.* & faciunt dicta *ſup. q. 6.. 5 nu. 17.*

14 Limitatur quartò non procedere, quando tempore reſtitutionis nondum eueniſſet conditio fideicommiſſi, ita vt fideicommiſſum non eſſet acquiſitum ſed acquirendum, nec curandum ſit, quod ſecundum poſſibilitatem fideicommiſſum potuerit purificari, ſed ſolum attendi debeat, an re ſit acquiſitum, vel acquirendum, & ſi non re ſit acquiſitum non reſtituatur, licet poſtea eueniret conditio, & hoc licet huiuſmodi fideicommiſſum præcederet in ordine ſcripturæ, ita Dec. *conſ. 280.* Torniel. *in d. §. cum ita, n. 50.* & Pereg. *d. art. 8. n. 18. in fine,* vbi adducit *l. ... §. id quod natura, ff. ad leg. Falcid. & l. 1. §. ſi pendeat, ff. ad Maced. cum concord. ibi à Gloſ. congeſtis.* Subdit etiam facere confuſionem, quod de compendioſa idem iudicetur, prout caſus eueniat.

Cæterū Ruin. *conſ. 120. n. 14. lib. ..* & Zanch. *in dict. §. cum ita. n. 197.* dicunt attendi ſolam poſſibilitatem, nō autem euentum, ita vt ſi non ſit purificata conditio tēpore reſtitutionis illius fideicōmiſſi, quod præcedit in ordine ſcripturæ, ſi tamē poſtea eueniat, & illud ſit reſtituendum: ratio eſt, quia ordo tam ſcripturæ, quàm intellectus debet attendi propter aptitudinem, cum enim aptitudo ſe habeat ad vtrunque caſum, quod ſcilicet eueniat conditio illius fideicommiſſi, tam ante reſtitutionem, quàm poſt, attendi debet ordo ſcripturæ potius, quia aptitudine concurrit ordo intellectus cum ordine ſcripturæ. 15

SECVNDVS caſus eſt, quando teſtator primo grauauit hæredes, & deinde eos actiuè ſubſtituit, & tunc portio cohæredis non venit reſtituenda, Bar. *in l. Marcellus § quidam liberis n. 9.* & ibi alij communiter *ff. ad Trebel.* Ripa *in l. hæredes mei, § cum ita, n. 42. ff. eod.* Padil. *in l. cum virum, n. 39 C. de fideic.* Dec. *conſil. 80.* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 6. n. 16* Præ. *de interpret. vlt. vol. fol. 345. n. 3.* Menoch. *lib. 4. præſump. 193. nu. 12.* Pereg. *de fidecom. art. 8. n. 11.* vbi dicit eſſe communem opinionem. Intrig. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. n. 170.* Caualc. *deciſ. 7. nu. 45. par. 3.* 16

Limitatur primò, quando quis eſt grauatus verbis vniuerſalibus, nam tunc & fideicōmiſſum licet ſequatur, erit reſtituendum, Corn. *in l. cū virum, colum. 2. C. de fideicom.* Ruin. *conſ. 120. n. 8. lib. 3.* Menoch. *lib. 4. præſum. 193. n. 13.* Peregr. *d. art. 8. n. 9.* Caualcan. *d. deciſ. 7. n. 45. part. 3.* & hoc ob vim verborum vniuerſalium *ad reg. l. Iulianus, ff. de legat. 3.* & conferunt quæ diximus de prælegatis *q. 650. n. 16. & ſeqq.* volunt enim Doctores rectè argui à prælegatis ad fideicommiſſa. 17

Limitatur ſecundo, quando quis eſt grauatus reſtituere patrimonium, quia tunc & fideicommiſſa ab alijs habita eſſent reſtituenda, quia nomen patrimonij eſt vniuerſale, & omnia continet, ita Ruin. *conſ. 120. nu. 8. lib. 3.* in quo caſu contra conſulit Dec. *conſil. 280.* vbi in ſpecie diſſentit in terminis huius limitationis. 18

Limitatur tertiò, quando quis expreſſè eſſet grauatus reſtituere portiones ab alijs obuentas, Ruin. *conſ. 116 n. 9. lib. 3.* Marzar. *in Epit. de fideicom. part. 2. q. 36.* & res eſt ſine dubio ob voluntatem teſtatoris, quæ totum facit in fideicommiſſis *l. conditionibus, ff. de condit. & demonſtr.* & vbique ſcribunt omnes. 19

Limitatur quartò, quando ſecundum ordinem intellectus, eſſet quis prius honoratus, deinde grauatus, nam hoc caſu fideicommiſſum reſtituere debet, licet ſecundum ordinem ſcripturæ videretur primo grauatus, deinde honoratus, exemplum, teſtatoris prius grauauit per fideicommiſſum conditionale deinde grauatum cohæredi ſubſtituit purè, vel ſub conditione verificatura ante fideicommiſſum, ab eo prius relictum, Bart. *in l. ita tamen, §. qui ſuſpectum,* & ibi Bald. Alex. & alij communiter, *ff. ad Trebel.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 50. ff. eod.* Ruin. *conſ. 120. n. 6. & ſeq. lib. 3.* Menoch. *conſ. 86. n. 7. 72. & ſeq.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. in fine.* Ratio eſt, quia ordo intellectus attendi debet, & non contrarius ordo ſcripturæ *l. quidam de pecul. legat. l. nec enim, ff. de ſolut.* Bart. *in l. Scæuola, & in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam, ff. ad Trebel.* 20

Contra tamen tenet Pereg. *d. art. 8. n. 18.* motus quia ſi hoc procederet deſtrueretur communis opinio, quod 21

purè

purè relicta poſt iniunctum vniuerſale fideicommiſſum conditionale in eo non continetentur, de quo dixi q.650.*num.*110.

22 Limitatur quintò, in grauato reſtituere filio teſtatoris, Caualcan.*deciſ.7.n.45.par.3.* dixi *ſupra n.9.& q.650. num.*121.

SECVNDVM caput principale eſt, quando agitur de ſubſtitutione reciproca fideicommiſſaria, & tunc plures etiam ſunt diſtinguendi caſus.

23 PRIMVS eſt, quando pluribus inuicem ſubſtitutis dixit teſtator vltimo decedenti, ſubſtituo in hæreditate Titium, vel volo hæreditatem peruenire ad Titiũ, & tunc in reſtitutione fideicommiſſi venit etiam portio cohæredum, in qua ille vltimo moriens ex reciproco fideicommiſſo ſucceſſit, Bart. *in l. Sceuola, n.5.* & ibi Paul.Caſtr.*ff.ad Trebell.* Angel. *in l.cum virum. C.de fideicom.* Cuman. *in l. Marcellus, § quidam liberis, ff.ad Trebel.* Curt.iun.*in l.penul.C.de impub.& al.ſubſtit.* Ripa *in l.heredes mei, §.cum ita n.45.& 46.* & ibi Alciat. *col. penult.* Torniel.*n.47.ff.ad Trebell.*

Et conſulendo, Bart.*conſil.245.* Paul.Caſtr. *conſil.64. lib.2.* Roman. *conſil.18. & ibi addent.* de communi opinione teſtatur Comen. *conſil.3.* cui & Fulgoſ. ſcripſit, Corn.*conſil.330.n.6.lib.1.* Decian. *conſil.80.conſil.86.& conſil.597.n.7.* Curt.ſen *conſil.175.* Gra. *conſil.9. n.19. lib.2.* Gozad.*conſil.8 .n.9.* Rum. *conſil. 15 .lib.3.* Socin. iun.*conſil.1 c.n.32 libro 3.& conſil.1 .n.28.lib.4.* Natta *conſil.310.* Ceph *conſil.471.n.21.* Decian.*conſil.52.n.61. lib.1.* Peregr.*conſil 49.in fine lib.3.* Alciat.*conſil.136.dubio primo. lib.9.*

In tractatibus, Vaſq. *de ſucceſ.progr.lib.3.§.26.n.21. verſ.quarto probatur,* Menoch.*lib.4.præſumpt.193.n.15.* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Peregr. *de fideicom.art.8.n.13.& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit.cent.3 q.74. num.*171.

Et in deciſionibus, Magon. *deciſ. Florent.15.n.10.& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & in fine damnat Ceph. *loco infr.* pro contraria opinione *citato.* Raud. *deciſ. Piſan. 22.num.*10. vbi dicit Rotam Florentinam ita terminaſſe contra conſ. Ceph. Caualcan. *deciſ.7. num.*45.

Pro hac ſententia videtur eſſe caſus *in l.heredes mei, §. cum ita, ff.ad Trebel.* & quamuis vbi ſubſtitutio ſit facta per verba vniuerſalia, non autem indefinita, vt nunc diſputatur, attamen Iureconſ. videtur facere fundamentum in reciproca, non in verbis vniuerſalib.

Secundò, quando terminus hæreditatis ad grauatum refertur, intelligitur ex ſermonis proprietate de hæreditate peruenta ad ipſum grauatum, & in qua ipſe fuit hæres, quando verò refertur ad honoratum, vel eſt impersonaliter prolatus, poteſt intelligi non tantum de portione, in qua fuit hæres grauatus, ſed de aliorum portionibus, ex quibus omnibus hæreditas integratur, non inſpecto quomodo ad grauatos peruenerint, an iu-
24 re inſtitutionis, vel ſubſtitutionis. Et hoc, quia verba directa ad honoratum plenius accipiuntur, *l. Lucio,* & ibi Gloſſ.*ff.de legat.2.* Bartol. notat *in l. plenè, la 1. § penult. & in l. legato generaliter. ff. de legat.1.*

Tertio, apparet mentem teſtatoris fuiſse ob reciprocam, quod omnia bona peruenirent ad ſubſtitutum vltimum per fideicommiſſum, ideo verbum, hæreditas impropriatur pro bonis. & in hac materia voluntas teſtatoris totum facit, ita arguit Socin. iun. prout eum refert & ſequitur Peregr. *dict. artic.8.num.*14. hoc tamen argumentum eſt debiliſſimum, quia ſupponit id; de quo diſputatur, ſi enim appareret ex reciproca teſtatorem voluiſſe omnia bona ad ſubſtitutum peruenire, nullus dubitaret, quod & portio cohæredum eſſet reſtituenda, ſed quia additum eſt, quod ſubſtituit in hæreditate, ex verbo, hæreditas, dicunt tenentes contrariam opinionem, reſultat mens teſtatoris, quod vltimo moriens ſit grauatus ſolum in ſua portione hæreditatis, non autem in portione aliorum.

Quartò, ſubſtitutus aptitudine eſt vocatus ad omnes portiones hæredum, quatenus quiſque eorum vltimus deceſſiſſet, vnde non debet referre, quod vnus prius, vel vltimo decedat, ſed ſatis ſit quod vltimus omnia reſtituat, cum ad eum cohæredum portiones ex reciproca peruenerint, ita arguit Peregr. *dict. artic. 8. num.*14.

Cæterum alij in contraria ſe habent ſententia, quod vltimo moriens grauatus reſtituere hæreditatem, non teneatur reſtituere portiones cohæredum, ita Rainer. 25
in l.ita tamen.§ qui ſuſpectam, & ibi Angel *col penult. ff. ad Trebell.* Alex *in d l. Marcellus §.quidam liberis* & ibi Soc ſen. *in fin.* & Claud. *ff eod.* Fab. Acoromb. *in l.hæredes mei § cum ita n.12.verſic.ex hoc infero,* & ibi Zanch. *n.145.ff e d.* Ceph.*conſil.259.per to ũ maxime n.25.29. & 65.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Peregr. *conſil.15.n.19.lib.4.* vbi teſtatur eſſe communem.

Fundamentum principale huius ſententiæ reſultat *ex l.ſi Titius ff.de legat.3.* vbi rogatus reſtituere hæreditatem, non tenetur reſtituere hæreditatis partem, quam a cohærede ex fideicommiſſo recepit, ſed ſolum eam partem in qua ipſa fuit hæres inſtitutus, & ibi redditur ratio, quod hæreditatis appellatione non continentur neque legata, neque fideicommiſſa, quæ ratio cum ſit generalis ampliat dictum, & totam diſpoſitionem reddit generalem. Bart.*in l.pater filium.§.fundum, ff.de legat.3.& in l.regula, § cum quis. ff.de iur. & fact. ignor.* E conſeret etiam quia *d.l.ſi Titius* habet locum 26
etiam in fideicommiſſo vniuerſali, Bart. *in l. Liberto §. filium poſt medium ff.de ann.legat.* Imol. *in d.l.ſi Titius, & in d.l. Marcellus, §.quidam liberis.* & Ripa *in l.hæredes mei §.cum ita, n.30 ff.ad Trebell.*

Secundò facit *l. Marcellus § quidam liberis ff.ad Trebell.* vbi rogatus reſtituere portionem, reſtituit prælegata, quaſi ſecus ſit in grauato reſtituere portionem hæreditariam, & quod grauatus reſtituere hæreditatem non reſtituat prælegata, ſcribunt Bartol. *in d. §. quidã liberis, n.9.* Ceph.*conſil.166.n.34.* Menoc.*conſ.86. n.19.* Honded.*conſil 62.n.10.lib.1.* Pereg.*cõſil.127.n.3. lib.5.& in tract.de fideicom. art.7.n.53.* Menoch. *lib.4. præſumpt.194.n.7.* & plenè dixi q.650.n.6 *.& ſeqq.*

Tertio accedit *l.in fideicommiſſariam.§.vlt.ff.ad Trebell.* vbi hæres grauatus portionem hæreditatis reſtituere non tenetur illam partem præſtare, quam iure prælegati obtinebat, ſed ſolum eam, quæ cum hæreditate confuſa erat, & iure hæreditario retinebatur.

Quartò confirmatur *ex l. Titia, ff. ad leg. Falcid.* vbi hæres rogatus reſtituere hæreditatem retenta quarta parte, nihil ex prælegatis reſtituit, ſed ea integre retinet, & ibi Gloſſ. *in verb debere* reddit rationem, quia in rogando teſtator habuit mentionem hæreditatis propter quam grauatus non tenetur reſtituere, niſi id quod iure hæreditario retinet.

Quintò conferunt dicta *ſupra num.*4. vbi quando agitur de compendioſa, grauatus reſtituere hæreditatem, non reſtituit fideicommiſſa.

Ego teneo non eſſe recedendum à prima opinione Non obſtat *l.Titius, ff.de legat.3.* quia illa procedit, niſi aliter appareat de mente teſtatoris, vel niſi ſubſtitutio reciproca procedat, & vltimus ſit grauatus, ita reſpondent omnes tenentes primam opinionem, præcipuè Ripa *in d.l.cum ita, n.46.in fin.* & Magon. *deciſ.15 in fin.* Et eodem modo reſpondetur ad alia iura oppoſita, quæ minus diſtinguunt.

Fortius autem procederet communis opinio, quando ver- 27

do verba ſunt directa ad honoratum, per verbum, ſubſtituo, quod aptum comprehendere omnia quocunque titulo etiam non hæreditario ad grauatum peruenerint, Magon. *d. deciſ.* 15 *n.* 10. vbi allegat Alex. *conſil.* 66. *in fi. lib.* 2. & Ruin. *conſ.* 152. *n* 7. *lib.* 3. Ceph *conſil.* 471. *n.* 30.

28 Idem eſſet, quando in reciproca dictum eſſet, quod pars præmorientis pertineret ad ſuperſtitem, & vltimo moriente ſine liberis hæreditas perueniret ab ſubſtitutum: dum enim in reciproca diſponitur de parte, quæ peruenit ad vltimum, & vltimus poſtea grauatur indefinitè, colligitur mentem teſtatoris fuiſſe, quod vltimum grauabat in toto, aliter fruſtra factus eſſet circuitus à teſtatore, ſi intendebat vltimum in ſua parte tantum grauare, idque ſuadetur, quia ex præcedenti diſpoſitione de partibus ſingulorum ſub termino hæreditatis colligitur, quod dum teſtator redigit hæreditatem in vnum per alterius obitum, & ab vno de hoc vltimo indefinitè relinquat hæreditatem, quod intellexerit de tota hæreditate, iuxta Doct. *in l.* 4. §. *vtrique differentia, ff. vi bonor. rapt.* & ita arguebat in ſuo caſu Fulgoſ. pro prima opinione relatus, quem ſequuti ſunt Rip. *in d.* §. *cum ita n.* 46. Ceph. *conſil.* 159. *nu* 65. & Magon. *d. deciſ.* 15. *n.* 11. licet Soc. ſen. *in d.* §. *quidam liberis in fin.* dicat Fulgoſ. malè loquutum, & contra *d. l. ſi Titius.*

29 Ampliatur iſta communis opinio, ſiue verbum hæreditas referatur ad grauatum, ſiue ad honoratum, quia vtroq; caſu portio cohęredũ erit reſtituenda, Ripa *in d. l. hæredes mei,* §. *cum ita, n.* 45. & ibi Zanch. *n.* 540. *ff. ad Trebell.* Rim. iun. *conſil.* 590. *n.* 26. *& ſeq.* Peregr. *de fideic. artic.* 8 *n.* 16. vbi rationem adducit, quia in diſpoſitiuis non refert, an verba ſint relata ad honoratũ, vel ad grauatum *l. miles ad ſororem in princ. & l. cum pater,* §. *donationis, ff. de legat.* 2. Et quod in diſpoſitiuis nulla ſit differentia, an verba dirigantur ad honoratum, vel grauatum, licet ſit differentia in enunciatiuis, volunt Bartol. *in l. pero in principio, ff. de legat.* 2. Soc. ſen. *d.* §. *quidam liberis, n.* 12. *ad medium.* vbi licet improbet hanc ampliationem, hoc fit quia improbauit & limitationem, idem Zanch. *in d.* §. *cum ita n.* 440.

30 Sed quod vbi verba ſunt relata ad grauatum, portio cohæredis non veniat reſtituenda, ſcribunt Cuman. *d. conſil.* 3. & ibi Fulgoſ. vbi reſpondendo *ad d. l. ſi Titius,* adductam contra communem, in hoc primo caſu dicit eam procedere, quando verba ſunt directa ad grauatũ, & prædictos ſequitur Magon. *deciſ. Florent.* 15. *n.* 10.

31 Limitatur autem ſecunda opinio ſi placeret pluribus modis: & primò, quando reſtitutio facienda eſt filio teſtatoris ab extraneo, per ea quæ ſcribunt Ceph. *conſ.* 471. *num.* 21. *& ſeq. repetito conſil.* 513. *n.* 24. Peregr. *d. art.* 8. *num.* 15.

32 Secundò, quando quis eſt grauatus reſtituere hęreditatem teſtatoris, vt quando hoc expreſsè dictũ fuit, vel etiam dictum fuiſſet de hæreditate ſua, ſcilicet teſtatoris, dum etiam teſtator habet reſpectũ ad hæreditatem ſuam, vel bona ſua, non ad hæreditatem, vel partẽ prædefuncti peruentam ad vltimum, intelligi debet prout hæreditas erat in perſona teſtatoris, & ſic de tota hæreditate peruenta ad omnes inuicem ſubſtitutos, Bolog. *in d.* §. *cum ita n.* 102. Soc. iun. *conſil.* 110. *n.* 32. *lib.* 3. refert, & ſequitur Magon. *deciſ. Florent.* 15 *n.* 15.

33 Tertiò limitatur, quando ſubſtitutio facta vltimo, eſſet facta de tota, vel integra hæreditate, vel bonis quæ remanebunt in hæreditate mea, vel alijs verbis vniuerſalibus facta eſſet ſubſtitutio, quia continebit & portiones cohęredum ad vltimum ex reciproca peruentas, non enim tota & integra hæreditas perueniret ad ſubſtitutũ, niſi & cohæredũ portiones venirent reſtituendę, Ceph. *conſil.* 471. *n.* 31. *& conſil.* 513. *n.* 35. Pereg. *de fideic. art.* 8. *n.* 14. vbi adducit etiam Rim. ſen. *conſil.* 218. *n.* 10. & Ruin. *conſil.* 116. *colum.* 3. *lib.* 2. Alia limitatio & ſic quarta data fuit *ſupra num.* 18.

34 SECVNDVS caſus eſt, quando teſtator filijs inuicẽ ſubſtitutis vltimo decedentem grauauit reſtituere portionem ſuam, & hoc caſu portio cohæredis erit reſtituenda Bart. *in l. Marcellus,* §. *quidã liberis.* & ibi Imol. Raph. Comen. Paul. Caſtr. Rom. Alex. & alij *ff. ad Trebell.* Ripa *in l. hæredes mei.* §. *cum ita, n.* 47. & ibi Zanch. *par.* 5. *n.* 29. *ff. eod.* Goza d. *conſil.* 81. *n.* 8. Soc. iun. *conſ.* 16. *num.* 79. *lib.* 4. Corne. *conſil.* 48. *n.* 6. Alciat. *conſil.* 126. *lib.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 193. *n.* 16. Pereg. *de fideic. art.* 8. *n.* 19. *& ſeqq.* vbi de communi teſtatur, Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 173.

Pro hac opinione adducitur primò text. *in l. Marcellus,* §. *quidam liberis, ff. ad Trebell.* ibi portionem ſuam, & licet tex. iſte loquatur de prælegatis, tamen extenditur & ad fideicommiſſa, vt per Rip. *in d.* §. *cum ita, n.* 36. qui voluit poſt alios dicta in prælegatis locum habere & in fideicõmiſſis, & ſequitur alijs relatis Zanch. *in d.* §. *cum ita, n.* 5. *part.* .... *n.* 12. ſecundò facit, quia mentio portionis vltimis voluntatibus refertur ad totam partem, quam teſtator in re habuit, *l. Lucius,* §. *filiam, iuncta Gloſſ. ff. de legat.* 2. pro cuius rei comprobatione plura adducunt Zanch. *in d.* §. *cum ita, n.* 382. ſecundum primam impreſſionem, Peregr. *d. art.* 8. *n.* 19. *& ſeqq.*

35 Contra tamen, quod portio cohæredum non ſit reſtituenda, tenent Bart. *in l. Scæuola. in fin. ff. ad Trebell.* Angel. *in l. cum virum C. de fideicomm.* vb. & Rainer. refert *& in l. ita tamen,* §. *qui ſuſpectam,* & ibi Imol. *ff. eod.* Torniel. *in d.* §. *cum ita n.* 53. & Ceph. *conſil.* 522. *n* 8.

Adducitur primo *l. cum pater.* §. *quindecim ff. de legatis* 3. vbi pluribus honoratis prohibitis rei vendere partes ſuas non cenſentur prohibiti alienare partem habitam à collegatario. Secundò in fortioribus facit *l. nomen filiarum,* §. *portionis ff. de verb. ſign.* vbi appellatione portionis venit dimidia non tota. Retenta tamen prima opinione, reſponderi poteſt ad contraria, quod *d.* §. *quindecim* non obſtat, quia ibi portio collegatarij non venit, quia non peruenit ad prohibitum ex diſpoſitione & iudicio teſtatoris, nimirum ſi portio ſua intelligitur ſolum illa, quam teſtator ſibi legauit. Ad §. portionis, reſpondetur non procedere in vltimis voluntatibus, in quibus appellatione portionis venit tota portio teſtatoris, vt dictum eſt ſupra.

Ego puto poſteriorem opinionem tenendam eſſe; ſi enim teſtator facta reciproca inter hæredes vltimo morienti ſubſtituit, ſubſtitutio eſt collata in tempus, quo vltimo moriens habet totam hæreditatem, dum ergo teſtator ſubſtituit vltimo morienti in portione ſua, certè dum reſtrictio fit ad portionem, non poteſt dici quod teſtator voluerit & portiones cohęredum comprehendi, quia ſi hoc voluiſſet, ſimpliciter ſubſtituiſſet, vel indefinitè in bonis, vel in hæreditate, non autem reſtrictiuè in portione ſua.

Nec obſtat *d.* §. *qui liberis,* quia illud procedit in prælegatis, ratio enim quod tunc prælegata veniant in grauato reſtituere portionem, eſt, quia legata à principio ſunt de portione eius qui relicta ſunt, quæ ratio ceſſet in fideicommiſſo vniuerſali, quod per mortem cohæredum videtur relictum, vt vnum totum, non vti portio vltimi morientis grauati, prout etiam ita dixit Ripa *in d.* §. *cum ita, num.* 47. *verſic. tu vero conſidera.* Vnde rectè ſcripſerunt Doctores dicta in prælegatis, an veniant in reſtitutione non ſemper conuenire, & fideicommiſſis, ita Fulgoſ. in ſubſcriptione *ad d. conſil.* 3. Comen. Soc. iun. *conſil.* 16. *n.* 29. *lib.* 4. Natta *conſil.* 320. *colum.* 2. Menoc. *d. præſumpt.* 193. *n.* 1. licet nonnulli alij diſſentiant, & malè.

36 Porrò ſecunda opinio, quod portio cohæredis non

veniat

veniat reſtituenda eſſet ſine dubio, ſi ſubſtitutio facta eſſet in portione eius quę vltimo morienti fuit relicta, vel in portione patris tuæ, vel in portione eius, quod habuit, quo caſu nec tota portio eſſet reſtituenda, ſed ſolū dimidia portionis, Torniel. *in d. §. cum ita, nu.* 51. & ibi Zanch. *n.* 382. *ſecundum primam impreſſionem*, & Pereg. *d. art.* 8. *num.* 20. *& ſeq.*

37 Declaratur autem prima opinio, ſecundum Menoc. *d. præſumpt.* 193. *n.* 17. vt non procedat, quando vltimò moriens fuit grauatus reſtituere portionem ſuam purè, quia tunc non præſumitur grauatus reſtituere etiam portiones cohæredum, quæ deinde ſibi obuenerunt ex conditionali fideicommiſſo, allegat Ripam *in d. l. cum ita, n.* 49. & Padil. *in l. cum virum, n.* 36. *C. de fideicom.* & ſequitur Intrigl. *d. cent.* 2. *q.* 74. *n.* 174.

38 Ego autem non video quomodo poſſit fideicommiſſum relinqui purè ab vltimo moriente, vt loquuntur Menoch. & Intrigl. nam fideicommiſſum non poteſt deberi niſi ab eo, qui vltimo loco deceſſerit & ſic expectanda eſt mors & propterea fideicommiſſum erit conditionale *l. pater Seuerinam, §.* 1. *& l. hæres meus, in princ. ff. de cond. & dem.* Fulgoſ. *in l. poſt mortem col.* 3. *C. de fideic.* Aret. *conſil.* 1. *col.* 2. Dec. *conſil.* 582. Ceph. *conſil.* 472. Craſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 20. *n.* 5. Præt. *de interpretat. vlt. volunt. fol.* 310. *n.* 5. qui omnes dicunt, quod vocatus poſt mortem ad fideicommiſſum, dicitur ſub conditione beneficiatus.

Præterea in terminis reciprocæ ſubſtitutionis malè adaptatur iſta declaratio, quia aut reciproca eſt pura inter inſtitutos, & non video quomodo congruè poſſit alter ex inſtitutis grauari alio puro fideicommiſſo erga alium: vltra quod portio cohæredis non poteſt ad vltimum peruenire ex fideicommiſſo conditionali. Aut reciproca eſt conditionalis inter inſtitutos, & incongruè pariter poſtea ſequeretur alia fideicommiſſaria pura ad alterius fauorem, qui non eſſet de inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis. Nec Ripa & Padill. allegati à Menoch. loquuntur in terminis caſus propoſiti à Menochio.

Non omitto etiam, quod dixit Alciat. *conſil.* 136. *n.* 1. *in fine lib.* 9. vbi vult, quod ſi grauatus quis ſit reſtituere portionem hæreditatis teſtatoris, non veniant portiones cohęredum habitæ ex reciproca, aliud ſi quando filius eſt grauatus reſtituere portionem ſuam, ſcilicet filij, quia tunc veniunt omnia peruenta ad hæredem iudicio teſtatoris.

39 Tertius caſus eſt, quando teſtator inſtituit hęredes Titium, & Seium, & grauauit Titium vt reſtitueret poſt mortem Caio portionem ſuam, poſtea grauauit Seium, vt reſtitueret poſt mortē portionem ſuā Titio cohæredi, hoc caſu Titius cenſetur grauatus reſtituere portionem etiam, quam habuit ex ſubſtitutione facta de eius perſona Seio cohæredi, Bart. *in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam*, & ibi Bald. Comen. Alexan. & alij communiter, *ff. ad Trebell.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita num.* 50. *ff. ad Trebell.* vbi teſtatur de communi opinione, Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 193. *nu.* 19. Intrig. *d. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 175. Ratio eſt, quia ex ordine intellectus fideicommiſſum præcedit, licet ſequatur ex ordine literæ, & ordine intellectus præfertur ordini literæ *l. quidam, ff. de pecul. legat. l. nec enim ff. de ſolut.* Hic caſus eſt in ſe verus, non tamen conuenit terminis reciprocæ, prout Menoch. & Intrigl. eum ſub capite reciprocæ poſuerunt: hoc enim in hoc caſu nulla apparet reciproca inter inſtitutos, vnde rectius conuenit materiæ compendioſæ, vel ſimplicis fideicommiſſariæ.

40 Quartus caſus eſt, quando non apparet an fideicommiſſum præcedat, vel ſequatur exemplum: ſi teſtator tribus filijs inſtitutis dixit, qui deceſſerit ſine liberis reſtituat portionem ſuam ſuperſtitibus: hoc in caſu, in quo non apparet de ordine ſcripturæ, vel ex ordine intellectus quilibet dicitur prius honoratus, quàm grauatus & primo moriens prius grauatus & tunc in reſtitutione fideicommiſſi veniunt, & portiones cohæredum Bart. *in l. Marcellus, §. quidam liberis*, & ibi Cuman. Alex. & alij communiter, *ff. ad Trebell.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita*, vbi dicit eſſe communem: & ibi Zanch. *par.* 5. *n.* 78. *ff. eod.* Padil. *in l. cum virum, n.* 40. *C. de fideicom.* Bald *conſ.* 407. *in quæſt n.* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 94. *punctus lib.* 2. Bar. *conſ. vlt. D. Caio.* Roman. *conſil.* 18. Alex. *conſ.* 25. *lib.* 1. *conſ.* 66. *nu.* 13. *lib.* 2. *& conſ.* 55. *n.* 18. *lib.* 4. Corn. *conſil.* 330. *lib.* 1. *& cōſil.* 24. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 81. *dubio tertio, & conſil.* 86. *col.* 1. Ruin *conſil.* 120. *lib.* 1. Grat. *conſ.* [illegible] *n.* 18. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* [illegible]6. *n.* 57. *lib.* 2. Socin. iun. *conſ.* 16. *n.* 27. *lib.* 4. Hier. Gab. *conſ.* 121. *n.* 50. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 471. *n.* 9. 29. *&* 30. Menoch *lib.* 4. *præſump.* 193. *n.* 20. Intrig. *d. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 176. Pereg. *de fideicom. art.* 8. *num.* 17. Ratio eſt, quia vt fideicommiſſum debeatur in dubio præſumitur hæres prius honoratus per fideicommiſſum in cohæredis portione, quam grauatus, & hoc ex ordine intellectus. Et cum ſint omnes grauati præſumitur teſtatorem voluiſſe totum peruenire ad vltimum, ergo in reſtitutione totum continebitur.

Contra autem tenent, & malè Bart *in l. Scæuola ff. ad Treb.* Ang. poſt Ramer. *in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam, colum. penult. ff. eod.* 41

Quintus caſus eſt, quando teſtator pluribus filijs inſtitutis, & reciprocè ſubſtitutis, ita dixit, & ſi omnes ſine liberis deceſſerint ſubſtituo Caium: hoc caſu vltimo decedens cenſetur etiam grauatus reſtituere portiones cohæredum, Bart. *in l. Scæuola*, & ibi Paul. Caſtr. *ff. ad Trebell.* Bald. *in l. Marcellus, §. quidam liberis*, & ibi Paul. Caſtr. & Alexand. *ff. eod.* Bald. *in l. cum virum*, & ibi Corn. *C. de fideicom.* Imol. *in l. ita tamen, § qui ſuſpectam. ff. ad Trebell.* Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, n.* 52. *ff. eod.* vbi dicit ab hac opinione conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe, Bald. *d. conſ.* 407. *in quæſtione quæ vertitur, lib.* 1. Alex. *conſ.* 25. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 20. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 86. *col.* 1. Ceph. *conſ.* 259. *n.* 27. *conſ.* 471. *n.* 29. *& conſ.* 5[illegible]3. *per totum*, Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 193. *n.* 2. vbi dicit hanc opinionem conſulendo, & iudicando tenendam eſſe, Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 177. 42

Adducitur primò text. *in l. Scæuola, ff. ad Trebellian.* Secundò *l. Marcellus §. quidam liberis ff. eod.* vbi in grauato reſtituere portionem venit & portio cohæredis: ergo multò magis veniet, quando ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta nulla habita mentione bonorum, nec portionis. Et in dubio ſubſtitutio alicui facta, cenſetur de omni hæreditatis parte ad eum peruenta facta, ita poſt Bar. Ang. Salic. & Imol. ſcribit Alex. *conſil.* 66. *col. vlt. verſic. ergo dicta ſubſtitutio, lib.* 2. Ceph. *conſil.* 471. *n.* 3[illegible] *lib.* 4. *repetito conſ.* 513. Et quamuis Angel. *in d. §. qui ſuſpectam*, diſſentiat, non erit curandum conſulendo, & iudicando de eius opinione, cum præcipuè eius argumentis reſpondet ibi Imol.

Sextus caſus eſt, quando conditio ſubſtitutionis factæ vltimo reſpiceret etiā portiones cohæredū, & hoc caſu portio cohæredis prius defuncti veniet in reſtitutione fideicōmiſſi, Zanch. *in d. §. cum ita part.* 5. *n.* 157. Menoc. *d. præſump.* 193. *n.* 23. Intrig. *d. cent.* 3. *q.* [illegible]4. *in fin.* 43

Septimus caſus eſt, quando reciprocè ſubſtituti ſunt prohibiti detrahere Trebellianicā, nam hoc caſu portiones cohæredum erunt reſtituendæ, dum enim prohibetur Trebellianica, colligitur teſtatoris mentem fuiſſe, quod ſua hæreditas vniuerſa, & abſque diminutione deueniat ad ſubſtitutum, & niſi portiones cohæredum veniant, tota hæreditas non perueniret ad ſubſtitutum, quando enim teſtator dicit, quod tota hæreditas ſo- 44

tas ro-

tas reſtituatur. prohibita dicitur Trebellianica, Gloſ. *in l. decem, in verb. præſtantur. ff. de fideic.* Menoch. *conſi. 44. num. 15. & lib. 4. præſump. 198. n. 14. 15. & 19.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 12. n. 13.* vbi de cõmuni, Ant. Gabr. *ad Trebel. concl. 5. & 6.* Peregr. *de fideic. art. 3. n. 88. & ſeq.* Prat. *de interp. vlt. vol. fol. 366. n. 25.* Maſcard. *de probat. concl. 1389.* ergo è contra quando teſtator dicit, quod
45 Trebellianica nõ detrahatur, cenſetur diſponere quod tota hæreditas reſtituatur abſque vlla diminutione: & quando grauamen eſt impoſitum verbis generalibus portiones cohæredum reſtitui debent vt ſupra *dictum eſt n. 33.* & in terminis ita conſuluit Ceph. *conſil. 471. n. 30. repetito conſil. 513. n. 34. verſic. poſtremò.*

Tertivm caput eſt quando agitur de prohibitione alienationis pluribus facta, & vni obuenerunt portiones aliorum iure fideicommiſſi, an & hæ portiones veniant in reſtitutione fideicommiſſi? & hoc in capite diſtinguo duos caſus.

46 Primus caſus eſt, quando prohibitio eſt perſonalis: vt quando plures honorati in re ſunt prohibiti alienare partem ſuam, & hoc caſu portiones cohæredum non veniunt *l. cum pater, § quindecim ff. de legat. 3.* & ibi Doctor. Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ita. n. 4. ff. ad Trebell.* Alciat. *reſp. 136. dubio primo.* Peregr. *conſil. 49. n. 10. lib. 3.* de hoc etiam dixi *quæſt. an prohibitio alienationis comprehendat partem obuentam à cohærede num. 4.* vbi retuli diſſentientes.

47 Secundus caſus eſt, quando agitur de prohibitione reali, ex qua reſultat fideicommiſſum ſimplex, abſolutum & vni obuenit portio cohæredis, & hæc erit reſtituenda fideicommiſſario, Paul. Caſtr. *conſil. 77. viſis, & conſideratis, n. 5. lib. 1.* Alciat. *d. conſil. 136. dubio primo,* Peregr. *d. conſil. 49. n. 10. lib. 3.* Caualcan. *deciſ. 6. n. 8. part. 3.* & conferunt dicta *ſupr. in 2. cap.* de reciproco fideicommiſſo.

48 Ampliatur hic caſus, & ſi quis eſſet prohibitus alienare partem ſuam, quia intelligitur de quacunque quã iudicio teſtatoris habet, quia omnis dicitur pars ſua, ita Alciat. *loco citato,* vbi allegat Doct. *in l. voluntas. C. de fideicom. & in l. pero ff. de leg. 2.* & videnda erunt dicta *in ſecundo capite, num. 34. & ſeqq.*

De hac quæſt. circa hoc tertium caput vide *quæſt.... an prohibitus alienare cenſeatur etiam prohibitus alienare partem ſibi obuentam à cohærede.*

QVÆSTIO DCLVIII.

Testator inſtituit plures filios, vel agnatos, vnũ ex eis grauauit fideicommiſſo, ſi ſine liberis deceſſerit, hic grauatus habuit ab inteſtato portiones cohæredũ dubitatur, an & iſtas reſtituere teneatur? Quod autem non veniant in fideicommiſſi reſtitutione tenendũ eſt cũ Pereg. *de fideic. art. 8. n. 22. & art. 13. n. 8.* & Ceph. *conſil. 326. n. 34.* Ratio eſt, quia grauatus eas portiones non habuit ex iudicio teſtatoris, nimirum ſi non cadunt ſub fideicommiſſo ab eo conſtituto *l. pater, §. quindecim, ff de legat. 3. l. qui fundum, § filios ff. ad leg. Falcid.* Rip *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 57. ff ad Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art. 6. num. 7.* Et in ſpecie quod grauatus reſtituere hæreditatem intelligatur grauatus in parte ſua, non in parte cohæredis colligitur ex tex. *in l. Lucius Titius,* & ibi Gloſ. Bald. Angel. & Imol. *ff de legat. 1.* Soc. ſen. *in l. qui duos, n. 14. in fine ff. de reb. dub.*

QVÆSTIO DCLIX.

Accedo propius ad materiam detractionum, & in primis vidẽdũ eſſet de Trebellianica, ſed quia fauente Deo de hac faciã particularẽ tractatũ hic omitto.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in legitimam aſcendentium imputantur, contra num. 5. amplia & declara n. 11. & ſeqq.*
2 *Lex correctoria non extenditur, nec ex paritate rationis, declara ibid.*
3 *Filius reuocat alienata in fraudem ſua legitima.*
3 *Parentes non reuocant alienata à filijs in fraudem eorum legitima. contra n.....*
4 *Aſcendentes non detrahunt duas quartas pro vt detrahunt deſcendentes, contra num. 9.*
6 *Legitima aſcendentium eſt triens, pro vt eſt legitima deſcendentium.*
7 *Legitima aſcendentibus debetur purè & ſine vllo grauamine, pro vt debetur deſcendentibus.*
8 *Legitima inſtitutionis titulo relinqui debet. tam aſcẽdentibus, quàm deſcendentibus.*
10 *Fructus nõ imputantur in legitimam deſcendentium, declara num. ſeqq.*
Ampliatur tam in filijs primi gradus, quàm cæteris deſcendentibus, num. 11.
Ampliatur non imputari etiam volente teſtatore, n. 12. declara num. 13.
Limitatur in fructibus perceptis viuente teſtatore, n. 14. declara n. 15.

QVAESTIO DCLX.

In legitimam vtrum fructus imputentur?

In præcedentibus viſum fuit, an deſcendentes in legitima grauari poſſint, vt in quæſt. 296. & in quæſt. antecedenti 295. actum fuit de legitima debita aſcendentibus, nunc videamus, an fructus in legitimam ſint imputandi? In quo articulo, ſi de legitima aſcendentium agitur, ſunt opiniones; Alij volunt imputari, Alexand. *in l. in fideicommiſſariam, n. 9.* & 1
ibi Rip. *n. 43. ff. ad Trebell.* idem Alex. *in l. ſi filiusfam. ff. ad leg. Falcid.* Roder. Suarez. *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 16. n. 5. C. de inoff. teſtam.* Fabian. *in auth. nouiſſima, q. 15. verſic. ſed quid è contra C. eod.* Bald. *in cap. ſi pater.* & ibi Franc. *de teſtam. in 6.* Roland. à Valle *conſil. 39. dubio tertio lib. 3.* Ceph. *cõſ. 98. n. 5.* Caualc. *de vſufruct. mul. relict. num. 18. & num. 51.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Guid. Pap. *quæſt. 478.*] Et ita tenet & Surd. *deciſ. 21.*

Pro qua opinione adducitur primò, *l. Papinianus, §. vnde ſi quis, ff de inoff. teſtam.* vbi habetur illo iure fructus perceptos medio tempore pendente conditione fideicommiſſi imputari in legitimam tam aſcendentiũ, quàm deſcendentium, & licet de iure C. aliud ſit ſtatutum in deſcendentibus per *l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.* & infra dicetur, non tamen de legitima aſcendentium aliud determinatum, ergo ſtabitur iuri non correcto, argum. *l. præcipimus, C. de appellat.*

Secundò, in correctorijs non fit extenſio etiam ex 2
paritate rationis, Doct. *in l. ſi verò §. de viro. ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in auth. quas actiones, C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* Vel ſaltem, vt fiat extenſio in correctorijs, requiritur vltra concurſum eiuſdem rationis, vt non expreſſum ſaltem lato ſumpto vocabulo contineatur ſub expreſſo, Gloſ. *in auth. vt hi qui oblig. in verbo, ad curationem.* Imol. *in l. ſi verò §. de viro ff. ſolut. matr.* Alexan. *conſ. 204. col. 3. lib. 2.* Pariſ. *conſil. 47. nu. 77. lib. 3.* vbi alios congeſſit, Hieron. Gabr. *conſil. 14. n. 27. lib. 1.* At inter legitimam aſcendẽtium, & legitimam deſcendentium non poteſt dici adeſſe identitatem rationis, quia immo eſt minor, ergo, &c. Quod minor inſit ratio patet ex pluribus.

Nam

Digitized by Google

Nam primò, deſcendentibus legitima eſt debita iure naturali & ciuili, aſcendentibus vero iure poſitiuo tantum, *l. cum ratio ff. de bon. damnat.*

3 Secundò, filius reuocat alienata à patre in fraudem ſuæ legitimæ, non è contra Bart. *in l. non vſque adeo. ff ſi à patr. quis fuer. manum.* Pic. *in l. poſt contractum, nu.* 13. *& 14. ff. de donat.* Pinel. *in l. 1. part. 3. princ. n. 77. C de bon. matern.* Peregr. *de fideicom. art. 26. n. 37.* & hoc quia hæreditas filiorum non ita eſt debita parentibus, prout è contra, nam filijs debetur iure naturæ, *l. ſcripto, ff vnd. liber.* parentibus verò ordine naturæ turbato, *l. nam, & ſi parentibus. ff. de inoff. teſt.*

4 Tertiò filius grauatus à patre fideicommiſſo detrahit legitimam & Trebellianicam, non è contra, Alexan. qui de communi teſtatur *in l. in ratione, §. quod vulgo, n 11. ff ad leg. Falcid* Iaſ. *in auth ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. generaliter, § cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtit.* Soc. ſen. *in l. cum auus, col. 7. verſic. ſeptimo adducit, ff. de condit. & demonſtrat.* Pic. *dicta l. in quartam, n. 233.* Padill. *in auth. res quæ, n. 36. C. comm. de legat.* Peregr. *de fideicom. art. 3. n. 51.* vbi à filio dicit duas quartas poſſe detrahi, & *n. 53.* ſubdit contrarium in aſcendentibus. Alias multas differentias inter ſucceſſiones aſcendentium, & deſcendentium congeſſit Peregr. pro confirmatione huius ſententiæ *in tract. de fideicommiſſ. artic. 49. n. 43 vſque ad numerum* 47. & apud eum videri poterunt.

5 Alij autem contra ſe habent, quod aſcendentes non imputent fructus in legitimam, ſicuti non imputant nec deſcendentes, ita Bald. *in l. Papinianus, §. vnde ſi quis, C. de inoff teſtam.* Ioan. de Gaton. *in auth. ut ex teſtamento, n. 32. C. de ſecund. nupt.* Corn. *conſil. 176. col. 1. lib. 3.* Soc. iun. *conſil. 64. lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 49. n. 46. verſic. contrarium.*

6 Fundamenta huius opinionis ſunt. Primò, quia legitima aſcendentium eſt aucta de quadrante ad trientem, prout eſt diſpoſitum de legitima aſcendentium, Gloſ. *in d. authent. nouiſſima,* & ibi Doctor. communiter, *ff. de inoffic. teſtam.* Roland. à Valle *conſil. 39 lib. 1.* Soc. iun. *conſil. 64. lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſil. 94. conſil. 101. n. 7. & conſil. 126. dubio ſecundo, lib. 1.* Peregr. *d. artic. 49. parte ſecunda, n. 47.* Petr. *de fideicom. quæſt. 15.*

Secundò, quia parentes ſicut liberi agunt ad ſupplementum legitimæ, non de inofficioſo, *l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.* Craſſ. *in § legitima quæſt. 34.*

7 Tertio, quia legitima aſcendentibus purè debetur, & ſine vllo grauamine, prout debetur deſcendentibus, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* Gloſ. *in authent. de hered. & falcid. §. ſi verò.* Soc. iun. *conſil. 64. lib. 2.* Gomeſ. *Variar. Reſolut. tomo 1. cap. 11. num. 24.* qui teſtatur eſſe communem opinionem, Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 10. numero 266.* Anton. Gabr. *de legit. concl. 1.* Craſſ. *in § legitima, quæſtione 39. num. 2.* Præt. *de interpretat. vltimarum voluntatum, folio 363. num. 2.* & dixi *quæſt. 193.*

8 Quartò, quia inſtitutionis titulo relinqui debet legitima aſcendentibus, ſicuti relinquitur deſcendentibus, aliàs teſtamentum non ſuſtineretur, *§. iuſtum autem, § ſancimus, & §. hæc autem diſpoſuimus in auth. vt cum de appell. cognoſ.* Bart. & alij communiter *in dicta authent. nouiſſima,* vbi Iaſ. ſcribit eſſe communem, Clar. *in § teſtamentum quæſt. 58.* Ludou. Molin. *de Hiſp. Primog. lib. 2. cap. 15. n 16.* Theſaur. *deciſione 58. n. 1.*

Quintò, aſcendentibus debetur legitima à die mortis filij abſque dilatione, vnà cum fructibus *d. l. quoniam in prioribus*, ideo mortuo filio imputatio ceſſat, quia debitum exactum non recipit compenſationem, Bald. *in l. filium quem habentem, n. 10. C. famil. erciſc. & in l. ſcimus, n. 5.* & ibi Salic. *C. de inoff. teſtam.* Rip. *in l. in fideicommiſſarium, n. 30 ff. ad Trebellianum.* Peregr. *d. art. 49. n. 41.* Vlterius fructus iſti non fuerunt vnquam filij, ergo non poſſunt imputari, quia imputatio non fit de his quæ nunquam fuerunt teſtatoris, prout vtrumque aſſumptum probat Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3 §. 30. part. 1. limit. 32. n. 231.* ergo fructus non compenſabunt debitum legitimæ.

Sextò accedat, quod ſecundum magis receptam 9
ſententiam, & parentes duas detrahunt quartas, ſicuti & deſcendentes Angel. *in l. miles §. vlt.* & ibi Cuman. *ff. de teſtam milit.* Croti. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 22. verſic. nunquid autem, ff de verbor. oblig. & in l. re coniuncti, quæſt. 21. verſic. ex quo inferebam. ff de legat. 3.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe communiter receptam, Barbat. *in cap. Rainutius, auth. penultima colum. ſecunda, ext. de teſtam.* Capr. *conſil. 99. colum. vltima,* Crauet. *conſil. 116.* Ludou. Molin. *de Hiſp. Primog. lib. 1. cap. 17 n. 5.* vbi allegat Did. Oroſ. Gregor. & Eman. Coſt. Et quibus ego inclino in hac opinione quæ tamen declarabitur multipliciter, prout declaratur concluſio, quando in deſcendentium legitima fructus imputantur, de quo ſtatim dicam.

Si verò de legitima deſcendentium agetur, receptiſſi- 10
ma eſt omnium ſententia, quod in ea fructus non imputentur. Bart. & alij communiter *in l. quod de bonis, § quod auus ff. ad leg. Falcid.* Bald. *in l. ſcimus n. 5.* & ibi Salic. & alij, *Cod. de inoff teſtam.* Angel. *in l. iubemus col. 2. in vlt. not.* & ibi Paul. Caſtr. *circa finem C. ad Trebell.* de Caſtr. *in l. mulier, § cum proponeretur n. 6 ff. eod.* Rip. *in l. in fideicommiſſarium, n. 38. ff. eod.* Ruin. *conſil. 57. num. 9. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 62. n 8. libro 2.* Ruin. iun. *conſil. 31. n. 21. 50. & 73.* Cephal. *conſil. 398. n. 10. lib. 3. & conſil. 777. lib. 5.* Menoch. *conſil. 163. n. 48.* Petr. *de fideicom. q. 15 nu. 109.* Peregr. *de fideicom. art. 49. n. 39. & ſeqq* Ioſeph Ludou. *deciſ. Luc. 25 n. 100. & ſequentibus.* Probatur hæc opinio ex tex. *in l. ſcimus, § repletionem, C. de inoff. teſtam.* Et ratio etiam adducitur, quia legitima debetur filijs ſtatim mortuo patre abſque vlla interpoſitione, & ſtatim euellitur de corpore hæreditatis *d. l. quoniam in prioribus.* Gloſ. *in l. vxori,* & ibi Bart. *ff. de vſufr. legat.* Gloſ. *in d. authent. nouiſſima,* vbi poſt alios Iaſ. *n. 54.* Fabian. *n. 58. C. de inoff. teſtam* Alexand. *conſil 57. col 2. lib. 3.* Dec. *conſil. 435. n. 14.* & Suarez *in dicta l. quoniam in prioribus.* At debitum exactum non recipit compenſationem, Rip. Bal. & Salic. quos refert, & ſequitur Peregr. *d. art. 49. n. 11.* ergo &c. Præterea in quartam non imputatur id quod nunquam fuit defuncti *d. authent. nouiſſima, & d. l. ſcimus in princip. & in § repletionem.* Corat. *in l. filium quem habentem, numero 91. C. famil. erciſ.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3 §. 30. part. 1. limitat. 24. num. 231.* At fructus iſti nunquam fuerunt teſtatoris, Vaſq. *loco citato,* ergo, &c.

Ampliatur primò hæc ſententia, vt procedat tam in 11
filijs primi gradus, quàm in reliquis deſcendentibus, Cephal. *conſil. 398. num. 10. & conſil. 479. n. 54.* Peregr. *d. art. 49. num. 39.*

Ampliatur ſecundò, non compenſari etiam volente 12
teſtatore, Ruin. *conſil. 57. n. 22. lib. 2.* Surd. *conſil. 191. n. 7. lib. 2.* vbi alios adducit, & ſenſit Menoch. poſt alios *conſil. 476. num. 1.*] Idem etiam tenent Surd. *deciſ. 11.* Alexand. *d. l. in fideicommiſſarium num. 6. 7.* & ibi Rip. *nu. 12. ff. ad Trebell.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 18.* Soc. Ion. *conſil. 82. n. 3 lib. 4.* Ruin. *conſil. 57. n. 9. lib. 2.* Burſat. *qui alios adducit conſil. 44. nu. 18. lib. 1.* Magon. *deciſ. Luc. 85. in fine* Rol. *de inuent. par. 5. q. 4. num. 28.*

Sed contra tenent magis communiter Doct. quos adduxit *ſupra quæſt. 296. nu. 63. & infra hac quæſt. n. ſeq.* & plenè dixi in vna de Caſtiglione de Petrocinis contra ti-

tra ti-

Google

tra fiſcum *vt in conſ....* ſed verè præcipuè ſic motus fui, quia ibi agebatur cauſa contra fiſcum, vt ibi in vltimo argumento contra fiſcum.

13 Sed quid ſi teſtator impoſuit fideicommiſſum, & grauauit filios retinere legitimam in fructibus, vel pecunia, vel mobilibus, an patris diſpoſitio ſuſtineatur? Peregr. *tract. de fideic. art. 36. num. 75. & ſeq.* tenet poſſe poſt plures relatos, & dicit ita iudicatum. Sed ad hoc videndi erunt Menoch. *de arbit. iud. conſil.* 163. Anton. Gabr. *de legit. concl.* 3. Petr. *de fideicom. quaſt.* 5. *num.* 66. *vſque ad num.* 77. *& num.* 91. *& ſeqq. & n.* 148. vbi ponit pulchram diſtinctionem. Peregr. *d. art. 36. n. 26. & ſeqq.* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 565. *nu.* 141. *& ſeqq. & quæ dixi ſupra quæſt. 296. n. 74. & nu. 84. & quæſt. 693. num. 2 . verſic. intellige etiam.*

Sed quid ſi teſtator inſtituit filium hæredem, & eum grauauit reſtituere totam hæreditatem etiam legitimam, vel fructus bonorum vltra legitimam? nam tunc fructus vltra legitimam percepti ſunt reſtituendi, vel in legitimam imputandi, Cuman. *conſil.* 52. Curt. iun. *conſil. 12 . n. 16. lib.* 5. Natt. *conſil. 231. n.* 5. Ceph. *cõſ.* 153. *num. 92. & 93. lib.* 2. quos refert & ſequitur Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc. 28. n. 105. & ſeqq.* Contra tamen tenuerunt Alexand. *in l. in fideicommiſſariam*, & ibi Rip. *ff. ad Trebell.* Roman. *conſil.* 106. & ibi adden. Aemil. *conſil.* 13. Burſat. *conſil. 44. n.* 17. Hieron. Gabr. *conſil.* 124. *per totum lib.* 1. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. limit. 34. n.* 231. Magon. *deciſ. Luc. 85. num.* 19. vbi dicit eſſe crebriorem opinionem. Surd. *deciſ.* 11. De veritate tamen huius controuerſi articuli plenè dictum fuit *ſupra quæſt. 296. n. 65. vſque ad num.* 89.

14 Limitatur in fructibus perceptis viuente teſtatore, quia iſti erunt vel reſtituendi, vel imputandi in legitimam, Angel. & Alexand. *in l. Centurio nu. 41. ff. de vulg.* Salic. *in d. l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoff. teſtam.* & ibi Caſtr. & Iaſ. Roder. Suarez latè *in d. l. quoniam in prioribus, ampliat.* 10. Rip. *in l. in fideicommiſſariam, nu. 40. & ſeqq. ff. ad Trebell.* Peregr. *d. art. 49. num. 4. &* 5. hi enim fructus ſunt corpora hæreditaria, *l. item veniunt, §. non ſolum, ff. de petit. hæred.* ideo etiam venire in reſtitutione fideicommiſſi tanquam mobilia dictum eſt *ſupra quæſt. 626.*

15 Quod tamen intelligendum eſt, niſi ſint conſumpti in neceſſarium vſum filiorum, Peregr. *d. art. 49. nu. 5. in fine*, vbi etiam dicit reſtituendos eſſe conſumptos vltra neceſſarium vſum, vel dolo, vel culpa hæredis.

16 Illud verò pro certo tenendum eſt, quod quando eſſemus in caſu reſtitutionis, vel imputationis fructuum in legitimam, quod filius non teneretur pro fructibus legitimæ, quia debet conſequi, & legitimam, & fructus legitimæ, Rip. *in d. l. in fideicommiſſariam, num. 43. ff. ad Trebell.* Peregr. *d. art. 49. num.* 53.

SVMMARIVM.

1 *Dos materna deducitur de fideicommiſſo.*
Ampl. vt dos retineatur cum fructibus. num. 2.
Ampl. vt bona pro dote æſtimari debeant, ſecundum tempus mortis teſtatoris, num. 3.
Ampl. etiam nullo facto inuentario, num. 4.
Ampl. etiam in dote incerta num. 5.
Ampl. nec fructus perceptos ex bonis fideicommiſſi imputandos eſſe in dotem, num. 6.
Limitatur remiſſiuè, num. 7.

QVÆSTIO DCLXI.

Vtrum dos materna deducitur de fideicommiſſo?

SINE ſcrupulo tranſit concluſio, quòd grauatus fideicommiſſo inter alias detractiones, poteſt & dotem maternam detrahere, ita poſt Paul. Caſtrenſ. Iaſ. Bertrand. Dec. Pariſ. Grat. Gozad. Alciat. Ruin. Socin. iun. Natta, Crauetta, Roland. à Valle, & Alb. ſcribunt. Cephal. *conſil. 272. n.* 43. Hier. Gabr. *conſil. 124. lib.* 1. Menoch. *conſil. 183. num. 33. conſil. 292. num. 8. & conſil. 681. num. 10. & ſeqq.* Decian. *conſil. 54. num. 21. & conſil. 60. num. 16. & ſeqq. lib.* 4. Honded. *conſil. 63. num. 76. verſic. & non ſolum, lib.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 8. num.* 13 Craſt. *in §. fideicommiſſum, q. 47. n.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volun. fol. 354. n.* 13. Petra *de fideicom. q. 15. num.* 7. 1

Ampliatur primò, vt dos retineatur vnà cum fructibus, Soc. iun. *conſil. 170. nu. 6. & ſeq. lib.* 2. Dec. *conſil. 60. num. 16. lib.* 4. Mantic. *d. lib. 7. tit. 8. n.* 13. 2

Ampliatur ſecundò, vt bona, ex quibus deducitur dos, æſtimari debeant ſecundum tempus mortis teſtatoris, Soc. iun. *conſil. 170. lib.* 2. Menoch. *conſil. 183. dubio tertio*, Mantic. *d. lib. 7. tit. 8. num.* 13. 3

Ampliatur tertiò etiam nullo facto inuentario, Bald. Angel. Paul. Caſtr. Alexand. & Socin. ſen. quos refert, & ſequitur, Dec. *in l. debitori, num. 4. & ſequenti Cod. de pact.* Neuiz. qui alios adducit *conſil. 25. num.* 4. Bertaz. *conſil. 107. n.* 65. Hier. Gab. *conſil. 124. n. 3. lib.* 1. Menoch. *conſil. 183. n.* 33. vbi multos alios eiuſdem opinionis recenſet Dec. *cõſil. 60. n. 16. lib.* 4. Chriſtoph. Torn. *conſ.* 88. *nu.* 3. Honded. *conſil. 63. n. 79. lib.* 1. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 354. n.* 13. Phanuc. *de inuent. parte 7. nu.* 42. & dicam *q. 664. num.* 2. 4

Ampliatur quartò, & ſi dos erat incerta, Menoch. *conſil. 292. num.* 8. 5

Ampliatur quintò, nec fructus perceptos ex bonis fideicommiſſi imputandos eſſe in hanc detractionem, Gloſ. *in l. mulier, §. cum proponeretur*, & ibi Iacob. de Arer. Bart. *n.* 2. Alber. *n.* 1. Imol. *col. vlt.* & Alex. *n. 14. ff. ad Trebell.* Angel. *in l. quod de bonis, §. quod autem ff. ad leg. Falcid.* Menoc. *conſil. 183. dubio quarto, & conſil. 292. in fine*, Chriſtoph. Torn. *dicto conſil.* 88. *n.* 6. & alij relati *infra d. q. 664. num.* 6. 6

Limitatur ſecundum ea, quæ dicta ſunt *quæſt.* 648. 7

SVMMARIVM.

1 *Dotem propriam retinet vxor inſtituta à marito, & fideicommiſſo grauata.*
Ampliatur, & ſi dos ſit prælegata vxori, & alia ſint facta prælegata, & ſit rogata reſtituere communi filio hæreditatem, & prælegata, n. 2. *decl. ibid.*
Ampliatur, & ſi verba fideicommiſſi eſſent vniuerſalia num. 3.
Ampliatur, etiam nullo facto inuentario, n. 4.
Limitatur, quando de dote non apparet, niſi ex confeſſione mariti facta in teſtamento, n. 5.
Limitatur ſi nominatim, & in dote ſit factum fideicommiſſum, n. 6.

QVÆSTIO DCLXII.

Vxor à marito inſtituta, & fideicommiſſo grauata, vtrum dotem propriam reſtituere teneatur?

MARITVS inſtituit vxorẽ hæredem, eamque fideicommiſſo grauauit, dubitatur an & propriam dotẽ reſtituere teneatur; Recepta omnium ſententia eſt, quod eam vti rem propriam retineat, Crau. *conſil. 357. num. 16. & ſeqq.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. titul. 8. n.* 28. Præt. *de interpret. vltim. vol. fol. 354. num.* 6. Peregr. *de fideicomm.* 1

*deic.art.6.num.*1. & probatur *in l. vnica* §. *igitur ff. de rei vxor. act. l. fructus,* § *maritus, ff. ad Treb.* & facit communis illa regula, quod in fideicommiſſo vniuerſali nõ continentur ea, quæ grauatus erat habiturus alio exiſtente hærede, niſi hæres nominatim de his ſit grauatus *l. ſequens quæſtio ff. de leg.* 2. Pereg. *d. art. 6. n.* 1.

2 Ampliatur primò, & ſi maritus prælegauit vxori dotem, aliaque fecit prælegata, & dixit quod eam rogabat vt reſtitueret hæreditatem, in qua fuerat inſtituta, & prælegata, nam nihilominus non reſtituet dotem, niſi appareat teſtatorem etiam de dote reſtituenda intellexiſſe, *l. Lucius,* §. *maritus ff. ad Trebell. l. 3. in princip. ff. de dot. præleg.* Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 304. *nu.* 6. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num.* 28. Pereg. *de fideic. art. 6. n.* 1. & ante hos Bart. *in d.* §. *maritus,* Alex. *conſ.* 20. *n.* 11. *lib.* 3. Crauet. *conſ.* 357. *n.* 16. *& ſeqq.* Et diceretur teſtatorem ſenſiſſe & de dote, ſi nominatim de ea dictum ſit, *d.* § *maritus, & l. ſequens quæſtio ff de legat.* 2. & infra dicam, vel ſi feciſſet vnũ prælegatum pro dote, & aliud tantum de alia re, & in numero plurali grauaſſet reſtituere prælegata, argum. *l. vlt. ff. ad Trebell.* vel quando feciſſet vnum tantum prælegatum pro dote, & grauaſſet reſtituere prælegata, Præt. *de interpr. vlt. vol fol.* 304. *nu.* 6. *ad medium*.

3 Ampliatur ſecundò, & ſi verba fideicommiſſi eſſent vniuerſalia, *d. l. Lucius,* §. *maritus, & l. cum pater,* § *fidei tuæ ff. de legat.* 2. Peregr. *de fideicomm. artic. 6. nu. 1. circa finem*.

4 Ampliatur tertiò, etiam nullo facto inuentario, Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 354 *num.* 13. & dicam *qu.* 664. *num.* 2.

5 Limitatur primò, quando de dote apparet niſi ex confeſſione mariti facta in teſtamento, *l. qui vxori, in princ. de ff. aur. & arg leg.* & ibi Bart. idẽ Bart. *in d. l. Lucius,* §. *maritus, in primo not.* & ibi Paul. Caſtr. & Imol. *ff ad Treb.* Pręt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 304. *n.* 6. Ratio eſt, quia cum de dote non appareat, niſi per confeſſionem mariti, habetur pro mero legato *l. Lucius,* § *quiſquis ff. de leg.* 2. *l. cum quis decedens,* §. *codicillis, ff. de leg.* 3. *l. cum ſcripto,* §. *primo de dot. prælegat. l. 3. C. de fal. cauſ. adiec. leg. & d. l. qui vxori, in princ.*

6 Limitatur ſecundò, quando nominatim, & ſuper dote impoſitum eſt fideicommiſſum, quia hoc caſu & dos deberetur. *d. l. Lucius,* §. *maritus ad Trebellian. & d. l. ſequens quæſt ff. de leg.* 2. Mantica *de coniect. vltim. volunt. libro 7. tit. 8. num.* 28. Præt. *de interpret. vltim. volunt fol.* 304. *num.* 6.

7 Quando autem dos reſtitui debet, ita demum intelligitur, ſi quarta Trebellianica remaneat vxori, vel eius hæredibus. *d. l. Lucius,* §. *maritus, ff. ad Treb. l. cum quis,* §. *vxor, &* §. *mulier ff. de dot. prælegat.* Caſtr. *in d.* §. *maritus,* Præt. *d. fol.* 304. *n.* 6. *ad finem*.

Reliqua videnda erunt *ſup. q.* 648.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis delatum à ſtatuto præmoriente vxori locum habet in bonis fideicommiſſi, nu.* 4.
Maximè, ſi ſubſtitutus dotauit, & tacuit marito cõditionem fideicommiſſi nu. 5.
Maximè, ſi ſubſtitutus conſenſit apponi pactum de lucranda dote. nu. 6.
Ampliatur, & ſi pia cauſa ſit ſubſtituta n. 7.
Ampliatur, & ſi maritus ſciuit conditionem fideicommiſſi n. 8.
Limitatur, ſi teſtator voluit bona reſtitui liberè, & pleno iure, vel tota, vel ſine diminutione, numero nono, declara nu. 10.
Limitatur, ſi mulier habebat bona libera, in quibus poterat ſe dotare congruè, & in fideicommiſſo etiam ſe dotauit, nu. 11. *ampl. n.* 12.
Limitatur, ſi conditio fideicommiſſi ſit expreſſa marito, n. 14. *decl. ibid.*
Limitatur in fideicommiſſo conſtituto ab extraneo numer. 15.
2 *Dos eſt quid vniuerſale.*
3 *Super dote, quæ poteſt conſtitui in bonis fideicommiſſi, iuxta auth. res quæ, C. comm. de legat. poteſt fieri pactum cum marito de lucranda dote.*
13 *Euictionis actio datur contra heredes vxoris, quæ conſtituit dotem in bonis fideicommiſſi, ſi maritus in fideicommiſſi bonis non poteſt conſequi lucrum dotale a ſtatuto delatum.*
16 *Lucrum dotale detrahitur in bonis liberis calculatis etiam bonis fideicommiſſi in dotem datis cum bonis liberis, non autem ſolum in bonis liberis, contra nu.* 17. *decl. ibid.*

QVÆSTIO DCLXIII.

Lucrum dotis delatum à ſtatuto ob mortem vxoris ſine liberis, an ſit deducendum ex bonis fideicommiſſi?

SI extant ſtatutum, quod maritus lucretur dimidiam dotis præmoriente vxore ſine liberis, & mulier habeat bona fideicommiſſo ſubiecta, & ea in dotem dedit erit locus lucro dotis in caſu, quando pater reliquit dotem filiæ, & eam fideicommiſſo grauauit, ita ſcribunt Bald. *in authent. res, quæ nu.* 14. & ibi Bart. *nu.* 2. Paul. Caſtr. *col.* 2. & Curt. iun. *nu.* 46. *C. commun. de legat.* Caſtr. *in l. mulier,* §. *cum proponeretur, num. 3. & ſeq ff. ad Treb.* Pariſ. *conſ. 91. num. 39. lib.* 3. Bald. *conſ.* 79 *caſus talis eſt* Zeno. *conſ.* 103. *& conſ.* 327. *libr.* 4. Anchar. *conſ.* 387. *n.* 21. Paul. Caſtr. *conſil.* 80. *col.* 2. *verſ. breuiter, libr.* 1. Crau. latè *conſ.* 186. Cepn. *conſ.* 365. *num.* 42. 43. *& nu* 67. Dec. *conſ.* 12. *dubio ſecundo libr.* 2. Campeg. *tractat. de dot. part. 5. q.* 18. Rol. à Val. *de lucr. dot. q.* 57. Intrig. *de ſubſt. cent. 3. q.* 73. *num.* 43. Pereg. *de fideic. art. 42. nu.* 104. Gall *tract. de excep. ſucceſſ. tit. 4. except. 11. num.* 38. 124. *& ſeqq.* 1

Fundamenta ſunt primò, quia ſubſtitutio facta per patrem ſuper dote filiæ, intelligi debet de eo quod reſtitui poteſt de iure, & de facto, *l. mulier,* § *ſi hæres ff. ad Trebell.* Sed ſtante ſtatuto dotis lucrum non reſtituitur, ergo &c.

Secundò, quia ſtatuta de lucro dotis trahi debent ad legatum ſic in cauſam dotis factum, & hoc ex interpretatione paſſiua *l.* 1. §. *lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid.*

Tertiò, in diſpoſitione de aliquo vniuerſali, continentur & onera *l. 2. ff. de hæred. vend.* At dos eſt quid vniuerſale, Alex. *in rub. ſol. matrim. nu.* 28. & ibi Iaſ. *nu.* 28. *& ſeqq.* vbi de magis communi, & Rip. *num.* 43. ergo pater dum diſponit de dote, cenſetur & de lucro dotali diſpoſuiſſe. 2

Quartò dum teſtator permittit filiæ rem relictã tradere in dotem, cenſetur etiam permittere acceſſorium, hoc eſt lucrum dotis, quòd dicitur ineſſe principali, *l. ex diuerſo. ff. de rei vendic.* & per conſequens, quod filia potuerit dotem conſtituere ſecundum naturam dotiũ, ita vt maritus lucrum facere poſſet, ſecundum ſtatuta ciuitatis arg. *l. ſi ſtipulatus,* §. *verum ff. de vſur.*

Quintò præſumitur, quod teſtator velit, quòd volũt & leges, & conſuetudines, & quòd illæ habeant locum in ſua diſpoſitione, *l. item quia, ff. de pact. l. quæritur,* §. *ſi venditor. ff. de ædil. edict.* cenſetur ergo voluiſſe, quod lucrum de dote delatum à ſtatutis locum habeat.

Sextò, viduitas in virgine eſt odioſa, *l. 2. C. de indict. vid. toll.* & dũ pater relinquit pro dote, relinquit vt nubat: ne igitur videatur in filia cauſare viduitatem, quia non ita de facili virum inueniret ſine beneficio lucri dotalis ſtatuario, ſequitur dicendum ex mente paterna colligi, quod illud locum habere debeat,

3 Septimò accedit, quod in bonis fideicommiſſi filia poteſt dotem ſibi conſtituere præter voluntatem teſtatoris, vt dictum fuit *q.* 531. & poteſt paciſci de lucro dotis cum marito ſuper dote conſtituta, *vt in auth. de reſtit. & ea quæ par, §. moriente §. rurſus, & §. ſancimus*, & ibi Gl. magna *in § quamobrem* & ibi Bart, Bald. *in auth. res quæ n.* 14. & ibi Paul Caſt *col.* 2. Curt, iun. *n.* 46. *Cod. comm. de legat.* Bald. *conſil.* 356. *lib.* 2. *conſ.* 75. *in fin. conſ.* 1 1. *in fin. & conſ.* 469 *lib.* 4. Cuman. *conſ.* 56. *in princip.* Paul. Caſt. *in l. ſi mul. §. cũ proponeretur, col.* 2. *C. ad Trebell.* Bartol. Soc. *conſ.* 23. *col.* 2. *lib.* 3. Lap. *in cap. per veſtras, §.* 13. *ext. de donat. inter vir. & vxor.* Bellon. *conſ.* 83. *n.* 3. & 8. Crau *conſ.* 186. *n.* 4. Roland, à Valle *de lucr. dot. qu.* 57. *n.* 11 Pereg. *de fideic. art.* 42, *nu.* 96, vbi de communi, Decian, *conſ.* 12. *n.* 15. *lib.* 2, niſi ſuperſint bona libera, vt per eos, & ſi poteſt hoc fieri pacto, multò fortius poterit hoc fieri ſtatuto, cũ tunc præſumatur dos data voluntate teſtatoris, & ex ſtatuto reſultat inter partes tacitum pactum de lucranda dote, *l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua ff. de ædil. edict. & l. vlt. C. de fideiuſſ.*

4 Non erit ergo curandum, quod contrarium teneat Alexand. 176. *col.* 2. *lib.* 7. quem videtur ſequi Phanuc. *tract. de lucr. dot gloſ.* 10 *n.* 57. *& ſeqq.* Vltra quod Alex, loquitur non in his ſimplicibus terminis, ſed quando etiam abſolutè ita teneret, eius argumenta non ſubſiſtunt, vt patet ex Rolan. *d. q.* 57. vbi reſpõdet ad omnia,

5 Prima autem opinio maximè procederet, ſi ſubſtitutus ipſe dotauit mulierem in rebus fideicommiſſi, & tacuit marito conditionem rerum datarum in dotem, nam vendicante ſubſtituto bona, illi obſtaret euictionis exceptio, maritus enim habet iuſtam cauſam in lucro dotis, quia bona præſumuntur libera, & ſic lucro dotali ex ſtatuto ſuppoſita, *ad l. vendicantem, ff. de euict.* Peregr. *d. art.* 42 *nu.* 100. vbi ampliat procedere, & ſi ſubſtitutus ignoraſſet onus fideicommiſſi, quia eius ignorantia non debet nocere marito, *l. quidam ita, §. vltima, ff ad Trebellianum.*

6 Et fortius, ſi ſubſtitutus, qui dotauit permiſiſſet etiã apponi pactum de lucranda dote iuxta ſtatuti diſpoſitionem, quia ſic videretur renuntiaſſe fideicommiſſo, quod facere poterat, *l. quoties Cod. de fideic.* & plenè fuit dictum *q.* 587 *& ſeqq.* ita in ſpecie ſcribunt Paul. Caſtr, *conſilio* 59 *pro pleniori, lib.* 1. Peregr. *dicto artic.* 42. *numero* 101.

7 Ampliatur primò communis opinio, etiam ſi pia cauſa eſſet ſubſtituta, quia & contra eam maritus lucrabitur dimidiam dotis Bal. *cõſ.* 327 *lib.* 4. Curt. iun *in auth. res quæ, numer.* 37, *C. commun. de lega.* Crauet. *conſ.* 86, *numero* 15. Rol. à Val. *de lucr. dot. quæſt.* 57. *nu.* 13. Gall, *dicta except.* 11 *numero* 126. Phanuc. *de lucr. dot. gloſſ* 10, *numero* 65.

8 Ampliatur ſecundò, & ſi maritus ſciuit conditionem fideicommiſſi, quia adhuc locus erit lucro dotali, Paul, Caſtrenſ. *conſil.* 59. *pro pleniori lib.* 1. Alexan. *conſil.* 162. *col.* 2. *in fine lib.* .. Phanuc. *de lucr. dot. gloſſ.* 1.. Decian. *conſilio* 12. *numer.* 24. *verſ. non obſtat, lib.* 2. vbi dicit maximè verum eſſe, quando adſunt bona libera, in quibus poteſt lucrum retineri, & hanc ampliationem ſequitur & Peregr. *dict. art.* 42. *numero* 104. & horum opinioni ego adhæreo, quia optimè ſeruiunt & hoc caſu ſcientię mariti omnia argumenta ſupra relata pro principali ſententia.

9 Declaratur primò procedere, ſi teſtator voluit bona reſtitui liberè, & pleno iure, vel tota, vel ſine diminutione, quia hoc caſu non haberet locum dotis lucrum ex ſtatuto. Alex. *conſ.* 176 *lib* 7. Crau. *conſil.* 186, *col. vlt. n.* 15 *in fine.* Phanuc. *de lucr. dot gloſ.* 10 *n.* 58. Roland. à Val. *de lucr. dot. q.* 57. *n.* 20. Gall. *d. tit.* 4 *except.* 11. *nu.* 130, Peregr. *d. art.* 42, *n.* 104. *verſ. in hac difficultate*; mouetur Alex. quia in claris non eſt opus coniecturis, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat.* 3 & quia teſtator potuit legem, quam voluit rei ſuæ imponere, *§. diſponat in auth. de nupt.*

Iſta tamen declaratio procedit in extraneo legante pro dote puellæ, quia cum dotandi onus non habeat, poteſt lucrum dotis prohibere; at in patre, qui ex neceſſitate tenetur dotare, contrarium dicẽdum eſt: nam filia contra patris voluntatem poteſt ſe dotare in bonis fideicommiſſi, & ſimul poteſt paciſci de lucro dotis cum marito, vt dixi *ſup. nu.* 3 & ita animaduertit Pereg. *d. art.* 42. *nu.* 104. *verſ. at vbi ageretur.* 10

Declaratur ſecundò non habere locum, quando mulier habebat bona libera, in quibus poterat ſe dotare, & etiam habebat bona fideicommiſſo ſubiecta, & dedit in dotem omnia bona, vel ſolum bona fideicommiſſi, quia tunc maritus non poſſet conſequi lucrum in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſed illud habebit in bonis liberis vxoris, Bald. *conſ.* 77. *& conſ.* 469. *quidam habens, lib.* 4. Paul. Caſtr *conſ.* 77. *dubio* 8. *lib.* 2. Alexan, *conſ.* 176. *column penul. lib.* 7. Corn. *conſ.* 3 *lib.* 3 Soc. ſen. *conſ.* 23. *colu.* 1. *& ſeq. lib.* 3. Curt iun. *conſ.* 154. *in fin. & conſ.* 253. Ruin. *conſ.* 256. *n.* 28. *lib.* 2. Crau. *conſ.* 19. *col vlt. & conſ.* 186. *in fin.* Ceph. *conſ.* 365 *n.* 67. Dec. *conſ.* 12. *nu.* 15. *&* 25. *lib.* 2. Campeg. *tract. de dot. p.* 1. *q.* 18. *in fi.* Rol. à Val. *de lucr. dot. q.* 58. Pereg. *de fideic. art.* 42. *n.* 105. *&* 105. *&* 106. Cab. *de euict. §.* .. *n.* 8. *verſ. mul.* Gall. *de excep. d. tit.* 4. *excep.* 11 *n.* 40. Phanuc. *de lucr. dot. gloſ.* 10. *n.* 32. 11

Ratio eſt, quia cum mulier habeat bona libera, in quibus potuit ſe dotare, non potuit præiudicare fideicommiſſo in eo conſtituendo dotem, vt probatur *in d. auth. res quæ*, & ibi per Doctor. *C. comm. de legat.* & plenè dictum fuit *q.* 531. *n.* ...,

Ampliatur etiam, quod ſubſtitutus interuenerit in actu conſtitutionis dotis, Corn. *d. conſ.* 3. Phanuc. *d. gloſ.* 10. *n.* 73 Pereg. *d. art.* 42. *n.* 108. *in fine.* 12

Et ſi non extant tot bona libera, quæ ſufficiant pro lucro dotis, ageretur contra dotantem, vel eius hæredes ſic Decian *d. conſ* 12. *num.* 15 *&* 24 *lib.* 2. vbi allegat Bald. *conſ.* 469. *quidam habens, lib* 4 & Crau. *d. conſil.* 186. addo Ceph. *conſ.* 3 5. *in fine.* 13

Declaratur tertio non procedere, quãdo ſubſtitutus dedit rem fideicommiſſo ſubiectam in dotem, & conditionem fideicommiſſi expreſſit marito, non tamen ipſe fuit præſens quando appoſitum eſt pactum de lucranda dote, quia tunc maritus, videtur accepiſſe rem pro iure ſpectante eius vxori in illius vita *ad cap. nuper, ext. de donat. int. vir. & vxor.* nec poteſt præſumi, quod ſubſtitutus promittens dotem voluerit renunciare fideicommiſſo, quia dum exprimit conditionem fideicommiſſi, colligitur potius coniectura quòd noluerit fideicommiſſo renunciare, ſed videatur dediſſe in vita vxoris, & cum capi poſſit alia coniectura, quam renunciationis, illa præſumi non debet *l. cum de indebito, ff. de probat.* & vbique Doctor, ſæpe ita in ſpecie decidit Peregr. *d. art.* 42. *n.* 102. vbi & Paul Caſtr. allegat. 14

Et ego facilè admitto in fideicõmiſſo conſtituto ab extraneo, ſed in fideicommiſſo paterno contra ſentio, quia dos poteſt conſtitui in bonis fideicommiſſi contra patris voluntatem, & ſuper dote etiam apponi poteſt pactum de dote lucranda, vt plenè dictum fuit *ſupra num.* 3. & videantur dicta *num.* 8. & eſt de mente ipſius Peregrin. *ibidem numero* 140. *verſicul. at vbi*, Phanuc. *de lucr.*

lucr. dot. gloſ. 10. & Gall. *dicta except.* 11. *num.* 134.

15 Declaratur quartò, quando extraneus conſtituit fideicommiſſum, & tunc ſi mulier dat in dotem bona fideicommiſſi, nõ erit locus lucro dotali, ſed de euictione dabitur actio contra dotantes Alexan. 176. *col. penul. lib.* 7. Rol. à Vall. *d. q.* 58. Phanut. *de lucr. dot. gloſ.* 10. *nu.* 58. Peregr. *d. art.* 42. *n.* 103. Dec. *d. conſil* 12. *num.* 15. & 24. *lib.* 2. Gall. *d. except.* 11. *num.* 124. & ita conſului pro D. Tiberio Theugarino.

16 Reſtat vt videamus, quando mulier habet bona libera, & bona fideicommiſſi pro ſui natura non alienabilia in cauſam dotis, vt quia fideicommiſſum ſit ab extraneo conſtitutum, vel ſi ab aſcendente, non tamen poteſt diminui ex cauſa dotis, quia adſunt bona libera pro congrua dote, & vxor dedit omnia bona in dotem tam libera, quam fideicõmiſſo ſuppoſita, & maritus ſciuit conditionem fideicommiſſi, an hoc caſu lucrum debitum marito erit ſolum de dimidia bonorum liberorum, an verò de dimidia totius dotis computatis bonis fideicommiſſi: pro marito tenẽt, Bald. *conſ.* 356. *mortua Bartolomea lib.* 2. Crau. *conſ.* 186. *col. vlt.* Dec. *cõſ.* 12. *lib.* 2. Rol. à Vall. ſenſit *de lucr. dot q.* 58. Peregr. *de fideic. ar.* 42. *n.* 106. vbi dicit per conformes ita fuiſſe iudicatũ pro conſ. Dec. patrocinante ipſo pro contraria parte.

17 Contra pro hæredibus vxoris, quod lucrum habeat locum ſolum in bonis liberis, tenent Paul. Caſtr. *conſil.* 59. *pro pleniori ad fin. lib.* 1. & clarius *conſil.* 43. *ſubſtitutio in fine lib.* 2. Ceph. *conſil.* 365. *in fin.* Phanuc. *de lucr. dot. gloſ.* 10. *n.* 30. Pereg. *d. art.* 42. *n.* 106. & horum ſententiæ adhæreo, nam dum maritus ſcit conditionem bonorum, videtur ea recepiſſe cum ſuis qualitatibus, & hæc eſt æquior opinio, pro qua faciunt dicta *ſup. nu.* 14.

18 Quod ſi maritus ignorauit fideicommiſſum, omnes ſentiunt lucrum dotis ſuper omnibus bonis calculari, & ſi libera non ſufficiunt pro lucro, dari actionem de euictione contra hæredes mulieris, *vt ſup nu.* 13.

19 Sed quid ſi lucrum reuertatur ad vxorem, & conſolidetur cum bonis fideicommiſſi, an veniat in reſtitutione? Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 209. *part.* 1. tenuit non eſſe reſtituendum.

QVÆSTIO DCLXIV.

VXOR inſtituit hæredem maritum, & eum fideicommiſſo grauauit, dubitatur an lucrum dotis ſibi debitum maritus poſſit deducere ex bonis fideicommiſſi. Et poſſe volunt Corn. & Phanut. relati à Surd. *conſil.* 7. *numer.* 27. *lib.* 1. vbi dicit hoc procedere etiam nullo facto inuentario.

Hoc tamen declarandum erit ex his quæ ſcripſi *qu.* 648. & *q.* 661.

SVMMARIVM.

1 *Debitum à teſtatore deducit grauatus fideicommiſſo.*
Ampliatur nullo facto inuentario, num. 2. contra nu. 3. declara num. 4.
Ampliatur, & ſi debitum ſit prælegatum, nu. 5.
Ampliatur etiam in debito naturaliter tantum, nu. 6.
Ampliatur, vt nec fructus percepti imputentur in creditum, vel quaſi, n. 7. contra n. 8 declara nu. ſeqq.
Limitatur, ſi hæres iuſſus ſit debitum remittere n. 14.
Limitatur, ſi prohibita ſit alienatio bonorum, vt perpetuò maneant in familia, nu. 15.
Limitatur, ſi hæres ſuper fideicommiſſi bonis ſit prohibitus controuerſiam, aut moleſtiam aliquam inferre, num. 16.

7 *Fructus percepti à grauato non ſunt imputandi in detractiones, contra numer. 8. amplia, & declara nu. ſeqq.*

17 *Creditum quod deducit grauatus fideicommiſſo virũ deducat illud cum fructibus.*

18 *Eligere in vita grauatus rem quam vult pro ſuis detractionibus poteſt.*

QVÆSTIO DCLXV.

Vtrum fideicommiſſo grauatus poſſit deducere quod ſibi à teſtatore erat debitum?

INTER aliàs detractiones fideicommiſſo grauato competentes, illa ſine dubio ex recepta omnium ſententia eſt, quando grauatus eſt creditor teſtatoris, nam ſuum creditum poſſe deduci admittunt Bald. *in l. debitum*, & ibi Dec. *col.* 1. *C. de pact.* Alex. *in l. ita tamen, §. ex Trebelliano, ff ad Trebell.* Paul. Caſt. *conſil.* 19. *dubio ſecundo*, & *tertio conſil.* 77. *dubio primo*, & *conſ.* 186. *lib.* 2. Alexand. *conſil.* 124. *in fin. lib.* 2. Soc. ſen. *conſ.* 44. *lib.* 3. Hier. Gab. *conſ.* 124. *nu.* 2. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 8. *n.* 2. *verſ. item detrahere lib.* 2. Honded. *conſil.* 58. *num.* 25. & *ſeqq lib.* 1. Surd. *conſ.* 7. *num.* 23. & *ſeqq. lib.* 1. Mant *de coniect. vlt. volun. lib.* 7 *tit.* 8. *num.* 15. Craſſ. *in § fideicommiſſum, qu.* 47. *n.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 354. *num.* 13. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 6. *num.* 1. & *deciſ.* 6. *nu.* 5. 1

Ampliatur primo hoc procedere, etiam nullo facto inuentario, Bald. *in l. ſi debitor, n.* 4. & ibi Socin. ſen. *n.* 9. Dec. *n.* 4. Curt. iun *num.* 14. Purpur. *num.* 16. & Alciat *n.* 12. *ff ad Trebellian.* Bald. *in l. ſucceſſores, C. ad leg Falcid.* Paul. Caſtr. *in l ita tamen §. ſi ex Trebellian. nu.* 2. & ibi Alexand *colum.* 2. *in fine, ff. ad Trebell.* Paul. Caſtr. *in l. ab omnibus, §.* 1. *ff. de legat.* 1. Aret. *in l. cum hereditate, n.* 2. *ff. de acquir. hered.* Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, n.* 394. *ff. ad Trebell.* 2

Et conſulendo, Angel. *conſil.* 64. *in fin.* Aret. *conſ.* 187. *col. vlt* Paul. Caſtr. *conſ.* 87. *col.* 1 *lib.* 2. Soc. ſen. *conſil.* 44. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 67. *col. vlt conſ.* 112. *n.* 19. *conſ.* 114. *nu.* 15. *conſ.* 115. *n.* 11. & 13. & *conſ.* 206 *n.* 11 *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 170. *n.* 4. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 29. *n.* 13 & *conſ.* 113. *n.* 10. *lib.* 9. Plot. *conſ* 54. *n.* 53. Natta *conſ.* 323. *n.* 2. Crauet. *cõſ.* 144. *nu.* 5. & *conſil* 316. *nu.* 4. Rol. à Valle *conſ.* 65. *n.* 13. & *ſeq. lib.* 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Bertaz. *conſ.* 107. *num.* 65. Cephal. *conſ.* 395. *num.* 156. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſ.* 124. *nu.* 3. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 85. *nu.* 2. *lib.* 2. & *conſ.* 121. *n.* 4. *lib.* 3. Menoc. *conſ.* 183. *num* 33. Honded. *conſ.* 58 *nu.* 29. 54. & *ſeq.* & *conſ.* 63. *n.* 78. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 1. *nu.* 23. & *ſeqq. lib* 1. Et in tract. Rolan. à Valle *de inuent. parte* 5. *quæſt.* 12. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8 *n.* 15. Craſſ. *in § fideicommiſſum, quæſt.* 47. *num.* 3. Petra *de fideicommiſ. quæſt.* 15. *num.* 8. & *nu.* 212. *verſ. de prima*, Præt. *de interpr. vlt. vol. folio* 278. *n.* 8. & *folio* 354. *nu.* 13. Pereg. *de fideic. art.* 34. & *deciſ.* 6. *nu.* 5. & *deciſ.* 96. *n.* 8. & ita ſemper vidi practicari, & ſæpius conſului, præcipuè in vna Mantuana, *vt in conſil.* 74. *dubio quarto*.

Contrariam opinionem malè probauit Imol. *in l. ab omnibus, §. vlt. ff. de leg.* 2. 3

Hæc tamen ampliatio intelligi debet, quando quis eſt grauatus fideicommiſſo vniuerſali, nam ſi eſſet grauatus fideicommiſſo particulari, illud diminui nõ poſſet ſub prætextu creditorum, vel æris alieni, vel legatorum per eum ſolutorum, ratio eſt, quia hæres agnoſcens hæreditatem ſine beneficio inuentarij, tenetur ad omnia legata, & fideicommiſſa particularia *l. vlt.* § *ſi vero poſtquam, Cod. de iur. deliber.* & *in auth de hæred.* & *Fal. cid.* 4

cid.§ ſi verò non fecerint,& §.ſi quis verò non implens, & in ſpecie ſcribunt Alexan.*conſ.70.lib.4.* Peregr.*d.deciſ.96.num.8* vbi dicit ita deciſum,& *in tract. de fideicom. art.35.n.23.in fine.*& ego conſului *dict.conſ.74.in quarto dubio*.

5 Ampliatur ſecundò, & ſi debitum ſit prælegatum, *l. Lucius,§.maritus ff.ad Trebel.* Peregr. *de fide c. art.34. nu.2.* & videnda etiam dicta *ſupr.q.662.n.2*.

6 Ampliatur tertiò, & ſi debitum erat tantum naturaliter. Surd.*conſ.7.n.25.lib.1.*Oſ d.*de compend. part.5.q.3. n.11* Mantica *de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.*.*n.15*.

7 Ampliatur quartò, vt fructus percepti non ſint imputandi in creditum, vel quaſi, ſicuti etiam non imputantur in ære alieno ſoluto, vel legatis ſolutis, vel meliorationibus, vel dote materna vel in alijs detractionibus Gloſſ.*in l.mulier §. cum proponeretur*. & ibi Iacob. de Arct.Bart *n.2.*Albet.*n.1.*Imol.*col.vlt.* & Alexand *n.14.ff ad Trebell.* Bartol. *in l.cũ pater §. Titio*, & ibi Comm. *ff de leg.2.* Angel.*in l.quod de bonis §. quod vnus ff. ad leg. Falcid.* Salic.*in l.in computanda C.eod.* Ripa *in l.in fideicommiſſariam,n.4 ff.ad Trebell.*

Et communiter Fulgoſ.*conſ.81.*Paul.Caſt.*conſ.9. col. 2.lib.2.*Ruin.*conſ.112.n.18.& conſ.115.col vlt.lib.2.*vbi teſtatur de communi opinione Socin.iun.*conſ.170.col. 2. lib.2.*Alciat.*reſp.572.in fine,& reſp.* Rominal. ſen. *conſ.118.lib.3.*Craue.*conſ.59.dubio texto*, Port. Imol, *conſil.92.numero 94.*Roland.à Vall.*conſ.65. column. vlt. libro* Marzat.*conſ.24 & conſ.2* vbi dicit ita iudicaſſe & eius ſententiam in tu de confirmatam,Bertaz.*conſ. 36. num. 32.& 35 conſ.79.n.12.& conſ.107.num.64.* Hieronym.Gabr.*conſ.124.ad finem, lib. 3.* & eſt conſilium deciſiuum.& teſtatur de communi opinione, Menoch. *conſ.183. dubio vltimo*, vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam,*& conſ.29. in fine.*Chriſtoph. Torn. *conſil. 88.numer.6.* Honded.*conſilio 58.numer.51.libro primo,* Surd *conſil.291.nu.5.& per totum lib.2.* Peregr.*conſ.52. num.35.lib.1.*

Et in Tractatibus Phanuc.*tract.de inuent.fol.237.nu. 45.*Petra *de fideic.q.15.num.212.verſic.ſecundo,*Præt.*de interpr vlt.volunt.fol.354.num.18.& ſeq.*Mantica *de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.8.num.22.* hanc tenet, niſi ex coniecturis colligatur teſtatorem aliud ſenſiſſe, Peregr. *de fideicom,art.31.nu.10.* vbi dicit ita practicaſſe, & obtinuiſſe Did.Spin, a Carcer.*in Spec. teſtam.tit. de fideic. ſubſtitut.num.41.*

Et in Deciſionibus Boer.*deciſ. 44.n.10. & ſequenti,* Rota Auen.*deciſ.4. num.6.* Rota Romana *in nouiſſ deciſione 680. par. 1.* vbi dicit eſſe communem opinionem,*& deciſione 517. num.8 par. 4.* aliàs ſub nomine Farinacij.Peregrinus *deciſ.6. num. 6* vbi teſtatur in iudicijs hanc opinionem eſſe receptam, & ita ego obtinui ex iudicio Excellentiſſimi D.Conſtantij Bartelli, & ſæpius habui in facto modo pro vna parte, modo pro alia, & ſemper ita practicaui, & vidi practicatum ſine contentione forenſi.

8 Contrariam ſententiam alij tenuerunt, volentes fructus imputari in credita, ita Paul.Caſtr. *in d.ict.l. quod de bonis §.quod anus.*& ibi Alexand. *numero ſecundo*, & Vincen. Hercul.an.*ff ad leg. Falcid.*Paul.Caſtr.*in l. cum pater § Titius ff de legat ſecundo & in l.mulier §.cum proponeretur ff ad Trebellian.*Alexand.*in l.Baliſta, numero quarto ff eodem* Ripa *in l.in fideicommiſſariam, numero 19* & ibi Hieron.Laur.*numer.36 & 39.*& ante eos Paul Caſtrenſ *numero quarto ff eodem.*Angel.*conſ.331. numero primo. verſic.ſeptimo fallit*,Bertran.*conſ.181.lib. quarto,* Ruin.*conſ.57.numero nono,& conſil 79.nu. 2.lib. 2.*Pariſ *conſ.2 numero 5.lib. .& conſ.5.nu. 27.lib.3.* Alciat *conſ.37 in fine.*Socin.iun.*conſ. 7.num.13. libro 3.*vbi teſtatur de communi opinione, Natta *conſil.321. numero 4.& conſil.323.numero 5.* Franc.*conſ.1.verſic. quo ad detractiones,*Eugen.*conſil 37.numero 23.*Rolan. a Val *tract.de inuent.verſ.dubitatio oritur, numero 28. folio 173.*Menoch.*de arbitr.iud.caſu 256 numero 21.& num. 48.* Non recedas tamen conſulendo, & iudicando à prima opinione.

Sublimitatur communis opinio, & ſi teſtator grauauit verbis vniuerſalibus,vt omnia bona, vel totam hæreditatem reſtitueret, quia nec tunc fructus erunt imputandi in detractione, Ang. *in l quod de bonis, §.anus, ff.ad leg. Falcid* Hier.Gabr.*conſ.124.n.9.lib.1.* Menoch. *conſil. 183.dubio quarto*. 9

Declaratur primò hæc ampliatio, vt non procedat quando teſtator iuſſit & propria hæredis bona reſtitui, quia tunc fructus compenſantur in creditum *l. quod de bonis, §.quod anus ff.ad leg. Falc.*Hier.Gabr.*conſil. 224. in fine lib.1.*Bart.*in l.cum pater,§.Titio ff.de leg.2.*Præt. *de interpr.vlt volunt.fol.354.n.19.*Peregr.*de fideic. art. 34.n.11.* Rot.Rom.*in nouiſſ.deciſ.680.n.4.par.1.* 10

Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator grauaſſet hæredem in re debita ipſi hæredi *l. Imperator §.cum quidam ff.de leg.2.l cum pater,§.Titio*, & ibi Bart. *ff.eod.* Præt.*d.fol.354 n.19.*Pereg.*d.art.34.n.11.* 11

Declaratur tertiò non procedere, ſi teſtator mandauit compenſari,Hier. Gab.*conſ.124.nu. 8. & ſeqq lib.1.* Præt.*de interpr.vlt.vol fol.354.num.19.verſic.ego breuiter,*Pereg.*d.art.34.n.11.* 12

Declaratur quartò non procedere, quando fructus eſſent percepti poſt caſum fideicommiſſi, vel eſſemus in caſibus, quod fructus eſſent fideicommiſſario reſtituendi, quia tunc in creditum imputarentur, Præt.*de interpr.vlt.vol.fol.356.nu. 31.* 13

Limitatur primò principalis, communiſque opinio, quàdo teſtator iuſſit, quod hæres debitum remitteret, nam tunc deduci non poſſet, cum teſtator id committere poſſit *l.cum pater §.Titio.ff.de leg.2.l.ſi debitor, ff.ad leg. Falcid.*Natta in ſpecie *conſil.110.n.3.* Pereg. *de fideic.art.34.nu.4.* 14

Limitatur ſecundò, quando teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum ſuorum, vt in familia perpetuò manerent, nam tunc prohibita diceretur detractio pro credito hæredis, vt comprobat Natta *d.conſil. 110.n.9. & 10.*& ſequitur Peregr.*d.art.34.n.8.*vbi alia pro confirmatione adducit, non tamen figit pedem, & dicit in practica nunquam vidiſſe attentatum, ego tamen non credo veram hanc limitationem,& in practica vidi contrarium ſeruari, & præcipuè in detractione dotium maternarum debitarum prohibitis, quæ aliud non ſunt quam credita prohibitorum. 15

Limitatur tertiò, quando teſtator prohibuiſſet ne ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis hæres controuerſiam, aut moleſtiam aliquam fideicommiſſario faceret, quia tunc ex his cenſeretur prohibita detractio grauato pro ſuis creditis, Natta *d.conſil.110.num.4.*Pereg. *de fideicomm art.34.num.5. & ſeq.* vbi hoc tenet, quando omnis moleſtia iuris, & facti eſſet prohibita, aliàs ſecus. 16

Sed an credita deducantur cum fructibus, videndi erunt Menoch *conſ.183.nu.36.* Præt.*de interpr.vlt. volunt.fol 355.num.20.& ſeqq.*& Peregr.*de fideic. art. 34. num.19.& ſeqq.* 17

Et poterit grauatus in vita ſibi ſatisfacere, eligendo rem quam vult pro ſuis detractionibus, Bald.*in l. vlt.§. in computatione,n.4.C.de iur. delib. & in l.debitori, nu. 4.*& ibi Alexand.*n.4.*& Iaſ.*n.3.C.de pact.*Ruin.*conſ.57. num.25.& ſeq.lib.2.*Pariſ.*conſil.69.nu.36.lib.2.*Phanuc. *de inuent.par.5.n.18.& ſeqq.*Rol.à Vall.*de inuent.par.4. in ſo. vtilitate,*quos refert, & ſequitur Honded. *conſil. 58.nu.27.lib.1.* 18

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Aes alienum ſolutum per grauatum hæredem, deducitur in fideicommiſſi reſtitutione.*

Ampliatur, & ſi fuiſſet tantum naturaliter debitum, num. 2.

Ampliatur, vt nec fructus ſint imputandi in debitis ſolutis, num. 3.

Ampliatur etiam non facto inuentario, num. 4. decl. ibidem.

Ampliatur, & ſi ſolutio ſit facta non inſtantibus creditoribus, nu. 5.

Limitatur in ſolutis indebitè, n. 6. decl. num. 7.

8 *Sententia facit de indebito debitum, & è contra.*

QVÆSTIO DCLXVI.

Aes alienum ſolutum per hæredem grauatum fideicommiſſo, vtrum detrahatur ex bonis fideicommiſſi?

1 CONCLVSIO eſt communi ore recepta, quòd ſi grauatus debita teſtatoris ſoluit, ea deducit ex bonis fideicommiſſario reſtituendis, quæ probatur *in l. emptor ff. de rei vendic. & in l. filius famil. §. Diui*, & ibi ſcribunt communiter Doctor. *ff. de leg.* 1. Rom. *in l. Marcellus, §. res quæ, numer.* 11. *in fin.* & ibi Soc. ſen. *nu.* 10. *ff. ad Trebel.* Paul. Caſtr. *in l. vlt. §. ſed quia, nu.* 4. *C. commun. de legat.* Iaſ. *in auth. res, quæ, limit.* 6. *C. eod.* Fulgoſ. *conſil.* 82. Ruin. *conſ.* 135. *nu.* 10. *lib.* 3. Ceph. *conſ.* 659. *n.* 31. Menoc. *conſ.* 183. *dubio ſecundo, conſ.* 496. *n.* 52. *& conſil.* 681. *num.* 12. Decian. *conſ.* 57. *n.* 15. *& conſ.* 77. *nu.* 27. *lib.* 5. Pereg. *conſ.* 68. *n.* 1. *lib.* 3. *& in tract. de fideic. art.* 34. *n.* 1. Petr. *de fideic. q.* 15. *n.* 6. *in fin. & num.* 7.

2 Ampliatur & ſi eſſet debitum naturaliter tantum, *l. ſi hæredi ff. ad Trebel.* Pereg. *de fideic. art.* 6. *n.* 1.

3 Ampliatur ſecundò, vt nec fructus ſint imputandi in debitis ſolutis, Chriſtoph. Torniol. *cõſ.* 88. *n.* 8. Pereg. *conſ.* 68. *num.* 3. *lib.* 3. & plenè dictum fuit *qu. præced. nu.* 7. *& ſeqq.* vbi retuli diſſentientes, & multipliciter declaraui.

4 Ampliatur tertiò, etiam non facto inuentario. Pereg. *conſ.* 68. *n.* 3. *lib.* 3. *& de fideic. art.* 1. *n.* 1. & plenè dixi *q. præcedenti, n.* 2. vbi etiam declaraui nõ procedere in fideicommiſſo particulari.

5 Ampliatur quartò, & ſi ſolutio ſit facta non inſtantibus creditoribus, Torn. *d. conſ.* 88. *n.* 9.

6 Limitatur in ſolutis indebitè, quia hæc nõ deducuntur, *l.* 2. *§. ſolet quæri, ff. de hæred. vend. & l. ſi poſſeſſor. §. ait Senatus, ff. de petit. hæred.* Pereg. *de fideic. art.* 6. *n.* 41.

7 Quod tamen non procedit, quãdo grauatus per ſententiam fuiſſet condemnatus, quia tunc licet ſententia ſit iniuſta, tamen quod ſolutum eſt, deducitur *d. §. ſolet quæri*, Peregr. *d. art.* 6. *n.* 41. vbi rationem etiam reddit: quia ſententia facit de indebito debitum, & è contra, *l.* 1. *C. de cond. in d. l. ſi non ſortem, §. hæredi, ff. de cond. indeb.* Iaſ. *in rub. ff. de re iud.*

8 Limitat. aliter, & ampliat. ſecundum dicta *in qu. præced. & in qu. ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Legata ſoluta per hæredem ſunt deducenda de bonis fideicommiſſi reſtituendis.*

Ampliatur etiam non facto inuentario n. 2.

Ampliatur, vt nec fructus imputentur in detractiones, num. 3.

Ampliatur, & ſi teſtator prohibuerit cohæredi omnem, & quamcunque detractionem, n. 4.

Limitatur in legatis annuis, quia hæc pertinent ad hæredem, n. 5. *decl. n. ſeqq.*

Limitatur, ſi nominatim ſint relicta ab hærede, quia onus erit hæredis, numer. 8. *contra num.* 9. *declar. num ſeqq.*

Limitatur, ſi non apparet huiuſmodi legata eſſe ſoluta licet eſſemus in antiquis, numer. 12. *contra nu.* 13.

14 *Detractiones, quæ competunt grauatis pro legatis, & debitis ſolutis, pro ſuis creditis, & ſimilibus ſunt facienda prius in pecunijs, auro, argento, & fructibus: non in ſupellectilibus neceſſarijs pro vſu familiæ.*

15 *Mobilia pecunias, argenta, gemmas, fructus, & alia mobilia extitiſſe in hæreditate, tenetur probare fideicommiſſarius, qui dicit extitiſſe, quando factum non eſt inuentarium.*

16 *Iuramentum in litem datur contra hæredem grauatum, qui non fecit inuentarium præmiſſa iudicis taxatione, contra n.* 17. *decl. n.* 18.

19 *Iuramentum in litem non datur contra hæredem tutoris.*

QVÆSTIO DCLXVII.

Legata ſoluta per hæredem vtrum deducantur in reſtitutione fideicommiſſi: & an detractiones fieri debeant prius in mobilibus, & quis teneatur probare extitiſſe mobilia, & an iuramentum in litem detur contra grauatum, qui inuentarium non confecit?

DISPVTATIO eſt frequens, quando hæredes grauati reſtituere tenentur fideicommiſſi bona, an legata ſoluta ſint deducenda de bonis fideicommiſſi reſtituendis? 1
concluſio autem ſit, quod legata deduci poſſint, *l.* 2. *& l. vlt. C. ad Trebell. l. in imponenda, & l. irritum, C. ad leg. Falcid.* & ita tenent Glo. *in l. deducta, §. qui poſt*, & ibi Imol. Paul. Caſtr. & Alex. *in ſecundo not. ff. ad Trebellian.* Doct. *in d. l. vlt. C. ad Treb.* Iaſ. *in l. domos in* 2 *not. ff. de legat.* 1. Comen. *conſ.* 56. Fulgoſ. *conſ.* 82. Roman. *conſ.* 276. *dubio ſeptimo*, Paul. Caſtr. *conſ.* 369. *dico ſupra, lib.* 1. Calcan. *conſil.* 37. *col.* 4. Ruin. *conſ.* 135. *n.* 10. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 82. *num.* 24. *lib.* 2. *& conſ.* 55. *nu.* 27. *lib.* 3. Natta *conſ.* 255. *& conſ.* 321. *nu.* 2. Hier. Gabr. *conſ.* 124. *n.* 4. *lib.* 1. Rolan. à Valle *conſ.* 65. *n.* 24. *lib.* 2. Crau. *conſ.* 316. *n.* 4. *verſ. ſeptimo quæritur*, Petr. Ant. Anguſ. *conſ.* 5. *lib.* 6. Menoc. *conſ.* 183. *n.* 34. 44. *& ſeqq. vſque ad finem* Eugen *conſ.* 36. vbi teſtatur de communi opinione Decianus *conſ.* 17. *n.* 15. *lib.* 5. Surd. *conſ.* 291. *nu.* 6. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 354. *n.* 14. Pereg. *de interpr. vlt. vol. fol.* 354. *n.* 14. Pereg. *de fideic. art.* 34. *n.* 9.

Ampliatur primò, etiam non facto inuentario, vt dictum eſt *ſupr. q.* 665. *n.* 2. vbi etiam declaraui non procedere in fideicommiſſo particulari. 2

Ampliatur ſecundò, vt nec fructus computentur in huiuſmodi detractiones, vt dixi *d. q.* 665. *nu.* 6. *& ſeqq.* vbi retuli diſſentientes, & multipliciter declaraui. 3

Ampliatur tertiò, & ſi teſtator prohibuerit hæredi omnem, & quamcunque detractionem, Ruin. *conſ.* 135. *n.* 10. *lib.* 3. Brun. *conſ.* 6. *nu.* 20. vbi dicit hæc verba referri ſolum ad bona ſubiecta reſtitutioni, non ad cætera, & quod operantur ſolum reſpectu Trebellianicæ; & refert ad hoc Corn. & Dec. Menoch. *conſ.* 183. *verſus finẽ.* Confert Ceph. *conſ.* 485. vbi ſtantibus iſtis verbis dicit, in fideicommiſſo venire bona teſtatoris, non ea, quæ poſt eius mortem erant alteri reſtituenda, quod dixit & Crauet. *conſ.* 144. *ante nu.* 6. ad quod videnda etiam erunt quæ dixi *q.* 649. *num.* 11. & ita conſului ſuper teſtamento D. Ludouici de Oſſlagis. 4

5 Limitatur primò in annuis legatis quia illa ſunt ſoluenda per hæredem de fructibus *l. Liberto* §.1.*ff. de ann. lega.l.apud Iulianum § heres.ff. de lega.*1. Doct.*in l.deducta,§.qui poſt ff ad Treb.* Paul. Caſtren.*conſ* 16.*viſo dicto puncto, dubio tertio libro* 2. *in nouis*, Iaſ *conſil.* 95. *libr.*1. Rub. Alex *conſ* 157.*num*.4.*&* *conſ*.158. Natta *conſ*.321. *num*.2.*&* *conſ*.323.*nu*.5. Præt.*de interpr. vlt. volunt. fol.* 354.*num*.14. Peregr.*de fideic.art*.4.*nu*. 24. *in fin* *&* *art.* 34.*nu* 9.*&* *deciſ*.6.*nu*.6.

6 Quod intelligo verum primò, pro tempore quo bona fuerunt apud hæredem, & pro tempore, quo bona erunt apud fideicommiſſarium ipſe tenebitur, Iaſ. *conſ.* 95 *lib*.1. Natt.*conſ*.321.*num*.2.& ante iſtos, Paul. Caſtr. *d.conſ*.16 *dubio* 3.

7 Intelligo ſecundò procedere, etiam quando à principio vnum legatum eſſet relictum. ſed diuiſum in plures præſtationes iuxta terminos *l. ſi cum præfinitione ff. quan. dies leg. ced.* vt ſi teſtator legaſſet ducatos tercentum in tribus annis ſoluendis, ſingulo anno ratam: ita tenui his præteritis diebus ſuper quodam teſtamento, ſed quia cliens volebat deducere, nolui ſcribere, cauſam non nomino, quia adhuc ſub iudice eſt, & in ſimili admodum caſu idē in grauiſſima cauſa tenui ſuper teſtamento D. Ludouici Offlagæ, licet enim annua legata non ſint quo ad cōditionem, ſed vnicum *d l. ſi cum præfinitione, cum concord.* erūt tamen annua reſpectu diſtributionis, & ſic in fructibus ſoluenda: & ita ſentiunt omnes, præcipuè Rol. à Val. *conſ*.8.*num*.22.*&* 27.*lib*.2. vbi reddit rationem, quare annua ſpectent ad onus fructuum, & dicit eſſe, quia annua recipiunt dilationem de anno in annum, ſicut vſusfructus, qui eſt annalis, ſubditq; quod incōueniens eſſet, quod omni anno deberet hæres vendere de proprietatibus, vt ſatisfaceret legatarijs, idem ſentiunt alij in ſpecie, Natta *conſ*.325.*n*.5.

8 Sed aduerte, quod ſi fructus non ſufficerent pro ſolutione legatorum annuorum, quod illa non cenſerentur relicta ad onus hæredis, ſed poſſent deduci, & ita tenebram ſuper dicto fideicōmiſſo D. Ludou. Offlagæ, allegabam tex.*in l.vlt.§ ſin autem legata*, & ibi Doct. *C. de bon. quæ liber* Crot.*conſ*.64.*num*.44.*lib*.1. Ruin.*conſ.* 206.*n*.30.*lib* 2. Did.*variar.reſol.lib*.2.*c*.2 *nu*.67. Craſſ.*in §.legatum q.*36 *n*.2.*&* *ſeq.* Caualc.*de vſufr.mul.relic.nu.* 219. Peregr.*de fideic. art*.4.*n*. 24. & dixi plenè *in conſil.* 77. edito in dicta cauſa de Offlagis.

9 Limitatur ſecundò, quando nominatim ab hærede eſſent legata relicta, quia tunc onus eſt, hæredis. *Glo. in l. Marcellus*, & ibi Doct *ff. ad Treb.* Doct. *in l vlt. C. eod.* Iaſ.*in l*.1.*§.qui quadringenta, ff. eod.* Crauet.*conſ*. 16. *col.* 1.*verſ.præmiſſa tamen* Phanuc.*de inuent.par*.7.*num*.48. Mant.*de coniect. vlt. volunt. lib* 8.*tit*.2.*nu*.7. *verſ. ſed tamen*. Præt.*de interpr.vlt.volun.fol*.354.*n*.14. Rot. Rom. *deciſ*.870.*col*.2.*in antiq.*

10 Contrarium tenet Eugen.*conſ*.36.*n*. 25. poſt Caſt.*in l.qui quadringenta ff ad Trebel.*

11 Hæc tamē limitatio dupliciter declaratur ab Eugen. *conſ*.36.*nu*.17.*vſque ad finem*. Primò, vt procedat quādo apparet teſtatorem voluiſſe onus eſſe hæredis, ſecus ſi nominatim ſint relicta ab hærede alia de cauſa, quam quod eius eſſet onus. Secundo, quando legata ſunt relicta ſimpliciter, ſed poſtea additur quod ſolui debeant per hæredem, quia tunc cenſentur relicta ad onus hæreditatis, licet ſolutio ſit facienda per hæredem.

12 Limitatur tertiò, quando non apparet talia legata eſſe ſoluta, etiam quod eſſemus in antiquis, quia tunc non præſumuntur ſoluta, nimirum ſi nec deduci debeant, Bald.*conſ*.229. Pepus *n*.4.*lib*.2. Pereg. *de fideicom. art*.35.*nu*.9. *in fin.* vbi dicit quandoque ita vidiſſe iudicari, quandoque etiam contrarium ex perſonis, & rebus legatis.

13 Contrariam opinionem tenuit Decianus *conſ*.57.*nu*. 18.*&* *ſeqq. lib*. 5. vbi vult præſumi ſoluta, & eſſe deducenda & ceſſare omnem difficultatem, ſi hæres grauati præſtet cautionem, de conſeruando fideicommiſſarium ab omni moleſtia, quæ ſibi inferri poſſet à legatarijs. Et ita etiam ego ſæpius conſului, præcipuè ſuper fideicommiſſo D. Io. Petri Lodrini, & pariter tenui ſuper teſtamento D. Auguſtini de Cerutis de Salodio in antiquis præſumi hæredem ſoluiſſe dotes ſororibus ſuis, & filiabus fideicommittentis, quando fuerunt nuptæ.

14 Aduerte tamen quo ad detractiones pro legatis, vel ære alieno ſolutis, vel pro creditis hæredis, quod ſunt faciendæ hoc modo, vt prius imputentur pecuniæ in hæreditate repertæ, mobilia quæ ſeruando ſeruari poterant, argenta, margaritę, & fructus qui extabant tempore mortis teſtatoris, ſaltem ſuper neceſſaria alimenta filiorum, in ſupellectilibus autem neceſſarijs pro vſu familiæ non eſſet facienda compenſatio, nec etiam in ſtabilibus dum extant pecuniæ, mobilia, vt ſupra & fructus. & ita practicari, dixit Pereg.*de fideic.art*.35.*nu*. 22. *&* *ſeqq.* vbi declarat in ſuppellectilibus etiam neceſſarijs pro vſu familiæ fieri compenſationem, ſi creditum pariter erat ex cauſa huiuſmodi mobilium, & hoc modo etiam faciendas eſſe detractiones voluit Rota Romana *in nouiſſ.deciſ* 680.*n*.7.*par*.1.

15 Quod ſi de mobilibus, argentis, margaritis, fructibus, vel pecunijs non appareat, quia factum non eſſet inuentarium, onus probandi tali extitiſſe ſpectaret ad fideicommiſſarium. Alex.*conſ*.82.*col.vlt.libr*.2.*conſ*.40. *lib*.3.*&* *conſ*.51.*lib*.6. Ruin.*conſ*.152.*col.vlt. lib*.5. Crau. *conſ*., 16.*dubio nono*. Peregr.*dec*.6.*nu*.9.*&* *in tract. de fideic.art*.35.*n*.24.*&* *ſeqq.* vbi dicit ita in practica ſeruari, quod & apud nos ſeruatur, onus enim probandi incumbit ei qui dicit, *l. ei qui dicit ff de probat.*

16 Sed an iuramentum in litem detur contra grauatum, ſi non confecit inuentarium de bonis fideicommiſſi, quod detur, ſcribunt Plot.*in l.ſi.quando*,§.26.*num*.2.*C. vnd. vi*, Corn.*conſ*.196.*num*.5.*lib*.3. Soc. ſen.*conſ*.46. *lib*. 1. Ruin.*conſil*.29 *n*.11.*lib*.5. Alciat.*conſ*. 116. *nu*.7.*lib*.5. Rolan. à Vall.*conſ*.73 *nu*.50 *lib*.2 Ceph.*conſ*.392. *lib*.3. Menoch.*conſ*.207.*n*.22. Marzat.*in Epit. de fideicom. qu*. 54. Impoſita tamē prius à iudice taxatione, iuxta *l.vlt. §.ſi quis autem C. de iur. deliber.* Ratione mouētur, quia dolus & culpa obijci poteſt grauato. ſi inuentarium nō fecit, etiam quod ſit de liberis, Pariſ. *conſil*.126. *col. penult.lib*.1.*&* *conſ*.93 *col penult.lib*.2. Ceph.*conſ*.591.*nu*. 15. dixi *q*.512.*nu*.2.

17 Verum placet mihi contraria ſententia, quam probarunt Alexand.*in l.in ratione,§ quod vulgo num*. 14.*ff. ad leg. Falcid.* & Peregr.*d.art*.35. *nu*.87.*&* *art*.44.*n*.25. *&* *conſ*.51.*n*.8.*lib*.1. vbi dicit ita practicari, & obtinuiſſe, & Brixiæ ita vidi ſemper practicari, & ego etiam cōſului ſuper teſtamēto D. Petri Lodrini. Cum etiam hæres non teneatur facere inuentarium, niſi petatur à fideicommiſſario Ceph. *conſ*.296.*colum. vlt.* Roland. à Valle *de inuent.par*.1.*quæſt*.19. Bardel.*conſ*.6.*num*.1. Peregr.*conſ*.51.*num*.9.*lib*.1.*&* *in tract. de fideicom. artic*. 3. *num*.79.*&* *art*.35 *num*.15 & dixi *ſupra quæſt*.512. non video quid debeat imputari grauato ſi illud non fecit, negligentia fuit fideicommiſſarij ſi non procurauit inuentarium confici, illaque ſibi non alijs nocere debet. Et cum nulla lex dicat contra, grauatum iurari poſſe in litem, ſi non fecit inuentarium, non etiam nos debemus hoc dicere ad tex.*in §. cum igitur, in auth. de non eligen.* Nec argui debet à tutore ad grauatum, quia in tutore hoc eſt terminatum ob imbecillitatem pupilli: qui etiam tunc eſt dominus bonorum, non idem eſt in fideicommiſſario.

Con

Concedit tamē Pereg.*d.art.*35.*n.*28. *& art.*44.*n.*25. Iudicem poſſe arbitrari, prout ſibi videbitur mobilium quantitatem, conſiderata perſonarum conditione, & alijs circumſtantijs, admittendo etiam teſtes de credulitate, quos ſufficere dixit, & Socin.ſen.*conſil.*249.*n.*28. erit tamen circa hæc parcè agendum, ne in ambiguis alicui fiat iniuria, & ſufficere fideicommiſſario agenti leuiores dixit Alciat. *conſil.*116.*n.*7.*lib.*5.

18 Intellige tamen quæ dicta ſunt de d ndo iuramentū in litem contra grauatum, quod ſi ageretur contra hæredem grauati, quod iurari non poſſet in litem, ſicuti nec iuratur contra hæredem tutoris *l.*1.*& l.alio,C.de in lit.iuran.* Rol.*de inuent.fol.*251.*in quæſt.incipiente modò quæritur.* Did.*lib.*2.*variar.reſolut.cap.*14.*ante num.*5. Caualc.*de tut.& curat.n.*61. Ceph.*conſil.*674.*n.*9.44. *& ſeqq.*

19 Sed an fideicommiſſarius poſſit in pecunia ſoluere quod expendit grauatus in ſolutione legatorum, æris alieni, & pro ſuis creditis, an verò grauatus poſſit dicere ſibi ſoluiſſe in ſtabilibus, & è contra dicam *quæſt.*671.

SVMMARIVM.

1 Legata, & æs alienum ſoluta per grauatum præſumuntur ſoluta de proprijs pecunijs, non autem de bonis hæreditarijs, contra n.2.

Ampl. & ſi hæres non fecit inuentarium, n.3.

Limitatur ſi factum ſit inuentarium, nec bona in eo deſcripta reperiantur, n.4. decl.n.5.

QVAESTIO DCLXVIII.

Legata & debita ſoluta à grauato fideicommiſſo, vtrum ex proprijs, vel hæreditarijs pecunijs præſumantur ſoluta?

1 SOLET dubitari quando hæredes grauati faciunt detractiones pro legatis, vel debitis teſtatoris ſolutis, an ſolutiones præſumantur factæ de proprijs grauati pecunijs, an de bonis hæreditarijs? Receptior tamen ſententia eſt, quod præſumuntur ſoluta de proprio ære hæredis, ita tenent Rom.*conſil.*276.*num.*7. Soc.ſen.*conſil.*16.*dubio primo*, *lib.*3. Dec.ſenſit *conſil.*238.*dubio quinto*, Bardell. *conſil.*9.*nu.*73.*& ſeqq.* Peregr.*conſil.*31.*n.*9.10.*lib.*4.*& in tract.de fideic.art.*33.*n.*30.*& ſeqq.* vbi dicit ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum, *& deciſ.*6.*n.*7.*vſque ad finem*, & ita ego Brixiæ ſemper vidi ſeruari. Ad quod adducitur pro comprobatione text. & quod ibi notat Bart. *in l.cum propoſitas, C.pro ſoc.* Secundò, quod factum præſumitur factum expenſis facientis, Bart. & alij, præcipuæ Alex.*in l.cum ſeruus, ff.de verb.oblig.* Tertiò pecuniæ repertæ penes grauatum præſumuntur hæredis, niſi in contrarium probetur a fideicommiſſario, Alexand.*conſil.*82.*col.vlt.lib.*2.

2 Malè autē contrariū tenuerunt Paul.Caſt. *conſil.*212. *ſupraſcripta omnia quæſita*, *n.*3.*lib.*1. Barbat.*conſil.*69.*lib.*3. hi enim voluerunt præſumi legata, & debita ſoluta ex bonis hæreditarijs, mouentur, quia adminiſtrans præſumitur potius ſoluere de re, & negotio, quod adminiſtrat, quam de ſuo *l.Neſennius*, & ibi Bartol. & alij, *ff.de n.g.geſt.l.vlt.ff.de petit.hæred.* & ibi Doctor. Sed reſpondetur aliud eſſe in adminiſtratore, qui non eſt dominus fructuum nimirum ſi de fructibus bonorum quæ adminiſtrat præſumitur ſoluiſſe, quod præſupponitur in ſpecie text. *in d.l.fin.ff.de petit.hæred.* & ita reſpondet Peregr. *d.articul.*33.*numero* 38. vbi etiam affert aliam reſponſionem, quæ apud eum videri poterit.

Ampliatur procedere, etiam non facto inuentario, Bardel. *d.conſil.*9.*n.*26. circa quæ tamen videnda erunt *d.q.præced.n.*15.*& ſeqq.* 3

Limitatur, quando apparet in hæreditate extitiſſe pecunias, vel mobilia fuiſſe diſtracta, vel factum fuerit inuentarium & in eo deſcripta bona, quæ tempore reſtitutionis facta eſſet, Paul.Caſtr. *d.conſil.*212.*dubio tertio, verſic.Secunda ratio, lib.*1. Præt.*de interpret.vlt.vol.fol.*354.*num.*24.*circa finem*, Peregr.*d.art.*35.*n.*34. *& deciſ.*6.*num.*7. 4

Quam limitationem intelligo veram, quando talia ſunt mobilia, quæ reſtitui debent fideicommiſſario, vt aurum, argenta, margaritæ pecuniæ, fructus, extantes teſtamenti tempore, & ſimilia, ſecus ſi eſſent talia mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poterant, & pro eorum natura præſumi poſſunt conſumpta, per ea quæ ſcribit Peregr.*d.art.*35.*n.*28.*in fi.* & ego dixi *q.*624.*& q.præcedenti, n.*14. 5

SVMMARIVM.

1 Melioramenta ſunt deducenda de bonis fideicommiſſi reſtituendis.

Ampliatur vt nec fructus in ea imputentur, numero 2.

Ampliatur, & in melioratione facta ab alio intuitu grauati, n.3.

Declaratur, quando impenſa excedit æſtimationem, quia ſoluitur æſtimatio. & ſi æſtimatio excedit impenſam, ſoluitur impenſa, n.4.

Declaratur aliter, remiſſiuè n.5.

QVÆSTIO DCLXIX.

Melioramenta vtrum deducantur quando fideicommiſſi bona reſtituuntur?

MELIORAMENTA deduci à grauato fideicommiſſo apud omnes conceſſum eſt: ita Gloſ.*in l.domos*, & ibi Iaſ.*num.*2.4. & alij communiter *ff.de legat.*1. & omiſſis multis auctoritatibus antiquorum, & recentiorum ſufficiat allegare Alexand.Trent. *de ſubſt. part.*4.6.14.*numero* 4. Præt.*de interpr.vltim.volunt.fol.*318.*ſolut.*5. Menoch.*lib.*3.*præſumpt.*32.*numero* 3. Surd.*de aliment.titul.*6.*quæſt.*6.*num.*15. Intrigl.*de ſubſt.cent.*3.*quæſt.*74.*num.*91.*& ſeqq.* vbi infert ad multas ſpecies melioramentorum. 1

Ampliatur primò, vt nec melioramenta cum fructibus ſint imputanda Gloſ. *in l.emptor, ff.de rei vendic.* & ibi Bart.Bald. & Ang. idem Bald. *in l.in inſulam*, §.1. & ibi Ang.Imol. & Alex.*ff.ſolut.matrim.* Ripa *in l.vbi plures, §.qui in diſtrahendis ff ad Treb.* Alex.*conſil.*123.*n.*9.*lib* 1. Ruin.*conſil.*38 *col.vlt.conſil.*117.*col.*1.*& conſil.*153.*lib.*3. Corn.*conſil.*186.*n.*8.*lib.*4. Rolan.à Valle *conſil.*28.*n.*12.13.*lib.*1. Curt.iun.*conſil.*6.*in fin.* Tiraqu.*de retract.conuen* §.7 *gloſ.*1.*n.*7. Afflict.*deciſ.*87. Peregr.*deciſ.*6 *n.*3. vbi dicit ita ſemper vidiſſe ſeruari in practica, & eſt veriſſima concluſio. 2

Ampliatur ſecundò etiam in melioramenta facta ab alio, intuitu tamen grauati, etiam ſine impenſa grauati, Peregr.*d.deciſ.*64.*n* 6.

Declaratur tamen hæc materia, vt ſi æſtimatio melioramentorum exceda impenſam, quod impenſa erit ſoluenda non æſtimatio, & è contra, ſi inpenſa excedat æſtima-

Digitized by Google

æſtimationem, erit ſoluenda æſtimatio, non enim grauatur conditio fideicommiſſarij, Ruin. *conſil.* 112. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Rolan. à Vall. *conſil.* 28. *lib.* 1. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 557. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *& dec.* 6. *n.* 4.

Multa alia pro declaratione huius materiæ melioramentorum dicenda eſſent, ſed quia ſunt extra materiã noſtram, & particularem tractatum requirerent, vnde recurrendum erit ad Doct. qui hanc expenſarum materiam diſcuſſerunt, & præcipuè ad Peregr. *in tract. de fideicom. art.* 30. vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ factæ pro infirmitate teſtatoris deducuntur de fideicommiſſo.*
2 *Funeris impenſa deducitur de fideicommiſſo.*
Declaratur tamen, quod hæ impenſæ compenſantur cum ſpolijs mobilium, n. 3.
4 *Pro teſtamento releuando & habendo expenſa facta per grauatum deducitur.*
5 *Pro inuentario conficiendo impenſa facta à grauato deducitur.*
6 *Pro defenſione hæreditatis, & recuperatione bonorum fideicommiſſi expenſa facta à grauato deducitur, contra num.* 7.
Ampliatur, & ſi grauatus ſententiam contra ſe obtinuit, num. 8.
Limitatur, ſi hæres litigauit cum alio prætendente ſe hæredem & ſuccubuit, n. 9. *decl. n.* 10.
Limitatur in modica impenſa, numero 11. *contra numero* 12.
13 *Expenſæ factæ in dando aliquid litiganti cum hærede cauſa bonorum hæreditatis, refici debent hæredi tempore reſtitutionis fideicommiſſi.*
14 *Pro nominibus debitorum hæreditarijs exigendis expenſæ factæ à grauato fideicommiſſo refici debent.*
15 *Pro ſoluendis debitis hæreditarijs expenſa facta à grauato deducitur in reſtitutione fideicommiſſi.*

QVÆSTIO DCLXX.

Expenſæ infirmitatis teſtatoris, funeris, pro releuando, & habendo teſtamento, pro conficiendo inuentario, pro defenſione hæreditatis, vel recuperatione bonorum fideicommiſſi, ex cauſa tranſactionis cum litigante cum hærede datum pro exigendis nominibus debitorum hæreditarijs, vel pro ſoluendis debitis hæreditarijs factæ à grauato, an deducantur in reſtitutione fideicommiſſi?

1 VIDIMVS, an expenſæ meliorationum factæ per grauatum refici ei debeant cum bona fideicommiſſi reſtituuntur? videamus de alijs expenſis ſigillatim.

Primò, expenſa facta pro infirmitate teſtatoris deducitur in reſtitutione fideicommiſſi, Cephal. *conſil.* 644. *nu.* 38. eſt enim debitum teſtatoris, quod omnino ſoluendum erat, vt aliàs dictum fuit.

2 Secundò, funeris impenſa erit deducenda, *l. Papinianus, §.* 4. *ff. de inoff. teſtam. l. impenſa funeris, ff. de relig. & ſump. fun. l.* 1. *§ vlt. ff. ad leg. Falcid. l. vlt. §. in computatione, C. de iur. deliber.* & ibi Bart. Imol. & alij. Bald. *in l. vlt. colum.* 2. *C. de neg. geſt.* Aret. *in §. vlt. in Gloſ. funeris, inſtit. titul. ad leg. Falcid.* Did. *in cap. Raynutius, §.* 1. *numero* 2. *extr. de teſtam.* Paul. Caſtr. *conſil.* 369. *ad finem libro primo,* Crot. *conſil* 275. *numero* 61. Alciat. *conſil.* 139. *ad finem, lib.* 9. Ceph. *conſil.* 644. *num.* 36. *& conſil.* 740. *num.* 1. Menoch. *conſil.* 681. *num.* 12. Peregr. *conſ.* 38. *num.* 17. *lib.* 4. *& in trac. de fideicom. art.* 35. *in fi.* Duen. *reg.* 397. Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 353. *n.* 2. Franc. March. *dec. Delph.* 332.

Intellige tamen quod funeris impenſa confunditur, & compenſatur cum ſpolijs mobilium, Peregr. *deciſion.* 47. *n.* 1. vbi dicit ita per conformes fuiſſe deciſum, & latè comprobat *conſi.* 38. *n.* 17. *lib.* 4. vbi dicit hoc verum, niſi grauati hæres redderet rationem de omnibus mobilibus, & ſui natura conſumptilibus, & alijs bonis hæreditarijs, quia tunc funeris impenſam detraheret. 3

Pro declaratione etiam funeralium videnda erunt ſcripta à Duen. *reg.* 397.

Tertiò, impenſa facta pro releuando teſtamento, & habendo erit deducenda, Iaſ. *in l. vlt. §. in computatione, in princ. C. de iur. deliber.* Ceph. *con.* 644. *nu.* 38. *conſi.* 740. *num.* 2. *& conſi.* 762. *num.* 32. Roland. à Val. *de inuen. par.* 4. *q.* 18. vbi ſæpius hoc repetit Marzar. *in Epit. de fideicom. q.* 67. Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 354. *n.* 15. *verſi. vbi quoque.* 4

Quartò, impenſa facta in conficiendo inuentario, pariter deducenda erit cum fit reſtitutio bonorum fideicommiſſi, Iaſ. *d. l. vlt. §. in computatione, C. de iur. deliber.* Ceph. *con.* 644. *num.* 36. *conſi.* 740. *nu.* 2. *& conſi* 762. *num.* 35. Roland. à Vall. *de inuent. par.* 4. *quæſt.* 18. & dixi *quæſt.* 512. 5

Quintò, expenſæ factæ pro defenſione hæreditatis, vel pro recuperatione bonorum fideicommiſſi poterunt deduci in reſtitutione fideicommiſſi. *l. vbi purè, §. in diſtrahendis, ff. ad Trebell. l. vlt. §. in computatione,* & ibi Angel. *in princ.* Paul. Caſtr. *num.* 3. Alexand. *num.* 3. & Iaſ. *num.* 2. *C. de iur. deliber.* Pinel. *in l.* 1. *par.* 2. *nu.* 70. *C. de bon. matern.* Anchar. *conſi.* 32. Bald. *conſi.* 73. *n.* 3. *lib.* 3. Grat. *conſi.* 9.17. *lib.* 2. Æmil. *con.* 15. *col.* 2. Marzar. *con.* 12. Scot. *con.* 14. Cephal. *conſi.* 762. *num.* 30. Aret. *tract. de teſtam. gloſſ* 86. *num.* 12. Rolan. à Valle *trac. de inuen. part.* 4. *quæſt.* 18. vbi de communi opinione teſtatur Marzar. *de fideicom. quæſt.* 67. Garz. *trac. de expen. cap* 8. *num.* 19. Petr. *de fideicom. quæſt.* 15. *nu* 240. *verſic. quarto.* Præt. *de interp. vltim. volunt. fol.* 354. *num.* 15. *verſic. vbi quoque,* Pereg. *de fideicomm. art.* 50. *nu.* 11. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 74. *nu.* 92. 94. *&* 102. Alexand. Raud. *dec. Piſan.* 31 *num.* 306. *& ſeqq.* Rot. Roman. apud Farinac. *deciſio.* 517. *numero* 6. *& ſeqq. part.* 4. Seraph. *dec. Rom.* 925. vbi idem vult ſi lis non ſit finita, dummodo cauſa ſit reducta in bonum ſtatum victoriæ. 6

Et prædicti ferè omnes volunt nec fructus in hac detractione eſſe imputandos.

Contra tamen, quod huiuſmodi impenſæ non poſſint deduci, tenuit Bald. *in d. l. vlt §. in computatione, C. de iur. deliber. & conſi.* 76. *in fine lib.* 3. 7

Ampliatur recepta ſententia, etiam ſi hæres cum litigabat cum vxoribus, vel legatarijs non obtinuit ſententiam pro ſe, dummodo bona fide litigauerit, nam & tunc deduceret expenſas litis, licet aliud ſit quando temerè litigaſſet, Angel. *dicta l. vlt. § in computatione,* ita intelligitur loqui Bald. *con.* 76. *lib* 3. & ibi Franc. de Rampo. Aemil. *con.* 15. *columm.* 2. Rolan. à Valle *de inuen. q.* 18. Marzar. *de fideicom. q.* 67. Petr. *d. q.* 15. *n.* 240. *ver. quarto,* Peregr. *de fideicom. art.* 50. *nu* 11. Rota Romana *d. deciſione* 517. *num.* 17. 8

Contra quando non obtinuit ſententiam, Seraph. *d. deciſ.* 925. *n.* 3. *& ſeqq.* qui tamen admittit poſſe repeti, quando lis non fuit finita, ſi tamen in ſtatum victoriæ cauſa ſit reducta.

Limitatur primò, quando hæres litigauit cum alio prætendente ſe hæredem, & ſuccubuit, quia tunc litis impenſas non deduceret, Angel. qui ita intelligendus eſt *in d. §. in computatione,* Aemil. *conſ.* 15. Rolan. *de inuent.* 9

Digitized by Google

*num.q.*18.Marzar.*in Epit.de fideicom.q.*67. vbi dicit iudicaſſe ſecundum Ang.opinionem, Peregr. *de fideicom.q.*50.*n.*11.*verſi.amplia etiam.*

10 Niſi iuſtam litigandi cauſam habuerit Aemil. *d.conſil.*11.Roland.*d.quaſt.*18.*in fine.*

11 Limitatur ſecundò in modica impenſa reſpectu quãtitatis,quia hæc pertinet ad hæredem. Iaſ. *in l.diuortio, §.impendia ff ſolut.matrim.& in l.ſi in area ff.de cond.& indebit.*Marzar.*in Epit.de fideicom.q.*67.Peregr.*de fideicom.art.*50.*nu.*12.*verſ.mihi ſemper, & nu.ſeq.* vbi dicit ita obtinuiſſe.

12 Contra tamen tenuerunt Alexan. *in l.diuortio.§.impendia ff ſol.mat.*Ruin.*conſ.*14.*col.*3.*lib.*1.*&* 125.*num.*15.*lib.*3. Roland.à Val.*conſil* 28.*nu.*15.*lib.*1. Pereg. *de fideicom.q.*15.*nu.*157.Rota Peruſ.*deciſ.*58.

13 Sextò, ſi grauatus habebit litem ſuper bonis fideicommiſſi cum aliquo, & vt a lite recederet transigendo ei aliquid dedit, & hoc deducetur cum ſit reſtitutio fideicommiſſi.Rota Romana apud Farin. *deciſ.* 517.*n.*6.7.*par.*4.poſt Ful.& Ac nil.relatos:debent enim hęredes curare, ne bona ad alios tranſeant, quàm ad illos, ad quos expreſsè teſtator voluit deuenire, vt poſt Alex. dicit Rota citata.

14 Septimò expenſa facta pro exigendis nominibus debitorum hæreditarijs erit deducenda, Peregr. *de fideicom.art.*50.*n.*14. Intrigl. *de ſubſt.cent.*3.*q.*74.*n.*103. eſt enim impenſa neceſſaria & hæres in culpa eſſet ſi debitores hæreditaris non exigeret, *l. ſi hæres, §.vltim.ff.ad Trebel.* & tantum eſt in credito, quantum exigitur deductis impenſis in eum exigendo, Gloſ.magna *in l. per diuerſas, C. mand.* Bart.*in l.*1.*§.neceſſaria ff.de impen.*

15 Octauo impenſa facta pro ſoluendis debitis hæreditarijs connumeratur inter neceſſarias; & ideo deduci debet.Boer.*deciſ.*44.*d.*9. Peregr. *d.art.*50.*n.*15.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus fideicommiſſo pro ſuis creditis & detractionibus præſumitur ſibi ſoluiſſe, contra nu.*5.

2 *Detractiones pro creditis hæredis fiunt in bonis habito reſpectu ad tempus mortis teſtatoris, contra n.*5.*decl. num.ſeqq.*

3 *Detractiones pro ære alieno teſtatoris, vel legatis ſolutis fiunt in bonis fideicommiſſi habito reſpectu ad valorem bonorum tempore ſolutionis.*

QVÆSTIO DCLXXI.

In pecunijs an in ſtabilibus grauatus fideicommiſſo conſequi poſſit, quod expendit in ſoluendis legatis à teſtatore factis, vel in ſolutione æris alieni? Et æſtimatio bonorum ſit facienda ſecundum tempus mortis teſtatoris, vel ſolutionis, vel reſtitutionis?

1 IN hoc articulo reperio duas opiniones, quarum prima eſt, quod hæres præſumatur ſibi ſoluiſſe. Sed poſtea an æſtimatio bonorum ſit facienda ſecundum tempus mortis teſtatoris, vel ſolutionis, vel reſtitutionis? Duo caſus ſunt diſtinguendi.

2 Primus quorum eſt, quando agitur de proprijs creditis hæredis, & tunc attendatur tempus mortis teſtatoris,ita ſcribunt Paul. Caſtr. *in l. peculium autem, ff.de pecul.*Soc.iun.*conſil.*29.*n.*8.*& conſil.*170.*col.*2 *lib.*2.Alciat.*conſil.*103.*col.vlt.lib.*9.Port.Imol.*conſil.*92.*num.*94. Marzar. *conſil.*24.*dubio ſecundo, & conſil.*25. Menoch. *conſil* 183.*num.*35.*& conſil.*192.*num.*20. Petr.Pecc. *de teſtamen.coniug.lib.*5.*cap.*7. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*7.*tit.*8.*num.*13. Peregr. *de fideicom. art.*54.*num.*12.*& ſeqq.*vbi dicit ita ſtrictiſſimè obtentum fuiſſe, & confirmat *dec.*6.*& conſil.*, 8.*num.*7.*lib.*4.Rota Romana *in nouiſſ. deciſion.*680.*part.*1.

Secundus eſt caſus, quando agitur de ære alieno, vel legatis ſolutis per hæredem, & tunc attenditur tempus ſolutionis, Soc. iun. *conſil.*169.*num* 19. *& ſeqq.lib.*1. Menoch.*conſil.*183.*num.*37.*verſ.quantum verò,* Mant. *de coniect.vlt.vol.lib.*7.*tit.*8.*num.*11.*in fine*, Peregr. *de fideicom.art.*54.*num.*11. *& ſeqq.* vbi dicit ita fuiſſe Paduæ iudicatum,& idem tenet *dec.*6. Rot. Rom. *in nou. dec.*680.*num.*1.*par.*1. eadem Rota Roman collect. per Farinac. *dec.*267.*par* 1. 3

Et ita ſemper practicaui,& vidi practicatum,& iudicatum,& præcipuè arbitrando iudicauit Clariſſ.I.C.D. Conſtantius Battellus in vna de Luzzagis, contrariam ſententiam acerrimè defendente D. Bartolomeo Stella Aduocato eruditiſſimo non tantum in voce,quàm in ſcriptis, cuius Conſilium cum contineat ſummam doctrinam poſt hanc quæſtionem imprimi volui, vt quiſque poſſit habere argumenta,ſi contrariam opinionem defendere vellet, & quia apud nos Arbitri ex compromiſſo more Veneto, & inappellabiliter poſſunt poſt ſententiam cognoſcere,an errores ceperint, D.Battellus reuiſa cauſa ſtetit in prima opinione. 4

Et quod hæres grauatus poſſit retinere tot bona hæreditaria, quæ ſufficiant pro ſuo credito pecuniarum, tenent Menoc.*conſil.*118.*nu.*5. *& ſeq.*Rota Romana in collect.per Farinac.*dec.*267.*n.*1.*par.*1. vbi alios allegat, & volunt citati *ſupra n.*2.*&* 3. Rota apud Seraph. *deciſion.*967.*n.*1. 5

Secunda eſt opinio in puncto principali, quod hæres grauatus poſſit retinere tot bona fideicommiſſi, quæ capiant ſummam ſuorum creditorum, nec aliqua fingatur ſolutio, cum tamen poſſe cogi à fideicommiſſario vt recipiat in pecunia, ſicuti & ipſe poteſt à fideicómiſſario petere, vt ſibi ſoluatur in pecunia, nec poſſit cogi ad accipiendum in ſolutum tot de bonis hæreditarijs, & ſi dentur bona in ſolutum, quod attendatur tempus ſolutionis poſt caſum fideicommiſſi faciendæ, Pancir *conſil.*98.*n.*19.*&* 20.Pere.*de fideicomm.q.*15.*n.*4.*& ſeqq.& n.*213.*verſic.tertia.* Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.*356.*n.*24. *vſque ad finem*, & ſequutus fuit D. Stella in conſ.de quo in fine quæſtionis, vbi pleniſſimè & doctiſſimè hanc opinionem comprobauit. 6

Et hæc ſententia maximè procederet, quando ſequuta eſſet ſententia ſuper detractionibus, per quam eſſet expreſſa quantitatis detractionis,nec aliud dictum de bonis,Peregr.*conſil.*38.*n.*7.*lib.*4. 7

Retenta autem hac ſecunda opinione eam declara primò,vt ſi quid augmenti pecunia fecit, illud reficiendum ſit hæredi.Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.*356.*n.*30.

Declaratur ſecundò, vt hæres poſt caſum fideicommiſſi reſtituendi ſi ſibi non fiat ſolutio,poſſit petere dationem in ſolutum ſibi fieri de bonis hæreditarijs, ne fructus in ſuo credito imputentur, Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.*357.*n.*32. 8

Declaratur non procedere, quando hæres ante caſum fideicommiſſi peteret ſeparationem bonorum pro ſuis creditis, legitima, & Trebellianica, quia tunc admittenda eſſet eius petitio,Bal.*in l.iubemus, in princ. n.*4.*C.ad Trebell & in l. debitori,n.*3.& ibi Alexan *col.*1. *verſic. Secundo ſequeretur*, Iaſ. *col.* 1. *verſic. in ſecunda parte*,& Dec *n.*17.*Cod.de pact.*rurſus Bal *in l. filium quẽ habentem,n* 28.*C.famil.erciſc.* Paul.Caſtr. *conſil.*186.*dubium facit,n.*2.*lib.*1. Ruin. *conſil.*57.*ad finem lib.*2. Præt. *de interpr.vlt.vol.fol.*357. *num.*33. vbi dicit ita quid ſeruandum ſit,quando adſunt alij creditores,vel legatarij, Seraph. *deciſ.*967. 9

Verum eſt, quod ſi in hæreditate adfuiſſent pecuniæ

niæ, vel credita in illis ſibi prius eſſet ſatisfaciendum. Rota *dict. deciſion.*967. vbi dicit non præſumi adfuiſſe pecunias, ſed dicentem adfuiſſe pecunias, vel credita teneri probare.

CONSILIVM EXCELLENTISSIMI D. Bartholomæi Stella.

OMISSIS ſuperfluis, duas conſtituo concluſiones, quarum ſola punctualiter verſatur circa prætenſionem Magnificorum DD. Baptiſtæ, & Veſpaſiani de Lucciaghis.

Videlicet Magnificos fideicommiſſarios poſſe ſoluendo omnem pecuniam in ſolutione legatorum, & debitorum fideicommittentium per hæredes grauatos erogatam liberare bona, quæ Magnificæ filiæ D. Iulij grauati pro dictis debitis, & legatis ſolutis retinere prętendunt.

Secunda erit ex abundanti concluſio extra prætenſionem dictorum fideicommiſſariorum, à qua tamen non intendunt recedere, immò eam confirmare.

Videlicet vbicunque habeat locum retentio bonorum pro dictis legatis ſolutis, attamen attendendam eſſe æſtimationem eorundem tempore reſtitutionis hæreditatis, & retentionis, qua concluſione ſtante omninò erit pronunciandum iuxta dictam prætenſionem fideicommiſſariorum cum hæredes grauati nullum poſtea ex hoc poſſint prætendere intereſſe, nec grauamen.

Redeo ad primam, quam ſemper in terminis ipſius concluſionis loquendo argumentis infraſcriptis confirmabo, prout in dictis terminis ſemper, & oretenus allegando argumentatus ſum, licet aliter viſum fuerit Excellentiſſimo partis aduerſæ aduocato.

Et admiſſo quod hæres pro eo quod legatarijs, & creditoribus de ſuo ſoluit poſſit retinere tot de bonis hæreditatis, vt eſt text. *in l. ita tamen*, §. *qui ex Trebell. ff. ad Trebell.* ad quod non opus erat inſudare, cum illud ſemel admiſerim, & vbique pro vulgata concluſione traditur, & infinitę authoritates tam conſulentium, quam tractantium allegari poſſent, de quibus plura vide ja allegata per Excellentiſſimum Aduocatum habentur per Gabr. *conſil.* 124. *n.* 4. *volum.* 1. Cott. *in ſuis Memor.* verbo *hæres grauatus* Rub. *conſil.* 155. *n.* 4. Decian. *conſil.* 94. *volum.* 3. Phanuch. *de inuent. par.* 5. *num.* 44. Simon. de Præt. *de interpr. vl. vol. lib.* 3 *fol.* 353. *tergon.* 11. Petra *q.* 15. *n.* 6

Hoc conceſſo tota difficultas reducitur ad hoc, an hęres illa bona hæreditaria poſſit retinere, vt ab eo per fideicommiſſarium paratā ſoluere pecuniam per ipſum hæredem expenſam non poſſit auocari, & recuperari.

Quod autē in propoſito noſtro non poſſit hæres iſta bona retinere fideicommiſſario petente dictam reſtitutionem paratoque, vt dixi ſoluere per hæredes erogatas pecunias patet.

Primò. Quia licet hæres pendente conditione fideicommiſſi ſit dominus rerum hæreditariarum, dicitur tamen dominus reuocabilis, nam eueniente caſu fideicommiſſi dicta bona ab eo poſſunt auocari per fideicommiſſarios colligitur text. *in l.* 1. § *ſerui. ff. ad Sillan.* & ex Gloſ. *in l. qui per exceptionem*, §. 1. *ff. de condict. indebit.* Si modò vult hæres, irreuocabiliter retinere, dico, quod ex eo, quod eſt hæres, non poteſt. vt dixi, niſi oſtendatur, quod aliquis contractus, vel titulus ſuperuenerit verus, vel fictus à lege inductus, ex quo fuerit hæredi acquiſitum dominium irreuocabiliter, & ex quo potuerit ſibi cauſam dominij mutare: ſed contractus nullus verus interceſſit, vt patet, nec fictus fuit inductus a lege, vt demonſtrabo.

Quod fictus contractus vel titulus non interuenerit nec aliqua ficta datio, ſiue acceptio inſolutum in tot bonis hæreditarijs ad effectum acquirendi dominium irreuocabiliter, patet.

Quia ſi hoc locum haberet, eſſet quaſi contra omnes regulas fictionis traditas à Bart. *in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.* quem ibi omnes Doctor. ſequuntur.

Fictio enim eſt remedium ſubſidiarium inductum ex æquitate, *l. ſciendum*, & *l. nec vtile, ff. ex quibus cauſis maior.* & ſic hic reuertitur ad mendicatum ſuffragium, quando alia remedia ceſſant, *l.* 1 *caut. ſecunda, ff. de minor.* tradit Bartol. *dict. l. ſi is qui pro emptore, n.* 30. & Iaſ. *ibid. num.* 218. vbi quod lex non fingit, niſi vbi adeſt neceſſitas.

Sed in propoſito hæres, ſi volebat ſibi dominium acquiri irreuocabiliter contra fideicommiſſarium debebat, & poterat confecto inuentario, & citato fideicommiſſario & alijs quorum intererat petere, quod ſibi inſolutum aſſignaretur talis fundus, vel tales res, vt adducit Bald. *l. debitori num. mihi* 3. *C. de pactis*, & ibi Alexan. *num.* 4 *verſic. ſecunda.* Pariſ. *conſil.* 69. *num.* 43. *volum.* 1. & communiter * ita hoc teneri tradit Fanuc. *de inuent.* ★ *part.* 5. *n.* 19. ibi iſtam concluſionem ſequitur poſt eum Becc. *conſil.* 113. *num.* 37. & Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *fol.* 357. *n.* 33. Et in terminis propoſitis Surd. *deciſion.* 92. *n.* 2. Et cum quo ad fideicommiſſum hæres poſſit retinere & deducere ſuum creditum, & illud, quod expendit pro ſolutione debitorum & legatorum etiam non confecto inuentario, vt tradit Socin. *dict. l. debitori, numero* 9. Neguſ. *de pignor. parte quinta, memb.* 1. *nu.* 52. Crauet. *conſil.* 124. *n.* 5. *ex communi* * Fa- ★ nuc. *de inuent. part.* 7. *num.* 44. Petra *de probib. fideicomm. q.* 15. *n.* 5. & 8. ita etiam non confecto inuentario poterit petere ſibi aſſignari in ſolutum tot de bonis, vel poterat tot de bonis vendere, & ſubhaſtare pro ſolutione legatorum, & debiti, & petere ſibi tradi, quod cum non fecerit, & facere potuerit, non eſt nunc dicendum, quod lex induxerit aliquam fictam dationem inſolutum, vel alium acquiſitionis contractum fictum ad effectum, vt hæredi dominium acquiratur rerum hæreditariarum irreuocabiliter, cum ipſa lex non fingat, vbi adeſt aliud remedium, nec negligentibus, ſed vigilantibus iura ſuum præſtant auxilium, *l. ſi pupillus. ff. quod in fraudem credit.* Ruminald. iun. *conſil.* 148. *n.* 49. *vol.* 2. vbi loquitur in terminis legitimæ, quod imputetur filio quod nō petijt aſſignationem bonorum ſibi fieri, quando poſtea dicta bona creuerunt.

Non obſtat etiam hic dum dicitur, quod immo cum hæres ſibi non prouiderit mediantibus dictis remedijs in ſubſidium, debet ita lex ſumere mediante fictione, cum fictio tunc locum non habeat, quando eſt ſuccurſum hæredi ſua prouiſione, cum prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis, *l. finali, C. de pact. conuent. cum ſimilib.* latè Gabriel. *de reg. iur. concl.* 8. quia dico, quod ſi vbi homo ſibi non prouidet, cum poſſet, lex in ſubſidium prouideret inducendo fictiones, eſſet contra dictam regulam, quod immo non ſuccurrat negligentibus, nec ijs, qui in aliquam neceſſitatem facto ſuo & culpa ſua ſe deduxerunt.

Non obſtat etiam ſi diceretur, ſi tunc argumentatio eſſet vera, ſequeretur quod nunquam dicta ficta ſolutio locum haberet, cum hæres ſibi ipſi poſſet prouidere, & tamen habemus textus claros, qui volunt aliquando induci hanc fictam ſolutionem, vt *ex tex. in l. Stichum, §. additio, ff. de ſolut. l. ſi ei cui, §.* 1. *ff. de euict. cum ſimilib.* & ibidem Doctor.

Reſpondetur, quod illæ leges loquuntur, quando hæres erat creditor defuncti, & ei ſucceſſit, ne extinguatur

guatur illa obligatio defuncti per confuſionem, & aditionem hæreditatis in damnum hæredis cum vno, & eodem tempore non poſſit adire, & ſibi petere aſſignationem partis bonorum pro ſuo credito, ideo ei lex ſuccurri; in propoſito noſtro iam adierat, & poſtea ſoluit, & poterat non ſoluere, ſed tradere tot de bonis hæreditatis, vel vendere, & ex pretio ſoluere, & ſic patet, quod termini noſtri non poſſint adaptari ad terminos illarum legum quo ad iſtam oppoſitionem.

Non obſtat, quod dicitur, immò non requiri aditionem iudicis pro iſta datione inſolutum, quod oſtenditur exemplo alienatorum ab hærede, in legitima, & Trebellianica imputantur, & ſic abſque iudicis facto imputantur hæredi in ſolutione eius legitimæ, & Trebellianicæ.

Reſpondetur enim, quod quando bona fuerunt alienata ab hærede creditore, nec illa bona exierant ab ipſa hæreditate, nec in hæreditate ipſius reperiebantur, ideo ne fideicommiſſarius ex iſto facto hæredi damnum patiatur, tunc legis diſpoſitio prouidet, vt dicta bona alienata in Trebellianicam imputentur, & hoc fit in odium ipſius hæredis alienantis, vt tradit Gloſſa *in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellianum*, & tenet Alexander ibi *num.* 8. *verſic. in eadem*, & Angel. *ibi num. ſecundo verſic. ſequitur eadem Gloſ.* vbi quod etiam inuito hærede, licet vellet res redimere, ei imputatur, & ſic non debet in fauorem retorqueri; quando verò bona non ſunt alienata, tunc hæres non poteſt eligere, in quam ſibi velit ſatiſfieri pro ſua Trebellianica, ſed hoc eſt expediendum officio iudicis, & eius arbitrio, vt docet Bart. *in l. quartam, ff. ad leg. Falcid.* Rota *in nouiſ. deciſion.* 680. *numero* 6. *part.* 1. loquitur tamen quando hæres vult rem particularem, Craſſ. latè, §. *Falcid. quæſt.* 9. *numero* 3, & ſic patet, quod non procedit argumentatio, imputantur alienata, ergo & ſine iudice poteſt ſibi ſoluere, ſed etiam ſi eſſet verum quod potuiſſet ſibi ſoluere, & declarare in quam rem voluerit ſibi eſſe ſolutum, tantò magis ei eſſet imputandum, quod non fecerit quantum facere non potuiſſet, ſi reclamaſſent creditores, vel fideicommiſſarij dd. de cauſis.

Vlterius ficta ſolutio fundatur ſuper æquitate, vt latè probatur *dict. l. ſi is, qui pro empt. ff. de vſucap. quæſt.* 6. habet locum, quando ſi talis ficta ſolutio non induceretur, hæres damnum perciperet, ſi verò ex ficta ſolutione lucrum caperet hæres tunc non habet locum ficta ſolutio, ſi autem nec lucrum, nec damnum ſentiret, tunc habet etiam locum dicta fictio, vt diſtinguit latè Bartol. *dict. l. ſi is, qui pro empt. dict. quæſt.* 6. *numero* 67. & eum ſequuntur omnes Scribentes, vt tradit Ruin. *dict. l. ſi is qui, numero* 102. ſequitur Neguſant. *de pignor. part.* 5. *membr.* 1. *numero* 5. *verſic. vnde difficultas eſt*, quod Bartol. *d. loco hac diſtinctione*, concordat omnes leges loquentes de hac ficta ſolutione.

Sed in propoſito, ſi hæres vult retinere res hæreditarias inuito fideicommiſſario vtique lucraretur, quia acquireret ius ſibi ſoluendi in alia re, quam in re debita contra regulam, quod aliud pro alio inuito debitore ſolui non poteſt, *argument. l. ſecunda*, §. 1. *ff. ſi certum petatur*, ibidem Ripa, *num.* 29. & procedit etiam in fideicommiſſario, vt tradit Simon de Præt. *interpret. lib.* 3. *folio mihi* 356. *tergo numer.* 24. *verſic. ex his infertur*. Et lucrum Bartolus in iſto propoſito conſiderat, etiam ſi hæres, vbi habebat actionem ſtricti iuris, lucretur actionem bonæ fidei, vt tradit *d. num.* 65. *d. l. ſi is qui pro emptore*.

Et è contra fideicommiſſarius damnum ſentiret ſi priuaretur iure regulariter cuilibet debiti conceſſo, quod non poſſit cogi ſoluere in alia re eo inuito, & vbi alicui aliquid ſit contra eius voluntatem, tunc dicitur damnum pati, *in l. ſecunda, numero* 12. *in fine, ff. ſolut. matrim. per text. in l. finali, ff. de vſu, & habit.* Alexand. in terminis quando contra ius fideicommiſsario acquiſitum, & eius voluntatem dicatur damnum pati, tradit *in l. Marcellus, §. res quæ, numer.* 8. ibi, *ſatis dicit*, agit in præiudicium fideicommiſsarij, vbi aliquid contra eius voluntatem fit, *ff. ad Trebellianum, & in conſil.* 55. *in fine, volumine* 2. Petra *de probib. quæſt.* 8. *numer.* 529. Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 40. *numer.* 33. & talis præiudicij quamnis modici ratio eſt habenda, tradit Decian. *conſil.* 525. *numer.* 8, *deciſ. Pedemont.* 130. *num.* 7. Cum itaque ęquum non ſit, quod hæres lucretur eum damno fideicommiſsarij repugnante æquitate ficta ſolutio non debet locum habere, iuxta doct. Bartol. dicto loco. & quia nunquam ficta ſolutio non habet locum in præiudicium alterius, vt docet Tiraquell. *de retract. lign.* 29. §. 1. *gloſ.* 10. *num.* 74. qui alios allegat.

Similiter ex aduerſo, ſi induceretur iſta ficta ſolutio in tot bonis hæreditarijs, ita vt neceſse haberet hæres eo inuito talia bona retinere pro eius credito, & ipſe damnum perciperet admittendo ius à lege conceſsum omnibus creditoribus, vt non cogantur rem pro re recipere *dict. l.* 2. §. 1. *ff. ſi certum petatur*, & ſic ex alio capite diſtinctionis Bartoli, quia hæres damnum perciperet, non poteſt dicta ficta ſolutio locum habere quo ad effectum, de quo agitur, videlicet ad hoc vt cenſeatur hæredi acquiſitum dominium irreuocabiliter.

Nec obſtat dum dicitur, quod immo hæredi hoc non poteſt dici in damno eſse, quia ſi ei ſoluatur non dicitur pati damnum, nam dico quod patitur damnum, quia ſoluitur in alia re, quam re debita, contra regulas iuris, & contra eius voluntatem, & vt dixi damnum eſt aliquid facere contrarius, & voluntatem alterius.

Et ſi diceretur iſta ficta datio inſolutum fit volente hærede, non autem contra eius voluntatem, dico adhuc, quod erit tunc in præiudicium fideicommiſsarij. Item dico, quod ſi ſit hærede volente, lex non potuit inducere iſtam fictam ſolutionem, cum hæres non declarauerit tunc ſuam hanc voluntatem, ne induceretur illud contra voluntatem, quod ſecundum voluntatem erat inducendum.

Item ſi talis ficta datio inſolutum ad effectum dominij acquirendi in omnibus bonis intelligeretur inducta, eſset contra regulam per Bartol. traditam in *dict. l. ſi is qui pro empt. quæſt.* 7. *numer.* 71. vbi docet fictionem non procedere vbicunque plures concurrerent ſpecialitates, idem tradidit Iaſ. *ibid. nu.* 399. *& ſequentis*, & ibi alij. Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 22.

Quod hic plures concurrerent ſpecialitates patet, quia primò cenſeretur inducta fictio contra veritatem, ſecundò induceretur ſolutio in alia re, quam debita, contra regulam, *l. ſecunda, § primo, ff. ſi certum petatur*, tertio in hoc eſset ſpecialitas, quia induceretur datio inſolutum, & dominij acquiſitio, etiam ſi non conſtaret de re certis finibus circumſcripta, & quod ratione quotæ eſset certa, quia eſset contra regulas iuris, quæ volunt incertitudinem ratione loci, & quotę vitiare contractum, & dationem inſolutum, Bartol. *in l. tertia, §. incertam, ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. locus, eod. titul.* & ibi Doct. Dec. *conſil.* 179. *colum.* 1. *verſic.*

verſic. ſecunda ratione & colum. fin. verſic. vltim. non obſtat, Corn. *conſil.* 110. *num.* 18. *volum.* 2. vbi loquitur in terminis dationis inſolutum, idem in terminis tradit Magon. *deciſ. Lucenſ.* 21. *num.* 1. & Franc. Mediolan. *deciſione vndecima, num. decimotertio*, vbi in terminis noſtris ita arguit.

Nec dicatur, quod quando datio inſolutum inducitur à lege tunc incertitudo non vitiat, cum lex ſit certa de eo, quod in rerum natura certum eſt, *l. cum quidam, §. ſuum de acquir. hered.* Iaſ. *in l. Centurio, column.* 15. *circa medium, ff. de vulgar.* & ibi Ripa *num.* 72.

Nam poteſt reſponderi, quod per hoc non ſequitur, quin hoc ſit ſpeciale & contra regulas iuris, quartò alia etiam concurrit ſpecialitas, quia à lege noſtra municipali quædam requiritur forma, & ſolemnitas in dationibus inſolutum, vt traditum eſt ſtatim *numero* ..... Ideo inducendo iſtam fictam inſolutum dationem abſque tali ſolemnitate eſſet ſpeciale contra legem ſtatuariam.

Non obſtat dicere, quod quando plures fictiones, vel ſpecialitates veniant in conſequentiam alterius, tunc in ſimul poſſunt concurrere, vt per Bartol. *d. l. ſi is qui pro empt. quæſt.* 7. & ibi per Iaſ. & alios.

Reſpondetur enim, quod in iſto propoſito non veniunt in conſequentiam alterius, quandoquidem in conſequentiam alterius venire dicuntur, quando prima ex ordine intellectus, vel naturæ rei non poteſt eſſe ſine ea quam dicimus venire in conſequentiam, vt declarat Iaſ. ex mente Aret. in *dicta l. ſi is qui pro empt. numero* 405. in caſu iſto prima, quæ eſt ficta ſolutio, poſſet eſſe ſine eo, quod intelligatur facta in alia re, nam ex natura ſolutionis non eſt, quod fiat in alia re, immo contra eius naturam: ſi enim extaret pecunia facilè fuiſſet intelligi inductam fuiſſe fictam ſolutionem tanquam in re debita, & hoc eſt quod volunt Mantic. *de inuent. in declaratione l. final. C. de iure deliberand. numero* 130. vbi inquit, quod hæres creditor defuncti poteſt ſibi ſoluere, ſi extat pecunia numerata in hæreditate, ſecus vbi non extat, tunc enim ei videtur concedenda retentio rerum hæreditariarum in vim pignoris, vt ibi per eum, quod idem ſenſit Simon. de Pretis *de interpret. lib.* 3. *folio mihi* 356. *tergo num.* 29. ibi limita, niſi in hæreditate reperiatur tanta pecunia numerata, ex qua poſſit fieri ſolutio.

Non etiam obſtat dicere, quod immo iſta mea conſideratio deſtruit omnes leges, in quibus dicitur quod aliquando habet locum ficta ſolutio, nam ſtantibus ſupradictis nunquam locum haberet.

Reſpondeo, quod vbicunque ſumus in claris, quod lex voluit inducere fictam ſolutionem tunc non eſt opus diſputatione, an debeat cenſeri inducta, & tunc non procedit oppoſitio de pluribus ſpecialitatibus, ſed procedit, vbi ſumus in dubio, an cenſeatur inducta, vel ne. Ita declarat punctualiter Decius *in l. in actionibus, n.* 3. *col.* 2. *verſic. non obſtant allegata. in contrarium, ff. de in litem iurand.*

Vlterius vbi leges aliquando fingunt ſolutionem in caſibus expreſſis ad aliquod effectum iuris inducendum, tunc non apparet poſtea alius effectus ipſius ſolutionis, quam effectus peroptatus à lege, ea ratione, quia actus non iudicatur vltra intentionem agentium, *l. non omnis, ff. ſi certum petatur*, quod præſertim procedit, quia fictio eſt ſtricti iuris, nec recipit extenſionem, vt tradit Alexand. *conſil. decimo, numero quinto, volumine primo.* Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſtione octaua, numero trigeſimoquinto*, & hoc de fictione dicere volui, quia non video quomodo potuerit acquiri hæredi titulus mutandi ſibi cauſam dominij, & vt de reuocabili mutauerit ſubſtantiam dominij, irreuocabilis, niſi mediante aliqua legis fictione inducente, vel ficta venditione, vel datione inſolutum, quam cum non videam ab aliqua lege inductam ad finem, & effectum transmutandi dictum dominium in damnum fideicommiſſarij (nulla enim adhuc in terminis allegatur lex ad iſtum effectum) vbique nec nos eam inducere debemus, quia peculiare eſt legis inducere fictiones, cum homines ad effectus iuris inducendos fingere non poſſint, vt docet Bart. *dicta l. ſi is qui pro empt. numero vigeſimoſecundo.* Iaſ. *numero* 175. Ruinus *numero quinquageſimoſexto.* Menochius *de Præſumpt. lib.* 1. *quæſtione octaua, numero decimoſeptimo*, & aduertatur, quod loquor in terminis caſus noſtri, videlicet quod non cenſetur inducta ficta datio inſolutum, quando hæres ſoluit creditoribus, & legatarijs, nam omnes ſupradictæ rationes ad hoc tendunt, & in hoc concludunt.

Secundò principaliter, quod non ſit hæredi acquiſitum dominium irreuocabiliter mediante aliqua ficta ſolutione oſtenditur * ex communi opinione, qua ★ concluditur creditorum ſuccedendo debitori, actiones confundi, etiam ſi hæreditas apud eos non eſſet permanſura, & notabiliter tradidit Angel. *in l. deducta in princip. numero* 1. *ff. ad Trebellianum*, Alexand. *ibid. numero* 1. & ibi Caſtren. Dec. *l. debitori, numero* 3. *Cod. de pact.* & ibi Iaſ. Roland. *de inuent. part.* 5. *folio mihi* 198. *num.* 4. & *num.* 10. Decianus *conſil.* 06. *num.* 4. *volum.* 2. Petra *de Prohibit. fideicommiſſ. quæſtione decimaquinta, num.* 5. * vbi de communi, & eam adducit in terminis ★ noſtris.

Si itaque actiones confundantur, & confuſione extinguantur, vllo modo poterit dici extincta dicta ficta ſolutione, quia alias cum ſolutio omnem extinguat obligationem, *inſtit. quibus modis tollit. oblig. in princip.* nihil reperiretur conuenibile de neceſſitate, quia confuſio obligationis præſupponit extare adhuc ipſam obligationem, & per conſequens ſolutione non eſſe extinctam, immo ſi confuſione extinguitur neceſſe eſt dicere, quod adhuc viueret, cum prima actio præſupponat habitum, *l. diem ff. de verborum obligatione. cum vulgar.* & ſic ex communi concluſ. quod confundantur actiones, de neceſſitate ſequitur, quod etiam communis concluſio erit, quod non cenſeatur inducta ficta ſolutio.

Non obſtat hic, quod etiam aliàs oretenus tetigi videlicet, quod iſta argumentatio loquitur in terminis, quando hæres erat creditor defuncti, nos autem ſumus in caſu quando hæres de ſuo ſoluit legata, & debita teſtatoris, nam ſi rectè verba mea fuiſſent intellecta, intellectum etiam fuiſſet me oſtendiſſe, vt & nunc oſtendam in terminis noſtris fortius ſtringere.

Nam ſi ratio adducta à Doctoribus, quare actiones confundantur ea eſſet, quia actio & paſſio non poteſt ſtare in eodem ſubiecto, & ſic hæres non poteſt eſſe creditor, & ſibi ipſe debitor, vt tradit Gloſ. *in l. cum ſecundum, Cod. de fideicommiſſ.* & Alexand. *dict. l. debitori, numero* 4. & vbi Decian. & omnes alij. Fanuc. *de inuent. part.* 5. *numero decimoquarto.* Mantic. *de inuent. l. finali, numero* 144. *Cod. de iure delib.* & quia etiam vidimus in caſu, à quo incipere non poteſt obligatio, multò magis ſi vbi actio erat in eſſe producta & oſſibus affixa extinguitur confuſione, quia eadem perſona non poteſt eſſe debitor, & creditor, multo magis dico, eadem ratione de-

ne de.

ne debet impediri ortus ipſius actionis, & obligationis in eadem perſona, hoc eſt in perſona hæredis ſoluentis de ſuo legato, cum facilius ortus alicuius rei impediatur, quam extenſio eiuſdem caducatur argumento *l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verbor. oblig.* immo vulgatum eſt, multa facta tenere, quæ ab initio in eſſe produci impediuntur, *l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* cum ſimilib. videatur modo an argumentum concludant in terminis noſtris.

Nec obſtat ſi diceretur quomodo poteſt dicere, quod non oriatur aliqua actio ſoluendo legata, ſi hæres poteſt petere ſibi aſſignari tot de bonis hæreditatis pro concurrenti portione ſui quaſi crediti, DD. *in d. l. debitori, C. de pact.*

Reſpondetur, quod licet hoc poſſit petere, tamen hoc non procedit ex aliqua actione, ſed ex quadam æquitate, cum æquum ſit, quod poſſit diſponere de bonis vt ſibi ſoluatur, ex qua æquitate poſtea oritur officium Iudicis, quo mediante ſeparatio bonorum, & ſolutio expeditur, nam vbi adeſt aliqua æquitas ibi datur officium Iudicis, Baldus *in l. finali, § ſin autem, in ſecunda, numero primo, C. de pact.* Bart. *in l. quidam, in princ. ff. de edend.*

Tertiò adhuc, quod hæredi non fuerit acquiſitum dominium irreuocabiliter oſtenditur apertiſſimè ex *l. debitor, ff. ad Trebellian.* ponderando ipſum multipliciter.

Primò ibi dicit tex. quod hæres, cui à teſtatore fuerit pignorata res reſtituta hæreditate iuſſu ipſius teſtatoris, cum emptorem pignoris non inueniret, poterat à Iudice permitti ſibi retinere ipſam rem iure dominij, ſi enim dominium fuiſſet irreuocabiliter mediante legis diſpoſitione acquiſitũ ad quid petere à Iudice, vel Prætore, ſibi licere iure dominij retinere.

Ex hoc etiam colligitur, quod hæres non poteſt ſibi ſatisfacere, & eligere rem, quam vult inuito fideicommiſſario, ſed requiritur aditio Iudicis, vt ſupra dixi. de hærede eligente rem pro ſua Trebellianica, hoc non licet contradicente fideicommiſſario, ſed requiritur officium Iudicis, Craſſus, *§. Falcidia, quæſtione nona, numero tertio.*

Secundò ponderando principaliter quod deciditur in illo textu, quod hypotheca licet creditor ſucceſſerit debitori, qui creditor deinde reſtituerit hæreditatem iuſſu teſtatoris, non per hoc dicitur extincta, nam ſiue hæres poſſideat, ſiue non, poterit ea retinere iure hypothecæ, & agere etiam iure hypothecæ, & tamen ſi hæredi creditori fuiſſet acquiſitum dominium irreuocabiliter rerum hæreditariarum, vtique & hypotheca fuiſſet extincta, *l. neque pignus, ff. de regulis iuris*, & ibi Dec. & alij, Neguſ. *de pign. parte quinta, mem. 1. num.* 52.

Nec dicatur, quod ille textus non loquitur in terminis noſtris, quando videlicet hæres poſt aditam hæreditatem ſoluit creditoribus, & legatarijs, & ſic quodammodo, quando effectus fuit creditor poſt aditam hæreditatem ipſius hæreditatis.

Quia immo, vt etiam ſupra dixi fortius ſtringit in terminis noſtris; ſi enim quando erat creditor viuo teſtatore ipſius teſtatoris, & oſſibus teſtatoris erat affixa obligatio, ſi dico, talis obligatio iam in eſſe producta non fuit apta producere hunc effectum acquiſitionis dominij irreuocabiliter ipſi hæredi, multò minus erat apta inducere talem effectum illa obligatio quę non poteſt dici vera obligatio, cum nũquam fuerit nata impedita à repugnantia, quę eſt quòd creditor quis non poſſit eſſe, & eidem debitor, immo ad hoc fortiùs ſtringit, quia ſi vbi aderat obligatio perſonalis, & hypotheca realis, quæ propter ſymbolum cum dominio, quod eſt ius reale erat aptior inducere effectum dominij irreuocabilis transmutando ius reale hypothecæ in ius reale dominij, cum in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitus, *l. in rem, §. item quacunque, ff. de rei vendication.* attamen dominium irreuocabiliter non fuit hæredi acquiſitum: ergo minus debet dici acquiſitum, vbi nulla nata fuit obligatio eſſi. ax, nec vlla aderat hypotheca.

Non obſtat hic, ſi diceretur aduerte, quod licet non ſit nata obligatio, tamen lex per hoc non vult quod hęres aliquod damnum ſentiat, ideo ei prouidet de retentione, & ſic habet hæres ius retinendi quod eſt fortius, quia tutius eſt habere rem, vel eam poſſe retinere, quam habere actionem & ſic licet obligatio non ſit ſufficiens ad inducendum dominium irreuocabiliter tamen hoc deberet poſſe inducere per ius retinẽdi, quod eſt fortius.

Reſpondetur, quod etiam in caſu prædictæ *l. debitor, ff. ad Trebell* non ſolum habebat actionem viuente teſtatore, ſed ex poſt acquiſiuit ius retinendi, *l. interponenda, l. irritum, Cod. ad leg. Falcidiam,* quæ loquitur in terminis, quando creditor ſuccedit debitori, ſi itaque in caſu *d. l. debitor*, illud ius retinendi, quod proceſſit ex obligatione, quæ iam erat nata viuo teſtatore iunctum cum hypotheca non potuit inducere dictum dominiũ irreuocabiliter, minus hoc debet inducere ius ſolum retinendi.

Non obſtat, quod ueterenus dicebatur, in caſu legis debitor hypothecam non extingui, quia natura hypothecæ eſt, quod non extinguatur niſi ſolutione eius, quod debetur, *l. item liberatur, in principio ff. quibus mod. pignor. ſoluit. leg. ſi is, ff. de pignor. & hypothec.*

Quia dico hoc verum eſſe hypothecam in caſu *l. debitor ad Trebellianum*, non eſſe ſublatam, ex quo dico clariſſimè intelligi dominium ipſarum rerum pignoratarum irreuocabiliter hæredi non fuiſſe acquiſitũ, quia ſi fuiſſet acquiſitum irreuocabiliter, extincta fuiſſet hypotheca, *l. ſi rem ff. de pignorat. action. l. neque pignus, ff. de regul. iur.* Neguſant. vbi ſupra, & ſi non ſolum extinguitur hypotheca ſolutione eius quod debetur, ſed etiã per acquiſitionem dominij rei hypothecatæ, extinguitur etiam ſi alia ratione, quam per ſolutionem creditori fuerit ſatisfactum, *l. ſatisfactio, ff de ſolut. l. item liberat. ff. quibus modis pignor. ſoluit. l. ſi rem, §. omnis. ff. de pignor. actione.*

Cum itaque ex ſupradictis apertiſſimè pateat, dominium irreuocabiliter non fuiſſe hæredi acquiſitum in ipſis rebus hæreditatis, licet ſoluerit legata, & debita, patet etiam quod à fideicommiſſario tale dominium ſoluendo hæredi illud, quod expendit, poterit reuocari ſicut reuocatur ab eo tota hæreditas.

Quartò ad hoc, quod fideicommiſſarius recuperare poſſit dictas res, facit, quia hæres non poteſt cogi retinere res hæreditarias pro ſuo credito, ſed immo poteſt eas reſtituere fideicommiſſario, quando fideicommiſſarius acceptauit fideicommiſſum & petere creditum ſuum, hoc omninò colligitur ex text. *in l. poſtulante, in principio, ff. ad Trebellianum*, dum inquit, poteſt euenire caſus, quod ſtatim hæres nolit reſtituere, vt puta ſi pecuniam ei debuerit defunctus, quam retinere maluit quàm petere, ecce quod poteſt retinere non tamen cogitur, ponderando ibi verbum maluit: hoc idem ad literam, inquit text. *in leg. nona, Cod. ad Trebellianum*, vbi ſi hæres creditoribus hæreditarijs ſoluerit, poteſt repetere à fideicommiſſario, & ibidem tradit Bald. *numero quarto*. Salicet. *numero tertio*, & Pariſ. *conſil.* 55. *num. vigeſimo quinto, volumine tertio*. Roman. *conſil.* 276. *verſiculo quo*

ad ſeptimum, & cum his omninò cócordat regula, quod creditori inuito non poteſt ſolui aliud pro alio, *l. 2. §. 1. ff ſi certum petatur*, & ibi Scribentes.

Si itaque hæres non poteſt cogi retinere, nec etiam fideicommiſſarius poterit cogi non reuocare res, cum paratus ſit ſoluere, quia quod dicitur de creditore, vt non poſſit cogi, idem procedit in debitore, vt nec ipſe in alia reſoluere cogi poſſit, tradit Ripa *dict. l. 2. § primo, numero 29.* æqualitas enim eſt ſeruanda, *l quidam, Cod. de fruct. & lit. expenſ. l. ſi de meis, in fin. ff. de arbitr.* & in correlatiuis, quod de vno dicitur, ſimiliter de alio eſt iudicandum, *l. finali, C. de indict. viduit. tollend.* Euerard. *in ſua centuria loco a correlatiuis*, Gabr. *titul. de legibus, concluſ. 3.*

Non obſtat hic ſi diceretur, ſi bona æſtimatione decreuiſſent, ita quod omnia bona, & vltra à credito hæredis abſorberentur, fideicommiſſarius nollet adire & recipere hæreditatem, quod ſimiliter non debet poſſe cogere hæredem reſtituere, quia de hoc inferius dicetur, & hæc obiectio tolletur.

Quintò facit, quia ſi negotiorum geſtor, pecunia ſua liberauit pignus debitoris abſẽtis, ſi poſſidebat pignus, habet retentionem contra debitorem agentem ad recuperationem pignoris, text. *ad literã, in l. 1. ff. quibus mod. pign. ſolu.* & tamen illa retentio intelligitur locum habere, donec reddatur ipſi negotiorum geſtori pecunia in liberatione pignoris expenſa, Gloſſ. *in dicta l. prima, ſuper verbo, defenditur*, & Gloſſ. *in l prima, & ſecunda, Cod. ad Trebellianum*, & ibi Bartol. & Bald. Neguſ. *de pignor. parte 5. memb. 4. numero 6.* Ita in propoſito, licet hæredi detur retentio pro legatis, & debitis ſolutis, debet intelligi, donec eidem ſoluatur pecunia expẽſa, nam omninò hęres grauatus ſoluens debita ęquiparatur negotiorum geſtori, vt conſulendo tradit Marzar. *conſil. 37. num. 31.* & ita arguit de vno ad alium, Soc. iun. *conſ. 109. nu. 21. lib. 1.*

Sextò, in terminis noſtris eſt text. *in l. fin. § poſtquam enim, Cod. de petit. hæred.* qui text. videatur, quia omninò concludit pro iſta opinione, ibi enim bonorum poſſeſſor, contra quem petitor hęreditatis obtinuit, non aliter reſtituere compellitur hæreditatem, niſi pro omnibus, quæ ritè ab eo geſta fuerunt petitor ei ſatisfiat, ecce quod ibi ipſe poſſeſſor hæreditatis habet retentionem pro eo, quod expendit pro hæreditate ſoluendo legata, vel debita, vt expreſsè dicitur *in l hæreditate, C. dicto tit.* & tamen ſi ei fuerit per petitionem ſatisfactum, poterit compelli ad reſtituendam hæreditatem.

Nec dicatur hic, quod loquatur ille text. in petitore hæreditatis, & poſſeſſore, nam reſpondetur quod iſta eſt differentia verbalis cum à lege de vno ad alium arguatur, & æquiparetur, vt facit text. *in l ſed & ſi lege, §. quod autem quis ff. de petit. hæredit.* & quam æquiparationem per dictum textum, inducit Roman *conſ. 276. n. 3. verſ. quoad quantum, & nu 6.* & quod diximus in ſimili de poſſeſſore, qui in terminis retentionis pro ſolutione legatorũ & debitorum eas æquiparat, idem ſequitur & tradit Marz. *d. conſ. 37. n. 30. verſ. præſuppono vnum*, ibi non eſt, inquam differentia vlla inter hæredem grauatũ onere fideicommiſſi creditorem factum propter ſolutionem legatorum, & ſimilium & merum poſſeſſorem hæreditatis, vel negotiorum geſtorem.

Septimò, in terminis noſtris voluerunt Calcan. *conſ. 37. in fine*, Guid. Pap. *deciſ. 496. verſ. & hoc propter, cũ ſequent.* Bellon *conſ. 30. n. 9.* Pancirol. *conſ 98. n. 15.* Marz. *conſ. 37. n. 37.* Simon. de Præt. *de interpr. vltimar. volunt. folio 556. n. 24. verſ. ex his*, præſertim & *n. 25.* qui loquitur expreſſe, quod fideicommiſſarius poteſt recuperare res ab hærede ſoluendo illud quod hæres expendit.

Non obſtat hic dicere, quod ſupradicti obiter loquantur, ideo non attendendi, vt voluit Iaſ. *conſil. 151. vol. 3. in fine, verſ. ſic dicitur etiam per dominium, vol. 4.*

Reſpondeo enim, quod illud forſitan procederet, quando de aliqua quæſtione eſſet inter Doctores diſputatio, tunc Doctor illud obiter aſſerenti non eſſet credendum, nec faceret opinionem contra alium Doctorẽ contrariam opinionem diſputando tenentem, nam præferretur Doctor diſputans Doctori aliquid aſſerenti, nec etiam vbi Doctor aliquid etiam ſimpliciter aſſerit, quod non reperitur ab alio Doctore in controuerſiam poſitum, vtique eſt omninò dicendum, quod ille Doctor faciat opinionem ad effectum, vt inducatur communis opinio, immo quod Doctori obiter aliquid dicenti ſit credendum, voluit Socin. *conſ. 63.* capiendo primam cõſultationem *nu. 15. vol. 4. & conſ. 84. nu. 2. in fine, eod. volum.* Butrig. *inter conſ. vltimar. volunt.* Diuerſ. *conſ. 154. nu. 40. lib. 1.* Mon. *in § poſthumorum, nu. 11. verſ. & ita voluit hic, inſtit. de exhæred. liberorum*, quos refert & ſequitur Ant. Mar. Coraſ. *tract. de communi Opin. lib. 1. tit. 6. inſpect. 1. nu. 6.* vbi inquit, quod ita credit ſeruari, & *nu. 16.* omninò hic vult procedere, vt dixi, quando aſſerunt aliquid, quod antea de eo nunquam fuit diſputatum, vt in propoſito noſtro, nullus enim in terminis allegatur Doctor, qui contrarium tradiderit, immo ſuprà allegatis Doctoribus Pancirol. & Simon hoc tradunt ex profeſſo.

Sed ex profeſſo, & in fortioribus terminis, quam caſus noſtri, quod ſcilicet fideicõmiſſario ſint reſtituendæ omnes res hæreditariæ eo ſoluente hæredi illud, quod erogauit in ſolutione debitorũ, & ſimilium tradit Dec. *con. 258. n. 4. verſ. quinto in fortioribus*, qui ait res per teſtatorem alienatas cum pacto redimendi, deinde redẽptas ab hærede de ſua pecunia eſſe fideicommiſſario reſtituendas, ſi tamen fideicommiſſarius ſoluere ſit paratus hæredi pecuniam per eum in recuperatione expenſam, & nulli dubium eſt, quod omnes rationes, quæ poſſunt adduci in caſu noſtro contra fideicommiſſarium in illo caſu poterant admitti, ſimiliter contra fideicõmiſſarium, hæres enim poterat non recuperare, & ex pecunia ſua res emere, quæ effectæ fuiſſent ſuæ nec ab eo potuiſſent per fideicommiſſarium auelli: ſimiliter res recuperatæ fuerunt per hæredem mera eius diligentia, pro vt prætendunt nunc hæredes ſua diligentia bona conſeruaſſe in hæreditate: Item fideicõmiſſarius in illis caſibus poſſet nolle accipere hæreditatem, vel fideicõmiſſum, & tamen ſi eam accipit poteſt cogere ad reſtituendum etiam res recuperatas, ſoluto eo quod expendit hæres, & Decium ſequuti ſunt Cagnol. *l. ſecũda, Cod. de pact. inter empt. & vendit. n. 254.* Marz. *Epit. de fideicomm. parte 2. q. 6.* alios allegans.

Tandem vlterius aliàs in hac noſtra Ciuitate ita fuit pronunciatum per D. Ioan Mariam Lenum in quadam cauſa de Armanis datis dubijs, videlicet omnia bona hæreditaria reſtituenda eſſe fideicõmiſſario, cũ hoc tamen quod ipſe teneretur ſoluere hęredibus illud, quod fuerat expenſum pro ſolutione æris alieni, & legatorũ, vt conſtat in actis D. Io. Baptiſtæ Paratici 1565. 17. Auguſti. Et ex his patet hanc eſſe communem opinionem, immo à nemine contradictam, & in foro ſeruatam, ideo ſecundum eam iudicandum.

Nũ obſtant modò ex aduerſo allegata, quæ huic cõcluſioni videntur contrariari. Primò, itaque non obſtat, quod fideicõmiſſum vniuerſale non valeat quando hęreditas non eſt ſoluendo, & hæres vel eſt creditor defuncti, vel præuenit ſoluendo æs alienum teſtatoris, quod totam hæreditatem conſumpſerat, vt voluit Bald. *in l. ſucceſſores, Cod. ad leg. Falcidiam*, quem textum intelligit procedere etiam in fideicõmiſſo vniuerſali, & ſequitur eum Ripa in *l. 1. § finali, nu. 6. ff. ad Trebellianũ*, & quod intel-

intelligatur ille text. prouidere in fideicommiſſo, vt ſupra, * vt communem ſequitur Corn. *d. l. ſucceſſores*, & ſic arguendo de toto ad partem, ſicut quando tota hæreditas eſt conſumpta ære alieno, non poteſt cogi reſtituere, ita quando pro parte erat conſumpta, & hæres præuenit ſoluendo debeat procedere.

Nam reſpondetur primò quod illum text. DD. intelligunt procedere, quando ipſe hæres erat creditor teſtatoris, quod creditum totã abſorbebat hæreditatem túc volunt, quod quia prodeſt intereſſe hæredis retinere, quod hoc facere poſſit, & ita communiter intelligi procedere, inquit Corn. *d. l. ſucceſſores, C. ad leg. Falcidiam*, nos verò loquimur in caſu in quo hæres non erat creditor, ſed erant creditores extranei, quibus ipſe ſoluit, licet ipſe Corn. *in l. 2. C. ad Trebellianum*, intelligat non procedere in fideicommiſſo vniuerſali, vbi ad litteram eſt text. quod immo fideicõmiſſum valet, licet hæreditas nõ ſit ſoluendo, quia fideicommiſſarius efficitur hæres, & in eum tranſeunt iura actiua, & paſſiua, & idem tenet Raphael *d. l. ſucceſſores*, & Bart. *in l. 1. ff. de legat. 1. in tertio dub. n. 10. legatorum particularium & vtilium*, Iaſ. *n. 89*. Soc. iun. *n. 15*. Ruin. *n. 44*. immo Cum. & Corn. ibi intelligunt, quando fideicommiſſarius fuit grauatus legatis, non autem hæres, & hæreditas non eſt ſoluendo, nam tunc inquit, quod ex Senat. conſult. Trebell. fideicommiſſarius non poteſt cogi reſtituere.

Secundò reſpondetur, quod illa traditio Baldi *in d. l. ſucceſſores*, videlicet quod hæres nõ poſſit cogi reſtituere, quando ipſe ſoluit æs alienum, quod totam abſorbebat hęreditatẽ, nõ procedit, quando fideicõmiſſarius eſt paratus ſoluere illud, quod expendit hæres in ſolutione dicti æris alieni, pro vt ita intelligit Angel. *in d. l. 2. C. ad Trebellianum* dum vult, quod immo hęres ſemper cogi poſſit reſtituere, quãdo fideicommiſſarius effectu aliter vult conſeruare hęredem indemnem, per tex. *in l. apud Iulianum in princ. ff. ad Trebell.* & optimè coadiuuatur ex traditis per Bart. *in l. 1. ff. de l. 1. n. 8.* dũ inquit, quod licet legatum particulare, quando hæreditas non eſt ſoluendo, non valeat, nec hæres non poteſt cogi illud præſtare, quia hoc eſſet in præiudicium creditorum, tamen ſi poſſet fieri legatum ſine pręiudicio creditorum, quando hæreditas non eſt ſoluendo, quod legatum valeret, & illud dictũ Bart. omnes ſequuntur, vt Iaſ. *nu. 89*. Soc. iun. *n. 250* Ruin. *n. 44*. Torniel. *n. 64*. quod exemplificatur à Iaſ. *d. nu. 89*. quando teſtator legaſſet Titio, quem Titium grauaſſet tot tradere hæredi, ex quibus poſſit ſoluere debitum, tunc enim & hæres poſſet cogi legatũ præſtare, quod prius fuit dictum ab Angel. *in l. ſeruum filij, §. ſi idem ſeruus, per d. l. 1. relato per* Iaſ. vbi ſupra, idẽ Iaſ. *dict. l. ſeruum filij, dicto, § nu. 5.* & ibi Caſtr. *n. 4.* & *in l. ſi vniuerſa, C. de leg.* ibidem Alexand. *n. 4.* poteſt enim intereſſe legatarij habere legatum, & ſoluere hæredi quod ei debetur, vel quod debetur alijs, & habere rem legatã, vt quia alia habet bona vicina, vel quia fuit maiorum ſuorum, & progenitorum, vt conſiderat Iaſ. *d. l. 1. nu. 89. ff. de legat. 1.*

Et ſic ex his colligitur, quod tota mens legis, & Doct. ea eſt, quod vbi hæres creditor, vel alij creditores ex legato damnum non ſentiant, quod omninò legatum teneat, & ſic magis dicendum eſt in fideicommiſſo vniuerſali, non autem fideicommiſſarius paratus ſit ſoluere hæredi creditum ſuum, vel illud quod expendit in ſolutione æris alieni, nullum poteſt conſiderari præiudicium ipſi hęredi ex fideicommiſſo euenire poſſe, ideo debet poſſe cogi reſtituere omnia bona hæreditaria parato fideicommiſſario ſoluere per ſup. *alleg. l. fin. Cod. de pet. hæredit.*

Non obſtat, quod ſecundò adducitur, videlicet Natta *conſil. 255. n. 9*. Ruin. *conſ. 135. nu. 10. vol. 3*. Aret. *conſ. 146.* in quibus locis habetur, quod hæres poteſt de fideicõmiſſo, detrahere illud quod ſoluit creditoribus, & legatarijs. Quia nõ intelligitur rogatus vltra vires hæreditarias, ſed tamen quod ſupereſt deductis oneribus per tex. *in l. prima §. ſi is qui. ff. ad Trebell.* ibi & mihi videtur vera Iuliani ſententia, ne damnum fideicommiſſarius ſentiat vltra quod ad eum peruenit ex hæreditate, cum alijs ſimilibus.

Reſpondetur, quod in hoc non fuit opus elaborare cum hoc ſemper conceſſerim, & nunc concedo, videlicet, quod hæres poteſt detrahere, & retinere nec debet intelligi grauatus vltra vires hæreditarias, ſed dico, quod hoc non procedit ita ſimpliciter, ſed vbicunque ei aliter non fuit ſatisfactum, vel fideicommiſſarius non eſt paratus ſoluere aliter, quam per retentionem, tunc enim ne damnum hæres, vel fideicommiſſarius grauatus ſentiat, eiſdem permittitur retentio, & hoc eſt quod volunt text. *in præallegat. l. prima, § ſi is qui quadringenta*, dum ne ſentiat damnum hæres non intelligitur grauatus vltra vires hæreditarias, ideo ceſſante iſto damno, quod ceſſet ſolutione eius, quod hæres erogauit, vel ſolutione eius, quod eidem debetur, tunc non poteſt dici vnquam, quod ex retentione totius hæreditatis damnum ſentiat, & omninò argumentum valet, à ceſſante ratione vulgar. iuribus latè Tiraquell. *reg. ceſſante cauſa*.

Nec verum eſt quod lex cõcedat alicui retentionem rei propter aliquod eius creditum, & talis retentio ſolum locum habeat in ſubſidium, vbi ſcilicet aliter creditori non fuerit ſatisfactum, vel non eſt paratus quis ſatisfacere, prout in propoſito patet in terminis noſtris, ne longius exempla quærantur in poſſeſſione hæreditatis, is enim ſi quid in ſolutione legatorum expendit, vel debitorum, poteſt res hæreditarias retinere, vt dicit text. *d. l. hæreditate C. de petit. hæredit.* de qua ſupra mentionem feci, & *in d. l.* nihil fuit dictum de reſtitutione facienda petitore hæreditatis parato ſoluere, quod fuit expenſum, & tamen in ſupra ſæpius *alleg. l. fin. C. de pet. hær.* illud intelligitur procedere donec poſſeſſori hæreditatis fuerit ſatisfactum.

Item negotiorum geſtor poteſt vti retentione erga dominum, hoc tamen intelligitur ſi ei non ſoluat, vt ſupra dixi in quinto fundamento, ſimiliter quis vtitur retentione propter melioramenta, & tamen ei ſoluto, quod expendit tenetur relaxare, colligitur ex text. *in l. generaliter, §. Lucius. ff. de vſufruct. leg.* ibi non aliàs cogendum reſtituere, quàm ſi eius ſumptus ratio habeatur, habita etenim ratione ſumptus eidem ſoluendo cogitur retinere, tradit Guid. Pap *deciſione 169*. Ioſeph. Ludouic. *deciſion. Peruſ. 24 num. 23*. Bellon. *conſilio 10. numero ſecundo*.

Item multi alij caſus, in quibus datur retentio, & tamen intelligitur donec fuerit ſatisfactum, de quibus latè habetur per Neguſantium *de pignor. parte 5. membr. 4. per totum*, per Rebuff. *de verbor. ſignificat. l. non poteſt*.

Tertiò, non obſtat text. *in l. ita tamen, §. quod ex Trebel. ff. ad Trebell.* ibi hoc ideo minus reſtituet, dum ibi ponderatur, quod hæres poteſt retinere illud quod ſoluit, ſed ad hoc fuit ſatis ſupra reſponſum, ſcilicet quod intelligitur, ſi aliter hæredi non fuit ſatisfactum.

Item, dum ponderatur, quod ſicut fideicommiſſario irreuocabiliter per reſtitutionem acquiritur, ergo idem & per retentionem hæredi debet acquiri, cum pariformiter debeat iudicari, *l. nam hoc iure, ff. de vulgar. cum ſimilibus*.

Reſpondeo, quod non ſequitur, vno modo fideicommiſſario acquiritur, ergo eodem modo remanet apud hæredem, quia fideicommiſſarius effectu ſuccedit

cedit loco hęredis *l. ſi heres ab eo ff. ad Treb* & tanquam in hæredem tranſit dominium, grauatus vero retinet tanquam creditor tantæ quantitatis, quantæ capit per eum expenſum, & ſic reſtituendo eff. ctus fuit creditor in quantitate, non autem in re, licet in ſubſidium retineat rem, item quod pari modo non inducatur patet; in fideicommiſſarium enim tráſit ius vniuerſale actiuum & paſſiuum, apud hæredem autem remanet res particularis.

Et ſic cum diuerſum ſit ius fideicommiſſarij, & diuerſum hæredis non poteſt à pari iudicari, Imol. *in l. Caius. ff. ſolut. matrim.* Roland. *conſil. 74. n. 13. vol. 2.*

Non obſtat quartò, dum dicitur, quod hæres poteſt alienare, & dare inſolutum creditoribus bona hæreditaria, nec per fideicommiſſarium offerendo pretium, poſſunt reuocari, vt per Iaſ. *conſil. 1. volum. 4.* & per Marzar. *conſil....*

Modo non alienando, ſed de ſuo ſoluendo debet hęres poſſe retinere irreuocabiliter tot de bonis, prout poſſunt creditores, quibus fuerunt data inſolutum, cum cenſeatur ſibimet acquirere, Grat. *conſ. 123. n. 14. vol. 1.*

Reſpondetur, quod quando bona, lege permittente fuerunt alienata, vel inſolutum data, quod tūc lex permittit, quando vēduntur, pro ære alieno teſtatoris exoluendo, *l. filius familias, §. Diui ff. de legat. 1.* tūc amplius non ſunt in hæreditate, cum lege permittente ad alios dominium fuerit tranſlatum, mirum ſi nō poſſunt reuocari, verum quando non fuerunt alienata quia hæres voluit potius de ſuo ſoluere, quam alienare, non poſſunt dici extra hæreditatem, cum in ipſa hæreditate fuerint per hęredem conſeruata & tanquam hæreditatis negotiorum geſtor poteſt retinere illud, quod expendit pro dicta conſeruatione vſque quo ei per fideicommiſſariū fuerit ſatisfactum, & ſic non ſequitur argumentum ex alienatione, vel datione inſolutum facta creditoribus ipſis acquiritur dominium irreuocabiliter, ergo ex conſeruatione bonorum in hæreditate, proueniēte ex ſolutione hæredis, ipſi hæredi acquiritur dominium irreuocabiliter, quia creditoribus fuerunt data inſolutum, hæredi verò, non, nec verè, nec fictè, vt ſupra latiſſimè demonſtraui, ſi enim nec verus, nec fictus interceſſit titulus ex quo dominium acquiri potuerit irreuocabiliter, & ex quo potuit ſibi mutare cauſam dominij; nec etiā dicēdum eſt, quod ei irreuocabiliter fuerit acquiſitum, vt eſſet cauſa, ex qua talis prouenit acquiſitio, ideo & eff. ctus ceſſare debet, *cap. cum ceſſante de appellation.* late Tiraquell. *regul. ceſſante.*

Nec dicitur, quod hæres ex hoc damnum ſentiret, ſi non intelligeretur in ipſum tranſlatum dominium irreuocabiliter. Quia reſpondetur primo ex eo, quod ſoluit, & conſeruauit bona in hæreditate lucratus fuit fructus ex ipſis bonis, etiam ſi dominium irreuocabiliter non fuit acquiſitum, & ſic nullum poteſt prætendere damnum, nec intereſſe quo ad fructus, cum ex pecunia ſua non modicum percepit fructum, quæ bona ſi non conſeruaſſet, nec etiam fructus ex ipſis percepiſſet.

Secundo, nullum etiam prætendere poteſt intereſſe quo ad capitale ipſius pecuniæ ſolutæ propter non tráſlationem dominij irreuocabiliter, quia eidem lex prouidit permittendo, quod poſſit retinere tantum quantum expendit, vt ex text. *in l. ita tamen, §. quod ex Trebelliano*, ibi hoc minus, id eſt tanto minus reſtituet, *ff. ad Trebell.*

Tertiò nullū poteſt prætendere intereſſe ex eo, quod forſitan bona creuerint in æſtimatione, & ſic, ſi dominium irreuocabiliter in eum fuiſſet tranſlatum, ad eum etiam ſpectaret tale augmentum, quia cum ſicut creuerat poterat etiā ſimiliter decreſcere, quod facilè euenire poterat, tū in æſtimatione, cum etiam in qualitate, vt pura, quia alluuione fuerint diminuta, vel cumulata per eum, & ſic ſi in eum dominium fuiſſet tranſlatum, vtiq; proportionabiliter etiam ad damnū ipſius hęredis fuiſſet diminuta; contigiſſet enim detrimētum proportionabiliter in re ſua, res enim ei perit, cuius eſt, *l. pignus C. de pignor. act.* ideo tale augmentum, & diminutio quo ad perſonam hæredis nulla poteſt haberi in conſideratione, quia quando aliqua ſe poſſunt habere ad damnū & lucrum, tunc licet vnum eueniat, non habetur in cōſideratione, *l. ſi ea lege, C. de vſur.* & ibi Gloſſ. & DD. *d. l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* Curt. ſen. *verſ. vlt. colum. 3. verſ. quia quando aliquid*, Alexand. *d. l. de fideicommiſſo, nu. 2* Iaſ. *conſ. 63. col. fin. vol. 1.*

Et quod augmentum proueniens à fortuna in rebus hæreditarijs, vt puta alluuione, non proſit, nec acquiratur hęredi, ſed fideicommiſſario ſimiliter detrimentū à fortuna proueniens non noceat hęredi, ſed fideicommiſſario, tradit conſulendo Decian. *conſ. 51. numer. 41. verſ.* conſidero ad tertium vſque in finem, & præſertim *nu. 63. verſ. non obſtat tertium, vol. 1.*

Et ex hoc conſidero, quod ſi hæres qui ſoluit æs alienum, vel legata teſtatoris pendente conditione fideicommiſſi, poteſt retinere illud totum, quod in dicta ſolutione conſumpſit, *d. l. ita tamen §. quod ex Trebell. ff. ad Trebell* nullo modo poteſt dici, quod hæredi ſit acquiſitum dominium irreuocabiliter in omnibus bonis hæreditatis nam ſi acquiſitum fuiſſet, euenire poſſet caſus, quod totum illud quod expendit, retinere non poſſet, vt puta, vt dixi ſi alluuione aliqua, vel alio caſu diminuta fuiſſent bona hæreditaria, vtique ſi hæres eſſet dominus irreuocabiliter pro portione per eum expenſa, pro tali portione eidem fuiſſet diminutum dominium, & per conſequens tempore reſtitutionis non poſſet retinere illud totum, quod expendit, quod eſſet contra literam dicti textus, ibi hoc minus reſtituet, ad hoc ergo vt hæres omni caſu eueniente totum conſequi poſſit iuxta dictam legem, neceſſe eſt dicere, quod dominium in eū irreuocabiliter non fuerit tranſlatum, & in conſequentiam nec etiam ſit aliquid diminutum, quin totum cōſequi poſſit.

Non obſtat quintò, quod ſi hæres poteſt vendere, poteſt etiam inſolutum accipere, vt per Montic. *de inuent. in l. fin. C. de iure deliberand. n. 123. cum alijs* per Excellētiſſimum D. Aduocatum *allegat.* Nam iſta, & ſimilia procedūt interueniente authoritate Iudicis, tunc enim poteſt venditor, & hæres inſolutum accipere, vt eſt tex. per Montic. allegatus *d. num. 123. in l. fin. C. de iure damn. impetran.* quod præſertim procedit vbi ille ſibi ſoluendo poteſt præiudicare fideicommiſſario, vel creditoribus alijs, DD. *in l. debitori, Cod. de pact.* ſecus ipſis cōſentientibus. fateor quod ſi hæres inſolutum accepiſſet tot de bonis hęreditatis, quod eidem fuiſſet acquiſitum dominium ſed nego quod ea inſolutum acceperit verè vel fictè, vt ſupra demonſtraui, nec ſequitur, poterat inſolutum accipere, ergo accepit, ſi enim hoc a voluntate ſua penderet, tamen hoc debuiſſet declarare, aliàs voluntas in mente retenta nihil operatur, Surd. *deciſ. 92. num. 8.*

Nec etiam obſtat, quod hæres poteſt ſibi mutare cauſam dominij, quia illud procedit quando interuenit titulus verus, vel fictus, ex quo poſſit dictam cauſam mutare, verum vbi non adeſt talis titulus verus, vel præſumptus, hoc non poterit facere tanquam ceſſan. e cauſa.

Non obſtat ſexto quod ſi hæreditas decreuiſſet, ita vt plus eſſet creditum hęredis aduerſus dictam hæreditatem, quam valor ipſius hæreditatis, quod tunc fideicōmiſſarius nollet accipere dictam hæreditatem, nec poſſet cogi eam accipere, & ſoluere illud quod expendit

hæres,

hæres, ergo nec fideicōmiſſarius debet poſſe petere, nec cogere hæredem reſtituere, etiam ſi ſit paratus ſoluere ar. umento eius quod dicitur non eſſe quem admittendum ad aliquid poſtulandum, cuius ſi contrarium euenisset, nō eſſet petiturus, *l. pen. C. de ſolut.* & ibi Euerard. *in ſua cent. à loco caſus conuerſi.* Reſpōdetur enim, quod non eſt nouum quod fideicommiſſarius, ſi ei eſt vtile, poſſit cogere hęredē reſtituere, quaſi toto *tit. ff. ad Trebell.* ſi vero ei non expedit non poſſit cogi accipere, cum fideic ommiſſum concernat omninò fauorem fideicommiſſarij, & quilibet poſſit fauori ſuo renunciare, *l. pen. C. de pact. l. poteſt. ff. ad leg. Falcidiam, cum vulgat.* fatuus enim eſſet accipere, ſi ei nō expediret, cum eidem poſſit non renunciare, & regula quod quis non admittitur ad petendum, quod cōtrarium ſi eueniſſet non eſſet poſtulaturus, nō procedit quando conuentio, vel legis diſpoſitio eſt inducta fauore vnius tantum, tunc enim ille, in cuius fauorem eſt inducta poteſt petere ſi ei expedit, licet ſi contrarium euenit non eſſet petiturus, vt eſt Gloſſ. *in l. ea lege ff. de locat.* & ibi Caſtrenſ. Salicet. *in d. l. finali, C. de ſolution.* & in terminis fideicommiſſarij grauati aliquid dare hæredi, quod non poſſit cogi ab hęrede accipere, & dare, licet ipſe ſi ei expedit, poſſit cogere hæredem tradere fideicom. & accipere, *text. in l. in ratione la ſecunda, § tametſi, ff. ad Trebell.*

Non obſtat quinto, dum dicitur fideicommiſſarium ſe habere erga hæredem, ſicut creditor erga ipſum hæredem cum beneficio inuentarij, vt colligitur ex text. *in l. fin. § in computatione, C. de iure deliberandi*, ibi, (ſimilem cum alijs creditoribus habet fortunam) ſed ſi hæres inſolutum tradit creditoribus, illud fit ipſis irreuocabiliter, ergo ſi & ipſe retinet erga fideicommiſſarium, debet poſſe retinere irreuocabiliter, immò ſi de ſuo ſoluat creditores non poſſunt ab eo repetere, *l. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure deliberan.*

Reſpondetur, quod licet creditores nō poſſint repetere ab hærede cui ſoluit, tamen hoc non procedit in fideicommiſſario, immo retorquendo argumentum totū cōtrarium colligitur, nam ſi fideicommiſſarius ſe habet erga hæredem, ſicut creditor aduerſus hæredem, dico, quod ſi creditor poſſidet res hæreditarias, ipſas res cogeretur hæredi relaxare, ſi hæres eſſet paratus debitum ſoluere, nec poſſet inſolutum retinere inuito hærede, ita hæres erga fideicōmiſſarium nō debet poſſe retinere res fideicommiſſo ſubiectas fideicommiſſario parato ſoluere, aliàs plus conſequeretur hæres erga fideicommiſſarium, quam creditor erga hæredem, & quod hæres dat inſolutum creditoribus ipſis irreuocabiliter acquiritur, ita ſi fideicommiſſarius inſolutum hæredi tradidiſſet, vel promiſiſſet inſolutum retinere eidem dominium acquireretur irreuocabiliter, ceſſante ergo datione inſolutum ceſſat effectus dominij irreuocabilis.

Non obſtat octauò, dictum Bart. *in l. peculium, ff. de peculio*, vbi inquit, quod creditor, eo ipſo quod ſuccedit debitori ſuo, videtur ſibi ſoluiſſe in vniuerſis bonis *per l. ſi cum, ff. de euict.* dico enim quod Bart. ſe ipſū declarat in *l. ſi is qui pro emptore, q. 6. ff. de vſucap.* de qua ſup. in primis argumentis mētionem feci, vbi vult tunc procedere quando damnum ſentiret hæres, ſi non induceretur iſta ficta ſolutio, in caſu noſtro nullum damnum ſentit, vt ſupra dixi, ſecundo loquitur, quando ſuccedens erat creditor defuncti, tunc poteſt fingi interueniſſe fictam ſolutionem ante aditionem hæreditatis, quia erat creditor verùm, quando à principio non erat creditor, non poteſt dici à principio inductam fuiſſe fictam ſolutionem, quia nunquam fuit creditor, nec etiam ſoluendo æs alienum non potuit eſſe ei creditor, quia fuiſſet ſibimet creditor, & debitor, & ſic ſi non erat creditor, tunc etiam poteſt dici interueniſſe fictam ſolutionem, ſed ſolum tempore reſtitutionis hæreditatis, cum ceſſet impedimentum, quia amplius non dicitur hæres, & mediante reſtitutione fideicommiſſarius efficitur hæres in effectu *l. ſi hæres ab eo ff. ad Trebell.* ideo tunc ex diſpoſitione legis fundata, ſuper æquitate oritur retentio eius, quod expendit, vel ſi totum reſtituit ex ipſa totius reſtitutione efficitur creditor, totum enim reſtituendo acquirit actionem in factum contra fideicommiſſarium pro eo, quod expendit Bald. Salic. & alij *in l. 1. C. ad Trebellian.*

Non obſtat dictum Caſtrenſ. *in l. peculium, ff. de pecul.* dum inquit, quod ſi teſtator inſtituerit hæredem vxorem ſuam, quam grauauerit diſtribuere inter pauperes, quod ſupererit de fructibus vltra victum ſuum: & poſt mortem reſtituere hæreditatem, tunc ex ipſa hæreditate cenſetur deduxiſſe dotes ſuas ſtatim adita hæreditate, & ſic non tenebitur diſtribuere fructus ex dote ſua, ſed eos ſuos facit, cæteris verò diſtribuit, & hoc dictum Caſtr. ſequitur, & refert Soc. iun. *conſ. 170. nu. 9. volum. 2.* Simon alios referens, *lib. 3. de interpret. vltim. volunt. fol. mihi 355. n. 21.*

Huic reſpondetur primò, quod ſi non videretur in dicto caſu ſtatim adita hæreditate deduxiſſe dotem ad effectum vt faceret fructus ſuos ex ipſa dote, damnum magnum vxor illius teſtatoris paſſa fuiſſet, quia coacta fuiſſet diſtribuere etiam fructus dotis ſuæ inter pauperes, quos percepiſſet poſt mortem dicti ſui viri ex dote ſua, ne ergo hoc damnum ſentiat, videtur ſibi deduxiſſe ad dictum effectum inducendum faciendi fructus ſuos: in propoſito noſtro (quod inferius oſtendam) nō ſumus in iſtis terminis, cum hæredes tempore mortis fideicommittentium non fuerint creditores ipſorum fideicommitten. in aliquo & ſic non poſſunt videri ſibi deduxiſſe tempore mortis, ſi nihil ei debebatur, nec fuerunt grauati fructus hæreditatis diſtribuere, vel eos reſtituere, ſed eos ſuos, fecerunt etiam pro portione creditorum ſuorum, ſi quos habuiſſet, licet dicta credita non deduxiſſet, vt reſpondit Pariſ. *conſ. 98. n. 19. verſ. eodem modo.*

Secundò conſidero, quo in caſu Caſtrenſ. & aliorum ſupra allegatorum, reſtitutio fructuum, ſeu diſtributio erat facienda ſtatim poſt mortem teſtatoris, vel erat facienda diſtributio fructuum percipiendorum poſt mortem teſtatoris, detractis alimentis vxoris vſque ad tempus mortis ipſius vxoris, ideo ſtatim etiam mortuo teſtatore, & adita hæreditate, erat tempus faciendæ detractionis, quia vulgatum eſt, quod fructus intelliguntur deductis oneribus, *l. fructus ff. ſoluto matrimonio*, & vbi vſusfructus bonorum omnium alicui relinquitur, tunc ex vſufructu ſunt deducenda debita, & tantò minorem vſumfructum habet vſufructuarius, vt conſiderat Simon de Petris *ſupra allegato folio 355. nu. 21.* Modo ſi in caſu propoſito Caſtrenſ. videtur vxor deduxiſſe, vel ſibi ſoluiſse dotem adita hæreditate, vel in ipſa aditione, quia, & tunc temporis erat facienda deductio, ita à contrario in terminis noſtris nō poteſt dici videri hæredes ſibi ipſis ſoluiſse, vel deduxiſse ante tempus detractionum faciendarū, ſed detractiones, nunc ſunt faciendæ tempore, quo reſtituitur hęreditas, vel alio tempore, quādo erat reſtituenda, vt ex communi tradit Pācirolus loquens in terminis noſtris *in conſ. 98. n. 5.* ſi ergo ante reſtitutionem non erant faciendæ detractiones nec ante reſtitutionem dicendum eſt factas fuiſse, nec ſibi ipſi ſoluiſse, & iſta cōſideratio tendit etiam ad oſtēdendum tempus æſtimationis bonorum.

Tertiò dico, quod licet in caſu ſuprad. cto Caſtren. & Socin. intelligatur inductā fuiſse fictam ſolutionem ad effectum, vt hæres faciat fructus ſuos, tamen illa ficta

ſolu-

ſolutio non eſt trahenda ad alios effectus, vt ſc. etiam ex ipſa intelligatur acquiſitum hæredi dominium irreuocabiliter, quia ſi mens legis fuit iſtum effectum inducere, ad alium non debet trahi, qui vltra intentionem legis operaretur, *l. non omnis ff. ſi certum petatur*, nec fictio patitur extenſionem, Alex. *conſ. 10. n. 5. vol. 1.*

Nec dicatur ſi inducta eſſet ſolutio, niſi ad vnum effectum, ad alium non ſequeretur, eſſet cõtra regulam, quod vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet, *l. cum qui ædes ff. de vſucap.* Reſpondeo, quod immo in fortioribus hoc admittitur, vt ad vnum effectum inducatur fictio, quo verò ad aliũ remaneat in puris terminis veritatis, patet in filiofam, qui ad effectum, vt poſſit in Caſtrenſibus illud quod poteſt homo ſui iuris fingitur paterfam. *l. pater. ff. de Caſtrenſ. pecul. l. 1 ff. de minor*, in alijs autem effectibus remanet in veritate filiusfamil. vt per Bart. *in l. ſi qui pro empt. n. 30. verſ.* dixi, vt diuerſis reſpectibus vna & eadem res diuerſo iure cenſeri poteſt, Menoc. *de recup. poſſ. remed. 1. n. 36. & de arbitr. caſu 37 n. 8.* & ita conſideratio videtur, quod illa ficta ſolutio intelligatur locum habere, niſi quo ad illum effectum inducendæ acquiſitionis fructuum ne hæres dãna ſentiat, nõ autem quo ad alios, facit Pancirol. in terminis noſtris in *d. conſ. 98. n. 20.*

Quod verò caſus noſter non ſit ſecundum terminos Caſtr. Socin. & Simon de Pretis ſecundum quem caſum dicit Excellentiſſimus D. Aduocatus partis aduerſæ decidẽdam eſſe quæſtionẽ noſtrã, ſed omnino nos eſſe extra dictos terminos, patet ſi cõſideremus illa tria teſtamẽta, videlicet Magnific. DD. Baptiſtæ, Iulij, & Ioãnis.

In teſtamento enim D. Baptiſtæ hæredes ipſius non fuerunt grauati diſtribuere fructus ipſius hæreditatis, & ſic non opus fuit inducere, nec facere aliquam detractionem ad effectum ne ipſi in fructibus creditorum ſuorum grauarentur, nec etiam conſtat de aliquo credito ipſorum hæredum aduerſus D. Baptiſtam eorum Patruum fideicommittentem.

Nec obſtat ſi diceretur, quod immo voluit D. Iulium patruum ipſorum hæredum debere gubernare vſumfructum dictæ hæreditatis vſquequo hæredes peruenerint ad ætatem annorum triginta, quia per hoc non fuit effectus D. Iulius vſufructuarius, ſed tamen gubernator, & adminiſtrator dictorum bonorum ad beneficiũ dictorum hæredum, vt verba ſonant teſtamenti.

Quo vero ad teſtamentum D. Iulij, in quo reliquit vſufructuariam eius vxorem, dico quòd nec occaſione illius teſtamenti, & vſufructus relicti poteſt dici videri f. diã aliquam deductionem, nec etiã fieri potuiſſe, quia hæredes non erant creditores ipſius eorum patrui, & quãdo fuiſſent creditores nullam potuiſſent occaſione dicti vſufructus facere detractionem, quia eam in legato vſufructus expreſsè in teſtamẽto prohibuit ibi, (ſine aliqua diminutione vel detractione.)

Quo ad teſtamentum D. Ioannis, licet & ipſe reliquerit vſufructuariam eius vxorem, tamen non reliquit omnium bonorum, ſed aliquorum certorum bonorum, vt in dicto teſtamento, & ſic licet in aliquo eius hæredes, & filij eſſent creditores (tamen neſcio) nulla tamẽ ex ipſo vſufructu erat facienda detractio ad effectũ, vt hæredes poſſent habere fructus creditorum ſuorũ, quia cũ in cæteris bonis hæreditatis ipſi hæredes nõ fuerint grauati aliquo vſufructu, ſed ipſi perceperint omnes fructus, & ſuos fecerint, patet quòd opus nõ erat aliqua ficta ſolutione, ne damnum paterẽtur in ipſis fructibus, & ſic in aliquo ipſorum teſtamentorum non procedit dictum Caſtrenſ. relati per Simon. de Pret. *diſſ. fol. 555.*

Non obſtat *deciſ. Rot. 680. par. 1.* dũ inquit, quòd videtur facta ſolutio de tempore, quo legata per hæredẽ fuerunt ſoluta, allegans Socin. *conſ. 170. vol. 2.* quia ipſa Rota loquitur in terminis ſup. allegatis, videlicet quãdo ſi non fingeretur dicta ſolutio hæres perciperet damnum in fructibus, & ſic ad ipſum effectum, ne in ipſis fratres damnum ſentiant intelligitur ſibi deduxiſſe, & ſoluiſſe. & quod Rota loquatur in his terminis licet expreſsè hoc non dicat, conſtat ex eo, quod allegat Socin. *d. conſ. 170. vol. 2.* qui ipſe loquitur quo ad illum effectũ, vt hæres detrahere poſſit creditum ſuum vnà cum fructibus, & regula eſt dictum Doctoris debere intelligi ſecundum legem, & doctrinam quam allegat Bart. *in l. ſi ſolum § liberationis ff. de liberat. legat.* & *in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.* Nam ſi aliter dicta Rota loqueretur, vt puta ad effectum acquirẽdi dominium irreuocabiliter, ne ab hærede poſſent recuperari res ſoluendo, quod expẽdit, loqueretur contra communem opinionem Doctorum, de qua ſupra in vltimo fundamento, & contra veritatem, nec Rotæ deciſio eſt ſequẽda, vbi rationes ſunt in contrarium, nec vbi non eſt fundata iuribus & rationibus vrgentibus, nam non eſt credendum authoritati alicuius, niſi talis ſit quod habeat authoritatem legis condendæ, & dictum Rotæ, & doctrina eſt tantum probabilis, vt hæc & latè alia ad propoſitum tradit Maſcard. *de probat. concl. 484.* vbi an deciſ. Rot. poſſint adduci ad deciſ. cauſarum, & ex his cum latè appareat de veritate iſtius cõcluſionis, & de eius communi opinione, omnino ſecundum petitionem Magnificorum de Lucciaghis eſt pronunciandum, qua petunt relaxari ſibi bona, cum ſint parati ſoluere omne erogatum in ſolutione æris alieni, & legatorum.

Secunda eſt concluſio in retentione facienda per hæredes pro debitis, & legatis per eos ſolutis, vbi eſſemus in caſu retentionis æſtimationem eſſe faciendam ſecundum tempus reſtitutionis, non autem ſecundum tempus legatorum, & debitorum probatur.

Primò ex his, quæ latè in præmiſſa concluſione dixi, dum demonſtraui dominium non eſſe acquiſitum irreuocabiliter hæredi pro portione ſoluti æris alieni, ſi etenim dominium irreuocabiliter ei non fuit acquiſitum, nec etiam augmentum rei non ſuæ irreuocabiliter debet poſſe eidem acquiri, nec etiam diminutio nocere, ſed augmentum, & diminutio ad fideicommiſſarium ſpectat, cum ad eum ſpectent bona. Decian. *conſil. 52. volum. 2. n. 51. cum ſeq.* in terminis alluuionis acquiſitæ rebus hæreditatis, quod ipſæ ad fideicommiſſarium ſpectent.

Secundò quia licet hæres pro ſoluẽdis debitis hæreditatis poſſit vẽdere bona *l. filius fam. §. Diui, ff. de legat. 1.* tamen ad hoc non cogitur, cum ſit inductum ad eius fauorem, & ſic nõ debet in odium retorqueri *l. quod fauore C. de leg.* facit in propoſito optimè tex. *in l. ſi conuenerit ff. de pignor. act.* vbi ſi conuenerit quod creditori liceret pignus vendere, tamen non cogitur, ſed poteſt adhuc agere etiam contra debitorem, hoc ſtante ſi modo hæres non vendidit bona pro ſoluendo ære alieno, ſed ſoluit de ſuo bona quæ decreuerint, hoc tamen non imputabitur hæredi, quia poſſit detrahere totũ illud quod expendit, patet, quia nulla culpa per hoc imputari poteſt hæredi, quod bona non alienauerit, cum ex natura ſua vtile negotium geſſerit ipſius hæreditatis conſeruãdo bona ſtabilia in hæreditate, & quod hoc vtile negotium ſit, & quod tanquam prudens paterfamilias ſe geſſerit non indiget probatione, ſed exemplo Tutorũ, Prælatorum, & omnia aliena negotia minorum Ciuitatum Eccleſiarum adminiſtrantium, qui ſtabilia alienare non poſſunt ſine ſolennitatibus, tanquam quod talis alienatio fuiſſet damnoſa ipſis, quorũ negotia gerunt, nec caſus diminutionis poteſt habere in conſideratione, cum eſſe etiam poſſet, quod augmẽtum recepiſſet, DD. *dicta*

l fidei-

l. fideicommiſſa, Codice de tranſactionibus,

Sed quod tale detrimentum non noceat hæredi quin poſſit retinere omne totũ illud, quod expendit in ſolutione æris alieni, ad literam colligitur ex ſæpe allegat. text. *in l. ita tamen, § quod ex Trebelliano ibi hoc minus ff. ad Trebell.* vbi poteſt hæres retinere omne illud quod erogatur ſimiliter in poſſeſſore hæreditatis, eſt text. *in l. hæreditate, C. de pet. hæred.* ſed ſi diminutio æſtimationis, vel alluuionis, vel ſimilis fortunæ noceret hæredi, certè non poſſet retinere tantum quantũ expendit, quia tantò minus retineret quãtum proportionabiliter diminutio reſpiceret bona hæreditatis pro eo quod expendit; ſi ergo ad hæredem res ſpectat, diminutio ergo nec augmẽtum ex regula *l. ſecundum naturam ff. de regul. iur.* & per conſequens eſt attendendum tempus æſtimationis.

Tertiò in æſtimationibus attenditur tempus actus celebrati, in venditionibus tempus vẽditionum, in dationibus inſolutum tempus dationis, & contractibus alijs regulariter tempus contractus: hæc aperta ſunt, & tempus attenditur quo petitur, Vigel. *lib. 15. c. 6, reg. 3.* ita, & in retentionibus faciendis per hęredes debet attendi tẽpus reſtitutionum, ſed retentio quæ fit ex legis diſpoſitione fit tempore quo reſtituitur hæreditas, & non ante, nec fieri poteſt, vt tradunt omnes, qui ſemper dũ loquuntur de detractionibus loquuntur de tempore quo fit reſtitutio, vt per Caſtrenſ. Alexandr. *in d. l. ita tamen, § ex Trebelliano.* & latè ex cõmuni tradit Pancir. *cõſ. 98. n. 7*, ergo in æſtimatione bonorum deducendorum debet attendi tempus ipſius retentionis, & reſtitutionis, & ita in terminis noſtris arguit Pancir. *d. conſil & d. num.*

Quartò, hæres ſoluendo æs alienum hæreditariũ videtur quodammodo negotium geſſiſſe hæreditatis, vt conſiderat Soc. iun. *conſ. 109. nu. 21. vol. 1.* vbi ex hoc arguit, quod ideo debet eidem reſarciri ex bonis hæreditatis quodcunque de ſuo erogauit, *toto tit. de neg. geſt.* & *n. 26. verſic. verum conſidero, d. conſil.* dicit, quod creditor, qui ſimpliciter ſoluerit pro ipſa hæreditate, & ita arguit etiam Marzar. *conſil. 37. n. 31.*

Sed ad dominium pertinet vtilitas proueniens ex negotio geſto, *l. ſi negotia ff. de negot. geſt. l. qui vtiliter, d. tit.* aliàs non diceretur gerere negotium alterius, ſed ſuum ſi ad eum vtilitas ſpectaret, ergo & vtilitas proueniens etiam immediatè ex ſolutione legatorum & æris alieni debet ſpectare ad ipſam hæreditatem, & per conſequẽs ad fideicommiſſarium, cui hæreditas reſtituitur.

Quinto, arguo de legitima ad caſum noſtrum, nam legitima eſt quota bonorũ, *l. Papinianus, §. quarto, ff. de inoff. teſtam.* & de corporibus hæreditatis debetur, *§. 1, au. hen. de triente & ſemiſſe.* & legitima debetur vnà cum fructibus, Bald. *conſil. 222. vol. 4.* Natta *conſil. 156. n. 2.* & ex his videtur dicendum, quod deberet æſtimari iuxta valorem currentem ad tempus mortis ad beneficium filij, vt deinde auctis facultatibus cenſeatur etiam aucta legitima ad beneficium filij.

His tamen non obſtantibus cõmunis eſt opinio Scribentiũ, immò receptiſſima quod quo ad hoc vt conſtet quanta ſit legitima ſi fiat æſtimatio tempore mortis teſtatoris, quando verò eſt tradenda, tunc traditur iuxta æſtimationem currentem tempore detractionis, vel traditionis, vt ſcilicet, ſi tẽpore mortis bona valebant 600. & pro quolibet plod. 100. legitima erit 200. verùm ſi bona creuerint æſtimatione, vt quia plodia pro quolibet nunc valet 200. non per hoc augmentum recipit ipſa legitima, ſed ſolũ erit de ducentis, & nõ conſequitur filius vltra vnum plodiũ, & ſic 200. vbi tempore mortis conſequuturus fuiſſet duo plodia, & iſtam eſſe communem opinionem tradit Curt. ſen. *conſil. vlt.* Rimin. iun. *conſil. 148. vol. 2. per totum*, quod reperitur in *conſil. 227. num. 25. eod. vol.* vbi enumerat *d. conſil. 225 num. 32. ante verſic. 2. ad rationes* 6. Doctores hoc tenentes, & pro contraria tantùm tres, eandem communem dicit Pancirol. *conſil. 124. num. 31. in fine*, Simon. de Pret. *lib. 3. de interpr. vltim. vol. fol. mihi 364. n. 11.* vbi latè alios refert, & hanc eſſe communem * & receptiſſimam teſtatur. hoc idem tradit Petr. *de fideicom. prohibit. q. 5. nu. 138. verſic. contrarium.* qui fuit allegatus pro contraria opinione per Excellentiſſimum Aduocatum & tamen ipſe prius cumulatis his, quæ pro contraria opinione adducuntur, vbi etiam inquit, quod ſępe fuit iudicatum contra opinionem Curtij, vt refert Aimus de alluuione, *lib. 2. c. 20.* attamen ipſe Petra *d. n. 138.* enumeratis authoritatibus pro iſta communi opinione, & præſertim *n. 139*, contra hanc communem dicentem cum ipſa, & ipſe reſidet, & reſpondet omnibus in contrarium adductis, & ſic non poteſt ambigi, quin iſta ſit communis cõcluſio, immo receptiſſima, & dicunt quod cautela eſt, quod filius citato fideicommiſſario faciat fieri per Iudicem ſeparationem bonorum, vt per Bald. *in l. iubemus, in princip. col. 1. verſic. ego tamen de n. 3. C. ad Trebell.* ſequitur Pancirol. *d. conſil. 98. n. 36*,

Si ergo non obſtantibus tam validiſſimis rationibus in legitima attenditur tempus traditionis ad beneficiũ fideicommiſſarij, multò magis debet attendi tale tempus detractionis in detractionibus faciendis per hæredem occaſione æris alieni per eum ſoluti, Non obſtat quod dicitur dictam communem opinionem loqui ſolum in ſupplemento legitimæ. Nam dico, quod im nõ quaſi omnes loquuntur in tota legitima, vt videre licet, nec dd. Doctores aliquam in hoc conſtituerunt differentiam, nec etiam conſtitui poteſt, cum idem iudicetur de parte quo ad partem quam de toto quo ad totũ, & ſupplementum legitimæ etiam ipſo iure inducitur. *l. ſcimus in princ. C. de inoff. teſtam*, Roderic. Suarez. *l. quoniam in prioribus, 8. ampl. eod. tit.* & fructus ſupplementi debetur à die mortis, Soc. ſen. *conſil. 57 n. 39. vol. 4.* & ſimiliter eſt quota bonorum, & per conſequens nulla conſtituitur differentia inter ſupplementum legitimæ, & legitimam ipſam, ſed quomodocunque ſit, Doctores ſupra relati loquũtur quaſi omnes in tota legitima, licet aliqui in ſupplemento, nullam tamen conſtituunt inter vnum & alium caſum differentiam,

Non obſtat etiam, dum dicitur, quod ſepæ contra opinionem Curtij ſen. fuerit iudicatum, vt per Aim. de alluuione, *lib. 2. cap. 20. ad finem relat.* per Petram vbi ſupra: non enim iudicandum eſt exemplo, ſed ſecundum omnes opiniones, nec aliter poteſt iudicari ex diſpoſitione iuris communis, & ſtatutorum.

Sextò, quod tempus detractionis & reſtitutionis, & ſic præſens debeat attendi in terminis terminantibus, hanc quæſtionem tenuerunt Pancirol. *conſ. 98. primo dubio.* Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. folio mihi 356. n. 14. cum ſequentibus*, vbi latè hanc rem tractat, & concludit præſens tempus eſſe attendendũ, hoc idem voluit Petra *de fideicom. prohib. q. 15. n. 4 cum ſeq. & n. 211. verſi. quo ad quartam.* vbi etiam fecit mentionem de *conſil.* Menoc. 183. Petra refert Franc. Milaneſ. *deciſ. Sicil. 12. nu. 5. vſque ad 17 lib. 1.* dicit tamen contrariam opinionem Menoch. melioribus rationibus fulciri, & quod etiam opinio Petræ poſſit ſuſtineri, & contrariam opinionem cum Menochio ſequitur Pereg. *de fideicom.* & eo non obſtante ſecundum hanc opinionem concludit in detractionibus pro legatis ſolutis ex ære alieno, & cum pro iſta opinione adſint tres Doctores in terminis tenentes, vnus cõſulendo, alij duo tractando, & pro alia adſit niſi Menoch. conſulendo, & Mantica tractando, quod tamen hoc obiter tangit, non video quare magis iſta opinio non ſit ſequenda, quam alia.

Accedat modo etiam, quod iſta opinio magis conſonat vo-

nat voluntati teſtatoris, qui dilexit agnationem vocando ſemper maſculos, & agnatio & familiæ diuitijs & opibus conſeruantur: iudicando ergo quod augmentũ ſpectet fideicommiſſarijs, quod euenit, attendendo præſentem, tempus videatur ſecundum veriſimilem mentem teſtatoris, ſi verò ſecundum aliam opinionem iudicaretur, eſſet deſtruere fideicommiſſa, pro quo in dubio quando fauet agnationi iudicandum eſt, Marzar. *Epit. de fideicom. m. quæſt.* 1.

Non obſtant modò, quæ in contrarium à Menochio *conſil.* 183. adducuntur *vol.* 2. qui ſeipſum allegat *conſil.* 292. *n.* 20. *vol.* 3. & quia diſtinguit inter caſum, quando hæres erat creditor defuncti, & caſum, quando hæres poſt aditam hæreditatem ſoluit æs alienum & legata, tamen rationes per eum adductæ in vno caſu. etiam ad alium poſſent applicari, ideo rationes & argumenta in vtroque caſu adducta tollam.

Quo ad primum argumentum *num.* 35. in primo caſu, quando erat creditor, quod videatur ſibi ipſi ſoluiſſe, ſupra quaſi per totam primam concluſionem ſatis ſuperque fuit reſponſum, & loquitur in puris ſuis terminis ne damnum hæres patiatur.

Quo ad ſecundam rationem, quod hæres creditor faciat fructus ſuos, quos percepit, ex bonis debitoris latè ex ſupra deductis colligitur reſponſio, nam loquitur in terminis caſus Caſtrenſ. *in l. prædium*, de quo ſupra, & in legitima facit fructus ſuos, & tamen argumentum eſt fideicommiſſarij.

Quo ad tertiam, quod hæres poterat vendere, vt ſibi & cæteris creditoribus ſatisfaceret, & hic vendendo conſtitutus fuiſſet pretio tunc currente, ideo dicendum eſt retinuiſſe ſub eodemmet pretio.

Reſpondetur, quod immo ſi non vendidit hæredi, eſt imputandum quo ad hoc ne lucrum capiatur, quod lucrum non percepiſſet ſi vendidiſſet, & ſi decreuiſſent bona vendita, nec etiam decreuiſſent fideicommiſſario, ſed emptori nec argumentum procedit, poterat vendere, ergo ipſe debet ſentire commodum quod ſentiret emptor, nec Menochius aliquid ad hoc probandum allegat, & ſi volebat ſub illa æſtimatione retinere, debebat in hoc ſibi prouidere petendo ſeparationem bonorum: vt in ſimili legitimè loquitur Rim. iun. *d. conſ.* 227. *n.* 7. *vol.* 2. & Petra *de fideicom. prohibit. q.* 15. *n.* 139. *verſic. quia eius authoritas*, & debet ſibi imputare.

Ad quartum, quod ad eum pertinet argumentum, ad quem diminutio, hoc quidem fateor, ſed dico non eſſe verum quod ad hæredem pertineat decrementum proueniens in diminutione proueniente ex tempore, immò ſpectat ad fideicommiſſarium, vt ſupra demonſtraui fundamento huius concluſionis ſecundo nec hanc ſecundam propoſitionẽ ſui argumenti Menoch. probat, ad argumentum verò ſecundi caſus per Menochium propoſiti, quod eſt caſus proprius noſter, Reſpondetur.

Et ad primam, ſcilicet, quod diligentia hæredis in ſoluendo æs alienũ de ſuo, & conſeruando bona nõ debet ei eſſe detrimento, quod quidem eſſet ſi in vtilibus ſuam pecuniam erogaſſet. Dico enim primò, quod ex iſta diligentia nullum conſequitur damnũ, nec eius pecunia fuit inutiliter erogata, ſi enim percepit fructus bonorum longè fertiles, & quod his & præteritis temporibus cariſſimè venditi fuerint, quos nõ percepiſſet ſi vendidiſſet bona, patet quod non inutiliter, immò vtiliter pecuniã erogauit, & ſi diceretur, fuit inutiliter expẽſa, ſi fideicommiſſarius haberet argumentum temporaneum dictorum bonorum, dico quod poterat etiam dici vtiliter erogata ſi bona decreuiſſent, & ſic, vt ſupra dixi in alia concluſione, non debet hoc haberi in conſideratione, quo autem ad capitale illud recuperat. Et ſi diceretur, diligentia hæredis qua conſeruauit bona, debere eidem prodeſſe non alijs, ideo hoc argumentum prouentum ex tempore ad eum debet ſpectare. Reſpondetur, vt dixi, quod ſi diminutio ei non nocet, nec augmentum prodeſſe debet.

Secundò, ſi ex aliqua hæredis negligentia, non tamẽ præordinata ad diminutionem bonorum ipſa bona fuiſſent diminuta, vtique hæres pro tali diminutione non teneretur erga fideicommiſſarium, quia culpa non præordinata ad caſum non attenditur, colligitur ex Gloſ. *in c. quia diuerſitatem in verbo ſuſpenſus, de conceſſ. præbend.* Bart. *in l.* 2. *§. vlt. ff. ſi quis caut.* Felin. *cap. cum inter, n.* 20. *de except.* Ripa *cap.* 1. *n.* 14. *de iudic.* Menoch. *de arbitr. caſu* 182. *num.* 59. ita è conuerſo diligentia non præordinata ad augmentum proueniens ex tempore non debet prodeſſe eidem hæredi. Quod non fuerit ad hoc præordinata patet, quia, nec etiam poterat præordinari, quia poterat euenire talis caſus, quod omninò, valoris & æſtimationis bona fuiſſent diminuta, qui caſus à Deo ſolo poterat præuideri, & ſic non poteſt dici, quod hæres præordinauerit hanc diligentiam ad augmentum temporaneum.

Et ſic corruunt ex his fundamenta ipſius Menochij, qui loquitur ex mente alterius, quia ſi ex mente ſua fuiſſet loquutus, hanc opinionem ſequutus fuiſſet, cũ nullum iuris fundamentum dicta argumenta habeant.

Non obſtat Mantica *lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 13. qui videtur ſentire, quod attendatur tempus mortis teſtatoris quando hæres eſt creditor per tradita per Socin. *conſ.* 170. *vol.* 2. quia debet intelligi ſecundũ terminos Socini, quando ſcilicet tractatur de detrahendo debitum vnà cũ fructibus ad effectum ne fructus in alios diſtribuantur, vel ne in Trebellianicam imputentur, vel in quaſi debitũ ex coniecturata mente teſtatoris: in illis enim caſibus, ne damnum ſentiat, cenſetur deduxiſſe tempore mortis iuxta æſtimationẽ illius temporis, cũ enim alleget Socin. *d. conſil.* 70. ſecundũ ipſum etiã eſt intelligendum: ſed quomodocunque ſit, tres ſunt Doctores Pancir. Simon, & Petra tenentes concluſ. pro Magnificis de Lucciaghis fideicommiſſarijs, & ſic opinio Menoch. exceditur numero Doctor. ergo amplectenda, præſertim cùm, vt demonſtraui optimis fundamentis contraria fulciantur, & ex his, &c.

Bartholomeus Stella.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona non reſtituuntur ante factas detractiones.*

Ampliatur, & ſi fideicommiſſarius de facto occupauit bonorum poſſeſſionem, quia tenetur eam reſtituere, n. 2. *& ſeqq. vbi ampl. & decl.*

Ampliatur, vt poſt latam ſententiam poſſit opponi de detractionibus, n. 12.

Limitatur, ſi fideicommiſſarius ſciente & patiente hærede ſit adeptus poſſeſſionem n. 8. *decl. n.* 9.

Limitatur, ſi detractio eſſet certa, quia ſufficeret dimittere rem certam, n. 10.

Limitatur, quando detractiones ſunt difficilis liquidationis quia non debet impediri reſtitutio fideicommiſſi maximè oblata fideiuſſione de ſoluendo ſequuta liquidatione, num. 13.

Limitatur, ſi fraudulenter dilata eſt liquidatio facta à iudice comminatione de liquidando intra certum tempus, n. 14.

Limitatur aliter vt n. ſeqq.

6 *Trebellianica renunciatum cenſetur ſi hæres poſt aditam patitur fideicommiſſarium adipiſci poſſeſſionem, declara num.* 7.

15 *Execu-*

15 *Executio ſententiæ non impeditur per exceptionem, quod prius ſunt facienda detractiones.*

Maximè ſi appareat nullas extare detractiones, n. 10.

Limitatur, ſi Iudex reſeruauit iura ante relaxationẽ, vt quia dixit ſaluis detractionibus, vel detractis detrahẽdis, vel ſimilibus verbis ſit vſus, n. 8. decl. n. 12.

Limitatur ſi liquidatio poteſt fieri incontinenti, vel modico temporis interuallo, n. 11.

Limitatur in exceptione melioramentorum, quia ſolui debent non obſtante ſententia ante executionem, n. 13. contra n. 14. decl. n. 12. 15. & ſeqq.

QVÆSTIO DCLXXII.

Fideicommiſſi bona an reſtitui debeant ante factas detractiones?

1 VIDIMVS in præcedentibus, quæ detractiones competant, & an in pecunia, vel in rebus hæreditarijs ſolui debeant, & quod tẽpus ſpectetur in æſtimatione bonorum, ſupereſt pro complemento huius materię videre: an prius ſint faciendæ detractiones, quam fiat reſtitutio bonorũ fideicommiſſi? recepta autem eſt ſententia, quod prius fieri debeant detractiones, quam hæredes grauati reſtituant bona fideicommiſſo ſubiecta. ita Gloſſ. *in l. vlt.* & ibi Cin. Bart. Bald. & alij communiter. *C. de edict. Diu. Adr. tollend.* Bart. *in auth. res quæ, col. 2. verſ. quæritur ſimiliter Gloſſ. C. cõmun. de legat. & in l. ſi quis agere, col. 2. verſ. vlterius oppono,* & ibi Fulgoſ. *col. 2. C. de codicil.* Paul. Caſtr. *in l. reſtituta in princ. verſ. colligo ex hac lege ff. ad Trebell.* Bart. *conſ. 91. poſt princip.* Angel. *cõſ. 135. dubio 1.* Aret. *conſil. 37. dubio vltimo,* Alex. *conſ. 4. col. 5. lib. 2.* Dec. *conſil. 688.* Dec *conſil. 85. n. 2. lib. 2.* Bald. *in addit. ad Spec. tit. de teſtam. §. ſequitur. col. vlt.* Marzar. *in Epit. de fideic. q. 66.* Peregr. *de fideicom. art. 50. n. 83. in fine.*

2 Ampliatur primò, vt ſi fideicommiſſarius de facto occupauit bonorũ poſſeſſionem teneatur eam reſtituere, prout in detractione facienda ex cauſa legatorum, vel æris alieni ſolutorum, vel pro melioramentis, aut alijs vtiliter expenſis, loquuntur Corn. *conſil. 309. col. 3. lib. 1.* Rim. iun. *conſ. 91. n. 15. & n. 30.* Bertaz. *conſ. 69. n. 41. & conſil. 117. num. 8.* Dec. *conſil. 85. col. 1. & 2. lib. 1.* Peregr. *de fideicomm. art. 47. n. 69.* Licet in hoc diſſentiat Rota Auen. *deciſ. 104.*

3 De detractione facienda ex cauſa legitimæ, ita ſcribunt Ruin. *conſil. 140. lib. 2.* Franc. *deciſ. 240. n. 28. deciſ. Pedem. 33. n. 22. & 23.* Peregr. *de fideicom. art. 47. nu. 66.* vbi alios addit.

4 De detractione etiam ex cauſa Trebellianicæ, ita volunt Doct. *in l. vlt. C. de edic. Diu. Adr. tollẽd.* vb. Zuccar. *nu. 426.* & Menoch. *num. 638.* vbi plures citat, Bertrand. *conſil. 250. lib. 3.* Grat. *cõſil. 149. n. 5. lib. 2.* Ruin *conſ. 140. lib. 5.* Roland. à Valle *conſil. 78. nu. 21. lib. 3.* Boer. *q. 156. n. 2. & 5.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. 47. n. 17.* Peregr. *d. art. 47. n. 65.* vbi de communi opinione teſtatur.

5 Subampliatur, & ſi fideicommiſſarius habuit poſſeſſionem, ex diſpoſitione & voluntate teſtatoris, Zuccar. *in d. l. vlt. n. 382.* & ibi Mantica *num. 190. C. de ed. Ɖ. Diu. Adr. tollend.* Peregr. *de fideicomm. art. 47. n. 42. & nu. 66.* vbi dicit in hoc caſu ſolum Trebellianicæ portionem eſſe reſtituendam.

6 Declaratur primò hæc ampliatio, vt non procedat quando poſt aditam hęreditatem ab hęrede grauato, fideicommiſſarius eo ſciente, & patiente adeptus fuiſſet poſſeſſionem, quia tunc cenſetur renunciaſſe Trebellianicæ Bart. *in l. reſtituere* & ibi Alex. & alij, *ff. ad Treb.* Zuccard *in d. l. vlt. n. 428.* & ibi Menoc. *n. 639. C. de edic. Diu. Adr. tol.* Paul. Caſtr. *cõſ. 152. n. 3. lib. 2.* Dec. *conſ. 418. num. 6.* Pariſ. *conſil. 53. n. 11. lib. 3* Peregr. *de fideic. art. 3. n. 122. & art. 47. n. 18. & ſeqq. & n. 65. in fine.*

Niſi hæres per errorem facti iuſtum præſtitiſſet conſenſum fideicommiſſario, vt poſſideret, quia tunc ſibi non pręiudicare: *ad l. fideicommiſſum, C. de cond. Ɖ. indeb. in l. 1. in l. error. C. ad l. Falc.* Curt. iun. *conſil 91. num. 4.* Peregr. *d. art. 3. n. 124. & art. 47. n. 40.* 7

Declaratur ſecundò non procedere, quando Trebellianica eſſet certa, quia tunc ſufficeret fideicommiſſario dimittere partem illam certam, Zuccar. *in d. l. vlt. n. 428.* & ibi Menoc. *conſil. 641. C. de ed. Ɖ. Diu. Adr. toll.* Corn. *cõſ. 232. n. 4. lib. 4.* Natta *cõſ. 595. in fine.* Eſt enim Trebellianica portio cum honoribus & oneribus, ideo pro indiuiſo facilè relaxari poteſt, & ſucceſſiuè pro diuiſo. Et in detractione pro legitima, ſic ſæpius terminauit Excellentiſſ. Conſil. de 40. Ciu. Nou. præcipuè ſuper fideicõmiſſo Illuſtriſſ. D. Camilli Martinengi facta aſſignatione certi termini pro liquidatione aliarum detractionũ. 8

Sed contra, quod hæres non debeat conſtitui actor ad petendam Trebellianicam, volunt Natta *conſ. 653. ad fin.* Peregr. *d. art. 47. n. 67.* Sed dici poteſt, quod hæres non conſtituitur petitor Trebellianicæ, cum poſſideat pro indiuiſo omnia bona, & in diuiſione fienda vterque poſſit eſse actor, & reus. 9

Ampliatur ſecundò principalis concluſio, vt etiam poſt latam ſententiam poſſit opponi de detractionibus, prout in detractione melioramentorum ſcribunt Bart. *in lege qui fundo, ff. de rei vendic.* Iaſ. *in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & in l. area ff. de cõd. indeb.* Paul. Caſtr. *con. 270. col. 1. lib. 1.* Corn. *conſil. 147. col. penul. lib. 2.* Specul. *tit. de excep. §. dicto verſ. ſed pone ædificauit,* Neguſ. *de pignor. 5. par. princ. memb. 4. n. 10.* Tiraq. *de rett. conuen. §. 1. gloſſ. 7. n. 13.* Præt. *de interpret. vlt. vol. fol. 358. n. 1.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 50. num. 80.* 10

Limitatur primò, ſi ea quæ ſunt deducenda eſsent difficilis probationis, & liquidationis, quia non debet impediri reſtitutio fideicommiſſi, præſertim oblata fideiuſſione de ſoluendo ſequuta liquidatione, Menoch. *conſ. 704. n. 20. & conſ. 747. n. 26.* Garz. *tract. de expenſ. & melior. c. 9. n. 19.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 62. n. 7. & 9.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 74. nu. 107.* Put. *deciſ. 471. lib. 2.* Alex. Raud. *deciſ. Piſan. 30. n. 21. ad medium.* 11

Limitatur ſecundò, quando fraudulenter dilata eſt liquidatio, facta à Iudice comminatione de liquidando intra certum tempus, Soc. iun. *conſ. 81. n. 7. lib. 1.* Menoc. *cõſi. 704. n. 20. in fine,* Intrig. *d. q. 74. n. 108.* Put. *deciſ. 471. n. 2. lib. 2.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ. 24. n. 26. parte 1.* 12

Sed an etiam executio ſententię impediatur ante factas detractiones? plures ſunt diſtinguendi caſus. 13

Primus eſt, quando Iudex ſimpliciter condemnat ad relaxandum nulla facta reſeruatione, & tunc non impeditur executio. 14

Secundus caſus eſt, quando Iudex in ſententia reſeruauit iura poſt factam relaxationem. vel reſeruat iura in alio iudicio, & pariter non impeditur executio ſententiæ. 15

Tertius caſus eſt, quando Iudex reſeruat iura ante relaxationem, vt quia dixit ſaluis detractionibus, vel detractis detrahendis, vel dixit condemno ad relaxandum exceptis his, quæ de iure deduci debent, vel exceptis his, quæ ſunt de ratione rei, vel condemnauit ad relaxandum ſaluis quibuſcunque iuribus ſuper ipſis rebus reo competentibus & tunc executio ſuſpenditur. 16

Iſtam diſtinctionẽ probarunt Pereg. *de fideic. art. 50. n. 83.* vbi dicit, ita ſentiſse Ruin. *conſi. 1. col. vlt. verſ. nec obſtant, lib. 3.* Soc. iun. *cõſil. 67. n. 9 lib.* Bertaz. *cõſ. 117. n. 4.* & Marz. *de fideic. q. 70.* Et quando dictum fuit ſolutis prius detractionibus, certum eſt conditionem prius eſse verificandam ante reſtitutionẽ, Surd. *de alim. tit. 8.*

priuil.

priuil.61.numero 9. Peregrin. *dicto artic.* 50. *numero* 82.

17 Declarantur tamen prædicta multipliciter, & primo, quando nullo modo apparet, quod aliquæ extent detractiones, quia tunc executio ſententiæ non ſuſpenditur, Menoch. *conſil.*704.*n.*36.

18 Secundo declarantur, quando liquidatio poteſt fieri incontinenti, vel modico tẽporis interuallo, quia tunc ſuſpenditur executio, ſecus ſi detractio prætenſa altiorem requirat indaginem, etiam quod de detractione fienda conſtet, ſed non de quantitate, nec liquidatio poteſt fieri, niſi poſt temporis interuallum, quia tunc executio non ſuſpenditur, præſertim oblata fideiuſſione de reſtituenda quantitate facta liquidatione, Rot. Rom. apud Put. *deciſ.*471.*lib.*1. Ioan. Garz. Hiſp. *tract. de expen. c.*6.*n.*19. alios refert & ſequitur Menoch. *d. conſil.*704. *num.*17. *& ſeqq.* & dixi ſupra *num.*11.

19 Tertiò declarantur in omni caſu, quando malitiosè differetur liquidatio, quia verba ſententiæ detractis detrahendis intelligi debent, dummodò malitiosè non retardetur detractionum liquidatio, Menoc. *conſil.*704. *n.*22. vbi etiam aliqua quando dicatur malitiosè protracta liquidatio, & vide *ſupra n.*13.

20 In melioramentis tamen, quod exceptio iſta melioramentorum detrahendorum impediat executionem ſententiæ, volunt Barr. Corn. Iaſ. Neguſ. Tiraquel. locis ſupra citatis, addo Crau. *conſil.*7 9.*in fine*, & Menoc. *de recup. poſſeſſ. remed.*15.*n.*569. *& conſil.*454.*n.*1.

21 Cæterum contra tenent alij, quando melioramenta non eſſent liquidata, licet eſſent probata, Alciat. *in l. quod te, verſic. aliqua ff ſi cert. pet.* Bero. *c.*1.*n.*33.*extr. de reſtit. in integ.* Paul. Caſtr. *conſil.*270.*n.*3.*lib.*2. Soc. iun. *cõſ.*62. *n.*6.*lib.*2. Menoc. *conſil.*704.*n.*17. *& ſeqq.* Rebuff. *tract. de liter. oblig. art.* 1 *gloſſ.*9.*n.*19. Marzar. *de fideicom. q.*66. vbi dicit etiam vidiſſe conſultum in Ciuitate Florentiæ, Peregr. *de fideic. art.*50.*n.*81. vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ, Surd. *de alim. tit.*8 *priuil.*62.*n.*9. Benint. *deciſ.*77. vbi patet ita fuiſſe deciſum in Rota. Put. *deciſ. Roman.*471. Nõ enim executio ſententiæ debet retardari per exceptionem, quæ altiorem requirit indaginem vel in facto, vel in iure, *l. ille à quo* §. *ſi de teſtamento ff. ad Trebell.* Rip. *in l.*4. § *condemnatum. n* 20. *ff. de re iud.*

22 Limitatur hæc ſecunda opinio, quando in ſententia dictum fuit, ſolutis tamen prius melioramentis, vel alijs verbis vſus fuiſſet Iudex, ex quibus colligeretur prius ſoluendas eſſe debitas detractiones, quam fiat reſtitutio, de quo ſupra dictũ fuit *n.*16. Soc. iun. *cõſ.*67.*n.*19.*lib.*1. Bertaz. *conſil.* 17.*n.*3. *&* 4. Marzar. *de fideic. q.*66. cõprobat Pereg. *d. art.* 50.*n.*82. Surd. *d. tit.*8. *priu.*62.*n.*9. Garz. *de expenſ. & melior. cap.*6.*n* 19. Pett. *de fideic. q.*15.*n.*31.

23 Nec hoc caſu oblatio fideiuſſionis, vel depoſitarij de ſoluendo ſummam liquidandam operabitur, vt ante ſolutionem melioramentorum ſententia exequatur, Paul. Caſtr. *d. conſil.*270.*n.*3.*lib.*2. Neguſ. *d. memb.*4.*nu.*10. *in verſic. tertia concluſio*, Capic. *deciſ.*17. Peregr. *d. art.*50. *n.*81. Surd. *d. tit.* 8. *priuil.*62.*n.*9.

24 Et ſi in ſententia nullus ordo reperitur conſtitutus an prius, vel poſt ſint ſoluenda melioramenta? oblatio fideiuſſionis operabitur, vt ſententia poſſit exequi, Alciat. *in l. quod te ff ſi cert. petat.* Bero. *cap.*1.*n.*33.*ext. de reſtit. in integr.* Barb. *in conſil.*36.*n.*12.*lib.*2. Gozad. *conſ.*100.*n.*21. Menoc. *conſil.*704.*n.*21. Neguſ. *loco citato*, Rebuff. *de lit. oblig art.*1.*gloſſ.*9.*n.*16. Marz. *de fideic. q.*66. Intrig. *d. q.*74. *n.*106. Pereg. *d. art.* 50.*n.*82. *verſic. contra verò.* Surd. *d. tit.*8.*priuil.*62.*n.*9. Benintẽd. *deciſ.*77. Boer. *deciſ.*43. *parte* 1. Franch. *dec.*112.*n.*17. Oſaſch. *deciſ. Pedem.*33. *in fine.*

Sed contra, quod nec oblatio fideiuſſoris poſſit cauſare executionem ſententiæ alij tenent, Ruin. *conſil.*84. *col. vlt. lib.*1. Bertaz. *conſil.*69. *in vltimis verbis*, Tiraquel. *de retract. conuent. gloſſ.*7.*n.*7. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.*15.*n.*569. & Capic. *deciſ.*17. 25

Hac in re placet mihi quod ſcribit Peregr. *d. art.*50. *n.*82. *verſic. ego hac in re*, qui vult totũ pendere à Iudicis arbitrio conſideratis perſonis litigantiũ, & eorum natura, qualitate, & quantitate melioramentorum, & an ſtatim, vel modico, vel magno temporis interuallo liquidari poſſint: & vt Iudex facilius percipiat quomodo verſari debeat eius arbitrium conſtituo aliquot caſus. 26

Primus, quando reus eſt vir bonus, non litigioſus, vel pupillus, aut vidua, aut impotens: actor verò eſſet perſona potens, litigioſa, & difficilis, & hoc caſu prudenter ſe geret Iudex ſi ſuſpendat executionem ſententię, etiã oblata fideiuſſione de ſoluendo quod erit liquidatum, & è contra exequetur ſententiam ſi reus eſſet perſona potens, litigioſa, & difficilis, Peregr. *d. art.*50.*n.*82.*in fi.* Et Rota Auen. *deciſ.*104. 27

Secundus caſus eſſet, quando cæteris paribus melioramenta eſſent magna, poſſeſſorque eſſet paratus ea docere, & liquidare, & tunc ſententia etiam non erit exequenda etiam præſentata cautione prædicta, Pereg. *d. art.*50.*n.*82.*in fi.* Intrig. *d. q.*74.*n.*105. Caualc. *deciſ.*44. *n.*67 *p.*1 Et hanc opinionem ego admitterem cum temperamento, vt intra certum, conueniens tamen tempus, fiat liquidatio. 28

Contra tamen quando exceptio melioramentorum fuit oppoſita poſt ſententiam, tenent Intrigl. *d. qu.*74. *n.*106. Boer. *deciſ.*43. *par.*1. Franch. *deciſ.*112.*n.*17. 29

Tertius caſus eſt, quando in differendo aliquod poteſt eſſe periculum, & tunc ſententia erit exequenda, Paul. de Caſtr. *d. conſil.*270.*col.*2.*lib.*2. Capic. *d. deciſ.*17. Rota Auen. *deciſ.*104. Peregr. *d. art.*50.*n* 8 *circa finem.* 30

Quartus caſus eſt, ſi actor diu eſſet in litibus fatigatus, & melioramenta requirant altiorem indaginem, & magnum proceſſum, & præſtita cautione erit ſententia exequenda, Bald. *conſil.*309. *quæritur vtrum lib.*2. Rota Auen. *deciſ.*104. Peregr. *d. art.*50.*n.*82. *ad finem, cum alijs citatis ſupra n.*11. 31

Quintus caſus eſt, quando melioramenta eſſent modicæ quantitatis, & etiam hoc caſu non retardabitur executio ſententiæ, & reſtitutio fideicommiſſi, Peregr. *d. art.*50. *n.*82. *ad finem.* 32

Illud etiam ſciendum eſt, quod ſi melioramenta eſſent facta in vna re, in omni caſu reliqua bona eſſent reſtituenda retenta illa re, donec facta erit liquidatio, Menoch. *conſil.*704.*n.*17. *& ſeqq.* 33

Tractatus de Fideicommiſſaria Subſtitutione Finis.

TRACTATVS DE FIDEICOMMISSARIA Alienationis Prohibitione

EXCELLENTISSIMI D.

VINCENTII FVSARII I. C. BRIXIENSIS.

PARS SECVNDA.

Tractatus de Alienationis Prohibitione continet Quęſtiones vtiliſſimas, ac valde ſubtiles, ideo de hac materia particulariter agendum eſſe cenſui, licèt multa etiam in præcedenti Tractatu dicta fuerint: cum enim ibi omnia expediri non potuerint, nec ommittēda omninò eſſent, ideo ibi tetigi ſuis locis, vt poſtea plenius in hoc Tractatu diſcuterentur.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex ſit fideicommiſſaria prohibitio alienationis.*
2 *Prohibitio alienationis dicitur, quando dictum fuit, quod bona illo onere ſint ſemper affecta.*
3 *Prohibitio realis dicitur, ſi facta eſt nulla perſonarum mentione facta. & n. 4.*
5 *Prohibitio realis dicitur, quando perſonis ſit fauore familiæ, contra n. 6.*
7 *Prohibitio non poteſt dici realis ratione rei, contra numero 8.*
9 *Prohibitio in dubio realis iudicanda.*
10 *Prohibitio impersonalis dicitur, quando adijcitur nomen, ſed ſit in rem.*
11 *Prohibitio imperſonalis non differt à reali quo ad effectum, contra n. 12.*
13 *Prohibitio perſonalis eſt, quando hæres ſub nomine proprio alienare prohibetur.*
14 *Prohibitio dicitur perſonaliſſima ſi ipſe filius, vel ipſe hæres ſit prohibitus alienare.*

QVÆSTIO DCLXXIII.

Quotuplex ſit prohibitio alienationis, & an realis, & imperſonalis differant?

1 INCIPIO ergo ab inſpectione illa, quotuplex ſit alienationis prohibitio. Et quamuis Doctores plures afferant diuiſiones, de quibus particulariter per Petram *tract. de fideicom. probib. alien.* ego tamen capiendo diuiſionem magis practicatam dico: quatuor eſse ſpecies prohibitionis alienationis, alia enim eſt prohibitio realis, alia imperſonalis, alia perſonalis, alia perſonaliſſima.

Realis autem prohibitio dicitur primò, vbicunque dixit teſtator, quod bona ſint ſemper affecta onere, ne alienentur, Capic. *deciſ.* 108. *in princ.* Alba *conſil.* 97. *n.* 1. refert, & ſequitur Petra *de fideicom. q.* 1. *n.* 9. 2

Secundò realis prohibitio erit, quando bona prohibentur alienari, nulla perſonarum mentione facta: & ſic verba ſunt in rem concepta: veluti, ſi teſtator dicat, prohibeo bona mea alienari extra familiam, ita ſcribunt Cuman. *in l. peto, §. fratre, in prima lect. n.* 5. *circa principium ff. de legat.* 2. Paul. Caſtr. *in l. filius familias, §. Diui, n.* 9. *ff. de legat.* 1. Alba *conſil.* 13. *col.* 1. *& conſil.* 30. *nu.* 12. Marzar. *conſil.* 10. *col.* 2. Ruin. *conſil.* 109. *n.* 14. *lib.* 1. Bero. *conſil.* 44. *n.* 38. *lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 15. *n.* 21. *lib.* 4. Cephal. *conſil.* 259. *n.* 70. *conſil.* 318. *n.* 88. *& cōſil.* 477. *n.* 48. Surd. *conſil.* 77. *n.* 22. Rim. iun. *conſil.* 20. *n.* 7. Menoc. *conſil.* 85. *n.* 13. *& conſil.* 753. *n.* 1. Craſs. *in §. fideicommiſſum, q.* 5. *in fine, & q.* 19. *in princ.* Petra *de fideic. q.* 2. *n.* 2. Præt. *de interpret. vltimar. volunt. fol.* 285. *n.* 25. 3

Et quod prohibitio dicatur realis, ſi non exprimuntur nomina eorum, cui ſit prohibitio, probatur *in d. l. peto, §. fratre,* & ibi tradunt Alexand. *n.* 2. Perait. *n.* 3. & Alciat. *n.* 2. Menoch. *d. conſil.* 753. *nu.* 2. Petra *d. q.* 2. *n.* 10. Capic. *deciſ.* 108. *n.* 2. *verſic. quadam realis.* 4

Tertiò realis prohibitio dicitur eſse illa, quæ ſit perſonis inſtitutis fauore familiæ, vt ſi teſtator dicat, prohibeo filios meos bona alienare, quia volo ea manere in familia, Iaſ. *in l. filius familias, §. Diui, n.* 146. *& n.* 152. & ibi Rip. *n.* 168. Crot. *n.* 127. *ff. de legat.* 1. & cōſulēdo Ioan. de Anan. *conſil.* 47. *n.* 3. *& ſeq.* Roman. *conſil.* 457. *n.* 1. & ibi Mandos. *in addit.* teſtatur de cōmuni opinione. Paul. Caſtr. *cōſ.* 303. *viſis & cōſideratis, n.* 3. *lib.* 1. Iaſ. *cōſ.* 25. *col.* 1. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 182. Crot. *cōſ.* 23. *n.* 55. *in fine.* Curt. iun. *conſil.* 5

Digitized by Google

conſil.43.n.11.& ſeqq.Ruin.cõſil.124.colum.2.circa medium.conſil.130.in fine & conſil.147.n.10.& ſeqq.lib.2. Pariſ.conſil.53.nu.21.lib.3. Soc.iun.conſil.45.lib.3. Alba conſil.43.n.11.Crauet.inter conſ.Marzar.conſil.6.Franc. Becc.conſil.24.n.24.& conſil.26.in fine, vbi aſſerit eſſe communẽ opinionem, Vegg.conſil.vlt.n.368.in fine.& n.ſeqq.& n.439. 41.444.496.& ſeq. Rim.iun.conſil.20. n.8.& ſeq.conſil.23.n.34.conſil.279.n.85.& ſeq.& conſil. 313.n.80.& ſeq. Burſat.conſil.173.n.1.& ſeq. vbi alios, addit. Menoc.conſil.753.n.3. Peregr.conſil.45.n.13.lib.1. & in tract.de fideicomm.art.11.n.54.ad medium. Achil. Perſon.de adipiſc.poſſeſſ.n.192.& ſeqq. Achar.iun.lib.1. q.72.n.13.& ſeq. Anton.Gabr.de fideic.concl.10.in fine. Præt.de interpret.vlt.vol.fol.285.n.25. Petr. de fideicom. quæſt.2.num.7.& ſeqq. multis, vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem, & quæſt.11.numer.577.Capic. deciſ.108.num.2. Surd. deciſ.125.nu.5. vbi dicit ita omnes tenere.

6 Et hoc procedit ob vim rationis ſubiectæ in prohibitione, quod bona remaneant, vel conſeruentur in familia, nam ratio expreſſa ampliat, & reſtringit dictum, & à ratione expreſſa fideicommiſſa regulantur, l.cum pater, §.dulciſſimis, ff.de legat.2.l.pater filium, §.fundum, & ibi Bart.ff.de legat.3.Pariſ.qui plures citat cõſil 6.n.20.lib.2. Clar.in §.teſtamentum q.76.Pereg.de fideic.art.11.n.54. Rota Romana in collect.per Farinac. deciſ.193.n.7.p.1. Et ideo licet prohibitio videatur perſonis facta, tamen ratio addita, quia volo bona remanere in familia, facit prohibitionem extendi vltra perſonas prohibitas, & ef-
7 fici realem. Sicuti etiam prohibitio ad tempus cenſetur poſt tempus permiſſa, ſi tamen adſit ratio, quod bona nunquam exeant de familia, talis prohibitio ob vim rationis efficitur perpetua, d.l.pater filium, §.fundum, & ibi Bartol. & alij, Curt.iun.conſil.43.numero vndecimo, verſic.confirmantur permiſſa. Peregrinus d.artic.11. numero 54.poſt principium, & dicam plenius quæſt.680. num.2.

8 Contra tamen tenent alij, dicentes prohibitionem tunc eſſe perſonalem, nec extendibilem, licet appoſita ſit ratio, quod bona remaneant vel conſeruentur in familia, ita Ruin.conſil.127 n.9.lib.2. Bero.conſil.80.n.41. lib.2. Beret conſil.55.in principio, & ita Rota Romana fuiſſe deciſum conſtat ex allegatis à Caualcan. deciſ.5. n.87.& ſeqq. parte 3.

9 Verum ſi prohibitio ſit reſtricta ad certas perſonas, erit perſonalis, licet adiecta ſit ratio, vt bona conſeruentur in familia, Ruin.cõſil.127.n.15.lib.2.& cõſil.159. n.22.lib.5.Caualcan.deciſ.5.n.87.& ſeqq.parte 3.vbi apparet ita iudicatum in Rota Romana, Surd. deciſ.125. num.1. vbi refert Bald.Iaſ.Ferdinand. Loarez.Rip.& plures alios, & hæc erit perſonaliſſima prohibitio, vt infra dicam.

10 Quartò, ratione rei poteſt prohibitio cenſeri realis, vt in Turri, vel Palatio, vel domo maiorũ prohibitis alienari, Cin.in l.quoties, Bald.n.8.Paul.Caſtr.num.4.Corn. n.6.Iaſ.n.11.verſic.primo, C.de fideicomm.Bero.conſi.84. n.10.lib.2. Menoch.conſil.753.nu.4. Capic.deciſion.108. n.4. vbi etiam allegat Iaſ. & Roman. addo Alexand.in d.§.Diui, in principio, & ibi Iaſ. in ſecunda lect.nu.147. Ferdin.Loarez.num.59.teſtatur de communi, Soc.iun. num.16.Rip.n.4. Rub.Alexand.conſil.53.num.5.Ruin. conſil.208.n.10.lib.1. Soc.iun.conſil.108.num.5.lib.2.& conſil.13.n.10.lib.4. Roland.conſil.23.n.24 lib.4. Riminald.iun.conſil.371.num.9. Mantic. de coniect.vltimar. voluntatum lib.6.tit.12.num.7. Præt.de interpret.vltimarum voluntatum, folio 282. Petra de fideicommiſſ. quæſt.1 num.84.& ſequentibus, qui volunt hanc prohibitionem ratione rei extendi de perſona ad perſonam, addo Ruinc. in l.cum auus, libro 6.titulo vndecimo, num.20. ff.de condition.& demonſtrat. Capic.deciſ.108. num.4.

Maximè quando ſola res, ad quam affectio poterat 11
haberi, fuerit prohibita alienari, cæteris relictis liberis, nam licet aliud non ſit expreſſum, cenſeretur hoc diſpoſitum, vt res remaneret in familia, Ferdin.Loarez d. §.Diui.num.60.verſic.cogitabam tamen, & ibi Soc.iun. num.20. Roland.à Valle d.conſil.13.numero vigeſimo quinto, verſic.ſimiliter, in fine. immo ego cum prædictis intelligo vim huius concluſionis de turri, vel caſtro, vel alia re, ad quam affectio poſſit haberi, procedat, quando ſola illa res prohibetur alienari, alias ſi ageretur de vniuerſitate bonorum, inter quæ eſſet turris, vel caſtrũ, non eſſet de facili recedendum à propria natura prohibitionis.

Cæterum Alexand. in d.§.Diui, num.26.in fine, te- 12
nuit, quod licet qualitas rei veſtiat prohibitionem, non tamen facit illam realem, & quod extendatur de perſona ad perſonam, idem ſcribunt Ruin.conſil.127.n.10. in fine, lib 2. Soc iun. conſil.13.numero 24.lib.4. Surd. deciſione 125.num.7.& ſequentibus, vbi in fine alios refert, & dicit Senatum ita iudicaſſe. & excepto exemplo de turri pro ſecuritate familiæ hanc opinionem eſſe retinendam.

Et in dubio iudicanda erit prohibitio realis, Alexand. 13
conſil 143.n.8.lib.2.Menoch.conſil.753.n.8.Petr.& Præt. locis ſupra relatis.

Imperſonalis prohibitio eſt, quando adijcitur nomẽ, 14
ſed fit in rem; vt ſi teſtator dixit prohibeo ne alienetur, & in familia remaneat, Capic. deciſ.108.n.2. Petr.de fideic.q.2.n.28.& ſeqq. vbi alia dicit de hac imperſonali prohibitione, & q.11.n.577. Menoch.conſil.753.n.6.

Et iſta prohibitio imperſonalis nil differt à reali quo 15
ad effectum. Pariſ.conſil.30.n.29.lib.2. Marzat.conſil.1. in fine, & conſil.4.n.7.Rim.iun.cõſil.20 n.9.lib.1.Hieron. Gabr.conſil.117.n.34.lib.1. Decian.conſil.41.n.51.lib.1. Menoch.conſil 753.n.6.lib.8. Petr.de fideicom.q.2.n.31. Capic.d.deciſ.108.n.2.

Contrarium tamen volunt Bologn.conſil.15.num.57. 16
dum dixit prohibitionem imperſonalem non cenſeri factam, niſi primo vocato, & ob id non extendi. Soc. ſen.conſil.227.lib.2. dixit pariter, prohibitionem realem extendi vltra quartam generationem, imperſonalem non.

Perſonalis prohibitio eſt, quando hæres ſub nomine 17
proprio alienare prohibetur, l.pater quindecim, ff.de legat.3. Bartol.in l.pero.§.fratre numero 2 ff.de legat.2. Ruinus conſil.117.numero 17.lib.2. Pariſ.conſil.primo, num.43.libro tertio, Menoch.conſil.85 num.109.Craſſ. in §.fideicommiſſum, quæſt.5.nu.10. Petr. de fideicommiſſ. quæſt.1.n.56.& ſequentibus, Capic.deciſ.108.n.2. Surd. deciſ.125.n.2 Quod tamen declarandum erit, quando adiecta fuit ratio, quod bona remaneant in familia, vt dixi ſupra n.5.& ſeqq.

Perſonaliſſima eſt prohibitio, quando dictum fuit, 18
ne ipſi filij, vel ipſi hæredes alienarent, vel appoſitum fuiſſet aliud pronomen demonſtratiuum ad oculum, & iſta non excedit perſonam prohibitam, Bald.conſil.340. lib.5.Iaſ.in l.filius familias, §.Diuus, in 2.lect.n.151.& ibi Ferdin.Loarez.num.144.vbi dicit eſſe cordi tenendum, Rip.n.111.ff.de legat.1. Soc.iun.conſil.144.nu.4.lib.3. Alciat.conſil.424.num.3. quos & alios refert, & ſequitur Surd.deciſ.125.n.1.

Idem eſſet, quando prohibitio eſſet facta eiſdem hæ- 19
redibus, Surd.d.deciſ.125.n.1. Burſat.conſil.64.n.20.& ſeqq.lib.1.ea ratione, quia dictio, eiſdem, eſt demonſtratiua, & relatiua ad ſupra nominatos, Ruin.conſil.101. n.9.lib.2.Dec.conſil.262.in principio, verſic.2 facit. Ro-
land.à Valle cõſil.47.n.23.lib.4.Burſat.conſil.64.n.20.Et 20
cum

cum hæc dictio, eiſdem, ſit demonſtratiua, & relatiua, referri ſolum debet ad eos, qui corporeis oculis legi poſſunt, & perinde habenda ſit, ac ſi prohibiti fuiſſent proprio nomine expreſſi, ad tradita in ſimili de dictionibus, prædictis, vel infraſcriptis, per Bart. *in l. qui liberis. § hæc verba in fin ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Imol. *in l. ſi quis filium, §. vlt. ff. de acquir. hered.* & ibi Aret. Ruin. *conſil. 29. nu. 4. & ſeq lib. 2.* Dur. *de art. teſtan. tit. 6. caut. 60. nu. 1. &* 2. Burſat. *conſil. 64. n. 21. lib. 1.* Surd. *deciſ. 125. nu. 1. in fine.*

21 Idem dicendum eſt, quando alijs dictionibus relatiuis facta eſſet prohibitio, vt ſunt dictiones, dicti, prædicti, infraſcripti, & ſimiles, vt dixi *qu. 677. nu. 17. verſ. ſublimitatur ſecundo,* & per Burſat. *d. conſ. 64. nu. 19. & ſeqq.* vbi alios allegat.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi rem propriam per pactum in contractu fieri non poteſt.*

Limitatur, quando ſolum reſtringeretur libertas, vt ſi volet vendere mihi teneatur vendere, nu. 2.

Limitatur, vt valeat pactum appoſitum ſuper re mea, ad onus acceptoris ne poſſit rem alienare, ſed quod poſt eius mortem ad alium perueniat, nu. 4.

Declaratur, vt poſſit res alienari, ſed alienans teneatur ad æſtimationem n. 5. & 6. quod dictum n ſeqq. multipliciter limitatur.

8 *Iuramentum præciſè, & ad vnguem in forma ſpecifica eſt implendum.*

9 *Obligatus ad factum ſoluendo intereſſe liberatur.*

Limitatur, ſi iuramentum interuenit, quia obligatus præciſè tenetur ad factum, nu. 10.

11 *Iuramentum non tranſit ad heredes cum ſit perſonale.*

Limitatur, ſi pro heredibus ſit promiſſum, ibid.

14 *Hypotheca ſpecialis plus afficit rem, & magis impedit quam generalis.*

16 *Hypotheca generalis conſtituit ius in re prout particularis.*

32 *Prohibitio alienationis appoſita in teſtamento eſt fortior appoſita in contractu.*

QVÆSTIO DCLXXIV.

Pactum quod res propria alienari non poſſit, an ſit validum?

1 QVÆSTIO eſt vtrum valeat pactum, quod res propria alienari non poſſit? Et negatiuam ſententiam probat, *l. penultima. ff. de pact.* & ita ibi tenent Doctor. ſequuntur Curt. iun. *in authent. res quæ, num. 4. verſic. non obſtat vltimum, C. commun. de leg.* Opiz. *in l filius familias, §. Diui, num. 149. & ſequentibus, ff. de legat. 1.* Crauet. *conſil. 107. nu. 2.* Cephal. *conſ. 451. numero 209.* Petr. *de fideicomm. q. 4. num. 2. circa finem.* Peregrin. *de fideicom. art. 51 num. 70* Ioſeph. Ludou. *concl. 74. verſ. ſimplex,* vbi alios refert, & de communi opinione teſtatur, & hoc ea ratione, quia qui de præſenti dominus eſt, non poteſt ſeipſum ligare, quin ad libitum rem alienare poſſit *d. l. penultima. ff. de pact.*

2 Declaratur primò, vt per pactum poſſit libertas reſtringi, vt aliquibus volentibus emere, potius illis res vendi debeat, *l. qui Romæ. §. coheredes,* & ibi Imol. Cuman. Alexand. & Iaſ. *ff. de verbor. obligat.* Bald. *in l. 1. C. commun. diuid.* idem Iaſ. *in l. penultima, ff. de pact.* Tiraquell. *de retract. municip. in Præfat. n. 15.* Caualcan. *de vſufr. mul. relic. numero 174.* Peregrin. *de fideicommiſ. artic. 51 numero 70.* & Petr. plura ad hunc propoſitum dixit *de fideicommiſſ qu. 8. nu. 90. vſque ad num. 224.*

Quod autem tempus ſit dandum requiſitis ad deliberandum, an velint emere, dixi *quæſtione 712. numero 17.* 3

Declaratur ſecundò, quando apponitur pactum in re propria ad onus acceptoris, ne poſſit rem illam alienare, ſed poſt eius mortem ad alium perueniat, quia tale pactum eſt validum, *l. ſi ita qui, § ea lege, ff. de verborum obligat. l. ea lege, C. de condit. ob cauſ. l. vltima, C. de pact. int. empt. & vend.* Peregr. *dicto art. 51. nu. 71.* vbi dicit hoc caſu eſſe interdictam omnem ſpeciem alienationis, per text. *l. in vltima, C. de reb. alien. non alien* Ratio autem huius declarationis eſt, quia in ſua re quiſque poteſt apponere conditionem quam vult, *l. ſed ſi lege. § conſuluit ff. de petit. heredit. l. in re mandata, C. mand.* & quiſque poteſt in traditione rei ſuæ apponere legem quam vult, *l. legem, C. de pact. l. legem, C. de pact. conuent.* 4

Verum aduertendum eſt, quod huiuſmodi pactum, in re propria appoſitum, non impedit regulariter rem alienari poſſe: quia ſequuta alienatione dominium transfertur, & res ab emptore vendicari non poterit, *dicto § ea lege,* & ibi Imol. *& dicta l. ea lege, & cap. Raynaldus, extr. de teſtam.* Peregr. *dicto artic. 51. nu. 72.* Ratio eſt, quia dominia non tranſeunt de vno in alium ex pacto, & ex contractu, niſi per traditionem rei, *l. traditionibus C. de pact. l. ſi ager, ff de rei vendicat. & l. ſi ex ſtipulatione ff de acq. poſſeſſ.* 5

Et hoc caſu alienationis contra pactum, promiſſor tenetur ad intereſſe, hoc eſt, ad rei æſtimationem, Gloſ. *in dicta l. ea lege,* & ibi communiter alij, præcipuè Imol. Iaſ. *numero 4 & numero 20.* Bart. *in dicto §. ea lege, col. . & in dicta l penultima, & in dicto §. Diui, numero 14.* & ibi Ripa *numer 4*. Brun *conſil. 67. num. 2. & ſequenti.* Dec. *conſil. 7. & conſ. 31. lib .* Hieron. Gabi. *conſ. 140. numero 50. lib. 1.* Odd. *conſil. 48. num. 4.* Caualcan. *de vſufr. mulier, relict. num. 174.* Petr. *de fideic. qu 4. nu. 3.* Peregr *dicto art. 51. nu. 72.* vbi teſtatur de communi opinione, Ioſeph. Lud. *dicta concl. 74. verſ. ſimplex.* Ratio autem quare promiſſor teneatur ad intereſſe eſt, quia in obligationibus facti contraueniens tenetur ad intereſſe, *l ſecunda. §. item ſi in facto. l. ſi ſic, l. ſtipulationes non diuiduntur, verſic. Celſus ff de verborum obligation.* & vide infra *quæſtione 717.* vtrum alienatio facta contra expreſſam prohibitionem ſit nulla, *num. trigeſimo.* 6

Sunt tamen multi caſus, in quibus alienans non poſſet præiudicare pacto, ita vt etiam in emptorem non poſſit dici dominium tranſlatum, quin & ab eo res vendicari poſſit.

Primus caſus eſt, quando ſuper contractu interuenit iuramentum, nam & tunc dominij tranſlatio impeditur contra pactum, Aret. *in d. l. ſi ita quis, § ea lege col. pen. ff. de verb. oblig.* Ripa *in d. §. Diui, nu. 93.* Becc. *conſilio 80. nu. 9. & 10.* Turret. qui alios citat *conſ. 49. nu. 28.* Cephal. *conſ. 41 nu. 10. lib. 1.* Menoch. *conſil. 63. num. 20. lib. 1.* vbi teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, Ioſeph. Ludou *d. concluſ. 74. verſ. communis tamen opinio eſt,* vbi de magis communi opinione teſtatur Gozad. *in l. 2. num. 47. & ſeq. C. de pact. int. empt. & vend.* Io: Conſtan. *ſuper conſtit. reg. art. 82 car. 156. verſ. nota præterea,* Rub. *conſ. 28. n. 5. in fi. verſ. ſed dato. & num. ſeq.* Mazol. *conſil. 28. in principio, & per totum,* Boer. *deciſ. 48 n. 18. in fin. & num. ſeq* Rimin. iun *conſ. 13. n. 19.* & hanc eſſe magis communem, & ſuſtentabiliorem opinionem, dixit Felin. *in c. ad noſtrã extr. de iur. iurand.* & vide addentes ad Cagnol. *d. l. 2.* Brun. *conſil. 67. nu. 5* Rol. à Val. *conſ. 6. num. 35 lib. 1.* Seraph. *deciſ. Roman. 477. numer. 7.* 7

8 Ratio eſt, quia iuramentum præciſè, & ad vnguem in forma ſpecifica eſt implendum, Gloſ. *in l. ſi pecuniam*, quam ibi communiter approbant Alex Iaſ. & alij communiter, *ff. de cond. cauſ. dat.* Alex. latè *in l. ſi conuenerit, col. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 27.* & ibi Iaſ. *ff. de verb. oblig.* Guid. Pap. *q. 627.* & ibi Aufred. *in addit.* Neguſ. *de pign. par. 2. memb. 1. n. 8. & 9* Felin. *in c. ad noſtram, n. 2. ext. de iur. iuran.* Gomeſ. *inſtit. de act. in principio, num. 10.* Dec. *in cap. 1. n. 21. in prima lect. extr. de iud.* quorum multi teſtantur eſſe communem ſententiam, quod dixit etiam
9 Cephal. *d. conſil. 41. n. 10. lib. 1.* Idque confirmatur, nam obligatus ad factum ſoluendo intereſſe liberatur, intereſſe enim ſuccedit loco facti, *l. ſtipulationes non diui-*
10 *duntur, verſic. Celſus, ff. de verb. oblig.* & tamen ſi iuramentum interuenit, obligatus præciſè tenetur ad factum, Bart. *in l. cum lex, circa finem. ff. de fideiuſſ.* Soc. ſen. *in l. legem, n. 2. C. de pact.* Crauet. *conſil. 137. nu. 12.* Ceph. *d. conſil. 41. num. 11. lib. 1.*

11 Cæterum alij ſe habent in ſententia, quod & in hoc ſecundo caſu iuramentum nô impediat dominij tranſlationem, licet contrauenient in periurium incidat. Innocen. *in cap. dilecto*, & ibi Hoſt. Abb. & alij Canon. *extr. de præben.* Abb. & alij *in cap. intellecto, extr. de iur. iurand.* Doctor. *in dicto §. Diui*, præcipuè Iaſ. *num. 24.* Crott. *nu. 89* Opiz. *num. 149.* & Ferdin. Loazez, *numero 160.* vbi alios allegat Imol. *in cap. cum contingat, num. 82. extr. de iur. iuran.* Parpal. *in l. ſi quis maior, C. de tranſact.* rurſus Iaſ. *conſil. 211. num. 3.* Caſſan. *conſil. 55. num. 23.* Pancir. *conſilio 10. nu. 5. & conſil. 14. num. 21.* Surd. *conſil. 399. numero 3. libr. 3.* Iaſ. *in dict. §. ea lege, numero 23. & in conſilio 21. colum. 2. libro 2.* Ruin. *conſil. 109. numer. 26. libr. 4.* Rolan. à Val. *conſil. 62. colum. 1. à num. 3. vſque ad num. 8. libr. 2.* Ferret. *caut. 48. nu. 2.* Peregr. qui etiam aſſerit hoc dictum communiter recipi *in dict. art. 51. nu. 74.* addo Iaſ. *conſil. 117. colum. 2. in principio, lib. 1.* Rol. à Vall. *conſil. 69. nu. 22. & ſeqq. libr. 3.* Anton. Gabr. *de empt. & vendit. concluſ. 2. num. 4.* Bero. *conſil. 4. num. 54. in fine, & numero ſeq. lib. 1.* Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 192. & ſeqq.* hanc tenet ſi promiſſor non habet facultatem vendendi & tradendi, aliàs procedat prima opinio.

Quæ ſecunda opinio in hærede promiſſoris locum omninò haberet, quia iuramentum perſonam promiſſoris non egreditur, cum ſit perſonale, *cap. veritatis, de iur. iurand.* in ſpecie ita ſcribunt Gozad. *dicta l. 2. num. 52. & ſequentibus, Cod. de pact. int. empt. & vend.* Bero. *conſil. 149. num. 5. libro 1.* Petr. *dict. quæſt. 8. nu. 196.* qui tamen dicunt hoc procedere, niſi & pro hæredibus eſſet promiſſum. Cautela tamen datur ad impediendam dominij translationem, quod is cui facta eſt promiſſio antequam fiat venditio appellet à venditione fienda, & petat cogi promiſſorem ad obſeruantiam iuramenti, ita Conſtant. Roger. *ſuper Conſtit. Reg. art. 82. pag. 156. in fine, verſic. tamen cautela eſſet*, refert, & ſequitur Petr. *d. q. 8. nu. 208.*

Ratio autem huius ſecundæ opinionis prima eſt, quia iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur, *l. vltima*, & ibi Doctor. *C. de non num. pecun.*

Secunda ratio eſt, quia actus factus contra iuramentum tenet, ſed in periurium incidat contrauenient, Io. Andr. *in reg. qui ſeruus, de regul. iur.* Doct. *in cap. dilecto, de præben.*

12 Secundus caſus eſt, quando dator rei ſpecialiter rem illam obligaſſet pro obſeruatione promiſſionis, & pacti de re non alienanda, hoc enim caſu dominij translatio impeditur, & res vendicari poſſet, *l. ſi creditor, §. vltimo ff. de diſtract. pign.* ſecundum literam negatiuam ibi, *nullam eſſe venditionem vt pactioni ſtetur*, & ita legendum eſſe, tenent Bart. ibi, *& in l. penultima, ff. de pact. & in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. filiusfamilias §. Diui, n. 14.* & ibi cæteri Doct. *ff. de leg. 1.* Doct. *in d. §. ea lege* Anch. *conſil. 380.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 3. gloſ. 1. nu. 3.* Peregr. *de fideic. art. 51. nu. 76.* Ioſeph. Ludou. *d. concl. 74. verſ. ampliatur ſecundo*, Seraph. *deciſ. Rom. 477. n. 4.* & conſentiunt alij infra ſtatim referendi.

Et ſpecialis hypotheca dicitur conſtituta, vbicunque pactum de non alienando reſpicit omnia bona, & ſequitur generalis hypotheca, nam cum tunc generalis hypotheca non poſſit referri ad alia bona, quam ad ea, quæ in pacto continentur, *l. 2. iuncta l. Titius, in principio ff. de liber. & poſthum.* hypotheca generalis dicitur etiam ſpecialiter facta Claud Aquenſ. *in l. qui abſenti*; *§. 1 ff. de acquir. hæredit.* quem refert, & ſequitur Natt. *conſil. 474. n. 4.* Anton. Gabr. *de pignor. & hypoth. concl. 1. nu.* . & ita ego reſpondi in vna de Archo in iudicando tenendum eſſe, conſultus à Perilluſtri D. Capitaneo illius loci.

Vlterius etiam dicitur ſpecialis hypotheca conſtituta, ſi dictum fuit, quod obligabantur omnia bona mobilia, & immobilia, & bona prohibita alienari erant mobilia, vel immobilia; licet ſecus eſſet, quando dictum fuit, quod obligabantur omnia bona præſentia, & futura, nulla facta expreſſione mobilium, & immobilium, ſecundum Natt. *d. conſil. 474. n. 13.*

Nec ſufficeret generalis hypotheca ad impediendam dominij tranſlationem, ſecundum magis communem opinionem, Bartol. *in l. qui abſenti, §. 1. in fine ff. de acquir. poſſeſſ.* & ibi Bal. Imol. Roman. & Claud. Aquenſ. qui teſtatur de communi, Bartol. *in d. §. Diui, ſub nu. 14.* & ibi Imol. Iaſ. *nu. 62.* Romul. *nu. 188.* Rip. *nu. 87.* Alciat. *nu. 29.* Ferdin. Loazez, & Opiz. *num. 151.* Bald. *in l. ea lege, col. 3. C. de condict. ob cauſ.* Imol. *in l. ſi ita quis, §. ea lege*, & ibi Aret. *col. 3.* & Iaſ. *num. 33. ff. de verborum oblig.* Alex. *in l. filiusfamilias, § ſi vir, ſub numero 4. ff. ſolut. matrimonio.* Iaſ. *in l. quoties, columna 7. verſic. vndecimo, C. de rei vendicat.* Cagnol. *in l. 2. num. 37. C. de pact. int. empt. & vendit.* Corn. *conſil. 111. columna 2. lib. 3.* Iaſ. *conſil. 211. columna 6. verſic. item in iſta*, vbi teſtatur eſſe magis receptam ſententiam, Ruin. *conſilio 180. col. vltima, conſilio 214. numero 7. lib. 1. conſilio 112. colum. 1. & vltima, & conſil. 109. num. 25. lib. 4.* vbi dicit hanc communem, & ab ea non eſſe recedendum, Natt. *conſ. 474. num. 12.* Didac. *lib. 2. Variar. Reſolut. cap. 15. num. . verſic. vltimo.* Neguſ. qui de communi teſtatur *in tract. de pignor. part. 2. membr. 1. numero 5.* Guid. Pap. *deciſione 569.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 51. num. 77.* Ioſeph. Ludou. *dicta concluſ. 74. verſi. ampliatur ſecundo*, addo Bart. *in cap. Rainaldus, colum. 12. ext. de teſtam.* Bertrand. *conſil. 191. ad finem lib. 1. conſilio 4. col. antepenult. lib. 2. & conſil. 80. lib. 3.* Rol. a Valle *conſ. 62. col. penult. lib. 2.* Burſat. *conſilio 4. n. 27. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. conuent. § 3. gloſ. 1. nu. 6* Villal. *commun. opin. tom. 1. littera A, nu. 96. & 97.* vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Diaz. *reg. commun. opin. R. verſ. regulariter, etc., num. 5. & numero 208.* vbi ſcribit eſſe magis communem, Boer. *in verb. mixta de contract. ſingul. 6.* Ferret. *caut. 48.* Anton. Gabr. *de pignor. & hypot. concl. 1.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, *deciſ. Neapol. 182. in nouis*, vbi teſtatur de communi opinione, Hiero. Gabr. *conſ. 66. num. 10. lib. 1.* vbi teſtatur eſſe magis communem, Surd. *conſil. 331. num. 25. & ſeqq. & conſ. 399. nu. 4. lib. 3.* vbi dicit eſſe communem, Vegg. *conſil. 51. nu. 34. verſ. nam duobus.*

Ratio eſt, quia *l. ſi creditor, §. fi.* eſt exorbitans à regula communi, de qua *in d. §. ea lege*, vnde cum loqua- 14
tur

tur de ſpeciali hypotheca, non debent extendi ad hypothecam generalem. Et quia ſpecialis hypotheca plus afficit rem, & magis impedit, quam generalis, l. 1. cum Gloſ. in verbo pignus, & ibi Bald. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit. Gloſ. in §. nos igitur, in verb. tradere, ad finem, in authent. de non alien. Neguſ. in tract. de pign. cart. 4. col. 4. verſic. ſexta differentia.

15 Contra tamẽ tenent alij, volentes ſufficere & generalem hypothecam ad impediendam dominij translationem, ita Paul. de Caſtr. in d. §. ea lege col. 2. & in l. vlt. C. de pact. int. empt. Alexan. in d. l. qui abſenti, §. 1. vbi dixit in puncto iuris eſſe veriorem opinionem, & in conſ. 59. column. 2. lib. 5. Brun. conſilio 67. col. 3. Corn. conſi. 321. col. 2. lib. 4. Crott. in d. §. Diui, nu. 96. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, & ibi Ferret. num. 142. Ioan. de Amic. conſilio 113. col. 2. Soc. iun. conſ. 178. nu. 9. li. 1. conſil. 129. col. 2. conſilio 113. & conſ. 118. lib. 2. Roland. à Valle, licet non firmiter, conſ. 62. n. 5. & ſeqq. libro 2. Menoch. conſil. 63. nu. 18. & 19. Pariſ. conſilio 100. lib. 4. Becc. conſil. 80. Boer. deciſ. 182. & in dictis locis alij adducuntur, addo Bart. in l. qui fundum. ff. locat. in l. 1. § qui autem ff. de ſuperfic. et in l. ſi filiofamilias, §. ſi vir, ff. ſoluto matrim. Bal. in l. emptorem, C. locat. & ibi Angel. Salic. & Bald. in l. 1. col. penult. C. de fruct. & lit. expenſ. Paul. Caſtr. in l. vlt. C. de pact. int. empt. & vendit. & in l. ſi merces §. ſi fundum, ff. locat. Abb. in cap. vlt. extr. ne prælat. vic. ſuas, Bald. cõſ. 394. lib. 3. Ang. conſ. 243. Paul. Caſtr. conſil. 334. laudatio, in fine, libro 1. Alexand. conſil. 59. col. 2. & conſil. 118. col. vlt. lib. 2. Corn. conſ. 6. & conſil. 321. lib. 4. Socin. ſen. conſ. 80. col. verſ. vel etiã & tertio lib. 3. Ruin. conſ. 180. col. penul. & ſeq. lib. 2. Gozad. conſ. 24. & conſil. 100. col. vlt. Grat. conſil. 95. nu. 12. lib. vbi de communi opinione teſtatur, Brun. conſil. 7. n. 6. Natt. conſ. 474. num. 15. Crau. cõſ. 201. col. 2. & Hippol. ſingul. 321. Guid. Pap. ſingul. 716. Caſſan. in conſuet. fol. 378. col. & ſeq. Corſet. in ſingul. in verb. pactum, Guid. Pap. qu. 480. Apoſtil. ad deciſ. Toloſ. 420. Cacher. conſil. 6. num. 2. vbi de communi, Suarez in commun. opin. in verbo prohibitio alienationis, Turrett. conſ. 4. n. 18. vbi de magis communi. & magis 16 communem etiam dixit Menoch. conſ. 63. n. 17. Ratione mouentur, quia hypotheca generalis conſtituit ius in re, prout particularis l. finali C. quæ res pignor. notat. Gloſ. in l. ſi is qui, in Gloſ. magn. ff. de iur. fiſ. & tantũ operatur generalis diſpoſitio comprehenſa in ſuo genere, quantum ſpecialis in ſua ſpecie l. ſi duo, in fine, ff. de adminiſtrat. tut. Dicũt inſuper tenentes hanc partem, dictam l. ſi crediter, §. finali, in qua fundatur prima ſententia, non loqui in ſpeciali hypotheca, ſed generaliter, & indefinitè, vnde indefinitè & generaliter intelligi debet, l. prima, §. & generaliter, ff. de leg. præſt. l. de pretio ff. de public.

17 Ego vix recederem à prima opinione, quæ magis communis eſt; ſed cum ſecunda tranſirem, quando cum hypotheca generali concurreret iuramẽtum, quia tunc impeditur dominij translatio, & in ſpecie ita ſe habent, Crot. in d. §. Diui, num. 97. Soc. ſen. conſ. 90. col. 2. in fin. li. 4. Soc. iun. cõſil. 129. col. 2. lib. 2. Ioan. de Amic. conſilio 115. col. 2. Gozadin conſil. 2. col. 3. & conſil. 100. colum. pen. Rol. à Val. d. conſilio 62. numero 39. libr. 2. Neguſ. loco citato, col. 5. in fin. Ioſeph. Ludou. d. concluſ. 74. verſic. contrarium quod ſufficiat, Anton. Gabr. d. concluſ. 1. num. 7. & quæ dix. ſupra in primo caſu. Contra tamen tenent Grat. conſil. 95. col. penult. libro 1. Ruin. conſ. 109. col. 3. & 8. lib. 4. Soc. iun. conſ. 129. col. 2. lib. 2. Caſſan. in conſuet. fol. 377. col. 2. & ſeq. Ferret. caut. 48.

Similiter ſecunda opinio retinenda erit, ſi concurrit præcarium cum hypotheca generali, Anton. Gabr. dict. concluſ. 1. in fine, vbi refert deciſ. Neapol. 182. dubio ſecundo in nouis.

Pariter ſecunda opinio erit reſtituenda ad effectum, vt poſſit res retineri, donec ſoluatur intereſſe, Did. variar. reſolut. lib. 2. cap. 15. nu. 5. Surd. conſil. 331. n. 27. & conſil. 399. num. 4. libro 3.

18 Tertius caſus eſt, quando in contractu adeſt clauſula conſtituta, vel alia clauſula translatiua poſſeſſionis in paciſcentem, nam hoc caſu impeditur dominij translatio ad fauorem illius, pro quo pactum factum fuit, l. quoties cum materia, & ibi Iaſ. n. 14. C. de rei vend. Bart. in d. §. Diui, vbi citat Cin. & Din. & ſequitur Ripa ibi numero 88. Ruin. nu. 104. Alciat. nu. 37. Socin. iun. nu. 185. Romul. numero 190 idem Bart. in d. l. qui abſenti, & ſequuntur communiter alij, teſte Alexan. ibi, Guid. Pap. quæſt. 112. Old. conſ. 139. dubio tertio, & quarto, Corn. conſ. 8 libro 2. Pariſ. conſil. 60. num. 143. lib. 4. Ruin. conſ. 172. col. 4. lib. 1. Roland. a Valle conſ. 56. nu. 13. lib. 1. Menoch. conſ. 63. nu. 19. lib. 1. Brun. conſ. 67. nu. 4. Tiraq. de iur. conſtit. par. 1. n. 31. Ioſeph. Ludou. d. concluſ. 74. verſic. fallit tertio, Pereg. d. artic. 51. nu. 79. vbi hunc caſum intelligit procedere, quando dictum fuit, ſi alienabis, &c. ſecus ſi dictum fuiſſet, ſi alienaueris &c. quia conditio refertur poſt tempus perfectæ alienationis, & translationis dominij in alterum, allegat Bart. in dict. §. Diui, & ibi Ripa num. 88.

19 Quartus caſus eſt, quando pactum ſuper prohibitione alienationis ſub pœna nullitatis fuiſſet confirmatum iudicis decreto, arg. l. ſi ſciens ff. de contr. empt. & hunc caſum in ſpecie, probauit Bald. in d. l. vltim. C. de pact. int. empt. & vendit. Aret. in d. §. ea lege, col. vltim. ad finem, Crott. d. §. Diui, num. 96. & ibi Ripa n. 92. Ferdin. Loarez, nu. 163. Opiz. n. 157. Roland. d. conſ. 62. n. 8. lib. 2. quos retulit, & ſequutus fuit Peregr. d. art. 51. nu. 80. Licet diſſentiat Alciat. in d. §. Diui, nu. 35. motus ratione, quia Iudices, vt plurimum interponunt decreta ſine cauſæ cognitione.

Idem eſſet ſi Principis authoritas interuenit, immò fortius procedit, ita pluribus rationibus comprobat Ferdin. Loarez, d. §. Diui, nu. 174. in fin. & ibi Opiz. in fall. 15. & Franc. Marc. deciſion. 454. numero 19. part. 1.

Si tamen Princeps promitteret non alienaret teneretur tantum ad intereſſe, & dominium transferretur in eum, cui facta eſt alienatio, Crott. d. §. Diui, num. 93. Natta conſil. 589. n. 3.

20 Quintus caſus eſt, quando ſuper pacto de non alienando appoſita fuiſſet clauſula, quod alienatione contra pactum ſequuta, liceat ſtipulatori propria authoritate rem capere, penes quemcunque ſit, hoc enim caſu poterit ſecuta alienatione ſtipulator propria authoritate rem capere, & rei dominium acquirere, l. ſi quis ſub hoc, cum Gloſ. ff. de contrahen. empt. l. Titius ff. de ſeruis export. Gloſ. & Angel. in § de cætero, in auth. vt non fiat commut. Bart. & alij, in l. creditores, C. de pignor. Alexander in d. l. qui abſenti, §. 1. nu. 10. Iaſ. in d. §. ea lege, nu. 38. Crott. d. §. Diui, num. 125. & ibi Loarez, nu. 171. Peregr. d. artic. 51. numero 81. Contra tamen tenent alij relati à Viuo in commun. opin. vt in primo vol. commun. opin. in tit. de pact. inter empt. & venditorem, vbi de magis communi.

21 Sextus caſus eſt, quando ſuper pacto de non alienando addita fuiſſet clauſula, quod ſi promiſſor contra fidẽ alienauerit, nulla, & inualida ſit alienatio, & habeatur pro infecta, & inempta: hoc enim caſu, cum appoſitum ſit pactum reſolutiuum, habet vim pacti legis commiſſoriæ, ad quo transfertur dominium ipſo iure l. commiſſoria ff. de pact. inter. empt. & vendit. Gloſ. in l. 1. & ibi Paul. Caſtr. & Cuman. ff. de donat. Iacob. Butrig. in l. traditionibus, C. de pact. Cin. in l. vlt. C. de reb. alien. Bald. in d. l. ea lege, Paul. Caſtr. & Alexan. in d. l. qui abſenti, §. 1.

Paul.Caſtr.in d.§.ea lege, & in l.ſi hominem ff de vſucap. Ripa in d.§. Diui, num.88.& ibi Crott. numer. 100. Ferdin.Loarez, nu.172.& Socin.iun.nu. 184.Corn.conſ.90. col.2.lib.2.Iaſ. latè conſil.211.nu.2.lib.2. & conſ. 128 per totum,lib.4.Dec.conſil. 187.n.4.Roland.à Valle d. conſil.62.n.41.& ſeqq.lib.2.Menoch.conſilio 63.n. 16. libro 1.Ioſeph.Ludou.d.concl.74.in fine,Peregr.d.art.51.nu. 82. & alij relati à Tiraq.de tract.conuent.§.1.gloſ.7.Magon.deciſ.Florent.49.nu.2.

22 Sed contrariam ſententiam probarunt alij, dicentes hæc pacta citra cautelam conſtituti poſſeſſorij, & extra pacta commiſſoria, & adiectionis in diem, operari tantum, quo ad perſonalem obligationem, & actionem ad intereſſe, non autem per ea operari translationem dominij, ita Bart.in d. l. 1. & ibi Angel. & Raph. Cuman.qui teſtatur eſſe communem opinionem, ff.de donat.Bart.in d.l.ſi hominem.per illũ textum, & ibi Angel. Alciat.in d.§ ea lege,n.8. Aret.conſ.35.col.3. Alex conſ.10. per totum,libro 1.Alciat.conſ.84.libro 8.Ruin.conſ. 112. numero 4.lib.1.cum alijs adductis a Tiraquel.de retract. conuent.§.1.gloſſ.7. Et pro hac ſententia adducitur etiã l. penult. C. de ædil. edict. & conſideratur ratio,quod ſicuti dominia rerum de vno in alium non tranſeunt ex ſolo contractu abſque traditione rei, dict. l. ſi ager, & dict.l.ſi traditionibus, ff. de rei vendic.ſic nec contractus reſolutio non operabitur dominium iam translatum in promiſſorem regredi in ſtipulatorem ſine rei traditione, l. 1. ff. de condict.ſine cau. Gloſ. & ibi Bald. in fine, in l. 1. C. de inoff. donat. Alex.conſilio 92. numer. 2. libr.1. & conſil.199.colum. 1. lib.6. Ruinus conſil. 173. num.15.lib.1.

23 Prima autem opinio ſi retineatur, maximè procederet, quando in pacto reſolutiuo contractus appoſita eſſent verba ipſo iure, vel ipſo facto alienatio ſit nullius valoris, & momenti, Salic.in d.l.ea lege,in 2. & vlt. oppoſ.C.de condict.ob cauſ. Iaſ.conſil.128.lib.4. Roland.à Valle d conſ.62.nu.18 vſque ad nu.32.lib.2. Ioſeph. Ludou. d.concl.74.verſ.fallit quinto,Peregr.d.art.51.num. 82. ad medium.

24 Declaratur autem primò hic caſus, vt procedat, quãdo pactum hoc reſolutiuum contractus ſit incontinenti appoſitum in principali contractu, ſecus ſi ex interuallo, quia tunc non prodeſſet, Crott. in d.§. Diui, nu.104. Peregr.d.art.51 nu.82.poſt principium. vbi adducit not. per Gloſ.& Doctores in l.ab emptione ff. de pact.

25 Secundò declaratur prima opinio vt procedat, dummodò pactum ſit conceptum per verba directò importantia reſolutionem contractus, vt quando ſit dictum, venditio ſit nulla, res ſit inempta, ſecus ſi dictum fuiſſet, res eo caſu ad me redeat, Crott. & Peregrin. locis ſupra ſtatim citatis.

26 Tertiò declaratur, quando pactum fuiſſet conceptum per verba perfectum actum alienationis denotãtia, vt ſi dictum eſſet, ſi alienauerit, &c. quia tunc haberet locum ſecunda opinio, Salicet. in d l.ea lege, in 2. & vlt.oppoſ. Alexand.in d.l.qui abſenti. §.1. ante num.9. Iaſ.in d.conſi.211.colum.7.verſ.idem etiam lib.2. Pereg. dicto art.51.num.82 in fine, vbi dicit tunc indubitanter procedere ſecundam opinionem, Guid. Pap. quæſt. 569. verſic.ſed vidi dubitari, Menoch.conſ.63.numero 15.lib. 1.Loarez,d.§. Diui nu. 172. vbi de communi teſtatur, Roland.à Valle conſ.62.nu. 8. & ſeqq.lib.2.Ioſeph.Ludou.d concl.74.verſ.contrarium tenet.

27 Septimus caſus eſt, quando dictum eſſet, quod alienans dabit rem acceptori, dummodò, & vſquequo non alienet, hoc enim caſu, ſequuta alienatione, dominium reuerretur ad ſtipulatorem, quaſi promiſſori ad tempus fuerit conceſſum, Bald. in d. l. ea lege, & Roman. in d. l. qui abſentis §. 1. Diſſentiunt tamen Paul. Caſtr. & Alexand.quos refert, & ſequitur Peregr.d.art. 28
51.num. 83.

Octauus caſus eſt, quando onus eſt reale, quia hoc 29
caſu onus in ſucceſſorem cum ſua cauſa tranſit, l. Iulianus, & l. Caius, vbi Bart. ff.de manum.teſtam. Menoch. d.conſ.63.num. 11. & ſeqq. vbi alios adducit Ioſep. Ludou d.concl.74.verſic.fallit primo.

Nonus caſus eſt, vbicunque eſſemus in caſibus, in 30
quibus ipſo iure ex contractu abſque rei traditione dominium transfertur de vno in alium, pactum de non alienando dominij translationem impediret, & ſubſtitutus poſſet rem alienatam contra pactum vendicare, Bald. in l.peto §.fratre & ibi Imol. ff. de legat. 2. Iaſ. in d.§.ea lege,n.2.Ripa in d.§. Diui,nu.92. Roland.à Valle dict.conſ.62.nu.16.lib.2.Odd.conſ 48.num.37.Peregr. dict.art.51.nu 75.

Qui autem ſint caſus, in quibus dominium ipſo iure transfertur, videndi erunt Gloſ & Doct. in l. ſi ager, ff.de rei vendicat. & vnum caſum ponit Odd. d. conſilio 48.in fine.

Decimus caſus eſt, quando prohibitio alienationis 31
eſt appoſita in contractu donationis, nam hoc caſu translatio dominij impeditur, & ſubſtitutus poterit rem à poſſeſſore vendicare, Peregr.d.art.51.n.69. in fin.

Vndecimus caſus eſt, quando alienatio eſſet irreuo- 32
cabilis, vt ſi alienetur fundus, vt fiat ſacer, nam tunc impeditur dominij translatio, l. ea quidem, C.ſi manc. fuer. alienat. & l.vlt.C.de pact. int.emp.& vend Doct. in d.l. ſi quis ea lege, ff. de verb. oblig. Gloſ. & Doct. in l ea lege, C. de condict. ob cauſ. Bartol. in l. filius familias, §. Diui, & ibi communiter alij præcipuè Iaſ. num. 34 ff. de legat. 1.

Contrariam ſententiam probarunt Salic. in d l.ea le- 33
ge,in 4. oppoſit.C.de cond. ob cauſ. Alexan.in d.§. Diui,nu. 16. & ibi Ripa num. 86.

Horum autem opiniones concordat Peregr. dict. art. 34
51.nu.78 hoc modo. Aut ſpecialiter eſt appoſitum pactum, quod fundus alienari non poſſit, vt fiat ſacer, & procedat prima opinio. Aut generaliter eſt appoſitum pactum, & habeat locum ſecunda opinio, & cum Peregrin. ego etiam tranſeo.

Duodecimus eſt caſus, quando aliàs res etiam eſſet 35
prohibita alienari, vt puta ſi teſtator prohibuit bona alienari extra ſuos deſcendentes, & illi in diuiſione apponant pactum, quod bona paterna non poſſint alienari, nam alienando dominium non transferretur, ita per text. in §. ſanctiſſimas, in auth. de alienat. & emphyt. ſcribunt Crott. in l. filius familias, § Diui, num 99. & ibi Ripa numero 89.ff.de legat. 1. Peregrin.dict. art. 51. in fine.

Idem ſi cum prohibitione contrahentium concur- 36
rat legis prohibitio, Bart. in d.l.ea lege,nu. 3. & ibi Bart. num.5.Angel.colum.2.Fulgoſ.numero 4.Salic.numer.3. & 10.Doctor,in d.§. Diui, vbi Ripa num.89.Crot. num. 94. & Ferdin. Loarez, numero 169. Bero. conſil. 22. num. 32.lib. 2.

Decimus tertius caſus eſt, quando alimenta ſunt re- 37
ſeruata ſuper re alienari prohibita ex contractu, Bald. in d.l.ea lege,num.5.& ibi Salicet. nu. 8. & 11.C. de condict. ob cauſ. Alexand.in l. qui abſenti,numero 9 ff. de acquir poſſeſſ.Ferdin.Loarez,in d.§. Diui,n.175.& videtur text. in l. 1.C de donat. quę ſub mod. iuncta maximè l. cũ hi, §. ſi vni. ff. de tranſact. & ratio etiam additur, quia tunc & prohibitio legis concurrit, l. cum hi. §. ſi vni pluribuſue, & ibi Bald.Paul.Caſtr.Alexan. & alij, ff. de tranſact. & quando concurrit prohibitio legis impeditur translatio dominij, vt dictum eſt ſupra nu.36. & hæc opinio retinenda erit quicquid in contrarium dicat Aret.d.l qui abſenti, §.1.

SVM-

SVMMARIVM.

Probibitio teſtatoris expreſſa non facit ceſſare legis prohibitionem tacitam, contra nu. 2. concordantur numero 3.
Prouiſio expreſſa teſtatoris facit ceſſare tacitam, ſub numero 2.

QVÆSTIO DCLXXV.

Probibitio expreſſa teſtatoris an faciat ceſſare prohibitionem tacitam legis?

1 QVAERO, vtrum prohibitio expreſſa teſtatoris faciat ceſſare prohibitionem tacitam legis? & quod non ceſſet, tenent Corn *conſil.* 69. *ad finem lib.* 1. Dec. *conſil.* 386. *n.* 6. Ruin. *conſil.* 117. *nu.* 29. *lib* 2. Tob. Non. *conſil.* 90. *nu.* 18. Ceph. *conſ.* 153. *num.* 43. *lib.* 1.

2 Contra quod prohibitio expreſſa teſtatoris faciat ceſſare tacitam legis, ſcribunt Ruin. *conſ.* 112. *num.* 5. *&* *conſil.* 132. *num.* 6. *lib.* 2. Ceph. *conſil.* 715 *num.* 24. *lib.* 4.
3 Pro qua facit, quia & prouiſio expreſſa teſtatori, facit ceſſare tacitam, *l. cum ex filio*, *§. filius*, *ff. de vulg. & pupill.*

Concord. poſſunt hæ opiniones, vt ſecunda procedat, quando vtraque prohibitio tendit ad eundem finem, aliud ſi tendat ad diuerſum finem, & in hoc caſu loquuntur Dec. & Tob. Non. Idem eſſet ſi ad contrarium finem tenderent, ſecundum Decianum *conſilio* 40. *num.* 46. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis eſt odioſa, contra numero 3.*
Limitatur reſpectu eius, cuius fauore facta eſt prohibitio, numero 4.
Limitatur in probibitione facta, vt bona conſeruentur in familia. nu. 5.
Limitatur in probibitione facta fauore maſculorum, numero 6.
Limitatur in probibitione facta ad tempus, vt conſulatur probibito. nu. 8.
2 *Diſpoſitio reſtringens facultatem alienandi eſt odioſa.*
7 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, eſt fauorabile.*

QVÆSTIO DCLXXVI.

Odioſa an ſit probibitio alienationis, an potius fauorabilis?

1 RECEPTISSIMA eſt ſententia, quod prohibitio alienationis odioſa cenſetur, non fauorabilis, ita in ſpecie ſcribunt Alexand. *in l. filius familias, § Diui*, & ibi Iaſ. Socin. iun. & alij omnes, *ff. de legat.* 1. Iaſ. *in rub. de legat.* 1. *nu.* 18. Soc. ſen. *in l.* 1. *§ quanquam, numero* 7. *ff. ad Trebell.* Ferret. *in rub. ff. ad leg. Falcid. nu.* 16. & conſulendo Angel. *conſil.* 7. *ad finem*, Iaſ. *conſilio* 96. *n.* 12. *& ſeq. lib.* 4. Dec. *conſil.* 196. *n* 5. *& conſil.* 513. *num.* 6. Curt. iun. *conſ.* 225. *num.* 13. *&* 35. *& conſilio* 255. *numero* 13. Ruin. *conſil.* 139. *nu.* 15. *lib.* 5. Rimin. ſen. *conſilio* 209. *num.* 13. *& ſeqq. libro* 2. Pariſ. *conſil.* 32. *nu.* 16. *&* 82. *conſ.* 91. *n.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 63. *nu.* 2. *lib.* 2. Siluan. *conſil.* 6 *n.* 24. Gozad. *conſil.* 30. *n.* 6. Bero. *conſ.* 78. *nu.* 18. *& conſil.* 85. *num.* 7. *lib.* 2. Rimin. iun. *conſ.* 371. *num.* 84. *lib.* 4. *conſil.* 528. *num.* 6. *lib.* 5. *& conſil.* 632. *nu.* 67. *& num.* 87. *libro* 6. Alba *conſ.* 201. *nu.* 1. & ibi add. *in litera A*, vbi de communi, *conſil.* 501. *n.* 11. *conſ.* 762. *n.* 10. Socin. iun *conſ.* 112. *nu.* 21. *conſil.* 163. *num.* 13. *lib.* 1. *conſ.* 13. *n.* 9. *& conſ.* 16. *n* 15. *lib.* 4. Mantica *conſilio* 194. *nu.* 17. *& ſeq* Bertaz. *conſil.* 69. *num.* 36. *lib.* 1. Roland. à Valle *conſil.* 43. *num.* 45. *lib.* 4. vbi affirmat eſſe communem opinionem, Ceph. *conſil.* 196. *num.* 22. *conſ.* 330. *nu.* 33. *conſ.* 451. *n* 208. *& conſil* 729. *n.* 19. Decian. *conſil.* 10. *n.* 53. *conſil.* 55. *n.* 58. *conſ.* 78. *n.* 3. *lib.* 1. *& conſil.* 10. *n.* 28. *lib.* 4. Burſat. *conſil.* 13. *num.* 11. *lib* 1. Pedroc. *conſil.* 19. *num.* 36. Hieron. Gabr. *conſ.* 111. *n.* 18. *lib.* 1. vbi de communi & alij relati *in ſeq. quæſt.*

Mouentur omnes per text. *in §. nos igitur, in auth. de reſtitut. fideicommiſ.* Et facit regula, quod diſpoſitio reſtringens facultatem alienandi eſt odioſa, *l. dudum*, & ib not. *C. de contr. emp.* Ceph. *conſ.* 451. *n.* 208. *lib.* 4. Bertaz. latè *conſil.* 383. *n* 5. *& ſeqq. lib.* 2. *in crimin.* 2

Accedat tertiò, quod fideicommiſſa ex communi omnium ſententia reputantur odioſa, vt dixi latè *quæſt.* 290. & ex prohibitione alienationis ſaltem reſultat fideicommiſſum in caſum contrauenientis, Doct. *in l. filius familias*, *§. Diui*, *ff. de legat.* 1. & dicam infra *quæſtione* 688.

Curandum igitur non erit, quod ab hac opinione diſſentiant Croit. *in d. §. Diui, num.* 175. *verſ quæritur*, & 3
Grat. *conſ.* 1 5. *nu.* 36. *& ſeq. lib.* 2.

Declaratur communis opinio primò, vt procedat 4
reſpectu ipſius prohibiti, non autem reſpectu eius, cuius fauore facta eſt prohibitio. quia quoad illum cenſetur fauorabilis, Alexand *conſil* 56. *lib.* 1. *& conſil.* 23. *lib.* 2. Curt. iun. latè *cõſ.* 338. *n.* 17. *verſic. tertio, & n ſeqq.* Bero. *conſil.* 40. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 215 *num.* 25. Capic. *deciſ.* 108. *num.* 15.

Declaratur ſecundò in prohibitione facta fauore fa- 5
miliæ, vt in ea bona conſeruentur, quia tunc fauorabilis cenſetur prohibitio, Aretin. *in l. paterfamilias, nu.* 5. *ff. de vulg. & pup.* Alexand. *conſ.* 19 *n.* 3. *lib.* 1. Curt. iun. *conſil.* 22. *num.* 11. Pariſ. *conſil.* 63. *num.* 28. *lib.* 2. Gozad. *conſil.* 89. *n.* 12. Socin. iun *conſ.* 182. *num.* 22. *libro* 2. Dec. *conſ.* 31. *num.* 162. *lib.* 1. *& conſil.* 9. *nu.* 68. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 97. *nu.* 17 *verſ. quarto licet*, Capic. *deciſ.* 108. *nu.* 15. Et ratio poteſt eſſe, quia quando ratio adiecta prohibitioni alienationis eſt fauorabilis, prohibitio quoq; ipſa cenſeri debet fauorabilis, vt voluit Graminæ. *conſil.* 6. *num.* 38 *lib.* 2.

Declaratur tertiò, (& eſt eadem cum præcedenti,) 6
quando prohibitio eſt facta fauore maſculorum, Fab. Turret. *conſ* 77. *n.* 9 *&* 10. *lib.* 1. ad quod facit, quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos cenſetur fauorabile, ita poſt alios citatos, Menoch. *conſ.* 427. *nu.* 7
13. Decian. *conſil* 7. *n.* 26 *& ſeqq. lib.* 1 Cephal. *conſ.* 278. *dubio vltimo*, Hieron. Gabr. *conſ.* 114. *nu.* 13. *lib* 1. vbi teſtatur de magis communi opinione.

Declaratur quartò non habere locum in prohibitio- 8
ne facta ad tempus, vt conſulatur prohibito, quia hæc reputatur fauorabilis, & latè eſt interpretanda, Alba *conſil.* 57. *nu.* 10. *& ibi add.* alios congeſſit teſtando de communi, idem Alba *in d. § Diui, n.* 80. *& ſeqq.*

QVÆSTIO DCLXXVII.

QVAERO, ſi teſtator relinquat pecuniam, vel merces pro ſtabili emendo, an videatur tacitè prohibuiſſe illius alienationem, & dicendum eſt, quòd ſic per textum *in l. Titio centum*, *ff. de condition. & demonſtrat.* Socin. iun. *conſil.* 249. *col.* 4. *verſicul circa quartum, libro* 2. Cattel. Cott *in memor. in verb. teſtator legando*, Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.* 455. *nu.* 75. *verſic. vide*, Alex. *in l. filius familias*, *§ Diui, nu.* 6.

d by Google

& ibi Iaſ. *nu.* 36. Ripa *num.* 42. Ferdin. Loarez, *num.* 95. & Opiz. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis non extenditur de caſu ad caſum.*

Limitatur, quãdo apponitur ratio generalis, quia prohibitio ampliatur ſecundum rationem, num. 3.

Declaratur non procedere, quando ratio eſſet reſtricta ad caſum expreſſum, nu. 9.

Declaratur procedere, ſi verba ſint prolata per modũ rationis ſecus ſi illatiuè nu. 11.

Declaratur non procedere, quando præcedit fideicommiſſum reſtrictum ad certos caſus & ſequitur prohibitio, quia hæc regulabitur à præcedenti ſubſtitutione, numero 14.

Limitatur, quando verba prohibitionis ſunt generalia, & vniuerſalia, quia prohibitio extenditur, numero 15.

4 *Fideicommiſſa regulantur à ratione expreſſa.*

5 *Ratio diſponit de dicto non dictum de ratione.*

6 *Ratio regulat diſpoſitionem, etiam quod ſolum ſit præſumpta, & coniecturata.*

7 *Ratio cum eſt expreſſa non dicitur fieri extenſio, ſed comprehenſio.*

8 *Prohibitio alienationis generalis reſtringitur à ratione expreſſa.*

9 *Prohibitio quando dicatur reſtricta ad caſum præcedentem.*

12 *Verba enunciatiua non diſponunt, ſed enunciant.*

13 *Fideicommiſſa, & enunciatiuis verbis inducuntur.*

16 *Vniuerſalis oratio, & generalis ea includit, quæ aliàs non includerentur.*

17 *Prohibitio alienationis, non excludit ſucceſſionem ab inteſtato.*

Limitatur, quando eſt factum verbis vniuerſalibus, numero 18.

20 *Negatiua vniuerſalis omnes caſus deſtruit.*

21 *Verba negatiua vniuerſalia ſunt maioris efficaciæ, & magis præciſè obligant.*

22 *Negatiua intenſius negat, quam affirmatiua affirmet.*

23 *Prohibitio alienationis ex vna cauſa, non impedit alienationem ex alia cauſa.*

24 *Permiſſa ſi eſt vna ſpecies alienationis, vel ex vna cauſa, cenſetur etiam permiſſa ſpecies & cauſa æquipollens contra nu. 25.*

26 *Permiſſa ſi eſt alienatio in vna caſu in cæteris tacitè prohibita cenſetur.*

27 *Permiſſa alienatione inter viuos, cenſetur permiſſa & in vltima voluntate.*

28 *Permiſſa vna ſpecie alienationis, cenſetur permiſſa & alia ſimilis.*

QVÆSTIO DCLXXVIII.

Vtrum prohibitio alienationis extendi poſſit de caſu ad caſum?

1 QVAERO, an prohibitio alienationis tanquam odioſa ſit reſtringenda, an verò de caſu ad caſum poſſit extendi? Regula negatiua eſt conſtituenda, quod prohibitio alienationis vel odioſa ſit reſtringenda, Cinus *in l. voluntas*, & ibi Bald. & Salicet. *C. de fideicomm.* Bart. *in l. filiusfamilias, §. Diui*, & ibi alij communiter *ff. de legat.* 1. Bart. *in l. Lucius, §. Sempronia, ff. de legat.* 3. Bald. *in l. Titius, in princip. ff. de liber. & poſthum. & in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt.* Alexand. *conſil.* 59. *num.* 20. *lib.* 3. Siluan. *conſ.* 6. *nu.* 24. Dec. *conſ.* 377. *nu.* 5. *conſil.* 513. *nu.* 6. *& conſil.* 639. *nu.* 8. Crott. *conſil.* 13. *nu.* 3. *&* 48. Roland. à Valle *conſil.* 43. *num.* 46. *lib.* 4. Bertaz. *conſ.* 69. *nu.* 35. *lib.* 1. Rimin. iun. *conſ.* 371. *n.* 84. *lib.* 4. *conſil.* 513. *nu.* 89. *libro* 5. *& conſil.* 632. *nu.* 67. *libro* 6. Cephal. *conſil.* 17. *n.* 28. *conſ.* 296. *num.* 32. *conſil.* 401. *nu.* 208. *& conſ.* 730. *n.* 19. Decian. *conſil.* 1. *nu.* 143. *lib.* 2. *conſ.* 9. *nu.* 13. *& conſil.* 78. *num.* 37. *libro* 3. Hieron. Gabr. *conſ.* 111. *n.* 18. *libro* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1236. *n.* 5. Et probatur *in §. nos igitur*, & ibi Gloſſ. Doct. *in auth. de reſtit. fideicommiſſ.*

Ratio eſt quia ſi teſtator non expreſſit imputandum eſt ei, & cenſetur noluiſſe prohibere vltra id, quod eſt expreſſum, ad reg. *l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* Alex. *conſ.* 53. *n.* 6. *verſic. non obſtat, lib.* 5. Alba *conſ.* 361. *num.* 17.

Vnde ſi teſtator prohibuerit alienationem per contractum ſub pœna nullitatis, & in caſum delicti aliquos vocat, ſi prohibitus per contractum alienauit, vocari in caſum delicti non poterunt reuocare alienata, tanquam & in eo caſu vocati, Surdus *conſilio* 559. *lib.* 4. 2

Declaratur primò, quando ratio eſt appoſita in prohibitione, tunc prohibitio extenderetur ſecundum rationem, & redderetur generalis, licet in vno caſu facta eſſet, Cin. *in d. l. voluntas*, & ibi Bald. *in fine. C. de fideicommiſſ.* Bart. *in l. pater filium, §. fundum. ff. de legat.* 3. Anan. *conſ.* 47. *colu. vlt.* Paul. Caſtr. *conſ.* 232. *viſis & cõſideratis, col.* 5. *libro* 2. Dec. *conſ.* 38. *colum.* 2. Grat. *conſil.* 68. *num.* 23. *& conſil.* 106. *nu.* 17. *lib.* 2. Curt. ſen. *conſ.* 45. *n.* 6. Ruin. *conſ.* 39. *n.* 11. *lib.* 2. *& cõſ.* 168. *n.* 21. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 70. *nu.* 5. *& ſeq. libro* 3. Siluan. *conſil.* 25. *n.* 24. *& ſeq. lib.* 1. Alba *conſ.* 97. *n.* 15. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 103. *n.* 29. *lib.* 2. Burſat. *conſil.* 7. *n.* 13. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 13. *n.* 10. *lib.* 1. rurſus Alb. *conſil.* 321. *nu.* 2. *&* 3. *& conſ.* 762. *n.* 7. Maluaſ. *conſ.* 90. *n.* 28. *conſil.* 529. *n.* 44. *& conſ.* 730. *n.* 40. Menochius *conſ.* 484. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi loquitur in caſu, quãdo eſt appoſita ratio, vt bona in agnatione conſeruentur, Surd. *conſ.* 67. *n.* 20. *& ſeqq & conſil.* 96. *nu.* 46. *libro* 1. Maſcard. qui alios plures adducit *de probat. concluſ.* 1236. *nu.* 84. *& ſeq.* Petra *de fideicommiſſ. q.* 5. *n.* 43. *& n.* 50. *vſque ad numerum* 100. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 31. *numero* 54. 3

Ratio eſt, quia fideicommiſſa regulantur à ratione expreſſa, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. & in ſpecie de prohibitione alienationis, idem colligitur *ex l. pater filium § fundum. ff. de legat.* 3. Pariſ. *conſil.* 6. *nu.* 20. *libro* 1. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt.* 76. *verſic. quinimò*, Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. Menoch. *conſil.* 197. *nu.* 16. *&* 17. vbi vult procedere etiam in materia ſtricta, & in contractibus & priuilegijs, Decianus *conſil.* 41. *num.* 118. *& ſeqq. lib.* 1. vbi multos adducit, Crott. *conſ.* 264. *n.* 18. *&* 22. *lib.* 2. 4

Et ratio expreſſa eſt anima diſpoſitionis & legis, & eſt ipſa lex, Bald. *per illum text. in l. ſcire oportet, §. & ſi maximè ff. de excuſat. tut.* Curt. ſen. *conſil.* 45. *num.* 21. *& conſil.* 81. *n.* 6. Peregr. *conſ.* 149. *n.* 15. *lib.* 5.

Ratio enim dicitur diſponere de dicto, & non dictum de ratione, Bald. *in cap.* 1. *§. qui decedentes, qui feud. dari poſſ.* Corn. *conſ.* 127. *ad finem lib.* 2. Decian. *conſ.* 41. *num.* 118. *ad medium, lib.* 1. 5

Et quælibet diſpoſitio regulatur ex ratione non tantum expreſſa, quam etiam præſumpta, & coniecturata, *cap. ſuggeſtum*, & ibi Dec. *in* 2. *notat. extr. de appellat.* Bald. *in auth. ingreſſi, colum.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Angel. *conſ.* 169. *ſuper puncto, colum.* 1. Crauet. *conſ.* 3. *nu.* 5. Maſcard. *d. concluſ.* 1236. *nu.* 84. & plura ad hoc congeſ- 6

ſit Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 8. & ſequentibus*.

7 Et quando ratio eſt expreſſa in diſpoſitione, tūc non dicitur fieri extenſionem ad alium caſum, ſed ille caſus vigore rationis dicitur in diſpoſitione comprehenſus, Paul. Caſtr. *conſil. 261. n. 3. lib. 2.* Alexand. *conſil. 37. n. 10. lib. 6.* Dec. *conſil. 372. n. 7.* Pariſ. *conſil. 50. n. 56. lib. 3.* Celſ. Vgo *conſil. 10. n. 50.* Roland. à Valle *conſil. 27. lib. 1.* Petra *de fideicomm. q. 5. n. 94.*

8 Sic è contra prohibitio alienationis reſtringitur à ratione expreſſa, ita vt licèt prohibitio videatur generalis, nihilominus ſi fiat alienatio, per quem non læditur ratio, & mens teſtatoris, ſuſtinebitur, Angel. *conſil. 169. ſuper puncto, colum. 1. & 2.* quem refert, & ſequitur alios multos adducendo, Maſcard. *d. concl. 1236. n. 85.* Petr. *d. quaeſt. 5. n. 81.*

Contra tamen hanc declarationem, tenet Burſat. *conſil. 13. num. 17. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 287. num. 25. lib. 1.*

9 Intellige primò, vt ita demum ratio amplier, & extendat prohibitionem, ſi hoc commodè fieri poſſit, & eam teſtator non reſtrinxerit ad certos caſus, nam limitata cauſa limitatum producit effectum, in ſpecie, ita ſcripſerunt Alexand. *conſil. 59. colum. penult. libro 3.* Dec. *conſil. 291. colum. penult.* Ruin. *conſil. 15. col. vltim. & conſil. 153. num. 5. lib. 3.* Rub. Alexand. *conſil. 1. colum. 3.* Bero. *conſil. 90. num. 3. lib. 2.* Alba *conſil. 7. num. 8.* Albanus *conſil. 1. num. 9.* Rimin. iun. *conſil. 20. num. 29. lib. 1.* Beret. qui alios addit *conſil. 18. num. 24. & conſilio 55. num. 3.* Menoch. *conſil. 376. num. 51. & ſeqq.* Petr. *de fideicomm. quaeſt. 5. num. 26. 27. 50. & ſeqq.* Peregr. *de fideic. art. 11. num. 55.*

10 Dicitur autem prohibitio reſtricta ad caſum, quando teſtator dixit, quia voluit bona manere in ſua familia ſecundum modum ſupraſcriptum, vel vt ſupra, vel per ſimilia verba relatiua, Alex. *conſil. 59. nu. 9. lib. 3.* Ruin. *conſil. 168. n. 20. lib. 3.* Petr. *d. q. 5. n. 26.* Peregr. *d. art. 11. n. 55.* Circa quod tamen aduertendum eſt, quod quamuis diſpoſitio ſit relatiua ad præcedentia, vel ſequentia, non dicitur tamen reſtricta ad formam præcedentis, vel ſequentis diſpoſitionis, niſi hoc expreſſè verba relatiua & reſtrictiua importent, ſecundum Ruin. *conſil. 124. in fine, lib. 2.* quem refert, & ſequitur Petr. *d. quaeſt. 5 num. 27.*

11 Intellige ſecundò, vt ita demum procedat, ſi verba illa ſint prolata per modum rationis, hoc modo, quia volo bona remanere in familia, ſecus ſi per viam illationis, vel enunciationis, hoc modo, ita enim fiet quod bona remanebunt in familia, vel ita quod, &c. vel adeò quod, & cæt. vel adhoc, &c. vel ita & taliter, &c. ita ſcribunt Bartolus *in d. l. pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3.* Roman *conſil. 457.* Alciat *conſil. 35. numer. 22. lib. 9.* Soc. iun. *conſil. 163. numer. 5. & 12. lib. 2.* Cephal. *conſil. 510.* Hieron. Gabr. *conſil. 111. num. 22. & ſeq. libro 1.* Peregr. *d. art. 11. n. 56.*

12 Petr. *d. quaeſt. 5. n. 46.* Ratio eſt, quia verba enunciatiua non diſponunt, ſed enunciant, Bart. & Roman. vbi ſupra, Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 110.*

13 *in fine, ff. de legat. 1.* Petr. *d. quaeſt. 5. num. 46. in fine.* Non negatur tamen fideicommiſſa induci, & verbis enunciatiuis, vt habetur per text. *in l. vnum ex familia, §. vlt. ff. de legat. 2.* Soc. ſen. *conſil. 43. n. 6. & conſil. 57. lib. 3.* Dec. *conſil. 38. n. 2. in princ.* Crott. *conſil. 13. n. 15.* Vegg. *conſil. vlt. n. 378. & ſeq.* Ceph. *conſil. 153. n. 48. & ſeq.* quos retulit Petr. *d. quaeſt. 5. n. 47.* vbi poſt Bart. relatum dixit induci fideicommiſſum enunciatiuis verbis, ſed illud eſſe minus efficax.

14 Sed quod verba, quia volo, &c. non amplient diſpoſitionem de perſona ad perſonam, tenuit Rota Romana in collect. per Farinac. *deciſ. 200. n. 20. & ſeqq. part. 1. & n. 17.* refert diſſentientes, *& n. 21.* diſtinguit, quod aut ratio ſtat de per ſe, & ex ea admittatur extenſio de perſona ad perſonam, aut ratio ſtat conſecutiuè, & non poſſit fieri extenſio, & ibi, *num. 15. 20. & ſeqq.* declarat quando ratio dicatur ſtare conſecutiuè, & quando de per ſe.

Intellige tertiò, vt non procedat, quando præceſſit 14 ſubſtitutio reſtricta ad certos caſus, perſonas, vel tempus, & poſtea ſequitur prohibitio alienationis cum ratione ampla, quia non fiet extenſio vltra caſus, perſonas, & tempus appoſitum in ſubſtitutione, vt dicam *quaeſt. ſeq.* vbi plenius articulus diſcutitur, & declaratur.

Declaratur ſecundò, quod ſi verbis generalibus ſit 15 facta prohibitio, illa extendenda erit, ita vt etiam in caſibus ſpecialibus, aliàs permiſſis, alienatio ſit prohibita, Gozad. *conſil. 25. n. 9. & conſil. 71 n. 4.* Crauet. *conſil. 201. nu. 42.* Roland. à Valle *conſil. 88. n. 37. lib. 3. conſil. 2. n. 24. & ſeqq. multis, & cōſil. 27. per totum, lib. 4.* Cephal. *conſil. 153. n. 32.* Maſcard. *de probat. concl. 1236. n. 86 vſque ad finem,* Petr. *de fideicom. q. 8. n. 30.* Peregr. *de fideic. art. 14. n. 40. & ſeqq.*

Fundamentum huius declarationis eſt, quia genera- 16 lis, vel vniuerſalis oratio ea includit, quæ aliàs non includerentur, *auth. de alien. & emphyt. §. ſanctiſſimas, l. liberorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat. 3. l. tulianus ff. eod. l. 1 §. iuncta Gloſ. in verb. quoquomodo ff. de fideicom. libert.* Gozad. *conſil. 25. n. 9 & conſil. 71. num. 4.* Crauet. *conſil. 201. n. 42. & conſil. 294. colum. 4. & 5.* Cephal. *conſil. 150. colum. 2. & conſil. 153. num. 32.* Roland. à Valle *conſil. 2. n. 24. & ſeqq.* vbi plura de vi verborum vniuerſalium, & latè etiam *cōſil. 27 lib. 4* Peregr. *d. art. 14. n. 41.* Maſcard. *d. concl. 1236. n. 86. & ſeqq.* vbi latè infert ad plura.

Sic videmus, quod licet per ſimplicem prohibitio- 17 nem alienationis non ſit prohibita legalis ſucceſſio ab inteſtato, Rim. iun. *conſil. 47. n. 41. lib. 1.* Hieron. Gabr. *conſil. 111. num. 20. libro 1.* Menoch. *conſil. 371. n. 96 & ſeqq.* Peregr. *conſil. 63 num. 11 & ſeqq. lib. 5. & in tract. de fideicommiſſ. art. 14 num. 25. & ſeqq.* Anton. à Gama *deciſ. Luſit. 206. n. 19. & ſequentibus,* Surd *deciſione 124.* Rota Romana *in nouiſſ deciſ. 326 part. 1.* & plenè dicam *quaeſt. 711.* Attamen quando prohibitio eſt facta ver- 18 bis generalibus, & vniuerſalibus cenſetur prohibita, & legalis hæc alienatio, & ſucceſſio ab inteſtato, Beret. *conſil. 142. num. 9.* Ceph. *conſil. 153. n. 32.* Burſat. *conſil. 37. n. 3. lib. 1.* Eugen *conſil. 81. n. 73.* Menoch. *conſil. 1019. n. 5.* Maſcard. *concl. 1236. num. 90.* Peregr. *d. art. 14. n. 40. & ſeqq.* Surd. *deciſ. 124. n. 2.* Rota Romana *d. deciſ. 326. n. 4. parte 1* & dixi latius alios plures cumulando *d. q. 711. decl. 5.*

Hæcque declaratio maximè procedit, quando ver- 19 ba generalia eſſent geminata, vel negatiua, Alex. *in l. filiusfamilias §. Diui, col. 1.* & ibi Ripa *n. 99 ff. de legat. 1.* Ruin. *conſil. 34 nu. 2. conſil. 195. n. 6. lib. 1. conſil. 89. n. 36. conſil. 125. n. 10. conſil. 133. num. 7. & conſil. 144 num. 2. lib 2.* Gozad. *conſil. 23. num. 3. & conſil. 55. num. 15.* Soc. iun. *conſil 89. n. 9 lib. 1. & conſil. 31. n. 72. lib. 2.* Alber. *conſil 54. n. 3.* Ceph. *conſil. 58. n. 15. conſil 152. n. 79. & conſil. 196. n. 14.* Menochius *conſil. 95. n. 124. lib. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 1236. n. 88.* Caualcan. *deciſ. 5. n. 52. & in fine parte 3.*

Oratio enim vniuerſalis negatiua omnes caſus de- 20 ſtruit, Gloſ. *in l. hoc genus,* & ibi Bart. *ff. de condit. & demonſtrat.* Iaſ. *in l. in duobus, §. 1. ff. de iur. iurand.* Tiraquel. plenè *in l. Boues, § hoc ſermone, limit. 7. ff de verb. ſignif.* Crauet. *conſil. 294. n. 6.* Peregr. *d. art. 14. num. 42 ad medium.*

Verba etiam vniuerſalia negatiua habent plus robo- 21 ris, &

ris, & efficacius obligant, & magis præciſè aſtringunt, quam affirmatiua, Archid. *in cap. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, n. 93. C. de donat.* Roland. à Valle *conſil. 17. n. 13. lib. 4.*

22 Et negatiua intenſius negat, quam affirmatiua affirmat, Gloſ. *in cap. cum dilectus de conſuet.* Pariſ. *conſil. 97. n. 36. lib. 1. & conſil. 151. n. 10. lib. 3.* Bero. *conſil. 57. n. 11. & conſil. 117. n. 5. lib. 2.* Roland. à Valle *d. conſil. 27. n. 24. & in tract. de lucr. dot. q. 31. n. 7.*

23 Sed quæro, an prohibitio alienationis ex vna cauſa, excludat alienationem ex alia cauſa, & negatiua opinio tenenda eſt, per text. & regulam, *l. prætor ait, ff. de iud.* & in terminis ſic determinat Menoch. *conſil. 602. n. 8. & ſeq. lib. 7.*

24 Sed quid ſi alienatio ſit permiſſa ex vna cauſa, vel vna ſpecies alienationis ſit permiſſa, an permiſſio trahatur ad alienationem ex alia ſpecie, vel cauſa, Bart. *in l. ſicut, §. ſed ſi permiſerit, ff. quib. mod. pig.* dicit poſſe alienari per alios modos æquipollentes, idem dixit Bald. ibi. & ſequuti ſunt Molin. *lib. 4. de Hiſp. primog. cap. 5.*

25 *num. 19.* & Alba *conſil. 97. num. 13.* Contra tamen tenuit Peregr. *conſil. 73. num. 14. lib. 5. allegat. d. §. Sed ſi permiſerit*, vbi permiſſio donandi conſanguineo, non trahitur ad aliam alienationis cauſam, nec alteri donari poterit.

26 Permiſſa autem ſi eſt alienatio in aliquo caſu, in cæteris cenſebitur tacitè prohibita, Crott. *conſil. 3. num. 16. lib. 1.* Surd. *conſil. 11. n. 7. lib. 1.*

27 Quod ſi permiſſa ſit alienatio inter viuos, cenſebitur & in vltima voluntate permiſſa, *l. ſi quis prioris, §. ſi certum*, & ibi Alber. *n. 1. C. de ſecund. nupt.* Bart. *in l. ſi quis ita, §. ea lege, num. 7. ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſil. 76. n. 4. & 22. & conſil. 144. n. 10. lib. 2.* Natt. *conſil. 78. nu. 1.* Dec. *conſil. 78. num. 21. & 48. lib. 3.* Rim. iun. *conſil. 9. n. 103. lib. 1.* Quicquid in contrarium velit ipſe Dec. *conſil. 35. n. 13. lib. 3.*

28 Et generaliter ſi permiſſa ſit vna ſpecies alienationis, & alia ſpecies ſimilis cenſebitur conceſſa, vt ſi conceſſa ſit venditio, quia & permutatio erit conceſſa, ſic ſi datio in dotem & pro monaſterij ingreſſu erit conceſſa, idem ſi donatio, nam & legatum erit permiſſum, Bart. *in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2.* Doct. *in l. ſi quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig.* Soc. ſen. *cõſil. 31. n. 11. & conſil. 43. n. 2. lib. 4.* Ruin. *conſil. 133. n. 7. lib. 2.* Alba *conſ. 61. n. 7. & conſil. 97. n. 13. lib. 1.* Dec. *conſil. 58. n. 65. lib. 2.* probatur in *l. ſi quis prioris, §. certum, C. de ſecund. nupt.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis non extenditur de perſona ad perſonam & filijs facta non extenditur ad nepotes.*

Maximè ſi eſſet nominatim facta expreſſis proprijs nominibus prohibitorum, n. 4.

Idem ſi eſſet facta per dictiones relatiuas dicti, prædicti, infra ſcripti, n. 5.

Vel per pronomen ipſis, vel eis, n. 6.

Ampliatur, vt prohibitio facta filijs, & filiorum filijs non extendatur vltra nepotes, n. 9.

Limitatur, quando teſtator nepotes honoraſſet, & grauaſſet, nam ſi veniunt nepotes in vocatione, venire etiam debent in grauamine. n. 11.

Limitatur, quando fideicommiſſum eſt iniunctum tam filijs quam cæteris deſcendentibus, nam tunc prohibitio facta filijs cenſebitur facta omnibus deſcendentibus, numero 12.

Limitatur, quando prohibitio eſt facta adiecta ratione, quæ conueniat etiam perſonę, ad quam facienda eſt extenſio, licet nominatim ſit facta, vt ſi prohibitio fiat filijs, quia voluit teſtator bona conſeruari in familia, vel in deſcendentibus, numero 13. Contra, quando nominatim eſt facta, numero 14. decl. num. ſeqq.

Limitatur non procedere in prohibitione reali, num. 20. contra num. 21. decl. num. 22.

Limitatur in prohibitione facta hæredibus, quia cenſebitur facta & hæredibus hæredum, n. 22. decl. n. ſeqq.

Limitatur in prohibitione alienationis facta de turri, vel palatio, vel re ad quam teſtator habeat affectionem.

2 *Filiorum appellatione in odioſis non veniunt nepotes.*

3 *Fideicommiſſum iniunctum filijs non profertur ad nepotes.*

7 *Pronomen ipſe, ipſa, ipſum, & ſimiles eſt demonſtratiuum ad oculum, & relatiuum ad ſupra nominatos.*

8 *Dictiones, dicti prædicti, ſupra ſcripti, ſunt repetitiua, & relatiua, & referuntur ſolum ad ea, quæ oculis corporis legi poſſunt.*

9 *Prohibitio alienationis facta filijs, & filiorum filijs non protrahitur vltra nepotes.*

10 *Filij & filiorum filij ſi fideicommiſſo ſunt grauati, grauamen non afficit niſi nepotes, non pronepotes.*

13 *Prohibitio alienationis facta filijs adiecta ratione quia voluit bona manere in familia extenditur ad nepotes, licet nominatim ſit facta, contra n. 14.*

Limitatur, quando prohibitio eſt facta certis perſonis, & in ratione ſit reſtrictio ad eaſdem perſonas, n. 15. ampl. & ſi adſint verba denotantia perpetuitatem, numero 15.

Limitatur, quando in ratione adeſt dictio, vt ſupra, quia reſtringitur diſpoſitio ad præcedentia, n. 16.

Limitatur quando non per modum rationis verba ſunt prolata ſed illatiuè & conſecutiuè, n. 19.

17 *Dictio in perpetuum, capitur etiam durante vita alicuius tantum, ſecundum ſubiectam materiam.*

23 *Prohibitio alienationis facta hæredibus, cenſebitur facta & hæredibus hæredum.*

Limitatur, quando teſtator nominatim hæredem prohibuiſſet, n. 25. decl. n. 27. 28 & 29.

Limitatur, quando prohibitio eſſet facta hæredi per dictiones relatiuas dictus prædictus, ſupraſcriptus, numero 26. decl. n. 27. 28. & 29.

Limitatur, quando prohibitio eſt facta ſub pœna priuationis hæreditatis.

24 *Hæredis appellatione continetur hæredis hæres.*

QVÆSTIO DCLXXIX.

Prohibitio alienationis facta vni perſonæ, vtrum ad alias perſonas extendatur?

VIDIMVS in pręcedenti diſputatione, quando prohibitio poſſit, & non poſſit extendi de caſu ad caſum, nunc videamus an de perſona ad perſonam licita ſit extenſio? 1 concluſio autem firmanda eſt ſecundum receptiſſimam omnium ſententiam, quod extenſio fieri non poſſit, ita vt ſi prohibitio ſit facta filijs; non extendatur ad nepotes, Glo. *in §. nos igitur*, & ibi Ang. *in auth. de reſtit. fideicommiſſ.* Cin. *in l. voluntas*, & ibi Bald. & Salic. *C. de fideicom.* Bart. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 21.* & ibi communiter omnes, præcipuè Iaſ. *in prima lectura, num. 109. & in 2. lect. num. 146.* Cuman. *num. 15.* Corn. *num. 9.* Ruin. *num. 35.* Alciat. *num.* .... Alexand. *n. 25.* Crott. *num. 127.* Ripa *n. 106.* qui teſtatur eſſe communem opinionem, & Ferdin. Loarez. *numero 489. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. Lucius, §. 1. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. Titius, in principio, ff. de liber. & poſthum.* Iaſ. *in l. Gallus, §. inſtituens, n. 21. ff. de liber. & poſthum.* Alciat. *in l. liberorum, num. 7. ff. de verb.*

verb.oblig. Ferret. in rub. ff. ad leg. Falcid. num. 16.

Et conſulendo, Alexand. conſ. 1. num. 13. lib. 1. conſ. 56. numero 1. lib. 5. & conſ. 140. num. 6. lib. 6. Roman. conſil. 457. numero 2. Rimin. ſen. conſil. 26. num. 12. & ibi add. in lit. F. & conſilio 328. num. 22. libro 2. Corn. conſilio 38. num. 3. lib. 1. Socin. ſen. conſil. 76. colum. 3. & ſeq. libro 4. Dec. conſilio 287. numero 2. conſil. 376. num. 5. & conſilio 636. numero 7. Curt. iun. conſilio 43. numero 11. conſ. 111. numero 1. conſilio 115. numer. 9. & 13. conſ. 167. numero 5. & conſilio 338. numero 12. Ruin. conſ. 108. numero 4. libro 1. conſil. 18. num. 10. lib. 2. & conſ. 171. nu. 12. lib. 3. Crauet. cõſ. 306. n. 6. Alba cõſ. 201. nu. 1. & ibi add. in in litera A, vbi de communi conſ. 312. n. 30. & conſ. 321. nu. 2. Pariſ. conſ. 7. n. 18. lib. 3. Siluan. conſ. 6. nu. 26. & conſ. 25. n. 24. Alciat. conſ. 31. n. 14. & ſeq. & conſ. 81. n. 12. lib. 9. Soc. iun. conſ. 163. n. 4. & ſeqq. cõſ. 180. n. 46. lib. 2. conſ. 16. nu. 25. & conſ. 73. num. 14. lib. 4. Bero conſ. 84. n. 14. lib. 2. Celſ. Vgo conſ. 68. n. 8. Natt. conſ. 506. n. 6. & conſ. 612. n. 14. Rolan. à Valle conſ. 43. n. 48. & conſ. 100. n. 88. lib. 4. Ceph. con. 294. nu. 15. Hieron. Gabr. con. 96. num. 6. lib. 1. Bertaz. conſ. ciu. 6. n. 17. Decian. conſ. 13. n. 11. lib. 1. conſ. 1. n. 143. lib. 2. & conſ. 38. n. 12. lib. 5. Menoc. conſ. 85. n. 117. vbi teſtatur de communi opinione conſ. 215. n. 37. conſ. 315. n. 20. & conſil. 347. n. 30. Eugen. conſ. 62. n. 20. Odd. conſil. 68. n. 23. Simon de Pret. conſ. 43. n. 45. & conſ. 47. num. 24. lib. 1. Rim. iun. conſ. 528. n. 6. conſ. 537. in fine lib. 5. Pedroc. conſ. 20. n. 103. Pancir. conſ. 103. n. 7. Mazzol. conſ. 108. num. 64.

Et in tractatibus, Tiraq. de vtroq. retrac. par. 1. gloſ. 6. §. 1. n. 16. Didac. lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 4. vbi dicit eſſe communem opinionem. Craſſ. in § fideicõmiſſum q. 5. n. 10. & q. 19. n. 1. Maſcard. de probat. cõcl. 1236. n. 77. Peregr. de fideicomm. art. 1. n. 28. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 11. numero 17. vbi plures citat. ff. de condit. & demonſtr. Viu. comm. opin. concl. 661. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. numero 21. part. 2. Hieron. Ceual. ſpec. communium contr. commun. q. 725. n. 30. Petr. de fideic. quaeſt. 5.

Et in Deciſionibus, Magon. deciſ. Florent. 19. num. 3. Surd. deciſ. 125. idem Magon. dec. Lucen. 29. n. 25.

[Idem affirmauit Rota Rom. in vna de Columnis regiſtrata in fine quaeſt. 441. F.]

Probatur primò iſta opinio per text. in d. §. nos igitur, in auth. de reſtit. fideic. Verum hunc textum non probare dixit Rip. in d. l. Diui, num. 106. tum quia prohibitio erat facta filijs nomine proprio, non appellatiuo, vt firmata eſt quaeſtio; tum quia prohibitio erat facta contemplatione nepotum, idemque dicit Ruſtic. d. cap. 11. num. 18.

Secundò adducitur ratio, quod prohibitio alienationis eſt odioſa, quia tollit facultatem diſponendi de re,
2 l. non vſque adeo ff. ſi quis à parent. fuer. manum. Et in odioſis appellatione filiorum non veniunt nepotes, l. iuſta, l. filij appellatione, ff. de verb. ſign. l. quod ſi nepotes, ff. de teſtam. tut. §. vlt. inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. Bart. in
3 l. liberorum, n. 5. ff. de verb. ſign. Ideo fideicommiſſum iniunctum filijs non profertur ad nepotes, Paul. Caſtren. conſ. 97. ne improprius, num. 2. lib. 2. Dec. conſ. 218. nu. 12. Natt. conſ. 191. n. 10. Rim. iun. conſ. 173. n. 34. & cõſ. 535. num. 57. Cephal. conſ. 168. numero 8. Decian. conſ. 47. numero 20. lib. 3. Hieron. Gabr. conſ. 121. num. 37. libro 1. Menoch. conſ. 347. num. 27. & ſeqq. vbi dicit eſſe receptam ſententiam, Odd. conſ. 66. num. 108. vbi dicit eſſe communem opinionem, Honded. conſ. 60. numero 46. vbi de communi teſtatur, & n. 62. lib. 1. Eugen. conſ. 94. num. 3. Peregr. conſil. 47. numero 15. verſ. quare, lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 22. num. 62. vbi dicit eſſe communem opinionem, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. num. 20. Menoch. lib. 4. praeſumpt. 94. num. 22. cum alijs congeſtis ſupra q. 322.

Praedicta autem communis opinio ſine ſcrupulo maximè retinenda eſſet, quando prohibitio nominatim eſſet facta filijs expreſſis proprijs eorum nominibus, & in his terminis, vt dixi, loquitur d. §. nos igitur, & ita in ſpecie tenent Bart. in l. liberorum, numero 5. verſic. ſed non videtur, ff. de verb. ſignif. & in l. Gallus, §. inſtituens, ante finem, verſ. ad ſecundũ dictum. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in d. §. Diui, in 2. lect. numero 151. & ibi Ripa nu. 111. Ruin. num. 137. Loarez, numero 190. Crott. numero 134. Ferret. numero 122. Soc. iun. num. 221. & Alciat. num. 45. & 51. Alexand. conſ. 37. num. 4. lib. 6. Gozad. conſilio 4. numero 4. conſ. 29. numero 14. & conſ. 36. numero 10. Ruin. conſ. 130. num. 5. lib. 2. Crott. conſ. 13. numero 18. Curt. iun. conſ. 57. n. 2. conſ. 113. in principio, vbi dicit hoc eſſe notiſſimum, conſ. 14. n. 5. & cõſ. 121. n. 9. Pariſ. conſ. 20. n. 57. lib. 3. Soc. iun. conſ. 149. num. 7. lib. 2. & conſ. 66. col. 2. verſic. reſpondebitur & de plano, lib. 4. Alexand. de Neuo conſil. 12. num. 1. Alba conſ. 29. num. 13. lib. 1. Roland. à Valle cõſ. 51. n. 55. lib. 3. & conſil. 97. n. 22. lib. 4. Burſat. conſ. 51. n. 10. & ſeqq. Menoch. conſ. 315. n. 23. Decian. cõſ. 10. n. 11. lib. 4. Ruſtic. d. l. cum auus, lib. 6. cap. 11. num. 18. Surd. deciſ. 125. n. 1. & 2. & alij in fortioribus relati infra in tertia declaratione, verſ. caeterum, num. 14.

4

Idem eſſet, quando filij eſſent proprijs nominibus demonſtrati, & poſtea dictum eſſet, dictos filios meos, vel praedictos, vel ſuprascriptos prohibeo alienare, Dec. conſ. 291. col. 3. verſ. his praemiſſis. Ruin. conſ. 117. num. 1. & 2. & conſ. 181. nu. 2. lib. 2. Gozad. conſ. 29. num. 15. Zaſ. conſ. 7. lib. 1. Soc. iun. conſ. 163. nu. 9. lib. 2. Ruſtic. d. cap. 11. n. 18. ad medium. Surd. deciſ. 125. Burſat. cõſ. 64. n. 19. & 20. lib. 3. Rim. iun. conſ. 20. nu. 19. lib. 1. & conſ. 279. n. 97. lib. 3. Beretr. conſ. 55. n. 5. Petr. de fideicom. q. 5. n. 95. verſ. poſſet, & q. 6. n. 22. Loarez, in d. §. Diui, n. 190. & nonnulli ex relatis ſupra num. 4. 5

Idem eſſet, quando dictum fuiſſet, eiſdem filijs prohibeo alienationem bonorum, & prius filij erant nomine proprio expreſſi: vel ipſis filijs facta eſſet prohibitio, vel aliud pronomen eſſet appoſitum, quod ad oculum demonſtraret illos filios, Bald. conſ. 340. lib. 5. Iaſ. in l. filiusfamilias, §. Diui in 2. lect. n. 151. & ibi Ferdin. Loarez num. 144. & Ripa num. 111. ff. de legat. 1. Soc. iun. conſ. 144. num. 14. lib. 3. Alciat. conſ. 424. num. 3. Natta conſ. 166. n. 8. Ceph. conſ. 352. numero 27. Roland. à Valle conſ. 59. numero 27. & ſeq. lib. 3. Menoch. conſ. 82. num. 158. Rim. iun. conſ. 306. num. 11. quos refert, & ſequitur Surd. deciſ. 125. num. 1. Burſat. conſ. 64. num. 10. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 1236. num. 78. 6

Haec enim dictio, eiſdem, ipſis, & ſimilis eſt demonſtratiua, & relatiua ad ſupra nominatos, Dec. conſ. 262. in princ. verſ. ſecundo facit, Ruin. conſ. 101. nu. 9. lib. 2. Rol. à Valle conſ. 47. num. 23. lib. 4. Burſat. conſ. 64. nu. 20. Surd. d. deciſ. 125. num. 1. Et pronomen, ipſe, ipſa, ipſum, eſſe demonſtratiuum ad oculum, Iaſ. in dicto §. Diui, & ibi Ripa num. 111. Bald. conſ. 304. lib. 5. Curt. ſen. conſ. 50. colum. 72. 7

Et huiuſmodi dictiones, cum ſint repetitiuae, & demonſtratiuae, debent ſolum referri ad ea, quae corporeis oculis legi poſſunt, Bart. in l. qui liberis, §. hac verba in fi. ff. de vulg. vbi de dictione, dictis, praed ctis, Imol. in l. ſi quis filium, §. vlt. & ibi Aret. dicit eſſe veriſſimam deciſionem ff. de acquir. hared. Ripa in l. ſi infans diuas, §. Diui, num. 111. ff. de legat. 1. vbi plura Rim. conſ. 29. num. 4. & ſeq. lib. 2. Dur. de art. teſtan. tit. 6. caut. 60. num. 1. & 2. Surd. d. deciſ. 125. num. 1. in fine, Burſat. qui etiam alios addit conſ. 64. num. 21. lib. 1. 8

Et quando nominatim, vel verbis relatiuis facta eſt 9
prohi-

prohibitio, non fit extenſio, & ſi prohibitio alienationis facta ſit in perpetuum, Surd. *conſil.* 123. *nu.* 14. *cum alijs citatis infra num.* 17.

10 Ampliatur recepta opinio, & prohibitio ſit facta filijs, & filiorum filijs, quia non extenditur vltra nepotes, Dec. *conſil.* 38. *n.* 8. *& ſeqq. lib.* 5. Quod enim facta diſpoſitione de filijs, & filiorum filijs, non fiat extenſio vltra nepotes, tenuit etiam Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 28. *num.* 33. vbi dicit Collegium Papienſe ita conſuluiſſe, & ſecundum illud conſilium fuiſſe iudicatum, allegat Curt. ſen. Chriſtoph. Butrig. Curt. iun. Calcan. & Decian. addo eundem Decianum *conſil.* 64. *dubio primo, lib.* 4. *& conſil.* 94. vbi comprobat *per totum, lib.* 5. & ita ego conſului in vna de Madijs, *vt conſil.* 2. *verſic. & in terminis*.

Ampliatur ſecundò, & ſi in alia parte teſtamenti prohibitio eſſet facta etiam nepotibus, Alba *conſil.* 321. *num.* 8.

11 Declaratur primò non procedere, vbicunque teſtator filios honoraſſet, & grauaſſet; nam tunc ſi nepotes filiorum appellatione veniunt, quando agitur de eorum vocatione, pariter idem dicendum erit, quando ageretur de grauamine, Alciat. *in l. liberorum, in gloſ.* 1. *col.* 5. *ff. de verb. ſignif.* Peregr. *de fideicomm. art.* 1. *n.* 28. *in fine*.

12 Declaratur ſecundò, non habere locum, quando fideicommiſſum fuit iniunctum tam filijs, quàm cæteris deſcendentibus. hoc enim caſu & prohibitio alienationis facta filijs cenſebitur omnibus facta, Did. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 5. *num.* 4. *poſt principium, verſic. hinc apparet*.

13 Declaratur tertiò, non procedere, quando prohibitio facta fuit adiecta ratione, quæ conueniat etiam perſonæ, ad quam facienda eſt extenſio; veluti ſi dixiſſet teſtator, quia volo ea manere in familia, tunc enim prohibitio extenditur ad omnes, licet nominatim ſit facta, Gloſ. *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicom.* Bart. *in l. pater filium, §. fundum ff. de legat.* 3. Iaſ. *in l. filiusfamilias, §. Diui n.* 50. & ibi Crott. *n.* 127. Ferdin. Loarez, *n.* 139. *& n.* 186. Alciat. *n.* 49. vbi dicit ita ſępius vidiſſe iudicari, Ferrc. *n.* 143. & Ripa *n.* 108. & latè Ruin. *n.* 141. *ff. de legat.* 1. Ant. Paul. *in l. voluntas, nu.* 21. *& 26. C. de fideicommiſſ.* Zanch. *in l. heredes mei, § cum ita, part.* 7. *n.* 32. *ff. ad Trebell.*

Et conſulendo Io. de Anan. *conſ.* 47. *n.* 4. Paul. Caſtr. *conſil.* 457. *viſis, n.* 5. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 457. *num.* 1. & ibi Mandoſ. *in addit. in verb. heredes*. Iaſ. *conſ.* 27. *col.* 1. *lib.* 3. Soc. ſen. *conſ.* 227. *col.* 2. *lib.* 2. *& conſil.* 43. *n.* 1. *& 2. libro* 3. Dec. *conſil.* 13. *col.* 3. *conſil.* 38. *n.* 2. *& cõſil.* 182. *col.* 2. Curt. iun. *conſil.* 43. *n.* 11. Pariſ. *conſil.* 32. *n.* 35. *libro* 1. *conſil.* 52. *n.* 16. *& conſil.* 63. *n.* 20. 27. *&* 28. *lib.* 2. *conſil.* 7. *n.* 18. *conſ.* 50. *num.* 60. *& ſeq. & conſil.* 66. *num.* 33. *lib.* 3. Mandoſ. *ad Roman. cõſil.* 457. *n.* 2. Dec. *conſ.* 31. *n.* 67. *& conſ.* 33. *n.* 61. *lib.* 1. Alciat. *conſ.* 206. *n.* 5. *lib.* 9. Bero. *conſ.* 64. *n.* 17. *lib.* 2. Crott. *conſ.* 13. *n.* 31. *& conſ.* 48. *n.* 33. Alba *conſil.* 54. *n.* 4. Vegg. *conſil. vlt. n.* 378. Roland. à Valle *conſil.* 6. *num.* 11. *libro* 4. Rim. iun. *conſilio* 20. *num.* 8. *& ſeqq. & num.* 29. *& conſil.* 23. *n.* 90. *lib.* 1. Cephal. *conſil.* 134. *n.* 29. *& ſeqq. & conſil.* 318. *n.* 84. Menoc. *conſil.* 484. *n.* 8. *& conſ.* 706. *nu.* 28. *& ſeqq.* vbi loquitur, quando aderat verbum in perpetuum, Burſat. *conſil.* 13. *n.* 5. *& nu.* 15. vbi loquitur quando prohibitio eſt perſonalis, ſed non facta ſub nomine proprio, *& conſil.* 17. *num.* 13. *lib.* 1. in quibus locis dicit eſſe communem, Eugen. *conſil.* 62. *n.* 31. Peregr. *conſ.* 45. *n.* 14. *& ſeqq. conſ.* 58. *n.* 5. *lib.* 1. *conſ.* 44. *nu.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. *conſ.* 49. *n.* 3. *lib.* 3. *& cõſ.* 149. *n.* 14. *& ſeqq. lib.* 5. Surd. *conſ.* 67. *n.* 23. *& ſeq. conſ.* 69. *n.* 10. *& ſeqq. & n.* 44. *lib.* 1. *conſi.* 241. *n.* 37. *& cõſi.* 556. *n.* 1. *verſ. ſecundũ eſt, li.* 4.

Et in Tractatibus, Villal. *in collect. comm. opin. in verb. alienationis, num.* 92. ita tenet ſi non eſt facta ſub nomine proprio, Craſs. *in §. fideicommiſſum, q.* 5. *n.* 11. *& q.* 19. *n.* 1. *in fine*, Viu. *lib.* 2. *cõm. opin. reg.* 108. *in verb. extenſio*, Did. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 5. *n.* 4. *verſ. cauſa igitur prohibitionis*, Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 20. *verſic. ſimilis quoque, & lib.* 6. *tit.* 14. *n.* 23. Petra *de fideicom. q.* 5. *nu.* 66. *& ſeqq. multis vſque ad n.* 100. vbi teſtatur de communi opinione, Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *num.* 78. *&* 92. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 1. *n.* 28. *& art.* 11. *n.* 54. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *num.* 23. *& ſeqq. parte* 2. Ruſtic. *in l. cum auus. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 19. Ludou. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. Primog cap.* 4. *n.* 29.

Et in Deciſionibus, Capic. *deciſ.* 108. vbi ſcribit ita iudicatum. Magon. *deciſ. Florent.* 109. *n.* 3. Cacheran. *deciſ.* 49. *n.* 5. *&* 6.

Fundamentum huius declarationis eſt ratio expreſſa in prohibitione. quæ ampliat prohibitionem, regulatque omnem diſpoſitionem, vt dixi *q. præcedenti, n.* 4. *& infra.*

Et iſta declaratio facilè procedit, quando prohibitio non eſt nominatim facta, tunc enim prohibitiò eſſet realis, & extendenda propterea de perſona ad perſonam, vt dicetur in ſequenti declaratione.

Cæterum quando prohibitio eſt nominatim facta, 14
contra hanc declarationem tenent alij, volentes de perſona ad perſonam non fieri extenſionem, licet adſit identitas rationis, Imol. *in d. §. Diui*, & ibi Crott. *n.* 123. Ferdin. Loarez, *n.* 186. & Alciat. *n.* 49. Dec. *conſil.* 13. *n.* 5. *& conſil.* 375. *n.* 5. vbi multos allegat, Ruin. *conſ.* 127. *n.* 9. *lib.* 2. *& conſil.* 134. *col pen. lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 95. *n.* 11. *lib.* 1. *& conſil.* 58. *n.* 4. *lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 13. *num.* 23. *in fine, & ſeq. & conſil* 29. *n.* 25. *lib.* 4. Bellon. *conſil.* 50. *n.* 5. Natta *conſil.* 470. *num.* 2. *& conſil.* 528. *numero* 24. Ploc. *conſil.* 14. Crauet. *conſil.* 61. *& conſil.* 428. *nu.* 5. Alban. *conſil.* 1. Beret. *conſil.* 63. Rim. iun. *conſil* 117. *nu.* 71. *lib.* 1. Alexand. de Neuo, *conſil.* 38. vbi teſtatur de communi opinione, Burſat. *conſil.* 13. *n.* 21. *& conſil.* 59. *n.* 32. *lib.* 1. Alba *conſil.* 501. *n.* 8. Menoch. *conſil.* 424. *num.* 19. *ad finem*, Vegg. *conſil.* 66. *num.* 20. Odd. *conſil.* 76. *num.* 17. *& conſil.* 67. *n.* 25. Tiraq. *de retract. conuent. §.* 1. *gloſſ.* 6. *n.* 24. Villal. *collect. commun. opin. in verb. alienationis, num.* 93. Suarez in Theſaur. *in verb. alienationis, num.* 152. Surd. *deciſ.* 125. *n.* 7. Menoch. *conſil.* 1216. *nu.* 24. *& ſeqq.* [Pro hac ſententia ſe habent etiam Iaſ. *conſil.* 96. *nu.* 12. *lib.* 4. Burſat. *conſil.* 287. *n.* 25. *lib.* 3. Rot. Rom. *deciſ.* 300. *nu.* 20. *& ſeqq. parte* 1. *recent. in collect.* per Farinac. Aduerte tamen quod multi pro hac opinione ſuprà citati nil dicunt ad rem.]

Subdeclaratur primò, quando prohibitio eſt reſtricta 15
ad certas perſonas, & ratio etiam ad eas poteſt referri: Exemplum, ſi teſtator dixit, prohibeo dictos filios meos alienare, quia volo, vt in eis conſeruentur bona, & ſic etiam conſeruatio bonorum eſt ad filios reſtricta, quia tunc licita non eſſet extenſio, Rim. iun. *conſil.* 20. *nu.* 29. *lib.* 1. *& conſil.* 279. *num.* 97. *lib.* 3. Beret. *conſil.* 55. *num.* 2. Petra *de fideicommiſſ. q.* 5. *num.* 95. *verſic. poſſet, & qu.* 6. *num.* 22. Menoch. *conſil.* 972. *num.* 13. *&* 14. & alij citati *quæſt. præced. num.* 9. qui etiam loquuntur de extenſione de perſona ad perſonam, vbi ponitur exemplum, quando in ratione adſunt verba relatiua ad præcedentia, vt quia dixiſſet teſtator, quia volo bona manere in familia, vt ſupra, vel per modum ſupraſcriptum, vel alia adeſſent verba relatiua ad perſonas ſupra nominatas. [Hanc ſubdeclarationem probant etiam Alexand. *conſilio* 59. *ſub numero* 21. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 327. *num.* 5. *ad medium*.]

Et quando adeſt in ratione dictio, vt ſupra, quod 16
prohi-

prohibitio alienationis ſit reſtricta iuxta præcedentem vocationem & diſpoſitionem, tenuit etiam Menoch. *conſil.* 706. *numero* 22. *ad medium.* vbi allegat Alexand. *conſil.* 59. *num.* 21. *lib.* 3 Pariſ. *conſil.* 85. *n.* 47. *lib.* 2. Purpur. *conſil.* 216. *n.* 10. Crauet. *conſil.* 623. *n.* 15. & Cephal. *conſil.* 329. *num.* 3. *&* 4. idem Menochius *conſilio* 376. *numero* 46. *conſil.* 900. *num.* 13. vbi etiam allegat Ruin. *conſil.* 108. *n.* 13. *in fine lib.* 2. *& conſil.* 134. *numero* 15. *&* 16. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 287. *nu.* 20. *in fine, & conſil.* 291. *colum. penult. verſic. non obſtant allegata,* Curt. iun. *conſil.* 43. *col. penult.* Bero. *conſil.* 90. *num.* 3. *lib.* 2. & Vegg. *conſilio* 34. *num.* 494.

17 Quod procedit, & ſi adeſſent verba denotantia perpetuitatem, quia perpetuitas reſtringitur ad vitam vocatorum, & ita accipitur *in c. vlt. de reſcript. & in l.* 1. *ff. pro ſoc.* vbi ſocietas dicitur contracta in perpetuum, quando vita durante fuit contracta, & in ſpecie ſic ſcri-

18 bit Menoch. *d. conſilio* 706. *num.* 27. vbi allegat plures dicentes verbum, in perpetuum, capi pro vita durante, & hi ſunt Ruin. *conſil.* 143. *num.* 10. *lib.* 4. Pariſ. *conſil.* 100. *num.* 39 *num.* 4. Bero. *conſil.* 155. *n.* 14 *lib.* 1. *conſil.* 18. *n.* 5. *& conſil.* 27. *n.* 8. *lib.* 3. Roland. à Valle *conſil.* 84. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 1. Caſtan. *conſil.* 11. *n.* 8. & Rim. iun. *conſil.* 279. *num.* 66. *& ſeq. & conſil.* 299. *numero* 84. Surd. *conſ.* 123. *num.* 14.

19 Subdeclaratur ſecundò, vt procedat, dummodo verba ſint prolata per modum rationis, ſecus ſi conſequutiuè, & illatiuè, vel enunciatiuè ſtarent, vt volunt plures relati *quaſt. precedenti,* qui etiam dicunt tunc de perſona ad perſonam non fieri extenſionem, & præcipuè Petra *d. q.* 5. *num.* 50. *vſque ad n.* 100. ad quod videndus etiam erit Peregr. *deciſ.* 134. *n.* 11. *& ſeqq.* vbi latè, quod clauſula conſequutiua, vel illatiua non extendat fidei-

20 commiſſum de perſona ad perſonam, & hanc ſubdeclarationem probarunt etiam Crot. *in d. §. Diui, n.* 135. & ibi Ferdin. Loarez. *n.* 190. *in fine,* Ripa *num.* 110. Socin. iun. *num.* 211. *verſic. circa ſecundum.* Roman. *conſil.* 457. *n.* 2. [Ad idem eſt *deciſ.* Rot. Rom. 300. *n.* 17. *& ſeqq. parte* 1. *recent. collect.* per Farinac. & alios citatt *ſupra quaſt.* 458. *num.* 12.]

Declaratur quartò non procedere in prohibitione reali, quia eo caſu fieret extenſio de perſona ad perſonam, & perpetuò duraret prohibitio. *l. peto, §. fratre,* & ibi Bart. *ff. de legat.* 2. Bald. *in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.* Aret. *in l. qui Roma § duo fratres,* & ibi Soc. ſen. *n.* 15. *verſ. quartus caſus. ff. de verb. obligat.* Alexand. *in l. filiusfamilias. §. Diui, num* 25. vbi de communi opinione teſtatur, & ibi Iaſ. *in* 2. *lect. n.* 132. Ferdin. Loarez. *num.* 186. *ad finem,* Alciat. *n.* 49. Ripa *num.* 122. Romul. *num.*.... qui dicit hanc opinionem communiter à Doctoribus recipi *ff de legat.* 1. Zanch. *in l. heredes mei. § cũ ita n.* 738. *D ad Trebell.* Corn. *conſilio* 22. *num.* 6 *libro* 1. Soc. ſen. *conſil.* 22. *verſic. confirmatur eadem, & conſ.* 249. *num.* 25 *libro* 2. Dec. *conſil.* 23. Curt. iun. *conſil.* 43. *n.* 11. Ruin. *conſil.* 168. *col. penult. libro* 3. Alciat. *conſil.* 605. *in princip* Becc. *conſil.* 24. *n.* 24. Rim. iun. *conſil.* 20. *n.* 6. *&* 7. *conſil.* 23. *n.* 34. *lib.* 1. *& conſil.* 744. *n.* 42. *& ſeq. lib.* 7. Menoch. *conſil.* 85. *n.* 14. Peregr. *conſil* 45. *n.* 13. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſil* 44. *num.* 17. *& ſeqq. lib.* 2. Chriſtoph. Torniol. *conſil.* 02. *n* 11. Craſſ. *in § fideicommiſſum, quaſt.* 5. *n.* 12. vbi teſtatur de communi opinione, Petra *de fideicomm. q.* 2. *n.* 17. *&* 33. *q.* 5. *n.* 66. *verſic. & quod, & num.* 84. Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 38. Peregr. *de fideic. art.* 1. *num* 28.

21 Contrariam opinionem, quod ſcilicet prohibitio alienationis realis facta ſi ijs, non extendatur ad nepotes, niſi ratio fuerit expreſſa, quod bona remaneant in familia, vel niſi ad nepotes bona peruenerint ex alienatione facta à filio, tenuit & malè Ruin. *in d. § Diui, cor. antep. colum.* 1. *verſic. at in contrarium, & conſ.* 121. *col.* 2. *libro* 2.

Sublimitatur, quando prohibitio eſſet reſtricta ad perſonas prius nominatas, Rim. iun. *conſ.* 20. *n.* 29. *lib.* 1. Petra *de fideicommiſſ. q.* 6. *n.* 22. & quæ dixi *ſupra num.* 85. *& ſeqq.* 22

Declaratur quintò, non habere locum, quando prohibitio eſſet facta hæredibus, vel alijs ſub nomine collectiuo, quia tunc extenditur ad hæredem hæredis. & ad omnes comprehenſos ſub nomine collectiuo, Bart. *in d. §. Diui n.* 21. vbi Iaſ. *in prima lect. n.* 110. *& in ſecunda lect. n.* 148. Imol. *n.* 16. Alexand. *n.* 26. Ferdin. Loarez. *n.* 188. Ruin. *n.* 143. vbi de communi Crott. *num.* 129. *& ſeq.* Soc. iun. *n.* 210. Bart. *in l. Lucius §. Sempronia, ff. de legat.* 3. Aret. *in l. paterfamilias, num.* 5. *ff. de vulg.* Roman. *conſ.* 457. *numero* 2. & ibi add. teſtatur de communi, Curt. iun. *conſ.* 255. *n.* 3. *& ſeq.* Pariſ. *conſ.* 58. *numero* 8. *& conſ.* 52. *num.* 15. *& ſeq. libro* 1. Eugen. *conſ.* 62. *num.* 9. vbi de communi, Burſat. *conſ.* 137. *n.* 60. Ripa *n.* 109. & Alciat. *n.* 43. *&* 51. Dec. *conſ.* 377. *numero* 5. Ruin. *conſilio* 113. *num.* 2. *& conſilio* 124. *numero* 1 *libro* 2. Alexan. *conſ.* 56. *lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 116. *col.* 3. *verſ. ad ſecundum, lib.* 3. Roland. à Valle *conſ.* 72. *nu.* 40. *lib.* 3. Rim. iun. *conſil.* 20. *n.* 5. *& conſ.* 252. *num.* 30. Cephal. *conſ.* 318. *num.* 84. *conſ.* 392. *n.* 4. vbi de communi, *& conſ.* 499. *numero* 19. Peregr. *conſ.* 58. *num.* 1. *& ſeq. libro* 1. *& in tract. de fideicommiſſ. art.* 32. *n.* 67. Duen. *reg.* 39. vbi teſtatur de communi opinione, Bellon. *lib.* 4. *ſupput. cap.* 16. Tiraq. *de retract. conuent. gloſ.* 6. *§.* 1. *n.* 24. Præc. *de interpret. vltimar. volunt. fol.* 283. *num.* 7. *in vltimis verbis,* Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 18. *verſic. tertio,* Gallus *de except. ſucceſſ. titul.* 2. *except.* 4. *num.* 150. *& ſeqq. parte* 3. Corbul. *in tract. de emphyt. titul. ob alienat. &c. ampl.* 11. *numero* 2. *& ſeqq.* 23

Pro hac opinione adducitur primò *l. ſicut, §. penult. ff quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Secundo *l. pater filium, §. Iulius Agrippa ff. de legat.* 3. vbi habetur, quod ſi ibi nudum non fuiſſet præceptum de non alienando, ſecundus hæres alienare non potuiſſet, & ſic prohibitio & ſecundum hæredem affeciſſet. Tertiò facit ratio, quia hæredis hæres eſt teſtatoris hæres, *l. vlt. C. de hared. inſtit.* 24

Quartò, quia appellatione hæredis continentur hæredes hæredis *l. heredis appellatione, ff. de verb ſignif. l. cum ita datur. ff. de condit. & demonſtr. l. ſciendum. & l. heredis appellatio, ff. de verbor ſignif. l. qui per ſucceſſionẽ, ff. de reg. iur. l. vltim. C. de hared. inſtit.* Angel. *conſil.* 206. *cariſſimè frater,* Paul. Caſtr. *conſil.* 324. *in cauſa, num.* 2. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 391. *n.* 37. *& conſil.* 499. *num.* 13. Peregr. *conſ.* 58. *n.* 4. *lib.* 1. *& in tract. de fideic. art.* 32. *n.* 6. Gallus *d. except.* 4. *n.* 151. Quintò, quia ſi primum hæredem cognitum, & magis dilectum teſtator alienare prohibuit, multò fortius cenſetur voluiſſe prohibere hęredem hęredis incognitum, & minus dilectum, *l. annuum, ff. de ann. legat.* Peregr. *d. art.* 32. *n* 67.

Declaratur primò, quando teſtator nominatim hęredem prohibuiſſet hoc modo, Titium hæredem meum prohibeo alienare bona, &c. quia tunc hæres hæredis non eſſet prohibitus, per text. *in l. Lucius, § Sempronia,* & ibi Bart. Bald. *num.* 2. *& alij ff. de legat.* 3. Roman. *in l. ſi quis filium, §. vlt. ff. de acquir. hæred.* Alexand. & Iaſ. *in d. § Diui, in prima lect. n.* 112. *& in ſecunda lect. n.* 159. & ibi Alciat. *n.* 41. Ferdin. *n.* 158. Alexan. *conſil.* 56 *libro* 1. Dur. *de arte teſtan fol.* 8. *caut. num.* 3 Duen. *reg.* 39. *num.* 1. vbi dicit contrarium tenendum, quando præceſſit nomen appellatiuum, & ſequitur proprium, hoc modo, hæredem meum Titium prohibeo alienare, &c. Præc. *de* 25

inter-

interpret. vltim. volunt. fol. 283. num. 7. in fine Peregr. de fideicommiſſ. art. 32. num. 69. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. num. 155. parte 3. Surd. deciſione 125. Petra de fideicommiſſ. q. 2. n. 57. Roman. d. conſ. 157. num. 2. & ibi add. Alexand. conſ. 100. n. 5. lib. 6. Imol. in d. §. Diui, n. 16. & ibi Ruin. n. 125. Crott. num. 131. Soc. iun. num. 211. & Alciat. n. 51. Curt. iun conſ. 255. n. 9. Decian. conſ. 26. n. 22. lib. 2. Eugen. conſilio 62. numero 29. vbi de communi, Menoch. conſ. 209. num. 10. & ſeq. lib. 3. Roland. à Valle conſ. 70. n. 41. libro 3. Rim iun. conſil. 306. num. 11. lib. 3. Maluaſ. conſ. 50. num. 13. Rim. ſen. conſ. 328. numero 21. libro 2.

26 Idem eſſet, quando per dictiones relatiuas eſſet facta prohibitio, hoc modo, dictum hæredem, vel ſupraſcriptum, vel infraſcriptum prohibeo alienare, vel per pronomen, ipſum hæredem, vel eundem hæredem, vel per ſimilia verba, Iaſ. in d. §. Diui, & ibi Ripa num. 111. & Ferdin. Loarez n. 190. Bald. conſ. 304. nobilis vir, libro 5. Alex. conſ. 140. lib. 6. Ruin conſ. 119. nu. 3. lib. 2. Menoch. conſ. 315. n. 25. & conſ. 1216. n. 24. & ſeqq. Bertaz. conſ. 83. n. 15. & ſeq. in ciuil. lib. 1. Rim. iun. conſ. 535. n. 53. & ſeqq. & conſ. 604. num. 8. Alba conſ. 501. n. 17. & ſeq. & ibi add. Pancir. conſ. 132. n. 3. Port. Imol. conſ. 8. n. 12. & ſeq. Duen. d. reg. 39. n. 3. Pert. de fideicommiſſ. q. 2. n. 38. & q. 5. nu. 53. Peregr. qui alios addit de fideicommiſſ. art. 39. num. 69. ad medium, & conſ. 58. n. 1. lib. 1. Surd. deciſ. 125. nu. 1. ad finem, & alij relati ſupra n. 5. & 6. & q. 673. n. 18. & ſeqq. vbi etiam comprobatur.

27 Niſi fideicommiſſum, & prohibitio haberet annexam rationem, quia vult quod bona in familia conſeruentur, quia & hæres hæredis cenſebitur prohibitus licet nominatim hæredi facta eſſet prohibitio Iaſ. in dicto §. Diui in 2. lect. num. 152. Roman. conſ. 457. n. 1. Alba conſil. 54. num. 4. Surd. conſ. 67. n. 2. lib. 1. Crauet. conſilio 144. col. 2. Peregr. conſ. 45. num. 4. verſic. decimo extat, & conſ. 58. n. 5. & ſeq. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 32. n. 7. Duen. d. reg. 39. n. 1. Pert. dicta quæſt. 5. n. 53. & 84. Gallus dicto tit. except. 4. num. 1, 2 parte 3. & tit. 4. except. 7. n. 23. & ſequentibus par. 2. & videnda erunt dicta ſupra declaratione tertia. [Et hoc, quia attendi debet ratio, quæ eſt generalior & declarat, & ampliat dictum, l. cum pater §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. Et tunc prohibitio cenſetur eſſe merè realis, ac ſi verba eſſent in rem concepta, & afficit omnes hæredes, Iaſ. in d. §. Diui n. 352. vbi aliter confirmat, & dicit ita conſuluiſſe, & fuiſſe iudicatum.

Hanc etiam opinionem ſequuntur alij in d. §. Diui, vbi præcipuè Soc. iun. n. 111. verſic. tertius modus.

Contra tamen, quod prohibitio perſonalis facta hæredi non cenſeatur facta hæredi hæredis, tenent Burſat. latè poſt alios relatos conſil. 13. dubio primo, lib. 1. licet plures alleget, qui hoc non dicunt, Odd. conſ. 26. n. 17. vbi pariter plures allegat, qui nil dicunt ad rem, Iaſ. conſil. 96. n. 12. lib. 4. Ruin. conſil. 127. n. 8. & ſeqq. lib. 2. Soc. iun. conſil. 23. col. vltim. lib. 4. Menoch. conſil. 1216. n. 28. & ſeqq. Rot. Rom. in collect. per Farinac. deciſ. 200. n. 17. & ſeqq. vbi tamen diſtinguit, & ſecundum hanc ſententiam ego etiam conſului ſuper teſtamento Illuſtr. D. Vincentij Prati pro Illuſtriſs. D. Marchione Pallauicino, vt in conſil. 142. dubio primo, & alios citaui ſuprà quæſt. 673. num. 9.]

28 Vel niſi prohibita eſſet alienari res, ad quam teſtator habebat affectionem, vt puta quando domus maiorum prohibita eſſet alienari, vel turris, vel caſtrum, Crott. d. §. Diui, col. 35. numero 127. & num. 152. & ibi Ferdin. Loarez, nu. 186. & n. 189. & 501. Duen. d. reg. 39. n. 1. in fine.

29 Contrariam ſententiam probauit Alex. in l. filiusfamilias, §. Diui. num. 26. ff. de legat. 1. Et videndus etiam erit Surd. d. deciſ. 125. n. 7. & ſeq. & infra ſtatim dicam in ſequenti declaratione.

Vel niſi præceſſiſſet nomen appellatiuum, & ſequeretur nomen proprium, Duen. d. reg. 39. num. 1. Ripa in d. §. Diui, n. 110. & ibi Crott. n. 131. & Soc. iun. num. 211. verſic. circa primum. Mouentur per l. ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeruor. Contra tamen tenet Alciat. in d. §. Diui, numero 51. verſic. ſed quid ſi, cum quo & ego libentius tranſeo. 30

Sublimitatur ſecundò, quando prohibitio eſt facta ſub pœna priuationis hæreditatis, quia tunc ratione pœnæ appoſitæ heres heredis non erit prohibitus, ita Bald. in l. vlt. n. 42. ff. de hæred. inſtit. Crott. in l. filiusfamilias, §. Diui col. 35. verſic. tertia ſit concluſio, n. 133. ff. de legat. 1. & ibi Loarez n. 19. Duen. d. reg. 39. n. 2. Ruin. conſil. 139. num. 22. lib. 5. 31

Declaratur vltimò, ratione rei faciendam eſſe extenſionem de perſona ad perſonam, vt ſi prohibita eſſet alienari turris, vel Palatium antiquorum, vel alia res, ad quam teſtator habebat particularem affectionem: de qua re dixi ſupra quæſt. 673. num. 10. 11. 12. vbi etiam dixi declarationem procedere in exemplo turris quæ erat pro ſecuritate familiæ, aliàs contrarium tenendum eſſe, & videatur etiam ſupra hac quæſt. numero 28. & 29. 32

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis facta vſque ad certum tempus, non extenditur vltra illud tempus.*

Limitatur, quando in prohibitione adeſt ratio generaliter dicta, vt ſi prohibiti ſint filij alienare in vita quia vult bona perpetuò manere in familia, num. 4. contra malè n. 5. declara n. 10.

2 *Prohibitum ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum.*

3 *Subſtitutio facta vſque ad certum tempus non extenditur vltra illud tempus.*

7 *Alienatio prohibita ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſa, declara ibid.*

8 *Licentia alienandi, reſultans ex prohibitione ad tempus poſt illud tempus, dicitur expreſſa.*

9 *Expreſſum dicitur, quod reſultat à contrario ſenſu.*

QVÆSTIO DCLXXX.

Prohibitio alienationis facta vſque ad certum tempus, an extendatur vltra illud tempus?

DIFFICVLTAS præcedentibus proxima eſt, an prohibitio alienationis facta vſque ad certum tempus, extendatur vltra illud tempus? Receptiſſima eſt omnium ſententia non extendi, quam in ſpecie probarunt Bart. in l. pater filium, §. fundum, & ibi alij ff. de legat. 3. Salicet. in l. ea lege, quæſt. 2. C. de condict. ob cauſ. Purpur. conſil. 559. numero 15. libro 2. Dec. conſilio 386. colum. 3. Tob. Non. conſilio 90. numero 3. Alba conſilio 361. num. 11. & conſilio 762. numero 7. Alexand. conſilio 55. numero 7. lib. 3. Ruin. conſilio 117. numero 27. conſilio 132. libro 2. & conſilio 76. numero 112. lib. 4. Pariſ. conſilio 14. numer. 12. & conſilio 25. numero 16. lib. 2. Crott. conſil. 61. numero 14. & ſeqq. lib. 1. & conſilio 343. numero 4. & 10. libro 3. Soc. iun. conſilio 16. numero 5. 12. & 33. libro 2. & conſilio 130. numero 12. lib. 1. Alban. Cardin. conſilio 41. num. 3. Dec. conſilio 9. numero 18. & ſeqq. conſilio 27. num. 13. & conſil. 78. num. 36. libro 3. Menoch. conſ. 80. num. 36. 1

conſilio

conſ.151.nu.46.& ſeqq.& conſ.379.num.1. Surd.conſilio 294.nu.5.lib.2.Maſcard.de Probat.concluſ.1236. nu. 79. Prat.de interpret.vlt.volunt.fol.284.nu. 15. de fideicom. artic.11.nu.54.adde prædictis Gloſ. in l.cum pater. §. libertis,& ibi Bart.ff.de leg.2.Alexand conſ.55.col.3.lib.3. Alciat.conſil.100.lib.9.Mantica de coniect.vltim.volunt. libro 3.tit.17.numero 11.Seraph. deciſio. Roman. 1244. numero 5.

Probatur iſta opinio in l.cum pater,§.fundum,ff. de legat.2. Et facit, quia diuerſitas temporis inducit diuerſitatem in ſubſtantia, l. 1.§. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb.
2 oblig. Vnde prohibitum ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum, l.ex ea,ff. de poſtul. Surd. qui plures allegat conſil.294.n.5.lib.2. Rimin.iun.conſ.292.n.9 lib.3. Peregrin. de fideicomm.art.52. num. 3. poſt principium. Et è contra permiſſum ad certum tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum, l. ſtatu liberum, §. 1. ff.de
3 legat. 2. Sic etiam dicitur ſubſtitutionem factam ad certum tempus, poſt illud non extendi, l. ſi ita quis, & l.ex facto. §. item quæro, & in dictis iuribus, Bart. & alij, ff. de vulgar. & pupill. & plenè diximus quæſt. 457.

4 Limitatur, quando in prohibitione adeſſet ratio generalior dicto, vt ſi filij ſint prohibiti alienare vſque ad vigeſimum annum, & poſtea ſubiecta ſit ratio, quia volo bona perpetuò manere in familia, nam tunc prohibitio temporalis ob vim rationis perpetua redderetur, ita in ſpecie ſentiunt Bart. in d. l. pater filium, §. fundum. ff. de legat.3.Socin.ſen.in l. qui Romæ, § coheredes. n.18.ff. de verb.oblig. Crott.in l.filius familias,§. Diui nu. 42.ff.de leg [illegible] & conſilio 144. nu.29.Iaſ.conſ. 96.col.3. verſ. prædicta optimè,lib.4. Dec.conſ. 23. nu.4.verſ.ſexto moueor, vbi dicit hoc eſſe notabile dictum. Ruin.conſ. 102.nu.2.conſil.116.n.17.lib 2.& conſil.168.nu.11.libr. 3.& in d.§ Diui,n.1 . & ſeq.Rimin.ſen.conſ. 85.num. 19.verſic ſed fortius & nu.20.Rimin.iun.conſil. 20.nu. 9.lib. & conſ. 79 num.89.& ſeqq.lib.3. Maluaſ.conſil. 90.n 40. Menoch.conſil.486.n.6.lib.5.Bero.conſil.64.nu. 20.lib 2.& conſ.4 3 n.1 .& 15.&d Romul.in d.§ Diui, num.14.& ibi Loſrez,num.186.ad finem,Dec.conſ. 182. col.2.Decian.conſil.1.nu 121.lib.1.Gozad.conſ. 102.nu. 5.Curt.iun.conſilio 43.nu.11.verſic.confirmatur præmiſſa. Pariſ.conſ.32.n 37.lib.1.conſil.30.n.22.lib.2.conſ.1.n. 38.& conſil.60.n.64.lib.3.Rub.conſil 1.n.10 Surd.conſ. 67.n.22.& 27.& conſil.96.n.42.lib.1.& conſil. 556.n. 1. verſ.ſecundum eſt,lib 4.Pereg.conſ.58.n.5. lib.1.conſ.49. nu.4.lib.3.& in tract.de fideicom.art.11.n.54.ad mediũ. Tiraq.de interpr.& exten.in fine,num.25.& 29. Petra de fideic.quæſt.5.num 43.poſt princip.& nu. 54. Mantica de coniectur.vltim.volunt.lib.6.tit.14.n.21.Fundamentum huius ſententiæ eſt,quia ratio ampliat dictum, l.cum pater, §. dulciſſimis.ff. de legat. 2. & dictum eſt ſupra plenè quæſt.676.n.4.& infra.

5 Malè autem contrariam ſententiam probauit Alex. de Neuo conſ.38.col.1. & ſeq.

6 Sed quid ſi inductum ſit fideicommiſſum ex ſubſtitutione, & poſtea appoſita prohibitio alienationis ad tempus an poſt tempus remaneat firmum fideicommiſſum? Dixi quæſt. 720.

7 Porrò regula eſt, quod alienatio prohibita ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſa. Bart. & alij in l. pater filium,§.fundum,ff.de legat.3.Iaſ.conſil.173.per totum lib.2.& ita poſt plures congeſtos. Surd.conſ.294.nu.5. lib. 2.Peregr.de fideicommiſſ.art.52.n.3.poſt principium, Roland.à Valle conſ.100.n.85 lib.4.Alex.conſ. 55.col.3. lib.5.Ruin.conſil.121.num.8.lib.3.Bero.conſ. 86.nu.25. & conſil.146.nu.11.& 12.lib.2. Socin.iun. conſilio 163. numero 5.& conſil. 187. numero 10. libro 2. Bertaz. conſilio 69.numero 34.libro 1.ciuil. Decian. conſil.49. num. 64.libro 2.conſilio 35. numero 3.libro 3. & latè conſil. 10. num. 11.libro 4.Zanch.in § cum ita,parte 4.n.43. probatur in d. §.fundum. Hæc autem regula limitatur, vt ſupra num. 4.

Et licentia iſta, reſultans poſt prohibitionem ad tem- 8
pus, dicitur expreſſa, Iaſ. conſil.173.colum.3. verſic. non obſtat.lib.2.Soc. ſen.conſil.123.num.3. & 4. lib.3. Ruin. conſ.76.nu.13.14.iuncto n.2.conſil.112.n.10.& conſ. 193. in fine,lib.2. Alciat.conſ.571.n.11.verſ.item reſpondeo.Decian conſ.27.n.13.lib.5.quos refert, & ſequitur Menoc. conſil. 1091.numero 1.

Probatur autem hoc dictum ex eo, quia licentia 9
alienandi poſt tempus conceſſa dicitur à contrario ſenſu, quando autem aliquid venit à contrario ſenſu dicitur expreſſum, Gloſ.in l.qui teſtamento,in 2.§ mulier, & ibi Bald. & Paul. Caſtr. ff. de teſtamen. Euer. in loco à contrario ſenſu, & ita in ſpecie dixit Menoch. d. conſilio 1091. numer. 9.

Declaratur autem hæc limitatio, vt procedat, dum- 10
modò ratio ſubſequens ſit concepta diſpoſitiuè, aliud enim eſſet ſi enunciatiuè eſſet prolata, Alba conſilio 36. numero 11. & probatur in dict.§ fundum, vbi Bart. ita tenet.

SVMMARIVM.

1 Prohibitio alienationis facta in vna re non extenditur ad alia bona.

Limitatur ſi ratio appoſita ſuper prohibitione ſit apta comprehendere omnia bona, numero 2.

3 Prohibitio alienationis facta ſuper re particulari excludit ne res illa contineatur in generali prohibitione.

4 Prohibitio alienationis quæ aliàs induxit fideicommiſſum abſolutum, non tamen induceret ſi aliud fideicommiſſum expreſſum ſit factum, & in eo caſu alij ſint vocati.

5 Pupillaris non continetur in vulgari facta vni perſonæ, quando alius fuit pupillariter expreſsè ſubſtitutus.

6 Vulgaris non continetur in compendioſa, quando in caſu vulgaris fuiſſet expreſsè prouiſum.

7 Clauſula generalis appoſita in vltimo gradu ſubſtitutionis, non refertur ad primum gradum habentem particularem prouiſionem.

QVÆSTIO DCLXXXI.

Vtrum prohibitio alienationis facta in vna re, extendatur ad omnia bona?

DVBITANDVM non eſt, quod prohibitio 1
alienationis facta in vna re, non extenditur ad alia bona, vt probauit Crott. conſilio 144. numero 6. & ſeqq. Riminald. iun. conſilio 781. numero 7. & 82. Surd. conſil. 67. num. 36. lib. 1. & eſt veriſſima concluſio.

Si tamen teſtator appoſuit rationem in prohi- 2
bitione, quæ comprehendat omnia bona, vt ſi teſtator dixiſſet, prohibeo domum meam alienari, quia volo omnia bona mea conſeruari in familia, tunc non ſolum domus erit ſubiecta fideicommiſſo, & alienari prohibita, ſed etiam omnia bona erunt in prohibitione comprehenſa, Crott. conſilio 144. dubio primo. Vel ſi teſtator dixiſſet, prohibeo alienationem immobilium, quia volo omnia bona mea manere in familia, quia & mobilia erunt onere prohibitionis affecta, vt conſuluit

Socin.ſen.*in conſil.*49.*n* 25. *verſic. circa tertiam quæſtionem.li.*2.& horum deciſiones retulit. & probauit Surd. *conſilio* 67.*num.*21.*& ſeqq.*32.33 *conſilio* 96.*num.*42.*lib.* 1.*conſilio* 394.*numero* 26.*& ſeq.lib.*3.*& conſilio* 596.*nu.* 1.*verſic ſecundum eſt,lib.*4.Becc.latè *conſil.*24.*n.*24 Magon.*deciſ.Florent.*109.*nu.* 3.

3 Sed quid ſi teſtator appoſuit prohibitionem alienationis ſuper re particulari, vt ſuper domo, vel vna poſſeſſione, poſtea in alia parte teſtamenti generaliter bona alienari prohibeat, vtrum hæc generalis prohibitio extendatur ad illam rem, ſuper qua fuit facta ſpecialis prohibitio? Et non extendi conſuluit Ruin. *in conſilio* 121.*col pen.ad fin.lib.*2.quem refert, & ſequitur Zanch.
4 *in l.heredes mei,§.cum ita,nu.*680 *ff.ad Trebell.* Ad quod etiam facit, quod prohibitio alienationis, quando alias inducit fideicommiſſum abſolutum, ſi adſit aliquod fideicommiſſum in aliquo caſu expreſſum, vel alij in eo caſu ſint vocati, non illud induceret, Imol. *conſilio* 140.*col.*2. Alexand.*conſil* 59.*col.*5 *lib.*3. Soc.ſen. *conſilio* 300.*col.*2.*lib.*2.*& conſil.*63.*lib.*2. Dec.*conſ.*291.*col pen.& conſ.*636.Ruin.*conſil*....*col.pen. libro* 2.Pariſ. *conſ.*52. *lib.* 3.Odd *conſil.*90.*num.*11.Siluan.plenè *conſilio* 6. *nu.*15. Ruin.*conſil.*143 *nu.*3.*verſ.quia licet,lib.*3.*& conſil.*125. *n.*5.*lib.*2.Dec.*conſ.*218.*num.*16.Beret.*conſil* 63.*n.*5. Ve-
5 rall.*deciſ.*399.*nu.*2 Zanch.*d.§ cum ita n.*677. Sic pupillaris non continetur in vulgari facta viu, quando alter in caſum pupillaris eſt expreſsè ſubſtitutus, ita poſt alios Ruin. *conſ.*131.*lib.*3.& Soc.iun.*conſil* 128.*nu.* 63.
6 *libro* 1. Et dictum fuit *ſupra quæſt*.... Eadem ratione vulgaris non continetur in compendioſa, quando in caſum vulgaris fuit expreſsè prouiſum, ita alijs relatis ſcribunt. Dec.*in l.precibus.colu.*2.*C.de impub.& al.ſub-*
7 *ſtitut.* Crauet.*conſilio* 98.*col. vlt.* Ad idem facit, quia clauſula generalis appoſita in vltimo gradu ſubſtitutionis, non refertur ad primum gradum habentem ſuã ſpecialem prouiſionem, & clauſulam, Bald. & alij relatiã Curt. ſen.*in conſil.*64.*nu.* 34. Alijs ſimilibus comprobari poteſt, de quibus per Zanch. *in d.§.cum ita.nu.* 674. *& ſeqq.* Non omitto, ad hoc facere regulam, de qua *in l.doli clauſula*,& ibi Doctores *ff de verbor.obligat. & l.ſtipulationes,la prima*, & ibi Iaſ. *ff eod.* Aret.*conſil.*1. *col.*1.Socin.ſen.*in l.cum auus,circa medium,ff. de condic. & demonſtr.* Ruin.*conſil.*114.*colum.* 2. *lib.* 2. Sic etiam
8 dicimus prouiſionem ſpecialem, & expreſſam teſtatoris facere ceſſare prouiſionem generalem, & tacitam legis, *l.cum ex filio §.filio, ff. de vulgar. & pupill.* Odd. *conſ.*90.*num.*12.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare inter viuos non cenſetur prohibitus alienare per vltimam voluntatem.*

Ampliatur & ſi teſtator prohibuiſſet alienationem, venditionem, donationem, & obligationem, numero 2.

*Aliud eſſet ſi prohibuiſſet vendere, donare, & alienare, nu.*3 *contra num.*5.

*Ampliatur, & ſi concurrat tacita prohibitio legis reſultans ex ſubſtitutione n.*7. *contra num.*8.

*Limitatur, ſi in vltima voluntate fieret alienatio in executione contractus inter viuos nu.*11.

Limitatur, ſi ratio adiecta conueniret etiam alienationi in vltima voluntate facta nu. 12.

4 *Verbum generale poſitum poſt ſuas ſpecies extenditur ad alias ſpecies vltra expreſſas, contra nu.* 6.

9 *Donatio cauſa mortis non cenſetur prohibita alienatione inter viuos prohibita.*

10 *Donatio cauſa mortis, quo ad effectum cenſetur vltima voluntas.*

13 *Prohibitus alienare in vltima voluntate, non erit prohibitus alienare inter viuos.*

14 *Prohibitus alienare in teſtamento, non erit prohibitus alienare in codicillis, & è contra, alij contra n.* 15.

16 *Codicilli large modo dicuntur teſtamentum.*

17 *Prohibitus alienare ex teſtamento, non poterit alienare ab inteſtato, & è contra.*

18 *Prohibitus legare, vel fideicommittere, non erit prohibitus heredem inſtituere.*

QVÆSTIO DCLXXXII.

Prohibita in ſpecie aliqua alienatione, an & aliæ alienationes prohibitæ dicantur?

PRAESENS diſputatio generaliter ſic concepta poſſet variè intelligi, vnde vt facilius quæſtiones in facto occurræ reſolui poſſint, particulariter de quibuſdam alienationibus videndum erit, in primis ergo dicamus, quod prohibitus alienare inter viuos non cenſetur prohibitus alienare per vltimam voluntatem, ſecundum receptam omnium ſententiam, Bart. *in l. pater filium, §. fundum, ff.de legat*... Salicet.*in ea lege qu.*2.*Cod.de condic. ob cauſ.* Alexand.*conſil.*120.*nu.*2 *libro* 1.Purpur.*conſil.* 559.*numero* 2.*lib.*2.Crott.*conſil.*61.*n.*9.*& ſeq.lib.* 1. *& conſil.* 341.*nu.*4.*&* 20.*libro* 1.Celſ. Vgo *conſil.*20.*nu.*42. Grat. *conſ* 28.*n.*25 *lib.*2.Pariſ.*conſilio* 58.*n* 10.*lib.*2.Tob.Non. *conſilio* 90.*n.*1.Soc.iun *conſ.*163.*num.*5 *lib.*2.Rimin.iun. *conſil.*394.*n.*81.*& ſeq libro* 4 Bimius *conſ.*7.*n.*8. Burſat. *conſil.*127.*n.*32.*lib.*1.*conſil.*243.*n.* 1.*& conſil* 337.*n.*67. *lib.*3 Surd.latè *conſ.*77 *n.*23.*& ſeq.lib.*1.Ceph.*conſ.* 153. *num.*6 *conſil* 260 *num.*45.*conſil.*513 *nu.*13.*conſ.*364.*nu.* 39.*& conſil.*750.*nu.*15.*& ſeq.* Menoch.*conſil* 8..*nu.* 36. *lib.*1.Petr.*de fid. icom.q.*8.*num.*8.Oſaſch.*deciſ.Pedem.*50. *num.*7.Probatur hæc ſententia *in l.pater filium, §. fundum.ff.de legat.* 3. 1

Ampliatur primò, & ſi teſtator generaliter prohibuiſſet alienationem, deinde prohibuiſſet venditionem, donationem, vel obligationem ſic, prohibeo alienare, vendere, donare, & obligare nam adhuc alienatio per vltimam voluntatem non eſſet prohibita, Soc. iun.*conſ.*97.*nu.*59.*lib.* 2.Burſat.*conſ.*127. *num.*52. *lib.*2. & dixi *quæſt*.... 2

Aliud eſſet ſi teſtator dixiſſet, prohibeo vendere, donare, & alienare, nam tunc verbum alienare comprehenderet vltimam voluntatem. Ruin.*conſ.*145. *nu.*13. *& ſeq libro* 3.Bero.*conſil* 59.*n.*5 *libro* 1.Socin.ſen.*conſil.* 251.*col.*1.*&* 2.*lib.*2.Dec.*cõſ.*660.Purpur.*conſ.*559.*n.*19. *lib.*2.Celſ.Vgo *conſil* 20.*n.*45 *verſ.vlterius*.Ceph. *conſil.* 13.*n.*17.*&* 18.*libro* 1. *& conſ.*153 *libro* 2.Marzar. *conſilio* 10.Petr.*de fideicom. quæſt.*8.*num.*11. 3

Mouentur primò, quia verbum generale poſitum poſt ſuas ſpecies extenditur ad alias ſpecies vltra expreſſas, ita comprobat Soc.ſen.*d.conſ.*251.*col.*2 *verſ.his tamen*. Secundò, quia verba non debent eſſe ſuperflua, *l.ſiquando ff.de legat.*3. & verbum alienare, eſſet ſuperfluum, niſi contineret alienationes per vltimam voluntatem. 4

Diſſentit tamen Rimin. iun. qui tenet & verbum alienare, reſtringi ad ſpecies ſupra expreſſas, & ſic alienationem per vltimam voluntatem non eſſe prohibitam, ita *in conſil.* 176.*nu.*43.*libro* 2.*conſ.* 394. *num.* 82. *lib.*4 *conſilio* 832.*numero* 50.*&* 51.*& conſil.*673.*nu.*23. *&* 24.*libro* 6. 5

Mouetur ratione, quia verbum generale reſtringitur ad ſpecies expreſſas, Bart.*in l.* 1. & ibi Socin.ſen.& alij, *ff.de reb. dub.* 6

Ampliatur

7 Ampliatur ſecundò, & ſi concurrat prohibitio legis
tacita reſultans ex ſubſtitutione, nam & illa erit reſtrin-
genda ad actum inter viuos. Grat. *conſil.* 61. *num.* 8. *&*
29. Marzar. *conſ.* 8. *nu.* 10. *vſque ad finem*, cui ſubſcripſit
Rota Bonon. Menoch. *conſil.* 329. *n.* 1. *lib.* 4. Mantica qui
alios allegat *de coniect. vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 11.

8 Sed melius ſenſerunt Crott. *conſ.* 343. vbi comprobat
numero 8. *& ſeq. lib.* 3. Gozad. *conſ.* 82. *nu.* 1. vbi rationes
affert Ruin *conſil.* 117. *nu.* 27. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 386. *col.* 3.
Soc. iun. *conſil.* 130. *num.* 2. *libro* 1. Non. *conſil.* 90. *nu.* 4. *&*
18. Hieron. Gab. *conſ.* 132. *q.* 1. *nu.* 6. *lib.* 1. & ijs ego aſſen-
tio per ea quæ ſcripſi *q.* 683. an prohibitio alienationis
adiecta ſubſtitutioni ab ea reguletur.

9 Ampliatur tertio, vt nec donatio cauſa mortis ſit pro-
hibita, ita poſt alios. Cephal. *conſ.* 414. *numero* 17. *lib.* 3.
10 Pedroc. *conſil.* 10. *num.* 23. Ratio eſt, quia donatio cauſa
mortis, quo ad effectum, cenſetur vltima voluntas, *l.*
vlt. & ibi DD. *C. de donat. cauſ. mort.* Clar. *in §. Donatio,*
quæſt. 5. Menoch. *conſil.* 11. *nu.* 12. *& ſeq. & conſil.* 423. *n.*
36. *& ſeqq.* Did. *in rub. de teſtam. par.* 3. *in princip.*

11 Limitatur, primo, quando in vltima voluntate fieret
alienatio in executione contractus inter viuos, ita poſt
Imol. Grat. *conſ.* 76. *num.* 19. *lib.* 2.

12 Limitatur ſecundo, quando expreſſa eſſet ratio, quæ
ita locum habeat in alienatione per contractum, ſicuti
per vltimam voluntatem, vt ſi expreſſa ſit ratio, quod
bona in familia conſeruentur, nam nec in vltima vo-
luntate poſſet fieri alienatio extra familiam, Bart. *in*
l. pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3. & ibi addens alias
congeſſit, Corn. *conſil.* 22. *nu.* 8. *lib.* 2. Crott. *conſil.* 144. *n.*
29. *libro* 1. Ruin. *conſ.* 143. *n.* 14. *lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 32. *nu.*
36. *& ſeqq lib.* 1. *conſil.* 7. *numero* 12. *& conſil.* 70. *nu.* 9. *&*
ſeq. lib. 3. Bero. latè *conſ.* 64. *n.* 17. *&* 20. *lib.* 2. Rimin. iun.
conſ. 313. *nu.* 86. *in fine, & num. ſeq.* Rimin. ſen. *conſ.* 243.
num. 66. A quibus diſſentit Gozad *conſil.* 90. *num.* 4.

13 Secundò principaliter dico, quod prohibitus aliena-
re in vltima voluntate non erit prohibitus alienare in-
ter viuos, Crauet. *conſil.* 306. *n.* 6. Rimin. iun. *conſil.* 269.
num. 16. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 730. *nu.* 15. *lib.* 5. Bimius *conſil.*
7. *num.* 8. 30. *&* 31. Petr. *de fideicommiſſ. q.* 8. *nu.* 541. Maſ-
card. *de probat. concluſ.* 1236. *nu.* 56. Peregr. *de fideic. art.*
3. *nu.* 10. *in fine*. Ratio eſt, quia prohibitio alienationis
tanquam odioſa non debet extendi, vt dixi *in præce-*
dentibus quæſtionibus.

Limitatur tamen, vt ſupra *num.* 12.

14 Tertiò prohibitus alienare in teſtamento, non erit
prohibitus alienare in codicillis; & è contra Angel.
conſ. 7. *n.* 6. *ad finem*, Curt. iun. *conſil.* 225. *nu.* 16. Rimin.
ſen. *conſil.* 169. *nu.* 12. *libro* 2. Crott. *conſ.* 313. *num.* 10. *libr.*
3. Pedroc. *conſil.* 19. *numero* 36. Socin. ſen. *in l.* 1. *§. quan-*
quam, in fine, ff. ad Trebell. Curt. iun. *in authen. res quæ,*
in fine, C. commun. de legat. Loarez. *in l. filiusfamilias, §.*
Diui, numero 183. *ad finem, ff. de legat.* 1. Petra *de fideic.*
quæſt. 8. *num.* 541.

15 Sed melius mihi videntur ſentire, qui contrariam
ſententiam probarunt, pro qua ſtant Iaſ. *in rub. ff. de le-*
gat. 1. *nu.* 18. Ruin. *in l.* 1. *§. hoc autem, nu.* 7. *ff. ad Trebell.*
Crott. *in dicto §. Diui, nu.* 157. *verſ. ad contrarium* & ibi
16 Ruin. *numero* 133. & Romul. *nu.* 110. Mouentur, quia
prohibitio alienationis eſt fauorabilis ſecundum eos, &
quia ſi etiam eſſet odioſa, ita dici debet, quia aliàs poſ-
ſet reddi eluſoria diſpoſitio teſtatoris; & præceptum
de non alienando, quia quilibet poſſet codicillos fa-
cere, & non teſtamentum. Præterea & codicilli largo
modo dicuntur teſtamentum, *l.* 3. & ibi Doct. *ff. de iur.*
codicill. Iaſ. *in rub. ff. de legat.* 1. & ibi Rip.

Limitatur tamen prima opinio, *vt ſupra num.* 12.

17 Quartò prohibitus alienare ex teſtamento, non po-
terit alienare ab inteſtato, & è contra, Curt. ſen. *conſil.*
40. *n.* 17. Siluan. *conſil.* 55. *numero* 17. 25. Decian. *conſ.* 1.
numero 135. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 37. *nu.* 8. *lib.* 1. Petra *de fi-*
deicommiſſ. q. 8. *numero* 307.

Quinto prohibitus legare, vel fideicommittere, non 18
erit prohibitus hæredem inſtituere. Burſat. *conſ.* 32. *n.* 5.
libro 1. Quod tamen limita, *vt ſupra numero* 12.

Sextò prohibitus vendere, non erit prohibitus alie- 19
nare per vltimam voluntatem, vt dixi *quæſt.* ..

Septimò prohibitus vendere, non erit prohibitus 20
facere alios actus alienationis inter viuos, vt dixi *q.* ...

Octauò prohibitus vendere, non erit prohibitus do- 21
nare, vt dixi *quæſt.* ...

Nonò prohibitus donare, non erit prohibitus ven- 22
dere, vel facere alios actus alienationis, vt dixi *quæſt.* ...

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis adiecta præcedenti ſubſtitutioni, regulatur ſecundum caſus, & perſonas comprehenſas in ſubſtitutione, contra n.* 15. *diſt. n. ſeqq. per totam quæſt.*

2 *Subſtitutio prima declarat quæ ſit mens teſtatoris in ſecunda.*

3 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*

6 *Prohibitio alienationis appoſita ante ſubſtitutionem, regulatur à ſequenti ſubſtitutione, contra n.* 8.

7 *Ordo intellectus potius quam ſcriptura attendi debet.*

9 *Prohibitio alienationis, quæ illatiuis verbis ſtatim ſequitur poſt ſubſtitutionem ab ea regulatur.*

10 *Prohibitio alienationis, quæ conſequutiuè, vel vnica oratione ſequitur poſt ſubſtitutionem ab ea regulatur.*

11 *Prohibitio alienationis, quæ ſtatim verbis relatiuis ſequitur ſubſtitutionem, non ampliat fideicommiſſum, & regulatur ſecundum præcedentem ſubſtitutionem.*

12 *Prohibitio alienationis dependens à præcedenti ſubſtitutione, ſi verba prohibitionis ſunt ampliatiua fideicommiſſi ampliat fideicommiſſum.*

13 *Prohibitio alienationis poſita in remota, & ſeparata oratione à præcedenti ſubſtitutione quando importat fideicommiſſum abſolutum, & verba prohibitionis ſunt ampliatiua fideicommiſſi. non regulatur à præcedenti ſubſtitutione, contra nu.* 14.

15 *Prohibitio alienationis, poſita in ſeparata oratione factum cum ratione, vt bona remaneant in familia, & importat fideicommiſſum abſolutum, non regulatur à præcedenti ſubſtitutione, contra nu.* 18. *concord. numero* 19.

16 *Ratio expreſſa ampliat, & reſtringit dictum ad metas rationis, & numero* 17.

17 *Lex ſpecialis generaliter intelligitur, quando ratio legis expreſſa hoc ſuadet.*

20 *Prohibitio alienationis poſita in ſeparata oratione poſt ſubſtitutionem verbis tamen relatiuis, & reſtrictiuis, licet importet fideicommiſſum abſolutum, regulatur tamen tanquam acceſſoria à præcedenti ſubſtitutione.*

Limitatur, quando prohibitio continet alias perſonas vltra nominatas in ſubſtitutione, nu. 23.

21 *Relationis natura eſt vt præcedentia repetat.*

22 *Relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*

23 *Subſtitutio ſequens verbis relatiuis facta ad præcedentem reſtringitur ad caſus, perſonas, & tempus ſubſtitutionis præcedentis.*

24 *Prohibitio alienationis facta in eadem parte teſtamenti, ſi eſt ſtrictior quã ſit ſubſtitutio, reſtringit ſubſti-*

tutionem ad caſus, perſonas, & tempus in prohibitione expreſſa, contra nu. 25.

26 *Prohibitio alienationis facta in medio ſubſtitutionis, regulatur ab ipſa ſubſtitutione.*

26 *Medium indicatur per ſua extrema.*

27 *Prohibitio alienationis; quæ non ſtat nec per ſe principaliter, neque dependet à præcedenti ſubſtitutione, ſed poteſt intelligi quod ſtet vtroque modo, regulatur à præcedenti ſubſtitutione.*

28 *Prohibitio alienationis facta ſuper re particulari, non regulatur à præcedenti ſubſtitutione vniuerſali.*

QVÆSTIO DCLXXXIII.

Prohibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni, an reguletur ſecundum caſus, & perſonas in ſubſtitutione comprehenſas?

1 NOTABILIS eſt quæſtio, ac perdifficilis, vtiliſſima tamen, quia ſæpiſſime in practica contingit: Verum ſubſtitutione reſtricta ad certos caſus, vel perſonas, ſi ſequatur prohibitio alienationis, an iſta reguletur ſecundum præcedentem ſubſtitutionem, & reſtringatur ad caſus, & perſonas in ea diſpoſitos, an verò de per ſe ſtet, & extendat ſubſtitutionem? In hac difficultate ſunt contrariæ opiniones. Prima autem eſt, quod prohibitio reguletur à præcedenti ſubſtitutione, & ſecundum caſus, & perſonas in ea expreſſos, non autem quod eam ampliet: quam ſententiam probarunt in ſpecie Alexan. conſil. 59. colum. vltima, lib. 3. Soc. ſen. conſil. 53. num. 11. lib. 1. Cæpol. inter conſil. Alexand. de Neuo, conſil. 81. colum. penultima, verſic. non obſtant. Dec. conſil. 218. nu. 16. conſil. 251. conſil. 287. conſil. 291. colu. penult. verſ. nec obſtant, conſil. 336. conſ. 337. in fin. & late cõſ. 336. n. 17. Gozad. conſ. 30. n. 16. in fi. & n. ſeq. Ruin. conſ. 124. n. 9. lib. 2. & conſ. 134. n. 15. & ſeq. lib. 3. Pariſ. conſil. 110. n. 202. lib. 1. & conſ. 58. n. 9. lib. 2. Soc. iun. conſil. 4. conſil. 22. lib. 3. & conſil. 29. n. 4. lib. 4. Bero. conſ. 81. n. 6. & conſ. 90. n. 3. lib. 2. Vegg. conſ. 74. n. 494. Port. Imol. conſ. 43. n. 32. Crauet. conſil. 328. nu. 24. in fine, Hieron. Gabr. conſ. 132. quæſt. 3. nu. 21. conſil. 121. num. 17. & 21. lib. 1. conſil. 138. nu. 26. & conſil. 174. num. 12. vbi dicit Rotam Romanam hãc opinionem tenuiſſe, Plot. conſil. 14. colu. vltima. Alban. Cardin. conſil. 1. num. 9. & conſil. 21. nu. 8. Cephal. conſil. 17. num. 25. conſil. 153. n. 31. & num. 56. & conſ. 401. nu. 44. & ſequent. conſ. 477. & conſ. 544. num. 12. & conſil. 614. num. 1. Burſat. conſ. 51. nu. 36. lib. 1. & conſ. 195. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. Paul. Leon. conſil. 20. num. 19. Beretl conſilio 75. numero 7. & conſil. 93. numero 5. Menoch. conſilio 253. num. 13. conſil. 315. numero 43. conſil. 325. n. 70. conſ. 348. num. 42. conſil. 376. nu. 49. & ſequentibus, conſ. 493. num. 15. verſ. reſpondetur prohibitionem, & num. 17. dicit eſſe communem opinionem, conſ. 522. num. 5. conſil. 557. num. 13. conſ. 642. num. 2. & ſequentibus conſil. 680. nu. 16. & eleganter conſ. 900. vbi diſtinguit ſeptem caſus, & latè conſilio 972. num. 15. vſque ad finem, vbi dicit eſſe magis receptam opinionem Odd. conſil. 48. nu. 32. conſilio 66. num. 44. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, conſilio 68. num. 13. & num. 19. Matth. Lam. in defenſione ſua cauſa. Honold. nu. 184. & nu. 420. Rub. conſilio 120. num. 9. Alciat. conſilio 34. numero 22. lib. 9. Roland. à Valle conſil. 34. num. 65. lib. 4. Bertaz. conſ. 69. numero 35. libro 1. in ciuil. Maluaſ. conſilio 10. nu. 3. Marcobr. conſilio 85. num. 114. Rimin. iun. conſilio 80. num. 32. & ſeqq. conſ. 279. num. 61. conſil. 371. numero 85. & ſequent. conſil. 531. n. 43. vbi apparet ita in Rota iudicatum, & conſ. 535. num. 13. Collegium Patauinum inter conſil. Pereg. conſil. 38. numero 18. conſ. 45. numero octauo, lib. 1. conſilio 23. numero 23. lib. 4. & conſilio 63. num. 15. & ſequenti, libro 5. Decian. conſilio 94. numero 19. lib. 5. Honded. conſilio 78. numero 35. & ſeqq. libro 1. Pedroc. conſilio 19. numero 56. libro primo. Chriſtoph. Torniol. conſilio 8. numero 10. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, numero 218. ff. ad Treb. Menoch. lib. 4. præſumpt. 68. nu. 20. Peregrin. de fideicomm. art. 14. numero 47. Fachin. contron. iur. lib. 10. cap. 19. vbi dicit eſſe communiorem ſententiam, & ita iudicatum, Oſaſch. deciſion. Pedem. 50. numero 12. Caualc. qui infinitos adducit deciſ. 5. numero 65. & ſequentibus, & num. 81. & ſequentibus. vſq; ad numerum 91. part. 3. & ibi ponit deciſionem Rotæ Romanæ in graui cauſa inter Gonzagos, & Pepulos. & etiam idem tenet Rot. Roman. in nouiſ. deciſ. 45. & deciſ. 568. num. 9. & deciſ. 649. numero 2. parte 1. & deciſ. 133. numero 5. 6. deciſione 136. numero 5. deciſione 466. in fine & pulchrè deciſione 473. numero 2. verſ. neque obſtare. vſque ad finem, & deciſione 494. vbi diſtinguit par. 4. aliàs ſub nomine Farinacij. & in vltimis collect. à Farinac. deciſ. 19. part. 1. Seraph deciſion. Roman 883. Peregr. deciſ. 134. numero 28. & ſequentibus, vbi patet Rotam Romanam ita ſæpius ſenſiſſe, & ego etiam cum Doctiſſimo D. Bartolomeo Stella, ita tenui in vna de Coradellis, vt in coſil.... Sed diſputata cauſa cum iudiciũ expectaretur fuit lis tranſactione finita, & ab hac opinione ego certè iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum exiſtimo.

Fundamenta huius opinionis ſunt. Primo, quia prohibitio alienationis expreſſe facta à teſtatore cenſetur facta correſpectiuè ad ſubſtitutionem præcedentem & caſu quo ſubſtitutionis caſus eueniſſet, Dec. conſilio 636. numero 8. & ſeq. Ceph. conſil. 17. numero 22. & ſeq. lib. 1. Honded conſil. 78. num. 35. lib. 1. & alij ſupra relati: ergo ſublata ſubſtitutione prima, corruit & ſequens reſultans ex prohibitione.

Secundo, quia prohibitio alienationis eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda, §. nos igitur, in authent. de reſtit. fideicomm. & dixi ſupra quæſt. 676.

Tertiò, prohibitio alienationis videtur facta reſpectu præcedentis ſubſtitutionis, cum incontinenti poſt eam ſit facta; nam quando vnus actus fit ſtatim poſt alium, tales actus cenſentur correſpectiui, & vnus propter alium videtur factus, not. in l. potens, C. de pact. & plura ſimilia congeſſit Socin. ſen. conſil. 273. in præſenti conſultatione.

Quartò, quia prima ſubſtitutio declarat quæ fuerit mens teſtatoris in ſecunda, Curt. iun. conſ. 70. numero 1. lib. 1. Ceph. conſil. 196. num. 17. libr. 2. Honded. conſil. 2
78. num. 38. lib. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. 3
n. 12. Et ſequentia declarantur ex præcedentibus, Gloſ. in l. ſi quis ex argentarijs, §. initium, & ibi Bart. & alij, ff. de eden. Natt. in auth. hoc inter liberos, numero 40. C. de teſtam. Alexan. conſil. 51. numero 2. lib. 3. Soc. ſen. conſil. 123. numero 3. verſ. ex quibus, lib. 3. Curt. iun. conſilio 70. nu. 2. Non. conſilio 21. numero 13. Honded. d. conſilio 78. numero 39. libro 1. Alia argumenta videri poterunt qu. 480. numero 41.

Quintò addo, quod prohibitio alienationis cum fideicommiſſo ab ea reſultante eſt acceſſoria ſubſtitutionis præcedentis, quo caſu deſtructa, & ceſſante principali ſubſtitutione, nec prohibitio acceſſoria aliquid operari poteſt, cap. acceſſorium, de reg. iur. in 6. Clem. 1. de prebend. Dec. conſilio 218. numero 16. Curt. iun. conſ. 377. num. 6. Soc. ſen. conſ. 127. lib. 2. vbi latè Siluan. conſ. 6. colum. 15.

Secunda eſt opinio præcedenti contraria, quod li- 4
cet expiret fideicommiſſum ex ſubſtitutione reſultans, quod tamen aliud, quod procedit ex prohibitione alienationis

alienationis, firmum remaneat, in qua ſententia ſe habent Soc. ſen *conſilio* 294.*col*.4.*libro* 2. Dec. *conſilio* 182. *&* *conſil*. 218. Curt. iun. *conſil*. 43. Gozad. *conſ*. 30. *col* 4. *in fine*, *&* *col. vlt. in fi*. Ruin. *conſ*. 108. *n*. 12. *&* *ſeq. conſ*. 123. *n*. 8. *&* 12. *&* *conſil*. 124. *in fine*, *lib*. 2. Crott. *conſ*. 48. *n*. 22. Alba *conſil* 93. *col*. 8 Rimin. iun. latè *conſ*. 20. *&* *conſ*. 23. *n*. 124 *&* *ſeqq. lib*. 1. Berett. *conſ*. 115 *n*. 5. *&* *conſ*. 142. *n*. 29. Marcobr. ab Anguil. *conſ*. 61 *in fin*. vbi dicit ita vidiſſe iudicari, Ceph. *conſil*. 134. *n*. 37. vbi ſcribit eſſe communē opinionem Surd. *conſ*. 67. *n*. 20. *vſque ad finem*, *&* *conſil*. 96. *n*. 42. *&* *ſeq. lib*. 1. Chriſtop. Torniol. *conſil*. 102. *nu*. 10. Marzar. *in epit. de fideicom. q*. 37. Petr. *de fideicom. q*. 6. vbi latè, & teſtatur hanc eſſe veriorem, & receptiorem opinionem, *&* *q*. 11. *n*. 554. *vſque ad n*. 575. Caualc. *deciſ* 18. *n*. 63. *&* *deciſ*. 23. *n*. 27. *&* *ſeq. par*. 3. vbi dicit cōtrariam opinionem communiter damnari. Rationes autem, quæ ſuadent hanc ſententiam, adduxi *ſupra qu*. 480. *numero* 37. ibi videndæ erunt: & ſi placeret opinio hæc ſecunda, videas reſponſiones ad argumenta primæ opinionis, apud Petr. *d. quæſtione* 6. vbi latè diſcutit.

5 Retenta prima opinione magis communi, amplia primò eam procedere, etiam in pupillari ſubſtitutione, cui poſtea fit adiecta prohibitio alienationis cum cauſa, quia vult bona remanere in agnatione, nam prohibitio reſtringitur moriente pupillo in pupillari ætate, circa quæ videnda erunt dicta ſupra *quæſt*. 159. *numero* 10. *vſque ad finem*.

6 Ampliatur ſecundo, etiam quod prohibitio præcedat, & ſequatur ſubſtitutio, nam adhuc prohibitio regulabitur à ſubſtitutione, vt tenuit Rota Romana relata à Peregr. *in ſua deciſ*. 134. *nu*. 33. *verſ. neque obſtat*. non enim ius eſt in ordine, ſed eſt in coniunctione prohibitionis, & ſubſtitutionis, ex qua mens teſtatoris colligitur voluiſſe vnam diſpoſitionem facere propter aliam, & prohibitionem factam eſſe propter ſubſequentem ſubſtitutionem, non autem ſubſtitutionem propter prohibitionem alienationis, nam prohibitio alienationis eſt modus conſeruandi bona, vt fideicommiſſum ſuum ſortiatur effectum: & in ordine intellectus prius fuit ſubſtitutio, quàm prohibitio alienationis, vnde ordinem intellectus potius quam ſcripturæ attendere debemus, *l. cum pater*, *§. fidei tuæ*, *ff. de*
7 *legat*. 2. *l. nec enim*. *ff. de ſolut*. Bart. *in l. ita tamen*, *§. qui ſuſceptam*, *n*. 2 *ff. ad Treb*. Bero. *conſil*. 84 *nu*. 36 *lib*. 2. & hæc allegat Rota pro comprobatione deciſionis, quæ in ſubſtātia fundat ſe in voluntate diſpoſitionis, & in terminis huius ampliationis loquitur etiam Menoch. *conſilio* 642. *lib*. 7. & alij infra relati, *verſic. ſunt etiam*, & Seraph. *deciſ. Roman*. 883.

8 Verum, quando prohibitio præcedit, & ſequitur ſubſtitutio, contra tenuit Dec. *conſil*. 94. *num*. 19. *lib*. 5. qui tamen declarat non procedere, quando teſtator ſe refert ad ſubſtitutionem poſtea factam: & hanc opinionem ſenſit & Honded. *d. conſil*. 78. *num*. 39. *lib*. 1. ibi enim dicebat ſupra, quod prohibitio ſubſequens declaratur à præcedenti ſubſtitutione, & adducit rationem, quia ſequentia ex præcedentibus regulanda ſunt, non è contra: ergo voluit quod ſi prohibitio præcedat, non reſtringatur ex ſequenti ſubſtitutione.

Sunt etiam alij, qui ampliationem ſequuntur, licet prohibitio ſit ampliſſima, & ſubſtitutio ſequens ſit reſtricta ad certas perſonas, vel caſus, Dec. *conſilio* 218. *numero* 16. Rimin. ſen. *conſilio* 128. *numero* 9. *&* 25. Ruin. *conſil*. 90. *numero* 9. *&* *conſ*. 125. *numero* 5. *lib*. 2. *&* *conſilio* 143. *numero* 3. *libro* 3. Hieron. Gabr. *conſilio* 132. *n*. 21. *libro* 1. Berett. *conſil*. 63. *num*. 5. Odd. *conſil*. 90. *nu*. 11. Pedroc. *conſ*. 20. *n*. 23. *&* *ſeqq*. Verall. *deciſ*. 299. *numero* 2. Quod tamen erit intelligendum reſpectu fideicommiſſi reſultantis ex prohibitione in caſum mortis, nam quo ad fideicommiſſum, quod in caſum contrauentionis reſultaret, attendenda erit ipſa prohibitio.

Cum autem quæſtio ſit ampliſſima poſſitque recipere claram intelligentiam perpenſis caſibus, ſuper quibus Doctores ſcripſerunt: ideo cum Rota Romana, Petra, & Menoch. exiſtimaui neceſſariam eſſe diſtinctionem, reaſſumendo caſus in quibus quæſtio verſari poteſt.

Primus caſus eſt, quando teſtator facit ſubſtitutio- 9
nem, & ſtatim verbis illatiuis adiecit prohibitionem alienationis, non continentem fideicommiſſum in caſum mortis, ſed alienationis tantum, vt ſi teſtator dixit, inſtituo Caium filium meum, cui ſine liberis decedenti ſubſtituo fratrem meum, eiuſque deſcendentes in infinitum, ita quod bona remaneant in familia, vel non alienentur extra familiam, & hoc caſu prohibitio eſt acceſſoria ad ſubſtitutionem, nec eam auget Menoch. *dict. conſil*. 900. *num*. 17. *verſ. Primus itaque eſt caſus*, vbi allegat Rot. Romanam *deciſ*. 568. *col. vlt. verſ. ſi verò fideicommiſſum*, *par*. 1. *in nouiſſ*. Soc. ſen. *conſ*. 62. *n*. 6. *lib*. 3. Ruin. *conſ*. 153. 4. 11. *lib*. 2. Hieron. Gab. *conſ*. 111. *n*. 22. *lib*. 1. & Petra *d. q*. 6. *n*. 43. Et quod prohibitio illatiuis verbis facta nō operetur nouum fideicommiſſum, ſed quod diſpoſitio illatiua dependeat à prima, tenuit Rota relata à Peregr. *deciſ*. 134. *num*. 34. vbi allegatur etiam Alexand. de Neap. Ioan. Baptiſ. de Roſell. & Angel. de Caſtr. Collegium Patauinum inter *conſilia* Peregr. *conſil*. 38. *numero* 8. 9. *&* 30. *lib*. 1. Rot. Roman. in collec. per Farinac. *deciſ*. 19. *parte* 1. Seraph. *deciſion. Roman*. 883. *in fine*.

Idem, quando prohibitio ſtat conſecutiuè ad præ- 10
cedentem ſubſtitutionem, & vnico contextu eſt facta, vt ab ea reguletur, volunt plures relati à Rota Romana apud Farin. *deciſ*. 136. *num*. 5. *parte* 4. *in nouiſſ*. & in alijs collectis à Farinac. *deciſ*. 14. *numero* 4. *&* 7 *part*. 1. Seraphin. *deciſ. Rom*. 883. Pereg. etiam *in deciſ*. 134. *nu*. 33. refert Rotam ita tenuiſſe in vna Fauen. & hanc opinionem Rotam paſſim tenere, & in his terminis videtur loqui Cephal. *conſilio* 544. *libr*. 4. & in his terminis loquuntur, vt plurimum citati in quinto caſu, *verſicul. contrarium tamen*, præcipuè Hieronym. Gabriel. *conſilio* 123. *in princip. libr*. 1. *conſil*. 124. *numero* 11. *&* *conſil*. 138. *numero* 26. *libr*. 2. Corn. *dict. conſil*. 102. *numero* 10. Petra *dict. quæſt*. 6. *num*. 43. vide tamen *infra numero* 19. Rimin. iun. *conſilio* 531. *libr*. 1. Rota *d. deciſ*. 568. *colum. vlt*.

Secundus caſus eſt, quando facta eſt ſubſtitutio, & 11
ſtatim verbis relatiuis ſequitur prohibitio alienationis, ex qua fideicommiſſum non tantum in caſu alienationis reſultat, quàm in caſum mortis, & hoc caſu etiam prohibitio tanquam acceſſoria ad ſubſtitutionem, eam non augebit. Exemplum, ſi teſtator ita dixit, & ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo fratrem meum, & eius deſcendentes, quos prohibeo alienare bona mea, Menoch. *d. conſilio* 900. *num*. 17. *verſ. ſecundus eſt caſus*, vbi adducit Rotam *d. deciſ*. 568. *col. vlt. verſ. vel relatiuas*, & Petram *d. q*. 6. *n*. 41. rurſus Menoc. *conſil*. 348 *n*. 43. *in primo caſu*.

Tertius caſus, eſt quando facta ſubſtitutione adijci- 12
tur in oratione ſeparata prohibitio alienationis importans fideicommiſſum abſolutum in caſum mortis, quæ tamen dependet à ſubſtitutione præcedenti, ſed tamen verba prohibitionis ſunt ampliatiua fideicommiſſi: & hoc caſu prohibitio alienationis licet dependeat à ſubſtitutione, ampliabit fideicommiſſum, & comprehendat alias perſonas in ea nominatas,

tas, vltra in ſubſtitutione vocatas, Menochius *d. conſilio* 900. *num.* 18. *verſ. quintus eſt caſus*, & allegat Beret. *conſil.* 142. *nu.* 29. *verſ. cum verò*, & ſeipſum, *in conſ.* 348. *num.* 43. & alij *in ſeq caſu relati*.

13 Quartus caſus eſt, quando teſtator fecit ſubſtitutionem, deinde in oratione penitus ſeparata, & remota adiecit prohibitionem alienationis importantem fideicommiſſum abſolutum in caſum mortis, nec adſunt verba relatiua ad ſubſtitutionem: Et prohibitio eſt ampliatiua ſubſtitutionis: & hoc caſu prohibitio ſtat de per ſe, nec dicetur acceſſoria, & ideo non reſtringetur à ſubſtitutione, Menoch. *d. conſil.* 900. *numero* 18. *verſic. ſextus caſus*, vbi allegat Rotam *d. deciſione* 568. *col. vlt. verſ. aut ſubſtitutio*, cum conditione, & hic caſus differt à præcedenti, nam ibi agitur de prohibitione dependente à ſubſtitutione, hic de prohibitione, quæ per ſe ſtat, idem tenet Rota *deciſ.* 133. *nu.* 6. *part.* 4. *in nouiſſ.* in caſu, quod ſubſtitutio comprehendebat ſolum deſcendentes, & poſtea dictum erat, bona non poſſe vendi, niſi illis de domo, & deciſum fuit prohibitionem etiam fauore tranſuerſalium factam cenſeri.

14 Contra tamen tenent, Cephal. *conſil.* 544. Menoch. *conſ.* 495. *numero* 15. qui conſuluerunt in caſibus, quod facta erat reciproca inter filios inſtitutos ſi decederent ſine filijs, & poſtea facta prohibitio alienationis filijs, & deſcendentibus in infinitum, cum ratione, quod bona perpetuò manerent in familia, & tenent prohibitionem regulari à præcedenti ſubſtitutione, ſed malè iudicio meo, quia prohibitio ſtat ampliatiuè, & in fortioribus primam opinionem tenet Menoch. *d. conſil.* 900. *numero decimo octauo in ſeptimo caſu*.

15 Quintus caſus eſt, quando facta ſubſtitutione, poſtea in oratione penitus ſeparata adijcitur prohibitio alienationis, quæ ſtat principaliter de per ſe, nec adſunt dictiones relatiuæ, & prohibitio eſt facta adiecta ratione conſeruandi bona in familia: & hoc caſu prohibitio importabit abſolutum fideicommiſſum, nec regulabitur à præcedenti ſubſtitutione, nec ſtabit acceſſoriè, ita ſcribunt Menoch. *d. conſil.* 900. *num.* 17. *in tertio caſu*, vbi allegat Rotam *d. deciſ.* 568. *in fine*, & Petr. *d. quæſt.* 6. *num.* 16. *& ſeqq. & quæſt.* 11. *num.* 568. *& ſeqq.* in quibus locis Petra congeſſit Soc. ſen. Ruin. Corn. Gozad. Zanch. Rimin. iun. Curt. iun. Alba. Marth. Loiman Berett. & Ceph. addo Marcob. *conſil.* 61. *in fine*, vbi dicit vidiſſe iudicari cõtra opinionem Decij, Mar. *de fideicom.* q. 57. Surd. *conſ.* 67. *numero* 40. *& ſeq. & conſ.* 96. *numero* 42. *& ſeqq. lib.* 1. addo Menoch. *conſ.* 348. *nu.* 43. *in ſecundo caſu*, vbi in eodem caſu allegat Beret. *in conſil.* 142. *nu.* 29. *verſ. cum vero*, & Rimin. iun. qui plures adducit, *conſ.* 20. *nu.* 22. *&* 30. *lib.* 1. *& conſil.* 408. *nu.* 35. *lib.* 5. Chriſtoph. Torniol. *conſ.* 102. *nu.* 10. rurſus Menoch. *conſ.* 680. *num.* 16. vbi etiam addit Hieron. Gabr. *conſ.* 111. *num.* 21. *libro* 1. Beret. *conſil.* 75. *num.* 6. *& ſeqq.* & Burſat. *conſ.* 51. *nu.* 36 *libro* 1. Collegium Patauinum *inter conſil.* Peregr. *conſil.* 38. *num.* 29 *&* 30. *iuncto, nu.* 8. *&* 9. *lib.* 1. idem Peregr. *conſ.* 45. *num.* 8. 22. *&* 23. *eod. libro* 1. vbi dicit eſſe veriorem opinionem, Rota Romana in collectis à Farinac. *deciſione* 594. *parte* 4. *in nouiſſ.* vbi etiam refertur alia deciſio Rotæ; & aduerte, quod plures ex relatis pro contraria opinione loquuntur de prohibitione, quæ ſtat conſecutiuè & acceſſoriè ad præcedentem ſubſtitutionem, Chriſtophor. Torniol. *conſil.* 102. *num.* 10. Marzar. *in Epit. de fideicom. quæſt.* 37. Caualcan. *deciſ.* 18. *nu.* 63. *& deciſ.* 23. *numero* 22. *& ſeqq. parte* 3. vbi dicit contrariam opinionem communiter damnari, Rota Romana *deciſ.* 45. *nu.* 3. *parte* 1. *in nouiſſ.* & his accedunt, Berrett. *conſilio* 115. *nu.* 3. *& conſilio* 116. *num.* 4. *& ſeqq.* Bertaz. *conſ. ciuil.* 6. *nu.* 31. *lib.* 1. Fab. Turret. *conſ.* 77. *numero* 20. *& ſeqq. lib.* 1. Maluaſ. *conſil.* 117. *num.* 14.

16 Probatur iſta opinio ex *l. cum pater*, *§. dulciſſimis*, & ibi Bart. & alij *ff. de legat.* 2. vbi habetur, quod ratio expreſſa ampliat, & reſtringit dictum ad mentem rationis, & ad hoc plures referuntur à Peregr. *conſ.* 149. *nu.* 14. *lib.* 5. Ceph. *conſil.* 49. *num* 17. *& ſeqq.* Menoc. *conſ.* 137. *n.* 16. *& ſeq.* Decianus *conſ.* 41. *n.* 118. *& ſeqq lib.* 1.

17 Et ſi lex eſt ſpecialis, & ratio generalis, lex generaliter erit accipienda, quia ratio trahit ad ſe dictum ad limites rationis, Gloſſ. *in clem.* 1. *de elect.* Cin. *in l. non dubium, ff. de legib.* Bart. *in l. regula*, *§. & licet, ff. de iur. & fact. ignor.* Hoc autem ideo fit, quia ratio expreſſa eſt anima diſpoſitionis, Bald. per illum textum, *in l. ſcire oportet*, *§ ſi maximè, ff. de excuſ. tut.* Curt. ſen. *conſ.* 45. *num.* 21. Menoch *conſ.* 50. *nu.* 5. Alia videnda erunt *qu.* 480. *nu.* 37. *verſ. ratio*.

18 Contrarium tamen in caſu, in quo per verba perpetuitatis, & valde prægnantia inducta erat prohibitio alienationis, poſt alios tenuerunt Ceph. *conſ.* 544. qui loquitur in caſu valde notabili, quando teſtator inſtituit plures filios, & altero moriente ſine filijs ſubſtituit alios: & poſtea appoſita fuit prohibitio alienationis, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem, nec alio quouis modo, quia enixa & firma voluntas teſtatoris erat, quod bona remanerent in dictis filios, & deſcendentes ſuos in infinitum, & in familiam ſuam: euenit caſus, quod mortui ſunt filij cum filijs, & conſuluit Cephal. expiratum eſſe omne fideicommiſſum, etiam per prohibitionem alienationis inductum, cum illa reguletur à ſubſtitutione præcedentis: idem tenuit Menoch. *conſil.* 493. *nu.* 1. *verſ. reſpondetur prohibitionem*, vbi allegat Alexan. Ruin. Dec. Cepol. Alban. Cardin. & Hieron. Gabr. Sed aduerte, quod iſti loquũtur in caſu, quando prohibitio erat facta verbis relatiuis ad præcedentem ſubſtitutionem, iuxta terminos ſexti caſus, hanc tamen opinionem probauit ipſe Menoch. *conſ.* 253. *nu.* 13. *& conſil.* 972. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi allegat etiam Curt. iun. *conſ.* 377. *nu.* 6. Dec. *conſ.* 218. *nu.* 16. *&* 17. *& conſilio* 287. *num.* 1. *verſic. non obſtat, quod propter*, Alciat. *reſpon.* 479. *numero* 20. Cephal. *conſ.* 17. *nu.* 14. *lib.* 1. Cratter. *conſ.* 328. *n.* 10. *in fine*, Burſattus *conſ.* 51. *num.* 36. *lib.* 1. *& conſ.* 195. *n.* 7. *lib.* 2. Roland. à Valle *conſil.* 34. *num.* 65. *lib.* 4. Plot. *conſ.* 1. *n.* 12. Berett. *conſilio* 75. *num.* 2. Bertaz. *conſ.* 69. *nu.* 35. *lib.* 1. *in ciuil.* Maluaſ. *in conſil.* 50. *n.* 3. Marcob. *conſil.* 85. *n.* 114. & Oſaſch. *deciſ.* 50. *nu.* 12. Alba *conſil.* 21. *num.* 8. *& conſil.* 43. *nu.* 5. *lib.* 1. Botta *conſil.* 51. *n.* 49. Pedroc. *conſil.* 19. *n.* 58. Odd. *conſ.* 66. *n.* 44. vbi teſtatur de communi opinione, *& num. ſeqq* & id tenet etiam, quod adſint verba perpetuitatem importantia, *& numero* 47. *& ſeqq.* oſtendit, quod prohibitio alienationis non erit inutilis, ſed plures operabitur effectus, idem voluit *conſ.* 68. *num.* 13. *&* 14. Decian. *conſil.* 94. *n.* 19. *lib.* 5. Honded. *conſil.* 78. *num.* 35. *& ſeqq. & n.* 45. vbi loquitur in caſu quãdo aderant verba perpetuitatis, *libro* 1. Peregr. ſequitur ſententiam teſtando de communi opinione, *in conſil.* 23. *nu.* 23. *lib.* 4. vbi addit Paul. Leon. *conſ.* 20. *numero* 19. Rimin. iun. *conſilio* 279. *num.* 61. *conſilio* 531. *nu.* 43. vbi habetur & deciſio Rotæ Romanæ *& conſ.* 535. *nu.* 13. Menoch. *conſ.* 530. *nu.* 50. *conſ.* 642. *& conſ.* 680. *nu.* 18. *& conſ.* 878. *num.* 36. *verſ. Secundus eſt caſus, vſq; ad finem*, vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, & ibi reſpondet ad multas authoritates, quæ in contrarium adducuntur, *conſil.* 527. *n.* 72. Hieron. Gabr. *conſ.* 138. *numero* 24. *& ſeq. lib.* 2. iterum Menoch. *libro* 4. *præſumpt.* 68. *n.* 18. *&* 20. Peregr. *de fideicom. art.* 14. *numero* 47. vbi dicit eſſe veriorem ſententiam, Fachin. *libro* 10. *Controu. iur. cap.* 19. vbi dicit

dicit eſſe communiorem ſententiam, & ita iudicatum, Caualcan. deciſ. 5. n. 65. & ſeqq. & num. 81. & ſeqq. vſque ad numerum 91. part. 3. vbi etiam ponit deciſ. Rota in cauſa inter Gonzagos & Pepulos, Rota Romana deciſ. 45. & deciſ. 649. nu. 2. par. 1. in nouiſſ. & opinionem Dec. eſſe canonizatam in Rota, dixit ipſa Rota, apud Farinac. deciſ. 133. n. 5. part. 4. in nouiſ. deciſ. 136. num. 5. & egregiè deciſ. 473. vbi patet Rotam ita ſæpius tenuiſſe. Probatur primò hæc opinio omnibus illis rationibus ſupra conſideratis in principio.

19 Concordarem ego ſic opiniones. Aut in prohibitione non adſunt verba perpetuitàtis, vt ſi dictum ſit, prohibeo bona alienari extra familiam, quia volo bona manere in familia, & hoc caſu non erit inducendum nouum fideicommiſſum ex prohibitione, quia commodè poteſt ſine violentia verborum reſtringi ad caſus, & perſonas comprehenſas in ſubſtitutione. Aut adſunt verba perpetuitatis, & tunc. Aut poſſunt commodè operari ſine ampliatione præcedentis fideicommiſſi, vt ſi dictum ſit, inſtituo filium, cui decedenti ſine filijs ſubſtituo fratres, & eorum filios in perpetuum. Item prohibeo alienari bona, quia volo perpetuò manere in familia, & hoc caſu mortuo filio cum filijs erit extincta omnis ſubſtitutio, nec prohibitio quicquam operabitur, quia teſtator ſenſit ex prohibitione inducere perpetuum fideicommiſſum inter fratres, & eorũ deſcendentes euenienre caſu ſubſtitutionis, & ſic prohibitio in hoc caſu operabitur in perpetuum. Aut verba prohibitionis non poſſunt commodè operari ſuum effectum perpetuitatis, niſi amplier fideicommiſſum vltra perſonas contentas in ſubſtitutum, vt ſi teſtator dixit inſtituo filios, eoſque inuicem ſubſtituo ſi deceſſerint ſine filijs, &c. Item volo quod bona non poſſint alienari extra familiam, quia intendo quod perpetuò in ea conſeruentur, & hoc caſu, quia perpetua conſeruatio bonorum in familia non poteſt habere effectum, ſi prohibitio reſtringitur ad filios inuicem ſubſtitutos, ideo vt voluntas teſtatoris ſeruetur, & verba prohibitionis operentur fideicommiſſum reſultans ex prohibitione, non erit reſtringendum ad perſonas contentas in ſubſtitutione. Et hoc intelligo procedere, licet prohibitio veniat conſecutiuè ad ſubſtitutionem, etiam quod vtraque eadem oratione contineretur.

Maximè autem ſecunda opinio procederet, quando prohibitio alienationis enunciatiuè addita fuit, Riminſen. conſ. 185. n. 28. & ſeq. lib. 1.

20 Sextus caſus eſt, quando poſt ſubſtitutionem in penitus ſeparata oratione additur prohibitio alienationis, ſed verbis relatiuis & reſtrictiuis ad præcedentem ſubſtitutionem, vt dicti, prædicti, vt ſupra, & per ſimilia verba, & hoc caſu, licet prohibitio alienationis importet ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis, ſtabit acceſſoriè ad præcedentem ſubſtitutionem, & ſecundum illam regulabitur, Alexand. conſ. 59. colum. vltim. libro 3. Ruin. conſilio 108. numer. 13. in fine, libro 2. & conſ. 134. num. 15. & 16. libro 3. Dec. conſ. 291. col. pen. verſic. non obſtant allegata, & conſil. 636. num. 17. Cepoll. inter conſ. Alexand. de Neuo, conſ. 81. colum. pen. verſic. nec obſtant rationes, Alban. Cardin. conſ. 1. nu. 9. & conſ. 21. n. 8. in fin. Vegg conſ. 74. n. 494. Crauet. conſil. 98. n. 1. & ſeq. Hier. Gabr. conſ. 138. n. 26. & ſeq. libro 2. Dec. conſil. 94. num. 8. in fin. & num. 20. lib. 5. Laurent. de Pin. conſ. 12. n. 6. Rim. iun. conſil. 371. nu. 83. lib. 3. vbi pluribus comprobat, Cephal. conſ. 7. num. 14. libr. 1. quos refert & ſequitur Menoch. conſil. 576. num. 49. & ſeqq. & prædicti vt plurimum loquuntur, quando in prohibitione adeſt dictio relatiua, vt ſupra, idem dixit ipſemet Menoch. conſ. 900. n. 17. verſ. quartus eſt caſus, vbi vltra prædictos citat Rotam d. deciſ. 568. colum. vlt. verſic. aut prohibitio eſt appoſita acceſſoriè, Maluaſ. conſ. 90. num. 40. verſ. tertio in terminis, Crauet. conſil. 032. n. 24. in fine, Hier. Gabr. conſ. 132. num. 21. in fin. lib. 1. Berett. conſ. 75. n. 7. 8. Burſat. conſ. 31. n. 36. lib. 1. Plot. conſ. 4. nu. 3. Surd. conſ. 67. num. 40. & conſ. 96. num. 41. lib. 1. & Petr. tract. de fideicommiſſ. q. 5. n. 55. & quæſt. 6. num. 41. idem voluit Menoch. conſ. 642. num. 5. verſ. & hac quidem ſententia, vbi vltra alios citat & Beroi. in conſ. 90. num. 3. lib. 2. rurſus Menoch. conſ. 878. num. 35. conſ. 1216. n. 22. & ſeqq. & conſ. 642. n. 5. & conſ. 972. n. 13. Honded. conſ. 78. num. 40. & ſeqq libro 1. Chriſtoph. Torniol. conſ. 8. num. 101. & d. conſ. 102. n. 10. Roland. à Valle conſ. 59. n. 28. lib. 3. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. n. 25. Surd. deciſ. 125. num. 1. & deciſ. 85. num. 3. Caualc. deciſ. 5. num. 65. & ſeqq. par. 3. Rota Roman. deciſ. 649. n. 2. verſic. patet par. 1. vbi prohibitio erat facta ſubſtitutis, & vltra eos, non extendi ſubſtitutionem, & in his terminis etiam loquitur Rota apud Farinac. deciſ. 473. verſic. neque aliquid par. 4. [Et ita ſe habent etiam Rota apud Seraph. deciſ. 482. & Surd. deciſ. 85. n. 2. & 3.]

Natura enim, & ius relationis eſt, vt præcedentium 21
ſit repetitiua, l. 1. §. deinde, & § ex hoc edicto, & ibi Bart. ff. de poſtul. & l. quæritur, §. item Iulianus ff. de locat. Dec. conſ. 182. num. 3.

Et relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, Bart. in l. 1. ff. de recept. Dec. conſ. 82. n. 3. & conſ. 267. num. 3. Rim. ſen. conſil. 29. numero 9. & 1. & conſil 119. num. 21. Alciat. conſil. 72. n. 9. lib. 9. Pariſ. conſil. 19. n. 65. lib. 2. Cephal. conſil. 262. n. 40. Rim. iun. conſil. 8. n. 35. & conſil. 112. num. 72. Menoch. conſil. 195. lib. 2. & conſ. 274. num. 18. lib. 3. Peregr. de fideicommiſſ. art. 29. n. 17. In qui- 22
bus locis probatur ſubſtitutionem ſequentem, verbis relatiuis factam reſtringi ad caſum, tempus & perſonas contentas in ſubſtitutione, ad quam ſit relatio. [Limitatur, quando adſunt alia fideicommiſſa facta ſubſtitutis, & his facta ſit prohibitio, quia prohibitio refertur ad omnia fideicommiſſa, non obſtante quod adſint verba relatiua & reſtrictiua, Seraphin. deciſ. Rom. 1373. n. 1. & per totam.]

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando hæc 23
prohibitio alienationis, continens fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, comprehendit alias perſonas vltra vocatas in ſubſtitutione, ad quam ſe refert. exemplum, ſi teſtator inſtituit filios & eos ſubſtituit inuicem ſi decederent ſine filijs, poſtea & ſeparata oratione apponat prohibitionem comprehendentem omnes deſcendentes, & dicat. Item volo, quod dicti filij mei hæredes, & eorum deſcedentes in perpetuum non poſſint alienare bona, quia volo hæreditatem meam in perpetuum remanere in dictos filios meos, & eorum deſcendentes, vt ſupra, &c. Nam hoc caſu prohibitio continet alias perſonas, ſcilicet deſcendentes in perpetuum, & quamuis in ea adſit dictio relatiua, vt ſupra, non tamen reſtringitur prohibitio ad ſolos filios nominatos in ſubſtitutione, ſed omnes deſcendentes afficiet, ita dixit Menoch. d. conſil. 900. num. 18. verſic. ſeptimus eſt caſus, & ibi refert Curtium. in conſil. 43. col. penult. verſic. non obſtat, & Paſet. in conſil. 92. num. 10. verſic. hoc tantum addam, Cephal. conſil. 107. n. 11.

Septimus eſt caſus, quando prohibitio alienationis 24
eſt facta in eadem parte teſtamenti, ſed eſt ſtrictior, quam ſit fideicommiſſum in caſum mortis, vt ſi fideicommiſſum eſſet perpetuum fauore familiæ, vel deſcendentium, vel de tota hæreditate, prohibitio verò alienationis ſit reſtricta ad certas tantum perſonas, puta ad filios, vel ad certam rem, vel ad certum tempus, & tunc fideicommiſſum generale erit reſtringendum ad per-

ad perſonas, res, & tempus determinatum in prohibitione alienationis, ſecundum Ruin. *conſil.*76.*n.*8.*libr.*2. & Dec. *conſil.*78.*n.*36.*& ſeq.*42.*& ſeq. lib.*3.

5 Melius tamen ſenſerunt qui contrarium affirmarunt, dicentes vtrumque fideicommiſſum parere ſuos effectus, ita Ruin. ſibi contrarius, *conſil.*117.*n.*26.*lib.*2. Dec. *conſil.*386.*colum.*3. Hieron. Gabr. *conſil.*123.*n.*38. *& ſeqq. lib.*1. & Tob. Non. *conſil.*90.*num.*18.

6 Octauus caſus eſt, quando prohibitio alienationis eſt facta in medio ſubſtitutionis, & tunc regulabitur ab ipſa ſubſtitutione, quia medium iudicatur per ſua extrema. Bald. & alij *in l. quæritur, ff. de ſtat. homin.* & in ſpecie ita ſcribunt Hieron. Gabr. *conſil.*132.*n.*20.*lib.*1. Cephal. *conſil.*259.*n.*68.*lib.*2.

7 Nonus caſus eſt, quando prohibitio alienationis neque ſtat per ſe principaliter, neque dependet à præcedenti ſubſtitutione, ſed poteſt intelligi quod ſtet vtroque modo, & tunc prohibitio regulabitur à præcedenti ſubſtitutione, Ruin. *conſil.*134.*n.*16.*lib.*2. Odd. *conſil.*90. *num.*15.

8 Vltimus eſt caſus, quando præcedit ſubſtitutio vniuerſalis de omnibus bonis reſtricta ad certas perſonas, & poſtea ſequitur in oratione ſeparata prohibitio alienationis de re certa, puta de palatio, cum ratione, quia volo bona manere in familia, tunc enim prohibitio comprehendet omnes de familia, nec erit reſtringenda ad perſonas contentas in ſubſtitutione: non enim inconuenit, quod quis ſit vocatus ex prohibitione alienationis ex ratione in ea expreſſa, qui non ſit comprehenſus in ſubſtitutione, Rim. iun. *conſil.*20.*nu.*18.*lib.*1. & in ſpecie in terminis huius caſus reſpondit Peregr. *conſil.*45.*lib.*1.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis fieri non poteſt poſitis in conditione, contra num.*3.

*Limitatur, quando aliàs poſito in conditione eſſent vocati, num.*5.

*Limitatur ad effectum inducendi fideicommiſſi in caſum alienationis. num.*6

2 *Prohibitio alienationis impersonaliter facta non refertur ad filios in conditione poſitos.*

4 *Prohibitus alienare ſi ſit legatarius vſusfructus, cenſetur relicta proprietas.*

7 *Prohibitio alienationis poteſt fieri non honoratis ad effectum inducendi fideicommiſſum in caſum alienationis.*

QVÆSTIO DCLXXXIV.

Poſitis in conditione vtrum alienationis prohibitio imponi poſſit?

1 DISPVTANT etiam Doctores, an prohibitio alienationis poſſit fieri poſitis in conditione? Et non poſſe communiter tenetur, ita vt ſi fiat, remaneat inutilis, ita ſcribunt Angel. *conſil.*7. Paul. Caſtr. 340. *lib.*2. Dec. *conſ.*182. *col.*3. Alban. *conſil.*1.*n.*19. Iaſ. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.*147. & ibi Ruin. *col.*58. & Ferdin. *num.*99. *ff. de legat.*1. quos refert & ſequitur Hieron. Gabr. *conſil.*117.*num.*46.*lib.*1. ſequitur Odd. *conſil.*66.*n.*31. Qui ea mouentur ratione, quia ſi non ſunt vocati non poſſunt dici grauati, *l. ab eo, C. de fideicom.*

2 Immò prohibitio alienationis impersonaliter facta non refertur ad filios in conditione poſitos, ſed ad eos, qui expreſsè vocati ſunt, vt poſt Alexand. Soc. & Rip. ſcribunt Hieron. Gabr. *d. conſilio* 117. *numero* 46.

Verum, quod prohibitio alienationis facta poſitis in conditione teneat, & quod propterea ſint vocati tenent alij, Gozad. *conſil.*26.*n.*24. Iaſ. *conſ.*4.*n.*10.*lib.*1. Ruin. *conſ.*108.*n.*13.*& ſeqq. lib.*2. Crauet. *conſ.*326.*n.*16. Dec. *conſil.*44.*n.*47.*& conſil.*89.*n.*10.*libro* 3. Cephal. *conſ.*383. *n.*21 *libro* 3. & plenius dixi *quæſt.*437.*n.*161.*& ſeqq.* vbi alios congeſſi, & pluribus modis limitaui, & ibi videndum erit. 3

Et iſta opinio probatur ex illa concluſione, quod ſi vſusfructuarius quis ſit relictus fundi cum prohibitione alienationis, quod ex hoc elicitur coniectura, quod proprietas ſit relicta. *l. Proculus ff. de vſufr.* & ibi Doct. *& l. ſpecies, ff. de iur. & arg. legat. & l. demque §. in ſumma, ff. de pecul. legat.* & in illis locis Doctor. & eſſe communem opinionem dixit Odd. *conſil* 66. *numero* 9. vbi etiam reddit rationem, quia non cadit priuatio, vbi non præcedit habitus dominij, *ad l. manumiſſiones, ff. de inſtit. & iur.* 4

Quando tamen eſſemus in caſu, quod aliàs poſiti in conditione cenſerentur vocati, prohibitio alienationis poſſet eis imponi, vt ſupponunt omnes, tunc enim ceſſat ratio in contrarium adducta, quod ſi non ſunt honorati, non poſſunt dici grauati, quia à contrario cum ſint vocati, poterunt grauari. 5

Porrò etiam quando poſiti in conditione non ſunt vocati, teneret prohibitio alienationis eis facta, non vt ex ea reſultaret fideicommiſſum in caſum mortis, ſed bene ad effectum fideicommiſſi in caſum contrauentionis, Odd. *d. conſ.*66.*n.*31. Qui mouetur ea ratione, quod ad hoc, vt oriatur fideicommiſſum ex prohibitione alienationis in caſum contrauentionis, non eſt neceſſe prohibitum fuiſſe honoratum, allegat Bart. *in l. peto, §. fratre, n.*4. *ff. de legat.*2. *& in l. Lucius, ff. de legat.*3. & Hier. Gabr. *conſil.*132.*n.*77.*lib.*1. vbi habetur prohibitionem factam hæredibus hæredum tenere, licet non ſint vocati. 6 7

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis omnino nuda à cauſa, & perſona eſt nulla.*

*Ampliatur vt ipſo iure ſit nulla talis prohibitio, n.*3.

*Ampliatur, & ſi prohibitio ſit facta per verba geminata, n.*4. *contra n.*5.

*Ampliatur, & ſi teſtator efficaciter prohibuiſſet alienationem, n.*6.

*Ampliatur ſiue prohibitio ſit facta de immobilibus, ſiue de mobilibus, n.*7.

*Ampliatur, & ſi quis & eius hæredes, vel eius deſcendentes eſſent prohibiti alienare, n.*8.

*Ampliatur ſiue prohibitio ſit in rem, ſiue in perſonam, n.*10. *contra n.*11.

*Ampliatur, & ſi ratio inutilis ſit appoſita, vt quia ſit dictum, prohibeo filium alienare, quia volo bona peruenire ad eius hæredes, n.*12. *decl. ibid.*

*Ampliatur, & ſi prohibitio ſit facta fauore incertarum perſonarum, nam vt valeat requiritur quod ſit facta fauore certarum perſonarum, n.*13.

*Ampliatur, vt neceſſe ſit cauſam eſſe expreſſam, nec ſufficeret tacita, ſi dubium eſſet an teſtator potuerit ex alia cauſa moueri, n.*14.

*Ampliatur, vt ſi in vna parte teſtamenti adſit cauſa, vel perſona, cuius fauore facta ſit diſpoſitio, nam repetitio non ſit einſdem cauſa, vel perſona in alia parte teſtamenti, n.*15.

*Ampliatur, & ſi iuramentum teſtatoris interuenit, & etiam hæredis, n.*16.

Amplia-

Ampliatur, & ſi vnus ex pluribus hæredibus, vel legatarijs eſſet prohibitus alienare, nam per hoc non cenſetur prohibitus fauore cohæredis, vel collegatarij, num.17.

Limitatur, ſi pœna eſt appoſita ſuper prohibitione, quia prohibitio tunc eſſet veſtita, numero 18. & ſeqq. decl. num.22.23.

Maximè ſi pœna nullitatis ſit appoſita, n.19.

7 *Limitatur, quando legatarius eſt prohibitus, & pœna priuationis eſt appoſita, quia cenſetur appoſita fauore hæredis, n.20.*

Limitatur, quando appoſita eſt prohibitio in contractu, num.25.

Limitatur, quando præcederet, vel ſequeretur fideicommiſſum in caſum mortis, quia tunc prohibitio eſſet veſtita, n.26.

Limitatur, quando prohibitus voluit præceptum ſequi, num.27.

Limitatur in prohibitione temporali facta ad conſulendum imbecillitati filiorum, n.28.

Limitatur in prohibitione facta de non alienando rem inſignem, puta Caſtrum, n.29. decl. n.32. & ſeqq.

Limitatur, in prohibitione facta de non alienando Palatium, domum, vel poſſeſſionem, quæ fuit maiorum teſtatoris, n.30. decl. n.32. & ſeqq.

Limitatur, quando prohibita eſſet alienari res poſita in loco ſalubri, n.31. decl. n.32. & ſeqq.

Limitatur in prohibitione facta à Principe, n.28.

Limitatur, quando vltra fauorem prohibiti adeſſet etiam aliquod aliud eius intereſſe, n.39.

Limitatur quando plures per viam diſpoſitionis eſſent prohibiti alienare, quia tunc inter prohibitos ex mente teſtatoris reſultat reciprocum fideicommiſſum, n.40. decl. num. ſeqq.

2 *Hæres non tenetur ſequi conſilium teſtatoris.*

9 *Prohibitio alienationis facta non honoratis, eſt nulla.*

12 *Prohibitio alienationis facta filio, quia teſtator vult bona peruenire ad eius heredes, eſt nulla.*

13 *Prohibitio alienationis facta fauore incertæ perſonæ, eſt nulla.*

14 *Prohibitio alienationis ex cauſa tacita non ſuſtinetur, quando dubium eſt teſtatorem ex alia cauſa potuiſſe moueri.*

20 *Pœna priuationis appoſita legatario, cenſetur appoſita fauore hæredis.*

41 *Prohibitio alienationis pluribus ſimpliciter facta non eſt valida, n.40.*

Ampliatur, & ſi facta ſit per viam conditionis, nu.43. contra ibid. decl. num. ſeqq.

Ampliatur, & ſi prohibiti ſint grauati reſtituere hæredibus ſuis, vel ſucceſſoribus, n.47.

Ampliatur, & ſi prohibitio ſit facta & filijs, vel deſcendentibus, n.48. contra n.49. decl. n.50.

Ampliatur, & ſi prohibitio facta ſit pluribus hæredibus, n.51.

Limitatur, ſi prohibiti ſunt inuicem ſubſtituti, n.52.

Limitatur, ſi prohibiti in caſum alienationis ſint priuati, n.53. contra n.54.

Limitatur, quando dictum fuit, quod res remanere debeat firma, & ſtabilis per vniuerſum tempus apud ipſos prohibitos alienare, n.55.

Limitatur, ſi teſtator mandaſſet, alterum alteri cauere de non alienando, n.56.

Limitatur, ſi teſtator præcepit, ne alter alienaret irrequiſitis cohæredibus, vel ſine eorum conſenſu, numero 57.

Limitatur quando vltimo cohæredum alienanti ſubſtitutus eſt extraneus, n.58.

Limitatur, quando in caſum mortis cohæredes eſſent inuicem ſubſtituti, n.59.

Limitatur, quando teſtator dixit, quod inter cohæredes bona perpetuò remanerent, n.60.

42 *Intellectus, l. pater filium, §. Iulius Agrippa, & §. mater, ff. de legat. 3.*

QVÆSTIO DCLXXXV.

Vtrum prohibitio alienationis nuda à cauſa & perſona ſit nulla, & quando dicatur veſtita vt valeat?

CERTVM eſt apud omnes, quod prohibitio alienationis omninò nuda à cauſa, & perſona eſt nulla, vt ſi teſtator dixit, prohibeo hæredem alienare bona, ita ſcribunt Doctores communiter, *in l. filiusfamilias, §. Diui* vbi Bart. *in principio* Floria. *n.2.3. &* 8. Bald. *in primo not.* Alber. *in princip.* Angel. *n.2.* Caſtr. *in principio,* Alexand. *in ſummario,* Iaſ. *in prima lect. num.1. & 2. & in ſecunda lect. num.7.* Opiz. *n.14.18. &* 33. Ripa *n.10.* Ferdin. Loarez, *num.3.* Soc. iun. *n.9* Romul. *n.5.* & Alciat. *n.7. ff. de legat.1.* Bart. *in l. peto §. fratre, ff. de legat.2.* Bald. *in l. quoties, num.6. & 8. C. de fideicom.* Soc. ſen. *in l. qui Romæ §. cohæredes, col.5. verſic. primus caſus ff. de verb. obligat.* Crott. *cõſ.61. num.24* Gozad. *conſil 102 num.11.* Alciat. *conſil.128. & conſil 129. lib.9.* Purpur. *conſ.304. col.1.* Becc. *conſil.100.* Vegg. *conſil. vlt. num.342.* Roland. à Valle *conſ.43. n.43. libro 4.* Dec. *conſil.26. num.20. lib.2.* Alba. *conſil.520 n.5.* Hieron. Gabr. *conſ.95. numer.23. lib.1.* Cephal. *conſ.330. num.28. conſ.401. num.33. & conſ.519. num.10. & 11.* Burſat. *conſ.52. n.39. lib.1. & conſ.300. n.73. lib.3.* Eugen. *conſ.81. n.48.* Menoch. *conſ.1081. n.1.* Guald. *tit. de var. teſtamen. præcept. caut.9.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.5.* Anton. Gabr. *de fideicom. concl.9. n.1.* Peregr. *de fideicom. art.14. n.1.* Pert. *de fideicomm. q.1. n.1. & 2.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.72. n.27.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol.282. n.2. verſic. idem eſt,* Maſcard. *de probat. concl.1236. n.4.* Laut. *deciſ. Auen. 23. num.3.* Alexand. Raud. *deciſion. Piſan. 26. n.... verſic. ſecundo quia.* 1

Probatur autem ita recepta ſententia per text. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat.1. in l. pater filium, §. Iulius Agrippa, & in l. Lucius, in principio ff. de legat.2.* Secundo per Raph. Comenſ. adducitur ratio, quia teſtator ſimpliciter prohibendo hæredi alienationem bonorum cenſetur potius conſulere, quàm præcipere, nec hæres tenetur conſilium teſtatoris ſequi, *l. cum pater, §. mando ff. de legat.2. & l. legatis, ff. circa, ff. de annu. legat.* & hanc rationem vltra alios probauit Iaſ. *in d. §. Diui, in 2. lect. num.11.* & Soc. iun. *num.11.* Verum Rip. *in d. §. Diui, nu.20.* reprobat hanc rationem, quia Iureconſultus, *in d. §. Diui,* dicit, prohibitionem alienationis ibi eſſe præceptum non conſilium, hanc etiam rationem vltra Bart. Romul. *in d. §. Diui, num.6.* reprobat Peregr. *d. art.14. n.1. verſic. rationes iſtæ.* Alia ratio igitur conſideratur à Doctoribus, quia ſine cauſa teſtatores non poſſunt prohibere alienationẽ hæredibus, quin ipſi ſuo fauori renunciare non poſſunt, *l. poteſt, ff. ad leg. Falcid. l. vltima, C. de pact.* Et hanc prohibitionem ſolum fauore hæredum prohibitorum factam eſſe, latè probat Crott. *conſ.61. n.24. & ſeq.* & ſequitur Pert. *d. q.1. n.4.* Sed nec iſtam rationem ſubſiſtere voluit Peregr. *loco ſtatim citato,* qui alias adducit rationes. illa autem mihi placet, quia quando prohibitio eſt nuda à cauſa, & perſona, remanet incertum cui bona in caſum contrauentionis acquirantur, ideo fideicommiſſum redditur inane, *in l.* 2

Paulus,

Paulus, & ſi fuerit, ff. de reb. dub. & latius explicat Pereg. *vbi ſupra*.

3 Ampliatur primò, vt prohibitio ſine cauſa ſit ipſo iure nulla, vt probatur *in d. §. Diui*, & ibi ſcribunt Iaſ. *n.4. in prima lectura*. Romul. *n.32*. Soc. iun. *num.9. &* 10. qui etiam ponunt vtilitatem huius ampliationis, Celſ. Vgo *conſil. 20. n.40. verſic. apparet. & nu. ſeqq.*

4 Ampliatur ſecundò, & ſi prohibitio alienationis ſit facta per verba geminata, nam & tunc remanet nulla, cum eſt nuda à cauſa, & perſona, Berett. *conſ. 18. per totum*, Petr. *d. q. 1. n.49*. Intrigl. *d. q. 72. n.34*. vbi reddit rationem, quod licet geminata oſtendant enixam voluntatem diſponentis, *ad l. Baliſta ff. ad Trebell.* non tamen conualidant, quod eſt nullum & inane. Et de hoc videtur text. clarus *in l. pater filium, §. Iulius Agrippa. ff. de legat. 3*. vbi prohibitio eſt geminata, & tamen appellatur præceptum nudum.

5 Contra autem malè tenent Corn. *conſ. 59. n.4. lib.2*. Gozad. *conſ. 5. col. penult. & conſ. 102. nu.6*. Alba *conſ. 54. n.3*. Mouentur iſti ex regula & vi geminationis: ſed ſupra reſponſum fuit.

6 Ampliatur tertiò, & ſi teſtator efficaciter prohibuiſſet alienationem, vt alienationem annullaret, vel dixiſſet, ne hæres vllo modo alienaret, Alciat. *in l. filiusfamilias, §. Diui, num.6. ff. de leg. 1*. Berett. *conſ. 75. ante num. 5*. Peregr. *d. artic. 2. in princ.*

7 Ampliatur quartò ſiue prohibitio alienandi ſit facta de immobilibus, ſiue de mobilibus, vel pecunia, vel alijs rebus conſiſtentibus pondere, numero, & menſura, Marzar. *de fideicomm. q.5*. Crauet. *conſ. 295. n.4*. Roland. à Valle *conſ. 46. col. 1. lib.1*. Petr. *d. quaſt. 1. n.15*. vbi tamen hoc intelligit procedere, niſi eſſent conſumpta tempore ſine culpa grauati, ad quod videnda etiam erunt dicta *ſupra q.624*.

8 Ampliatur quintò procedere, & ſi quis & eius hæredes, vel eius filij vel deſcendentes eſſent prohibiti alienare, nam & tunc prohibitio erit nulla, tanquam nuda à cauſa, & perſona, *l. pater filium, §. penult.* & ibi Bart. *ff. de legat. 3*. Curt. ſen. *conſil. 45. numero 21*. Rimin. *conſil. 25. num.9. in fi. & num. ſeq.* Alexand. de Neuo, *conſilio 17*. vbi in fine in add. habetur ita iudicatum, Petr. *d. q. 1.*
9 *n.20. & n.32*. Ratio eſt, quia reſpectu ipſorum filiorum, vel hæredum inſtitutorum, qui non reperiuntur honorati, & vocati prohibitio eſt nulla, *l. ab eo, C. de fideicomm.* Salicet. *in l. quoties, la 2. n.2. C. de fideicomm.* quem & alios refert & ſequitur Petr. *d. q. 1. n.33*. ſed videnda erunt dicta *in vltima decl. n....* & vide *q.688. limit. 19*. vbi retuli diſſentientes. [Hanc etiam ampliationem probarunt Iaſ. *conſ. 96. n.6. &* 8. *lib.4*. Ceph. *conſ. 730. n.53. 55. 57. lib.5*. Rim. iun. *conſ. 607. num. 12. lib.6*. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 917. num. 20. &* 21. Berret. *conſ. 18. nu.3. in fine, & numero 4*. Petr. *d. quaſt. 11. num.56. & ſeq &* *q.5. n.11*. Pereg. *conſ. 63. n.3. & 4 verſ. ſed cum, lib.2*. quorum multi loquuntur, & ſi adeſſent verba perpetuitatis, quod voluit etiam eruditiſſimus Dominus Ludouicus Ricciardus I.C. Florentinus in vna Florentina de Detis, in qua & ego conſului pro Illuſtriſs. Strotijs, & eius conſilium eſt inter mea conſilia, *n.168. num.81. & ſeqq.* & ſecundum noſtra conſilia fuit ab illa Rota iudicatum.]

10 Ampliatur ſextò, ſiue prohibitio ſit, in rem, ſiue in perſonam, Paul. Caſtr. *in d. §. Diui, in princip.* Soc. ſen. *conſ. 227. colum. 3. & colum. ſeq. volum. 1*. Rim. iun. *conſ. 25*. Petr. *d. q. 1. n.21*. vbi tamen dicit hanc ampliationem eſſe periculoſam, licet poſtea in tertia limitatione, *n.54*. dicat eſſe veriorem opinionem.

11 Contra tamen, quando prohibitio eſt in rem, vt ſatis tunc dicatur veſtita, tenent Rub. Alex. *conſ. 53. n.6. in fi.* & Crot. *conſ. 48. n.17. & ſeq.* Capic. *deciſ. 108. col. 1. & 2.*

Ampliatur ſeptimo locum habere, & ſi ratio inutilis ſit appoſita: vt quia dictum ſit, prohibeo filium alienare, quia volo hæreditatem peruenire ad eius hæredes, nam & tunc nullum eſt præceptum, nec ex eo aliquod reſultat fideicommiſſum, *l. pater filium §. penult. ff. de legat. 5*. Alciat. *conſ. 483. n.11. & ſeqq.* Rim. iun. *conſ. 15. n.9. in fi. & n. ſeq. lib.1. conſ. 528. n.46. & ſeqq. lib.5. & conſil. 781. n.64. lib.7*. Petr. *d. q. 1. n.23. verſic. & hanc partem, & nu.44*. Qui tamen declarant ampliationem non procedere, quando dictum fuiſſet, quia volo peruenire ad hæredes maſculos, quaſi tunc ſenſerit teſtator de deſcendentibus prohibiti. Et idem eſſet vbicunque à teſtatore hæredes non eſſent conſiderati vt hæredes, ſed vt filij & de familia, quia tunc fauor iſte filiorum, vel familiæ veſtiret prohibitionem, Paul. Caſtr. *in d. §. Diui, num.5*. Cephal. *conſ. 729. n.61. lib.5*. Rim. ſen. *conſil. 25. n.14. lib.1*. De hac tamen ampliatione videnda erunt dicta *in quaſt. 688. num.4*. 12

Ampliatur octauò, vt neceſſe ſit ad validitatem prohibitionis alienationis, quod facta ſit fauore certæ perſonæ, ſecus ſi eſſet facta reſpectu incertarum perſonarum *l. qui liberis §. hac verba ff. de vulg. & pup.* Alciat. *in d. §. Diui, col.7. & col. ſeq. verſ. quod exemplum*, à quo tamen diſſentit Petr. *d. q. 1. n.45*. exemplificando in prohibitione facta fauore familiæ per *l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2*. & Petram bene dicere in ſuo exemplo ambigendum non eſt, ſed ampliatio tenenda erit, quando prohibitio eſt facta cauſa perſonæ incertæ de incertis, de quo etiam dixi *quaſt....* 13

Ampliatur nonò, vt neceſſe ſit cauſam eſſe expreſſam, nec ſufficeret cauſa tacita, quando dubitum eſſet, an teſtator etiam ex alia cauſa potuiſſet moueri, nam in dubio dicendum eſſet cauſam fuiſſe fauore prohibiti, cui ipſe poteſt renunciare, & in dubio non eſt recedendum à regula, ita & bene comprobat Soc. iun. *d. §. Diui, numero 20*. ſequitur Petr. *d. quaſt. 1. numero 47*. vbi dicit tacitam rationem tunc haberi pro expreſſa, quando ex ea ſola teſtator potuit moueri ad ita diſponendum, ex doctrina Bald. *in l. quoties, la prima, n.8. C. de fideicomm.* 14

Ampliatur decimo, vt ſi in alia parte teſtamenti ſit facta prohibitio de vna re cum cauſa, vel vni perſonæ ſit facta prohibitio cum cauſa: & in alia parte de alia re, vel perſona facta ſit prohibitio ſine cauſa, quod per hoc non cenſetur repetita cauſa, Roland. à Valle *conſ. 43. n.43. lib.4*. vbi de re prohibita, Bero. *conſ. 78. n.18. lib.2*. vbi de perſona prohibita. 15

Ampliatur vndecimò, etiam ſi iuramentum teſtatoris interuenerit, & etiam hæredis, nam adhuc alienari poterit res, tanquam nudum & inefficax ſit præceptum, quia iuramentum non immutat naturam actus, ſuper quo interponitur, *l. vltim. C. de iuram. calum.* & in ſpecie ita tenet Ripa *in d. §. Diui, n.21*. diſſentit tamen Ferdin. Loarez, *in d. §. Diui.* 16

Ampliatur duodecimò, ſi vnus ex pluribus hæredibus vel legatarijs eſſet prohibitus alienare, nam per hoc non cenſeretur prohibitio fauore cohæredis, vel collegatarij, Gloſ. & Doct. *in d. §. Diui*, & ibi communem dicit Optz. *nu 32. per text. in l. pater filium, §. Iulius Agrippa ff. de legat. 3*. ſed vide infra *decl. vlt.* 17

Declaratur autem primò hæc concluſio, vt non procedat, quando pœna appoſita eſt ſuper prohibitione, quia tunc prohibitio eſſet veſtita pœnæ adiectione, & ſuſtineretur, Angel. *conſ. 168. col. vlt. in tertio dubio*, Bal. *in l. vnica, numero 46. C. de his, qui pœn. nom.* Rip. *in d. §. Diui, n.35*. Celſ. Vgo *conſ. 20. num.40*. Rim. *in d. §. Diui, num.7. in fi. & nu. ſeq.* vbi dicit probari *in l. vltim. C. de verb.* 18

verb.ſignif.& vide Petr.latè q.1.nu.11.114.& ſeqq.

19 Et hæc opinio maximè procedit, quando teſtator appoſuit pœnam nullitatis, & ſic annullauit actum, quia tunc eſt veſtita prohibitio, Anan. conſ.47.nu.8.& ibid. Bologn.Corn. conſil.258. col.pen.in fi. verſ.ſed prædicta, Alciat. conſ.75.n.7.& conſ.777.n.41. Berett. conſil.142. num.6.Rim.iun.conſil.456.num.83.lib... Decian.conſilio vlt.lib.1. Petr. d.q.1.num.14. licet diſſentiat Ruin. d. §. Diui, num.9.

20 Pariter ſi pęna priuationis ſit appoſita legatario, licet alius non ſit vocatus, tenet prohibitio, & cenſetur facta fauore hæredis, ad quem in caſum priuationis neceſſariò legatum reuertitur, Doct. in d.§. Diui, vbi Ferret. n.43.ad finem, Alciat. n.9. & Soc.iun. n.114. vbi teſtatur de communi opinione, pro qua ſententia facit l.Quintus,ff.de ann.lega.& probatur ratione à contrario ſenſu, de qua in l.4.in fi.ff.de cond.inſtit.

21 Similiter hæc declaratio eſſet vera, quando plures eſſent prohibiti, & in caſum alienationis ſit appoſita pœna priuationis, nam altero alienante cohæredes cenſerentur vocari, Ruin. in d.§. Diui, numero 13. & ibi Soc. iun. numero 49. Alciat. Crott. numero 2. idem Ruin. conſ. 110.num.7.lib.2.& conſ.67.num.4.lib.5. Natt. conſ.675. num.15.& Rol.à Val.in eadem cauſa conſultus, conſ 70. n.62.& ſeqq lib.3. Anton. Gab. de fideicom. concl.9. n.5. Petr.d.q.1.n.119. Probatur autem hæc opinio in l.1.C.de his quæ pœn. nom.

22 Limitatur, ſi eſſet appoſita pœna pecuniaria contrauenienti, per hoc enim prohibitio non erit veſtita, Doctor. in d.§. Diui, vbi Rip.n.22.& Soc.iun.n.112.& ſeqq. & Ruin.n 9.Ruin.conſil.110.n.7.lib.2.Rim.iun.conſ.585. col.3.lib.4.Petr.de fideic.q.1.n.117.Alex.Raud.deciſ.Piſan. 26.n.64. Difficultas eſt, an pœna alienando committatur, licet prohibitio ſit nulla, de quo videndi erunt Doct. in d.§. Diui, & ibi Rip. num.22. concludit pœnam ex contrauentione committi, licet actus ſit nullus per text. in l.1.C.de his, quæ pęn. nom. & idem ibi tenet Soc.iun. n.112.& ſeqq.

23 Limitatur ſecundò, quando vnus tantum eſſet prohibitus, & pœna priuationis eſſet appoſita, quia tunc prohibitio remanebit nuda, & ſine effectu, Angel.conſ. 154.n.1. Iaſ. in d.§. Diui, in 2.lect. n.68. & ibi Ferret. numero 45.

24 Contra tamen & melius ſentiunt Bald. Ang. ſibi contrarius, & alij relati ſupra pro declaratione, qui volunt prohibitionem cenſeri appoſitam fauore venientium ab inteſtato & cùm adſit hæc perſona, cuius fauore cenſeri poteſt appoſita pœna contrauentionis; ſuſtinetur prohibitio, vt in d.§. Diui, ibi niſi adſit perſona.

Sed quid ſi pœna erit alteri applicata? vide infra quæſt.687.

25 Declaratur ſecundò non procedere, in prohibitione appoſita in contractu, quia erit valida, cum in ea non requiratur, vt veſtiatur cauſa, Bart. in d.§. Diui, n.5. & ibi Iaſ.n.48. & Ruin. num.40. vbi adducit etiam rationem, Marcobr. ab Anguil.conſil.83.n.94. Hier.Gabr.conſ.140. n.50.lib.1.Petra de fideicom.q.4.n.7.Seraph.deciſ.Roman. 417.n.11. Facit l.ea lege, C.de condict.ob cauſ.

26 Declaratur non procedere, quando præcederet, vel ſequeretur fideicommiſſum in caſum mortis, quia ex hoc prohibitio aliàs nuda eſſet veſtita, Paul. Caſtr. d.§. Diui, n.3.& 5. Ang. in prin. Opiz.n.8.& 9.& Soc.iun.n. 4.Alex.de Neuo conſ.29.num.1.& 6. Cacher.conſ.4.n.5. & probatur in d.§. Diui. Quod procedit niſi ad fideicõmiſſum in caſum mortis eſſent vocati ſoli prohibiti, vel eorum hæredes, quia & prohibitio ſolum fauore illorum cenſeretur facta, Caſtr. d.§. Diui, n.5. & ibi Opiz. n.13. Ceph. conſ.730. n.61.lib.5. & hoc erit temperandum ſecundum dicta ſupra n.10.& infra n.20.

Declaratur tertiò non procedere, quando prohibitus non obſtante prohibitione nuda, voluit nihilominus præceptum ſequi, nam ex prohibitione reſultabit exceptio ad fauorem prohibiti, licet actionem prohibitio non produceret, ita poſt Bal. & Alciat. voluit Petr. d. quæſt.1.n.53. 27

Declaratur quartò in prohibitione alienationis temporali, facta ad conſulendum imbecillitati filiorum; nam hæc ſuſtinetur, licet non ſit à cauſa veſtita, l.Titia centum, in princ.ff.de cond.& demonſtr. l.filij matrem, & ibi Doct. C.de inoff.teſtam. Dec. in l.ſi emancipati, nu.30. C.de collat. Rip. in d.§. Diui, n.28 ff.de leg.1. Aret.conſ 90. Laur.deciſ.Auen.23.num.3.verſ.replicabat, Alex Raud. deciſ.Piſan.31.n.245. & ſupponunt omnes citati infra q.724.addo prædictis, Bart. in d.§. Diui, n. Opiz.n.9.& 36.Crott.n.3.Rip.n.7.& 41. Florian.de Sanc.Petr.nu.9. Loarez n.9.& 91. vbi aſſerit eſſe communem, Iaſ.n.21. & in 2.lect.n.33.& 47.Soc.iun.n.62. Ruin.conſ.42.n.25. lib.3.Dec.conſ.38 .n.4.Purpur.conſ.304.n.8.lib.1.Natta conſ.528.n.2.Malaſ.conſ.125.n.73. Becc.conſ.100.nu.4. & 5. Alba conſ.57.n.8.& ſeqq. Rolan.a Val.conſ.81.n.21. lib.2.Hier.Gabr.conſ.90 n 3.lib.2. 28

Declaratur quintò non procedere in prohibitione facta de non alienando rem inſignem, puta Caſtrum, vel Turrim, quæ conſueuerunt eſſe in familia, nam licèt nulla cauſa ſit expreſſa, prohibitio tenet, tanquam veſtita ratione rei, vel quia Turris, & Caſtrum eſſet refugium familiæ, vel quia fuiſſet antiquitas familiæ, & illius ſplendor, Gloſ. in l.quoties ab omnibus, & ibi Doct. præcipuè Iaſ.n.15. & Paril. n.10. vbi teſtatur de communi opinione, C. de fideic. Bart. in d.§ Diui, n.3. & ibi Iaſ.n.26. in prima lectura, Rip. n.4. & alij communiter, Dec. conſil.22.col pen.verſ. & concluſio prædicta, & conſ. 38.col.2.verſ.quarto etiam. Rub.conſil.53.n.7.Crau.conſ. 878.col.penul.verſ.ſatis his, Bero.conſ.84.n.10.li.2. Curt. iun.conſ 225.n.20.& 21. Soc.iun.conſ.13.n.23.& ſeq lib. 4.Natta conſ.631.n 14. Rol.à Val. conſ.23.num.24.lib.1. Dec.conſ.31.nu.102.lib.1. Rim.iun. conſil.456.n.82.lib 4. Burſat. conſ.52.n.27.in fi li.1. Crott. conſ.405.n.15.lib.3. Ruin.conſil 208.n.16.ad finem lib.1. Honded.conſil.58. n.17.lib.1.Menoch.conſil 1155.n.33.& conſ.1195.n.12. Ant.Gomez. in commen. ad leg. Tauro Hiſp. l.40.n.38. Mant.de coniect.vlt.vol.lib.6.tit.12.n.8.Capic.deciſ.108. n.4.Put.deciſ.448.n.1.lib.2.& infra dicetur num.97. 29

Idem eſſet in prohibitione alienandi Palatium, domum, poſſeſſionem, quæ fuit maiorum teſtatoris, Caſtr. in d.§. Diui, n.3. Iaſ. in 1.lect.n.8.& in 2.n.11. Soc. iun. in 4.not. Loarez n.104 Crot n.3.& 25. Romul. n.9. Dec.conſ.23.n.4.Bero.conſ.84.n.10.li.2.Eug.conſ.81. Decian.conſ.31.n.102.lib.1. Rimin.iun. conſ.456.n.82.lib.4. Hond.conſ.58.n.13.lib.1.à Ponte conſ.46 n.2. Tiraq de vtroq.retrac.par.1.n.39. Mant. d.tit.12.n.8.& alij ex citatis in exemplo de Caſtr. Probatur l. ſi emptionem, ff. de minor. in l.1.§.alius.ff.ſi quid in frau.patr. & in l.lex quæ tutores, C.de adm. tut. 30

Idem eſſet, quando domus, vel fundus, vel poſſeſſio fuiſſet in loco ſalubri, pro ſanitate familiæ, & delitijs, ſecundum Romul. in d.§. Diui, num 31. probatur l.1.§. ſi rem.ff.ſi quid in fraud patron. 31

Subdeclaratur primò vt procedat, dummodò Caſtrũ, turris, palatium, vel poſſeſſio denominetur ab ipſa familia teſtatoris, ita vt ex his conſeruetur memoria familiæ, & quod res fuerit ſua, ſecundum Curt. iun. conſ. 225 n.20.& ſeq.li.3.Rim.iun.conſ.652.n.10.& ſeqq. Socin.iun.d.§. Diui n.20.& ibi Bologn n.56. pro qua ſententia faciunt l. pater, §. Iulius Agrippa, & l. Lucius. ff. de legat.3. & vide Gloſ. in l.quoties, C. de fideicomm. Cogita tamen, quia plures Doctores citati pro declaratione loquuntur etiam in caſu quo palatium, vel 32

poſſeſ-

poſſeſſio non denominabantur à familia teſtatoris.

33 Subdeclaratur ſecundò, ſecundum aliquos procedere, dummodo hæc bona qualitas, vel quod fuerit maiorum, vel quod fuerint in delitijs, vel in aere ſalubri, vel refugium familiæ, ſit à teſtatore expreſſa, aliàs ſecus, ita *in d. §. Diui*, Crott. *n.* 8. *&* 17. Ferret. *n.* 22. *& ſeq. & n.* 31. & Alciat. *n.* 20. Soc. iun. *conſil.* 13. *num.* 23. *lib.* . Rim. iun. *conſ.* 632. *n.* 14. *& ſeqq. lib.* 3. *& in ſecundo vol. commun. opin. tit. comm. de leg. n.* 23.

34 Contra tamen tenent alij magis communiter, teſte Soc. iun. *in d. §. Diui, n.* 57. & ita in ſpecie Barbat. *conſ.* 18. *n.* 21. *& conſ.* 27. *n.* 7. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 23. *n.* 6. Crot. *cõſ.* 405. *n.* 15. *lib.* 3. Roland. à Valle *conſ.* 23. *n.* 25. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 31. *n.* 10. *lib.* 1. Tiraquel. *de vtroq. retr. par.* 1. *in Proœm. n.* 9. Cardin. Mant. *d. tit.* 12. *n.* 8.

35 Et ſufficere hoc colligi etiam tacitè dicunt Doctor. *in d. §. Diui*, vbi Iaſ. *in prima lect. n.* 8. *& in* 2. *n.* 11. Opiz. *n.* 9. Romul. *n.* 9. vbi de communi, Soc. iun. *n.* 4. Alexand. *n.* 19. & Rip. *num.* 4. Grat. *conſil.* 106. *n.* 15. *lib.* 2. Ruin. *d. conſ.* 208. *n.* 19. *in fine lib.* 1. Bero. *conſil.* 84. *n.* 10. *& ſeq. lib.* 2. Honded. *conſil.* 8. *n.* 17. *lib.* 1. Ex qualitate enim ipſius rei prohibitæ alienari, colligitur mentem teſtatoris fuiſſe, vt ſua familia ex illa re recipiat ſplendorem, & commoditatem, & ſufficit habere mentem teſtatoris etiam ex coniecturis, *l. cum proponebatur ff. de legat.* 2. & plenè dix. *q.* 276.

36 Intellige tamen procedere, quando ſpecialiter illa res eſſet prohibita alienari, ſecus ſi cum vniuerſitate bonorum Burſat. *conſ.* 57. *in fine, lib.* 1.

37 Intellige tamen procedere dummodò prohibitio habeat tractum in futurum, ſecus ſi ſolum de præſenti, Alex. *in d. §. Diui*, & ibi Alciat. *num.* 50.

38 Declaratur ſexto non procedere in prohibitione facta à Principe, ſecundum Romul. *d. §. Diui, num.* 27. qui mouetur ratione, quia in Principe præſumitur cauſa, vt ſcribunt Doct. *in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer.*

39 Declaratur ſeptimò non procedere, quando vltra fauorem prohibiti, adeſt etiam aliquod aliud eius intereſſe, quia tunc prohibitio valeret, Florian. *in d. §. Diui n.* 9. & ibi Caſtr. *n.* 5. Iaſ. *n.* 14. *in* 1. *lect. & in* 2. *lect. n.* 45. *in fine.* Ferdin. Loarez. *n.* 94. *& n.* 100. Opiz. *nu.* 36. 37. Rip. *n.* 41. Crott. *n.* 50. *verſic. propter.* Soc. iun. *conſ.* 69. 70. *&* 87. & Alciat. *n.* 13. *verſic. cæterum*, Aret. *conſil.* 9. *n.* 10. Curt. iun. *conſil.* 225. *n.* 18. *& ſeqq.* apud quos Doct. haberi etiam poſſunt exempla: & hæc declaratio probatur *in d. §. Diui.*

40 Declaratur vltimò non procedere, quando plures per viam diſpoſitionis eſſent prohibiti alienare, quia tunc inter prohibitos ex mente teſtatoris reſultat reciprocum fideicommiſſum, & licèt nulla ſit expreſſa cauſa, attamen prohibitio cenſetur facta fauore non alienantium altero alienante, Gloſſ. *in l. codicillis, §. inſtituto, ff. de leg.* 2. vbi Imol. dicit illam Gloſ. eſſe ſingularem *in verſ. item nota diligenter*, Bald. *in l. cum hi, §. ſed ſi in pluribus, in fine ff. de tranſact.* Romul. *in d. §. Diui*, Corſet. *in ſingul. in verb. teſtamentum*, Alex. *conſ.* 25. *col. vlt. lib.* 2. *& in l. qui Roma, §. cohæredes, n.* 3. *col. ff. de verb. oblegat.* Dec. *conſ.* 23. *n.* 4. *conſ.* 377. *n.* 8. *in fine*, vbi dicit fideicommiſſum induci ſolum in caſum alienationis, *& conſ.* 422. *n.* 5. *in fine.* Guid. Pap. *conſil.* 205. *verſ. alia etiam conſideratione.* Grat. *conſ.* 21. *n.* 13. *lib.* 2. Crott. *conſ.* 44. *num.* 21. *& conſil.* 48. *n.* 14. *lib.* . Rub. Alex. 53. *n.* 3. *in fin.* Alba *conſil.* . *n.* 13. *& conſil.* 54. *n.* 1. Ceph. *conſil.* 401. *n.* 48. Dec. *conſil.* 50. *n.* 19. *lib.* 1. Grat. *conſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 225. *n.* 27. *lib.* 3. Turret. *conſ.* 81. *n.* 39. *lib.* 1. Rim. iun. *conſ.* 259. *num.* 67. D. Pedroc. *conſil.* 20. *n.* 53. *& conſil.* 22. *num.* 22.

Quæ opinio etiam probatur *in d. §. inſtitutio*, vbi teſtator hæredes inſtituerat filium, & nepotes ex emancipatos, & prohibuerat ædes ſuas vendi ab hæredibus, ſed voluit eas manere firmas & ſimplices apud eos, aliàs quicquid in contrarium factum fuerit irritum ſit, & inane, & ibi Iuriſconſultus ſupponit altero alienante extare fideicommiſſum ad fauorem non alienantium. Sed tenentes contrariam ſententiam ad hunc textum reſpondent, prohibitionem fuiſſe veſtitam ob actus annullationem, vt infra dicetur ſic veſtiri. Alia etiam ratione ſuaderi videtur hæc opinio, nam quando teſtator plures inſtituit, eoſque prohibet ſimpliciter alienare bona, videtur feciſſe contemplatione cohæredum quos magis dilexit, & ſic non poteſt dici nuda prohibitio à perſona, & per conſequens valere debet *d. §. Diui, verſ. niſi inueniatur perſona.* Reſpondetur tamen, & ad hanc rationem, quod hic non reperitur perſona cuius contemplatione ſit facta prohibitio, ſed prohibitio intelligitur, ac ſi quilibet eſſet ſeparatim prohibitus partem ſuam alienare, non autem quod ſit prohibitus reſpectu cohæredis, & prohibitio reſoluitur in ſuas ſingularitates *ad l. ſ. iſſa, § vlt. ff. de cond. & demonſtr.* Et quilibet cenſetur dilectus in ſua parte, & teſtator in ea illi voluit fauere, & poteſt quilibet ſuo fauori renunciare, & ita reſp. Soc. iun. *d. §. Diui, num.* 11. *verſ. & licet.*

Ad probationem etiam huius opinionis adducitur *l. cum pater, § libertis, ff. de leg.* 2. *& l. Quintus, ff. de ann. legat.*

Sed contra ſe habent magis communiter Doct. volentes prohibitionem remanere inefficacem, licet plures ſint prohibiti, nec ideo inter eos reſultare reciprocum fideicommiſſum, Gloſ. *in l. quoties, C. de fideic.* & ibi Salic. Gloſ. *in l. filius familias, §. Diui*, & ibi Bart. *in prima reſponſione*, Paul. Caſtr. *in fine*, Alexan. *circa finem*, Iaſ. *in ſecunda lectura, n.* 19. *&* 20. Rip. *n.* 33. Opiz. *n.* 32. Ferd. Loarez. *num.* 30. Crott. *n.* 2. Alciat. *n.* 9. Ruin. *n.* 12. Ferret. *num.* 16. Romul. *num.* 7. & Soc. iun. *num.* 50. qui teſtatur de communi opinione. *ff. de leg.* 1. Alex. *in l. qui Roma, §. cohæredes, col.* 3. *verſ. in quantum tamen*, & ibi Soc. iun. *n.* *ff. de verborum oblig.* Gloſ. & Salic. *in l. quoties C. de fideicomm.* 41

Et conſulendo Iaſ. *conſ.* 96. *n.* 19. *lib.* 4. Grat. *conſil.* 21. *col.* 1. *lib.* 2. Crott. *conſil.* 309. *n.* 13. *lib.* 3. Gozad. *conſil.* 102. *col. penult.* Rup. *conſil.* 53. *n.* 4. Bero. *conſ.* 6. *n.* 2. vbi aſſerit eſſe communem ſententiam, *& conſil.* 84. *n.* 6. *lib.* 2. Beret. *conſ.* 18. *n.* 21. *in fine*, Ceph. *conſil.* 4. *n.* 27. *verſ. & non obſtat*, Burſat. *conſil.* 13. *num.* 42. *lib.* 1. Hier. Gabr. *conſil.* 140. *num.* 45. *& ſeq. lib.* 1. vbi dicit eſſe communem opinionem, Odd. *conſil.* 66. *nu.* 40. vbi affirmat eſſe magis communem ſententiam, Rim. iun. *conſil.* 381. *nu.* 23. & 24. *lib.* 4.

Et in Tractatibus. Ant. Gabr. *de fideic. concl.* 9. *n.* 3. *in fin.* vbi dicit hanc opinionem magis communiter teneri, Petr. *de fideic. q.* 1. *n.* 23. vbi ſcribit eſſe communem ſententiam, Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 72. *n.* 19. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* 5. *n.* 2. Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib.* 2. *dubit.* 6. *ſolut.* 10. *n.* 2. *fol.* 282. Mantica *de coniecturis vlt. vol. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 16. Peregr. *d. art.* 14. *n.* 2. vbi teſtatur de communi, Bero. *q.* 42. Surd. *deciſ.* 238. *n.* 18.

Probatur autem hæc communis ſententia, per text. *in l. Pater filium, §. Iulius Agrippa (ſecundum literam pluralis numeri: ſcilicet hæredes eius pignorarent) & in §. mater ibi nihil de fideicommiſſo proponi. ff. de leg.* 3. de quorum tamen iurium intellectu videndus erit Soc. iun. *d. §. Diui, n.* 50. 51. 52. 53. vbi etiam dicit pro hac opinione facere *d. §. Diui*, in ſui generalitate, prout per Gloſ. vno modo exemplificatur. 42

Idem eſſet, quando prohibitio eſſet facta per viam conditionis, nam licet teneat conditio, non tamen ex prohi- 43

prohibitione ſimplici pluribus facta reſultaret reciprocum fideicommiſſum, *l.* 4. §. *vlt.* & ibi Bal. *ff. de cond. inſt.* Soc.ſen. *in l. qui Romæ. §. cohæredes, col.* 5. *verſ. aliquando.* & *ſecundo. ff. de verb. obl.* & videndus erit Soc. iun. *d.§ Diui, nu.* 53. *verſ. demum non obſtant,* & *numero* 107. Alex. *in n.* 20. Iaſ. *n.* 6. & *in* 2. *lect. nu.* 9. & 61. Rip. 8. & *nu.* 38. Romul *nu.* 16. vbi dicit eſſe communem, Soc. ſen. *in l. is cui num.* 4. *ff. de cond.* & *demonſt.* Ruin. *conſil.* 77. *nu.* 12. & *conſ.* 95. *n.* 6. *lib.* 2. Rol. à Vall. *conſil.* 84. *nu.* 21. *libr.* 1. Celſ. Vgo *conſil.* 20. *num* 40. *verſ. apparet,* Decian *conſ.* 7. *nu.* 14 *lib.* 5. Gozad. *conſ.* 102. *num.* 11. *verſ. aut vero plures* Marc. ab Anguil. *conſ.* 55. *n.* 141. Burſat. *conſ.* 13. *nu.* 42. *lib.* 1. Perr. *d.q.* 1. *nu.* 52. Ant. Gab. *de fideic. concl.* 9. *nu.* 24. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, q.* . *nu.* 1. Intrigl. *d. cent.* 3. *q.* 72. *n.* 28. Præt. *de interp. vlt. volunt. fol.* 282. *nu.* 2. *verſ. idem eſt, ad medium,* Perr. *d.q.* 1. *num.* 123. Licet valere prohibitionem, & operari fideicommiſſum, tenuerit Bero *d.q.* 42. *nu.* 5.

Hoc tamen dictum de prohibitione facta ſub conditione pluribus modis limitatur.

44 Et primò quando prohibitioni nõ eſſet adiecta conditio in modum conditionis, ſed reſolueretur in modum, hoc modo, inſtituo Titium cum pacto, & conditione ne alienet. Angel. *conſil.* 154. Bero. *conſil.* 66. *nu.* 4. *lib* 2. Probatur *in l. Mœuia, ff de manum. teſtam.* & *in l. quoties,* & ibi Bald. & alij, *C. de rer. permut.*

45 Limitatur ſecundò, quando conditio eſſet appoſita per viam oneris: hoc modo, inſtituo Titium cum onere non alienandi. Honded. *conſ.* 58. *n* 71 *lib.* 1.

46 Ex hac tamen prohibitione ſub conditione facta nõ reſultaret fideicommiſſum in caſum mortis, ſed alienationis tantum, Gozad. *conſil.* 102 *nu.* 11. Soc. iun. *d. §. Diui, n.* 12. à quibus diſſentit malè Bero. *q.* 42. *n.* 5.

47 Retenta autem hac ſecunda opinione magis communi, Ampliatur, & ſi ſint illi prohibiti grauati reſtituere hæredibus ſuis, vel ſucceſſoribus ad dicta ſupra *ampl.* 6. *numero* 10.

48 Ampliatur ſecundò, quando prohibitio facta fuit filijs, & deſcendentibus, nam ſi aliud non ſit adiectum, tanquam nudum præceptum non ſuſtinebitur, Crott. *in conſ.* 61. *in princ.* & *n.* 24. & *ſeq.* Petr. *d.q.* 1. *num.* 31. & *ſeqq.* vbi allegat etiam Ceph. *conſil.* 730. *n.* 55. & *ſeqq. lib.* 5. Alben. *conſil.* 11. *col.* 5. *verſ. primo quia,* & Beret. *d. conſ.* 18. *n.* 5. *in fin.* & *n. ſeq.* idem tenet Petr. *n.* 56. & *ſeqq.*

Mouetur Petra ea ratione, quia deſcendentes hæredum non ſunt honorati, ergo nec grauari potuerunt *d. l. ab eo, C. de fideicom.*

49 Sed melius mihi videntur ſenſiſſe, Rub. *conſil.* 53. *n.* 3. *verſ. præmiſſis tamen,* vbi alios citat, & loquitur in caſu, quando prohibitio erat facta filijs, & eorum deſcendentibus in infinitum, & concludit prohibitionem non eſſe nudam à perſona, cum adſint deſcendentes, quorum cauſa, & fauore filij ſunt prohibiti alienare; idem voluerunt Grat. *conſil.* 21. *num.* 13. & *ſeq. lib.* 2. Decian. *conſil.* 50. *n.* 2. *lib.* 1. [Et pro hac opinione ſtat etiam Odd. *de fideicom. quæſt.* 2. *num.* 111. *quæſt.* 11. *nu.* 245. & *quæſt.* 20. *num.* 80.]

50 Et iſta opinio indubitanter eſſet tenenda, quando ſubſtitutio reciproca facta fuiſſet inter ipſos prohibitos, Grat. ſupra citatus, Petr. Ant. Anguſc. *conſil.* 9 *n.* 7. *in fin.* & *ſeqq. lib.* 6. Petr. *d.q.* 1. *numero* 33. *verſ. pro ſolutione,* & *n.* 52. Licet in his terminis contrarium tenuerit Crott. *d. conſil.* 61.

Limitatur decimoquintò, quando procedit diſpoſitio quod in familia relinquatur, & poſtea ſubſequitur prohibitio, hoc modo, volo quod hæreditas mea remaneat in deſcendentes, & quod nullo modo poſſit alienari, nam tunc propter verba diſpoſitiua antea prolata inducitur ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis, & licet hæc limitatio poſſit contineri ſub ſexta, attamen illa eſt magis generalis, & non erit ſine vtilitate in terminis habere authoritates, quia ſunt Curt. iun. conſil. 145. nu. 9. in fin. in primo caſu, Pariſ. conſ. 9. colum. 5. lib. 2. Alciat. conſ. 184. colum. 1. num. 1. & 6. Socin. iun. conſ. 170. nu. 48. lib. 2. Bero. conſ. 90. num. 15. lib. 2. Gozadin. conſil. 101. nu. 10. verſ. ſecundo dicit, Crauet. 58

uet.

net.conſil.324.num.4.Petra dict.quaeſt.5.num.3.5.& 9. Anton.Gabr.de fideicomm.concluſione nona. numero 22. Intrigl.d.cent.3.q.72.num.45.Caualcan.deciſ. 18. n.52. verſic.hic aduertendum, parte 3. Licet contrarium in his terminis tenuerint Ceph. in conſil. 194. & Rimin. iun. conſil.603.num. 12.

59 Limitatur decimoſextò, quando quis eſt prohibitus diſponere in vita; & in morte, Decian. conſil. 31.num. 132.& ſeq.libro 1.

60 Idem eſt ſi quis eſſet ſimpliciter prohibitus diſponere, quia ex hoc reſultaret ſimplex fideicommiſſum, & in caſum mortis, quia cenſeretur prohibitus alienare per vltimam voluntatem, Praet.de interpret.vltim.volunt.folio 92. num.1. Mantica de coniect. vltim. volunt. libro 1.tit.3.numero 9.Menoch.conſilio 210.num. 1.& ſeqq. & idem ego tenui conſulendo ſuper teſtamento D.Hieronymi Fiſonei.

61 Limitatur decimoſeptimò, quando extranei hæredis inſtitutio eſſet prohibita, quia ex hoc reſultaret ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, & in caſum mortis, Gozad.conſil.52.colu.2.verſ.quarto dato, Ceph. conſ.153.n.7.Menoch.conſil.458.n.2.Dec.conſil.31.nu. 135.lib 1.Ant.Gabr.d.concl 9.nu. 27.Maſcard.de probat. concluſ.775.n.24.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.72.num.50. Rota Romana deciſ. 322. nu. 3.parte 1 in nouiſſ.vbi loquitur in caſu, quando erat prohibita alienatio in vltima voluntate, & in certas perſonas.

62 Contra tamen tenuit Odd.conſ.65.nu.41.

63 Idem eſſet, quando ſucceſſio ab inteſtato eſſet prohibita, quia fideicommiſſum ſimplex reſultaret, Ceph. conſilio 153.numero 57.libro 2. Menoch.conſilio 197.numero 28.libr.1.

64 Limitatur decimooctauò, quando diuiſio inter illos de familia eſſet prohibita, vel dictum eſſet, quod bona inter eos remanerent communia, quia inter eos in caſum mortis fideicommiſſum cẽſeretur inductum, Gozad.conſil.52.col.2.Ant.Gabr.d.concl.9.num.26.& 34. Petr.d.q.5.numero 142 Praet.de interpret.vlt.volunt.fol. 283.n.10.Dec.conſil.584.& conſ.637.n.6.& 9. Rimin. iun.conſil.603.nu.17.Berett.conſil.140.n.5.& 6.

65 Limitatur decimononò, quando teſtator dixit, quod alienare non poſſent nec hæredes inſtituti, nec eorum deſcendentes, vel alij de familia, quia tunc fideicommiſſum in caſum mortis reſultaret, Alexand.de Neuo conſil.17. vbi in fine, in addit. habetur ita fuiſſe iudicatum, Rub.conſ.53.Petra dicta quaeſt.5.n.130.Et ratio eſt, quia niſi deſcendentes, vel illi de familia eſſent per fideicommiſſum vocati, non potuiſſent grauari onere prohibitionis.

66 Contrariam ſententiam probarunt Socin. iun. conſ. 112.lib.1.Pariſ.conſilio 118.lib. 3. qui in eodem caſu cõtra Alexand. de Neuo conſuluerunt, vt dicit ille, & Odd.conſil.65.nu.32.& ſeqq. vbi ſubdit non eſſe attendendum quid Iudex in ea cauſa iudicauerit, cum non fuerit nec Collegium, nec Tribunal Excellentiſs. virorum, ſed attendendum eſſe quid iuſtum ſit: & cum his ego tranſeo, per ea quæ in fortioribus dixi ſupra q. 685. ampliatione quarta, num. 6. vbi plures adduxi tenentes in fortioribus prohibitionem tanquam nudam à cauſa eſſe inefficacem, addo Ceph.conſ.544.num.12.quem & alios refert Odd.conſil.66.nu.53.& ſeqq. qui volunt, non reſultare fideicommiſſum abſolutum, licet filij, & eorum deſcendentes ſint prohibiti:& n.55 poſt Ruin. citatum dicit primam opinionem procedere, quando ſupra facta erat ſubſtitutio, & filijs filiorum, & n.56. & 57. pariter amittit primam opinionem poſt Ruin. & Gozad. quãdo poſt omnes deſcendentes alij erant ſubſtituti, quia ex hoc inter deſcendentes eſſe inductum fideicommiſſum concedit.

Limitatur vigeſimò, quãdo fauore illorum de agnatione eſſet prohibita alienatio, & ſimul filij prohibiti alienare eſſent poſiti in conditione, vel eorum fauore facta eſſet prohibitio, quia abſolutum fideicommiſſum in caſum mortis cenſeretur inductum, Ruin. conſ. 108. col.6.verſic.nec praemiſſis.conſil. 122.nu.3.verſ.tertio alia ratione.& conſil.124.colum.3. verſ.& quamuis ex hoc, lib.2.Ant.Gabr.d.concl.9 numero 25.Intrigl.d.cent.3.qu. 72.num.28.ſenſi. Roland.a Valle conſil.34.num 66. lib. 4.quando poſiti in conditione ſunt grauati, alias ſecus, Dec. conſ 637.nu. 5. Ceph.conſilio 153.numero 57.& 58.libr.2. 67

Contra tamen tenent Dec.conſ. 187.numer.9. vbi loquitur in prohibitione facta filijs filiorum poſitorum in conditione, & erant verba, in perpetuum. & ſolum vult induci fideicommiſſum in caſum contrauentionis, Ceph.conſil.544.num 12.lib.4 Hier.Gabr.conſ.121. nu.3.& 21.lib.1.Odd.conſil. 66. numero 43.53. & ſeqq. vbi dicit eſſe communem opinionem. Ego autem ſic tenendum eſſe cenſeo, quod hæc ſecunda opinio procederet, quando poſiti in conditione non eſſent vocati, vt quia magis placeret opinio, quod non ſint vocati, vel non extarent coniecturæ vocationis. Si verò teneremus alteram opinionem affirmatiuam, quod ſint vocati, vel extent cõiecturæ vocationis, vel ſtatuto eſſet ſancitum poſitos in conditione eſſe vocatos, & hoc caſu ſine dubio tenenda erit limitatio, quod ſentiunt etiam Doctores cõtra limitationem ſupra citati, & idem ſenſit Odd.conſ.65. num. 38. Sed qui tenent limitationem mouentur ex eo, quia poſiti in conditione cenſentur vocati quãdo facta eſt prohibitio alienationis, ita Ruinus dict. conſil.122.n.4.libro 2.& diximus de hoc quaeſt. 437.num.... 68 69

Limitatur vigeſimoprimò, quando fauore certarum perſonarum de familia eſt prohibita alienatio, vt fauore primogeniti, quia tunc fideicommiſſum in caſum mortis reſultabit, Gozad.conſil.52.nu.3.Decian.conſilio 51.nu.108.lib.1.Mouentur ſubtili ratione, nam quando facta eſt prohibitio fauore familiæ in genere, cenſetur fideicommiſſum inductum ſolum in caſum alienationis, quia ſic prohibitus poteſt in quem vult de familia alienare, quia non offenditur voluntas teſtatoris, cum bona remaneant in familia l.filiusfamilias, §.cum pater, ff.de legat.1.Decian. vbi ſupra numero 107.& dixi ſupra num.10. alijs authoritatibus comprobando, & ſi fideicommiſſum eſt inductum in caſum mortis, non poſſet in remotiorem fieri alienatio, ſed gradatim qui ſunt de familia ſuccederent. Atqui quando prohibitio facta eſt non in genere fauore familiæ, ſed fauore certarum perſonarum, vt primogeniti, non poſſet prohibitus alienare in alios de familia, quorum fauore non fuit facta prohibitio, quia offenderetur voluntas teſtatoris & ſic ceſſat ratio hoc caſu, quod ex quo poteſt in remotiorem alienare non inducatur fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, ergo ceſſare etiam debet diſpoſitio. cap.cum ceſſante, de appell.l. adigere §. quamuis, ff.de iur. patron. 70

Limitatur vigeſimoſecundò, quando eſt apposita pœna in caſum alienationis, vt ſi annulletur alienatio, vel priuetur alienans, quia tunc reſultabit fideicommiſſum in caſum mortis, Cuman. in l.filiusfamilias, §.Diui, & ibi Iaſ.Crott. Opiz.col.21. Ferdin. Loarez, nu.17. verſ.tertio limit.& Rip.n.22.ff.de legat.1.Anan.conſ.47. num.8. verſ. ſed certè ego pondero, & ibi Bologn. in addit. Corn.cõſ.258.col pen.in fi.verſ ſed praedicta.li.1.Soc.ſen. conſ.227.n.3 verſ.ad quod argumentum, lib.2.Ruin conſ. 128.n.10.& ſeqq lib.1.cõſ.110.n.7.conſ.116.n.1.cõſ.125. n.4.cõſ.127.n.13.& cõſ.173.n.9.lib.2.Crot.conſ.13.n.13. lib.1.Ceph.cõſ.153.n.60.& conſ.544.n.12.et 18.Purpur. conſ. 71

conſ.375.col.3. Decian. conſilio 50. n.22. lib. 1. Ant. Gabr. d. concl. 9. n. 24. Alciat. conſilio 777. n. 4. Berett. conſil. 242. n. 15. Rimin. iun. conſ. 456. num. 85. libr. 4. Odd. conſil. 46. num. 7. Petr. de fideicom. qu. 5. num. 112. & q. 11. nu. 55. Alex. Raud decis. Piſan. 26. num. 68. & ſeqq. & decis. 31. nu. 245. & probatur iſta opinio in d. l. codicillis, §. inſtituto, ff. de legat. 2. & per rationem de qua infra num. 95. verſ. diſſentit tamen.

72 Contra tamen tenent Petra de fideicommiſſ. quaeſt. 1. nu. 121. in fine. Ruin. conſil. 117. nu. 5. lib. 2. vbi comprobat, vt ſtatim dicam, Odd. conſil. 65. num. 25. & ſeqq. vbi adducit Socin. iun. Dec. Bero. Roland. Decian. Pedemont. deciſ. Cephal. & Burſatum, & dicit eſſe communem opinionem, & n. 43. & conſ. 66. n. 114. verſ. quo ad.

Intellige veram limitationem, quando appoſitio pœnæ includit vocationem alterius, iuxta terminos limitationis ſequentis, aliàs ſecus, ita declarant Crott. in d. §. Diui, nu. 5. verſ. quarto limitatur. Odd. d. conſil. 66. n. 26. & ſeq. conſ. 65. n. 44. & ſeq. & conſ. 66. n. 117. Hier. Gabr. conſil. 132. n. 37. & ſeq. lib. 1. Ruin. conſ. 101. & conſ. 122. n. 2. lib. 2. Bero. conſ. 9. nu. 12. & 14. & conſil. 80. n. 7. lib. 2. Burſat. conſ. 301. n. 7. & n. 14. lib. 3. Ant. Gabr. d. concl. 9. n. 14. & 42. Raud. d. deciſ. 26. n. 71. Dec. conſ. 50. n. 22. lib. 1. Diſſentit tamen Ruin. d. conſ. 128. nu. 10. & ſeqq. lib. 1. vbi tenet reſultare fideicommiſſum ſimplex, licet vocati ſint hi, quorum fauore facta eſt prohibitio, & conſil. 116. lib. 2. Petr. dicta q. 5. n. 122. quia quando ſimpliciter fit prohibitio addita pœna in caſum contrauentionis, ſequuta alienatione, intelligitur velle teſtator, quod bona perueniant ad cohæredes, vel ſubſtitutos l. vxorẽ §. hæres, & ibi Bart. ff. de leg. 3. l. 1. C. de his, quæ pœn. nom. Doct. in §. Diui, Bart. in l. quoties, C. de fideic. Angel. conſ. 168. Alex. conſ. 56. in princ. lib. 2. & dixi ſup. n. 29. Cum ergo poſtea additur ratio, vt bona in familia remaneant, non poteſt dici, quod hæc ratio ſit appoſita ad validandam prohibitionem, quæ iam erat valida, vt ergo aliquid operentur debet induci fideicommiſſum in caſum mortis, l. ſi quando, ff. de legat. 1. non autem tantum in caſum alienationis, quia etiam ſine hac cauſa in eum caſum valuiſſet, vt dictum eſt. Sed adhuc teneo opinionem Crotti primam. Nam vt clauſula, quia volo, &c. operetur ſimplex fideicommiſſum, debet omninò eſſe ſuperflua, ita vt nec quo ad caſus, nec quo ad perſonas operari poſſit, vt eſt quando ſumus in terminis tertij caſus, quando dictum fuit, prohibeo alienationem extra familiam, vt in familia remaneat: quia tũc ſimplex fideicommiſſum reſultat, quia omninò aliàs ſuperflua eſſet clauſula, vt in familia remaneat, quia prohibitio erat de per ſe valida ſine clauſula. At in hoc caſus ſecus eſt, quia prohibitio ſub pœna ſit valida abſque alia expreſſione cauſæ, eſt tamen valida ſolum fauore cohæredum, quibus ſolum pœna applicatur ſi alienetur Bart. in l. vxorem, §. agri plagam, ff. de legat. 3. Imol. in l. paterfamilias ff. de hæred. inſtit. vnde ſi clauſula addatur, quia volo bona manere in familia, prohibitio reſpicit fauorem omnium de familia, & ſic clauſula non remanet ſuperflua, quia effectus prohibitionis trahitur ad omnes de familia: & cum ceſſet ratio inducendi ſimplex fideicommiſſum, ceſſare debet & diſpoſitio l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. Et ſic melius ſenſit Ruin. ſibi contrarius, conſil. 117. n. 5. lib. 2.

73 Non omitto tamen circa hanc limitationem diſtinctionem Odd. in conſil. 65. num. 43. verſ. ſecundo reſp. in caſu, quando in caſum contrauentionis ſunt vocati hi, quorum fauore facta eſt prohibitio: qui diſtinguit ſic: Aut fit prohibitio alienationis nuda, & ſtatim ſequitur pœna in caſum alienationis, per quã prohibitio remanet veſtita: & poſtea ſequitur ratio, quia vult bona manere in familia, & hoc caſu inducatur fideicommiſſum ſimplex: quia aliàs eſſet ſuperflua, ſi ſolum in caſum alienationis reſultaret fideicommiſſum, Odd. dicit ita loqui Ruin. Crott. & Anton. Gabr. & alios, qui pro limitatione fuerunt adducti. Tu tamen aduerte, quod Oddus defecit non exprimendo, quod in caſu contrauentionis ſit vocata familia, & poſtea appoſita ratio, quia vult bona manere in familia, quia niſi vocata eſſet familia in caſum contrauentionis obſtaret, Ruin. conſilio 117. numero 5. libr. 2. & ratio ſupra conſiderata paulò ante, verſic. ſed adhuc teneo, niſi ſaluando Oddum dicamus, ipſum loqui iuxta hos terminos, quando in caſum contrauentionis erant vocati hi, quorum fauore facta fuit prohibitio. Aut facta eſt prohibitio ſimpliciter, & ſequitur ratio, quia vult bona remanere in familia; & poſtea apponitur pœna priuationis in caſum alienationis vocando ipſam familiam, & tunc dicit Oddus non reſultare aliud fideicommiſſum, quam in caſum alienationis, quia ſpecialis prouiſio reſtringit, & declarat generalem præcedentem, nam ſubſtitutio ſpecialiter facta impedit tacitam, & generalem, Hier. Gabr. conſ. 132. q. 1. in fine lib. 1. Et quia ratio, vt bona conſeruentur in familia, reſtringitur per clauſulam priuationis in caſum alienationis, ita vt prohibitio ſit facta in hoc caſu, cum & vocatio in eo caſu alienationis ſit facta, vt dicit ipſe Odd. ibi ante nu. 27. allegando doctrinam Bart. in l. pater, § filiam, in fine, ff. de leg. 3. & Bero. conſil. 89. n. 2. & 6. lib. 1.

Et in terminis huius ſecundi caſus dicit Odd. loqui Decium, Socinum, iuniorem, Ruinum, Berouum, Rolandum, Decianum, Cephalum, Burſatum, & alios relatos ſup. numero 94.

Limitatur vigeſimotertiò, quando teſtator in caſum contrauentionis alium vocaſſet, quia ex hoc etiam fideicommiſſum in caſum mortis cenſebitur inductum: Exemplum, ſi teſtator dixiſſet, prohibeo alienari bona, quia volo ea manere in familia, & ſi ad alienationem deuentum fuerit, volo bona deuenire in Hoſpitale, ita in ſpecie ſcribunt Curt. ſen. conſil. 40. column. penult. verſ. iſta concluſio. Dec. conſ. 182. nu. 14. verſ. replicatur. Curt. iun. conſ. 22. col. vlt. Gozad. conſil. 102. Crott. conſ. 15. nu. 13. lib. 1. Ruin. conſil. 122. col. 1. verſ. & hoc ex pluribus, n. 21. conſil. 110. col. 2. n. 7. conſil. 114. col. 3. nu. 8. conſil. 116. col. 1. & ſeq. lib. 2. conſil. 128. col. vlt. & conſil. 208. col. 7. verſ. quibus non obſtantibus, & nu. 17. in fine. & num. 18. lib. 1. Pariſ. conſil. 18. num. 48. lib. 2. & conſ. 18. col. 3. lib. 3. Bero. conſil. 90. n. 13. & 14. lib. 2. Burſ. conſ. 30. n. 7. & 14. Dec. conſil. 50. n. 22. lib. 1. Purpur. conſil. 375. col. 3. libr. 1. Burſat. conſ. 217. n. 8. Ceph. conſil. 153. n. 60. et conſil. 544. n. 12. & 18. Odd. conſ. 33. n. 16. & conſil. 65. n. 44. Menoch. conſ. 197. n. 11. ad finem. Ant. Gabr. d. concl. 9. n. 14. & n. 43. de communi opinione teſtatur Intrigl. d. cent. 3. q. 72. n. 47. Præt. de interpr. vlt. volunt. fol. 284. n. 11. Caualc. deciſ. 18. nu. 54. & num. 66. par. 3. vbi infinitos alios pro hac opinione citat, & deciſ. 19. nu. 70. par. 3. Petr. d. qu. 5. num. 103. & num. 131. 74

Teneo limitationem, nam cum teſtator ſubſtituerit Hoſpitale in caſum contrauentionis, ſatis in eo caſu dicitur prouiſum, vnde cum antea poſt prohibitionem alienationis dixerit, quia volo manere in familia, & ſic fecerit diſpoſitionem fauore familiæ, cenſeri debet inductum fideicommiſſum in caſum mortis, non autem in caſum alienationis, de quo poſtea ſpecialiter eſt prouiſum arg. l. doli clauſula ff. de verb. oblig. & l. Sancimus legum ff. de pœn. & fuit ratio Dec. d. conſ. 182. num. 14. verſ. cum ergo, quam eſſe concludentem dixit Odd. d. conſil. 33. nu. 16. & n. 17. non facit differentiam, ſiue poſt prohibitionem ſit vocatum Hoſpitale in caſum alienationis, & poſtea addatur ratio, quia volo bona manere in familia, ſiue è contra vltimo loco ſit facta vocatio in

caſum

caſum alienationis, hanc etiã rationem probauit Ruin. *d. conſil.* 122. *nu.* 2. *lib.* 2. *& conſil.* 116. *col.* 1. *lib.* 3. vbi loquitur in caſu in quo prius erat facta vocatio in caſum alienationis, & poſtea addita ratio, quia voluit bona manere in familia, & ibi adducit etiam doctrinam Bart. *in l. quaſitum, §. ſi quis fundum, in vltimis verbis, ff. de fund. ruſtic.* vbi vult, quod ſi genus, & ſpecies cadit inter caſus in vna, & eadem diſpoſitione, tunc generi per ſpeciem derogatur, adeò quod generalis diſpoſitio non refertur ad caſum ſpecificatum *dict. l. doliclauſula cum concord.* Et ideo ſub illis verbis generalibus, quia voluit bona manere in familia, non contineri fideicommiſſum in caſum alienationis, de quo fuit ſpecialiter prouiſum.

Et quod duplex fideicommiſſum tunc inducatur, alterum in caſum alienationis de Hoſpitali, alterum in caſum mortis fauore familiæ ſuadetur, nam ſi ſolum in caſum contrauentionis reſultaret fideicommiſſum, ſuperflua eſſent illa verba diſpoſitiua, quia volo bona manere in familia, nam ſatis eſſet prouiſum ne alienatio fieret vocando Hoſpitale in caſum alienationis, & ita arguit Odd. *d. conſil.* 33. *nu.* 17. *verſ. ſecundo conuincitur*, poſt Ruin. *d. conſilio* 122. *n.* 2. *ante finem.*

Certum enim eſt per illa verba, quia volo bona manere in familia, fuiſſe inductum fideicommiſſum fauore familiæ *l. pet o, §. fratre, ff. de legat.* 2. *l. filiusfamilias, §. cum pater ff. eod.* & ſupra dictum eſt, licet diſputatio ſit, an hæc verba quia volo bona manere in familia, importent fideicommiſſum ſolum in caſum alienationis, non in caſum mortis: ſed in caſum alienationis non poteſt dici inductum fideicommiſſum fauore familiæ, quia de alio ſubſtituto fuit prouiſum ſpecialiter, *l. cohæredi, §. qui patrem ff. de vulgar. & pupill. & l. ex facto, §. item quæro, ff. eod.* Si ergo familia eſt vocata, & in caſum alienationis non poſſit dici vocata, quia immo fuit excluſa, cum verba ſint apta ad fideicommiſſum etiam in caſum mortis, *l. pater §. fundum, ff. de legat.* 3. *& l. Pamphilo ff. eodem, & l. vnum ex familia, §. ſi fundum, & §. vltimo, ff. de legat. ſecundo*, ſequitur quod familia ſit vocata in caſum mortis, & ita arguit Ruin. *dict. conſil.* 122. *num.* 2. *lib.* 2. vbi ſubdit etiam, quod cum familia ſit excluſa in caſum alienationis, ob dationem alterius ſubſtituti ſpecialiter hoc caſu, intelligatur eam in alijs caſibus ſubſtituiſſe, *l. cum prætor, in principio ff. de iud. l. Imperator, ff. de poſtul. l. ſtatu liberum, §. Stichum, ff. de ſtat. liber.*

Quinimò niſi fideicommiſſum eſſet inductum in caſum mortis, eſſet in libertate prohibiti alienando deludere familiam, vel deſcendentes, in quos teſtator voluit bona conſeruari, ita Menoch. *d. conſ.* 197. *num.* 7. *in fi.* & Petr. *d. qu.* 5. *nu.* 132.

75 Limitatur vigeſimotertiò, quando ex qualitate rei prohibitę alienari prohibitio erat de ſe valida, vt quia eſſet turris, Caſtrum, vel Palatium, nam tunc ſi adijciatur ratio, vt in familia remaneat, erit inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, *l. quoties, la prima*, & ibi Gloſ. Bart. & Bald. *nu.* 8. *C. de fideic.* Rip. *in d. §. Diui, nu.* 4. vbi de caſtro, & Palatio, Dec. *conſ.* 23. *col.* 3. *verſ. concluſio prædicta, & conſ.* 38. *col.* 2. *n.* 5. *verſ. quinto etiam* vbi de Palatio. Curt. iun *cõſ.* 43. *n.* 10. *verſ. ſi ergo*, Ruin. *conſ.* 208 *num.* 16. *& ſeq. lib.* 1. Rub. Alexand. *conſil.* 53. *col.* 2. *verſ. & eo maximè*. Soc. iun. *conſil.* 140. *nu.* 4. *lib.* 3. Eugen. *conſ.* 81 *num.* 44. Alba *conſil.* 54. *nu.* 4. *& conſilio* 97. *nu.* 2. *&* 12. Rimin. iun. *conſil.* 20. *col.* 2. Decian. *conſil.* 31. *nu.* 100. *lib.* 1. Odd. *conſil.* 33. *n.* 14. vbi de domo nobili, *& conſil.* 66. *n.* 115. *verſ. neque obſtant*, Rol. à Val. *conſ.* 23 *n.* 24. *lib.* 4. Tiraq. *de vtroque retract. in Proœm. nu.* 39. Petr. *de fideicomm. q.* 11. *n.* 549. Ant. Gab. *de fideicommiſſ. concluſ.* 9. *n.* 44. Intrigl. *de ſubſt. centur.* 3. *qu.* 72. *num.* 68. Præ. *de interpr. vltim. volun. folio* 283. *n.* 8. Caſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 1. *nu.* 20. Surd. *deciſ.* 238. *in principio, & deciſ.* 125. *num.* 77. *& ſequentibus*, Caualc. *deciſ.* 23. *nu.* 33. *par.* 3. Rot. Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 231. *num.* 3. *part.* 3.

Idem in bonis, quæ fuerunt maiorum per longiſſimum tempus, Petr. *d. quæſt.* 11. *numero* 550. Anchar. iun. *lib.* 1. *quæſt.* 72. *numero* 30. Tiraquel. *in tract. de retract. in Proœm. num.* 39. vbi alios allegat, addo Eugen. *conſilio* 81. *num.* 45. 76

Contra tamen, quod excepto exemplo de turri, vel Caſtro, non ſufficiat ad veſtiendam prohibitionem, quod res fuerit maiorum, tenent Caſtr. *d. §. Diui, num.* 3. & ibi Crott. *num.* 8. Opiz. *numero* 9. & Ferd. Loarez, *num.* 60. vbi teſtatur de communi, Iaſ. *d. conſ.* 96. *col. vlt. verſ. Secundo reſpondetur, lib.* 4. Tiraquell. alios citat pro hac ſententia, *d. num.* 39. Bero. *conſ.* 84. *nu.* 11. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Surd. *d. deciſ.* 125. *nu* 8. Odd. *d. conſil.* 66. *num.* 115. *verſ. neque obſtant*, addo Ruin. *conſil.* 134. *col. penult. verſic. & quamuis, lib.* 3. Franciſc. à Ponte *conſil.* 46. *num.* 25. 77

Idem quando teſtator habebat affectionem ad rem, vt quia cum plura bona, & domos, & fundos haberet prohibuit alienationem domus ſuæ habitationis, Eugenius *conſil.* 81. *num.* 44. Caualcan. qui alios citat *deciſ.* 23. *num.* 33. *ad medium, part.* 3. 78

Diſſentit tamen Odd. *d. conſil* 66. *nu.* 111. *& ſeqq.* vbi in fortioribus, & conſuluit in eodem caſu contra Eugenium; & de domo ſolitæ habitationis teſtatoris, quæ fuit maiorum, eſt textus *in l. pater filium §. Iulius Agrippa ff. de legat.* 3. vt facilius hoc procederet, ſecundum Odd. *ibidem n.* 118. quando domus eſſet ſui qualitate indiuiſibilis, quia non creditur teſtatorem voluiſſe ſuper ea imponere abſolutum fideicommiſſum, ſed ſi hæc ratio procederet idem in turri dicendum eſſet, & tamen communiter omnes inducunt ſimplex fideicommiſſum. 79

Sublimitatur, quando turris, Palatium, vel caſtrum fuiſſet prohibitum alienari fauore certarum perſonarum, non totius agnationis, nam tunc fideicommiſſum in caſum contrauentionis eſſet inductum, non autem in caſum mortis, Ruin. *conſil.* 134. *column. penult. verſic. & quamuis dicatur, lib.* 3. Ant. Gabr. *d. concl.* 9. *nu.* 45. Intrigl. *d. qu.* 72. *n.* 79. Surd. *deciſ.* 238. *maximè, n.* 12. *verſic. pono aliud exemplum & nu.* 16. vbi dicit, quod ſi prohibitum ſit Caſtrum alienari, niſi inter filios & deſcendẽtes, quod non inducitur ſimplex fideicommiſſum, licet concurrat fauor deſcendentium, & qualitas rei, allegat Alciat. *in conſil.* 184. & in eodem caſu, Bero. *conſ.* 84. *lib.* 2. Rimin. *conſil.* 371. *num.* 124. *&* 132. & Socin. iun. *conſ.* 15. *lib.* 4. & videatur *infra num.* 111. *& ſeqq.* in declarationibus ſecundæ opinionis. 80 81

Limitatur vigeſimoquartò, quando teſtator dixiſſet prohibitos tenere rem ob eius perpetuam memoriam, ſecundum Eugen *conſil.* 81. *nu.* 43. à quo in eodem caſu diſſenſit Odd. *conſil.* 66. *n.* 111. *& ſeqq.* 82

Et limitationem in caſu, quando dictum fuit, quod prohibita erat alienatio, vt bona perpetuò remanerent ad memoriam teſtatoris, & ad ſuſtentationem eius familiæ, tenuit Rota in collect. per Farinac. *deciſione* 44. *part.* 1.

Limitatur vigeſimoquintò, quando adeſt præcedens ſubſtitutio, quia prohibitio ſequens, ex quo iam erat veſtita à præcedenti ſubſtitutione, Doctor. *in dicto §. Diui*, operabitur fideicommiſſum ſimplex, ob illa verba vt in familia remanẽat, quæ aliàs nil operarentur, Capr. *conſ.* 93. *nu.* 3. *&* 8. Grat. *conſ.* 21. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 2. Ceph. *conſ.* 153. *n.* 56. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 7. *nu.* 17. *& ſeqq.* Pereg. *conſil.* 45. *nu.* 16. *lib.* 1. Petr. *d. quæſt.* 5. *num.* 105. Caualc. 83

deciſ. 18. *nu.* 63. *parte* 3. vbi dicit maximè verum, quando verba prohibitionis ſunt prægnantia, & contrariam opinionem admittit, quando prohibitio verbis reſtrictiuis fuit concepta.

84 Contrariam opinionem tenuit, & defendi Odd. *conſil.* 66. *n.* 42. *& ſeqq. & conſil.* 68. *num.* 12. *verſ. minus,* ſequitur hanc opinionem Honded. *conſ.* 78. *n.* 34. *& ſeq. lib.* 1. qui voluit prohibitionem alienationis regulari ſecundum caſus præcedentis ſubſtitutionis, & ita iudicauit Rota Romana in vna de Gonzagis contra Pepulos referente Caualc. *deciſ.* 5. *nu.* 74. *vſque ad nu.* 92. *par.* 3. & vide Rimin. iun. *conſil.*...

Veritas huius limitationis pendet ex dictis *quæſtion.* Vtrum prohibitio alienationis adiecta præcedenti ſubſtitutioni ſecundum eam reguletur, de qua ſupra latè diſcuſſum fuit *quæſt.* 683.

85 Limitatur vigeſimoſextò, quando aliàs prohibitio alienationis eſt de ſe valida, vltra caſus, de quibus in præcedẽtibus limitationibus, quia ſi addatur ratio, vt in familia remaneat, inductum erit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſum mortis, Zanch. *in l. hæredes mei,* §. *cum ita. part.* 6. *nu.* 2... 9. *ff. ad Trebell.* Curt. ſen. *conſ.* ... *col. penul. verſ. iſta concluſio probatur* Curt. iun. *conſil.* 161. *n.* ... 6. Ruin. *conſil.* 128. *colum. vlt. lib.* 1. *conſil.* 110. *col.* 2. *conſil.* 1... 4. *col.* 5. *conſ.* 116. *col.* 1. *& ſeq. & conſ.* 134. *n.* 16. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 984. *nu.* 141. Alba *conſil.* 54. *num.* 1. Menoch. *conſil.* 327. *n.* 95. Decian. *conſ.* 31. *n.* 103. *& conſ.* 50. *n.* 22. *lib.* ... Rimin. iun. *conſ.* ... *conſ.* 279. *num.* 34. *& conſil.* 521. *n.* 4. *& ſeq.* Peregr. *conſil.* 41. *nu.* 56. *lib.* 1. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Odd. *conſil.* 35. *nu.* 12. Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concl.* 9. *num.* ... 1. *vſque ad finem.* Petra *de fideicomm. q.* 11. *nu.* 142. *verſic. ſecundo principaliter* vbi ponit plura veſtimenta prohibitionis, Intrigl. *de ſent.* 3. *q.* 72. *nu.* 6. Præt. *de interp. vlt. volunt. fol.* 283. *nu.* 8. Surd. *deciſ.* 84. *n.* 15. Caualcan. *deciſ.* 5. *nu.* 74. vbi refert votum Rotæ Romanæ *deciſ.* 16. *numero* 4. *ad medium, & deciſ.* 18. *num.* 54. *& ſeqq. parte* 3. Ratio eſt, quia fideicommiſſum in caſum alienationis reſultat, quando prohibitio alienationis eſt veſtita: ergo vt clauſula, quia volo bona manere in familia, operetur effectum, nec ſit fruſtratoria, iuxta *l. ſi quãdo, ff. de legat.* 1. *& cap. ſi Papa, de priuil. in* 6. reſultauit fideicommiſſum in caſum mortis.

Quando autem prohibitio alienationis veſtiatur latè Petra *de fideicomm. quæſt.* 1. *& quæſt.* 11. *nu.* 542. ego dixi *in tribus præcedentibus quæſt.*

86 Contrariam tamen opinionem in fortioribus latè probauit Peregr. *d. art.* 14. *nu.* 18. *& ſeqq.* vbi etiam conſiderat, quod iſta verba, vt in familia remaneat, tanquam fruſtratoria, non poſſunt importare abſolutum fideicommiſſum, & videndi etiam Doctores citati *in caſu tertio*.

87 Limitatur vigeſimoſeptimò, quando vltra prohibitionem alienationis cum ratione, quia vult bona manere in familia, teſtator prohibuit etiam detractionem Trebellianicæ, Falcidiæ, & legitimæ, ita poſt plures congeſtos Rimin. iun. *conſil.* 544. *numer.* 390. *& ſequenti lib.* 5. Petra *d. quæſt.* 5. *num.* 146. Alba *conſil.* 484. *num.* 62. *&* 75.

88 Limitatur vigeſimooctauò, ſi prohibitio alienationis ſit facta ſub conditione filiorum, Gozad. *conſil.* 51. *numero* 5. & vide *ſupra limit.* 20. *nu.* 89.

89 Limitatur vigeſimonono, quãdo poſt prohibitionem fauore familiæ factã, vt ſupra dictũ eſt, quod deficientibus omnibus de familia alius ſit ſubſtitutus, nã inter hos de familia reſultaret fideicõmiſſum, Zanch. *in l. hæredes mei,* §. *cũ ita, par.* 6. *n.* 165. *ff. ad Treb.* Decian. *cõſil.* 3. *n.* 64. *lib.* 1. Ceph. *cõſil.* 386. *n.* 11. *in fin. & n. ſeq. conſil.* 417. *n.* 21. *& conſ.* 537. *n.* 9. *& ſeqq.* Odd. *conſil.* 66. *n.* 56. *ac* 57.

Limitatur trigeſimò, non poſſe per hoc inſtitui hæredem extraneum de familia, quia nec in vita, nec in morte poterit prohibitus in extraneum alienare, Socin. ſen. *conſ.* 227. *colu.* 5. *verſic. ex quibus, libro* 2. Gozad. *conſil.* 52. *n.* 4. Ripa *in d.* §. *Diui, num.* 119. & probatur *per l. filiusfamilias,* §. *cum pater, ff. de legat.* 1. *& per l. peto,* §. *fratre ff. de legat.* 2. 90

Limitatur trigeſimoprimò, quando aliàs reſultaret inæqualitas inter alios, ſi ex prohibitione non reſultaret fideicommiſſum in caſum mortis, Grat. *conſil.* 126. *num.* 5. *iuncto num.* 37. *&* 38. *lib.* 2. 91

Limitatur trigeſimoſecundò, quando teſtator voluit attendi ordinem ſucceſſiuum ab inteſtato, Bald. *conſil.* 57. *nu.* 5. *libro* 2. Burſat. *conſil.* 227. *n.* 30. *& ſeq. & conſilio* 301. *nu.* 8. Bertaz. *in primo volum. Ciuil. Conſ. in conſil.* 6. *n.* ... c. *&* 12. Idem et quando in ſubſtitutionibus datus fuit certus ordo ſuccedendi teſtator in fine prohibitionis dicat quia vult bona conſeruari in agnatione ordine quo ſupra, nam conſideratio ordinatæ conſeruationis conuenit fideicommiſſo in caſum mortis, non in caſum alienationis, Seraph. *deciſ. Rom.* 1373. *nu.* 4. 92

Limitatur trigeſimotertiò, quando in caſu alienationis ſpecialiter eſſet vocatus extraneus, quia ſi poſtea apponatur clauſula, quia volo bona manere in familia, ne ſit ſuperflua inducetur fideicommiſſum in caſum mortis, Crauet. *conſ.* 645. *num.* 3. *ad finem.* 93

Tenendo in puncto principali opinionem, quod per prohibitionem alienationis, vt bona in familia remaneant, inducatur fideicommiſſum in caſum mortis, iuxta opinionem relatorum *ſupra num.* 40.

Declarabis eam nõ procedere, (& erit etiam declaratio ad limitationes datas retenta prima opinione, vt ſupra latè dictum fuit) quando teſtator prohibitis alienare dediſſet facultatem alienandi in certis caſibus, & ad fauorem certarum perſonarum, quia ex hoc non reſultabit fideicommiſſum in caſum mortis, ſed ſolum in caſum alienationis: exemplum, ſi dictum eſſet, prohibeo alienationem bonorum, quia volo conſeruari in familia, & in caſu neceſſitatis concedo poſſe alienari in familia, Ruin. *conſil.* 127. *num.* 13. *verſic. quandoque, & tertio lib.* 2. Bardell. *conſil.* 66. *num.* 3. *verſic.* 1. Surd. *deciſ.* 238. *maximè nu.* 14. *cum multis alijs citatis in tertio caſu. limitatione prima.* Rota Romana in collect. à Farin. *deciſ.* 10. *nu.* 7. *verſic. non obſtat, & deciſ.* 11. *part.* 1. vbi citat Iaſ. *in conſil.* 175. *in reſponſione ad quintum fundamentum libro* 2. & Socin. iun. *conſil.* 163. *in fine lib.* 2. Verum Rot. Roman. *vbi ſupra,* non tenet hanc declarationem, quando ex ratione generali conſtaret voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt nõ poſſet alienare nec in vita, nec in morte, & idem quando adſunt verba perpetuitatis, quæ non poſſent verificari, niſi adſit fideicommiſſum, & in caſum mortis. 94

Vel prohibitio eſſet facta non alienandi, niſi inter filios, & deſcendentes, vel data eſſet expreſsè licentia alienandi inter deſcendentes, vel dictum eſſet, quod bona in remotiorem de familia tranſire poſſent, Grat. *conſil.* 126. *n.* 19. *& ſeqq. lib.* 2. Alciat. *conſil.* 184. Bero. *cõſil.* 84. *lib.* 2. Petr. *d. quæſt.* 5. *n.* 101. Senat. Pedem. *deciſ.* 50. *colu. penult. verſ. nec obſtat* Ruin. *conſ.* 127. *n.* 3. Soc. iun. *conſil.* 13. *lib.* 4. Rimin. *cõſil.* 371. *n.* 124. *& n.* 132. Bardell. *conſilio* 66. *nu.* 7. *verſ. ſecundo & n.* 24. *& ſeqq.* Menoch. *conſil.* 327. *num.* 96. *poſt principium, & conſ.* 86. *num.* 12. *lib.* 1. vbi loquitur in caſu quo dictum fuerat non poſſe alienari ſine cõſenſu illorũ de familia, Surd. *deciſ.* 238. *nu.* 16. *ad medium,* cũ alijs citatis in quarto caſu limitatione prima, & ego etiã idẽ tenui in vna de Portulacis, vt in *conſilio* 1. *numero* 22. *&* 25. Licet contra tenuerit Surd. *conſilio* 96. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 1. vbi allegat Crott. & Alciat. 95

Idem

96 Idem ſi dictum eſſet, quod non poſſit alienari niſi requiſitis illis de familia, Burſat. *conſ.* 157.*n.*38.*lib.*2, Ant. Gabr. *d. concl.* 9.*n.* 38. Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 50. *in princ.*

97 Ratio autem huius declarationis eſt, quia qui poteſt alienare in familia, poteſt etiam in remotiorem alienare, Gloſ. *in l. vnum ex familia, §. itaque ff. de legat.* 2. Cuman. *in l. peto. § fratre,* & ibi Paul. Caſtr. *ff. de legat.* 2. Tiraq. *de retract. convent.* §. 11. *gloſſ.* 6. *nu.* 7. Surd. *conſ.* 247. *nu.* 2. Atqui quando fideicommiſſum ſimplex eſt indu-

98 ctum fauore familiæ, vel deſcendentium proximior admittitur, & ſic gradatim quando fideicommiſſum eſt perpetuum, & ſucceſſiuum, *d. §. fratre,* & ibi Baldus *in 2. quæſt.* Cuman, & Caſtr, Crott. *in d. §. Diui, num.* 173. Ruin. *conſ.* 127. *nu.* 13. *verſ. quandoque & ſecundo, lib.* 2, Surd. *conſ.* 247. *n.* 8, & dixi latè *q.* 481. *& q.* 483, ergo ſequitur, quod licentia alienandi excludit fideicommiſſum in caſum mortis.

99 Vel prohibitus eſſet filius ne alienaret ante certam ætatem, Iaſ. *conſilio* 31. *lib.* 1. Pert. *d. quæſt.* 5. *num.* 101. *ad medium.*

100 Declaratur ſecundò, vt per hoc non ſit impedita ſucceſſio ab inteſtato, Ripa *in d. §. Diui, numero* 119 Ceph. *conſ.* 153. *num.* 50. *& ſeqq. & num.* 57. ſubdeclarat quando verbis prægnantibus facta eſſet prohibitio, monetur autem Cephal. ad dicendum ſucceſſionem ab inteſtato non eſſe ſublatam, *per l. cum pater, §. cum inter, ff. de legat.* 2.

101 Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator in caſum mortis feciſſet ſpecialem prouiſionem vocando alios, quam illos, quorum fauore facta fuit prohibitio, Ruin. *conſ.* 169. *numer.* 9. *lib.* 2. Vegg. *conſ.* 74. Hier. Gabr. *conſ.* 132. *q.* 9. *n.* 63. *&* 68. *lib.* 1. Pancir. *conſ.* 64. *nu.* 8. *&* 9. Zanch. egregiè *in d. §. cum ita, parte* 6. *n.* 218. vbi dicit eſſe communem.

102 Declaratur quartò non procedere, quando prohibitio alienationis eſſet reſtricta ad alienationem inter viuos, quia non reſultabit fideicommiſſum in caſum mortis ex clauſula, quod bona in familia remaneant, Burſat. *conſ.* 243. *n.* 11. *& ſeq. lib.* 3. vbi allegat Alexand. Soc. iun. Ceph. & Deciſ. Pedem. Et ratio eſt, quia prohibitio alienationis reſtricta ad alienationem inter viuos, non impedit alienationem in vltima voluntate, vt dixi *quæſt.* ....

103 Declaratur quintò non habere locum, quando in caſu contrauentionis impoſita eſt pœna priuationis, quia tunc fideicommiſſum in caſum mortis non reſultaret, latè Rim. iun. *conſ.* 37. *n.* 97. *& ſeqq. lib.* 1.

104 Declaratur ſextò, vt locum non habeat, quando prohibitio alienandi facta eſſet tantum poſitis in conditione, Ruin. *conſ.* 113. *lib.* 2. Vegg. *conſ.* 74. *nu.* 538. *ad finem,* Burſat. *conſ.* 243. *n.* 17. *lib.* 3. [Declaratur ſeptimò, quando prius facta eſt prohibitio, & poſtea ſit ſubſtitutio, & fideicommiſſum in caſum mortis, Rot. Rom. *deciſ.* 267. *n.* 4. *parte* 2. *recent.* Honded. *conſ.* 69. *n.* 32. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Doctiſſimus D. Ludouicus Ricciardus in vna Florentina de Deis, vt in ſuo *conſilio inter mea conſil. & eſt conſ.* 168. *num.* 90.

Ratio eſt, quia expreſſum facit ceſſare tacitum, *l. cum ex filio, §. filio,* & ibi Iaſ. *ff. de vulg. & pupil.* Dec. *conſ.* 427. *num.* 16. *&* 7.]

Declarationes aliæ reſultant ex dictis pro limitatione tertij caſus.

105 Non omitto tamen in dubio pronunciandum eſſe non reſultare fideicommiſſum in caſum mortis. Alban. Cardin. *conſ.* 1. *n.* 13. & Burſat. *conſ.* 337. *n.* 68. *verſ. Sexto, libro* 4.

106 SECVNDVS caſus eſt, quando teſtator prohibuit alienationem extra familiam, vel extra deſcendentes, non adiecta ratione & cauſa, vt bona in familia, vel in deſcendentibus remaneant, & hoc pariter caſu erit inductum fideicommiſſum in caſum alienationis tantum, non autem in caſum mortis, Bart. poſt Din. *in l. qui Romæ § coheredes, in verſ. item dicit Dinus, ff. de verborum obligat.* & ibi Aret. *colum.* 1. *verſ. & per iſtum textum,* & Soc. ſen. *col.* 5. *verſ. ſecundus caſus eſt,* Paul. Caſtr. *in l. filiusfamilias, §. Diui, colum. vlt. verſic. item aduerte aliud ff. de legat.* 1. *& in l. quoties, C. de fideicomm.* Iaſ. *conſil.* 4. *col.* 1. *& ſeq. verſ. quartò deueniendo & colum. vltim. lib.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 23. *col.* 3. *verſ. vnde omiſſis multis, conſ.* 13. *col. vlt. verſ. ſed poſito, conſ.* 57. *col.* 2. *verſ. confirmantur præmiſſa,* vbi dicit eſſe communem opinionem, *lib.* 3. *& conſ.* 251. *col.* 4. *verſ. ſecundus principaliter, & colum.* 6. *verſ. & hoc modo, lib.* 2. Dec. *conſ.* 481. *colum.* 1. *conſ.* 457. *in principio, & conſ.* 627. Curt. iun. *conſ.* 43. *col.* 5. *verſic. non ſufficiet tamen, & conſ.* 145. *col.* 4. *verſ. circa præmiſſam diſtinctionem,* Ruin. *conſ.* 214. *col. penult. lib.* . Soc. iun. *conſ.* 112. *col.* 1. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 327. *n.* 9. Burſat. *conſil.* 52. *num.* 29. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 320. *n.* 7. *lib.* 3. Odd. *conſ.* 65. *numero* 28. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem. Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concl.* 9. *num.* 33. vbi aſſerit eſſe magis communem opinionem, Craſs. *in §. fideicommiſſum, qu.* 5. *num.* 3. vbi ſcribit hanc eſſe magis communem opinionem, Villalob. *in collect. comm. opin. in verb. alienatio, num.* 90. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 72. *n.* 55. Peregr. *de fideic. art.* 14. *n.* 18. Surd. *deciſ.* 238. *nu.* 16. *ad medium.* Rationes poſui ſupra in ſecundo caſu, illaque maximè placet, quia ſic prohibitus poteſt alienare in quem vult de familia, at fideicommiſſum abſolutum ſi reſultaret gradatim ſucceſſio deferretur, ergo ſi teſtator concedit facultatem alienandi in remotiorem, cenſetur noluiſſe, quod reſultet ex prohibitione fideicommiſſum in caſum mortis, & hanc rationem comprobaui *ſupra num.* 10.

Non erit ergo curandum, quod in hoc tertio caſu contrarium tenuerint Raph. Cuman. *in l. qui Romæ. §. duo fratres,* & ibi Paul. Caſtr. & Alexand. latè *verſ. nota argumentum ff. de verb. oblig.* Crott. *in d. §. Diui, col.* 8. *& ſeq. verſ. ſecunda ſit concluſio,* Anan. *conſ.* 46. *col.* 1. *verſic. ſecundo principaliter,* & Gozad. *conſ.* 102. *col. vltima, verſ. ſecundus caſus.* 107

Et communis opinio maximè procederet, quando teſtator dedit facultatem alienandi inter ipſos deſcendentes, vel familiam, Ruin. *conſ.* 12. *col. pen. verſic. quandoque, & tertio, lib.* 1. Gozad. *conſ.* 52. *colum.* 2. *verſi. ſed hic non ſolum,* Menoch. *conſ.* 327. *nu.* 96. *& ſeqq.* & quæ dixi *ſupra num.* 109. *& ſeqq. & in ſeq. caſu in prima limitatione.* 108

Limitatur tamen quando non ſolum prohibita eſſet alienatio extra familiam, ſed etiam eſſet prohibita diuiſio, vel alienatio inter ipſos de familia, quia tunc ſimplex, & abſolutum fideicommiſſũ induceretur, Ruin. *in l. ex hoc edicto. §. nunciatio, n.* 190. *verſic. dicebatur tamen. ff. de nou. oper. nunc.* Gozad. *conſ.* 52. *col.* 1. *verſ. ſed hic,* Ant. Gabr. *de fideicomm. concl.* 9. *nu.* 34. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 72. *num.* 57. Maſcard. *de probat. concluſ.* 778. *num.* 23. 109

Limitationes aliæ colligi poterunt ex dictis pro limitatione præcedentis caſus.

TERTIVS eſt caſus quando facta eſt prohibitio alienationis extra familiam, vel extra deſcendentes, & eſt addita ratio, quia volo bona in familia remanere, & hoc caſu tam in caſum alienationis, quam mortis erit inductum fideicommiſſum. Bart. *in l. qui Romæ §. coheredes,* & ibi Soc. ſen. *num.* 1. *& ſeq.* & alij Doct. communiter, *ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. voluntas, n.* 4. *C. de fideicom.* Soc. ſen. *in l. ſi cognatis, col.* 10. *verſic. aliquando & ſecundo ff. de reb. dub.* Crott. *in l. filiusfamilias, §. Diui, col.* 8. *verſ. vltimo nota,* & ibi Alciat. *nu.* 53. *verſ.* quid ergo, 110

qui

qui ait eſſe communem, Loarez num. 72. & num. 198. & Bologn. n. 306. verſ. ſed tamen. ff. de legat. 1. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè n. 65. & ſeqq ff. de liber. & poſthum. Didac. in c. Rainutius n. 9. extr. de teſtam.

Et conſulendo, Iaſ. conſ. 4. col. vlt. verſic. & ſi iſta ſolutio lib. 1. conſ. 96. colum. 2. & ſeq. verſic. ſecundo quod talia verba lib. 3. & conſ. 108. colum 4. verſic. confirmantur optimè libro 4. Socin. ſen. conſil. 251. colum. 1. verſic. aliquando & tertio, lib. 2. & conſil. 43. colum. penult. libro 3. Curt. ſen. conſ. 40. col. penult verſ aliquando & ſecundo, Dec. conſ. 481. colum. 2. verſ. & idem notat & conſil. 635. col. 1. verſ. ſecundo adhuc facit, Curt. iun. conſ. 22. colum. 6. verſic. aggredior itaque, conſil. 43. colum. 4. verſ. ſecundo principaliter, conſil. 67. in princip. conſ. 114. colum. 5. verſ. circa verò aliam, conſ. 115. colum. 4. verſ. ex præmiſſis elicio, conſ. 145. col. 1. & ſeq. verſic. ego tamen, conſ. 161. col. 4. verſic. circa primum, & conſil. 167. col. 1. verſic. ego ſemper conſulendo, Rimin. ſen. conſil. 128. num. 13. lib. 1. Marzar. conſ. 1. num. 11. Socin iun. conſ. 30. ad finem, lib. 3. Bertaz. conſ. ciuil 6. n. 10. & ſeqq & n. 19. vbi latè oſtendit hanc eſſe receptam ſententiam, & conſ. 101. numer. 20. Ruin. conſil. 28. colum. penult. verſic. quibus non obſtantibus, conſ 208. col. 8. verſ. ſicut quando teſtator, lib. 1. conſil. 89. colum. 4. & ſeq. & conſ 143. colum. penult. verſ. vel ſecundo poteſt reſponderi libro 3. Pariſ. conſil. 18. colum. 8. verſic. prout etiam lib. 2. Alba conſ. 54. nu. 2. vbi teſtatur de magis communi, Gozad. conſ. 52. num. 3. num. 5. conſil. 123. n. 5. & ſeqq. conſil. 200. n. 2. conſil. 483. num. 6. & nu. 17. conſ. 484. num. 88. & ſeq. vbi de communi, & conſil. 501. num. 37. Rimin. conſ. 1. n. 71. & conſ. 42. plenè verſic. ſexto quoties, Natta conſ. 110. n. 11. Crau. conſ. 416. n. 9. & 574. num. 10. Socin. iun. conſilio 97. colum. 8. verſic. & pro declaratione, lib. 2. & conſ. 140. num. 7. lib. 3. vbi teſtatur de communi opinione. Becc. conſilio 24. numero 4. Grat. conſilio 134 colum. 6. libro 1. Crott conſil 15. numero 10. & conſil. 48. numero 25 Rub. Alexand. conſil. 1. columna 2. verſic. ſed præmiſſis tamen, conſ. 28. col 3. & conſ. 53. col. 1. & ſeq. Rimin. iun. conſil. 20. conſil. 47. nu. 2. & ſeq. libro 1. Bero. conſ. 81. conſ. 88. conſil. 176. n. 57. & conſ. 102. n. 22. libro 2. Dec. conſil. 31. num. 98. & 103. conſil. 50. num. 22. lib. 1. Menoch. conſ. 5. num. 14. & ſeqq conſil. 85. n. 105. conſil. 157. dubio ſecundo. conſil. 327. n. 95. conſ. 484. nu. 15. conſ. 610 n. 6. & conſil. 900. n. 6. & ſeqq. Cephal. conſ. 134. num. 39. conſ. 153 num. 52. & ſeq. & conſil. 353. num. 45. & conſ. 624. num. 12. & ſeqq. Purpur. conſ. 375. num. 12. lib. 1. vbi dicit eſſe communem opinionem, Roland. à Valle conſil. 23. & conſ. 34. n. 65 libro 4. Aiciat. conſil. 777. vbi dicit apud iudicantes hodie hanc opinionem eſſe canonizatam, Petr. Ant. Anguſc. conſil. 1. n. 2. & 6. libr. 6. Peregr. conſ. 62. numero 21. lib. 1. conſ. 35. num. 8. & ſeq. lib. 3 conſil. 41. num. 7. & conſil. 51. nu. 14. lib. 5. Surd. latè conſil. 67. conſil. 96 nu. 23. & ſeqq. lib. 1. conſ. 336. n. 27. & conſ. 350. n. 6. rurſus Rim. iun. conſil. 279. nu. 29. & ſeqq. & n. 39 lib. 3. conſil. 482. n. 28. & ſeqq. libro 5. & conſ. 528. n. 10. vbi aſſerit Doct. ita communiter tenere & pleniſſimè defendit ab obiectionibus Rotæ, in conſ. 531. conſil. 535. num. 46. & ſeq & conſ. 632. num. 42. Pancir. conſ. 64. & conſil. 193. Vegg. conſ. 74. num. 538. Eugen. conſil. 81. num. 56. Burſat. conſil. 243. num. 9. & ſeq. vbi dicit eſſe magis communem, Marcobr. conſ. 85. num. 147. Turret. conſ. 97. n. 11. Franc. de Pont. conſil. 46. n. 26. & ſeqq. vbi de communi, Cacher. conſil. 68. n. 19. Celſ. Vgo conſ. 24. n. 40. Maluaſ. conſ. 50 nu. 17. & ſeqq. & conſil. 21. & 22. Berett. conſil. 141. num. 13. & ſeqq.

Et in tractatibus, Ant. Gab. de fideicomm. concl. 9. n. 37. vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, Craſſ. in § fideicommiſſum, quæſt. 1. nu 9. vbi ſcribit eſſe magis communem opinionem, Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 24. vbi de communi opinione teſtatur Petr. de fideicomm. quæſt. 5. n. 42. & ſeqq. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Perſon. latiſſimè de adipiſc. poſſeſſ. n. 192 & ſeqq. vbi allegat multos alios, & eſſe receptiſſimam ſententiam dicit, Anchar. iun. lib. 1. q. 72. vbi ait eſſe opinionem communiter receptam, Farinac. q. 25. num. 33. vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. q. 72. num. 60. vbi etiam dicit ita conſuluiſſe, Præt. de interpret. vlt. vol. fol. 283. n. 8. Gallus de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 27. nu. 3. & ſeqq parte 2.

Et in Deciſionibus, Senat. Pedem. deciſ. 49. in fine, Surd. dec. 84. n. 1. Magon. deciſ. Florent. 72. num. 1. vbi de communi, & deciſ. 109. n. 2. & 5.

Probatur iſta ſententia primò, per l. pater filium, §. filium, ff. de legat. 3. iuncta l. cum pater, § cum inter ff. de legat. 2. Secundo, quia verbum, volo, per ſeipſum importat fideicōmiſſum in caſum mortis. §. vlt. inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. l. 2. C. commun. de legat. Tertiò, quia hæc clauſula per ſe importat fideicommiſſum in caſum mortis, Præt. de fideicom. q. 5. n. 2. & n. 8. Rim. iun. conſil. 20. n. 6. iuncto n. 10. lib. 1. Roland. à Valle conſil. 23. n. 25. lib. 4. Franciſc. de Ponte conſ. 46. n. 21. & ſeq. Port Imol. conſ. 52. num. 1. Decian. conſil. 31. n. 61. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 106. n. 1. lib. 5. Magon. deciſ. Luc. 33. num. 6. Rot. Romana deciſ. 568. parte 1. in nouiſſ. ergo non debet vim ſuam amittere ex eo, quod præcedat prohibitio alienationis, ita vt per eam reſtringatur fideicommiſſum ad caſum contrauentionis.

Quartò, quia ex præcedenti prohibitione alienandi extra familiam inducitur fideicōmiſſum in caſum alienationis, vt in præcedenti caſu dictum fuit. At ratio amplıat præcedentem diſpoſitionem, l. cum pater, §. dulciſſimis. ff. de legat. 2. & ſupra dictum fuit, q.... ergo, &c.

Sed contra alij volunt nec in hoc caſu induci fidei- 111
commiſſum in caſum mortis, ſed tantum in caſum alienationis: ita ſe habent Socin. ſen. in d. §. coheredes, in ſecundo caſu, Paul. Caſtr. conſil. 447. colum. 2. verſ. ſed ad præmiſſa, lib. 1. Alexand. ita præſupponit in conſil. 56. in princip. & colum. vlt libro 1. repetito in conſ. 23. lib. 2. Socin. ſen. in conſ. 227. col. 3. & ſeq. lib. 2. & conſil. 57. num. 2. lib. 2. vbi de communi opinione teſtatur Dec. conſil. 214. n. 14. conſil. 287. num. 11. conſ. 377. col. 2. verſic. prædictis tamen, n. 5. & conſ. 4 2. col. 2. Ruin. conſ. 89. colum. 6. n. 21. conſ 119. col. 3 verſ. præterea etiam, conſ. 127. col. 7. verſ. præterea, n. 3. lib. 2. conſ. 111. num. 4 conſ. 168. num. 2. & 26. & conſ. 234. col. penult. verſic. Sed etiam ceſſantibus, lib. 3. Rimin. ſen. conſ. 185. num. 27. Plot. conſ. 14. per totum, vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Ceph. conſ. 17. num. 22. & ſeq. lib. 1. conſ. 294. num. 5. lib. 2. & conſ 433. num. 19. lib. 3. Siluan. latè conſ. 6. num. 26. Alba conſilio 1. Berett. conſil. 18. per totum, Bero. conſ. 84. n. 45. lib. 2. Bologn. conſ 15. num. 54. & ſeq. Menoch. conſ. 85. nu. 103. Curt. iun. conſ. 218. per totum. & conſ. 116. in principio, vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Rim. iun. conſ. 147. dubio primo lib. 2. & conſil. 279. per totum, lib. 3. Burſat. conſ. 156. nu. 35. 36. 62. & 63. & conſ. 195. num. 5. vſque ad num. 11. libro 2. Vegg. conſ. 66. num. 10. vſque ad num. 19. & latiſſimè conſ. vlt. à num. 326. vſque ad n. 503. Peregr. de fideicomm. art. 14. n. 18. & ſi bene perpendatur, Surd. deciſ. 238. idem tenuit.

Ego conſulendo, & iudicando puto non eſſe recedendum à prima opinione, quæ receptiſſima eſt, quicquid dicant Socin. ſen. & Curt. iun. teſtantes ſecundam opinionem eſſe communem; nam demptis ſibi contrarijs, pro ſecunda ſtant ſolum, Paul. Caſtr. Riminald. ſen. Plot. Siluan. Beret. Bologn. Burſat. & Vegg. At pro prima vltra Bart. & alios in d. §. coheredes, ſunt Bald. Crott. Didac. Iaſ. Curt. ſen. Pariſ. Gozad. Natta. Crauett. Socin. iun. Becc. Grat. Rub. Alexand. Decianus,

Purpur.

Purpur. Alciat. Anguſc. Surd. Ant. Gabr. Craſſ. Mantica, Petr. Perſon. Anchar. iun. Farinac. Intrigl. Præt. Gallus, Senat. Pedem. & Rota Florentina; veriorem etiam eſſe puto, vt quilibet facilè colligere poterit perpenſis iuribus, & rationibus pro vtraque ſententia deductis, & quæ apud ſectatores cuiuſque opinionis videri poterunt, præcipuè apud Petram, qui diſputat articulum, & apud Peregrinum, qui ſecundam opinionem defendit.

Si tamen placeret opinio ſecunda contra communem, limitabis eam multipliciter, prout limitatus fuit primus caſus, & ibi dicta pro inducendo fideicommiſſo ſimplici & abſoluto, fortius procedunt in terminis huius caſus, quia hic prohibitio erat veſtita, dum dictum fuerat prohibeo alienationem bonorum extra familiam: ibi verò non, cum ſimpliciter facta eſſet prohibitio.

112 Ampliatur primò communis opinio, & ſi ratio ſubſequens non ſequatur ſtatim poſt prohibitionem, ſed poſtea aliquibus intermedijs, vel aliter ex teſtamento colligatur, Alba *conſ. 467. num. 6. lib. 2.*

113 Ampliatur ſecundò, vt in caſum mortis inducatur fideicommiſſum, licet verbis enunciatiuis ſit dictum, prohibeo alienari bona extra familiam, ad hoc vt in ea conſeruentur, vel ita vt in familia remaneant, vel in maſculos, vel in deſcendentes, ita in ſpecie ſcribunt Cuman. *in d. §. cohæredes, col. 1.* & ibi Paul. Caſtr. *in princ.* & *n. 10.* Aret. *colum. 2. verſ. vbi autem*, & Soc. iun. *nu. 16. verſ. & iſta intelligentia*, Rub. Alex. *in l. Gallus, §. quidam recte, num. 67. ff. de liber. & poſthum.* Boiogn. *in d. §. Diui, n. 507.* Cardin. Alban. ad Bart. *in l. pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3.*

Et conſulendo, Curt. iun. *conſ. 12. num. 18.* vbi de magis communi, *& conſ. 218. n. 11.* Dec. *conſ. 481. num. 2. & ſeqq.* vbi latè Ruin. *conſilio 158. numero 22. libro 2.* Pariſ. *conſilio 26. numero 14. & 55. conſilio 31. numero 33. & conſilio 52. numero 9. & ſeqq. libro 1.* Socin. iun. *conſilio 140. numero 3. lib. 3.* vbi teſtatur eſſe magis receptam ſententiam Alba *conſ. 54. numero 1. & conſilio 467. numero 10.* Rub. Alexand. *conſ. 53. num. 5.* Vegg. *conſil. 74. num. 367. & ſeqq.* Franc. de Pont. *conſ. 46. nu. 26. & ſeqq.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Ceph. *conſil. 114. num. 30.* Decian. *conſil 31. n. 98. & ſeq & conſ. 41. n. 121. lib. 1.* Menoch. *conſ. 197. nu. 10. & 23 conſ. 337. num. 52. conſ. 448. num. 16.* Ant. Gabr. *de fideicomm. concl. 9. n. 36. & ſeq.*

Adducitur primò pro hac ſententia, *d. §. fratre.* Secundò facit, quia verba enunciatiua per modum cauſæ principaliter prolata inducunt diſpoſitionem, Bart. *in d. l. ex hac ſcriptura.* Tertiò, quia ſi non induceretur fideicommiſſum ex cauſa ſequenti, vt bona in familia remaneant, verba eſſent ſuperflua, quia iam prohibitio erat veſtita, & ſic valida, *d. §. Diui*, & dictum fuit in tertio caſu.

114 Sed contra quod non inducatur fideicommiſſum in caſum mortis ex cauſa enunciatiuè addita, ſcribunt Alex. *in d. §. cohæredes, n. 4. in fine, & in d. §. Diui, nu. 53. verſ. idem ergo*, & ibi Ripa *in fine*, Siluan. *conſil. 6. nu. 31. libro 1.* vbi dicit eſſe magis communem, Ruin. *conſ. 89. n. 17. & conſ. 119. col. 2. lib. 2.* Mar. Anguſc. *conſ. 194. n. 9. verſic. ſed omiſſis*, Socin. iun. *conſil. 163. nu. 5. & 12. lib. 2.* Alciat. *conſil. 35. num. 22. libro 9.* Ceph. *conſil. 294. n. 6. 7. & 10* Hieron. Gabr. *conſ. 11. n. 22. lib. 1.* Burſat. *conſi. 337. numero 63.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis communem opinionem, Menoch. *conſil. 376. num. 55. lib. 4. & conſ. 197. num. 12.* vbi alios adducit *lib. 2.* vbi tenet hanc ſententiam, quando verba ſunt merè enunciatiua, & primam ſequitur quando per modum cauſæ verba enunciatiua ſunt prolata, Honded. *conſilio 69. num. 10. lib. 2.* Bardell. *conſil. 66. numero 15.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 5. num. 46. & ſeqq.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 14. num. 18. & ſeqq.* vbi vult hanc ſententiam procedere ſiue verba ſint merè enunciatiua, ſiue ſint prolata per modum cauſæ.

Ampliatur tertiò etiam ſi verbis illatiuis eſſet concepta prohibitio, ſic, adeo quod, vel, ita vt bona in familia remaneant, ita Soc. iun. *conſ. 163. n. 5. & 12. lib. 2.* Alciat. *conſ. 35. n. 22. lib. 9.* Ceph. *conſ. 294. nu. 6. 7. & 10.* Hieron. Gabr. *conſ. 11. num. 22. libro 1.* Menoch. *conſ. 97. num. 12. lib. 1.* vbi alios allegat, Petra *d. quæſt. 5. num. 46. & ſeqq.* & in his terminis loquuntur aliqui ex relatis *in præcedenti ampliat.* 115

Verum diſſentiunt Bardell *d. conſ. 66. n. 15.* & Peregr. *d. art. 14. n. 18. & ſeqq.* qui volunt remotis verbis diſpoſitiuis non reſultare fideicommiſſum in caſum mortis, idem affirmant aliqui ex citatis contra præcedentem ampliationem. 116

Retenta igitur prima opinione communi, eam limitabis multipliciter, & primò quando prohibitio alienationis eſſet facta cum libertate, vt poſſit prohibitus alienare inter illos de familia, vel inter deſcendentes, nam tunc fideicommiſſum in caſum mortis non cenſetur inductum, ſed tantum in caſum alienationis, Ruinus *conſ. 128. colum. 3. verſic. quandoque & tertio, libro 2.* Gozad. *conſil. 52. colu. 2. verſ. ſed hic non ſolum.* Marzar. *conſ. 7. verſ. quo verò ad portionem*, Vegg. *conſ. 61. nu. 85.* Menoch. *conſil. 327. numero 96. poſt principium*, Bardell. *conſ. 66. numero 8. & ſeqq. & num. 24. & ſeqq.* Ant. Gabr. *de fideicomm. concl. 9. num. 38.* Petr. *d. quæſt. 5. num. 39. & num. 101.* Intrigl. *d. cent. 3. quæſt. 71. n. 62.* Senat. Pedem. *deciſion. 49. cum alijs citatis ſupra numero 94. & ſeqq* & ibi *numero 97.* adduxi etiam rationem huius concluſionis. 117

Contra tamen quod & in caſum mortis reſultet fideicommiſſum, tenent Alciat. *in l. filiusfamilias, §. Diui, 53. ff. de legat. 1.* Cort. *conſ. 48. n. 12.* quos refert, & ſequitur Surd. *conſ 96. n. 24. & ſeqq. lib. 1.* 118

Ampliatur limitatio, etiam quod poſt permiſſam licentiam alienandi inter deſcendentes, ſequeretur clauſula generalis, quia mens & intentio ipſius teſtatoris firma eſt, quod bona perpetuò remaneant in familia, quia intelligitur in caſu contrauentionis, Bardell. *d. conſil. 66. n. 28. & ſeqq.* vbi allegat Ceph. *conſ. 269. n. 46. & ſeq.* Petr. *d. q. 5. n. 39.* Cacher. *deciſ. 49.* Surd. *deciſ. 238.* & Peregr. *d. art. 14. n. 28.* qui tamen hoc non dicit, ſed poteſt addi Petr. *d. quæſt. 5. n. 101.* 119

Limitatur ſecundò non procedere hunc caſum, quando prohibitio alienationis eſt reſtricta ad certas perſonas, vel caſus, quia licet ſequatur ratio generalis, tamen ſimplex fideicommiſſum non inducitur, Alba *conſil. 7. n. 8.* Ceph. *conſ. 17. num. 2. & ſeqq. lib. 1.* Beret. *conſ. 55. n. 3* Cardin. Alban. *conſil. 1.* 120

Sed contrariam ſententiam latè defendit Petr. *d. q. 5. n. 50. & ſeqq. & nu. 91.* citat Ruin. *in conſil. 123. num. 8. & per totum, lib. 2.* Pior. qui etiam alios addit *conſil. 14. num. 2.* & Ferdin. Loazez, *in d. §. Diui, num. 166. verſic. quarto quæritur.* 121

Quod ſi prohibitio, & cauſa ſint reſtrictæ ad certas perſonas induci non poſſet ſimplex fideicommiſſum: Exemplum, ſi teſtator dixit, prohibeo hæredes alienare, quia volo in eis conſeruari, ita Petr. *d. q. 5. n. 95. verſ. poſſet autem*, & dicit hanc opinionem tenuiſſe, Rim. iun. *conſ. 279. n. 97 lib. 3.* Beret. *conſil. 55. num. 2. verſic. & amplius*, & Achil. Perſon. *loco ſupra citato.* Sed aduerte, quod iſta limitatio concernit ſecundum caſum. 122

Limitatur tertiò, quando prohibitio eſſet reſtricta ad certum tempus, vt ſi teſtator dixit, prohibeo filium ne alienet bona extra familiã ante vigeſimum annum, 123

quia

quia volo conſeruari bona in familia, tunc enim in caſum mortis non eſſet inductum fideicommiſſum, Iaſ. *conſil.31.lib.3.* quem refert, & ſequitur Petra *d.quæſt.5. numero* 101, & probatur *in l.pater filium, §.fundum.ff. de legat.3.*

124 Limitatur quartò, quando prohibitio alienationis eſſet generalis, ratio verò adiecta eſſet particularis, vt quia eſſet dictum, prohibeo alienari extra familiam, quia volo conſeruari inter deſcendentes, quia tunc non induceretur fideicommiſſum in caſum mortis Ruin. *conſ.116.colum.3.verſ. Sed præmiſſis, lib.2.* Anton. Gabr. *d.concl.9.n.39.* Intrigl. *d.cent.3.q.72.num.63.*

125 Limitatur quintò, quando cauſa appoſita in prohibitione omninò non eſſet ſuperflua; licet fideicommiſſũ ſimplex, & abſolutum non induceret, ſed aliquid operaretur: procedit enim communis opinio, quando cauſa prohibitionis omninò eſſet ſuperflua, Curt. iun. *conſilio 218.num.26.verſic. Ego pro ijs,* Ruin. *conſilio 117. numer.5. & conſ.119.numero 5. lib.2.* Soc. iun. *conſ.112. num.5.lib.1.* Rimin. iun. *conſ.279.num.61 lib.3.* & egregiè *conſ.371. num.87. vſque ad num.96.* vbi ponit plures effectus, quos poteſt operari hæc ratio. licet diſpoſitiuè poſita, Ant. Gabr. *d.concl.9.nu.40. & ſeq.* Intrigl. *d.q.72. num.64.* & eſt de mente omnium, probatur *in l.pater, §. filium ff. de legat.3.*

126 Limitatur ſextò, quando teſtator prohibuit bona alienari extra familiam, & in caſu alienationis priuat alienantem, & applicat bona non alienantibus, & addit rationem, quia volo bona manere in familia: nam tunc ſolum in caſum alienationis reſultat fideicommiſſum, Dec. *conſilio 215. numero 15. & conſilio 377. numero 6.* Ruin. *conſ.117.colum.2.lib.1.* Bero. *conſil.90. numero 17.libro 2.* Soc. iun. *conſilio 112. numero 5. lib.1. & conſ.30.numer.10.verſ. Et quod iſto caſu, lib.4.* Cephal. *conſ.271.numero .verſic. in primis, lib.2.* Roland. à Valle *conſ.3. . numero 64.libro 4.* Decian. *conſ.9. numero 21. lib.1. Deciſ. Pedem.50. num.11. & ſeq.* Peregr. *conſ.33. numero 39. lib.3.* Mouetur, quia ratio accedit prohibitioni in caſu contrauentionis, ideo non ampliat prohibitionem de caſu alienationis, ad caſum mortis, ſed ei inhæret, & cum habeat relationem ad caſum alienationis præcedentem, intelligi debet in caſu alienationis, & comprobat, vt apud eum.

Limitatur ſeptimò, quando teſtator in caſum mortis ſpecialiter prouidiſſet, quia attendenda erit ſpecialis prouiſio, nam generalis diſpoſitio reſultans ex prohibitione cum ratione, quia volo bona manere in familia, Rimin. ſen. *conſ.128.num.9.iuncto num.25.lib.1.* & vide *ſupra numero* 101.

SVMMARIVM.

1 *Reciprocum fideicommiſſum non reſultat inter plures prohibitos alienare, nec inter eorum deſcendentes de linea ad lineam. contra n.2.concord num.3.*

Ampliatur, & ſi teſtator dicat vnum alteri ſubſtituere, & poſtea faciat prohibitionem alienationis, quia reciproca inter deſcendentes prohibitorum non inducitur, numero 4.

Ampliatur, & ſi teſtator fecit fideicommiſſum pro conſeruatione bonorum in maſculos, num.5.

Ampliatur, & ſi prohibitio facta ſit pro conſeruatione bonorum in agnatione, n.6.contra num.ibid.

Limitatur, quando in mentione deſcendentium prohibitorum teſtator nominauit ſuos deſcendentes, quia reciproca inducitur, aliud eſt ſi teſtator vocauit prohibitorum deſcendentes, num.3.

Limitatur in prohibitione reali facta fauore certarum perſonarum, numero 7.

Limitatur, quando agitur de fideicõmiſſo inducto ob cõtrauentione prohibitorum alienare.n.8.contra Iaſ.ibi.

Limitatur, quando quis eſſet ſubſtitutus vltimo morienti prohibitorum in tota. n.9.

Limitatur, quando plures gradus ſubſtitutionum præcederent, & in fine teſtator omnes ſubſtitutos prohibuit alienare, adhoc vt bona ad alium poſtea ſubſtitutum perueniant, num.10.

Limitatur, quando teſtator in caſum alienationis vocauit filios alienantis, & eis non extantibus filios aliorum prohibitorum, n.11.

Limitatur, quando in prohibitione alienationis adſunt verba denotantia perpetuitatem, numero 12. contra num.14.

Limitatur, quando appoſita eſt clauſula, quod bona tranſirent de herede in heredem, numero 15 contra num.16.

13 *Fideicommiſſum inducitur vbicunque diſpoſitio teſtatoris non poſſet ſortiri ſuum effectum, niſi fideicommiſſum inducatur.*

17 *Prohibitio alienationis non inducit fideicommiſſum reciprocum, quando ſpecialiter in caſum alienationis filij alienantis ſunt vocati.*

18 *Prohibitio alienationis non inducit reciprocum fideicommiſſum, quando præcedit ſubſtitutio in caſum mortis ſimplex, nec ex ea reſultat reciproca.*

QVÆSTIO DCLXXXIX.

Reciprocum fideicommiſſum inter plures prohibitos, alienare, & eorum deſcendentes vtrum reſultet?

EX præcedenti quæſtione reſultat alia vtilis, & ſubtilis quæſtio, de qua etiam aliqua dicta ſunt, 1
quæſt.685.num.40. vſque ad fin. vtrum ſcilicet quando fideicommiſſum reſultat in caſum mortis per prohibitionem alienationis, ſi plures, & eorum deſcendentes ſint prohibiti alienare, inducatur inter eos reciprocum fideicommiſſum, & de linea ad lineam, an potius filij, & deſcendentes cuiuſlibet cenſeantur ſubſtituti proprijs parentibus? Et quod reciprocum non inducatur fideicommiſſum, tenent Socin. ſen. *conſ.69.col.pen.verſ.igitur fortius, lib.2.* Dec. *conſ.291. numero 5. verſic. venio ad ſextum,* Cranet. *conſilio 928. n.17. & ſeqq.* Ceph. *conſ.350.n.17. iuncto, n.74.conſ.401. in princ.num.7. & n.43. & conſ.477.n.13.14. & 16.* & videndus erit caſus illius conſilij. Burſat. *conſ.300.num.75. lib.3.* Odd. *conſ.65.in princ.n.46. & 55. conſ.66.n.60. & conſ.68.n.8.9.12.14.15.* Menoch. *conſ.85.nu.103. & ſeq. conſ.327.n.73.conſ.376.n.39. & nullis ſeqq. & præcipuè conſ.55.n.4. verſic. ſecundo non mediocriter. conſ.1216. in fine, & lib.4.præſumpt.62.n.40.* Beret. *conſ.28.numer.22. conſ.75.n.15. & 16. & conſ.142.nu.30.verſ. tamen dicit,* Peregr. *conſ.30.n.22.conſ.33.nu.42.verſ.ad ſextum, lib.3. & in tract. de fideicom. art.13.n.73.* Caualc. *deciſ.5.nu.67. verſic. nec per illa verba, par.3.* Rota Romana apud Farinac. *deciſ.466.in fine, part.4 in nouiſ.* & eadem Rota in collect. ab eodem Farinac. *dec.361.num.14.part.1.* [Rurſus Menoch. *conſilio 489.num.4.verſic. ſecundo. & num. ſeqq.* & ſecundum hanc opinionem ego conſului, *in conſilio 131.*]

Alij autem ſunt in contraria ſententia, quod reciprocum inducatur inter prohibitos alienare, & eorum de- 2
ſcendentes, ita vt defecta vna linea ſuccedant alij de alia linea, ita ſe habent, Bald. *conſilio 283. verba teſtamenti, libro 2.* Anchar. *conſil.152.col.1.* Corn. *conſil.229.col.vlt. verſic. tertia via, lib.3.* Iaſ. *conſil.52.col.5 libro 3.conſ.90. num.8. & conſil.108.num.15.libro 4.* Socin. ſen. *conſil.12. n.18. & conſ.57.lib.3.* Gozad. *conſil.64.n.13.* Dec. *conſ.38.*

&

& conſil 425. *dubio primo.* Curt iun. *conſil.*161.*numer.*8. Ruin.*conſil.*108.*n* 13 *lib.*2. Alciat.*conſ.*655.vbi dicit eſſe communem opinionem, *& ſecundum aliam impreſſionem.conſ.*102.*lib.*9. Pariſ. *conſ.*40.*numero* 22.*conſil.*41. *numero* 29. *& numero* 40.*lib.*2. *& conſil.* 18. *numero* 7. *&* 20.*libro* 3. Rimin.ſen. *conſ.*28.*numero* 5 Soc.iun.*conſilio* 168. *numero* 78. *libro* 2. Crauet. *conſilio* 130. *columm.*3.*numero* 6.*& clarius, numero* 9. Roland.à Valle *conſilio* 23. *numero* 23.*lib.*4. Bertaz. *conſilio* 101. *numero* 30.*ciuil.* Menoch. *conſilio* 95. *numero* 87. Decianus *conſilio* 3. *numero* 50. *in fine*, *& num.ſeqq. & conſilio* 50. *numero* 12.*& ſeq. lib.*1. Peregr.*conſ.*55.*numero* 16. *conſilio* 56. *num.*14.*conſ.*62. *numero* 21. *lib.*1. *& in tract.de fideicom.art.*13.*num.*79. *& ſeqq.* Craſſ. *in* § *fideicommiſſum quaſt.*5.*nu.*7.*& ſeqq.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3.*q.*85. *num.*48. [Et pro hac opinione eſt *deciſ.* Rot.361.*nu.*14. *part.*1.*recent.*]

3 Non omitto tertiam opinionem,quę diſtinguit duos caſus. Primus caſus eſt, quando teſtator prohibita alienatione dixit: quia volo quod bona mea perueniant, vel remaneant in eorum deſcendentes, vel ſuos deſcendentes, & tunc non inducatur reciproca de linea ad lineam, ex his enim verbis directis ad deſcendentes prohibitorum, ſinguli filij cenſentur grauati reſtituere propriis eorum liberis, non autem quod filij vnius ſuccedant in portione alterius.

Secundus eſt caſus, quando teſtator retulit verba ad proprios deſcendentes, vt ſi dixit, quia volo bona permanere in meos deſcendentes, vel vſus ſit ſimilibus verbis, & tunc ſit inducta reciproca de linea ad lineam.

Hanc diſtinctionem probatunt, & benè Ruin. *conſ.* 121.*num.*8. *verſic. Sed vbi teſtator*, *conſ.*142. *num.*3 *& conſ.*144.*num.*7.*libro* 2. Alexand.*conſ.*167.*num.* 10.*lib.*5. Curt.iun.*conſ.*135 *num.*6.*verſic.poſtremo.* Pariſ. *conſ.*18, *num.*61.*lib.*2. Alciat.*conſ.*546.*colum.*1.*ſecundum antiquam impreſſionem,* & hos refert, & ſequitur Menoch. *conſ.*1012.*n.*9.*& ſeqq.* idem tenet Odd.*conſ.*65 *num.*52. *verſ. Tertio tamen*, & ſenſit primum caſum diſtinctionis, *n.*57. *verſ.ad tertium,* & videnda erunt dicta *q.*475. *num.*45.

4 Retenta autem prima opinione, ampliatur primò, & ſi teſtator duobus inſtitutis, dixit vnum alteri ſubſtituere, & poſtea prohibuerit alienationem bonorum, quia licet reciproca ſit facta inter inſtitutos, tamen inter eorum deſcendentes per prohibitionem ſubſequentem non poteſt dici inducta reciproca de linea ad lineam, Odd. *d.conſ.*66.*n.*59.*verſic. quinimo, & conſ.*68. *n.*12.*& ſeqq.* Diſſentit tamen Peregr. *conſ.*62.*lib.*1. de hoc tamen videnda erunt dicta *ſupra quaſt.*475. *n.*35. *& infrà.*

5 Ampliatur ſecundò, & ſi teſtator fecit fideicommiſſum pro conſeruatione bonorum in maſculos,quia nec tunc reſultat reciproca de linea ad lineam, Ceph. *conſ.* 401.*n.*39.*& ſeqq lib.*3. Odd. *conſ.*65.*n.*57.*verſ. Ad primum,*& videnda erunt quæ dixi *quaſt.*474.*n.*....

6 Idem quando teſtator expreſsè fecit prohibitionem pro conſeruatione bonorum in agnatione, Menoch. *d.conſ.*376. Licet contrarium velit Odd. *d.conſ.*65.*n* 46. *verſ primo.iunctis dictis, n.*57. *verſ.quinimo,* & videndi erunt Doctores citati ſupra pro vtraque opinione principali, qui loquuntur & in caſu, quando prohibitio eſt facta fauore familiæ.

7 Primo autem declaratur prima opinio, vt non procedat, quando prohibitio eſſet realis facta fauore certarum perſonarum, vt maſculorum deſcendentium, nam tunc ad quemcunque res vadat, cum ſuo onere tranſibit, & de vno in alium reciprocè, Bald. *in l.precibus, numero* 49. & ibi Salicet. *colum. penult.C.de impub. & alijs ſubſtit.* Curt.ſen. *conſilio* 43. *colum.*4.*verſic. accedit. & conſil.*52. *colum.*2. Socin.ſen. *conſilio* 230. *in fine,* Pariſ. *conſilio* 18. *numero* 50. *& conſil.*90. *num.*45. *lib.*2. Gozad. *conſ.*26.*num.*24 *& conſ.*64.*num.*13. Alba *conſ.*87.*n.*13. Decian.*conſ* 54.*n.*26.*& conſ.*103.*num.*39. *libro* 2. qui refert, & ſequitur Peregr. *de fideic. art.*13. *num.*81.

Declaratur ſecundò non procedere,quando agitur de fideicommiſſo inducto ob contrauentionem prohibitorum alienationi, quia tunc reſultat reciprocum,Soc. iun. *in l.filiusfamilias,* § *Diui,n.*50.*ff.de legat.*1. vbi reprehendit Iaſ. dicentem requiri prohibitionem eſſe factam vltimo morienti, & in tota. 8

Declaratur tertiò non habere locum, quando vltimo morienti prohibitorum quis eſſet in tota hæreditate ſubſtitutus, quia inter prohibitos tunc reſultat reciproca, Iaſ. *in d.*§. *Diui, numero* 10.*in ſecunda lectura*, & ibi Socin.iun. *num.*50. Odd. *conſilio* 65. *numero* 51. *conſilio* 66.*numero* 59.*& conſilio* 68. *num.*5. Bero. *conſilio* 90.*num.* 15.*lib.*2. 9

Declaratur quartò non habere locum, quando plures gradus ſubſtitutionum præcederent,& in fine teſtator omnes ſubſtitutos prohibuit alienare, ad hoc vt bona ad aliquē alium poſtea ſubſtitutum perueniant, quia tunc inter prædictos ſubſtitutos prohibitos alienare reſultaret reciproca, ſecundum Burſat.*conſ.*300.*num.*75. *lib.*3. & Odd. *d. conſ* 65 *n.*56. 10

Declaratur quintò non habere locum, quando teſtator dixit, quod ſi alter alienaret, eius filij admittantur, & eis non extantibus filij aliarum linearum, Menoch. *conſilio* 347. *numero* 23 *in fine*, & hoc non habet dubium. 11

Declaratur ſextò non procedere, quando in prohibitione alienationis adſunt verba denotantia perpetuitatem, vt quia dictum ſit, quia volo perpetuò bona manere in deſcendentibus, vel in familia, quia tunc inter prohibitos reſultaret reciprocum, quia aliàs voluntas teſtatoris, quod bona perpetuo maneant in familia, non poſſet ſortiri effectum, Socin. ſen. *in l. qui Romæ.* §. *cohæredes,colum. vltim. ff.de verb. oblig.* Dec. *conſilio* 23. *numero* 2. Iaſ. *conſilio* 96. *numero* 8. *& conſilio* 108. *numero* 15. *lib.*2.Crauet.*conſilio* 113.*numero* 2.*&* ..*& conſilio* 130. *numero* 9 *& ſeqq.* Marzar. *conſilio* 48. *numero* 10. Burſat. *conſilio* 170. *numero* 15 *libro* 2. *conſilio* 217 *numero* 21, vbi alios adducit, *& conſilio* 297. *numero* 15. *in fine*, *& numero* 16. *libro* 3. Odd. *conſilio* 65. *numero* 48. *& numero* 15. *verſic. ad tertium*, Peregr. *de fideicomm. art.*13.*numero* 77. *poſt princ. & num.*79. vbi alios multos addit, & videnda erunt quæ dixi *d.q.*475. *num.*11. 12

Ratio eſt, quia fideicommiſſum inducitur, quando apparet teſtatorem ſic diſpoſuiſſe, niſi gratia fideicommiſſi inducendi, & quando, niſi inducatur fideicommiſſum, voluntas teſtatoris non poſſet ſortiri effectum, *l.Titia Seio,* §. *Seia libertis, ff.de legat.*2. *l.peculium,* §. *interdum.ff.de pecul.legat.l.ſi cui.*§.*vlt.& l.ſeq.ff.de cond.& demonſtr.l.quamuis, C. de fideicommiſſ.* Et ad fideicommiſſum inducendum, quando aliàs voluntas teſtatoris non poſſet ſortiri effectum, ſæpiſſimè argumentati ſunt Doctor. Socin. ſen. *d.*§ *cohæredes*, *num.*18. Corn. *conſil.*273 *colum.*1.*&* 2. *lib.*4 Gozad. *conſil.*30. *colum.pen.& conſil.*52.Dec.*conſil.*23.*num.*2.*& conſil.*38. Curt. iun.*conſil.*22.*dubio ſecundo.* So .iun *conſil.* 10. *num.*17. *lib.*3.Crauet.*conſil.*114.*num.*2.*&* 3. Torniel.apud Port. *conſil.*43.*num.*16 Rimin.iun.*conſil.*23.*numero* 103.Dec. *conſ* 1. *numero* 258. *& conſ.*50.*numero* 18.*lib.*1.Peregr. *conſ.*62.*numero* 3.*& ſeqq.lib.*1. *& in tract.de fideicomm. art.*11.*num.*29.*& ſeqq. & art.* 13.*num.*77.in quibus locis egregiè comprobatur,& alibi ſæpè. 13

Contra

Digitized by Google

14 Contra tamen tenent alij, volentes reciprocam non induci, licet in prohibitione alienationis ſint appoſita verba perpetuitatis, Ceph. poſt alios, *d. conſil.* 401. Menoch. *conſ.* 85. *num.* 03. *& ſeq.* Odd. *conſil.* 65. *num.* 56. *&* 57. *verſ. ad ſecundum.* licet *in verſic. ſeq.* videatur aliter declarare, *& conſ.* 68. & videatur quod dixi *q.* 475. *num.* 11.

15 Declaratur ſeptimò, non habere locum quando teſtator appoſuit etiam clauſulam in prohibitione alienationis, vel poſt, quod bona tranſirent de hærede in hæredem, vel de deſcendente in deſcendentem, quia huiuſmodi clauſula operaretur fideicommiſſum reciprocum inter prohibitos, Bald. *conſ.* 57. *numero* 3. *libro* 2. Soc. ſen. *conſilio* 12. *numero* 18. *& conſilio* 57. *libro* 3. Dec. *conſilio* 30. Decian. *conſ.* 50. *numero* 21. *& per totum, libro* 1. Bertaz. qui alios allegat *conſ.* 107. *numero* 30. *lib.* 1. *Ciuil.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *numero* 16. *verſ. illud verò.* Graſſ. *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 5. *numero* 7. *& ſeq.* vbi alios adduxit Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 341. *numero* 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 12. *n.* 77. *verſ. nec obſtat vana, & num* 79. *poſt princip.* & de hac clauſula dixi etiam *d. quæſt.* 475. *num.* 28.

16 Verum & hæc declaratio habet plures contradicentes, qui nec tunc reſultare reciprocum de linea ad lineam inſiſtunt, Cephal. *conſ.* 401. Beret. *conſ.* 18. *nu.* 22. Odd. ſenſit *conſ.* 65. *dubio ſecundo.* Menoch. *conſ.* 376. *num.* 55 *& lib.* 4. *præſumpt.* 61. *nu.* 40. & quæ dixi *q.* 475. *num.* 29.

17 Cæterum aduertendum eſt, quod reciprocum non reſultaret de linea ad lineam, quando teſtator ſpecialiter in caſum alienationis ſubſtituiſſet filios alienantis, quia tunc inter inſtitutos, & prohibitos non inducitur reciprocum fideicommiſſum. Exemplum, ſi teſtator duobus vel pluribus inſtitutis dicat prohibere alienationem bonorum, vt bona remaneant in familia, & ſi alter alienauerit, illius filios admittendos eſſe diſponat, quo caſu licet etiam adeſſent verba in perpetuum vel ſimilia denotantia perpetuitatem, ſolum filij cuiuſlibet dicuntur proprio parenti ſubſtituti, non patruis, Odd. *conſ* 65. *num.* 52. *verſic. ſecundo confirmo. vſque ad numer.* 58. quod tamen erit intelligendum, niſi in defectum filiorum alienantis, filij aliorum ſint vocati, vt dixi *ſupra num.* 11.

18 Illud non omitto, quod ſi reciprocum inducitur ex prohibitione alienationis, illud procedit, quando prohibitio eſt ſimpliciter facta, nec præcedit fideicommiſſum, ſecundum quod illa regulari debeat, nam tunc ſi in præcedenti fideicommiſſo non eſt facta reciproca de linea ad lineam inter deſcendentes, nec illa argui poterit ex prohibitione, ita dicebam *in conſilio* 85. *dubio ſecundo, num.*..... vbi allegabam Ceph. *conſ.* 544. *numer.* 12 *&* 18. & Peregr. *deciſ.* 134. *n.* 30. vbi patet eam eſſe *deciſ.* Rotæ Romanæ quæ eſt etiam *deciſ.* 473. *par.* 4. *in nouiſſ.*

Alia circa hanc quæſtionem videnda erunt *qu.* 685. *num.* 40. *vſque ad finem.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi facta filio vſque ad certum tempus, puta* 30. *annum, eo moriente ante* 30. *annum non erit ſublata facultas teſtandi.*

2 *Teſtamentum ne faciat filius non poteſt pater ordinare.*

3 *Prohibitio alienationis facta filio vſque ad certum tempus, operatur fideicommiſſum fauore venientium ab inteſtato moriente filio ante illud tempus.*

QVÆSTIO DCXC.

Prohibitio alienationis facta filio vſque ad certum tempus, puta 30. *annorum an moriente filio intra illud tempus operetur fideicommiſſum fauore venientium ab inteſtato. & an filius poſſit teſtari?*

IN hac quæſtione dicendum eſt, filium prohibitum alienare vſque ad 30. annos non cenſeri prohibitum teſtari, ita egregiè ſcribit Hieron. Gabr. *conſ.* 132. *q.* 1. *lib.* 1. Surd. plenè *conſ.* 77. *n.* 29. *vſque ad finem. lib.* 1. *& conſ.* 394. *n.* 14. *&* 15. Alba *conſil.* 226. *n.* 31. *& ſeqq &* 2. D. Pedroc. *conſ.* 20. *num.* 28. *& ſeqq. & concl.* 3. *& concl.* 4. vbi lariſſimè Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 135. *n.* 47. Menoch. *conſ.* 939. *n.* 6. vbi loquitur in caſu quando verba erant multum ampla, & generalia, idem Menoch. *conſ.* 108. *n.* 3. vbi loquitur in eo, qui erat prohibitus alienare, & diſponere, & ante iſtos idem ſcripſerunt Bald. *in l. ea lege n.* 12. *verſ. aut eſt prohibita, C. de condit. ob cauſ. & in conſ.* 83. *an prohibitu a alienatione in fine. lib.* 2. Salic. *in l. ſi quis ita,* §. *ea lege, num.* 17. *verſic. quartò quidem, ff. de verb. oblig.* Alexand. *conſ.* 155. *nu.* 7. *verſic. bene facit lib.* 2. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vendit. quart. part. princ. q.* 22. *art* 16. *n.* 23. *verſ. alias extra dictos caſus.* Rub. *conſ.* 27. *in fine,* Catel. Crot. *in memor. in verb filius grauatus, in fine,* Tiraq. *de legib. connub. gloſſ.* 3. *n* 93. *in fine,* Alba *conſ.* 109. *nu.* 1. Decian. *conſ.* 56. *n.* 31. *lib.* 2. Petr. Anton. Anguſc. *conſ.* 12. *n.* 3. *lib.* 6. Ioan. Bologn. *in l filius familias,* §. *Diui, nu.* 243. *verſ. quintus caſus, ff. de legat.* 1. & dixi *quæſt.* 706. *num.* 17.

Ratio eſt, quia pater non poteſt tollere filio facultatem teſtandi, Menoch. *d. conſ.* 939. *in fine.* 2

Alia etiam eſt ratio, quia talis prohibitio cenſetur facta fauore prohibiti, vt ſcilicet propter ætatem non dilapidet bona, & iſta ratio ceſſat in eo, qui facit teſtamentum, & qui inſtituit eum quem alius quilibet prudens inſtituiſſet, & ideo hoc non dicitur præceptum, ſed potius conſilium, vt dicunt multi ex præcitatis, præcipuè Menoch. *d. conſ.* 208. *nu.* 3. *verſ. ea ratione,* quæ tamen ratio mihi non ſatisfacit quia non eſt generalis.

Verum tamen eſt, quod moriente filio prohibito ante illud tempus, reſultat fideicommiſſum fauore venientium ab inteſtato, *l. qui filium,* & ibi Doctor. *ff. ad Trebellianum.* Hieron. Gabr. Surd. & Præt. *locis ſupra citatis,* & videnda erunt dicta *q.* 277. *num.*.....

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non poteſt imponi, ne rem propriam alienet, contra num.* 2.

Ampliatur etiam in re empta ab hærede cum pecunia teſtatoris, num. 3.

Ampliatur etiam in re communi cum teſtatore, n. 4.

4 *Prohibita alienari ſit ſic res communis cum hærede, & illa non patiatur commodam diuiſionem, hæres poterit & partem teſtatoris alienare.*

5 *Prohibitio alienationis ſimpliciter facta, non trahitur ad bona hæredis.*

6 *Prohibitio alienationis facta hæredi de re propria hæredis operatur, vt ſi hæres alienet teneatur ad æſtimationem.*

QVÆSTIO DCXCI.

Prohibitio de re propria hæredis, an ſubſiſtat?

QVAERITVR, an teſtator poſſit prohibere hæredi, ne rem propriam alienet? Et non poſſe tenendum eſt cum 1

by Google

eſt cum communi opinione, quam probarunt Gloſſ. *in l. filiusfamilias, §. Diui,* & ibi Bart. *col. 3. verſ. venio,* Cum. *col. penult.* Alciat. *n.* 22. *&* 48. vbi teſtatur eſſe cõmunem opinionem, Iaſ. *in lect. n.* 44. *&* 45. Loar. *n.* 123 Ruin *nu.* 41. Soc. iun. *nu.* 118. qui etiam dicit eſſe communem, *ff. de legat.* 1. Bald. *conſ.* 79. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 114. *nu.* 17. *lib.* 2. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Bologn. *conſ.* 17. *n.* 2. Dec. *conſ.* 50. *nu.* 8. *&* 25. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 58. *nu.* 11. *& ſeqq. lib.* 1. Clar. *in §. teſtamentum, qu.* 71. *verſ. item quæro,* vbi pariter ſcribit eſſe communem, Franc. *deciſ.* 298. *n.* 5. *&* 6. vbi dicit eſſe magis cõmunem, veriorem & æquiorem ſententiam. Ratio eſt, quia reg. *l. à Titio, ff. de furt. cum ſimilibus,* non procedit in re hæredis exiſtẽte illius, tempore mortis teſtatoris Bartol. & alij *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. Et ad rem adducitur *l. hæredis ſeruus, & l. ſi quis inquilinos, §.* 1. *ff. de legat.* 1. & propterea non poteſt per teſtatorem impediri translatio dominij in emptorem de re hæredis.

2 Malè ergo probarunt contrariam ſententiam, quod prohibitio alienationis ita afficiat rem hæredis, ſicuti rem teſtatoris, Iaſ. *in d. §. Diui, in repet. n.* 88. & ibi Crot. *nu.* 35. Opiz. *n.* 48. Rip. *n.* 54. *ad finem, & n.* 55. & Soc. iun. *nu.* 125. Cephal. *conſ.* 153.

Mouentur primò, per text. *in l. ſi quis ita, §. quod conſtitutum, ff. de manum. teſtam.* vbi prohibitio ne manumittatur ſeruus alienus nõ valet, & tamen tenet prohibitio manumittendi ſeruum teſtatoris, vel hæredis, & ſic parificantur prohibitio manumittendi ſerui teſtatoris, & prohibitio manumittendi ſerui hæredis. Ad hunc tamẽ textum reſpondent Doctores communem ſententiam probantes *in d. §. Diui,* præcipuè Crott. Iaſ. & Ripa, & ibi oſtendunt aliam eſſe rationem prohibendi manumiſſionem ſerui hæredis, aliam alienandi cætera bona.

Secundo adducitur *l. hæres ſeruum proprium, ff. qui & à quib.* vbi hæres manumittendo ſeruum proprium alteri a teſtatore legatum nihil agit, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter hoc faciat. Sed reſpondetur eodem modo, vt *ad d. §. quod conſtitutum,* & illa verba text. *nihil agit,* referuntur ad effectum libertatis, & manumiſſionis.

Tertiò, allegatur, *l. vnum ex familia, § ſi rem, ff. de legat.* 2. vbi teſtator poteſt diſponere ita de rebus hæredis, ſicut de proprijs. Reſp. illud procedere reſpectu obligationis & oneris imponendi, propter quod teneatur ad pretium, vt infra dicetur, ſed quo ad translationem dominij rei hæredis in alium ipſo iure ſine reſtitutione hæredis, hoc facere teſtator non poteſt de re hæredis, ſicuti poteſt de re propria: non enim dominium rei hæredis eſt penes teſtatorem, ſicuti eſt rei ſuæ.

3 Extenditur primò, communis ſententia, vt procedat etiam in re empta ab hærede de pecunia teſtatoris, Rimin. ſen. *conſ.* 25. *nu.* 30. *lib.* 2.

4 Extenditur ſecũdò, vt procedat etiam in re communi inter hęredem, & teſtatorem, quia per hoc hæres poterit alienare rem, Honded. *conſ.* 58. *n.* 29. *lib.* 1. vbi plus dicit, quod & pars teſtatoris poterit alienari, ſi res non patiatur commodam diuiſionem, adducit Soc. iun. *in d. §. Diui, num.* 35.

5 Immo prohibitio teſtatoris ſimpliciter facta non videtur includere bona hæredis, Bald. *conſil.* 239. *numero* 2. *lib.* 2. Paul. Caſtr. *conſil.* 340. *colum.* 1. *verſ. & ſic iſta, libr.* 1. Crauet. *conſ.* 144. *numero* 8. *libr.* 1. Honded. *dict. conſ.* 58. *num.* 12. *libr.* 1.

6 Intellige tamen prædicta, vt ſi hæres alienet contra teſtatoris prohibitionem, teneatur ſoluere pretium, & æſtimationem rei, cuius contemplatione facta eſt prohibitio, ita Doctor. omnes *in d. §. Diui,* ſupra pro communi citati. Et ratio eſt, quia ſi teſtator poteſt grauare hæredem in re aliena, & ſi non poteſt illam habere tenetur ad æſtimationem, *§. non ſolum,* & ibi Doctor. *inſt. titul. de legat.* multo fortius id dicendum erit de rebus hæredis, de quibus liberè diſponere poteſt *dict. l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de legat. ſecundo.* Sed quid ſi hæres qui alienauit contra prohibitionem non ſit ſoluendo, an agi poſſit contra rem prohibitam alienari? Videndus erit Franc. *dicta deciſione* 298. *num.* 7. *& ſeqq. vſque ad finem,* vbi dicit nihil fuiſſe determinatum in illo ſacro conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Legitimam poteſt detrahere filius alienare prohibitus, contra ibid.*

Ampliatur, & ſi conceſſa ſit alienatio cum licentia alicuius, num. 2.

Limitatur, quando prohibitio eſt facta ſolum ad tempus, n. 3. *contra n.* 4. *& ſeqq. vbi decl.*

Limitatur, quando prohibitio alienationis facta fuit à patre fauore filij ob aliam etiam cauſam quam ætatis, vt quia eſſet imbecillis ingenij vel diſſipator bonorum, nu. 19.

Limitatur quando aliqua res particularis eſt prohibita alienari, quia in eo non poteſt deduci legitima, nu. 21. *decl. n.* 23. *& ſeqq.*

Limitatur in prohibitione facta in contractu n. 29.

3 *Legitimam non alienat filius, qui ad tempus fuit prohibitus alienare, contra n.* 4.

Limitatur, ſi alienatio fiat ob neceſſitatem, vel in euidentem vtilitatem, n. 5.

Limitatur reſpectu pœnæ nam alienando pœna non eſſet incurſa, n. 6. *contra n.* 8. *decl. n. ſeqq.*

Limitatur reſpectu emptorum bonorum, quia iſti non poſſent moleſtari n. 14. *contra n.* 15.

7 *Teſtator quod directè facere non poteſt, nec poterit per indirectum.*

11 *Prohibitio facta filio vltra trigeſimum annum reſpectu legitimæ non tenet.*

Limitatur, ſi appareat ex coniecturis factum in vtilitatem filij, nu. 16.

12 *Patri dicenti prohibere alienationem bonorũ filij ad tẽpus ob eius vtilitatem non creditur, contra nu.* 13.

17 *Prohibitio adminiſtrationis bonorum, non tenet facta à patre filio reſpectu legitimæ.*

18 *Filius prohibitus ad tempus alienare, poterit teſtari.*

20 *Prohibitio alienationis facta filio in dubio, nõ præſumitur in eius vtilitatem facta.*

21 *Legitima non poteſt deduci de bonis alteri legatis, vel fideicommiſſo relictis.*

25 *Legitima non poteſt à filio eligi in bonis pretioſioribus, nec à patre aſſignari in bonis deterioribus, ſed arbitrio Iudicis eſt cõmiſſum in quibus bonis debeatur.*

27 *Probare quis debeat extare bona vltra prohibita alienari in quibus legitima poſſit deduci.*

28 *Alienata ſi ſit res prohibita alienari, & fideicõmiſſarius dicat non debuiſſe alienari, quia extabant alia bona libera, quæ poterant alienari pro legitima, & detractionibus, is probare debet.*

30 *Prohibitus alienare ſi alienat rem, cenſetur eam elegiſſe pro ſua legitima.*

31 *Prohibita res alienari, ſi alienetur pro legitima & detractionibus, & fideicommiſſarius aſſerat vltra detractiones alienatum probare debet.*

32 *Res prohibita alienari pro detractionibus ſi ſit alienata vltra valorem detractionum, non incurritur pœna ſi non poterat niſi tota alienari.*

QVÆSTIO DCXCII.

Vtrum prohibitus alienare poſſit legitimam detrahere?

ABSOLVTVM eſt apud omnes, quod filius prohibitus alienare bona paterna, poterit nihilominus legitimam detrahere, quę concluſio probatur apertè, *in l. pater, in principio ff. de legat. 3. & in l. filij matrem, C. de inoff. teſtam.*

1 Et generale eſt, quod de omni fideicommiſſo detrahitur legitima, *l. ſcimus, C. eod. cap. Rainald.* & ibi Doct. *ext. de teſt.* Non enim in legitima poteſt imponi onus, vel grauamen, *l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam.* Cōfirmatur etiam, quia ſicuti filiæ dos debetur, pariter, & filio debetur legitima, doſq; ſuccedit loco legitimæ, ſed pro dote poſſunt alienari bona prohibita alienari, *auth. res quæ, C. de comm. de legat.* & dictum fuit *quæſt....* Ergo idem erit dicendū in legitima; & ita per prædicta in ſpecie tenent Doctor *in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat.* 1. vbi Iaſ. *in prima lect. nu.* 116 Rip. *n.* 27. vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Crot. *n.* 14. Romul. *n.* 42. Ruin. *n.* 57 Ferdin. Loarez, *n* 22. Ferret. *n.* 91. Soc. iun. *nu.* 35. & Alciat. *nu.* 30.

Et conſulendo Aret. *conſ.* 19. *nu.* 7. Iaſ. *conſ.* 291. *lib.* 2. Bertrand. *conſil.* 197. *in fine lib.* 1. *& conſ.* 173. *col.* 3. *libr.* 2. Corn. *conſ.* 120. *n.* 9. *lib.* 2. Bero *conſil.* 93. *nu.* 21. *& ſeq. lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 43. *nu.* 11. *&* 12 *lib.* 3. Natt. *conſ.* 145. *nu.* 21. *cōſ.* 148. *n.* 12. *& conſ.* 528. *n.* 27. 30. *& ſeq.* Port. Imol. *cōſ.* 38 *lib.* 1. Ceph. *cōſ.* 82. *n.* 18. Menoc. *conſ.* 57. *n.* 13. Honded. *conſ.* 58. *n.* 19. *conſ.* 72. *n.* 5. *lib.* 1. *conſ.* 42. *n.* 28. *& ſeqq. & conſ.* 66. *n.* 6. 11. *& ſeqq lib.* 2. Surd. *conſ.* 77. *lib.* 1. *et cōſ.* 215. *lib.* 2. Rol. à Valle *conſ.* 25. *n.* 17. *lib.* 1. Alba *conſ.* 273. *n.* 14. Simon de Prę *conſ.* 47. *n* 38. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 27. *n.* 8. *lib.* 3. Hier. Gabr. *conſ.* 39. *nu.* 6. *lib.* 2.

Et in Tractatibus, Port. Imol. *concl.* 42. *amp.* 7. Anton. Gabr. *de legit. concl.* 1. *nu.* 11. Cucc. *tract. de legit. legitima nullum grauamen, nu.* 15. Craſſ *in §. legitima, q.* 38. *nu.* 16. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 1236. *n.* 73 Petr. *de fideicom. q.* 4 *num.* 6. Peregrin. *de fideicom. art.* 36. *nu.* 67. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Luc.* 28. *nu.* 23 Magon. *deciſ. Florent.* 35 *nu.* 17. *deciſ.* 149. *num.* 30. *& ſeqq. & deciſ. Lucen.* 85. *num.* 4. Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 103.

Contra tamen tenent alij volētes filium alienantem pro ſua legitima tantum, retenta legitima priuari reſiduo hæreditatis. Paul. Caſtr. *conſ.* 77. *n.* 2. *lib.* 1. Ruin. *cōſ.* 130. *n.* 13 *&* 17 *lib* 2. Ceph. *conſ.* 153. *n.* 91 *lib.* 2. Rimin. iun. *conſ* 594. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 215. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. vbi late Opiz. *d. §. Diui, n.* 28. & ibi Soc. iun. *n.* 35.

2 Ampliatur communis opinio, & ſi conceſſa ſit alienatio cum licentia alicuius. Ceph. *conſ.* 551. *n.* 12. *& ſeq.*

3 Declaratur primò non procedere, quando alienationis prohibitio eſt facta ſolum ad tempus, quia tunc ſuſtinetur, Bart. *in l. cum ex filio ff. de vulg. & pupill.* Angel. *in l. quoties, C. de fideic.* Doct. *in d. §. Diui,* vbi Iaſ. *in lect. n.* 116. *& in repet. n.* 17. Rip. *n.* 28. Opiz. *n.* 44. Romul. *n.* 49. Crot *n.* 16 Soc. iun. *n.* 35. *verſ. limita tertio.* Paul. Caſtr. *in l. ſi non ſortem,* & ibi Alexan. *ff. ſi cert. petat.* Galliaul. *in l. Centurio. n.* 241 *ff. de vulg.* Alexan. *in l. multi ff. de liber. & poſthu.* Pic. *in l. in quartā, col.* 48. *verſ. octauo pone, ff. ad leg. Falcid.* Fabian. de Mont. *in auth. nouiſſima q.* 13. *C. de inoff. teſtam.* Alban. Card. *in lucubr. ad Bartol. in l. quoniā in prioribus, nu.* 4. *C. de inoff. teſtam.* vbi teſtatur de communi opinione, Hiſpan. *in cap. per veſtras, §. ſed ſi filia, n.* 3. *ext. de donat. int. vir. & vxor.*

Et conſulendo eandem probarunt ſententiam Anch. *conſ* 440. *in qu. col. penult.* Paul. Caſtr. *conſ.* 234. *viſis, & cōſideratis omnibus, lib.* 1. Bellom. *conſ.* 12. Dec. *conſ.* 442. *n.* 9 vbi teſtatur de communi opinione. Rub. Alex. *conſ.* 27. *n.* 3 *& conſ* 98. *n.* 4. Ruin. *conſ* 89. *n.* 8 *lib* 4. Bero. *conſ.* 146. *n.* 10. *& ſeq. lib.* 2. Purpur. *conſ.* 304. *n.* 10. *lib.* 1. Alba *cōſ.* 7. *n.* 21. *conſ.* 57. *n* 10. *cōſ.* 226. *n.* 51 *li.* 1. *& conſ.* 637. *n.* 3. *lib.* 2. Becc. *conſ* 100. *n.* 2 Cach. *conſ.* 40. *n.* 5. Hier. Gabr. *conſ.* 184. *n.* 9 *lib.* 1. vbi de communi, *& conſ.* 90. *n.* 1. *lib.* 2. Non. *conſ.* 97. *nu.* 6. Roland. à Valle *conſ.* 31. *n.* 30. *& ſeqq. lib* 3. Burſat. *conſil.* 140. *n.* 10 *lib.* 2. Pancir. *conſil.* 160. *nu.* 3. Rimin. iun. *conſil.* 381. *n.* 61. *& ſeq. lib.* 4. Surd. *conſil.* 77. *n.* 2. *& conſil.* 394. *nu.* 6. 31. *&* 32. Menoc. *conſil.* 57. *n.* 15. *verſ. nō obſtat.* Soc. iun. *conſil.* 163. *n.* 35. *lib.* 2. *& conſil.* 87. *nu.* 5 *lib.* 3. Natta *conſil* 328. *nu.* 1. *&* 2. Port. Imol. *conſil.* 38. *dubio primo,* Ceph. *conſil.* 182. *n.* 18.

Et in Tract. Capol. *caut.* 80. Ferrat. *caut.* 85. Dur. *de art. teſtan. tit. de var. teſtator. precept. caut.* 1 *nu.* 4. Alciat. *de Præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 2. *nu.* 3. & ibi addens dicit eſſe communem opinionem Anton. Gab. *de legit. concl.* 1 *n.* 66. Craſſ. *in § legitima q.* 38. *n.* 16. Viu. *commun. op. n. verbo, legitima nullum grauamen,* Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol.* 115. *n* 44. *& fol.* 452. *n.* 27. Maſcard. *de Prob. concluſ.* 1236 *nu.* 74. *& ſeqq.* vbi de cōmuni opinione teſtatur, Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *n.* 180. hanc tenet ſi agatur de filio minore, ſecus ſi filius eſſet maior, Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 65. *& ſeqq.*

Et in Deciſionibus, Boer. *deciſ.* 87. *nu.* 5. vbi aſſerit eſſe communem ſententiam. Magon. *deciſ. Florent.* 149. *nu.* 33. *vſque ad finem,* vbi pariter teſtatur de communi.

Ratio eſt apud omnes, quia huiuſmodi prohibitio temporalis non cenſetur appoſita ad grauandum filium, ſed ad conſulendum illi, & prouidendum, ideo dicitur prouiſum ne legitimam diſſipet, nō autem quod ſuper ea voluerit pater grauamen imponere, *l. filij matrem, C. de inoff. teſtam.*

Cæterum alij ſe habent, quod huiuſmodi prohibitio temporalis non efficiat legitimam, ita vt filius poſſit eā liberè alienare, ità Aret. *conſ.* 19. *n* 7. & ante eum, Bald. *in l. ſi pater, in tertio not. C. de inſtit. & ſubſtit.* Ruin. *in d. §. Diui, n.* 19. & ibi Ferret. *n.* 96. Rip. *n.* 18. & Alciat. *n.* 11. Menoc. *d. conſil.* 57. *dubio ſecundo,* & in filio maiore 25. annis, Vaſq. *d. §.* 10. *nu.* 180. 4

Ratio eſt, quia diſpoſitio, quæ ſe habet ad commodum, & incommodum legitimæ reijcitur, Bart. *in d. l. ſi pater puella, C. de inoff. teſtam. in l. filij matrem eodem, & in l. cum ex filio. ff. de vulgar.* atqui talis prohibitio poteſt eſſe damnoſa, cum nec cauſa euidētis vtilitatis, nec cauſa neceſſitatis poſſit alienari, ergo &c. Maximè cum generalis diſpoſitio non comprehendat legitimam, *l. ſi quando in fine, C. de inoff. teſtam.*

Sed reſpondetur, & erit prima limitatio ad hanc declarationem, quod ſi filio ſuperueniat euidens vtilitas, vel neceſſitas poterit alienari, Roder. Suarez *in l. quoniā in prioribus, fol* 48. *col.* 4. vbi alios allegat. *C. de inoff. teſtam.* Vaſq. ſequitur *de ſucceſſ. creat. libr.* 1. §. 10. *nu.* 180. vbi dicit, quod hoc modo erit ſatisfactum voluntati teſtatoris, qui nil aliud prætendebat, quam vtilitatem prohibiti, *arg. l. diligenter, ff. mand. & § is qui exequitur inſtit. eod.* 5

Limitatur ſecundò hæc declaratio reſpectu pœnæ impoſitæ prohibito, quia non incurreretur pœna ob alienationem, Rub. Alexan. *conſil.* 27. Pereg. *de fideicom. art.* 36. *nu.* 65. *& ſeqq.* vbi dicit ita per binas conformes fuiſſe iudicatum, & ante idem tenuerunt Aretin. *d. conſ.* 19. *n.* 9. *verſ. venio nūc* Paul. Caſt. *conſ.* 77 *lib.* 1. Hier. Gab. *conſil.* 90. *n.* 9. *lib.* 2 Soc. *in d. §. Diui. n.* 35. & ibi Alciat. *nu.* 12. Menoc. *conſ.* 57. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. Honded. *conſ.* 68. *n.* 62. *verſ. ſic non obſtat. & n* 63. *conſ.* 72. *nu.* 5. vbi dicit eſſe cōmunem opinionem *lib.* 1. *& conſ.* 42. *n.* 22. *&* 29. *lib.* 2. & hæc opinio mihi placet, & nunquam vidi contradictum, quando filius alienat pro ſua legitima, ſi enim te- 6
ſtatori non licet directo imponere onus ſuper legitima, 7
nō etiam licebit per indirectum, per reg. *l. Seius, & Augerius,* & ibi Alex. & alij not. *ff. ad leg. Falcidiam,* Vaſq. *in d. l. quoniam in prioribus, libro primo, §.* 10. *limi.* 20. *n.* 430. Et quamuis prohibitio etiam eſſet facta fauore filij, attamen ſi pœna incurreretur reſultaret in eius odium,

ideo filius alienando non debet priuari ſua legitima, ita Alciat. in d. § Diui, numero 12. & ſequenti, & Socin. iun. numero 35.

8 Contra tamen hanc limitationem tenent alij volentes filium alienantem contra teſtatoris prohibitionem incurrere pœnam, ita Cuman. in dicto § Diui, & ibi Iaſon. in 2. lect. nu. 14. Opiz. nu. 44. & ſequenti, & Soc. iun. in ſeptimo not. Paul. Caſtren. dicto conſ. 77. viſis, lib primo, Ruin. conſil. 136. nu. 13 libro ſecundo, Natta conſil. 528. num primo, & ſecundo Socin. iun. conſil. 87. num ſexto, libro tertio, Cephal. conſil. 153. num. 91. Surd. in fortioribus, conſ. 215 lib ſecundo, vbi latè Boſſ. in tit. de publicat. bonor. num. 41. vbi teſtatur de communi opinione. Præt. de interpretat. vltim. volunt. fol. 452. nu. 27. Mouentur, quia licet ſit impoſita pœna, eſt tamen totum factum in vtilitatem, & prouiſionem filij, ne diſſipet bona, ad d. l. filijs matrem, C. de inoff. teſtam. Anton. Gabr. poſt alios, tit. de legitim. concluſione prima, num. 20. & 21. Præterea filius adeundo patris hæreditatem dicitur approbare voluntatem patris, & in hac alienationis prohibitione cũ pœna, etiã reſpectu legitimæ, Bal. in l. hæres inſtituta, & ibi Salicet. Cod. de impub. & al. ſubſtitut. & in ſpecie ita dixit Opiz. qui alios adducit in dicto §. Diui, num. 45. in fine, & num. 48.

9 Intellige tamen, quod omni caſu non eſſet incurſa pœna quo ad legitimam, ſed quando placeret opinio, quod incurratur pœna, procederet reſpectu bonorum vltra legitimam ita Ruin. conſ. 136. nu. 13. lib. 2. Ceph. conſ. 153. nu. 9. Menoch conſ 57. n. 15. & conſ. 939. & videndus etiam erit Surd. conſ. 77. n. 39 lib. 1. Pereg. de fideic. art. 36. nu. 66. vbi plura adducit.

10 Contra tamen ſentiunt Doct. relati ſupra num. 8. & in ſpecie comprobat Surd. conſ. 215. lib. 2. qui volunt, & legitimam affici onere ne alienetur, & facta alienatione pœnam incurri.

11 Et quando prohibitio eſt facta vltra 25. annum, vel trigeſimum ad ſummum nõ teneret, Menoch. conſ. 57. n. 15. verſ. non obſtant. Vaſq. loco citato, n. 180.

Nec crederetur patri, ſi diceret facere pro vtilitate

12 filij, ſi vltra annum 30. facta ſit prohibitio, Menoch. d. conſ. 57. n. 12. & 16. Sed alij tenent, quod credendum ſit

13 patri, quod faciat in vtilitatem filij, ita Pic. in l. in quartam, nu. 123. ff. ad leg. Falcid. Maſcard. de probat. concluſ. 1236. num. 76. Magon. deciſ. Florent. 149. in fine.

Limitatur tertiò reſpectu emptoris bonorum, nam ab

14 eo non poſſent reuocari bona alienata vſque ad legitimam, Bald. in l. ſi pater, in tertia oppoſit. Cod. de inſtit. & ſubſtit. & in auth. ex cauſa, n. 23. Cod. de liber. præter. Cuman. in d. §. Diui, & ibi Soc. iun. in 7. not. Paul. Caſtr. d. cõſil. 77. viſis, col. 2. lib. 1. & conſ. 87. lib. 2. Ruin. conſil. 126. nu. 13. lib. 2. Soc. iun. conſil. 87. n. 6. lib. 3. Menoch. conſil. 57. nu. 15. lib. 1. Peregr. d. art. 36. n. 63.

Sed quod alienatio ſit nulla etiam quo ad legitimam

15 voluit Rip. in d. §. Diui, nu. 28. dum vult nec valere alienationẽ cum iuramento, & pariter idem ſentiunt Ang. Capol. & Iaſ. relati à Ripa vbi ſupra, dum volunt filium alienare poſſe, ſi renunciauit cum iuramento hæreditatem paternam, quaſi quod ſi renunciatio ſine iuramento facta eſſet, alienatio non ſuſtineretur, & clarius Iaſ. in d. §. Diui, in 2. lect. nu. 14. vbi expreſsè dicit non valere alienationem, nec intra legitimam, & ibid. ſequuntur Opiz. & Crot nu. 17. Pic. d. l. in quartam, n. 122. ff. ad leg. Falcid. Alciat. conſ. 67. lib. 9. Rub. Alexan. conſil. 27. Maſcard. d. concl. 1236. n. 74. Boſſ. tit. de publicat. bonor. n. 41. Pereg. d. art. 36. num 67. verſ. porrò, vbi dicit alienationem eſſe nullam, Præt. de interpret. vltimar. volunt. fol. 452. num. 27. & fol. 135. n. 44.

16 Limitatur quartò, vt etiam prohibitio facta vltra 30. annum ſuſtineatur, quando extat aliqua coniectura, quod pater motus fuerit ob vtilitatem filij, ita Ruin. conſ. 87. nu. 11 lib. 4. Alciat. in d. §. Diui, n. 13. & in l. cum proponas, C. de pact.

Limitatur quintò, quãdo prohibita eſſet adminiſtra- 17
tio ad tempus, non alienatio, quia prohibitio non teneret, Alciat. in d. §. Diui nu. 13.

Limitatur ſextò reſpectu alienationis factæ in vltima 18
voluntate, nam filius non obſtante temporali prohibitione poterit teſtari, vt dixi ſupra q. 690.

Declaratur ſecundò principalis concluſio, vt ſi teſta- 19
tor fecit prohibitionem fauore filij alia de cauſa, quam ætatis, quod prohibitio teneat, vt ſi filij eſſent dilapidatores bonorum, imbecillis ingenij, & parũ induſtrioſi, Suarez in d. l. quoniam in prioribus, limit. 1. nu. 7. & ſeq. C. de inoff. teſtam. Alb. conſ. 7. n. 21. & cõſ. 226. n. 31. Becc. conſ. 100. n. 21. Surd conſ 77. n 46. qui tamen requirit expreſſionem cauſæ in teſtamento, Maſcard. de probat cõcluſ. 1236. n. 74 & ſeq. Præt. de interp. vlt. vol. fol. 452. nu. 27. Licet contra tenuerit Aret. d. conſ. 19.

In dubio autem iudicandum erit prohibitionem non 20
eſſe factam in vtilitatem filiorum, Menoch. d. conſ. 57.

Limitatur autem hæc declaratio ex dictis pro limitatione præcedenti.

Declaratur tertiò, non procedere, quando aliqua res 21
particularis eſſet prohibita alienari, quia tunc filius non poterit eam alienare pro ſua legitima ſi alia bona ſuperſint, Iaſ. in d. §. Diui, in repet. n. 30. & ibi Ruin. nu. 18. Crot. n. 15. Ferdin. Loarez. num. 26. Alciat. nu. 30. qui teſtatur de communi opinione, Ripa n. 29. & Soc. iun. nu. 35. Iaſ. in l. Marcellus §. res quæ, in fin. ff. ad Trebell. Paul. Caſtr. conſil. 17. in cauſa, quæ vertitur Parmæ, nu. 23. & ſeqq. lib. 1. Grat. conſ. 15 col. 3 lib. 1. Bero. conſil. 100. num. 22. lib. 2. Honded. conſil. 66. nu. 11. & ſeqq. multis, libr. 2. Menoch. conſil. 44. num 24 & conſil. 40 num. 140. & de arbit. iud. caſu 163. nu. 20 Anton. Gabr. de legit. concl. 6. Grammat. deciſ. 83. Mag. deciſ. Lucen. 85. nu. 12. Ioſeph. Lud. deciſ. Lucen. 28. nu. 34. & deciſ. Florent. 35. num. 12. Rot. Rom. deciſ. 123. nu. 4 parte ſecunda, in nouiſſ. Cæſar. Batz. deciſ. Bonon. 103. n. 12. & deciſ. 104. n. 2. & ſeqq. & quæ dixi q. 543. n. 9. vbi alios adduxi.

Ratio eſt, quia de bonis alteri legatis, vel per fideicõ- 22
miſſum relictis non poteſt deduci legitima, Doctor. in l. in quartam ff. ad leg. Falcidiam, Iaſ. in d. §. Diui, n. 30. & ibi Rip. num. 19. Rol. à Valle conſil. 12. nu. 4. Crau. conſil. 19. nu. 14. Ceph. conſil. 320. n. 27. Burſat. conſil. 13. nu. 46. Menoch. conſ. 401. n. 138. Craſſ. in § legitima, q. 12. Surd. deciſ 316. n. 3. & 16. Alexand. Raud. deciſ. Piſan. 22. nu. 14 & dixi d. quæſt. 543 num. 9.

Limitatur primò hæc declaratio, quando vltra bona 23
prohibita alienari non ſuperſunt bona, in quibus legitima filij poſſit deduci, Rip. in d. §. Diui, n. 29. & ibi Ruin. n. 58. Craſſ. de legit. q. 18. & eſt de mente omnium.

Limitatur ſecundò quando pretioſiores res eſſent 24
prohibitæ alienari, deteriores verò non, nam in iſtis deterioribus nõ poterit cogi filius habere legitimam, Pic. dicta l. in quartam, nu. 115. ff. ad leg. Falcidiam, Alex. in l. Marcellus, § res quæ, ad finem, ff. ad Treb. & conſil. 156. num. 15. Dec. conſil. 81. num. 7. Roland. à Valle conſ. 12. n. 3. & ſeq. conſil. 65. in fine lib. 1. Hieron. Gabr. conſ. 138. lib. 2. Anton. Gabr. tit. de legat. concl. 6. n. 3. & ſeq. vbi ſublimitat, & quæ dixi q. 543. nu. 11. vbi nu. 12. dixi an filius poſſit petere ab vno legatario totam legitimam, vel ab omnibus? Ratio eſt, quia ſicuti filius pro ſua legitima non poteſt res pretioſiores eligere, ita nec deteriores cogi poterit recipere, ſed in Iudicis arbitrio totum erit poſitum, Craſſ. in §. legitima, quæſt. 16. & 17. Ant. Gab. de legit. concluſ. 3. Menoch. d. caſu 163. n. 21. & 26. Honded. d. conſil. 66. nu. 17. & ſequentibus, vbi videndum erit quando Iudex poſſit etiam in pecunia, vel fructibus

aſſignare legitimam filio. [Idem eſſet, quando omnia ſtabilia eſſent prohibita alienari, quia filius in mobilibus non teneretur acceptare legitimam, Hier. Gab. *conſ.* 132. *lib.* 2. Honded. *conſil.* 66. *n.* 12. *vſque ad n.* 28. *lib.* 2. vbi multipliciter declarat.

Contra tamen tenuit Ceph. *conſ.* 624. *n.* 59 *lib.* 5.]

26 Intellige tamen hoc verum, ſi filius ipſe petijſſet legitimam aſſignari in bonis prohibitis alienari, aliud ſi tacuiſſet, nam in eius hęredem non eſſet translatum ius aliter deducendi, Alb. *conſ.* 377. *n.* 12. *& ſeq. lib.* 2. Honded. *dict. conſ.* 66. *n.* 16.

Et cum hoc, vt dixi, ſit Iudicis arbitrium, ſi eſſet iuſta cauſa Iudex poſſet ſeruare voluntatem patris, & iuſta eſſet cauſa ſi teſtator ſic diſpoſuiſſet pro conſeruandis bonis in agnatione, Rot. Rom. *deciſ.* 753. *n.* 7 *& ſeqq. p.* 1. cuius opinionem refert, & ſequitur Honded. *d. conſil.* 66 *num.* 23. [Intellige etiam procede, niſi teſtator iuſſiſſet legitimam à filijs deduci in certis corporibus hæreditatis, puta in pecunijs, mercibus, vel alijs mobilibus, quia ſeruanda eſſet voluntas teſtatoris, ita conſultus tenui ſuper teſtamento D. Petri Rouelle de Salodio, qui inſtituit quatuor filijs cum perpetuo fideicommiſſo fauore maſculorum, ordinauit, quod filij haberent legitimam in inſtructibus, vaſis argenteis, ſuppellectili, & pecunijs.

Primò mouebat, quia pater poteſt filio aſſignare legitimam ſuper vna re particulari, §. *cæterum, in auth. vt cũ de appell. cognoſc.* Alciat. *conſ.* 201. *num.* 16. *lib.* 9. Menoch. *de arbit. iud. conſ.* 163 *nu* 2 *& ſeqq cum alijs citatis à* Peregr. *de fideicom. art.* 36. *nu.* 7.

Verum eſt, quod in hoc non feci magnum fundamẽtum, quia contraria opinio eſt magis communis, quam poſt alios probarunt Peregr. *d. art.* 36. *n.* 71. *verſ. ſed contra.* Ant. Gab. *de legitim. concl.* 3. Petr. *de fideic. q.* 15. *n* 66. *vſque ad n* 77. *& nu.* 91. *& ſeqq.* Petr. *de interp. vltim. volunt. folio* 565. *n.* 41. *& ſeqq.* Honded. *conſ.* 66. *n.* 19. *lib.* 2.

Secundo adduxi in terminis *deciſ.* Peregr. *d. art.* 36. *n.* 75. vbi dixit, quod tunc pater poteſt diſponere filios deducere legitimam in pecunijs, fructibus, mercibus, vel mobilibus, quando eos inſtituit vniuerſales hæredes, nec illi impugnarunt voluntatem patris, & Pereg. hanc propoſitionem confirmat pluribus rationibus & authoritatibus, & teſtatur ita iudicatum.

Tertiò confirmabam authoritate eorum, qui ſcripſerunt, patrem poſſe grauare filios in legitimam diſponendo, quod fructus imputentur in ſua legitima, Comen. *in l. cohæredi, §. cũ filia ff. de vulg. & pup.* quem magis communiter ſequuntur Doct. vt plenè dixi *q.* 295. *n.* 65. *& ſeqq.* alia etiam adducebam, vt videri poteſt *in cõſil.... in hac cauſa edito.*]

27 Sed quid ſi filius dicat in alijs bonis non prohibitis nõ poſſe fieri integram detractionem, vel etiam non extare abſolutè alia bona nõ prohibita, an ille teneatur hoc probare? latè tradit Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon.* 103. *& deciſ.* 104. [Idem dicit ipſe Barz. *deciſ.* 105 & ſequitur Surd. *deciſ.* 316. *n.* 6. *&* 14 & ego dixi *d. conſ.... dubio tertio.*]

28 Quod ſi illa res particularis prohibita alienari, fuerit alienata, & quis dicat rem illam non debuiſſe alienari, quia alia extabant bona non prohibita alienari, qui hoc dicit probare debet per reg. *l. qui aut, ff. de probat.* & in ſpecie ſcribit Becc. *conſ.* 100. *n.* 21. *in fine.*

29 Declaratur vltimò non procedere in prohibitione facta in contractu, Decian. *conſil.* 41. *nu.* 18. *&* 19. *libr.* 1. Petr. *de fideicomm. qu.* 4. *n.* 6.

30 Illud autem notandum eſt, quod filius prohibitus alienare, ſi aliquam rem alienat, cenſetur illam rem elegiſſe pro ſua legitima, ne incidat in pœnam contrauentionis, ſecundum communem opinionem, teſte Aretin. *conſil.* 18. *num.* 5. quam ſequutus fuit & Riminald. iun. *conſ.* 148. *numero* 47. *lib.* 2. & eſt de mente omnium.

Quid autem dicendum ſit, quando facta eſt alienatio & is cuius fauore fuit prohibita dicat, alienatum vltra legitimam & detractiones debitas filius verò qui alienauit contrarium aſſerat, fideicommiſſario incumbet onus probandi fuiſſe alienatum vltra id quod alienari debuit, Honded. *conſ.* 72. *n.* 6. *lib.* 1 & ibi *in fine*, dicit ſecundum illud conſilium fuiſſe iudicatum, & refert etiã Rotam Romanam ita in duabus cauſis iudicaſſe. 31

Quod ſi aliqua res non potuit alienari niſi tota, filio non imputabitur ſi vltra legitimam & detractiones facta fuiſſet alienatio, Soc. iun. *in d. §. Diui, n.* 35. 32

QVÆSTIO DCXCIII.

QVAERO, ſi teſtator habet bona liuellaria, vel emphyteutica, an poſſit eorum alienationem prohibere? De hoc articulo videatur Rip. & Alciat. relati à Marz. *in Epit. de fideicomm. parte* 2. *q.* 10. & etiam *infra q.* 701. *num.* 10.

QVÆSTIO DCXCIV.

Prohibitus alienare, an dicatur prohibitus facere actum, per quem ſequatur alienatio?

QVAERO, an prohibitus alienare, dicatur etiam prohibitus facere actum, per quem ſequatur alienatio? Et affirmatiuam ſententiam tenent Crott. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 113. & ibi Rip. *n.* 100. *ff. de legat.* 1. Dec. *in cap. concupiſcentiam, nu.* 9. *extr. de conſtit. & in conſ.* 102. Rum. *conſ.* 25. *nu.* 8 *&* 9. *libr.* 5. Pariſ. *conſ.* 12. *n.* 41 *lib.* 2. Decian. *conſ.* 9. *nu.* 8c. *& conſil.* 76. *n.* 11 *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 981. *n.* 15. vbi alios plures cõgeſſit, Neurz. *conſ.* 62. *n.* 42. Rol. à Valle *conſ.* 31. *n.* 27 *lib.* 1 Simon. de Præt. *conſ.* 86. *n.* 5. Rimin. iun. *cõſ.* 23. *nu.* 217. *lib.* 3. Surd *conſ.* 5. *n.* 40. *lib.* 1 *conſ.* 276. *n.* 1. *lib.* 2. *& cõſ.* 301. *n.* 34. *lib.* Menoc. *conſ.* 1099. *n.* 19. vbi dicit maximè verum, quãdo in prohibitione ſunt appoſita verba multum prægnantia, & generalia, & plures adducit, idem affirmant Anchar. iun. *lib.* 1. *q.* 27. *nu.* 3. Carpan. *ſup. Stat. Mediol. cap.* 305. *n.* 35. Petr. *de fideic. q.* 8. *n.* 5. vbi dicit eſſe communem opinionem, Caualc. *deciſ.* 6. *n.* 2. *parte* 3. Rot. Roman *in nouiſſ. deciſ.* 480. *n.* 2. *parte* 1. & alibi ſæpiſſimè. Probatur hęc ſententia *in l. oratio, ff. de ſponſ.* vbi deſumitur regula, quod prohibitio aliquo cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud, ſicuti è contra permiſſa alienatione, cenſetur permiſſum omne id, ſine quo ad alienationem non poteſt perueniri. *l.* 2. *ff. de iuriſ. omn. iud.* & ibi Bart. & alij. 1

Hæc tamen regula non habet locum in ſtatutis, Dec. *conſ.* 645. *n.* 7. Rip. *in tract. de Peſte, fol.* 91. *verſ. limitatur,* quem refert, & ſequitur Anchar. iun. *d. q.* 27. *in fine.* 2

Ampl. hæc concluſio, vt prohibitus curare etiam debeat ne alienatio ſequatur, Bart. & alij *in l. codicillis, §. matre, ff. de legat. ſecundo,* Soc. Sen. *conſ.* 35. *n.* 4. *lib.* 4.

Ampliatur ſecundò, ſiue immediatè, ſiue mediatè ex actu perueniatur ad alienationem, Iaſ. *in l.* 2. *colum.* 6. *ff. de vulgar.* Crauet. *conſil.* 137. *numero* 12. Cephal. *conſil.* 175. *num.* 8. *libr.* 2.

SVMMARIVM.

2 *Prohibita venditione, non erit prohibita donatio, contra num.* 2.

3 *Donatio erit prohibita, ſi fuit prohibita venditio, & alienatio, & contra ibid.*

3 Dona-

5 *Donatio cenſetur prohibita, alienatione prohibita.*
7 *Venditione prohibita, erit prohibita & alia ſpecies alienationis inter viuos contra numero 8. limita numero ſeqq.*
19 *Donatione prohibita non eſt prohibita venditio, nec alia ſpecies alienationis, declara nu. 20.*

QVÆSTIO DCXCV.

Donatio an dicatur prohibita, venditione vel alienatione prohibita: & an donatione prohibita ſit prohibita alia ſpecies alienationis inter viuos?

1 IN hac quæſtione duo caſus ſunt diſtinguendi: Primus eſt, quando teſtator prohibuit venditionem bonorum, & tunc donatio non erit prohibita. Ruin *conſ.* 116. *nu.* 16. *libr.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Rimin. iun. *conſil.* 313. *nu.* 13. *lib.* 5. Menoch. ſenſit *cõſ.* 216. *n.* 31. *& ſeq.* Petr. *de fideicom.* *q.* 8. *n.* 2. *& ſequentibus*, & ante hos idem tenuerunt Petr. de Bellap. *in l. vltima*, & ibi Cin. *nu.* 5. *C. de reb. alien.* Ign. *in l. dudum, nu.* 81. *C. de contrahen. empt.* quæ opinio probatur *in l. vlt. Cod. de præd. curial. lib.* 11. vbi donare poteſt is, qui vendere eſt prohibitus.

2 Contra tamen tenent quidam ex Antiquis citati à Cin. *d. l. vltima*, idem volunt Bald. *in l. voluntas, nu.* 2. *C. de fideicomm.* & Dec. *in l. ſi cuius, n.* 4. *ff. de reg. iur.*

3 Declaratur prima opinio, vt non procedat, quando prohibita eſſet venditio & alienatio, Pereg. *de fideicom. art.* 14. *n.* 4. *ad medium*, Diſſentit tamen Petr. *de fideicom.* *q.* 8. *nu.* 3. vbi vult donationem eſſe permiſſam, & ſi dictũ eſſet, quod non poſſit vendere, vel alio modo alienare, & allegat Ruin. *d. conſ.* 116. *n.* 17. *lib.* 2.

4 Declaratur etiam vt non procedat, quando prohibitio eſſet fauorabilis, vel eadem militat ratio, tam in venditione, quam in donatione, vt ſi prohibitio eſſet facta vt bona conſeruentur in familia, & idem ſi in fraudem præcepti teſtatoris ſimulatè facta eſſet donatio, ad quod videndi erunt Dec. & Ign. locis ſupra relatis, & Rimin. ſen. *conſ.* 587. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 3.

5 Secundus caſus eſt, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, & tunc donatio erit prohibita, quia tunc omnis ſpecies alienationis eſt prohibita. Anchar. *conſ.* 105. *nu.* 2. Alben. *conſ.* 64. *num.* 7. Dec. *conſ.* 27. *nu.* 2. *lib.* 3. Maſcard. *de Probat. concl.* 1236. *n.* . 05.

6 Sed quid in donatione remuneratoria, videantur dicta *ſupra qu.* 538.

7 Venditione autem prohibita cenſebitur prohibita alia ſpecies alienationis inter viuos, ſecundum communem ſententiam, quam probarunt Gloſſ. *in l.* 2. *C. de vſucap. pro empt.* Bart. *in l. filiusfam. §. Diui*, & ibi Iaſ. *n.* 106. Alciat. *n.* 42. vbi dicit eſſe communem opinionem, Ferdin. Loarez, *n.* 184. Ruin. *n.* 126. & Soc. iun. *nu.* 103. vbi teſtatur eſſe communem, *ff. de legat.* 1. Bart. *in l. in quorũ ff. de pign.* Bald. *in l. vlt. n.* 4. *C. de reb. alien. non alienan. & in l. voluntas*, & ibi Corn. *n.* 9. *C. de fideicom.* Arber. *in l. cũ ij § ſicuti, n.* 1. *ff. de tranſact. & in l. alienationis, n.* 4. *ff. de verbor. ſignif.* Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 2. *cap.* 18. *n.* 8. Cor. *conſ.* 25. *n.* 18. *lib.* 4. Bologn. *conſ.* 11. *n.* 7. Socin. ſen. *conſ.* 12. *numer.* 11. *lib.* 4. Purpur. *conſ.* 559. *num.* 15. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 16. *column.* 2. Surd. *conſ.* 394. *num.* 26. *lib.* 3.

Pro hac ſententia adducitur *l. ſtatu liberi à cæteris, §. vlt. ff. de ſtat. liber.* ibi quoniam lex duodecim tabularũ emptionis verbo, &c. ad idẽ facit *l.* 2. *Cod. de vſucap. pro empt. & l. ſicut, §. venditione ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* Ratione etiam comprobatur, nam dũ teſtator prohibet venditionem cenſetur voluiſſe rem remanere apud prohibitum, & eius ſucceſſores, vnde cum etiam per alios modos ſicuti per venditionem res poſſit tranſire in alium interpretatio fit à lege, quod prohibita vẽditione cenſeatur etiam prohibita omnis alia ſpecies alienationis inter viuos.

Cæterum diſſentiunt alij, volentes prohibitionem reſtrictam ad venditionem, non extendi ad aliam ſpeciem alienationis, & ſic prohibitum vendere non eſſe prohibitum alienare per alios modos inter viuos, Alex. *in d. §. Diui, nu.* 21. *& in conſil.* 76. *nu.* 9. *lib.* 5. Corn. *conſ.* 226. *n.* 14. *lib.* 2. Gerard. Mazz. *conſil.* 100. *num.* 41. *& ſeq.* Menoc. *conſil.* 216. *n.* 31. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vendit. qu.* 2. *princip.* 8

Limitatur primò opinio prima, quæ & magis recepta eſt, quando non eſſet expreſſa ratio, quia vult in familia remanere, nam tunc prohibitio pœnalis, quia odioſa eſſet reſtringenda ad venditionem, ſicuti è contra facta prohibitione fauore familiæ, prohibitio eſſet fauorabilis, vt dixi *qu.* 676. nimirum ſi prohibitio venditionis fauore familiæ facta extenderetur ad alias alienationes inter viuos, Imol. *in d. § Diui*, & ibi Alex. *num.* 21. Iaſ. *n.* 106. *verſ. limita* Ferd. Loarez, *n.* 184. *verſ. & iſta regula*, & Socin. iun. *n.* 204. Ign. *in l. dudum, n.* 83. *C. de contrahen. empt.* Fabian. de Mont. *d. q.* 2. *n.* 16. 9

Vnde magis generaliter dicendum eſt, quod ſi eadem militet ratio in alia alienatione, quæ in vẽditione, cenſebitur prohibita etiã alia ſpecies alienationis, aliàs ſecus, ita poſt Alexand. & Iaſ. ſcribit Soc. iun. *in d. §. Diui, num.* 204. vbi exemplificat in patre, qui prohibuit filium vendere vſque ad certam ætatem ne pretium diſſipet, & poterit filius permutare, vel inſolutum dare, & aliter alienare vbi ceſſet ratio diſſipationis pretij, & vide *limit.* 4. 10

Limitatur ſecundò, quando ratio prohibitionis conueniret ſoli venditioni, ita Bald. *in l. vlt. n.* 4. *ad finem*, & ibi Alber. *nu.* 4. *C. de reb. alien. non alien.* Alciat. *in d. § Diui, n.* 43. *verſ. ſecũdus caſus, et in l. alienationis, in fine ff. de verbor. ſignific.* & poſſet dari exemplum, de quo *ſupra num.* 11. *in fine*. 11

Limitatur tertiò, quando teſtator prohibuiſſe venditionem, quæ fieret ſine certa ſolennitate, puta ſine conſenſu proximiorum, quia tunc alius actus alienationis inter viuos non eſſet prohibitus Rimin. ſen. *conſil* 353. *nu.* 10. *lib.* 2. Fabian. de Mont. *d. q.* 2. *n.* 16. 12

Limitatur quartò, quando facta eſſet mentio de pretio, nam prohibitio ad aliam ſpeciem alienationis non extenderetur, Gloſſ. & Bald. *in l. vltima*. *C. de decur.* Alexand. *dict. §. Diui, numer* 23 & ibi Iaſ. *nu.* 107. Rip. *numer.* 103. Crott. *num.* 116. *verſ. tertia concluſio*, Alciat. *num.* 43. Ferdin. Loarez, *num.* 184. *ad finem*, & Soc. iun. *nu.* 20. *verſ. tertio limitatur*. 13

Limitatur quintò, quando in contrarium eſſet communis vſus loquendi, nam ille attendi deberet *l. Labeo, ff. de ſupell. leg. l. cum de lanionis, & aſinam ff. de fund. inſtruct.* & prohibitio reſtringeretur ad ſolam venditionem in ſpecie. Iaſ. *d. §. Diui, n.* 108. & ibi Rip. *n.* 105. & Crott. *n.* 119. *verſ. ſeptima concluſio*. 14

Sed melius mihi videntur ſentire, Alciat. *in d. § Diui, n.* 43. & Soc. iun. *n.* 205. quia vt iſti dicunt ex communi vſu loquendi certum eſt appellatione venditionis, non venire aliam ſpeciem alienationis. 15

Limitatur ſextò, in permutatione, quæ non erit prohibita, venditione prohibita, Odoſr. & Alber. *in d. l. vlt. C. de reb. alien. non alien.* & quando non adeſt eadem ratio, idem tenet Rimin. ſen. *conſ.* 576. *nu.* 5. *lib.* 3. qui propterea aliud vult ſi diuerſa adſit ratio. 16

Limitatur ſeptimò, in alienatione facta per dationẽ inſolutum, quæ non erit prohibita venditione prohibita, Gozad. *conſ.* 90. *numero* 4. Rimin. ſen. *conſ.* 355. *nu.* 9. 17

 & conſil.

& conſ.576, numero 6 & ſeqq lib.3. & dicam quæſt ſeq.

18 Limitatur octauò, in pignore, quod non erit prohibitum venditione prohibita, Cin. *in l. vlt. num. 1.* & ibi Salicet. *in oppoſit. vlt. C. de reb. alien. non alien.*

Diſſentiunt tamē Aret. *conſ.* 125. *n.* 3. & Brun. *conſ.* 12. *n.* 148. ſed prima opinio verior eſt. Si tamen reſultaret idem effectus conſideratus à teſtatore ex pignore, ſicut ex venditione ſecunda opinio retinenda eſſet, Bart. *in l. quorum ff. de pignor.* Soc. ſen. *conſ.* 62. *n.* 11. *lib.* 4.

19 Illud etiam non eſt omittendum, quod donatione prohibita non erit prohibita venditio, nec alia ſpecies alienationis, Imol. *in d. §. Diui,* & ibi Alexand. *n.* 24. Roman. *in l. vſufructu, n.* 18. *ff ſolut. matrim.*

20 Quod tamen limitatur, quando eadem militaret ratio, quia tunc donatione prohibita, & aliæ ſpecies alienationis cenſerentur prohibitæ, Alexand. *in d §. Diui.* & ibi Alciat. Ruin. *n.* 132. Corn. *in l. voluntas n.* 6. *&* 7. *C. de fideic. in l. ſi cui ius, num.* 2. *&* 4. *ff. de reg. iur.* Et probatur per text. *in d. l. ſicut §. venditionis, verſ. ſed permittitur, ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſoluat.*

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutum eſt prohibita alienatione prohibita.*
Maximè ſi eſt voluntaria, nu. 2.
Limita quando ex neceſſitate cogente Iudice fit, reſpectu fructuum durante vita prohibiti, nu. 3.
Limita reſpectu æris alieni teſtatoris, nu. 5.
4 *Datio in ſolutū non eſt prohibita venditione prohibita.*

QVÆSTIO DCXCVI.

Vtrum prohibitus alienare poſſit in ſolutum dare creditoribus?

1 REGVLA conſtituenda eſt, quod prohibitus alienare, non poteſt nec in ſolutum dare creditoribus, ita ſcribunt poſt multos relatos, Ioſep. Ludou. *deciſ. Peruſ* 60. *n.* 5. & Cauale. *dec.* 6. *par.* 3. Ceph. *conſ.* 254. *n.* 34. *& conſ.* 255. *n.* 3. *& ſeqq lib.* 2. Decianus *conſ.* 129. *n.* 6. *lib.* 5. Ratio eſt, quia inſolutum datio eſt quædam venditio *cap. nulli, de reb. eccl. non alienan. l. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Bart. *in l.* 1. *§ cum prædium, ff de pignor.*

2 Et quando datio inſolutum eſt voluntaria, vt quia prohibitus emat, vel alium cōtractum faciat, & dat inſolutum bona prohibita alienari, & ſine dubio incidit in pœnam: Quod ſit neceſſaria, facta Iudicis authoritate ob æs alienum prohibiti, & hæc erit permiſſa reſpectu fructuum durāte vita prohibiti, Bartol. *in l. filiusfamilias §. Diui* & ibi Ruin. *n.* 42. *&* 51. & alij cōmuniter, *ff. de legat.* 1. Bart. *in l. peto §. prædium,* & ibi omnes, *ff. de legat.* 2. Marſil. *in l.* 1. *§. præterea, n.* 16. *ff. d. quæſt.* Alexan. *conſ.* 52. *col.* 4. *lib.* 1. Bolog. *conſ.* 43. *n.* 6. Grat. *cōſ.* 106. *n.* 9. *li.* 2. Ruin. *cōſ* 63. *li* 1. Maſc. *de prob. concl.* 1236. *n.* 55. Vide tamē circa hāc quæſtionē quę latius dicta sūt *ſup q.* 542.

3

4 Quod ſi venditio ſit prohibita, non erit prohibita datio inſolutum, vt tenent Boer. *q.* 49. *circa finem,* & Petr. *de fideicommiſ. q.* 8. *nu* 4.

5 Pro ære autem alieno contracto à teſtatore certum eſt poſſe dari inſolutum bona prohibita alienari, vt dictum eſt *ſupr. qu.* 541.

6 Aduerte tamen quod datio inſolutum pro debito grauati ſuſtinebitur ſolum durante vita illius ad dicta *ſupra qu.* 542. *num.* 9.

7 Et quando adeſſent bona libera grauati, non eſſet permiſſa datio inſolutum de re prohibita alienari, vt dixi *d. qu.* 542. *num.* 14.

Alia vide *in d. qu.* 542.

QVÆSTIO DCXCVII.

PRO regula eſt etiam dicendum, quod prohibitus alienare non poteſt cadere, vt ſcribunt Corn. *conſil.* 128. *nu.* 2. *lib.* 1. & Maſcard. *de probat. concl.* 1236. *nu.* 109.

Si quis tamen cederet rem ſuo aduerſario ex ſententia Iudicis, non incideret in pœnam appoſitam alienanti, quia hęc eſt alienatio neceſſaria, Bartol. *in l. filiusfamilias, §. Diui, col.* 3. & ibi Ripa *n.* 25. *& nu.* 58. *ff. de legat.* 1. Iaſ. *conſ.* 31. *col.* 2. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 93. *n.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 23. *n.* 25. *lib.* 5. Pariſ. *conſil.* 43. *nu.* 29 *& conſ. penult. num.* 18. *lib.* 3. Alciat. *conſil.* 506. *nu.* 5. Menoch. *conſil.* 322. *nu.* 67. *& conſil.* 777. *n.* 6. *&* 7.

Quod tamen intelligendum eſt ſecundum ea, quæ dixi *ſupra qu.* 622.

QVÆSTIO DCXCVIII.

QVAERO, an prohibitus alienare poſſit renunciare pacto redimendi, vt eſt quando teſtator alienauit rem cum pacto redimendi, & poſtea in teſtamento bonorum ſuorum alienationem prohibet, & non poſſe prohibitum renunciare pacto redimendi probat Decian. *conſil.* 9. *n.* 76. *& ſeqq. lib.* 2.

QVÆSTIO DCXCIX.

PERMVTATIO, an ſit prohibita alienatione prohibita, dixi latè *ſupra qu.* 530.

QVÆSTIO DCC.

Prohibitus alienare, an poſſit bona in monaſterium transferre.

TESTATOR prohibuit alienationem bonorum. dubitatur, an prohibitus poſſit bona transferre in monaſterium ingrediendo religionem? Communis eſt opinio quòd poſſit, quam probarunt Gloſſ. *in cap. ſi qua.* 19. *q. vlt.* Felin. *in cap. in præſentia, nu* 65. *de probat.* Romul. *in l. filiusfamilias §. Diui, num.* 88. *& ſeq ff. de legat.* 1. Bald. *conſ.* 248. *nu.* 1. *lib.* 2. Roman. *conſil.* 166. *num.* 3. Bero. *conſil.* 94. *nu.* 9. *lib.* 1. Rimin. iun. *conſil.* 141. *nu.* 58. *lib.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem. Rodo. *de reb. eccleſ. non alienan. quæſt.* 2. *cap.* 39. Fabian. de Monte *de vend. qu.* 3. *art.* 22. *n.* 18. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *nu.* 156. vbi teſtatur de communi. Ratione mouentur, quia hæc eſt alienatio legalis, quæ non cenſetur prohibita, ſicuti dicitur de alienatione ex cauſa dotis, *authen. res quæ. Cod. commun. de legat.* 1

Contra tenent alij, quod immò in monaſterium bona transferri non poſſint ex ingreſſu religionis factæ à prohibito, Imol. *in l. ſi quis ita §. ea lege col.* 2. *ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſil.* 143. *n.* 17. *lib.* 3. Bero. *conſ.* 94. *n.* 9. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 82. *n.* 9. *lib.* 4. Didac. Spin. à Carcer. *in Spec. teſtam. tit. de fideicomm. ſubſtit nu.* 28. & hæc mihi etiam magis probatur, cum verè ſit alienatio voluntaria, non neceſſaria, poteſt enim prohibitus ante ingreſſum diſponere de rebus ſuis, & poteſt id maximè facere dimittendo ea vocatis in caſum alienationis. 2

Et hæc ſecunda opinio ſine dubio retinenda eſſet, quādo bona eſſent prohibita alienari, vt conſeruarentur & remanerent in familia, Dec. *conſ.* 259. *col.* 1. *& ſeq.* Petra *de fideic. q* 8. *n.* 516. *verſ. Declaratur modo.* 3

Declaratur autem iſta quæſtio ex his, quæ ſcripſi *quæſt.* 430.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum non poteſt alienare prohibitus alienare.*

2 *Dominium vtile non poteſt transferri in alium à prohibito alienari.*

3 *In feudum non poſſunt dari bona prohibita alienari.*

Limitatur quando res eſſet ſolita infeudari. n.4.

Limitatur in renunciatione inueſtitura antiqua, ibid.

5 *In emphyteuſim non poſſunt dari bona prohibita alienari, contra n.6.*

Limitatur reſpectu pœna. n.7.

Limitatur quando res eſſet ſolita in emphyteuſim dari à teſtatore, n.8.

10 *Emphyteutica bona non poſſunt alienari, ſi teſtator prohibuit alienationem bonorum.*

11 *Poſſeſſionem in alium transferre, an poſſit prohibitus alienare?*

QVÆSTIO DCCI.

Dominium vtile, vel directum alienare, an poſſit prohibitus alienare, & an poſſit poſſeſſionem in alium transferre?

1 PRIMO videamus de directo dominio, & hoc non poſſe in alium transferri tenendum eſt. Menoch. *conſ.116.dubio primo.* Magon. ſenſit *decis. Florent.91.* Hanc concluſionem probari dixit Menoch. *in l.vlt.C.de reb.alien.* qui textus loquitur de directo dominio, prout ita eum intellexerunt ibi Bart. Bald. Paul. Caſtr. & Salicet. & Ioan. Nicol. Arelata *in repet.l generaliter, n.139.C.de ſecund.nupt.* Et confirmatur ratione, nam vtile dominium non poteſt alienare prohibitus alienare, vt mox dicetur. At dominium directum, eſt propriè dominium, & eſt firmius *l.1.§.qui in perpetuum ff. ſi ager. vectig.* ergo, &c.

2 Secundo dicendum eſt, vtile dominium non poſſe transferri in alium ab eo, qui alienationem facere eſt prohibitus, Bartol. *in l.vlt.C.de reb.alien.non alien.* & ibi Salicet. *in ſumm.* Iaſ. *in §.item ſequitur nu.22.inſt.de act.* Romul. *in l.filiusfamilias, § Diui, n.71.ff.de legat.1.* Aluar. *in cap.1.nu.4.tit.per quos fiat inueſt.* Alexand. *conſ.1. n.15.lib.4.* Cacher. *conſ.26.nu.14.* Rodo *de reb.eccl.non alien.q.2.cap.32.num.1.& ſeq.* Ratio eſt, quia prohibita alienatione, eſt prohibita omnis diminutio iuris in illa re, ita vt nec ſeruitus imponi poſſit, *d.l.vlt.C.de reb.alien. non alien.* At per alienationem vtilis dominij certum eſt rem diminui, ergo, &c.

3 Infertur primo, quod datio in feudum erit prohibita, Gloſ. *in cap.1.§.vlt.in Glo.vlt.tit. per quos fiat inueſt.* & ibi Aluar. *num.4.* Rodo *d.q.2 cap.28.n.5.*

4 Limitatur, quando res illa eſſet ſolita infeudari, Romul. *d.§.Diui, n.85.& ſeq.* Rodo, *d.cap.28.n.15.& ſeqq.* Idem eſſet quando ageretur de renouatione inueſtituræ veteris, Iſern. *in cap.1.n.1.in fine.*

5 Infertur ſecundò, quod bona alienari prohibita non poterunt concedi in emphyteuſim, Angel. *in §.emphyteuſim, in auth.de alienat.& emphyt.* Iac. de Aren. *in l.1. n.4 C.de iur.emphyt* Alber. *in l.3.§ ex contrario,* & ibi Iaſ. *num.74.ff de acquir.poſſeſ.* Salicet. *in l.vlt.nu.3.C.de reb. alien.non alien.* Alex. *in addit.ad Bartol. in l.quemadmodum n.5.C.de agric.cenſ.* Affl ct. *in cap.1.n.89. de prohib. alien.feud.per Feder.* Ruin. *cõſ.135.n.11.lib.5.* Pariſ. *cõſ.85. nu.7.& 8.lib.3.* Marz. *in Epit.de fideic.parte 2.q.38.* Menoch. *de arbitr.iud.caſu 5.n.4.* Rodo *de reb.eccl.non alien. q.2.cap.22.n.1.& ſeq.* Fabian. de Monte *de empt.& vend. q.3.art.22.n.14.* Frãch. March. *decis.603.n.2 p.1.* Magon. ſenſit *decis Florent.91.* Ratio eſt, quia emphyteuſis venit appellatione alienationis, *cap. nulli, de reb. eccl. non alien.§.nos igitur, in ver.alienationis, in auth.de alienat.& emphyt.* Præterea de hoc non videtur text. expreſſus, *in l.vlt. C.de reb.alien.non alien.*

Contrarium malè tenent Corn. *conſ.193, n.1.lib.1.& conſ.187.col.2.lib.2.* Ludou. *decis. Luc.64.* Ceph. *conſ.178. num.19.lib.2.* 6

Declaratur primò, vt non procedat reſpectu pœnæ, 7 quia concedens in emphyteuſim non incideret in pœnam, ſecundum Corn. & Ceph. *locis citatis,* quorum tamen ſententia mihi tuta non videtur.

Declaratur ſecundò non procedere, quando res eſſet 8 ſolita dari in emphyteuſim, quia tunc teſtator qui ſolitus erat emphyteuticare rem veriſimiliter prohibendo alienationem non cenſetur intellexiſſe de illa re, Corn. *d.conſ.193.n.1.* Romul. *d.§.Diui, nu.86.* Ludou. *decis.64. num.9,* vbi idem tenet, quando non illa res, ſed alia eſſet ſolita emphyteuticari, mihi placet declaratio, ſed non extenſio Ludouici, nam alia poteſt eſſe ratio in re ſolita emphyteuticari.

Quod ſi conceſſio in emphyteuſim non eſſet facta 9 pro concedenti penſione, ſine dubio non teneret conceſſio in emphyteuſim, ita Ioſephus Ludou. *d.decis.64. num.13.*

Sed an emphyteuta, qui habet ſolum dominium vtile 10 poſſit rem emphyteuticam alienare, quando teſtator ei prohibuit bonorum alienationem, & non poſſe dicendum eſt, Rodo, *de reb.eccl.non alien.q.2.cap.15.* & vide *ſupra quæſt.687.*

Poſſeſſionem autem in alios transferre an poſſit pro- 11 hibitus alienare? dixi *q.718.n.25.*

QVÆSTIO DCCII.

QVAERITVR, an prohibitus alienare poſſit bona locare? dixi *q.525.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca & pignus poteſt cõſtitui ſuper re fideicõmiſſo ſubiecta, quæ tamen reſoluitur per mortẽ grauati.*

2 *Hypotheca & pignus non poteſt conſtitui ſuper re prohibita alienari.*

Limitatur in prohibitione pœnali quia pœna non incurritur per pignoris & hypotheca impoſitionem n.3.

Limitatur, quando teſtator obligauit fundum creditori, & prohibitus obligat illum alteri creditori, vt luat à primo, num.4.

Limitatur, quando res hypothecatur ei, cuius fauore facta eſt prohibitio, n.5.

Limitatur prohibita venditione, quia hypotheca non erit prohibita n.6.

Limitatur in pignore iudiciali & prætorio, n.7.

8 *In hypotheca generali non continetur res alienari prohibita.*

Limitatur, quando prohibitus non habebat alia bona, niſi prohibita alienari, n.9.

Limitatur, quando verba ſunt vniuerſalia, n.10.

QVÆSTIO DCCIII.

Vtrum prohibitus alienare cenſeatur etiam prohibitus pignorare, & hypothecare?

IN hac quæſtione duos conſtituo caſus.

Primus eſt, quando prohibitio eſt tacita reſul- 1 tans ex ſubſtitutione conditionali, & tunc ſine dubio conſtituitur pignus, & hypotheca, licèt reſoluatur eueniente

by Google

niente caſu fideicommiſſi, Ceph. *conſil.177. numero 2. & conſ.296. num.41. & ſeqq.* & alij in fortioribus relati *ſupra quaeſt.554.*

2 Secundus caſus eſt, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum expreſsè, & tunc pignus & hypotheca erunt prohibita, *§. alienationis, in auth. ben. de alien. & emph. l. vlt.* & ibi Bart. Bald. Alber. *num.2.* & Fulgoſ. *C. de reb. alien. non alien.* Bart. *in l. quorum ff. de pignor. & in l. penult. §. inſtituto, numero 4. ff. de legat. 2.* Alexand. *in l. Marcellus, §. res quae, num.5. ff. ad Trebell.* Ioan. Nicol. *in l. repetitione, l. generaliter, numero 139. C. de ſecund. nupt.* Cardin. Alban *in l. quoniam, C. de pignor.* Abb. *in cap. quibuſdam, num.5. extr. de fideiuſſ.* Aluar. *in cap.1. §.1. nu.4. tit. per quos fiat inueſt.* Afflict. *in cap.1. §. aut ſi libellario, tit. quib. mod. feud. amitt.* Aret. *conſ.125. num.3.* Soc. ſen. *conſ.75. num.2. lib.1. & conſil. vltim. lib.3.* Dec. *conſ.660.* Ruin. *conſil.123. numer.20. lib.2.* Bero. *conſil.135. numero 10. lib.1.* Pancir. *conſil.171. numero 8.* Alben *conſilio 34. ad finem,* Cephal. *conſil.296. dub.3.* vbi dicit ſine ſcrupulo procedere, quando & obligatio fuit prohibita, Menoch. *conſ.116. nu.15.* Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.3. num.101.* Didac. *lib.2. var. reſol. cap.16. n.7.* Neguſ. *de pignor. parte 1. memb.2. nu.31.* qui dicit eſſe communem omnium opinionem, Rodo. *de reb. eccl. non alien. q.1. num.6. & 11. & q.2. cap.6. n.9. & ſeqq.* Fabian. de Mont. *tract. de empt. q.3. art.22. nu.10.* Maſcard. *de probat. concluſ.1236. n.108.* Petr. *de fideic. q.8. n.105.* Pereg. *de fideic. art.40. n.118.* Caualc. *deciſ.6. n.3. & 5. par.3.* Seraph. *deciſ. Rom.757.*

3 Declaratur primò haec communis opinio, vt non procedat in prohibitione poenali, nam ſub poena prohibitus alienare, pignorando, & hypothecando non incidit in poenã. Aluar. *in cap.1. §.1. n.4. tit. per quos fiat inueſt.* Soc. ſen. *conſ.73. n.2. lib.1.* Crott. *conſ.193. num.12. lib.2.* Neguſ. *de pignor. part.1. memb.3. nu.73.* Corſet. *ſing.11. poena,* Fabian. de Monte *d. q.3. art.22. n.11.* Rodo. *d. q.2. cap.6. n.6.* Caualc. *deciſ.6. n.21. & ſeq. parte 3.*

4 Declaratur ſecundo non procedere, quando teſtator obligaſſet fundum creditori, & poſtea in teſtamento prohibeat illius alienationem, nam haeres poterit illum obligare alteri pro ſatisfaciendo primo creditori, ponendo eum in locum antiquioris creditoris, *l. pater filium, in princ. ff. de legat.3.* Ludou. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.1. cap.10. n.15.* Peregr. *de fideic. art.40. n.31.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.73. n.418.*

5 Declaratur tertiò, vt non ſit prohibita hypotheca in eum cuius fauore facta eſt prohibitio. Aluar. *in cap.1. in princ. n.12. de prohib. alien. per Feder.* Afflict. *in cap.1. § praeterea, n.4. de Cap. Corrad.* & faciunt quae dicta ſunt *q.716.* quod nec alienatio eſt prohibita inter ipſos fideicommiſſarios, & eos quorum fauore facta eſt prohibitio.

6 Declaratur quartò non procedere, quando venditio eſſet prohibita, vt dixi *q.695. num.18.*

7 Declaratur quintò, non procedere in pignore iudiciali, & praetorio, quod eſt neceſſarium, & in prohibitione alienationis non continetur alienatio neceſſaria, *l. peto, §. praedium, ff. de legat.2.* & in ſpecie ita tenet Alber. *in d. l. vlt. col. vlt. verſ. item quaero, C. de reb. alien. non alien.* Diſſentit tamen Bald. *in auth. qui iurat, num.38. C. de bon. auth. iud. poſſid.*

8 Aduerte autem, quod in generali hypotheca non cẽſerentur à prohibito comprehenſa bona prohibita alienari, Gloſs. *l. penult. §. inſtituto,* & ibi Bartol. *ff. de legat.2.* Bald. *in l. voluntas, n.3. C. de fideicommiſſ.* Angel. *in auth. de reſtit. & ea quae par.* Iaſ. *in l. vltim. n.29. C. de iur. emph.* Crott. *in l. ſi conſtante, nu.26. ff. ſolut. matrim.* Ioan. Lup. *in cap. per veſtras, §.38. n.3. extr. de donat. int. vir. & vxor.* Aluar. *d. cap.1. §.1. n.4. tit. per quos fiat inueſtit.* Roman. *conſ.166. num.1.* Cuman. *conſ.176. num.5.* Aret. *conſ.125. n.3.* Barbat. *conſ.43. colum. pen. lib.1.* Corn. *conſ.154. nu.2. lib.4.* Iaſ. *conſ.124. n.4. lib.4.* Bertrand. *conſ.195. nu.16. lib.1. & conſ.87. n.32. lib.3.* Dec. *conſ.645. n.5.* Curt. iun. *conſ.129. n.15. lib.2.* Natta *conſ.474. n.22.* Alciat. *conſ.637. circa finem.* Burſat. *conſ.44. col.1. lib.1.* Menoch. *conſ.329. n.4. & conſ.777. nu.3.* Peregr. *conſ.50. lib.4.* Marſ. *ſingul.314. n.1.* Neguſ. *de pign. parte 1. memb.2. n.53.* Ant. Gabr. *de reg. iur. concl.12. n.29.* Petr. *de fideicomm. q.8. n.106. & ſeq. in fine.* Maſcard. *de probat. concl.1236. n.108.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.73. n.149.* Milan. *deciſ.1. n.120. verſ. ſecundo parte 2.* Caualc. *deciſ.6. n.22. parte 3.*

Limitatur primò, quãdo prohibitus non habebat alia bona, niſi prohibita alienari, nam haec in generali bonorum obligatione venirent, Marſ. *in rub. de fideiuſſ. col.44. & in l.1. § ſi ſeruus. ff. de quaeſt.* Ant. Gabr. *de reg. iur. concluſ.12. n.40.* Gerard. à Petr. Sanct. *ſing.35.* Intrigl. *dict. cent.3. q.73. n.152.* Peregr. *conſ.50. lib.4.* 9

Limitatur ſecundò quando verba eſſent vniuerſalia, quia tunc & alienari prohibita venirent in hypotheca, Bart. *in l. generaliter, §. vxori, ff. de vſufruct. legat. & in l. ſi pluribus, colum.1. ff. de legat.2.* Iaſ. *in l.1. C. de leg.* Dec. *in l. omnia ff. ſi cert. pet. & in l. vlt. C. de pact.* Crauet. *in l.1. n.45. ff. de legat.1.* rurſus Dec. *in cap. ſedes, colum.5. extr. de reſcript.* Corn. *conſ.179. colum. penul. lib.2. & conſ.128. colum. penult. lib.3.* Dec. *conſ.10. colum. pen. & conſ.389. colum. vlt.* Pariſ. *conſ.35. n.5. lib.1. & conſ.53. nu.21. lib.2.* Alciat. *conſ.91. lib.1.* Rub. Alexand. *conſ.135. nu.3.* Natta *conſ.160. n.24. & conſ.340. n.12.* Roland. à Valle *conſ.54. n.42. lib.3. & conſ.27. n.29. lib.4.* Bellon. *conſ.9. numero 7.* Crauet. *conſ.194. n.1. & conſ.308. num.6.* Ceph. *conſil.92. nu.5. conſ.150. n.8. & conſ.156. n.22.* Surd *conſ.73. n.61. verſ. vltimo non obſtat. lib.1. & conſ.87. nu.7. & ſeq. lib.2.* Peregr. *d. conſ.50. n.1. lib.4.* Ant. Gabr. *de reg. iur. concl.12. n.36.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.3. q.73. nu.150.* Oſaſch. *deciſ. Pedem.94. n.10.* Milan. *deciſ.1. n.129. part.2.* Magon. *deciſ. Lucen.54. n.19. & ſeq.* 10

QVAESTIO DCCIV.

QVAERO, an prohibitus alienare poſſit ſuper rem imponere ſeruitutem vſufructus, vel aliam? dixi *ſupra q.127.*

Fructuum autem commoditatem vendere donec vixerit, an poſſit? dixi *ibi num.5.*

QVAESTIO DCCV.

QVAERO, an prohibitus alienare poſſit alimenta conſtituere? & non poſſe ſcribunt Pariſius *conſil.98. num.8.9. & 13. lib.2.* Petr. *de fideicomm. q.8. num.132.*

Declara tamen vt poſſint alimenta conſtitui ad vitam prohiberi, Pariſ. *d. conſ.98. n.11.* Petr. *d. q.8. n.133.*

Videantur etiam dicta *ſupra quaeſt.536.*

SVMMARIVM.

1 *Cenſus poteſt conſtitui ſuper re reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta, qui tamen reſoluitur purificata conditione fideicommiſſi.*

2 *Cenſus conſtitutio ſuper re prohibita alienari eſt ipſo iure nulla, contra n.5.*

Ampliatur vt imponens cenſum incidat in poenam appoſitam alienanti, n.6.

Limitatur quando perſonalis eſt prohibitio, & impoſitio cenſus eſt facta non à perſona prohibita, n.7.

Limitatur ſi ex neceſſitatis cauſa cẽſus ſit impoſitus, n.8.

Limitatur quando cenſus imponitur ſuper fructibus ſine hypotheca, num.9.

Limita-

Limitatur, ſi impoſitio cenſus eſſet nulla vel ob non ſeruatam formam Bullæ Pij, vel pacta ſint appoſita contra Bullam quæ reputentur vſuraria, n. 10.

Limitatur quando fideicommiſſarius conſenſiſſet tacitè, vel expreſsè impoſitioni cenſus, n. 11.

Limitatur quando alienans doloſè aſſeruiſſet rem eſſe liberam, n. 12.

Limitatur reſpectu damnatorum, & intereſſe paſſorum per emptorem cenſus, n. 13.

3 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis, & à pari procedit cum alienatione.*

4 *Alienatio facta contra prohibitionem teſtatoris eſt ipſo iure nulla, nec dominium transfertur.*

QVÆSTIO DCCVI.

Cenſus imponi ſuper re fideicommiſſo ſuppoſita, vel alienari prohibita, an poſſit?

1 IN præſenti difficultate duos caſus conſtituo, quorum primus eſt, quando agitur de fideicommiſſo reſtitutorio inducto per ſubſtitutionem, & hic non habet dubium, nam conſtitui poſſe cenſum admittunt omnes temperamento tamen, quod impoſito reſoluatur eueniente caſu ſubſtitutionis, Ludo. de Aued. *in tract. de cenſ. Hiſp. cap. 62. n. 6.* Intrigl. *ſuper Bulla de cenſibus, quæſt. 29. nu. 1.* Foller. *in pract. cenſ. in verbo huiuſmodi, numer. 23.* Bened. Bon. *in tract. de cenſ. artic. 29. num. 55.* Boccac. *tract. de cenſ. parte 2. numero 78.* Felin. de Solis *tract. de cenſ. tomo primo. libro ſecundo, cap. 3. numer. 15.* Feder. Mart. *in tract. de iur. cenſ. cap. 4. num. 91.* Ludo. Cenc. *tract. de cenſ. parte 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 6. numero 1.* & poſt illum tractatum congeſſit deciſ. Rotæ Romanæ *deciſ. 15. numero 10. & deciſ. 40. num. 8. & ſeq.* patet ita Rotam tenuiſſe, Garz. Maſtril. *in deciſ. Ciuil. deciſ. 150. numero 4. parte 1.* Probatur hæc ſententia *in l. vltim. §. ſin autem ſub conditione, Cod. commun. de legat.* vbi habetur rem fideicommiſſo ſubiectam poſſe vendi, & alio titulo alienari pendente fideicommiſſi conditione, ea autem purificata poſſe à fideicommiſſario vendicari, quod etiam vno ore voluerunt Doctor. vt dixi *quæſt. 554.* Vnde reſoluto iure cenſum imponentis, reſoluitur & cenſus, & ius emptoris per regulam, *l. vectigali, ff. de pign.* & in ſpecie cenſus ita ſæpius dixit Rota, *vt in deciſ. collectis* à Cencio *poſt dictum tractatum de cenſ. deciſ. 15. in fine, & alijs deciſionibus ſupra relatis.*

2 Secundus caſus eſt quando agitur de impoſitione cenſus facta ſuper re prohibita alienari, & tunc impoſitio cenſus ab initio eſt ipſo iure nulla, ita poſt alios Petr. Foller. *in praxi cenſ. fol. 167. n. 41.* Bon. *tract. de cenſ. art. 30. n. 56.* Boccat. *in tract. de cenſ. part. 2. n. 82.* Felician. *de cenſ. tom. 2. lib. 2. cap. 4. n. 4.* Aued. *d. cap. 62. n. 7.* Steph. Gratia *diſcept. forenſ. tom. 1. diſcep. 25. n. 25. verſ. idem eſt,* Ludou. Centius *d. tract. de cenſ. part. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. n. 5.* vbi dicit eſſe communem opinionem, & refert pluries Rotam ita iudicaſſe præcipuè *deciſ. 43. n. 5. deciſ. 44. n. 5. deciſ. 45. n. 1. & 2. deciſ. 46. n. 1. deciſ. 321. nu. 1. & 2. deciſ. 757. n. 1. & ſeq. deciſ. 785. & deciſ. 787.* quæ deciſiones ab ipſo Cencio ſunt collectę poſt ſuum Tractatum de Cenſibus, idem tenuit Rot. Rom. *in nouiſſ. deciſ. 480. deciſ. 586. p. 1. deciſ. 121. n. 5.* Seraph. *deciſ. Roman. 757. deciſ. 785.*

3 Ratio adducitur, quia cẽſus impoſitio eſt ſpecies alienationis, & à pari procedit cum ipſa rei alienatione, Bal. *in c. ad audientiam il 2. nu. 9. ext. de reſcrip.* Tiraq. *in retr. ligna. §. 1. Gloſ. 6. n. 61.* Rot. Rom. *deciſ. 27. n. 1. dec. 36. n. 1. deciſ. 37. 38. & 39. in collectis* ab ipſo Cencio *poſt ſuum*

4 *tractatum de Cenſibus.* Et voluit ipſe Cenc. *d. q. 1. art. 3. nu. 3.* Et qui alienatio facta contra expreſſam teſtatoris prohibitionem eſt ipſo iure nulla, nec ex ea dominium transfertur Gloſſ. & Doct. *in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Tiraq. *de legib. connub. Gl. 7. n. 57.* Ceph. *conſ. 272. n. 57. & conſ. 318. n. 16. & ſeq.* Petr. *de fideic. q. 8. num 4. & ſeqq. & q. 3. n. 1. & ſeqq.* Granm. *deciſ. 93.* Boer. *q 41.* Becc *conſ 97. n. 1.* Rot. Rom. apud Farin *deciſ. 318. nu. 2.* Seraph. *deciſ. 321. n. 12.* & plenè dixi *infra q. 717.*

Sed contra quod impoſitio cenſus à principio ſit valida pluribus rationibus probauit Mareſcot. *variar reſol. lib. c. 61.* ſed à prima opinione, quæ receptiſſima eſt conſulendo, & iudicando recedendum non erit. 5

Ampliatur communis opinio, vt imponens cenſum, ſuper re prohibita alienari incurrat pœnam impoſitam contrauenienti præcepto teſtatoris, vt ſæpius iudicauit Rota Romana, teſte Lud. Cenc. *d. tract. c. 2. q. 1. art. 6. n. 8. & ſeqq.* vbi latè diſputat articulum, an prohibitus redimendo cenſum euitet pœnam caducitatis iuris ſui? 6

Limitatur primo, quãdo prohibitio eſt perſonalis, & impoſitio cenſus fit à perſona non prohibita. Ludou. Cenc. *d. art. 6. n. 18.* vbi refert poſt ſuũ *tract. dec. Rota 15.* 7

Limitatur ſecundo, in impoſitione cẽſus facta ex cauſa neceſſitatis Lud. Cenc. *d. art. 6. n. 19.* vbi refert *dec. Rota 52. in collectis ab eo poſt ſuũ tractatum,* & ibi *n. 22.* declarat procedere dummodo deficiant bona libera, & vult alienantẽ teneri probare non adfuiſſe bona libera. 8

Limitatur tertiò, quando cenſus imponitur ſine hypotheca bonorum alienari prohibitorum, ſed ſolum ſuper fructibus, Foller. poſt alios *loco citato n. 41.* Corbul. *in tract. de iur emph. cant. 12. ob alienat. irrequ. dom. fact. ampl. 49.* Felic. *d. lib. 2. cap. 4. num. 4.* Ludou. Cenc. *d. art. 6. n. 27.* vbi duobus modis ſublimitat, Rot. Rom. *deciſ 480. parte 1. & deciſ. 121. n. 5. parte 2. in nouiſſ.* 9

Limitatur quarto, quãdo impoſitio cenſus eſſet nulla ex aliqua alia cauſa, vt quia adeſſent pacta contra Bullam Pij, vel non eſſet ſeruata in eadem Bulla tradita, Lud. Cenc. *loco citato, n. 34.* vbi deciſionem Rotæ refert. 10

Limitatur quintò, quando is cuius fauore facta eſt prohibitio alienationis conſenſiſſet impoſitioni cenſus, nam validus redderetur contractus, Lud. Cenc. *loco citato, n. 35.* vbi refert plures Rotæ deciſiones, *& n. 36.* ampliat procedere etiam in tacito conſenſu & patientia, quando ille qui poteſt reuocare non contradicit habita ſcientia de impoſitione cenſus. 11

Limitatur ſextò, quando prohibitus doloſè aſſeruit rem ſuper qua fundatur cenſus eſſe liberam, nam tunc impoſitio cenſus valeret, Rot. Rom. relata à Lud. Cenc. *d. art. 6. nu. 39.* cum qua & ipſe tranſit. Sed Seraph. *deciſ. Rom. 785.* dicit impoſitionem cenſus eſſe nullã, ſed venditorẽ teneri ad damna & intereſſe, & ita tenendũ eſt. 12

Aduerte tamen circa prædicta, quod prohibitus, qui impoſuit cẽſum tenebitur ad damna & intereſſe domino cẽſus, etiam quod ignoraſſet prohibitionem, & etiã ſi refectionem non promiſerit in conſtitutione cenſus, & ſic impoſitio erit nulla reſpectu vocati in caſum alienationis, non autem in fauorem prohibiti contrauentionis, Rota Romana relata, & ſequuta à Lud. Cenc. *d. art. 6. n. 41. & ſeqq.* Seraph. *deciſ. Rom. 785. & deciſ. 787.* 13

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio non dicitur prohibita alienatione prohibita.*

4 *Pactum de non diuidendo bona eſt validum, decl. ibid.*

5 *Diuiſio poteſt prohiberi minoribus abſque alia cauſa, ampl. & decl. n. ſeqq.*

11 *Diuiſio poteſt ad tempus prohiberi hæredibus, & erit valida, limit. n. 12. & 13.*

14 *Diuiſio poteſt prohiberi hæredibus ad eorum vitam, contra n. 15. decl. n. ſeqq.*

19 *Diuiſio perpetuo non poteſt prohiberi hæredibus.*

Limita-

Limitatur quando prohibitio facta fuit per modum conditionis, n. 20.

Limitatur quando teſtator dixit quod bona inter heredes & eorum deſcendentes remanerent indiuiſa, num. 21.

Limitatur quando adiecta fuit pœna danda alteri, numero 22.

Limitatur quando res prohibita diuidi non patitur commodam diuiſionem, n. 23.

Limitatur quando res particularis eſt prohibita diuidi, num. 24.

Limitatur quando appoſita eſt clauſula omni meliori modo, num. 25.

QVÆSTIO DCCVII.

Diuiſio bonorum an ſit prohibita alienatione prohibita, & an diuiſio poſſit expreſsè prohiberi?

1 DVBITATVR etiam an per prohibitionem alienationis dicatur prohibita diuiſio inter cohęredes, vel confideicommiſſarios, quibus eſt facta prohibitio, & tenenda eſt opinio negatiua, quam probarunt, Bald. *conſ.* 85. *viſis verbis teſtamenti, colum. vlt. lib.* 5. Paul. Caſtr. *in l. voluntas, C. de fideicomm.* Alexand. *conſ.* 189. *n.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 7. *n.* 5. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 88. *n.* 5. Beto. *conſ.* 86. *nu.* 27. *lib.* 2. Decian. *conſil.* 55. *n.* 73. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 522. *n.* 48. & *ſeqq.* Petr. *de fideicomm. q.* 8. *n.* 518. & *ſeqq.*

2 Et generale eſt, quod prohibita alienatione non dicatur prohibita diuiſio, vt tenent Bald. *conſ.* 52. *nu.* 3. *lib.* 2. Alber. *in l. vlt. n.* 4. *C. de reb. eccl. non alien.* & *de ſtat. lib.* 1. *q.* 110. *n.* 4. Aret. *de teſtam. gloſſ.* 90. *n.* 8. Rub. *in* §. *morte, nu.* 131. & *ſeq. ff. de oper. non. nunc.* Alba *conſ.* 637. *num.* 5. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vend. q.* 3. *art.* 22. *n.* 45. Rodo. *in reb. eccl. non alien. q.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. & *ſeq.* & *c.* 35. *n.* 4. *ad finem, & num. ſeq.*

3 Ratio autem adduci poteſt, quia ſicuti inter ipſos prohibitos licita eſt alienatio non obſtante prohibitione, *l. filiusfamilias, § cum pater, ff. de leg.* 1. & dictum fuit, *q.* 7:6. pariter etiam permiſſa erit diuiſio, quæ dicitur etiam quædam permutatio inter diuidentes, *l.* 1. *Cod. commun. vtri. iud.* & *ſupra*, dictum fuit *q.* 530. quod prohibitus alienare non cenſetur prohibitus permutare etiam cum extraneo.

Sed an diuiſio poſſit prohiberi videndum eſt diſtinguendo duo capita. Primum eſt an per pactum inter contrahentes poſſit prohiberi: ſecundum an per teſtatorem.

4 Circa primum certum eſt pactum de in perpetuum non diuidendo non valere, ſed ſi ad certum tempus, vel ad vitam paciſcentium ſit reſtrictum, eſſet validum, *l. in hoc iudicio, § ſi conueniat*, & ibi DD. præcipuè Florian. de Sancto Petr. *C. commun. diuid.* Alexand. *in l. ſi non ſortem, §. ſi centum ff. de condict. indeb.* Chircon. *in* 2. *volum. comm. opin. tit. de condict. inſert. nu.* 42. alios plures refert, & ſequitur Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 138. *n.* 145. & *ſeqq.* vbi declarat, pro declaratione etiam videatur infra *in ſeq. capite*.

Secundum caput eſt, quando prohibitio eſt facta à teſtatore, & diſtinguendi ſunt duo caſus.

5 Primus eſt, quando diuiſio prohibita eſt minoribus, & ſic concurrit etiam prohibitio legis, & valida eſt prohibitio etiam ſine alia cauſa. Bart. *in l. quintus, n.* 2. *ff. de legat.* Paul. Caſtr. *in l. ſi non ſortem, §. ſi cētum*, & ibi Alex. & Iaſ. *ff. de condict. indeb.* Alciat. *in d. § Diui, num.* 5. Bald. *conſ.* 72. *lib.* 2. & *conſ.* 14. *n.* 4. *lib.* 5. Bern. *conſ.* 22. *n.* 26. *lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 48. *n.* 11. *lib.* 2. Alba *conſ.* 637. *nu.* 4. Burſat. *conſ.* 151. *n.* 79. vbi dicit eſſe communem. *lib.* 2.

6 Ratio eſt, quia prohibitio alienationis facta ob fragilitatem ætatis abſque alia cauſa valida eſt, Bartol. *in d. §. Diui, n.* 1. & ibi Iaſ. *n.* 21. Crot. *n.* 5. vbi de communi, Ripa *n.* 7. Soc. iun. *n.* 61. cum alijs citatis *ſupra q.* 682. *n.* 18. ergo & diuiſio poterit eadem cauſa prohiberi.

7 Ampliatur procedere etiam reſpectu legitimæ, quia nec pro quantitate legitimæ poterit minor petere diuiſionem, Iaſ. *in d. §. Diui, n.* 116. & *in repetitione, nu.* 17. & ibi Opiz. *n.* 44. vbi vult ſi adſit pœna priuationis impoſita, quod pœna incurratur, Burſat. *conſ.* 140. *n.* 10. *lib.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, Craſſ. *in § legitima, q.* 38. *num.* 16.

8 Quod autem dictum eſt de pœna priuationis ſupra ex Opiz. ita intelligendum eſt, vt ſi pœna priuationis totius hęreditatis eſſet impoſita, quod ex hoc filius non amitteret legitimam, Soc. iun. *in d. §. Diui, num.* 35. & *conſ.* 87. *n.* 1. 2. & 7. *lib.* 3.

9 Declara tamen, vt ſi diuiſio eſſet vtilis minoribus, poſſet fieri non obſtante prohibitione, Grammat. *dec.* 7. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.* 138. *n.* 153.

10 Secundus caſus eſt, quādo prohibitio eſt facta maioribus 25. annis, & tunc etiam valida erit, licet alia cauſa non eſſet expreſſa, circa quem tamen caſum ſic diſtinguendum eſt.

11 Aut prohibitio alienationis eſt facta ad tempus, & ſuſtinetur, Crot. *in l. nemo poteſt, n.* 78. *ff. de legat.* 3. Ioan. de Mont. Sperel. *conſ.* 229. *nu.* 12. & 15. Dec. *conſil.* 442. *num.* 24. Grat. *conſil.* 66. *num.* 12. *lib.* 2. Soc. iun. *conſil.* 48. *num.* 12. *lib.* 2. vbi dicit ita omnes tenere, Clar. *in § teſtamentum, q.* 67. vbi dicit eſſe communem, Chircon. *loco citato*, Petr. *de fideicom. q.* 8. *n.* 520. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *n.* 80. Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. mihi* 138. *n.* 145. & *ſeqq.* & alij relati *in ſeq. caſu*.

Probatur hæc ſententia *per l.* 4. *ff. de condit. inſtit.* Et facit ratio, quia ſi poteſt per pactum hoc fieri, vt ſupra in primo capite, ergo & per teſtatorem huiuſmodi præceptum factum ſuſtinebitur.

12 Limitatur hic caſus, quo ad fructus, nam hi poterunt diuidi licet duret tempus prohibitionis, Roland. à Val. *conſ.* 80. *n.* 33. *lib.* 1. Petra *d. q.* 8. *n.* 522. Paril. qui alios citat *conſ.* 69. *n.* 17. *lib.* 2. Soc. iun. *conſ.* 79. *n.* 6. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, Præt. *de interpr. vltim. vol. fol.* 138. *num.* 148.

13 Limitatur ſecundò, quando omnes conſentiunt, Dec. *in l. cum proponas, la* 1. *n.* 3. *in fine*, & *num. ſeq. C. de pact.* Petr. *de fideicomm. q.* 1. *n.* 24. & vide *infra n.* 17.

14 Aut prohibitio fit ad vitam prohibitorum, & pariter eſſe validam tenent Florian. de Sanct. Petr. *in d. l. hoc iudicio, & ſi conueniat*, & ibi Alexand. *in addit. ad Bartol. ff. commun. diuid.* Dec. *in l. ſi quis in conſcribendo, n.* 24. & ibi Alciat. *n.* 17. *C. de pact.* Alexand. *conſ.* 99. *col.* 1. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 265. *n.* 2. & *conſ.* 442. *n.* 25. Grat. latè *conſ.* 6. *n.* 12. & *ſeqq. lib.* 2. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, Ruin. *conſ.* 134. *col.* 4. *conſil.* 135. *lib.* 2. & *conſil.* 111. *lib.* 3. Rol. à Valle *conſ.* 84. *n.* 10. & *ſeq. li.* 1. vbi latè Ioan. Dilect. *de arte teſtan. titul.* 18. *caut.* 8. Eman. Soarez *in Theſaur. recept. ſent. in verb. diuiſio, nu.* 90. Præt. *de interpretatione vltimarum volun. fol.* 138. *n.* 147. Clar. *in § teſtamentum, qu.* 97. vbi de communi Chircon. *d. tit. de condit. inſert. nu.* 42. *in* 2. *volum. commun. opin.* Peregr. *de fideic. art.* 11. *n.* 80. Rationes ſunt, primò quia ſi hoc licet facere per pactum, ergo & teſtator idem poteſt diſponere in teſtamento. Secundo quia, quod non eſt perpetuò prohibitum ad tempus videtur permiſſum, *d. § ſi conueniat, & l.* 4. *ff. de condit. inſtit.*

15 Cæterum alij ſe habent in contraria opinione, quod ſcilicet diuiſio nó poſſit prohiberi ad vitam prohibitorum, Bartol. *in l. ſi non ſortē § ſi certum* & ibi Alber. *ff. de condit. indeb.* idem Alber. *in l. vlt. C. commun. diuid.* Ioan. de

Mont.

Mont. Sperel. *conſ.* 229. *nu.* 13. *verſ. an iſta diſpoſitio*. Soc. ſen. *conſil.* 228. *lib. ſecundo*, Marcobr. *conſ.* 83. Petr. *d. quæſt. num.* 520.

Ratio eſt, quia huiuſmodi prohibitio dicitur perpetua cum ad filios prohibitorum non tranſeat, *l.* 1. *iun. ƈta l. hæres ſocij, pro ſoc.*

16 Limitatur autem primò communis opinio quo ad fructus, qui poterunt diuidi, *vt ſupra n.* 12.

17 Limitatur ſecundò, quando omnes prohibiti conſentiunt diuiſioni, Bald. *conſ.* 72. *n.* 1. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 138. *n.* 8. *lib.* 2. Petr. *d. q.* 1. *n.* 24. Dec. *in l. cum proponas, la* 1. *n.* 3. *in fine, & n. ſeq. C. de pact.*

18 Limitatur tertiò, quando ex communione reſultaret contrarius effectus voluntati teſtatoris. Bald. *d. conſ.* 72. Dec. *conſ.* 441. *n.* 5. *& conſil.* 445. *n.* 15. Decian. *conſil.* 39. *num.* 145. *lib.* 2.

Retenta autem opinione quod non valeat prohibitio diuiſionis ad vitam prohibitorum, eam limitabis, vt limitatur ſequens caſus.

24 *Fœmina, quando appellatione familiæ non venit, venit tamen non extantibus maſculis.*

25 *Fœmina, quando admittitur ad fideicommiſſum familiæ relictum, ea mortua & eius filij retinebunt bona, contra ibidem.*

QVÆSTIO DCCXIII.

Filiam vel ſororem inſtituens, an poſſit prohibitus extra familiam alienare. & vtrum fœmina contineatur appellatione familiæ?

DIXIMVS *ſupra quæſt.* 312. an fœmina admitti poſſit ad fideicommiſſum familiæ relictum, vel quando prohibita ſunt bona extra familiam alienari? Nunc autem videndum eſt ſpecialiter, an prohibitus alienare extra fa-
1 miliam poſſit filiam, vel ſororem inſtituere? Et poſſe communiter ſcribunt omnes. Gloſſ. *in l. pater filium, §. Iulius Agrippa ff. de legat.* 3. Gloſſ. Bart. Bald. Salicet. & alij *in l. voluntas. Cod. de fideicommiſſ.* Dect. *in l. filiusfamilias, §. Diui,* & ibi Iaſ. *in prima lect. num.* 103. *& in* 2. *num.* 135. Rip. *num.* 96. teſtatur de communi opinione. Crot. *num.* 162. Ferdin. Loarez *n.* 45. Romul. *nu.* 103. *ff. de legat.* 1. Petr. & Bald. *in l. peto §. fratre ff. de legat.* 2. Did. *in cap. Rainaldus, num.* 8. *verſ. nec hanc limitationem. ext. de teſtam.* Alexand. *conſ.* 55. *col. vltim. lib.* 1. *& conſil.* 55. *n.* 5. *lib.* 7. Soc. ſen. *conſil.* 227. *n.* 8. *lib.* 2. Curt. iun. *conſi.* 46. *colum.* 4. Barbat. *conſil.* 14. *colum.* 1. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 139. *n.* 19. *lib.* 5. Iaſ. *conſil.* 120. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 1. Corn. *conſil.* 130. *nu.* 11. *lib.* 3. vbi latè Purpur. *conſil.* 550. *n.* 17. *lib.* 2. Curt. iun. *conſi.* 208. *n.* 28. *verſ. his igitur,* Mar. Anguſc. *conſ.* 193. *n.* 13. Port. Imol. *conſil.* 13. *nu.* 30. *& ſeqq.* & latè *conſi.* 63. *per totum.* Decian. *conſil.* 7. *n.* 28. *lib.* 5. Burſat. *conſil.* 157. *num.* 40. *& ſeq.* Menoch. *conſil.* 95. *num.* 19. *& conſil.* 197. *num.* 57. *& ſeqq.* Odd. *conſil.* 46. *num.* 30. Peregr. *conſi.* 18. *lib.* 5. Maſcard. *de Probat. concl.* 1256. *n.* 42. Viu. *Commun. opin. concl.* 666. *num.* 6. Seraph. *deciſ. Roman.* 838. *n.* 2.

Pro hac opinione adducitur text. clarus *in d. l. voluntas, C. de fideicomm.* Secundo, quia appellatione familiæ veniunt maſculi & fœminæ, *l. vlt. C. de verbor. ſignific. l. pronunciatio, §. familiæ ff. eod.* Tertiò probatur *in l. cum pater, §. cum inter ff. de legat.* 3. vbi teſtator prohibuit ne de nomine familiæ exiret, & tamen libertatem reliquit filio, & non venit contra prohibitionem, vnde Bald. ibi notat, quod prohibitus alienare extra familiam, non dicitur prohibitus relinquere filio proprij corporis, quod dictum ſequitur, & ibi Imol. prout eos refert Corn. *conſil.* 230. *num.* 11. *in principio lib.* 3. Quartò confirmatur ratione, nam qui ſunt de agnatione ſunt etiam de familia, *d. l. pronunciatio, §. familiæ,* Bartol. & alij *in l. cum ita, §. in fideicommiſſo ff. de legat.* 2. *& in l. vltima, C. de verborum ſignific.* Sed filia eſt agnata, *§. item vetuſtas, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & agnati ſunt illi, qui deſcendunt per virilem ſexum, *l.* 2. *§.* 1. *ff. de ſuis, & legit. hæred.* & neptis ex filio deſcendit per virilem ſexum, *l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hæred.* Gloſſ. *in l. Gallus, §. nunc de lege,* & ibi Bald. & alij, *ff. de liber. & poſthum.* Vltimò eſt textus clariſſimus *in auth. de reſtitut. fideicomm.* vbi fideicommiſſum, quod in familia eſt conſeruandum, poteſt relinqui filiæ.

Maximè autem procederet, quando iſtæ fœminæ 2
aliàs eſſent ſucceſſuræ ab inteſtato, vt dixi *in præcedenti quæſtione.*

Ampliatur etiam, quod eſſemus in caſu, quo fœminæ 3
poſt maſculos cenſerentur vocatæ, nam adhuc ad excluſionem maſculi poſſet in fœminam alienari, quia bona prohibita alienari poſſunt etiam in remotiorem alienari, dummodò ſit de vocatis iuxta text. *in l. vnum ex familia §. penultimo, ff. de legat.* 2. ita in ſpecie Soc. ſen. *conſil.* 227. *n.* 5. *& ſequentibus, lib.* 2. Ruin. *conſil.* 9. *n.* 12. *li.* 1. Dec. *conſil.* 315. *n.* 2. Peregr. *conſil.* 38. *lib.* 5.

Sed illam deciſ. Soc. improbauit Menoch. *conſil.* 197. 4
n. 42. *iuncto n.* 62. *lib.* 2. & hæc mihi magis placet ratione ibidem à Menoch. conſiderata: quam etiam repetijt *conſil.* 900. *n.* 28. *lib.* 9. & ibi etiam aliam addit rationem, videlicet verum non eſſe grauatum fideicommiſſo, vt bona in agnatione & familia remaneant poſſe alienare
in remotiorem, Ruin. *conſ.* 119. *n.* 6. *verſ. & vltra lib.* 2. 5
Surd. *conſil.* 56. *n.* 26. *verſ. reſponderi, lib.* 1. & dixi *quæſt.*....

Declaratur primò non procedere, quando teſtator 6
prohibuit bona alienari extra familiam, vel agnationẽ, vt in familia remaneant, vel conſeruentur, hoc enim caſu fœmina non poſſet inſtitui, Corn. *conſil.* 16. *lib.* 4. Iaſ. *conſ.* 108. *col. antepenul. verſ. non quoque obſtat, lib.* 4. Soc. ſen. *conſi.* 181. *n.* 40. *lib.* 2. *& conſ.* 168. *n.* 16. *&* 26. *verſ. non obſtat, lib.* 3. Pariſ. *conſil.* 6. *n.* 16. *lib.* 2. *& conſ.* 1. *n.* 50. *lib.* 3. Curt. iun. *conſi.* 39. *n.* 9. *&* 10. *conſi.* 115. *n.* 20. *& conſi.* 226. *num.* 43. *& ſequent.* Grat. *conſil.* 67. *num.* 63. *lib.* 1. Crott. *conſil.* 48. *num.* 39. *lib.* 1. Alciat. *conſil.* 632. *in fine,* Soc. iun. *conſil.* 158. *num.* 44. *conſil.* 368. *n.* 50. *& n.* 56. *& conſi.* 181. *n.* 40. *lib.* 2. Rim. ſen. *conſil.* 185. *num.* 10. *lib.* 2. Hier. Gabr. *conſil.* 132. *quæſt.* 4. *n.* 36. *& ſeqq. & q.* 9. *nu.* 69. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 96. *nu.* 31. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 95. *n.* 121. *conſ.* 197. *num.* 55. *conſ.* 481. *num.* 13. *conſ.* 575. *in fine conſ.* 867. *n.* 8. & latè *conſ.* 900. *dubio tertio, n.* 20. *vſque ad finem,* vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam, Decian. *conſ.* 7. *n.* 46. *& ſeqq. lib.* 1. Anchar. Regien *lib.* 1. *quæſt.* 72. *n.* 31. Rub. *conſ.* 63. Marzar. *in Epit. de fideic part.* 2. *q.* 43. *in fine,* Rot. Rom. in collect. per Farinac. *deciſ.* 203. *n.* 4. *parte* 2. & dixi *d. quæſt.* 352.

Ratio eſt quia, quando prohibitio perſeuerãtiam requirit vt bona in familia remaneant, non eſt ſatisfactum menti teſtatoris, ſi ſuccederet fœmina, cum per eam familia & agnatio finiatur, licet enim ſit de agnatione, & familia, non eſt tamen apta conſeruare agnationem, &

fami-

familiam, ita Menoch. *conſ.* 197. *nu.* 58. *verſ. rurſus, &* *num.* 60. *verſ. reſpondetur ſecundo, & conſ.* 900. *nu.* 24. & plura per Rotam, *d. deciſ.* 203. *n.* 4 *parte* 2.

7 Verùm à prædictis diſſentiunt alij, qui tenent & tunc fœminam admitti, ita Dec. *in l.* 2. *n.* 85 *ff. de reg. iur.* Alexan. *conſil.* 56. *nu.* 4. *libro* 1. Corn. *conſil.* 230. *col. antepen. lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 69. *n.* 2. *lib.* 4. Curt. ſen. *conſil.* 64. *col.* 16. Socin. ſen. *conſil.* 227. *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 43. *col. penul. lib.* 3. Dec. *conſil.* 287. *nu.* 12. Gozad. *conſ.* 34. *n.* 17. Ruin. *conſ.* 153. *n.* 9. *& conſ.* 203. *n.* 15. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 88. *n.* 20. *lib.* 2. *conſ.* 35. *n.* 5. *conſ.* 47. *n.* 55. *& conſ.* 81. *n.* 20. *&* 24. *lib.* 3. Socin. iun. *conſil.* 94. *n.* 10. *lib.* 1. *& conſil.* 2. *nu.* 16. *lib.* 2. Marcob. ab Anguill. *conſ.* 85. *nu.* 163. *& ſeqq.* Siluan. *conſ.* 6. *n.* 17. *prope medium*, Purpur. latè *conſ.* 559. *nu.* 17. *lib.* 2. Bero. *conſil.* 84. *n.* 44. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 656. *n.* 10. Menoc. *conſil.* 420. *n.* 31. Peregr. *conſil.* 58. *lib.* 5.

Rationes huius ſententiæ ſunt illæ, quas adduxi pro confirmatione principalis concluſionis, & præcipuè ſtringit conſtitutio Iuſtiniani *in auth. de reſtitut. fideicomm.* vbi fideicommiſſum, quod in familia erat conſeruandum, potuit relinqui filiæ vnius grauatorum: & hunc text. præcipuè ponderant Socin. ſen. & Siluan. *locis ſupra relatis*. Ad hunc tamen tex. reſpondet Menoch. *d. conſil.* 197. *num.* 61. *verſic. non obſtat quintum, & d. conſil.* 900. *num.* 25. *verſic. reſpondetur, vt ſcripſi*.

8 Prima autem opinio facilius procederet, quando in prohibitione adeſſent verba perpetuitatis, quia tunc fœmina non ſuccederet, nec poſſet habere, quia perpetua conſeruatio in familia non poſſet fieri, ſed ſolum in vita. Romul. *in d. §. Diui, num.* 213 & ibi Ferdin. Loarez *nu.* 42. Alexan. *conſil.* 58. *col.* 2. *lib.* 3. Socin. ſen. *inter conſ. Curt. ſen. conſilio* 40. *in fine* Ruin. *conſilio* 168. *n.* 13. *conſil.* 110. *n.* 8. *conſil.* 134. *n.* 9. *conſil.* 150. *nu.* 17 *lib.* 2 *conſ.* 168. *n.* 16. 20. *&* 23. *lib.* 3. Rub. Alex. *conſ.* 1. *n.* 11. *& conſ.* 53. *n.* 5. *verſ. ſecundo dico*. Crott. *conſ.* 40. *n.* 14. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *n.* 20. *lib.* 2. Rimin. ſen. *conſ.* 185. *n.* 19. *& ſeqq. lib.* 1. Hier. Gab. *conſil.* 132 *n.* 36. 37. 43. *&* 56. *lib.* 1. Burſ. *conſ.* 228. *num.* 45. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 95. *n.* 119. *conſil.* 197. *n.* 64. *& conſilio* 900. *num.* 34. *verſic. reſpondetur tertio*.

9 Sed aduerte, quod & verba, remaneant, vel conſeruentur, licet non habeant adiuncta verba perpetuitatis, important tamen de ſui natura perpetuam remanentiam, & conſeruationem, vt dixi *quæſt.* 480. *nu.* 47. *& n. ſeq.* retuli diſſentientes, *& quæſt.*... *nu.*... & hoc modo contra faciunt authoritates relatæ *ſupra n.* 7.

10 Sed dici poſſet, quod & quando adſunt verba perpetuitatis non ſit excluſa fœmina, quæ eius vita durante admittetur, & poſtea ea mortua bona reuertentur ad maſculos, vt voluit Corn. *conſil.* 229. *n.* 6. *& conſ.* 230. *num. vndecimo lib.* 3. Odd. *d. conſilio* 46. *n.* 60. *lib.* 1. & videnda erunt dicta *infra hac quæſt. in fine*.

11 Declaratur ſecundò non procedere in filia, vel ſorore nuptis, nam in has non poſſent bona prohibita alienari extra familiam transferri, prout de hoc plura dixi *dicta quæſtione* 352. vbi retuli diſſentientes, & oſtendi ex pluribus authoritatibus dubiam eſſe hanc opinionem.

12 Addo autem ibi dictis, quod retenta opinione, quod fœmina non admittatur ſi eſt nupta, quod locum habet, & ſi nupta eſſet in eadem familia teſtatoris, ſecundum Albam *conſilio* 483. *numero* 4 *& ſeqq.* Diſſentiunt tamen alij relati *ſupra d. quæſt.* 352. *nu*...

13 Retenta autem opinione, quod fœmina admittatur, & ſi ſit nupta; Limitatur primò non procedere, quando teſtator voluit bona perpetuò conſeruari in familia, quia per fœminas nuptas non dicitur facta talis perpetua conſeruatio in familia, Crott. *conſil.* 40. *numero* 14. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 63. *num.* 20. *libr.* 2. Rimin. ſen. *conſ.* 185. *numero* 19. *& ſeqq. libr.* 1.

Limitatur ſecundò non procedere, quando ex communi vſu loquendi fœminæ nuptæ non vocantur de familia patris, ſed mariti, Grat. *conſ.* 63. *num.* 17. *libro* 2. Honded. *conſ.* 75. *n.* 11. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 197. *num.* 50. vbi dicit ita ſe habere communem loquendi vſum, & dixi *d. quæſt.* 352. *num*... 14

Limitatur tertio, quando proximiores de familia eſſent vocati, quia fœmina nupta non veniret, ſecundù Bart. Gozad. Pinell. Ruin. Curt. ſen. Socin. iun. Corſet. & Gratum relatos à Seraphin. Rota Roman. *deciſ.* 848. *numero* 3.

Declaratur tertiò non procedere, quando de ſui natura res prohibita alienari non tranſit ad fœminas, Cephal. *conſil.* 25. *n.* 56. *&* 57. 15

Declaratur quartò non habere locum, quando teſtator prohibuiſſet alienari Caſtrum, vel Turrim factam pro defenſione tempore belli, quia hæc in vſu ſolent eſſe pro maſculis, Alba *conſil.* 113 *n.* 19. *& conſilio* 640. *num.* 2. 16

Declaratur quintò, non habere locum, quando teſtator excluſiſſet proprias filias, quia multo magis filias prohibiri cenſerentur noluiſſe poſſe ſuccedere in bonis alienari prohibitis, Crott. *in d. §. Diui num.* 162. & ibi Ferdin. Loarez, *n.* 25. Socin. ſen. *inter conſil. Curt. ſen. conſil.* 40. *col.* 4. Ruin. *conſ.* 110. *n.* 12. *conſ.* 134. *n.* 18. *lib.* 2. *& conſ.* 168. *n.* 12. *&* 14. *lib.* 3. rurſus Crott. *conſ.* 48. *n.* 42. *lib.* 1. Grat. *conſ.* 67. *n.* 1. *& conſ.* 68. *n.* 14. *& n.* 27. *lib.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem, Rimin. ſen. *conſ.* 185. *n.* 15. *lib.* 1. Rimin. iun. *conſ.* 183. *per totum*, maximè *n.* 24. *& n* 37. Menoc. *conſ.* 197. *n.* 52. *& conſ.* 900. *in fin.* & dixi *d. q.* 352. *n*.... Ea ratione, quia ſi teſtator excluſit proprias filias proximiores, multò magis voluerit excludere fœminas remotiores, *l. ſi viua matre, C. de bon. mater.* Caſtr. & alij *in l.* 1. *C. de condit. inſert.* Curt. iun. *conſil.* 22. *n.* 8. *& conſil.* 112. *nu.* 5. Dec. *conſil.* 15. Pariſ. *conſ.* 18. *n.* 72. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 62. *n.* 7. *& conſ.* 147. *n.* 3. 17 18

Alij tamen contra ſe habent, quod adhuc fœmina non ſit excluſa, Socin. ſen. *conſ.* 227. *n.* 7. *verſ. non obſtat quarta, lib.* 3 Pariſ. *conſ.* 35. *n.* 24. *lib.* 3. Curt. ſen. *conſil.* 64. *n.* 56. Iaſ. *conſil.* 142. *col.* 6. *in* 6. *arg. & in* 13. *arg. lib.* 2. Peregr. late *conſil.* 58. *lib.* 5. vbi mouetur cum Socin. ea ratione, quia teſtator, qui excluſit proprias filias, id fecit quia eas dotauit, quod nõ contingit in fœminis remotioribus, & pro hac opinione etiam allegat Surdum *deciſ.* 84. *& num.* 7. alios adducit, vt apud eum. 19

Declaratur ſextò non habere locum, quando teſtator permiſit alienationem niſi inter ipſos maſculos, quia fœminæ non poſſent habere, Socin. ſen. *conſil.* 251. *col.* 5. *lib.* 2. Grat. *conſil.* 68. *n.* 16. *lib.* 2. Crott. *conſilio* 13. *nu.* 16. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 197. *n.* 52. *verſic. ſexto confert*. Rationem adducunt, quia à iure communi data eſt poteſtas alienandi inter ſe, *l. vnum ex familia, § pen. ff. de legat.* 2. vt ergo hæc facultas alienandi inter ſe aliquid operetur, dicendum eſt fuiſſe appoſitam, ne in fœminas fiat alienatio. 20

Declaratur ſeptimò non habere locum, vbicunque teſtator iuſſiſſet prohibitos alienare teneri fœminas dotare, vel fœminis aliquid reliquiſſet, quia tunc cenſetur in reliquis voluiſſe fœminas eſſe excluſas, Hieron. Gabr. *conſil.* 132. *q.* 4. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 197. *n.* 53. *& n.* 55. *verſ. verſic. decimo, & conſ.* 900. *n.* 21. cum alijs citatis *d. q.* 352. *num*.... 21

Declaratur octauò non procedere, quando teſtator vltra prohibitionem alienationis appoſuit qualitatem maſculinitatis, vt ſi dixit velle conſeruari bona in agnatione maſculina, vel familia maſculina, vel in deſcendentibus maſculis, vel extra maſculos non poſſe alienari, quia fœmina tunc eſſet omninò excluſa, nec hæres inſtitui poſſet, Iaſ. *conſil.* 108. *colum. antepen. lib.* 4. 22

*lib.*4.Ruin *conſ.*150.*nu.*17.*& conſ.*202. *num.* 16.*lib.*2.*& conſ.*168.*num.*20.*lib.*3. Rub.Alexan.*conſ.*63.Pariſ *conſ.* 26 *nu.*16.*lib.*2.*& conſ.*22.*n.*26.*& ſeqq.libro* 3.Curt.iun. *conſ.*225.Alba *conſil.*484.*n.*74.Decian. *conſilio* 23. *nu.* 6. *& conſil.*481.*n.*1.*&* 2.Port.Imol.*conſ.*13.*n.*34.Mar.Anguſc.*conſil* 256.*nu.*2.*& conſ.*134.*nu.*19. Surd.*conſil.* 96. *num.*33.*libro* 1.Alciat.*conſil.*632.*in fine*,Socin.iun.*conſil.* 158.*n.*44.*& conſil.*168.*nu.*16.*&* 26.*lib.*3.Hieron. Gabr. *conſil.*132 *quaſt.*4.*nu.*36 *& quaſt.*9.*n.*69.*lib.*1.Menoch. *conſil* 95.*n.*127.*conſ.*197.*n.*64.*in fine*,*conſ.*857.*nu.*3.*conſ.* 481.*n.*13.*& conſil.*443.*num.*84.*& conſil.*900.*nu.* 35.Alba *conſ.*59 *n.*6.*&* 7.*conſ.*123.*nu.*17 *& ſeqq.& conſil.*761. *n.*62.Burſat.*conſ.*228.*nu.*41.*lib.*3. Pereg.*conſil.* 58.*nu.* 6. *&* 8 *& conſ.*149.*num.*30.*lib.*5.*& in tract. de fideicomm. art.*14.*n.*39.*& art.*25.*num.*47.Ant.Gabr.*de fideic concl.* 10.*n.*17.Prat.*de interpret.ult.volun.fol.*283.*col.*1. *verſ. quod ſanè*,Intrigl.*de ſubſtit.cent.*3.*q.*72.*n.* 48. Caualcan. *deciſ.*16.*nu.*6.*parte* 1.*tertia partis principalis*, Rota Romana in collect.per Farinac.*deciſ.*203.*nu.*7.*part.*2. Diſſentiunt tamen & malè Pancir.*conſ.*94.*nu.*33.*iuncto nu. ult.*& Marcob.*conſ.*85.*num.*179. *& ſeqq.*

23 Ampliatur & ſi qualitas maſculinitatis non ſit expreſſa vbi fit mentio de familia, ſed in alia parte teſtamenti, Alba *conſ.*23.*num.* 18. *& conſ.*155. vbi bis ſaltem vult factam eſſe mentionem maſculinitatis. Pereg.*dict. conſ.*58.*lib.*5. vbi alios adducit *n.*6.*verſ. ſecũda concluſio*, vbi tamen vult requiri aliqua verba, quę faciant relationem ad qualitatem maſculinitatis.

24 Aduerte autem, quod quando maſculinitatis facta eſt mentio expreſsè, vel relatiuè, quod fœmina eſt omninò excluſa: ſecus ſi prohibitio eſſet facta ſub nomine communi fauore familiæ, quia tunc fœmina eſſet comprehenſa non extantibus maſculis, Alba *conſ.*467. *n.*10.*libro* 2.& latè per Peregr.*conſil.*58.*lib.*5. & dixi de materia latius *quæſtione* 379. & voluit Rota in collect. per Farinac.*deciſ.*203.*n.*7.*part.*2.

25 In caſibus autem, in quibus dictum eſt fœminam ſuccedere, an poſt eam eius filij poſſint bona retinere? Peregr.*conſ.*23.*nu.* 22. *& ſeqq.* tenet quod ſic, & ibi refert plures diſſentientes, ſed de hoc latius dictum fuit *dicta quæſt.*352.& videnda etiam erit *d.deciſ.*203.

Alia videnda erunt *d.quæſt.* 352.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, & fideicommiſſum eſt prohibitum fieri de re alienari prohibita.*
Limitatur reſpectu pretij, nu. 2.
Limitatur, quando ex prohibitione reſultat fideicommiſſum tantum in caſum alienationis, num 3.
4 *Donatio cauſa mortis non erit prohibita alienatione prohibita, contra ibid. decl. ibid.*

QVÆSTIO DCCXIV.

Legare, fideicommittere, & mortis cauſa donare vtrum poſſit prohibitus alienare?

1 PROHIBITVM alienare non poſſe nec legare, nec fideicommittere, voluit Socin. iun. *conſ.* 119.*num.*18.*libro* 2.

2 Declaratur tamen reſpectu pretij, quia pretium erit dandum legatario, vel fideicommiſſario. Ruin.*conſil.* 112.*nu.*14.*libr.*2.Rot.Romana *deciſ.* 110.*nu.*18.*par.* 2. *in nouiſſ.* pro qua declaratione facit §. *ſed & ſi rem inſtit. de legat.*2.

3 Declaratur ſecundò non procedere, quando fideicommiſſum oritur ex prohibitione alienationis tantùm in caſum contrauentionis, tunc enim prohibitus non diceretur alienare quo ad ſe, quia dum vixit ea retinuit, poſt autem eius mortem nullus reperitur vocatus, & ſic nullus eſt, cui actio poſſit poſt mortem competere.

Donatio verò cauſa mortis, an ſit prohibita ſunt opiniones: non enim eſſe prohibitam tenent Anan. *conſil. ult.*Crauet.*conſ.*39.*n.*14. & Card.Alban. *in l. filiusfamilias.* §. *Diui*, *nu.*20. Contra tenent Roland.à Valle *conſ.* 2.*num.* 105. *lib.* 1. Quæ ſecunda opinio poſſet procedere, quando prohibitio facta fuit fauore tertij, & ex ea reſultat fideicommiſſum in caſum etiam mortis: Aliud verò dicendum eſſet, ſi ſolum fideicommiſſum reſultaret in caſum contrauentionis, per ea quę dicta ſunt *ſupra nu.*3. vel fuiſſet prohibita alienatio ſolum fauore prohibiti, quia donator donec viuet rem apud ſe retinebit, §.1. *inſtit. de donat.* 4

SVMMARIVM.

1 *In filios poteſt alienare prohibitus alienare.*
*Ampliatur, & ſi prohibitio ſit concepta verbis multum pregnantibus, num.*2.
Ampliatur, & ſi prohibitio alienationis ſit facta extra familiam aliquam, & filius non ſit de illa familia, num. 3.

QVÆSTIO DCCXV.

Vtrum prohibitus alienare poſſit in filios alienare?

RECEPTVM etiam eſt apud omnes, quod prohibitus alienare, ſi alienat in filios facit actum permiſſum, cum nunquam cenſeatur interdicta alienatio quæ fit in filios, Bal. *in l cum inter. ff. de legat.*2. *& in conſil.*358.*n.*3.*lib.*1. Riminald.iun.*conſil.*15.*nu.*10.49. *& ſequenti lib.*1. Hond. *conſil.*42.*num.*31.*lib.*2. 1

Ampliatur primò, & ſi alienationis prohibitio ſit concepta verbis multum prægnantibus, & vniuerſalibus, Ruin.*in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *colum.*31. *verſic. vel eſt ſpeciale ff. de legat.*1.Socin.iun.*conſ.*18.*n.*35.*lib.*3.refert.& ſequitur Honded.*dicto conſ.*42.*n.*31.*lib.*2. 2

Ampliatur ſecundò, & ſi prohibita eſſet alienatio extra aliquam familiam, & filius non ſit de illa familia, Bald.*in d l.cum pater.* § *cum inter.* & ibi Imol. *num.* 16. *ff. de legat.*2.Salicet.*in l.ea lege*, *n.*13.*in fine*, *& n.*14.*C. de condict. ob cauſ.*Alexand.*conſil.*59.*nu.*1.*verſic. & non obſtat*, *lib.*3.Corn.*conſil.*230 *n.*11.*lib.*3.Socin. ſen. *conſ.*43. *nu.*10.*verſic. vel ſecundo lib.*3.Dec.*conſ.*481.*n.* 11. Marcob.ab Anguil.*conſil.*85.*n.*180.*& ſeq.* quos refert, & ſequitur Honded.*conſ.*42.*n.*32.*lib.*2. 3

Sed quid ſi ſint plures filij, an poſſit in vnum ex eis alienare excluſis alijs? pendet ex dictis *in ſequenti quæſt.* vbi de hoc etiam agetur.

SVMMARIVM.

1 *Prohibiti alienare poſſunt inter ſeſe alienare.*
Maximè ſi teſtator dixit, quod poſſint inter ſe alienare, numero 2.
3 *Prohibitus alienare extra familiam poterit in proximiores de familia alienare.*
*Ampliatur, vt in vnum tantum ex pluribus poſſit alienare, num.*3.
*Limitatur in prohibitione reali, n.*4. *contra ibid.*
Limitatur, quãdo ex prohibitione reſultat fideicommiſſum in caſum mortis, nu. 5.

6 Prohi-

Digitized by Google

6 *Prohibitus alienare extra familiam, vel extra deſcendentes poteſt alienare in remotiores.*

Limitatur, quando remotior, in quem facta eſt alienatio non poſſideret, nu. 7.

Limitatur, quando is in quẽ facta eſt alienatio non eſſet de his qui poſſunt ſuccedere, & quorum fauore facta eſt prohibitio. nu. 8.

Limitatur, quando in prohibitione dictũ fuit, quia vult bona conſeruari in familia, numero 9. & fortius ſi adſunt verba perpetuitatis, numer. 10. contra numero 11.

Limitatur, quando ex prohibitione alienationis reſultat fideicommiſſum abſolutum in caſum mortis, nu. 12. declara nu. ſeqq.

12 *Prohibitus alienare extra familiam, ſi reſultat ex prohibitione fideicommiſſum in caſum mortis non poteſt in aliquem alienare, ſed ſucceſſio defertur proximioribus de gradu in gradum.*

Limitatur, quando prohibitus fuit grauatus reſtituere vni de familia, nu. 13.

Limitatur, quando prohibitio eſſet facta, ita vt inter ſeipſos, vel illos de familia poſſet fieri alienatio, numero 14.

Limitatur durante vita prohibiti, ſuſtineri alienationem factam in remotiorem, nu. 15.

16 *Fideicommiſſi bona quæ poſſunt alienari pendente conditione fideicommiſſi, ſi vltra fideicommiſſum reſtitutorium adſit prohibitio expreſſa teſtatoris, alienatio erit nulla.*

Limitatur, quando alienatio facta eſſet in eos, quorum fauore facta fuit prohibitio, ibid.

18 *Prohibitus alienare niſi requiſitis filijs, vel agnatis, poterit in vnum ex eis alienare, alijs non requiſitis.*

QVÆSTIO DCCXVI.

Inter ſeſe alienare vel in remotiores, an poſſint prohibiti extra familiam vel extra deſcendentes alienare?

1 REGVLA proponitur ab omnibus communiter, quod prohibiti alienare poterunt bona inter ſeſe alienare, vt probatur *in l. filiusfamilias, § cum igitur, in fine, ff. de legat. 1. in l. pater filium, §. quindecim, ff de legat. 3. in l. vnum ex familia, in principio, §. 1 ff. eod.* & ibi Gloſſ. *in verbo, neceſſaria,* Doctor. *in l. voluntas, C. de fideicommiſſ.* Cuman. *in l. peto, §. fratre,* & ibi Paul. Caſtr. *ff. de leg. 2.* Ferdin. Loarez *in l. filiusfamilias, § Diui, n. 105. ff. de legat. 1.* Alciat. *in l pronunciatio, ff. de verb. oblig.*

Et conſulendo, Bald. *conſil. 498. factum ſuper quo in fine, lib. 1. repetitum, conſ. 377. lib. 3.* Cuman. *conſ. 113. ſtatutum, col. 2.* Paul. Caſt. *conſil. 32. proprietarius in fine, lib. 1.* Soc. ſen. *conſ. 227. verſic. ex quibus concludo, lib. 2.* Dec. *conſ. 377. n. 7.* Ruin. *conſ. 101. n. 14. & 15. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 441. nu. 18. lib. 2.* Alciat. *reſp. 114. n. 6. & reſp. 571.* Ceph. *conſil. 511. n. 9. & 10.* Decian. *conſil. 27. nu. 20. conſil. 55. n. 67. & ſeqq. multis. conſil. 57. n. 37. & 38. & conſil. 78. lib. 3.* Menoch. *conſil. 277. dubio ſecundo, conſ. 356. dubio primo, & conſ. 481. in fine,* Petr. *de fideicomm. quæſt. 8. n. 503. & 530.* Laur. *deciſ. Auen. 23. nu. 4.* Magon. *deciſ. Florent. 16. numer. 21.*

Quia autem iſta alienatio poteſt multipliciter contingere, ideo diſtinguo tria capita.

Primum caput eſt, quando alienatio fit in filios prohibiti, & de hoc dixi *in præcedenti quæſtione.*

Secundum caput eſt, quando fit alienatio in proximiores, & diſtinguo aliquot caſus. Primus quorum eſt, quando teſtator expreſſit ſpecialiter inter quos poſſit fieri alienatio, vt prohibeo alienationem bonorum niſi inter ipſos cohæredes, & tunc ſtabitur eius diſpoſitioni, Ferdin. Loarez, *in d. §. Diui, num. 140.* Grat. *conſil. 68. n. 15. lib. 2.* Hieron. Gab. *conſil. 140. n. 5. lib 1.* Menoch. *conſilio 277. dubio ſecundo,* Magon. *deciſion. Florent. 72. in fine.*

Secundus caſus eſt, quando generaliter facta eſt prohibitio fauore totius familiæ, & tunc in proximiores 2
de familia poterit relinqui, vel in eis alienari, vt volunt citati *ſupra nu. 1.* & præter hos Ign. *in l. dudum. num 48. C. de contrah. empt.* Menoch. *conſil. 211. n. 33. & ſequentibus, lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 18 n. 35. lib. 3.* Neuiz. *conſil. 62. n. 36.* Ceph. *conſ. 13. n. 35. lib. 1. conſ. 694. n. 32. & cõſ. 706. num. 7.* Probatur autem iſta opinio multis iuribus allegatis à Menoch. *dict. conſil. 277. dubio ſecundo,* & in fortioribus ex adductis infra ſtatim in ampliatione: & fortius *in quæſtione ſequenti.* Et ratio eſt, quia hæc alienatio eſt præmatura reſtitutio huius fideicommiſſi, vt per Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in Præfat. nu. 18. C. de reuocan. donat.* & verum eſt, eum non contraueniſſe prohibitioni de non alienando extra familiam, quando in familia fit alienatio, *l. voluntas, C. de fideicomm. & d. l. cum pater, §. cum inter, ff. de legat. 2.*

Ampliatur, vt poſſit fieri alienatio etiam in vnum 3
tantum, poſthabitis alijs in eodem gradu exiſtentibus.

Probatur primò, per textum *in dicta l. filiusfamilias, §. cum pater. ff. de legat. 2.* vbi Martianus I.C. dixit, *grauatum ne fundum alienaret, ſed in familia relinqueret, poſſe filijs partibus inæqualibus, vel vni tantum relinquere.*

Secundò, *per l. vnum ex familia, in principio, iuncto §. 1. ff. de legat. ſecundo,* vbi ſi plures ſint in familia eodem vel diſpari gradu, ſatis erit vni reliquiſſe.

Tertiò, ad idem eſt text. *in l. is qui cum plures, ff. de legat. 3.* vbi fundus relictus libertis ne de eorum nomine exiret, poteſt à legatario relinqui vni tantum ex collibertis.

Quartò, ſimilis eſt tex. *in l. pater filium, §. quindecim, ff. de legat. 3.*

Et in ſpecie hanc ampliationem probarunt plures ex citatis *ſupra n. 1.* addo Riminald. iun. *conſil. 602. nu. 68. & n. 87. lib. 2.* Socin. ſen. *in l. Marcellus, §. res quæ, in fine, ff. ad Trebellianum,* Ferdin. *dicto §. Diui, num. 41. in fin.* Cardin. Alban. *in dicta l peto, § fratre, nu. 11. & ſequenti, ff. de legat. 2.* Port. *conſ. 63. n. 19. & conſ. 145. n. 14.* Franc. Doct. plenè *inter conſil. vltimar. volunt. conſilio 84.* Pariſ. *conſilio 109. num. 18. libro 3.* Ceph. *conſil. 694. nu. 30. libro 5.* Honded. *conſil. 42. n. 35. lib. 2.* cum alijs citatis *ſupra quæſt. 380.*

Declaratur primò non procedere, quando prohibi- 4
tio eſſet realis, nam tunc alienatio non poſſet fieri niſi in omnes, quorum fauore facta fuit prohibitio, *l. cum hi, §. ſed & ſi pluribus,* & ibi not. Bald. & Paul. de Caſtro, *ff de tranſact.* Sed certè cogitandum erit, nam *d. §. ſed & ſi pluribus,* procedit fauore alimentorũ, ne vnus ex alimentarijs totum habeat, alius verò remaneat ſine victu.

Declaratur ſecundò non procedere, quando ex pro- 5
hibitione alienationis reſultat fideicommiſſum in caſum mortis, quia tunc fideicommiſſum erit gradatim proximioribus deferendum, nec prohibitus poterit alterum eligere, Natt. *conſil. 100. nu. 22. lib. 1.* & latius dicam *in cap. ſequenti,* & vide dicta *quæſt. 380.* vbi plenè de hoc.

Tertium caput eſt, quando alienatio fit in remo- 6
tiores, & tunc etiam poſſe alienari ſcribunt communiter Doctor. Cuman. *in dicto §. fratre,* & ibi Paul. de Caſtro, *n. 1. verſ. in Gloſa,* & Cardin. Alban. *num. 50.* Ferdin.

din. Loarez. *in d. § Dini, n. 21.* Alciat *in l. pronunciatio, la prima, in fine ff. de verborum ſignificat.*

Et conſulendo Odd. *conſil. 94.* Bald. *conſil. 498. in fine lib. 1. & conſil. 377. in fine lib. 3.* Paul. Caſtr. *conſilio 32. in fine libr. 1.* Cuman. *conſil. 112. colum. 2.* Rom. *conſil. 199.* Soc. ſen. *conſ. 227. colum. 9. verſic ex quibus, lib. 2.* Riminald. ſen. *conſil. 114. nu. 9.* Dec. *conſ. 422. n. 9. & conſ. 619. n. 4.* Curt. iun. *conſ. 177. n. 4. & conſ. 264. n. 20.* Ruin. *conſ. 101. n. 14 conſil. 107. n. 26. conſ. 114. n. 9. & conſil. 124. n. 6. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 2 n. 38. & ſeq lib. 1. conſ. 44. n. 11. 18. & ſeq. conſ. 72. n. 12. & conſ. 91 n. 17. lib. 2.* Siluan. *conſil. 3. nu. 80. & conſil. 15.* Grat. *conſ. 126. nu. 20. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 36. num. 3. lib. 3.* Natt. *conſ. 110. nu. 9. & 10. libr. 1.* Ceph. *conſil. 330. n. 52. lib. 3. conſ. 511. n. 8. & ſeqq. lib. 4. conſ. 694. num. 33. & conſ. 729. numer. 35. lib. 5.* Decian *conſilio 27. num. 20 & ſequenti & conſil. 55. num. 67. & ſequentibus, conſil. 57. nu 37. & ſequenti, lib. 3. & conſilio 3. n. 157. lib. 4.* Alba *conſilio 708. numero 5 lib. 2.* Hieron. Gabr. *conſilio 140. num. 4. lib. 1.* Surd. *conſilio 11. nu. 6. libro 1. & conſilio 415. num. 6. & 11. lib. 3.* Menoch. *conſilio 327. num. 103. & num. 116. lib. 4* Honded. *conſil. 42. n. 36. & ſeqq. lib. 1.* Peregr. *conſilio 38. lib. 3.* Petr. *de fideicommiſſ. quaeſt. 8. nu. 502.* Tiraquel. *de vtroq. retract. parte 1. Proem. nu. 51. & gloſ. 1 n. 153.* Serapn. *deciſ. Roman. 874. n. 2.*

Hæ opinio probatur *in l. filiusfamilias, § cum pater, ff. de legat. 2.* & colligitur ex omnibus iuribus adductus. *ſupra nu. 3.* ad probandum, in vnum ex pluribus proximioribus bona alienari poſſe. Confirmatur etiam ratione, nam nomen familiæ genericum continet ſub ſe ſingulos de familia, & facta alienatione in vnum ex his, licet remotiorem, bona non poſſunt dici alienata extra familiam.

7 Declaratur primò, vt ita demum remotior admittatur in quem facta eſt alienatio excluſo proximiori, ſi ille poſſideret, alias proximioris cauſa præualeret, Surd. *conſil. 415. nu. 20. & ſeq lib. 3.*

8 Declaratur ſecundo, vt admittatur is remotior de familia, dummodò ſit de comprehenſis à teſtatore ſub nomine familiæ, vt quando prohibitio reſpicit certas perſonas de familia, nam extra illas, licet de familia non poſſet fieri alienatio, Ferdin. *in dicto §. Dini, n. 140.* Grat. *conſil 68. nu. 15. verſic. ſecunda concluſio, lib. 2* Hieron. Gabr. *conſilio 140. num. 5. lib. 1.* Menoch. *conſil. 277. nu 25 & ſequentibus, libr. 3.* Petr. *de fideicommiſſ. quaeſtione octaua, numero 530.* vbi de communi opinione teſtatur. Ratio eſt, quia teſtator exprimendo certas perſonas de familia, voluit in alios bona poſſe alienari.

9 Declaratur tertiò non procedere, quando in prohibitione adeſt clauſula, quæ vult bona conſeruari in familia, Surd. *conſil. 96. numer. 26. verſ. reſpondetur lib. 1. & conſ. 415. n. 22. lib. 3.* Ruin. *conſ. 119. n. 6. verſic. & vltra, lib. 2.* Menoc. *conſ. 197. n. 62.*

10 Et fortius, quando adeſſent verba perpetuitatis, quia tunc ſuccederetur prout quiſque eſt proximior prohibito, vt dictum fuit *quaeſtione 380.* & hoc reducitur ad ſequentem declarationem.

11 Sed contrarium tenent Pariſ. *conſil. 44. nu. 18. lib. 2.* & Dec. *conſil. 57. in fine lib. 3.* nam dicunt illi, ſatis dicitur conſeruari in familia ſi vni de familia ſit facta alienatio, licet remotiori procedat, quando ex prohibitione alienationis reſultat fideicommiſſum ſolum in caſum contrauentionis, aliud enim eſſet quando reſultat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſum mortis, quia ſuccederet quiſque, prout eſt proximior, *iuxta l. cum ita, § in fideicommiſſo ff. de legat. 3.* & in ſpecie ita ſe habent, Paul. Caſtr. *in d. § in fideicommiſſo, & in l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de legat. 1.* Socin. ſenior *conſilio 227. verſ. ex quibus concludo, libro 2.* Dec. *conſil. 422. n. 9. & conſil. 425. n. 1. iuncto num. 4.* Ruin. *conſ. 101. n. 14 & ſeq. & conſil. 117. n. 26 lib. 2.* Natta *conſil. 110. n. 11. & ſeq. & conſ. 111. n. 1. & ſeq.* Alc. *conſ. 36. n. 15. lib. 9.* Alb. *conſ. 708. n. 6.* Menoch. *conſ. 277. n. 3. lib. 3. conſ. 327. n. 115. conſ. 356. dubio primo, n. 7. lib. 4. & conſi. 841. in fin. lib. 9.* Pereg. *conſ. 38. n. 3. verſ. ſed iſtis, lib. 3.*

Limitatur primò hæc declaratio, quando prohibitus fuit grauatus reſtituere vni de familia, nam poterit 13
quem placebit eligere, licet reſultaret ex diſpoſitione fideicommiſſum in caſum mortis, Surd. *conſil. 96. nu. 24. & ſeq lib.* . & dixi *ſupra q. 380. num.* ...

Limitatur quando data fuit facultas prohibitis alie- 14
nandi inter ſeipſos, vel inter eos de familia, quia non obſtante quod ex prohibitione reſultaret fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſum mortis, prohibitus alienare poſſet in quem vellet de his, qui ſucceſſuri eſſent, Gloſ. *in d. l. vnum ex familia, in princip.* vbi ita notat ex illo textu, Tiraquel. *de vtroq. retr. parte prima §. vndecimo gloſ. ſexta, num. 15.* Magon. *d. deciſ. Florent. 71. in fine.*

Limitatur tertiò, reſpectu validitatis alienationis 15
durante vita prohibiti, nam ſi facta ſit alienatio in remotiorem, proximior non poſſet reuocare alienata ſtatim, ſed expectanda eſſet mors grauati, quo tempore habet locum fideicommiſſum in caſum mortis, ex quo ille agere poteſt: ſi enim proximior moreretur ante grauatum, caducum fieret fideicommiſſum, & firma remaneret alienatio: nec contra prohibitionem poteſt dici alienationem factam, quia in familia eſt alienatum, *d. l. filiusfamilias, §. cum pater, cum concord. ſupra adductis*. & ſic ob contrauentionem non eſſet factus locus fideicommiſſo. Huic tamen limitationi obſtare videtur authoritas, Alexan. *conſ. 88. lib. 3.* Socin. ſen. *conſilio 123. libro 3.* Decius *conſilio 636.* & Cardin.
Alban. *in d. § fratre, num. 2.* qui dixerunt alienationem 16
eſſe nullam, & ſtatim reuocari poſſe, quando concurrit prohibitio legis reſultans ex fideicommiſſo reſtitutorio, & expreſſa prohibitio teſtatoris: ſed dici poteſt, hoc procedere, quando ſit alienatio contra prohibitionem, ſed in themate noſtro non eſt facta alienatio contra prohibitionem, ex quo facta fuit in vnum de familia, vnde concederem, quod facta alienatione in extraneum ſtatim poſſent reuocari bona à proximiore, quia is reperitur ex prohibitione vocatus tam in caſum mortis, quam in caſum alienationis.

Alia circa materiam huius quæſtionis dixi *ſupra quaeſt. 380.*

Porrò an ſic electus in quem facta eſt alienatio, di- 17
catur habere à teſtatore, vel ab alienante, & an grauari poſſit; Dixi *ſupra quaeſt. 511.*

Sed quid ſi teſtator dixit non poſſe alienari niſi re- 18
quiſitis filijs, vel fratribus, vel alijs de familia, an in eorum aliquem poſſit fieri alienatio nulla facta requiſitione alijs, an velint emere? Cardin. Mantica *deciſ. 96. n. 1.* dicit poſſe fieri, & ſatisfactum eſſe voluntati teſtatoris per text. *in l. filiusfamilias, §. cum pater, verſ. verum eſt enim ff. de legat. 1.* & per tex. *in l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem teſtatoris eſt ipſo iure nulla.*

Ampliatur, vt ipſe alienans poſſit contrauenire facto proprio, n. 2. contra n. 5. decl. n. ſeqq.

Limitatur reſpectu præiudicij alienantis, n. 13.

Limitatur ſi vocatus in caſum contrauentionis non contradicit, nu. 14.

Limi-

Limitatur in prohibitione facta in contractu, n.15.
Limitatur, quando prohibitio alienationis eſſet nulla, numero 16.
Limitatur aliter, remiſſiuè nu. 17.
2 *Alienatio facta à prohibito alienare ex precepto teſtatoris expreſſo poteſt reuocare alienationem, contra numero 5.*
4 *Eccleſia alienando rem nulliter, & ſine ſolemnitatibus poteſt alienata reuocare, & nu. 9.*
6 *Factum proprium nemo impugnare poteſt.*
Limitatur quando actus fuiſſet ipſo iure nullus, n.3.
7 *Filij alienantis non vti hæredes patris, ſed ex perſona propria poſſunt reuocare alienata contra expreſſam prohibitionem teſtatoris.*
8 *Pater vti adminiſtrator filij poteſt reuocare à ſe alienata contra prohibitionem teſtatoris, contra nu. 10.*
11 *Reſtitutio in integrum danda eſt alienanti ignoranter bona expreſſa prohibita alienari.*
12 *Euictionis actio, an detur contra alienantem bona expreſſè prohibita alienari.*
18 *Dominium non transfertur ex alienatione facta contra expreſſum preceptum teſtatoris.*
Limitatur ſi prohibitio facta ſit de re hæredis, num. 21.
Limitatur, quando prohibitio eſſet facta per viam modi, num. 22.
Limitatur, quando fideicommiſſarius, cuius fauore prohibita eſt alienatio tacet, nu. 23.
Limitatur, quando prohibitio eſt facta per verba ſubiunctiui temporis, num. 24. contra nu. 25. decl. num. ſequentibus.
Limitatur ſi emptor ignorauit prohibitionem, ſub num. 28. contra ibid.
Limitatur quādo in contractu facta eſt prohibitio alienationis, nu. 29. decl. n. 30. remiſſiuè.
19 *Dominium non transfertur ſi ſequatur alienatio contra legis prohibitionem.*
31 *Alienans contra prohibitionem appoſitam in contractu tenetur ad pœnam, ſi pœna eſt promiſſa, vel ad intereſſe.*
Limitatur in alienatione ignoranter facta, nu. 32.
Limitatur aliter remiſſiuè nu. 32.

QVÆSTIO DCCXVII.

Vtrum alienatio facta contra expreſſam prohibitionem ſit ipſo iure nulla, & an ex ea dominium transferatur, & an alienans poſſit contrauenire facto proprio?

1 NON habet dubium apud omnes, quod alienatio facta contra expreſſam teſtatoris prohibitionem eſt ipſo iure nulla, vt in ſpecie ſcribūt Doct. omnes *in l. filius familias, §. Diui ff. de legat. 1.* vbi Bart. *n. 6. verſic. certè.* Paul. Caſtrenſ. *nu. 7. verſic. interdum,* Claud. Seiſel. *num. 12.* Iaſ. *in prima lect. num. 66. & in ſecunda lectura numero 100.* Ripa *nu. 47.* Crott. *numero 32. &* Ferdinan. Loarez, *numero 114.* Paul Caſtren. *conſil. 247. nu. 3. lib. 1.* Alexand. *conſil. 23. columna penult. verſic. non obſtat, libro primo,* Soc. ſenior *conſil. 227. column. 1. lib. 4.* Dec. *conſ. 386. nu. 4.* Ruin. *conſ. 109. nu. 23. & 27. conſil. 112. nu. 2. lib. 2. conſil. 69. n. 17. lib. 3. conſil. 23. nu. 15. & conſil. 127. nu. 13. lib. 5.* Ripa *de iur. emphy. & de feud. reſp. 4. n. 12.* vbi teſtatur de communi *& reſp. 5. n. 6.* Ceph. *conſil. 271. n. 53. conſ. 318. n. 16. & ſeq. & conſil. 670. n. 18.* Tiraquel. *de legib. connub. gloſ. 7. num. 57.* Pett. *de fideic. q. 8. nu. 4. & ſeq.* Cenc. *de cenſ. par. 1. cap. 2. q. 1. nu. 6.* Boer. *q. 41.* Gramm. *deciſ. 93.* Rota Rom. in collect. per Farin. *dec. 73. n. 1. par. 1. & dec. 295. par. 2.* Seraph. *deciſ. Rom. 477.* cū alijs *citatis q. 554. caſu ſecundo.*

Ampliatur & ſi fiat ab ignorante ignoranti, vt dixi *q. 556. nu. 16. & ſeqq.* vbi declaratur & ampliationem tenuit Rota in collect. per Farinac. *deciſ. 168. par. 2.*

Ampliatur vt etiam ipſe alienans poſſit contrauenire facto proprio reuocando alienationem, Bald. *in l. 1. nu. 10. C. de reuocand. donat. & in l. quoties, num. 10. C. de fideicom.* Paul. de Caſtr. *in l. vlt. §. ſed quia in prin. C. commun. de legat. & in l. filius fam. §. Diui, col. 2.* & ibi Opiz. *colum. 6.* Ferdin. Loarez *colum. 5. ad finem, in 2. not. ff. de legat. 1.* Decian. *conſil. 23. num. 24. lib. 4.* Surd. *conſil. 166. num. 20. lib. 1. conſ. 284. nu. 4. & conſilio 359 nu. 16.* Ceph. *conſil. 272. num. 54. & conſil. 318. num. 88. & ſeqq. & nu. 101.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 27. glo. 2. n. 6.* Afflict. *deciſ. 240 nu. 8.* Grammat. *deciſ. 93. n. 1. & ſeqq.* Rota Florent. *inter deciſ. Magon. deciſ. 92. num. 30 & ſeqq.* vbi alij eiuſdem opinionis referuntur, Ant. Gama *deciſ. Luſit. 111.* Rota Romana *in nouiſ deciſ. 110. n. 2. & ſeqq. part. 1.* Viu. *deciſ. 185. n. 8.* [Idem dicunt Berou *conſ. 129. n. 17. & 18. lib. 1.* Grammat. *deciſ. 93. num. 3.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 63. num. 47.*] 2

Pro qua opinione facit primò, quia contra factum primum quiſque poteſt venire, quando ipſo iure illud eſt nullum & inane, *l. poſt mortem,* & ibi Glo. Bart. & alij *ff. de adopt l. 2.* & ibi Gloſ. & Doct. *C. ſi aduerſ. rem iudic. cap. noſti.* & ibi Doctor. *de elect.* Doctor. *in cap. diuerſis fallacijs, de cler. coniug. & in cap. ſi quis presbyterorum, extr. de rebus eccleſ. non alien.* Bal. *in lege 1. C de liber. cauſ.* 3

Secundò, quia alienatio facta contra expreſſam diſpoſitionem teſtatoris eſt nulla ipſo iure, *vt ſup. n. 1.* nec dominium ex ea transfertur, *vt inf. n. 18.* ergo alienans poterit eam recuperare ab emptore, cuius facta non fuit, nec in eum translatum eſt dominium.

Tertiò, quia & Prælatus, & Eccleſia alienando rem nulliter, & ſine ſolennitatibus, poteſt à poſſeſſore rem alienatam reuocare, Gloſ. *in l. 1. §. & cum lex,* & ibi Cin. *C. de rei vxor. act.* Bart. *in l. cum vir. verſic. & quæro. ff. de vſucap.* 4

Verùm alij ſe habent in cōtraria ſententia, quod alienans non poſſit alienata reuocare, in ſpecie Iaſ. *in auth. res quæ, nu. 14. C. commun. de legat.* Corn. *conſ. 104. nu. 7. lib. 3* Bertrand *conſil. 115. n. 7. in antiq.* Crot. *conſ. 144. n. 17. lib. 1.* Natt. *conſil. 144. n. 13. & conſil. 145. nu. 18. lib. 1.* Cephal. *conſil. 261. n. 36.* Burſat. *conſ. 173. n. 61. lib. 2.* vbi ait eſſe communem opinionem Surd. qui latè comprobat *conſil. 284. lib. 2.* Hond. *conſ. 5. nu. 61. & ſeq. lib. 1.* vbi loquitur de hærede alienantis, Tiraquel. *de retract §. 1. gl. 9. n. 43. & de legib. connub gloſ. 7. n. 57.* vbi alios allegat Marzar. *in Epit. de fideicom. par. 2. q. 37. verſic. an autem,* Pett. *de fideic. q. 14. n. 322.* Phan. *de inuent. part. 7. n. 149. & ſeq.* Magon. *deciſ. Florent. 91. nu. 15.* Rota Roman. in collect. per Farinac. *deciſ. 73. nu. 2. par. 1.* 5

Et hæc opinio mihi magis probatur. Primò, quia nemo poteſt venire contra factum proprium, *l. poſt mortem,* & ibi Doct. *ff. de adopt.* Surd. *conſil. 284. num. 5.* vbi plures allegat, & ibi declarat quomodo procedat hæc concluſio, quod nemo poſſit venire contra factum proprium, Secundo per rationem, *l. cum pater, § libertis, ff. de leg. 2.* 6

Filij tamen alienantis poſſent reuocare alienata, non vti hæredes patris, ſe vti vocati in caſum alienationis, Ceph. *conſ. 318. nu. 89. & 101.* Surd. *conſil. 313. n. 35. lib. 3.* Magon. *deciſ. 91. n. 16.* & dixi *infra qu. 739.* alienatione ſequuta contra teſtatoris prohibitionem quis admittatur. [Et ita etiam ſe habent Ruin. *conſ. 122. nu. 7. lib. 1.* Hier. Gab. *conſil. 118. nu. 11. & ſeq. lib. 1.* Præt. *de interpr. vlt. volunt. fol. 283. nu. 6.* Ludou. *deciſ.* Peruſ. *71. n. 9. part. 2.* Surd. *deciſ. 242.*] 7

Immò pater ipſe qui alienauit poſſet nomine filij, & vti eius legitimus adminiſtrator alienata reuocare, 8

Magon. d. deciſ. 91. num. 16. vbi allegat Bald. in l. cum à matre, num. 4. ff. de rei vendicat. Pinel. in l. 1. part. 3. n. 73. C. de bon. matern. & Tiraquel. de retrac. lign. §. 1. glo. 9. nu. 75. idem tenet Rota Florent. inter deciſ. Magon deciſ.
9 92. nu. 35. Quæ opinio comprobatur, nam & Prælatus, qui alienauit rem ſuæ Eccleſiæ, poterit contrauenire, & nomine Eccleſiæ rem recuperare, Bald. in l. cum à matre, num. 4. C. de bon. mater. Fabian. in auth. nouiſſima, num. 239. C. de inof. teſtam.

10 Petra tamen d. quæſt. 14. nu. 322. & ſeqq. dicit patrem nomine filij non eſſe admittendum, ſed dandum eſſe curatorem filio, & declarat quomodo in practica ſit procedendum, & ideo tutiorem viam eligendo ita conſului faciendum eſſe pro filio Illuſtriſs. de Zaccariæ de Lanis, qui agere intendebat ad reuocationem bonorum à parte alienatorum contra expreſſum præceptum teſtatoris.

11 Quod ſi ignorante prohibitionem alienationis facta eſſet alienatio; facilè concederem ſuccurrendum eſſe remedio reſtitutionis in integrum, Rot. Roman. in collect. per Farinac. deciſ. 342. part. 2. vbi vult probandam eſſe ignorantiam a petente reſtitutionem, Hond. conſ. 42. n. 13. & ſeqq. & nu. 42. lib. 2.

12 Quando autem admitteretur alienans ad reuocationem, an ille teneatur de euictione? videatur Petra d. q. 14. num. 322. & ſeqq. Rota Roman. deciſ. 110. num. 2. & 7. par. 2. in nouiſ. Videnda etiam erunt quæ ſcripſerunt Tiraquel. d. gl. 9. n. 33. & ſeqq. Alexan conſ. 109. colum. 2. lib. 4. & Cabal. de euict. §. 5. n. 2. verſ. ſecundo limita, in fin.

13 Limitatur primò reſpectu præiudicij alienantis, quia valeret alienatio, ſecundum Petr. de fideicomm. quæſt. 8. num. 54.

14 Limitatur ſecundò, ſi fideicommiſſarius non reuocat alienata, nam donec pars non opponit, & non fit reuocatio, alienatio tenet, Oſaſch. deciſ. Pedem. 94. numero 23. Magon. deciſ. Florent. 16. n. 10. & ante plenè per Purpur. in rub. de off. aſſeſſ. num. 54. & ſeqq. Rimin. ſen. conſil. 269. latè per totum, maximè n. 17. vbi vult & dominium tunc eſſe tranſlatum in emptorem, vel poſſeſſorem.

15 Limitatur tertiò, quando prohibitio alienandi eſſet facta in contractu, vt latè probat Petr. poſt alios quæſt. 4. & quæ dicam infra hac quæſt. in fine.

16 Limitatur quartò, quando prohibitio alienationis eſſet nulla, vt quia nuda à cauſa & perſona, de quo dixi ſupra qu. 685.

17 Limitationes aliæ colligi poterunt ex dictis ſupra q. 534. in ſecundo caſu.

18 Infertur ex prædictis quod ſi alienatio eſt nulla tanquam facta contra præceptum teſtatoris, dominium etiam non poterit dici tranſlatum in emptorem, Gloſ. in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. Angel in d. §. Diui, num. 3. & ibi Cuman. colu. 2. Paul. de Caſtr. colum. vlt. Ripa num. 47. Crot. num. 9. Romul. num. 185. & Socin. iun. num. 329. & ſeq. vbi de communi teſtatur Bart. in l. ea lege, numero ſeptimo. & ibi Angel colum. 1. & Salicet. num. 3. & 6. C. de condict. ob cauſ. Cuman. in l. peto, §. fratre, nu. 4. ff. de legat. 2. Salicet. in l. quoties, la prima, num. 5. C. de fideicomm. Imol. in l. ſi quis ita, §. ea lege, num. 8. verſic. ſecundo caſu, ff. de verbor. obligat. Aret. in l. qui Romæ. §. coheredes. num. 14. & ibi Alexand. col. 3. in fine, & Alciat. nu. 9. ff. eod.

Et conſulendo, Ioan. de Anan. conſ. 47. num. 8. Corn. conſil. 243. n. 3. & conſ 298. n. 5. lib. 4. Bertran. conſil. 6. n. 1. lib. 4. Capr. conſil. 126. n. 7. Grat. conſ. 21. n. 8. lib. 2. Iaſ. conſ. 157. n. 21. lib. 2. & conſil. 164. n. 4. lib. 4. Bero. conſi. 31. n. 6. lib. 1. Crott. conſ. 109. in fine, Soc. iun. conſ. 58. n. 3. & conſ. 185. n. 13. lib. 2 Chacher. conſ. 15. nu. 21. & ſeq. Colleg. Vrbini inter conſ. vlt. vol. conſil. 1. n. 5. Decian. conſil. 23. n. 19. lib. 4. Surd. conſil. 110. n. 18. lib. 1. Ruin. conſil. 112. n. 2. lib. 2. Ceph. conſil. 715. n. 2. Et in tract. Marzar. de fideic. par. 2. q. 45. Petr. de fideic. q. 3. n. 1. & ſeqq. & q. 4. Peregr. de fideicom. art. 51. n. 72. in fine, Rota Romana in collect. per Farinac. deciſ. 295. part. 2. Seraph. deciſ. Roman. 477.

Probatur hæc concluſio primò, quia voluntas teſtatoris eſt lex, §. diſponat, in auth. de nupt. Atqui ex alienatione facta contra legis prohibitionem non transfertur dominium, tot. tit. ff. & C. de præd. min. & tot. tit. ff. & C. de fund. dot. inſt. quib. alien. lic. vel. non, & ibi in ſpecie ſcribunt Iacob. de Aren. in l. non dubium, nu. 5. C. de legib. Salicet. in d. l. ea lege, & ibi Iaſ. nu. 37. C. de condict. ob cauſ. Fulgoſ. in d. l. ſi ita quis, §. ea lege, nu. 4. verſic. vt igitur. & ibi Aret. colum. 1. in fine, Imol. nu 8. & Iaſ. num. 13. verſic. tertia ff. de verbor. obligat. Cuman. d. §. fratre, n. 4. Ign. in l. dubium, numer. 8. C. de contrahend. empt. Ruin. conſil. 143. nu. 12. lib. 1. Rim. ſen. conſ. 223. n. 5. lib. 2. Roland. à Valle conſil. 33. in fine. lib. 1 ergo, &c. 19

Comprobatur ſecundò, ex l. vlt. C. de reb. alien. non alien.

Tertiò, quia pro fideicommiſſo reſultante ex prohibitione alienationis datur rei vendicatio, Glo. in l. quoties ab omnibus, & ibi Salicet. C. de fideicommiſſ. vt hæc actio non datur fideicommiſſario, quando in eum non eſt tranſlatum dominium, vt apud Grat. conſil. 17. n. 16. lib. 1. & Pancir. conſ. 112. nu. 5. 20

Quartò confirmatur, nam ex prohibitione alienationis valida, reſultat fideicommiſſum vel in caſum mortis, vel ſaltem in caſum alienationis, Doct. d. § Diui, & plenè dixi ſupra q. 688. At ſtatim facta alienatione commiſſa eſt pœna, & reſultat fideicommiſſum, & dominium tranſit in fideicommiſſarium, l. à Titio, ff. de fur. iuncta l. 1. impoſſibile ergo eſt, quod dominiũ ſit etiam tranſlatum in eum, cui facta fuit alienatio, l. ſi vt certo, § duobus, ff. commod.

Declaratur primò non procedere, quando prohibitio facta eſſet de re hæredis, quia tunc dominium ex alienatione transfertur nõ obſtante prohibitione, Bart. in d. §. Diui, & ibi Iaſ. in 2. lect. nu. 88. 21

Declaratur ſecundò non procedere, quando prohibitio eſſet facta per viam modi, Cuman. in d. §. Diui, & ibi Alexand. & Opiz. nu. 35. 22

Declaratur tertiò non procedere, ſequuta declaratione fideicommiſſarij, aliàs non opponente dominium eſſet penes poſſeſſorem, vt dixi ſupra n. 14. 23

Declaratur quartò non procedere, quando teſtator vſus fuit verbo ſubiunctiui denotante actum perfectum vt ſi alienauerit dixit, volo bona ad Seium peruenire, quia tunc dominij tranſlatio erit impedita, Bart. in d. §. Diui, n. 6. & ibi Angel. num. 3. Florian. nu. 15 Iaſ. in prima lectura, n. 39. & 42. & in 2. lect. nu. 50 & ſeqq. Ripa num. 44. Crott. num. 31. Loarez num. 112. Opiz. num. 42. & Socin. iun. nu. 86. vbi dicit eſſe communem, & nu. 88. cum alijs citatis, qu. 384. in fine, & etiam videndus erit Marzar. in tract. de fideicomm. part. 2. num. 45. Probatur autem hæc ſententia in l. Stichus ſeruus meus, ff. de manum. teſtamen. vbi etiam habetur ratio, quia ex his verbi ſubiunctiui confertur prohibitio in tempus inhabile. 24

Sed contra tenent Æmil. Ferret. in d. §. Diui. nu. 57. vſque ad numerum 67. vbi latè, & ibi Socin. iun. nu. 89. dicit in puncto iuris eſſe veriorem opinionem & Ruin. nu. 35 & in conſil. 89. nu. 5. lib. 5. 25

Subdeclaratur primò vt procedat, quando nulla præceſſit prohibitio expreſſa, ſed teſtator prohibendo dixerit, & ſi hæres meus alienauerit, volo bona tranſire in Seium, & ita loquuntur citati pro declaratione, ſecus autem eſſet, quãdo præceſſit prohibitio alienationis per ſe, & poſtea ſequuntur verba conditionaliter prolata ſubiunctiuè, ſic prohibeo ne hæredes bona alienent, & 26

ſi alie-

ſi alienauerint, volo bona peruenire ad Seium, quia tunc dominij translatio eſſet impedita, Bart. *in d. §. Diui, n. 6. verſi. vnde ſi teſtator*, & ibi Angel. *n. 3.* Paul. Caſt. *colum. vlt.* Iaſ. *num. 39. & 40.* Ripa *num. 47.* Ruin. *num. 39.* Loarez, *nu. 3.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Opiz. *num. 42.* & Soc. iun. *numero 88. & 90.* vbi ſcribit eſſe communem opinionem Grat. *conſil. 17. nu. 17 libro primo*. Probatur autem hæc ſententia per text. *in l. pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3.* & ratio eſt, quia verbum illud ſubiunctiuum, ſi alienauerit, poteſt etiam dici prolatum in tempore futuro, & quando verba ſunt prolata in verbo futurum tempus indicante dominij tranſlatio eſt impedita, vt ſcribunt omnes ſupra citati.

27 Sublimitatur ſecundò quando dictum fuiſſet, ſi bona vllo vnquam tempore alienata fuerint, &c. quia tunc dominij translatio eſſet impedita ſecundum Maluaſ. *conſil. 8 num. 34.*

28 Sublimitatur tertiò, quando dictum eſſet, & ſi alienare tentauerit ſecundum Ruin. *conſil. 131. nu. 11. libro ſecundo*.

Declaratur quintò non procedere, quando emptor ignoraſſet prohibitionem, ſecundum Rotam Roman. apud Seraph. *deciſ. 477. num. 5.* quæ allegat Ruin. *in d. §. Diui, nu. 108.* & ibi dicit Rota in dubio præſumi ignorantiam, ſed hæc declaratio non eſt retinenda per ea quæ dixi *infra num. 32. & in quaeſt. ſeq. nu. 55. & ſeqq* & latius *qu. 556.*

29 Declaratur ſextò non procedere, quando in contractu facta eſt prohibitio alienationis, quia tunc ſi prohibitus alienauerit transfert dominium. Bart. *in d. l. ea lege, in ſummario*, & ibi Imol. Aretin. Iaſ. *numer. 20.* & alij communiter, Bart. *in d. l. ea lege*, & ibi Ang. *in princip.* Salicet. *num. 2.* Imol. *in princip.* Cuman. & alij, *C. de condict. ob cauſ.* Bart. *in d. §. Diui, num. 14.* & ibi Iaſ. *in 2. lect. num. 114.* Crott. *num. 86.* Ruin. *num. 97. & ſeq.* Ripa *nu. 84.* Opiz. *num. 57* Ferdin. Loarez, *num. 160.* Alciat. *n. 35.* Socin. iun. *num. 176.* Romul. *num. 186. & ſeqq.* & Alciat. Cuman. *in d. §. fratre, num. 4.* & ibi Paul. Caſtr. *in princip. & in l. vlt. nu. 5. C. de reb. alien. non alien.* Purpur. *in rub. de off. aſſeſſ. numero 61.* Alciat. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verbor. obligat.*

Et conſulendo ſequuti ſunt Corn. *conſil. 181. num. 48. lib. 2.* Ioan. de Anan. *conſ. 47. n. 8.* Ruin. *conſ. 13. num. 17 libro primo, & conſ. 12. num. 2. lib. 4. & conſil. 109. nu. 5. eod.* Crott. *conſ. 13. num. 12. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 100. nu. 1. & ſeqq. lib. 4.* Riminal. ſen. *conſil. 509 num. 7. lib. 3.* Alba *conſ. 423. num. 3.* Becc. *conſil. 80. nu. 2.* Caſſan. *conſ. 55. nu. 23.* Cioff. *conſil. 4. num. 2. & ſeqq.* Euerar. *conſil. 50. num. 1.* Hieron. Gab. *conſil. 140. nu. 50. lib. 1.* Burſat. *conſil. 160. num. 30. lib. 2.* Pancir. *conſil. 10 num. 5. & conſil. 146. nu. 21.* Surd. *conſil. 399. n. 2. lib. 3* Odd. *conſ. 48. n. 8.* Menoc. *conſil. 63. nu. 1. lib. 1.*

Et in Tractatibus, Anton. Gabr. *de pign. & hypothec. concl. 1.* Ioſeph. Ludou. *concl. 74.* latiſſimè Petra *de fideicom. q. 4.* Peregr. *de fideicom. art. 51. num. 69. & ſeqq.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ. 68. in fine*, vbi teſtatur eſſe communem opinionem Magon. *deciſ. Florent. 112. n. 3. & n. 19.* Seraph. *deciſ. Roman. 477. nu. 3.* Probatur hæc receptiſſima ſententia per *d. l. ea lege, C. de condict. ob cauſ.*

Quæ autem ſit ratio differentiæ inter prohibitionem teſtatoris, & prohibitionem quę fit in contractu, Doctores plures afferunt, apud quos videri poterunt, nec curo referre, quia temerarium eſſet recedere ab hac communi quicquid dixerit Curt. iun. *in auth. res quæ, colum. 1. vſque ad numerum 5. C. commun. de legat.*

30 Sunt tamen multi caſus, in quibus impeditur tranſlatio dominij per prohibitionem factam in contractu, vt plenè dixi *ſup. qu. 674.*

Aduerte tamen, quod alienans contra conuentionem factam in contractu, tenetur ad pœnam, ſi pœna promiſſa eſt vel ad intereſſe, vt plures congeſſi ad hoc *d. q. 674. n. 9.* quibus adde Iaſ. *in d. §. Diui, n. 144.* Loarez ibi *n. 160.* Ferret. *n. 130 in fine*, Romul. *n. 186.* Socin. iun. *num. 173.* & Alciat. *nu. 35.* Purpur. *in rub. de off aſſeſſ. nu. 61.* Corn. *conſil. 43. lib. 2.* Alba *conſil. 423. n. 3.* Surd. *conſil. 399. nu. 2. lib. 3.* Honded. *conſ. 42.* latè *lib. 2.* Magon. *deciſ. Florent. 102, nu. 3. & 19.* 31

Niſi alienatio facta eſſet ignoranter ab hæredibus, quia tunc pœna non committeretur, Honded. *conſ. 42. nu. 14. & ſeqq. lib. 2.* & videatur quod dixi *in ſeq. quaeſt. nu. 55. & ſeqq.* Et vide totam quæſt. vbi latè quando pœna non committatur. 32

SVMMARIVM.

1 Alienans contra prohibitiones teſtatoris cadit à iure ſuo.

Ampliatur, vt nec pro parte poſſit alienare prohibitus alienare, & alienando partem cadit à toto, nu. 2. contra nu. 4. decl. num. ſeqq.

Ampliatur, vt nec in Eccleſiam poſſit fieri alienatio, numero 11.

Ampliatur, & ſi prohibitus reuocauit alienationem, quia per hoc non euadet pœnam, nu. 12. contra nu. 14. decl. num. 16.

Ampliatur, & ſi prohibitus immediatè nō alienat, ſi factum ipſius præcedat ex quo ſequatur alienatio, n. 17.

Ampliatur etiam in eo qui conſentit alienationi, nu. 18.

Ampliatur, & ſi alienetur pars ab alijs fideicommiſſarijs, num. 19.

Limitatur, quando alienatio fuiſſet inualida, num. 20. contra n. 21. decl. n. 22. & ſeqq.

Limitatur, quando ſolum facta eſſet promiſſio de vendēdo nec proceſſum eſſet ad actum alienationis, nu. 26. contra nu. 27. decl. n. 28.

Limitatur, quando non eſſet ſequuta traditio, num. 29. decl. nu. 31. & ſeqq.

Limitatur, quando alienatio non fuit executa, num. 36.

Limitatur in alienatione facta cum pacto redimendi, n. 37. contra n. 39. decl. n. 41.

Limitatur in alienatione facta cum pacto legis promiſſoria, vel adiectionis in diem, n. 42.

Limitatur in alienatione conditionali. n. 43. cōtra n. 44.

Limitatur, quādo alienatio facta fuit, ſi placuerit fideicommiſſario, vel ſaluo & reſeruato illius conſenſu, vel ſi fideicommiſſarius approbauerit, vel ſi & in quantum de iure facere poteſt alienans, n. 45.

Limitatur ſi alienans reſeruauit ſibi dominium, donec pretium ſoluatur, n. 46.

Limitatur ſi adhibita eſt proteſtatio quod non intendūt contrahentes contrauenire diſpoſitionibus teſtatorum, n. 47. contra ibid.

Limitatur in momentanea alienatione, nu. 48.

Limitatur in alienatione facta cum pacto, quod emptor ſtatim rem reſtitueret illis, quorum contemplatione facta fuit prohibitio, n. 48.

Limitatur ſi alienatio poſſet reſcindi ob enormiſſimam læſionem, n. 49. contra ibid.

Limitatur in alienatione impropria, n. 50. decl. num. 51.

Limitatur in alienatione facta non malo animo, nu. 52. & vide nu. 53. & 54.

Limitatur in alienatione facta ab ignorante prohibitionem, n. 55. contra n. 56. decl. n ſeq.

Limitatur ſi per alienationem non offenderetur mens teſtatoris. & ratio prohibitionis, licet contra verba expreſſa eſſet facta alienatio, n. 58.

Limitatur in alienatione facta ex cauſa neceſſitatis, num. 59.

Limitatur in alienatione rerum, quæ ſunt peritura, vel deteriores factura, nu. 60.

Limitatur in alienatione facta pro detractionibus competentibus, n. 61. ampl. & decl. num. ſeqq.

Limitatur, quando bona eſſent communia inter teſtatorem, & prohibitum, quia ſi prohibitus alienat, de portione ſua cenſetur alienare n. 68. ampl. nu. ſeq.

Limitatur, quando ex re alienata acquiſita ſunt alia bona licet non ſit facta acquiſitio per modum permutationis. nu. 70. & 71. declar. nu. 72.

Limitatur ſi fũdus eſſet modici reditus vel malas qualitates haberet vel longè ab alijs bonis diſtaret, n. 73.

Limitatur quando conſenſerunt alienationi ij quorum fauore facta fuit prohibitio n. 74. ampl. & decl. ibid.

Limitatur, quando vocatus in caſum alienationis non contradixit. & moritur alienans non facta declaratione quod ſit incurſa pœna priuationis, nam contra hæredem alienantis non habebit locum pœna, n. 75.

3 *Conditio debet vſque ad minimum impleri.*

6 *Alienatio rei eccleſiæ in modica quantitate tenet.*

8 *Partis appellatione venit & res minima.*

13 *Ius fideicommiſſario acquiſitum ſtatim rei alienatione recuperatione rei non poteſt ab eo auferri.*

15 *Alienatio rei prohibitæ alienari tenet, ſi mens teſtatoris & ratio non læditur & num. 58.*

25 *Poſſeſſionem in alium transferre non poteſt prohibitus alienare.*

32 *Clauſula conſtituti transfert verum dominium, & poſſeſſionem.*

38 *Emphyteuta alienans rem cum pacto redimendi non cadit à iure ſuo, contra num. 40.*

53 *Alienatio non præſumitur dolo & malo animo facta à prohibito alienare, & num. ſeq. ponuntur coniecturæ non mali animi.*

62 *Alienans rem prohibitam alienari, cenſetur eam elegiſſe pro ſuis detractionibus.*

63 *Alienationem factam non excedere quantitatem detractionum tenetur probare alienans, contra n. 65.*

64 *Qualitas eſt probanda ab eo, qui habet pro ſe regulam cum qualitate.*

67 *Pars fundi reſpectu partis diuiſæ minori pretio æſtimatur, quàm totus fundus reſpectu indiuiſi.*

77 *Alienantem non incurriſſe pœnam priuationis in dubio iudicandum eſt.*

QVÆSTIO DCCXVIII.

Vtrum alienans contra prohibitionem cadat à iure ſuo, & quid de portionibus cohæredum, & an partem alienando cadat à toto?

DIXIMVS ſæpius in diſcurſu huius tractatus, quod alienans contra teſtatoris prohibitionem cadit à iure ſuo, ad duximus etiã varios caſus, in quibus licita eſt alienatio non obſtante prohibitione, hoc autem loco alia ad materiam pertinentia adducenda ſunt.

1 Pro regula igitur ſtatuendum eſt, quod alienans contra prohibitionem cadit in pœnam priuationis, Doct. *in l. filiusfamilias, §. Diui ff. de legat.* 1. Surd. *conſil.* 546. *nu.* 10 *lib.* 4. Petr. latiſſime *de fideicommiſſ. quæſt* 8. Gallus *de except. ſucc. tit. 2. excep. 4. n. 30. & ſeqq par.* 3. & alij relati *infra in ampliationibus & declarationibus*, Rot. Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 591. *par.* 2.

2 Ampliatur primò, vt nec pro parte poſſit alienatio fieri & ſi facta fuerit, alienans cadit toto, Iaſ. *in l. ſi quis ita, §. ea lege, nu* 47. *& 49. ff de verb. oblig.* Crott. *in d. §. Diui, num.* 154 & ibi Rom. *n.* 203. *& ſeqq.* Ioan. Faber *in § ſi verò, nu. 2. inſtit. de legat.* Galliau. *in l. 2. nu. 4. ff. de verb. oblig.* Dec *in cap. de maioribus, num. 8. extr. de probat. & in cap. de appellationibus, nu. 12. extr. de appell.* Et conſulendo, Angel. *conſilio* 168. *dubio ſecundo.* Corn. *conſilio* 164. *col. vlt. lib.* 1. Grat. *conſil.* 93. *num.* 12. *libro* 1. *conſ.* 42. *n.* 14. *& conſil.* 73. *n.* 12. Ripa *de ſubſtit reſp.* 5. *num.* 10. Alciat. *conſil.* 304. Anguſc. *conſ.* 93. *libro* 6. Ioan. Bapt. à Sanct. Blaſ. *inter conſil. vlt. volunt. conſilio* 37. *num.* 12. *lib.* 2. Alba *conſ.* 7. *nu.* 11. Ceph. *conſil.* 282. *n.* 27. Hieron. Gab. *conſilio* 93. *n.* 22. *lib.* 1. *& conſil.* 73. *n.* 12. *libr.* 2. Menoch. *conſil.* 325 *n.* 7. vbi dicit eſſe receptam ſententiam *& cõſil.* 827. *n.* 24. idem affirmat, reuocando quod alias dixerat, ſcilicet contrariam opinionem eſſe magis communem, & in tractatibus, Curt. iun. *de feud. par.* 4. *num.* 113. Tiraquell. *tract. de iud. in reb. exig. notab.* 154. Anchar. iun. *libro* 1. *q.* 72. *in fine,* Petr. *de fideic. q.* 10. *n.* 34. *& multis ſeqq.* vbi late diſputat, *& nu.* 83. dicit hanc opinionem eſſe veriorem, Gallus *de excep. ſucceſſ. tit. 2. except. 4 n.* 30. Alex. Raud. *deciſ. Piſan.* 26. *n.* 70. *& deciſ.* 30 *n.* 223.

Probatur autem iſta opinio primò per text. *in l. cum pater §. libertis ff. de legat.* 2. Secundò *per l. etiam, ff. de legat.* 1. Tertiò *per l. ait prætor, la 2. in princ. ff. de iureiurand.* Quartò *per l. 3. § ſi quis tabulis ff. ad Silian.* Quintò, quia voluntas teſtatoris eſt indiuidua, & qui contrauenit in parte cenſetur contrauenire in totum. Sextò, quia conditio prohibitiua alienationis adiecta per teſtatorem non dicitur impleta ſi pro aliqua parte ſit cõtrauentum, quia conditio debet vſque ad minimum 3
impleri *l. qui hæredi §. vlt. ff de condit. & demonſtr.* Ceph. *conſ.* 480. *n.* 30. Menoch. *conſil.* 35. *n.* 4. *& ſeqq.* Honded. *conſ.* 60. *numero* 14 *lib.* 1. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol.* 515. *nu.* 114. *& ſeqq.* Pereg. *de fideic. art.* 16. *nu.* 18.

Cæterum alij ſe habent in contraria ſententia, quod 4
alienans partem non cadat à toto, ſed ſolũ à parte alienata Iaſ. *in l. ait prætor, n. 6. ff de iureiurand.* Ferdin. Loazez, *in d. §. Diui, n* 191. & ibi Soc. iun. *num.* 120. vbi dicit eſſe æquiorem opinionem. Ruin *in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig. & in conſil* 119. *n.* 12. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 6. *num.* 19. *libro* 4. Burſat. *conſil.* 13. *n.* 38. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 164. *nu.* 22. vbi ſcribit eſſe magis receptam ſententiam, Peregr. *conſil.* 40. *nu.* 4. Honded. *conſil.* 18. *nu.* 84. *& ſeq.* vbi dicit eſſe opinionem æquiorem & communem, idem aſſerit *conſil.* 72. *nu.* 13. *lib.* 1. vbi etiam ait Rotam ita iudicaſſe, Præt. *de interpr. vltim. vol. fol* 283. *nu.* 7. *in fine,* Capic. *deciſ.* 49 *num.* 2. vbi de communi, Magon. *deciſ Florent.* 19. vbi dicit Dominos de illa Rota in hanc partem tanquam æquiorem iudicaſſe, Caualc. *deciſ.* 6. *num.* 46. *& ſeqq. part.* 3. Rota Roman. in collect. per Farinac. *deciſ.* 593. *part.* 2.

Fundamentum huius opinionis eſt, quia pœna non debet extendi vltra delictum. *l. reſcriptum, & l. hæres qui, ff. de his quib. vt indig.* Et in pœnalibus non debet fieri interpretatio, vt ex alienatione partis cenſeatur totum alienatum, vt per Iaſ. *in d. l. ait prætor*, cum in pœnalibus fiat ſtricta interpretatio.

Limitatur primò iſta ampliatio, quando minima res 5
eſſet alienata, Florian. de Sanc. Petr. *de alienatione, num.* 22. *ff. famil. herciſc.* & facit *l. Seio ff. de reſtit. in integr.* vbi habetur rationem non haberi modicæ alienationis, præterea & res eccleſiæ, quæ alienari non poſſunt, ſi tamen 6
in minima re eſſet facta alienatio teneret, vt per Rodoan. *de reb. eccl. non alien. q.* 10. *& q.* 13.

Sed contra tenent alij, volentes & conceptam eſſe 7
voluntatem teſtatoris in re minima, Angel. *conſil.* 168. *dubio ſecundo, num.* 2. Tiraquel. *de iud. in reb. exig. feren. par. 2. verſic. quinquageſimo quarto,* Alexand. Raud. *dec ſ. Piſan* 30. *n.* 223. *par.* 1. Ratio eſt, quia partis appellatione 8
venit & res minima, Dec. *in cap. de appellationibus, n.* 12. *& ſeq. extr. de appell.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. partem aliquam, n.* 14. *C. de reuocand. donat.*

Limi-

9 Limitatur ſecundò, quando teſtator vocaſſet aliquem in re alienata, quia tunc à toto non caderet alienans, Caualcan. *deciſ. 6. in fine, parte 3.*

10 Quod ſi teſtator iuſſit per alienationem vnius rei contrauenientem cadere a toto, eius voluntas ſeruanda eſſet, Peregr. *conſilio 40. numero 4. lib. 4.* Magon. *deciſ. Florent.* 19.

11 Ampliatur ſecundò, vt nec in eccleſiam poſſit fieri alienatio, *cap. 1. §. donare, quib. mod. feud. alien. poſſ.* Roman. *in auth. ſimiliter in 15. ſpeciali, C. ad leg. Falcid.* Tiraquel. *de priuil. pia cauſ. priuil. 130. ad finem*, Menoch. *conſil. 169. num. 7.*

12 Ampliatur tertiò, & ſi prohibitus reuocauerit alienationem, quia per hoc non euadet pœnam incurſam ob contrauentionem, Doct. *in d. §. Diui*, vbi Ruin. *n.* 124. Ferdin. *numero* 194. Ferret. *num.* 89. Iaſ. *in l. vlt. nu. 135. quæſt. 20. C. de iur. emphyt.* Rip. *in l. in quartam, num. 55. ff. ad leg. Falcid.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Angel. *conſ.* 169. Corn. *conſ. 178. num. 2. lib. 1.* Curt. iun. *conſ. 110. n. 21. & ſeq.* Curt. ſen. *conſ. 63. in fine*, Celſ. Vgo *conſ. 60. num.* 24. Natta *conſil. 145. num. 13. &* 18. Ceph. *conſ. 318. num. 101. &* 103. Petra *de fideicomm. q. 8. nu.* 62. vbi teſtatur de communi opinione, & *quæſt. 10. num.* 86. Gallus *de except. ſucc. tit. 2. except. 4. nu. 133. par. 2.* Ludou. Cenc. Peruſ. *tract. de cenſ. part. 1. cap. 2. quæſt. 1. num. 9. & ſeqq.* vbi ampliat & ſi alienans agat ad reuocationem antequam fideicommiſſarius agat pro conſequutione rei alienatæ, Anton. à Gama *deciſ. Luſit.* 111. vbi teſtatur ita iudicatum Rota Romana *in collect. à Ludo. Cenc. poſt ſuum tract. de cenſ. deciſ. 47. nu. 2. & ſeq.* & eadem Rota apud Seraph. *deciſ. 794. nu. 11. verſ. iſta exceptio, par. 1. in nouiſſ. & deciſ. 92. num. 3. par. 1. in nouiſſ.*

Ratio eſt, nam licet prohibitus potuerit reuocare alienationẽ, cum nulla eſſet alienatio, vt dixi *q. 717. n. 2.* quia tamen alienatione ſequuta ius ſtatim erat quæſitum illi cuius fauore alienatio erat prohibita, non potuit alienans recuperando rem præiudicare vocato, & hanc rationem ponderant Doct. præcipuè Petr. & Ludou. Cenc. & Rota Roman. *d. deciſ. 47. nu.* 3. & probatur hæc opinio *in cap. 1. in princ. tit. quid iur. ſit ſi poſt alienat. feud. &c. & in l. quidam teſtamento. & in l. rogo, la 2. ff. de fideicom. liberi.* Præterea cum ex contrauentione alienans inciderit in pœnam, ſi rem recuperat dicitur eam habere ex noua cauſa, *l. ſi à me, ff. ad leg. Falcid.* Dec. *conſ. 88. n. 3. ad medium*, nimirum ſi ius acquiſitum fideicom-
13 miſſario ſtatim ſequuta alienatione non poteſt ab eo auferri per recuperationem rei, arg. *l. ius noſtrum, ff. de reg. iur.* Bald. *in cap. 1. n. 2. tit. quid iuris ſit ſi poſt alienat. &c.* Dec. *d. num. 3. verſ. & per hoc*, Cagnol. *in l. 2. n. 174. C. de pact. int. empt. & vendit.* & hos refert adducendo in terminis noſtris hanc rationem, Cenc. *d. q. 1. num.* 14. Accedat quod prohibitus quando alienat non transfert dominium in emptorem, ſed ſtatim transfertur in eum, cuius fauore facta eſt prohibitio, vt dixi *q.* 717. nimirum ſi recuperando ab emptore non recuperat dominium iam in fideicommiſſarium tranſlatum.

14 Contra tamen hanc ampliationem, tenet Alber. *in l. ex hoc edicto, § alienare, nu. 1. ff. de alien. iud.* Ruin. *in l. 1. §. res quæ, num. 7. & ſeq. ff. ad Trebell.* Cardin. Alban. *in d. §. Diui, nu.* 51. Soc. iun. *conſ. 20. nu. 41. lib.* 1. Decian. *conſ. 1. n. 79. libro* 1. Menoch. *conſ. 322. num.* 51. & faciunt dicta Magon. *deciſ. Florent. 61. nu.* 30. facit pro hac ſententia *d. § alienare*, & ratio etiam poteſt adduci, quia re recuperata ab hærede prohibito, qui alienauit, non poteſt dici amplius alienata, vnde fideicommiſſarius quia ad eam ageret tanquam ad rem alienatam, non poſſet dicere eſſe alienatam cum ab hærede poſſideatur. Et ſi fieret recuperatio antequam agat fideicommiſſarius ad conſequutionem rei alienatæ, poſſet ratio adduci, quia ſi per alienationem non læditur mens, & voluntas teſtatoris non incurritur pœna, vt dicit Angel. *conſ. 169.*
col. 1 & 2. Alba qui plures citat *conſ. 97. num.* 15. ergo 15
quum ſequuta recuperatione non remaneat læſa voluntas teſtatoris, cum adhuc res ſit apud prohibitum, non debet dici incurſa pœna. Sed hæc ratio non ſubſiſtit, nam voluntas teſtatoris remanet læſa cum deuentum ſit ad alienationem contra eius præceptum, nec per recuperationem poteſt tolli ius iam acquiſitum fideicommiſſario, vt dictum eſt, vnde ampliatio tanquam communiter recepta erit retinenda. Non ommitto tamen, quod contra ampliationem quando reuocata fuit antequam fideicommiſsarius agat, tenuit Socin. iun. *in d. conſ. 20. num.* 41. Rota Roman. in collect. per Farinac. *deciſ. 593. in fine, parte 2.*

Hæc tamen ſecunda opinio poſset retineri in caſu, 16
quando prohibitio fuiſset de per ſe nuda, eſset tamen veſtita a ſequenti fideicommiſso in caſum mortis, vt ſi dictum eſset, prohibeo alienare bona, & poſt mortem hæredis ſubſtituo agnatum, ita Ruin. *in d. §. Diui, n.* 125. & Socin. iun. *num.* 41.

Ampliatur quartò, & ſi prohibitus immediatè non 17
alienet, ſi factum ipſius præcedat, ex quo ſequatur alienatio, Rota Roman. *deciſ. 480. n. 3. par. 1. in nouiſſ.*

Ampliatur quinto, etiam in eo qui conſentit aliena- 18
tioni, Surd. *conſ. 546. n. 12. libro* 4. de quo articulo latius dicam *q.* 719.

Ampliatur ſextò, & ſi alienaret partem ſibi obuen- 19
tam ab alijs fideicommiſsarijs, Caualcan. *deciſ. 6. num. 8. parte 3.* vbi intelligit hoc verum, niſi prohibitio eſset perſonalis, vel reſtricta ad certas perſonas. Videantur circa hanc ampliationem dicta *ſupra q. 657. in tertio capite, & infra q.* 718. an prohibitus alienare poſſit partem ſibi obuentam à cohærede alienare.

Ampliatur ſeptimo, vt non ſolum priuetur portione ſua, ſed & cohæredum quæ ad eum peruenit Alba *conſilio 7. numero* 11. & probatur *in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* diſsentit Ruin. *conſ. 166. nu. 4. & ſeqq. libro 2.*

Ampliatur octauò, etiam ſi prohibitio facta ſit in contractu, Honded. *conſ. 42. lib.* 2. Rota Roman. *deciſ. 90. ad fin. par. 3. in nouiſſ.* & vide dicta *q. præced. n.* 30.

Declaratur primò principalis concluſio, vt procedat 20
in alienatione valida, aliud enim eſset alienatione nulla, quia tunc pęna nõ eſset incurſa, Ceph. *conſ. 375. n.* 39. Menoch *conſ. 322. n. 53. & ſeq.* Ripa *in d. §. Diui, n* 22.

Pro hac ſententia facit, quia alienationis appellatione non venit alienatio nulla, *l. alienatum, ff. de verborum ſignif.* Vnde alienans rem emphyteuticam ſine ſolennitatibus, & ſic nulliter non incidit in pœnam, Bald. *in l. 2. colum. 1. C. de Epiſc. aud.*

Verum & in alienatione nulla incurſam eſse pœnam 21
priuationis tenent Aret. *conſ. 18. n. 1. & 2.* Ruin. *conſ. 123. n. 11. lib.* 3. Corn. *conſ. 243. n. 3. lib.* 3. Crauet. *conſ. 191. n.* 7. Ceph. *conſ. 133. n.* 6. Petr. *de fideicom. q. 8. n.* 54. Magon. *deciſ. Florent. 50. n. 28. 29. 30. &* 31. Et hanc opinionem ego tenerem, quando alienatio poſset videri facta in contemptum præcepti teſtatoris, alias prima vti benignior magis placet.

Pro qua opinione facit text. *in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2.*

Subdeclaratur tamen hæc declaratio, quando aliena- 22
tio eſset nulla defectu ſolennitatis, quia tunc non eſset incurſa pœna ſecundum Ruin. *conſ. 85. n. 3. lib.* 5. quem refert Magon. *d. deciſ. 50. n.* 41.

Sed adhuc in caſu nullitatis ob defectum ſolennita- 23
tis contra tenent alij, qui de alienatione bonorum minoris, ſine ſolennitatibus ſequuntur, ita Aret. *conſil. 18. num. 4. verſ. præterea, & fere per totum*, Corn. *conſil. 243. colum. 1.*

*colum.1.in fine,lib.3.*Surd.*conſ.284.n.22.lib.3.*Præt.*de interpret.vltim.volunt.lib.3.dub.2 ſol.5.n.54.*

24 Si autem traditio eſſet ſequuta, bene incurſa ſine dubio eſſet pœna, licet alienatio fuiſſet nulla. Alciat.*in l.continuus,§.ſi quis ſub hac,num.10.& ſeq.ff.de verb.oblig.* Petra *d.q.8.n.54.verſ poſſunt,* vbi dicit non ſequuta tra-

25 ditione non incurri pœnam. Et quando ſequuta eſt traditio, licet in contractu nullo quod pœna incurratur, facit ratio, quia ex traditione transfertur poſſeſſio ſaltem, quæ non poteſt in alium transferri à prohibito alienare, Angel. *in l.is cui bonis,ff.de verb.oblig.* Anan *in cap.perlatum,nu.14.extr.de accuſat.* Fabian. *de empt. & vendit.q.3.art.22.nu.7.* Rodo. *de reb. eccl. non alien. q.2. cap.34.* ad quod facit *l.non ſolum, §.1.ff.de alien iud.* vbi habetur, quod qui transfert poſſeſſionem in alium, dicitur alienare, & deſinit poſſidere.

26 Declara ſecundò, vt non dicatur contraueniſſe prohibitioni, quando prohibitus fecit ſolum promiſſionem de vendendo, nec vlterius proceſſum eſt ad actum alienationis, Iacob.de Aren. *in l.1.* & ibi Angel.& alij, *C.de pact.pign.* Bald. *in l.vlt.in princ.C.ad l.Falcid. & in l.penult.§.emptor. C.commun.de legat.* Alex.*conſilio 173. lib.2.* Crott. *conſ.294.num.17.& ſeq.lib.3.* Mar.Anguſc. *conſil.71.num.5.*Franc.de Pont.*conſ.85.num.6.*Pedroc. *conſil.vnico,numero 99.101.& ſeq.* Frecc. *de feud.lib.2.§. pluribus,num.19.& ſeq.*Tiraq.*de vtro.retr.part.1.gloſſ 2. num.56.*

Probatur iſta opinio,primò,quia aliud eſt alienare, aliud promittere de alienando, *l. fideiuſſor, §.1. ff.de legat.1.l.in bonæ fidei.ff.de eo quod cert. loc.* ergo ex promiſſione de non alienando non incurritur pęna contrauentionis.

Secundò, quia pęnam non incurrit prohibitus alienare ex alienatione, niſi etiam ſequatur traditio, *vt infra numero....*

Tertiò,quia alienare non dicitur,qui remanet in poſſeſſione, Odofr. *in l.ſicut, §.ſupervacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth.ſolu.*

Vltimò accedat, quod in materia feudali non dicitur feudum alienari, quando verbo tantum facta eſt alienatio, Afflict. *in cap.1.in princ.nu.1.& ſeqq tit.quid iur.ſi vaſal.feud.recip.* Ceph. *conſ.101. num.96. lib.1.* Et idem etiam in emphyteuſi, vt per Tiraquel.*d.gloſſ 2.num.45.& ſeqq.*

27 Verum alij ſunt in contraria ſententia, quod pęna incurratur ex ſola promiſſione de vendendo, ita ſe habent Bald. *in l.vlt.in 2.not.C.ad l.Falcid.* Bart. *in l.ad reſoluendum,per illum text.C.de præd.minor.* Iaſ.*in l.2.n.25.* & ibi Purpur.*num.10.* Dec.*colum.vlt.* & Bologn.*nu.69. ff.de iuriſd. omn.iud.* Claud.Seiſel. *in l.1.col.2.ff de oper. nou.nunc.*Alex.*conſil.17.nu.4.& conſi.119.num.2.lib.4.* Soc.ſen.*conſil 241.num.15 lib.2.*Dec.*conſil.502.num.1.* Caſſan.*conſil.64.n.61.* Bero.*conſ.154.nu.2.lib.1.* Bologn. *conſil.11.nu.15.*Minad.*conſ.29.n.10.* Menoch.*conſ.116. num.16.* Afflict.*tit.per quos fiat inueſt.n.4.* Rebuff.*tract. de alienat.rer.eod.n.69.*Ant.Gabr.*de præſump.concl.7.n.2.* Rodoan.*de reb.eccleſ.non alien q.2.cap.31.* Petra *de fideic. q.8.n.135.* qui tamen declarat ſecundum ea, quæ dixit *n.141.& ſeqq.*Caualcan.*deciſ.6 n.4.32.& ſeq.* vbi declarat *parte 3.*

Adducitur primò pro hac opinione reg. *l.oratio. ff.de ſponſ.* ſed reſpondetur, quod illa regula non procedit, niſi vbi neceſſariò peruenitur ad illud, Bart. *in l.1. ff.de aut.tut.*Dec.*in cap non concupiſcentiam, n.7.extr.de conſtit.* Beninten. *deciſ.48. num.14.*

Secundò, quia prohibitus à lege alienare, cenſetur etiam prohibitus promittere alienare, *l ſi ad reſoluendam donationem*, & ibi Bart & Salicet. *C.de præd.minor.* Sed reſpondetur, quod deciſio illius text. procedit quo ad validitatem obligationis, ſed ex ea non ſequitur, quod idem ſit alienare, & promittere alienare.

Subdeclaratur tamen, quando teſtator non ſolum prohibuiſset alienationem,ſed etiam dixiſset, quod attentans alienationem priuaretur, nam ex promiſſione de vendendo incurſa eſset pęna, Ruin.*conſ.129.num.4. & 5.lib.2.* Rol. à Valle *conſ.56.n.12.lib.1.* & quæ dicam *infra num.35.* 28

Declaratur tertiò, vt ita demum priuationis pęna locum habeat, ſi ſequuta ſit traditio, nam aliud eſset non ſequuta traditione. Petr. de Bellapert *in l.filiusfamilias,§ cum fundum,in fine ff.de verb.oblig.* Bald. *in c.1. §.aut ſi libellatio,tit.quib.mod.feud.amitt.* Iaſ.*in d.§. Diui, n.54* & ibi Opiz.*n.66.* Ruin.*n.29.* Corn.*conſil.11.nu.19. lib.3.*Ripa *conſil.4.num.18.tit.de iur.patron.* Decian.*ſenſit conſ.57.num.16.& 17.lib.3.*Petr.*de fideicom.q.8.n.59.* Caualc.*deciſ.6.num.24 par.2.* Cardin. Mantica *deciſ.Roman.27.num.4.*vbi alias affert rationes:prima quia non facta traditione, nudo conſenſu recedi poteſt à contractu, *l.ab emptione.ff.de pact.* Secunda eſt ratio, quia per ſolum actum nemo incidit in commiſſum, ſed requiritur actus facti, ſecundum Bald. *conſil.9.num.1.in fine, lib.1.* 29

Pro hac ſententia facit, quia appellatione alienationis intelligitur de ea, quæ in effectu eſt talis. Alciat. *in l.continuus,§.ſi quis ſub hac,n.10.ff.de verb.oblig.* Ceph. *conſ.312.n.63.lib....* Et alienatio eſt tranſlatio dominij, *l.1.C.de fund. dotal.* & dominium ſolo pacto ſine traditione non transfertur, *l.traditionibus, C.de pact.* 30

Secundò, nam & in feudo, vel emphyteuſi non dicitur contrauentum per alienationem,niſi ſequuta ſit traditio, Bald. Afflict. & alij, *in cap.1. de prohibita alienat. feud.per Feder.* Tiraquel.*de vtroque retract.part.1.gloſ.2. n.45.& ſeqq.* vbi plures allegat, Cephal.*conſ.101.nu.96. lib.1.*Corbul.*tract.de emphyt.tit.de cauſ.caduc.ob alienat. limit.38.*

Tertiò adduci poteſt *l.alienatum, ff. de verb. ſignific.* vbi propriè alienatum non dicitur conſequuta traditione. ergo cum ſimus in pęnalibus, in quibus ſit interpretatio ſecundum propriam ſignificationem verborum, hæc non erit alienatio, cum non ſit propriè alienatio.

Intellige procedere, niſi clauſula conſtituti, vel præcarij eſset appoſita in inſtrumento, quia tunc pęna eſſet commiſſa,Bar. *in l.ab emptione, in fine, ff. de pact.* Tiraquel. *de iur.conſtit.poſſ.limit.26.* vbi plenè Petr. *d.q.8. nu.26.& ſeq.* vbi alios adducit. Ratio eſt, quia ex clauſula hac conſtituti transfertur vera poſſeſſio, & dominium ſecundum Tiraquel. qui plures citat *loco citato, ampliat.1.* Et quia ſtatutum loquens de poſſeſſione habet locum etiam in poſſeſſione tranſlata per conſtitutum,vt poſt alios Petr. *d.q.8.num.28.*Et quia idem eſt in emphyteuta,qui licet non cadat alienando,quando traditio non eſt ſequuta, vt ſupra dictum eſt, tamen ſi eſt appoſita clauſula conſtituti cadit, Tiraquel.ex communi *d.limit.26.n.5.& 6.* Non tamen prædicta procedunt ſine contradictione, nam clauſulam conſtituti non operari effectum incurſionis pęnæ, niſi aliter ſit facta traditio, ex benigniori & æquiori opinione tenent Specul. Huid Pap. Rip.& Alciat.relati à Petr.*d.q.8.n.26.*& alios refert, & ſequitur Corbul. *loco citato,ampl 30.n.3.verſ. quinimmò permulti,* & hæc opinio facilius retinenda eſſet, quando alienans recuſaret traditionem ne contrauenir et præcepto teſtatoris,& ita proteſtaretur,ex traditis à Tiraquel. & Corbul. *locis citatis.* 31 32 33

Intellige ſecundò, quod ſi interueniſset quaſi traditio cauſata dimiſſione rei, pęna committeretur, Petra *d. q.8.num.59.& ſeqq.* 34

Intellige tertiò incurri pęnam, licet traditio non ſit 35 ſequuta

ſequutæ, quando in prohibitione dictum fuit, quod non attentent alienare, Pariſ. *conſ.* 00.*n*.7. *&* 27. *lib*.4. Menoch. *conſ*.322.*n*.59. *& ſeq*. Petra *d.q*.8.*n*.61. Et in fortioribus, Ruin. & Roland. relati *ſupra n*.28.

36 Declaratur quartò non habere locum, quando alienatio non fuiſſet executa, vel eſſet talis quod non poſſet effectum ſortiri, Cephal. *conſil*.379.*n*.79. Decian. *conſ*.57. *n*.16. *&* 17. *libro* 3. de hac tamen declaratione videnda erunt dicta *declaratione præcedenti*, & obſtant etiam dicta *ſupra num*.21.

37 Declaratur quintò nõ habere locum, quando alienatio eſt facta cum pacto redimendi, nam tunc ſic alienans non incideret in pœnam, Faber. *inſtitut. de empt. & vendit*. §.1. Ripa *in l. in quartam*, *n*.55. *& ſeqq. ff. ad leg. Falcid.* Gul. Bened. *in cap. Rainutius*, *par*.3.*n*.14. Alex. *conſil*.119. *nu*.6. *lib*.4. Decian. *conſ*.1.*nu*.293. *& ſeqq. lib*.1. Honded. *conſ*.58. *in fine*, *lib*.1. Petra *de fideicom. q*.8.*n*.247. *& n*.539. *& q*.10.*n*.88. vbi plures adducit.

Ratio eſt, quia non dicitur alienatum, quod recuperari poteſt. *l. alienatum*, *ff. de verbor. ſignif. iunct. d. l. qui actionem ff. de reg. iur*. Et res non poteſt dici apud emptorem, à quo auferri poteſt, *l. omnes*, §.1. *ff. de reg. iur*. ſicuti non videtur habere poſſeſſionem, quia eam non poteſt retinere. *l. non videtur*, *ff. de acquir. poſſeſſ*. cum alijs ſimilibus congeſtis, per Decianum *d. conſil*.1.*n*.293. *& ſeqq. libro* 1.

38 Accedit ſecundò, quod emphyteuta alienans cum pacto redimendi, non cadit à iure ſuo cum recuperando rem, eam habeat ex prima cauſa, Bald. *l. ab emptione*, *ff. de pact*. Ripa *in d. l. in quartam num*.55. Dec. *conſil*.88. *colum*.2.

39 . Cæterum quod pœna ſit commiſſa tenet M. Anton. Anguſ. *conſ*.102.*num*.15.

40 Pro cuius opinione facit, quia emphyteuta ſic alienando cum pacto luendi cadit à iure ſuo ſecundum aliam opinionem quam probarunt Gloſ. *in l. vlt. in verb. alijs vendere*, *in fine*, *C. de iur. emph*. Bero. *conſil*.86. *in fin. lib*.1. & alios refert, & ſequitur Corbul. *tract. de emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob cauſ. alienat. ampliat*.27.*n*.5.

41 Hæc tamen ſecunda ſententia poſſet ſuſtineri, quando alienatio eſſet facta cum pacto redimendi in potentiorem, & ſic eſſet difficultas eam luendi, ſecundum Ferdin. Loarez, *in d*. §. *Diui*, *n*.194.

42 Declaratur ſextò non procedere, quando venditio eſſet facta cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, nam ſic alienans non diceretur contrauenire præcepto teſtatoris, Alex. *l. ſtatuliber*, *num*.2. *ff. ad leg. Falcid*. Ferdinan. Loarez. *in d*. §. *Diui*, *num*.194. Bart. Romul. *in tract. de teſtat. præcept. bona extra famil. alien. prohib. numero* 214. *& ſeqq*. Gallus *de excep. ſucceſſ. tit*.2. *except*.4.*numer*.133.*part*.3. Licet contra teneat Romul. *d*. §. *Diui*, *num*.214. cuius opinio poſſet ſuſtineri ſi caſus pacti non contingit, & venditio remanſit pura, & irretractabilis, quod admittunt & Bart. Romul. & Gallus *vbi ſupra*.

43 Declaratur ſeptimò non procedere in alienatione conditionali, cuius conditio nondum euenit, nam pœna committeretur, nec poſſet dici contraueniſſe alienantem, Bart. *in l. neceſſariò*, *num*.2. *ff. de peric. & commod. rei vend*. Bald. *in l. hac venditio*, *in prima lect. in princip. ff. de contrah. empt. & in l. ab emptore*, & ibi Paul. Caſtr. *num*.9. *&* 10. *D. de pact*. Iaſ. *in l. vlt. nu*.138. *& n*.143. *C. de iur. emphyt*. Curt. ſen. *conſil*.8.*nu*.8. *& ſequenti*, Guid. Pap. *conſ*.58. *ad finem*, *& conſil*.126. *dubio tertio*, Petr. *de fideicom. q*.8 *n* 134. Ratio eſt, quia dominium non transfertur in emptorem, niſi purificata conditione *l*.2. *D. de in diem adiect*. & cum dominium ſemper fuerit apud prohibitum, non poteſt dici res alienata, & ſic nec deuoluta in fideicommiſſarium, *l*.1. *C. de fund. dot*.

In contrariam tamen ſententiam tranſiuit Rodoan. *de reb. eccl. non alien. q*.2.*num*.45. quia ex tali alienatione conditionali datur occaſio, quod dominium transferatur in emptorem eueniente conditione, & ideo obſtat alienanti regula, *l. oratio*. *D. de ſponſ*. quæ eſt, quod aliquo prohibito, cenſeatur & prohibitus actus, per quem peruenitur ad illud. Et hæc ſecunda opinio retinenda erit in caſu, quo conditio poſtea euenit, nam puri & purificati idem eſt iudicium, aliàs à prima opinione communi recedendum non erit. 44

Declaratur octauò non procedere, quando alienans dixiſſet, alienare ſi placuerit fideicommiſſario, vel ſaluo, & reſeruato illius conſenſu, vel ſi fideicommiſſarius approbauerit, vel ſi & in quantum de iure poſſunt: de quibus clauſulis erit videndus Petra *d.q*.8.*n*.13. *vſque ad nu*.30. vbi refert plures pro vtraque opinione, hanc tamen declarationem in terminis probauit Menoch. *conſil*.322.*n*.50. 45

Declaratur nonò non habere locum, quando alienans reſeruauit ſibi dominium, donec pretium ſoluatur, quia licet res ſit tradita, tamen adhuc non dicitur facta alienatio, Magon. *deciſ. Florent*.91. *& deciſ*.92.*n*.9. *& ſeqq. & n*.22. *& ſeqq*. reſpondet ad contraria. 46

Declaratur decimò, vt non procedat, quando adhibita eſt proteſtatio, quod non intendunt contrahentes contrauenire diſpoſitionibus teſtatorum, Menoch. *conſil* 322.*n*.50. Contrarium tamen ego crederem verius per ea quæ ſcribit Petra *d.q*.8.*n*.13. *& ſeqq*. 47

Declaratur vndecimò, non procedere in momentanea alienatione, vt ſi facta eſſet alienatio cum pacto, quod emptor ſtatim reſtitueret rem illis de familia, quorum contemplatione facta fuit prohibitio, Angel. *in l. voluntas*, *circa finem*, *C. de fideicomm*. Alex. *in l. ſtatuliber*. *num*.4. *D. ad leg. Falcid*. Crott. *in l. ſi is qui pro emptore*, *num*.7. *D. de vſucap*. Ioan. Annib. *in l. naturaliter*, *num*.14. *& n*.107. *D. de vſucap*. Ripa *in d*. §. *Diui*, *nu*.10. & ibi Opiz. *n*.100. Tiraquel. *in l. ſi vnquam*, *in verb. ſuſceperit liberos*, *n*.171. *C. de reuocand. donat*. Menoch. *de recup. poſſ. ſ. remed* 13.*nu*.89. Rodoan. *de reb. eccl. non alienan. q*.1.*n*.6. Piot. *conſ*.19.*n*.64. Bero. *conſil*.91.*n*.11. Ruin. iun. *conſil*.285.*n*.3c. 48

Declaratur duodecimò non habere locum, quando alienatio poſſet reſcindi ob enormiſſimam læſionem, ſecundum Ceph. *conſ*.375.*nu*.39 cuius opinio tuta non eſt, per ea quæ dicta ſunt *ſupra n*.21. 49

Declaratur decimotertio procedere in alienatione propria, aliud eſſet in alienatione impropria, Cephal. *conſ*.375.*n* 35 Petr. *d.q*.8.*n*.46. *verſ. Secundo declaratur*. 50

Niſi eadem militaret ratio in alienatione impropria, quæ in propria, Ceph. *d. conſ*.375 *n*.36. Petr. *d.q*.8.*n*.47. 51

Declaratur decimoquarto vt procedat, dummodò malus animus alienãtis interuenerit, aliud eſſet in alienatione facta non malo animo, Socin. iun. *conſil*.28. *lib*.1. Ceph. *conſil*.375.*n*.38. Honded. *conſ*.58.*n*.35. *lib*.1. vbi dicit dolum requiri in alienatione non ſolum re ipſa, ſed etiam conſilio, & animo interuertendi fideicommiſſum, & allegat Alban. *conſil* 97.*n*.35. *& ſeq*. & Port. *conſil*.38.*n*.36. idem Honded. *conſ*.45.*n*.41. *lib*.2. Petr. *de fideicommiſſ. q*.8.*n*.48. Rota Romana in collectis per Farinac. *deciſ*.429.*n*.3. *parte* 4. *in nouiſſ*. Sed contra faciunt allegati *infra num*.56. 52

Et in dubio non præſumitur malus animus, nec dolus, Ruin. *conſ*.109.*n*.12. *lib*.2. Honded. *conſil*.38. *num*.36. *&* 97. *lib*.1. *& conſil*.42 *n*.41. *& n*.48. *lib*.2. 53

Et aliquas coniecturas non mali animi ponderauit Rot. Romana *d. deciſ*.429.*nu*.3. videlicet, quando extat filius alienantis, vel quando alienatio eſt facta ad commodum fideicommiſſi ſubrogando bona vtiliora. 54

Declaratur decimoquintò non procedere in alienatione 55

tione

tione facta ab ignorante, quia licet alienatio ſit nulla, attamen non incurritur pœna contrauentionis, Dec. *conſil.* 57. *lib.* 3. Hier. Gabr. *conſil.* 119. *lib.* 1. Honded. *conſi.* 42. *num.* 13. *& ſeqq. & num.* 42. *lib.* 2. & dicit ſaltem ope reſtitutionis in integrum ſuccurri ex capite ignorantiæ aduerſus pœnam priuationis, ſi quæ incurſa eſſet, Rota Romana *deciſ.* 20. *deciſ.* 22. *nu.* 3. *& deciſ.* 49. *num.* 54. *parte* 1. *in nouiſſ.* Et in fortioribus relati in præcedenti declaratione: addo Rotam in collect. per Farinacium *deciſ.* 268. *parte ſecunda*, vbi etiam dicit non ſufficere ſcientiam teſtamenti, niſi appareat habita ſcientia omnium in teſtamento contentorum, maximè ſi captum eſſet longum tempus. ſed poſtea cauſa iterum præpoſita in Rota contrarium fuit deciſum, vt *in deciſ.* 281 *parte* 2. idem confirmatum *deciſ.* 342. *parte* 2. vbi dicit non præſumi ſcientiam, & ignorantiam eſſe probandam ab allegante, & in dictis locis adducuntur plures coniecturę ſcientiæ, & hanc declarationem probauit Rota in collect. per Farinac. *deciſ.* 593. *numer.* 4. *& ſeq. parte* 2. vbi dicit non ſufficere ſcientiam præſumptam, & quod requiritur ſcientia ſpecifica cum omnibus ſuis qualitatibus, & non præſumi ſcientiam, ſed probandam eſſe à vendicante bona, & vult procedere etiam in hærede extraneo, nec nocere productionem teſtamenti factam à procuratore.

56 Verum quod pœna contrauentionis ſit incurſa, & locus ſit ſubſtitutioni. tenet Paul. Caſtr. *in conſi.* 247. *n.* 5. *verſ. ſed & alia reſponſio, lib.* 1. quem refert, & ſequitur Surdus *conſ.* 284. *n.* 23. *lib.* 2. Sed à prima ſententia communi, & veriori recedendum non eſt.

57 Intellige tamen, quod ſuperueniente ſcientia tenetur alienans rem recuperare, aliàs incideret in pœnam, Hier. Gabr. *conſil.* 119. *in fine libri primi*, Rota Romana idem ſenſit *d. deciſ.* 20 *p.* 1. *in nouiſſ.* & vide *ſupra q.* 556. *n.* 19. & voluit Rota *d. deciſ.* 281. *num.* 3. *& ſeq. parte* 2. & confirmatur *deciſ.* 342. *parte* 2.

58 Declaratur decimoſextò non procedere, quando per alienationem non offenderetur mens teſtatoris, & ratio prohibitionis, licet contra verba expreſſa eſſet facta alienatio, quia tunc pœna locum non habet. Iaſon. *in d. §. Diui, in ſecunda lectura, num.* 78. Angel. *dicto conſ.* 169. *columna prima, verſiculo adeo, & verſic. & ſic.* Soc. iun. *conſil.* 28. *num.* 5. *libro* 2. Alba *conſilio* 97. *num.* 15. *& ſequenti, & conſ.* 109. *n.* 8. quos refert, & ſequitur Honded. *dicto conſil. num.* 15. *lib.* 1. *& conſ.* 42. *num.* 39. *lib.* 2. Rota Roman. *d. deciſ.* 429. *num.* 3. *parte* 4. *in nouiſſ.* & vide *ſupra num.* 15.

59 Declaratur decimoſeptimò, in alienatione facta ex cauſa neceſſitatis, quia neceſſitas excuſat à pœna, Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *n.* 106 *& ſeqq.* vbi allegat Oſaſch. *deciſ.* 167. & Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 182. *n.* 19. *vſque ad finem*, in quibus locis etiam hoc dictum declaratur, & quæ debeat eſſe neceſſitatis cauſa, de quo etiam dicam *quæſt.* 535.

60 Declaratur decimooctauò non procedere in alienatione rerum, quæ ſunt perituræ, vel deteriores, facturæ, nam poterunt alienari, vt dixi *ſupra q.* 544.

61 Declaratur decimononò, non habere locum, in alienatione facta pro detractionibus competentibus prohibito, quia alienando non incurreret pœnam, Rota Romana, vbi alij citantur *deciſ.* 429. & ſenſit *deciſ.* 487. *par.* 4. in collect. per Farinac. Honded. *conſ.* 58. *n.* 19. 26. *& per totum lib.* 1. vbi loquitur, quando prohibitus erat creditor teſtatoris, & vult poſſe alienari pro quantitate crediti, & in dictis locis plures alij eiuſdem opinionis adducuntur, & idem tenet *conſ.* 72. *nu.* 5. *eod. & conſ.* 42. *nu.* 29. *lib.* 1. vnde tamen dicta *ſupra q.* 68, an prohibitio alienationis afficiat legitimam.

62 Et ſic alienans cenſetur elegiſſe pro ſua legitima rem alienatam, Aret. *conſil.* 18. *n.* 5. Rim. iun. *conſil.* 148. *nu.* 47. *lib.* 2. Honded. *conſil.* 58. *n.* 21. *lib.* 1.

Quis autem teneatur probare alienationes excedere, 63
vel non excedere legitimam, & alias detractiones debitas, Rot. Romana *d. deciſ.* 478. *par.* 4. dicit hoc dubium fuiſſe irreſolutum, ſed poſtea *deciſ. ſequenti*, fuit deciſum alienantem teneri probare, alienationes ab eo factas non excedere legitimam, & fortius idem eſt dicendum, quando ageretur de alijs detractionibus, per ea, quæ dixit Rota *in deciſione præcedenti*.

Ratio eſt, quia agens ex fideicommiſſo ob alienatio- 64
nem factam contra prohibitionem, habet fundatam intentionem in alienatione, & licet alienans habeat etiam fundatam intentionem, quod legitima ſibi debetur, attamen non poteſt ſe iuuare, niſi etiam probet aliam qualitatem, quod alienatio non excedat quantitatem legitimæ, qui enim habet pro ſe regulam cum qualitate, debet illam qualitatem probare, Bart. *in l. item ſi ſuſpectus, ff. de procur. & in l.* 2. *§. diem.* & ibi Ang. *ff. eod.* Felin. *in cap. cum Ioannes, num.* 40. *extr. de fide inſtrum.* Ceph. *conſil.* 327. *num.* 6. & 7. Rota Roman. *dicta deciſ.* 496. & ita Rota deduxit hoc argumentum, *d. deciſ.* 488.

Ego tamen non poſſum aſſentire huic opinioni, nam 65
filius habet ſuam intentionem fundatam in iure communi, quod legitima debetur, & bona prohibita alienari, pro quantitate legitimæ poſſunt alienari, Rot. *d. deciſ.* 419 *& deciſ.* 487. ergo ſi actor non poteſt obtinere, niſi vltra legitimam ſit alienatum, & iſta qualitas, quod vltra legitimam ſit alienatum, ſit fundamentum ſuæ intentionis, ab eo erit probanda per reg. *& qui ait, ff. de probat.* & ſic hoc argumentum retorqueretur, & ita tenet Honded. *conſil.* 72. *n.* 6. *libro* 1. vbi dicit ita in duabus cauſis fuiſſe in Rota Romana deciſum, & ſecundum ſuum conſilium fuiſſe Peruſiæ iudicatum ab illa Rota, vt in fine conſilij.

Aduerte tamen, quod ſi res aliqua non potuit aliena- 66
ri, niſi tota, quod pœna contrauentionis non eſſet incurſa, licet vltra detractiones debitas eſſet facta alienatio, ſecundum Soc. iun. *in d. §. Diui, num.* 55. refert, & ſequitur Honded. *d. conſ.* 58. *n.* 29. *lib.* 1. per text. *in §. ſi familia, inſtit. de offic. iud.* Ratio eſt, quia prohibitio alienationis facta fuit fauore fideicommiſſi, & vocati ex prohibitione, at niſi admitteretur alienatio totius, quando pars rei commodè alienari non poteſt, ſequeretur contrarius effectus menti teſtatoris, quia ſi pars ſolum alienaretur, quæ poteſt alienari, reliqua pars efficeretur vilioris pretij, nimirum ſi cum non offendatur ratio prohibitionis, & mens teſtatoris admitti debet alienatio totius, arg. *l. quod fauore, C. de legib.* & egregiè in terminis ſic arguit Honded. *loco proximè citato*, qui etiã
allegat Soc. iun *in conſil.* 28. *n.* 2. Et facit etiam, quia pars 67
fundi reſpectu partis diuiſæ minori pretio æſtimatur, quam totus fundus, reſpectu totius indiuiſi. Gloſ. *in l. Mæuius, §. vlt. in verbo, cum familia ff. famil. erciſc.* Gloſ. *in l.* 1. *§.* 1. & ibi Bart. & Bald. *C. commun. diuid.* Roland. à Valle *conſil.* 71. *num.* 16. *& ſeq. lib.* 3. Honded. *d. conſ.* 58. *num.* 30. *lib.* 1.

Declaratur decimononò non procedere, quando alienatio afferret nullum, vel modicum præiudicium ei cui ea applicari debet, Angel. *conſil.* 168. Natta *conſil.* 470. *n.* 1. Honded. *conſ.* 58. *nu.* 31. *& ſeqq. lib.* 1. & quæ dixi *infra num.* 73.

Declaratur vigeſimò, non procedere, quando bona 68
eſſent communia inter teſtatorem, & heredem prohibitum, nam ſi prohibitus alienat, cenſetur alienare de ſua portione, & rem ſic alienatam pro ſua portione, vel ad eius computum elegiſſe, Honded. *conſil.* 58. *numero* 18. *verſ. primo quia, lib.* 1. qui mouetur quia & pro detra-

ctionibus

oogle

ſtionibus legitimæ, & alijs poteſt fieri alienatio, vt in præcedenti declaratione dictum fuit, Rot. Roman. *deciſ. 429. libro 4. in nouiſſ.* collectis per Farinac.

69 Ampliatur, vt totum alienare poſſit, quando pars commodè alienari non potuit, Honded. *vbi ſupra n. 29.* & dictum eſt *ſupra num. 66.*

70 Declaratur vigeſimoſeptimò, non procedere, quando ex re alienata acquiſita ſunt alia bona, licet non ſit facta acquiſitio per modum permutationis, Alba *conſ. 97. n. 13. & ſeqq.* Honded. *conſ. 58. n. 33. lib. 1.*

71 Maxime ſi acquirantur bona vtiliora, quo caſu, cum non offendatur mens teſtatoris, ſed fideicommiſſum magis pingue conſeruatur, alienatio aliàs prohibita erit permiſſa, Felin. *conſ. 42. num. 4.* Crott *conſ. 65. nu. 15. & ſeq. lib. 1.* Soc. iun. *conſ. 28. n. 5. & ſeq lib. 2.* Port. Imol. *conſil. 38. n. 31. & ſeq. lib. 2.* Alba *conſil. 97. n. 13. & ſeqq.* Honded. *d. conſil. 58. n. 33. lib. 1.*

72 Intellige tamen, quod ſi prohibitus prius acquiſiuiſſet bona, & poſtea alienat bona prohibita alienari quod non poteſt allegare ſe ſubrogaſſe bona iam acquiſita, Magon. *deciſ. Florent. 16 n. 39.*

73 Declaratur vigeſimoſecundò, non habere locum, quando fundus eſſet modici reditus, & malas qualitates haberet, vel longè diſtaret ab alijs bonis, quia poſſet alienari non obſtante prohibitione, vt poſt Roman. Becc. & Port. dicit Honded. *d. conſi. 58. n. 32.* & vide *ſupra ante numerum 68.*

74 Declaratur vigeſimotertiò, non habere locum pœnam contrauentionis, quando hi quorum fauore prohibita eſt alienatio conſenſerunt alienationi, *l. nihil §. 1. ff. de legat. 2. l. codicillis, §. 1 ff eod l. quoties, la 1.* & ibi Gloſ. Bart. Bald. Angel. Salicet. & alij, *C. de fideicom.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 348. C. de donat.* Menoch. *conſil. 58. n. 70. & ſeqq.* Alba *conſi. 97. nu. 7. 49. & ſeq.* Bartol. Romul. *in tract. de reſtut. præcept. bon. ext. famil. alien. prohib. n. 199. & ſeqq.* Gallus *in tract. de except. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. nu. 115. & ſeqq. par. 3.* cum alijs, adductis *q. ſeq.*

Ampliatur tamen, & ſubdecl. ſecundum ea quæ dixi *d. quæſt. ſeq.*

75 Declaratur vigeſimoquartò non habere locum, quando vocatus in caſum alienationis non contradixit, & poſtea moritur alienans non facta declaratione, quod ſit priuatus, nam contra hæredem alienantis non poterit habere locum pœna, Magon. latè *deciſ. Florent. 16. per totam, maximè nu. 45.* vbi allegat Rip. *in l. vlt. q. 70. C. de reuoc. donat.* Cuman. *conſil. 164.* & Burſat. *conſil. 91. nu. 5. lib. 1.* Rim. ſen. *conſil. 269. n. 7. & per totum, lib. 2.* vbi latè comprobat, & vide *q. 583. decl 3.* vbi patet rem non tranſire ſine difficultate, & vide etiam *q. vlt. n. 9.*

76 Declaratur vigeſimoquintò, quando non reperitur vocatus in caſum alienationis, Angel. *conſil. 168.* Dec. *conſ. 51. n 6.* Honded. *conſ. 58. n. 16. & conſ. 72. n. 19. lib. 1.* & dicam latius *q. 735.* an ſi nullus de familia reperiatur cuius fauore facta ſit prohibitio poſſit alienari.

77 In dubio autem iudicandum erit pœnam non eſſe cõmiſſam. Soc. iun. *conſ 28 n. 11, verſ. & licet, lib. 2.* Alba *d. conſ. 97. nu. 41.* quos refert, & ſequitur Honded. *conſ. 58. n. 43 lib 1. & conſ. 42. n. 46. lib. 2.* Port. *conſ. 38. n. 37.*

Declarationes aliæ colligendæ erunt ex dictis *q. 734.*

Minor autem & Eccleſia, an reſtituantur? Dixi *q. 730.*

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari ſibi præiudicat, nec poteſt emptorem moleſtare.*

Ampliatur etiã in tacito conſenſu reſultante ex præſentia cum taciturnitate, n. 2. contra n. 3. decl. n. ſeq.

Ampliatur etiam in prohibitione facta in cõtractu, n. 5.

Ampliatur, & ſi Eccleſia conſentiret, num. 6.

Limitatur in eo, qui conſenſit ratione officij, is enim ſibi non præiudicat, n. 7. contra alij ibid.

Limitatur in conſenſu præſtito ſuper actu reuocabili, vt ſuper teſtamento vel donatione cauſa mortis n. 8.

Limitatur, quando concurrit fideicommiſſum in caſum alienationis, & in caſum mortis, nam non præiudicatur ex conſenſu in fideicõmiſſo in caſum mortis, n. 9.

Limitatur reſpectu pœnæ impoſitæ prohibito ad fauorem tertij, aliud in pœna applicata conſentienti, n. 10.

11 *Conſenſus alienationis rei prohibitæ alienari non præiudicat filijs conſentientis, decl. tamen ibid. remiſſiuè.*

12 *Conſenſus præſtitus ſuper alienatione rei prohibitæ alienari non nocet ſequentibus in gradu.*

13 *Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari, ſibi præiudicat etiam in pretio & n. 15.*

Limitatur, quando reſultat fideicommiſſum & in caſum mortis, quia ſequuta morte prohibiti pretium repeti poterit, n. 14. contra n. 15.

Limitatur aliter remiſſiuè, num. 16.

17 *Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari efficitur indignus, & cadit à iure ſuo.*

Limitatur in conſenſu præſtito parte abſente, n. 18.

Limitatur in conſenſu tacito reſultante ex præſentia cum taciturnitate n. 19.

Limitatur reſpectu portionum cohæredum alienantium ſine illius conſenſu, num. 20.

QVÆSTIO DCCXIX.

Conſentiens alienationi rei prohibitæ alienari, vtrum ſibi præiudicet?

TRACTAVI latè ſupra quæſtione 560. an fideicommiſſarius conſentiendo alienationi factæ à grauato ſibi præiudicet? Et ibi aliqua etiam dixi de eo, qui conſenſit alienationi rei prohibitæ alienari, nunc autem plenius eadem diſputatio repetenda eſt in ſpecie iſta, quando ſumus in re prohibita alienari, circa quem articulum duplex erit inſpectio.

Prima, an is cuius fauore prohibita eſt alienatio bonorum à teſtatore, poſſit conſentiendo alienationi factæ per prohibitum ſibi præiudicare, ita vt dicatur ex tali conſenſu remiſſum fideicommiſſum? Et communiter omnes ſcribunt remitti poſſe, nec alienata reuocare permitti, in ſpecie Bart. *in l filiusfamilias, §. Diui, n. 20.* & ibi Paul. Caſtr. *n. 10.* Ferrer. *n. 101.* Romul. *n. 199.* Rip *n. 14.* Ferdin Loarez, *nu. 19. ad finem,* Opiz *num. 15.* Alciat. *n. 26.* & Cardin. Alban. *nu. 13 ff. de legat. 1.* Cin. *in l. quoties ab omnibus,* & ibi Odofr. Bald. Angel. Salic. Fulgoſ. & Paul Caſtr. *C. de fideicom.* Bald. *in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Bart. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum,* & ibi alij *ff de legat. 1.* Paul. Caſtr. *in auth. hoc res quæ n. 3.* & ibi Iaſ. *nu. 2. in 9 limit. C. commu. de legat.* Guliel. Bened. *in cap. Raynutius, in verb. & ſoboles, num. 49. ext. de teſtam.* Fulgoſ. *conſil 33.* Ioan. de Anan. *conſil. 47. n. 5.* Bertrand. *conſ. 6. num. 8 lib. 4.* Dec. *conſil. 448. nu. 29.* Soc. ſen. *conſ. 43. n. 3 lib. 4.* Rub. Alexand *conſ. 9. nu. 21. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 81. n. 45. & conſ. 82. n. 16. lib. 2.* Natta *conſil. 531. n. 35.* Alba *conſ. 379. n. 4.* Burſat. *conſil 173. nu. 62. lib. 2.* Surd. *conſ. 247. n. 26. lib. 3.* Peregr. *conſ. 58. n. 18. li. 1. & in tract. de fideicom. art. 40 num. 82.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73 n. 140.* Pert. *de fideicom. q. 14 n. 9.* Vul. *deciſ. 28. nu. 13. & deciſio. 185. nu. 5. & ſequenti,* Magon. *deciſio. Lucen. 59 num. 23.*

Probatur hæc ſententia *in l. nihil, §. 1. ff de legat. 1. in l. cum pater, §. liberis, ff de legat. 2. & in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiſſ.* Et ratio etiam addi poteſt, quia

quilibet

quilibet poteſt fauori ſuo renunciare.

2 Ampliatur primò, etiam in tacito conſenſu reſultante ex præſentia cum taciturnitate, ſecundum Gloſ. *in l. cum proponas filios*, & ibi Paul. Caſtrenſ. *C. de pact.* Bald. *in l. quoties, num. 3. C. de fideicom.* Crott. *d. §. Diui, n. 149.* & ibi Romul. *num. 200.* Guliel. Ben. *loco citato, num. 113.* Roman. *singul. 717. in fine*, Corn. *conſ. 144. numer. 8. lib. 3.* Alba *conſ. 317. nu. 2. lib. 2.* Burſat. *conſ. 173. n. 6. lib. 2.* Alex. *conſil. 8. num. 4. lib. 5.* Alciat. *reſp. 132. num. 11.* rurſus Alba *conſil. 102. numer. 5.* vbi tamen dicit contrariam opinionem eſſe communem, Crauet. *conſil. 237. colum. 2.* Ceph. *conſi. 318. n. 31. conſ. 326. n. 38. & conſ. 392. n. 23.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 116.* Ratio adducitur, quia præſens, & tacens præſumitur conſentire, ſi potuit contradicere, & non contradixit, *l. qua dotis, ff. ſolut. matrim.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 38.*

3 Alij tamen ſe habent in contraria ſententia, quod non ſufficiat præſentia cum taciturnitate, ita ſcribunt Bart. Iaſ. Dec. Alex. Alciat. Menoch. Craſſ. Petr. & Pereg. quos adduxi *d. q. 560. n. 21.* addo Alex. *conſ. 40. n. 10. lib. 1.* Ruin. *conſ. 13. n. 8. & 15. lib. 2.* Alban. *conſ. 105. n. 1. verſic. ſecunda ratio.* Burſat. *conſ. 173. n. 62. lib. 2.* & Tiraquel. *de vtroq. retr. par. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 156.*

4 Prima tamen opinio retinenda eſſet, quando præſens tacet malitioſè, vt fraudetur emptor ignarus prohibitionis alienationis, tunc enim ne ex dolo ſuo commodũ conſequatur, dicendum erit eum conſenſum præſtitiſſe alienationi, Bald. *in l. quoties, n. 2. C. de fideic.* Alber. *in l. fideiuſſor. §. 1. ff. de pign.* Roman. *conſil. 457. ad finem*, & ibi Mandoſ. *in addit.* Tiraq. *d. gloſſ. 9. n. 156.*

Pro declaratione huius ampliationis, vide alia *dicta quæſt. 560. num. 21. & ſeqq.*

5 Ampliatur ſecundò, & ſi prohibitio facta ſit in contractu, Alba *conſil. 279. num. 4. lib. 2.*

6 Ampliatur tertiò, etiam in Eccleſia vocata, Viu. *deciſ. 185. num. 4.*

7 Limitatur primò, in eo, qui conſenſit ratione officij, nam hic ſibi non præiudicaret, Bald. *conſil. 103. punctus ſuper quo, lib. 2.* alios addidi *d. q. 560. n. 26* vbi etiam retuli diſſentientes, & concordaui.

8 Limitatur ſecundò, in conſenſu præſtito ſuper actu reuocabili, vt in teſtamento, vel donatione cauſa mortis, Bald. *in d. l. quoties, C. de fideicom.* Rim. iun. *conſ. 343. num. 58.*

9 Limitatur tertiò, non procedere, quando concurrit fideicommiſſum in caſum alienationis, & in caſum mortis, nam fideicommiſſum in caſum mortis non cenſebitur remiſſum, Bald. *in d. l. quoties, n. 10.* & ibi Imol. *in addit.* Purpur. *in l. 1. nu. 13. C. de pact.* Bart. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, in ſecundo membro. ff. de legat. 1.* Gul. Bened. *in cap. Rainutius, in verbo ſi abſque liberis, in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, n. 113. ext. de teſtam.* Alexand. *conſ. 40. n. 10. lib. 4.* Ceph. *conſil. 731. n. 17.* Ratio eſt, quia fideicommiſſum non purificatum non cenſetur remiſſum, & conſenſus operabitur ne in vita grauati poſſit emptor moleſtari à fideicommiſſario, de quo articulo dixi in materia renunciationis fideicommiſſi, *quæſt.....num.....*

10 Limitatur quartò, reſpectu pœnæ, quæ eſſet impoſita in caſum alienationis ad fauorem alicuius tertij, licet ſecus eſſet, quando pœna eſſet applicata ipſi conſentienti, Angel. *conſil. 169.* Dec. *conſil. 584. n. 13. & conſ. 637. n. 16.* Rip. *in d. §. Diui, nu. 47.* Viu. *deciſ. 18. nu. 17. & deciſ. 185. num. 3.*

11 Sed an conſenſus patris noceat filijs, teneas non nocere, Fulgoſ. *in l. quoties, C. de fideicomm.* & ibi Iaſ. Socin. ſen. *in l. ſi cognatis, in vlt. oppoſit. ff. de reb. dub.* Loarez, *in d. §. Diui, num. 191. in fine*, Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita, parte 4. num. 223. ff. ad Trebell.* Guhelm. Ben... *in d. cap. Rainutius, in verb. & ſoboles, quem geſtabat, nu. 49.* Dec. *conſil. 260. n. 29.* Natta *conſil. 535. nu. 35. lib. 3.* Ceph. *conſ. 318. nu. 14. 15. & 25. lib. 3.* Menoch. *conſ. 563. nu. 22.* Honded. *conſi. 72. n. 32.* Suarez, *in comm. opin. tit. de lib. & poſthum. n. 35.* Tiraq. *de vtr. retr. § 1. gloſ. 9. nu. 144.* Boer. *deciſ. 12. n. 4. alijs congeſtis ſupra q. 557.*

Declarantur tamen hæc ſecundum ea quæ dixi dicta *quæſtione 557.*

12 Secundò autem vocatis an noceat conſenſus, dicas non nocere, prout dixi *d. q. 560. num. 28.*

13 In pretio autem an extendatur conſenſus, ita vt conſentiens non poſſit nec pretium conſequi à prohibito? Ego dico, quod aut reſultat ſolum fideicommiſſum in caſu alienationis & tunc pretium non poſſit peti, Gloſ. *in l. codicillis §. inſulam, cum ibi not. ff. de legat. 2.* & alij relati *infra num. 15.* Et ratio eſt, quia prohibitus non alienaret niſi extaret conſenſus fideicommiſſarij, & non alienando ille nil amitteret, & fideicommiſſarius nil pariter conſequi poſſet. Diſſentit tamen Marzar. *conſil. 61. num. 33.* vbi teſtatur de communi, ſed à prima ego non recederem.

14 Aut reſultaret etiam fideicommiſſum in caſum mortis, & tunc in pretio conſentiens non cenſetur ſibi præiudicaſse, Gloſ. *in l. nihil §. 1.* & ibi Doctor. *ff. de legat. 1.* Bart. & alij *in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verbor. oblig.* Bald. *in auth res quæ ad finem, C. comm. de legat.* & ibi Iaſ. *n. 2.* Alciat. *in d §. Diui, n. 26.* Marzar. *conſil. 61. n. 33.* vbi dicit eſse communem, Hieron. Gabr. *conſi. 125. n. 18. lib. 1.* Afflict. *in tit. qui ſucceſſ. ten. c. 1. n. 35.*

15 Alij tamen indiſtinctè tenent, in prohibitione alienationis non dari petitionem ad pretium, quia ex conſenſu caſus fideicommiſſi ad eius fauorem impeditur, Bart. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, col. 2. ff. de legat. 1. & in l. cum pater, § libertis*, & ibi Bald. & alij *ff. de legat. 2.* Bald. *in d. l. codicillis, §. inſulam ff. eod. & in conſil. 101. lib. 2.* Anchar. iun. *q. 17. n. 5.* Peregr. *de fideicomm. art. 40. n. 81.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 140.*

16 Declaranda tamen erunt hæc quæ dicta ſunt de pretio, ſecundum dicta *ſupra q. 560. num. 38. & ſeqq.*

Alia circa hunc caſum videnda erunt plenius, *dicta quæſt. 560.*

17 Secunda eſt inſpectio, an conſentiens alienationi ſit factus indignus fideicommiſso, & ſic cadat à iure ſuo, & pro affirmatiua ſtant *l. codicillis, § 1. cum pater, §. libertis. ff. de legat. 2. & l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiſſis*, & ita ſe habet recepta ſententia Scribentium, Bart. *in d. § libertis*, & ibi Paul. Caſtr. & alij, Angel. *in d. l. quoties*, & ibi Fulgoſ. Corn. & Iaſ. *C. de fideicomm.* Bald. *in cap. 1. §. illud, de prohib. alienat. feud. per Feder.* Bart. *conſil. 51. col. 15. verſic. & facit lib. 1. & conſ. 41. col. antep. verſ. ſecundo oſtendo lib. 3.* Soc. ſen *conſ. 23. n. 6. verſ. poſtremò, lib. 2.* Ceph. *conſ. 282. n. 20. & ſeq.* Dec. *conſ. .. n. 13. & 14. lib. 1. & conſil. 9. n. 70. & ſeq. lib. 2.* Surd. *conſil. 70. nu. 9. & ſeqq. lib. 1.* Menoch. *conſil. 1099. in fine*, Petra *de fideicom. quæſt. 8. num. 302. & qu. 14. num. 9.* Alexand. Raud. *deciſ. Piſan. 31. nu. 245.* Rot. Roman. *in nouiſſ. deciſ. 23. in fine, parte 1.*

18 Declaratur primò, vt procedat, quando conſentiens præſtat conſenſum parte præſente, quæ acquiſitionem facit, ſecus ſi pars eſset abſens, Caſtr. *d. l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Petra *d. q. 8. num. 302. verſ. breuiter, & num. 515.*

19 Declaratur ſecundò, non habere locum in tacito conſenſu reſultante ex præſentia cum taciturnitate, Bald. *in l. quoties, nu. 5. C. de fideicom.* Paul. Caſtrenſ. *in d. l. cum pater, § libertis*, Rimin. *conſil. 262.* Petra *d. q. 8. nu. 502. & 515. & q. 14. n. 9. & ſeqq.* & vide dicta *ſupra nu. 2. & ſeqq.* vbi retuli diſsentientes.

20 Declaratur tertiò, procedere reſpectu portionis illius

lius qui alienauit, & pro qua conſenſus eſt præſtitus, aliud eſſet in portionibus cohæredum, qui alienarunt ſine illius conſenſu, Magon. *deciſ. Florent. 50. n. 37.*

Alia videnda erunt *quæſt. præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis ad tempus adiecta ſubſtitutioni, elapſo tempore tribuit liberam alienandi facultatem, contra n. 7. decl. per totam quæſt.*

Declaratur, vt fideicommiſſum duret quoad alienata, num. 13.

Declaratur, quando ex bonis alienatis alia eſſent comparata, quia comparata ſunt reſtituenda, n. 14.

Declaratur, quando ſubſtitutio eſt facta, vt bona perpetuò in deſcendentibus vel familia remaneant, n. 15.

Declaratur non procedere, quando prohibitio alienationis ſine conſenſu tutoris, vel alterius eſſet facta ad tempus, n. 17.

Declaratur, quando doloſè & fraudulenter animo interuertendi fideicommiſſum alienatio eſſet facta n. 18. contra num. 19.

Declaratur, vt ſaltem quarta pars ſit reſeruanda fideicommiſſario, n. 21. contra n. 22. limit. n. ſeqq.

2 *Prohibitio alienationis hominis expreſſa facit ceſſare prohibitionem legis, decl. ibid.*

3 *Diſpoſitio ſpecialis derogat generali, vel ſaltem eam limitat.*

5 *Prohibitio alienationis ad tempus ſi eſt facta, poſt tempus alienatio dicitur permiſſa.*

8 *Prohibitioni alienationis facta, vt conſulatur ætati filiorum renunciari non poteſt.*

9 *Prohibitio alienationis ad tempus facta poſt tempus cenſetur permiſſa.*

10 *Prohibitio alienationis facta ad tempus filijs, præſumitur facta vt eorum ætati conſulatur.*

11 *Argumentum à contrario ſenſu non admittitur ad derogationem eorum, quæ teſtator expreſſè diſpoſuit, nec ad correctionem alterius partis teſtamenti.*

14 *Comparata ex bonorum alienatione facta permiſſione teſtatoris veniunt in fideicommiſſi reſtitutione.*

16 *Reuocatio fideicommiſſi non præſumitur.*

24 *Alienatione conceſſa non dicitur conceſſa hæredis inſtitutio, contra num. 25.*

32 *Poſiti in conditione filij ex coniecturis vocati, non poſſunt dici vocati ſtante permiſſione alienationis conceſſa grauato, contra n. 33.*

33 *Permiſſio alienationis inter ſeſe, an tollat ſubſtitutionem præcedentem?*

QVÆSTIO DCCXX.

Vtrum prohibitio alienationis ad tempus adiecta ſubſtitutioni elapſo tempore tollat præcedentem ſubſtitutionem?

1 DISPVTATIO non parum controuerſa eſt inter Doctores; ſi teſtator fecit ſubſtitutionem filio, ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſub alia conditione, poſtea prohibeat bonorum alienationem vſque ad certum tempus, puta vſque ad trigeſimum annum, an elapſis triginta annis poſſit filius liberè alienare bona, non obſtante tacita prohibitione reſultante ex ſubſtitutione, & fideicommiſſo, quod enim alienare poſſit, ſcribunt Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 679. ff. ad Trebell.*

Et conſulendo, Alexan. *conſ. 55. n. 7. lib. 3.* Iaſ. *conſ. 173. lib. 2.* Dec. *conſ. 513. n. 4.* Ruin. *conſ. 76. conſ. 112. conſ. 132. n. 6. lib. 2. & conſ. 121. n. 8. lib. 5.* Pariſ. *conſ. 25. n. 13. lib. 2. & conſil. 18. n. 8. lib. 4.* Crott. *conſil. 61. nu. 1. 8. & 29. lib. 1.* Mar. Anguſc. *conſil. 138. n. 1. & ſeqq.* Pariſ. *conſ. 25. n. 13. & ſeq. & conſ. 8. n. 3. & 4. lib. 2.* idem late tenet & defendit Armod. *inter conſ. vltim. volun. lib. 2. conſ. 80.* Marzar. *conſ. 8. nu. 19. & ſeq.* cui Rota Bonon. ſubſcripſit, Alciat. *reſp. 371. vbi n. 17.* dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, Soc. iun. *conſ. 163. num. 5. & 33. & conſ. 188. n. 11. & 12. & lib. 2.* Bero. *conſ. 146. nu. 12. lib. 2.* Mantic. *conſ. 163. n. 7. li. 1.* Alban. Card. *conſ. 41. n. 3.* Rim. iun. *conſ. 381. lib. 4. vbi præcipuè n. 67. verſ. ſed & ſecundo,* dicit hanc opinionē eſſe veriorem, Decian. *conſ. 7. n. 18. & ſeqq. li. 1.* vbi loquitur, quando dixit teſtator, quod nō poſſit alienare, donec fuerit ætatis annorum triginta, & dicit ſe ita alias conſuluiſſe, & ſubſcripſiſſe Torniel. & Mant. & ſecundum illud conſilium fuiſſe Mantuæ iudicatum, idem tenet *conſ. 27. n. 13. & ſeqq.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ. 78. n. 35. & 36. eod. lib. 3.* vbi pariter dicit eſſe communem opinionē, *conſ. 10 lateſſimè, & conſ. 42. per totū lib. 4.* Alex. Raud. *conſ. 13. n. 3. verſic. ſeptimo & n. ſeqq.* vbi loquitur in caſu, quando teſtator prohibuit, ne filij alienarent, niſi peruenerint prius ad ætatem annorū triginta, Pedroc. *conſ. 20. n. 147.* Bertaz. *conſil. ciuil. 60. n. 34.* Menoc. *conſ. 151. dubio ſecundo n. 27. & multis ſeqq.* vbi latè hanc opinionē defendit, *& n. 59. verſic. non obſtat vltimum,* dicit hanc eſſe magis receptā ſententiam, *conſ. 152. n. 59. & ſeqq.* vbi hanc defendit ab oppoſitionibus diſſentientiū, *conſ. 327. n. 107. & ſeq.* vbi teſtatur de magis recepta opinione, quod affirmat *& conſ. 379. n. 1. & conſ. 602. n. 8. & ſeqq. & nu. 16.* Honded. *conſ. 69. nu. 22. & ſeq. lib. 2.* Surd. *conſ. 294. lib. 2.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, eamque latè defendit à contrarijs Rota Rom. *inter conſ. Marzar. conſ. 8. in fine.*

Et in Tractatibus. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 17. num. 11.* vbi teſtatur Paduæ ita fuiſſe iudicatum, Pett. *de fideic. q. 3. n. 5.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 166. n. 26.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 19.* vbi tamen non exprimit caſum, quando aderat ſubſtitutio vltra prohibitionem alienationis ad tempus.

Suadetur primo hæc ſententia, quia expreſſa hominis prohibitio facit ceſſare tacitam legis prohibitionē, 2
l. cum ex filio §. 1. ff. de vulgar. cum concord. vt per Menoc. *d. conſil. 151. n. 35. libro 2.* & Dec. *conſ. 78. n. 23. lib. 3.* ergo expreſſa teſtatoris prohibitio hoc in caſu operatur, vt ceſſet prohibitio legis tacita, per quam res ſubiectæ reſtitutioni alienari non poſſint, *auth. res quæ, C. commun. de legat.*

Reſpondetur huic argumento multipliciter, & primò reg. *d. l. cum ex filio §. 1.* procedere, ſi vtraq; diſpoſitio tendit ad eundem finem, ſecus ſi ad diuerſum finem, & effectū *l. vlt. C. de pact. conuen.* Menoc. *lib. 4. præſump. 189. n. 115.* At hic teſtatoris prohibitio expreſſa facta vſque ad illud tempus, fauore filiorū fuit facta ne inconſulto propter fragilitatem ætatis alienarent, tacita vero prohibitio legis, ne fideicommiſſo ſubiecta bona alienētur, facta fuit fauore fideicommiſſariorū, & ita præcipuè reſpondent Paul. Caſt. & Dec. pro ſecunda opinione relati, & Magon. *deciſ. Florent. 149. n. 30. verſ. minus etiam.*

Reſpōdetur ſecundò, regulā, quod prohibitio hominis tollit tacitā legis prohibitionem, intelligi ſolum pro tempore, quo durat illa prohibitio, quæ fuit limitata ad tēpus, & elapſo tempore adhuc durat tacita legis prohibitio, ita in ſpecie reſpondent Caſt. & Dec. relati.

Reſpondetur tertiò, de iure communi nō fuiſſe prohibitam alienationem bonorum ante euentum conditionis fideicommiſſi, *l. vlt. § ſin autem auaritia C. com. de legat.* ſolum enim reſoluebatur alienatio purificata conditione, non ergo dici poteſt prohibitionem alienationis factam à teſtatore tollere prohibitionem tacitam legalem, quæ non erat tempore prohibitionis teſtatoris, ita Dec. *conſ. 386. num. 6. verſic. tertia reſpondetur.*

tur, Soc.iun.*conſil.*130.*n.*11.*verſic.item & ſecundo,lib.*1.

Reſpondet quartò, Dec. *d.conſ.*386.*n.*6.*verſic.quarto reſponderi poteſt*, quod prohibitio teſtatoris ad tempus, ceſſat tempore finito, non autem ex ea inducitur conceſſio alienationis finito tempore, quia inducta ad vnũ finem non debẽt contrarium operari, *l.legata inutiliter, ff.de adim.legat.*

Secundò, arguitur pro iſta opinione, quod teſtatoris diſpoſitio ita intelligi debet ne ſit fruſtratoria, & inanis, *l.ſi quando ff.de legat.*1.*cap ſi Papa, de priuil.in* 6. Atqui niſi dicamus poſt tempus permiſſam eſſe liberè alienationem, inanis eſſet & ſuperuacanea diſpoſitio teſtatoris, ergo, &c.

Reſpondetur non poſſe dici ſuperuacaneam prohibitionem teſtatoris, primò, quia ceſſabit prohibitio elapſo tempore, ſecundò, quia operabitur prohibitio pro legitima, vt conſultum dicatur fragilitati ætatis filij, & poſt tempus prohibitum licita erit alienatio.

3 Tertio accedit, quod ſpecialis diſpoſitio derogat generali, vel ſaltem eam limitat *l.vxorem* §.*feliciſſimo ff.de legat.*3.*l.quæſitum*, §.*vltimo ff.de fund.inſtruct l.cohæredi*, §.*qui patrẽ ff.de vulg.* Bar.*in l.generali*, §.*vxori ff.de vſuf.* Menoc. *conſ.*151.*n.*42. Atqui generalis eſt tacita prohibitio legis reſultans ex ſubſtitutione, prohibitio verò teſtatoris eſt ſpecialis, ergo per hanc illi erit derogatũ.

Reſpõdetur, quod generi per ſpeciem derogatur, ſed ſecundum formam, quæ continetur in ſpecie, nõ autem vltra, vel præter eã: Atqui prohibitio teſtatoris expreſſa eſt reſtricta ad tempus, ergo ſolum pro illo tempore afficiet generalem prohibitionem, & elapſo tempore ipſa generalis prohibitio ſuum effectum operabitur. Præterea ſpecialis prohibitio non eſt inducta ad finem derogandi generali prohibitioni, ſed eſt inducta ad finem confirmandi, ergo illi non derogabit, nec operabitur contrarium affectũ, *d.l.legata inutiliter ff.de adim.legat.*

4 Quartò confirmatur, quando clauſula ſequens, vel præcedens ſuam habet claram & ſpecificam determinationem de per ſe, clauſula præcedens, vel ſequens non refertur ad illam, *l.cohæredi*, §. *qui patrem*, & ibi Imol. Alexand. *ff.de vulg. l.cum vulgari, ff.de dot. prælegat.* Atqui clauſula prohibitionis alienationis ad tempus ſtat de per ſe, & habet ſeparatam determinationem, ergo non debet pendere ab alia clauſula, ſi filius deceſſerit ſine filijs.

Reſpondetur, quod non dicitur prohibitionem expreſſam, referri ad tacitam ex ſubſtitutione reſultante, immo vtraque clauſula, & diſpoſitio de per ſe ſtat, & ſuum operatur finem, ſcilicet expreſſa prohibitio ad tempus vſque ad tempus expreſſum, & poſt alia tacita reſultans ex ſubſtitutione.

5 Quintò ſuffragatur, quod prohibita alienatio ad tempus a contrario ſenſu poſt tempus cenſetur permiſſa, *l.pater filium*, §.*fundum, ff.de legat.*3.*l.ſtatu liberum* §.*vltimo, D.de legat.*2.*l.ſi minor. ff.de verbor. obligat.* & poſt multos citatos, Surd.*conſ.*194.*n.*5.*lib* 2. plures etiam refert Magon. *deciſ.Florent.*149.*n.*11.

Reſpondetur, quod prohibitio alienationis ad tempus efficit, vt poſt tempus ceſſet, ſed nõ per hoc cenſeatur conceſſa alienatio contra id, quod expreſsè diſpoſuit teſtator, vnde cum ſubſtitutio inducat tacitam prohibitionem, ſi filius moriatur ſine filijs, vel ſaltem reſolubilem eueniente illo caſu, ſequitur, quod alienationi permiſſio à contrario ſenſu inducta, intelligi debeat ſalua ſemper ſubſtitutione facta à teſtatore. Nec obſtat *d.l.pater filium*, §.*fundum, ff.de legat.*3. quia ibi poſt tempus nulla erat prohibitio, & ideo quia remanebat in diſpoſitione iuris communis reſultabat permiſſio alienationis, at in terminis huius quæſtionis poſt tempus remanet prohibitio tacita legis reſultans ex ſubſtitutione ad fauorem ſubſtitutorum, & ita declarat Magon. *d.deciſ.*149.*n.*28.*verſ.nec obſtat*, vbi etiam dicit eſſe de mente Bart. Vlterius reſp. quod argumentum è contrario ſenſu deſumi non poteſt cum ſic derogaretur expreſsè diſpoſitis per teſtatorem, & corrigeretur altera pars teſtamenti ex Alciat. & Magon. relatis *infra num.*12. ad quod etiam facit Peregr. *conſi.*38.*lib.*3. vbi pariter dicit aliud eſſe concedere alienationem, aliud non inhibere, nec in hac in materiam licitam eſſe argumentationem à contrario ſenſu. Vlterius alij tenent, quod ex prohibitione ad tempus non poſſit argui quod poſt tempus ſit permiſſa alienatio, vt dixi q.724. *num.*8.

Sextò, & vltimò adducitur argumentum quod ſumi debeat interpretatio, quod hæres cenſeatur minus grauatus quàm fieri poſſit, *l.vnum ex familia*, §.*ſi eam, ff.de leg.*2. Sed retenta hac opinione minus erit grauatus filius hæres, quia elapſo tempore poterit alienare, ergo hæc opinio retinenda erit, & vltra alios ſic in ſpecie arguunt Ruin.*conſ.*76.*n.*9.*lib.*2. Alciat. *reſp.*571.*nu.*1. Menoch.*conſil.*151.*num.*45. 6

Reſpondetur non verſari in dubio in hoc caſu, immo voluntas teſtatoris eſt clara, qui voluit ſubſtitutionem facere, & hoc modo ceſſat repugnantia, & ſeruatur voluntas teſtatoris.

Contrariam autem ſententiam probant alij, tenentes prohibitionem alienationis non tollere ſubſtitutionem præcedentem, quia ſequuta alienatione, alienata reuocari non poſſint a fideicommiſſario, Paul.Caſtr.*conſ.*263. *circa primum quæſitũ, dubio ſecundo lib.*2. Corn.*conſ.*97. *in fin.lib.*1. Inopr.*conſ.*12.*col.*3. Dec.*conſil.*386.*dubio primo*, quod eſt conſilium deciſiuum, *& in l.*1.*n.*28.*ff.de off.eius*. Crott. *conſil.*343.*n.*8 *verſic.ſed iſtis, & nu.ſeq.lib.*3. Tob.Non.*conſ.*90.*n.*4.8.*&* 18. cui etiam ſubſcripſerunt Lancel.& Eugen.Dec.*conſi.*23.*n.*21.*& ſeq.lib.*4. Pedroc. *conſil.*20.*n.*146.*& ſeq.* vbi dicit eſſe magis communem opinionem. Surd. *conſil.*294 *n.*4.*lib.*2. Gozad. *conſil.*80. Ruin.*conſil.*117.*n.*26.*& ſeqq.& conſ.*153.*n* 4.*& decimo, libro* 2. Pariſ.*conſ.*55.*n.*16.*conſ.*131.*n.*34.*& ſeqq.lib.*2. *& conſil.*25.*n.*30.*lib.*3. Alciat.*reſp.*495.*num* 6.*& ſecundum aliam impreſſionem conſ.*47. *in præſenti, n.*12.*conſ.*112.*col.vlt.& conſ.*136 *lib.*9. Soc.iun.*conſ.*136.*lib.*1.*& conſ.*188. *in fine lib.*2. Ceph.*conſ.*158.*n.*42.*lib.*2. Cacheran.*conſ.*40. vbi plenè defendit. Alban. *conſil.*41.*num.*3. Hier.Gabr. *conſi.*123.*n.*11.*& conſi.*132.*n.*1.*&* 6.*lib.*1. Odd.*conſ.*48. *n.*6 Peregr.*conſil.*40.*lib.*2. vbi in fine ſcribit ita fuiſſe iudicatum, *conſ.*38.*n.*3.*iuncto fine lib* 3.*conſi.*74.*n.*8.*li.*5. *& in tract.de fideicom.art.*40.*in tertia difficultate, n.*63.*& ſeqq.* Mantied.*tract de attent.lib.*1.*part.*6.*n.*5. Marzar.*in Epitom.de fideicom.q.*14. Prat.*de interpr vlt.vol.fol.*284. *nu.*15. Fabin.*lib.*4.*contr.iur.cap.*5. Ferdin.Loarez.*in l.filiusfamilias.*§.*Diui, n.*23.*in fine ff de legat.*1. Oſaſch.*deciſ.Pedem.*85.*n.*13. Magon.latè *deciſ Florent.*149. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, & ſecundũ eam fuiſſe iudicatum. Surd.*deciſ.*272.*n.*19. Alex.Raud. *deciſ.Piſan.*28.*n.*116.*vſque ad n.*123. & hanc iudicando probauit Rot.Roman.teſte Honded.*d.conſ.*69.*n.*84. Seraphin *deciſ.Bonon.*1244. vbi dictum erat, quod filius nõ poſſet alienare vſque ad vigeſimumquintum annum, neque poſtea, niſi cum conſenſu curatorum, & ibi probatur hæc opinio etiam quod alienatio non eſſet permiſſa cum conſenſu curatorum. 7

Argumenta huius opinionis ſunt multa, & primum quod duplex adeſt prohibitio, vna legis tacita, quia bona fideicommiſſi ſi reſtitui debent, in neceſſarium conſequens eorum alienatio eſt prohibita, *l.Marcellus*, §.*res quæ, D.ad Trebell.auth.res quæ, C comm.de legat.* Altera teſtatoris reſtricta ad tempus expreſſa, ergo licet poſt tempus ceſſet hæc expreſſa, non tamen ceſſat alia legis

tacita,

tacita, quia eueniente conditione bona alienata vendicari poſſint *l. vlt. §. ſin autem, C. comm. de legat.* Maximè cum vna prohibitio differat ab alia, nam tacita legis eſt inducta fauore ſubſtituti, expreſſa verò teſtatoris fa-
8 uore filij grauati, ne alienent inconſultè ob fragilitatem ætatis, *l. 2. ff. de vſucap. pro empt.* vbi etiam habetur, quod huic prohibitioni renunciari non poteſt, quod volunt, & Bart. *in l. filiusfamilias, §. Diui ff. de legat. 1.* & ſequitur Aret. *conſ. 22. col. 2. verſ. venio ad ſecundum.* Differunt etiam in alio, nam tacita legalis non impedit alienationem, ſed ſolum eam reſoluit eueniente conditione fideicommiſſi *d. §. ſin autem*, & ibi Doct. Ruin. *conſil. 32. num. 6. lib. 1.* & plenè dixi *ſupra quaſt. 554.* Prohibitio verò expreſſa teſtatoris efficit, vt alienatio facta contra teſtatoris prohibitionem ſit ipſo iure nulla, Gloſ. *in l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* & dixi in materia prohibitionis alienationis, *q. 717.* & hæc prohibitio locum habet ſiue prohibitus habeat liberos, ſiue non habeat, cum abſolutè ſit facta.

Reſpondent diſſentientes, præcipuè Ruin. *conſ. 112. nu. 4. & 5 lib. 2* & Menoch. *conſ. 151. n. 49. verſic. non obſtant nunc*, quod non poſſunt conſiderari duæ prohibitiones ſcil. legis, & teſtatoris, cum ſtante prohibitione teſtatoris expreſſa, nulla adſit prohibitio legis.

Secundum eſt argumentum, quod interpretatio ea ſumenda eſt, ne inducatur repugnantia, quia nec tunc valeret diſpoſitio, *l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur.* nec præſumitur voluntatis mutatio, *l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtr.* At qui niſi dicam elapſo tempore ſubſiſtere prohibitionem legis, adeſſet manifeſta repugnantia, quod voluerit teſtator bona reſtitui, & poſſe alienari, ergo huiuſmodi interpretatio reiicienda erit.

Reſpondetur retenta prima opinione nullam reſultare correctionem voluntatis, nec repugnantiam, nam fideicommiſſum firmum manebit, ſi moriatur filius ſine filijs poſt illam ætatem nulla facta alienatione, præterea non eſt repugnantia, quod vrgeat fideicommiſſum, & bona alienari poſſunt, nam grauatus reſtituere, quod ſupererit poteſt alienare, & extat fideicommiſſum, *l. Titius, ff. ad Trebellianum, & authent. contra magatus, C. eadem,* & plenè dixi *ſupra quaſt. 545. & quaſtione ſequenti.* ita reſpondent Iaſ. *in conſ. 173. col. 2. verſ. nec obſtat ſi diceretur, & colum. 3. verſic. non obſtat ergo primũ, lib. 1.* Alciat. *reſp. 571. n. 11. verſ. item reſpondeo.* Ruin. *conſil. 112. num. 9. lib. 2. & conſil. 121. num. 11 libr. 3.* Menoch. *d. conſil. 151. num. 49. verſ. non obſtat ſecundum*, & alij plures pro prima opinione relati.

Reſpondetur ſecundò, quod ſi à contrario ſenſu per prohibitionem alienationis ad tempus poſt tempus cenſetur data licentia alienandi, vt dictum eſt *ſupra num. 5.* nam prohibitum ad tempus poſt tempus cenſetur permiſſum, *l. Imperator, ff. de poſtul. l. ſi ita quis, ff. de vulgar. & pupill. l. pater filium, §. fundum. D. de legat. 3.* Pariſ. *conſil. 25. nu. 13. 14. lib. 2.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 48.* Menoch. *conſil. 151. num. 46. &*
9 *ſequentibus*, & dixi *quaſtione* .... ſequitur dicendum, quod ſi eſt data licentia alienandi, cenſeatur ſublata præcedens prohibitio legalis tacita ex ſubſtitutione inducta, & hoc ad tollendam repugnantiam, & ſic retorquetur argumentum, & in ſpecie ita dicunt Crott. *conſil. 61. n. 9. & ſeq.* refert & ſequitur Menoch. *d. conſ. 151. n. 49. verſ. non obſtat ſecundum, in fin.*

Tertiò adducitur, quando reducta ad vnum effectum non debent contrarium operari, *dict. l. legata inutiliter, D. de adim. legat.* Atqui prohibitio expreſſa ad tẽpus inducta fuit ad diſtinguendum poteſtatem alienandi, ergo contrarium operari non debet, vt poſt tempus alienandi licentia ſit data.

Reſpondent alij, immò mens teſtatoris non fuit ſolum reſtringendi facultatem alienandi ad tempus expreſſum, ſed fuit etiam dandi licentiam poſt aliud tempus, ad dicta *ſupra num. 5. & 9.* & in ſpecie ita reſpondet Menoch. *d. conſil. 151. num. 6. & verſ. non obſtat tertium,* vbi refert Ruin. *in conſil. 132. num. 5. verſic. & minus obſtat, lib. 2.*

Quartum eſt argumentum quod vbi adſunt duo impedimenta, vno ceſſante, non ceſſat aliud, *§. affinitatis, inſtit. de nupt.* At hic adſunt duo impedimenta, prohibitio teſtatoris, & prohibitio legis, ergo licet ceſſet prohibitio teſtatoris propter lapſum temporis adiectum prohibitioni, non debet ceſſare prohibitio legis.

Reſpondet huic argumento Menoch. *dict. conſ. 151. nu. 49. verſic. non obſtat quartum,* poſt Ruin *in conſil. 112. nu. 4. verſ. nec eſt verum, libro 2.* quod hic non concurrunt duo impedimenta, nec prohibitiones, nam expreſſa teſtatoris prohibitio tollit tacitam legalem, *l. cum filio, §. 1. D. de vulg.*

Ego tamen conſului pro ſecunda opinione, & nunc conſtanter & intrepidè in eadem perſiſto, quæ & in iudicijs videtur recepta, vt patet ex iam adductis, tutior etiam videtur, nam certum eſt ex ſubſtitutione filio factа teſtatorem voluiſſe, ne bona alienentur, ſed purificata conditione quod ſubſtituto reſtituerentur, dubium autem & incertum eſt, quomodo elapſo tempore prohibitioni alienationis adiecto voluerit alienationem permittere, an ſcilicet non obſtante ſubſtitutione, an verò caſu quo conditio non ſit purificata & prohibitio ad tempus appoſita cenſeatur, vt poſt tempus ſit data alienandi licentia, an verò ſolum voluerit teſtator, durante illo tempore prohibere alienationem ætatis filij ne inconſultò alienaret, proſpiciendo: vnde tutius eſt in hac dubietate, ſeruare voluntatem teſtatoris claram, quod ſubſtitutio ſuum ſortiatur effectum, nec poſt tempus prohibitionis cenſeatur abſoluta licentia alienandi data, ſed ſolum prohibitio ad tempus operetur, vt durante illo tempore teſtator noluerit quoquomodo bona alienari proſpiciẽdo ętati filij, vel alias ob cauſas, hoc enim modo, quæ ſunt clara remanent clara, & declarant obſcura, non autem obſcura mens circa prohibitionem ad tẽpus declarat ſubſtitutionem claram, & ita etiam declarant, Peregr. *d. art. 40. nu. 65.* vbi comprobat & Fachin. *d. c. 75.* Quod autem prohibitio facta ad tempus cenſeatur facta, vt teſtator prouideret vtilitati filiorum, ne legitimam inconſultò intra il- 10
lud tempus alienarent, ſcribunt Opiz. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 28* & ibi Zaſ. *in 2. lect. nu. 12.* & Crott. *col. 4. q. 1. ff. de legat. 1.* Rub. *conſil. 27.* Menfred. *tract. de attent. par. 6. n. 5.* Ad quod facit & Bald. *in l. cum ex filio, ff. de vulg. & in filijs matrem,* & ibi Salicet. *C. de inoff. teſtam.* Et ſic 11
interpretando omnia rectè procedunt, nec diſpoſitio teſtatoris eſt reprehenſibilis, & ſemper facienda eſt interpretatio, quæ à prudentibus reprehendi non poſſit, *l. Saluius Ariſto, ff. de legat. præſtan. & l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 199.* Nec ex prohibitione ad tempus a contrario ſenſu elici poteſt poſt tẽ- 12
pus licentia alienandi, quia non licet arguere à contrario ſenſu, ad derogationem eorum, quæ expreſsè à teſtatore ſunt diſpoſita, vel ad contractionem alterius partis teſtamenti, Alciat. *conſ. 78. n. 3. lib. 9.* Magon. *deciſ. Florent. 149. num. 28.*

Prima tamen opinio, ſi magis placeret, non abſolutè erit intelligenda, ſed multipliciter declaranda, & pri- 13
mò, vt fideicommiſſum expirauerit quo ad bona alienata, ſed quo ad non alienata duret, & ita intelligunt Ruin. *conſ. 13. n. 5. in fin. conſil. 112. n. 9. conſil. 152. in fi lib. 2. & conſ. 121. n. 11. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 25. n. 25. lib. 2.* Alciat. *conſ. 44. n. 12. & conſ. 136. dubio ſecundo, lib. 2.* Hier. Gab. *conſ. 123. n. 41. lib. 1.* vbi loquitur in fortioribus terminis, quan-

quando ſcilicet expreſsè permiſſa eſt alienatio, *& conſil.* 99.*n.*10.*& ſeq.lib.*2. Menoc. *conſ.*151.*nu.*49.*verſ.non obſtat ſecundum, & conſil.*152.*n.*67.*verſ.reſpondetur*, Surd. *conſil.*294.*n.*12.*verſic.non obſtat igitur*, lib.2. Decian. *cōſ.* 42.*n.*6.*lib.*4. Honded. *conſi.*69.*n.*23.*lib.*2. Pereg. *de fideicomm.art.*40.*n.*64.& ſentiunt omnes.

14 Declaratur ſecundò non procedere, quando ex bonis alienatis alia eſſent comparata, nam comparata bona reſtitui debent, Alciat. *conſil.*79.*n.*29. *lib.*9. Peregrin. *de fideic.art.*40.*nu.*44.*in fine*, Magon. *deciſ. Florent.* 149.

15 Declaratur tertiò non procedere, quando ſubſtitutio eſt facta, vt bona in familia, vel in deſcendentibus perpetuò remaneant, nam ſi poſtea addatur prohibitio alienandi ad tempus, poſt tempus non cenſeretur conceſſa licentia alienandi, ita poſt Paul. Caſtr. Dec. Pariſ. & Socin. iun. ſcribit Menoch. *conſ.*151.*in fine*, *& conſil.* 152.*n.*67.*verſ.octauò*, *& n.*32.49.*&* 51. vbi declarat Magon *deciſ. Florent.*149.*n.*24. vbi rationem reddit, quod veriſimile non ſit, teſtatorem ex vna parte velle perpetuum fideicommiſſum conſtituere, & ex alia committere arbitrio hæredis ſui deſtructionem eius voluntatis, cōcedendo licentiam alienādi: cum fideicommiſſa in dubio præſumi non debeant reuocata, Ceph. *conſil.* 67.*nu.* 4.*& conſil.*267.& dictum eſt ſupra *quæſt.* 580.

16

17 Declaratur quartò non procedere, quando teſtator prohibuiſſet alienationem intra trigeſimum annum ſine conſenſu matris, vel tutorum, quia per hoc vltra illud tempus non dicitur conceſſa alienatio, ſed tantum dicitur permiſſa intra trigeſimum annum cum matris, vel tutorum conſenſu, Peregr. *de fideicom. art.* 40. *difficultate* 3.*num.*66. Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 85. Magon. *deciſ. Florent.*149. & vide pulchram deciſionem, Rotæ apud Seraph. *deciſ.*1244. vbi erat dictum quod prohibebatur alienatio *vſque ad* 25. *annum*, & poſtea niſi cum conſenſu teſtatorum, & vult licentiam alienandi concernere cauſas legitimas, ſed cum conſenſu curatorum, & illis mortuis poſſe prohibitum alienare liberè, ſed tamen ſolum ex cauſis legitimis.

18 Declaratur quintò non habere locum, quando dolosè, & fraudulenter animo interuertendi fideicommiſſum eſſet facta alienatio, nam hæc non præiudicaret ſubſtitutis, Ruin. *conſ.*153.*in fine lib.*2. *conſil.*121.*nu.*11. *lib.*3. Pariſ. *conſil.*25.*n.*25.*lib.*2. Surd. *conſ.*294. *nu.* 13.*lib.* 2. Magon. *deciſ. Florent.*149.*n.*8.

19 Contrariam ſententiam probarunt Soc. ſen. *conſi.*31. *n.*15.*lib.*4. Pariſ. *conſ.*72.*in fine lib.*3. & Anchar. iun. *libr.* 1.*q.*12.*n.*4. Decian. *conſil.*27.*n.*43.*lib.*3. vbi alios adducit, & ratio eſt, quia alienans non ſubuertit fideicommiſſum, ſed teſtator, qui licentiam dedit alienandi poſt illud tempus, & qui facit alienationem ex permiſſione teſtatoris, non poteſt dici, quod in fraudem alienet, Socin. ſen. *conſil.*31.*in fine lib.*4.

20 Declaratur ſextò, vt ſi prohibitio ſit facta per verbum prohibuit ſimpliciter, non dicatur poſt tempus permiſſa alienatio, cum non ſequatur, prohibuit intra certum tempus ergo poſtea permiſit, quia inter vnum, & aliud datur medium, ſicuti intra velle, & nole, *l.*1.*§. ſcientia ff. de tribut. act.* medium autem erit, non prohibuit: ſi verò ſit facta prohibitio per verbum, non poſſit, tunc poſt tēpus alienatio erit permiſſa, nam inter poſſe, & non poſſe non datur medium, & ita declarat diſtinguendo. Ruin. *conſil.*132.*lib.* 2. quem refert & ſequitur Magon. *deciſ. Florent.*149.*n.*11. *ad medium*, 12.13.*&* 22. *verſ. à qua in iudicando*, vbi in his terminis allegat Soc. iun. *conſil.*130.*lib.*1. & in eodem caſu, Tob. Non. *conſil.* 90.& Oſaſch. *d. deciſ. Pedem.*85. [Cōtra tamen, etiam in caſu, quando dictū fuit non poſſit tenent Dec. *dict. conſ.* 386. Soc. iun. *d.cōſ.*130. Non. *d.conſ.*90. Pedem. *deciſ.*85. quos refert, & ſequitur Magon. *d. dec.*149.*nu.*22.*verſic. Aqua*, licèt hos allegauerim per errorem pro prima opinione, & ita ego tenui in vna Romana coram Sacro Auditorio pro D. Eq. Guidario, *vt in conſil.*15.]

Declaratur ſeptimò, vt ſaltem quarta pars ſit reſeruanda fideicommiſſario, Soc. ſen. *conſ.*114.*lib.*3. *& conſ.* 31.*lib.*4. Pariſ. *conſil.*25.*n.*25.*lib.*2. Alciat. *conſil.*47.*n.*12. *& conſil.* 136.*in fine lib.*9. Soc. iun. *conſil.*130. *lib.*1. Bero. *conſ.*86.*n.*26 *& conſi.*101.*n.*9.*lib.*2. Decianus *conſ.*42.*n.* 6.*& ſeq.lib.*2. Surd. ſenſit *conſ.*294.*n.*13. dum dicit fideicommiſſum operari in quarta reſeruanda, Magon. *deciſion. Florent.*149.*n.*9. 21

Contrariam ſententiam probarunt Iaſ. *conſil.*232.*dubio tertio*, *lib.*2. Ruin. *conſil.*76.*nu.*13.*libr.*2. Anchar. iun. *lib.*1.*q.*12.*n.*4. 22

Subdeclaratur primò vt procedat, quando ſumus in caſu, quod non eſt permiſſa alienatio per vltimam voluntatem, ſecus ſi & per vltimam voluntatem permiſſa eſſet alienatio, quia tunc nec quarta eſſet reſeruanda ſubſtituto, Ruin. *conſ.*76.*n.*13. *& cōſ.*112.*n.*9. *&* 10.*libr.* 2. A quo diſſentit Pariſ. *conſ.*25.*n.*25.*lib.* 2. [Sed pro opinione Ruini ſtant Surd. *conſ.*10.*lib.*1. *& ipſe* Ruin. *conſil.* 153.*n.*13.*lib.*2. Barz. *deciſ. Bonon.*121.*nu.*47.] 23

Et per verbū alienare in terminis iſtis nō eſſe permiſsā hæredis inſtitutionē voluit Soc. iun. *cōſ.*103.*n.*31.*li.*2. 24

Sed contra, quod & inſtitutio hæredis dicatur cōceſſa tenent Decian. *conſ.*10.*n.*42.*&* 43.*li.*4. Raud. *conſil.*18. *n.*37.*& ſeqq.lib.*2. Sed hæc pendent ex dictis *quæſt.*582. 25

Subdeclaratur ſecundò, quādo teſtator poſt tempus dedit expreſſam licentiam alienandi, quia quarta fideicommiſſario reſeruanda non erit, Ruin. *conſil.*76.*nu.*13. *conſ.*121.*n.*12.*& conſ.*153.*nu.*13. *&* 14.*lib.* 2. Contra tamen tenent Pariſ. *d.conſil.*25.*n.*25.*lib.*2. 26

Porrò ſunt aliqui caſus, in quibus locum haberet prima opinio, & in illis poſſet fieri alienatio bonorum elapſo tempore adiecto prohibitioni, & erunt tot limitationes ſecundæ opinionis. 27

Primus eſt caſus, quando prohibitio eſſet facta per verbum, donec, vt ſi teſtator dixit, prohibeo alienationem bonorum, donec alter filiorum impleuerit annum trigeſimum, quia tūc poſt trigeſimum annum erit permiſſa alienatio. Dec. *conſ.*584.*n.*21. Pariſ. *conſ.*25.*nu.*13, 16.*& conſil.*90.*n.*30.*lib.*2. quos refert & ſequitur Decianus *conſil.*9.*n.*9.*lib.*2.*& conſil.*10.*n.*14.*& ſeqq.lib* 4. addo Menoch. *conſ.*151.*n.*1. vbi etiam citat Roland. à Valle *conſ. vlt.nu.* 84.*lib.* 4. Et hoc quia dictio, donec, eſt limitatiua, ſecundum Pariſ. Roland. à Val. & Menoch. *locis citatis*, & in his terminis conſuluit & Soc. iun. *conſil.*178.*nu.*11.*& ſeq.lib.*2. 28

Secundus caſus eſt, quando teſtator dixit, quod filius non poſſit alienare, niſi poſt trigeſimum annum: virtus enim dictionis, niſi, eſt ſequentia ponere, & denegata concedere, & in his terminis conceſſam eſſe alienationem, volunt Pariſ. & Soc. iun. citati ſupra pro prima opinione, Decian. *conſ.*78.*n.*15.*& ſeqq.& nu.*44.*& ſeq.* vbi alios adducit *lib.*3.*& conſ.*10.*n.*14.*& ſeqq. lib.*4.& poſt Ruin. citatum, idem ſenſit Magon. *deciſ. Florent.* 149.*n.*23. Et dictionem, niſi, importare quod poſt tempus poſſit filius alienare, probatur arg. *l. quibus diebus, §. quidam Titio, in fine, ff. de condit. & demonſtr.* 29

Contrarium tamen, & in his terminis tenuit Fachin. *lib.*4.*controu.iur.cap.*75. *in fine verſic. nec verbum illud*, vbi dicit dictionem, niſi non operari plus quam argumentum à contrario ſenſu, ita vt teſtator videatur non prohibere, & conſequenter permittere alienationem poſt trigeſimum annum, ſi tamen hoc fiat ſaluo iure fideicommiſſi, nec illud deſtruatur & in his terminis loquitur, & Dec. *conſ.* 386. cuius tamen fundamenta deſtruit Decian. *d.conſ.*78.*n.*16 *lib.*3. 30

Tertius caſus eſt, quādo teſtator in primo teſtamento ex 31

to expreſsè poſt tempus conceſſiſſet alienationem, quia ſi poſtea in ſecundo teſtamento prohibeat ad certum tempus alienationem ſimpliciter, cenſetur poſt illud tempus conceſſiſſe alienationem in præiudicium ſubſtituti, ita Decian. *conſil.* 10. *num.* 21. *verſ. tertio colligitur libr.* 4.

Quartus caſus eſt, quando poſt prohibitionem temporalem permiſſa eſt expreſsè alienatio, vt dictum ſit, poſt verò tempus annorũ triginta poſſit alienare, nam hoc caſu licita erit alienatio non obſtante ſubſtitutione, Soc. iun. *conſ.* 163. *nu.* 36. *& ſeqq. lib.* 1. Alciat. *conſ.* 483. *nu.* 13. Cacher. *conſ.* 40. *col. pen. & vlt.*

Quintus caſus eſt, qui non habet dubium, quando dictum fuit, & volo poſſe poſt tempus alienari non obſtante prohibitione prædicta, Ruin. *conſil.* 109. *num.* 9. *libr. ſecundo*.

32 Sed quid ſi hæres grauatus, ſi deceſſerit ſine filijs, & prohibitus ad tempus alienare, habeat filios, & agatur an poſt tempus potuerit alienare in præiudicium filiorum poſitorum in conditione: hunc caſum habuiſſe in facto, & contendebatur alienationem rectè factam fuiſſe, quaſi quod filij poſiti in conditione non cenſerentur vocari, cum per prohibitionem ad tempus tacitè poſt tempus cenſeretur conceſſa alienatio, vnde deſumebatur coniectura, quod teſtator noluerit facere fideicommiſſum, quia quod bona ſint fideicommiſſo ſuppoſita, & quod poſſint alienari, quodammodo contraria dicũtur. pro qua opinione nil allegabatur, ſed adduci poteſt doctrina Odd. *conſil.* 49. *nu.* 58. *in fine*, vbi ferè in his terminis loquitur. Et confert quod ſcripſerunt Alexan. *conſil.* 202. *nu.* 7. & Iaſ. *conſ.* 135. *lib.* 2. qui dixerunt, filios in conditione poſitos non cenſeri vocatos ex coniecturis, quando teſtator grauato dedit libertatem alienandi bona, de quo dixi *q.* 491. *nu*....

33 Ego tamen contrariam ſententiã defendebam, quod ſtantibus coniecturis vehementiſſimus, & approbatis poſiti in conditione eſſent vocati, nec alienatio poſt tẽpus eſſet permiſſa: etenim verum non eſt, quod conceſſio alienationis tacitè reſultans ex prohibitione ad tempus ſit fideicommiſſo contraria, & quod ex hoc excludantur coniecturæ legitimæ vocationis poſitorum in conditione, vt dixi *d. q.* 461. *num*.... vbi poſt alios ibi citatos dixi, quod ſi teſtator facit fideicommiſſum ſub conditione, ſi hæres ſine filijs, & ſine teſtamento decederet, & hæres moriatur cum filijs, ſi illi ex coniecturis præſumuntur vocari, quod ita demum erunt admittendi, ſi hæres moriatur non facto teſtamento, at facere teſtamentũ eſt contrarium fideicommiſſo, & tamen Doct. per hanc conditionem, ſi deceſſerit ſine teſtamento, nõ recedunt à coniecturis vocationis. Immo Ruſtic. *tract. de liber. in cond. poſit. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 14. *& ſeqq.* idem ſentit & ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine filijs, & ſine bonorum alienatione, & concedit cenſeri vocatos extantibus cõiecturis, & ſuccedere poſſe ex ſubſtitutione, dummodo bona non ſint alienata, ſequitur eandem opinionem Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 70. *n.* 90. & poſt eum Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 26. *num.* 169.

Ad authoritatem Odd. reſpondebam, quod ille loquitur quando dubitatur, an ſubſtitutio ſit directa, vel fideicommiſſaria, & dicit præſumi directam ex illa coniectura, & ſic diſpoſitio teſtatoris operatur ſuum effectum in aliqua ſpecie ſubſtitutionis, in caſu verò illo ſtãtibus coniecturis vocationis, non erat conueniens recedere ab illis ex alia minus vrgenti coniectura, quæ etiã non eſt contraria, tantò magis cum prohibitio alienationis ad tempus poſſit operari ſuos effectus, vt videri poteſt apud Doctor. qui defendunt ſecundam principalem opinionem.

34 Quid autem dicendum ſit, quando teſtator facit fideicommiſſum inter deſcendentes, & dixit quod bona poſſint alienari inter ſeſe, an ex hoc dicatur ſublatum fideicommiſſum præcedens? dicam *q.* 736.

Præterea aduerte, quod ſi prohibitio alienationis ſit facta ad alium finem, quam ſubſtitutio, quod tunc non erit ſublata ſubſtitutio, ita ſcribunt Non. *d. conſ.* 90. *n.* 4. *&* 18. Menoch. *conſ.* 151. *& conſ.* 602. *nu.* 1. *verſ. reſpondetur, iuncto n.* 5. Hond. *conſ.* 69. *n.* 84. *& ſeq. lib.* 2. Pedroc. qui alios adducit & teſtatur de communi opinione, *d. conſ.* 20. *n.* 258. *& ſeq.* 35

Diceretur autem prohibitio tendere ad diuerſum finem, quando eſſet facta vt cõſuleretur imbecillitati hæredum prohibitorum, vel vnus eſſet ſubſtitutus in caſum contrauentionis, alius verò in caſum mortis.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita res alienari ſemel alienata, perpetuò eſt facta alienabilis, decl. num. ſeqq.*

2 *Prohibita res ſemel alienata non fit perpetuò alienabilis quando ex prohibitione reſultat fideicommiſſum in caſum mortis.*

3 *Prohibita res alienari cum facultate alienandi in familia ſi ex prohibitione reſultat tantum fideicommiſſum in caſum contrauentionis, re ſemel licitè alienata remanebit ſemper alienabilis.*

Limitatur quando prohibitio eſt realis, n. 4.

Limitatur, quando adeſſent verba perpetuitatis, n. 6.

5 *Prohibito alienationis perſonaliter facta operatur, vt re ſemel licitè in alium alienata perpetuò ſit alienabilis.*

Limitatur, quando in prohibitione adſunt verba perpetuitatis, nu. 6.

Limitatur in alienatione facta in fraudem, n. 7.

Limitatur, quando prohibitio licet perſonaliter facta effectu eſſet realis, nu. 8.

Limitatur, quo ad portiones cohæredum peruentas ex iure accreſcendi, vel ſubſtitutionis, n. 9.

Limitatur, quando prima alienatio eſt facta extra familiam contra prohibitionem, & alius de familia recuperauit, nam is non poſſet poſtea liberè alienare, numero decimo.

Idem ſi ipſe alienans recuperaſſet ab extraneo, nam non poſſet poſtea in alium extraneum alienare, n. 11.

Aliud ſi prima alienatio facta fuiſſet licitè, nam facta recuperatione ab alienante, poterit poſtea liberè alienare, n. 12. *decl. ibid.*

Limitatur, quando alienatio non habuit effectum, numero 13.

QVÆSTIO DCCXXI.

Vtrum res prohibita alienari, ſi ſemel ſit alienata ſit facta perpetuò alienabilis?

REcepta eſt ſententia, quod res prohibita alienari, ſi ſemel facta eſt alienabilis ſemper durat alienabilis, ſicuti pro regula ſic tradiderunt Gloſſ. *in c.* 2. & ibi Doct. *de feud.* Marſil. *in l. vltim. num.* 73. *ff. de iuriſdict. omn. iud.* Iaſ. *in l. voluntas, num. duodecimo, Cod. de fideicommiſſ.* Ripa *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 64. *ff. de legat.* 1. Cardin. ad Barr. *in l.* 1. *num. tertio, C. de eden.* Signor. *conſil.* 210. *numer. ſeptimo,* Siluan. *conſil.* 56. *nu.* 31. Ruin. *conſil.* 113. *nu.* 5. *lib.* 1. Grat. *conſil.* 21. *nu.* 39. *lib.* 2. Rimin. ſen. *conſil.* 505. *nu.* 7. Bero. *conſil.* 81. *n.* 17. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 462. *n.* 35. Dec. *conſ.* 33. *num.* 42. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 4. *nu.* 22. *& conſ.* 49. *n.* 62. *lib.* 1. Menoc. *conſ.* 87. *n.* 63. Capic. *dec.* 156. *n.* 22. Pereg. 1

deciſ. 2. n. 11. Et probatur clarè *in l. pater filium, §. quindecim ff. de legat. 3. cum concord.* de quibus infra.

Verum quia iſta materia eſt ſatis ampla, & inuoluta, ideo pro plena eius intelligentia, conſtituo plures caſus.

2 Primus caſus eſt, quando ex prohibitione alienationis reſultat fideicommiſſum in caſum mortis, & tunc res ſemel alienata non erit perpetuo alienabilis, ſed remanebit ſubiecta fideicommiſſo reſultante ex prohibitione in caſum mortis Cephal. *conſ. 46. n. 41. & ſeqq. lib. 4. & in 2. vol. commun. opin. tit. ad Trebell. n. 57. per l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2.*

3 Secundus caſus eſt, quando reſultat fideicommiſſum ſolum in caſum contrauentionis & teſtator conceſſit facultatem prohibito alienandi in familia, & tunc ſemel in vno de familia facta alienatione, res perpetuò erit alienabilis, Bald. *conſ. 458. in fine lib. 1. & conſil. 85. lib. 5.* Iaſ. *in l. voluntas, numero 9. in quarta limit. Cod. de fideicommiſſ.* Pariſ. *conſil. 109. num. 18. lib. 3.* Crott. *in l. filiusfamilias §. Diui n. 41. & ſeq. ff. de legat. 1.* Tiraquel. *de vtroque retr. par. 1. § 3. gloſſ. 1. n. 5.*

Probatur hæc ſententia clarè *in dict. §. quindecim*, & facit ratio adducta a Bald. de qua *in ſeq. quæſt. num. primo, verſ. Bald.* quæ eſt quod non daretur facultas alienandi libera, ſi etiam liberè non poſſent bona in alium transferri.

4 Tertius caſus eſt, quando prohibitio eſt realis, ſic, prohibeo bona alienari extra familiam vel tertius addita ratione, vt bona perpetuo maneant in familia, & prohibitus alienauit ex propria facultate de iure ſibi conceſſa, & tunc res ſemel alienata non erit facta perpetuò alienabilis, Bar. *in d. §. quindecim, & in l. pero, § fratre, num. 3.* & ibi alij *ff. de legat. 2.* Ang. *in l. voluntas, nu. 2.* & ibi Salicet. *num. 2.* Paul. Caſtr. *nu. 7.* Iaſ. *num. 1. C. de fideicom.* Alex. *in l. 1. nu. 88. ff. de off. eius*, Doct. *in d. §. Diui*, vbi Imol. *nu. 12. verſ. item adde* Paul. Caſtrenſ. *nu. 9.* Iaſ. *in 2. lect. num. 69.* Ripa *num. 66.* Romul. *num. 146. & ſeqq.* Crott. *num. 41.* Loarez *num. 132.* & ibi Soc. iun. *nu. 133.* Curt. iun. *in auth. res quæ, num. 19. C. de commun. de legat.* Dec. *conſ. 88. ad finem, & 182. n. 20.* Bero. *conſ. 172. n. 9. lib. 2.* Grat. *conſ. 21. n. 47. & ſeq. lib. 2.* Alciat *reſp. 56. n. 2.* Crott. *conſil. 48. num. 18. lib. 1.* Ceph. *conſ. 371. nu. 12. lib. 3.* Decian. *conſ. 33. num. 46. libro 3.* Hieron. Gab. *conſ. 140. num. 15. libro 1.* Burſat. *conſ. 172. nu. 2. & ſeqq. lib. 2. & conſ. 281. nu. 25. lib. 3.* Menoch. *conſ. 557. num. 22. lib. 6. & de arbitr. iud. libro 1. quæſt. 54. num. 26. & lib. 4. præſumpt. 189. nu. 192. verſ. verum* Fabian. de Monte *tract. de empt. & vendit. q. 4. in princip. & quæſt. 22. nu. 12.* Peregr. *de fideicom. art. 4. num. 10. circa medium*, Præt. *de interpr. vltimar. volunt. fol. 372. num. 3.*

Ratio eſt quia quando prohibitio eſt realis non dicitur magis facta vni, quam alij de familia, & cum teſtator noluerit alienari extra familiam, eadem ratio & voluntas teſtatoris militat tam in prima quam in ſequenti alienatione, & apud quemcunque res perueniat remanet cum eodem onere.

Limitatur vt in ſequenti caſu.

5 Quartus caſus eſt, quando prohibitus alienauit in aliquem, ſed prohibitio alienationis facta fuit perſonaliter, hoc modo, prohibeo hæredibus ne bona alienent extra familiam, & hoc caſu, re ſemel alienata ſemper erit alienabilis, ita volunt Doctores ferè omnes citati in præcedenti caſu, & in ſpecie ita tenent Gloſſ. *in dict. §. fratre*, & ibi Bart. & alij Bart. *in d. l. voluntas*, & ibi Bal. Paul. Salicet. & alij: Dec. *conſilijs ſupra relatis in præcedenti caſu*. Socin. iun. *d. §. Diui, n. 143.* Burſat. *conſ. 173. num. 4. 5. & 57.* Menoch. *locis ſupra relatis*, & Peregr. *d. art. 42. num. 10.*

6 Limitatur primò, quando in prohibitione adeſſent verba perpetuitatis, quia tunc res remaneret cũ eodem onere, Maluaſ. *conſ. 50. n. 63.* & faciunt citati *in limit. 3.* quia quando prohibitio eſt realis cenſetur perpetua.

Limitatur ſecundò, ſi alienatio eſſet facta in fraudem primo in perſonam permiſſam, non vt illa haberet, ſed vt poſtea in alium tranſmitteretur, Bart. *in dicto §. Diui, num. 9. ad finem*, & ibi Iaſ. *nu. 56.* Dec. *conſil. 182. verſ. Secundo reſpondetur.* 8

Limitatur tertiò, in prohibitione reali, quia licet perſonaliter ſit facta, & addita ſit ratio generalis, tamen transfertur in naturam realis, vt dixi *qu. 673. num. 5. & infra*, & tunc re ſemel alienata, adhuc ſub prohibitione contineretur, Rip. *in d. §. Diui, num. 66.* & ibi Crot. *n. 41.* Ferdin. Loarez *num. 133.* Romul. *nu. 122.* Ruin. *nu. 37. & 39.* & Soc. iun. *nu. 145.* 9

Limitatur quartò, quo ad portiones cohęredum peruentas vel iure accreſcendi, vel iure ſubſtitutionis nam iſtæ non poſſent alienari, ſed ſubiacerent prohibitioni, prout portio propria, de quo dicam *quæſt. 718.* an prohibitio alienationis comprehendat etiam portiones cohæredum.

Limitatur quintò, quando alienatio facta fuit prima vice extra familiam, & alius de familia recuperauit rem tanquam alienatam contra prohibitionem, nam qui recuperauit ab extraneo, non poterit poſtea rem liberè alienare, *l. pero §. fratre ff. de legat. 2.* Bald. *in l. voluntas, n. 13. C. de fideicom.* Tiraquel. *de vtroque retr. §. 32. gloſſ. 1. n. 7.* Et ratio eſt, quia hic de familia, qui rem recuperauit ab extraneo dicitur habere iudicio teſtatoris, tanquam vocatus in caſu contrauentionis, & per alienationem dominium nõ fuit tranſlatum in extraneum, ſed ſtatim illud tranſiuit in proximiorem non alienantem, vt dixi *q. 717.* an alienatio facta contra prohibitionem teſtatoris ſit ipſo iure nulla. 10

Idem eſſet ſi ipſemet prohibitus alienaſſet, & recuperaſſet ab extraneo, quia per hoc non poterit poſtea liberè alienari, vt res ſemel alienata, & hoc per *d. §. fratre* & voluit Ripa *in d. §. Diui, n. 67.* 11

Aliud eſſet, quando prima alienatio facta eſſet licitè in vnum ex familia, & alienans poſtea recuperauit rem, nam quia tunc non habet iudicio teſtatoris, poterit liberè alienari in extraneum, Iaſ. *in d. §. Diui n. 56. & ſeqq. & num. 94.* & ibi Ripa *n. 67.* Bart. ante hos *n. 9. ad finem*, Crott. *n. 41.* Soc. iun. *n. 143.* & Alciat. *n. 26.* Florian. *n. 18.* Romul. *n. 146. & n. 272.* Bar. *in d. § quindecim*, & ibi Florian *n. 5.* & pro hoc adducitur *d. §. quindecim*, quod procedit dummodo prima alienatio ſit facta bona fide, & ſine fraude, ad dicta *ſupra num. 7.* 12

Contra quod talis venditio, & recuperatio nil operetur tanquam facta in fraudem præcepti teſtatoris, tenent Dec. *conſ. 88.* & Alciat. *in d. §. Diui n. 26.*

Limitatur ſexto, quando alienatio eſſet facta licitè ſiue in familia, ſiue in extraneum, prout fit, quando alienatio eſt facta pro detractionibus, ſed tamen alienatio non habuit effectum ex aliqua cauſa, & res reuerſa eſt ad primum alienantem, & tunc non poterit res alienari tanquam libera, Peregr. *deciſ. 2. n. 11.* & in caſu ſuo dicit ita fuiſſe iudicatum. 13

Quintus caſus eſt, quando teſtator fecit fideicommiſſum in caſum mortis, ſed dedit grauatis facultatem alienandi, vel diſponendi inter ſeſe, & vnus alienauit, vel per teſtamentum diſpoſuit in alterum ex perſonis præmiſſis, & hoc caſu an is in quem facta eſt alienatio, donatio vel diſpoſitio ex teſtamento habeat rem vt liberam, & ſic ſublatum ſit fideicommiſſum præcedens, dicam *q. 736.* 14

SVMMARIVM.

Alienatio de re prohibita alienari fauore familiæ, tenet ſi requi-

by Google

ſi requiſiti illi de familia nolint emere, contra numero ſecundo.

Limitatur, quando fideicommiſſum in caſum mortis reſultat ex prohibitione nu. 3.

Limitatur, quando dictum fuit in ratione, quod bona in familia remaneant. nu. 4.

Limitatur, ſi dictũ fuit, quod bona non poſſent quoquomodo alienari, nu. 5.

Et viuente grauato qui alienauit, poterunt alienata reuocari in caſibus ſupradictarum limitationum, nu. 6. contra n. 7. concord. n. 8.

Limitatur, quando alienatio fieret extra neceſſitatem, numero 9.

13 *Prohibitus alienare niſi requiſitis illis de familia, facta requiſitione tenet alienatio.*

11 *Prohibitus alienare cum hoc, quod volens vendere venderet illis de familia, ſi requirat illos an velint emere, & recuſent tenet alienatio in extraneum facta, contra numero 12.*

14 *Prohibita ſi eſt alienatio ſine conſenſu illorum de familia, permiſſa cenſebitur illos requiſitis, an velint emere.*

15 *Interpellatio extraiudicialis ſufficit, quando requiruntur illi de familia, an velint emere.*

16 *Interpellatio vnica ſufficit, quando requiruntur illi de familia, an velint emere.*

17 *Interpellatione facta illis de familia, an velint emere non ſtatim poteſt deueniri ad alienationem, ſed duo menſes ſunt expectandi, contra ibid. quod in Iudicis arbitrio ſit poſitum.*

18 *Interpellatione facta illis de familia, an velint emere bona prohibita eorum fauore alienari, ſi in tempore non emerunt moram purgare poterunt re integra, ſecus re non integra.*

QVÆSTIO DCCXXII.

Emere illi de familia ſi nolint, vel alij quorum fauore facta eſt prohibitio alienationis, vtrum prohibitus poſſit alienare?

1 DISPVTATIO eſt grauis inter Doctores, vtrum prohibitus alienare poſſit alienare, quando illi quorum fauore facta eſt prohibitio requiſiti emere recuſãt emere? In hoc enim articulo videntur eſſe duæ contrariæ opiniones, & ambæ communes: alij enim tenent hoc caſu poſſe bona alienari, & alienationem tenere, ita Din. *in l. qui Romæ, §. coheredes*, & ibi Bart. Bald. Alber. *in princ.* Aret. *col. 2. in princ.* Iaſ. *n.* 15. Soc. ſen. *n.* 19. & Alci. *n.* 27. *ff. de verbor. oblig.* Bart. *in l. peto, §. fratre*, & ibi Imol. *num.* 13. *ff. de legat.* 2. Paul. Caſt. *in l. quoties, n.* 4. *C. de fideicomm. & in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 10. & ibi Iaſ. *in 2. lect. col.* 11. *verſ. nono limita.* Ferd. Loarez, *n.* 533. *& ſeqq.* Rip *n.* 15. *& nu.* 119. Soc. iun. *n.* 46. *& ſeqq ff. de leg.* 1. Iaſ. *in l. vlt. n.* 24. *C. de iur. emphyt.* Ang *cõſ.* 243. vbi dicit trinam requiri denunciatione Roman. *conſ.* 27. *col. vlt. conſ.* 182. *in fin.* Cur. *conſ.* 15. *n.* 10. *lib.* 4. Socin. ſen. *conſ.* 57. *n.* 3. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 23. *n.* 5. *conſ.* 217. *n.* 14. *& conſ.* 481. *n.* 6. Curt. iun. *conſ.* 57. *& conſ.* 114. *col.* 2. Gozad. *conſ.* 102. *n* 10. Rub. Alex. *conſ.* 1. *n.* 12. *&* 13. Soc. iun. *conſ.* 97. *n.* 52. *lib.* 4. Ceph. *conſ.* 320. *n.* 11. *lib.* 3. Tiraq. poſt alios *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 114. Menoc. *de arbitr. caſu* 37. *num.* 2. *&* 3. Petr. *de fideic. queſt.* 7. *in tertia differentia, & q.* 8. *nu.* 536. Anton. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ.* 9. *nu.* 35.

Pro hac opinione adducitur *dict.* § *coheredes*, vbi videtur caſus, & rationes etiam adducuntur à Doctoribus præcipuè Aret. Socin. iun. & alijs *in dicto §. coheredes*, vt apud eos.

Alij autem in contraria ſe habent ſententia, quod non liceat alienare, licet illi de familia nolint emere, ita Paul. Caſtrenſ. *in dicto §. coheredes, num.* 2. *verſ. mihi videtur*, & ibi Cuman. *numero* 4. Salicet. Alexan. *ſub num.* 4. Iaſ. *numero* 15. *verſ. breuiter, & verſ. conclude*, & Card. Alban. *numero* 1. & ibi eſſe communem teſtatur Alciat. Cuman. *in l. codicillis, §. inſtituto, in fine ff. de leg.* 2. Crot. *in dicto §. Diui, num.* 23. *verſ. contrarium*, vbi latè defendit, quod facit & Romul. ibi, *numero* 57. *& ſeq.* & teſtatur hanc eſſe communem opinionem, Grat. *conſ.* 21. *numero* 30. *lib* 2. Rub. Alexan. *conſil.* 1. *num.* 14 Anan. *conſil.* 47. *per totum*, & ibi Bologn. *in add.* Brun. *conſil.* 80. *col.* 1. Pereg. *conſil.* 58. *nu.* 13. *libr.* 1. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & etiã eſſe magis communem teſtatur Bart. Romul. *in tract. de teſtat. precept. bona extra familiam alienari prohibita, n.* 57. *& ſeqq.* Gallus *de excep. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *numero* 129. *& ſeqq.* vbi dicit quod ita iudicaret, ſi caſus contingeret, & hic libentius ego aſſentio. 2

Hæc tamen quæſtio recipit plures declarationes, ex quibus colligendum erit quando vna opinio, & quando alia locum habere poſſit. 3

Declaratur primò, quod ſi fideicommiſſum ex prohibitione alienationis reſultat etiam in caſum mortis, quod alienatio fieri non poſſit etiam requiſitis illis de familia, Bartol. *in dict. §. coheredes, numero tertio, verſic. quod puto verum* & ibi Imol. *numero* 13. Aret. *columna ſecunda, verſ. vbi autem teſtator*, Iaſ. *numero* 16. & Alciat. *numero* 28. Paul. Caſtr. *in dicto* § *Diui numero decimo*, & ibi Alexand. *numero* 53. Ripa *numero* 15. *&* 119. Ruin. *nu* 66. Opiz. *numero* 78. Ferdin. Loarez *num.* 198. Crott. *num.* 23. *verſ. prima concluſio* & Soc. iun. *numero* 43. vbi teſtatur ita omnes communiter tenere, Socin. ſen. *conſil.* 57. *numero* 3. *libro tertio*, Ruin. *conſil.* 131. *nu. duodecimo, libro ſecundo*, Grat. *conſil.* 21. *num.* 30. *libro ſecundo*, Rub. Alexand. *conſil. primo. numero decimoquarto*, Ant. Gabr. *de fideicommiſſ. concluſ. nona, numero* 36. Petr. *de fideicom. quæſtione ſeptima, in tertia differentia, & quæſt. octaua, numero* 536. Ratio eſt, quia fideicommiſſarius præſumitur recuſaſſe emptionem ſub ſpe fideicommiſſi in caſum mortis, & ex eo conſequendi bona abſque alia pretij ſolutione, nõ autem, quod ex tali recuſatione emendi voluerit fideicommiſſo renunciare, & vbi poteſt capi alia coniectura, quam renunciationis fideicommiſſi, illa capi debet, Bart. & alij *in dict. §. coheredes*, & dixi ſupra *queſtion....*

Declaratur ſecundò non procedere, quando teſtator adiecit cauſam, quia vult bona remanere in familia, nam tunc alienari non poſſent bona etiam requiſitis illis de familia, Paul. de Caſtro, *dicto §. Diui, numero decimo*, Socin. ſen. *conſil.* 227. *libro ſecundo*, Dec. *conſil. trigeſimooctauo*, Ruin. *conſil.* 101. *nu. decimoſexto. in fine libri ſecundi, & conſil.* 134. *columna penultima in fine libri tertij*, Peregr. *conſil. quinquageſimooctauo, & ſequentibus, lib.* 1. Petr. *dicta q.* 7. *in tertia differentia, & quæſt. octaua, nu.* 536. *in fine*. Et prædicti volunt maximè procedere, quãdo teſtator conſideraſſet perpetuam conſeruationem bonorum in familia. 4

Declaratur tertiò non procedere, quando teſtator dixit, quod bona non poſſent quoquomodo alienari, Peregr. *d. conſ.* 58. *nu.* 14. *lib.* 1. 5

Ampliantur autem prædictæ declarationes, vt etiam bona alienata reuocari poſſint viuente grauato, qui alienauit, ſecundum Aret. *in dict. §. heredes*, & ibi Alexand. & Iaſ. *num.* 18. 6

Licet contra teneant Paul. Caſt. *in d. §. heredes, nu.* 2. & ibi Soc. ſen. *n.* 22. *ad finem*. 7

Has tamen opiniones concordat Alciat. *in d. §. coheredes, nu.* 28. vt prima opinio procedat, ſi fiat alienatio 8

ſine neceſſitate, ſecunda verò quando ex neceſſitate facta eſſet alienatio.

9 Declaratur quartò, vt ſi alienatio fiat extra neceſſitatem, ex mero defectu, vel in fraudem præcepti, non teneat alienatio, aliud ſi ex neceſſitate bona alienarentur, quia tunc requiſitis illis de familia teneret venditio, quando ex prohibitione reſultaret fideicommiſſum tantum in caſum contrauentionis, ita Alciat. *in d. §. cohæredes, num.* 27.

10 Declaratur quintò, vt ſi alienationis prohibitio ſit facta in contractu, quod alienatio requiſitis illis de familia teneat irreuocabiliter, Ang. *conſ.* 243. *nu.* 2. Rom. *ſingul.* 765. vbi teſtatur de communi, & alij adducuntur pro hac ſententia, Iaſ. *in d. §. cohæredes, n.* 15. *verſ. conclude*, & ibi Soc. ſen. *n.* 19. & Alciat. *nu.* 26. vbi dicit eſſe communem opinionem.

11 Declaratur ſextò, quando teſtator dixit quod volente prohibito vendere, vẽderet cohæredi, vel illis de familia, tunc enim fratre, vel illis de familia nolentibus emere, licita erit alienatio in extraneum, Bart. *in l. codicillis, num.* 6. *ff. de legat.* 2. Paul. Caſtr. *in d. l. quoties, C. de fideicom.* Soc. ſen. *in d. § cohæredes, nu.* 20. & ibi Alciat. *num.* 27. *&* 53. Cephal. *conſil.* 320. Peregr. *conſil.* 58. *num.* 15. *lib.* 1. *& conſil* 35. *lib.* 2. Gallus *de except. ſucceſſ. tit.* 2. *except.* 4. *n.* 130. *parte* 3.

12 Diſſentit tamen Alexand. *in d. § cohæredes*.

13 Idem eſſet, ſi dictum fuiſſet prohibeo alienationem niſi requiſitis illis de familia, ita Bart. Caſt. Soc. Alciat. Peregr. & Gallus *locis ſupra relatis*, contra quos tenet Alex. *dict. §. cohæredes*.

14 Idem eſſet ſi prohibita fuiſſet alienatio ſine conſenſu illorum de familia, nam illis requiſitis emere recuſantibus licita erit alienatio, ſecundum Gallum *d. except.* 4. *num.* 130.

15 Pro plena autem huius materiæ cognitione ad plura aduertendum erit, & primò quod ſufficit interpellare hos de familia etiam extraiudicialiter, Iacob. de Arena *in d. §. cohæredes*, & ibi Bart. Imol. *n.* 13. Soc. ſen. *n.* 2. Iaſon. *numer.* 10. Zaſ. *num.* 7. & probatur *in d. §. cohæredes*.

16 Secundò ſufficit vnica interpellatio, Bart. *in d. §. cohæredes, n.* 1. & ibi Angel. Aret. *n.* 21. Paul. de Caſtr. *n.* 4. *in fine*, Iaſ. *num.* 9. Socin. ſen *in princ. d.* Zaſ. *n.* 6. & plures teſtantur eſſe communem contra Angel. *dict. conſ.* 243. vbi dixit requiri tres interpellationes.

17 Tertiò, facta intimatione, non ſtatim poterit deueniri ad alienationem bonorum, ſed duo menſes non expectandi erunt. Bart. *d. § cohæredes*, & ibi Ang. Imol. *n.* 2. Alex. *nu.* 9. *ad finem*, & Zaſ. *num.* 7. vbi aſſerit eſſe communem opinionem, Salicet. *in l. vlt.* & ibi Iaſ. *C. de iur. emph.* idem dixit. Din. *in d. §. cohæredes*, & ibi Socin. ſen. Strac. *tract. de mercat. tit. de decoct. part.* 5. *nu.* 10. Caualcan. *de vſufr. nu.* 175. Ioſeph. Ludou. *concluſione* 74. *in prin.* Probatur per *d. l. vlt.* vbi tempus duorum menſium datur Eccleſiæ, quando emphyteuta eam requirit an velit iura ſua vtilia emere, Alciatus tamen *d. §. cohæredes, num. octauo*, vult tempus eſſe poſitum in Iudicis arbitrio nec minus tempus duorum menſium eſſe ſtatuendum, Cuman. etiam dixit tempus eſſe Iudici arbitrarium, & Menoch. idem tenet *de arbit. caſu* 37. *num.* 4. *& ſequentibus*, & ſubdit & minus tempus duorum menſium poſſe aſſignari.

Quintò, tranſacto tẽpore aſſignato à Iudice, ſi illi de familia non emiſerunt, poterunt moram purgare, ſi res ſit integra, ſecus re non integra, Paul. Caſtr. *in dicto §. cohæredes. numero ſexto. verſic. ſed quæro*, & ibi Alexand. *nu.* 13. Iaſ. *nu.* 6. & Alciat. *num.* 8. Iaſ. *dict. l. vltima. numero* 5. *Cod. de iur. emphyt.* Menoch. *dict. conſ.* 37. *ad finem*, vbi de communi.

SVMMARIVM.

1 *In prohibitione alienationis non continetur portio habita a cohærede titulo contractus, vel legati, vel inſtitutionis, decl. ibi remiſſiuè.*

2 *In prohibitione alienationis venit portio cohæredis habita ex iure accreſcendi, vel ſubſtitutionis.*

Ampliatur & ſi prohibitio ſit reſtricta ad partem ſuam num. 4. *contra nu.* 5.

3 *Ius accreſcendi habet locum cum ſuo onere.*

6 *In prohibitione alienationis non venit portio cohæredis habita ab inteſtato, decl. ibid. remiſſiuè.*

QVÆSTIO DCCXXIII.

Prohibitio alienationis an comprehendat partem cohæredis?

DIXI aliqua de materia huius quæſtionis, *ſupra in qu.* 657. *in tertio capite*, *& in qu.* 718. nunc autem latius capiendo quæſtionem, diſtinguo duos caſus.

Primus quorum eſt, quando prohibitus alienare acquiſiuit bona cohæredum eorum iudicio, vt titulo emptionis, donationis, legati, vel hæreditario, & de hoc dic vt plenè dixi *q.* 721. Vtrum re prohibita alienari ſemel alienata ſemper duret alienabilis? & pro regula non venire ſub prohibitione ſcribunt relati in ſequenti caſu. 1

Secundus caſus eſt, quando prohibitus habuit rem iudicio teſtatoris, vt ex iure accreſcendi, vel ſubſtitutionis, & hoc caſu tenendum eſt, & iſtam portionem cohæredis ſic peruentam ſubiacere prohibitioni alienationis, & ſi prohibitio eſſet perſonaliter facta, Bart. *in l. ex teſtamento*, & ibi Bald. Imol. Iaſ. Alexan. *numer.* 3 & alij *ff. de vulg. & pupill.* Bart. *in l. ſi mihi & tibi*, & ibi Bald. Paul. Caſtr. Socin. ſen. Iaſ. *num.* 8. *& ſeq.* Ruin. *numer.* 1. & alij *ff. de legat.* 1. Paul. Caſtr. *in l. voluntas, nu.* 2. & ibi Iaſ. *num.* 11. *C. de fideicom.* Alber. *in l. pater filium. §. quindecim, nu.* 5. & ibi Florian. *num.* 2. *ff. de legat.* 3. Paul. Caſtr. *in l. cum pater §. libertis, nu.* 2. *&* 3. *ff. de legat.* 2. Curt. iun. *in l.* 1. *n.* 9. *C. de impub. & al. ſubſtit.* Ripa *in l. filiusfamilias §. Diui, nu.* 66. *ad finem*, & ibi Romul. *nu.* 122. *&* 155. *ff. de legat.* 1. Bald. *conſ.* 85. *aliàs conſil.* 460. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 115. *nu.* 8. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 460. *nu.* 43. *lib.* 4. Becc. *conſil.* 24. *nu.* 23. Burſat. *conſ.* 173. *num.* 49 *lib.* 2. Surd. *conſil.* 443. *n.* 52. *lib.* 3. Mantica *de coniect. vltim. vol. lib.* 10. *tit.* 3. *nu.* 17. vbi teſtatur ex Bald. & Imol. ita Florentiæ fuiſſe deciſum, quorum aliqui loquuntur de iure accreſcendi, & alij de ſubſtitutione. 2

Pro hac opinione facit primò, quia prohibitio alienationis veſtita inducit fideicommiſſum, *d. §. Diui, cum ſua materia:* Sed fideicommiſſum eſt onus *l. cohæredi, §. cum filia ff. de vulg.* Et portio, quæ tranſit per ius accreſcendi, tranſit cum onere *l. vnica. §. vbi autem legatarij, C. de caduc. tollend. l. ſi Titio & Mæuio, in fine, ff. de leg.* 2. Mantic. *loco proximè citato, n.* 16. ergo qui habet portionem cohæredis iure accreſcendi eam habebit cum onere ne alienetur, & ſic cum onere fideicommiſſi. 3

Secundo portio cohæredis iudicio teſtatoris acquiſita, cenſetur eadem cum portione hæreditaria. *d. l. ſi ex teſtamento*, & ibi Doct. *ff. de vulgar.* ergo ſuper vtraque remanebit onus prohibitionis, ne alienetur.

Ampliatur, & ſi prohibitio ſit reſtricta ad portionem ſuam cuiuſque, Gloſſ. *in d. §. quindecim*, Paul. Caſt. *in d. l. voluntas, num.* 7. & ibi Iaſ. *nu.* 11. Imol. *in d. l. ſi ex teſtamento*, & ibi Iaſ. Dec. *conſ.* 88. *ad finem*, & ibi add. Alciat. *reſp.* 136. *dubio primo, lib.* 9. licet in prohibitione perſonali contra teneat Mantica *dicto libro decimo, tit.* 3. *n.* 17. 4

vbi

vbi alios citat. Probatur *in dict. l. ſi ex teſtamento*, vbi pars virilis dicitur non tantum ea, in qua quis eſt inſtitutus quantum ea, quæ obuenit iudicio teſtatoris iure accreſcendi, vel ſubſtitutionis.

5 Contra tamen quod portiones cohæredum non veniant, quãdo plures ſunt prohibiti alienare partem ſuã, tenent Ang. *in l. voluntas, numero ſecundo, C. de fideicom.* Purpur. *in l. 1. n. 614. C. de pact.* Bolog. *cõſ. 17. n. 12. & 26.* Alciat. *loco citato*, Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 47. ff. ad Treb.* Pereg. *conſ. 49. n. 10. lib. 3.* Adducitur pro hac ſententia *l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. 3. & arg. l. Marcellus, §. quidam ff. ad Trebell.* ſed prima ſententia mihi magis probatur per reg. *d. l. ex teſtamento.*

6 Tertius caſus eſt, quando portio cohæredis peruenit ab inteſtato, & hæc non erit ſubiecta prohibitioni, quia non obuenit iudicio teſtatoris, ſed ex iuris neceſſitate, *l. 1. §. 1. ff. vt legat. nom. cau.* quod tamen non eſt abſolutè verum, ſed erit caſus iſte declarandus ſecundum terminos primi caſus.

SVMMARIVM.

1 *Licentia alienandi bona fideicommiſſi, & prohibita alienari poteſt concedi à teſtatore.*

Ampliatur vt ex tali licentia poſſit interuerti totum fideicommiſſum, nu. 2.

Declaratur poſſe alienari ſolum ſubſiſtente cauſa, & ſine fraude, nu. 3.

Declaratur quando procedit licentia alienandi, & poſtea ſequitur prohibitio. nu. 5.

4 *Licentia alienandi bona fideicommiſſi intelligitur ſine fraude.*

6 *Prohibitus alienare ſine conſenſu Titij, poterit cum illius conſenſu alienare.*

7 *Licentia alienandi in contractu data non cenſetur reuocata per prohibitionem alienandi factam in teſtamento, niſi ſit expreſsè dictum.*

8 *Prohibitio alienationis vſque ad certum tempus facta, poſt illud tempus alienatio non cenſebitur prohibita.*

QVÆSTIO DCCXXIV.

Permitti alienatio rei prohibitæ alienari, poſſit-ne à teſtatore, & quomodo permiſſio intelligatur?

1 PRÆSENS diſputatio licet ſit reſoluta ex his, quæ ſcripſimus *ſupra quæſtione 545. & ſequentibus*, nihilominus non grauabor & hic aliqua attingere: regula eſt apud omnes, quod teſtator poſſit poſt conſtitutum fideicommiſſum, & prohibitam alienationem dare expreſsè licentiam prohibitis alienandi, vt poſt alios ſcribunt Socin. ſen. *conſil. 53. num. 19. lib. 1.* Decian. *conſ. 55. nu. 2. & ſeqq. lib. 3. & conſ. 42. lib. 4.* Præt. *de interpret. vltim. vol. fol. 372. n. 1.* Si enim teſtator potuit non fideicommittere, potuit, & fideicõmiſſum iam factum interuertere, *l. ſi fundum, §. vltimo, ff. de legat. 1.* Eſt enim ambulatoria hominis voluntas vſque ad mortem.

2 Ampliatur, vt etiam poſſit totum fideicommiſſum interuerti ab eo, qui habet licentiam alienandi, vt dixi *qu. 546.* vbi latius de hoc videndum erit.

3 Declaratur primò, hanc licentiam alienandi cenſeri conceſſam arbitrio boni viri, ita vt ſine cauſa fieri non poſſit, quamuis licentia ampliſſima ſit, Corn. *conſ. 173. n. 5. lib. 3.* Præt. *conſ. 47. n. 48.* Viu. *deciſ. 18. n. 19.* & vide quæ

4 latiùs dixi *q. 545. & q. 546.* Licentia enim alienandi intelligitur ſine fraude, Decian. *conſ. 3. n. 210. lib. 4.* vbi dicit eſſe communem opinionem, Surd. *conſ. 10. nu. 10 & 19 & conſ. 94. n. 25.* Hieron. Gabr. *conſil. 81. n. 79. & ſeqq. lib. 2.* & dixi *q. 545. n.* ...

Declaratur ſecundò, vt procedat, quando poſt prohibitionem alienandi ſequitur licentia, quod poſſit fieri alienatio, aliud dicendum eſſet, ſi præcederet licentia alienandi, & poſtea ſequeretur prohibitio alienationis ſecundum Decian. *conſ. 35. n. 4. lib. 3.* 5

Illud autem non eſt omittendũ, quod ſi teſtator prohibuit alienationem ſine conſenſu Caij, quod cenſetur permiſiſſe alienationem cum conſenſu Caij, Riminal. iun. *conſil. 381. num. 26. 27. vſque ad num. 60.* vbi declarat *lib. 4.* 6

Et ſi data erit licentia alienandi in contractu, non cenſebitur reuocata per prohibitionem alienationis factam in teſtamento, niſi ſit expreſsè dictum, Honded. *conſil. 58. n. 47. lib. 1.* 7

Porrò, ſi prohibitio alienationis ſit facta vſque ad certum tempus, poſt illud tempus non cenſebitur permiſſa alienatio, Paul. Caſtr. *conſ. 263. num. 3. lib. 2.* Dec. *conſ. 286. dubio primo*, Seraph. *deciſ. Roman. 1466. num. 5.* vbi patet Rotam ita ſæpius tenuiſſe, contra tenent alij, vt dixi *ſupra q. 720. nu. 5.* 8

Alia circa materiam videnda erunt *d. q. 545. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Elapſo quarto gradu ceſſat prohibitio alienationis.*

Declaratur, vt procedat reſpectu fideicommiſſi reſultantis ex prohibitione alienationis in caſum mortis, ſecus reſpectu fideicommiſſi in caſum mortis, numero 2. contra ibidem.

Declaratur non procedere, quãdo in prohibitione adſunt verba perpetuitatis, n. 3. ſed contra ibid.

Declaratur, vt graduum computatio fiat ſecundum ius canonicum, nu. 4.

Declaratur procedere reſpectu prohibitorum, nam reſpectu vocatorũ admitteretur & is qui eſſet vltra quartum gradum, n. 5. contra ibid.

QVÆSTIO DCCXXV.

Elapſo quarto gradu, an ceſſet prohibitio alienationis?

DISPVTAVI latè *ſupra quæſtione 381.* hunc articulum, quia tamen vltra ibi dicta aliqua non inutilia addenda ſunt, ideo hic iuuat repetere concluſionem, quod prohibitio alienationis ceſſat per lapſum quartæ generationis, vt ſcribunt ibi citati in tertio caſu, addo Alciat. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 41. ff. de leg. 1.* Crot. *conſil. 13. n. 24. lib. 1.* Bero. *conſil. 87. numer. 2. lib. 2.* Mar. Anguſc. *conſil. 191. nu. 44. & ſequentibus*, vbi teſtatur eſſe communem opinionem, Burſat. *conſil. 157. nu. 16. lib. 2.* Did. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 4.* Minſinger. *obſeruat. centur. 6. obſeruat. 64.* vbi dicit eſſe communem. 1

Declaratur primò, vt procedat reſpectu fideicommiſſi reſultantis in caſum contrauentionis, aliud eſſet, quando reſultaret fideicommiſſum in caſum mortis ex prohibitione alienationis, nam hoc locum haberet vſque ad decimum gradum, ſecundum Surd. *conſil. 241. nu. 8. lib. 2.* & Riminald. iun. *conſil. 482. n. 97. & ſeqq. lib. 5.* Hæc tamen declaratio dubia eſt, nam Doctores citati pro concluſione hic, *d. q. 381. in tertio caſu*, volunt nec fideicommiſſum in caſum mortis extendi vltra quartum gradum. 2

3 Declaratur ſecundò non procedere, quando in prohibitione adſunt verba perpetuitatis, quia tunc operatur prohibitio vltra quartum gradum, Rol. à Valle *conſ. 11. n. 11. lib. 2.* Mar. Anguſc. *conſ. 191. n. 43. 44. 45. & 48.* Port. Imol *conſ. 6. n. 24. & conſ. 40. n. 29.* Vegg. *conſ. 74. n. 372.* Alb. *cõſ. 200. n. 7. & conſ. 484. n. 93.* Pancir. *conſ. 94. n. 22.* Minſing *d. cent. 6. obſeruat. 64. cũ alijs citatis d. q. 381.* vbi etiã plures retuli diſſentientes, & magis cõmuniter.

4 Declaratur tertiò, vt graduum computatio fiat prout fit de iure Canonico, non autem vt fit de iure ciuili, ita poſt Alex. & Soc. ſen. ſcribit Soc. iun. *in conſil. 136. n. 41. & conſ. 140. n. 10. lib. 3.* quæ opinio probatur *in §. nos igitur, in auth. de reſtitut.* in quo loco fit mentio de quarta generatione, quæ non poteſt adaptari ad gradus iuris ciuilis, nam duo gradus iuris ciuilis faciunt vnam tantum generationem, & quatuor gradus faciunt duas generationes, & ſic deinceps.

5 Declaratur quartò, vt gradus quartus reſpiciat perſonas prohibitorum alienare, ita vt prohibitio ſe extendat ad quartam generationem, quod ſi vnus ex his, puta exiſtens in quarto gradu alienet, locus erit fideicommiſſo in caſu contrauentionis ad fauorem eius, qui eſſet de vocatis in quinto gradu, Pariſ. *conſ. 78. nu. 13. libr. 2.* Decian. *conſ. 80. n. 9. lib. 3.* Ceph. *conſ. 386. n. 22. & ſeqq. lib. 3.* Did. *lib. 3. Var. reſol. c. 5. n. 4. verſ. nec magis. & verſ. quinto.* Dubia tamen erit hæc opinio, nam Doctores citati pro principali concluſione, vt plurimum conſiderant gradum reſpectu vocatorum, cogita.

Alia videnda erunt *d. q. 381.*

QVÆSTIO DCCXXVI.

Mobilia an poſſint alienari non obſtante expreſſa prohibitione teſtatoris.

1 VISVM fuit *ſupra q. 624.* an mobilia veniant in fideicommiſſi reſtitutione, nunc autem videndum eſt, an poſſint alienari non obſtante expreſſa prohibitione facta à teſtatore de non alienando bona? In quo articulo dicendum eſt pro regula, poſſe alienari, ita in rebus Eccleſiæ prohibitis alienari, vt mobilia non comprehendantur, ſcribunt Domin. de S. Gemin. *in cap. confirmata. extr. de relig. dom.* & Natt. *conſ. 587. num. 8.* Licet contra tenuerit Corn. *in conſ. 22. n. 7. lib. 2.*

2 Limitatur in mobilibus, quæ diu conſeruari poſſunt, nam hæc erunt ſubiecta prohibitioni alienationis, vt ſunt gemmæ, vaſa argentea, & panni lini & lanæ, qui cõſeruari longo tempore poſſunt, & ſimilia, Corn. *d. conſil. 22. nu. 7. & ſeq. lib. 2.* vbi loquitur quando teſtator vſus fuit ratione generali, quę & ad hæc mobilia accommodari poſſit. Rol. à Vall. *conſ. 27. n. 26. lib. 4.* qui tamen mouetur, quia cum dictione vniuerſali omnia bona erunt prohibita alienari.

QVÆSTIO DCCXXVII.

Alienari an poſſint bona prohibita pro neceſſitatibus prohibiti?

1 BONA prohibita alienari ſecundum receptam ſententiam poſſunt alienari pro neceſſitatibus prohibiti, vt in ſpecie ſcribunt Gloſſ. *in l. pere, § prædium,* & ibi Bart. & alij, *ff. de legat. 2.* Doctor. *in l. filiusfamilias, §. Diui.* vbi Ripa *n. 9. & 24.* Soc. iun. *n. 40.* Romul. *n. 46. ff. de legat. 1.* Ang. *conſ. 56. n. 4. & 5.* Rom. *conſ. 219. n. 8.* & ibi adden. Curt. ſen. *conſ. 63. n. 20.* Iaſ. *conſ. 164. n. 12. lib. 4.* Gozad. *cõſ. 90. n. 15.* Bolog. *cõſ. 41. n. 6.* Grat. *cõſ. 106. n. 9. lib. 2.* Pauſ. *cõſ. 109. n. 19. li. 3.* Rimin. iun. *conſ. 131. n. 3. lib. 1. & conſ. 528. n. 27. lib. 5.* Cacher. *conſ. 47. n. 31.* Ceph. *conſ. 47. n. 21. & ſeq. & conſ. 59. n. 35. conſ. 315. n. 31. & conſ. 311. n. 18. cum pluribus alijs modernis citatis ſup. q. 535.* vbi latè dictũ fuit de hac quæſtione, & ibi etiam in ſecundo caſu comprobaui.

Declaranda tamen hæc quæſtio erit ſecundum ea, quæ plenius deduxi *d. q. 535.*

QVÆSTIO DCCXXVIII.

QVAERO, an bona prohibita alienari poſſint alienari pro ſoluendo ære alieno contracto à prohibito alienare? Dixi *ſupra q. 542.*

QVÆSTIO DCCXXIX.

QVAERO, an bona prohibita alienari poſſint alienari pro ſoluendo ære alieno contracto à teſtatore? Dixi *ſupra q. 541.*

QVÆSTIO DCCXXX.

DOTIS conſtituendæ cauſa, an bona prohibita alienari poſſint alienari? Dixi *ſupra q. 531.*

QVÆSTIO DCCXXXI.

DOTIS reſtituendæ cauſa, an poſſint alienari bona prohibita alienari? Dixi plenè *ſupra q. 532.*

QVÆSTIO DCCXXXII.

QVAERO, an bona prohibita alienari poſſint alienari cauſa alimentorum donationis propter nuptias, ſtudij, vel militiæ? Dixi *ſup. q. 533. 536. 539. & 540.*

QVÆSTIO DCCXXXIII.

QVAERO, ſi prohibitus alienare alienauit ignorans fideicommiſſum, an teneat alienatio, ſi emptor ignorauit prohibitionem, & fideicommiſſum? Dixi *qu. 556.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum prohibitorum alienari permittitur ſi ceſſat ratio prohibitionis.*
2 *Prohibitionis cauſa ceſſante ceſſat prohibitio.*
3 *Cauſa ceſſante ceſſat diſpoſitio.*
4 *Alienatio bonorum prohibitorum alienari permittitur, quando non fit contra mentem teſtatoris.*
5 *Alienari ſteriles res poſſunt non obſtante prohibitione.*
6 *Alienatio rerum quæ ſeruando ſeruari non poſſunt admittitur non obſtante prohibitione.*
7 *Alienatio rerum prohibitarum alienari conceditur ſi nemo læditur ex alienatione.*
8 *Alienatio fundi prohibiti alienari cõceditur vt alij meliorentur.*
9 *Alienatio rerum prohibitarum alienari conceditur, ſi eſt vtilis fideicommiſſario.*
10 *Alienatio conceditur rerum alienari prohibitarum, quando affertur vtilitas hæreditati.*
11 *Melioramentorum cauſa alienari poſſunt bona prohibita alienari decl. n. ſeqq.*
16 *Alienatio bonorum prohibitorum alienari licita eſt pro conſeruatione aliorum bonorum fideicommiſſi.*
17 *Alienari poterunt bona prohibita alienari, vt fundus vberior fiat.*
18 *Alienatio bonorum fideicommiſſi eſt conceſſa vt euitetur notabile damnum.*

19 Alie-

19 *Alienatio rerum prohibitarum alienari eſt conceſſa pro recuperatione, vel reparatione rei pretioſioris.*

20 *Alienatio rerum prohibitarum alienari eſt permiſſa, quando ſunt valde incommoda bona pro colligendis fructibus.*

21 *Alienatio rei prohibita alienari tenet, ſi fiat pro redimenda re à teſtatore pignorata, vel vendita cum pacto redimendi.*

QVÆSTIO DCCXXXIV.

Quibus ex cauſis alienari poſſint bona non obſtante prohibitione teſtatoris?

VISVM fuit in pluribus quęſtionibus licitam eſſe alienationem bonorum fideicommiſſi non obſtante prohibitione alienationis: nunc autem videamus de alijs caſibus, in quibus huiuſmodi alienatio erit permiſſa.

1 Primò permiſſa erit alienatio non obſtante prohibitione, quando ceſſat ratio, propter quam fuit prohibitio facta Ang. *conſil.* 109. Corn. *conſil.* 178. *n.* 1. *lib.* 1. Soc. iun. *conſ.* 20. *n.* 40. *lib.* 1. Rim. ſen. *conſ.* 109. *n.* 16. *&* 17. *li.* 1. Alba *conſ.* 97. *n.* 15. Surd. *conſ.* 77. *n.* 38. *lib.* 1. Burſat. *conſi.* 151. *n.* 11. *lib.* 2. Pedroc. *conſ.* 19. *& conſ.* 20. *n.* 20. *&* 97. vbi de communi, Honded. *conſil.* 58. *nu.* 14. *& ſeq. & conſil.* 42. *nu.* 33. 34. *&* 39. *lib.* 2. Ratio enim eſt quæ ampliat, & reſtringit prohibitionem, vt dixi *q.*....

2 Secundò quando ceſſat cauſa prohibitionis, ceſſare debet prohibitio, Purpur. *conſ.* 54. *num.* 8. *lib.* 1. Rim. ſen. *conſ.* 109. *n.* 16. *& ſeq.* Rim. iun. *conſ.* 180. *n.* 63. Vvſembec. *conſ.* 43. *n.* 171. Gigas *conſ.* 140. *n.* 2. Vegg. *conſ.* 28. *n.* 40.

3 Præt. *conſ.* 124. *nu.* 8. Ratio eſt, quia ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio, *l. adigere, §. quamuis. ff. de iur. patron. cap. cum ceſſante, de appellat.* late Tiraq. *in tract. de ceſſ. cauſ.* vbi in ſpecie agit quando ceſſat prohibitio ceſſante cauſa prohibitionis, *in prima parte, n.* 227. *& ſeqq.*

4 Tertiò, alienatio erit permiſſa non obſtante prohibitione, quando non fit contra voluntatem teſtatoris, Honded. *conſ.* 42. *nu.* 39. *& conſ.* 58. *num.* 15. *&* 31. *lib.* 2. Pedroc. *d. conſ.* 20. *n.* 14. *& ſeqq. & n.* 116.

5 Quartò quando alienantur res ſteriles. Paul. Caſtr. *in auth. res quæ, in princ.* & ibi Iaſ. *n.* 6. *ff. ad Trebell.* Hōded. *conſ.* 58. *n.* 31. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 346. *n.* 11. *lib.* 3. Maximè ſi incorporentur fideicōmiſſo aliæ vtiliores, vt apud eos.

6 Quintò, ſi venditur res, quæ ſeruando ſeruari non poſſit, Paul. Caſtr. & Iaſ. *locis ſupra ſtatim relatis.*

Idem eſſet in rebus perituris, quæ ab hærede defendi non poſſunt, Ceph. *conſi.* 311. *n.* 82. *& conſi.* 340. *n.* 12.

7 Sextò, quando ex alienatione nemo læditur, Natta *conſ.* 47. *n.* 15. Purpur. *conſ.* 433. *n.* 18. *li.* 2. Burſat. *conſ.* 151. *n.* 17. *lib.* 2. Viu. *deciſ.* 18. *num.* 18.

8 Exemplum, ſi alienetur fundus gratia meliorandi alios, Burſat. vbi ſupra, & vide *infra n.* 11. *& ſeqq.*

9 Septimò, quando alienatio eſt vtilis fideicommiſſario, Ceph. *conſ.* 419. *n.* 17. *& ſeqq. lib.* 4. Viu. *deciſ.* 18. *n.* 18. & exemplum poteſt eſſe in permutatione vtili fideicommiſſario, de quo dixi *quæſt.*.... & vide infra *nu.* 16. *& ſeqq.*

10 Octauò, ſi fieret alienatio talis, quæ afferret vtilitatem hæreditati, Ceph. *conſi.* 311. *n.* 16. *&* 17. *iuncta n.* 78. *& ſeqq. lib.* 3.

11 Nono, ſi fieret alienatio ex cauſa melioramentorum, & expenſarum neceſſariarū, Bald. *conſ.* 20. *lib.* 2. Romul. *in l. filiusfamilias §. Diui, num.* 139. *ver. ſecundo caſu. ff. de leg.* 1. Burſat. *conſ.* 151. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 2. Magon. *deciſ. Lucen.* 33. *n.* 8. *& ſeqq.* Cornaz. *deciſ.* 34. *in fine.*

12 Intell. primò procedere, dummodo expenſæ, & melioramenta talia ſint, quæ quilibet prudens paterfamilias feciſſet, aliàs non, Magon. *d. deciſ.* 33. *num.* 24. & ibi addes.

Intell. ſecundò non procedere, quando melioramenta eſſent nimis gratia fideicommiſſario, Magon. *d. deciſ.* 33. *num.* 27. 13

Intell. tertiò, non admitti melioramenta facta data opera ad euertendum fideicommiſſum, Magon. *d. deciſ.* 3. *n.* 40. *ad finem.* 14

Intell. quartò, quod melioramenta facta ab emptore qui ſciuit fideicommiſſum extare, non ſint reficienda, Magon. *d. deciſ.* 32. *n.* 21. vbi latè, & ibi ſubdeclarat. 15

Decimò, permiſſa erit alienatio, vt conſeruentur alia bona fideicommiſſi, Cornaz. *deciſ.* 34. *ad finem.* 16

Vndecimò, poterunt bona alienari, vt fundus vberior fiat, Burſat. *conſil.* 151. *num.* 13. *& ſeqq.* & vide *ſupra num.* 7. 8. *&* 9. 17

Duodecimò, concedenda erit alienatio facta pro euitando aliquo damno notabili, quod etiam ipſemet teſtator noluiſſet pati, Alban. Card. *in d. §. Diui, n.* 12. 18

Decimotertiò poterunt bona alienari pro recuperatione, vel reparatione rei pretioſioris, Magon. *d. deciſ.* 33. *n.* 8. *& ſeqq.* 19

Decimoquartò, alienatio erit permiſſa, quando retentio illius affert multum incommodum in colligēdis fructibus, & ob id fieri debent expenſæ, quas quilibet paterfamilias non faceret, Bald. *in l. voluntas C. de fideic.* Rip. *in d. §. Diui, n.* 16. Honded. *conſil.* 58. *n.* 32. *lib.* 1. 20

Decimoquinto ſi teſtator pignorauit rem, vel vendidit cum pacto redimendi, poterit res alienari prohibita vendi pro recuperanda re pignorata, vel vendita, vt ſupra *l. pater filium, in princip.* & ibi Bart. *ff. de legat.* 3. 21

Alia multa ad hanc quæſtionem pertinentia tractata ſunt in diſcurſu materiæ per plures quęſtiones, & particulariter videnda erunt quæ ſcripſi *q.* 7 8. vbi in declarationibus recenſui plures caſus, in quibus alienans cōtra prohibitionem non incurrit pœnam priuationis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum prohibitorum alienari conceditur, ſi non ſuperſit perſona, cuius fauore prohibita ſit alienatio.*

Ampliatur, vt nec ipſe alienans poſſit reuocare alienata num. 2.

Ampliatur, & ſi prohibitio ſit facta fauore fideicommiſſarij vocati in caſum mortis & ille ſubſtitutus ſit præmortuus, vel aliter non poſſit ſuccedere, n. 3.

Limitatur, quando poſt alienationem naſcerentur filij, quorum fauore prohibita eſſet alienatio, n. 4.

QVÆSTIO DCCXXXV.

Nemine extante, cuius fauore facta ſit prohibitio alienationis, vtrum bona alienari poſſint?

PROSEQVENDO caſus, in quibus licita eſt alienatio bonorum alienari prohibitorum, dicendum eſt, licere alienare, quando nulla ſupereſt perſona, cuius fauore prohibita eſt alienatio, ita ſcribunt Bartol. *in l. cum pater, § libertis*, & ibi Bald. Paul. Caſtr. *in Summario.* Cuman. *num.* 2. & alij, *ff. de legat.* 2. Bal. & alij *in l. quoties ab omnibus, C. de fideic.* Marſi. *in l. vnica, n.* 38. *C. de rap. virgin.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diui, n.* 7. *ff. de legat.* 1. Et conſulendo idē pro conſtanti affirmarū. Angel. *conſ.* 1 8. Paul. Caſtr. *conſ.* 454. *n.* 2. *li.* 1. Soc. ſen. *conſ.* 53. *n.* 11. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 511. *n.* 5. *conſ.* 584. *n.* 13. *& conſ.* 636. *col. vlt.* Gozad. *conſ.* 30. *n.* 10. Rimi. *conſil.* 109. *n.* 60. *& cōſ.* 205. *n.* 1. *li.* 2. Natta *conſ.* 470. *n.* 5. *& conſ.* 551. *n.* 18. Rol. à Val. *conſ.* 25. *n.* 18. *li.* 1. Alba *cōſ.* 19. *n.* 7. *& conſ.* 29. 1

conſ.29.num.21.lib.1. Hieron.Gabr.*conſi.96.n.8.lib.1.& conſil.39.n.11.lib.2.* Decian.late *conſil.9.n.61.& ſeq.li.4.* Honded.*conſil.58.n.16.& conſil.72.n.19.lib.1.* Menoch. *conſ.52.n.71.& conſ.732.n.54.verſ.1.* Surd.*cõſ.129.n.21. conſ.284.n.19.lib.2. & conſil.550.n.9.lib.4.& in tract.de aliment.tit.9.q.21.num.71.* Tiraq.*de retract.conſang.§.1.gloſſ 9.n.86.& §.6.gloſſ.n.10.* Pere.*de fideic.q.8.n.512.* Anton.à Gama *deciſ.1uſit.26.num.20.*

Probatur hæc ſententia *in l quoties ab omnibus,C.de fideic.in l.cum pater §.libertis,ff.de legat.2.& in l.qui ſolidũ, §.prædium ff. eod.* Et ratio eſt, quia amplius non adeſt perſona, quæ reuocare poſſit alienationem, cum nullus extet, cuius fauore prohibita ſit alienatio.

2 Ampliatur, vt nec ipſe alienans poſſit reuocare alienationem a ſe factam, Paul.Caſtr.*d.conſ.454.in fine lib.1.*

3 Ampliatur ſecundò, vt ſi prohibitio ſit facta fauore fideicommiſſi facti in caſum mortis, & præmoriatur fideicommiſſarius, vel aliter non poſſet ſuccedere, quod prohibitus ad libitum poterit alienare, Gozad.*conſil.30.n.17.& conſ.104.n.13.* Honded.*conſ.58.n.16.& conſ.71.n.18.19.& 38.lib.1.* Pedroc.*conſ.19.n.54.& ſeqq.& conſil.19.n.78.& n.97.* vbi alij citantur.

4 Ampliatur, & ſi ſuperſit perſona, quæ ſit facta incapax, quia partem ſuam alienauerit contra præceptum teſtatoris *d.§.libertis,* de quo latè dicam *in q.vlt.*

5 Limitatur, quando naſcerentur poſt alienationẽ filij, quorũ fauore prohibita fuiſſet alienatio, nam hi poſſent reuocare alienata, Rip.*in d.§. Diui,n.17.verſ.ſed dubito,* & Beret.*conſ.10.n.19.* & videantur quæ ſcripſi *q.318.*

SVMMARIVM.

1 *Facultas alienandi conceſſa inter ſeſe tollit ſubſtitutionem præcedentem, contra n.2.decl.per totam quæſt.*

4 *Dictio niſi poſtpoſita prohibitioni affirmat & ponit potentiam & conceſſionem ſuo contrario.*

5 *Expreſſum dicitur quod neceſſario ſequitur ex natura verbi,& ex propria eius ſignificatione.*

6 *Argumentum à contrario ſenſu debet ſtrictè accipi ad limites verborum.*

7 *Argumentum à contrario ſenſu ſumitur, quando reſultat abſonus intellectus repugnans ordinatis à teſtatore, & correctio aliqua ſequitur.*

8 *Argumentum à contrario ſenſu eſt ex mente, & coniectura, non ex verbis.*

QVÆSTIO DCCXXXVI.

Facultas alienandi, vel diſponendi inter ſeſe an tollat fideicommiſſum præcedens reſultans ex ſubſtitutione, vel ex prohibitione alienationis?

DISPVTATIO egregia, & ſubtilis eſt, an ſi teſtator fecit fideicommiſſum reciprocum inter deſcendentes, vel prohibuit alienari bona, vt maneant in deſcendentibus, poſtea autem permiſit alienationem in deſcendentibus inter ſeſe, an ex hac conceſſione tollatur fideicommiſſum præcedens, ſequuta alienatione: ita vt portio in vnum alienata, ſemper duret alienabilis, & ſic is in quem ſemel fuit facta alienatio poterit portionem alienatam li-
1 berè alienare? Et quod poſſit probatur *l. cum pater, & quindecim.ff.de legat.3.*& ibi Doct.Gloſſ.*in l.voluntas,C. de fideicom.*& ibi Iaſ.*num.11.* Alexand.*conſ.55.ad finem, lib.3.* Soc.ſen.*conſil.67.n.31.lib.1.* Soc.iun.*conſil.89.n.28. lib.3.* Natta *conſil.322.* Burſat. *conſil.4.num.22.& ſeqq.* Decian.*conſil.17.lib.3.* Peregr.*conſi.23.n.23.& ſeqq.li.3.* vbi teſtatur de communi opinione, *& dec.2.nu.11.* vbi alios allegat Carpan.*ſuper Stat. Mediol. cap.310.nu.33.* Menoch.*de arbitr iud.q.54.n.24.* Præt.*de interpr.vlt.vol. fol.372.n.2.* Gallus *de except.ſucceſſ.tit.2. except.4.n.132. parte 3.* & alibi ſæpe.

Vt autem ad materiam iſtam procedamus clarius, quã fieri poſſit, & ſciant qui conſulunt, & ſcribunt, in quibus terminis Doctores loquantur, non inutile exiſtimaui referre plures authoritates, exprimendo particulares terminos in quibus loquuntur, ad hoc vt quiſque adducere poſſit Doctores in ſuis veris terminis loquentes, quod eſt conſummatiſſimi Doctoris ſignum.

Bald. *conſ.85.præmiſſis verbis,lib.5.* conſuluit in caſu, quo pater prohibuit alienationem in perpetuum filijs, & deſcendentibus: & hoc quia voluit teſtator bona in filios hæredes ſuos & in poſteros liberos, & deſcendentes in perpetuum deuenire: veruntamen ſi quis prædictorum ſuorum hæredum partem ſuam vendere voluerit, vel à ſe quoquomodo alienare, tunc ſit ei licitum vendere partem ſuam fratribus, & decidit Bald. quod facta venditione in vnum ex fratribus, quod emptor poterit liberè alienare in quemcumque velit, per *d. l.* 1
cum pater,§.quindecim, additque rationem eſſe, quia ex quo teſtator permittit vendere, intelligitur permittere liberè vendi, & liberè tradi, vnde non mirum, ſi emptor rem quam emit iudicio teſtatoris, & natura contractus liberè eam poteſt alienare in quemcunque, *l. dudum, Cod. de contrah. empt.* & Bald. ſequuti ſunt Tiraquel. *tract.de retract ligm.§.31.gloſ.1.num.5.* Peregr.*conſil.23. n.24.lib.3.& conſi 38.n 4.ad medium eod.* vbi idem dicit quando teſtator conceſſit facultatem alienandi ex teſtamento, & Bald. etiam ſequitur Præt. *de interpret.vltim. volunt.fol.372.n.2.*

Decian.*conſ.27.li.3.* vbi in cauſa Brixiana ſuper teſtamento Domini Ioannis Portulacæ, qui inſtituerat quinque filios cum reciproco, & ſucceſſiuo fideicõmiſſo inter eos, & eorum deſcendẽtes, addideratque hæc verba, Item voluit, iuſſit & mandauit, quod caſu quo dicti ſui filij, & heredes, ſeu deſcendentes ex eis, vel aliquo eorũ, vellẽt aliquid de hereditate alienare, teneantur, & obligati ſint prius interpellare, & notificare alijs hæredibus inſtitutis, & deſcendentibus ſi emere voluerint, & eis emere volentibus teneatur vendere, aliàs alienatio ſit nulla: euenit quod vnus ex deſcendentibus teſtatoris donauit bona alteri, conſuluit Dec. ex tali alienatione fideicommiſſum præcedens eſſe extinctum, & pluribus comprobat, vt apud eum.

Dec. ipſe *conſ.78.eod lib.3.* in cauſa Brixiana de Lanis ſuper fideicommiſſo D.Cipriani, qui inſtitutis pluribus filijs fecit reciprocum fideicommiſſum inter eos, & ſubiecit hæc verba (cum hoc etiam quod non poſſint ipſi filij dicta bona alienare, nec vendere, niſi inter ſeſe fratres, vel filios ſuos) contigit, quod D. Iouita vnus ex filijs teſtatoris deceſſit nullis relictis filijs, & facto teſtamento inſtituit heredem filium fratris, conſuluit Decian. ex conceſſione alienandi inter ſeſe fratres, vel eorum filios derogatum eſſe fideicommiſſo, & D.Iouitam potuiſse teſtari, vt fecit.

Peregr. *conſ.38.li.3.* vbi in caſu, quando teſtator fecit fideicommiſsum reciprocum & perpetuum in ſuos deſcendentes, ſubiunxit hæc verba (& vt firmius & inuiolabiliter eius voluntas ſeruetur, & ſuum ſortiatur effectum, prohibuit efficaciter, ne quis ex ſuis heredibus inſtitutis, & ſubſtitutis poſſit quoquo titulo tam inter viuos, quàm ex teſtamẽto, aut ab inteſtato alienare in aliquem, qui non ſit maſculus de familia, &c.) conſuluit per hanc prohibitionem, & facultatem conceſsam alienandi in maſculos de familia, non eſse derogatum fideicommiſso præcedenti: mouetur autem ex pluribus, quę tendunt ad demonſtrandum conceſſionem alienationis eſse tacitam, immo non eſse permiſſam, ſed tantum nõ

eſse

eſſe inhibitam, & quando conceſſio alienationis eſſet expreſſa concedit derogatum fuiſſe fideicommiſſo illi perpetuo, & rem ſemel alienatam ſemper eſſe alienabilem, ita inquam *nu.4.* & ſic concedit in expreſſa alienationis conceſſione inter ſeſe extinctā eſſe omnem ſubſtitutionem, & ille qui habuit bona, vel ex teſtamento, vel ex actu inter viuos poſſe ad libitum diſponere: & in caſu illo agebatur de alienatione facta per teſtamentum: idem etiam dixit *conſi.113.num.4.in fine, & num. ſeq. & num.7. in fine lib.3.*

Menoch. *conſil.327.num.106.verſ.9. & num.ſeqq.* vbi conſuluit in illa de Portolacis ſuper qua conſuluit & Decian. citatus ſupra *in conſil.27.lib.3.*

Præt. etiam *de interpr. vlt. vol fol.372.n.2.* dixit conſtituto fideicommiſſo inter plures cum prohibitione expreſſa alienandi, quia vult bona perpetuó apud eos manere, & conceſſione alienationis inter ſeſe, ſi ſequatur alienatio iuxta conceſſionem teſtatoris, non duret amplius fideicommiſſum in re alienata.

Ruin. pariter *conſ.114.lib.1.* decidit caſum, quando erat facta ſubſtitutio inter filios fratris reciproca, & poſtea additum, Quod teſtator prohibebat alienationem bonorum dictis hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis, niſi in ſuos dicti teſtatoris hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos maſculos, & non aliter, nec alio modo: quia voluit dicta bona ſemper, & perpetuò remanere. & eſſe velle in ſuos inſtitutos, & ſubſtitutos &c. & vult Ruin. facta alienatione ſecundum voluntatem teſtatoris, non reſolui alienationem purificata conditione fideicommiſſi, ita *in n.6. vſque ad finem*, & expreſſè *n.15.* & videnda etiam erunt duo conſ. ſequentia in eadem cauſa edita, in quibus. Ruinus ſi bene aduertatur, ſentit quod licet non reſoluatur alienatio purificata conditione fideicommiſſi, quod tamen is, in quem bona fuerunt alienata, non poſſit ea alienare, nec relinquere extra perſonas à teſtatore nominatas, & ſic quod non poſſit ad libitum extraneis relinquere.

Chriſtoph. Torn. etiam idem voluit in prohibitione alienationis, facta cum modificatione, ſaluo, & præterquam in ſeipſos, ſe alterum ex eis, *in conſil.102. dubio ſecundo*, vbi dicit ſtare poſſe fideicommiſſum. & licentiam alienandi, quia fideicommiſſum locum habebit non facta alienatione, & vult per inſtitutionem hæredis factam in alterum ex perſonis permiſſis derogatum eſſe fideicommiſſo.

Ego etiam idem tenui *in conſil.90.* ſuper teſtamento Perilluſtr. D. Ceciliæ Portulacæ, quæ facto reciproco fideicommiſſo ſucceſſiuo, & perpetuò inter deſcendentes maſculos ſubiecit, quod dabit illis licentiam diſponendi, & teſtandi inter deſcendentes maſculos: D. Teſeus alter ex filijs fecit teſtamentum, & inſtituit nepotes ex Perilluſtr. & Excellentiſſimo D. Vincentio fratre, & dixit in hac portione non extare aliquod fideicommiſſum.

2 Sed contra quod, quando præcedit fideicommiſſū, & ſequitur alienationis prohibitio cum facultate alienandi inter ſeſe, quod ſequuta alienatione ſiue ex actu inter viuos, ſiue per teſtamentum, quod purificata conditione fideicommiſſi alienata poſſint reuocari à fideicommiſſarijs, & ſic quod ſubſtitutio præcedens non ſit ſublata tenuit Odd. *conſi.48.* vbi adducit Paul. Caſtrenſ. *conſ.163.column.pen. & vlt. li.2.* Dec. *conſ.387. dubio primo*, Corn. *conſil.97. in fine, lib.1.* Ruin. *conſil.117.nu.20. lib.2.* Soc. iun. *conſil.130.n.7. & ſeqq. lib.1.* Pariſ. *conſ.31.n.35. & ſeqq. lib.1. & conſi.55.n.16. eod.* Ceph *conſ.153.n.42. lib.2.* Pedem. *deciſ.85.n.14.* quibus addi poſſunt alij à me relati *q.720.n.7.* vbi etiam adduxi plura argumenta, quæ hîc poſſunt accommodari, & etiam reſponſum fuit, idem ſenſit Grat. *conſ.21.n.50. lib.1.* Et facit etiam, quia prohibitio expreſſa debet regulari à fideicommiſſo præcedenti, cui adiecta fuit, Dec. *conſ.636.* Ceph. *cōſ.5..4.n.15. & ſeqq. lib.4.* & plene dixi *qu.683.* Et cum prohibitio ſit appoſita ad augendum, & conſeruandum fideicommiſſum non debet contrarium effectum operari, Ruin. *conſil.117.nu.27. lib.2. & conſil.150. col. vlt. eod.* Curt. iun. *conſil.48.nu.22. lib.1.* Ceph. *conſ. 08.n.71. & ſeq.* Odd. *d. conſ.48.n.33.* Peregr. *conſ.38.num.35. lib.3.*

Quod eo magis dicendum eſt vt euitetur contrarietas, & repugnantia. Bart. & alij *in l. fin. §. idem quæſijt, col. vlt. verſ. quæro an poſſit*, Pere. *d. conſ.38 n.6. & ſeqq. li.3.* vbi per hoc intelligit prohibitionem adiectam eſſe fideicommiſſo ad illud roborandum, ne interim pendente conditione in exteros alienari poſſent bona. quæ ſine huiuſmodi prohibitione potuiſſēt alienari, *l. vltim. §. ſin autem. & §. emptor, C. comm. de legat.* Pereg. *de fideicomm. artic.40.num.6.* prohibitio autem operabitur, ne poſſint alienari niſi inter ſeſe, ſed tamen tantum donec erit purificata conditio fideicommiſſi, quia tunc erit locus ſubſtitutioni.

Porro notandum eſt, quod ſi teſtator fecit fideicommiſſum reſtitutorium, & poſtea adiecit permiſſionem alienationis ſiue tacitam, ſiue expreſſam, quod ex tali conceſſione tollitur prohibitio reſultans ex ſubſtitutione, ita vt alienatione ſequuta ſublata ſit omnis ſubſtitutio. 3

Si verò vltra ſubſtitutionem adſit etiam expreſſa prohibitio alienationis, tunc ſi poſtea ſequatur conceſſio alienandi, poterit fieri alienatio liberè, & eueniente caſu fideicommiſſi nō reuocabuntur alienata, dummodò conceſſio alienandi ſit expreſſa, ſi enim conceſſio tacitè reſultaret, purificata conditione fideicommiſſi reuocarentur alienata, Dec. *conſi.27.nu.3.14.15.16. & 36. verſ. præterea etiam, lib.3.* in quibus locis allegat Paul. Caſtr. Dec. Pariſ. & Soc. iun. Sed tamen hoc non dicunt, & loquuntur in alijs terminis, ſcilicet *q.683.*

Licentia autem alienandi expreſſa eſſet, etiam quando teſtator dixit quod filij, vel hæredes nō poſſint alienare niſi inter ſeſe: natura enim illius dictionis, niſi, eſt poſtpoſita prohibitioni affirmet, & diſponat, & ponat 4 potentiam, & conceſſionem ſuo contrario. *l. quibus diebus, §. quidam Titio, in fine ff. de condit. & demōſtr.* Doct. *in l. ſi cum §. qui iniuriarum, col 3. ff. ſi quis caut.* Bart. & alij *in l. actione, C. de tranſact.* Dec. *conſ.132.nu.1.* Bald. *in cap. cum acceſſiſſent, colum.3. extr. de conſtit.* Odd. *conſ.48. num.1.* Expreſſum enim dicitur, quod neceſſario ſe- 5 quitur ex natura verbi, & ex propria eius ſignificatione, *l. ait prætor, in principio. iuncta Gloſſ. in verbo, expreſſum ff. de oper. non. nunciat.* Bartol. *in l. ſi ita ſtipulatus ſit, §. meminiſſe ff. de legat.* Bald. *conſ.109. circa medium lib.1.* Angel *conſ. 17. colum. penult.* Anchar. *conſil.293.* Curt. ſen. *conſil.50. column.48. in fine.* Et in terminis, quod per prohibitionē alienationis, niſi inter ſeſe reſultet expreſſa conceſſio alienandi, dixit Dec. *conſil.78. num 12. & ſeqq. lib.3.* & volunt alij citati, *q.683. num.29.*

Quæ autem dicta ſunt *ſupra n.3. verſ. ſi verò*: videlicet, quod ſi adeſt expreſſa licentia alienandi poſt prohibitionem, & ſubſtitutionem conceſſa: quod tollatur ſubſtitutio præcedens ſequuta alienatione, dubia redduntur ex dictis *antea num.3.*

Sed quæ dicta ſunt de tacita facultate conceſſa, vt nō tollatur per eam ſubſtitutio præcedens; quæ facta fuit, & addita eſt prohibitio, confirmantur ex his quæ ſcripſit Pereg. *conſ.38. lib.3.* vbi facto fideicommiſſo perpetuo, reciproco, & deſcenſiuo inter deſcendentes maſculos in infinitum, & prohibita alienatione quocunque titulo, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento in aliquem, qui non ſit de deſcendentibus, vel de familia: quia vult bona omnia perpetuò conſeruari in familia, dixit Peregr.

ſequuta

ſequuta alienatione per teſtamentum non eſſe derogatum fideicommiſſo, & egregiè comprobat.

Similis eſt deciſio eiuſdem Peregr. *conſi.* 113. *lib.* 3. vbi pariter conſtituto fideicommiſſo perpetuo inter deſcendentes teſtator addidit: quod bona ſua per quemcunque modum inter viuos, aut ab inteſtato non poſſent alienari extra deſcendentes maſculos, conſuluit Peregr. non eſſe derogatum ſubſtitutioni. Et in vtroque conſ. dicit quod prohibitio alienationis in aliquem, qui non ſit de deſcendentibus maſculis, non inducit facultatem alienandi in deſcendentes maſculos, nam teſtator in hoc ſtetit, quo ad diſpoſitionem iuris communis, & de iure poteſt fieri alienatio etiam in remotiorem, *l. fin. §. ſin autem ſub conditione. Cod. communn. de legat.* & eueniente caſu fideicommiſſi proximiores vocari ex fideicommiſſo reuocant alienata, Ruin. *conſil. octauo libro primo, & conſil.* 101. *n.* 14. *& ſeq. lib.* 2. Siluan. *conſ.* 15. *per totum.* Tiraq. *de retract. L. guag. §. primo gloſſa ſeptima in principio,* & alibi ſæpe. Et ſic aliud ſit permittere alienationem, aliud inhibere, aliud non concedere: nec inhibere, & in his caſibus, ſuper quibus conſuluit Peregr. alienatio non erit nec inhibita, nec conceſſa.

Nec ex quo dictum fuit, quod alienari non poſſint bona in aliquem qui non ſit maſculus de familia, à contrario ſenſu deſumi poteſt argumentum, quod in maſculos de familia poſſit fieri alienatio, nam contrarius ſenſus erit, quod in maſculos non prohibuit alienari bona, ita Dec. *conſil.* 386. *columna tertia.* Honded. *conſil. decimoſexto, numero ſexageſimo, libro primo,* Cacher. *conſ. quadrageſimo, numero nono, & deciſ. Pedemon.* 85. *nume-*
6 *ro decimo quarto.* Nam argumentum à contrario ſenſu debet ſtricte accipi ad limites verborum, quæ in ſenſu directo ponuntur, Butr. *in cap. cum Apoſtolicam, in vlt. not ab. de his quæ fiunt à prel.* Dec. *in l. pecuniam, numero*
7 *tertio, ff. ſi cert. petat.* Nec argumentum à contrario ſenſu ſumitur, quando reſultat abſonus intellectus repugnans ordinatis à teſtatore, & correctio aliqua ſequitur, Cacher. *conſilio quadrageſimo, numero decimo.* Peregr. *d. conſil.* 38. *numero vndecimo.* Eſt enim argumentum à contrario ſenſu non ex verbis, ſed ex mente, & coniectura, Gloſſ. Bartol. Bald. & alij *in l. apud antiquos, Codic. de furt.* At hic reſultaret maxima abſurditas, quod teſtator voluerit deſtruere præcedentem ſubſtitutionem perpetuam fauore maſculorum factam, & ſic quodammodo ſe corrigere, quod non eſt veriſimile, nec ex prædictis reſultare poteſt.

QVÆSTIO DCCXXXVII.

QVAERO, teſtator fecit ſubſtitutionem, & illi adiecit prohibitionem alienationis, poſtea in codicillis reuocauit prohibitionem, an dicatur reuocaſſe & ſubſtitutionem? dixi *ſupra q.* 579.

Sed quid è contra, an reuocata ſubſtitutione cenſeatur reuocata & prohibitio alienationis? Dixi *dict. q.* 579. *numero* 9.

SVMMARIVM.

1 *In caſum alienationis ſubſtitutus admiſſuſque ex alienatione facta, non excludit ſubſtitutum in caſum mortis, contra n.* 3. *declara per totam quæſt.*

2 *Filius non debet priuari facto patris.*

QVÆSTIO DCCXXXVIII.

In caſum alienationis ſubſtitutus, an excludat ſubſtitutum in caſum mortis alienatione ſequuta?

CONTROVERSA eſt diſputatio, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, & in caſum alienationis aliquem ſubſtituat, deinde in caſum mortis alios ſubſtituat, & euenit caſus, quod prohibitus alienauit, & admiſſus eſt ſubſtitutus in caſum alienationis, ſi poſtea moriatur prohibitus, qui alienauit, an ſubſtitutus in caſum mortis admittatur, an verò ſubſtitutus in caſum alienationis ſemel admiſſus illum excludat? Ego cenſeo, quod ſubſtitutus in caſum mortis ſit admittendus, & idem voluerunt Bald. *conſilio* 283. *verba teſtamenti, libro ſecundo.* Ruin. *conſil.* 122. *lib.* 2. Pariſ. *conſil.* 52. *numero* 61. *& ſeq. & conſil.* 70. *libro tertio,* Cephal. ſenſit *conſil.* 281. Burſat. *conſil.* 13. *numero* 51. 60. *&* 70. Hieron. Gabr. *conſil.* 123. *numero* 37 *& ſeqq. lib.* 1. vbi optimè comprobat. Alba *conſil.* 57. *ad finem. conſil.* 166. *num.* [illegible] Zanch. *in l. heredes mei, §. cum ita numer.* 413. *& ſeqq. ff. ad Trebell.* Peregr. latè *conſil.* 48. *lib.* 2. vbi multis rationibus comprobat *& in tract. de fideicommiſſ. art* 14. *numero* 48. Magon. *deciſ. Florent.* 16. *num.* 9. *deciſ.* 91. *num.* 31. *vſque ad finem deciſ. ſeq. num.* 43. *vſque ad finem & deciſ.* 138. Caualc. qui plures adducit *dec.* 6. *num.* 42. *& dec.* 17. *num.* 43. *p.* 3. & hanc tenui ſuper teſtamento D. Catharinę de Rouedo, & adducebam infraſcriptas rationes. 1

Primò text. *in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc.* vbi facta publicatione bonorum delinquentis, bona fideicommiſſi remanent penes fiſcum, cum onere illa reſtituendi ſubſtitutis poſt mortem banniti, ergo pariter bona deuenta ad ſubſtitutum in caſum alienationis, erunt deuenta cum ſuo onere illa reſtituendi ſubſtituto in caſum mortis ſequuta morte alienantis. Et ſicuti quando tranſlatio in pœnam delinquentis ex diſpoſitione legis ſit, durat fideicommiſſum *d. §. Cornelio Felici*, idem ergo erit, quando ſit tranſlatio in pœnam ex diſpoſitione teſtatoris, quæ habetur pro lege, *§ diſponat, in auth de nupt.* & ſic cenſebitur facta cum fideicōmiſſo conſtituto in caſum mortis, ita argumentabatur Ruinus *in conſi.* 122. *nu....lib.* 2. Magon. *deciſ. Florent.* 92. *num.* 50.

Reſpondet Menoch. *conſil.* 954. *nu.* 23. *& ſeqq. lib.* 10. quod diuerſus eſt caſus *d. §. Cornelio Felici* à caſu iſto, nam ideo ibi fiſcus reſtituit purificata conditione fideicommiſſi, vt voluntati fideicommittentis ſatisfiat, quæ non fuit vt bona apud fiſcum remanerent, ſed fuit vt ſubſtitutus ſuccederet poſt mortem grauati: ſed in hac diſputatione, quando bona remanent apud vocatum in caſum alienationis, & admiſſum alienatione ſequuta, remanent ex voluntate teſtatoris, ergo de vno caſu ad alium non licet argumentari.

Secundò accedit, quod teſtator voluit alienantem priuari hæreditate in odium ipſius alienantis, qui contrauenit voluntati defuncti: atqui cauſa odij ceſſat in ſubſtituto in caſum mortis, ergo ceſſare debet & pœna ex traditis à Tiraquel. *in tract. ceſſ. cauſ. ceſſ. effect. parte* 1. *num.* 190. & ita arguunt Ruin. *d. conſil.* 122. *num.* 7. *lib.* 2. Magon. *d. deciſ.* 92. *num.* 51.

Reſpondet dupliciter Menoch. *in d. conſil.* 954. *nu.* 39. *& ſeqq.* Sed prima reſponſio non facit ad quæſtionem iſtam ſimpliciter, & generaliter intellectam: ſecunda verò reſponſio, quod ſicuti pater eſt priuatus, dicatur priuatus & filius, procedit quando filius eſt ſubſtitutus in caſum mortis, ſed altero ſubſtituto, qui non ſit filius non haberet locum reſponſio. Vlterius in filio non eſt 2
tuta reſponſio, nam inconueniens eſt, quod filius priuetur ex facto patris. *l. paterfamilias teſtamento. ff. de hered. inſtitut.* Ruin. *conſil.* 122. *num.* 5. *libro* 2. Magon. *deciſ. Florent.* 16. *num.* 9. nec æquum eſt, quod aliquis alterius odio prægrauetur: & facit, quod filius non portabit iniquitatem patris, & de hac materia latius dixi *quæſt.* 575.

an fi-

an factum patris contrauenientis voluntati teſtatoris noceat filijs.

Tertiò facit, quia ſi verum eſſet, quod ſubſtitutus in caſum mortis eſſet priuatus ex alienatione facta à prohibito, ſequeretur quod eſſet in eius facultate excludere ſubſtitutum alienando ad libitum. non debet autem præſumi teſtatorem concedere voluiſſe, quod fideicommiſſum pendeat à voluntate grauati *l. ſi quis ita §. is cui, ff. de legat. 2. l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſtrat.* vbi adoptiui non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi ſi ſine filijs, ne ſit in facultate excludere ſubſtitutum.

2 Et ita argumentati ſunt, Ruin. *d. conſil. 122. n. 8. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 70. num. 11. lib. 3.* Magon. *d. deciſ. 92. numer. 53.* & Menoch. admittit argumentum, *conſil. 954. num. 42. & ſequenti*, licet in ſuo caſu contrarium tenuerit, quia ibi agebatur de priuatione in caſu delicti, in quo caſu verſimiliter non cadit illa facultas excludendi ſubſtitutum.

Quartò cófirmatur, quod teſtator addendo prohibitionem alienationis ſubſtitutioni in caſum mortis, cenſetur hoc feciſſe, vt magis ſubſtitutio principalis in caſum mortis ſortiretur ſuum effectum, Angel *conſil. 169.* Paul. Caſtr. *conſ. 77. col. pen. lib. 1.* Doct. *in l. qui Romæ §. coharedi ff. de verb. oblig.* non eſt ergo dicendum, quod ſequuta alienatione ſit extincta ſubſtitutio in caſum mortis, quia inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium effectum *l. legata inutiliter, ff. de adim. legat. l. quod fauore C. de legib. l. non omnis ff. ſi cert. petat.* & hanc conſiderationem in ſpecie ita fecit Hier. Gabr. *conſ. 123. num. 58. verſ. primo quia, lib. 1.*

Reſpondet Menoch. *d. conſ. 954. n. 58. verſ. reſpondetur*, quod procederet argumentum, niſi teſtator vocaſſet alium in caſum alienationis, nam tunc patet, quod voluit illum magis habere, quam ſubſtitutum in caſum mortis, alıter ſubſtitutum in caſum mortis ſubſtituiſſet, & in caſum alienationis.

Quintò, translatio facta à teſtatore de vno in alium cum eodem onere facta cenſetur, *l. legatum ſub conditione ff. de adim. legat. l. Caio, in principio ff. eodem*, cum alijs adductis à Menoch. *lib. 4. præſump. 174. n. 2.* ergo tranſlatio bonorum facta in vocatum in caſum alienationis, cenſebitur facta ſub eadem conditione, ſcilicet quod in caſum mortis prohibiti ſuccedat ſubſtitutus in illo caſu mortis, *l. cum pater, §. ab inteſtato, & l. penult. §. vltim. ff. de legat. 2.* & in vtroque loco Doct. & ita arguunt Hier. Gabr. *d. conſ. 123. num. 40. lib. 1.* & Zanch. *in d. §. cum ita, num. 414. circa medium.*

Sexto arguit Peregr. *in tract. de fideicommiſſ. artic. 14. num. 48.* quod ſubſtitutio facta in caſum alienationis, propriè eſt facta in pœnam, & priuatio facta ex alienatione dicitur pœna hæredis, nam in eius vita locum habet, & ſi protraheretur poſt eius mortem, non eſſet pœna hæredis, vel eius hæredum, ſed ſubſtituti in caſum mortis, ideo ablatio, & priuatio reſtringi debet ad cauſam ſuam, & ad perſonam, quæ deliquit, ne alioquin prouiſio facta in caſum alienationis videatur facta ad tollendum fideicommiſſum conſtitutum, quod veriſimile non eſt, per reg. *l. nam ad ea ff. de cond. & demonſtr. & l. eum qui ff. de probat.*

3 Cæterum alij fuerunt in ſententia, quod ſubſtitutus iam admiſſus ob ſequutam alienationem excludat ſubſtitutum in caſum mortis, Paul. Caſtrenſ. *conſilio 77. viſis, column. 3. verſ. concludo ergo. lib. 1.* Gratus *conſilio 28. lib. 2.* Ruin. *conſil. 169. num. 7. & 18. & conſil. 116. col. 7. verſ. nec etiam libro 2.* Alba *conſil. 57. numero 18. & ſeqq.* Pancir. *conſil. 18. num. 13.* Odd. *conſil. 26. dubio primo.* Menoch. *conſil. 620. per totum. maximè num. 8.* vbi loquitur in caſu quando fuit dictum, prohibeo alienari domum, quia volo manere ad mei memoriam, & in caſu alienationis ſubſtituo Hoſpitale & vult Hoſpitale admitti. *& conſil. 954.* vbi loquitur in caſu, quando bona fuerunt publicata, & ob publicationem aliquis admiſſus erat in caſum delicti ſubſtitutus & vult euenıente caſu ſubſtitutionis in caſum mortis non admitti ſubſtitutum in eo caſu.

Fundamenta huius opinionis ſunt primò, quia hæ ſunt duæ ſubſtitutiones, & conditiones, vna in caſum mortis, altera in caſum alienationis: vnde prima, quæ euenit tollit aliam, ſicuti ſtipulatione facta ſub duplici conditione alternatiua, in qua dicitur vna concedi: altera ceſſare, *l. cũ quærebatur, verſ. Ecce enim ff. ind. ſolut.*

Secundò addo, quod quando duæ conditiones concurrunt, quæ prius euenit conſeruat eſſectum ſuum. *l. ſi quis ſtipuletur ſi ue nauis ff. de verb. oblig.* ergo idem erit in duabus ſubſtitutionibus, nam licet arguere a contractibus ad vltimas voluntates, Euerard. *in ſua Cent. in loc. à contract. ad vltim. volunt.*

Tertio facit, quod diminutio bonorum fideicõmiſſi contingens poſt mortem teſtatoris, ex cauſa habente originẽ ex facto teſtatoris & in eius vita cedit damno fideicommiſſarij Bart. *in l. in ratione, la prima, §. quod vulgo ff. ad leg. Falcidiam.* Paul. Caſtr. *in l. ratione la 2. ff. eod.* ergo cum ex prohibitione ſuccedat vocatus in caſu prohibitionis, ſubſtitutus in caſum mortis erit excluſus.

Quartò, quia res deſijt eſſe in hæreditate ex voluntate teſtatoris, antequam eueniat caſus ſubſtitutionis in caſum mortis, ergo non venit in reſtitutione, ita arguit Ruin. *conſil. 169. num. 18. lib. 1.*

Quintò, quia admiſſus ex alienatione non eſt grauatus in caſum mortis prohibiti qui alienauit alteri reſtituere, ergo, & c. ſic Ruin. *loco iam citato per text. in l. cum ex filio § filio & l. ex facto §. item quæro, ff. de vulg. & pup. ll.* & hoc etiam argumento vſus fuit Menoch. *d. conſil. 954. num. 7.*

Sexto ſemel factus dominus & heres non poteſt amplius deſinere eſſe talis. *§. reſtituta inſtit. tit. de fideicom. hæred.* ergo admiſſus ex alienatione facta contra teſtatoris ordinationem debet remanere dominus irreuocabiliter.

Et quando filij & deſcendentes prohibiti eſſent ſubſtituti in caſum mortis, faciunt infraſcripta fundamenta ad probandum, quod ſicut per contrauentionem fuit excluſus pater, quod & filij ſint excluſi.

Septimò, quia ſi teſtator excluſit hæredem prohibitum proximiorem, & magis dilectum, multò fortius præſumi debet voluiſſe excludere eius filios, ita Soc. iun. *conſil. 129. num. 11 lib. 3.* Menoch. *d. conſil. 95. num. 31.* Alba *conſil. 57. num. 18.* vbi dicit maximè verum, quando vocati ſunt filij nomine proprio non expreſſo, quia dicuntur vocati contemplatione patris.

Octauò, quia excluſa aliqua perſona cenſentur excluſi & eius deſcendentes, tanquam nati ex radice infecta, vt comprobat Soc. iun. *d. conſ. 129. n. 16 & ſeqq.* Menoc. *d. conſil. 954. num. 33.* Alba *conſil. 57. num. 19.*

Ampliatur hæc ſecunda opinio in caſu, quando alienatio eſſet facta ex cauſa neceſſaria prohibiti, ita vt eius vita durante reuocari non poſſit, iuxta *tex. in l. peto. §. fratre ff. de legat. 2.* nam eo moriente ſubſtitutus in caſum alienationis reuocare poterit alienata ſecundum Ruin. *d. conſil 169. num. 20. lib. 2.* 4

Similiter ſi fideicommiſſarius ſubſtitutus in caſum mortis eſſet mortuus: admitteretur irreuocabiliter ſubſtitutus in caſum alienationis. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 414. ff. ad Trebell.* 5

Pariter ſecunda opinio tenenda eſſet, quando vocato in caſum alienationis eſſet adiunctum aliud onus, vel colligeretur ex diſpoſitis teſtatorem voluiſſe ei acquiri irreuocabiliter, quia tunc ſubſtitutus in caſum mortis 6

non

non auocaret bona à primo admiſſo moriente prohibito, Hieron. Gabr. *conſil.* 123 *n.* 37. *lib.* 1.

7 Et ſi teſtator prius ſubſtituit aliquem in caſum alienationis, & poſtea dicat in bonis non alienatis alium ſubſtituere in caſum mortis, appareret teſtatorem voluiſſe bona alienata irreuocabiliter ſpectare ad ſubſtitutum in caſum alienationis. Odd. *conſil.* 26 *dubio primo.*

8 Sed quid ſi alienatio ſit facta in venientem ab inteſtato, nullo modo admitti poſſit ſubſtitutus in caſum alienationis, ſed ſubſtitutus in caſum mortis ſuccedet, Socin. ſen. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, colum.* 2. *ff. ad Trebell.* Ruin. *conſil.* 109. *colum.* 6. *conſil.* 116. *colum.* 7. *& conſil.* 122. *colum.* 2. *lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Filij alienantis prohibiti alienare excludunt ſubſtitutum in caſum alienationis, decl. num. ſeqq.*

5 *Alienata bona contra teſtatoris prohibitionem applicantur his, quorum fauore prohibita eſt alienatio, decl. n. ſeqq.*

6 *Prohibita alienari ſi ſunt alienata proximior ſolus reuocat decl. n.* 7.

7 *Proximior in gradu ſi non reuocat alienata cōtra prohibitionem teſtatoris ſequens in gradu admittitur.*

8 *Heres vocatus in caſum alienationis poterit reuocare alienata, decl. n.* 9.

QVÆSTIO DCCXXXIX.

Alienatione ſequuta contra teſtatoris prohibitionem quis admittatur.

1 IN hoc articulo diſtinguo aliquot caſus.

Primus quorum eſt quādo datus eſt ſubſtitutus tam in caſum alienationis, quam in caſum mortis, & hic caſus eſt expeditus *in præced. quæſt.*

Secundus caſus eſt quando non in caſum mortis datus eſt ſubſtitutus, ſed tantum datus eſt in caſum alienationis, & ex prohibito extent filij, & illi excludunt ſubſtitutum in caſum alienationis, Ang. *conſ.* 326. *inter conſ. Bald.* cui Bald. ſubſcripſit, *lib.* 5. vbi in caſu alienationis erat vocata Fraternitas, cui per alienationem bona erant deuoluta, & dicit quod ciuiliter aget, ſi filijs alienantis reſtituat hæreditatem, quia creditur teſtatorem voluiſſe potius terrere filium per talem diſpoſitionem à dilapidatione bonorum, quam in Fraternitatem bona transferre. Ruin *conſil.* 122. *maximè n.* 7. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *conſ.* 123. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 282. vbi late & loquitur in terminis, quādo filij alienantis erant ſubſtituti in caſum mortis & ſic in terminis præcedentis quæſtionis, *& conſ.* 318. vbi loquitur in fortioribus, quando filij ſunt nati poſt alienationem, Burſat. *conſil.* 13. *n.* 52. *&* 70. Alba latè *cōſ.* 273. *per totum*, Magon. *dec. Florent* 16. *num.* 7. *& ſeqq. deciſ.* 91. vbi loquitur in caſu quando filij eſſent de his quorum fauore facta eſt prohibitio, & vult eos præferri alijs de familia, vel de deſcendentibus teſtatoris, licet ſint nati poſt alienationē, & idem dicit *deciſ. ſeq. nu.* 36. *& ſeqq. & deciſ.* 138. vbi ait filios alienantis eſſe præferendos vocatis in caſum alienationis, *& deciſ.* 92. *n.* 36. *& ſeqq.* vult præferri & ſi nati ſint poſt alienationē, maximè ſi nati tempore alienationis nō declaraſſent ſe admitti, vt *ibi n.* 40. vbi alios citat.

2 Maximè filij alienantium aliàs excluderent, quando prohibitio eſſet facta de alienando, niſi deſcendentibus, quia tunc vno alienante eius filij reuocarent alienata, nō autem cum eis eſſent admittendi filij aliorum, Hieron. Gabr. *conſil.* 140. *dubio primo, lib.* 1.

Declaratur primò non procedere, quando in caſum 3
alienationis eſſet vocatus Titius, & poſtea dixiſſet teſtator, quod poſt mortem prohibiti eius filij ſuccederent in bonis non alienatis, quia tūc Titius excluderet filios alienantis in bonis alienatis, Odd. *conſ.* 26. *dubio* 1.

Declaratur ſecundò, vt poſt mortem alienantis ſucce- 4
dant eius filij, nam eo viuo ſubſtitutus in caſum alienationis admitteretur, vt ſupponunt, Ruin. & alij *ſupra citati*, & expreſſè Magon. *deciſ. Floren.* 138. *nu.* 14. & ita ego conſului ſuper teſtamento D. Ioan. Franciſci Præſtorini de Seniga.

Tertius caſus eſt, quando non eſt datus ſubſtitutus 5
nec in caſum alienationis, nec in caſum mortis, & tunc generale eſſe, vt alienata contra teſtatoris prohibitionem applicentur his, quorum fauore prohibita eſt alienatio, Bart. *in l. ſi legatarius, nu.* 1. *ff. de legat.* 1. Alexand. *conſil.* 138. *n.* 14. *lib.* 1. Corn. *conſil.* 118. *nu.* 5. *libro ſecundo*, Menoch. *conſil.* 1213. *nu.* Petr. *de fideicom. q.* 1. *n.* 118. rurſus Bart. *in l. poſt legatum §. amittere, nu.* 2. *ff. de his quib. vt indig. & in l. videndum, nu.* 2. *verſ. præterea. ff. ad Tertul.* Angel. *in l. filius fam. §. cum pater, ff. de legatis primo*, Gratus *conſ.* 106. *n.* 14. *lib.* 2. vbi dicit eſſe communem opinionem. Hieron. Gab. *conſ.* 140. *n.* 8. *lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 108. *colum.* 3. *in fine lib.* 4. Ruin. *conſil.* 1. *nu.* 10. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 637. *nu.* 5. Pariſ. *conſil.* 31. *n.* 2. *lib.* 3. Soc. iun. *conſ.* 158. *n.* 59. *& conſil.* 174. *n.* 5. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 288. *col.* 1. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit, nu.* 106. *C. de reuoc. donat.* Menoch. *conſil.* 1032. *nu.* 15. Probatur *in l. filius familias, §. Diui ff. de legat.* 1. *in l. peto §. fratre. ff. de legat.* 2.

Sed aduerte, quod non omnes admittuntur, ſed ſo- 6
lum proximior; vnde prohibita alienatione bonorum, vt ea perpetuò maneant in familia, vel in deſcendentibus ſi vnus alienat contra prohibitionem, non omnes de familia, nec omnes deſcendentes admittentur, ſed ſolum qui proximior erit, *not. in l. vlt. §. penul. ff. de legat.* 2. *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. peto, §. fratre, ff. de legat.* 2. & in vtroque, Bart. & alij, Ign. *in l. dubium, nu.* 11. *C. de contrah. empt.* Soc. ſen. *conſil.* 43. *n.* 16. *li.* 4. Ceph. *conſ.* 513. *n.* 77. *& conſil.* 434. *n.* 13. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 1. *col.* 1. Crauet. *conſ.* 67. *n.* 5. Menoch. *conſ.* 1032. *n.* 15. *&* 16. Magon. *deciſ. Florent* 92. *nu.* 36. Rota Roman. in collec. per Farinac. *deciſ.* 73. *n.* 3. *par.* 1. cum alijs citatis *ſupra q.* 358. an vocata in familia omnes de familia admittatur, *& q.* 483. an in fideicommiſſis proximior admittatur excluſo remotiore, vbi latius materia declaratur.

Sed an proximitas teſtatoris, vel alienantis attendatur? Dixi *ſupra q.* 355. *& q.* 384.

Et an nati ſolum tempore alienationis admittantur? Dixi *q.* 318.

Et filius alienantis, etiam ſi ſit in poteſtate admittitur viuente patre, nec vſusfructus patri debetur, vt dixi *ſupra quæſt*.... *n.* 10.

Et pater agere poterit nomine filij tanquam eius legitimus adminiſtrator ad reuocationem bonorum à ſe alienatorum, vt dixi *ſupra quæſt* ..... *num.* 4...

Et ſi prior in gradu non reuocat alienata, ſequentes 7
in gradu poterunt petere per ea quæ latius dixi *q.* 318. *tertio caſu, num.* 107. *& ſeqq.* & ſenſit Magon. *deciſ. Florent.* 102. *num.* 6. *& ſeqq.* & clarè Rota *d. deciſ.* 73. vbi dicit quod remotior poteſt reuocare alienata, nec poſſeſſor poſſet opponere, quod extent proximiores, nam requiritur declaratio proximiorum ad hoc, vt remotior agens excludatur.

Hæredes etiam eius, cuius fauore facta fuit alienatio 8
poterunt reuocare alienata, *l. qui ſoliduum. §. prædium, ff. de legat.* 2. Alba latè *conſil.* 223.

Limitatur quando pœna appoſita eſt hæredi contrauenienti præcepto de non alienando, & hæc pœna ſit

applicata

applicata alicui, nam ſi ille viuens non agnouit fideicommiſſum, & petijt pœnam, eius hæredes petere non poterunt, Rimin. ſen. *conſil* 26 *nu*. 7. *& ſeqq*. diſſentit tamen Pariſ. *conſ*. 52. *nu*. 44. *& ſeqq. lib*. 3.

SVMMARIVM.

1 *Alienans contra prohibitionem teſtatoris an poſſit ex eodem fideicommiſſo partem alteri obuentam petere, ampl. & decl. per totam quæſt.*

2 *Auxilium legis non meretur qui in eam commiſit.*

3 *Hæres contrauenient teſtamento omni commodo illius efficitur indignus, decl. nu*. 18. *&* 19.

6 *Prohibitus alienare partem alienans priuatur ea parte non toto.*

7 *Pœnam priuationis per alienationem contra teſtatoris præceptum non eſſe incurſam in dubio iudicandũ eſt.*

10 *Pœna non declarata per authorem non poteſt declarari per ſucceſſorem.*

12 *Pœna locum habere non poteſt, niſi is in cuius fauorem eſt impoſita declaret. & petat pœnam.*

14 *Alienans contra prohibitionem teſtatoris poterit petere partem cohæredis ex ſubſtitutione appoſita in teſtamento.*

15 *Pœna priuationis non habet ſolum niſi à lege expreſsè, & ſpecificè ſit impoſita, ampl. etiam in teſtamentis, num*. 16.

17 *Argumentum à ſimili non habet locum in materia priuationis.*

19 *Subſtitutus impugnans inſtitutionem non prohibetur venire ex ſubſtitutione.*

QVÆSTIO DCCXL.

Alienans contra prohibitionem teſtatoris, an poſſit ex eodem fideicommiſſo partem alteri obuentam petere?

1 VTILIS eſt quæſtio, an alienans bona contra teſtatoris prohibitionem poſſit partem alteri obuentam ex eodem fideicommiſſo petere? regula negatiua conſtituenda eſt, quod non poſſit, *l. cum pater §. libertis, ff de lega*. 2. & ibi Doct. Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita par*. 5. *n*. 118. *ff. ad Treb*. Ang. *conſil*. 168. *nu*. 1. Aret. *conſil*. 67. *col* 2. *verſ. venio ad ſecundum*. Curt. ſen. *conſ*. 63. *antiquiſſima col. vlt. verſ. vlt. ſe offert*, vbi & Barbar. allegat Ruin. *conſil*. 136. *num*. 4. *& in fine lib*. 1. Bero. *conſil*. 64. *nu*. 14. *lib*. 1. Nemz. *conſil*. 3. *nu*. 1. Pariſ. *conſil*. 91. *n*. 54. *&* 64. *& ſeq. lib*. 2. Alciat. *reſp*. 304. *n*. 5. *ſecundum antiquam impreſſionem*. Decian. *conſi*. 57. *n*. 14. *lib*. 5. Natt. *conſi*. 528. *n*. 27. *li*. 3. Crott. *conſi*. 144. *n*. 17. Alba *conſi*. 7. *n*. 11. *lib*. 1. Surd. *cõſ*. 70. *n*. 11. *& ſeqq lib*. 1. *conſ*. 215. *& conſi*. 284. *nu*. 21. *lib*. 2. Menoch. *conſ*. 777. *n*. 3. *& conſ*. 1099. *nu*. 24 Peregr. *conſil*. 44. *n* 19. *verſ. ad quartum. lib*. 4. Petr. *de fideicom. q*. 10. *num*. 55. *& quæſt*. 14. *nu*. 4. *& ſeqq*. Surd. *de aliment. tit*. 9. *quæſt*. 23. *n*. 55. Præt. *de interpr. vlt. vol. fol*. 480. *nu*. 38. Rodoan. Suarez. *in allegat*. 3. *n*. 7. Magon. *deciſ Florent*. 16. *& deciſ*. 50.
2 Et ratio eſſe poteſt in argumẽtum, quia legis auxilium nõ meretur, qui in eam commiſit, *l. auxilium, in ſi. ff. de minor*. 25. *ann. & ibi Gloſ. vlt*. adducit plura ſimilia Magon. *deciſ. Florent*. 50. *n*. 10. ergo & beneficium à teſtatore non debet habere, qui contrauenit eius voluntati. Et facit regula. quod quis non debet conſequi beneficium ex eo, quod niſus eſt impugnare, *cap. ex eo de reg. iur. in* 6. Bar. *in l. poſt legatum ff. de his quib. vt indign*. Magon *d. deciſ*. 50. *nu*. 11. *&* 12. Vlterius de iure hæres voluntatem teſtatoris non obſeruans omni commodo teſtamenti efficitur indignus, *arg. l*. 1. cũ ibi not. *ff. de his quib. vt indig*. Soc. ſen. *in l. quibus diebus, §. Termolinus, n*. 9 *ff. de cond. & demonſt*. Alex. *conſi*. 38. *in fin lib*. 1. Pariſ. *conſ*. 91. *n*. 56. *& ſeqq li*. 2. Dec. *conſi*. 39. *nu*. 3 *& ſeqq. lib*. 2.

Ampliatur hæc ſententia, etiam quod quis contrauenerit ſolum in parte: eſt enim indignus factus beneficio in totum, qui in parte contrauenit, *cap. deſinat. de reg iur. & l. eum qui ædes. ff. de vſucap*. Et voluntas teſtatoris eſt indiuidua. *l. eum qui, in princ. ff. de his quib. vt indig. & l quidam eulogio. C. de iur. deliber*. Magon. *d. deciſ*. 50. *n*. 8. vnde non poteſt voluntati teſtatoris dici cõtrauentum quin in totum ſit læſa. Et hæres cenſetur honoratus ſub conditione, ſi voluntati teſtatoris paruerit, quæ conditio eſt indiuidua, *l etiam, ff. de legat*. 1. Et in terminis quod ſufficiat contrauentio alienando partem contra prohibitionem teſtatoris, videtur tex. *in d. l. cum pater §. libertis. ff. de legat*. 2. & ita per prædictas rationes determinat Petr. locis ſupra relatis, & volunt plures alij ex relatis *ſupra num*. 1. 4

Contra tamen in terminis iſtis tenuit Honded. *conſil*. 72. *nu*. 13. *&* 28. *lib*. 1. Mouetur quia alienans contra teſtatoris prohibitionem nõ priuatur tota hæreditate, ſed tantum parte alienata, allegat Iaſ. *in l. ait prætor, nu*. 4. *& ſeq ff de iureiur*. Ruin. *conſ*. 119. *n*. 12. *lib*. 2. Pariſ. *cõſ*. 6. *n*. 19. *lib*. 4. Burſat. *conſi*. 13. *n*. 8. *lib*. 1. Soc. iun. *in l filiusfamilias §. Diui, nu*. 170. *& ſeqq*. & latè ibi Ferdin. Loaçez, *nu*. 192. *& ſeqq ff. de legat*. 1. Menoch. *conſil*. 164. *nu*. 22. vbi dicit eſſe magis receptam ſententiam. Et quia in dubio iudicandum eſt ex alienatione contra prohibitionem teſtatoris non eſſe incurſam pœnam priuationis. Socin. iun. *conſ*. 28. *nu*. 11. *verſ. Et licet. lib*. 2. Alba *conſ*. 97. *n*. 40. Petr. Imol. *conſ*. 38 *nu* 37. Pedem. *deciſ*. 71. *n*. 67. refert & ſequitur Honded. *conſ*. 72. *n*. 17. 18 *& li*. 1. Sed prima opinio eſt magis recepta, nec ab ea conſulendo, & iudicando recedendum erit. 5 6 7

Ampliatur ſecundò, & ſi alienans alienauerit ſuam legitimam tantum, nam quantum in ſe fuit contrauenit præcepto teſtatoris, vnde vti indignus non admittitur ad portiones aliorum, Ruin. *conſ*. 36. *n*. 13. *lib*. 2. cuius opinio mihi nullo modo probatur, cum libera ſit pro legitima alienatio, vt dixi *q*. 692. vnde ſi lege permittente alienauit, non eſt quod ei imputari poſſit, *l. Gracchus C. ne adulc*.

Declaratur primò, vt ſi quis ſit conſequutus bona ob alienationem alterius, quod ſi poſtea ille alienaret bona non teneretur reſtituere, licet iuri quærendo præiudicium ſibi attulerit, & etiam licet alienans non poſſit petere partem eorum qui poſt ſe alienarent, poterit tamen petere partem eorum qui ante ipſum alienauerunt, Magon. *deciſ. Florent*. 16. *nu*. 41. vbi dicit ita tenere, Bart. Ang. Imol. Caſtr. & alios communiter, *in d. §. libertis*. 8

Declaratur ſecundò, quando is cuius fauore facta eſt prohibitio in vita, non eſt conqueſtus, quia eius hæres non poterit pęnam caducitatis prætendere, ita Hond. in terminis *d. conſi*. 72. *n*. 19. Peregr. *conſ*. 44. *nu*. 19. *in fine, lib*. 4. & quæ dixi *q*. 76 *n*. 37. *&* 38. Pœna enim non declarata per authorem, non poteſt declarari per ſucceſſorem, Ant. Gabr. *tit. de crimin. concl*. 35. *num*. 7. Crauet. *conſi*. 59. *n*. 7. *& ſeq. & conſ*. 80. *nu*. 19 Cenſetur enim remiſſa pęna ab authore, qui in eius vita non eſt conqueſtus, Crauet. *d. conſil*. 59. *num*. 7. *& ſeq*. Nec pęna locum habere poteſt, niſi is in cuius fauorem impoſita fuit declaret velle pęnam & petat. Roland. à Valle *conſil*. 100. *nu*. 71. *& ſeq. lib* 4. *deciſ. Pedem*. 94. *n*. 25. *& ſeq* quia vt dictum eſt, ille potuit pęnæ renunciare, & pro hac declaratione, vide etiam dicta *ſupra q*. 718. *n*. 75. 9 10 11 12

Declaratur tertio, vt iſta exceptio non poſſit opponi niſi à vocato in caſum alienationis, & ſic ſi res vendicarentur à tertijs poſſeſſoribus ab illis non poſſet hæc exceptio opponi, Pereg. *conſi*. 44. *n*. 19. *verſ. ad quartum, lib*. 4.

*lib.*4. vbi dicit hoc maximè procedere, quando fideicommiſſarius ipſe adhuc non agnouiſſet fideicommiſſum, allegat So. iun. ſen. in l. 1. §. *ſed & quoties, nu.*5. *ff. ad Trebell.* Soc. iun. *conſil.*71. *lib.*2. & faciunt dicta *in praecedenti declaratione.*

14 Declaratur quartò, quando quis conſenſiſſet alicui ex prohibitis, vt alienaret bona, nam non intelligeretur excluſus à portionibus aliorum, qui ſine eius conſenſu alienaſſent, *gloſ.* 2. *in d.* §. *libertis*, & ibi Bald. *in fine*, Magon. *deciſ. Florent.* 50. *num.* 37. & dicam *quaeſt.*... an conſentiens alienationi ſibi praeiudicet.

Declaratur quintò procedere, quando ille qui alienauit ageret ex fideicommiſſo reſultante ex alienationis prohibitione, ſecus ſi extaret fideicommiſſum etiã reſultans ex ſubſtitutione, & ex illo ageretur, Bart. *in l. quae dotis, n.*54. *ff. ſolut. matrim.* Paul. Caſt. *in d. l. cum pater*, § *libertis, verſic. & hoc*, poſt Gloſ. ibi & Odofr. Bald. *in verſ. quarto patet*, Alber. *n.*39. *&* 40. Cuman. *ibid. ff. de legat.*2. Bald. *conſil.*102. *n.*1. *lib.*2. rurſus Paul. Caſtr. *conſ.* 221. *num.*4. *lib.*1. Calcan. *inter conſ. Aemiliae.*16. *nu.*14. Ruin. *conſil.*166. *n.*4. *&* 9. *in fin lib.*2. Decian. *conſil.*7. *nu.* 47. *& ſeqq. lib.*5. Surd. *conſil.*394. *num.*35. Honded. *conſil.* 72. *lib.*1. vbi in fine teſtatur ita iudicatum, Surd. *conſil.* 70. *n.*13. *& in tract. de alimen. tit.*9. *q.*25. *n.*46. Magon. latè *deciſ. Florent.*50. vbi *n.*33. dicit ita iudicatum. *& deci.* 702. *num.*... & ita obtinui in cauſa D. Iacobi Lupeſſae ſuper fideicommiſſo D. Marci Lupeſſae ex ſententia Excel. DD. Valentini Bazardi, & Hieronymi Ferri Arbitrorum, & ita pariter conſului ſuper teſtamento, & fideicommiſſo D. Saluini Federici.

15 Adducebam primò, quod pęna priuationis non debet imponi niſi à lege expreſſim. & ſpecificè reperiatur impoſita, *l. at ſi quis*, §. *Diuus. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Gl. *in cap. vlt. de iur. patr.* Bart. *in l. nemo martyres. C. de ſac. ſanct. eccl.* Alex. *conſil.*103. *n.*15. *lib.*1. Pariſ. *conſil.*97. *nu.* 88. *lib.*1. Burſat. *conſil.*143. *n.*29. *& conſil.*200. *nu.*52. vbi dicit eſſe communem opinionem, Port. Imol. *conſ.*149. *n.*1. *deciſ. Pedem.*77. *num.*3. Magon. in terminis *d. deciſ.* 56. *num.*34.

16 Et haec regula habet locum etiam in teſtamentis, Bald. *in auth. ex teſtam. n.*11. *C. de ſecund. nupt.* Crott. *conſil.*154. *nu.*24. *lib.*2. Curr. iun. *conſil.*188. *nu.*26. *lib.*3. Decianus *conſil.*4. *num.*25. *lib.*2. At qui in iure non reperitur diſpoſitum quod haeres alienando contra teſtatoris diſpoſitionem priuetur commodo ſubſtitutionis factae in caſum mortis cohaeredis, ergo, &c.

Nec obſtat ſi diceretur ſatis in iure eſſe hoc cautum *l. cum pater*, § *libertis ff. de legat.*2. vbi alienans contra teſtatoris prohibitionem non poteſt petere partem alterius ex eodem fideicommiſſo, & quod eadem ſit ratio, quando fideicommiſſum reſultat ex prohibitione alienationis, & quando reſultat ex ſubſtitutione. 17

Reſpondetur enim in materia priuationis argumentum de ſimilibus ad ſimilia non procedere, Bal. *d. auth. ex teſtamento, nu.*11. *& ſeq. C. de ſecund. nupt.* Natta *conſ.* 508. *num.*11. *lib.*3. *& conſ.*678. *lib.*4. Etiam ex identitate rationis, Bero. *conſ.*54. *nu.*20. *lib.*3. Iaſ. *in l. cum quidam, ff. de liber. & poſthum.* Felin. *in cap.*2. *col.*4. *verſic. octauo limita, de ſponſ.* & ita in ſpecie *ad d.* § *libertis*. reſpondet Honded. *d. conſ.*70. *num.*29. & Magon. *deciſ. Florent.*50. *numero* 35.

Secundò allegabam *l. ex facto* §. *Iulianus, D. de vulg. & pupill.* vbi haeres priuatus haereditate tanquam indignus, non priuatur beneficio ſubſtitutionis, ea ratione, quia ſatis eſt eum punitum in eo, in quo fecit contra legem, & cum non contrafecerit ſubſtitutioni eius beneficio priuari non debet, & ita ibi declarant Bart. *in fine*, Paul. Caſtr. *num.*1. *&* 5. Iaſ. *n.*4. & ſcripſit Bart. *in l. qui haeredi*, §. *cum haereditas, n.*1. *D. de condit. & demonſtrat.* & ibi Socin. ſen. *colum. vlt. verſic. extra Gloſſ.* Et 18 quod ſi quis contraueniat non in toto teſtamento, ſed tantum parti tanquam indignus non priuetur beneficio totius, ſed tantum eius partis, cui contrauenit vltra citatos ſupra ſtatim, volunt Curt. iun. *conſil.*288. *nu.*20. *& ſeqq.* & Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.*11. *tit.* 17. *num.*20. *& ſeqq.* Iuris enim ratio non patitur vt quis puniatur in eo, in quo non deliquit, aut quod pęna delictum egrediatur, *l. reſcriptum. l. haeres, & l. cum qui*, § *vlt. ff. de his quib. vt indig.* & in ſpecie videndus etiam erit Magon. *d. deciſ.*50. *num.*36. *& ſeqq.* vbi declarat quando quis ob contrauentionem voluntati teſtatoris priuetur toto, & quando parte tantum.

Tertiò confirmatur, quia alienans partem bonorum 19 contra teſtatoris prohibitionem non priuatur toto, ſed tantum parte alienata, vt dictum eſt *ſupr. n.*6. ergo contrauentio non affert pęnam, niſi in parte cui contrauentum eſt, vnde cum in ſubſtitutione nulla adſit contrauentio, non etiam in ea poterit pęna imponi.

Quartò facit, quia ſubſtitutus impugnans inſtitutionem non prohibetur venire ex ſubſtitutione, Bald. *in l. ſi filiusfamiliae. ff. de hered. inſtit.* Alexand. *in l. inter caetera in fine ff. de liber. & poſthum. & in l. ex facto* § *Iulianus, ff. de vulg.* Dec. *in l.*1. *nu.*16. *ff. ſi cert. pet. & conſ.*316. ergo pariter contraueniens prohibitioni alienationis non erit excluſus beneficio ſubſtitutionis, ita arguit Magon. *deciſ. Florent.*50. *n.*14. *& ſeqq.*

QVAESTIO DCCXLI.

RESTITVTIO, an detur minori, quia alienauit contra teſtatoris prohibitionem? Videndum eſſet, ſed quia de hoc dixi *q.*585. ibi dicta videnda erunt.

Finis, Ad laudem Maximi, & Omnipotentis Dei, ac Beatiſſimae Virginis, & Matris. h. 22.

XXII
9
40

ANT 13198 10

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google